ACTA
SANCTORUM
OCTOBRIS
TOMUS TERTIUS.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1970


Dedit illi Scientiam Sanctorum Sap. 10.
In plenitudine Sanctorum detentio mea Eccl. 24.
VETUSTA
JANUARIUS
FEBRUARIUS
MARTIUS
MAIUS
ACTA
SANCTORUM
MENSIS
OCTOBER
ERUDITIO
VERITAS
ANTIQUA REDUCO
OBSCURA REVELO
L. Fruytiers fecit.

ACTA
SANCTORUM
OCTOBRIS

Etc Latinis & Græcis, aliarumque gentium Monumentis, ſervata primigeniâ veterum Scriptorum phraſi.

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariiſque & Obſervationibus

ILLUSTRATA

A

CONSTANTINO SUYSKENO,
CORNELIO BYEO,
JACOBO BUEO,
JOSEPHO GHESQUIERO,

E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS.

TOMUS III;

Quo dies quintus, ſextus & ſeptimus continentur.



ANTVERPIÆ,
Apud JOANNEM NICOLAUM VANDER BEKEN.

M. D. C C. L X X.



1770 C. F. Fritsch. Sculpsit.

MARIA ANTONIA.

ARCHIDUX AUSTRIÆ.

etc. etc.



MARIÆ ANTONIÆ

REGIÆ PRINCIPI HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, CROATIÆ, SLAVONIÆ, DALMATIÆ, HIEROSOLYMÆ,

ARCHIDUCI AUSTRIÆ,

DUCI BURGUNDIÆ, BRABANTIÆ, LUXEMBURGI, LIMBURGI, SILESIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLIÆ, COMITI FLANDRIÆ, HANNONIÆ, NAMURCI, TYROLIS, GORITIÆ &c.



Ametſi Auguſtiſſima Parens Tua, SERENISSIMA ARCHIDUX, pro ingenita Sibi benignitate veréque Auſtriaca in Superos veneratione, vaſtiſſimi de Actis Sanctorum Operis per Se Ipſa Patrona, ac veluti perpetua Mater eſſe jam pridem voluerit; quò tamen hoc Suum tam

ſin-

ſingulare præſidium toti orbi Chriſtiano magìs magíſque perſpectum foret, vivas Ipſa & Suî & Auguſtiſſimi Conjugis Franciſci I imagines, Sereniſſimas nempe ad unam omnes Proles Suas, ejuſdem Operis patronos gratioſiſſimè itidem jam pridem animo deſtinavit. Hinc ab Archiduce Regioque Principe Joſepho, Auguſtiſſimo nunc Romanorum Imperatore, humani generis decore, dicam, an delicio, felici ducto exordio, mox Archiduci Mariæ-Annæ ceteriſque Regiis Fratribus Sororibuſque, prout cujuſque natalis ſeries ferebat, tomos omnino undecim nuncupare, ac veluti toties repetitum pro acceptis ab Auguſtiſſima Domo Auſtriaca beneficiis grati animi vectigal, quâ par eſt, ſubmiſſione deferre ab annis ferè ſex & viginti indultum nobis fuit. Optandum adeò, quin & fidendum nobis non immeritò erat, futurum, ut, poſtquam ad Ferdinandi Sereniſſimi Archiducis pedes tomum Octobris ſecundum ſiſti curâſſemus, mox Tuo, PRINCEPS REGIA, venerando non minùs, quàm amabili nomini ejuſdem menſis volumen tertium, totiuſque Operis nonum ſupra quadrageſimum, annuente pariter Auguſtiſſima Matre, conſecrare nobis liceret, tum quòd Illum Tu ætate proximè ſequerere, duodecimo nimirum loco nata, & rariſſimo, ne dicam, unico in Auguſtorum familia exemplo; tum quòd Maternarum virtutum æmula nullique Archiducum, te ætate grandiorum, minor pietate exiſteres. Ad vota hæc noſtra firmamque fiduciam reſpondit eventus, ſeu potiùs antiqua ſolitaque Auguſtiſſimæ

mæ in ſuos clientes benignitas; nec proîn minori gaudio mox intelleximus, id, quod potiſſimùm à nobis expetebatur, aſpirante Deo, ab eadem Auguſtiſſima Imperatrice conceſſum fuiſſe,quàm Te ſingulari Divini Numinis providentia fuiſſe deſtinatam, ut Ludovico-Auguſto, Galliarum Delphino, aliquando jungereris Sponſa, Teque interea temporis ſollicito Optimæ Parentis fovendam ſinu, quò numeris omnibus abſolutiſſimum Ejus exemplar fores, haberetque ſtato tempore Gallia, quo de felicitate certare cum Germania poſſet.Deus bone! Quanta hinc nobiſmet ipſis gratulandi ſe jam nunc offert materies! Licèt enim Auſtriacorum avidis oculis ſubtrahenda demum ſis, ut aulæ Gallicæ admirationi, totiuſque regni ardentiſſimis votis concedaris; tamen delatum Tibi Auguſtiſſimæ Genitricis nutu noſtri hujus de Actis Sanctorum Operis patrocinium Te nullo non tempore clementiſſimè ſervaturam eſſe, nobis omninò polliceri debemus, & eò quidem firmiùs,quò exploratum indies magìs ſit, quidquid Materna manu Tibi obvenit, non poſſe non eſſe Tibi ſemper acceptiſſimum; atque, ut alia omittam fiduciæ capita, quò & penitius perſpectum ſit, Te vel à tenerrima ætate Sanctorum exempla imitanda Tibi propoſuiſſe, &, quàm ſis perſpicaci ingenio prædita, quàm artibus ſcientiiſque Archiduce dignis expolita, tam eſſe pietate, religione omniumque virtutum exercitio ſolidè excultam, tam æqui rectique tenacem, &, ut verbo reliqua complectar, tam eſſe Te Regiis Fratribus Sororibuſque

ribuſque ſimilem. Et ſanè non parùm Tibi, SERENISSIMA ARCHIDUX, ipſique Regiæ Francorum Familiæ injurii eſſemus, ſi Tibi, quæ Regio-Apoſtolicam cum Chriſtianiſſima aula aliquando mutatura es, ab avita pietate quidquam deceſſurum ſuſpicaremur, aut hoc noſtri Operis volumen, benigniſſimo Tuo Nomini inſcriptum, non æquè placido vultu animoque excipiendum eſſe, ſive regnorum virtutumque Sancti Ludovici, ut fidere fas eſt, digniſſimo heredi, Ludovico-Auguſto, Galliarum Delphino, conjuncta fueris; ſive in Amantiſſimæ Parentis Tuæ noſtræque Fautricis ſinu quieſcas, ſenſuſque ex hoc puro fonte haurias, quos Superi ament & admiretur orbis. Sentimus profectò, quàm multa, quàm fœcunda non modò nobis ipſis, ſed & Tibi totique Galliarum regno potiſſimùm gratulandi argumenta prætereamus: ſed, cùm infiniti ſimus, ſi vel tantillùm ſingulis immoremur, facilem, confidimus, veniam dabis, SERENISSIMA ARCHIDUX, ut ad Eam, a qua tam inſigne munus, Deo diſpenſante, profectum eſt, MAGNAM loquimur MARIAM TERESIAM, inchoatus redeat ſermo. Id ſemper poſitum in more fuit, ac vel ipsâ naturâ hominum animis inſcriptum, ut, qui ſe, præſertim à Principibus, grandi aliquo benevolentiæ teſtimonio affectos vident, ii non ſolùm collatum ſibi beneficium agnoſcant, munifici largitoris ſui manum deoſculentur, ſed & pares beneficio grates rependant, ſin minùs id penes ſe ſit, Mæcenatis ſui laudes virtuteſque celebrent,

brent, &, quâ valent, eloquentiâ in cœlos extollant. Ea nos lege Auguſtiſſimæ Matri tuæ obſtrictos pridem fuiſſe, novoque rurſus hodiè beneficio adſtringi, tum profitemur lubentiſſimè, tum apertiſſimè gloriamur. At, cùm multò nobis ſit conſultius, incomparabilis hujus Heroïdis noſtræque munificentiſſimæ Dominæ innumeras dotes virtuteſque venerabundis oculis ſuſpicere tacitoque pectore admirari, quàm vel primis lineis eas adumbrare aut anguſtis epiſtolæ finibus velle concludere; ultrò præſtantiſſimis quibuſque totius orbis oratoribus permittimus, ut alii ſingularem illam MARIÆ TERESIÆ toties in graviſſimis regnorum negotiis ad ſtuporem omnium comprobatam prudentiam commendent; alii, vel æquiſſimam in tot ditionum adminiſtratione juſtitiam, vel invictam in debellandis hoſtibus fortitudinem, vel animi, nullis ſortis caſibus concuſſi, excelſitatem pro meritis extollant; alii inter ſe id oneris partiantur, ut ſinguli ſingula virtutum jam perfectarum decora efferant, quæ, ut non vana præſagitione deceſſores noſtri de tenella tum Archiduce MARIA TERESIA univerſim prænunciârunt, Auſtriacis non ſolùm Heroïdibus, ſed & ceteris omnibus, quantumvis laudatiſſimis præteritorum ſeculorum feminis Principibus, non æquatura dumtaxat, verùm longè etiam antelatura Eam eſſent. Hæc aliaque, per nos licet, oratores celebrent diſertiſſimi: nos, qui eorum eloquentiâ nihil Ejus virtutum ſplendori addi, noſtro verò ac vel ipſorum ſilentio nihil earumdem celebritati

britati detrahi poſſe, arbitramur, ſingulas hîc vel nominatim recenſere mittimus. Ex his tamen unam, quandoquidem hanc nos præterire tacitam prohibet tot tamque ingentium beneficiorum gratiſſima recordatio, nomine ſaltem ſuo commemorâſſe juverit, Regalem illam perpetuamque Auguſtiſſimæ munificentiam, quâ nos numquam non ſuffulſit, fovit, beavit; quâ & difficillimis temporibus incolume ſervavit hoc noſtrum Opus, quâ denique in eam ſuccreſcere molem curat, ut, qui virtutibus inclyti legitimiſque Cœlitum honoribus affecti fuerint, nulli tandem reperiantur, quorum aut ſacri cultus documenta ad Fidelium præſidium, aut res præclarè geſtæ ad mortalium omnium exemplum, vel ad Eccleſiaſticæ totius orbis hiſtoriæ elucidationem, non expendantur atque illuſtrentur. Tam piam, tam conſtantem, tam Regiam in nos munificentiam agnoſcere quidem ac pervulgare poſſumus; ut autem æquas ei referamus grates, impares nos prorſus fateri compellimur. At, quas per nos referre nequimus, ipſi, quod votis omnibus poſtulamus, pro nobis gratias rependent Cœlites, quorum Acta Tuo, SERENISSIMA ARCHIDUX, benigniſſimo nomini nunc inſcribuntur. Ut porrò ex recepto more quidpiam de iis præmittamus, ſunt eorum ex Eccleſiaſtico Ordine præcipui, *S. Marcus*, Romanus Pontifex; *B. Adalbero*, Herbipolenſis antiſtes, Lambaci in Auſtria Superiore præcipuè cultus, ac vel, dum viveret, Leopoldo, inter Auſtriæ Marchiones hujus nominis tertio, magna in veneratione ha-

habitus ; *SS. Apollinaris, Marcellinus, Froilanus, Attilanus, Artaldus* aliique clariſſimi epiſcopi, & hiſce ordine quidem, at ſanctitate non impar *S. Meinulphus* diaconus. Ex monaſtico Ordine primas facilè tenet religioſiſſimæ Cartuſienſis familiæ patriarcha *S. Bruno*, toti orbi notiſſimus ; ſua tamen celebritate non carent *S. Galla*, Symmachi conſulis filia, monialis Romæ, *SS. Placidus ſociique Martyres*, aliique monaſticâ vitâ ſanctitatem adepti, quos ſubjecta voluminis hujus Synopſis exhibet. Inter complures Martyres elucent *SS. Sergius* & *Bacchus*, ac præ ceteris ſui ſexus Martyribus *S. Fides*, tenella virgo, multis olim per univerſam ferè Europam prodigiis beneficiiſque notiſſima. Hos omnes reliquoſque Cœlites, non modò Tibi, SERENISSIMA ARCHIDUX, & Auguſtiſſimæ Genitrici, totique Domui Auſtriacæ propitios perpetuoſque patronos exoptamus, ſed & Deum enixiſſimè orare non deſinemus, ut, quæ olim Tertulliani temporibus Fidelium, ac Sanctorum præſertim pro ſuis Principibus vota erant, eadem nunc Ipſorum, propiùs ſuæ gratiæ throno admotorum vota exaudiat, detque adeò Auguſtiſſimæ Parenti Tuæ Fratrique Auguſtiſſimo Cæſari Joſepho II *Vitam prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum* ; Tibi verò eum bonorum cumulum impertiat, qui vel ipſa Tuî amantiſſimorum deſideria longè exſuperet. Per Te videat Gallia, tot Regiorum Capitum, quæ nuper ſummo ſuo dolore amiſit, immenſam re-

parari

parari jacturam; per Te videat, &,ut bene præsagit animus, per Te videbit, non solùm Mariæ Leczinskæ, religiosissimæ illius Galliarum Reginæ heroïcam pietatem, ampliſſimam in egenos liberalitatem, Regalem in ædes sacras munificentiam, firmiſſimum tuendæ Catholicæ Fidei ardorem paratiſſimumque omnibus bene faciendi ſtudium æquali gloria exhiberi, ſed & deſtinati Tibi Sponſi optimorum Parentum unà cum clariſſimis dotibus beatam illam fœcunditatem repræſentari, quâ, qui abs natis ex Maria-Joſepha Auſtriaco-Saxonica quinque Regiis Nepotibus ſe ſalutari avum gaviſus eſt, à totidem, quin & pluribus ex Te naſcituris utriuſque ſexus Principibus ſe proavum aliquando ſalutari Rex Ludovicus gaudeat. Denique, ut univerſam Domum Auſtriacam ſummis favoribus Deus cumulet, ut ſeri Omnes in cœlum redeatis diuque læti interſitis populis, impenſiſſimè exorare non omittemus

SERENISSIMA ARCHIDUX

SERENITATIS TUÆ ARCHIDUCALIS

Devotiſſimi Clientes

CONSTANTINUS SUYSKENUS
CORNELIUS BYEUS
JACOBUS BUEUS
JOSEPHUS GHESQUIERUS
SOCIETATIS JESU.

SYNOPSIS
TOMI TERTII
DE ACTIS SANCTORUM
OCTOBRIS.

HIc tomus, totius Operis quadrageſimus nonus, dies quintum, ſextum ac ſeptimum menſis Octobris complexus, Sanctos Beatoſque octoginta & unum nominatim recenſet, de quibus in quatuor claſſes partitis eo, quo occurrunt, dierum ordine pauca breviſſimè hîc præmittimus.

EX STATU ECCLESIASTICO.

Qui die v primus eſt *Thraſeas* epiſcopus, ſeculo ſecundo ſeneſcente Smyrnæ potius, quàm Eumeniæ, martyrio coronatum fuiſſe, exiſtimamus. De *Divitiano*, Sueſſionenſi in Gallia epiſcopo & confeſſore, non niſi pauca nota ſunt ex Flodoardi Hiſtoria Remenſi. *Marcellini* Ravennatum antiſtitis ſedis tempus & ordinem, vulgatamque traditionem de Spiritu Sancto in aliquot primorum ejuſdem ſedis præſulum electionibus apparere ſolito diſcuſſimus. *Apollinaris* Valentinenſis Segalaunorum epiſcopi Acta, à coævo conſcripta, è veteri Ms. edimus, Commentario prævio illuſtrata. *Hieronymum*, Nivernenſem pariter in Gallia præſulem, ſub Carolo Magno, non ſub Carolo Calvo, ſediſſe, probamus. Duos quoque Hiſpaniæ epiſcopos, *Froilanum* Legionenſem, & *Attilanum* Zamorenſem, damus. Die VI occurrit *Sagaris* epiſcopus, Laodiceæ in Phrygia paſſus, & à nonnullis, fortè perperam, S. Pauli Apoſtoli diſcipulus creditus. Incertum eſt, an *Probus*, Cajetæ in Italia cultus, ſeculo x Cajetanam, an prioribus temporibus Formianam ſedem obtinuerit. De *Renato* Surrentino epiſcopo, quem ſuum quoque fuiſſe, Andegavenſes contendunt, plura diſputavimus, ac in primis prodigioſam illius hiſtoriam rejecimus. *Romani* Autiſſiodorenſis in Gallia epiſcopi obſcura ferè ſunt omnia præter tempus ſedis & cultum; neque plura de *Bartio* vel *Barſio* Vaſionenſi in comitatu Vindauſcenſi præſule, deque *Apollinare* Bituricenſi habemus. Ampliorem Syllogen concinnavimus de *Magno* Opitergino, deinde primo Heracleënſi in ditione Veneta epiſcopo. Seculo XI Herbipoli in Franconia floruit *Adalbero* epiſcopus, piâ munificentiâ, adverſiſque pro Eccleſia Dei tempore ſchiſmatis fortiter toleratis clarus, ac in caſtro Lambaco, ubi colitur, mortuus. Ejus Vitam proſaicam, alteramque metricam, & Librum miraculorum recudimus. *Artaldi* quoque, ex Cartuſiano Belicenſis in Bugeſia epiſcopi, ac denuò Cartuſiani, Vitam illuſtramus. Die VII ex Faſtis Habeſſinis memoramus *Eumenium*, qui Alexandrinam in Ægypto cathedram ſeptimus tenuiſſe creditur. Seculo IV ſummum Pontificatum non integro anno geſſit *Marcus* Papa confeſſor; cujus ſacri corporis Tranſlationes ab Anonymo, veriſimiliter ſynchrono, ſcriptas, ex Vaticano apographo damus; diſcuſſis in Commentario prævio, quæ pro ejuſdem poſſeſſione extra Romam alii produxerunt. *Palladii*, Mediolanenſis Santonum epiſcopi, cultum, geſtaque, non omnia laudanda, collegimus, ſanctamque poſtremam vitæ ipſius periodum expoſuimus. Pauciora habemus de *Adelgiſo*, Novarienſi in ducatu Mediolanenſi antiſtite. Dies v duos exhibet diaconos, *Firmatum* Autiſſiodorenſem in Gallia, & *Meinulphum* Paderbornenſem in Weſtphalia, quorum primus, à S. Placidi Benedictini martyris ſocio diſtinguendus, parùm notus, fortaſſe ſec. v aut VI floruit; alter ſec. IX Budicenſis monaſterii conditor duas Vitas habet, alteram auctore Sigewardo, alteram Gobelino Perſonâ: ambas damus, amplo Commentario à nobis illuſtratas. *Helanum* presbyterum in Remenſi Galliæ pago memorat dies VI, cujus quoddam vitæ compendium recitamus: *Pipionis* diaconi Belnæ in Vaſtinenſi tractu cultus pariter certus eſt, ſeculum verò, quo vixerit, ignotum, geſta fabuloſa.

EX STATU MONASTICO.

Die v celebres ſunt *Placidus*, S. Benedicti diſcipulus, Sociique, qui Benedictinum Ordinem martyrii laureâ ſub annum DXLI apud Meſſanam in Sicilia exornârunt. Eorum Acta ſubleſtæ fidei ſunt; quorum quæ Gordianum mentiuntur, primo loco exhibemus, ſecundo autem,

quæ Stephani Anicienſis nomen præferunt. Tam hæc, quàm illa, uti & alia commentita inſtrumentia, diligenter diſcuſſimus in Commentario prævio, in quo & *Placidi* ſub S. Benedicto monachatus probatur, ceteraque ad ejuſdem Sociorumque geſta, martyrium ac gloriam poſthumam pertinentia prolixè exponuntur. Eodem die referimus elogium *Petri Imolenſis*, equitis Hieroſolymitani, Florentiæ in Hetruria culti. De *Matthæo* quoque *Mantuano*, Ordinis Prædicatorum presbytero, inſignis in proximum charitatis viro, ejuſdemque cultûs progreſſu ac miraculis Syllogen collegimus. Acta *Ywii*, diaconi Wiltoniæ in Anglia, monachis veriſimiliter, non tamen certò Benedictinis, annumerandi, recenſemus ex Capgravio; *Pardulphi* verò Waractenſis in Gallia abbatis, anno DCCXXXVII defuncti, Vitam à ſuppari ſcriptam excudimus ex membranis, præmiſſo Commentario, in quo etiam ejuſdem ſacri corporis tranſlationes enarravimus. *Nicetas* ſeculo IX in Oriente vir illuſtris, præfecturâ Siciliæ veriſimiliter functus, monachum induit, multaque pro ſacrarum imaginum veneratione paſſus, elogium habet in Menæis Græcis, quod recudimus. Præ reliquis celebris *Bruno*, Cartuſiani Ordinis inſtitutor, licèt anno MCI mortuus, Vitam initio ſeculi XVI vetuſtiorem non habet; quam enim primo loco exhibemus, ſeculo XIII non antiquiorem, ea quoddam elogium potiùs eſt, quàm Vita; ſecundo loco datam ſcripſit Puteanus ſec. XVI; tertio editam, Surius ex Puteano & Blomenvenna adornavit. Quam ob rem recurrendum fuit ad alia probæ notæ vetuſtiora inſtrumenta, ex iiſque ampliſſimus conficiendus Commentarius, qui geſta illius ab ortu uſque ad obitum, quantùm licuit, chronologicè exponit. Inter cetera in eo operosè quoque diſcuſſa habes, quæ pro damnati doctoris Pariſienſis anaſtaſi aſſerenda impugnandaque varii produxerunt. Nobis minus difficultatis habere videtur opinio, quæ prodigium illud in privatis ædibus, quàm quæ publicè in templo factum narrat. Vitis ſubjecimus Epiſtolam encyclicam de morte illius è Turritana cartuſia ſcriptam, Tituloſque funebres, ſeu reſponſa ad illam à compluribus data; ac denique Appendicem de ejuſdem gloria poſthuma. Die VII Gallia duos alios monachos ſuppeditat, *Leopardinum*, ſimul martyrem, Albiniaci; & *Auguſtum* abbatem apud Bituricas. Prioris gemina Acta recenſemus, ſed intricata, unde illius ætas dubia redditur; ad ſec. VI tamen potiùs referendus videtur: alter poſt medium ſec. VI floruit, ſed ex ſolis ferè Martyrologiis & Gregorio Turonenſi notus eſt. *Martinum* ſuum celebrant Hiſpani Ciſtercienſes, primum monaſterii Bellifontis, deinde Vallis-paradiſi appellati, abbatem; cujus geſta cultumque ex ejuſdem Ordinis Annalibus collegimus.

EX STATU SECULARI.

Die V occurrunt *Palmatius*, *Maxentius*, *Conſtantinus*, *Creſcentius*, *Juſtinus*, *Leander*, *Alexander*, *Soter*, *Ormiſda*, *Papirius*, *Conſtans* & *Jovianus*, Treviris ſub Diocletiano & Maximiano paſſi, ſed, cùm pridie in Tyrſo & Sociis de Martyribus Trevirenſibus generaliter actum ſit, lectore illuc remiſſo, hîc ſolùm quædam de Palmatii reliquiis in Bohemiam, ac fortaſſe etiam in Luſitaniam, tranſlatis meminimus. Die VI ex Martyrologiis recenſemus *Marcellum*, *Caſtum*, *Æmilium* & *Saturninum*, fortaſſe Capuæ in Campania Felici; *Rogatum*, *Saturninum*, *Fauſtinum* ac *Martialem* in Africa; *Januarium* verò & *Ammonum* fortè Romæ, omnes incertis ſeculis martyrio coronatos. Neſcitur etiam, quo ſeculo paſſus ſit *Prudentius*, cultu celebris Beſuæ in Burgundia, quò corpus illius anno DCCCLXXXIII tranſlatum fuit. Qualiacúmque hujus Acta, Tranſlationes ac Miracula ſec. XII à Theobaudo, Beſuenſi monacho, ſcripta, ex Labbeo edidimus. *Marcelli* & *Apuleii* martyrum, quorum frequens in Mrll. die VII eſt mentio, Acta prætermiſimus, quòd ea ex SS. Nerei & Achillei, ſanctique Petri Apoſtoli Actis, S. Lino ſuppoſitis, conſuta ſint. Eos Capuani non rectè ſibi notos pridem coluêre, eorumdemque ſacræ reliquiæ ab anno DCCCLXXIV Placentiæ quieſcunt. Celebriores ſunt *Sergius* & *Bacchus*, non infimi militaris ordinis viri, in Syria coronati, quorum martyrii adjuncta, inſignemque tam in Oriente, quàm in Occidente cultum expoſuimus Comm. prævio Actis geminis, Latinis ſcilicet auctoris anonymi, Græciſque Metaphraſtis à Lipomano verſis Latinè. *Quartum* & *Marcellinum*, Capuæ paſſos, ex ſolis Mrll. novimus. Ut martyr colitur *Geroldus*, Coloniæ Agrippinæ natus, ſed, dum ſacris peregrinationibus inſiſtit, apud Cremonam in Inſubria trucidatus, cujus Vitam, utpote recentiorem, prætermiſimus; cultum verò Cremonæ, ubi corpus ejus quieſcit, Coloniæque Agrippinæ in templo Societatis Jeſu ob depoſitas in eo inſignes reliquias docemus.

EX SEXU FEMINEO.

Præter *Flaviam* V. M., aliamque *Flaviam* vel *Flavianam* V., de quarum prima ſimul cum *Placido* Sociiſque MM., de ſecunda cum *Firmato* diac. egimus, damus *Peregrinam* V. M. ſola ſui corporis è Romano S. Priſcillæ cœmeterio extracti Labacum in Carnioliam tranſlatione cultuque ibidem notam. *Charitinæ* V. fortè

tè Amisi in Ponto passæ, Acta ex Græcis Metaphrastis Lipomano interprete Latina recitamus; de *Tullia* verò item virgine, Manuascæ in Provincia Galliæ culta, Syllogen historico-criticam. *Gallæ*, Symmachi consulis filiæ, illustris viduæ ac sanctimonialis Romæ (non tamen Benedictinæ) elogium ex Gregorio Magno exhibemus, præmissis in Comm., quæ ad ejusdem genus & ab homonymis distinctionem, celebremque iconis Dei Genitricis apparitionem pertinent. *Felicula* V. ab homonymis distinguendæ solum cultum in territorio Autissiodorensi comperimus. *Fides* V. Sociique MM. Aginnenses in Aquitania ampliorem differendi, cultusque in alias quoque regiones propagati exponendi, materiam dederunt. Subjecimus Acta, quorum vetustatem fidemque tuemur, adjecimusque *Fidis* Translationem, à binis Anonymis stilo ligato solutoque scriptam, ac Miracula, auctore Bernardo, Andegavensis scholæ magistro. De *Eroteïde* M. nihil præter inscriptam Mrll. memoriam invenimus; quæ de *Enimiæ* V. abbatissæ in diœcesi Mimatensi regiis natalibus gestisque narrantur, planè incomperta sunt, at certus ejus est cultus; nec satis etiam constat de gestis *Epiphaniæ* V. sanctimonialis Ticini in Insubria. Subleste pariter fidei sunt suppositititiaque Acta *Justinæ* V. M. Patavinæ; cultus verò celeberrimus, maximè Patavii, ubi ejus corpus honoratur in templo, de quo pluribus egimus. *Juliam* V. M. in Syria ex Mrll. memoramus; *Osithæ* denique vel *Osgithæ* V. M. sanctimonialis in Anglia Acta ex Surio maximè dubiæ fidei sunt, ætas incerta, cultus tamen olim insignis in Anglia fuit.

FACULTAS
R. P. VICE-PROVINCIALIS
SOCIETATIS JESU FLANDROBELGICÆ,
ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

CVm Edictis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti & Isabellæ, Belgii Principum, rursumque Philippi III, ac novissimè Caroli II Regum, confirmatis 2 Decembris 1692, *&* 19 *Julii* 1694, *Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi typographos & bibliopolas, qui, ad aliorum quorumcumque exclusionem, soli imprimere ac reimprimere, & vendere possint libros & Opera qualibet, ritè approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porrò edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quàm in scriptis obtentâ & præexhibitâ licentiâ prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impressa importantes statutis, ut latiùs in ipsis patentibus litteris apparet: cùm etiam sua Cæsarea Majestas idem valere voluerit in ditionibus, S. R. Imperio subjectis;*

Ego infrascriptus Societatis Jesu per Flandrobelgicam Vice Præpositus Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præposito Generali Laurentio Ricci, concedo Joanni Nicolao vander Beken *facultatem sic imprimendi, & per se aliosque vendendi infrascriptum Opus, ex more nostræ Societatis (quod hisce attestor) recognitum & approbatum; videlicet, Tomum tertium de Actis Sanctorum Octobris, collectis & illustratis à Constantino Suyskeno, Cornelio Byeo, Jacobo Bueo, & Josepho Ghesquiero, Societatis nostræ presbyteris Theologis. In quorum fidem hasce, manu propria subscriptas, consuetoque nostri officii sigillo munitas, dedi Antverpiæ* XXI *Aprilis* MDCCLXX.

JOANNES CLE.

SUMMA

SUMMA PRIVILEGII REGII.

CÆſareæ & Regiæ Apoſtolicæ Majeſtatis diplomate ſancitum eſt, ne quis, præter voluntatem Conſtantini Suyskeni è Societate Jeſu, ejuſve ad illuſtranda Sanctorum Acta Adjutorum & Succeſſorum, ullo modo imprimat vel recudi faciat, ex parte vel in totum, Tomos eorumdem, de argumento illo vel jam editos vel porrò edendos; aut alibi excuſos excudendoſve invehat, venaleſve habeat: qui ſecùs faxit, confiſcatione exemplarium, & aliis gravibus pœnis mulctabitur; ut latiùs patet ex litteris, Bruxellæ datis die XXVI Septembris anno MDCCLIII

Signat J. H. HENRICY.

Et ego Conſtantinus Suyskens Societatis Jeſu permitto Joanni Nicolao vander Beken, ut Tomum tertium de Actis Sanctorum Octobris, noſtro permiſſu apud ipſum impreſſum, publicet. Datum Antverpiæ XXI *Aprilis* MDCCLXX.

APPROBATIO ORDINARII.

PRodit in lucem Tomus tertius Octobris complectens quintum, ſextum & ſeptimum dies ejuſdem menſis, multo labore continuatus per RR. PP. Conſtantinum Suyskenum, Cornelium Byeum, Jacobum Bueum & Joſephum Gheſquierum Societatis Jeſu presbyteros, de quo idem eſto judicium, quod de ſex præcedentibus Tomis inibi ſucceſſivè expreſſi. Antverpiæ 2 Aprilis 1770.

J. F. De Bruyn S. T. L. Seminarii Epiſcopalis Præſes, Cathed. Eccleſiæ B. M. V. Canonicus grad., Archipresbyter, Examinator Synodalis, librorum Cenſor.

PROTESTATIO AUCTORUM.

QUod identidem proteſtati ſunt deceſſores noſtri in hoc de Actis Sanctorum Opere, ſe ſervatas velle Urbani Papæ VIII Conſtitutiones; neque ſuis, aliorumve hîc relatis Commentariis aliud pondus tribui, quàm ſit hiſtoriæ, ab hominibus errori obnoxiis ſcriptæ: idem ante hunc tertium tomum Octobris denuò proteſtamur.

INDEX

INDEX SANCTORUM
IN TOMUM III OCTOBRIS.

A

6 ADalbero epiſc. Herbipolenſis & conf. Lambaci in Auſtria Superiori. COMM. PRÆV. § 1. Adalberonis, unico Martyrologio inſcripti, antiquus cultus Lambaci probatur: Vita & Libellus miraculorum, atque altera Vita metrica, recudenda 451. § 11. Illuſtres Beati parentes & cognatio: pia pueritia: educatio in epiſcopatu Herbipolenſi: ſtudium in academia Pariſienſi: vaticinium: monachatus ei perperam adſcriptus: elevatio ad epiſcopatum Herbipolenſem 454. § III. Lambacenſibus clericis Benedictinos ſubſtituit; dotatque anno MLVI, ex quibus veriſimiliùs primos colonos accepit monaſterium Mellicenſe, Lambacenſem eccleſiam inſtaurat, dedicatque anno MLXXXIX. 456. § IV. Monaſterium S. Stephani apud Herbipolim Benedictinis tradit, dotatque: Schwarzacenſe monaſterium inſtaurat: Henrici IV regis Germaniæ legationem ad Saxones obit: alia ejuſdem in epiſcopatu geſta 459. § V. Biographi in alleganda B. Adalberonis exſilii cauſa error correctus: ejuſdem Beati fides & conſtantia in Apoſtolica Sede adverſus ſchiſmaticos defendenda 462. § VI. Beato exſulanti ſubſtituitur Meinhardus; hocque pulſo, ille reſtituitur, ac denuò expellitur, & exſul moritur ac ſepelitur Lambaci anno MXC 465. VITA, *auctore anonymo monacho Lambacenſi ſeculi* XIII *inchoati, ex editione Hieronymi Pezii tomo* 2 *Scriptorum Rerum Auſtriacarum.* PROLOGUS 469. CAP. I. Beati Adalberonis illuſtres parentes & conſanguinei: pia pueritia: inſtitutio primò Herbipoli, deinde Pariſiis: reditus Herbipolim: ad epiſcopatum evectio: ſeceſſus Lambacum 470. CAP. II. Lambacenſis monaſterii, in locum clericorum ſubſtitutis Benedictinis, per B. Adalberonem fundatio & dedicatio: ejuſdem Beati obitus & ſepultura 473. LIBER MIRACULORUM, *auctore eodem monacho Lambacenſi, ſed in fine parùm auctus ab aliis, ex eadem editione Hieronymi Pezii tomo* 2 *Scriptorum Rer. Auſtriac.* VETUS CAPITUM PARTITIO. PRÆFATIO 477. CAP. I. Paralyticus puer utroque pede claudus, vinitor, cui brachium aruerat, duæ mulieres divinitus punitæ, & vir nobilis ex diuturno morbo penè confectus, incolumes redduntur 478. CAP. II. Gravibus morbis conflictati per Beati patrocinium ſanitate potiuntur 481. CAP. III. Alii variis morbis maliſque per ejuſdem beati Epiſcopi opem liberati 484. CAP. IV. Aliquot alii ad ejuſdem Beati tumbam incolumitate donati 487. VITA BREVIS METRICA, *auctore anonymo incertæ ætatis, ex editione reverendiſſimi Joannis abbatis Lambacenſis* 489

7 Adelgiſus epiſc. Novarien. conf. in ducatu Mediolanenſi. SYLLOGE. Sancti cultus ſacer, ætas, & in eccleſiam ſuam munificentia 945

6 Æmilius cum Marcello &c. Vide *Marcellus.*

5 Alexander cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

6 Ammonus cum Rogato. Vide *Rogatus.*

6 Apollinaris archiepiſc. Bituricenſis in Gallia. SYLLOGE. De illius cultu, tempore ſedis & Elogio 413. ELOGIUM, *auctore anonymo, monacho San-Sulpitiano in ſuburbano Bituricenſi. Ex Nova Bibliotheca Mss. Philippi Labbei tom.* 2, *pag.* 34 *& ſequenti* 415

5 Apollinaris epiſc conf. Valentiæ Segalaunorum in Gallia. COMM. PRÆV. § 1. Sancti in Martyrologiis claſſicis aliiſque memoria: Elogia varia: Actorum auctor: ex quo manuſcripto illa edenda 45. § 11. Sancti familia, nobilitate ac pietate illuſtris: ejus patria & inſtitutio: tempus geſti epiſcopatus aſſignatur, atque hinc annus ejus natalis & emortualis eruuntur 48. § III. Sancti geſta & variæ virtutes, de quibus apud biographum noſtrum nulla fit mentio 50. § IV. Sanctus occaſione canonis; in Epaonenſi ſynodo adverſus inceſtas nuptias lati, à Sigiſmundo, Burgundionum rege, in exſilium mittitur: patratum ab eo in exſilii loco miraculum: reddita divinitus regi ſanitate, inde revocatur. Quo tempore hæc contigerint 53. § V. Sancti iter Arelatem & Maſſiliam verſus pietatis ergò ſuſceptum: mirabilis ejus obitus: corporis ſepultura; tranſlationes & patrata poſt mortem miracula 56. VITA, *auctore coævo, forſan Eladio diacono, ex veteri Ms. S. Claudii; collato cum Mss. Accinctì monaſterii, Urſicampi & Ciſtercienſi, item cum editionibus Labbei tom.* 1 *Biblioth. Mss. pag.* 689 *& Edmundi Martene tom.* VI *Ampliſſimæ Collectionis pag.* 779. PRÆFATIO 58. CAP. I. Sancti patria & genus: ob inceſtum virum aulicum ſacra communione excluſum in exſilium Sanctus pellitur: perpetrat illic miraculum: à rege, quem attactu veſtimenti ſui divinitus curaverat, ab exſilio revocatur 59. CAP. II. Sancti navigatio per Rhodanum, energumeni curatio: in Arelatenſem urbem adventus: pecuniæ deperditæ inventio ejus meritis adſcripta: duorum dæmoniacorum altera curatio: mira in ejus obitu viſio: obitus in civitate Valentina 61

7 Apuleius cum Marcello. Vide *Marcellus.*

6 Artaldus, Ord. Carthuſiani epiſc. Belicenſis conf. in Beugeſia, Galliæ provincia. COMM. PRÆV. § 1. B. Artaldi cultus, natales & vitæ inſtitutum 778. § 11. B. Artaldus Arveriæ Carthuſiam

tuſiam erigit, ſit Belicenſis epiſcopus, virtutibus & miraculis clarus moritur 780. VITA, *auctore anonymo.* B. Artaldus Cartuſianis adſcribitur, Arveriæ cartuſiam condit, ſit Belicenſis epiſcopus, Arveriam redit & ibidem obit 783.

5 Attilanus epiſc. Zamoræ in Hiſpania. COMM. PRÆV. Variæ de Sancti ætate, cultûs initio, deque ejus epiſcopatu ſêntentiæ: diverſus eſt ab epiſcopo Attila; S. Froilani diſcipulus & dein, uti oſtenditur, epiſcopus Zamorenſis fuit: Benedicti PP. XIV de ejus canonizatione & epiſcopatu verba expenſa: Sancti in Mrll. memoria, cultus, reliquiæ: qualia Acta edenda 235. ACTA, *ex Breviariis variis etiam vetuſtis collecta tom.* 5 *Martyrologii Hiſpani à pag.* 418 242

7 Auguſtus presb. & ab. apud Bituricas in Gallia. SYLLOGE *ex Martyrologiis & S. Gregorio Turonenſi* 922

B

7 BAcchus cum Sergio. Vide *Sergius.*

6 Bartius ſeu Barſius epiſ. conf. Vaſione in comitatu Vindauſcenſi 399

6 Bruno conf. Ordinis Cartuſianorum fundator in Calabria. COMM. PRÆV. § 1. Quæ Vitæ ſeu Acta edenda ſint: diverſa, è quibus hæc aut confecta fuêre, aut illuſtrabuntur, ſeu ſubſidia ſeu documenta, horumque unum ad Actorum calcem etiam edendum 491. § II. Nobile Sancti genus, patria, tempus natale 497. § III. Qualis Sanctus in pueritia fuerit, canonicuſne S. Cuniberti, & qua ætate eſſet, cùm litteras diſcendi causâ Gallias adiit, & an ibi Berengarium in Philoſophia magiſtrum habuerit 502. § IV. Quò Sanctus Turonis, Berengario relicto, ſeſe contulerit, quid tum primùm egerit, quandonam Remis docere inceperit, & quas ibidem ſcientias tradiderit, muniaque obierit 508. § V. Quales Sanctus diſcipulos habuerit, quî hos bonis moribus non minùs quàm litteris informârit, & quæ tunc in eo animi dotes ac virtutes enituerint 513. § VI. Nefandis Manaſſis archiepiſcopi ſui conatibus ſeſe opponit: quî hac occaſione multa paſſus ſit, monachumque induere propoſuerit 516. § VII. Manaſſes Romæ in concilio cauſam ſuam tuetur, ſuſpenſioniſque ſententiam, in ſe Auguſtoduni latam, à Pontifice reſcindi obtinet: quid tum præterea egerit, & quî tandem Brunonem in priſtinum honorem reſtituere juſſus fuerit 521. § VIII. Quî & quando Sanctus in priſtinum, aut etiam meliorem ſtatum Remis reſtitutus fuerit, & an poſt ſuum ſub Manaſſe ex hac urbe diſceſſum, aut etiam umquam aliàs Pariſiis docuerit 526. § IX. An à Guiberto de Novigento vera S. Brunonis in ſolitudinem receſſûs cauſa aſſignetur, & an ad hunc præter emiſſum monachici habitus induendi votum ratione alia graviori Bruno indiguerit 532. § X. An doctoris Pariſienſis anaſtaſis, quâ Bruno fuerit converſus, ſeculo præterito, quòd pro falſa haberetur, è Breviario Romano fuerit expuncta, & qui hanc vel tunc, vel antè arrodere primùm inceperint, & qui hiſce contrà ſeſe oppoſuerint 535. § XI. Scriptorum Cartuſienſium ſeculo XVI antiquiorum de doctoris Pariſienſis, qui damnationem ſuam è feretro publicè aperuerit, anaſtaſi teſtimonia referuntur, & quid de adjunctis, huic pòſt adjectis, cenſendum 538. § XII. Teſtimonia ſcriptorum, ſeculo decimo ſexto anteriorum, qui Carthuſienſis Ordinis non fuerunt, producuntur 543. § XIII. An ſcriptoribus, qui pro doctoris Pariſienſis anaſtaſi, hujuſque adjunctis teſtati ſunt, meritò accenſeri queat Theodoricus, abbas Trudonopolitanus 546. § XIV. Cæſarii Eiſterbacenſis teſtimonium recenſetur, & quid de hoc ſit cenſendum, ſtatuitur 550. § XV. An quid contra anaſtaſim, quâ doctor ſe damnatum publicè denunciârit, ex ſilentio vel S. Brunonis, vel Guigonis, vel Guiberti de Novigento poſſit confici 555. § XVI. Quid de Ordinis Cartuſienſis, uti id Launoius vocat, & Petri Venerabilis ſilentio cenſendum 561. § XVII. Quid de aliorum, quos Launoius præterea laudat, ſcriptorum antiquorum ſilentio ſtatui debeat 566. § XVIII. Concluſiones præcipuæ, quas Launoius ex ſcriptorum antiquorum, à ſe adductorum, ſilentio format, diſcutiuntur 569. § XIX. Quid contra prodigioſam anaſtaſim, quâ doctor Pariſienſis, ſeſe damnatum, publicè è feretro denunciârit, univerſale ſcriptorum omnium, qui, integro primo & fortè etiam ſecundo poſt rem geſtam ſeculo labente, floruerunt, ſilentium valeat, & an, hoc ſtante, certam illam aut etiam veroſimilem poſſint efficere teſtimonia antiqua ſuprà adducta 573. § XX. An prodigium, quo doctor, ſeſe damnatum, publicè adſtantibus denunciârit, certum aut ſaltem veroſimile, ſtante univerſali ſcriptorum antè dictorum ſilentio, reddere etiam non poſſit traditio 577. § XXI. Alia quædam facientia pro prodigio, quo doctor Pariſienſis, ſeſe damnatum, adſtanti multitudini publicè è feretro denuntiârit, rationum momenta afferuntur, & an ex his tandem illud veroſimile utcúmque non fiat, examinatur 583. § XXII. Opinio, quæ damnati prodigium intra privatas defuncti ædes coram paucis eveniſſe ſtatuit, proponitur, &, an velut inepta noviterque conficta repudianda non ſit, examinatur 587. § XXIII. Quam fidem mereatur opinio, quæ doctoris damnati anaſtaſim in privatis hujus ædibus coram paucis accidiſſe ſtatuit, & quid tandem de hac etiam ita conſiderata cenſendum 593. § XXIV. Remiſne, an Pariſiis Sanctus in ſolitudinem receſſerit, quandonam id fecerit, & an tunc rectà Cartuſiæ eremum adierit 596. § XXV. Sancti ad Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, acceſſus, quales ejus fuerint ſocii, & an tunc ſacerdotio initiatus exſtiterit 601. § XXVI. Sanctus Cartuſiæ eremum ingreditur: quandonam id acciderit 607. § XXVII. Quid Sanctus ejuſque ſocii, Cartuſiam jam ingreſſi, primùm egerint, & quem vivendi modum tenuerint 616. § XXVIII. An Sanctus novam Regulam ſcripſerit, & an ad ullam ex antè ſcriptis ac nominatim Benedictinam obſervandam ſe ſuoſque diſcipulos adſtrinxerit 620. § XXIX. An Victor III Papa Cartuſienſem Ordinem approbârit, & quî Sanctus Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, ſuî reverentem habuerit, Cartuſiæque eremum ſibi donari impetrârit 623. § XXX. Sanctus, à ſummo Pontifice arceſſitus, Cartuſiam, ritè jam ordinatam, incolarumque

que numero auctam, deſerere cogitur: quandonam id, & quanto diſcipulorum Brunonis luctu factum 626. § XXXI. Sanctus Romam ad Urbanum Papam venit, diſcipulis, ut Cartuſiam repetant, ſuadet, litteras his ad Siguinum abbatem à Pontifice impetrat, archiepiſcopatum Rhegienſem recuſat, &, ut ſibi à curia in eremum iterum ſecedere liceat, ab Urbano obtinet 631. § XXXII. An Sanctus à Rogerio Calabriæ comite, venationem exercente, in Calabriæ ſpecu, in quo ſe cum ſociis abdiderat, fuerit repertus; quò, relictâ Pontificiâ curiâ, primùm conceſſerit, & cur tunc Cartuſiam non repetierit 635. § XXXIII. Sanctus Turritana Calabriæ eremo à comite Rogerio donatur, eique deinde à Meſimerio, Squillacenſi epiſcopo, ac pòſt ab Urbano II Papa donatio hæc confirmatur 639. § XXXIV. Quid poſt factam à Rogerio comite eremi Calabrinæ donationem Sanctus egerit, quî hanc deinde Rogerius dux confirmârit, terminiſque Rogerius comes circumſcripſerit 644. § XXXV. Sanctus conſtructam in eremo Calabrina eccleſiam magno apparatu conſecrari curat, & magis ac magis comitem Rogerium benevolum erga ſe experitur 647. § XXXVI. An concilio Placentino, in quo Præfationem de Beata compoſuerit, Sanctus interfuerit, & cur, ſi ita ſit, eo celebrato, ad Majorem Cartuſiam non redierit 651. § XXXVII. Graviſſimam, abſente Sancto, religioſi Cartuſiæ Majoris incolæ tentationem patiuntur; natum comiti Rogerio filium Sanctus baptizat, novoque abs illo beneficio afficitur 654. § XXXVIII. Mortuo Theodoro Meſimerio, Græco Squillacenſi epiſcopo, Joannes de Nicephoro Latinus ut ſubſtituatur, Sanctus ſuadet, & ab hoc deinde privilegium ampliſſimum, quod & à Pontifice confirmari curat, Turritanæ eremo, novo jam in hac conſtructo S. Stephani monaſterio, impetrat 658. § XXXIX. Sanctus comitem Rogerium præſentiſſimo periculo per viſionem, quâ hujus illum monet, in obſidione Capuana liberat, novumque hac occaſione, quo plurima ei bona Rogerius confert, diploma obtinet 662. § XL. Quo tempore Rogerius comes Capuam obſederit, & an eodem anno, quo id accidit, diploma, quod, civitate hac ſubacta, Brunoni hic princeps contulit, datum fuerit 665. § XLI. Ducem etiam Rogerium benevolum in ſe iterum Sanctus experitur, viſitur à Landuino Cartuſiæ Majoris Priore, perque hunc, quem ægrè à ſe dimittit, ad Cartuſiæ fratres litteras ſcribit. Hæ unà cum litteris, ad Radulphum Viridem ſcriptis, hîc producuntur 672. § XLII. Sanctus Commentarios in Pſalmos & in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolas, qui nomine ejus circumferuntur, re etiam vera adornavit; quandonam id & qua methodo fecerit, & quænam præterea lucubrationes certò ei debeant attribui 678. § XLIII. An Opera, à jam memoratis diverſa, quæ Sancti nomine edita ſunt, verè eum habeant auctorem 681. § XLIV. Benevolum iterum erga ſe Sanctus comitem Rogerium, decretorio morbo jam decumbentem, experitur, huncque deinde vitâ functum haud dudum pòſt ſequitur, confirmatis ei antea à Paſchali Papa donationibus omnibus, privilegiiſque, quæ vel à comite Rogerio vel ab aliis acceperat 684. § XLV. Qua in eremi Turritanæ eccleſia Sanctus fuerit ſepultus, & quid de miraculis, ſepulturam ejus ſecutis, aliiſque nonnullis, ad eum utcumque ſpectantibus, ac tempus, quo in Sanctorum, ſeu potiùs Beatorum album relatus fuit, prægreſſis, ſit cenſendum 689. § XLVI. Leo X Papa Ordini Cartuſienſi Turritanum in Calabria S. Stephani monaſterium jubet reſtitui, cultumque Sancti eccleſiaſticum permittit 694. § XLVII. An Leo X Papa Brunonem etiam canonizârit, & quænam, ad gloriam Sancti poſthumam facientia, conceſſam ab hoc Pontifice cultum ei deferendi facultatem proximè ſint ſecuta 698. VITA ANTIQUIOR, *auctore primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologo anonymo, ex antiquiſſimo Bibliothecæ Cartuſianorum Colonienſium Ms. deprompta.* CAPUT UNICUM. Occaſio converſionis S. Brunonis; ſolitudinem petere ſtatuit, alios in idem propoſitum attrahit, Gratianopolim pergit, in Cartuſiæ eremum ſecedit, ad Pontificem, ex hac evocatus, ſe confert, ſolitudinem repetendi facultatem ab eo impetrat, in Turritanam Calabriæ eremum ſe abdit, ibique moritur 703. VITA ALTERA, *auctore Franciſco à Puteo Cartuſiæ Majoris Priore, ex editione, Baſileæ anno circitèr 1515 adornata.* PROLOGUS. Cur Sancti Vitam deſcribere aggrediatur, auctor exponit 707. CAP. I. Occaſione defuncti, qui ſeſe damnatum, inter ſolemnes exſequias è feretro proclamat, in ſolitudinem ſecedere Bruno ſtatuit, alios in idem propoſitum attrahit, iterque cum his ad Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, ſuſcipit 708. CAP. II. Bruno unà cum ſociis ſuis ad Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, venit, Cartuſiæ eremum ab eo obtinet, auſterè admodùm in hac vivit, ac poſt ſexennium circitèr à Pontifice evocatur, vocantique obtemperare ſtatuit 713. CAP. III. Sanctus è Cartuſia Romam ſe confert, ſecutis huc diſcipulis, ut Cartuſiam repetant, ſuadet, ipſeque in Calabriæ, obtenta à Pontifice ſecedendi facultate, recuſatoque Rhegienſi archiepiſcopatu, deſerta ſeſe abdit, benevolum ibi erga ſe comitem Rogerium habet, novas eccleſias condit, ſanctiſſiméque vivit ac moritur 718. VITA TERTIA, *è Vitis per Puteanum & Blomenvennam ſcriptis, à Surio collecta.* CAP. I. Defunctus ſeſe damnatum, è feretro publicè proclamat, ſpectaculi hujus occaſione in ſolitudinem ad pœnitentiam agendam ſecedere Sanctus ſtatuit, cum aliquot aliis, quos ad idem faciendum movit, ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum, iter arripit, benignéque ab hoc excipitur 724. CAP. II. Carthuſiæ eremum Sanctus ingreditur, ex hac, in qua ſanctiſſimè vivit, ab Urbano II Papa evocatur, diſcipulis, Romam eum conſecutis, ut Cartuſiam repetant, ſuadet, Rhegienſem archiepiſcopatum recuſat, ac deinde à Pontifice repetendæ ſolitudinis facultatem impetrat 728. CAP. III. In Turritana eremo à comite Rogerio invenitur, præſentiſſimo periculo hunc liberat, duo ibi ejuſdem liberalitate monaſteria exſtruit, in horum altero ad mortem uſque ſanctiſſimè vivit, poſt obitum miraculis claret, tandemque, Pontifice permittente, à Cartuſianis Cælitum honoribus afficitur 732. EPISTOLA ENCYCLICA, qua

S. Brunonis obitum quaquáversum nuntiârunt ejus in Turritana eremo discipuli, solitaque pro illius anima suffragia postulârunt 736. TITULI FUNEBRES, seu diversæ ad Epistolam præcedentem responsoriæ. SECTIO I. 737. SECTIO II. 742. SECTIO III. 747. SECTIO IV. 752. SECTIO V. 756. SECTIO VI. 760. APPENDIX *seu Supplementum ad gloriam Sancti posthumam.* § I. Veneratio Sancto, Beatis jam adscripto atque ad ecclesiam S. Stephani translato, in Calabria exhibita, frequentiaque ad ejus invocationem miracula patrata, quorum aliquot, annum MDC prægressa recensentur 766. § II. Aliquot miracula, seculo XVII, ante annum tamen hujus XXIV, patrata, recensentur, & quî tandem Sancti cultus ad universam Ecclesiam extensus, festumque ejus tunc Coloniæ Agrippinæ celebratum fuerit, exponitur 770. § III. Fueritne Sanctus anno MDCXXIII à Gregorio XV, an soliùs dumtaxat à Clemente X canonizatus, examinatur, reliquaque, quæ ad gloriam ejus posthumam faciunt, magisque videntur notatu digna, in medium proferuntur 774. De nobili Brunonis genere, uti & de universali, quo doctoris damnati prodigium à scriptoribus omnibus æqualibus ac subæqualibus involvitur, silentio vide etiam, quæ inter Addenda ad calcem tomi dicta sunt.

C

6 CAstus cum Marcello &c. Vide *Marcellus.*

5 Charitina virg. M. fortè Amisi in Ponto. COMM. PRÆV. Sanctæ ab homonyma martyre distinctio: ejus elogia in Ecclesiasticis Fastis: martyrii palæstra & tempus: Actorum fides 20. ACTA, *auctore Symeone Metaphraste, ex Ms. Reginæ Suecia signato num.* 13. *Latinè versa apud Lipomannum tom.* VI *à pag.* 313. 24

5 Constans cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

5 Constantius cum Palmatio &c. Vide *Palmatus.*

5 Crescentius cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

D

5 DIvitianus episc. conf. apud Suessiones in Gallia. SYLLOGE 28

5 Donatus cum Placido &c. Vide *Placidus.*

E

8 ENimia virg. fortè regia & abbatissa in diœcesi Mimatensi in Occitania. COMM. HISTORICO-CRITICUS. § I. Sacra illius apud recentiores martyrologos memoria: cultus certus ad hunc diem: locus, in quo ejusdem reliquiæ servantur: compendium vitæ ex Mabillonio & lectionibus propriis; variæ de illius parentibus opiniones 406. § II. Suprà relatæ opiniones expenduntur: quis sit S. Ilerus in Sanctæ gestis memoratus: quæ de eadem sancta Virgine pro certis haberi queant 408. § III. Charta, per quam Stephanus, Mimatenns episcopus, locum S. Enimiæ restaurandum ac possidendum Calmeliacensi abbatiæ tradidit 411

6 Epiphania virg. sanctimonialis Ticini in Insubria. SYLLOGE. Sanctæ Virginis apud martyrologos memoria, elogium & hujus dicussio 439

6 Eroteis M. in Græcia, *ex Martyrologiis* 378

7 Eumenius episc. conf. Alexandriæ in Ægypto. *E Fastis Habessinis* 832

5 Eutychius cum Placido &c. Vide *Placidus.*

F

6 FAustinus cum Rogato &c. Vide *Rogatus.*

5 Felicula virg. in territorio Autissiodorensi in Gallia. SYLLOGE 225

6 Fides virg. M. ac Socii MM. Aginni in Aquitania. COMM. PRÆV. § I. Actorum sanctæ Martyris notitia horumque diversitas: edendorum antiquitas & fides adversus adversarios vindicata 263. § II. Sanctæ in Martyrologiis classicis annuntiatio: ejus patria Aginnum. An SS. Sabinam & Alvertam habuerit sorores; an martyrii eodem die comites SS. Caprasium, Primum & Felicianum, & quo tempore ac die passa sit, inquiritur 267. § III. Anonymi, qui S. Fidis sepulturam, corporis inventionem & ecclesiæ in ejus honorem erectionem descripsit, antiqua ætas ostenditur, & illæ ex hoc recitantur: ecclesiæ illius situs & ab altera distinctio 270. § IV. Auctorum, qui de translato ex urbe Aginno ad Conchense monasterium S. Fidis corpore egerunt, ætas & fides: hujus translationis, cujus epitome datur, epocha discussa & fat propè definita. An eodem tempore illuc indo delatæ sint S. Vincentii Aginnensis M. reliquiæ? 273. § V. Frustra tentata à Conchensibus totius corporis S. Fidis in novam basilicam translatio: pars capitis ejus magnificentissimè collocata. Peracta tandem corporis in novam basilicam translatio. An & quando S. Fidis reliquiæ aliquæ in Hispaniam translatæ sint? 278. § VI. Celebritas cultûs S. Fidis in Aginnensi, & præsertim in Conchensi ecclesia: erectæ ejus nomini variæ ædes sacræ in Galliis, & una insignis, tum in Aragonia, tum in Anglia 281. § VII. S. Fides Officio Ecclesiastico, ei proprio, in variis regionibus culta. Codicis miraculorum ejus, infrà edendi, auctor, hujusque fides, & cur non omnia miracula edenda 285. ACTA, *auctore anonymo perquàm antiquo, ex codice Ms. reginæ Suecia signato* 863. 288. TRANSLATIO METRICA S. FIDIS VIRG. ET M. AD MONASTERIUM CONCHACENSE, *auctore anonymo ex veteribus Mss.* 289. TRANSLATIO ALTERA S. FIDIS VIRG. ET MART. AD MONASTERIUM CONCHENSE, *auctore anonymo ex veteri Ms. reginæ Suecia in pergameno, signato num.* 744. PROLOGUS. 294. CAP. I. S. Fidis Sociorumque martyrium, sepultura, ac dein corporum inventio & elevatio: patrata Aginni à S. Fide miracula: Conchensis cœnobii situs, Arinisdi, Conchensis monachi, artes ad auferendum S. Fidis corpus 295. CAP. II Aginnenses fugientem cum corpore sanctæ Fidis Arinisdum frustra insequuntur: factum Figiaci miraculum, corpus ad Conchense monasterium perfertur: magnus ad illud concursus: tentata frustra totius corporis translatio: S. Fidis elogium 297. MIRACULA, *auctore Bernardo, Andegavensis scholæ magistro, conscripta, ex antiquo Ms. reginæ Suecia, signato* 744, *partim collato cum editione Labbeana tom.* 2 *Novæ Bibliot. Mss. à pag.* 531. PROLOGUS AUCTORIS, *Collatus cum editione Mabilloniana tom.* IV *Annalium Benedictinorum pag.* 703. 300. MIRACULORUM LIBER I. CAP.

CAP. I. De Witberto, cujus oculos radicitus evulſos S. Fides redintegravit 302. CAP. II. De Gerberto ſimile miraculum 306. CAP. III. Injuſtè irruens in monachum S. Fidis, præcipitatio & morte punitur: puella renuens imagini S. Fidis aſſurgere, membris contrahitur, facti pœnitens ſanatur. Filia viduæ cæca divinitus viſu donata 308. LIBER II. CAP. I. De muliere, quæ uſurpavit annulum, quem altera moriens S. Fidi reliquerat: de improbo mercatore punito: de puero, in quo quadripartitum geſtum eſt miraculum: de cæco & claudo divinitus ſanato 310. CAP. II. De eo, qui à ſuſpendio furcarum S. Fidis auxilio liberatus eſt: de eo, cui ad conterendos ferreos compedes S. Fides malleum attulit 312. CAP. III. De eo, qui prænonitus à S. Fide per feneſtram turris ſaltu evaſit & de mirabili aſino 313. CAP. IV. Aliud de Gerberto miraculum. Item de peregrino capto & vinculato ſubitoque S. Fidis auxilio liberato 315. LIBER III. CAP. I. Bernardo, tertia vice Conchas profecto, tertium de miraculis S. Fidis librum conſcribendi occaſionem præbet prodigium, quo S. Fides gladio percuſſum mirabiliter ſanavit 318. CAP. II. De quodam Bernardo de morte ſuſcitato & de mirabilibus in ipſo, ad S. Fidem veniente, in via patratis 319. CAP. III. De mulo à morte reſuſcitato: de reperto accipitre: de puella contracta & de contracto, directis 321. EPILOGUS. 324 APPENDIX MIRACULORUM § I. Cur hæc miracula edantur. Invocans S. Fidem ſubitò convaleſcit: auctoris frater invocatione S. Fidis gravi morbo mox curatur: mulus, invocato ejuſdem patrocinio, vitæ redditus: mulier, ei annulum offerre ſubterfugiens, divinitus punita; facti pœnitens curata: mulier ſterilis ejuſdem patrocinio fœcundata 324. § II. De quodam Raimundo, naufragium paſſo & S. Fidis auxilio liberato: cur hîc quædam S. Fidis miracula ex Labbeo non edita 327

5 Firmatus diac. ejuſque ſoror Flavia ſeu Flaviana virgo. Autiſſiodori in Gallia. SYLLOGE 163

5 Flavia cum Placido &c. Vide *Placidus.*

5 Flavia ſeu Flaviana cum Firmato. Vide *Firmatus.*

5 Froilanus epiſc. Legione in Hiſpania. COMM. PRÆV. Loci notitia: Sancti in Martyrologiis recentioribus memoria, præcepta in Romano annuntiatio, cultus in Hiſpania: controverſia de ætate, quâ vixerit, diſcuſſa & definita: qualia ejus Acta edenda 228. ACTA, *ex Breviariis etiam vetuſtis collecta tom.* 5 *Martyrologii Hiſpani à pag.* 389. 232

G

5 GAlla vidua, deinde monialis, Romæ. COMMENT. PRÆV. § I. Sanctæ in Faſtis ſacris memoria variis diebus. An rectè in Hagiologiis Benedictinis annuntiata? Ejus elogium ex Ferrario: ab homonymis matronis diſtinctio: Actorum fides 147. § II. Illuſtres Sanctæ natales & cognatio: ad eam probabiliſſimè S. Fulgentius Epiſtolam ſcripſit de conſolatione ſuper morte mariti & de ſtatu viduarum: hinc annus nativitatis ejus utcumque definitur 150. § III. An, quæ S. Gallæ, juniori adhuc viduæ, facta perhibetur mirabilis apparitio iconis B. Mariæ in Porticu, ſcriptorum coævorum teſtimonio, uti Benedictus Papa XIV ſcribit, firmari poſſit 154. § IV. Ejuſdem iconis mirabilis apparitio, quantùm ad ſubſtantiam, conſtanti & antiqua fidelium traditione, ſuis probationibus firmata, prudenter credibilis oſtenditur. Poſt hanc apparitionem monaſterium ad S. Petrum, alterius, quàm Benedictini Ordinis, S. Galla ingreſſa eſt, ibique piè defuncta 159. ACTA *ex lib.* IV *Dialogorum S. Gregorii Papæ I cap.* XIII *edit. Pariſ. anni* 1705, *tom.* 2. *col.* 392. 162

7 Geroldus Colonienſis pro Martyre cultus, apud Cremonam in Inſubria. SYLL. HISTORICO-CRITICA § I. Sancti apud perpaucos martyrologos memoria: ejuſdem geſta unde primò accepta, & à quibus ſcripta & typis edita 955. § II. Præcipua vitæ illius capita examinata: cædis tempus & cauſa: corporis in civitatem Cremonenſem tranſlatio, ſepultura, elevatio & honorificentiori loco intra eamdem eccleſiam depoſitio: canonizatio Sancti leviter aſſerta: potens patrocinium 957. § III. Archiepiſcopus ſenatuſque Colonienſis Sancti mandibulam à Cremonenſibus impetrant: hujus ſollennis exaltatio Coloniæ anno MDCLII; depulſæ graſſantes febres, etiam ab ipſo archiepiſcopo: cultus annuus ibidem in templo Societatis Jeſu 960

H

7 HElanus presb. conf. in Pago Remenſi in Gallia. SYLLOGE 903

5 Hieronymus epiſc. conf. Niverni in Gallia. SYLLOGE 167

I

6 JAnuarius cum Rogato &c. Vide *Rogatus.* &c.

5 Jovianus cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

7 Julia virg. M. in Syria SYLLOGE 883

7 Juſtina virg. M. Patavii in Italia. COMM. PRÆV. § I. Sanctæ Martyris Acta ſubdititia, memoria in Martyrologiis, & ſacer per Italiam cultus 790. § II. S. Juſtinæ genus, & martyrium. An alii ſimul cum illa paſſi ſint 795. § III. Templum S. Juſtinæ conditum ab Opilione: quo is tempore floruerit 799. § IV. Urſati & Fontanini de Opilione, S. Juſtinæ templi conditore, opinio refellitur 803. § V. Quo tempore conditum fuerit S. Juſtinæ monaſterium. Templum novum eidem dicatum 805. § VI. Reliquiarum ſanctæ Martyris aliorumque Sanctorum inventio & in templum vetus tranſlatio 809. § VII. Earumdem reliquiarum in templum novum tranſlationi ſe parant monachi S. Juſtinæ 813. § VIII. S. Juſtinæ aliorumque Sanctorum reliquiæ in templum novum ſolenniter transferuntur 817. § IX. Extrahuntur S. Juſtinæ reliquiæ & in locum ſuum ſolenniter reducuntur 819. ACTA ſubleſtæ fidei & ſubdititia *ex Mombritio.* Juſtinæ genus & martyrium 824

5 Juſtinus cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

L

5 LEander cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

7 Leopardinus mon. M. Albiniaci in Pago Borbonico

bonico. COMM. PRÆV. § 1. Sancti Martyris Acta; quo ſeculo vixerit 906. § 11. Sancti Martyris genus, geſta, martyrium & cultus ſacer 909. ACTA *ex Ms. codice Silviniacenſis cœnobii apud Philippum Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Mss. Librorum, à pag. 415 excuſa.* CAP. 1. Refertur Sancti Martyris vita & martyrium 914. CAP. 11. Quæ Martyris necem ſint ſecuta 917. ACTA BREVIORA *ex veteri Ms. Lectionario abbatiæ S. Sulpitii apud Philippum Labbeum tom. 2 Bibliothecæ librorum Mss. pag. 424 & ſeq.* 921

M

6 MAgnus epiſc. Opitergienſis, deinde Heracleënſis, conf. Fortè Heracleæ in ditione Veneta. SYLLOGE. Sancti in Martyrologiis recentioribus annuntiationes: corporis ex Heracleënſi urbe tranſlatio: Sancti cultus ſolemnis. Natales ejus, geſti epiſcopatus Opitergini ac dein erecti Heracleënſis epochæ, octo eccleſiarum Venetiis facta erectio, & emortualis locus tempuſque diſcutiuntur 416

5 Marcellinus epiſc. conf. Ravennæ in Italia. COMMENT. HIST. § 1. Faſti ſacri & ſcriptores præcipui, qui Sancti meminerunt 30. § 11. Quæ proſint & quæ contrà obſint Ravennatum traditioni, quâ Sanctus, aliique priores decem S. Apollinaris in ſede Ravennati ſucceſſores à Spiritu Sancto in ſpecie columbæ apparente feruntur electi 32. § 111. Tempus, quo Sanctus ſedere inceperit & obierit 34. § 1v. Locus ſepulturæ, inventio & tranſlatio reliquiarum, cultus hodiernus 37

7 Marcellinus cum Quarto. Vide *Quartus.*

6 Marcellus, Caſtus, Æmilius & Saturninus MM. fortè Capuæ in Campania felici. *Ex Martyrologiis.* Sanctorum Martyrum in Martyrologiis annuntiatio: variæ variorum de iiſdem conjecturæ 329

7 Marcellus & Apuleius MM. Romæ. SYLLOGE. Diſcutitur SS. Martyrum apud Martyrologos Annuntiatio, & nonnulla ad eorum cultum & reliquias ſpectantia pertractantur 826

7 Marcus Papa conf. Romæ. COMM. PRÆV. § 1. Sancti in vetuſtis ac recentioribus ſacris Faſtis memoria, cultus & eccleſiæ: tempus ac duratio ſedis ipſius 886. § 11. Vitæ illius minimè vetuſtæ, ideóque non edendæ, pauca geſta ejuſdem aliunde nota 888. § 111. Sancti Pontificis corporis inventio & trina tranſlatio, quarum poſtrema Romam: harum omnium hiſtoriæ fides & ætas expenditur 891. § 1v. Quid cenſendum videatur de S. Marci corpore, quod Florentini à SS. Damaſo & Ambroſio ſibi donatum eſſe, exiſtimant 894. § v. Duo alia loca, in quibus S. Marci Papæ corpus quieſcere dicitur 897. HISTORIA TRANSLATIONUM, *auctore anonymo, veriſimiliter ſynchrono, ex Bibliothecæ Vaticanæ Codic. Anon. f.* 176. PROLOGUS. Compendium Vitæ ac virtutum ſancti Pontificis 898. CAP. 1. Inventio ſacri corporis in cœmeterio S. Balbinæ, Viâ Ardeatinâ; prima ejuſdem tranſlatio ad caſtrum S. Silveſtri, & ſecunda ad Caſtrum Julianum 899. CAP. 11. Sacri corporis è caſtro Juliano ad ſui nominis eccleſiam Romam tranſlatio: miracula quædam ibidem mox obtenta 901

6 Martialis cum Rogato &c. Vide *Rogatus.*

7 Martinus conf. primus abbas Belli-Fontis, nunc Vallis-Paradiſi, in Legionenſi regno Hiſpaniæ. COMM. PRÆV. § 1. Notitia monaſterii veteris ac novi, ubi præfuit, cultumque obtinuit: ejus memoria in Martyrologiis, cultus & Officia eccleſiaſtica: geſta unde referenda 947. § 11. Sancti cognomen ac patria: ſuſceptum ſacerdotium: præfectura in hoſpitio pauperum: additum huic monaſterium Ordinis Ciſtercienſis, geſtaque ab ipſo ibidem prælatura: illius obitus ac primi ſucceſſores 949. § 111. Monaſterii Belli-fontani ſitûs ac nominis mutatio: geminæ ſacri corporis tranſlationes, inſcriptiones ſeu tabulæ de iiſdem factæ: reliquiæ eccleſiæ Zamorenſi conceſſæ: monaſterii fortuna 952

5 Matthæus Mantuanus conf. Ord. fratrum Prædicatorum, Viglevani in Ducatu Mediolanenſi. SYLL. DE GESTIS ET CULTU. § 1. Locus cultûs: memoria in Martyrologiis: elogium ex Taëgio: pauca alia ex aliis accepta: aliqua miracula poſt mortem: tempus obitûs 248. § 11. Aliquot miracula poſt mortem illius patrocinio præterea impetrata: tranſlatio corporis & memoria annua à Sixto IV Papa conceſſa: cultus ejuſdem impugnatus, & confirmatus: conceſſa de eodem Miſſa & Officium 252

5 Maxentius cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

5 Meinulphus diac. Budicæ in diœceſi Paderbornenſi in Circulo Weſtphalico. COMM. PRÆV. § 1 Monaſterii Budicenſis ſitus: Sancti memoria in Faſtis ſacris: Acta à quibus ſcriptoribus antiquioribus exarata, & quæ edenda 171. § 11. Illuſtre Sancti genus, patria, tempus natale 176. § 111. Baptiſmus, educatio, vitæ inſtitutum: quod, qualeque id fuerit & quandonam ſuſceptum 179. § 1v. Monaſterium condere Sanctus ſtatuit; an ad id voto etiam ſeſe obſtrinxerit, & an eccleſiæ Paderbornenſis archidiaconus umquam fuerit 185. § v. Condit monaſterium Budicenſe, quî & quando id fecerit, & cujus inſtituti virgines in eo collocârit 187. § v1. Sancti obitus, ſepultura, miracula, corporis elevatio 193. § v11. Tentata incaſſum reliquiarum Sancti è monaſterio Budicenſi Paderbornam tranſlatio, factaque in id canonicorum Regularium inductio 196. § v111. Sancti reliquiæ tranſlatæ populoque exhibitæ, cultus ejus apud Regulares Budicenſes canonicos 199. § 1x. Miracula à tempore, quo monaſterium Budicenſe in canonicos Regulares fuit tranſcriptum, ad annum uſque MCDLV Sancti patrocinio patrata 202. § x. Sancti reliquiæ à canonicis Budicenſibus cum aliis communicatæ, cultus in diœceſi Paderbornenſi & alibi 206. VITA, *auctore Sigewardo, ex editione Overhami cum Fragmentis Browerianis & apographo Hardeshuſano collata* PROLOGUS 209. PROLOGUS ALTER. CAP. 1. Sancti natales, baptiſmus, litterarum ſtudium, vitæ inſtitutum, progreſſus in virtute, condendi monaſterii propoſitum, hujus exſecutio, viſiones, miraculum, obitus 210. CAP. 11. Miracula poſt obitum, corporis de tumulo levatio 214. VITA ALTERA, *auctore Gobelino Perſona, è Budicenſis cœnobii Paſſionali pergameno Ms. inſigni cum P. Georgii Garnefelt Carthuſiani apographo collata.* PROLOGUS 216. PROLOGUS ALTER 217. CAP. 1. Nobiles San-

Sancti

ti natales, patria, baptiſmus, vitæ inſtitutum, condendi monaſterii propoſitum, hujus exſecutio, viſiones præviæ, obitus, temporaria reſuſcitatio, ſepultura 218. Cap. II. Miracula poſt obitum, corporis de terra levatio 222. Vide etiam ad calcem tomi Addenda.

N

6 Nicetas Conf. in Græcia. Comm. Præv. Sancti memoria in Faſtis ſacris, cultus eccleſiaſticus, natales, diſtinctio ab homonymis, vitæ ſeries diſcuſſa, Acta è Menæis edenda, qualia ſint 444. Acta *ex Menæis Græcis interprete C. B.* 448

O

5 Ormiſda cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

7 Oſitha vel Oſgitha virg. M. in ſui nominis oppidulo comitatûs Eſſexiæ in Anglia. Comm. Præv. §. I. Notitia loci, ubi vixit, paſſaque ac culta fuit: memoria in Martyrologiis: Vita edenda ſubleſtæ fidei: quænam ſuadeant, illam ſeculo VII floruiſſe 936. § II. Referuntur rationes pro eadem Sancta ſeculo IX illiganda, ac pro ſeculo VII veriſimiliùs pronuntiatur 939. Vita, *auctore anonymo, ex Laurentii Surii collectione de Vitis Sanctorum menſis Octobris* 942

P

7 Palladius epiſc. conf. Mediolani Santonum in Aquitania II. Comment. Hist. § I. Sancti cultus à ſeculo ſaltem XI ſtabilitus; Lectiones Breviarii Santonenſis ei propriæ: ejus in quibuſdam Martyrologiis annuntiatio & apud varios ſcriptores, ut verè ſancti, memoria 924. § II. Antiſtitis noſtri illuſtres natales: aditi epiſcopatus epocha ſat propè definita. Intereſt Pariſienſi ſynodo anno 573 Santonenſi verò anno 579 veroſimillimè interfuit: Gundobaldi, in Francorum regem à quibuſdam levati, juſſis plùs æquo paruit 927. § III. Palladius à Guntchramno rege acerbè increpatur: ter ei non pejerâſſe oſtenditur. Contumeliam unam ſibi illatam moderatè fert; non item alteram. In ſynodo Matiſconenſi ob Fauſtiani ordinationem mulctatur: clericos ſui obtrectatores ſeverè caſtigat: indignè rurſus & immeritò vexatur 930. § IV. Reliquum vitæ tempus Sanctus eximiæ pietatis operibus impendit: varias exſtruit eccleſias: Sanctorum reliquias honorificè tranſfert. Ei S. Gregorius Magnus S. Auguſtinum in Angliam directum commendat. Ejus emortuale tempus niſpiam præcisè definitum 933

5 Palmatius, Maxentius, Conſtantius, Creſcentius, Juſtinus, Leander, Alexander, Sotor, Ormiſda, Papirius, Conſtans & Jovianus MM. Treveris in Gallia Belgica. Sylloge. 18

5 Papirius cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

6 Pardulphus abb. conf. Waracti in diœceſi Lemovicenſi in Gallia. Comm. Præv. § I. Pardulphi Acta, memoria apud martyrologos & cultus ſacer 422. § II. Pardulphi natales, vita, tum ſolitaria tum monaſtica 426. § III. S. Pardulphi obitus & tranſlationes 429. Vita, *auctore anonymo ſuppari, ex veteribus membranis & apographo P. Jacobi Sirmondi Societatis Jeſu.* Præfatio 433. Cap. I. S. Pardulphi natales & vita monaſtica 434. Cap. II. Varia S. Pardulphi miracula 435. Cap. III. S. Pardulphi obitus 438

5 Peregrina virg. M. Româ Labacum in Carniolia tranſlata. Sylloge 12

5 Petrus de Imola eques Hieroſ. S. Joannis, Florentiæ in Hetruria. Syll. 245

7 Pipio diac. conf. Belnæ in Vaſtinenſi Galliæ tractu. Syll. Historico-critica de illius cultu, geſtis & ætate 965

5 Placidus, Eutychius, Victorinus, Flavia, Donatus aliique MM. Meſſanæ in Sicilia. Comm. Præv. § I. SS. Placidus & Socii martyres à recentioribus alii, alii ab antiquis martyrologis, ut apparet, ad hunc diem memorati 65. § II. Placidus, diſcipulus S. Benedicti, verè exſtitit, cultuſque fuit ante ſeculum XII, quo ejus Acta primùm in lucem protracta fuerunt 70. § III. Acta S. Placidi multiplicia, ſed omnia ſubleſtæ fidei 73. § IV. Inſtrumenta varia de rebus geſtis S. Placidi conficta rejiciuntur 78. § V. Diſcutiuntur, quæ de S. Placidi natalibus circumferuntur 80. § VI. S. Placidi nativitas, oblatio S. Benedicto, vita monaſtica Sublaci, dum unà cum S. Benedicto in Caſſinum abiit 84. § VII. S. Placidus Sublaco Caſinum tendit: conditur Caſinenſe monaſterium, & ditatur à Tertullo S. Placidi patre 87. § VIII. S. Placidus in Siciliam abiens, pluribus miraculis claret 91. § IX. Conditum à S. Placido monaſterium invadunt barbari: quinam hi fuerint 94. § X. Vatiæ conditi à S. Placido Meſſanæ monaſterii viciſſitudines 99. § XI. Inſtauratus ſanctorum Martyrum apud Meſſanenſes cultus & corporum inventio 103. § XII. Cultus publicus à Sixto V & Paulo V ſanctis Martyribus decretus 107. § XIII. SS. Placidi & Sociorum Meſſanæ feſta, reliquiæ variis locis diſperſæ, Officia in eorum honorem recitari ſolita 110. Acta *auctore Pſeudo-Gordiano, ex Actis Sanctorum Benedictinorum tom. I à pag.* 45. Prologus 114. Cap. I. S. Placidi genus & vitæ monaſticæ exordia 115. Cap. II. S. Placidus iter in Siciliam arripit, & prodigiorum multitudine claret 120. Cap. III. Sanctus iter ſuum promovet, Meſſanam appellitur, ibique monaſterium condit 124. Cap. IV. Meſſanæ prodigiis & vitæ ſanctitate floret 127. Cap. V. S. Placidum Fratres & Soror inviſunt: irruentes in monaſterium Saraceni tum in Monachos, tum in Hoſpites ſæviunt 130. Cap. VI. Sancti, iterum iterumque cruciati, capite tandem minuuntur, & à Gordiano ſepulturæ mandantur 133. Cap. VII. Monaſterii Meſſanenſis inſtauratio & ſanctorum Martyrum cultus 136. Acta altera, *auctore Stephano Anicienſi ex editione Octavii Cajetani tomo I de Sanctis Siculis à pag.* 172. Prologus 139. Prologus alter ibid. Cap. I. S. Placidi genus, apud S. Benedictum commoratio & miſſio in Siciliam 140. Cap. II. Sancti in Siciliam iter, pluribus prodigiis illuſtre, & Meſſanenſis monaſterii ædificatio 141. Cap. III. S. Placidi Sociorumque martyrium 145

6 Probus epiſc. conf. Cajetæ in Campania Romana. Sylloge 379

6 Prudentius M. Veſuæ in Burgundia cultus. Comm. Præv. § I. S. Prudentii apud martyrologos mentio, tempus necis incertum, palæſtra & cultus antiquus 333. § II. Narbonenſis provincia variis cladibus attrita: his ſuperſtites S. Prudentii reliquiæ Veſuam delatæ, & ſacer illius cultus ibidem inchoatus 336.

336. § III. S. Prudentii miracula, Beſuæ patrata: tranſlatio corporis Divionem, & ejuſdem ad Beſuenſe monaſterium reductio 340. § IV. Variæ Beſuenſis monaſterii viciſſitudines, reliqua S. Prudentii miracula, quibus nonnulla ad ſacrum ejus cultum ſpectantia adjunguntur 344. ACTA, TRANSLATIONES ET MIRACULA, *auctore Teobaudo Beſuenſi monacho, deſcripta ex Ms. codice Trecenſi per Franciſcum Chifletium, & edita per Philippum Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Mss. à pag.* 605. PROLOGUS 348. MIRACULORUM LIBER I. CAP. I. Sancti Prudentii natales, geſta aliquot, martyrium & eccleſia prope Narbonem 349. CAP. II. S. Prudentii reliquiæ Beſuam allatæ 352. LIBER II. CAP. I. Depoſitis Beſuæ S. Prudentii reliquiis, varia ibi miracula ad illius invocationem eduntur 355. CAP. II. Ulterior miraculorum Beſuæ patratorum enarratio 359. CAP. III. S. Prudentii reliquiæ Divionem transferuntur ſub finem ſeculi IX: ſequenti verò Beſuam reducuntur 361. LIBER III. CAP. I. Concilium celebratum prope Beſuam: nonnulla miracula S. Prudentii in eo patrata 363. CAP. II. Ædes ſacra S. Prudentio condita: ejus reliquiæ eò tranſlatæ: captivus carcere miro modo liberatus 365. CAP. III. Tres alii non abſimili modo carceribus liberati 368. LIBER IV. CAP. I. S. Prudentius ſanat brachium aridum & paralyticam: puellam ultione divina liberat 370. CAP. II. Inter alia miracula tribus mortuis vitam reddit 373. CAP. III. Aliud mortui ad vitam revocati miraculum; quid huic mox à morte acciderit: Teobaudi ad lectorem epilogus 375

Q

7 QUartus & Marcellinus, Capuæ in Campania Italiæ. *E Martyrologiis Hieronymianis aliiſque* 885

R

6 REnatus epiſc. conf. Surrenti in Regno Neapolitano. COMM. HISTORICO-CRITICUS. § I. Sancti dies emortualis non ſatis certus: ejus hoc die cultus apud Surrentinos, hujuſque tum in Italia, tum in Gallia antiquitas: prodigioſæ, quæ de S. Renato vulgò circumfertur, hiſtoriæ epitome 380. § II. Prodigioſæ S. Renati hiſtoriæ nullus ſat antiquus auctor patrocinari oſtenditur 384. § III. Traditio, monumenta, ſcriptorumve teſtimonia, ex quibus prodigioſa S. Renati hiſtoria pariter adſtruitur, expenduntur, & nihil certi evincere demonſtrantur 387. § IV. An Sanctus noſter Andegavenſem epiſcopatum priùs, quàm Surrentinum, certò adminiſtrârit, inquiritur. Reliqua ejus geſta, emortuale tempus, ſepulturæ locus & corporis tranſlationes referuntur. Varia ejus elogia 390

5 Rogatus, Saturninus, Fauſtinus & Martialis MM. in Africa. Item Januarius & Ammonus MM. fortè Romæ. *Ex Martyrologiis* 332

6 Romanus epiſc. Autiſſiodori in Gallia. SYLLOGE 396

S

6 SAgaris epiſc. M. Laodiceæ in Phrygia. SYLLOGE 261

6 Saturninus cum Marcello &c. Vide *Marcellus.*

6 Saturninus cum Rogato &c. Vide *Rogatus.*

7 Sergius & Bacchus MM. in Syria. COMM. PRÆV. § I. Sanctorum memoria in Feſtis ſacris, cultuſque eccleſiaſticus publicus 833. § II. Acta Latina, è quibus prolixius elogium Ado Sanctis adornavit, aliaque Acta Græca qualia ſint, & cur ambo edenda 834. § III. Militaris Sanctorum conditio, martyrii locus, genus, tempus, aliaque adjuncta 839. § IV. Quænam Sanctis ante ſeculum ſextum veneratio, ac nominatim S. Sergio, fuerit delata 845. § V. Variæ eccleſiæ Sanctis ſeculo VI exſtructæ, aliaque in Oriente præcipuè delata venerationis officia 849. § VI. Veneratio Sanctis, ac nominatim S. Sergio, ſeculo ſexto ac paulò ſeriùs, etiam in Occidente, delata 855. § VII. Eccleſiæ locave tum Occidentis, tum Orientis ſacra, in quibus vel Sancti poſt ſeculum ſextum aut certè à tempore incognito cultu eccleſiaſtico fuêre affecti, vel ſacra etiam eorum lipſana aut ſunt aut fuerunt aſſervata 858. ACTA, *auctore anonymo, è codice noſtro Ms. membraneo, ſignato Q. Ms. 7, cum duobus aliis noſtris Mss. itidem membranaceis codicibus & editione Mombritii collato.* CAP. I. Ad Maximianum imperatorem tamquam Chriſtiani deferuntur Sergius & Bacchus, tales deprehenſi ludibrio ab eo habentur, ad Antiochum ducem morte etiam, ni diis ſacrificent, afficiendi mittuntur, cuſtodiæque ab hoc includuntur 863. CAP. II. Sanctorum apud Antiochum in fide conſtantia, mors hinc illis illata, miracula hanc ſecuta, ſepultura, honorque iiſdem à Chriſtianis delatus 867. ACTA ALTERA, *auctore Symeone Metaphraſte, ex Ms. Mediceo Bibliothecæ regiæ Pariſienſis, Latinè verſa à Lipomano tom.* VI *à pag.* 317. CAP. I. Sancti tamquam Chriſtiani apud Maximianum accuſantur, tales ab eo deprehenduntur, ludibrioque habentur 871. CAP. II. Sancti ad Antiochum ducem mittuntur, ab eo, ut à fide deſciſcant, variè monentur, flagriſque ad mortem uſque Bacchus cæditur 875. CAP. III. Sergius crudeliter torquetur, gladio martyrium conſummat, temploque pòſt ejus ſepulcrum honoratur 879

5 Soter cum Palmatio &c. Vide *Palmatius.*

T

5 THraſeas epiſc. M. veriſimiliùs Smyrnæ in Aſia minori. SYLL. CRITICA 7

5 Tullia virg. Manuaſcæ in Provincia Galliæ. SYLL. HISTORICO-CRITICA. Sanctæ in quibuſdam Martyrologiis annuntiatio & Eccleſiaſticus cultus: geſta ejus deſumenda ex Actis S. Conſortiæ. Quatenus hæc genuina ſint? An Tullia S. Eucherii vulgò Magni filia fuerit? Quandonam circitèr obierit? 39

V

5 VIctorinus cum Placido &c. Vide *Placidus.*

Y

6 YWius diac. conf. Wiltoniæ in Anglia. SYLLOGE. S. Ywii memoria in Faſtis ſacris, cultus, vitæ profeſſio 400. ACTA *ex Capgravio* 404

IN TOMUM III OCTOBRIS

INDEX CHRONOLOGICUS.

SECULUM I.

Ortè hoc ſeculo ſub Nerone martyrium ſubiit S. Juſtina, virgo Patavina 790 a

Fortè eodem ſeculo ad finem vergente paſſi Romæ ſunt SS. Marcellus & Apuleius 826 b

SECULUM II.

Anno 130 S. Eumenius creatus eſt epiſcopus Alexandrinus in Ægypto 832 e

Anno 143 obiit S. Eumenius, epiſcopus Alexandrinus in Ægypto 832 b e

Circa annum 171 paſſus eſt S. Thraſeas epiſcopus, veriſimiliùs Smyrnæ in Aſia Minori 7 b c e f, 8 a & ſeqq., 9 & ſeqq.

Anno circitèr 175 S. Sagaris epiſcopus martyrio coronatus eſt Laodiceæ in Phrygia 261 b f, 262 a b d e f

SECULUM III.

Sub annum 287 veriſimiliter paſſa fuit S. Fides virgo cum Sociis Aginni in Aquitania 263 a, 270 c d e

Circa hujus ſeculi finem ſub Diocletiano & Maximiano S. Palmatius cum Sociis coronatus martyrio Treviris fuit 18 a b

Anno circitèr 296, *vel initio ſeculi ſequentis*, paſſi in Syria ſunt SS. Sergius & Bacchus 844 c & ſeqq.

SECULUM IV.

Ante annum 304 probabiliter paſſa eſt S. Charitina virgo, fortè Amiſi in Ponto 20 b, 22 f, 23 a b c d

Sub ejuſdem ſeculi initium obiit S. Divitianus, Sueſſionenſis epiſcopus in Gallia 28 b, 29 a b

Circa ejuſdem etiam initium S. Marcellinus creatus eſt epiſcopus Ravennas 36 c & ſeqq., 37 a b c d

Fortè ejuſdem ſeculi initio paſſa in Syria eſt S. Julia virgo 884 b c

Veriſimiliùs ante annum 312 paſſa S. Peregrina virgo, Româ poſtea Labacum tranſlata 12 b, 17 e

Veriſimiliùs ante annum 324 paſſa eſt S. Eroteis 378 a e f

Anno 336 S. Marcus creatus Pontifex & mortuus eſt 887 c & ſeqq., 888 a

Anno 346 obiit S. Marcellinus, epiſcopus Ravennas 30 a, 36 c

SECULUM V.

Hoc ſeculo jam exſtabat SS. Sergii & Bacchi MM. eccleſia Reſaphenſis 845 e f, 846, 847, 848, 849 a

Sub ejuſdem initium corpora SS. Fidis virginis ac Sociorum martyrum à S. Dulcidio, Aginnenſi epiſcopo, tranſlata fuerunt 270 f, 271 a & ſeqq., 272, 273 a b c d

Fortè inter annos 425 & 431 Manuaſcæ in Provincia Galliæ obiit S. Tullia virgo 39 c, 44 a b c d

Circa medium obiit S. Renatus epiſcopus Surrentinus 380 c, 392 a

Anno 453 conſul Opilio an fuerit conditor eccleſiæ S. Juſtinæ Patavii 800 e f, 801 a, & ſeqq., 802, 803 a & ſeqq.

Anno 499 jam exſtabat Romæ titulus, ſeu eccleſia S. Marci Papæ 887 d

Verſus ejuſdem ſeculi finem, vel ſeculo ſequenti Acta SS. Sergii & Bacchi MM. veroſimiliùs conſcripta fuêre 837 d e f

SECULUM VI.

Hoc ſeculo aliquot annis inchoato in Gallia obiit S. Helanus presbyter 905 c d e f

Anno 517 celebrata in Gallia fuit ſynodus Epaonenſis 53 b

Circa annum 520 obiit S. Apollinaris epiſcopus Valentinenſis Segalaunorum in Gallia 45 a, 50 c

Poſt annum 520 Vitam S. Apollinaris epiſcopi Valentinenſis ſcripſit ejuſdem diaconus Eladius 47 a & ſeqq., 48 a b, 58 & ſeqq.

Anno 524 conſul Opilio an S. Juſtinæ eccleſiam Patavinam exſtruxerit 804 a b

Sub annum 541 SS. Placidus & Socii martyrio coronati fuêre apud Meſſanam in Sicilia 67 b, 99 a b c d

Anno 542 Chroſroës I Perſarum rex Sergiopolim fruſtra obſedit 852 b & ſeqq., 853 a b

Fortè anno 546 Romæ obiit S. Galla, ex vidua monialis 147 c, 162 b

Eodem anno 546 Roma à Totila capta fuit 162 b

Poſt medium hoc ſeculum corpus S. Urſini, primi Bituricenſis epiſcopi, revelatum & ex terra levatum fuit 923 b & ſeqq.

Poſt medium idem ſeculum obiit S. Auguſtus presbyter apud Bituricas 922 a b

Anno 561 *vel ſequenti* S. Romanus creatus eſt epiſcopus Autiſſiodorenſis 396 c d e f, 397 a

Anno 564 obiit S. Romanus epiſcopus Autiſſiodorenſis 396 a f, 397 a

Anno circitèr 570 S. Palladius creatus eſt epiſcopus Santonenſis 927 d

Anno 573 celebratum eſt concilium Pariſienſe IV, in cauſa Promoti contra canones ordinati 927 e f, 928 a b

Anno 579 celebratum eſt concilium Santonenſe in cauſa Nantini comitis 928 b c d

Circa annum 580 obiit S. Bartius, vel Barſius, epiſcopus Vaſionenſis 399 b c e

Anno 584 Gundovaldus in Gallia ſe pro rege ferebat 928 d e f, 929 a b c d

Anno 585 celebrata fuit ſynodus Matiſconenſis

ſis 931 d e f
Poſt annum 585 S. Palladius, epiſcopus Santonenſis, corpus S. Eutrôpii, primi ejuſdem ſedis epiſcopi, in novam à ſe exſtructam eccleſiam tranſtulit 933 d e f, 934 a b
Eodem circitèr tempore S. Palladius, Santonenſis epiſcopus, S. Martini abbatis corpus honeſtiùs collocavit, aliorumque duorum Sanctorum corpora divinitus transferri obtinuit 934 b c d e
Anno 589 S. Palladius, Santonenſis epiſcopus, eccleſiam S. Martino Turonenſi exſtruxit 933 b c
Anno 591 Choſroës II, Perſarum rex, votum fecit S. Sergio martyri, in eumque deinde munificus fuit 853 c & ſeqq., 854, 855 a b c
Anno 596 S. Gregorius I Papa ad S. Palladium Santonenſem epiſcopum ſcripſit 935 b c d e
Eodem anno 596 S. Palladius, Santonenſis epiſcopus, varias Sanctorum reliquias à S. Gregorio I Papa obtinuit 934 e f, 935 a
Eodem ferè tempore S. Palladius, epiſcopus Santonenſis, eccleſiam ad recondendum S. Vaſii martyris corpus ædificavit 935 a b
Hoc ſeculo exeunte, vel ſequenti inchoato obiit idem S. Palladius 935 f
Fortaſſe etiam hoc ſeculo, vel ſequenti, in Gallia floruit S. Leopardinus, monachus & martyr 907 c & ſeqq., 908, 909 a b c d e
Fortè hoc vel ſequenti ſeculo Autiſſiodori in Gallia obierunt S. Firmatus diaconus, & Flavia vel Flaviana virgo 163 c, 166 e

SECULUM VII.

Anno 603 S. Apollinaris creatus eſt archiepiſcopus Bituricenſis 414 e f
Anno 611 obiit S. Apollinaris archiepiſcopus Bituricenſis 413 c, 414 f, 415 a
Circa annum 630 S. Magnus creatus eſt epiſcopus Opiterginus 418 e
Anno 638 condita eſt civitas Heraclea, & Opiterginus epiſcopatus ad eam tranſlatus 418 b & ſeqq.
Fortè ſub annum 660 obiit S. Magnus epiſcopus Heracleënſis 416 b, 421 f, 422 a b
Anno 669 plurimùm à Saracenis paſſa Sicilia eſt 100 d e f, 101 a b c
Sub hujus ſeculi finem, vel initium ſequentis obiit S. Ywius diaconus in Anglia 400 a

SECULUM VIII.

Anno 737 obiit S. Pardulphus, abbas Waractenſis in Gallia 422 c, 429 f, 430 a b c d, 439 d
Anno 741 antiquior Romæ fuit SS. Sergii & Bacchi MM. diaconia 857 f, 858 a
Hoc ſeculo medio corpus S. Quirini vel Cyrini martyris Româ ad Segernſeanum Bavariæ monaſterium tranſlatum fuit 898 d
Anno circitèr 763 in Paphlagonia natus eſt S. Nicetas confeſſor 446 a b
Anno circitèr 793 natus eſt S. Meinulphus diaconus 179 b c d
Fortè ſub annum 795 obiit S. Epiphania virgo ſanctimonialis Ticini 439 b
Anno 797 *vel* 798, *non* 799, baptizatus eſt S. Meinulphus 180 a b c d

SECULUM IX.

Hoc ſeculo ſub Carolo Magno S. Hieronymus creatus eſt epiſcopus Nivernenſis 167 f, 168 a & ſeqq.
Anno veriſimiliùs 813 S. Nicetas monachum induit 447 d e
Anno 816 obiit S. Hieronymus epiſcopus Nivernenſis 167 a, 171 b d e
Annum 825 *inter &* 836 veriſimiliùs condi cœptum eſt Budeceñſe S. Meinulphi monaſterium 190 f, 191 a b c
Anno 838 probabiliter obiit S. Nicetas 448 a b d
Anno 842 S. Adelgiſus epiſcopus Novarienſis ſubſcripſit decreto ſynodali provinciæ Mediolanenſis 946 c
Sub medium hoc ſeculum obiit S. Adelgiſus epiſcopus Novarienſis 945 b c
Anno 854 Ludovicus II imperator diploma Dodoni, Novarienſi epiſcopo conceſſit 946 d
Anno 857, *non* 847, veriſimiliùs obiit S. Meinulphus diaconus 193 d & ſeqq., 194 a b c d
Anno 859 corpus S. Romani, Autiſſiodorenſis epiſcopi in novas cryptas Autiſſiodori tranſlatum fuit 397 f, 398 a b
Anno 974 data eſt charta Roſei, epiſcopi Patavini, de xenodochio eccleſiæ S. Juſtinæ addito 805 f, 806 a & ſeqq. 807 a b c
Eodem anno veriſimiliùs conditum fuit S. Xyſti Placentinum monaſterium, ejuſdemque ac SS. Marcelli & Apuleii reliquiis ditatum 830 c & ſeqq., 831 a
Anno 875 Carolus Calvus prioratum S. Portiani ad Trenorchienſe monaſterium tranſtulit 910 d e
Anno 883 Geilo epiſcopus Lingonenſis reliquias S. Prudentii martyris Beſuam detulit 336 e f, 337, 338 a b c d, 352 d e f, 353, 354, 355
Anno 886 *vel* 887 corpus S. Fidis V. M. è ſuburbana Aginnenſi eccleſia ad Conchenſe monaſterium tranſlatum fuit 273 f, 274 & ſeqq.
Eodem circitèr anno corpus S. Vincentii, martyris Aginnenſis, ad Conchenſe monaſterium tranſlatum fuit 278 b c d
Annum 887 *inter ac* 896 veriſimiliùs S. Meinulphi diaconi corpus è terra elevatum fuit 195 a & ſeqq.
Anno 898 *vel* 899 corpus S. Prudentii martyris Beſuâ Divionem tranſlatum fuit 341 b & ſeqq., 342, 343 a b c d e, 361 c & ſeqq.

SECULUM X.

Anno 921 corpus S. Prudentii martyris Divione Beſuam relatum fuit 344 b c d e, 361 f, 362, 363 a b c
Anno 936 & 937 Hungari Burgundiam infeſtârunt 345 a b
Anno 951 eccleſia S. Enimiæ virginis Cameliacenſi monaſterio tradita fuit 411 d e f, 412 a & ſeqq., 413 a b
Anno circitèr 963 inventum S. Marcellini epiſcopi Ravennatis corpus, & poſtea in metropolitana eccleſia Ravennæ depoſitum fuit 37 e f, 38, 39 a
Eodem anno corpora SS. Aderiti, Caloceri, Probi, Proculi, Dathi, Liberii & Agapiti inventa

venta, & Ravennam tranſlata fuêre 38 a & ſeqq., 39 a

Anno 970 Gauſlinus, epiſcopus Patavinus chartam dedit de monachorum monaſterio eccleſiæ S. Juſtinæ à ſe addito 807 c, & ſeqq., 808 a b c

Anno 982 erectum Venetiis eſt monaſterium S. Georgii Majoris 808 d

Anno 990 S. Froilanus creatus epiſcopus eſt Legionenſis 230 b & ſeqq., 231 a & ſeqq.

SECULUM XI.

Hoc ſeculo Saraceni Siciliam infeſtârunt, ex eaque à Normannis expulſi fuêre 102 d e f

Sub initium hujus ſeculi corpus S. Pardulphi abbatis Waractenſis, Sarlato Arnacum tranſlatum fuit 432 a b

Anno 1006 obiit S. Froilanus epiſcopus Legionenſis 228 a, 229 d & ſeqq., 230 a & ſeqq.

Anno 1009 obiit S. Attilanus epiſcopus Zamorenſis in Hiſpania 235 c

Anno 1012 inſpectæ fuerunt Andegavi reliquiæ S. Renati epiſcopi Surrentini 393 d

Hoc ſeculo adoleſcente Miracula S. Fidis Aginnenſis V. M. ſcripſit Bernardus, Andegavenſis ſcholæ magiſter 286 d e f, 287 a & ſeqq., 288 a b, 300 d & ſeqq., 301 & ſeqq.

Anno circiter 1030 Coloniæ Agrippinæ natus eſt S. Bruno Cartuſianorum fundator 501 f, 502 a b

Anno 1031 dedicata fuit eccleſia Aquileienſis 898 b c

Anno 1040, *aut circiter*, corpus S. Leopardini, monachi martyris, è terra fuit elevatum 912 f, 913 a b

Anno 1045 obiit S. Bruno epiſcopus Herbipolenſis 456 c

Eodem anno B. Adalbero creatus eſt epiſcopus Herbipolenſis 456 c d

Anno 1050 corpus S. Quirini, martyris Romani, ex dono S. Leonis IX Papæ Româ Noveſium tranſlatum fuit 898 d

Annum 1050 *inter ac* 1060 S. Bruno Cartuſianorum fundator cœpit Remis docere 510 b & ſeqq.

Anno 1056 Adalbero Herbipolenſis epiſcopus, Lambacenſibus clericis monachos ſubſtituit dotavitque 456 e f, 457 a & ſeqq.

Anno 1057 ſuburbanum apud Herbipolim canonicorum collegium in ipſam urbem tranſlatum fuit, & eorum eccleſia Benedictinis tradita 459 d e f, 460 a & ſeqq.

Anno 1060 S. Gebehardus conſecratus eſt archiepiſcopus Salisburgenſis 462 b

Annum 1073 *inter ac* 1085 corpus S. Marci Papæ in ſuburbano Romæ cœmeterio inventum & ad caſtrum S. Silveſtri tranſlatum fuit 892 c & ſeqq.

Anno 1075 monaſterium Schwarzacenſe à B. Adalberone, Herbipolenſi epiſcopo reſtauratum fuit 461 a & ſeqq.

Eodem anno B. Adalbero, Herbipolenſis epiſcopus, ab Henrico IV Germaniæ rege pro componenda pace legatus fuit 462 c d

Anno 1076 Wormatiæ habitum fuit ſchiſmaticorum conciliabulum adverſus S. Gregorium VII Papam 463 b & ſeqq.

Eodem anno S. Bruno, Cartuſianorum fundator, cancellarius fuit eccleſiæ Remenſis 513 a b c

Eodem anno vel ſequenti S. Bruno, Cartuſianorum fundator, Remis receſſit 516 b & ſeqq., 517 a & ſeqq.

Alterutro anno S. Bruno, Cartuſianorum fundator, veriſimiliter interfuit concilio Claromontano 518 a b c

Anno 1077 B. Adalbero, Herbipolenſis epiſcopus, jam exceſſerat in exſilium 465 f, 466 a & ſeqq.

Eodem anno in ſynodo Auguſtodunenſi lata fuit in Manaſſem, Remenſem archiepiſcopum ſententia ſuſpenſionis 518 c & ſeqq., 519 a b c d

Eodem anno S. Bruno, Cartuſianorum fundator, denuò receſſit Reciacum 519 d e f, 520, 521 a b c d

Anno 1079 celebratum fuit concilium Avenionenſe, in quo S. Hugo datus eſt epiſcopus Gratianopolitanis 613 d e

Eodem anno, vel initio ſequentis S. Bruno, Cartuſianorum fundator, veriſimiliter fuit canonicus Cunibertinus Coloniæ Agrippinæ 524 a b

Anno 1080 Manaſſes archiepiſcopus Remenſis in concilio Lugdunenſi exauctoratus fuit 524 c & ſeqq., 525 a & ſeqq.

Eodem anno à Catholicis Germaniæ præſulibus habita fuit Quindiliburgenſis ſynodus adverſus Guibertum pſeudopontificem 465 c d

Anno 1081 *aut paulò poſt* S. Bruno, Cartuſianorum fundator, Remos reverſus, in priſtinum ſtatum reſtitutus fuit 527 a & ſeqq. 528, 529 a & ſeqq.

Non ante annum 1081 S. Bruno, Cartuſianorum fundator, nec Pariſiis, ſed Remis in ſolitudinem receſſit 596 a & ſeqq., 597 & ſeqq., 601 c d e

Anno 1082 Andegavi recognitæ fuerunt reliquiæ S. Renati epiſcopi Surrentini 393 d

Anno 1084 S. Bruno in Cartuſiæ eremum ſe contulit 615 d e f

Anno 1086 data eſt charta donationis Cartuſiæ à S. Hugone epiſcopo Gratianopolitano aliiſque S. Brunoni & ſociis factæ 625 a & ſeqq., 626 a b

Eodem anno B. Adalbero Herbipolenſi ſedi ſuæ reſtitutus fuit, eodemque aut ſequenti anno ex ea denuo expulſus 466 f, 467 a & ſeqq.

Anno 1089 dedicata fuit Benedictinorum eccleſia Lambacenſis 457 d e f, 458 a b f, 459 a b c

Eodem anno Mellicenſe monaſterium à Leopoldo III Auſtriæ marchione fundatum fuit 458 d e f

Anno 1090 Thiemo conſecratus eſt Catholicus archiepiſcopus Salisburgenſis 462 e

Eodem anno obiit B. Adalbero epiſcopus Herbipolenſis 468 a b c d e

Eodem anno S. Bruno ex eremo Cartuſiæ ad ſummum Pontificem evocatus profectus eſt 626 c & ſeqq., 627 & ſeqq., 630 c & ſeqq.

Eodem anno S. Bruno, recuſato archiepiſcopatu Rhegienſi, in eremum Calabriæ ſe contulit 633 c & ſeqq., 634 a & ſeqq.

Eodem anno S. Bruno Turritanam in Calabria eremum à Rogerio Siciliæ ac Calabriæ comite accepit 639 b & ſeqq., 640 a b

Eodem anno Rogerii comitis charta de donata S. Brunoni Turritana eremo, à Theodoro Meſimerio, Squillacenſi epiſcopo, confirmata fuit 641 a & ſeqq., 642, 643, 644 a b

Eodem

Eodem anno eremus Cartuſiæ S. Brunoni & ſociis à Seguino Caſæ-Dei abbate reſtituta fuit 632 d e f, 633 & ſeqq.
Anno 1091 celebratum ab Urbano II Papa fuit concilium Beneventanum adverſus Guibertum pſeudopontificem 651 b c d
Anno 1092 Urbanus II Papa Bullam in favorem S. Brunonis ac ſociorum ejus conceſſit 643 e f, 644 a b c
Anno 1093 Urbanus II Papa concilium Troiæ celebravit 651 b c d
Eodem anno Rogerius Apuliæ dux donationem eremi Turritanæ S. Brunoni factam confirmavit 645 b & ſeqq., 646 a b c
Eodem anno Rogerius Calabriæ comes dedit alteram chartam in favorem S. Brunonis 646 c & ſeqq., 647 a b c d e
Anno 1094 Rogerius Calabriæ comes eccleſiam Turritanæ eremi, à S. Brunone exſtructam, dedicari curavit doniſque auxit 648 a & ſeqq., 649, 650, 651 a b
Eodem anno corpus S. Apollinaris Valentinenſis Segalaunorum epiſcopi ad baſilicam ſui nominis tranſlatum fuit 58 a
Eodem anno corpus S. Pardulphi, abbatis Waractenſis ad ſedandam peſtilentiam Lemovicum allatum fuit 432 a b
Anno 1095 Urbanus II Papa concilium Placentiæ celebravit 651 d e
Eodem anno natus eſt Rogerius Siciliæ rex, & à S. Brunone baptizatus 656 b & ſeqq., 657 a b c d e
Anno 1096 Rogerius Calabriæ comes rurſum aliqua S. Brunoni donavit, & epiſcopatum Squillacenſem redditibus auxit 657 e f, 658 b c
Anno circitèr 1097 S. Bruno monaſterium S. Stephani in Turritana eremo exſtruxit 658 c & ſeqq., 659, 660 a b c
Anno 1098 Joannes Squillacenſis epiſcopus donationes S. Brunoni factas confirmavit, novaque adjecit privilegia 660 c & ſeqq., 661 a b c
Eodem anno Urbanus II Papa donationes S. Brunoni factas confirmavit 661 c & ſeqq., 662 a
Anno 1099 Rogerius Calabriæ comes Capuam obſidens præſentiſſimo vitæ periculo per S. Brunonis merita ereptus fuit, ſeque gratum præſtitit 662 b & ſeqq., 663 & ſeqq.
Eodem anno Rogerius Apuliæ dux aliqua donavit S. Brunoni 672 f
Eodem anno reſtauratæ S. Joannis Baptiſtæ eccleſiæ Meſſanenſi additum fuit hoſpitale equitum Hieroſolymitanorum 102 f, 103 a
Sub ejuſdem ſeculi finem vel initio ſequentis Attilanus Zamorenſis epiſcopus ab Urbano II Papa in Sanctorum album relatus fuit 241 a & ſeqq., 242 a
Hoc ſeculo veriſimiliter jam obierat S. Felicula virgo 225 a, 226 f, 227 a

SECULUM XII.

Anno 1101 Rogerius Calabriæ comes aliud diploma S. Brunoni conceſſit, obiitque 684 e f, 685 b c d, 686 d e f, 687 a b
Eodem anno Paſchalis II Papa omnes donationes S. Brunoni factas confirmavit 687 b c d
Eodem anno S. Bruno, Ordinis Cartuſianorum fundator, in ſua Turritana Calabriæ eremo obiit 687 d e f, 688 a & ſeqq., 736 c d e f
Eodem anno Petrus Sancii Aragoniæ rex inſigne S. Fidis V. M. Aginnenſis monaſterium fundavit 283 c d
Eodem circitèr anno natus eſt B. Artaldus, ex Ordine Cartuſiano epiſcopus Belicenſis 779 a
Anno circitèr 1107 eccleſia S. Fidis V. M. Aginnenſis in Anglia exſtructa fuit 283 f, 284 a & ſeqq.
Anno 1116 tres ſynodi apud Lingones habitæ fuêre 345 e
Eodem anno corpus S. Prudentii M. Beſuâ ad ſynodum Lingonenſem delatum fuit 345 c d f, 346 a b c d, 363 d e f, 364 & ſeqq.
Anno 1117 corpus S. Marci Papæ ad caſtrum Julianum tranſlatum fuit 893 a b
Eodem anno Patavina S. Juſtinæ V. M. eccleſia terræ motu ruinam paſſa eſt 809 a b c
Anno 1120 *vel circitèr* Cichenſis S. Oſithæ V. M. eccleſia in Anglia in canonicorum collegium converſa fuit 936 b & ſeqq., 937 a
Anno 1124 vixit Teobaudus monachus Beſuenſis, tranſlationum ac miraculorum S. Prudentii martyris ſcriptor 348 d e f, 349 & ſeqq.
Anno 1125 corpus S. Feliculæ V. ad caſtrum Genabum ſeu Giomum tranſlatum fuit 226 f
Anno 1132 cartuſia Arverienſis, allaborante B. Artaldo, condita eſt 780 b c d, 784 a b
Anno 1137 monaſterium Bellifontis, favente Alphonſo VIII, aliis VII, Caſtellæ & Legionis rege, conditum fuit, & Ciſtercienſe Inſtitutum admiſit 950 d & ſeqq., 951 a b
Anno 1138 jam exſtabat Chronicon contractius Cartuſianorum 491 e f, 492 a b c d e
Anno 1142 Cartuſia Arveriæ à B. Artaldo commodiori loco exſtructa eſt 780 c & ſeqq., 784 b c
Anno 1144 Lucius II Papa Cartuſiæ Arverienſis limites deſignavit 784 b, 785 d
Anno circitèr 1145 corpus S. Marci Papæ ad ſuam urbanam eccleſiam Romæ tranſlatum fuit 892 a, 893 c & ſeqq., 894 a b c
Anno 1151 reliquiæ S. Renati, Surrentini epiſcopi, Andegavi recognitæ fuêre 393 d
Anno 1152 obiit S. Martinus, primus abbas Bellifontis in Hiſpania 952 a b c
Eodem anno SS. Sergii & Bacchi reliquiæ Hieroſolymis acceptæ, in eorumdem eccleſiam Andegavi illatæ fuerunt 860 b & ſeqq., 861 a
Anno 1165 *vel ſequenti* ſcripſit Alexander III Papa ad B. Artaldum, tum Cartuſiæ Arverienſis Priorem 782 d e f, 783 a
Anno 1177 S. Juſtinæ V. M. aliorumque Sanctorum reliquiæ Patavii inventæ ſunt 810 c & ſeqq., 811 a b c
Anno circitèr 1184 B. Artaldus ex Priore Cartuſiæ factus eſt epiſcopus Belicenſis 783 a, 784 d
Anno circitèr 1190 B. Artaldus, abdicato epiſcopatu Belicenſi, ad Cartuſiam Arverienſem regreſſus eſt 783 b, 784 c
Anno 1200 S. Hugo, Lincolnienſis epiſcopus, B. Artaldum ex epiſcopo Belicenſi Priorem Cartuſiæ Arverienſis inviſit 783 d e, 784 f, 785 a

SECULUM XIII.

Anno 1201 natus creditur S. Geroldus Coloniæ Agrippinæ 957 c
Anno 1202 obiit Joannes, ex Abundantiæ abbate Cartuſianus Arverienſis 783 b c, 784 f

Anno

Anno 1206 B. Artaldus, ex epiſcopo Belicenſi Prior Cartuſiæ Arverienſis obiit 783 e, 785 b, 786 d
Eodem anno Joannes Angliæ rex advocatiam abbatiæ S. Oſithæ epiſcopis Londinenſibus conceſſit vel confirmavit 936 f
Eodem anno corpus S. Magni, primò Opitergienſis, deinde Heracleënſis epiſcopi, Heracleâ Venetias tranſlatum eſt 416 f, 417 a b c
Anno 1207 obiit Bernardus II ex Cartuſiano epiſcopus Belicenſis 786 a
Anno 1212 dedicata Lemovici eſt S. Valeriæ eccleſia 432 c d
Hoc ſeculo adoleſcente ſcripta eſt Vita B. Adalberonis, Herbipolenſis epiſcopi 452 e f, 453 a b c d e
Anno 1232 corpus S. Martini, primi abbatis Bellifontis, in peculiare ſacellum tranſlatum eſt 953 b c d
Eodem anno S. Ferdinandus III, Caſtellæ & Legionis rex, diploma edidit pro ſitu & nomine monaſterii Bellifontis mutandis 952 d e f
Anno 1241 occiſus apud Cremonam in Italia eſt S. Geroldus Colonienſis 957 f
Anno circiter 1250 veriſimiliter antiquius eſt Chronicon prolixius Cartuſiæ 493 b & ſeqq., 494 a
Anno 1255 reliquiæ S. Renati, epiſcopi Surrentini, in novam pretioſam thecam Andegavi tranſlatæ fuerunt 393 e
Anno 1261 monaſterium de Colonero in honorem S. Placidi, monachi & martyris, in Sicilia conditum eſt 104 a b
Anno 1265 corpus S. Papuli, epiſcopi martyris, Toloſæ inventum dicitur 787 a

SECULUM XIV.

Anno 1320 obiit B. Petrus de Imola, eques Hieroſolymitanus 245 c, 246 d e f, 247 a b
Anno 1354 Carolus IV imperator SS. Sergii, Bacchi aliorumque Sanctorum reliquias eccleſiæ Pragenſi donavit 861 d e f, 862 a b c d e
Anno 1365 inſignes S. Fidis Aginnenſis V. M. reliquiæ ab Urbano V Papa in Hiſpaniam miſſæ fuerunt 280 c & ſeqq., 281 a b c d

SECULUM XV.

Anno 1409 monaſterium Budicenſe canonicis Regularibus traditum eſt 198 c & ſeqq., 199 a b c d e
Anno 1444 S. Marci Papæ corpus inter reperta Florentiæ ſacra corpora fuiſſe creditum eſt 895 a & ſeqq., 896 a & ſeqq., 897 a b c d
Anno 1453 Veneta S. Juſtinæ V. M. eccleſia poſt varios caſus monialibus tradita eſt 793 f
Anno 1454 annua S. Magni, primò Opitergienſis, deinde Heracleënſis epiſcopi, memoria præcipuis ſolemnitatibus urbis Venetæ ex S. C. annumerata eſt 417 c d e
Anno 1462 facta eſt prima tranſlatio corporis S. Pipionis diaconi 965 e
Anno 1469 Paulus II Papa Bullam pro Heiligenſtadienſi collegiata eccleſia, cultuque SS. Sergii & Bacchi MM. dedit 861 a b c
Anno 1470 reliquiæ SS. Sergii, Bacchi, Marcelli & Apuleii apud Soriam in Hiſpania repertæ dicuntur 831 c & ſeqq., 832 a, 862 c d e
Eodem anno vel ſequenti obiit B. Matthæus Mantuanus Ordinis Prædicatorum 248 b - 251 d e f
Anno 1484 à Sixto IV Papa conceſſus eſt cultus B. Matthæi Mantuani Ordinis Prædicatorum 253 b & ſeqq., 254 a b c

SECULUM XVI.

Seculo XVI *inchoato* quatuor Vitæ S. Brunonis fundatoris Ordinis Cartuſianorum ſcriptæ fuerunt 494 e f, 495 a b c d
Anno 1501 cœpta eſt nova eccleſia Patavina S. Juſtinæ V. M. 809 c d e
Anno 1502 S. Juſtinæ V. M. reliquiæ Patavii ad veteris eccleſiæ aram tranſlatæ fuerunt 811 c f, 812 a & ſeqq.
Anno 1504 Patavinum S. Juſtinæ V. M. monaſterium caput Congregationis Caſinenſis, S. Juſtinæ dictæ, evaſit 808 f
Anno 1513 Leo X Papa monaſterium S. Stephani in Calabria Cartuſianis reſtitui juſſit 695 d e f, 696 a b c d e
Anno 1514 Leo X Papa annuum S. Brunonis Officium Cartuſianis conceſſit 696 e f, 697 a & ſeqq.
Eodem anno corpus S. Brunonis è Turritana S. Mariæ eccleſia ad eccleſiam S. Stephani tranſlatum eſt 701 a & ſeqq.
Anno 1515 in celebrato à Cartuſianis generali capitulo cultus S. Brunonis præſcriptus eſt 698 e f, 699 a b c d
Eodem anno pars capitis S. Brunonis Cartuſianis Friburgenſibus conceſſa eſt 701 c
Anno 1516 celebratum fuit alterum Cartuſianorum generale capitulum 698 e, 699 d e f
Eodem anno pars capitis S. Brunonis Cartuſianis Agrippinenſibus donata fuit 702 a b c
Anno 1540 Officium S. Martini, primi abbatis Bellifontis, ad univerſam Ciſtercienſium Congregationem Hiſpanicam extenſum eſt 948 d e f
Anno 1553 corpora SS. Gaudentii & Adelgiſi, Novarienſium epiſcoporum, in eccleſiam S. Vincentii illata ſunt 945 e f
Anno 1562 S. Juſtinæ V. M. aliorumque Sanctorum reliquiæ in novam eccleſiam Patavii tranſlatæ fuerunt 813 e f, 814 a & ſeqq., 815 & ſeqq., 820 c
Eodem anno os corporis S. Magni, primò Opitergienſis, deinde Heracleënſis, epiſcopi, ad ducalem S. Marci baſilicam Venetiis tranſlatum fuit 417 e
Eodem anno Calviniſtæ oſſa S. Apollinaris archiepiſcopi Bituricenſis diſſipârunt 415 b
Eodem anno Calviniſtæ etiam Andegavi in res ſacras ſævierunt 394 a
Anno 1571 aliquæ S. Meinulphi diaconi reliquiæ conceſſæ ſunt è diœceſi Paderbornenſi in Hiſpaniam transferendæ 206 f, 207 a b
Eodem anno relata à Chriſtianis fuit inſignis de Turcarum claſſe apud Echinadas inſulas victoria 787 e f, 788 a b, 792 f, 793 a b
Eodem anno S. Juſtina V. M. Patavina à ſenatu Veneto inter reipublicæ ſuæ Patronos relata fuit 792 f, 793 a b
Anno 1588 corpora SS. Placidi Sociorumque martyrum inventa ſunt 104 c & ſeqq., 105, 106, 107 a b c, 109 f, 110 a b c d e
Eodem anno Sixtus V Papa ſacros honores SS. Placido ſociiſque martyribus deferendos decrevit 106 d e f, 107 d e f, 108, 109 a & ſeqq.

Anno 1590 conſecrata Novariæ fuit nova S. Gaudentii eccleſia, illiuſque ac S. Adelgiſi, Novarienſium epiſcoporum, reliquiæ in eamdem tranſlatæ 945 f, 946 a

SECULUM XVII.

Anno 1601 reliquiæ S. Renati, epiſcopi Surrentini, Calviniſtarum impietati ſuperſtites, pretioſæ thecæ Andegavi incluſæ fuerunt 394 a
Anno 1603 Surrenti in eccleſia S. Renati inventa ſunt duo corpora, SS. Renati & Valerii epiſcoporum credita 384 b c d
Anno 1608 *& ſequenti* varia ſanctorum Martyrum corpora in Meſſanenſi S. Joannis Baptiſtæ eccleſia ſunt detecta 109 f, 110 a & ſeqq.
Anno 1619 corpus S. Martini, primi abbatis Bellifontis in Hiſpania, ad eccleſiam monaſterii Vallis-paradiſi fuit tranſlatum 953 e f, 954 a b c d
Anno 1623 Gregorius XV Papa Officium & Miſſam de S. Brunone omnibus recitare permiſit, conceſſiſque indulgentiis ejuſdem cultum auxit 771 f, 772 a & ſeqq., 773 a
Anno 1624 feſtum S. Brunonis Coloniæ Agrippinæ ſolemniter celebratum fuit 773 a & ſeqq., 774 a b c
Anno 1625 ex Urbani VIII Papæ Decretis impugnatus fuit B. Matthæi Mantuani cultus, & vendicatus 254 c & ſeqq., 255 a d
Anno 1627 lipſanotheca S. Juſtinæ V. M. è loco ſuo Patavii educta & in novum chorum illata eſt 819 d e f, 820 a & ſeqq., 821, 822, 823 a b c
Eodem anno corpora Vitaliani & Præpedignæ, parentum S. Juſtinæ V. M. Patavii novæ thecæ incluſa fuêre 823 c & ſeqq., 824 a b c
Anno 1636 recognitum fuit corpus S. Romani, epiſcopi Autiſſiodorenſis 398 c & ſeqq.
Anno 1646 Ferdinandus archiepiſcopus & Elector Colonienſis, ſenatuſque aſſenſum Pontificium obtinuerunt pro S. Geroldi reliquiis Cremonâ accipiendis 961 a
Anno 1651 reliquiæ S. Geroldi Coloniam Agrippinam allatæ & ſolemniter elevatæ fuerunt 961 e f, 962, 963, 964
Poſt medium hoc ſeculum lipſana S. Peregrinæ V. M. Româ Labacum in Carnioliam advecta ſunt 12 c e f, 13 & ſeqq.
Anno 1664 eccleſiæ Ravennati conceſſum eſt Officium proprium de S. Marcellino epiſcopo 39 b d e

SECULUM XVIII.

Anno 1701 Officium de S. Martino, primo Bellifontis abbate, ad univerſum Ciſtercienſem Ordinem extenſum eſt 948 f
Anno 1716 S. Froilanus, Legionenſis epiſcopus, Martyrologio Romano inſcriptus eſt 228 f, 229 a
Anno 1723 corpus B. Petri Imolenſis, equitis Hieroſolymitani, honorificentiori loco depoſitum fuit 247 e f
Anno 1740 inſignes ejuſdem B. Petri Imolenſis reliquiæ Emmanuëli Pinto de Fonſeca, magno Ordinis Melitenſis Magiſtro, conceſſæ fuerunt 247 f, 248 a d

ACTA

ACTA SANCTORUM
OCTOBRIS.

TOMUS TERTIUS.

QUINTA DIES.

SANCTI, QUI III NONAS OCTOBRIS COLUNTUR.

SAnctus Thraſeas epiſc. martyr veroſimiliùs Smyrnæ in Aſia Minori.

S. Peregrina V. M., Româ Labacum in Carniolia tranſlata.

SS. Palmatius, Maxentius, Conſtantius, Creſcentius, Juſtinus, Leander, Alexander, Soter, Ormiſda, Papirius, Conſtans, & Jovianus. — martyres Treviris in Gallia Belgica.

S. Charitina V. M. fortè Amiſi in Ponto.

S. Divitianus epiſc. conf. apud Sueſſiones in Gallia.

S. Marcellinus epiſc. conf. Ravennæ in Italia.

S. Tullia virgo Manuaſcæ in Provincia Galliæ.

S. Apollinaris epiſc. conf. Valentiæ Segalaunorum in Gallia.

SS. Placidus, Eutychius, Victorinus, Flavia, Donatus & alii. — MM. Meſſanæ in Sicilia.

S. Galla vidua, deinde monialis, Romæ.

SS. Firmatus diaconus, ejuſque ſoror Flavia ſeu Flaviana virgo, Autiſſiodori in Gallia.

S. Hieronymus epiſc. conf. Niverni in Gallia.

S. Meinulphus diaconus Budicæ in diœceſi Paderbornenſi in circulo Weſtphalico.

S. Felicula virgo in territorio Autiſſiodorenſi in Gallia.

S. Froilanus epiſc. Legione in Hiſpania.

S. Attilanus epiſc. conf. Zamoræ in Hiſpania.

B. Petrus de Imola, eques Hieroſolymitanus S. Joannis, Florentiæ in Hetruria.

B. Matthæus Mantuanus, Ordinis Fratrum Prædicatorum, conf., Viglevani in ducatu Mediolanenſi.

A

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

D

BEnedicti *cum* Beati *titulo, Ordinis Obſervantium Reformatorum S. Franciſci, tranſlatio è ſacrario in eccleſiam cœnobii S. Mariæ Jeſu Panormi in Sicilia, hodie annuntiatur ab Octavio Caietano in Idea Operis de Vitis Sanctorum Siculorum, famâve ſanctitatis illuſtrium. Eſt hic* Benedictus *cognomento* Niger, *& à Waddingo etiam* à Sanfratello *cognominatus, cujus dies natalis apud Arturum à Monaſterio in Martyrologio Franciſcano, & Hueberum in Menologio (ſed hîc ſine* Beati *titulo) legitur ad diem 25 Januarii, ad quem in Opere noſtro inter Prætermiſſos relatus fuit. Si de cultu ejus conſtiterit, de eodem apud nos agi poterit in Supplemento ad citatum diem* xxv Januarii

Vel, ad quem ex aliis inter Prætermiſſos etiam relatus fuit, iv Aprilis

S. Metræ Senis martyris *memoria hodiè exſtat in Mss., qui penes nos ſunt, Faſtis Copticis. Exſtat & in excuſo Æthiopum Kalendario apud Jobum Ludolfum. Hic ſanctus Martyr omni dubio procul unus idemque eſt cum S. Metra ſeu Metrano ſene, Alexandriæ in excitata à populo idololatrico perſecutione, quam Deciana haud diu poſt excepit, martyrium paſſo, atque apud nos jam dato ad diem, quo in Martyrologio Romano notatur,* xxxi Januarii

B

S. Pauli Simplicis *memoria ſignatur in Synaxario Sirmondiano Ms. & in Menæis itidem Mss. RR. PP. Prædicatorum conventus S. Marci Florentiæ. De hoc ſancto Anachoreta in Opere noſtro actum jam eſt* vii Martii

S. Joannis epiſcopi & confeſſoris, Ordinis Ciſtercienſis, *memoria Valentiæ in Gallia hodie ponitur apud ſolum Hugonem Menardum in Martyrologio Benedictino, quo ſcilicet die anniverſarium illius honorificè celebrari, etiam aſſerunt Sammarthani fratres tom. 3 Galliæ Chriſtianæ in Epiſcopis Valentinenſibus col.* 1112. *Verùm nulla de eodem exſtat memoria in Officiis propriis cathedralis eccleſiæ S. Apollinaris Valentiæ, quæ habemus typis edita anno* 1664. *In Kalendario Ordinis Ciſtercienſis, anno* 1617 *Divione excuſo,* Joannes *ille annuntiatur die* 24 *Junii; apud Chalemotum verò in ſerie Sanctorum, Beatorum, & illuſtrium ejuſdem Ordinis Ciſtercienſis virorum, die* 26 *Aprilis: at de eodem, tam hoc, quàm aliis diebus altùm ſilent, quæ in Muſeo noſtro exſtant, Breviaria & Martyrologium laudati Ordinis, poſtremæ editioni Romani Martyrologii, auctoritate Benedicti XIV factæ, inter alia monaſtica Martyrologia ad calcem adjectum. Porrò Majores noſtri, tum in Prætermiſſis ad diem* 26 *Aprilis ex Chalemoto ac Bucelino, tum in Annotatis ad Vitam S. Petri archiepiſcopi Tarentaſienſis, tom.* 2 *Maii, pag.* 326 *promiſerunt de eodem in Supplemento Operis noſtri agendum die, quo obiit,* 21 *Martii, ſi ejuſdem Vitam à Marcheſio laudatam interea fuerimus nacti; quam cùm nondum habeamus, deque illius cultu non conſentiant ſcriptores, cenſuimus, hîc quoque de eo abſtinendum, exſpectandumque uſque ad Supplementum die* xxi Martii

C

Benedictam, *velut unam ex virginibus ſocietatis Urſulanæ, Coloniæ Agrippinæ hoc die celebrat Wilſonus in Martyrologio Anglicano editionis anni* 1640, *in margine laudans Caniſium in ſuo Martyrologio, nempe Germanico, ipſi paſſim adſcripto, & Catalogum Sanctorum Hiberniæ. Sed quod ad Martyrologium Germanicum attinet, in hoc utriuſque editionis Dilinganæ, anni* 1573 *&* 1599, *occaſione S. Gallæ viduæ de quadam Benedicta meminit quidem, verùm hanc non è ſocietate Urſulanarum virginum facit, ſed dicatam Deo virginem Romæ, ad diem* 5 *Novembris lectorem remittens. Catalogi verò Sanctorum Hiberniæ pro hodierna* Benedicta *citant idem Martyrologium Germanicum ad diem* 21 *Octobris, quo S. Urſula cum Sociabus ſuis colitur. At de* Benedicta, *cujus Martyrologium Germanicum, vulgò Caniſianum, occaſione S. Gallæ, hodie dandæ, mentionem facit, actum apud nos eſt ex S. Gregorii Magni Dialogis die* vi Maii

B. Placiti confeſſoris *hoc die mentio fit in Philippi Ferrarii Generali Catalogo Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano. Eumdem ille etiam præmiſit, tam in eodem Catalogo, quàm in altero Sanctorum Italiæ, ad diem* 5 *Junii. Eſt is paſſim* Placidus *dictus, ac Ordinis Apoſtolinorum, cujus geſta & miracula Papebrochius noſter illuſtravit dicto die* v Junii

B. Joannis Vincentini (*ſeu* Vicentini) confeſſoris, Ordinis Prædicatorum, *memoriam hodiè in margine adſcriptam habent Additiones Mss. Cartuſiæ Bruxellenſis, quem Majores noſtri, quòd de illius legitimo cultu non conſtaret, ex aliis ad* 5 *menſis Junii inter Prætermiſſos repoſuerunt; ſed poſtea de ejuſdem cultu melius edocti, illius cum* Beati *appellatione geſta illuſtrârunt die* 2 Julii

In Argadia, S. Murdachi, culdei & eremitæ. *Ita ad hunc diem Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano, laudans in Annotatis Kalendarium Scoticum, aſſerenſque, illum magna in veneratione haberi. Fortè per Kalendarium Scoticum deſignavit Menologium Scoticum Thomæ Dempſteri, in quo ad eumdem diem legitur:* In Argadia, Murdachi, culdei, cognomento Bardi, *ſubditurque breve elogium manifeſtè fabuloſum, ac propterea hîc non deſcribendum. Florarium noſtrum Ms. Sanctorum die* 15 *Septembris meminit* Murdachi epiſcopi, *quem deceſſor meus in Prætermiſſis ad eum diem utcúmque ſuſpicatus eſt, fortè diverſum non eſſe ab hodierno Ferrarii, ideóque hujus rei examen ad præſentem diem remiſit. At* Murdachus *hodiernus, nec apud Ferrarium, nec apud Dempſterum,* epiſcopus *appellatur, ſed ſolùm* Culdeus, *ſeu monachus, aut clericus, &* eremita. *Inter Miſſas proprias Sanctorum patronorum Franciæ & Hiberniæ, auctoritate Clementis XII ſummi Pontificis Pariſienſibus typis editas, una occurrit die* xi *Julii* in feſto S. Muredachi, epiſcopi & confeſſoris, Alladenſis patroni generalis. *Verùm, ut hunc diverſum credam ab hodierno, præter dignitatem epiſcopalem ſuadet etiam locorum diverſitas. Argadia enim, ſeu Agathelia, vulgò* Argile, *provincia eſt Meridionalis Scotiæ propriè dictæ, ſedes autem Alladenſis eſt in Connacia, Occidentalis Hiberniæ provincia, teſte Colgano in An-*

E

F

A *Annotatis ad Vitam ſeptimam S. Patricii pag.* 180, *num.* 136. *ſed ſanctus ille* Murdachus, *ſeu* Muredachus, *ibidem dicitur coli in ſua eccleſia, ac Martyrologiis inſcriptus eſſe die* 12 *Auguſti.* Murdachum *apud Ferrarium ex Dempſtero memoratum non poſſum ex horum fide inter Sanctos Operi noſtro inſerere; de Alladenſi autem epiſcopo agi poterit in Supplemento ad unum è duobus memoratis diebus* XI Julii, *aut* XII Auguſti

S. Apollinarem, *epiſcopum Ravennatem Wandelbertus in ſuo metrico Martyrologio apud Acherium tom.* 2 *Collectionis ſcriptorum, pag.* 53, *hodie duobus hiſce verſiculis celebrat:*

Ternas tum Nonas Apollinaris honorat
Præſul, templa frequens cujus Ravenna coronat.

Eumdem jam annuntiaverat in eodem metrico ibidem pag. 50 *ad* 23 *Julii, ubi ſic canit:*

Hinc decimam præclarus Apollinaris honorat.

Illius ſacra memoria in Martyrologio Romano, geſtaque apud nos expoſita ſunt ad eumdem diem XXIII Julii

B B. Gallum, *Auguſtæ Prætoriæ in Pedemontio epiſcopum, è martyrologis, quos conſului, ſolus Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali memorat hoc die, quo ille obiiſſe legitur in epitaphio ſuo. Haud ſcio,* an Gallus *hic hoc, aliove determinato die cultum aliquem habeat; ſed in Opere noſtro ad diem* 7 *Septembris occaſione S. Grati, vel Gradi, ejuſdem ſedis epiſcopi, pag.* 76 *& ſequenti data Appendix eſt de laudati* Galli *ætate, in qua legere eſt, quidquid de eodem novimus. Adeat igitur ſtudioſus lector locum aſſignatum die* VII Septembris

Aimardus, Aymardus, *ſeu* Ademarus, *abbas Cluniacenſis, hoc die, quo obiit, cum* Sancti *titulo legitur apud Wionium, Menardum, Dorgainum & Ferrarium. Cultum illius indicavit Joannes Trithemius lib.* 3 *de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, cap.* 218 *in fine brevis elogii ejus dicens:* Cujus feſtum agitur apud Cluniacenſes Idibus Septembris. *Aſt Mabillonius in Actis Sanctorum Sæculo* V *Benedictino, pag.* 324 *hæc Trithemii verba ſic excipit:* Neſcio, unde id acceperit Trithemius: nam nulla de Aymardo mentio eſt in vetuſtis

C Cluniaci Breviariis, nulla mentio in divinis Officiis. Immò in Martyrologio Benedictino (*Wionii ac Menardi*) memoria ejus habetur, non Idibus Septembris, ſed tertio Nonas Octobris, ubi SANCTUS AYMARDUS & SANCTITATE, ET MIRACULORUM GLORIA CELEBRIS prædicatur. Sanctitatem non infitior, tametſi eum SANCTUM pronuntiare non auſim. *Hæc Mabillonius, qui deinde ibidem à titulo* Sancti *abſtinens nihilominus ejuſdem* Beati Aymardi, abbatis Cluniacenſis tertii, Elogium hiſtoricum *dedit. Nos verò, cùm de illius cultu nobis non conſtet, de eodem velut* Beato *hîc agere non poſſumus; non enim de cultu illius quidquam certius novimus, quàm ad diem* 12 *Septembris, ubi inter Prætermiſſos in Opere noſtro recenſitus fuit.*

Conwallinus, *vel* Conwallanus, *abbas Hiienſis in Scotia, hodie occurrit in Wilſoni Martyrologio Anglicano utriuſque editionis, annorum ſcilicet* 1608 *&* 1640, *& apud Davidem Camerarium lib.* 3 *de Scotorum fortitudine &c, Philippum Ferrarium in Catalogo generali, qui in Romano Martyrologio non ſunt, atque Wionium in Appendice ad Martyrologium Benedictinum lib.* 3 *de Ligno vitæ. Poſterior hic, quem ſecuti priores ſunt, illum* Convallanum *appellans, inter eos Sanctos repoſuit, quorum natales aut ignorantur, aut nulli coluntur in Eccleſia; quod Wilſonus quoque in priori editione per appoſitum aſteriſcum indicavit. Wionius, qui, ut dixi, aliis præivit, laudavit Leſlæum lib.* 4 *de Rebus geſtis Scotorum, apud quem ego, illum fuiſſe, lego, inſignem Hiienſium monachorum abbatem, morumque magiſtrum, ſed religioſo aliquo cultu, vel appellatione* Sancti *honoratum non invenio.* D

Fauſtinium confeſſorem *hodie breviter ac loco ultimo ſic annuntiat noſtrum Ms. Florarium Sanctorum:* Item beati Fauſtinii confeſſoris. Fauſtinum *illum nominat Uſuardini Martyrologii aucti editio Lubeco-Colonienſis apud Sollerium noſtrum, ubi pariter in fine hujus diei legitur:* Eodem die, beati Fauſtini confeſſoris. *Conſonat editio Greveni, ſimiliter breviſſimè inquiens:* Fauſtini confeſſoris. *Accedit etiam Franciſcus Maurolycus, in Martyrologio ſuo æquè jejunè habens:* Item Fauſtini confeſſoris. *Novimus quidem inter martyres ac confeſſores ejus nominis aliquos, at neſcimus, quis hic ſit ſine loco aliiſque adjunctis annuntiatus. Hoc ipſo die inter martyres Meſſanenſes aliqui* Fauſtinum *memorant. An is forſan à reliqua claſſe martyrum avulſus fuerit, & velut* confeſſor *ſeorſum repoſitus?* E

Gualterus à Mauritania *ſacri Ordinis Præmonſtratenſis, primus abbas monaſterii S. Martini Laudunenſis, ac deinde ejus civitatis Laudunenſis epiſcopus, cum* Beati *titulo memoratur à Joanne Chryſoſtomo vander Sterre in Natalibus Sanctorum laudati Ordinis.* Beatum *illum etiam nominat Joannes le Paige in Bibliotheca ejuſdem Ordinis part.* 1, *ubi à pag.* 445 *illius etiam Vitam dedit; neuter tamen ejus cultum docet. De eodem præter Præmonſtratenſes agunt Galliæ Chriſtianæ continuatores tom.* 9, *col.* 532 *& ſequenti in epiſcopis Laudunenſibus, ac rurſum col.* 662 *&* 663 *in Syllabo abbatum S. Martini Laudunenſis, utrobique illum* Galterum de ſaint Maurice *appellantes. Conſtat illum præclarum & inſignibus virtutibus ornatum virum fuiſſe; ſed cùm cultum illius nec apud hos ſcriptores, qui præterea à* Beati *vocabulo abſtinent, nec apud alios etiam Præmonſtratenſes aſſertum probatumque inveniamus, non poſſumus eumdem inter Sanctos Beatoſve recenſere.* F

Guerwicus, *Waldſaſſenſis in Germania Ordinis Ciſtercienſis monachus, velut* Beatus *hodie legitur in ejuſdem Ordinis Menologio apud Henriquezium, & in quodam Catalogo Sanctorum ac Beatorum laudati Ordinis, à Sigiſmundo Alberti anno* 1712 *Monteregali typis vulgato.* Admirandam converſionis & converſationis hujus beati Viri hiſtoriam (*inquit in Annotatis ſuis mox laudatus Henriquezius*) narrat Bruſchius loco citato, ubi lector multa videre poterit. *Laudaverat autem Gaſparem Bruſchium in Chronologia monaſteriorum Germaniæ, cujus ſolam Centuriam primam habemus, quæ uſque ad monaſterium illud non pertingit. De eodem monaſterio &* Guerwico *legi etiam poteſt Auguſtinus Sartorius in Ciſtercio bis tertio pag.* 1025, *verùm hic à titulo* Beati *abſtinet,*

A net, *quem cùm ego aliunde ei vendicare nequeam, cogor hujus illuſtris Viri geſta præterire.*

S. Juſtinæ virginis *Tranſlatio hoc die habetur in Mss. Additionibus Bruxellenſibus ad Grevenum. Cùm plures ſint hujus nominis ſanctæ virgines, ex dato annuntiatione nequimus pronuntiare, de cujus Juſtinæ tranſlatione hîc agatur.*

Raymundum à Capua, *cognomento* de Vineis, *XXIII generalem magiſtrum Ordinis Prædicatorum, hodie memorat Jacobus Laſon in Anno Dominicano, & cur* Beatum *appellet, docet verbis Gallicis, quæ Latinè ſubjicio.* Cùm Clemens VIII Papa Beati titulum tribuat venerabili patri Raymundo à Capua in duobus Brevibus, datis die XVIII Octobris anni MDXCIV, & XXIII Februarii anni MDC, in quibus facultatem faciens Ordini Prædicatorum recitandi Officium de S. Agnete de Monte Politiano, ait, Lectiones illius excerptas eſſe è Vita à B. Raymundo, ejuſdem Ordinis generali Magiſtro, ſcripta: ("Quam fideliter ſcripſit beatus Raymundus, Magiſter generalis Ordinis „Prædicatorum,) nemo ægrè feret, quòd eumdem ei titulum cum omnibus auctoribus

B Ordinis noſtri tribuam. *Ex hiſce ſatis liquet, de ejuſdem cultu nihil innotuiſſe Laſono. Echardus in Bibliotheca Scriptorum ſui Ordinis tom.* 1 *ipſius elogium texens, eumdem* beatæ memoriæ *appellat, de veneratione verò ſolùm ait:* Obiit Nuribergæ anno MCCCXIX, in noſtra ibidem eccleſia ſepultus, cum non vulgari ſanctitatis opinione; unde in noſtris Annalibus BEATI titulo vulgò inſignitur. *Ibidem & apud laudatum Laſonum præterea dicitur corpus illius Neapolim tranſlatum fuiſſe, & ad altare majus conventûs S. Dominici depoſitum, quod tamen ubi modò ſit, neſciri addit Laſonus. Ex hujus venerabilis Raymundi Opuſculis Majores noſtri bina dedêre; Vitam ſcilicet S. Agnetis de Monte Politiano ad diem* 20 *Aprilis, Vitamque S. Catharinæ Senenſis ad* 30 *ejuſdem menſis. At dolemus, quòd de ejuſdem venerabilis Viri cultu nihil noverimus, quod ei locum in his Actis Sanctorum vendicare queat.*

Rixfridum, *Ultrajectenſem in Belgio epiſcopum, velut Sanctum, ſuique Ordinis Benedictini Religioſum, hoc die celebrant Arnoldus Wionius in Ligno vitæ, Dorgainus in Kalendario, & Menardus in Martyrologio Benedictinis. Notus eſt* Rixfridus, *aliàs etiam* Ritzfredus, Ricofridus, Ricsfridus & Ryckfridus *appellatus, in catalogis epiſcoporum Ultrajectenſium, in quibus ſeptimum locum obinet, ſed abſque* Sancti *ac* Beati *titulo. In illius cultum etiam fruſtrà indagavi in Breviariis & Kalendariis diœceſis, cui epiſcopus præfuit.*

C

Suerus, *Macenariæ in Luſitania abbas, qui Ciſtercienſium diſciplinam in illud monaſterium primus induxerit, velut* Beati *titulo honoratus, hodie legitur in Menologio Ciſtercienſi Chryſoſtomi Henriquez. Facilè ipſi credimus, illum* magna ſanctitatis opinione, *ut ait,* in pace quieviſſe; *ſed ut eidem inter Sanctos Beatoſve hîc locum demus, requirimus legitimum cultum, quem neque ex laudato Henriquezio, neque ex tomo* 1 *Chronicorum Bernardi de Brito lib.* 5, *cap.* 4, *quem locum ille laudat, poſſumus probare.*

Turpini Remenſis epiſcopi *depoſitionem, cum addita* Sancti *appellatione hodie refert noſtrum Ms. Florarium Sanctorum.* Sanctum *eumdem etiam appellant Petrus Galeſinius in Martyrologio ſuo Romano, & Conſtantinus Ghinius in Natalibus ſanctorum Canonicorum, ambo ad diem* 28 *Januarii; ubi Majores noſtri in Prætermiſſis jam obſervârunt,* Turpinum *hunc, qui ab aliis etiam* Tulpinus *ac* Tilpinus *vocitatur, præclarum quidem meritis præſulem fuiſſe, ſed cultu carere, quo eumdem deinde donatum fuiſſe, nondum didicimus.* D

Joannes Arragonenſis in Boſna Croatiæ,

Jacobus Donzellus in Æmilia,

Nicolaus Amans in Gallia,

Joſephus Eugubinus Spoleti,

Petrus Cordubenſis in territorio Cantiani epiſcopatus,

Ruffinus à Sperança apud inſulas Philippinas, *velut* Beati confeſſores *Ordinis Minorum, nec non*

Eufraſia virgo abbatiſſa *Ordinis S. Franciſci Ulyſſipone in Luſitania, cum* Beatæ *ſimiliter titulo, referuntur hodie apud Arturum in Martyrologio Franciſcano, de quorum cultu dum nobis conſtiterit, de iiſdem alibi apud nos agi poterit.*

Sabini Junioris epiſcopi & Hieraïdos *ſeu* Heraïdos è civitate Memphi certamen unà cum Theodoti archiepiſcopi Epheſini & Malphetis memoria *hodie notatur in Bibliotheca Ambroſianæ Menæis Græcis Mss., & in Græco incerti auctoris Synaxario. Adhæc* Sabinus, Hieraïs *ſeu* Heraïs & Theodotus *etiam memorantur in Menæis Græcis Mss. PP. Prædicatorum conventûs S. Marci Florentiæ. Verùm nec hos, nec* Malphetem *ullis aliis ſive Græcis ſive Latinis Faſtis ſacris inſcriptos, alibive memoratos invenio. Sancti quidem reperiuntur* Sabino & Hieraïdi *ſeu* Heraïdi *hîc memoratis homonymi; verùm neutrum ex his cum quopiam ex illis aſſeverare poſſumus eumdem. Quod autem ad* Malphetem & Theodotum *pertinet, quemadmodùm Faſti ſacri tam Græcorum quàm Latinorum excuſi nullam prorſus Sanctam, cui nomen fuerit* Malpheti, *recenſent, ſic nec* Theodotum, *qui Epheſinus fuerit archiepiſcopus, commemorant; quod ultimum præterea etiam non fit in Epheſinorum epiſcoporum Catalogo, quem tom.* 1 *Orientis ſacri pag.* 672 *& ſeqq. ſuppeditat Michaël Lequien.* Sabinus *itaque,* Hieraïs *ſeu* Heraïs, Theodotus & Malphetes, *quos laudati Faſti ſacri hodie celebrant, nobis ſatis noti non ſunt, ut de eis, tamquam de Sanctis,* F *agamus.*

Abahor & Suſiæ & filiorum martyrum commemoratio *hodie ſignatur in Mss. noſtris Faſtis Copticis. Filii* Abahor & Suſiæ, *qui hîc abſque nomine memorantur, diverſi veroſimillimè non ſunt à binis* Suſannæ *cujuſdam liberis, qui hodie etiam inſcribuntur Kalendario Æthiopum apud Ludolfum, ibique vocantur* Horus & Agatho. *Verùm nec* Horus & Agatho, *nec* Abahor & Suſia *ſeu* Suſanna, *illorum parentes, ſatis nobis noti ſunt, ut vel uni ex eis locum inter Sanctos tribuamus.*

Belaphiæ & Vacaſii martyrum *meminit poſterius Kalendarium Copticum Seldeni. Idem etiam facit apud Jobum Ludolfum aliud Kalendarium itidem Copticum, ita tamen ut in hoc maſculina terminatione efferatur* Belaphius, & *pro* Vacaſio *ſcribatur* Waehaſus: *rectène id fiat, an ſecùs, non magis habemus compertum, quàm quo nomine aut jure* Belaphia *ſeu* Belaphius,

A phius, & Vacaſius *ſeu* Wachaſus *in binis laudatis Kalendariis* Martyres *vocentur. Illos adeò, utpote nec aliunde præterea ſatis cognitos, in Opere noſtro accenſere Sanctis, neutiquam audemus, quamvis etiam à Caſtellano in Martyrologium Univerſale videamus illatos.*

Coſmæ monachi tremenda & utilis viſio *hodie memoratur in magnis Græcorum Menæis excuſis & Menologio Sirletiano. Verùm hunc* Coſmam, *qui ſub Romano Lacopeno, Orientis imperatore, vitam monaſticam, relictâ aulâ Conſtantinopolitanâ, amplexus, & brevi pòſt monaſterio ad Sangarim ſeu Sagarim fluvium narratur fuiſſe præfectus, nuſpiam vel Sancti appellatione vel cultu Sanctis deferri ſolito honoratum invenio. De eo adeò in Opere noſtro tractari non debet ac proin nec de viſione illa, eidem oblata, quam, qui voluerit, fusè expoſitam legere poterit in laudatis Menæis, uti etiam apud Raderum, qui ex his illam, Latinè redditam, in ſuum Sanctorum Viridarium intulit.*

Petri, Alexii & Jonæ metropolitarum Kiovienſium & totius Ruſſiæ thaumaturgorum *memoria ſeu feſtum hodie annuntiatur in Ms. Menologio Slavo-Ruſſico, anno* 1688 *cum Majoribus noſtris à prænobili ac generoſo domino, barone de Sparwenfeld, communicato. Menologio huic accedunt Synaxarium Ruthenicum, & Kalendarii Ruſſici Fragmentum. Ac primum quidem è binis hiſce poſterioribus monumentis, quod à P. Georgio David Societatis noſtræ Moſcuæ miſſionario ſub ſeculi præteriti finem accepimus, ſic habet :* Tota die (5 *Octobris*) canitur Officium trium ſanctorum Petri, Alexii & Oni * Kyovienſium & totius Ruſſiæ Thaumaturgorum ; *poſtremum verò, quod curâ etiam & ſtudio laudati Sparwenfeldii tenemus, inſuper nos docet, feſtum illud anno ſecundum Moſco-Ruſſos orbis conditi* 7104 *ſeu Chriſti* 1596 *fuiſſe à Theodoro, magno Moſcoviæ duce, & Jobo patriarcha Moſcovitico, ac proin à ſchiſmaticis inſtitutum, ut adeò ex eodem feſto nihil omninò pro ſanctitate* Petro, Alexio & Jonæ *aſſerenda habeatur. Nec hanc, quantùm apparet, aliunde ſat certam effeceris. Quò id probatum demus, à* Jona *ducamus initium. Hic quidem veroſimillimè alius non eſt, quàm Jonas, qui Menologio & Synaxario Ruſſicis mox citatis ad* 30 *Martii, iterumque priori è binis hiſce monumentis ad* 15 *Junii ſub metropolitæ Kiovienſis appellatione inſcribitur ; verùm hic ipſe probabiliſſimè eſt Jonas ille ſchiſmaticus, qui circa medium ſeculum* XV *Moſcuæ ſedem tenuit, titulumque nihilominus metropolitæ Kiovienſis adhibuit. Adi Præliminarem ad tom.* 2 *Septembris de converſione & fide Ruſſorum Diſſertationem num.* 105 *& binis ſeqq., ubi etiam, contrà ac ſenſit Papebrochius, Jonam Hleznam, metropolitam Kiovienſem, à Jona jam dicto, qui ad* 15 *Junii Menologio Ruſſico inſeritur, invenies eſſe diverſum, Sanctiſque, utut etiam Orthodoxum, non annumerandum. Quod jam ad* Alexium & Petrum *pertinet, Henſchenius quidem ad diem* 12 *Februarii, quo in Ephemeridibus Græco-Moſcis figuratis aliiſque Faſtis Ruſſicis* Alexius *metropolita Kiovienſis memoratur, Vitam hujus, tamquam Sancti, typis vulgavit, aliique è Majoribus noſtris loco non uno de* Petro *metropolita Kiovienſi, tamquam de Sancto, fuêre locuti ; verùm Stiltingus Diſſertationis ſuprà laudatæ num.* 90, *re maturiùs diſcuſſa, expungendâ rectè credidit, quæ in Opere noſtro de* Petri & Alexii *ſanctitate ſunt dicta ; ita autem exiſtimavit, quòd tum de fide eorum Catholica, tum etiam de cultu apud Ruſſos cum Eccleſia unitos ſeu Catholicos non ſatis conſtet ; quod ultimum tamen de cultu, ut apparet, immemorabili ante decretum Urbani VIII debet intelligi. Ita autumo, quòd hodie à Ruſſis unitis, ſaltem aliquot,* Petrum & Alexium *coli, indicet Ignatius Kulczynskius è Ruſſicis Ordinis S. Baſilii monachis unitis SS. Sergii & Bacchi ad montes Romæ rector. Etenim Operis ſui, quod* Specimen eccleſiæ Ruthenicæ cum S. Sede Apoſtolica Romana ſemper unitæ *inſcripſit, annoque* 1733 *Romæ prælo edidit, parte* 1, *pag.* 9 *&* 62 *affirmat, in Anthologio* ſuo, *quo ſcilicet ipſe (neque enim illud aliam ob cauſam, quantùm opinor,* ſuum *vocârit is ſcriptor) aliique adeo, ut veroſimile apparet, Baſiliani monachi uniti ad quotidianum Horarum Canonicarum penſum uterentur, Officium proprium de* Petro *metropolita Kiovienſi, aliudque de* Alexio *metropolita itidem Kiovienſi proponi.*

Damiani, Jeremiæ Proſorlivii & Matthæi Proſorlivii, *Crypticorum ſeu Cryptenſium in Ruſſia monachorum, mentionem etiam ad hunc diem facit noſtrum, quod jam ſuprà fuit laudatum, Menologium Slavo-Ruſſicum Ms. his verbis :* Item Patrum Petſchiuricorum (quaſi, *notatur in margine,* Crypticorum ſeu in Cryptis habitantium) Damiani presb., qui ſanator erat omnibus infirmis oratione & S. oleo ; Jeremiæ Proſorlivii, cujus ſermo reliquos monachos in eccſtaſim redegit, & Matthæi Proſorlivii. Hi fuêre tempore Theodoſii Hegumeni. *E tribus hîc memoratis monachis nuſpiam alibi* Jeremiam *ſignatum reperimus, ut planè nobis ſit ignotus, ac proin Operi noſtro inter Sanctos non inſerendus. Quod autem ad duos reliquos ſpectat, diſtincti hi omni dubio procul non ſunt à* Damiano & Matthæo *monachis Cryptenſibus, per Ignatium Kulczynskium, ad hunc pariter diem in Specimine eccleſiæ Ruthenicæ cum S. Sede Apoſtolica Romana ſemper unitæ, parte* 1, *pag.* 47 *notatis. Suadet id tum adductum ibidem & pag. ſeq. ab hoc ſcriptore* Matthæi *elogium, in quo hic, cùm ſacerdotio eſſet initiatus, multos infirmos, quos, jubente abbate, oleo benedicto inunxerat, ſanitati reſtituiſſe narratur ; tum etiam præmiſſum elogio monitum, quo ambos,* Damianum *ſcilicet &* Matthæum, *ſub Theodoſio Hegumeno floruiſſe, docemur. Jam verò cùm hic Theodoſius veroſimillimè alius non ſit, quàm Theodoſius Pieczarenſis ad Kioviam abbas ſeu hegumenus, quem anno* 1074 *obdormiiſſe in Domino, parte eadem Operis mox citati pag.* 18 *ſcribit Kulczynskius, de* Damiani & Matthæi *fide Catholica dubitandum idcirco non aperet, quòd eos ſeculo* XI *floruiſſe, ex dictis ſic conſequens, tuncque Ruſſi fuerint Catholici, quemadmodùm ante tomum* 2 *Septembris in Diſſertatione de converſione & fide Ruſſorum* § VI *dilucidè probat Stiltingus. Adhæc cùm Kulczynskius elogium, quod ad dictum diem* Damiano & Matthæo *adornat, ex Uſtavo ſuo, id eſt, Horologio ſeu libro, ad Officium eccleſiaſticum à Ruſſis Unitis ſeu Catholicis adhiberi etiam ſolito, affirmet partim deprom-*

A *ptum, de illorum apud Ruſſos Catholicos ſeu unitos, ſaltem Baſilianos monachos, cultu dubitandum pariter idcirco non videtur, quòd hi Græcorum exemplo in Horologio, aliiſque libris, quibus ad Horarum Canonicarum penſum uti aſſolent, alios, ut apparet, elogiis non exornent, quàm quos pro Sanctis habent colunt-que. Attamen cùm, notante ipſomet Kulczynſkio in Operis ſui Præfatione, Uſtavum ſeu Horologium, cui cum elogio inſcribuntur* Damianus *&* Matthæus *non citiùs quàm anno 1679 fuerit typis excuſum, nec aliundè habeamus compertum, an duo hi monachi centum annis ante decretum Urbani VIII, anno 1634 emiſſum, à Ruthenis unitis ſeu Catholicis cultu eccleſiaſtico fuerint affecti, referre illos in Opere noſtro inter Sanctos non audemus.*

S. Fides V. M. *Agenni in Gallia hodie inſcripta legitur in Martyrologio, Viola Sanctorum vulgò appellato. Eam dabimus cum Romano aliiſque Martyrologiis ad diem* VI Octobris

S. Apollinaris, *Bituricenſium in Gallia epiſcopi, ſolus Conſtantinus Ghinius in Natalibus ſanctorum Canonicorum meminit ad 23 Julii, unde in Prætermiſſis à Majoribus noſtris ob rationes ibidem allatas remiſſus fuit ad diem 6 Octobris. Revera hoc poſteriori die memoria illius agi dicitur in Gallia Chriſtiana Claudii Roberti, Sammarthanorum fratrum, Dionyſii Sammarthani, & in Ms. Calendario eccleſiæ Bituricenſis. At in Hagiologio Franco-Galliæ Labbei, pridie, ſeu 5 Octobris, quo die eumdem obiiſſe, ſcribunt Joannes Chenu in Chronologia archiepiſcoporum Bituricenſium, Catherinus in Sanctuario item Bituricenſi, & anonymus ſcriptor Elogii ejuſdem* Apollinaris *apud Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Mss., pag. 35. Apud nos quoque in Commentario de S. Sulpitio Pio, ejuſdem ſedis antiſtite, tom. 2 Januarii, pag. 167, num. 16 promiſſum eſt, fore, ut de hoc* S. Apollinare *die 5 Octobris ageretur. Rurſum in alio, quod habemus, Ms. Calendario eccleſiæ Bituricenſis memoria illius ponitur die 4 Octobris. In hac Calendariorum, ſcriptorumque varietate, neſcimus, quid potiùs amplectendum ſit, lectoremque remittimus ad diem* VI Octobris

B Beati Romani epiſcopi *memoriam hodie faciunt Additiones Bruxellenſes ad Uſuardum Greveni. Eſt hic haud dubiè* S. Romanus *epiſcopus Autiſſiodorenſis, de quo cum Romano Martyrologio aliiſque agemus poſtridie, ſive die* VI Octobris

C S. Renatum, *Surrentinæ in regno Neapolitano civitatis epiſcopum, quem hodie annuntiat Anonymorum Chronicon tom. 2 Hiſtoriæ Caſinenſis, pag. 848, eodem die ad Superos emigraſſe, ſcribit David Romæus in Quinque divis Cuſtodibus ac Præſidibus urbis Surrenti; eique conſentiunt Philippus Ferrarius in utroque Catalogo Sanctorum, Julius Cæſar Capacius parte 3 tomi 9 Theſauri Antiq. & Hiſt. Italiæ, col. 107, & Ughellus tom. 6 Italiæ ſacræ auctæ col. 596; contrà verò Vita* S. Renati *excerpta ex Ms. codice archivi epiſcopatus Surrentini, alteraque accepta ex Bibliotheca RR. PP. Theatinorum Neapoli, quam utramque Ms. habemus; Uſuardinus item codex Vaticanus apud Sollerium noſtrum in Auctariis, Joannes Antonius Summontæus in Hiſtoria civitatis & regni Neapolitani, & Caſtellanus in Martyrologio Univerſali, diem 6 Octobris, velut ipſi emortualem, aut certè* D *ejuſdem venerationi dicatum, ſtatuunt. Ab his omnibus longè recedunt Andegavenſes in Gallia, qui in ſua eccleſiæ Breviario* S. Renatum, *velut ſuum quoque aliquamdiu antiſtitem, 12 Novembris venerantur, ad quem diem etiam Majores noſtri de eodem apud nos actum iri, plùs ſemel promiſerunt. Utut ſit, nos, habita congrua ratione diei, quo* S. Renatus *Surrenti colitur, de eodem agere decrevimus die 6 Octobris: ſi verò contra communem Surrentinæ & Andegavenſis eccleſiarum ſententiam aliquando appareat, Andegavenſem* Renatum *diverſum à Surrentino eſſe, de illo etiam agi poterit aſſignato die 12 Novembris. Vide itaque interim diem* VI Octobris

Oſythæ virginis & martyris *hodie meminit Grevenus. Nota eſt hæc ſancta Virgo regia, ab aliis ad 3, ab aliis ad 4 Junii relata, uti apud nos ad hos dies in Prætermiſſis obſervatum eſt. Aſt in Martyrologio Anglicano aliiſque rectiùs annuntiatur die, quo etiam ejuſdem Vitam exhibet Laurentius Surius,* VII Octobris

Clari epiſcopi confeſſoris *mentio fit in Additionibus Mss. Bruxellenſibus ad Grevenum. Veriſimillimè indicatur* S. Clarus, *quem Namnetenſes in Britannia Minori primum ſuum epiſcopum colunt. De eo igitur vide dicenda ad diem, quo inſcriptus Martyrologiis eſt,* X Octobris E

S. Scubilius *hoc die legitur in veteri Ms. Kalendario eccleſiæ S. Aniani Aurelianenſis in Gallia, dicturque ibidem tunc coli Officio novem Lectionum ritu duplici. Haud dubiè* Scubilius *hic, aliàs* Scubiculus *&* Scuviculus *dictus, unus eſt è ſociis martyribus S. Nicaſii, vel Nigaſii, in pago Vilcaſſino paſſis, quorum omnium corporum tranſlatio in Opere noſtro ex Martyrologiis annotata eſt in Prætermiſſis ad diem 14 menſis Junii, ubi &* S. Scubilius *remiſſus eſt ad diem, quo cum Sociis inſcriptus Romano Martyrologio legitur,* XI Octobris

B. Mauritius *Ordinis Ciſtercienſis, monaſterii, quod ab eo nomen traxit, in Coriſopitenſi Britanniæ Minoris diœceſi abbas, in Actis Mss., quæ de eo in ſcriniis noſtris invenio aſſervata, hodie ſeu* tertio Nonas Octobris *obiiſſe aſſeritur, ideóque à 22 Septembris, quâ Menologio Ciſtercienſi ab Henriquezio inſcribitur, in Opere noſtro huc fuit remiſſus. Verùm Acta ea non multùm, ut comperio, differunt ab ejuſdem Sancti Actis, è quibus in Ciſtercienſes Annales, à ſe conditos, varia Fragmenta intulit Angelus Manrique; in his autem (adi dictorum Annalium tom. 3, pag. 256)* S. Mauritius *non* tertio Nonas, *ſed* tertio Idus *ſeu die* 13 Octobris *diem clauſiſſe extremum affirmatur: error adeò in ea, quæ penes nos ſunt, Acta fortè irrepſerit. Utut ſit,* Mauritius *equidem, qui præterea ab Henriquezio perperam vocatur* abbas ſancti-Martini, *erroreque, hinc veroſimillimè nato, à Sigiſmundo Alberti in Alphabetico Ordinis Ciſtercienſis Sanctorum Catalogo in duos diverſos Mauritios diſtrahitur, non magis hac die, quàm 22 Septembris, quâ ex dictis ab Henriquezio annuntiatur, cultu eccleſiaſtico à Ciſtercienſibus afficitur; afficitur verò (vide Propria Ordini Ciſtercienſi Sanctorum Officia, uti etiam magni Bullarii Romani tom. 6 emiſſum de his anno 1710, die*

A *die 25 Septembris à Clemente XI Papa decretum*) tertio Idus, *ſeu die, quâ propterea de illo, etiam tunc in Sanctis Ciſtercienſibus à Chalemoto, & in Martyrologio Ciſtercienſi, quod ad calcem Romani, anno 1749 Romæ excuſi, adjicitur, celebrato, ex inſtituti noſtri ratione nobis erit agendum,* XIII Octobris

S. Tereſiam virginem *Antonius Balinghem in Ephemeridibus Marianis, & aliquot Kalendaria hoc die commemorant. Colitur celeberrima hac virgo, Fratrum ac Sororum Ordinis Carmelitarum arctioris obſervantiæ mater ac magiſtra, die, quo ejuſdem geſta illuſtranda venient,* XV Octobris

S. Mamelchtha *ſeu* Mamelta martyr *hodie annuntiatur in variis ſacris Græcorum Faſtis, & ex his à Caſtellano in Martyrologio Univerſali: nos de hac Sancta, niſi fortè quidquam, quo minùs in Opere noſtro locum obtineat, obſtare inveniatur, agemus ad diem, quo in Romano hodierno ſignatur,* XVII Octobris D

S. Severini, *Colonienſis epiſcopi, Tranſlatio hodie ſignatur in Ms. noſtro Florario Sanctorum, atque in aliquot editis Uſuardini Martyrologii auctariis apud Sollerium noſtrum. Colitur ille, ac Martyrologio Romano inſcriptus eſt, dabiturque* XXIII Octobris

DE S. THRASEA EP. MARTYRE

VEROSIMILIUS SMYRNÆ IN ASIA MINORI.

SYLLOGE CRITICA.

AUCTORE C. B. E

B ANNO CIRCITER CLXXI. *Sanctus, qui à martyrologis,*

Martyrologium Romanum Parvum ſeu Vetus hodie Eumeniæ, quæ Phrygiæ Pacatianæ in Aſia Minori civitas eſt, à Turcis modò Eixalhiſar *ſeu* Einashiſar *nuncupata,* S. Thraſeam *epiſcopum martyrem breviter his verbis annuntiat:* Eumeniæ Thraſeæ epiſcopi, ad Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis. *Martyrologii illius antiquiſſimi auctor, qui* S. Thraſeæ (*neque enim hunc cum S. Tarſo, ad* XXVII *Octobris in Hieronymianis Phrygiæ adſcripto, puto eumdem*) *è cunctis martyrologis primus meminit, annuntiationem hanc ex Euſebii per Ruſinum interpolati, quem ſæpiſſimè etiam alibi ductorem ſequitur, lib.* 5, *cap.* 24 *veroſimillimè deprompſit; ibi quippe a Polycrate Epheſiorum epiſcopo in litteris, ad S. Victorem I Papam pro ea, ſecundùm quam Aſiani Paſchale feſtum lunâ decimâ quartâ celebrabant, conſuetudine tuenda exaratis, clariſſimos inter viros, qui hanc in Aſia ſervâſſent,* Thraſeas *epiſcopus recenſetur hoc modo:* Similiter & Traſeas epiſcopus apud Eumeniam, ſed apud Smyrnam martyrio conſumatus *. *Quæ verba cùm quantùm ad ſubſtantiam præcipuam idem, quod adducta Romani Parvi annuntiatio, ſignificent, veroſimillimum ſanè eſt, hanc ex illis, ac proin ex interpolato per Ruſinum Euſebio, profluxiſſe.*

* conſummatus C

etiam antiquis ſeu claſſicis, hodie celebratur,

2 *Porrò non ſolus Romani Parvi auctor, verùm præter recentiores bene multos, quos hìc recenſere operæ pretium non eſt, tres inſuper alii martyrologi antiquiores ſeu claſſici, Ado ſcilicet, Uſuardus & Notkerus, Sanctum hodie pariter celebrant; ac prior quidem ex his oratione paulò prolixiori id præſtat. Animadvertit nimirum, apud Ruſini Euſebium mentionem fieri* Thraſeæ *non ſolùm loco proximè cit., verùm etiam lib.* 5, *cap.* 18, *ubi hæc occurrunt:* Meminit autem (*Apollonius ſcilicet in libro, contra Montaniſtas ſcripto*) & Tharſeæ * cujuſdam martyris, qui, quaſi ex traditione priorum, ſe accepiſſe aſſeruerit, Salvatorem præcepiſſe diſcipulis ſuis, uti ne ante duodecimum annum ab Jeroſolymis diſcederent; *hinc breviori, quam Romanum Parvum ſuppeditat, annuntiationi hanc paulò auctiorem ſubſtituit:* Apud Eumeniam beati Thraſeæ epiſcopi, apud Smyrnam martyrio conſummati, qui unus ex antiquis, quaſi ex traditione priorum, ſe accepiſſe aſſeruit, Salvatorem præcepiſſe Apoſtolis ſuis, ut ante duodecimum annum ab Jeroſolymis ne diſcederent. *At verò an conſilio ſat probando id fecit Viennenſis martyrologus?*

* Thraſeæ

3 *Neutiquam ſanè: prava enim Euſebii facta per Ruſinum interpretatione deceptus* Thraſeæ *perperam attribuit, quod ad Apollonium apertiſſimè refert Euſebius. Ut res manifeſta evadat, ipſum textum Græcum, quem hic ſcriptor lib. pariter* 5, *cap.* 18, *de Apollonio ſcriptore, ut ait, eccleſiaſtico faciens ſermonem, ſuppeditat, conſulamus. Sic habet:* Καὶ Θρασέα δὲ ἓνα τῶν τότε μαρτύρων μνημονέυει. Ἔτι δὲ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν Σωτῆρα φησὶ προσεταχέναι τοῖς ἀυτοῦ ἀποστόλοις ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ. *Quibus verbis ſanè, non quam illis loco proximè cit. adaptavit Ruſinus, ſed hæc, uti quiſque, non penitus in lingua Græca peregrinus & hoſpes, fatebitur, interpretatio convenit:* Meminit etiam (*Apollonius ſcilicet*) cujuſdam Thraſeæ ex illorum temporum martyribus. Adhæc tamquam ex traditione refert, Servatorem Apoſtolis ſuis præcepiſſe, ne intra duodecim annos Hieroſolymis diſcederent; *ubi aſſertum de intellecto ex traditione præcepto, quod Servator Apoſtolis dederit, apertiſſimè ad Apollonium refertur, ac proin* Thraſeæ *è prava Euſebii per Ruſinum interpretatione ab Adone, quem hac in re ſecutus etiam eſt Notkerus, perperàm adſcribitur.*

aſſeruiſſeque, quod non aſſeruit, ab Adone ex Ruſino refertur, F

4 *Conſultiùs ſanè, aſſertione illâ penitus neglecta, Adonianam annuntiationem ita contraxit Uſuardus:* In Eumenia beati Traſei * epiſcopi, apud Smirnam martyrio conſummati. *Nec ſic tamen omnimodæ accurationis laudem meretur is martyrologus. Cùm enim Sanctum Smyrnæ martyrio coronatum notet, perperàm eum, Adonis & Romani Parvi inſiſtens veſtigiis, Eumeniæ annuntiat. Rem ſic oſtendo. Nec genuinus, nec interpolatus per Ruſinum Euſebius, ex quo* S. Thraſeæ *in Faſtos ſacros jam laudatos commemoratio primitus fuit illata, mentionem cultus eccleſiaſtici, qui illi aliquando Eumeniæ fuerit delatus, uſpiam facit, ut veroſimillimè Sanctus ibidem ſacre*

perperàm ab Uſuardo & aliis * Thraſeæ

AUCTORE C. B.

ſacro hoc honore, utpote qui nec aliunde poſſit probari, nullo umquam tempore fuerit gaviſus. Quapropter, cùm dumtaxat vel ratione cultus eccleſiaſtici vel martyrii, Eumeniæ obtenti, aptè ibidem annuntiari poſſe videatur, Smyrnæque nihilominus paſſus notetur ab Uſuardo, perperàm ſanè & ab hoc, & ab Adone ac Romani Parvi auctore, quos ſibi præeuntes habuit, annuntiatur Eumeniæ, atque id quidem etiamſi hanc civitatem pro palæſtra habuiſſe ſtatuatur, uti reipſa etiam ex diſſerendis forſan habuit.

locatur Eumenia;

5 *Nec eſt, quòd reponas, ab Uſuardo martyrologiſque eum prægreſſis annuntiari* Thraſeam *potuiſſe Eumeniæ, quòd civitatis hujus fuerit epiſcopus; hoc enim, utut à vero fortè non alienum, veritati tamen, ut dicenda aperient, nequit probari conſonum, niſi ſimul ſtatuatur Sanctus ibidem paſſus martyrium, quod, quamquam fortè etiam à vero ſecundùm diſputanda alienum non ſit, componi tamen non poteſt cum altera à dictis martyrologis ſuppeditata annuntiationis parte, quâ Smyrnæ notatur* Thraſeas *coronatus martyrio. Adhæc ſanctorum antiſtitum memoria iis civitatibus,*

B

quas moderati fuêre, non ſolet à martyrologis affigi, niſi alius, quàm hic, titulus adfuerit. Hæc Notkerus, utpote qui Sanctum quidem Eumeniæ Adonis exemplo annuntiet, Smyrnæ tamen paſſum non notet, forſitan obſervârit; obſervârint forſitan & Baronius, aliique, qui Romanum hodiernum reformavêre, eruditiſſimi viri. Ita ſuſpicor, quòd in hoc Thraſeam, *non expreſſo loco, cui ejus affigatur memoria, commemorent. Verba, quibus id faciunt, hæc ſunt:* Eodem die (v *Octobris*) natalis beati Thraſeæ, epiſcopi Eumeniæ, apud Smyrnam martyrio conſummati. *Sic illi, rectè quidem Sanctum noſtrum Eumeniæ non annuntiantes; verùm anne hunc rectè etiam faciunt Eumenienſem epiſcopum, Smyrnæque nihilominus martyrio coronatum notant?*

nec hîc, uti ex verborum, quæ de eo Polycrates

6 *Perperam ſanè id fieri, Sanctumque veroſimiliùs Eumeniæ nec martyrii coronam, nec epiſcopatum adeptum, intelliges ex interpretatione, quæ aptanda ſit paucis hiſce à Polycrate ſuprà laudato (neque enim quidquam præterea, ſufficienter huc faciens, alii ſuggerunt ſcriptores antiqui) ſuppeditatis apud Euſebium lib.* 5, *cap.* 24, *& apud Nicephorum Calliſtum lib.* 4, *cap.* 37 *de* Thraſea *Græcis verbis:* Θρασέας ϗ ἐπίσκοπος ϗ

C

μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται· *quæ, ut ambiguæ admodùm ſignificationis ſunt, à Lango, qui Calliſtum fecit Latinum, tribuſque Euſebii interpretibus, Rufino ſcilicet, Chriſtophorſono & Valeſio, quatuor modis diverſis Latinè reddita invenio. Ac prior quidem è quatuor illis ſcriptoribus interpretationem hanc:* Thraſeas Eumeniæ epiſcopus, idemque martyr, qui Smyrnæ mortuus eſt; *ſecundus illam:* Thraſeas epiſcopus apud Eumeniam; ſed apud Smyrnam martyrio conſummatus; *tertius iſtam:* Thraſeas epiſcopus & martyr, Eumeniæ natus, qui Smyrnæ ex hac luce migravit; *ac quartus denique ſequentem proponit:* Thraſeas Eumeniæ epiſcopus & martyr, qui Smyrnæ requieſcit.

ſuppeditat, interpretationibus variis,

7 *E quatuor hiſce interpretationibus diſplicet in primis vel idcirco Rufiniana, quòd priorem verborum Polycratis, quæ jam huc tranſcripta ſunt, partem* Θρασέας ϗ ἐπίσκοπος ϗ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας *ita reddat Latinè:* Thraſeas epiſcopus apud Eumeniam; *qui ſanè interpretandi modus, utpote Latinum vocabulum, quod Græco huic* μάρτυς *reſpondeat, non includens, omni dubio procul ſat exactus non eſt. Adhæc eodem, ut dicenda conſideranti patebit, laborat defectu,* D *ob quem pariter interpretationem, quam adornavit Langus, rejiciendam eſſe, jam nunc probo: hæc* Thraſeam *ſic Eumenienſem ſeu Eumeniæ facit epiſcopum, ut ſimul eum non ibi, ſed Smyrnæ martyrem fuiſſe, ſeu ſubiiſſe martyrium, apertè ſignificet. At verò, cùm ex his huc jam tranſcriptis Polycratis verbis* Θρασέας ϗ ἐπίσκοπος ϗ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας *duo ultima* ἀπὸ Εὐμενίας *referantur æquè ad vocabulum* μάρτυς, *Latinè* martyr, *quàm ad vocabulum* ἐπίσκοπος, *Latinè* epiſcopus, *neceſſe utique eſt, ut, ſi* Thraſeam *fuiſſe Eumenienſem epiſcopum ſeu Eumeniæ geſſiſſe epiſcopatum, illis à Polycrate ſignificatum velis, ibidem quoque eum ſubiiſſe martyrium, iiſdem à Polycrate ſignificatum admittas. Quis adeò pro legitima admittat (idem de Romani hodierni num.* 5 *data annuntiatione eſto judicium) interpretationem, Polycrati ſuprà à Rufino & Lango aptatam, quâ* Thraſeam *quidem Eumeniæ fuiſſe epiſcopum ſeu geſſiſſe epiſcopatum, non tamen etiam ibidem, ſed Smyrnæ, ſubiiſſe martyrium tradatur?*

ac præcipuè quidem iis, quas Valeſius

8 *Atque hæc pro improbandis Rufini & Langi interpretationibus dicta ſufficiant, eas modò, quas Valeſius & Chriſtophorſonius concinnârunt, diſcutiamus. Græca Polycratis verba proximè hîc recitata, ſi ſeorſum accipiantur, duobis ſanè modis diverſis, quorum alter quidem, quem ſecutus eſt Valeſius, ſic habet:* Thraſeas Eumeniæ epiſcopus & martyr; *alter verò, qui Chriſtophorſono præplacuit, his verbis concipitur:* Thraſeas epiſcopus & martyr, Eumeniæ natus *ſeu oriundus, non ineptè queunt in linguam Latinam converti. Ita autumo vel ex eo, quòd ambo hi modi in ipſomet Euſebio fundamentum habeant, ac prior quidem Eccleſiaſticæ, quam hic ſcriptor contexuit, Hiſtoriæ lib.* 5, *capp.* 16 *&* 19, *quorum hæc Græca verba* Ἰούλιανος ἐπίσκοπος ἀπὸ Ἀπαμείας, *&,* Ἄιλιος Πούπλιος Ἰούλιος ἀπὸ Διβελτοῦ κολονείας τῆς Θράκης ἐπίσκοπος *ab omnibus prorſus interpretibus Latinè quantum ad ſubſtantiam ita redduntur:* Julianus epiſcopus Apamenus *ſeu* Apameæ, *&,* Ælius Publius Julius Develti Coloniæ Thraciæ epiſcopus; *poſterior verò ejuſdem Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ lib.* 5, *cap.* 16 *ſub finem, cujus hæc Græca verba* Καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς ϗ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον, ἐν τοῖς περὶ Γάϊον ϗ Ἀλέξανδρον ἀπὸ Εὐμενείας μαρτυρήσασι πρόδηλον *ita ad verbum ſonant Latinè:* Atque hoc verum eſſe, & noſtris temporibus Apameæ, quæ ad Mæandrum ſita eſt, geſtum, in Caio & Alexandro Eumeniæ natis, qui paſſi ſunt martyrium, eſt manifeſtum. F

& Chriſtophorſonius adornârunt, tum ad eam, quam unam ex illis,

9 *Adhæc non minùs apud alios quoſcúmque ſcriptores Græcos, quàm hîc in adductis ex Euſebio exemplis, nomen locale, dum non notatur motus, genitivo caſu, Præpoſitione* ἀπὸ *præcedente, expreſſum, vel locum, quo quis natus ſit, ſignificat, vel certè ſubſtantivis, ſive unis, ſive pluribus, ad quæ refertur, denominationem, ab ipſomet loco, cujus eſt nomen, deſumptam, attribuit. Cùm ergò ad hanc Græcorum normam exacti ſint bini, quibus hîc uſi ſunt Valeſius & Chriſtophorſonus, interpretationis modi, non eſt ſanè, cur alteruter indubitanter habeatur pro inepto, ſi nempe, ut dixi, hæc Græca, quibus reſpondent, num.* 6 *iterumque num.* 7 *huc jam tranſcripta verba* Θρασέας ϗ ἐπίσκοπος ϗ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας *ſeorſum accipiantur; at verò, ſi, ut debent, cum his (adi num.* 6) *proximè apud Polycratem ſequentibus* ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται *conſiderentur,*

A *ſiderentur, ſolus interpretandi modus, ſeu, ut brevius dicam, interpretatio, à Chriſtophorſono adhibita, videtur admittenda. Etenim* S. Thraſeam, *non Eumeniæ, ut fert Valeſiana interpretatio, ſed Smyrnæ, ut Chriſtophorſoniana habet, diem extremum obiiſſe, Græca proximè huc tranſcripta verba veroſimiliùs ſignificant, uti infrà, poſtquam nonnulla eò conducentia annotâro, oſtendam. Verbum* Κοιμᾶσθαι, *uti & verbum* dormire *huic reſpondens, accipi poteſt vel propriè vel tranſlatè ſeu metaphoricè. Priori modo acceptum ſignificat* ſomnum capere *vel* ad ſomnum capiendum ſe componere; *poſteriori verò ſignificat* eſſe mortuum *vel* quiete mortuis propria *ſeu* dormitione mortis gaudere *aut etiam* (*his ſimilibuſque phraſibus uti hîc deinceps fas ſit*) ad hanc è vita concedere; *cùm enim, quemadmodùm qui dormiunt, à laboribus vacant, poſitâque morâ, è ſomno evigilant aut excitantur, ita etiam, qui ſunt mortui, à laboribus vacent tandemque ſint à morte per carnis reſurrectionem excitandi, poteſt mors non immeritò ſomno aſſimilari, ac proin verbum* Κοιμᾶσθαι, *quod* ſomnum capere *aut* ad ſomnum capiendum ſe componere *propriè ſignificat, pro eo ipſo, quod*

B *vel* mortuum eſſe, *vel* quiete mortuis propria *ſeu* dormitione mortis gaudere, *aut etiam* ad hanc è vita concedere *ſignificat, tranſlatè ſeu metaphoricè uſurpari, reque ipſa in hac ſignificatione tum illud, tum etiam verbum* dormire *apud ſcriptores ſacros ſeu eccleſiaſticos frequentiſſimè uſurpatur.*

accipi diverſimodè valens,

10 *Adhæc cujuſcumque modi præteritum perfectum, à verbo* Κοιμᾶσθαι, *tranſlatè ſeu metaphoricè adhibito, formatum, accipi poteſt vel figuratè, vel ſecundùm ordinariam, quæ præterito ineſt, ſignificandi vim; ſi figuratè accipiatur, ſæpiſſimè pro præſenti per Enallagen in oratione ponitur; ſic, ut unum ſaltem è multis huc facientibus adducam exemplum, in his apud Joannem cap.* XI, ℣. XI *Chriſti verbis,* Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, *præteritum perfectum indicativi* κεκοίμηται, *à verbo* κοιμᾶσθαι *tranſlatè adhibito formatum, pro præſenti per enallagen uſurpatur, idemque omninò, quod* requieſcit *ſeu* dormit, *id eſt,* quiete mortuis propria *ſeu* dormitione mortis gaudet, *Latinè ſignificat, uti Latinum ſacræ Scripturæ textum, qui Græco mox recitato reſpondet, unà cum aliis proximè eidem*

C *ſubjectis conſideranti patebit: quòd ſi autem præteritum ſecundùm propriam, quæ præterito ineſt, ſignificandi vim accipiatur, pro eo ipſo, quod ex natura ſua importat, tempore uſurpatur; ſic apud Operum, quæ Dionyſii Areopagitæ nomine circumferuntur, auctorem Hierarchiæ Eccleſiaſticæ cap. 7 Præteritum Participii* κεκοιμημένοι, *à verbo* κοιμᾶσθαι *tranſlatè accepto formatum, ſecundùm propriam, quæ præterito ineſt, ſignificandi vim, ſeu pro eo, quod ex naturâ ſua importat, tempore frequenter uſurpatur, idemque omninò, quod* qui dormierunt, *id eſt,* qui vitâ functi ſunt *ſeu* ex hac luce migrârunt, *aut etiam* qui quiete *ſeu* dormitione mortis ſunt gaviſi, *Latinè ſignificat, aut certè ſic aptè poteſt exponi. Hiſce præmiſſis, ad rem ipſam modò pergamus. Sollerius noſter in Uſuardi, à ſe illuſtrati, hodiernam, quâ* Thraſeas *memoratur, annuntiationem ità obſervat:* Textus noſtri verba an ad Rufini ſenſum ſatis exacta ſint, non planè conſtat; nam apud Euſebium aliter loquitur Polycrates, non afferens, Thraſeam martyrio conſummatum Smyrnæ, ſed requieſcere vel requieviſſe, κεκοίμηται, ubi Rufinus ſimpliciter vertit conſummatus. *Ita ille, qui, cùm Polycrates, loco ſuprà cit. apud Euſebium loquens de* Thraſea, *tranſlatè ſeu metaphoricè verbum* κοιμᾶσθαι *accipiat, per verbum* requieſcere *hîc haud dubiè intelligit idem omnino, quod per verbum* dormire, *tranſlatè itidem ſeu metaphoricè ſenſu jam dato acceptum, intelligitur. Sed quid ad hanc tranſcriptam illius obſervationem? Polycrates, fatendum eſt, diſertè non aſſerit,* Thraſeam *Smyrnæ fuiſſe martyrio conſummatum; verùm anne etiam hunc Sanctum noſtrum, quem equidem facit martyrem, Smyrnæ obiiſſe, non docet?*

AUCTORE C. B.

veritatis causâ exigit, ſignificationem.

11 *Res ſanè, quam verbis recitatis in dubium etiam vocare videtur Sollerius, ita omninò ſeſe haberet, ſi ex his Græcis Polycratis de* Thraſea *verbis,* ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται, *tertiæ perſonæ præteritum* κεκοίμηται *neceſſariò foret ad Valeſii exemplum, præterito pro præſenti per Enallagen accepto, Latinè vertendum* requieſcit *ſeu* dormit, *id eſt,* requiem *ſeu* dormitionem mortis capit; *verùm poteſt etiam, quod & innuit Sollerius, præterito ſecundùm ordinariam, quæ ei ineſt, ſignificandi vim adhibito, aptè exponi* requievit *ſeu* dormivit; *atque id ita quidem, ut ſingulare hoc tertiæ perſonæ præteritum* dormivit *idem dumtaxat, quod* quiete mortuis propria *ſeu* dormitione mortis fuit gaviſus, *non neceſſariò ſignificet, utpote aptè etiam, uti ex jam præmiſſis facilè colliges,* ad dormitionem mortis conceſſit, *ſeu* ex hac luce migravit *valens ſignificare eo modo, quo V. G. in his, quæ apud Cangium in Gloſſario ad vocabulum* dormire *tranſcripta invenies, Theophili patriarchæ Alexandrini verbis,* Poſt baptiſmum in clerum promotus, in clero manebat, ſi illa (*uxor ſcilicet*) dormierit, & poſt baptiſmum cum ea rem non habuerit, *præteritum ſeu futurum* dormierit *idem omninò, quod* ex hac luce migrârit, *ſignificat. Et verò præteritum* κεκοίμηται *in caſu, de quo nos hîc, puto te ipſa in poſteriori hac ſignificatione veroſimiliùs accipiendum, ac proin Polycratis mox iterum recitata verba,* ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται, *ita interpretanda:* Qui Smyrnæ vitâ functus eſt *ſeu* ex hac luce migravit: *quò enim poſſent vel verti,* Qui Smyrnæ requieſcit, *vel ita accipi, ut Sanctum Smyrnæ* quiete mortuis propria *ſeu* dormitione mortis fuiſſe gaviſum, *dumtaxat ſignificarent, eſſet prorſus, ſtrictè ſcilicet loquendo, vel ad alterutrius interpretationis veritatem neceſſum, ut aut tunc, cùm ad Victorem ſcripſit Polycrates, aut certè aliquando antè* S. Thraſeæ *corpus Smyrnæ jacuerit ſepultum ſeu reconditum; quamquam autem, ut tandem, quod ſpopondi, oſtendam, Sanctus noſter in Epheſiacæ prope Smyrnam eccleſiæ cœmeterio fuerit ſecundum dicenda veroſimiliùs proximè ab obitu ſepultus, fuiſſe tamen illum in ipſa civitate Smyrnenſi umquam reconditum, nulla, quantùm puto, ratione veroſimili poteſt probari, ut adeò præteritum* κεκοίμηται, *quo de hîc potiſſimùm diſputamus, Latinè* ex hac luce migravit *aliove, ut apparet, æquivalentis ſignificationis modo, qui illud haud poſtulet, veroſimiliùs ſit vertendum, ac proin ut veroſimiliùs etiam, Sanctum Smyrnæ obiiſſe, proximè huc tranſcriptis Polycratis verbis, vel ipſa, quam his ineſſe, nemo negârit, veritate ſpectata, ſignificetur.*

E

tum etiam ad ipſam

12 *Nec aliud, ſpectata etiam Polycratis mente, iiſdem ſignificari exiſtimo: etenim hic Epheſiorum epiſcopus eo ipſo Euſebii loco ſuprà cit.,*

F

AUCTORE C. B.

quo ſemel per ſingulare tertiæ perſonæ præteritum κεκοίμηται *in ſua ad Victorem epiſtola de* S. Thraſea *facit ſermonem, quater adhuc, dum de aliis loquitur, hoc ipſum ſingulare tertiæ perſonæ præteritum uſurpat; ſingulis autem quatuor iſtis vicibus, quibus hoc abs illo ibidem fit, ſingulare illud tertiæ perſonæ præteritum ipſemet Valeſius vel per* mortuus eſt *ſeu* ex hac luce migravit, *vel per alterius verbi, quod æquivalentem ſignificationem habeat, tertiæ perſonæ præteritum Latinè exponit, idemque etiam facit Chriſtophorſonus; qui ambo Euſebii interpretes an hîc Polycratis mentem attigerint, cur dubitemus? Adhæc Polycrates priori è quatuor dictis vicibus, quibus de* S. Thraſea *non faciens ſermonem ſingulare tertiæ perſonæ præteritum* κεκοίμηται *uſurpat, loquitur hunc in modum:* Κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου· *ex his autem verbis tertiæ perſonæ præteritum* κεκοίμηται *unà cum ſuo nominativo* μεγάλα στοιχεῖα *Latinè per allegoricam quodammodò phraſim* Magna quædam lumina exſtincta ſunt, *rectè, ut appareat, interpretatur Valeſius; quam ob rem, cùm*

B *phraſis hujus ſenſu ex ipſis, quæ proximè huc tranſcripſi, Græcis verbis, utpote Latinè ad verbum ſonantibus,* in Aſia magna lumina exſtincta ſunt, quæ die adventûs Domini reſurrectura ſunt, *aliud ſignificari non videatur, quàm* magni viri mortui *ſeu* vitâ functi ſunt, *priori ſanè è quatuor memoratis vicibus, quibus de* Thraſea *ſermo non eſt, per ſingulare tertiæ perſonæ præteritum* κεκοίμηται *idem omninò, quod per ſimile præteritum, à* mori *aliove æquivalentis ſignificationis verbo formatum, intelligitur, ſignificare velle videtur Polycrates.*

13 *Porrò cùm tribus reliquis vicibus, quibus hic de* Thraſea *non loquens, idem ſingulare tertiæ perſonæ præteritum* κεκοίμηται *uſurpat, magnis illis luminibus in Aſia exſtinctis, ſeu viris vitâ functis, de quibus antea generatim verbis jam mox recitatis fecerat ſermonem, nominatim primò Philippum Apoſtolum, deinde Joannem itidem Apoſtolum, ac tertiò Sagarim epiſcopum martyrem accenſeat, per illud pariter præteritum, quo id faciens utitur, idem omninò, quod per præteritum, à* mori *aliove æquivalentis ſignificationis verbo formatum, intelligitur, ſignificare velle videtur. In*

C *ſua ergò plùs ſemel jam laudata ad Victorem epiſtola ſeu potiùs in hujus Fragmento ſingulare tertiæ perſonæ præteritum* κεκοίμηται *in eadem, quam habet* vitâ functus eſt *ſeu* ex hac luce migravit, *ſignificatione quatuor omninò vicibus, quibus de* Thraſea *non loquitur, uſurpat; jam verò cùm id ita ſit, Polycratem in illo ipſo, in quo id facit, brevi adeò ſcripto idem iſtud ſingulare tertiæ perſonæ præteritum ſola illâ vice, quâ de* Thraſea *inſtituit ſermonem, in alia ſignificatione accipere, parùm veroſimile apparet, maximè cùm nullum prorſus, quo fieri id à ſe, utcúmque prodat, indicium apponat,* Thraſeamque *etiam magnis illis, de quibus antea generatim fuerat locutus, luminibus ſeu viris in Aſia exſtinctis annumeret. Sanctum itaque Smyrnæ obiiſſe ſeu ex hac luce migrâſſe, Græca hæc verba, huc jam plùs vice ſimplici tranſcripta,* ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται, *tam ipſa Polycratis mente, quàm veritate, quæ eis ineſt, ſpectata, veroſimiliùs ſignificant. Hinc porrò jam conſequitur, ut interpretatio tum illis, tum proximè antecedentibus (videſis num. 6) Polycratis verbis,* Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας, *à Valeſio aptata, utpote*

Polycratis mentem

ſecundum quam S. Thraſeas *Eumeniæ obierit* D *Smyrnæque dumtaxat requieſcat ſeu jaceat ſepultus, rejicienda videatur ſolaque proinde, quam dat Chriſtophorſonus, pro legitima admittenda.*

14 *Aſt, inquiet non nemo, S. Hieronymus, qui epiſtolæ, ad Victorem à Polycrate ſcriptæ, cit. ſuprà ex Euſebio Fragmentum lib. de Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus cap.* 45 *etiam ſuppeditat, ſingulare tertiæ perſonæ præteritum* κεκοίμηται, *quod Polycrates, de* Thraſea *faciens ſermonem, uſurpat, Latinè interpretatur* requieſcit. *Fateor, ſic habet: verùm quid tum? Sciverit fortè S. Hieronymus Sanctum noſtrum Smyrnæ, ſeu potiùs prope hanc civitatem ætate Polycratis jacuiſſe ſepultum, hincque minùs accuratè loquens, nec tam ad hujus mentem, quàm ad ſignificationem, quam verbo* κοιμᾶσθαι *etiam ineſſe noverat, præteritum* κεκοίμηται *Latinè* requieſcit *ſeu* dormit, *id eſt,* quiete mortuis propria *ſeu* dormitione mortis gaudet *fuerit interpretatus. Certè Hieronymum in vertendis Polycratis de Sancto noſtro verbis ſumma accuratione uſum non eſſe, vel ex eo liquet, quòd hæc,* ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται, *relativo* ὃς *non expreſſo, pronomineque* eâdem, *quod à Græco textu abeſt,* E *adjecto, hunc in modum fecerit Latina:* In eadem Smyrna (Thraſeas *ſcilicet*) requieſcit. *Sed fac tantiſper, S. Hieronymum rectè & ex mente Polycratis præteritum* κεκοίμηται, *dum de* Thraſea *apud hunc ſermo eſt, Latinè reddidiſſe* requieſcit *ſeu* dormit, *vel ſic veroſimilius erit, Sanctum noſtrum Smyrnæ, non autem Eumeniæ, fuiſſe martyrio coronatum. Etenim, hoc dato, priora hæc ex Polycratis num. 6 huc tranſcriptis verbis,* Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας, *non magis ad unam, quàm ad alteram ex interpretationibus, quas eis ſuprà Valeſius & Chriſtophorſonus accommodant, erunt determinata, dubiumque proinde, ut conſideranti patebit, relinquent, Eumeniæne, an alibi Sanctus ſubierit martyrium.*

unà cum non nullis,

15 *Adhæc quò vera ſcripſiſſe poſſit Polycrates,* in contrarium *neceſſe erit, ut hujus ætate jacuerit* S. Thraſeas *Smyrnæ reconditus ſeu ſepultus; quapropter, cùm fieri nequeat, ut* Thraſeas, *ſi Eumeniæ paſſus ſit martyrium, Smyrnæ jacuerit ætate Polycratis ſepultus, niſi eò vel tunc, vel antè Eumeniâ tranſlatus; hujuſmodi autem tranſlatio alicunde non probetur, imò ei tum Smyrnæ ab Eumenia quadraginta ut minimùm leucarum Gallicarum diſtantia, tum tempus ſæviſſimis in Chriſtianos perſecutionibus tunc turbatum adverſari videatur, veroſimilius ſanè erit, Smyrnæ, non autem Eumeniæ,* S. Thraſeam, *ſi præteritum* κεκοίμηται, *Latinè* requieſcit, *rectè & ex mente Polycratis, ut tantiſper dedimus, interpretatus hîc ſit S. Hieronymus, martyrio fuiſſe coronatum, ut adeò, cùm equidem præteritum* κεκοίμηται *ſignificare etiam ex dictis poſſit* mortuus eſt *ſeu* ex hac luce migravit, *Chriſtophorſoniana num. 6 data verborum Polycratis interpretatio, quidquid etiam ſit de Hieronymiana, veroſimiliùs debeat, ut jam dictum eſt, pro legitima admitti, rejicique Valeſiana. Neque eſt, quod dicas, hæc Polycratis verba,* Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας, *Hieronymum interpretari,* Thraſeas epiſcopus & martyr de Eumenia, *ſicque innuere, Sanctum Eumeniæ fuiſſe martyrio coronatum; cùm enim (adi num.* 8 *&* 9) ἀπὸ Εὐμενίας *additum Græcis verbis,* Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς, *non neceſſariò ſignificet aliud, quàm* Eumeniæ natus, *ut quid apud Hieronymum neceſſariò aliud quàm*

Eumeniæ

A Eumeniæ natus, *significet* de Eumenia, *Latinis hisce*, Thrasеas episcopus & martyr, *verbis adjectum?*

16 *At verò erunt etiam fortassis nonnulli, qui ulteriùs, ut, vel ipsa Polycratis ætate, vel antè,* S. Thrasеam *fuisse Eumeniâ Smyrnam translatum, ac proin in priori è binis hisce civitatibus, ut fert Valesiana interpretatio, martyrio verosimiliter coronatum, qualicúmque modo probent, contra jam dicta opponant S. Pionium presbyterum martyrem, illaque hujus apud nos tom. 2 Januarii in Vita S. Polycarpi num.* 20 *verba,* Efferentes verò B. Bucoli corpus ad cœmeterium basilicæ Ephesiacæ dictæ, juxta Smyrnam sitæ, illud condiderunt, ubi nunc myrtus crescit post translationem corporis S. Thrasеæ martyris, *accipienda contendant de translatione, quâ* S. Thrasеas *è loco Smyrnâ semoto, quo fuerat primùm terræ mandatus, ad Ephesiacæ prope Smyrnam basilicæ cœmeterium fuerit delatus, cùm jam, aliquanto ab obitu ejus tempore elapso, persecutionum sævities remitteret. Verùm, ut paucis ad hoc respondeam, quid nî etiam recitata Pionii verba possint intelligi de translatione, quâ* S. Thrasеas *Smyrnâ seu eo ipso ex loco, quo subierat*

B *martyrium, ad præmemoratum cœmeterium, ut in eo inhumaretur, statim à felici è vivis excessu fuerit deportatus? Certè ea sic accipienda putavit tom. 2 Monument. pag.* 441 *Tillemontius, nec video, quî hæc ejus queat confutari opinio. Accedit, S. Pionium utpote anno circitèr* 251 (*adi tom. 1 Februarii pag.* 39) *martyrio affectum, ab ætate* S. Thrasеæ, *qui ex mox probandis anno circitèr* 171, *fuso pro Christo sanguine, vitam finiit, paulò esse remotiorem, ut adeò, etiamsi Sancti nostri translationem, priori è duobus sensibus jam datis acceptam, disertè assereret, certa hæc propterea atque omninò indubitata haud fieret; nec, etsi certa fieret, rectè inde concluderetur, habuisse Sanctum pro palæstra Eumeniam, cùm etiam, hoc dato, potuerit is, si non Smyrnâ, qua in urbe, ut jam dixi, nunquam, ac proin nec proximè ab obitu tumulum nactus videtur, alio certè ex loco ab Eumenia diverso, quo primùm fuisset terræ mandatus, ad Ephesiacæ prope Smyrnam basilicæ cœmeterium postea fuisse translatus.*

17 *Itaque, quamvis quidem, omnibus maturè jam expensis, improbabile non sit,* S. Thrasеam *Eumeniæ subiisse martyrium, verosimiliùs tamen appareret, hoc illum non ibi, sed Smyrnæ fuisse coronatum.*

C *Porrò prope hanc civitatem etiam tumulum proximè ab obitu fuerit adeptus, si modò rectè notet verbis num. præced. huc transcriptis Pionius, hæcque eo, quem posteriori loco dedi, sensu sint intelligenda. Dico, si rectè notet Pionius, quia id ipsum, quod iisdem etiam verbis de myrto, in Ephesino prope Smyrnam cœmeterio post* S. Thrasеæ *ad id translationem exorta, docet Pionius, ad* VI *Februarii diem in novo Græcorum, cui Menæa consonant, per Arcudium edito Anthologio factum indicatur mox ab eo tempore, quo S. Bucolus, septuaginta circitèr ante* Thrasеam *annis vitâ functus, terræ in eodem cœmeterio fuit mandatus. Verba è Græcis reddita Latina, quibus id in dicto Anthologio & Menæis sit, hæc sunt:* Priusquam verò (*S. Bucolus*) migraret è vita, B. Polycarpum in eadem urbe (*Smyrnensi scilicet*) pastorem ac doctorem ratione pollentium ovium consecravit, ac demum ipse ex humanis excessit. Tumulato autem (*in Ephesiacæ nimirum prope Smyrnam basilicæ cœmeterio*) corpore, plantam (*hanc Pionius*

myrtum *vocat*) oriri Deus fecit, quæ huc usque plurimis morbis curationem præbet. *Ita laudati Fasti Græci: verùm sive his, qui fortè etiam de alio, quàm de quo Pionius, facto agunt, sive, quod magi puto, Pionio quantum ad tempus, quo planta seu myrtus in Ephesiacæ prope Smyrnam basilicæ cœmeterio prodigiosè salutaris sit orta, assentiendum sit; hic equidem scriptor, si, quo dixi, modo intelligatur, Sanctum nostrum ibidem tumulatum, rectè indicare videtur. Cùm enim, ut docui, verosimiliùs Smyrnæ passus sit martyrium, verosimiliùs etiam haud procul ab hac civitate fuerit sepultus, ex more videlicet antiquitus communiter usitato, quo defunctorum corpora, non in ipsis civitatibus, sed in cœmeteriis, prope has sitis, solerent terræ mandari.*

18 *Nec tantùm ex loco, quo* Thrasеas *verosimiliùs subiit martyrium, discimus jam mox assignatum locum, quo verosimiliùs pariter sit sepultus; verùm etiam an Eumeniæ episcopatum gesserit. Cùm enim, ut suprà docui, Græcis hisce verbis* Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας *significari à Polycrate nequeat,* Thrasеam *Eumeniæ gessisse episcopatum, quin eum etiam ibidem subiisse martyrium, iisdem simul significetur;* Thrasеas *autem, ut pariter jam docui, non Eumeniæ, sed Smyrnæ, spectatis Polycratis aliis, quæ jam nunc recitatis (adi num. 6) proximè subduntur, Græcis verbis, verosimiliùs subierit martyrium, verosimiliùs etiam verbis illis, quæ his præmittuntur, quæque mox iterum huc sunt transcripta, à Polycrate non significatur, Eumeniæ Sanctum gessisse episcopatum, quamvis interim, uti fortè secundum jam disputata martyrio fuit in hac civitate coronatus, ita etiam fortassis ibidem sacro illo munere fuerit perfunctus. Ceterùm, cùm nec ex antiquis monumentis scriptoribusque, à Polycrate distinctis, sat probari queat, Eumeniæne, an alibi Sanctus noster fuerit episcopus seu episcopatum gesserit, Smyrnæque, ut docui, verosimiliùs vitam finierit martyrio, ejusque etiam corpus prope hanc urbem jaceat, fit hinc & ex omnibus jam dictis consequens, primò quidem, ut* S. Thrasеæ *Annuntiationibus, è Romano Parvo seu Veteri, è Romano hodierno, itemque ex Adone & Usuardo suprà adductis, tutiùs queat hæc substitui:* Smyrnæ S. Thrasеæ episcopi & martyris; *deinde verò, ut quo loco Sanctus episcopatum gesserit, neutiquam possit pro certo edici.*

19 *At verò, quamvis id ita sit, tempus equidem, quo circitèr coronatus martyrio hunc deposuit, potest sat tutò definiri; quod proinde, cùm de martyrii palæstra locoque, quo* Thrasеas *fuerit episcopus, satis superque dictum jam sit, faciendum nunc est. Epistola, quam ad S. Victorem Papam dedit Polycrates, quamque jam pluries laudavi, communi ferè eruditorum omnium consensu anno circitèr* 196 *scripta statuitur, ut adeò* S. Thrasеas, *utpote qui in illa, veluti vitâ functus, memoretur, martyrio ante hanc epocham fuerit coronatus. Verùm quanto quidem id tempore citiùs evenit? Eusebius ex interpretatione Valesii lib. 5 Historiæ Ecclesiasticæ, cap.* 18 *sub finem ita prodit memoriæ:* Ceterùm hic ipse Apollonius in eodem libro (*contra Montanistas nimirum scripto*) testatur, tunc, cùm hæc scriberet, annum quadragesimum fuisse, ex quo Montanus adulterinam illam prophetiam commentus fuerat. Addit præterea Zoticum illum, cujus à priore scriptore facta est mentio, cùm jam Maximilla Pepuzis se

facientibus, maturè studioseque expensis,

verosimilius apparet, martyrium est passus,

aut etiam gessit episcopatum;

quem circitèr

AUCTORE C. B.

E

F

AUCTORE C. B.

prophetare ſimularet, ſupervenientem dæmonium, quo illa agitabatur, coarguere inſtituiſſe; verùm ab aliis, qui idem cum illa ſentiebant, eſſe cohibitum. Meminit etiam cujuſdam Thraſeæ, qui circa hæc tempora martyr fuit, *ſeu potiùs, cùm Græcè habeatur* Καὶ Θρασέα δὲ τινῶν τότε μαρτύρων μνημονέυει, meminit etiam cujuſdam Thraſeæ, qui tunc martyr fuit.

171 *ſub Marco Aurelio coronatus martyrio depoſuit.*

20 Thraſeas *ergò, uti ex his Euſebii de Apollonio verbis colligendum videtur, martyrio fuit affectus eo ipſo tempore, quo Maximilla, è falſis Montani prophetiſſis una, fictas ſuas prophetias edere primùm cœpit; hoc autem inſana illa mulier ipſo ſtatim impiæ Montaniſtarum ſeu Cataphrygum, quam veroſimiliùs anno circitèr* 171 *erupiſſe è latebris, tom.* 2 *Monument. Notâ* 1 *in Montaniſtas pag.* 666 *rectè docet Tillemontius, hæreſeos exortæ initio fuit aggreſſa, ut adeò veroſimiliùs etiam* S. Thraſeas *eodem circitèr anno* 171 *martyrii palmam fuerit adeptus. Hinc porrò jam conſequitur, ut hoc & annis circitèr quinque ſuprà viginti antè Polycratis ad Victorem epiſtolam, & ſub Marco Aurelio imperatore, utpote ab anno* 161 *ad annum uſque* 180 *imperii Romani habenas moderato,* D *evenerit. Ceterùm, ut tempore, quo Sanctus ſubierit martyrium, hunc in modum determinato, Syllogæ huic finem tandem imponam, notandum adhuc eſt,* ſancto Thraſeæ *vituperio verti non poſſe Polycratis ad Victorem epiſtolam ſæpiſſimè laudatam, licèt in hac accenſeatur iis, qui Paſcha Lunâ decimâ quartâ celebrârunt; hoc enim eâ, quâ Sanctus floruit, facere ætate, nondum erat, ut poſtea in concilio Nicæno* 1 *fuit, ab Eccleſia fidelibus prohibitum; imò verò cùm à Polycrate clariſſimos inter viros, vitâ in Aſia tunc functos, ſecundo poſt Apoſtolum Joannem loco, proximéque poſt S. Polycarpum celeberrimum Smyrnenſium epiſcopum & martyrem in eadem, ut jam dixi, epiſtola numeretur, maximè hæc in laudem ejus cedit; idem etiam dicendum eſt de epiſtola ſeu libro Apollonii, verbis ex Euſebio num. præced. huc tranſcriptis memorato; cùm enim hic contra Montaniſtas ſeu Cataphrygas exaratus ſit, mentio, quæ in eo de* S. Thraſea *fit, non aliam ob cauſam fieri videtur, quàm quòd hic contra illos hæreticos pro fide Orthodoxa decertârit.*

B E

DE S. PEREGRINA V. M.

ROMA LABACUM IN CARNIOLIA TRANSLATA.

SYLLOGE.

VEROSIMILIUS ANTE ANNUM CCCXII. *Ratio, ob quam Sancta dicatur:*

ETſi Romani martyres, recentiori memoria è ſacris cœmeteriis extracti, qui ad publicam venerationem varias in regiones identidem tranſlati annuoque deinceps feſto fuêre honorati, ad ſacram antiquitatem illuſtrandam, qui finis eſt in Opere noſtro præcipuè intentus, vel nihil prorſus, vel certè parùm conducant, ſcrupuloſiúſque proinde perquirendi non ſint, non omnes tamen univerſim, cùm & ultrò quodammodò ſeſe offerrent, & tranſlationis hiſtoriam, pluribus aliàs communem, ſpectabiliorem relatuque digniorem adjuncta efficerent, à Majoribus noſtris fuerunt prætermiſſi. Nobis adeò, horum veſtigiis, dum nîl impedit, inſiſtere aſſuetis, S. Peregrinam *virginem & martyrem, è Romano Priſcillæ cœmeterio extractam, Labacique dein, ducatûs Carnioliæ metropoli, in Auguſtinianorum Diſcalceatorum conventu; cui anno* 1659 *fuit donata, quinta Octobris die cultam, hodie præterire viſum non eſt, cùm & duo auguſtiſſimi piiſſimique principes, Leopoldus I imperator, hujuſque avunculus, Leopoldus Wilhelmus Auſtriæ archidux, ſolemnem, quâ ſancta illa Virgo, ſeu potiùs ſacra ejus lipſana anno* 1660 *in ædem prænemorati Labacenſis conventus S. Joſepho ſacram fuêre illata, ſupplicationem præſentiâ ſuâ illuſtriorem memoratuque digniorem effecerint, & brevem ejuſdem deſcriptionem Joannes Ludovicus Schönleben SS. Theologiæ doctor & Carnioliæ Inferioris archidiaconus, vir orbi litterario edita in lucem lucubratione non una ſatis notus, ad deceſſores noſtros anno* 1677 *ultrò ſubmiſerit unà cum duorum, quorum alterum Româ Labacum allatum, alterum in hac ipſa civitate fuit confectum, inſtrumentorum publicorum, ad* S. Peregrinam *ſpectantium, apographis, in unicum, quod ipſemet, utpote Apoſtolica etiam auctoritate protonotarius, confecit, inſtrumentum itidem publicum congeſtis.*

C

2 *Docent hæc nos primò quidem, quî ſacræ* Peregrinæ *exuviæ, è Romano Priſcillæ cœmeterio, viâ Salariâ ſito, ſummi Pontificis Alexandri VII juſſu ab illuſtriſſimo & reverendiſſimo domino Marco Antonio abbate Oddo, Eminentiſſimi & reverendiſſimi domini Cardinalis in alma Urbe vicarii vices gerente, extractæ, in Labacenſem tandem Diſcalceatorum S. Auguſtini eremitarum domum fuerint tranſcriptæ; deinde verò, quî eaſdem Labacum jam allatas, ritè approbârit, publicæque fidelium venerationi exponi, ſupplicante, qui tunc præfato Labacenſi conventui præerat, R. P. Simpliciano ab Aſſumptione, permiſerit celſiſſimus ac reverendiſſimus dominus Otto Fridericus, Labacenſis epiſcopus. Juverit ambo, tum quòd pleraque jam dicta probent, tum quòd infrà futuræ adhuc ſint uſui, huc tranſcripſiſſe unà cum præfata, quam Schönlebenus ſuppeditavit, deſcriptione. Ut res eo, quo ſunt geſtæ, ordine tradantur, ab apographis, ſeu potiùs à dicto, cui hæc incluſit Schönlebenus, inſtrumento exordior. Tale hujus eſt initium:* In nomine Domini amen. Noverint univerſi & ſinguli, præſentes litteras ſive hoc publicum inſtrumentum & tranſſumptum inſpecturi, lecturi vel audituri, quòd ego Joannes Ludovicus Schönleben SS. Theol. doctor, authoritate Apoſtolica protonotarius &c ſubinſerta duo publica inſtrumenta, mihi per adm̃ R. P. Joſephum à S. Oſwaldo Ord. Eremitarum S. Auguſtini Diſcalceatorum conventûs Labacenſis in ducatu Carnioliæ ſub-Priorem & concionatorem producta & exhibita, in Originali viderim, manu tenuerim, legerim & perpenderim diligenter. Et quia dicta inſtrumenta utraque ſana, integra, omni prorſus vitio & ſuſpicione carentia inveni, idcirco

ſacra ejus lipſana

F

A idcirco illa copialiter deſcribi curavi & in hanc publicam tranſſumpti formam redegi.

R. P. Joannes Gregorius à Jeſu Maria, Auguſtinianus Excalceatus,

3 *Hæc ubi præfatus eſt Carnioliæ Inferioris archidiaconus plùs ſemel jam laudatus, mox è binis memoratis apographis primum ſubjungitur*; tenor autem *hujus, ut ait idem archidiaconus & protonotarius*, hic eſt: In Dei nomine. Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quòd anno à nativitate ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono, Indictione duodecima, die verò vigeſimâ ſeptimâ Maii, Pontificatûs autem SSmi in Chriſto Pris, & D. N. D. Alexandri divinâ providentiâ Papæ ſeptimi, anno ejus quinto, adm Rdus Pr. Fr. Joannes Gregorius à Jeſu Maria, procurator generalis RR. PP. Diſcalceatorum S. Auguſtini Congregationis Italiæ, mihi cognitus, aſſerens & affirmans mediante tacto pectore more ſolito, penes ſe ſemper retinuiſſe, & adhuc retinere ſacras reliquias ſeu oſſa corporis S. Peregrinæ virginis & martyris, ſibi vigore inſtrumenti rogati per Acta Cæſii notarii Eminentiſſimi & Rdmi Dñi almæ Urbis vicarii ſub XVI Aprilis præteriti donata ab illmo & adm

B Rdo Dño Carolo Barbetta presbytero Senagallienſi, & per ipſum Rdm Dñum Carolum dono recepta ab illmo & Rmo Dño Oddo &c ejuſdem eminentiſſimi Dñi almæ Urbis vicarii vices gerente, mediantibus litteris patentibus à doñatione ſua illma die XXV Februarii MDCLVI ſubſcriptis, ejuſque ſigillo munitis, ac originaliter inſertis in præfato inſtrumento donationis per acta Cæſii præfati rogati.

ſibi à R. domino Carolo Barbetta

4 Quod quidem inſtrumentum cum inſertione prædicta in publica forma præ manibus habens dictus R. P. Joannes Gregorius mihi notario ad alligandum in præſenti inſtrumento tradidit & conſignavit, prout in folio tenoris ſequentis, videlicet: In nomine Dñi. Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis pateat evidenter & ſit notum, quòd anno à Nativitate Dñi ñri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono, Indictione XII, die verò XVI menſis Aprilis, Pontificatûs autem SSmi in Chriſto Pris, & Dñi Nri Dñi Alexandri divina favente clementia Papæ ſeptimi, anno ejus quinto in mea notarii publici ac teſtium infrà ſcriptorum præſentia præſens &

C præſentialiter conſtitutus illmus & adm Rdus Dñus Carolus Barbetta presbyter Senagallienſis mihi cognitus aſſerens, & mediante tacto pectore more ſolito affirmans, penes ſe ſemper retinuiſſe, & retinere ſacras reliquias, ſeu oſſa S. Peregrinæ virginis & martyris, ſibi ab illmo, & Rdo Dño Oddo, Eminentiſſimi Dñi almæ Urbis Cardinalis vicarii vices gerente unà cum oſſibus corporis S. Barbaræ donata mediantibus litteris patentibus à Dñaone ſua illma die XXV Februarii MDCLVI ſubſcriptis, ejuſque ſigillo munitis, quas præ manibus originaliter tenens mihi notario tradidit præſenti inſtrumento inſerendas tenoris prout infrà.

presbytero Senagallienſi,

5 Utens igitur, ac uti velle declarans facultate, ab eodem illmo dño vices gerente ſibi conceſſa, de dictis ſacris reliquiis aliis donandi ad majorem Dei omnipotentis & ſuorum Sanctorum gloriam & honorem ſpecialem &c donavit & largitus fuit dicto adm Rdo Pri Fri Joanni Gregorio à Jeſu Maria procuratori generali Frum Diſcalceatorum S. Auguſtini Congregationis Italiæ, tum abſenti, Rdo Pri Fri Mauritio à S. Firmo ejuſdem Congregationis ſacerdoti profeſſo pro eo præſenti & recipienti prædictas ſacras reliquias, ſeu oſſa corporis S. Peregrinæ V. & M. reconditas & collocatas in quadam capſula lignea alba quadrata cum bombice intùs, ac nominis dictæ S. Virginis inſcriptione, longitudinis duorum palmorum circitèr, altitudinis novem digitorum circitèr & latitudinis decem digitorum circitèr, vittâ ſericâ rubeâ adinſtar crucis alligata, & ſigillo prædicti Eminentiſſimi vicarii cerâ rubrâ Hyſpanicâ impreſſo munitâ; quam quidem capſulam ſic ſigillatam, & cum dictis ſacris reliquiis S. Peregrinæ in ea reconditis idem Rdus Pr Fr Mauritius nomine ſuprà dicti adm Rdi Pris Fris Joannis Gregorii procuratoris generalis eâ majori, quâ potuit, reverentia & devotione ad ſeipſum recepit, & gratias infinitas Deo egit, animo illas illicò aſportandi dicto Rdo Pri procuratori generali, & ad effectum, ut ipſe Pr procurator grlis poſſit & valeat dictas ſacras reliquias penes ipſum retinere, aliis perſonis donare, extra Urbem ad quamcunque mundi partem trāſmittere ſeu tranſmitti facere, ac eas in quacunque eccleſia, ſacello vel loco pio publicæ veneratione Xri fidelium exponere, vel exponi curare omni meliori modo & forma &c. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis petitionem fecit à me notario publico infrà ſcripto, ut unum vel plura, publicum ſeu publica, conficerem atque traderem inſtrumentum vel inſtrumenta, prout opus fuerit, & requiſitus ero. Actum Romæ in domo inhabitata à dño Marthæ Faccalumi, ſignatum ad campum Floræ præſentibus itidem dño Jacobo Caſinario de Leoniſſa Spoletanæ diocæſis, & dño felice de Felicibus Lucenſe, teſtibus ad omnia ſuperiùs expreſſa vocatis, habitis & rogatis. Marcus epiſcopus Hierapolitanus vices gerens.

AUCTORE C. B.

E

qui ea à Cardinalis in Urbe vicarii vices gerente acceperat,

6 Tenor ſuprà dictarum litterarum patentium talis eſt: Marcus Antonius abbas Oddus, utriuſque ſignaturæ referendarius majoris præſidentiæ abbreviatorum, & in alma Urbe Eminentiſſimi & Rdmi dñi Cardinalis SSmi D. N. D. Alexandri Papæ ſeptimi vicarii vices gerens, univerſis & ſingulis præſentes inſpecturis fidem facimus & atteſtamur, quòd nos ad majorem omnipotentis Dei, & Sanctorum ſuorum gloriam & honorem tradidimus & conſignavimus adm Rdo dño Carolo Barbetta Senagallienſi reliquias, ſeu oſſa corporum Sctārum Peregrinæ & Barbaræ virg. & martyrum, è cœmiterio Priſcillæ viâ Salariâ de mandato Sanctiſſimi extractas, eidemque dño Carolo, ut prædictas reliquias apud ſe retinere, aliis donare, extra Urbem mittere, & in quacumque eccleſia, capella ſeu oratorio, & publicæ fidelium venerationi exponere, & collocare poſſit & valeat, præſentem facultatem in dño concedimus & impartimur. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus ñris die XXV Februarii MDCLVI.

F

Marcus Antonius Oddus vices gerens.

Loco ✠ ſigilli.

Petrus Capillacius ſecretarius.

Et quia dñus Sebaſtianus Ceſius cauſ. Cur. Eminentiſſimi & Rdmi dñi Cardinalis vicarii notarius de præmiſſis rogatus fuit, ideò ego Ovidius de Auſtrilles ſabinus & civis Romanus, pub. Dei gratiâ & Apoſtolica authoritate notarius officii dñi Sebaſtiani Ceſii adminiſtrator præſens inſtrumentum ſubſcripſi.

Loco ✠ ſigilli.

Nos Martius miſeratione divina epiſcopus Albanenſis S. R. E. presbyter Cardinalis, Ginettus nuncupatus, SSmi D. N. Papæ & almæ Urbis vicarius generalis, Romanæque curiæ ejuſque diſtrictûs judiciarius, univerſis notum facimus &

AUCTORE C. B.

atteſtamur, ſuprà dictos ddños Sebaſtianum Ceſium de præmiſſis rogatum, & Ovidium de Auſtrilles, qui pro eo præſens inſtrumentum ſubſcripſit & publicavit, fuiſſe & eſſe tales, quales ſeſe faciunt, ſcripturiſque eorum publicis & ſimplicibus in judicio & extra ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti plenam adhiberi fidem omnibus indubiam teſtamur. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus ñris hac die XVIII Aprilis MDCLVI. Pro dño Lanno Pino notario Jacobus Taxus ſubſcripſit.

Loco ✠ ſigilli.

dono data, in Labacenſem Ordinis ſui

7 Utens igitur & uti velle declarans facultate præfato R. dño Carolo Barbetta conceſſa per ejuſdem illmum & revdum dñum Oddum &c ac ſibi per ipſum dñum Carolum impartitâ, de dictis reliquiis aliis donandi ad majorem Dei omnipotentis, & ſuarum Sanctarum gloriam & honorem, prout in præinſerto inſtrumento expreſsè legitur, ſpecialiter præ omnibus donavit & largitus fuit venerabili conventui S. Joſephi Labaci Ordinis Diſcalceatorum S. Auguſtini abſenti, Rdo Pri Fri Mauritio à S. Firmo ejuſdem Ordinis Diſcalceatorum pro eo præſenti, & recipienti præfatas ſacras reliquias ſeu oſſa corporis S. Peregrinæ virginis & martyris, reconditas & collocatas in quadam capſula lignea, alba, quadrata, cum bombice intùs, ac nominis dictæ S. Virginis inſcriptione, longitudinis duorum palmorum circitèr, & latitudinis decem digitorum, vittâ ſericâ rubeâ alligatâ, & ſigillo prædicti Eminentiſſimi vicarii cerâ rubeâ Hyſpanicâ impreſſo munitâ; quam quidem capſulam ſic ſigillatam & cum dictis ſacris reliquiis S. Peregrinæ, in eadem reconditis, idem R. Pr Fr Mauritius nomine dicti venerabilis conventus, ejuſque RR. PPrum ea majori, quâ potuit, reverentiâ ad ſeipſum recepit & gratias infinitas Deo egit, animo illas illicò aſportandi ad præfatum venerabilem conventum S. Joſephi Labaci, illiuſque RR. PPres ad effectum, ut dicti RR. PPres in eorum eccleſia, & qualibet illius capella ſeu altari publicè venerationi Xri fidelium exponere poſſint & valeant omni &c.

B

conventum tranſcribit,

8 Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis petitionem fecit à me notario publico infrà ſcripto, ut unum vel plura, publicum ſeu publica, conficerem atque traderem inſtrumentum vel inſtrumenta, & alia quæcunque, ſi opus fuerit & requiſitus ero. Actum Romæ in officii mei regione Pontis, præſentibus dño Gregorio Cellio, filio Petri Reatino, & dño Jacobo Cablicano, filio qñdm Auguſtini de Saxo Ferrato Novarinæ diocæſis, teſtibus ad omnia prædicta & ſingula vocatis, habitis ſpecialiterque rogatis. Pro dño Dominico Petrucciolo curiæ cauſarum cameræ Aplicæ notario de præmiſſis rogato ego Thomas Palutius ejuſdem curiæ notarius præſens inſtrumentum ſubſcripſi & publicavi. Nos Oduardus Vecchiarellius protonotarius Aplicus utriuſque ſignaturæ SSmi dñi N. D. Papæ referendarius, nec non cauſarum curiæ cameræ Aplicæ generalis auditor, Romanæque curiæ judiciarius, univerſis fidem facimus & atteſtamur, ſuprà dictos ddños Thomam Palutium de ſupradicto inſtrumento, qui pro dño Dñico Petrucciolo ſubſcripſit & publicavit, rogatos fuiſſe, & eſſe tales, quales ſeſe faciunt, notarios publicos & legales authenticos, ſuiſque tam publicis quàm privatis ſcripturis in judicio & extrà ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti indubiam fidem adhiberi.

C

In quorum fidem &c. Datum Romæ ex ædibus ñris hac die XXVII Maii MDCLIX. D

Bernardus notarius.

Loco ✠ Sigilli.

hacque deinde Labacum allata

9 *Ita hactenus ex recenſione Schönlebeni, quod Româ unà cum* S. Peregrinæ *reliquiis Labacum ex dictis fuit allatum, primum inſtrumentum ſeu potiùs hujus apographum; poſterius verò, Labaci confectum, his verbis concipitur:* Otto Fridericus ex comitibus à Buchhaim epiſcopus Labacenſis & princeps, S. Cæſ. Mtis arcanus conſiliarius, SSmi D. N. divinâ providentiâ Alexandri ſeptimi prælatus domeſticus & Pontificii throni aſſiſtens, cathedralium eccleſiarum Salisburgenſis, Magdeburgenſis & Paſſavienſis canonicus, univerſis & ſingulis hanc ñram publicam atteſtationem, ſeu ſacrarum S. Peregrinæ virginis & M. reliquiarum authoritate ordinaria factam recognitionem viſuris, lecturis aut legi audituris ſalutem in Dño, & præſentibus fidem indubiam adhibere. Notum ſit & cunctis pateat evidenter, quòd adm R. Pr Fr Simplicianus ab Aſſumptione, conventûs Labacenſis divi Joſephi Ordinis Diſcalceatorum S. Auguſtini pro tempore Prior, Româ noviter aquiſitas reliquias beatæ Peregrinæ virginis & M. authoritati ñræ epiſcopali & ordinariæ recognoſcendas obtulerit, & pro publica de eiſdem atteſtatione, & facultate ad eaſdem venerationi exponendas humillimè ſupplicârit. E

ritè à Labacenſi epiſcopo

10 Cùm igitur juſtum ſit, veritati teſtimonium perhibere, & S. Trid. Concilium ſeſ. XXV de veneratione & reliquiis Sanctorum ſingulariſſimè caveat & inhibeat, ne Sanctorum ullæ reliquiæ recipiantur, niſi recognoſcente & approbante epiſcopo, ideò die VI Novembris anni MDCLIX, aſſumpto nobiſcum vicario ñro geñali Philippo Terpin &c, adm Rdo Pre Fre Gabriële de Cattanea Ordinis Conventualium S. Franciſci SS. Theologiæ magiſtro &c, & aliis, perſonaliter dictum S. Joſephi monaſterium ingreſſi inquiſivimus primò de authenticis litteris harum reliquiarum, unde videlicet, & cujus licentiâ deſumptæ, à quo primitus impetratæ, & à quo huic Labacenſi conventui ſint donatæ; ſuper quibus quæſitis atteſtamur, nobis exhibitas eſſe litteras authenticas, quarum datum Romæ XXVII Maii anno MDCLIX, à notario publico Thoma Pauluccio, curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ notario ſubſcriptas, & ſigno notariatûs ſubſignatas; cui uti notario publico in judicio & extra fidem haberi & habendam eſſe, Oduardus Vecchiarellus protonotarius Apoſtolicus, utriuſque ſignaturæ dñi ñri Papæ referendarius, & cauſarum curiæ cameræ Apoſtolicæ generalis auditor ſuâ ſyngraphâ, & magni ſigilli appreſſione ſub eodem dato atteſtatur. F

recognoſcuntur,

11 Secundò atteſtamur ex iiſdem authenticis litteris, præfatas ſacras reliquias ex mandato SSmi Dñi ñri Papæ de cœmiterio Priſcillæ viâ Salariâ ab illmo & rdmo dño Marco Antonio abbate Oddo, in alma Urbe Eminentiſſimi & rdmi dñi dñi Cardinalis vicarii vices gerente extractas eſſe, & XXV Februarii anno MDCLVI rdo dño Carolo Barbetta, dein ab hoc rdo patri Fri Joanni Gregorio à Jeſu Maria, procuratori generali Frum Diſcalceatorum S. Auguſtini, & per eundem venerabili conventui S. Joſephi Labaci, ejuſdem Ordinis Diſcalceatorum S. Auguſtini, traditas eſſe & conſignatas in eadem, uti primitus datæ fuerant, capſula, clauſura, ligatura & ſignatura eiſdem. Tertiò inquiſivimus de

ipſa

A ipſa ciſtula, & contentis in ea ſacris reliquiis, & reperimus eas in digniori ipſius monaſterii cella, ſuper menſa tapete ſtrata, reverenter depoſitas, in capſula lignea alba, quadrata, cum nominis dictæ S. Virginis & M. inſcriptione, longitudinis duorum circitèr palmorum, altitudinis novem digitorum circitèr, & latitudinis decem digitorum, vittâ ſericea adinſtar crucis ligata, & ſigillo præfati Eminentiſſimi dñi D. Cardinalis in alma Urbe vicarii cerâ rubeâ Hyſpanicâ impreſſo & integro, abſque falſificationis ejus indicio aut ſuſpicione fracturæ vel aperturæ ullius optimè communitas. Ciſtulam itaque ſic deforis perluſtratam reverenter aperuimus, & ſacra oſſa cum bombice ſuprà & infrà, & à lateribus involuta reperimus, omnia & ſingula, prout in litteris authenticis accuratiſſimè deſcribuntur.

approbantur, publicæ venerationi permittuntur,

12 Omnibus igitur & ſingulis cujuſcumque ſtatus & conditionis Chriſti fidelibus tam ñris diœcæſanis quàm exteris quibuſcunque hoc publico teſtimonio fidem facimus, quòd ex diligenti facta recognitione præfatas ſacras reliquias illas ipſas eſſe invenerimus, quas de cœmiterio Priſcillæ extraxit de mandato SSmi Eminentiſſi-

B mus dñus D. in alma Urbe Cardinalis vicarius &c. Ideò ñra epiſcopali ordinaria authoritate eaſdem S. Peregrinæ virginis & martyris reliquias eſſe approbamus, & in quacunque eccleſia, capella vel oratorio publicè fidelium venerationi exponi poſſe decernimus, & declaramus, & per præſentes ñras litteras publicam concedimus facultatem. Interim autem eaſdem clauſimus in ciſtulam, & vittâ eâdem ligavimus, & pro interim uſque dum capella propria, in quam publicè venerationi exponantur, fabricæ ſuæ complementum accipiat, ſigillo ñro obſignavimus, & ibidem commendavimus obſervandas. Actum Labaci in dicto S. Joſephi monaſterio, præſentibus, ut ſuprà, vicario noſtro generali &c, Rdō Pr̃e Fr̃e magiſtro Gabriële de Cattanea, Joanne Bapta Janonio Piſtorienſi, ñro præfecto palatii, & hujus conventûs Fratribus, rdō Pr̃e Fr̃e Simpliciano ab Aſſumptione Priore, Pr̃e Fr̃e Chriſtoforo à S. Michaële, Pr̃e Fr̃e Franciſco Wenceſlao à S. Maria, Pr̃e Fr̃e à S. Wenceſlao, Pr̃e Fr̃e Alberto à SSm̃a Trinitate, teſtibus ad omnia ſuperiùs expreſſa vocatis, habitis & rogatis. In quorum omnium fidem has manus noſtræ ſubſcriptione & epiſcopalis ñri ſigilli appreſſione fecimus

C communiri. Die VI Novembris anno MDCLIX.

Otto Fridericus epiſcopus Labacenſis.

Locus ✠ ſigilli.

inque Auguſtinianorum Excalceatorum, ipſomet imperatore,

13 *Sic habet ſecundi, quod num.* 1 *memoravi, inſtrumenti apographum, cui integrè tranſcripto Schönlebenus ſuprà laudatus ſubjungit:* Ego itaque ſuprà memoratus protonotarius Aplicus Joan. Ludovicus Schönleben fidem facio & atteſtor, præinſerta gemina inſtrumenta publica, à me reviſa, relecta, & cum originalibus ipſorum collationata, in omnibus ac ſingulis de verbo ad verbum integrè ſibi correſpondere ac concordare. In quorum omnium fidem authenticam hanc copiam appreſſo meo ſigillo firmavi. Labaci die XXII Octob. anni MDCLXXVII.

J. L. Schönleben.

Locus ✠ ſigilli.

Clauſulæ huic, quâ cum autographis ſe contuliſſe apographa, hæcque cum illis concordare, teſtatur Carniolia Inferioris archidiaconus, ſubditur etiam teſtimonium, quo, hunc eſſe, qualem ſeſe in illa nominat, pronotarium Apoſtolicum, fidemque in judicio & extra indubiam mereri, teſtatum facit Joannes Marcus Roſſetti, canonicus & parochus Labacenſis; verùm, cùm integrum, quod duo num. 1 *memorata apographa complectitur, Schönlebenianum inſtrumentum huc tranſcripſiſſe, ad finem hîc intentum ſufficiat, teſtimonium illud præteriens, ad deſcriptionem ſuprà laudatam progredior, quâ, quî ſacra* S. Peregrinæ *lipſana in Labacenſem Auguſtinianorum Diſcalceatorum eccleſiam fuerint illata, à Schönlebeno hunc in modum narratur:* Dum ſac. Cæſ. majeſtas Leopoldus auguſtus hæreditarias ſuas provincias, quas Interiorem Auſtriam nuncupamus, homagium à Vaſallis ſuis recepturus, anno MDCLX inviſit, & per eas, veluti peregrinas, Peregrinam virginem & M. Romanam Labaci obviam habuit, urbe ducatûs Carnioliæ metropoli. AUCTORE C. B.

qui tunc Labacum adveneras,

14 Luſtrata jam erat Styria inter applauſus & triumphales arcus erectos à fideliſſimis ſtatibus; peragrata ſimiliter Carinthia, cùm die VII Septembris ſub veſperam ingenti totius penè Carnioliæ accurſu & gaudio, in ſplendidiſſima comitiva omnium ordinum Labacenſem urbem ingreſſus eſt cæſar, & perſolutis primò ad divorum pulvinaria gratiis laudatorio hymno in æde cathedrali D. Nicolao epiſcopo ſacra, ad pala- E tium epiſcopale divertit. Pauculis pòſt diebus, dum homagii præſtandi ſolemnitas apparatur, ſacra lipſana S. Peregrinæ V. & M. RR. PP. Excalceatis Auguſtinianis Româ allata ſunt; quæ ut ſolenniori, quâ fieri poſſet, pompâ in ſacra æde S. Joſephi, cui memorati Patres deſerviunt, collocarentur, placuit differre tantiſper triumphum S. Virginis, donec ſua Majeſtas poſt receptum Carnioliæ homagium, redux Goritiâ & Tergeſto, quò ſimiliter inſtitutum erat iter, appelleret. Labebatur in veſperam dies S. Franciſco Seraphico ſacra quarta Octobris, quando feſſus ex difficili per Alpes Julias itinere cæſar Nauporto Labacum defluxit, & denuò palatium epiſcopale repetiit. Interea Labacenſes per omnes totius urbis feneſtras accenſis luminibus ſuam de felici principis ſui reditu lætitiam conteſtati, in diem ſequentem, quæ erat V Octobris, ſolennem adornabant ſupplicationem.

ſolennem, quâ id fit,

15 Depoſita erant in medio cathedralis eccleſiæ ſacra D. Peregrinæ lipſana arcæ inſignis operis cryſtallino vitro pellucidæ incluſa, & feretro pretioſè ornato impoſita. Manè ſummo, peractis de more divinis Officiis à clero dictæ cathedralis, & congregato etiam extraneo clero, F pleno campanarum pulſu advocata tota penè concurrit civitas, ætas omnis & ordo. Nec pietati tam raræ deeſſe voluit auguſtus, tametſi laſſus, nec ſereniſſimus archidux Leopoldus, qui unà aderat, tametſi ægrotans. Prævêre, ut in ſupplicationibus ſolent, tribus artificum cum ſuis labaris & vexillis longo ordine; tum archiconfraternitas Corporis Chriſti, conſtans è primariis ferè civitatis & mercatoribus ſub ſuis etiam ſignis. His ſucceſsêre religioſæ familiæ, patres primùm ipſi Diſcalceati, quorum ſolennitas agebatur, Patres Cappuccini, Franciſcani Obſervantes, Auguſtiniani Calceati, geſtantes manibus ardentes cereos. Proximè hos ſubſequebantur magno numero nobiles juvenes, qui laureis coronati ſertis & candidis funalibus inſtructi ſacræ Virginis feretrum undique ambiebant. Adhæc non minore numero adoleſcentuli, angelico habitu veſtiti, flores per viam ſpargebant. Feretrum octoni ſacerdotes, dalmaticis pretioſis ornati, ſuprà humeros eminulum & toti populo ſpectabile deferebant. Modico

AUCTORE C. B.

dico ab iis intervallo ſejuncti longiſſimo ordine proceſſerunt clerici linteati & ſacerdotes, tum deinde conſueto in habitu canonici cathedralis eccleſiæ, ac demum in abſentia ordinarii epiſcopi ſuffraganeus epiſcopus Petinenſis, idemque Labacenſis præpoſitus, D. Franciſcus Maximilianus Vaccanus de S. Paſſ. Sufficere videri poterat hæc pompa ad pietatem excitandam in populo, qui agmen procedentium ab utroque latere confertiſſimus ſtipabat, ut multorum & natarent piis in lacrymis oculi, & genua in terram ſubſiderent.

pompam comitante, eccleſiam inferuntur.

16 Auxit verò omnium tam pietatem quàm lætitiam auguſtiſſimus cæſar cum ſereniſſimo patruo archiduce Leopoldo Wilhelmo, qui ſupplicationi intereſſe, & longam ſatis viam extra urbem è cathedrali ad S. Joſephum pedibus relegere, & non abſque magna laſſitudine comitari voluerunt. Exemplo principum animata univerſa aula, quæ tunc aderat, tres principes, Lobcovitius, Averſpergius & Gonzaga, geminarum aularum præfecti Portia & Schwartzenbergius; cum his inclyti ducatûs Carnioliæ proceres, aliique etiam advenæ comites & barones ingens B poſt ſe promiſcui vulgi traxerunt agmen, ut ad eccleſiam, in qua collocandum erat ſacrum pignus, vix centeſima pars acceſſum habere potuerit. Cantata ibi à ſuffraganeo epiſcopo ſolennis Miſſa, perſonantibus tubis & tympanis ac ſymphoniacis, cui ſac. cæſ. Maj. unà cum ſereniſſimo Leopoldo archiduce ad finem uſque devotiſſimè interfuit. Delatum poſtea eſt ſacrum pignus ad ſacriſtiam, donec oratorium Congregationis mortuorum eccleſiæ contiguum liberaliſſimo ſumptu ſac. cæſ. Majeſtatis, & in eo peculiare ſacellum pro aſſervando corpore S. Peregrinæ pari liberalitatis munere ſereniſſimi Leopoldi extrueretur. Quòd quidem paucis pòſt annis abſolutum, nunc, dum iſta ſcribimus, propoſita in altari ſacra lipſana exhibet, venerationi fidelium patens, & ſuſpenſis anathematis indies capit incrementum.

Error in tempore, quò Labacum notantur primùm delata.

17 *Hactenus ſacræ Theologiæ doctor & Carniolíæ Inferioris archidiaconus ſapiſſimè jam laudatus, narrationi huic quamdam adhuc de Sancta, ſacris ejus lipſanis, inductoque Labaci apud Diſcalceatos S. Auguſtini alumnos cultu eccleſiaſtico notitiam mox adjungens; verùm, antequam de hac agam, paulò hîc ſiſtendum eſt. Idem is archidiaconus verbis num.* 13 *&* 14 *recitatis docet, ſacra* S. Peregrinæ *lipſana paucis diebus, poſtquam Leopoldus imperator, anno* 1660 *interiorem luſtrans Auſtriam, ſeptima Septembris die Labacum eſſet ingreſſus, Excalceatis civitatis hujus Auguſtinianis Româ fuiſſe allata, ut hoc, ſi modò viri illius eruditi teſtimonio ſtandum ſit, ante annum* 1660, *ad Septembrem uſque provectum, haud evenerit. Verùm ſacras Sanctæ noſtræ exuvias jam ab anno* 1659 *ad Labacenſe Excalceatorum Auguſtinianorum monaſterium fuiſſe delatas, ex publico, num.* 9 *& tribus ſeqq. huc tranſcripto, inſtrumento, utpote quo illas jam tum in hoc ipſo monaſterio ritè recognitas approbârit Labacenſis epiſcopus, apertiſſimè liquet. Errorem adeò quantum ad tempus, quo* S. Peregrina *fuerit Româ Labacum tranſlata, in proximè hîc recitata, quam contexuit atque ad Majores noſtros Schönlebenus miſit, deſcriptione indubiè commiſit; quod ſanè non poſſum non mirari, cùm præ manibus habuerit non modò inſtrumentum illud, verùm etiam, quam cum Majoribus noſtris communicavit, Notam, à P. Simpliciano ſuprà laudato inſtrumenti Romani num.* 3 *& quinque ſeqq. recitati autographo à tergo inſcriptam, in qua hic ſeſe* S. Peregrinæ *virginis & martyris, plumbatis, ut ait, ad mortem cæſæ, corpus Româ acquiſiviſſe, Labacumque allatum in Excalceatorum civitatis hujus Auguſtinianorum conventu, cui præerat, anno* 1659, *die* 13 *Auguſti depoſuiſſe, teſtatur.* D

Sibi in tumulo ampullam vitream,

18 *Venio nunc ad eam, quam mox dixi, notitiam. His verbis concipitur:* Eſt corpus (S. Peregrinæ *nimirum*) ferè integrum cum ampulla vitrea, in qua ſanguis ſanctæ Virginis, extractum, Alexandro VII Pontifice, è cœmiterio Priſcillæ viâ Salariâ unà cum nomine S. Peregrinæ V. M., quæ ferreis catenis pro fide Chriſti verberata ſpiritum inter tormenta Deo reddidit: ſed, quo imperatore aut præſide paſſa ſit, hactenus ignoratur. Tranſlationis dies v Octobris quotannis deinceps duplici primæ claſſis Officio peragitur à Patribus Diſcalceatis. *Paucis ſanè ſat multa, paulò accuratiùs expendenda, hîc tradit Schönlebenus, ac primò quidem ampullam vitream, in qua ſit* S. Peregrinæ *ſanguis, corpori ejus, apud Auguſtinianos Excalceatos Labaci aſſervato, eſſe adjunctam. Verùm unde illa ſanguine impleta ampulla? Fueritne forſan apud ſacrum Sanctæ corpus in eodem, è quo hoc fuit extractum, ſarcophago ſeu tumulo reperta huicve præfixa?* E

ſanguine tinctam ſeu impletam,

19 *Reverendus admodùm pater Simplicianus iterum mox laudatus præter Notam, inſtrumenti Romani autographo à tergo ex dictis inſcriptam, aliam inſuper, quam cum Majoribus noſtris pariter communicavit Schönlebenus, in inſtrumenti, Labaci confecti hîcque num.* 9 *& tribus ſeqq. jam recitati, autographo à tergo ſignatam, reliquit; in hac autem, quâ ſacrum Sanctæ corpus, ſtatuæ ligneæ incluſum, Labaci fuiſſe ætate ſua aſſervatum, inſuper docet, ita commemorat:* Venerandum caput (S. Peregrinæ *ſcilicet*) totum plumbatis contuſum, ſub capite formatæ ex ligno imaginis unà cum aliis reliquiis adeſt; in reliquis membris ſtatuæ ligneæ alia oſſa ac in duobus ſigillatis ex viridi ſerico ſaceulis etiam de corpore ejuſdem Sanctæ recondita; ſic & terra unà cum ſanguine Sanctæ in charta ſigillata, quæ in poculo vitreo reperta, quod poculum ſanguine rubet, prope caput aſſervatur: *quibus verbis ſanè, utut parùm concinnis, ſat apertè indicat, ampullam vitream, ſanguine impletam, aut certè tinctam, prope ſacrum Sanctæ corpus in eodem, è quo hoc fuit extractum, ſarcophago ſeu tumulo fuiſſe repertam. Et verò cùm hujuſmodi ampullam, aliunde quàm è Sanctæ tumulo extractam, ſacris ejus reliquiis, Labacum transferendis, Romæ fuiſſe adjectam, credibile non ſit, haſque inter illam, quam memorat ampullam, plùs ſemel jam laudatus, qui eaſdem reliquias attentiſſimè examinavit, P. Simplicianus ab Aſſumptione haud dubiè invenerit, ei utique hîc aſſentiendum apparet, etſi interim ampullæ ſeu poculi vitrei, ſanguine tincti, quod in Sanctæ tumulo fuerit repertum, nulla omninò vel in binis inſtrumentis ſupra huc tranſcriptis, vel in teſtimonialibus alteri horum num.* 6 *inſertis Eminentiſſimi Cardinalis in Urbe vicarii vices gerentis litteris mentio occurrat.* F

inſcriptionemque, in qua titulus Virginis, habuêre adjunctam.

20 *Hinc porrò jam conſequitur, ut, cum ampullæ ſeu vaſcula vitrea ſanguine impleta aut ſaltem tincta, quæ corporibus reperiuntur in cœmeteriis adjuncta, pro certiſſimis martyrii indiciis apud omnes modò habeantur, de Sanctæ noſtræ martyrio ambigendum, minimè videatur. Diſpiciamus modò, quid de ejuſdem nomine, quod unà cum ſacro corpore è Romano Priſcillæ cœmeterio*

A terio *fuiſſe extractum, Schönlebeniana docet num.* 18 *data notitia, ſit cenſendum. Ciſtulæ quidem, in qua ſacrum corpus Româ Labacum fuit delatum,* S. Peregrinæ *nomen fuiſſe adjunctum, in binis inſtrumentis ſuprà huc tranſcriptis apertè innuitur; aſt fuiſſe hoc unà cum illo è Priſcillæ cœmeterio extractum, in iiſdem inſtrumentis non innuitur: attamen cùm* Peregrina *tum in his, tum in teſtimonialibus Eminentiſſimi Cardinalis in Urbe vicarii vices gerentis litteris,* Virgo *conſtanter nuncupetur, illam equidem hunc titulum vel in epitaphio vel in inſcriptione quapiam, quæ unà cum ſacro corpore è Priſcillæ cœmeterio fuerit extracta, prætuliſſe, in animum induco. Utut enim Sancta ex ampulla vitrea, ſanguine impleta aut ſaltem tincta, pro martyre meritò haberi, ſimulque vel ex ſolis oſſibus inſpectis, virne eſſet, an mulier, dignoſci potuerit, virginem tamen ſeu innuptam potiùs fuiſſe, quàm nuptam, abſque inſcriptionis ſubſidio nequiit reſciri.*

Martyrii, quo Sancta coronata fuerit, B 21 *Verùm anne in hac prætulerit etiam* Peregrinæ *nomen, pro certo aſſeverare non auſim. Etenim duplicis generis Sancti, quorum alii abſque ullo nomine aut inſcriptione, alii cum alterutro vel etiam cum utroque reperiantur, ex antiquis Romæ cœmeteriis eruuntur, nominaque horum prioribus, qui idcirco* Sancti baptizati *appellantur, à Cardinale vicario vel ab epiſcopo, ſacrarii Pontificii præfecto, ſolent imponi: hinc autem jam fit, ut dubium omninò maneat, an Martyr noſtra, utpote è primo forſan Sanctorum genere hîc recenſito, in eadem, in qua* virgo *fuerit vocata, inſcriptione, aut alio etiam epitaphio* Peregrinæ *nomen prætulerit, ac proin an hoc è cœmeterio Priſcillæ unà cum Sanctæ corpore fuiſſe extractum rectè notetur in Schönlebeniana notitia. Nec certius apparet, quod in hac etiam deinde traditur, inter tormenta, exſpirâſſe Sanctam, catenis ferreis verberatam: unde enim vel Schönlebenus, vel etiam P. Simplicianus, qui pro catenis ferreis plumbatas in altera è ſuprà memoratis notis ponit, ſævum illud didicit, quod Sancta ſubierit, martyrii genus? An fuit id fortè in inſcriptione jam mox dicta notatum, aut an fuerunt forſan vel catenæ ferreæ, vel plumbatæ, vel ambo etiam hæc martyrii inſtrumenta ſimul in Sanctæ ſarcophago ſeu tumulo reperta? Verùm neutrum vel à P. Simpliciano aut à Schönlebeno aſſeritur, vel aliunde poteſt probari. Nolim quidem, quod num.* 19 *ait Simplicianus, inſiciari, venerandum ſanctæ Virginis caput totum eſſe contuſum; verùm unde hoc plumbatis, quod ibidem pariter affirmat, factum reſcivit? Nequiitne aliis inſtrumentis Sanctæ caput contundi?*

C 22 *Adhæc novi quidem etiam, Sanctæ per plumbatas martyrium non ſoli fuiſſe P. Simpliciano creditum: etenim penes nos exſtat, quem unà cum documentis ſuprà adductis ſæpiſſimè jam laudatus Schönlebenus Majoribus noſtris miſit, parvus libellus, Pragæ ſub hoc titulo,* Solennitas tranſlationis ſacrorum lipſanorum D. V. & M. Peregrinæ juſſu SSmi D. N. D. Papæ Alexandri VII è cœmeterio Priſcillæ extractorum Labaci metropoli Carnioliæ publica cleri populique ſupplicatione ad eccleſiam divi Joſephi RR. PP. Excalceatorum S. Auguſtini die... menſis... anno *genus, tempuſque eſt incertum,* MDCLX celebrata, & Pragæ tripoli & metropoli Bohemiæ à P. F. Æ. à S. J. B. A. E. ſtylo metrico & anagrammatico adumbrata, *anno* 1660 *typis excuſus; hoc autem Opuſculum, in quo præterea, utpote ferè vagas dumtaxat in* Peregrinæ *nomen, formataque ex hoc anagrammata, alluſiones, carminibus perparùm limatis innexas, complexo, nihil omninò notatu dignum occurrit, plumbatis Sanctam fuiſſe occiſam, ſat apertè indicat tum ipſa hujus, quam in fronte præfert, imagine, ſiniſtrâ plumbatas tenente, tum diſtichis tribus diverſis, ad hoc ipſum martyrii inſtrumentum, quo* Peregrinam *cæſam innuit, alludentibus. Verùm quid tum? Libelline illius auctor credendo Sanctæ per plumbatas martyrio ſufficiens fortè, quo deſtitutus fuit P. Simplicianus, fundamentum habuit? Id equidem evinci vel utcúmque poſſe non reor. Quo ergò martyrii genere Sancta evolârit ad Superos, dubium omninò atque incertum apparet. Pari porrò modo de tempore, quo id factum ſit, eſt loquendum, ut proinde ignorari tum imperatorem, tum præſidem, ſub quo Sancta paſſa ſit, rectè ſaltem in Schönlebeniana notitia ſcribatur. Attamen cùm ante annum quidem* 312, *quo* E *Maxentium tyrannum debellavit Conſtantinus Magnus, Chriſtiani admodùm frequentes, poſt verò rariſſimi Romæ fuerint martyrio affecti, veroſimiliùs equidem ante annum illum, ut ſuprà in margine indicavi, ſanguinem ibidem pro Chriſto Sancta effuderit.*

AUCTORE C. B.

quamvis ea pro vera martyre ſit habenda colendaque.

23 *Atque hæc de tempore, quo* Peregrina *ſit paſſa, dixiſſe ſufficiat, reſtat nunc, ut de annuo ejus, quem tandem etiam notitia Schönlebeniana docet, Labaci apud Auguſtinianos Excalceatos cultu pauca ediſſeram. Quintam Octobris diem, quâ* S. Peregrina *anno* 1660 *ſolenni pompa in Labacenſem Auguſtinianorum Excalceatorum eccleſiam fuit illata, fuiſſe deinceps ab his quotannis, per aliquot ſaltem annorum ſeriem, duplici primæ claſſis Officio peractam, aſſerenti Schönlebeno credo: verùm an annuum hunc cultum Sanctæ impendere hodieque pergant religioſi illi viri, dubitare me facit generale, ab Innocentio XII approbatum, decretum, quo à ſacra rituum Congregatione anno* 1691 *fuit prohibitum, ne de Sanctis in Martyrologio Romano non deſcriptis, utut horum vel corpora, vel inſignes reliquiæ in eccleſiis habeantur, Officia deinceps recitentur, Miſſæque celebrentur, niſi ſpeciali ſanctæ Sedis conceſſione interveniente, quam an pro Sancta noſtra Auguſtiniani Labacenſes Excalceati impetrârint, penitus ignoro. Utut res habeat,* Peregrina *equidem pro Sancta, ac Martyre eſt habenda, poteſtque ejus corpus publicæ adhuc fidelium venerationi exponi, nec eſt, cur ſcrupulum cuiquam moveat, ſacrum illud pignus, non ab Eminentiſſimo Cardinale vicario, ſed ab hujus dumtaxat vices gerente fuiſſe donatum; in hanc enim donationem, uti tum ex Romano, tum ex Labacenſi inſtrumento, ſuprà huc tranſcripto, facilè intelliges, ipſemet ille Eminentiſſimus ſaltem conſenſit, nec ſolet hic permittere, ut ex antiquis cœmeteriis Romanis extrahantur, alióque ad publicam venerationem transferantur corpora, niſi quæ ipſe verè Sanctorum Martyrumve eſſe ex certis indubitatiſque indiciis habuerit perſpectum.* F

AUCTORE J. B.

DE SS. PALMATIO, MAXENTIO, CONSTANTIO, CRESCENTIO, JUSTINO, LEANDRO, ALEXANDRO, SOTERE, ORMISDA, PAPIRIO, CONSTANTE ET JOVIANO MM.

TREVIRIS IN GALLIA BELGICA.

SYLLOGE.

SUB DIOCLETIANO ET MAXIMIANO. *De his sanctis Martyribus jam actum est* B

Martyrum Trevirensium sub Diocletiano & Maximiano apud Treviros ob Christi fidem à Rictio Varo interfectorum Acta tom. 2 *Octobris ad diem* IV *ejusdem mensis à pag.* 330 *universim commentatus sum ; quorum cum pars fuerint* S. Palmatius *illiusque Socii, Actaque nacti sint cum ceteris martyribus Trevirensibus communia, necesse non est illic dicta repetere. Laudatum itaque Commentarium, & huic subnexa cum Annotatis Acta adeat, qui horum Martyrum sive martyrii, sive inventionis, sive denique cultûs uberiorem notitiam cupit : pauca tantùm hîc adducam, quæ* S. Palmatio *& Sociis peculiaria sunt. Varia Martyrologia recentiora (antiquis enim, ut Romano Parvo, Bedæ, Adoni, Usuardo, hi Martyres noti non sunt) dedi Commentarii ad Acta Martyrum Trevirensium prævii § primo : id Sanctis, de quibus nunc agimus, præ ceteris peculiare est, Baronium partim ipsos Martyrologio Romano nominatim inseruisse, & quidem ita, ut in duas classes distraxerit ; harumque alteram ad diem* V *Octobris, alteram ad* XII *Decembris consignârit. Priore loco sic legitur :* Treviris sanctorum martyrum Palmatii & Sociorum, qui in persecutione Diocletiani sub Rictiovaro præside martyrium subierunt.

C

ad diem IV *Octobris*

2 *Quos hîc* Palmatii Sociorum *nomine Baronius intellexerit, non expressit ; verùm id partim ex Sigeberto, quem laudat in Annotatis, partim ex iis, quæ ad diem* XII *Decembris scripsit, non difficulter colligi potest : nam Sigebertus ad annum* 1071, *præter eos, quorum Baronius ad diem* XII *Decembris mentionem facit,* Ormisdam *recenset,* Papirium, Constantem, *&* Jovianum ; *quos ad diem* V *Octobris* Palmatio *jungere censendus est, ne eamdem martyrum classem bis memorâsse dicatur. Ad diem autem* XII *Decembris sic habet Martyrologium Romanum :* Treviris sanctorum martyrum Maxentii, Constantii, Crescentii, Justini & Sociorum, qui in persecutione Diocletiani sub Rictiovaro præside passi sunt. *Ne verò dubites, quinam fuerint horum Martyrum Socii, hæc addit Baronius in Annotatis :* Non tantùm hi tres clarissimi ejus civitatis senatores tunc passi sunt : sed & quatuor alii, quorum hæc nomina, Justinus, Leander, Alexander & Soter. De quorum corporum inventione agit Sigebertus in Chronico anno Domini MLXXI. *At cur Baronius in duas classes illos Martyres divisit ? Existimavit ille plures Christianos aliunde Trevirim ad Rictium Varum aliis aliisque temporibus fuisse adductos suppliciisque affectos ;* Quos omnes, *inquit tom.* 2 *Annalium ad annum* 303, *num.* 124, Dei Ecclesia unius commemorationis fasce *conjunxit* anniversaria solemnitate pridie Nonas Octobris. *Quapropter* Palmatium, Ormisdam, Papirium, Constantem *&* Jovianum *secreverit Baronius à reliquis, hisque dies* XII *Decembris ex mero Martyrologii Romani reformatorum arbitrio fuerit assignatus, licèt contra fidem monumentorum Trevirensis ecclesiæ, & veterem loci traditionem, ut Commentarii antè laudati num.* 91 *dictum est ; at his tutiùs creditur : maximè, cùm Sanctos nostros diversis temporibus passos fuisse nullus, quod sciam, veterum dixerit, nec simultanea eorum passio Trevirensis ecclesiæ sub Diocletiano & Maximiano statui adversari videatur, ut* § IV *ibidem fusiùs exposui.*

D

E

his ibidem dictis

3 *Martyrum Trevirensium inventio, anno* 1071 *vel proximè sequenti facta, descripta est ex auctore æquali tom.* 2 *Octobris pag.* 376 *& duabus seqq. De illorum reliquiis latè dispersis egi ibidem à pag.* 367, §§ XI *&* XII : *nominatim verò de* S. Palmatii *reliquiis pag.* 353, *num.* 90 *mentionem feci. Pauca de his modò addenda. Hontheimius Historiæ Martyrum Trevirensium* § XVI *de* S. Palmatii *reliquiis hæc scribit :* Os brachii hujus S. Martyris, tumbâ exemptum, in theca servat collegiata S. Paulini : caput non habet eadem : nec reperietur hoc in ejus sarcophago : cùm enim annis abhinc duodecim circitèr curiosiores quidam studiosi universitatis sarcophagum aperirent temerè, visa sunt ossa paucula cum cineribus, & tabula, in qua scriptum : "Ossa & cine„res S. Palmatii consulis & martyris.„ *Rectè illustrissimus æquè ac doctissimus auctor : nam potiorem corporis* S. Palmatii *partem Carolus IV imperator & Bohemiæ rex, sacrorum pignorum studiosissimus, jam inde ab anno* 1356 *dono acceptam, deferri Pragam voluit ; qua de re illustrissimus Pessina Samandriensis in Hungaria episcopus Phosphori Pragensis pag.* 519 *in reliquiarum in S. Viti Pragensi metropolitana ecclesia asservatarum Indice scribit :* V (*Octobris*) S. Palmatii Trevirens. M. brachium & pars cap. cujus corpus attulit Carol. IV Treviri ; & hasce partes donavit ecclesiæ Prag. Reliquum in templum honori ejus sancti M. dicato Carlsteinæ repositum, ubi hodieque servatur.

F

4 *Autographum donationis servatur in arce* Carel-

de S. Palmatii reliquiis

Carelſteinenſi, cujus hoc apographum habemus: Nos Boëmundus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus, ſacri imperii per Galliam & regnum Arelatenſe archicancellarius, nec non præpoſitus decanus, & capitulum eccleſiæ S. Paulini extra muros civitatis Treverenſis in Campo Martio ſituatæ, ad univerſorum notitiam volumus tenore præſentium pervenire. Quòd cùm ſereniſſimus & invictiſſimus princeps & dominus dominus Carolus IV divina favente clementia Romanus imperator ſemper auguſtus & Boëmiæ rex, dominus generoſus poſt ſuſceptas ab eo ſacras imperiales infulas, ad urbem Treverenſem primitus acceſſiſſet, & à nobis devoto animo poſtulâſſet, ut corpus ſanctiſſimi martyris Palmatii, qui conſul & patritius ejuſdem urbis Treverenſis olim extitit, & à Ricciovaro urbis Romanæ præfecto, Maximiano imperatore jubente, cum beato Tyrſo duce legionis Thebeæ ejuſdemque ſociis, fuit pro fide Catholica & ſancto Chriſti nomine apud eamdem urbem Treverenſem in Campo Martio decollatus & in dicta S. Paulini eccleſia honorificè tumulatus, ubi etiam multitudo fidelium ejuſdem
B ſancti martyris Palmatii corpus omni tempore devotè ac humiliter ſtuduit venerari, & veneratione debita viſitare, eidem domino, domino noſtro imperatori, exhumatum dare vellemus.

in Bohemia

5 Nos diligenti conſideratione, conſilio & tractatu ſuper hoc habitis, etſi tantum eccleſiæ prædictæ theſaurum alienari à nobis, cordibus noſtris anxium nimis exiſteret, tanti tamen principis ac domini tam devotis tamque ferventibus deſideriis reſiſtere non valentes, unanimi voluntate pariter & conſenſu monumentum, quo quondam corpus ipſum poſitum fuerat, in ejuſdem domini domini noſtri imperatoris præſentia, lapidibus, qui advoluti fuerant, revolutis, aperiri conceſſimus, idemque corpus ei donavimus, partim in oſſibus, magis autem incineratum & in pulverem jam redactum, duobus dumtaxat oſſibus & paucis corporis ejuſdem cineribus in ipſo tumulo, dicto domino noſtro, domino imperatore conſentiente, iteratò repoſitis, & in ejuſdem ſancti Martyris memoriam pro memorata S. Paulini eccleſia reſervatis. Ne autem de his ullo tempore dubium aliquod oriatur, præſentes litteras ad requiſitionem ſæpe dicti domini noſtri fieri fecimus, & ſigillorum noſtrorum appenſione muniri.

ſervatis

C 6 *Teſtes autem, qui ſepulcri ipſius apertioni, ſacrique corporis antedicti exceptioni ac donationi interfuerunt, ſunt hi:* Venerabilis in Chriſto Pr̃ dominus Johannes Luthenſis (*ſic mihi hîc ſcriptum videtur; ſed apud Peſſinam pag.* 444 *in diplomate Caroli anni* 1354 *dicitur* Lithomiſlenſis) epiſcopus, ſacræ imperialis aulæ cancellarius, illuſtres principes, dominus Boleſlaus Falkembergenſis, & Bolco Teſſinenſis, duces ſpectabiles viri domini Burchardus comes Magdeburgenſis magiſter curiæ imperialis, & Albertus comes de Anhalt & multi alii prælati & clerici, milites & laïci fide digni. Actum in præfata S. Paulini eccleſia horâ noctis quaſi tertiâ & datum Treveris anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione nona, die IX menſis Novembris. *Subjicitur in prima apographi facie duplex hinc atque inde ſigilli penduli locus: in altera verò hæc leguntur:* Ego magiſter Wenceſlaus Adalbertus Caliſius SS. Theologiæ baccalaureus formatus canonicus Vetero-Boleſlavienſis & decanus regiæ capellæ Carelſtainenſis atteſtor ita omnia

omninò in theſauro dictæ eccleſiæ inveniri & aſſervari.... In fidem horum propria manu & ſigillo mei decanatus munivi. Actum in decanatu Carelſteinenſi XXX Octobris MDCLXII. *Ad latera ſigilli alia manu ſcriptum legitur:* Idem, qui ſuprà dñs. *Denique à tergo apographi, eâdem, quâ illud, manu ſcripta leguntur hæc:* Exemplar litterarum ſuper corpus S. Palmatii, archiepiſcopi & capituli Treverenſis Boëmundi ad Carolum IV datum. Habentur & venerantur in Caſtro Carelſtein unà cum corpore. Templum ejuſdem Sancti ſimiliter cernitur ibidem (*alia manu addita hæc vox eſt*) ad aquas ſeu flumen, quod dicitur Miſa. A CTORE J. B.

nonnulla addunter;

7 *Porrò ex verbis tum Peſſinæ, num.* 3 *relatis, tum ex iis, quæ proximè ex donationis apographo deſcripſimus, Carolus IV in conditam à ſe* (*tribus circitèr milliaribus Pragâ diſtat verſus Auſtro-Occidentem*) *arcem non modò* S. Palmatii *reliquias intulit, ſed & templum ejuſdem ſancti Martyris honori ibidem excitavit. Balbinus decadis* I *Miſcellaneorum Hiſtoricorum regni Bohemiæ lib.* 3, *cap.* 8, § 3 *poſtquam dixit,* S. Palmatii *Trevirenſis martyris caput aliaſque reliquias in ſacello S. Catharinæ in arce Carelſteinenſi* E *ſervari, hæc addit:* Cujus templum eſt cis fluvium ſub arce. *Sic ille: at Enumerationem reliquiarum à Carolo IV Pragam allatarum, jam inde ab anno* 1368, *ut apparet, confectam habemus, cujus exemplar à P. Theodoro Moreto ad Majores noſtros anno* 1652 *tranſmiſſum fuit, in qua ad diem* X *Maii hæc habentur:* Eodem die S. Palmatii martyris conſulis, qui decollatus eſt unà cum uxore & filiis & aliis promiſcui ſexus XXXII, cum quibus & Simplicius ſenator paſſus eſt. Hujus S. Palmatii reliquias idem Carolus attulit ad caſtrum ſuum Carelſtein, ubi ſub eodem caſtro in honorem ejuſdem Sancti fundavit parochialem eccleſiam. *En alium Palmatium, cui id templum dedicatum fuerit. Palmatii Romani martyris reliquias Carolum IV Româ attuliſſe, ac in arce Carelſteinenſi etiam repoſuiſſe, non dubium eſt; at huicne, an* Palmatio *Trevirenſi templum Carolus condidit? Veroſimiliter Enumerationis citatæ auctor, utut rei geſtæ æqualis, nominum æquivocatione deceptus fuit. Etenim neque Balbinum, qui ſua à Societatis noſtræ ſacerdote, annis multis in arce Carelſteinenſi verſato, accepit; neque Caliſium, Carelſteinenſem decanum; neque Peſſinam, cùm ſcribebat Phoſphorum, S. Viti decanum, & memoratæ Enumerationis, cujus partim pag.* 458, *partim ſequentis initio meminit, probè conſcium, hoc in puncto aliter, ac Enumerationis auctor, ſine cauſa ſenſiſſe veroſimile eſt, ac diem illius templi patrono ſacrum ignorâſſe.* F

uti & de illis,

8 *Sed & altera ex eadem duorum illorum Sanctorum homonymia oritur quæſtio: Cardoſus in Hagiologio Luſitano, anno* 1666 *Ulyſſipone impreſſo, ad diem* X *Maii S. Palmatium memorat, cujus caput Conimbricæ in eccleſia canonicorum Regularium S. Crucis dudum in honore & veneratione fuiſſe ſcribit; in Annotatis autem addit, canonicos, S. Palmatii, cujus caput poſſident, memoriam quotannis recolere die* V *Octobris, qui dies, utpote* Palmatio *Trevirenſi ſacer, hunc, non martyrem Romanum die* X *Maii cultum, videtur indicare. Secùs tamen Cardoſus ſentit; tum quòd in libro reliquiarum typis edito* (*intelligit veroſimiliter Opuſculum Gaſparis dos Reis de eodem argumento anno* 1596 *conſcriptum*) *pag.* 116 (*mihi* 126) *de S. Palmatio legantur hi verſus:*

Macte animo dignus Romani ſanguinis hæres,

AUCTORE J. B.

Jure tibi ſubdit Martia Roma caput.
Aſt ubi devicto victoria nobilis hoſte,
Palmaci? an vinci eſt inclyta palma tibi?

Tum quòd Officiis canonicorum tum recèns impreſſis ad diem v *Octobris legatur:* In feſto S. Palmacii Romani conſulis & ſociorum martyrum duplex. *Cetera, quæ addit Cardoſus, parùm roboris habent. Cenſet itaque, S. Crucis cœnobitas, quòd Palmatium ad diem* v *Octobris Martyrologio Romano inſcriptum viderent, diem martyri Trevirenſi ſacrum, martyri Romano per errorem applicuiſſe.*

quæ in Luſitaniam

9 *Henſchenius verò tom.* 2 *Maii pag.* 845 *& ſeq. errorem hîc aliquem canonicis obrepſiſſe fatetur, vel antiquioribus, qui diem Trevirenſi proprium Romano martyri aſſignârint, vel recentioribus, quibus præ Trevirenſi Romanus martyr ariſerit: ſed utris, propterea non definit, quòd tranſlationis monumenta, quibus pateat, ſitne Româ, an Treviris caput illud Conimbricam allatum, deſiderentur: credere tamen mavult, id feciſſe antiquiores, quia caput illud Treviris acceperant; & errorem recentioribus adſcribere.* Idque cò, *inquit*, probabilius cenſeo, quòd Trevirenſis Palmatius non inveniatur adſcriptus Martyrologio Uſuardi, quale ex Gallia in Italiàm atque Hiſpaniam tranſiit; adeóque non potuerunt errandi occaſionem accepiſſe ex Romano hodierno, quod nondum erat, quodque Baronius hac parte auxit ex Molano, interpolatum in hac noſtra Inferiori Germania exemplum ſecuto.

B

10 *Henſcheniana ſententia favet ſolennis excæptio reliquiarum, anno* 1595 *in Conimbricenſi S. Crucis canonicorum Regularium monaſterio facta, eodemque anno à Gaſpare dos Reis de Leyria Luſitano idiomate exarata typiſque vulgata: cùm enim, ſi non Treviris, ſaltem è Germaniæ partibus in Luſitaniam dictæ reliquiæ allatæ illic* § 1 *dicantur; veroſimilius eſt, accenſitas illis* S. Palmatii *reliquias, Trevirenſis Martyris, quàm Romani fuiſſe; ſed Romani elogium Trevirenſi, minùs ſibi noto, jam tunc applicuiſſe S. Crucis canonicos. Henſchenio item eàdem de cauſa ſavent verſus hi, qui apud citatum Gaſparem pag.* 136 *verſâ leguntur:*

Quæritis externis Divûm cur ſancta penates?
Dicite, Cur proprias linquitis oſſa domos?
Impia nos dudum Germania ſpreverat, ipſum
Nulla etiam tractans relligione Deum.
At quia* Chriſtadûm haud aliis manſiſtis in oris? ** lege cur*
Non, qui nos colerent tam reverenter, erant.

D

olim fuêre delata.

Porrò ſi Trevirenſis Palmatii *caput poſſideant Conimbricenſes, certè non integrum poſſident, ut ex dictis de reliquiis illius Pragæ & Carelſteinæ ſervatis liquet. Sed & anno* 1588 S. Palmatii *è Germania (atque adeò veriſimiliùs* S. Palmatii *Trevirenſis) in Luſitaniam allatas reliquias domus noſtra profeſſa Ulyſſiponenſis dono Joannis Borgiæ, Philippi II regis Catholici ad Rodulphum II imperatorem legati, acceptas ſolenni pompa in templo S. Rochi collocavit, ut ex impreſſu eodem anno exceptionis Luſitanæ relatione pariter diſcimus.*

E

DE S. CHARITINA VIRG. MART.

FORTE AMISI IN PONTO.

J. G.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sanctæ ab homonyma martyre diſtinctio: ejus elogia in Eccleſiaſticis Faſtis: martyrii palæſtra & tempus: Actorum fides.

PROBABILITER ANNO CCCIV. *S. Charitina, quæ ab alia,* IV *Septembris annuntiata, diverſa eſt,*

C

Illuſtrem Chriſti martyrem Charitinam, *quam omnes Faſti Græci & recentiores quidam Latini hoc die annuntiant, à Charitina martyre, quæ in Menologio Sirletiano die* IV *Septembris celebratur, omnino diverſam eſſe, ipſa temporum ratio, quibus utraque paſſa eſt, manifeſtum reddit. Noſtra quippe, ut communi conſenſu monumenta Græca vel expreſsè vel tacitè perhibent, ſub Diocletiano imperatore, atque adeò vel exeunte ſeculo* III, *vel probabiliùs inchoato ſeculo* IV, *martyrii palmam retulit; altera autem ſub Adriano imperatore, ac proin ante medium ſeculum* 2 *martyrio coronata eſt. Utrùm verò* Charitina *noſtra diverſa etiam ab ea ſit, quæ* XV *Januarii in Baſiliano & Sirletiano Menologio refertur, haud ita primo aſpectu liquet. Diſtinctam eſſe, hæc ſuadere poſſent, quòd Martyris noſtræ certamen die* V *Octobris, illius verò die* XV *Januarii ibidem ſignetur, quódque noſtra Claudii cujuſdam, illa Claudiani, Chriſtiani hominis, ſerva fuiſſe, noſtra ſub Domitio comite, illa ſub Domitiano comite pro Chriſtiana fide acerbiſſimè cruciata fuiſſe, dicatur. Nihilominus tamen deceſſoribus noſtris Bollando & Henſchenio die* XV *Januarii in Prætermiſſis eadem viſa eſt ſancta Martyr, quæ præfato, quæque hodierno die in memoratis jam mox Menologiis commemoratur. Eamdem tenuiſſe opinionem Cardinalem Baronium, idcirco exiſtimo, quòd* Charitinam, *in Menologiis illis die* XV *Januarii &* V *Octobris relatam, ipſe non priori die, ſed* V *Octobris dumtaxat in Romano Martyrologio annuntiârit; quod certè facturus non fuiſſet eruditiſſimus Martyrologii concinnator, niſi eamdem eſſe Martyrem credidiſſet, quæ diverſis hiſce diebus in utroque illo Menologio celebratur.*

F

eadem tamen, ut videtur, cum illa, quæ XV *Januarii alicubi memoratur.*

2 *Et verò, præterquam quòd eoſdem Sanctos diverſis diebus non infrequenter memorent Baſilianum Sirletianumque Martyrologia, prout exemplis oſtendi variis poſſet, tam exigua eſt inter* Claudii & Claudiani *atque inter* Domitii & Domitiani *nomina diſcrepantia, ut, etiamſi hæc primitus compendiariis notis, ut factum fortaſſe eſt, conſcripta non fuiſſent, librariorum ſeu incuriâ ſeu feſtinatione unum pro alio exarari facilè potuerit. Mihi quidem tanti non eſt qualecúmque illud nominum diſcrimen, ut idcircò* Charitinam *noſtram ab ea, quæ* XV *Januarii in geminis illis Faſtis memoratur, diverſam ſtatuere anſim, cùm nempe*

A *nempe non tot, quin plura concurrant indicia, quæ unam eamdemque Martyrem demonſtrent. Etenim tam huic, quàm noſtræ, idem* Charitinæ *nomen eſt, eadem profeſſio ſervilis, idemque martyrii tempus, nimirum ſub Diocletiano imperatore. Hæc inſuper communia* Charitina *noſtra cum altera prætenſa habet, quòd ad comitem delata, Chriſtianam fidem coram eo libere & intrepidè ſit profeſſa, quòd tyranni juſſu attonſum raſumque ejus caput ac mox ignibus cruciatum, quòd in mare projecta, incolumis inde emerſerit ſeſeque attonito judici ſiiterit, quòd deinde rotæ alligata, carbonibus uri juſſa ſit eique evulſi dentes fuerint. Quid plura? tam ſibi ſimilis utraque illa* Charitina *eſt, ut prodigio ſimile eſſet, unam eamdemque Martyrem non eſſe. Poteſt hæc noſtra deceſſorumque noſtrorum opinio exinde etiam ſtabiliri, quòd nec in Typico S. Sabæ, Menæis excuſis, Ephemeridibus Græco-Moſcis, neque in Menologio Slavo-Ruſſico diverſa illa Charitina die* XV *Januarii compareat, ac demùm quòd non alio, quàm* V *Octobris die,* Charitina *ſub Diocletiano martyr annuntietur; ut adeò duas homonymas martyres eſſe, jure meritò Baronius deceſſoreſque noſtri*

B *negâſſe videantur. Quapropter, donec quis diſtinctas eſſe, melioribus evicerit argumentis, opinioni eorum lubens ſubſcribo, quæque de* S. Charitina *tum hoc die, tum* XV *Januarii, Eccleſiaſtici Faſti memorabilia exhibent, edendis ſanctæ Martyris noſtræ Actis præmitto.*

crudele martyrium ex Menologio Baſiliano Græco

3 *Agonem ejus die* V *Octobris ita refert Menologium Græcorum, juſſu Baſilii Porphyrogennetæ imperatoris Græcè olim editum, & Urbini anno* 1727 *ſtudio & operâ Annibalis Cardinalis Albani Græcè & Latinè typis vulgatum:* Ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Χαριτίνη, ὑπῆρχεν δούλη Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ Δομετίου κόμητος, δούλη οὖσα Κλαυδίου τινός, περὶ ἧς ὁ κόμης ἀκούσας, γράφει τῷ κυρίῳ αὐτῆς ἀποσεῖλαι πρὸς αὐτὸν αὐλῶ εἰς ἐξέτασιν ὡς Χριστιανὴ ὑπάρχουσαν. Ὁ δὲ κύριος αὐτῆς λυπηθεὶς, σάκκον ἐνδυσάμενος ἐδρώει αὐτῶ. Ἡ δὲ παρεμυθεῖτο αὐτὸν, λέγουσα· μὴ λυποῦ κύριέ μου. Τὰ γὰρ λείψανά μου, ὑπὲρ τῶν ἐμῶν καὶ τῶν σῶν παραπτωμάτων δίδωμι. Ὁ δὲ εἶπεν· μέμνησό μου ἐπὶ τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως. Τότε ἀπεσάλη τῷ κόμητι· καὶ Χριστιανὴ ἑαυτὴ ὁμολογήσασα, ξυρίζεται τὴν κεφαλὴν· καὶ ζέουσαν ἀνθρακίαν καταπάσσεται. Εἶτα δεσμεῖται λιθοβαρεῖ **, καὶ ῥίπτεται εἰς τὴν θαλάσσην. Καὶ ἐδέξατο ὁ ὕδωρ εἰς βάπτισμα· καὶ ἐξελθοῦσα, ἐπεφανίσθη τῷ κόμητι. Καὶ ἰδόντες αὐτὴν οἱ περιεστῶτες, ἐθαύμασαν. Τότε λύσας ὁδόντας ἐκριζωθεῖσα καὶ τὰ χειρῶν καὶ τὰ ποδῶν λύσας δακτύλους ἀποκοπεῖσα, ἐτελειώθη.

* *i. e.* λίθῳ βαρεῖ

C

Latinè verſo recitatur,

4 *Quæ verba eruditiſſimus interpres ita Latinè vertit:* Charitina Chriſti martyr fuit temporibus Diocletiani imperatoris, & Domitii comitis, ſerva Claudii cujuſdam: de qua cùm ad comitem rumor veniſſet, ſcripſit hic ad illius dominum, ut ea ad ſe mitteretur, propterea quòd de ea tamquam Chriſtiana haberi quæſtionem oporteret. Tum dominus mœrore affectus & ſacco indutus, ſortem illius deplorabat. Illa verò dominum ſuum conſolabatur: Ne te afflictes, inquiens, domine mi: ego enim reliquias meas pro meis, tuiſque peccatis tradam. Cui ille: memento mei apud cæleſtem Regem. Igitur miſſa ad comitem, ſeque ipſam Chriſtianam profeſſa, primùm capite raſo, & candenti carbone conſperſo; deinde ingenti è collo ejus appenſo lapide, in mare demerſa, aquam maris pro baptiſmo habuit. Unde egreſſa, ad conſpectum comitis venit, animoſque adſtantium rei magnitudine attonitos reddidit: poſtremò evulſis dentibus, præciſiſque manuum ac pedum digitis vitam finivit. *Conſonat hîc Petri Arcudii Latina verſio apud Ughellum Italiæ ſacræ tom.* X *editionis Venetæ, Anecdotorum col.* 269 *& ſeq., conſentiuntque, quantùm ad ſubſtantiam, excuſa Græcorum Menæa ad hunc diem, Synaxarium Sirmondianum, Maximus Margunius, Cytherorum epiſcopus, & Menologium Sirletianum, niſi quòd in hoc pro* Domitio *comite, ex typographico forſan mendo* Dionyſius *comes ſemel ſcribatur. Sed de iſto infrà num.* 13.

AUCTORE J. G.

5 *Simili ferè modo* S. Charitinæ *martyrium refertur in laudato priùs Menologio Baſiliano ad diem* XV *Januarii; ubi tamen omiſſa quædam in priori elogio tormenta ex ſanctæ Martyris Actis ſpeciatim recenſentur, prout utrumque elogium inter ſe conferenti manifeſtè patebit. En adeò illud, ut ſeſe habet parte* 2 *ejuſdem Menologii pag.* 110: Ἡ μάρτυς Χαριτίνη ὑπῆρχε δούλη Κλαυδιανοῦ τινὸς Χριστιανοῦ ὄντος, καὶ ὁλαβοῦς· ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ καὶ Δομετιανοῦ κόμητος διαβληθεῖσα, ὅτι τὸν Χριστὸν σέβεται, ἐκρατήθη, καὶ παρέστη ἐνώπιον τοῦ κόμητος. Καὶ ὁμολογήσασα τὸν Χριστόν, καὶ ὅτι Χριστιανή ἐστι, τύπτεται ἰσχυρῶς. Εἶτα ξυρᾶται τὴν κεφαλὴν, καὶ σακτὴν ζέουσαν καταπάσσεται. Καὶ δέχεται ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ὄξος δριμύτατον· καὶ μετὰ λαμπάδων τὰς πλευρὰς καταφλέγεται. Εἶτα δεθεῖσα ἀπερρίφη εἰς τὴν θαλάσσην. Παραδόξως δὲ διασωθεῖσα, καὶ ὑγιὴς τῆ θαλάσσης ἐξελθοῦσα, παρέστη τῷ κόμητι. Καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ κόμης, ἐξεπλάγη· καὶ προσέταξε γενέσθαι τροχὸν, καὶ δεθῆναι τὴν ἁγίαν ἐκεῖ, καὶ ὑπὸ τὸν τροχὸν τεθῆναι πυρὸς ἄνθρακας. Καὶ τούτου γενομένου, ἐτιμωρεῖτο ἡ Ἁγία. Εἶτα ἐξερριζώθη τοὺς ὀδόντας, καὶ ἐκ τῆς πολλῆς ὀδύνης, καὶ τὸ φορέτου πόνου παρέδωκε τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ.

& omiſſa in priori elogio tormenta ex altero,

6 *Quò verò quilibet faciliùs nôſſe queat, quæ in hoc elogio fuerint priori adjecta aut dilucidiùs expoſita, Latinam ejus verſionem ex memorato Græcorum Menologio huc tranſcribo. Ita habet:* Charitina martyr Claudiani cujuſdam Chriſtiani piique hominis ſerva, temporibus Diocletiani imperatoris, & Domitiani comitis, delata, quòd Chriſtum coleret, comprehenditur, & comiti ſiſtitur. Chriſtum autem confeſſa, ſeque Chriſtianam eſſe profeſſa graviſſimè cæditur: deinde abraſo capiti ferventes guttæ, acerrimumque acetum perfunditur: mox latera ejus facibus aduruntur: demum vincta in mare demergitur. Sed divinitus erepta, & ſana è mari evadens, ſtetit coram comite, qui eâ viſâ obſtupuit, præcepitque rotam fieri, eique Sanctam alligari, ſubjectis carbonibus comburi. Quod cùm factum eſſet, cruciata eſt Charitina. Tum dentes illi evulſi ſunt, quæ graviſſimo dolore, & intolerabili labore confecta, ſpiritum Deo tradidit. *Hactenus Menologii Baſiliani recentior interpres, multò tum hîc, tum ſæpe alibi Arcudio accuratior, dum verba hæc* ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ καὶ Δομετιανοῦ κόμητος *in hunc modum Latinè vertit:* Temporibus Diocletiani imperatoris, & Domitiani comitis; *cùm ex adverſo Arcudius Domitianum ſeu Domitium cum Diocletiano* imperatorem *hîc dixerit, quod certiſſimè & Græco textui & veritati hiſtoricæ refragatur.*

in Latinum pariter verſo, recenſentur,

E

F

7 *Unum ſupereſt, quod ſanctam Pugilem noſtram illuſtriorem reddit, martyrii adjunctum, in recitatis ſuprà elogiis omnino prætermiſſum. Si enim* S. Charitinæ *Actis biniſque Menæorum verſiculis haberi uſquequaque fides poſſit, non tam vi tormentorum, quod tamen inſinuare videtur poſterius elogium, quàm fervidæ orationis virtute & quaſi ſponte*

ex Menæis autem modus mortis inquiritur.

AUCTORE J. G.

ſponte laxato corporis ergaſtulo, ſpiritum ſuum ad Superos emiſit. Menæorum verſiculos, Actis ſanctæ Martyris conſonos, audi:

Ὅπερ δι' ὀϊχῆς εἶχε, σαρκὸς τὴν λύσιν,
Ἰδοὺ, δι' ὀϊχῆς λαμβάνει Χαριτίνη.

Qui poſt preces mortem ſubiit,
Ecce poſt preces mori impetrat Charitinæ.

Nimirum, cùm antea ſuis precibus id miraculum ipſa impetrâſſet, ut appenſo ad collum lapide in mare projecta, incolumis inde emergeret, poſtea id beneficii per Chriſti, in cruce poſt fuſam orationem morientis, merita, ſua prece obtinuit, ut, priuſquam pudicitiæ ſuæ probrum inferri poſſet, immaculatam animam, eluſo ſcelerati judicis iniquiſſimo conſilio, Creatori ſuo committeret. Quò fortè ſpectavit eruditiſſimus Baronius, cùm in Romano Martyrologio eam in oratione poſitam ſpiritum emiſiſſe *ſcripſit. Verba ejus audi:* Eodem die paſſio ſanctæ Charitinæ virginis, quæ ſub Diocletiano imperatore & Domitio conſulari, ignibus cruciata & in mare projecta, cùm inde incolumis evaſiſſet, manibus & pedibus abſciſſis, dentibuſque convulſis, in oratione poſita ſpiritum emiſit. *Baronio conſentit Arturus à Monaſterio in ſuo Gynæceo, atque inſuper, quam*

B *ille omiſerat,* S. Charitinæ *palæſtram, Galeſinium utcúmque ſecutus, deſignavit, ita ſcribens:* In Oriente paſſio ſanctæ Charitinæ virginis & martyris.

8 *Contra hanc* S. Charitinæ *palæſtram reclamant cum ſuo Flavio Dextro in Chronico ſcriptores Hiſpani, à Tamayo ad hunc diem pag.* 414 *laudati, qui eam anno Chriſti* 296 *Carthagine Spartaria (vulgò* Cartagena, *quæ urbs in Murciæ regno ſita eſt)* ſub Diocletiano ſextùm & Criſpino nobiliſſimis cæſaribus conſulibus *paſſam eſſe fidenter definiunt. Nempe, cùm ſanctæ Martyris palæſtram nuſquam reperirent antiquis Faſtis ſatis dilucidè expreſſam, pro more ſuo* Charitinam *in Hiſpaniam traxêre & Carthagine anno* 296 *pro Chriſto occubuiſſe, commenti ſunt; quàm verò undequáque infeliciter, lubet hîc oſtendere. Anno Chriſti* 296 *Diocletianum auguſtum ſextùm conſulem fuiſſe, negari quidem non poteſt; ſed eum anno illo collegam in conſulatu habuiſſe Criſpinum, id profectò tam à veritate alienum eſt, quàm quod maximè, prout cuilibet Faſtos conſulares Relandi inſpicienti illicò patebit. Etenim anno illo Conſtantium Chlorum cum Diocletiano conſulatum geſſiſſe, clamant omnia ibidem monumenta, à Relando adducta. Præterea pſeudo-Dexter Diocletianum eo tempore* nobiliſſimum *duntaxat* Cæſarem *appellat, cùm hic tamen jam ante annos duodecim, ſeu Carino II & Numeriano coſſ., imperator levatus, Auguſti titulum dignitatemque mox conſecutus eſſet, nec umquam, ut Conſtantio, Galerio Maximiano aliiſque poſtmodùm contigit,* nobiliſſimi Cæſaris *titulo gaviſus fuiſſet. Verùm, inquit Bivarius,* mendum irrepſit codici Dextri, qui (*pro Conſtantio Chloro*) habet Criſpinum. *Quid tum? Num propterea Diocletianus, jam pridem Auguſtus,* nobiliſſimus Cæſar *rectè illic dictus fuerit, aut num ideò* Charitina *anno Chriſti* 296 *Carthagine in Hiſpania paſſa erit, in quam ex Oriente pedem intuliſſe, ex nullis fide dignis inſtrumentis demonſtrare poſſunt Hiſpani, prout Nicolai Antonii ſcripta poſthuma non obſcurè indicant.*

Martyrii palæſtra non in Hiſpania, ut pſeudo-Dexter

9 *At non ſolus Dexter, ſed & Julianus, archipresbyter Toletanus, in Epitaphiis Sanctorum Hiſpaniæ* Charitinam *Carthagine Spartaria ſepultam à Claudio fuiſſe teſtatur, ut apud Tamayum in Martyrologio Hiſpano ad hunc diem oſtenditur.* D *Scio, epitaphium illud Juliano archipresbytero Toletano illic adſcribi; aſt pariter ſcio, etiam ab ipſis Hiſpanis, qui vel tantillæ eruditionis famâ gaudent, illud Juliani Opus haud ſecùs hocce tempore haberi, quàm Dextri ſui Chronicon ceteraſque monſtroſas mendaciorum hydras, toties tum à deceſſoribus noſtris, tum ab eruditiſſimo Nicolao Antonio ſuprà laudato aliiſque profligatas & internecioni datas. Nec quidquam pſeudo-Dextri ſequaces juvat, quod ſub annum Chriſti* 296 *Decimius aliquis provinciæ Bæticæ conſularis præſes ſeu judex fuerit. Quippe, tametſi in recenſitis ſuprà elogiis pro* Domitio *legi deberet* Decimius, *uti pag.* 313 *contendit Bivarius, nec vel ſic Dextri ſequaces quidquam pro Carthaginenſi palæſtra conficerent. Nam, cùm provincia Carthaginenſis, ut ipſe Tamayus ad hunc diem pag.* 417 *fatetur,* tunc temporis inter Bæticæ provinciæ circulos *non contineretur, ſed* ſub Hiſpaniæ Citerioris ſeu Tarraconenſis conſularis dominio conſtituta *eſſet, nequaquam Decimius ille Carthagine jura dicere, tribunal erigere & ſanctam Martyrem, ut ſubditam ſuo imperio corrigere ac ſupremo afficere potuit ſupplicio. Bivarii argutiam tamen Tamayus citatâ paginâ laudat, qui multò rectiùs pſeudo-Dextri ejuſque ſequacium Hiſpanorum operoſas nugas pro meritis exploſiſſet.*

E

10 *Ceterùm* Charitinam *non in Occidente, ſed in Orientenedum Carthagine Spartaria, martyrio affectam fuiſſe, oſtendi ex eo poteſt, quòd veteres Faſti Latini, in recenſendis martyrum ſuorum nominibus accuratiſſimi, nuſquam de ea meminerint, quódque non aliunde, quàm è monumentis Græcis* S. Charitinæ *nomen in Galeſinii atque hodiernum Martyrologium Romanum tranſcriptum fuerit, prout Galeſinius & Baronius in Notis ſuis indicant. Accedit, quòd* Charitina *in omnibus Faſtis Græcis tum antiquis tum recentioribus compareat, ſuppreſſo quidem palæſtræ ejus nomine, at vel ideò Occidentali Eccleſiæ abjudicanda. Etenim ſi quando Menologium Baſilianum aliaque Græcorum monumenta Martyrem aliquem ex Occidentali Eccleſia annuntiant, nihil his ſolemnius antiquiuſque eſt, quàm diſertiſſimis verbis ejuſdem Martyris palæſtram indicare, uti SS. Agathæ, Laurentii, Vincentii aliorumque exemplis demonſtrare in promptu eſt: ac proinde, cùm* Charitinæ *palæſtram monumenta Græca nominatim non exprimant, indicium ſat evidens eſt, Sanctam illam ad Occidentalem Eccleſiam nequaquam ſpectare, eamque in Oriente pro Chriſto paſſam fuiſſe, tametſi Menæorum Menologiorumque ſcriptoribus ejus palæſtræ nomen non innotuerit; quod tamen mirum nemini videri debet, quandoquidem contingere facilè potuit, ut ex innumeris fermè ſanctorum Martyrum in Oriente paſſorum Actis, quorum compendia ipſi exhibent, vel aliqua non uſquequáque integra ad eos pervenerint, vel hæc non ita diligenter fuerint conſcripta, ut rerum à tanta Sanctorum multitudine geſtarum characteres topographicos alioſque exactè præ ſe ferrent.*

ſed in Orientestatuenda eſt.

F

11 *Alterutrum ac fortaſſis utrumque acciderit* S. Charitinæ *Actis, quæ Symeoni Metaphraſtæ, ejus Martyrium Græcè edenti, præluxerunt. Apud hunc enim uti & in Menologio Baſiliano ac Menæis excuſis nuſquam ipſius palæſtræ, ubi* Charitina *paſſa eſt, expreſſum nomen reperitur. Si tamen in re obſcura conjecturis locus eſt, neſcio, an ex Menologio Baſiliano & Menæis excuſis, cùm Metaphraſtæ narratione collatis, illa erui ſat probabiliter non poſſet. Juverit tentâſſe.* Charitinam

& probabiliter ſub annum 304.

eliique contendunt,

A nam *noſtram ſub Diocletiano imperatore martyrio coronatam fuiſſe, diſertè tradunt Græcorum Menologia atque Menæa; id verò non contigiſſe, uti Surius refert, anno* 290, *ſeu primis Diocletiani imperatoris annis, quibus, Euſebio teſte lib.* 8, *cap.* 1 *Eccleſ. Hiſtoriæ, erga Chriſtianos benignus exſtitit imperator, ſed potiùs ſub annum Chriſti* 304, *quo jam, incentore Galerio Maximiano, atrociſſima adverſus cujuſque ordinis Chriſtianos commota erat perſecutio, indicare videtur Metaphraſtes, cùm* Charitinæ *martyrium non alteri tempori illigat, quàm quo* dominatum aliquando obtinuit impietas & imperatores furore concitavit adverſus eos, qui Chriſtianorum tenebant opinionem. *Etenim, ſi quod unquam fuit in Oriente tempus, cui hæc Metaphraſtis verba congruere exactiùs queant, illud certè fuit, quo Galerius Maximianus, cùm anno* 303 *Diocletianum ad propoſitum crudeliſſimæ perſecutionis impuliſſet, unà cum eo in omnis ſexus, ætatis & conditionis Chriſtianos impiiſſimam crudeliſſimamque carnificinam exercuit.*

excitata generali in Chriſtianos perſecutione

12 *Tunc nempe, ut Lactantius cap.* 15 *teſtatur, promiſcuè Chriſtiani in Oriente ad exuſtionem rapti, alligatis ad collum molaribus mari merſi, tormentorum genera inaudita excogitata, & qualia in Actis* S. Charitinæ *referuntur. Tunc, præterquam in Galliis, quibus Conſtantius Chlorus præerat, teſte eodem Lactantio cap.* 16, vexabatur univerſa terra, *Romanis ſubdita, &* tres acerbiſſimæ beſtiæ, *videlicet Diocletianus, Maximianus Herculius & Galerius Maximianus, ita* ſæviebant, *ut meritò mox ſubdiderit idem ſcriptor:* Non mihi ſi linguæ centum (*ſupple* ſint) oraque centum, ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas, omnia pœnarum percurrere nomina poſſem, quæ judices per provincias juſtis atque innocentibus intulerunt. *Et quamquam eo anno Galerius Maximianus necdum propriè auguſtus ſeu ſtrictè imperator eſſet, tamen, cùm jam inde à ſuperato Narſeo* cæſaris *nomen detrectâſſet, ſeſeque ipſe imperatoribus tum accenſeret, Diocletiano, utut nomine imperatorio inferior, auctoritate tamen ac poteſtate non impar, idcircò vel eum Metaphraſtes* Imperatorem *etiam dixit, vel fortè ad imperatorem Maximianum Herculium, eodem tempore Romæ in Chriſtianos*

C *ſævientem, reſpexit. Utut id ſit, adducta Metaphraſtis verba atrociſſimam in Chriſtianos perſecutionem anno* 303 *commoveri cœptam, ſatis dilucidè indicant & eatenus Baſiliano Menologio Menæiſque conſentiunt lucemque addunt.*

ſæviente in eos Amiſi in Ponto Domitio, imperatorum vicario.

13 *Jam autem, cùm, ſæviente in Orientalibus plagis Diocletiani & Galerii Maximiani perſecutione, Domitius aliquis, eorum vicarius, Amiſi ad Pontum Euxinum exſtiterit, ad quem ſancti martyres Clemens Ancyranus & Agathangelus perducti fuerint ab eo diris modis excruciandi, prout eorum Acta tom.* 2 *Januarii pag.* 466 *&* 478 *teſtantur, facilè crediderim, hunc à vaferrimo ſæviſſimoque comite Domitio, ſub quo* Charitina *paſſa eſt, diverſum non eſſe, eamque proinde Amiſi in Ponto, ubi is tribunal erexerat, martyrium ſubiiſſe. Ita conjicio, quòd Amiſus urbs vicina mari ſit, in quod projecta fuiſſe* Charitina *narratur, quodque nullum ſit ejus martyrii adjunctum, quod, ut conſideranti patescet, huic palæſtræ non congruat; deinde, quòd ſat multa indicia concurrant, quæ, conjunctim ſumpta, eumdem Domitium tyrannum prodant. Par enim Amiſeno Domitio noſtroque nomen, par ætas, par Chriſtianos inquirendi furor, par vafrities atque crudelitas. Accedit, quod Euſebius lib.* 8 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 12 *cùm recenſuiſſet varia tormenta, quibus in Arabia, Cappadocia, Meſopotamia aliiſque locis cruciati martyres fuerint, eadem teſtetur in Ponto ſuppliciorum genera adversùm Chriſtianos adhibita fuiſſe, aut certè ſuæ atrocitatis modo ab iis non abſona, quæ* Charitina, *ut Menologia, Menæa & Metaphraſtes ſcribunt, perpeſſa fuit. Nec verò conjecturam noſtram evertit, quòd in S. Clementis Ancyrani Actis ſuprà laudatis, multa Baronio diſplicuerint. Quamquam enim hyperbolica ſuppliciorum auxeſis in iis quandóque adhibita fuiſſe viſa illi eſſet, non propterea tamen Domitium Amiſenorum præfectum hocce tempore exſtitiſſe, negavit, nec eum à Domitio* Charitinæ *tyranno diverſum aut ipſe ſtatuit, aut quiſquam alius certis argumentis diverſum eſſe, hactenus oſtendit. Itaque à palæſtra ſanctæ Martyris noſtræ ſimulque ipſo martyrii tempore, quantum in re non omnino explorata licuit, ſtabilitis, ad Actorum ejus fidem auctoritatemque progredior.*

AUCTORE J. G.

Acta edenda, Metaphraſtis, qui à calumniis vindicatur.

14 *Acta hæc, quæ ex Græco Latinè verſa Aloyſius Lipomanus, Veronenſis epiſcopus, anno* 1558 *edidit, genuinum eſſe Symeonis Metaphraſtis Opus, aſſerenti Leoni Allatio in Diatriba de Symeonum ſcriptis pag.* 124 *&* 126, *conſentiunt, quantum quidem novi, eruditi ad unum omnes. Quia verò hodiedum apud quoſdam hæreticorum, incredulorumque ſparſis calumniis deluſos, juſto pejùs audire ſolent Metaphraſtes, quæque ejus nomen præferunt, Sanctorum Acta, non abs re erit, hîc nonnulla recenſere, quæ virum hunc ejuſque genuina Opera ex æquo commendent. Non trivialem ludi magiſtrum, qualem Geſnerus & Hoſpinianus eum depingunt, at contrà fuiſſe ſeculo* x *non admodùm provecto Conſtantinopolitani palatii magiſtrum, atque adeò eum munere inter aulæ imperatoriæ dignitates omnium ſummo, ipſiſque imperatorum filiis expetito, eminuiſſe, tam evidenter oſtenderunt Bollandus noſter in Præfatione ad tom.* 1 *Januarii pag.* 18 *& Leo Allatius in laudata Diatriba pag.* 25, *ut pudore ſuffundi debeant, qui ex rerum Græcarum ignoratione eum communem de plebe pædotribam fecerunt. Ad tantæ dignitatis faſtigium priuſquam aſcenderit Symeon Metaphraſtes, jam à Leone imperatore factus fuerat* protoſecretarius, patricius, magnus, ut videtur, logotheta, ſeu ſummus, uti apud nos vocatur, cancellarius, *prout rectè ſcribit Guilielmus Cave in ſuis Scriptoribus Eccleſiaſticis pag.* 402. *Tantam verò Symeonis noſtri in eccleſia Græca auctoritatem celebritatemque fuiſſe, aſſerit laudatus Allatius pag.* 33, ut quotidie in eccleſiis publicè ſcripta illius legerentur ad confirmanda dogmata, rerumque feriem ſtabiliendam in concilio à Patribus laudarentur, ſententiæque ſuæ veritatis pondus additum exiſtimarent, ſi eadem, quæ & ipſi, illum aſſeruiſſe demonſtrâſſent. *Neve id à ſe gratis dictum videatur, multa Allatius mox congerit veterum teſtimonia, aſſertionem ſuam abundè comprobantia, quæ, ſi lubet, citata loco conſule.*

F

genuinum nec repudiandum Opus ſunt.

15 *At, inquies, multæ apud Metaphraſtem exſtant aniles fabulæ, quas à viro, ſummis aulæ cæſareæ dignitatibus ornato, & tanta auctoritate prædito, profectas eſſe, nemo credet. Verùm reſpondeo, aniles quidem fabulas in Vitis quibuſdam ſub Metaphraſtis nomine perperam divendi ſolitis reperiri; ſed has germanas aulæ cæſareæ magiſtri proles eſſe, rectiſſimè pag.* 119 *& ſeqq. negat jam ſæpe laudatus Leo Allatius. Fateor quidem, in*

AUCTORE J. G.

in hiſtoricis æquè ac chronologicis rebus Metaphraſtem non minùs quàm pleroſque alios auctores, hallucinatum nonnumquam fuiſſe; nec omnia ejus ſcripta undequáque tuenda ſuſcipere auderem; verùm, ut ſolis S. Charitinæ *Actis, quæ ex antiquioribus deſumpſiſſe videtur, ex æquo vindicandis inſiſtam, ſciſcitari liceat, quid in iis ſit, quod fabulam anilem ſapiat, aut fidem ſuperet humanam? An quòd, nulla probatione aut convictione juridica præmiſſa,* Charitinæ *infligantur plagæ ferreumque collare injiciatur? At, quod multò majus eſt, teſte Lactantio cap.* 15, ſine ulla probatione *ad ipſamet extrema martyrii ſupplicia, ſeu, ut ipſe loquitur,* ad confeſſionem *eo tempore damnabantur presbyteri ac miniſtri ſeu diaconi. An quòd ſancta Martyr judicem ſuum* vafrum & callidum *vocare auſa ſit? At certè longè duriora in ipſummet regem Antiochum adoleſcentior Machabæus martyr lib. 2 Machab. cap. 7 congeſſit, & nihilo mitiùs ſub Diocletiano martyres quoſdam locutos fuiſſe, haud difficile foret demonſtrare. Fortaſſis id diſplicebit in* S. Charitinæ *Actis, quòd graviora & moribus Romanorum non congrua ſupplicia ei illata dicantur? Sed La-*
B *ctantium num.* 12 *citatum conſule; audi & Euſebium lib.* 8 *Eccleſ. Hiſt. cap.* 12: Quæ apud Pontum (*adverſus Chriſti martyres*) geſta ſunt, vel ipſo dictu incutiunt horrorem. *Id te fortè* D *offendet, quòd virtute divina ſuffulta Virgo atrociſſimis tormentis illicò non ſuccubuerit, quódque incolumis è mari emerſerit? At pleni ſunt hujuſmodi prodigiis Eccleſiaſtici Faſti, de quorum fide nemo ſanus ambigit. An demum anilem fabulam ſapere, aut humanam fidem ſuperare dices, quòd Virginem tormentis invictam, probro ac contumeliâ affici, judex præceperit. At mulieres eximia caſtitate præditas atque etiam virgines, Deo devotas, lenonibus ad omne genus turpitudinis ſubinde à tyrannis addictas fuiſſe, nemo non ignorat, qui Euſebium legit. Haud ita certè modeſtiæ ac pudoris terminis ſeſe continebant hujuſce temporis judices, ut contrà, eodem Euſebio teſte lib.* 8 *cap.* 12, *quibuſdam in Ponto martyribus,* in viſceribus ac pudendis partibus fœdos atque inexplicabiles cruciatus abſque ulla miſeratione *inferri juberent. Non ergò ex hoc capite neque ex aliis ſuprà recenſitis,* hæc S. Charitinæ *Acta, veluti Symeone indigna; nec, quidquid contrà obnitantur nuperi ſcriptores martyromaſtiges, ut omni fide indigna, repudianda ſunt. Illa adeò ex apographo noſtro codicis Ms. Reginæ Sueciæ ſignati num.* 13, *unà cum Latina Lipomani verſione e-* E *denda exiſtimavi.*

ACTA.

Auctore Symeone Metaphraſte.

Ex Ms. Reginæ Sueciæ ſignato num. 13.

Latinè verſa apud Lipomanum tom. VI *à pag.* 313.

Charitina judici delata & capta,

a

C

b

c

d

DOminatum aliquando obtinuit impietas & imperatores furore concitavit adverſus eos, qui Chriſtianorum tenebant opinionem *a*. Satellitum autem & miniſtrorum erat officium ſcrutari Chriſtianos; & piis intentabantur minæ multiplicium tormentorum. Ad quendam ergò comitem *b* generoſa quoque defertur virgo Charitine, quòd non ſolùm in honore habeat Chriſtianos, ſed etiam multos inducat ad ſuam religionem; quin etiam eos, qui opinionem ſuſceperunt Chriſtianorum, tutiores reddat ad ſuum cultum. Ad eam ergò accedit comes *c* in ſpe habitantem, & ſeorſum ſecum, & cum Deo verſantem. Accedit autem irâ plenus & ſtatim ei plagas infligit, & ferreum ei collare *d* imponit; & eam tradit conſulari injuſtiſſimo judici. Ille verò & ſtatim proponit inſtrumenta ſuppliciorum; & cùm Martyrem curâſſet ſiſti ad ſuum tribunal; Miſerere, inquit, tui, antequam periculum facias ſuppliciorum, ſapienti utens conſideratione; & immortalibus offer ſacrificium. Sic enim tria lucrifacies maxima. Nam & deorum potentiam tibi reddes propitiam; & imperatorum attrahes benevolentiam; & florentem ſpeciem acribus tormentis non facies flacceſcere.

nec blanditiis nec minis ejus movetur, ſed contrà idola deteſtatur,

e

2 Hæc cùm audiiſſet Martyr, ad cælum quidem tollit oculos, quod illinc proficiſcitur, evocans auxilium; ſigno autem Chriſti munita *e*; Es moribus quidem, ait, varius, ô conſularis, vaferque & callidus; ſed ad nullam utilitatem

Ἐκράτει ποτὲ τὰ τ᾽ ἀσεβείας καὶ βασιλεῖς ἐπὶ τοὺς τὰ Χριστιανῶν φρονοῦντας ἐξέμαινεν. Ὑπασπισαὶ δὲ αὐτοῖς καὶ ὑπηρέται τἰνὶ τῶν Χριστιανῶν ἐρεύναν ἔργον ἐποιοῦντο, καὶ πολυειδεῖς τοῖς εὐσεβέσιν ἠπείληντο βάσανοι. Μηνύεται δή κομήτι τινὶ καὶ ἡ γενναιοτάτη Χαριτίνη, ὅτι μὴ μόνον τὰ Χριστιανῶν ὑπάρχει τιμῶσα, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς πρὸς τἰνὶ αὐτῆς θρησκείαν* ὑπάγεται, καὶ δὴ καὶ τοὺς τὰ Χριστιανῶν ἑλομένους ἀσφαλεστέρους ἐπὶ τὸ οἰκεῖον σέβας παρασκευάζει. Ἐφέσταται οὖν ὁ κόμης αὐτῇ ἐπ᾽ ἐλπίδι κατοικήσῃ καὶ κατὰ μόνας ἑαυτῇτε συγγινομένῃ καὶ τῷ Θεῷ. Ἐφέσταται ὴ καὶ θυμοῦ πλήρης, καὶ παραυτίκα πληγὰς αὐτῇ ἐντείνει, κλοιόντε σιδηροῦν περιτίθησι, καὶ τἰνὶ δικαίαν ὑπατικῷ τῷ παρὰ πάντα ἀδίκῳ δικαστῇ παραδίδωσιν. Οὗ ὴ τάτε τῶν κολάσεων εὐθὺς προτίθησιν ὄργανα, τἰνὶ Μάρτυράτε τῷ αὐτοῦ βήματι παραστήσας οἴκτειρον, εἶπε, πρὸ τ᾽ τῶν κολασηρίων πεῖρας αὐτἰνὶ, σώφρονι χρησαμένῃ τῷ λογισμῷ, καὶ τοῖς ἀθανάτοις θυσίαν προσένεγκε. Τρία γὰρ ἂν οὕτω τὰ μέγιστα κερδανεῖς τότε τῶν θεῶν κράτος ἐξιλεώσῃ, τήντε τῶν κρατούντων εὐμένειαν ἐπίσπασῃ καὶ τὸ ἐπαυθῆν τ᾽ ὠρας ὁ βασάνων ἀριμύτητι μαρανεῖς.

2 Τούτων ἡ Μάρτυς ἀκούσασα πρὸς οὐρανὸν μὲν αἴρει τὰ ὄμματα τἰνὶ ἐκεῖθεν ἐκκαλυμένη βοήθειαν, τῷ δὲ τοῦ σωροῦ φραξαμένῃ σημείῳ, ποικίλος μὲν εἶ τὸν τρόπον, ὑπατικὲ, καὶ τὸ ἦθος ὑπαυλόσε καὶ ἀπατηλὸς, ἔφη. Ἀλλ᾽ εἰς ἀνόμηκτον* σοί τὸ σκολιὸν τοῦτο aperte

F

* θρησκείαν

* ἀνόνητον

A σαφῶς ἀποβήσεται. Οὔτε γάρ με κολακεύων αἱρήσεις, οὔτε ἀπειλῶν καταπλήξεις, οὐ συμβουλεύων μεταπεῖσαι δυνήσῃ, οὐδὲ μαλάξαι τὸ ἐν ἐμοὶ τοῦ διὰ Χριστὸν παθεῖν πρότυμον· ἐπὶ τῷ μόνῳ γὰρ καὶ ἀληθεῖ Θεῷ πέποιθα καὶ τούτῳ τὸ πᾶν τῆς ἐμῆς ζωῆς ἀνατέθεικα. Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθη, σαυτὸν μᾶλλον οἴκτειρον τῆς ἀπάτης. Σαυτῷ συμβούλευσον τὰ χρηστότερα· ὅπερ ἐστὶ, τὸ μὴ ξοάνοις κωφοῖς προσανέχειν, περὶ ὧν εἶπε πῦ ὁ ἡμέτερος προφήτης ἐν πνεύματι· Θεοὶ, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν· καὶ· οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. Καὶ πάλιν· Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ τιμῶντες αὐτά.

3 Ἐπειδὴ τούτων ἤκουσεν ὁ δικάζων, θυμῷ πάλιν ὑποπλησθεὶς, αὐτὸς μὲν ἐκέλευεν ἐν χρῷ τὰς τῆς κεφαλῆς θρίχας ἐκτεμεῖν. Τὸ δὲ ἐγίνετο, καὶ τούτῳ θαῦμα μέγιστον ἠκολούθει· αὖτις γὰρ ἡ κεφαλὴ κατάκομος ἦν· καὶ ὁ δικαστὴς πλείονι τῷ θυμῷ κινηθεὶς ἀνθρακιὰν ἐπιτεθῆναι τῇ κεφαλῇ προστάττει· εἶτα καὶ ὄξος αὐτῆς καταχέεσθαι, τὰ τῶν ἀλγηδόνων οὕτω δριμύτερα παρεχόμενος. Ἐφ' οἷς ἡ γενναία, Κύριε Ἰεσοῦ Χριστὲ, εἶπε, τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων ἡ ἀσφαλὴς βοήθεια, ὁ B τοὺς σοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας ἐν μέσῳ καιομένης φλογὸς ἀφλέγετους διατηρήσας, αὐτός μοι καὶ νῦν παραστὰς πρὸς τὰς διὰ σὲ κολάσεις ἐνίσχυσον, μήποτε τοῖς τῆς ἀληθείας ἐχθροῖς εἰπεῖν ἐπ' ἐμοὶ γένοιτο· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν· Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν τῶν ὀδυνῶν ἡ Μάρτυς ἀνίεται, καὶ ἦν οὕτω ῥήμασιν εὐχαριστηρίοις δοξάζουσα τὸν Θεόν. Πρὸς ἅπερ αὖτις ὁ ὑπατικὸς χαλεπήνας σιδηροῦς ὀβελίσκους ἐκπυροθέντας κατὰ τῶν μαστῶν τῆς Μάρτυρος ἐμπαγῆναι προστάττει· Τῆς οὖν χαλεπῆς αὐτῇ τὶς δὲ * προσενεχθείσης βασάνου, αἱ μὲν σάρκες τοῖς σιδηροῖς ἐκείνοις ὀβελίσκοις ἐδαπανῶντο· τὸ δὲ τῆς καρδίας τοῦ πρὸς Χριστὸν διάπυρον ἔρωτος ἐπὶ πλέον ἀνήπτετο· εἶτα καὶ λαμπάδας πυρὸς κελεύει ταῖς πλευραῖς αὐτῆς ἐπικαίεσθαι· ἡ δὲ, καὶ τῶν λαμπάδων ὑφαπτομένων, τῶν εὐχῶν ἐκτενέστερον εἴχετο, καὶ τῆς τιμωρίας ἀνεθεῖσα πρὸς τὸ θεοῦσαι * τοῖς θεοῖς ἠναγκάζετο.

*redundant hæc: τὶς δὲ

*θεῶσαι seu potiùs θῦσαι

4 Ἐπεὶ δὲ καὶ καρδίᾳ καὶ χείλεσιν ἀμετάθετος ἦν τὴν ὁμολογίαν, ἐπίσης αὐτῇ καὶ ὁ δικάζων, τὴν ἐπὶ τῷ κακῷ ἔνστασιν ἀνένδοτος ὤν, κελεύει ταύτην λίθον τοῦ πραχήλου ἐκδεθῆναι, καὶ οὕτως αὐτὴν κατὰ βυθοῦ θαλάσσης ἀπορριφῆναι· οὗπερ δὴ γενομένου, εὐ- C χαριστῶ σοι, Κύριε, ἡ Μάρτυς ἔβοα, ὅτι με διελθεῖν δι' ὕδατος θαλαττίου διὰ τὸ σὸν εὐλόγησας ὄνομα, ὥστε καὶ καταρὰν εὐρεθῆναι κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως· ἀλλά σου δεῖξον, ὡς ἀεὶ καὶ νῦν ἐπ' ἐμοὶ τὰ θαυμάσια, δι' ὧν ἐπὶ πλέον δοξασθήσεται τὸ μέγα σου ὄνομα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα οὕτως ἐκείνητε προσηύχετο, καὶ τὰ δεσμὰ διαλύετο, μόνοστε ὁ λίθος τῷ βυθῷ κατεδύετο· ἢ δὲ, ὢ τοῦ θαύματος, ἀτρόμῳ ποδὶ τοῖς τῆς θαλάσσης νώτοις ἐφίστατο καὶ τῶν ὑδάτων οἷα στερεᾶς ἐπιβαίνουσα πρὸς τὸ αἰγιαλὸν ἐπορεύετο· ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸν ὑπατικὸν ἰδοῦσα προσμένοντάτε καὶ τὸ τοῦ πράγματος πέρας ἰδεῖν, ὅπερ ἂν ἐγένοιτο, ἐκδεχόμενον, χαίροις, ὑπατικὲ, λέγει· οὐ δὲ μέχρι καὶ νῦν συνῆκας τὴν εἰς ἐμὲ τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν ἐμοὶ Χριστοῦ δύναμιν; ἢ τυφλώττειν ἔτι φιλονεικεῖς, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπομάχεσθαι; Εἰ μὲν οὖν τοῦ σκότους ἀφέμενος τῷ ἀληθινῷ προσδράμῃς φωτὶ, σεαυτῷ πραγματεύσῃ τὴν σωτηρίαν· εἰ δὲ καὶ ἔτι τοῖς προτέροις ἐμμεῖναι θελήσεις, ἐμοὶ μὲν πολλῶν αἴτιος ἀγαθῶν, τῇ δὲ σῇ ψυχῇ ἀπωλείας πρόξενος ἔσῃ. Ταύτην ὁ κατάρακτος * τὴν παρρησίαν οὐκ ἐνεγκὼν, ἔτι δὲ καὶ τὸ περὶ αὐτὴν θαῦμα καταπλαγεὶς ἐξίστατότε ἑαυτοῦ, καὶ ἀφωνίᾳ κατείληπτο. Ὀψὲ δὲ ποτὲ καὶ μόλις ἀνενεγκὼν συνιέναι μὲν οὐκ ἐβούλετο·

*κατάρατος

apertè tibi redibit hæc perversitas; neque enim me capies adulans, nec me minans perterrefacies, nec consulens me poteris in aliam traducere sententiam, nec mollire id, quod est in me promptum propter Christum patiendi studium. Confido enim in solo & vero Deo *f*. Si mihi ergò credas, miserere potiùs tui erroris. Consule tibi ea, quæ sunt utiliora, nempe surda non colere simulachra; de quibus alicubi dixit noster Propheta in spiritu: "Dii, qui cælum & terram „ non fecerunt, pereant; „ & : "Dii gentium „ dæmonia, Dominus autem cælos fecit *g*. „ Et rursus: "Simulachra gentium argentum & aurum, „ opera manuum hominum. Similes eis fiant, „ qui colunt ea *h*. „

A. METAPHRASTE

f

g

h

3 Postquam hæc audivit judex, irâ rursus repletus, jussit quidem ejus capillos radi in superficie *i*. Illud autem factum est, & maximum consecutum est miraculum. Caput enim rursus fuit comatum. Ex quo judex majore ira motus, jubet prunas ardentes imponi ejus capiti, deinde etiam acetum ei infundi, dolores sic præbens acriores. Propter quæ generosa Virgo, Domine Jesu Christe, dixit, eorum, qui in te fiduciam posuerunt, certum & firmum auxilium, qui tuos sanctos tres pueros in medio flammæ ardentis incombustos conservâsti *k*, tu quoque nunc mihi adsis, & ad ea, quæ propter te suscipiuntur, confirma supplicia, ne quando de me liceat dicere inimicis veritatis: Ubi est Deus eorum? Post preces autem relaxata fuit Martyr à doloribus, & Deum laudabat ei agens gratias. Quæ quidem statim ægrè ferens consularis, ferreos candentes obeliscos *l* jubet infigi uberibus Martyris. Hoc ergò gravi ei illato tormento, carnes quidem ferreis illis obeliscis consumebantur; cordis autem ejus amor in Christum magis accendebatur; deinde etiam jubet lampades ignis ejus admoveri lateribus. Illa verò, etiam dum lampades accendebantur *m*, intensiùs perseverabat in orationibus. Sed à cruciatu relaxatæ vis fiebat, ut diis sacrificaret.

quare variis tormentis, non sine subsecutis miraculis, afficitur

i

E

k

l

m

4 Cùm autem & corde & labris in confessione esset immutabilis, judex, qui æquè atque ipsâ in tormentis constans, ad malum erat obstinatus, jubet lapidem collo ejus alligari & sic eam dejici in profundum maris *n*. Quod quidem cùm factum esset, Ago tibi gratias, Domine, clamabat Martyr, quòd ut per aquam marinam transirem, propter sanctum tuum nomen, tibi visum sit, quò inveniar munda in die resurrectionis; sed tua ostende, ut semper, nunc quoque in me miracula, per quæ magnum tuum nomen magis glorificetur in secula seculorum. Amen. Hæc illa sic oravit, & dissoluta sunt vincula, & solus lapis fuit in profundo demersus. Illa autem (ô miraculum!) firmo ac stabili pede stabat super dorsum maris, & per aquas, tamquam per terram solidam ingrediens, proficiscebatur ad littus *o*. Interim verò cùm vidisset manentem consularem & expectantem, quisnam futurus esset rei exitus, dicit: Salve, consularis. Ne nunc quidem intellexisti virtutem Christi, qui in me operatur? An adhuc contendis cæcutire & repugnare veritati? Si ergò relictis tenebris ad veram lucem accesseris, tibi procurabis salutem. Quod si persistere velis in prioribus, mihi quidem eris causa multorum bonorum, tuæ autem animæ interitum conciliabis. Hanc dicendi libertatem cùm non ferret vir execrandus, eo autem, quod in eam accide-

in mare projecta, inde incolumis evadit; rursus frustra excruciata,

n

F

o

A. METAPHRASTE

accidérat, miraculo eſſet obſtupefactus, à ſe diſceſſit, eumque vox & ſermo defecit. Cùm autem vix tandem ad ſe rediiſſet, nolebat quidem intelligere. Dixit autem: Ut magnam Galilæi *p* putem eſſe potentiam, perſuadent ea, quæ facta ſunt; ſed ego conabor oſtendere, ea potiùs facta eſſe præſtigiis *q*. Sic dixit, & in eos, qui aſtabant, ſtatim oculos conjiciens, jubet eos ſtatim nudare Sanctam & manibus poſt tergum vinctis eam rotæ *r* alligare & carbonum cumulum cum ferreis quibuſdam ſecantibus inſtrumentis ſubſternere & rotam frequentiùs circumagere, ut, contritis paulatim membris, cum gravi dolore Martyr è vita excederet. Atque machina quidem ſtatim fuit perfecta. Supernum autem rurſus auxilium ſolita quoque nunc oſtendit; nam deſcendens angelus & flammam carbonum extinxit, & robur carnificum diſſolvit, ut nec rotam quidem poſſent omnino circumagere.

φησὶ ὁ· Μεγάλην ὁιεσθαί με τῶ Γαλιλαίῳ ϯ δύναμιν D
πείθουσι τὰ γεγενημένα, ἀλλ' ἐγώγε γοητείᾳ μᾶλλον
ἠργασμένα διαλέξαμαι ταῦτα πειράσομαι. Οὕτως
ἐφη, καὶ τοῖς παρεσῶσιν αὐτίκα τὰς ὄψεις ἐπιβαλὼν
γυμνῶσαι τὴν Μακαρίαν ὁίδυς καὶ περιαγκωνίσαι
προσάπει τροχῶτε προσδῆσαι καὶ σωρείαν ἀνθράκων
κάτωθεν ὑποῤῥῶσαι καὶ δὴ καὶ ϯ τροχὸν ἐλίττειν συχ-
νότερον, ὁπως τῇ καὶ βραχὺ μελῶν ὁκτριβῇ κατωδύνως ἡ
Μάρτυς ἀπαλλαγῇ ϯ ζωῆς. Τὰ μὲν δὴ ϯ μηχανή-
ματῳ κατὰ τάχος ἀπήρθρο· ἡ ἄνωθεν ὢ πάλιν ἐ-
πικουρία τὰ συνήθη, καὶ νῦν ἐπεδείκνυτο καὶ ἄγγελ-
καταπτὰς τὴντε ϯ ἀνθράκων φλόγα ἐσβέννυε, καὶ δὴ
καὶ τὸν ϯ δημίων ἰσχὺν ἔλυεν, ὡς μὴ ὢ ϯ τροχὸν
ἐλίττειν μηδαμῶς δύνασθαι.

cùm juſſu judicis probo afficienda eſſet, piè moritur.

ſ

B

5 Hinc animo perplexus, & planè ignarus, quid ageret, præſes non dubitavit alia excogitare ſupplicia. Jubet ergò manuum & pedum ungues ei evelli. Et illi quidem protinus fuerunt amputati. Tormentum autem ab illa reputabatur, perinde ac ſi alius pateretur *ſ*. Ipſe autem rurſus prioribus alia adjiciens, ei quoque jubet dentes extrahi: ſed quomodò præſes in gravibus inveniendis, ita nec illa in gravibus ferendis ſuppliciis fuit defatigata. Itaque purum ejus corpus probro afficere cogitavit ſceleratus. Et ad miniſtros converſus, eam, inquit, accipite & in excelſum & medium aliquem locum ducite & præcones euntes per univerſam regionem finitimam, ad probrum ei afferendum convocent chorum impudicorum. Poſtquam autem probro & contumeliâ ſatis fuerit affecta, eam ad me reducite, ut ea, quæ deſunt, ei adjiciam. Martyr autem Chriſti ei reſpondit: Eſt mihi Chriſtus, qui omnia ſola voluntate tranſmutat, & ſolo nutu, qui etiam meam animam hodie ſuſcipiet immaculatam, tuis, ô prophane, diſperſis & diſſipatis conſiliis. Hæc cùm dixiſſet, manus ſimul, mentem & oculos in cælum tollens, oravit Deum, quem deſiderabat. Poſtquam autem oravit, cum pace apud eum depoſuit animam ſacrificans purum corpus & ſpiritum ei, propter quem omnia pro nihilo reputabat, meliùs judicans mori, quàm peccare etiam præter ſententiam *t*.

5 Καὶ ταῦθα τοίνυν ὁ ἄρχων διαπορήμενῳ, ὁμως
ὲν ϯ βασάνοις ἄλλας ἐπινοεῖν οὐκ ἠπόρει· Τὰς ϯ χει-
ρῶν ὖν ὄνυχας αὐτῇ καὶ ποδῶν ὁκσπασθῆναι προσάτ-
καὶ οἱ μὲν ὁίδυς ἐξεκόπτοντο· τῇ ὢ, ὡς ἑτέρῳ πάσ-
χοντῳ, ἡ βάσανος ἐνομίζετο· καὶ πάλιν αὐτὸς τοῖς
προτέροις ἕτερα προσιθείς, ἐκκοπῆναι ταύτης καὶ τοὺς
ὁδόντας, διεκελοῦετο· ἀλλ' ὥσπερ ἐκείνη τὰ δεινὰ φέ- E
ρειν, ὅτω μὴν ὐδὲ αὐτὸς πάλιν τὰ δεινὰ ἐξολίσκειν ὐδαμῶς ἀπηγόρευκεν. Ὑβρίσας τοίνυν τὸ κατα-
ρὸν αὐτῇ σῶμα ὁ μιαρὸς ἐπενόει καὶ πρὸς τοὺς ὑπηρέ-
τας ἐπισταφεὶς λάβετε, φησὶ, ταυτίνι, καὶ ἐπί τινα
ϯ ὑψηλῶν καὶ μεσαιτάτων τόπων ἀγάγετε κήρυκες κα-
τὰ πάσης ϯ πλησιοχώρῳ φοιτῶντες ἐφ' ὕβρει τῇ ταύ-
της ἀκολάστων χορὸν συγκαλείσασαν· μετὰ γὰρ τὰ
ἱκανῶς ὑβρισθῆναι πρός με πάλιν ἐπαναγάγετε, ὡς
προσεθῆναι ταύτῃ καὶ τὰ λειπόμενα. Ἡ ὢ τῶ Χριστῶ
Μάρτυς πρὸς αὐτὸν, ἔστι μοι Χριστὸς, ἀπεκρίνατο,
πάντα μετασκοπάζων θελήσει μόνῃ καὶ ῥοπῇ νοὸς αὐτῶ,
ὃς καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀσπίλον προσδέξεται σήμε-
ρον, τὰ σὰ, βέβηλε, διασκεδάσας βουλεύματα.
Ταῦτα εἰποῦσα, χεῖρας ἅμα καὶ φρένας καὶ ὄμματα
πρὸς οὐρανὸν ἄρασα τῷ ποθουμένῳ Θεῷ προσηύχετο.
Ἐπεὶ ὢ καὶ ηὔξατο μετ' εἰρήνης αὐτῷ τὸ πνεῦμα πα-
ρέθετο, καθαρὸν θύσασα καὶ σῶμα καὶ πνεῦμα τῷ, δι'
ὃν πάντα παρ' ὐδὲν ἐλογίζετο, βέλτιον ἀποθανεῖν μᾶλ-
λον, ἢ καὶ παρά γνώμα * ἁμαρτεῖν κρίνασα. *απ γνω-μὴν?

Ejus corpus in mare projectum, illeſum inde extrahitur & ſepelitur.

t

C

u

6 Qui autem etiam poſt ejus mortem, apud ſe immortalem volebat alere inſaniam, conſularis quid machinatur? Jubet ejus corpus cum multa arena in ſaccum injici & projici in profundum maris, non magis illam deinceps crucians, quàm Chriſtianos, & volens eos privare divitiis & gloriâ reliquiarum *u*. Atque ſic quidem ad effectum eſt deductus conſularis juſſus; & in undas projectum fuit corpus Martyris. Sed ne tunc quidem tui oblitus eſt, ô Charitine, Deus, qui viciſſim glorificat eos, qui ipſum glorificant; nam tunc quoque, ut ſolet, oſtenſus eſt faciens magnalia; & tres quidem totos dies corpus tenuit mare, pulchrè ſervatum, & nullo penitus detrimento affectum. Deinde corpus idem, quod communem coluit Dominum, ipſum quoque omnino reveritum, amicè tradit propinquæ cuidam terræ. Vir autem quidam, cui nomen Claudius, moribus mitis ac moderatus, qui Martyrem aluerat ab ineunte ætate, cùm id fideliter ſuſtuliſſet, & præclarè condiſ-

6 Ὁ ὢ καὶ μετὰ ϯ αὐτῆ θάνατον ἀθάνατον παρ' ἑαυτῷ F
τῶ μανίαν τρέφειν * ἐθέλων ὑπαλικός τί μηχανᾶται; *απτρεφειν?
Ἐν σάκκῳ τὸ τάυτης σῶμα μετάγε ψάμμῳ πολλῆς
βληθῆναι κελεύει, καὶ τῷ ϯ θαλάσσης ἀναπορριφῆναι
βυθῷ, ἐ μᾶλλον ἐκείνην ἡ Χριστιανὺς τὸ λοιπὸν ἡμω-
ρύμενῳ, καὶ πλούτῳ καὶ δόξης ὅσης ἀποστερεῖν αὐτὺς
ϯ λειψάνων βουλόμενῳ. Εἶχε μὲν δὴ ὕτως τῷ ὑπα-
τικῳ πῶρας τὸ κέλευσμα, καὶ κατὰ κυμάτων ὁ νε-
κρὸς ϯ Μάρτυρος ἐρρίπτο· ἀλλ' ὐδὲν τύτῳ σε, Χαριτίνη,
ὁ τὺς αὐτὸν δοξάζοντας ἀντιδόξαζων Θεὸς ἐπελάθε-
το, ἀλλὰ καὶ νῦν, ὡς ἔθος, μεγαλεῖα ποιῶν ἐπε-
δείκνυτο, καὶ τρεῖς μὲν ὅλας ἡμέρας ϯ νεκρὸν εἶχεν ἡ
θάλασσα, καλῶς ἐκείνη * φυλάξασα καὶ μηδὲν ὅλως *απ ἐκείνης?
λυμηναμένη, ἀλλὰ τὸ ϯ κοινὸν δεσπότῃ θεραπεῦ-
σαν σῶμα καὶ αὐτὴ πάντως καταιδεσθεῖσα εἶτα τῇ
γείτονι χέρσῳ προσφιλῶς παραδίδωσι, καί τις ἀνὴρ,
ὁ Κλαύδιος ὄνομα ἐπιεικὴς τὸν τρόπον καὶ μέτριος,
ὃς καὶ τὴν Μάρτυρα ἐκ πρώτης ὡρικὸς ἀνεθρέψατο,
πιστῶς ἀνελόμενος, λαμπρῶς τε μυρίσας καὶ περι-
στείλας λαμπρότερον ἔν τινι τιμίῳ τόπῳ κατέθετο, τάφον
αὐτῇ σχεδιάσας, οὐχ ὡς ἐκείνῃ πρέπων, ἀλλ' ὡς ὁ
ſet,

A καιρὸς ἐδίδου, ᾧ ὁ Τ τότε κρατούντων φοβ⊖ ὑπεῖγε. Τοιοῦτον τῇ Χριστοῦ Μάρτυρι Χαριτίνῃ τὸ τέλος, πέμπτῳ τῷ τηνικαῦτα τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἄγοντ⊖ ἐν Χριστῷ Ἰεσοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτ⊖ εἰς τοὺς αἰῶνας Τ αἰώνων. Ἀμήν.

set, in quodam venerando loco id depoſuit, ei raptim conſtructo ſepulchro, non ut illam decebat, ſed ut tempus dabat, & eorum, qui tunc rerum potiebantur *y*, præſcribebat metus. Hic fuit finis Chriſti martyris Charitines, quinto menſis Octobris. In Chriſto Jeſu Domino noſtro. Cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

A. METAPHRASTE

y

ANNOTATA.

a *Vide, quæ de epocha martyrii* S. Charitinæ *ex conjectura diximus in Commentario num.* XI *&* 12.

b *Hunc alia Græcorum monumenta* Domitium, *alia* Domitianum *vocant. Conſule num.* 13 *& ſequens Annotatum.*

c *Diſſonat nonnihil hæc Metaphraſtis narratio à Menologii Baſiliani & Menæorum verbis num.* 3 *& ſeqq. recitatis. Sed fortè ſic utraque narratio concilianda eſt, ut Domitius comes, & Amiſenorum, ut nobis videtur, judex conſularis, priùs ad Claudium,* Charitinæ *dominum, ſcripſerit, quò hic eam ad ſe mitteret, ac mox comitem quemdam ex adminiſtris ſuis legârit, qui eam ad ſe vinctam perduceret, ſuoque ſiſteret tribunali.*

d *De plagis ante juridicam ullius criminis probationem* Charitinæ *inflictis, videſis quæ in Commentario ſub initium numeri* 15 *dicta ſunt:* Collare *autem, quod Chriſti Martyri injectum fuiſſe narratur, erat vinculi genus, quo captivorum collum conſtringebatur, ne è ſatellitum aut lictorum manibus elabi ullo modo ipſi poſſent.*

B e *Quàm fuerit ab omni retrò tempore Chriſtianis uſitatum ac ſolemne, præſertim, dum quid grande inceptarent, ſe crucis ſigno munire, ſeu ut Lactantius de Mortibus perſecutorum cap.* X *ait,* ſuis frontibus immortale *crucis* ſignum imponere, *patet tum ex hoc* S. Charitinæ *exemplo, tum etiam ex Tertulliano libro de Corona militis cap.* 3, *ubi is ita loquitur:* Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. E

f *Abſunt à verſione Latina, quæ his verbis Græcis exprimuntur:* Καὶ τούτῳ τὸ πᾶν τῆς ἐμῆς ζωῆς ἀνατέθεικα. *Supple ergò in Latino textu:* Et ei omnem vitam meam conſecravi, *vel:* Et in eo omnem vitam meam repoſui.

g *Voces, quæ reſpondeant his Latinis:* Dominus autem cælos fecit, *à Græco textu abſunt.*

h *Prior textus reperitur apud Jeremiam cap.* X ℣ 11; *poſteriores Pſalmo* 95 ℣ 5 *& Pſalmo* 113 ℣ *ſecundò* 4 *&* 8. *Porrò non eſſe à veri ſpecie alienum, quòd duriora hæc in tyrannum verba à Chriſti Martyre congeſta fuerint, oſtendi in Commentario num.* 15.

i *Summæ ignominiæ nota mulieribus inuri tum temporis credebatur, ſi eis ſumma capitis ſuperficies decalvaretur. Vide Galonium Tractatu de inſtrumentis martyrum eorumque cruciatibus pag.* 140 *&* 142.

k *Legeſis Danielis caput* 3.

l *Obeliſci illi ferrea erant inſtrumenta, ex craſſiore ſui parte in acutam cuſpidem deſinentia. cerdonum ſubulis non abſimilia, quæ & acumine ſuo & igneo ardore non poterant non in tam teneris virginei corporis membris vehementiſſimos cruciatus excitare, dum carnes ita lentè torrebant.*

m *Incenſas faces, non tantùm lateribus martyrum, ſed & ſingulis eorum membris admotas quandoque fuiſſe, teſtatur Lactantius de Mort. perſecut. cap.* 21. *Lampades autem illæ, ut ex Galonio* C *& Laurentio de Rebus publicis docet Pitiſcus in ſuo Lexico Antiquitatum, fiebant hoc modo:* Deſumebantur, *inquit laudatus Pitiſcus,* vaſa quædam lata unius palmi longitudinis, vel aliquantulùm majoris, quæ deinde à ſummo ad arctiorem formam paululùm præpoſteræ perverſæque pyramidis inſtar contrahebantur atque adſtringebantur. Erant autem vaſa, vel terrea, ſicuti indicant illa, quæ ex ruinis hujuſce Urbis (*Romæ*) nonnunquam eruuntur; vel ferrea, ut innuit Colum. XII, 18, ... Poſtea verò vaſa hæc haſtulis quibuſdam quadratis & ſimul colligatis ſepta, quæ ad vaſorum ſimilitudinem & ipſæ à ſummo paulatim adſtringebantur, igne flammam emittente repleri ſolebant. Porrò has haſtulas, ſi ad ea, ad quæ lampades uſui erant, animum referamus, intelligemus, quinque aut ſex palmis plùs minúſve extitiſſe oblongas. *Harum effigiem exhibet Galonius citato Tractatu pag.* 75. *Ceterùm, ut Lactantius, ſuprà laudatus, innuit cap.* 21, *nonnunquam tortores lampades illas quantùm ad flammantia lumina, haud verò quantùm ad calorem, paulò antè exſtinguebant, quàm martyrum corporibus eas admoverent, ut ſic lentiori igne cremandis martyrum membris aptiores eſſent.* F

n *Mare iſtud fuiſſe Pontum Euxinum, Amiſo urbi proximum, ex conjectura docui num.* 13.

o *Ita S. Petrus, ut teſtantur Euangeliſtæ, divina virtute* ambulavit ſuper aquam, *quod & aliis Sanctis contigiſſe, perhibent Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.*

p *Hoc nomine impius judex per blaſphemiam Chriſtum Dominum vocat, ſceleris ſui imitatorem peſſimum poſtea nactus Julianum Apoſtatam, qui & victricem Dei ultoris manum agnoſcere coactus fuit.*

q *Nempe cùm prodigia illa, tota quandoque civitate inſpectante patrata, negare non poſſent iniquiſſimi judices, ne Chriſtianos veri Dei cultores eſſe, fateri cogerentur, per ſummam inſaniam miracula illa dæmonum præſtigiis adſcribebant.*

r *Hujuſmodi ferè rotam exhibet Gallonius pag.* 27 *littera B, niſi quòd ardentium carbonum*

A. METAPHRASTE *cumulus inter aculeos ferreos hîc expreſſus non ſit. Hoc autem rotæ ſupplicium ſæpenumero non eſſe* D
ſine igne illatum, ex Apuleio & Euripide docet Pitiſcus in ſuo Lexico verbo Rota.

s *Nempe vel præ conſolationis divinæ, quâ perfundebatur, abundantiâ; vel Deo concurſum ſuum ſubtrahente, ne ſuppliciorum inſtrumenta vires ſuas in ſanctam Martyrem exererent.*

t *Id eſt, quàm libidinoſam virginei corporis contagionem etiam invitè pati; ut enim, cum S. Ambroſio quilibet pudici cenſent, periculum pudoris bonis feminis eſt morte gravius.*

u *Huc ſpectant Euſebii verba lib.* 8 *Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ cap.* 6: Sed & corpora regiorum cubicularíorum (*à Diocletiano & Maximiano Galerio pro Chriſtiana fide interfectorum*) ... ipſi eorum legitimi domini erui ex ſepulcro & in mare projici oportere cenſuerunt, ne quis illos ſepulcris conditos, pro diis, ut ipſi quidem opinabantur, reputans, inpoſterum adoraret, *ſeu eorum reliquias debito dulíæ cultu afficeret.*

x *Synaxarium Sirmondianum* Claudium *hunc à domino ſeu hero* S. Charitinæ, *quem* Claudianum *vocat, diverſum facit. Ego Metaphraſtem alioſque ſecutus,* Charitinæ *herum* Claudium *vocavi, quem nihil vetat inter domeſticos ſuos habuiſſe virum ſibi cognominem, cui* Charitinæ *à teneris unguiculis enutriendæ & inſtruendæ ac demum ejus corporis, ut rerum anguſtiæ patiebantur, ſepeliendi curam demandârit.*

y *Hi nobis videntur fuiſſe Diocletianus, Maximianus Herculius & Galerius Maximianus, quos Lactantius cap.* 16 tres acerbiſſimas beſtias *vocitat, quoſque, ne Martyrum corpora ritè ſepelirentur, omni modo præcaviſſe, innuit Euſebius Annotato* u *ſuprà citatus.*

DE S. DIVITIANO EP. CONF.

B APUD SUESSIONES IN GALLIA. E

C. S. SYLLOGE.

CIRCA INITIUM SEC. IV. *In tribus Martyrologiis memoratur hoc die,*

Eſta SS. Sixti & Sinicii, primorum Remenſium, Sueſſionenſiumque epiſcoporum, in hoc Opere noſtro ad Kalendas Septembris illuſtrata habes. Sinicio in Sueſſionenſium præſulum Catalogis proximè ſubditur S. Divitianus *paucis admodum martyrologis notus. Illum tamen hoc* v *Octobris die memorat Martyrologium Pariſienſe, Eminentiſſimi Cardinalis de Noailles, archiepiſcopi Pariſienſis, auctoritate anno* 1727 *editum. Verba hæc ſunt:* Apud Sueſſiones ſancti Divitiani epiſcopi, cujus corpus apud ſanctum Criſpinum Majorem quieſcit. *Præiverat Caſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali eadem prorſus Gallicè dicens. Paulò prolixiùs, at minùs rectè, ad eumdem diem dixerat Andreas Sauſſayus in Martyrologio Gallicano:* Sueſſione, ſancti Divitiani epiſcopi & confeſſoris, qui ſancti martyris Sinicii ſucceſſor, ita meritis vicinus, quàm tempore remotus, eccleſiam primus in pace gubernavit, quam in tramitem juſtitiæ ſanctis monitis & exemplis feliciter deduxit, & ita pervenit ad gloriam. *Quid in hoc brevi elogio diſpliceat, dicam inferiùs.*

C

quo dicitur coli; ut in Remenſi de eodem mentio fit

2 *Eumdem* Sancti *titulo pariter honorant, ac die* v *Octobris obiiſſe, notant Sammarthani fratres, quique horum Galliam Chriſtianam continuârunt eruditi Benedictini; Claudius verò Robertus, item in Gallia Chriſtiana, ſic loquitur, ut neſcias, utrùm diem* v *Octobris velit ipſi emortualem fuiſſe, an ejuſdem cultui ſacrum. Eumdem tamen hodie coli, expreſsè etiam aſſerit Claudius Dormay, presbyter canonicus Regularis abbatiæ S. Joannis de Vineis apud Sueſſiones, in Hiſtoria ejuſdem civitatis, tom.* 1, *lib.* 2, *cap.* 5 *Gallicè inquiens,* Suffecerit ſcire, ipſum (*Divitianum*) ab Eccleſia coli, ut Sanctum, & hujus civitatis epiſcopum, ejuſdemque memoriam ab illa eccleſia celebrari die v Octobris. *Verùmtamen in Ms. codice Remenſis eccleſiæ SS. Timothei & Apollinaris, apud Sollerium noſtrum inter Auctaria Uſuardina laudato,* Depoſitio *illius ad diem* XXVIII *ejuſdem menſis legitur his verbis:* Sueſſionis, Depoſitio ſancti Divitiani epiſcopi & confeſſoris.

3 *Fortaſſe eumdem codicem laudavit Marlotus in Hiſtoria metropolis Remenſis lib.* 1, *cap.* 17, *dum ait:* Martyrologium Remenſe (ubi cuncta ſtrictim referuntur) nudum Divitiani nomen habet, brevi ornatum præconio, his verbis: "Quin- „ to Calend. Novemb. Depoſitio ſancti Divitiani „ epiſcopi & confeſſoris.„ *Tum hîc ſubdit Marlotus:* Depoſitio autem ea eſt, quâ homo vinculis carnalibus abſolutus, liber iturus ad cælum, terrenum corpus deponit, ex S. Ambroſio ſermone de depoſitione S. Euſebii. *Vult itaque Marlotus, in Remenſi codice emortualem* S. Divitiani *diem, non ſepulturæ tranſlationiſve tempus ſignari. Non examino, an iſte ſermo, qui in noviſſima Operum S. Ambroſii editione inter ſuppoſititios recenſetur, verè illius ſit; nec diffiteor, vocem* depoſitio *eo, quo apud Marlotum, modo paſſim adhiberi; non tamen certò auſim aſſerere, eamdem hîc ita accipiendam eſſe, ut nequeat ſupereſſe ſuſpicio de conſignato potiùs die, quo* S. Divitiani *corpus in honoratiori tumulo aliquando fuerit collocatum. At utrovis modo ea vox hîc exponenda ſit, ex prædictis equidem liquet,* S. Divitianum *ſaltem ratione cultûs ad hunc diem* v *Octobris pertinere.* F

die 28 hujus menſis, ignota mihi de cauſa.

4 *Neminem hactenus legi, qui dicat, aliqua* S. Divitiani *Acta antiqua exſtare; ſi verò recentiores conſulas, nihil quoque de inſigni hoc Viro apud hos reperies, præter mentionem illius factam à Flodoardo lib.* 1 *Hiſtoriæ Remenſis cap.* 3, *quam ex editione Colvenerii tranſcribo.* Sanctus verò Sixtus, Remorum primus epiſcopus, etiam Sueſſonicam * fundâſſe fertur eccleſiam, & B. Sinicium, collaboratorem & cooperatorem ſuum inibi conſtituiſſe; quique poſt ejuſdem S. Sixti deceſſum, nepote ſuo, ut fertur, ſancto Divitiano, Sueſſoni à ſe pontifice ordinato, quoniam noviter inſtituta Remenſis eccleſia lacte adhuc tenera fortè fovebat pignera, necdum ad onus pontificale per-

Pauca de illo ſcimus ex Flodoardo.

**alii* Sueſſionicam

A perferendum robuſta, Remis archiepiſcopalem (ea cogente neceſſitate) ſubiit cathedram. *Hæc, nec plura de* Divitiano *hiſtoricus Remenſis; ex quibus facilè conjicias, quàm levis de ipſius geſtis memoria exſtiterit jam inde à medio ſeculo* x, *quo iſte ſcripſit. De ſuo tempore inquit Marlotus:* Tanti Præſulis curſum in pontificatu, genus mortis & annum, geſtorum ejus memoriam tempus edax obliteravit.

S. Sinicio ſucceſſit circa finem ſeculi tertii,

5 *Non exſpectet igitur plura lector. Ipſum omnes Catalogi in ſerie epiſcoporum Sueſſionenſium tertio loco recenſent, primum S. Sixto, ſecundum Sinicio conſtanter tribuentes, nec ullam ſedis vacationem memorantes. Quam ob rem, cùm nulla, vel leviſſima, nos cogat ratio illam adſtruere,* Divitiani *ſedis tempus ex eo, quo proximus ejuſdem deceſſor Sinicius ſedit, eruendum eſt; idque etiam certiùs faciendum eſſet, ſi, quod Flodoardus dubitanter aſſeruit, conſtaret,* Divitianum *fuiſſe nepotem Sinicii, & ab hoc ad Remenſem ſedem commigrante, in Sueſſionenſem fuiſſe ſuffectum. Fuerunt porrò, qui, Flodoardo duce, crederent, SS. Sixtum & Sinicium primo Chriſtianæ æræ ſeculo à S. Petro, Apoſtolorum principe,* B *Româ in Gallias miſſos fuiſſe: verùm hanc ſententiam, tum alii, tum Stiltingus noſter ad Kalendas Septembris in iiſdem Sixto ac Sinicio, ſatis ſuperque refutârunt, eos ad annum circiter* 300 *referentes. Eadem de cauſa Caſtellanus in Martyrologio Univerſali, & auctor Martyrologii Pariſienſis,* Divitianum *circa eumdem annum* 300 *floruiſſe, annotârunt; ac meo quidem judicio rectè, ſic tamen, ut prorſus incertum mihi ſit, illene paucis annis ante finem ſeculi tertii, an poſt initium quarti obiiſſe credendus ſit; quis enim id in tantis tenebris palpando divinet?*

nec martyrio ſublatus fuit,

6 *Sauſſayus, in cujus verbis, num.* 1 *relatis, quædam mihi diſplicere, dixi, cùm in ea eſſet ſententia, quæ SS. Sixti & Sinicii miſſionem S. Petro, Apoſtolorum principi, attribuit, eoſque, non naturali morte, ſed martyrio è vivis ſublatos aſſerit; nec (ut opinor) facilè poſſet tempus ſedis* S. Divitiani, *quem omnes S. Sinicii ſine ullo medio ſucceſſorem nominant, confeſſoremque obiiſſe, memorant, tam diris perſecutionibus ſeculi primi illigare, eumdem à S. Sinicii* tempore remotum *vixiſſe, commentus eſt, primumque illum fuiſſe è Sueſſionenſibus epiſcopis, qui eam eccleſiam* in C pace gubernavit. *Sed fallitur: nam neque Sixtus & Sinicius ſeculo primo floruerunt, ut diximus, nec martyrio coronati ſunt, ut laudata eorumdem Acta & Commentarium iis prævium legentes facilè perſpicient. Adde, quòd Sauſſayus in hac ſua opinione dicere cogatur, Sueſſionenſem epiſcopatum poſt S. Sinicii obitum ultra duo ſecula vacâſſe, quod nulla veriſimili ratione probaverit.*

AUCTORE C. S.

ſed obiit confeſſor.

7 *Marlotus, cujus verba num.* 3 *dedi, credi voluit,* S. Divitiani genus mortis, *violentane ſcilicet, an naturalis ea fuerit, ignorari. Ita forſitan exiſtimavit, quòd ejuſdem eſſet cum Sauſſayo ſententiæ de tempore miſſionis SS. Sixti & Sinicii, agréque poſſet cum acerbiſſima illa Eccleſiæ ætate componere naturalem mortem* S. Divitiani, *aut inter hunc & Sinicium tam diuturnam ſedis vacationem ſine idoneo teſte affirmare. Atqui* Divitianus *etiam in Ms. codice Remenſi, quem Marlotus vidit, laudavitque, cum* Confeſſoris *titulo expreſsè annuntiatur, neque alium codicem protulit Marlotus, in quo eidem Sancto martyrii laurea adſcripta legitur: nonne ergò rectiùs eumdem naturali morte perfunctum dixiſſet, quàm illius mortis genus ignorari, ex malè fixo SS. Sixti ac Sinicii miſſionis tempore affirmavit?* Confeſſorem *itaque cum Remenſi codice, ſeu gemino, ſeu unico, atque recentioribus Martyrologiis, quæ ſuprà produximus,* S. Divitianum *appellamus, quales etiam deceſſores illius, Sixtum & Sinicium fuiſſe, diximus.*

E

Corpus ejus apud Sueſſiones in abbatia S. Criſpini Majoris.

8 *Quod de ejuſdem Sancti corpore apud S. Criſpinum Majorem quieſcente Pariſienſe & Caſtellani Martyrologia aſſerunt, conſentiunt Sammarthani fratres tom.* 3 *Galliæ Chriſtianæ in ſerie epiſcoporum Sueſſionenſium, in qua pag.* 1041 *tertio loco ſic habetur:* S. Divitianus, cujus corpus in D. Criſpini Majoris conditum eſt eccleſia. *Non diſſentiunt ejuſdem Operis continuatores Benedictini tom.* 9, *col.* 334; *ſed cum quadam cautione aiunt:* Corpus in baſilica S. Criſpini Majoris conditum, tradunt Sammarthani, fortè in loco, ubi poſtea ædificata eſt hæc baſilica. *Non exiſtimo, Sammarthanos recitatis verbis indicare voluiſſe,* S. Divitianum *mox ab obitu ſuo in laudata eccleſia, quæ tunc temporis minimè exſtabat, ſepultum fuiſſe; ſed nec iiſdem verbis inſinuâſſe cenſendi ſunt, illum eo in loco, ubi dicta S. Criſpini baſilica poſtmodùm condita eſt, primò humatum fuiſſe; cùm ſic verè loqui potuerint, modò ſacrum illius corpus eo, quo ſcribebant tempore, in eadem baſilica quieverit, quocúmque demum tempore illuc aliunde fuiſſet delatum. Ceterùm illa baſilica & abbatia Ordinis S. Benedicti, vulgò* Saint Criſpin le grand, *ſita eſt ſupra urbem Sueſſionum ad fluvium Axonam, de quibus conſuli poſſunt laudati Galliæ Chriſtianæ continuatores tom.* 9, *à col.* 394. *Plura (quod dolemus) de hoc ſancto Sueſſionenſi Epiſcopo neſcimus.* F

AUCTORE C. B.

DE S. MARCELLINO EP. CONF.

RAVENNÆ IN ITALIA.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Fasti sacri & scriptores præcipui, qui Sancti meminerunt.

ANNO CCCXLVI. *Sanctus, qui Romano hodierno, aliisque Fastis sacris*

INter priores undecim S. Apollinaris, primi Ravennatum episcopi, in sacra horum sede successores, quos omnes ad hanc columbæ divinitus illapsæ indicio designatos, popularis habet traditio, omnes, uno excepto Proculo, Fastis sacris invenio inscriptos, decimo loco occurrit S. Marcellinus, *qui, quamquam quidem, ut S. Severus, proximus ejus successor, Martyrologiis vetustioribus seu classicis inscriptus non sit, in Romano tamen hodierno, non secùs ac octo è decessoribus suis, Aderitus scilicet, Eleucadius, Martianus, Calocerus, Probus, Dathus, Liberius & Agapitus, commemoratur: & hi quidem cuncti, si unum Probum, ante* x *Novembris diem nullis prorsus Fastis sacris insertum, exceperis, sacro illo honore ad varios, quibus proinde in Opere nostro dati jam sunt, mensium præcedentium dies afficiuntur;* Marcellinus *verò hodie. Verba, quibus hoc postremum ibidem fit, pauca hæc sunt:* Ravennæ, sancti Marcellini episcopi & confessoris. *Hunc porrò Sanctum nostrum, qui hodie etiam Officio in ecclesia Ravennate quotannis colitur, è sacris hujus tabulis, quales in suis ad Martyrologium Romanum Notis laudat Baronius, puto depromptum; unde verosimillimè pariter profluxerit annuntiatio, quâ in binis Mss., Romano hodierno antiquioribus, Florentinis Usuardi Codicibus, Medicæo scilicet & Strozziano, à Sollerio nostro in Præfatione ad Usuardum num.* 254 *recensitis, ab eoque deinde inter Usuardina Auctaria relatis, hodie invenitur, quamvis interim in iis* Marcelli *pro* Marcellini *perperàm scribatur, celebratus hunc in modum:* Ravennæ sancti Marcelli ejusdem civitatis episcopi & confessoris.

B

C

hodie inscribitur, elogiisque etiam,

2 *Usuardino huic Auctario accedunt Fasti sacri, à Galesinio, Ferrario & Castellano contexti. Ac Castellanus quidem in Martyrologio suo Universali iisdem planè, quibus id in Romano fit, verbis, Gallicè redditis, breviter Sanctum commemorat; Galesinius verò & maximè Ferrarius, ille in suo anni* 1578 *Martyrologio, hic in Generali anni* 1613 *Sanctorum Italiæ Catalogo, oratione paulò prolixiori id præstant. Amborum verba describo. Prioris hæc sunt:* Ravennæ sancti Marcellini episcopi, tanta sanctitate viri, ut vel sola opinione homines à maleficio deterreret, & ad leges divinas colendas inflammaret; *posterioris verò ista:* Marcellinus x à S. Apollinare Ravennæ episcopus, columbæ indicio electus, ecclesiæ Ravennati post S. Agapitum anno Sal. ccxxx, Urbano Pontifice Maximo, præfuit. Quam ecclesiam per annos L, sive, ut alii tradunt, XLVII tanta sanctitate & pietate, adjunctâ prudentiâ, administravit, ut hac opinione homines à maleficiis absterreret, & ad divinas leges observandas exemplo maximè suo inflammaret, ut multos à dæmone oppressos liberaret, ac multis dæmonum insidiis petitus, ad divinam opem confugiens eos superaret. Denique in magna rerum perturbatione & Ecclesiæ persecutione, Aureliano imp. (sub quo, eo adhuc episcopo, Fusca virgo & Maura nutrix martyrio coronatæ sunt) graviter afflictus III Non. Octobris migravit è vita, Felice Papa. Cujus corpus fertur suavissimum odorem misisse in æde S. Probi sepultum.

D

E

ex ecclesia Ravennatu lectionibus tabulisque

3 *Nec tantùm hisce elogiis Sanctum exornant, verùm etiam pro fonte, è quo ea hauserint, Ravennatem Hieronymi Rubei Historiam assignant. Huic porrò etiam, Galesinius quidem Annalium urbis Ravennæ scriptores; Ferrarius autem ecclesiæ Ravennatis monumenta, adjungunt. Verùm qui qualesve illi Annales seu horum scriptores, quæ qualiave illa monumenta sint, non edicunt. Opus sanè, quod sub Annalium Ravennatum titulo concinnatum sit, hactenus non novi; quod verò ad ecclesiæ Ravennatis monumenta, à Ferrario laudata, pertinet, cùm hic hagiologus, de aliis agens Ravennatibus Sanctis, subinde etiam ejusdem ecclesiæ, quas tamen* antiquas (*adi in S. Agapito ad* XVI *Martii Opus nostrum*) *perperàm vocâris, lectiones laudet, monumentorum illorum partem hæ fortè non exiguam faciunt unà cum Tabulis, quas, ut suprà monui, citat Baronius, quasque præcipuè esse opinor Kalendaria Catalogosve, quibus ad diversos anni dies diversi Ravennates Sancti, vel nomine tenus dumtaxat, vel cum addito brevi elogio, cultusve ecclesiastici eis deferendi præcepto sint inserti. Ut res habeat, nihil equidem, quin Hieronymo Rubeo consonet, habet Galesinius, totumque ferè, quo Sanctum Ferrarius exornat, elogium ex eodem Ravennati historico est depromptum. Ut de re ferri queat judicium, juverit & hujus verba, huc facientia, transcripsisse.*

F

& Hieronymo Rubeo

4 Agapito, *inquit lib.* 1 *sub finem,* Marcellinus successit Ravennatum archiepiscopus, alterum & trigesimum circitèr annum supra ducentesimum ab ortu Christi, Urbano adhuc Romano Pontifice. Quinquaginta annis Ravennati ecclesiæ præfuit Marcellinus tanta sanctitate atque innocentia, ut vel sola opinione homines à maleficio deterreret, & ad leges divinas servandas ac colendas inflammaret. Sæpiùs cacodæmonum furorem (tanta in illo fuit magnitudo & præstantia benignitatis divinæ) nullo labore compressit, cúmque Virum sanctum illi, dispositis insidiis, vallatum tenerent ac circumveniissent, eo Deum suppliciter invocante, statim prostrati, miseréque afflicti sunt. *Hactenus ille, qui deinde, varias Romani imperii vicissitudines, plures Barbarorum*

A *rorum in id irruptiones, glorioſum SS. Fuſcæ & Mauræ martyrium, ſævas in Chriſti cultores perſecutiones aliaque nonnulla, quæ, gubernante Ravennatem eccleſiam* S. Marcellino, *accidiſſe vult, paulò prolixiùs exponens, ita tandem de Sancto concludit:* Sub id tempus (*Aureliano ſcilicet imperante*) Marcellinus, Ravennatum antiſtes, in tanta perturbatione vario rerum eventu miſerè graviterque affectus animam exhalavit tertio Non. Oct. Dum extremum ſpiritum duceret, ejus cadaver ferunt unguentorum ſuaviſſimorum divinum odorem afflaviſſe. Sepultus eſt in divi Probi.

depromptis, à Galeſinio & Ferrario celebratur, à binis præterea.

5 *Confer nunc hæc cum binis elogiis ſuprà hùc tranſcriptis, videbiſque Galeſinium & Ferrarium, horum auctores, ex Hieronymo Rubeo, qui præterea priorum undecim S. Apollinaris ſucceſſorum columbæ divinitus illapſæ indicio ad epiſcopatum electionem loco non uno docet, indubiè hauſiſſe. Nec tantùm id fecerunt ambo hi hagiologi, verùm etiam in libro, Italicè ſcripto, quem* ſacra Ravennæ antiquæ Monumenta *inſcripſit, annoque* 1664 *vulgavit, Hieronymus Fabri, metropolitanæ Ravennatum eccleſiæ canonicus, infrà plus ſemel laudandus, aliique nonnulli, qui poſt*

B *annum* 1572, *quo primùm prodiit Hieronymi Rubei Hiſtoria, de Ravennatis eccleſiæ rebus Sanctiſve ſcripſerunt. Hos omnes, utpote qui Rubei de Sancto noſtro aſſerta nec roborent, nec infirment, nihilque ferè, quod ex his hauſtum non ſit, doceant, hìc enumerare operæ pretium non eſt, pergoque proinde ad binos (neque enim etiam plures alios his recentiores hîc moror) ſcriptores antiquos, quos adhuc Mss. dumtaxat ſibi prælucentes habuit, atque ad contexendam Ravennatem Hiſtoriam adhibuit ſæpiſſimè jam nominatus Hieronymus Rubeus.*

qui reliquis antiquiores ſunt, ſcriptoribus, Agnello ſcilicet,

6 *Prior eſt Agnellus, appellatus etiam Andreas, qui librum Pontificalem ſeu Vitas Ravennatum Pontificum anno circiter* 840 *conſcripſit. Opus hoc Benedictus Bacchinius, abbas S. Mariæ de Lacroma Ord. S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, è Ms. Bibliothecæ Eſtenſis Codice eruit, variéque à ſe illuſtratum typis primùm anno* 1708 *publici juris fecit, idemque deinde Muratorius, cum codice Eſtenſi denuò collatum, iterata editione in Rerum Italicarum Scriptorum tom.* 2 *unà cum Bacchinii in id Obſervationibus Diſſertationibuſque intulit. Ambo porrò editioni, quam adornârunt, præfationem præmiſêre ſanè eruditam, quâ, quis fuerit Agnellus, quâ ætate floruerit, &*

C *quâ ſit fide dignus, additis etiam, quibus laboret, defectibus, dilucidè exponunt. Præcipua, huc ſpectantia, è Bacchinii Præfatione apud nos tom.* V *Julii pag.* 243 *exſtant excerpta, quò propterea, ſtudioſe lector, vel ad Bachinii, aut etiam Muratorii, ſi ad manum ſit, Præfationem pro ampliori Agnelli concinnatique ab eo Pontificalis notitia, brevitatis ergô te remitto. En modò, quæ Agnellus editionis Bacchinii, quam hîc, niſi aliud dicam, ſemper intelligam, part.* 1, *pag.* 162 *de Sancto noſtro, quem, ſpectato, quo poſt S. Apollinarem ſederit, ordine,* decimum *appellat, capite unico ſub hoc titulo,* Vita ſancti Marcellini, *memoriæ prodat.*

ejus verba hic recitantur,

7 Marcellinus x, *inquit*, juſtus & timoratus ſuis orationibus dæmonum caſtra proſtravit, & oves, quæ à Domino ei traditæ fuerant, impiger cuſtodivit, ne ille immaniſſimus lupus, qui quotidie ſævit, & furit, caſtra ſuæ eccleſiæ laniare potuiſſet, & ex ſuis ovibus prædam evelleret, ut non Chriſtianorum animas, quas ſanctus Vir Omnipotenti Domino adquiſierat, beluino gutture devoraret, ne infernalibus connexis gehennæ vinculis,

ditione manciparet. Tranſactoque plurimo annorum curriculo ſpatii, pontificatum amiſit & vitam, cujus tanta corpus odoramenta flagravit, ut pretioſiſſima mirrhæ, incenſi, odoramenta ſepelientium nares ſentirent. Sepultus eſt, ut fatentur alii, in baſilica B. Probi. Sedit autem annos.... menſ..., dies.... *Ita hactenus Agnellus, cujus hæc etiam idcircò præcipuè, quòd uſui infrà futura adhuc ſint, de Sancto noſtro verba volui huc tranſcribere, quamvis interim præter ſedis* S. Marcellini *diuturnitatem ſepulturæque locum nihil ferè notatu dignum edoceant. Sanctum quidem præterea, veluti paſtorem vigilantiſſimum, depingunt, nec dubito, quin revera is in gregem ſibi commiſſum diligentiſſimè invigilârit; attamen cùm vigil ſedulaque gregis adverſus omnes dæmonum inſidias tutandi cura omnibus omninò paſtoribus ſeu epiſcopis, ſanctitatis laude conſpicuis, ſit communis, eam fortè, utut ſpeciatim in antiquis monumentis non notatam, Sancto noſtro, ne alioquin ejus Vita appareret nimis jejuna, Agnellus nominatim attribuerit. Cùm enim hic ſcriptor, ut Bacchinius in prima ſua in eum Diſſertatione, cap.* 2 *docet, nulla omnino vel S. Severi, duodecimi Ravennatum antiſtitis, vel etiam* E *deceſſorum ejus Acta ſcripta habuerit, probabilibus dumtaxat conjecturis, quæ de hiſce ſpeciatim memoriæ prodit, frequenter ſuperſtruit, uti ipſemet in S. Exuperantio* XIX *Ravennatum antiſtite ſatis indicat.*

& anonymo, qui canonicum ſe prodit, memoratur.

8 *Ad alterum modò è ſcriptoribus antiquis, quorum ſuprà memini, progrediamur. Muratorius in eodem Ms. Bibliothecæ Eſtenſis codice, è quo Agnelli librum pontificalem eccleſiæ Ravennatis eruderârat Bacchinius, Vitas priorum aliquot epiſcoporum Ravennatum, ſeu potiùs habitos de his ad populum ſermones, quibus Vitæ titulus deinde fuerit adjectus, unà cum aliis nonnullis Opuſculis invenit, eaque omnia, Spicilegii Ravennatis Hiſtoriæ titulo inſignita, tom.* 1, *part.* 2 *Scriptorum Rerum Italicarum inſerunt. Cauſas, ob quas Opus hoc vulgârit, in Præfatione docet, uti etiam lucubratiunculas illas omnes, quas id complectitur, à variis auctoribus, qui poſt Agnellum floruerint, eſſe profectas, quod tamen (vide Operis noſtri tom.* 7 *Septembris pag.* 400, *num.* 9) *ita videtur quantùm ad epiſcoporum Ravennatum Vitas intelligendum, ut harum omnium unus idemque, qui ſcilicet eaſdem etiam pro arbitrio ſubinde mutârit interpolârit que, collector exſtiterit, ſeculo* XIII *longè poſterior. In illa porrò, quam hic digeſſit, collectione, ſeu, ut hanc appellare maluit Muratorius, Ravennatis Hiſtoriæ Spicilegio pag.* 554 *& ſeqq. legitur S. Probi Vita, cui hujus aliorumque ſeptem Ravennatum antiſtitum tranſlationis, anno circiter* 963 *factæ, Hiſtoria inſeritur, ab anonymo, qui rei geſtæ interfuit, canonicumque ſe prodit, auctore (adi eumdem* 7 *Septembris tom. pag.* 403, *num.* 25 *& ſeqq.) litteris conſignata; hic autem, qui, quod præcipuè huc ſpectat, ille ipſe eſt è binis ſuprà memoratis ſcriptoribus antiquis poſterior,* S. Marcellinum *ſanctis Ravennatibus epiſcopis, quorum corpora refert fuiſſe tranſlata, accenſet. Verba, quæ ad Sancti noſtri tranſlationem pertinentia ſuppeditat, infrà ſuo loco, cùm de hac ſermo erit, deſcribam. Aggredior nunc, quæ præviè adhuc tractanda ſunt, quæque ut eo, quo geſta ſunt, ordine proponantur, à Sancti ad ſedem Ravennatem electione ducendum eſt initium.*

§ II.

AUCTORE C. B.

§ II. Quæ prosint & quæ contrà obsint Ravennatum traditioni, quâ Sanctus, aliique priores decem S. Apollinaris in sede Ravennati successores à Spiritu Sancto in specie columbæ apparente feruntur electi.

Sanctum miraculo fuisse designatum episcopum, popularis,

Sanctus Marcellinus *novemque ejus in sede Ravennate decessores & proximus successor Severus à Spiritu Sancto, qui sub specie columbæ suprà eligendorum caput apparuerit, ad episcopatum prodigiosè fuerint assumpti, si modò populari, quæ apud Ravennates viget, creditурque, traditione sit standum. Verùm quid tandem de hac statuendum?*

B *Fuisse re vera S. Severum columbæ divinitus apparentis indicio episcopum designatum, passim ab eruditis non revocatur in dubium, quamvis interim id à scriptoribus seculo nono antiquioribus, annisque minùs quadringentis à re gesta remotis, memoriæ proditum non inveniatur; quod verò ad S. Marcellinum novemque ejus decessores pertinet, septem ex his in Opus nostrum, uti, quæ num. 1 dixi, sat aperiunt, Majores nostri jam intulêre; verùm super traditione ista, prout simul & ad S. Severum, & ad Sanctum nostrum novemque ejus decessores, seu ad omnes undecim priores S. Apollinaris in sede Ravennati successores sese extendit, nusquam apertè mentem suam declarârunt. Etsi enim monumenta scriptorumve verba, illam non obscurè insinuantia, subinde, ut argumenti exigebat ratio, tunc retulerint, essentne tamen hæc veritati consona, an dissona, minimè pronuntiârunt, remque, Ravennati ecclesiæ à pluribus jam seculis constanter creditam, maximè idcircò, quantùm opinor, quòd ei invictè, integréque pro Ravennatum desiderio probandæ documenta idonea non suppeterent, diligentiùs aliis discutiendam definiendamque huc usque reliquerunt.*

C 10 *Et verò, cùm antiquas præterea particularium ecclesiarum traditiones indubitanter ut falsas commentitiasque absque ullis solidis & positivis, ut vocant, argumentis rejicere, rationi etiam consentaneum non sit, taliaque adversus antiquam illam Ravennatum traditionem militare, verosimiliter non compererint, optimo sanè prudentissimoque consilio id fecerunt, illorumque idcirco, cùm præterea non magis ad Sanctum nostrum, quàm ad ejus decessores, in Opere nostro jam datos, illa spectet de prodigiosa ad episcopatum electione traditio, vestigiis hîc insistere, penitusque ab hac, super qua sanè nil temerè pronuntiandum intelligo, tum admittenda, tum etiam rejicienda abstinere est fixum. Attamen cùm id omnibus, qui res controversas dubiasque decidi rationesve saltem, iisdem maturè expendendis librandisque aptas, proponi desiderant, futurum fortè non sit gratum, non tantùm, quod apud nos tom. VII Septembris in S. Aderito num. 2 factum jam est, ad Hieronymum Fabri, qui traditionem totis viribus propugnat, & ad Benedictum Bacchinium, Muratoriumque, qui, quæ illam falsitatis reddere suspectam sunt nata, proponunt, lectores curiosos remitto; verùm etiam in gratiam eorum, quibus fortè tres hi scriptores ad manum non fuerint, argumenta præcipua, quæ singuli in rem suam adducunt, vel ipsis eorumdem verbis, vel certè in compendium contracta describo, observationibus etiam, ubi id opportunum congruumve videbitur, subinde adjectis. Ab iis, quæ Hieronymus Fabri affert, exordior.*

supra quæ non temerè pronuntiandum, fert traditio.

Scriptores monumentaque, quibus illud Fabrius propugnat.

11 *Hic scriptor in Opere, quod, ut jam dixi,* Sacra Ravennæ antiquæ Monumenta *inscripsit, annoque 1664 typis Venetis edidit, part. 1, pag. 344 & seqq. omnia prorsus, quibus factam priorum undecim S. Apollinaris successorum à Spiritu Sancto in columbæ specie apparente ad episcopatum electionem fulciri posse animadvertit, studiosissimè congerit, moxque, ubi hanc non nudam esse simplicemque ecclesiæ Ravennatis traditionem, sed à magni nominis historicis affirmari, fideique effici indubiæ nobilissimis plurium seculorum monumentis, asserit, diversos diversorum temporum, qui prodigiosum illum electionis modum calculo suo approbârunt testimoniove confirmârunt, scriptores recenset. His porrò deinde, quibus etiam musivum seu tessellatum Ursianæ seu cathedralis apud Ravennates ecclesiæ opus, monumentis tamen potiùs quàm scriptoribus annumerandum, interserit, varia antiqua, eumdem illum electionis modum indicantia, monumenta adjungit, Ravennatis scilicet ecclesiæ & provinciæ Kalendaria, Breviarii Erfordiensis de S. Severo Lectiones, editum de festorum dierum cultu à Julio Feltrio Ruvereo; Urbinatium Cardinale archiepiscopo Ravennate, in concilio provinciali decretum, antiquissimam ecclesiæ S. Jacobi Argentinensis Picturam, antiquum Ms., quod in capituli Ravennatis archivo servatur, Missale, ac tandem ipsa, quæ albam in campo rubro crucem, hujusque à dextris albam itidem columbam, viridis olivæ ramo in rostro instructam, complectuntur, ecclesiæ Ravennatis insignia. Accipe modò, quid in omnia hæc monumenta scriptoresque, iisdem præmissos, observandum occurrat.*

unà cum nonnullis.

12 *Hos inter Bollandus noster, tamquam qui in SS. Severo, Calocero & Eleucadio Ravennatum episcopis, tom. 1 & 2 Februarii datis, factam priorum undecim S. Apollinaris successorum à Spiritu Sancto in specie columbæ apparente electionem pro probata habeat, computatur; quod quo jure fiat, haud equidem perspicio. Etsi enim ibidem Bollandus nonnulla, quibus supernus ille electionis modus adstruitur, auctorum anteriorum verba transcribat, hæc tamen nec adoptat, nec an veritati consonent, edicit. At verò, utut id ita habeat, meritò equidem præter recentiores non paucos Desiderius Spretus, Petrus de Natalibus, Ricobaldus Ferrariensis, ac tandem etiam B. Petrus Damianus patriâ Ravennas, S. R. E. Cardinalis episcopus Ostiensis, à Fabrio pro electionis, de quo hîc disserimus, miraculo adducuntur, uti etiam musivum seu tessellatum, utpote in quo priores undecim, nec plures, S. Apollinaris successores cum apparente supra singulorum caput columba cernuntur expressi, ecclesiæ Ravennatis opus, etiam à Majoribus nostris in S. Agapito ad XVI Martii diem alibique non semel laudatum. Verùm & hoc, uti ipsemet docet Fabrius, ante annum 1112 non fuit exstructum, & è cunctis nominatis scriptoribus antiquior est B. Petrus Damianus, qui tamen ante seculum decimum propè elapsum (adi Operis nostri tom. III Februarii pag. 415) natus non est, quique proinde an unà cum antiquo illo ecclesiæ Ravennatis opere, memoratisque sequioris ætatis scriptoribus prodigiosam priorum undecim S. Apollinaris successorum, quorum postremus S. Severus anno 346 sedere incepit,*

F

A cepit, electionis historiam, à qua sex amplius seculis, inter annum circiter 1000 & annum 346 elapsis, abfuit, certam atque indubitatam possit efficere, aliorum esto judicium.

quæ annotari convenit, proponuntur,

13 Ad ea, quæ etiam in monumenta suprà recensita observari convenit, jam progredior. Est pariter his omnibus, quantùm opinor, B. Petrus Damianus antiquior, nihilque certè, quo contrarium aptè evincat, Fabrius adducit in medium. Ait quidem, quæ ultimo loco laudat, ecclesiæ Ravennatis insignia mille amplius annis esse antiqua, utpote abhinc ipsa, quæ ex opinione apud eruditos communiùs modò recepta ab anno circiter 567 ad annum circiter 742 excurrit, exarchorum Ravennatum ætate jam usurpata; verùm tam antiquum, de quo hîc plura disputare non lubet, insignium illorum usum nec probat, nec, etsi probaret, propterea esset certò consequens, ut is ex prodigiosa illa, quæ ab apparente in specie columbæ Spiritu Sancto facta sit, priorum undecim S. Apollinaris in sede Ravennate successorum electione primitus fuisset inductus; quod tamen ad finem à Fabrio intentum necessariò requiri, nemo non videt. Porrò hic scriptor monumentis, de quibus modò notata sufficiant, corollarii quodammodò vice etiam adjungit antiquam S. Severi Ravennatis episcopi Vitam, à Bollando in Operis nostri tom. 1 Februarii illatam, quæ, priores S. Apollinaris successores columbæ indicio electos, tom. cit. pag. 82 & seq. num. 4 luculentissimè docet; verùm hæc, cùm anonymum, uti in Commentario eidem præmisso num. 5 docet Bollandus, seculi dumtaxat decimi aut undecimi auctorem, ac proin B. Petro Damiano non multò antiquiorem, imò fortè etiam recentiorem, habeat, scriptoribus monumentisque à Fabrio pro prodigiosa illa electione allatis magnum pondus haud addit.

B

argumentumque, traditioni saltem favens, adjungitur:

14 Validiùs nonnihil pro eadem ex Agnello, quem Fabrius non vidit, quemque alioquin in subsidium etiam vocâsset, potest argui. Etenim is scriptor, qui ex dictis Ravennatum antistitum Vitas anno circiter 840 litteris consignavit, ac proin sesquiseculo ut minimùm ante B. Petrum Damianum floruit, part. 1, pag. 169 S. Severum ad ecclesiam, quò novi Ravennatis episcopi electioni interesset, sese conferre meditantem, uxori in hæc verba inducit loquentem: Vadam, & videbo visionem mirabilem, quomodò de alto cælo columba veniet, & super electi caput conscendat; quæ sanè solitum jam dudum ætate Severi Spiritus Sancti sub visibili columbæ forma in Ravennatum pontificum electionibus supra caput eligendi descensum apertissimè indicare videntur: quamvis autem ex eo, quòd Agnellus, quæ hîc de S. Severo scribit, non ex antiquis monumentis, sed è multorum dumtaxat seniorum, uti ipsemet fatetur, narratione hauserit, pluriumque seculorum spatio ab omnibus prioribus undecim S. Apollinaris successoribus abfuerit, non immeritò forsan possit contendi, prodigiosam horum columbæ indicio electionem recitatis scriptoris illius verbis certam haud effici, est tamen, quantùm apparet, eur ex his concludatur, Ravennatum de illa traditionem seculo decimo aut undecimo, contrà ac nonnulli sentiunt, multò esse antiquiorem.

C

unde hanc, cujus antiquitati Bacchinius ratiocinio,

15 At verò si Bacchinio, cujus & Muratorii argumenta jam producenda sunt, stare velis, ne tantam quidem idcircò traditionis illius, quam unde forsan ortam suspicari quis queat, mox intelliges, antiquitatem admiseris; in Observationibus enim, quas Vitæ S. Severi scriptor ille subjungit, pag. 174 in eam, quâ Severum pro-

phetico spiritu de propria futura electione Agnelliana proximè huc transcripta verba forsan pronuntiâsse, autumat, opinionem propendet, idque, quantum opinor, ob rationes contentas in ratiocinio, quod ibidem & pag. anteced. præmiserat, quodque eò ferè reducitur: Agnellus de prodigiosa S. Severi ad episcopatum electione ita etiam cap. 1, pag. 163, scribit: Cujus (S. Severi nimirum) sacerdotium ab Omnipotente Domino tantùm prædestinatum fuit, ut in illius electione Spiritus Sanctus missus fuisset in specie columbæ, quam omnis populus viderunt corporalibus oculis, & super ejus caput requievit, unde in proverbium &c; quibus verbis innuere seu explicare videtur specialem anteaque Ravennæ insolitum, qui per Spiritum Sanctum, sub columbæ forma apparentem, in S. Severi electione primùm enituerit, divinæ providentiæ modum, huncque præterea suo de columba, quæ in decessorum S. Severi electione apparuerit, silentio, in omnium horum Vitis ubique constanter servato, sufficienter suadet. AUCTORE C. B.

hîc quantùm ad substantiam

16 Adhæc Luidolphus presbyter, qui alteram scripsit S. Severi Vitam, à Bollando tom. 1 Februarii pariter editam, monachum Ravennatem, quem ipsemet audierat, inducit ibidem pag. 89, num. 7 de S. Severo ita loquentem: Orante autem populo, ecce, subitò columba quædam desuper volitans super caput ipsius, cunctis cernentibus, consedit. Quod quidam pro signo accipientes, eum sacerdotio dignum judicabant: alii verò indignè ferentes, quòd tam vilibus vestimentis indutus inter primos civitatis stare præsumpsisset, eum inhonestè, sicut ei uxor evenire optaverat, de ecclesia exire compulerunt, altera autem die in ecclesia latitare volens, etiam per columbam proditus sollicitabat corda intuentium. Tertia verò die, cùm in ecclesia positi aliquod signum à Deo præstolarentur, ille, qui non in facie, sed in corde videt & judicat, quasi duritiem illorum increpans, eum sicut priùs per columbam sacerdotio dignum palàm omnibus demonstravit. E

descripto, adversatur,

17 Quibus verbis indicari videtur, Spiritûs Sancti, sub columbæ specie supra eligendi Ravennatis antistitis caput apparentis, prodigium in S. Severi, priorum undecim S. Apollinaris successorum postremi, electione primum evenisse; iis enim monachus Ravennas, seu, si mavis, ex ea, quam ex ipso hujus ore accepit, relatione Luidolphus narrat, descendente supra Severi caput columba, aliquos eum dignum sacerdotio habuisse, alios secùs, qui etiam illum extra ecclesiam expulerint, nec descensui secundo columbæ obedierint, sed exspectaverint signum demonstrari; hæc autem omnia accidere non potuissent, si ex præcedentium pontificum electionibus compertum apud Ravennates fuisset, à Deo virum illum, super cujus caput columba appareret, episcopum designari. Jam verò cùm eodem seculo nono, quo ex dictis Agnellus, etiam Luidolphus presbyter, ut tom. Februarii cit. in Comment. ad Vitam S. Severi prævio num. 7 Bollandus docet, floruerit, quis non è proximè recitatis illorum verbis concludat, seculo IX labente aut etiam ad finem inclinante, peculiarem S. Severo æstimatam fuisse prodigiosam columbæ indicio electionem, quæ posterioribus temporibus communis credita est omnium Ravennatum antistitum, qui à S. Apollinare usque ad S. Severum in Ravennati cathedra sederunt? F

suspicari forsan quis posset, primitus exortam,

18 Ita propè quantùm ad substantiam habet institutum à Bacchinio loco cit. ratiocinium; quod si putes legitimum, videsis, tum an eo, in quem

AUCTORE C. B.

quem ex dictis hic scriptor propendet, sensu accipienda non sint Agnelli verba priori loco seu num. 14 *huc transcripta, tum etiam an ex his perperam intellectis primitus orta non sit Ravennatum de prodigiosa priorum omnium undecim S. Apollinaris successorum electione traditio, quæ, quamquam quidem seculo* IX *nondum esset pervulgata, temporis tamen lapsu ita invaluit, ut passim ab omnibus, Ravennatibus saltem, videatur fuisse admissa non modò seculo* XII, *quo musivum suprà laudatum Ursianæ seu cathedralis Ravennatis ecclesiæ opus fuit exstructum, verùm etiam seculo* XI, *quo B. Petrus Damianus floruit, quoque, quod bene notandum est, duabus hisce vocibus,* solito more, *quæ difficultatis num.* 14 *propositæ nodum tangunt, adjectis, ipsissima ferè Agnelli verba, ibidem recitata, serm.* 1 *de S. Severo describpsit, uxori Sanctum hunc dicentem inducens,* Vadam & videbo visionem mirabilem, videlicet, quomodò columba de cælo veniat & super electi caput SOLITO MORE consideat.

& unde re ipsa ortam, B

19 *Verùm enimverò utut hæc de Ravennatum traditione habeant, Muratorius, ad quem tandem venio, longè aliam illius originem suspicatur. Audi ipsummet tom.* 1 *Scriptorum Italiæ part.* 2, *pag.* 527 *in ea, quam Ravennatis Historiæ Spicilegio præfixit, Præfatione suis verbis ita loquentem :* Animadvertas velim, vulgo ibidem (*Ravennæ nimirum*) creditum, Spiritum Sanctum sub visibili columbæ specie priores duodecim episcopos indicâsse à clero & populo eligendos. Equidem persuasionem hanc iis (*Ravennatibus*) eripere mihi non est animus. Attamen suspicari non desino, an invaluisse potuerit hujusmodi opinio ex pictura aliqua veteri malè intellecta. Quum enim episcoporum olim electio ab ejusdem cleri & populi votis penderet, atque in ipsam influere, & quidem meritò, putaretur divini Spiritus secreta motio, ac præsertim quoties in sanctos Viros electio cadebat, pictores illorum episcoporum imaginem efformantes, supra eorum caput Paracletum sub columbæ specie appingebant, ut sensibile oculis exhiberetur, quod invisibili tantùm actione peractum fuerat.

suspicetur Muratorius. 20 Proinde ignarum vulgus subsequentium seculorum accipere facilè potuit typum pro historia, & fictionem pictori licitam tamquam rem certam. Ita vulgus tot martyres post abscissam cervicem non sine ingenti prodigio supervixisse, suumque caput propriis manibus aliò detulisse, sibi persuasit hac una ratione, quòd eos in pictura caput suum manibus gestantes adspexisset, quum tamen pictores nihil aliud significare voluerint, nisi martyres illos capitis diminutione mortem pro Christo sustinuisse. Sunt & sexcenti hujusmodi errores, sive opiniones malè suffultæ, quibus tantùm originem dedit pictorum licentia, perperàm à posteris accepta atque explicata. Liceat Ravennatibus traditionem suam mordicus tueri; sed & mihi licuerit dubitationem meam hoc in loco exerere. *Habes nunc, erudite lector, quæ faveant, & quæ contrà adversentur Ravennatum traditioni, cui an assentiendum potiùs sit, quàm dissentiendum, quisque modò pro arbitrio statuat.*

C

* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

D

§ III. Tempus, quo Sanctus sedere inceperit & obierit.

Sanctus, quem, contrà ac Majores nostri aliquando

MAjores nostri de priorum Ravennatum antistitum serie chronologiaque loco non uno tractârunt, ac in primis quidem ad primam Februarii diem, S. Severo Ravennatum episcopo confessori sacram. *Quid multa ? In Commentario ad Sancti hujus Vitam prævio § 1, num.* 4, *nonnullis Fastis sacris, in quibus ad Kalendas Januarii Severi alterius, Ravennatis martyris, addito etiam episcopi titulo, memoria signatur, in medium adductis, de posteriori hoc Severo, quem ad dictum Januarii diem in Opus nostrum jam intulerant, ita pronuntiant :* Cùm de martyre Ravennate Severo, quem Hieronym. Rubeus ait 1 Janu. coli, alii 1 Febr. referunt, nihil constet, nisi sub Maximiano coronatum martyrio, an non suspicari fas sit, episcopum illum fuisse; sed cùm ejus Acta laterent, posterioris Severi confessoris E celebriorem conservatam memoriam ? At severè pronuntiat Ughellus tom. 2 Italiæ sacræ, mendacium esse, asserere plures Severos. Non asserimus quidem; sed quo argumento severam suam censuram firmet vir doctissimus, non satis perspicimus. Fuisse certè celebrem jam olim opinionem de S. Severo ep. Ravennate martyre, patebit inferiùs ex Vita per Luidolfum, cui cap. 2, num. 5 ita Ravennas monachus respondet : " Severus, ,, cujus tu Vitam scire desideras, non fuit martyr, ,, sed confessor.,, Ergò de episcopo ita percunctatus erat Luidolfus, ut martyrem eum existimaret; si quidem quadret interrogationi responsio.

suspicati sunt, S. Severus martyr non præcesserit, 22 *His porrò, postquam de S. Severi Ravennatis episcopi confessoris ætate, seu tempore, quo is sedere inceperit & obierit, nonnulla contra Hieronymum Rubeum § 2 disputârunt, num.* 13 *etiam subjungunt :* Si quis antiquiorem fuisse S. Marcellinum probârit, eique successisse Severum aliquem, dicat sanè, duos fuisse Severos, ipso non omninò repugnante Baronio, sed posterioris celebritate prioris obscuratam esse famam. Quid si episcopus fuit Severus ille martyr, quem diximus Kalendis Januarii coli, sub Maximiano interfectum? F Multi, ut § superiori & ad illum diem diximus, episcopum & martyrem eo die statuunt. Neque ex Actis martyrii, quæ nulla extant, probari potest, episcopum non fuisse. *Sunt itaque, uti è binis hisce huc jam transcriptis textibus palàm est, Majores nostri aliquando suspicati, ante S. Severum, episcopum Ravennatem confessorem, ac proin etiam ante Sanctum nostrum, utpote proximum hujus secundùm ipsosmet & dicenda decessorem, in cathedra Ravennensi etiam sedisse S. Severum martyrem suprà memoratum, quem etiam præcedere potuerit Marcellinus alter, à Sancto nostro distinctus, eoque antiquior. Verùm S. Petrus Chrysologus, & ipse Ravennatum episcopus, ante annum* CCCCXLVIIII, *quo è vivis excessit, de S. Apollinare, primo Ravennatum antistite, Sermone* 128 *locutus fuit in hunc modum :* B. Apollinaris primo sacerdotio solus hanc ecclesiam Ravennatem vernaculo atque inclito martyrii honore decoravit. *His autem verbis dilucidè docemur, nullum omninò, si S. Apollinarem exceperis, Ravennatum antistitum, qui ante Petrum Chrysologum vixêre, martyrio fuisse coronatum, ac proin in horum serie*

ante

A *ante Sanctum noſtrum & S. Severum confeſſorem, anno circiter 390 vitâ functum, collocari non poſſe S. Severum martyrem, ſeſquiſeculo circiter, uti de eo apud nos tom. 1 Januarii pag. 20 notatur, ante Petri Chryſologi ætatem martyrio affectum.*

Marcellinum etiam antiquiorem,

23 *Nec eſt, cur propterea Majores noſtros hìc incuſes: cùm enim non aſſerendo, ſed ſuſpicando dumtaxat ſint locuti, non uſquè adeò ſcrupulosè in rem debuerunt inquirere, memoratumque, quem Petrus Chryſologus de S. Apollinare, non de S. Severo martyre, habuit, ſermonem conſulere. Adhæc ſuſpicionem illam ipſimet, quam, cùm anno 1658 præfatum ederent Februarii tomum, inſinuârant, decennio dumtaxat pòſt, ſecundum vulgantes Martii, in S. Agapito, proximo ex dicendis Sancti noſtri in ſede Ravennati deceſſore, depoſuerunt. Etenim ibidem de muſivo ſeu teſſellato Urſianæ apud Ravennates eccleſiæ opere ſuprà memorato, quod antea è Leandri Alberti Italiæ deſcriptione utcúmque dumtaxat cognorânt, tumque ipſimet Ravennæ coràm aſpexerant, atque admodùm antiquum compererant, ita num. 3 loquuntur:* Nos ſanè antiquæ iſti picturæ multùm deferimus, & quamdiu potiora nulla ſuppetunt monumenta, ex quibus in eam ſeriem vitium aliquod irrepſiſſe oſtendatur, eidem ſtandum eſſe cenſemus: *in hac autem, quam his verbis memorant, epiſcoporum Ravennatum ſerie novem dumtaxat ſequentes, Aderitus nimirum, Eleucadius, Martianus, Calocerus, Proculus, Probus, Dathus, Liberius & Agapitus ſeu Agapetus, qui ante S. Severum confeſſorem proximumque ejus deceſſorem ſanctum* Marcellinum *ſederint, occurrunt, ut adeò Majores noſtri, utpote qui à ſerie illa non recedendum, loco proximè cit. nihilominus cenſuerint, ſuam, quam expoſui, de S. Severo martyre Marcellinoque antiquiori ſuſpicionem jam depoſuiſſent, cùm anno 1668 ſecundum Martii tomum publici juris facerent. Et ſanè reipſa etiam Severus martyr, Marcellinuſque, Sancto noſtro antiquior, è Ravennatum epiſcoporum numero vel idcirco videntur excludendi, quòd etiam in horum ſerie, utpote quæ jam producta ex muſivo eccleſiæ Urſianæ opere planè ſit ſimilis, ab Agnello, ſcriptore ex dictis, & ipſo hoc muſivo Opere & ſcriptoribus omnibus, de Ravennatum antiſtitum ſucceſſione tractantibus, antiquiori, aſſignata non compareant.*

B

C

aut ullum alium, quidquid contrà opponatur,

24 *At verò, inquies fortaſſis, in S. Severi Ravennatis epiſcopi Vita, ſuperiùs num. 13 jam laudata, atque apud nos tom. 1 Februarii priori loco excuſa, num. 4 ita memorat auctor anonymus:* Hanc ſiquidem urbem (*Ravennam ſcilicet*) meritis præcipuis ejuſdem ſui triumphatoris B. Apollinaris, adeò clemens & pius rex Chriſtus, præ ceteris decorando inſignivit, ut ex quo ille miles felix laureatus coronâ martyrii intravit in gaudium Domini ſui, inſtar duodeni Apoſtolorum apicis, duodecim illi ſucceſſores per varia annorum curricula ſuppleret, non humana electos induſtriâ, ſed potiùs divinâ vocatos providentiâ, & ſuper quorum capita cælitus miſſa requievit columba; *his autem verbis clariſſimè indicatur, duodecim S. Apollinaris in ſedem Ravennatem ſucceſſores columbæ divinitus miſſæ indicio ad epiſcopatum fuiſſe deſignatos. Jam verò cùm è cunctis Ravennatum epiſcopis, qui hujuſmodi miraculo feruntur electi, omnium ultimus, uti modò inter eruditos ſatis convenit, fuerit S. Severus confeſſor, hunc que in ſerie, quam & Agnellus, & muſivum Urſianæ eccleſiæ opus exhibent, decem dumtaxat S. Apollinaris ſucceſſores præcedant, neceſſe eſt, ut ad ſeriem iſtam; ſi non vel S. Severus martyr, vel Marcellinus Sancto noſtro antiquior, alter certè alterius nominis; qui ante S. Severum confeſſorem hujuſque deceſſorem* Marcellinum *ſederit, S. Apollinaris ſucceſſor adjiciatur. Adhæc, perges, in Ravennatis Hiſtoriæ Spicilegio, tom. 1, part. 2 Scriptorum Italiæ à Muratorio inſerto ſupràque laudato, pag. 552 anonymus Vitæ, ut vocatur, S. Proculi Ravennatis epiſcopi auctor ita ſcribit:* Sita eſt (*eccleſia, S. Theodori communiter nominata*) inter muros civitatis Ravennæ, ubi hæc miraculoſa & mirifica (*Spiritus Sancti in Specie columbæ deſcenſum intelligit*) ſemper in electionibus Ravennatum pontificum à glorioſo tranſitu beati Apollinaris uſque ad beati Severi antiſtitis ejuſdem eccleſiæ tempora, qui à beato Apollinare in pontificatûs ordine duodecimus fuit, gerebantur, prout iſta habet traditio nunc communis, & ſatis certa aſſertio perſonarum; *his autem ex verbis idem omninò, quod è Vitæ S. Severi proximè recitatis, concludendum videtur.*

AUCTORE C. B.

E

in Agnelliana ſerie non expreſſum, deceſſorem non habuit,

25 *Fateor, ſic poteſt non immeritò videri; ſicque etiam reipſa Muratorio in Annotatione, quam textui huic ſubjecit, eſt viſum. Verùm quis pro certo edicat, an anonymus ille auctor, ab accuratione minimè laudandus, S. Severum confeſſorem non faciat duodecimum columbæ indicio electum S. Apollinaris ſucceſſorem, ipſomet annumerato S. Apollinari, qui, quamquam quidem viſibili columbæ divinitus miſſæ ſigno epiſcopus deſignatus haud fuerit, ſpeciali tamen Spiritus Sancti inſpiratione credi poteſt primus Ravennatum antiſtes fuiſſe conſtitutus? Cur ſimili nequeat ſenſu anonymus Vitæ, cujus etiam num. præced. verba dedi, S. Severi ſcriptor intelligi? Deſiderius Spretus de urbis Ravennæ Origine & Amplitudine lib. 1 luculentiſſimè docet, duodecim S. Apollinaris ſucceſſores columbæ divinitus miſſæ indicio ad epiſcopatum fuiſſe evectos, ſinguloſque tamen mox recenſens, novem dumtaxat, qui ante* S. Marcellinum, *proximum S. Severi deceſſorem, ſederint, aſſignat, additque nihilominus diſertè, S. Severum eſſe Ravennatum antiſtitum ultimum,* in quorum electione Spiritus Sanctus divinâ quâdam providentiâ *deſcenderit. Idem etiam, quamvis minùs apertè, facit Appendicis, ad pontificalem Agnelli librum à Bacchinio adjectæ, auctor anonymus, ut ſcriptoribus, cùm duodecim S. Apollinaris ſucceſſores aiunt columbâ indice electos, hiſce accenſere ipſummet S. Apollinarem, prorſus inuſitatum haud videatur. Utut ſit, cùm equidem è binis jam laudatis Severi & Proculi Vitarum auctoribus anonymis prior quidem, ut num. 13 dixi, non ante ſeculum decimum aut etiam undecimum, poſterior verò, uti ipſemet mox poſt verba, ex eo jam recitata, indicat, non ante ſeculum tertium decimum, floruerit, ambo ſunt Agnello longè recentiores; unde fit, ut huic potiùs quàm illis ſtandum ſit, ac proin ut, quidquid ſcribant, veroſimiliùs ante S. Severum confeſſorem, proximumque hujus deceſſorem* Marcellinum *nullus etiam alius, à S. Severo martyre Marcellinoque antiquiori diſtinctus, quem Agnelliana Ravennatum antiſtitum ſeries non exhibet, Ravennenſem S. Apollinaris cathedram occupârit.*

F

proximéque S. Agapito; non anno circiter 231, ut vult Rubeus,

26 *Ut porrò, cur præterea ſeriei illi ſeu potiùs Agnello tantum deferendum ſit, intelligas, Bacchinium in prima ſua in hunc ſcriptorem Diſſertatione pag. 119 de fonte, unde hic illam hauſerit, audi loquentem:*

AUCTORE C. B.

quentem : Novimus..., *inquit*, veteribus pontificum seriem & nomina nota satis fuisse ex Dypticis, quibus inter Missarum sollemnia per ordinem recitabantur, ex quibus pontificum Ravennatum seriem collectam ab Agnello, vel à senioribus, qui notitias suffecêre, sive ex Ursiana ecclesia, in qua alibi se nutritum ab ineunte ætate dicit, consentaneum est. *Ita ille, cui cùm hîc subscribendum appareat, Sanctum nostrum, cui ex dictis, quòd in Agnelliana serie expressi non sint, decessores fuisse S. Severum martyrem & Marcellinum quempiam antiquiorem, non reor, S. Agapito in sedem Ravennatem, quòd huic in eadem serie, nullo intermedio, subdatur, proximè successisse, persuasum habeo. Verùm, ut ad chronologiam jam veniam, quo tempore id factum? Hieronymus Rubeus (vide ejus verba num. 4 descripta) pro anno circiter 231 pronuntiat; verùm nullum prorsus affert antiquiorem effati sui vadem, nec hoc veritati puto conforme. Esto enim tantisper, ut addit, annis non minùs quinquaginta ecclesiæ Ravennati præfuisse* Marcellinum, *erit vel sic necessariò consequens, ut is non seriùs, quàm anno 281 è vivis fuerit sublatus, cùm eò deducant anni quinquaginta, anno 231 adjecti.*

B

27 *At verò, cùm* Marcellinum, *ipsomet fatente Rubeo, proximè exceperit, concilioque Sardicensi, anno 347, uti inter omnes convenit, celebrato, interfuerit S. Severus, necesse erit, ut hic, si Hieronymi Rubei calculis standum sit, annis ut minimum sexaginta sex sedem Ravennatem occupârit; imò cùm anno circiter 390 adhuc in vivis fuisse superstes, à Majoribus nostris tom. 1 Februarii pag. 80, num. 9 probetur, uno ampliùs seculo in episcopatu vixerit; quod cùm prorsus incredibile appareat, necesse est, ut & seriùs, quàm anno 281, obiisse* Marcellinus, *& seriùs etiam, quàm anno 231, ne alioquin nimiùm etiam ejus episcopatus protrahendus sit, in sedem Ravennatem S. Agapito statuatur suffectus. Verùm quanto quidem tempore seriùs hæc Sancti ad episcopatum promotio evenit? Id ab anno, qui ei fuerit emortualis, partim dependet, huncque proinde prævie hîc designo. Cùm S. Severus concilio Sardicensi, anno, ut dixi, 347 celebrato, episcopus interfuerit, seriùs certè quàm hoc ipso anno ecclesiam Ravennatem moderandam non acceperit; anno autem 346 id factum, Majores nostri tom. 1 Februarii in Commentario ad Sancti hujus Acta prævio num. 9 probant ex Vita, per anonymum scripta, in qua num. 6 disertè traditur S. Severus,* Constantino IV & Constante III AA. Coss., *sive jam dicto 346, creatus fuisse episcopus. Et sanè citiùs id, quàm hoc anno non evenisse, vel ex eo apparet, quòd alioquin Severi, utpote qui anno circiter, ut jam dixi, 390 in vivis adhuc fuerit superstes, episcopatus, ultra quàm sit sat credibile, foret protrahendus. Jam verò, cùm secundùm Agnellianam seriem, cui ex dictis standum, Sanctus noster S. Severum in episcopatu proximè præcesserit, verosimillimè eo ipso anno vitam hanc mortalem cum immortali commutârit.*

sed, ut, anno, quo obierit, determinato,

C

28 *Dispiciamus modò, quanto circiter tempore seriùs, quàm statuat Rubeus,* S. Marcellinus *fuerit Ravennatum creatus antistes. Agnellus (adi num. 7) de Sancto ita scribit :* Transactoque plurimo annorum curriculo spatii (*id est, quantùm opinor, plurimo spatii per annorum curriculum transacto*) pontificatum amisit & vitam; *Sanctus ergò secundùm hunc scriptorem, quo antiquiorem, majorisque hac in re auctoritatis non habemus, plurimo seu potiùs longissimo annorum spatio gessit ecclesiæ Ravennatis pontificatum, ut hunc per recitata num. 4 verba Hieronymus Rubeus, qui Agnellum Ms., utut eum ibi non laudet, sibi prælucentem habuit, quinquaginta annis, quamvis hos ab anno 231 ad annum 281 excurrisse, perperam indicet, non absque fundamento definiat. Attamen cùm anni dumtaxat quadraginta, aut paulò adhuc pauciores, dum de tempore, quo quis episcopus sederit, sermo est, vocari etiam posse videantur* plurimum *seu* longissimum annorum spatium, *S. Agapito Sanctus noster successerit, non indubiè quidem determinato, uti, si annis quinquaginta certò sedisset, esset discendum, anno 296, sed verosimiliùs sub seculi IV initium aut circiter, ad quem terminum chronicum, utpote qui annorum aliquot latitudinem complectatur, deducunt tam quadraginta, quàm quinquaginta anni, ab anno 346, quo ex dictis* Marcellinus *obiit, ordine retrogrado computati. Collige hinc jam, quanto circiter tempore seriùs, quàm Rubeus statuat, S. Agapito in sedem Ravennatem* S. Marcellinus *fuerit suffectus.*

ostenditur, sub seculi IV initium aut circiter successit,

D

29 *Posset porrò propiùs, quàm ex dictis, res definiri, si modò, quo circiter S. Agapitus, proximus Sancti nostri decessor, abierit è vivis, annus aliunde haberetur exploratus; verùm nescio, an hic alio modo, quàm quo aditi à Sancto nostro episcopatûs initium jam utcúmque determinavimus, sat aptè tutóque possit assignari. Nec est, cur hunc in finem adducas concilii Romani, anno, ut plerique volunt, 337 sub Julio I Papa celebrati, acta, Majoresque nostros, qui, quòd in his S. Agapitus Ravennensis episcopus memoretur, tom. 2 Martii pag. 426 Sancti hujus obitum, aditique à Sancto nostro episcopatus initium ultra dictum annum 337 distulerunt; Acta enim illa determinando tempori, quo S. Agapitus obierit, &* S. Marcellinus *sedere inceperit, apta non sunt, utpote supposititia, fideque prorsus indigna, uti ex mox dicendis palàm fiet; quod autem ad Majores nostros pertinet, distulisse illos ultra annum 337 S. Agapiti obitum, aditique à Sancto nostro episcopatûs initium, non est, cur quisquam magnopere miretur : fecerunt enim id, cùm Agnellum, à quo* S. Marcellinus, *anno 346, uti ipsimet ibidem statuunt, vitâ functus, plurimorum annorum spatio in episcopatu vixisse, luculenter traditur, nondum vidissent, cúmque præfata acta, contractis adhuc nimiùm sanæ etiam moderataque criseos habenis, pro suppositiis traducere, aut etiam in suppositionis suspicionem dumtaxat revocare, piaculo forsan à nonnullis ductum fuisset.*

nec concilii Romani Acta, utpote quæ,

E

30 *Adhæc quò minùs adhuc mirum accidat, Majores nostros, ut S. Agapiti obitum aditique à Sancto nostro episcopatûs initium post annum 337 differrent, prænemoratis concilii Romani actis fuisse permotos, non soli illi fuêre, qui hisce multùm detulerint; Baronius enim in Martyrol. & Annal., Hieronymus Rubeus, utut etiam Agnelli habuerit copiam, in sua Ravennati Historia, & Ughellus tom. 2 Italiæ sacræ in Ravennatum archiepiscopis, ut hos inter S. Agapitum, quem in dictis Actis memorari videbant, aptè locarent, assignatam ab Agnello, musivoque Ursianæ ecclesiæ opere expressam eorumdem Ravennatum archiepiscoporum seriem, in qua Agapitum* Marcellinus, Marcellinum *Severus, Severum Liberius II proximè excipit, sus deque inverterunt : & Baronius quidem ante Severum statuit proximè sedisse Agapitum; Ughellus verò & Rubeus Agapitos multiplicant, hic post Severum comminiscens*

licèt aliquibus fuerint in pretio,

F

A *niſcens alterum Agapitum, ille ex uno tres faciens, quorum primus ante, ſecundus poſt* S. Marcellinum, *ac tertius denique poſt S. Severum ſedem Ravennatem occupârit. Tanti olim illa concilii Romani Acta, quæ tom.* 2 *Conciliorum apud Labbeum exſtant inſerta, tres hi ſcriptores proximè laudati, aliique plures fecerunt; contrà verò nullo omninò in pretio apud recentiores criticos modò habentur, & meritò quidem: eſſe enim, quidquid interim ſit de ipſo concilio, quod re fortè vera fuerit celebratum, certò ſuppoſititia,* Tillemontius *tom.* 7 *Monument., Nota* 2 *in Julium I Papam,* Bacchinius *Diſſert.* 1 *in Agnellum plùs ſemel jam cit. aliique nonnulli luculentiſſimè demonſtrant; quod ut ſtudioſus lector perſpiciat, aditique à Sancto noſtro epiſcopatus initium poſt annum* 337 *non locandum, præcipua, quibus id præſtant, argumenta quantùm ad ſubſtantiam deſcribo.*

Suppoſititia tamen eſſe,

31 *Acta illa è characteribus chronicis diverſis, quos continent, initio quidem ſignantur* Conſtantio & Conſtante auguſtis anno quarto..., B Indictione ſexta; *in fine autem* Feliciano & Maximiano viris clariſſimis conſulibus; *verùm hoc collegium conſulum in tota Faſtorum ſerie nuſpiam invenitur; Indictio verò ſexta cum anno imperii Conſtantii & Conſtantis auguſtorum quarto, quòd hic annum Chriſti* 340, *illa* 347 *deſignet, neutiquam cohæret, ut vel ex hoc ſolo capite Actorum ſuppoſitio ſufficienter ſe prodat. At verò hanc ipſummet concilium ſecundum ſe conſideratum adhuc evidentiùs demonſtrat. Conſtat enim dumtaxat Julii Papæ in Arianam hæreſim ſermone, qui nihil planè continet magnitudinis ingenii, quæ in nota Pontificis hujus ad Orientales epiſtola elucet, nihilque contrà offert, quin Iſidori Mercatoris, qui binas eidem Julio epiſtolas affinxit, barbarie ſit dignum. Sermo ille primò ad concilii Patres dirigitur, ac dein degenerat in epiſtolam, ad epiſcopos abſentes ſcriptam, quâ rogantur, ut concilio, quod nihil omnino definit, ſubſcribant. Notandum quoque eſt, tertiam ſermonis illius partem à vocibus,* eos enim, qui dividunt *&c, uſque ad voces,* ſed habet ante ſæcula, *de verbo ad verbum continuaque ſerie eſſe depromptam è concilii Sardicenſis epiſtola encyclica, qualis in Hiſtoria tripartita, genuinæ concilii epiſtolæ finem, orationiſque, huic à Theodoreto adjunctæ, initium complectente, invenitur.*

C *demonſtrentur, ſeriùs id factum evincunt.*

32 *Hinc jam fit, ut Acta, quorum ſuppoſitionem à Bacchinio & Tillemontio probari exiſtimo, meritò ſanè à nonnullis, quibus* Pagius *in Criticis ad annum Chriſti* 337 *aſſentitur, apud Labbeum Conciliorum tom. ſuprà cit., pag.* 527 *in Nota Marginali vocentur farrago, ab Iſidoro Mercatore ex Tripartita aliiſque in concilii formam redacta. Hujus porrò falſitatem ſeu ſuppoſitionem etiam epiſcopi, quorum nomina recenſentur, apertiſſimè produnt; eos enim inter, ut ceteros, qui perperam pariter nominantur, omittam, quarto loco comparet Julius, Mediolanenſis epiſcopus, toti antiquitati ignoratus; Baronius quidem in eam inclinavit opinionem, quâ Julium illum, Mediolanenſium epiſcopum, cognominatum fuiſſe Maternum, & ab illo ipſo, cujus inſigne de myſteriis profanarum religionum Opus ſub Julii Firmici Materni V. E. nomine habemus, non diſtingui, in animum induxit. Verùm, præterquam quòd Bacchinius hunc auctorem à Materno, Mediolanenſi epiſcopo, cui propterea alterum Julii nomen nequeat affingi, dilucidè probet diverſum, non potuit concilio Romano, quod anno* 337 *celebratum fuerit, intereſſe Maternus, Mediolanenſis epiſcopus, utpote qui felici è vivis exceſſu ad Superos jam migrâſſet vel anno* 305, *ut tom.* IV *Julii in Commentario ad Acta ſancti hujus antiſtitis prævio num.* 8 *probabilius putat Cuperus, vel anno* 303, *ut Papebrochius & Saxius in Epiſcopis Mediolanenſibus contendunt. Plura non addo, cùm allata, quantùm opinor, ſufficiant, ut laudati concilii Romani Acta ſuppoſititia à Tillemontio & Bacchinio eſſe luculentiſſimè demonſtrata, quiſque perſpiciat; jam verò, ut tandem § huic finem imponam, cùm id ita ſit, illa ſanè Acta neutiquam evincunt, vel S. Agapiti obitum, vel aditi à Sancto noſtro epiſcopatûs initium ultra annum* 337 *differendum, aut etiam à ſeculi* IV *initio removendum.*

AUCTORE C. B.

§ IV. Locus ſepulturæ, inventio & tranſlatio reliquiarum, cultus hodiernus.

E *Sancti corpus, quod in Claſſenſi S. Probi eccleſia fuit conditum,*

Quo loco ſacrum S. Marcellini *cadaver, quod ſtatim ab obitu ſuaviſſimum ſpirâſſe odorem fertur, tumulo fuerit mandatum, in elogio, quod ſuprà recitavi, docet Agnellus paucis hiſce de Sancto verbis:* Sepultus eſt, ut fatentur alii, in baſilica B. Probi; *ita ille; qui quamquam rem ex traditione, ut innuit, dumtaxat acceperit, ambigendum tamen non videtur, quin reipſa in S. Probi eccleſia Sanctus noſter tumulum ſit adeptus, cùm in ea poſtmodùm, Petro quarto, aliis quinto, Ravennatem eccleſiam moderante, ſacra ejus lipſana fuerint inventa, uti infrà docebo. Erat porrò illa S. Probi eccleſia, de qua videſis etiam Operis noſtri tom.* VII *Septembris pag.* 401 *& ſeq., in oppido Claſſenſi ſita, quod tribus circiter milliaribus mare verſus Ravennâ hodiedum diſtat, quodque olim celeberrimæ hujus urbis partem conſtituerit, ſi, quæ Rubeus lib.* 4 *Hiſt. pag.* 224 *ſuppeditat, veritati conſonent hæc verba:* Ravennæ autem quinque partes æquè nobiles fuêre: Claſſis, Cæſarea, Ravenna, Palatiolum & Taureſium. *Hæc de loco, quo Sanctus fuerit ſepultus, de corporis ejus inventione tranſlationeque nunc dicendum. Jacuerat hoc unà cum aliis Ravennatum aliquot antiſtitum corporibus in Claſſenſi S. Probi eccleſia ſeculis non minùs ſex reconditum, cùm tandem omnia ſeculo* X *inventa, Ravennam tranſlata, atque ibidem in Urſiana ſeu metropolitana eccleſia, uti jam nunc dicenda aperient, honorificè fuêre depoſita.*

F *anno circiter 963 inventum, Ravennamque tranſlatum, ab anonymo,*

34 *Inventionis tranſlationiſque Hiſtoria Vitæ S. Probi, quam apud Muratorium tom.* 1 *Scriptorum Italiæ part.* 2 *Ravennatis Hiſtoriæ Spicilegium pag.* 554 *& tribus ſeqq. exhibet, exſtat inſerta. Hanc auctor anonymus, cujus hîc num.* 8, *& tom.* VII *Septembris pag.* 403, *num.* 25 *& 26 notitiam invenies, in litteras miſit, remque, cui ipſemet interfuit, curante Petro Juniore quarto Ravennatum antiſtite, factam ſcribit, ut adeò, cùm hic ab anno* 923 *uſque ad annum* 970 (*adi eumdem tom.* VII *Septembris pag.* 403, *num.* 26) *Ravennatem cathedram occupârit, intra illud temporis ſpatium, quod inter binos hoſce annos excurrit, nimirum circa annum* 963, *ut nonnulli tradunt, ſacra illa corpora fuerint inventa Ravennamque tranſlata. Octo hæc numero fuerunt; ac primò quidem tria ex his, quæ SS. Probi, Aderiti & Caloceri fuerint, ſolùm fuiſſe inventa, refert laudatus anonymus; poſtquam autem ſimul, quo ordine ac modo Ravennam fuerint iſthæc delata, quanto gaudio, apparatu & pompâ ab archiepiſcopo, populoque*

AUCTORE C. B.

excepta atque in metropolitana ecclesia deposita, exposuit, paucis dumtaxat interpositis, subjungit, haud diu pòst Urbano cuidam (hunc Rubeus, qui anonymi lucubrationem lib. 1 Ravennatis Historiæ compendio complectitur, Ravennatem patricium appellat) adstitisse in somnis Virum, vultu honorabilem, canitie venerandum, qui quinque præterea alia sanctorum Ravennatum antistitum corpora in Classensi S. Probi ecclesia jacere recondita, hisce illum edocuerit verbis: Satis planè peregistis justè, qui Sanctorum non permisistis esse corpora divisa sine factione: quinque sed alios seviſtis; ibique * non ab eis, quos detulistis, existunt inferiores.

* siviſtis; ibique

eujus hic verba dantur, referturs

35 *Hæc præfatus, mox episcopi pro quinque illis aliis Sanctorum inveniendis corporibus sollicitudinem exponit, tumque, interjectis nonnullis, quibus hæc SS. Proculi, Dathi, Liberii, Agapiti &* Marcellini *fuisse sacra lipsana, lectorem edocet, ita prosequitur:* Quibus Præsul cognitis eumdem Nathinæum, *qui scilicet antea in SS. Probi, Aderiti & Caloceri corpora inquisierat,* cum primatibus quibusdam, illiusque affinibus civitatis ad horum (*sanctorum nempe Proculi, Dathi, Liberii, Agapiti &* Marcellini) corpora indaganda
B direxit. Quæ strenuè inquirentes in prædicta sæpiùs beati Probi æde, duo multo tamdem sudore sepulcra repererunt, diversoque cum studio latentia ingenioséque aperta, & in altero horum tria, in altero duo humata vidêre corpora. Hæc autem ex ligneis, quia admodùm vetustæ erant, capsis abstrahentes, & in sindone condientes, Ravennam detulerunt multis cum hymnis, magno gaudio exultantes. Sed quia dies erat secundus Rogationis ante celebritatem Dominicæ Ascensionis, tota plebs cum ipso præsule, ut prædiximus, obviàm venit nobis. Tunc quidam infirmitate arctatus, quam medici maniam vocant, dum Sanctorum corpora ad Ursianam gestarentur ecclesiam, à suis filiis valde furibundus ipse est delatus, quos, ut ei erat possibile, vorare morsu nitebatur; sic tamen coactus usque ad præfatam ecclesiam cum eisdem est perductus, istisque ac tribus prioribus multa vi est suppositus; quamquam non illicò, suo præpediente delicto, esset à languore ereptus, tamen non diu illorum precibus protelatum est tempus, quòd sanitati est redditus; quem nos satis modestum postmodùm ac devotum ad prædictorum corpora Sanctorum supplicantem vidimus. Hunc quoque,
C si bene valeret, percontati sumus: ita se reponebat Sanctorum, non suo merito, prece, verecunda facie, Deo favente, sanum esse, ut nihil de præteriti languoris imbecillitate sentiret. Horum sed denique quinque corpora Sanctorum nondum condita sunt humo. Adhuc enim sindone manent super quamdam cameram involuta ecclesiæ subter testudine.

ubi pòst, non autem ipso

36 *Ita hactenus ille, non tantùm sacrorum* S. Marcellini *aliorumque quatuor, Proculi videlicet, Dathi, Liberii & Agapiti, corporum translationem inventionemque docens, verùm etiam apertissimè sub finem indicans, sacra illa lipsana nondum tunc, cùm hæc scriberet, sub metropolitanæ ecclesiæ aràmaximâ fuisse recondita; quo tamen honore postea fuêre affecta, uti ex dicendis patescet. Hieronymus Rubeus sæpissimè jam laudatus Hist. Raven. lib. 5 ad annum 963 ita prodit memoriæ:* Hoc tempore Petrus (*quartus scilicet, ut suprà dictum*) archiepiscopus divorum Aderiti, Caloceri, Probi, Proculi, Dathi, Liberii, Agapiti, Marcellinique sancta cadavera, ex templo D. Probi, quod erat ad mare, Ravennam, in D
ædem Ursianam, ita ut suprà (*lib. 1 nempe*) memoravimus, transferenda curavit, iisque omnibus sanctissimis archiepiscopis aram ejusdem Ursiani templi maximam tert. Non. Mart. consecravit & dedicavit. *Fuerintne forsan sub hac Ursiani seu metropolitici apud Ravennates templi arâ* SS. Marcellini, *Probi aliorumque omnium hîc recensitorum corpora eo ipso tempore, quod verbis recitatis designat Rubeus, à Petro archiepiscopo deposita? Id sanè venerandis SS. Probi, Aderiti & Caloceri, non autem* SS. Marcellini, *Proculi, Dathi, Agapiti & Liberii, lipsanis verosimiliter tunc evenerit.*

translationis anno

37 *Ita autumò, quòd scriptor anonymus, cujus verba, ad* S. Marcellini *translationem spectantia, jam descripsi, narrationi, quâ SS. Probi, Aderiti & Caloceri translationem complectitur, mox subjungat, tertio Nonas, seu die quinta Martii, fuisse iis altare, quod, quantùm puto, summum seu princeps fuerit, in metropolitana ecclesia consecratum seu dedicatum; narrationi autem, quâ* SS. Marcellini *aliorumque quatuor translationem, eodem anno, quo SS. Probi, Aderiti & Caloceri, ex jam dictis factam, commemorat, nihil omninò adjungat, ex quo, illis in eadem Ursiana basilica tertio Nonas,* E
seu die quinta Martii dedicatum fuisse altare, utcúmque intelligas; ut planè nesciam, unde id etiam iis tunc factum, Hieronymus Rubeus didicerit, ac proin ut ex Maxima ecclesiæ ursianæ ara, quæ ex illius testimonio SS. Marcellino, *Proculo, Datho, Agapito & Liberio quinta Martii die anno 963 fuerit consecrata, inferre non audeam, sacra horum lipsana in eadem illa ara tunc fuisse à Petro archiepiscopo deposita, maximè cùm oppositum statuendum sit è fine jam mox recitatorum verborum anonymi, quem ante quintam illam Martii diem, quâ res fuisset peracta, certè non scripsisse, pronum est colligere ex jam dictis.*

sub summo metropolitanæ ecclesiæ

38 *Utut sit, fuisse equidem sacra Sancti nostri aliorumque quatuor pluries jam nominatorum Sanctorum lipsana in principe Ursianæ basilicæ ara, utpote in qua hodieque serventur, postmodùm deposita, certum est atque indubitatum. Atque id quidem jam seculo quarto decimo factum fuisse apparet ex anonymo Vitæ S. Proculi Ravennatis episcopi, Historiæ Ravennatis Spicilegio suprà cit. pariter insertæ, auctore, utpote qui tunc vixisse videatur, itáque sub finem scribat:* Nomina ipsorum almorum pontificum, & aliorum Sanctorum, quorum præsentiâ coruscat sancta mater
F ecclesia Ursiana, & quæ atriis suis servat, tamquam thesaurûm pretiosissimum & margaritas incomparabiles, hodie reverenter præsenti Opusculo ad perennem memoriam duximus exprimenda, quæ quidem sunt hæc: Aderitus, Calocerus, Probus, Datus, Liberius, Agapitus, & Marcellinus, quorum catalogo & sarcophago adscribitur iste Proculus confessor almus. Quæ procul dubio pretiosa corpora de beati Proculi ecclesia translata fuêre ad ecclesiam Ursianam, & collocata manent venerabiliter in sarcophago & altari, quod Arca Sanctorum hodie communiter nominatur; *hæc ille, in quibus tamen, ut apparet, error cubat quantùm ad ædem sacram, è qua* S. Marcellinus *aliique hîc recensiti ad Ursianam ecclesiam fuerint translati.*

altari fuit depositum

39 *Hodie enim existere, vel umquam antea Ravennæ, aut prope hanc civitatem, sive in oppido Classensi, sive alibi, exstitisse ædem, S. Proculo Ravennatum antistiti sacram, nusquam comperio. Adhæc* S. Marcellinum, *Aderitum, Probum,*

A *bum, Proculum alioſque omnes, qui è S. Proculi eccleſia tranſlati, verbis recitatis narrantur, in Claſſenſi S. Probi eccleſia inventos, indeque Ravennam ad metropolitanam eccleſiam tranſlatos, diluciдè ſecundum jam dicta docet anonymus Tranſlationis ſcriptor ſuprà laudatus, anonymo Vitæ S. Proculi ſcriptore multò antiquior; illi autem etiam adſtipulatur Agnellus, utpote qui eoſdem omnes Sanctos, ſi unum Proculum, de quo ſe dubitare ait, exceperis, in Claſſenſi S. Probi eccleſia fuiſſe ſepultos, affirmet, uti in ſingulorum apud ipſum elogiis eſt videre. Non dubito itaque, quin in anonymi textu proximè recitato S. Proculi pro S. Probi eccleſia perperam ſcribatur, ſive interim id vitii ipſimet auctori, ſive potiùs librariis adſcribendum ſit. Verùm, utut id ita ſit, rectè equidem hic in illo tradit,* S. Marcellinum *alioſque, quos memorat, ætate ſua fuiſſe ſervatos ſub metropolitana eccleſiæ altari, quod* Arca Sanctorum *nominaretur, quodque non ambigo, ſacræ illius ædis altare ſummum ſeu princeps fuiſſe, ſub quo hodieque* SS. Marcellini, *aliorumque ſeptem, quos hîc plùs ſemel nominavimus, ſanctorum epiſcoporum corpora honorificè aſſervari, teſtis eſt Hieronymus Fabri*

B *in Opere ſuprà pluries citato.*

ipſeque Sanctus ritûs duplicis Officio quotannis colitur.

40 *Atque hæc quidem, quod hîc jam dicendum, una eſt cultûs ſpecies, qui Sancto Ravennæ hodie defertur; alteram nunc etiam, eamque præcipuam, accipito. Hieronymus Fabri, ſeu, ut pariter ſcriptum invenio, de Fabris aut etiam Fabrus, qui ſuprà non ſemel citatum de Ravennatibus Antiquitatibus librum contexuit, ex archiepiſcopi & capituli Ravennatis mandato Propria etiam de ſingulis Sanctis, quos metropolitana Ravennenſis eccleſia colit, Officia compoſuit, quæ à ſacra Rituum congregatione approbata typiſque excuſa ad Majores noſtros ipſemet, uti tom. 2 Martii pag. 426 notatur, dono miſit. Officium porrò ea inter de Sancto noſtro quotannis ad quintam Octobris diem ſub ritu duplici recitandum occurrit; hoc autem in Rubrica, quam præfert, deſumendum totum præſcribitur ex Communi confeſſoris pontificis præter Lectionem quartam, integram ferè è ſuprà recitato, quo Sanctum Rubeus exornat, elogio depromptam, uti liquet ex illius cum hoc collatione, quam ut quiſque facere poſſit, lectionem etiam deſcribendo Commentarium hunc claudo. His verbis concipitur:* Marcellinus, Deo per columbam cælitus indicante, Agapito Ravennatum antiſtiti in epiſcopatu ſucceſſit, qui eximia adeò ſanctitate atque innocentia floruit, ut homines à maleficio deterreret, & ad leges divinas ſervandas ſuo potiſſimùm exemplo inflammaret. Sæpiùs etiam dæmonum furorem, tanta in eo fuit magnitudo ac præſtantia benignitatis divinæ, nullo labore compreſſit. Quinquaginta prope annos Ravennati eccleſiæ ſanctiſſimè præfuit, & tandem in magna rerum perturbatione, & Eccleſiæ perſecutione anno Salutis ducenteſimo octuageſimo ſecundo, III Nonas Octob. (*diem Sancti emortualem ignoravit Agnellus: quî ergò eum ſcire potuit Fabrius ſeu potiùs Rubeus?*) obdormivit in Domino; cùmque extremum ſpiritum duceret, ejus corpus cæleſtium unguentorum odore fragravit. Quod in divi Probi juxta claſſem baſilica tumulatum, & inde ad metropolitanam ædem tranſlatum, ibidem ſub ara maxima honorificè conditum fuit.

AUCTORE C. B.

E

DE S. TULLIA VIRGINE

MANUASCÆ IN PROVINCIA GALLIÆ.

SYLLOGE HISTORICO-CRITICA.

J. C.

Sanctæ in quibuſdam Martyrologiis annuntiatio & Eccleſiaſticus cultus: geſta ejus deſumenda ex Actis S. Conſortiæ. Quatenus hæc genuina ſint? An Tullia S. Eucherii vulgò Magni filia fuerit? Quandonam circitèr obierit?

C F

FORTE INTER ANNUM CCCCXXV ET CCCCXXXIII. *S. Tullia, ab Adone & recentioribus martyrologis celebrata,*

TUlliam *virginem, quibuſdam* Juliam *perperam dictam, S. Conſortiæ, cujus Acta Henſchenius & Papebrochius die* XXII *Junii illuſtrârunt, germanam ſororem, ex omnibus, quos inveni, martyrologis, ſolus Caſtellanus ſeorſum à parentibus Eucherio & Galla hoc die Manuaſcæ in Provincia Galliæ annuntiat, eamque vel ad Superos migrâſſe, aut ſaltem hoc die illic coli innuit pag.* 983 *in Additionibus & Correctionibus Martyrologii ſui univerſalis. Hunc ſanctæ Virginis natalem cultúſve diem, unde eruerit diligens ille Sanctorum, præſertim Galliæ, inveſtigator, ipſo tacente, incompertum mihi eſt. Temerè tamen id feciſſe, non facilè crediderim. Quare & de ea hoc die, cùm opportunior ſe non offerat locus, agere ſtatui. Itaque à ſanctitate ejus & cultu Eccleſiaſtico initium duco.* Tulliam *jam pridem ſanctarum Virginum choro adnumeratam in Galliis fuiſſe, tum ex coævo ſcriptore anonymo, infrà memorando, tum ex Martyrologio S. Adonis manifeſtè evincitur. Et hic quidem occaſione S. Eucherii, Lugdunenſis epiſcopi, quem die* XVI *Novembris annuntiat, ita de illa ejuſque ſorore Conſortia loquitur:* Duæ ipſorum (*Eucherii & Gallæ*) filiæ, quarum una CONSORTIA, altera TULLIA vocabatur, virginitatis gratiâ & ſignorum gloriâ claruerunt. *Adoni conſonant parique occaſione ad eumdem diem* XVI *Novembris* Tulliam *inter ſanctas Virgines accenſent Florarium noſtrum Ms., Bruxellenſis codex Uſuardinus, uti & Grevenus, quos videre eſt in Sollerii Uſuardo illuſtrato. Adſtipulantur ex recentioribus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, Labierus in Menologio Virginum, Sanſſayus in Mrl. Gallicano, Arturus à Monaſterio in Gynæceo & Simon de Peyronet in Catalogo Sanctorum, quos omnes Caſtellanus in aſſerenda* Tulliæ *ſanctitate habere duces potuit & procul dubio ratenus ſecu-*

tus

AUCTORE J. G.

tùs eſt, hoc ſolo capite ab iis diſcrepans, quòd eam ſeorſum à parentibus Manuaſcæ hoc die annuntiet.

Manuaſcæ, cujus notitia datur, à Caſtellano hoc die annuntiatur,

2 *Singulorum verba hîc deſcribere, ſupervacaneum ratus, ſolius Caſtellani annuntiationem pro ceteris hùc transfero. Ita habet pag.* 983 *in Additionibus & Correctionibus ſui Martyrologii Univerſalis:* v Octobris Manuaſcæ in Provincia S. Tulliæ virginis, ſororis S. Conſortiæ, cujus corpus honoratur prope idem oppidum in eccleſia ei dicata. *Eſt autem Manuaſca, prout Joannes Columbus, patriâ Manuaſcenſis, in Virgine Romigeriana pag.* 63 *ſcribit,* urbs Provinciæ non procul Druentiâ fluvio (*Gallicè* la Durance) ſedes olim hyberna comitum, ab Rhodano per Aptam Juliam & Siſtaricum civitates ad Vapincenſes & Ebredunenſes, quos ditione tenebant, latiſſimè dominantium: ſexto lapide ab Folcalquerio eorumdem principum æſtiva domo fonteque gentilitii nominis. *Eodem teſte pag.* 64, *habet Manuaſca, Gallicè* Manoſque *dicta, paræcias duas, quarum altera à Salvatore, altera à Deipara nomen gerit. Hanc monachi S. Victoris Maſſilienſis à multis ſeculis curârunt, vel certè ante annum Chriſti* 1114 *tenuêre, cùm Paſchalis PP. II in Bulla Pontificia, quæ tomo* 1 *Galliæ Chriſtianæ auctæ inter Inſtrumenta eccleſiæ Maſſilienſis pag.* 115 *& ſeq. exſtat, diſertè inter poſſeſſiones monaſterio S. Victoris Maſſilienſi attributas & à ſe confirmatas, recenſeat* Cellam S. Mariæ de Mannaſca, *in qua, ut tradit laudatus ſcriptor pag.* 66, *corpus* S. Tulliæ *jam pridem ſepultum, jubentibus Petro abbate & Sanctorino cœnobitarum collegio diu diſquiſitum, tandem inventum eſt. Verùm contigeritne id ſub Petro I, Sanctorino abbate, qui, teſte Gallia Chriſtiana auctâ tom* 1, *col.* 683, *anno Chriſti* 1048 *floruit; an contrà ſacri corporis inventio Petro abbati hujus nominis II, qui anno* 1130 *Sanctorinis præfuit, adſcribi debeat, non ſatis dilucidè exponit Columbus; nec ex eo aut aliunde quidquam ſat certi habeo, ut tempus illud definiam, quo tum in Santullianam Manuaſcæ ſuburbanam eccleſiam, tum ad alias partes ſanctæ Virginis reliquiæ delatæ fuerint ejuſque cultus Eccleſiaſticus ibidem inchoatus.*

B

colituruque variis locis, ubi reliquiæ ejus aſervantur.

3 *Utut hæc ſe habeant,* certè S. Tullia *non tantùm in agro Santulliano, Manuaſcæ vicino, ſed & Cucurone, ſex ferè leucis horariis à Manuaſca diſſito loco, non vulgari pietate coli ſolita eſt. Teſtatus hoc jam pridem fuerat Boucheus tom.* 1 *Chorographiæ & Hiſtoriæ chronologicæ Provinciæ pag.* 594, *cui etiam ex parte conſentiebat Arturus à Monaſterio in Gynæceo pag.* 456. *At, cùm viderem, hunc non undequaque ceteris ſcriptoribus conſona tradidiſſe, veritatis inquirendæ ſtudio adductus, Avenionem per litteras confugi, unde pro ſua humanitate & eruditione ampliſſimus dominus de Brantes, eccleſiæ Avenionenſis theſaurarius & pœnitentiarius, talè reſponſum ſubmiſit, quod omne mihi in ſubjecta materie dubium ſuſtulit. Ex hoc igitur pro certo aſſero,* S. Tulliæ *feſtum etiam die* XXI *Maii tum Cucurone, tum in Santulliano pago religioſè coli, nullum tamen Sanctæ proprium Officium Eccleſiaſticum aut Legendam exſtare, unamque dumtaxat Antiphonam ad hymnum* Magnificat *ei eſſe propriam, his conceptam verbis:* Dixit beata Tullia matri ſuæ: Cur me vetuit amiſſam luges, quam Dominus in conſortium ſacrarum virginum introduxit. *Quod verò ad* S. Tulliæ *corpus attinet, quod laudatus Arturus* in oppido de ſuo nomine SANCTA TULLIA

C

nuncupato *aſſervari; Giſſeius verò, Anicii ſen* D *Podii in Velaunis religioſè conditum eſſe, aſſeveravit; ita ex ejuſdem laudatiſſimi D. de Brantes teſtimonio ſtatuendum eſt, ut neutro in loco integrum* S. Tulliæ *corpus exſiſtat; quandoquidem, ipſo teſte, unum dumtaxat os brachii ejuſdem Virginis in Santulliana eccleſia; illius verò caput Cucurone aſſervetur; ut proinde ſolæ reliquæ ſacri corporis partes Anicii eſſe poſſint. Nunc ab aſſertæ* Tulliæ *ſanctitate ejuſque Eccleſiaſtica veneratione ad ejus geſta, ut res ſinit, illuſtranda progredior.*

Geſta ejus exſtant in antiquis S. Conſortiæ Actis,

4 *Exſtant hæc in Opuſculo quodam, quod Petrus Chiffletius, S. J. presbyter eruditus, in ſuo Paulino illuſtrato, anno Chriſti* 1662 *publici juris fecit, eruderatum, ut ipſe pag.* 69 *tum temporis ſcripſit,* ex codice Ms. S. Augendi Jurenſis, qui ab annis ferè nongentis deſcriptus videtur & eſt bonæ notæ; ... cui (*codici Ms.*) congruunt tres alii codices Lugdunenſes & unus Gigniacenſis. *Illud autem Opuſculum ita ibidem inſcribitur:* Converſio ſancti Eucherii epiſcopi & Gallæ uxoris ejus: & Vita duarum filiarum Tulliæ atque Conſortiæ virginum: *quæ tituli verba cur Mabillonius Sæc.* 1 *Bened. pag.* 248 *ſuſdeque verterit, in eoque titulo, expunctâ* S. Tulliæ *Vitâ, ſolius S. Conſortiæ Vitam & B. Eucherii & Gallæ converſionem retinendam cenſuerit, non ita facilè divinavero, cùm Opuſculum illud, etiam ut ab illo editum eſt, æquè* S. Tulliæ *ac S. Conſortiæ geſta referat, nec in hoc quidquam eorum, quæ ad* Tulliam *attinent, Mabillonius expunxerit. Porrò, quis Opuſculi illius auctor ſit, inexploratum hactenus eſt; cævum tamen illum eſſe, oſtendunt hæc, quæ toto num.* XI *verba leguntur:* Et quoniam longum eſt narrare omnia, quæ per ſervos ſuos Eucherium & Gallam & filiam eorum Tulliam Dominus mirabiliter operatus eſt; pauca de geſtis B. Conſortiæ referam, quæ à ſanctis fratribus Uranio presbytero & Celſo ſubdiacono, qui ei, dum adviveret, adhæſerunt, nec non & Aureliano presbytero, qui uſque nunc ad ſepulcrum ejus Deo ſervit, referentibus audivi; *atque adeò ſcriptor ille anonymus eam meretur fidem, quæ tribui illis auctoribus ſolet, qui ea, quæ referunt, ex teſtibus oculatis hauſerunt.*

que, ut vulgata ſunt, non poſſunt undequaque

5 *Nihilominus tamen recentiores critici quidam, iique admodùm eruditi, Acta illa, ut ſunt à Chiffletio, Mabillonio, ac Papebrochio vulgata, vel arrodunt, vel planè repudiant. Et eſt ſanè, ut verum fatear, cur partim interpolata aut imperita manu tranſcripta credamus. Si enim ea, quæ* F *de ſuſcepto à S. Conſortia ad Chlotarium I Francorum regem itinere, deque iſtius cum Hecca viro nobili ineundis ex Sigeberti regis conceſſu nuptiis illic traduntur, pro veris aut genuinis quiſquam admiſerit, admittere & is contra ipſius anonymi & S. Adonis teſtimonium debebit, SS. Conſortiam &* Tulliam *à S. Eucherio Lugdunenſi ante aditum epiſcopatum ex Galla matre procreatas non fuiſſe; cùm fieri nequeat, ut illius, ſub annum* 450, *uti Tillemontius tom.* 15 *Monumentorum Notâ* 1 *in S. Eucherium oſtendit, è vivis ſublati, filia S. Conſortia ſub Sigeberto, Francorum rege, ſeu poſt annum* 561 *ſpecioſa inprimis puella & adhuc nubilis fuerit, qualem tamen num.* 15 *Acta illa eam depingunt. Hinc varii, qui Opuſculum illud undequaque genuinum eſſe, contendere videntur, SS. Conſortiæ &* Tulliæ *parentem adſtruunt Eucherium illum epiſcopum, qui quatuor conciliis ſub S. Cæſario Arelatenſi habitis abſque ullius ſedis nomine anno* 524 *& ſequentibus ſubſcripſit, cui, ut ipſis placet, non ſicus ac priori Eucherio, Galla*

A *Galla uxor, proles gemina, &, ut verbo abſolvam, idem poſtea epiſcopatus & par in omnibus fortuna obtigerit. Verùm, præterquam quòd aliter ille Eucherius Lugdunenſis, ſeu Eucherius Junior, antiquis eccleſiæ Lugdunenſis Faſtis ignotus, imò & fictitius videatur, prout ſuprà laudati Chifflетius in ſuo Paulino illuſtrato pag. 80, & Papebrochius in Commentario ad Vitam S. Conſortiæ pag. 249 cenſuerunt, ac poſt eos Joſephus Antelmus, Foro-Julienſis canonicus & P. de Colonia tom. 1 Hiſt. litter. Lugdunenſis à pag. 203 non minùs operosè, quàm eruditè, demonſtrârunt; in illa etiam hypotheſi, quòd Junior ille Eucherius Lugdunenſis in rerum natura unquam exſtiterit, ſua his Actis, prout edita ſunt, fides & accuratio ſtare undequaque non poteſt.*

cum veritate hiſtorica conciliari;

6 *Quippe nec ſic concipi poteſt, qua ratione poſt annum Chriſti* 561 *S. Conſortia puella nubilis & ſpecioſa admodùm dici queat, quæ, ſi Actorum, ut jacent, verbis ſtandum ſit, tum certè ſexagenaria fuerit. Etenim, quod in illa etiam hypotheſi negari non poteſt, Eucherius ille jam tum anno Chriſti* 524 *Lugdunenſis, ut ipſis placet, epiſcopus erat. His accedit, quòd, ut Acta illa*

B *innuunt, Eucherii à conjuge diſceſſus torique ſeparatio, ejuſque in ſpecu ſolitaria vita annos aliquot epiſcopalem ejus conſecrationem præceſſerint. Itaque, etiamſi liberaliter concederetur, Eucherii illius à conjuge diſceſſum non contigiſſe ante annum* 520, *jam tum certè Conſortia vigeſimum ætatis annum prætergreſſa erat; quippe, quæ, ut Acta illa num.* 1 *teſtantur,* in annis puerilibus poſita, religioſum animum habere cœpiſſet, *ac proin ſeptennis ſaltem puella eſſet, priuſquam parentum* aucta eſt ſpes, acceptâ aliâ filiâ, quam Tulliam vocaverunt. *Cùm igitur eo tempore, quo ſe Eucherius in ſpecum abdidit, jam id ætatis eſſet ipſa* Tullia, *Conſortiæ ſoror ſeptennio junior, ut æquè ac ipſa* poſſet jure *parentum poſſeſſiones ſeu* facultatulas regere ac poſſidere, *prout num.* 2 *dicitur, conſequens in illa etiam hypotheſi eſt, ut Conſortia, quæ* Tulliam *jam ferè adultam ſeptennio ſuperabat, præcedenti ſeculo, aut certè non poſt annum Chriſti* 500, *nata fuerit, atque adeò ut ſub Sigeberto rege, qui, uti apud Bouquetum in Scriptoribus Rerum Gallicarum variis locis patet, non ante annum Chriſti* 561 *regni Gallici partem capeſſivit, ſexagenaria ſaltem eſſet. Quæ cùm ita ſint, nec in illa etiam hypotheſi, quæ Eucherium Juniorem SS. Conſortiæ &* Tulliæ *patrem ſtatuit, ſua his Actis fides & accuratio conſiſtere poteſt, dum hæc Conſortiam puellam nubilem & ſpecioſam nimis faciunt, quæ vieta mulier & annus ſatis grandæva eſſe tum temporis debuit.*

C

hinc nonnulla in iis correxit Papebrochius; ſed multò plura

7 *Expendit hæc Papebrochius noſter, cúmque ſalvâ Actorum, ut hæc edita ſunt, narratione, neutri ex memoratis Eucherio cerneret Conſortiam &* Tulliam *filias attribui poſſe, aliò ſeſe convertit, & in re dubia conjectationi locum præbens,* non ut docere volens, *ſic enim pag.* 250 *loquitur,* ſed ut paratus diſcere, *ex ſitu loci, ubi SS. Conſortiæ &* Tulliæ *pater vixit, nempe prope Manuaſcam quinque leucis Regio, epiſcopali Provinciæ urbe, diſtantem, cenſuit præfatis Eucheriis Emeterium Regienſem epiſcopum, aliàs etiam* Eucherium *dictum, ſubſtitui poſſe, eum videlicet, qui anno* 549 *ſynodo Aurelianenſi* V *ſubſcripſit. Verùm, quod ſalva eruditiſſimi deceſſoris mei auctoritate dictum ſit, utut tanta non eſſet, quanta aliis videtur, in eo difficultas, ut concipiatur par conjugum iiſdem nominibus appellatorum, qui ſe-*

culo V & VI *eâdem ferè fortunâ uſi ſint, hæc tamen illius conjectura ſubſiſtere prorſus nequit, quin in præfatis Actis, prout hactenus vulgata ſunt, errores aliquot cubare, ſeu ubique pro* Regienſi *eccleſia & urbe* Lugdunenſem *perperàm poſitam fuiſſe, fateri neceſſe ſit. Quapropter ad detegendam, ſi quo modo poſſit, veritatem, aliam viſum mihi eſt inire viam; &, an vetus Actorum ab anonymo elucubratorum exſcriptor non in plures, quàm enumeravit Papebrochius, impegerit ſalebras, lubet hîc inquirere, ut, ſi hæ detegantur declinenturque, non modò ſua anonymo coævo ſervetur auctoritas, ſed & cum S. Adonis, Lugdunenſis Hiſtoriæ non imperiti ducis, diſertis verbis, quibus hic auctor* S. Eucherium *vulgò Magnum ſeu Seniorem, SS. Conſortiæ &* Tulliæ *noſtræ parentem ſtatuit, conciliari non ineptè queat. Interim, donec argumentum hoc ad diem* XVI *Novembris in noſtro Opere, ſi Superis placeat, pertractetur, quo die etiam de illuſtri matrona S. Eucherii uxore agi poterit, aſſero, nihil in primigeniis S. Conſortiæ Actis à coævo horum auctore dictum fuiſſe, quod tam hanc, quàm* Tulliam *ſororem ejus, S. Eucherii, Lugdunenſis epiſcopi, ſub annum* 450 *defuncti, filias dici impediat;* E *proin poſſe meo judicio utramque hanc Virginem à ſeculi* VI *fine ad ſeculum* V *non ita progreſſum ſat probabiliter reduci.*

AUCTORI J. G.

8 *Opinionem hanc ut ſtabiliam, hoc cauſæ meæ fundamentum & robur pono: videlicet Acta S. Conſortiæ, quibus* S. Tulliæ *Vita continetur, nec ineptam fabulam univerſim eſſe, nec veram univerſim hiſtoriam; ſeu, primigeniis adſcititia, vetuſtis nova, legitimis ſpuria, veris falſa admixta eſſe, contendo. Ad priorem quidem aſſertionis hujus partem quod attinet, hanc putem, ſat ſolidè hinc confirmari, quòd Actorum illorum auctorem coævum eſſe, ex verbis num.* 4 *recitatis manifeſtum ſit, quódque Acta illa tanti fecerit S. Ado, Viennenſis poſtea epiſcopus, ut, cùm Lugduni conficiendo ſuo Martyrologio ſtrenuè incumberet, ex iis ea depromere veritus non ſit, quæ de S. Eucherio litteris commendavit, qua in re ſibi conſentientem etiam habuit Florum Lugdunenſem diaconum, ut videre eſt apud præfatum Chiffletium pag.* 66, *laudantem ejuſdem Flori verba in Collectaneis de electione epiſcoporum à Papirio Maſſono cum Operibus Agobardi editis. Hiſce accedit, quòd præter alia quædam, quæ ad S. Eucherium, Gallam ejus uxorem, & Conſortiam filiam attinent, nihil in his Actis de* S. Tullia *ſpeciatim referatur, quod vel uni etiam è ſeverioribus criticis diſplicuiſſe nôrim. Quod verò ad alteram aſſertionis partem ſpectat, tum ex iis, quæ num.* 5 *& ſeqq. diſputata ſunt, tum ex mox dicendis liquidò pateſcit, iiſdem Actis eamdem obtigiſſe ſortem, quâ optima ſubinde, tum Sanctorum, tum imperatorum ac regum Acta infecta fabulis fuerunt, quæ ſi proinde explodi univerſim deberent, haud ita multa, quæ vel Eccleſiaſtica vel profana narrat hiſtoria, haberi pro ſat certis poſſent. At, ſciſcitaberis, quænam igitur ex Actis illis, ut nunc manu exarata atque etiam typis vulgata exſtant, eliminanda ut ſpuria & adſcititia ſunt? Reſpondeo, ea ipſa eſſe, quæ Papebrochio aliiſque in mora fuerunt, ut ne Conſortiam &* Tulliam *S. Eucherii vulgò Magni filias ſtatuerent, nimirum, quòd Conſortia Chlotarium I, Francorum regem, adiiſſe & ſub Sigeberto, ejus filio, in matrimonium ab Hecca, nobili viro, expetita fuiſſe dicatur; quæ, ut adſcititia & ſpuria ſeu ab antiquo Actorum*

in his Actis, non tamen omni ex parte fictitiis, expungenda ſunt,

F

AUCTORE J. G.

ctorum exſcriptore ineptè iis intruſa eſſe oſtendantur, haud pluribus opus eſt, quàm hujus Actorum partis narrationem exhibere.

nimirum iter S. Conſortiæ ad Chlotarium, regem Francorum,

9 *Sic igitur num.* 12 *paulò poſt initium de præfato itinere narratio, ſeu rectiùs fabula adornatur: Conſortia, quæ, ut fictitiæ heroïdes eſſe ſolent, egregiâ formâ ac venuſtate conſpicua, ſeu ſpecioſa nimis puella eſt, ad Chlotarium regem longo itinere ex Provincia proficiſcitur, ſupplex ab eo petitura, ut ex ejus juſſu in virginitate Deo deſervire ſibi liceat, rata nimirum (quis enim aliam hujus itineris cauſam animo figuret?) vel injuſſu regis virginibus nefas eſſe, Apoſtoli conſilium ſequi, vel ſe tutam non fore, niſi ex regis expreſſa facultate virginitatem Deo voviſſet. Opportunè, cùm regis appropinquat palatio, Chlotario per viſum Dominus apparet, eumque de filiæ ſuæ morbo dolentem ſolatur, data fide, hanc priſtinæ ſanitati reſtituendam eſſe, ſi Conſortiæ libenter rex præſtet, quidquid illa petierit. Chlotarius de ſomno evigilans, cuncta hæc fidelibus ſuis pandit, Conſortiamque perquiri ſedulò, imperat. Hæc, cùm regi ſiſtitur, certè egregiæ formæ ſuæ ſibi conſcia, pudori ſuo abs rege metuit; at contrà accedenti puellæ de ſolio venerabundus aſſurgit rex, obviámque procedens, ſibi orationum ejus præſidium, filiæ verò ægrotanti priſtinam valetudinem ſupplex efflagitat. Hæc tandem exorata decumbentis regiæ principis cubiculum ingreditur, poſt fuſas cum lacrymis preces, pacificè ægram ſalutat, quæ, inſcio, ſi Superis placet, rege, mox ut Conſortia pedem intulerat palatio, quâ torquebatur, febre liberata erat. Ad lætum nuntium mox advolat Chlotarius, viſoque prodigio, quidquid Conſortia in ſuo regno petierit, conceſſurum ſe ſpondet. Mox illa id ſibi in votis potiſſimum eſſe ſubjicit, ſibi ut ex regis permiſſu in cœpto virginitatis propoſito permanere ſecurè liceat, quæque ſacratis Deo locis ſuiſque famulis contulit, aut collatura deinceps eſſet, auctoritate regia rata permaneant; quibus cùm rex annuiſſet, mox ad propria ſe Virgo confert de ſervando ſuo propoſito jam ſecura. Hæc, mihi quidem, fabulam eamque ſatis ineptam redolent. Sed en alia à veri ſpecie multò magis aliena.*

& nuptiæ inundæ ex juſſu Sigeberti, Francorum regis;

10 *Si Actis illis num.* 15 *& quatuor ſubſequentibus inſiſtamus, cùm poſt Chlotarii mortem ex Sigeberti regis juſſu è primoribus palatii quidam, cui* Hecca *nomen, Provinciam Maſſiliæ gubernandam ſuſcepiſſet, is ex quodam incola eſſe in his locis puellam intelligit, ſpecioſam nimis, nomine* Conſortiam, *pecunia innumerabili nec non miniſterio potentiſſimam. Ut fabulam proſequar, mitto hîc deſcriptorem antiquum multis redarguere, quòd, quam antea pecunias ſuas in pauperes erogâſſe familiamque ſuam liberam feciſſe dixit, pecunia innumerabili nec non miniſtrorum copiâ potentiſſimam rurſus faciat S. Conſortiam. Hecca igitur per honorarium ephebum nuntiari Conſortiæ jubet, velle ſe hujus colloquio frui; mox ipſemet ſubſecutus, collato cum illa familiari ſermone, convivio excipitur; nec mora, hoſpitis ſuæ pulchritudine ſermonumque prudentiâ tam blandè capitur, celare ut ſuos amores ægrè queat; non patefacto tamen animo, feſtinus ad regem convolat, eamque ſibi, (utut virginem Deo ſacram eſſe, neſcire non poſſet) à rege uxorem tradi petit & impetrat. Mittitur rurſus ad Conſortiam ephebus, ei ut ad nuptias die trigeſimo pòſt ineundas ſe præparet, denuntiaturus: cui illa, ſi Actorum deſcriptorem num.* 16 *audiamus, id genus reſponſi dat, quod, ſalva coram Deo veritate, ſalvoque coram hominibus ſervandæ virginitatis propoſito, dediſſe nullatenus cenſeri poteſt. Interea dum ipſa, ne fiant ſacrilegæ nuptiæ, orationi impenſè vacat, ecce angelus Domini in ſomnis adeſt, qui Heccam, obtruſum ſponſum, nequaquam nuptias ſecum initurum prædicit, monens, tum ut convivio pauperes excipiat, tum ut adventuro Heccæ ſepulcrum, quo is poſt triduum condatur, parari curet; de cetero obviàm ei tendat; hunc, mox ut in conſpectum venerit, proprio gladio ac præ lætitia interiturum.*

atque ita nihil vetat, Conſortiam & Tulliam S. Eucherii Magni filias dici,

11 *Vaticinationi eventus reſpondet, cùm hæc, feſtivo habitu induta pauperumque pſallentium ſtipata agmine, Heccæ procedit obviàm, iſque de navi, quâ Druentiam fluvium tranſibat, præ gaudio incautè deſiliens, ſublapſis pedibus in lanceam ſuam irruit & confoſſus exſpirat. Mox illa cum lacrymis, Deo tamen gratias agens, defuncti corpus ſepulturæ mandat, dum interim Heccæ comites ejus infortunium Sigeberto regi denuntiare feſtinant, qui cùm ex ſorore ſua intelligit, Conſortiam, quam Heccæ nubere juſſerat, eam ipſam eſſe virginem, cujus operâ curata à febribus ipſa fuerat, epiſtolas ad Provinciæ principem mittit, quibus, ut nemo Conſortiæ moleſtus ſit, ſed liceat ei conceſſo à Chlotario privilegio frui, auctoritate regia præcipit. Hæc omnia, partim ipſis deſcriptoris verbis expreſſa, quæ Tillemontius tom.* 15 *Monum. Eccleſ. pag.* 853, *& P. de Colonia part.* 1 *Hiſt. litterar. Lugdun. pag.* 215 *& ſeqq. tanquam fabuloſa & ut ab interpolatore ineptè intruſa jure meritò ſugillant, ſi ex S. Conſortiæ Actis, aliàs antiquitate plurima venerandis, eliminentur, ut ſunt re ipſa adſcititia ac ſpuria; ac priora dumtaxat numeri* 12 *verba, nimirum, quæ de Conſortiæ in eccleſiam S. Stephani & in pauperes munificentia, deque famulitii ſui manumiſſione agunt, ſi cum numero* 20, *cui optimè cohærent, nullo medio conjungantur, jam nihil, ut Acta pervolventi patebit, in illis occurret, quod S. Adonis ipſiuſque auctoris anonymi, Conſortiam &* Tulliam *Eucherii Magni filias ſtatuentium, amplecti ſententiam nos impediat; nihil, quod, ſalvis ſanæ criticæ regulis, utrique ſanctæ Virgini adſcribi nequeat, nihil denique, quod coævi ſcriptoris anonymi aptiorem magiſque connexam non reddat totius narrationis ſeriem. Tunc enim ſic ejus verborum ſenſus & connexio feret, ut ab illo die, quo Conſortia S. Stephani eccleſiam ac xenodochium de rebus ſuis exſtruxit, &, erogatâ in pauperes reſiduâ pecuniâ, familiam ſuam libertate donârit, tantam ei gratiam coram hominibus Dominus dederit, ut quaſi unum ex angelis eam cuncti haberent.*

qualem eas ſtatuunt anonymus vetus & S. Ado

12 *Ex his S. Conſortiæ Actis, in hunc modum expurgatis, ſeu eatenus, quantùm conjecturâ aſſequi poſſum, nativæ fidei ſuæ redditis, ea nunc recenſere lubet, quæ* SS. Tulliam *& Conſortiam S. Eucherii, Lugdunenſis poſtea antiſtitis, vulgò* Magni *ſeu* Senioris *dicti, filias fuiſſe, oſtendant. Ita utriuſque Virginis natales coævus auctor, ſuprà laudatus, num.* 1 *deſcribit:* Fuit quidam vir ex ordine ſenatorio, Eucherius nomine, habens uxorem, nobilibus ortam natalibus, nomine Gallam; quos quidem ampla poſſeſſio & numeroſa familia, theſaurorumque copia claros in ſeculo fecerat; ſed timor Domini, qui eſt initium ſapientiæ, in conſpectu Conditoris omnium clariùs exornabat. Cúmque liberos non haberent, deprecati ſunt Dominum, & exaudivit deprecationem eorum, dans eis filiam, quam votivo nomine CONSORTIAM vocaverunt, heredem videlicet illam & propagatricem ſui ſanguinis habere cupientes. Cúmque

A Cùmque eam in timore Domini educarent, & illa in annis puerilibus posita, religiosum animum habere cœpisset, nimirum Domino eam ad consortium regni cælestis, secundùm præsagium vocabuli ejus, occulta inspiratione vocante, aucta est spes illorum, acceptâ alterâ filiâ, quam TULLIAM vocaverunt, dixeruntque: "Mul„tiplicabit Dominus per Consortiam & Tulliam „semen nostrum, sicut multiplicavit per Liam „& Rachel in domo Jacob futuræ promissionis „heredes.„ *Anonymum secutus S. Ado Viennensis, in suo Martyrologio die* XVI *Novembris SS. Consortiæ &* Tulliæ *patrem itidem statuit S. Eucherium, Lugdunensem postea episcopum, non alium utique, quàm quem ipse solum & unicum novit, nunc vulgari cognomento, ut à probabiliter fictitio distinguatur,* Magnum *seu* Seniorem *dictum*, admirandæ, *ut subjungit*, fidei, vitæ & doctrinæ virum & ex nobilissimo senatorum ordine *procreatum. Eidem anonymo rursus consonat laudatus Viennensis antistes, cùm SS. Consortiæ &* Tulliæ *matrem* Gallam *appellat, quæ, ut subdit*, in sancto habitu Deo *postmodùm in spelunca* servivit, *quæ omnia in Actis S. Consortiæ num.* 3 *& seqq. anonymus noster fusiùs enarrat. Quapropter,*

B *cùm S. Ado non usque adeò imperitus aut ineptus dici queat, ut in recensendo historico facto, suis etiam temporibus celebratissimo, aberrantem ducem sequi voluerit, meritò sanè & ipsi nostroque anonymo haberi hîc fides potest.*

Opinioni huic in speciem adversantia recentiorum

13 *Ne quid tamen dissimulem, quod opinioni Eucherium Magnum SS. Consortiæ &* Tulliæ *patrem statuenti adversetur, fateor, præter alios quosdam recentiores, Papebrochium tom.* IV *Junii pag.* 249 *& Perierum tom.* III *Septembris pag.* 545 *censuisse, SS. Consortiæ &* Tulliæ *patrem nec fuisse nec esse potuisse Eucherium jam nunc laudatum. Fateor quoque, excepto anonymo nostro S. Consortiæ coævo, qui S. Adoni præluxit, celeberrimos seculi* V *scriptores binas hasce virgines Eucherio & Gallæ parentibus non adscripsisse. Verùm quod ad Papebrochii & Perieri verba, locis citatis legenda, attinet, respondeo, eos Consortiam &* Tulliam *Eucherio Magno & Gallæ ejus uxori non abjudicâsse, nisi in communi olim sententia, quæ Consortiæ ad Chlotarium regem iter & Heccæ viri nobilis historiam ipsimet Actorum auctori adscribebat. Atque ita etiam Perierum intelligi debere existimo, cùm negat, ullam præfatis Virginibus cum SS. Verano & Salonio, legitimis ejusdem Eucherii filiis, connexionem exstitisse, quandoquidem nempe fieri in illa sententia nequit, ut Consortia præfati Eucherii filia sanctorumque Verani & Salonii germana soror fuerit, quæ plus integro post memorati Eucherii mortem seculo, seu post annum* 561 *puella adhuc nubilis & formosa nimis statuenda esset. At verò, cùm hæc S. Consortiæ ætas sola interpolatoris adscititia narratione, non satis, ut videtur, eruditis viris quondam de falsitate suspecta vel discussa, innitatur, nihil ex hisce Actorum descriptoris glossematis, quibus temporum rationes omnes interturbavit, contra illam opinionem solidè evinci*

C *potest, quæ ex coævi scriptoris & S. Adonis testimonio utramque memoratam Virginem S. Eucherii Magni prolem facit.*

& veterum testimonia expenduntur;

14 *Neque contra nos multùm facit, quòd celeberrimi auctores, S. Eucherio nostro coævi aut suppares, puta Hilarius Arelatensis, Cassianus, Salvianus, Mamertus Claudianus, Gennadius aliive de Consortia &* Tullia *tamquam Eucherii filiabus*

AUCTORE J. G.

non meminerint. Etenim, præterquam quòd levioris momenti habenda sit quæcumque merè negativa argumentatio, nullum prorsus ea pondus habet, cùm auctores antiqui & fide digni, quales esse anonymum nostrum ejusque sequacem S. Adonem, nemo inficiabitur, illud ipsum disertè testantur, quod ab aliis scriptis traditum non reperitur. Et sanè, cùm celeberrimis istis auctoribus suprà laudatis, de Eucherii filiabus speciatim scribendi occasio vel certè ex singulorum instituto necessitas fuisse non videatur, quis utramque virgineam prolem, quam præfato Eucherio anonymus coævus & S. Ado asseruerunt, ob merum aliorum silentium ei eripiendam jure existimet? Quippe si id genus argumentationis negativæ eò usque apud quempiam valeat; pari is ratione SS. Veranum & Salonium ejusdem Eucherii filios negare necesse habebit, quandoquidem nec anonymus antiquus nec S. Ado, cùm de illius progenie meminerunt, uspiam de illis verba faciunt. Quid ergò? Num falsus est S. Paulinus atque aërem verberavit, cùm in sua ad Eucherium & Gallam epistola, alludens ad Psalmi 127 *versus* 3, 4 *&* 5, *minimè infœcundum eorum conjugium fuisse, innuit ita scribens:* Benedicat vos Dominus ea benedictione,

E quâ benedicitur homo, qui timet Dominum, perpetui conjuges & parentes, cum benedicta vobiscum Deo progenie nobilissimæ sanctitatis vestræ? *Igitur, si ita rectè S. Paulinum ad Eucherium & Gallam scripsisse credamus, nihil vetat, tametsi is beatorum conjugum progeniem nominatim non recensuerit, quo minùs, uti ex Gennadio & ex Salviani ad Eucherium epistola apud Chiffletium in Paulino illustrato pagg.* 64 *&* 65, *Veranum & Salonium Eucherii filios statuere licet, ita pariter ex anonymi veteris & S. Adonis testimonio Consortiam &* Tulliam *ejusdem Eucherii vulgò Magni filias statuamus.*

ac pro nostra opinione ut probabiliore concluditur.

15 *Tales jam pridem, discussis utrimque argumentis, statuendas duxit laudatus Chiffletius in suo Paulino illustrato pag.* 64, *ita præfatam S. Paulini epistolam commentans:* Porrò horum (*Eucherii & Gallæ*) benedictam progeniem, cui ad finem (*epistolæ illius*) bene precatur Paulinus, duos filios interpretor, Salonium & Veranum, qui apud Lerinum erant in S. Honorati disciplina: totidemque filias, Consortiam & Tulliam, quæ sub utriusque parentis manu in Lero (*insulâ Lerino vicinâ*) educabantur. *Quæ ne gratis à se asserta videantur, ipsamet Gennadii &*

F *Salviani, filios S. Eucherii commemorantium verba producit, ac pro ejusdem filiabus jam laudatis Acta Eucherii seu anonymi nostri Opusculum & Adonis Martyrologium citat. Demùm pag.* 102 *de Opusculi ejusdem interpolatione differens, cur in eo de ejusdem S. Eucherii filiis mentio facta non sit, culpam omnem in interpolatorem conjicit, quem & in eo peccâsse etiam ostendit, quòd Eucherii, è seculari vita enatantis, primam stationem, Lerum insulam, tametsi ab Hilario Arelatensi ex Lerini vicinia designatam & à Paulino de nomine appellatam, silentio involverit. At sive Opusculi interpolatori, sive ipsimet auctori hæc vitio verti debeant, qua de re disputare non est animus, ex ejus de Eucherii filiis silentio, nihil contra ejusdem filias, quarum nomina & gesta refert, evincit contra Chiffletium potest, cujus ego sententiam, propterea quòd mihi ceteris probabilior apparet, amplectendam duxi, sic tamen ut aliorum non improbabili circa* Tulliæ *& Consortiæ parentes conjecturæ nihil interim detractum velim. Nunc*

AUCTORE J. G.

cetera, quæ ad Sanctam noſtram attinent, diſcutere aggredior.

S. Tullia poſt vitam aliquamdiu in ſolitudine acta

16 *Quandonam S. Eucherius, relictis, ut apparet, in Lerinenſi inſula filiis, unà cùm conjuge ſua geminiſque filiabus ex Lero inſula in continentem ſeſe receperit, ibique in ſpecu ad Montem-Martium in territorio Aquenſi ſitâ, vitam ſolitariam amplexus fuerit, conjecturâ quidem ſat veriſimili ſtatuere conatus eſt laudatus Chiffletius pag.* 68 *in ſuo Paulino illuſtrato, factum illud illigans anno Chriſti* 432 *vel anno* 425, *quo tempore id ſtatui nihil vetat; at, ut verum fatear, nihil occurrit, quo illa Conſortiæ &* Tulliæ *cum parentibus in Provinciam ſeceſſio ſat propè & certò definiri queat. Neque etiam ſeu ex anonymo noſtro coævo, ſeu ex alio ſcriptore antiquo erui utcúmque poteſt, quid à* S. Tullia *toto adoleſcentiæ ſuæ tempore præclarè geſtum fuerit. Id unum ex præfato anonymo diſcimus,* S. Tulliam *non diu pòſt, quàm in ſpecum illam ſe abdidiſſet Eucherius, virginitatis gratiâ exornatam, felici morte ad Superos migrâſſe ſepultamque fuiſſe in agro ſuo, nomine* Thele, *qui locus aliàs* Tete *dictus eſt, nunc veroſimiliter, ut ſcribit Papebrochius tom.* IV *Junii pag.* 253, *ab hac ſancta Virgine* San-Thullei *nomen habens,* ſeſquileucâ (*aut paulò minùs*) infra Manuaſcam ſitus. *Anonymum num.* 5 *ea narrantem audi:* Ingreſſus itaque ſpecum S. Eucherius, ſic undique locum obſtruxit, ut nullus ad eum valeret ingredi, beata ei Galla per feneſtellam quotidie cibos ad veſperam miniſtrante, ut ipſa petierat. Poſt non multos dies converſionis illorum, filia eorum Tullia, in virginitate permanens, migravit ad Dominum, ſepultaque eſt in agro ſuo, qui dicitur Thele in ſpelunca duplici, quo audito, S. Eucherius ait: Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſit nomen Domini benedictum: ſicut Domino placuit, ita factum eſt; exhortabaturque Gallam, ne ſuper hac re contriſtaretur.

B

ſub annum 425 vel 433 moritur, & matri apparet.

17 *Reliqua, quæ huc ſpectant, ex eodem anonymo pergo recenſere. Ita ipſe num.* 6: Cúmque illa (*Galla* Tulliæ *mater*) nullo modo conſolationem reciperet; una die cùm poſt matutinos hymnos membra ſopori dediſſet, vidit in ſomnis B. Tulliam, ſtolâ candidâ & chlamyde aurea fulgente indutam, adſtare ſibi ac dicere: Cur me velut amiſſam luges, quam Dominus in conſortium ſanctarum virginum introduxit? Te quoque me ad Dominum ſecuturam ſcito; præparavit enim tibi coronam, quoniam implêſti man-

C

data ejus. Meus etiam genitor, pontificali cathedra ſublimatus, poſt nos veniet, & erit magnus in conſpectu Dei: porrò ſoror mea Conſortia manebit in virginitate, pro qua multa paſſura eſt, donec & ipſa coronam vitæ percipiat. Quæ cùm poſt quietem S. Eucherio retuliſſet, ille in voce exultationis & confeſſionis erumpens ait: Gratias tibi ago, Paſtor bone, quia non eſt ſimilis tui conſolator, qui dignatus es conſolari ſervos tuos, & reddere gaudium poſt lamentum; & ultrà noluerunt eam flere. *Hactenus anonymus noſter, ex quo corrigendus eſt Caſtellanus, pag.* 983 *in Addit. & Correct. Martyrologii ſui univerſalis obitum* S. Tulliæ *ſtatuens ſub annum Chriſti* 489. *Cùm enim* S. Tulliam *Conſortiæ & Salonii ac Verani ſororem, ac proin Eucherii vulgò Magni prolem faciat, fieri in hac ejus noſtraque opinione non poteſt, ut hæc anno Chriſti* 489 *mortua ſit, quæ, ut anonymus noſter num.* 6 *innuit, jam in vivis eſſe deſierat etiam non parùm antè, quàm ejus pater, S. Eucherius, Lugdunenſem ſedem occuparet, quam ſub annum* 450 *ſua morte deſeruit. Rectiùs igitur* S. Tulliæ *annus in cælis natalis inter annum* 425 & 433 *figendus videtur, aut certè non differendus ultra annum* 441, *quo Eucherius Lugdunenſem cathedram tenuiſſe, paſſim creditur.*

D

E

Poſt mortem miraculis claruit.

18 *Ceterùm miraculis nonnullis illuſtrem fuiſſe ſanctam virginem* Tulliam, *haud obſcurè indicat laudatus anonymus, num.* XI *ſcribens,* longum *fore* narrare omnia, quæ per ſervos ſuos Eucherium & Gallam & filiam eorum Tulliam Dominus mirabiliter operatus eſt; *quæ apertè etiam teſtatur S. Ado, cùm eam uti & ſororem Conſortiam* ſignorum gloriâ *claruiſſe affirmat. Hodiedum etiam, prout laudatus num.* 3 *ampliſſimus dominus de Brantes perſcripſit, adverſus capitis dolores à fidelibus* S. Tullia *invocatur, qui, illo afflicti malo, in ſubterranea ejus ſpecu ſeu ſacello nonnumquam lapidi cuidam, quem ſanctæ Virgini cervicalis loco fuiſſe, tradunt, caput ſuperponere ſolent. Si indigenarum traditioni quis credat,* S. Tullia, *cùm à venatoribus è ſpecu ſua abducta eſſet in locum, poſtea* San-Tullianum *dictum, non ſine prodigio, poſt fuſas illic preces, in ſpecum ſuam tranſvecta fuerit, à quo tempore vicinis incolis magna in veneratione fuit, qui & ægros ſuos illi obtulerunt, quos ipſa florum odore prodigiosè ſanabat. Sed hæc, ſolâ, ut apparet, populari traditione nixa, diſcutere aut illuſtrare viſum non eſt.*

F

AUCTORE J. G.

DE S. APOLLINARE EP. CONF.

VALENTIÆ SEGALAUNORUM IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sancti in Martyrologiis claſſicis aliiſque memoria: Elogia varia: Actorum auctor: ex quo manuſcripto illa edenda.

ANNO CIRCITER DXX. *Valentiæ Segalaunorum, cujus notitia datur,*

B *Valentia Segalaunorum, quam* S. Apollinaris, *incolis* S. Aiplonay *dictus, multis virtutum exemplis vivus, nec paucioribus prodigiis mortuus illuſtravit, eadem urbs eſt, quam Bertii Ptolemæus in Narbonenſi Gallia pag.* 55 *collocat, quæque* in veteribus Notitiis (*Plinio tamen & Ptolemæo recentioribus*) ... inter provinciæ Viennenſis civitates XIV, ſexto loco numeratur, *uti in Notitia Galliarum, verbo* Valentia *pag.* 581 *ſcribit Hadrianus Valeſius, cujus verba idcirco adduxi & cum Ptolemæi geographica enarratione contuli, ne quis de diverſa hîc agi Valentia exiſtimet, quam modò in Narbonenſi, modò in Viennenſi provincia collocari intelliget. Porrò hanc urbem Baudrandus in ſuo Lexico geographico ita deſcripſit:* Valentia, urbs Galliæ Narbonenſis Ptolemæo, Segalaunorum caput, nunc VALENCE incolis, VALENZA Italis, urbs ampla & culta Galliæ, in Delphinatu, & in Valentinenſi tractu ab ea dicto, epiſcopalis eſt ſub archiepiſcopo Viennenſi, cum arce & academia celebri, ad Rhodanum fluvium & è regione Vivarienſis provinciæ, paulò infrà confluentes Iſaræ in Rhodanum. *Quæ princeps hujus urbis eccleſia eſt, teſte Joanne Columbo lib.* 1 *de Rebus geſtis epiſcoporum Valentinorum, pag.* 246, *olim SS. Cornelio & Cypriano, nunc* S. Apollinari, *de quo hîc agimus, dicata eſt, illuſtrique canonicorum collegio nobilitatur.*

C 2 *In hac ſacra æde, uti & per Valentinam diœceſim Sanctus noſter Officio duplici primæ claſſis cum Octava jam pridem coli cœpit, prout Officia propria Valentinæ eccleſiæ inſpicienti manifeſtum fiet: at verò, quandonam ei primùm tam ſolemni ritu veneratio impenſa fuerit, nihil occurrit, unde definiri utcúmque certò poſſit. Magna eum à multis retrò ſeculis in veneratione fuiſſe, oſtendunt Martyrologiorum claſſicorum annuntiationes, quas omnes huc tranſcribere ſupervacaneum exiſtimo. Unus pro omnibus audiatur Ado Viennenſis in ſuo Martyrologio ad hunc diem:* In Galliis, civitate Valentia ſancti Apollinaris epiſcopi: cujus & vita virtutibus inſignis fuit, & mors nihilominus ſignis & prodigiis decoratur. *Adoniana apud Roſweydum noſtrum annuntiationi ad apicem conſonat ea, quæ legitur in ejuſdem Adonis Martyrologio, quod Dominicus Georgius ope codicum Bibliothecæ Vaticanæ recognitum & adnotationibus illuſtratum, anno* 1745 *typis vulgavit, ubi in ſubjectis ad hunc diem Adnotationibus hæc obſervat:* Apollinaris, Valentinæ eccleſiæ in Galliis epiſcopus, colitur hoc die à Hieronymianis, ut indicat Sollerius, à Rabano, Adone noſtro, Uſuardo, Wandelberto, licèt cum Apollinari Ravennate eum (*ut ipſe cenſet*) confundat, Notkero, Martyrologio Fuldenſi, Ottoboniano, Richenovienſi, Auguſtano & Labbeano. Meminit Gellonenſe hac die cum aliis. *Ex his Eccleſiaſticis Faſtis, uti & partim ex Libello annali venerabilis Bedæ presbyteri, tom.* 6 *Ampliſſimæ Collectionis Edmundi Martene pag.* 638 *edito, ſancti* Apollinaris *elogium in Martyrologium Romanum hodiernum aliaque recentiora, quorum prolixum catalogum hîc texere neceſſe non videtur, in hæc verba illatum eſt:* Valentiæ in Gallia S. Apollinaris epiſcopi, cujus vita virtutibus fuit illuſtris & mors ſignis ac prodigiis decorata.

præcipuè colitur, annuntiaturque in Marll. S. Apollinaris,

cujus elogium ex Agobardo & Adonis Chronico,

3 *Elogium hoc egregiè ſtabiliunt ſuccincta quidem, at plena laudis bene meritæ teſtimonia, quæ Agobardus, Lugdunenſis antiſtes, lib. de Judaicis ſuperſtitionibus, & Ado, Viennenſis præſul, Chronici ſui ætate* 6, *de Sancto noſtro ſcripta reliquerunt. Ille nempe* 300 *circitèr poſt* S. Apollinaris *obitum annis ad imperatorem Ludovicum Pium contra Judaïcam perfidiam, ſuperſtitiones atque innumerabiles ſcribens errores, poſt adducta ſanctorum Patrum Hilarii, Ambroſii, Cypriani & Athanaſii contra Judæorum obſtinatam impietatem graviſſima teſtimonia atque exempla, ad Patrum concilii Epaonenſis, quos inter inprimis* S. Apollinaris, *Judæorum ſocietatem fugiendam penitus Chriſtianis, decrevit, venerandam auctoritatem & ſynodalia ſtatuta delabitur, utque ſancti hujus Antiſtitis, non ſecùs ac SS. Hilarius, Ambroſius, Cyprianus & Athanaſius fecerunt, Judæos execrantis æquo judicio exemploque non leve orationi ſuæ pondus addat, eum à ſanctitate editiſque etiam ſuo tempore crebris miraculis in hunc modum laudat:* S. Apollinaris, epiſcopus eccleſiæ Valentinæ, quantus fuerit & ſit, non ſolùm geſta de eo ſcripta, ſed & crebra ejus miracula uſque hodie ſublimiter teſtantur. *Ado verò citato loco de S. Avito ejuſque fratre* S. Apollinare *ad annum* 492 *hæc habet:* Avitus quoque, Viennenſis epiſcopus, eloquentiâ & ſanctitate præcipuus, cujus frater Apollinaris, Valentiæ epiſcopus, miraculis inſignis, Iſicii ſenatoris primùm viri, poſtea Viennenſis epiſcopi, duo lumina, clariſſimi filii. *Quæ hîc de S. Iſichio,* S. Apollinaris *patre, deque hujus fratre, S. Avito, in medium protulit S. Ado, Viennenſis antiſtes, ex infrà dicendis, ac vel maximè ex jam pridem dictis in noſtro Opere tom.* 2 *Martii à pag.* 447 *& tomo* 1 *Februarii à pag.* 660 *manifeſtè patent; illa verò, quæ de Sancto noſtro tum ipſe, tum Agobardus protulit, etiam veriſſima eſſe, ex hujus*

AUCTORE J. G.

Commentarii decurſu Vitaque inferiùs edenda lectori perſpicuum fiet.

tum ex Hymno ad Veſperas Officii proprii

4 *Agobardo & Adoni ſuccinunt Hymni ſanctо Antiſtiti noſtro proprii, quos in ſua Chronologia Lerinenſi anno* 1613 *edidit Vincentius Barrali pag.* 379, *quique etiam inter* Officia propria ſecundùm uſum eccleſiæ cathedralis S. Apollinaris Valentiæ ſumma cum cura & diligentia, *ut titulus eorum præfert*, emendata, *pag.* 71 *&* *pag.* 80 *exſtant. Atque ita quidem Hymnus ad Veſperas de* S. Apollinare *canit:*

Exulta cleri concio,
Gaude plebis devotio,
Apollinaris gratiâ
Felix plaude Valentia.
Tunc * ſancta generoſitas
Et generoſa ſanctitas
Dignum fecit ſplendeſcere
Pontificali ſidere.
Honeſtæ vitæ merita,
Mundo ſignis exhibita,
Declaravere populis
Famam beati Præſulis.
Regis uxor obtinuit,
Quod ipſe rex non meruit,
Nam per veſtis ſuffragium
Vis eſt ablata febrium.
In una trino gloria
Sit laus non tranſitoria,
Qui ſublimavit inclytis
Apollinarem meritis. Amen.

* *an* Hunc ?

B

5 *Hymnus verò ad Laudes varia, quibus Sanctus claruit, quæque poſtea illuſtranda venient, miracula his verbis recenſet:*

alioque ad Laudes ſubminiſtratur

O quàm fœlix ſuffoſſio,
Potum negante fluvio,
Qua donum Chriſti cernitur
Et Vir ſanctus reficitur.
Dum tumet unda fluminis,
Vento furente turbinis,
Mox cuncta fiunt proſperâ
Tranquillitate libera.
Præſul paſſus injuriam
Sua ſponte dat veniam:
Exolvens pœnæ ſubditum
Malignum fugat ſpiritum.
Columnarum proceritas
Et cereorum claritas
Teſtantur vitam Præſulis
Coruſcare miraculis.
In una trino gloria *&c.*

C

Alia quoque tum piè, tum prodigiosè à Sancto geſta, in Valentinæ eccleſiæ Officio ei proprio, ſparſim in Antiphonis Reſponſoriiſque cum laude recenſentur; quorum pleraque cùm Sauſſayus in Martyrologio ſuo Gallicano ad hunc diem, eo ordine, quo hæc contigerint, in epitomen contracta, ſatis appoſitè illuſtrârit, non abs re fore, arbitratus ſum, ut editum ab eo ſancti Præſulis noſtri præconium productis jam nunc elogiis maxima ex parte ſubjungatur.

ſubditurque Vitæ compendium.

6 *Ita pag.* 690 *habet:* Valentiæ Segalaunorum ſub Viennenſi prima (*Ptolemei tempore ſub* Narbonenſi *cenſebatur*) ſancti Apollinaris, epiſcopi illius civitatis & confeſſoris, viri miræ ſanctitatis & ſigniferæ virtutis. Qui Iſicii ſenatoris Viennenſis ſubindéque præſulis, filius, frater verò ſancti Aviti ejuſdem metropolis archiepiſcopi, poſt longum Valentinæ ſedis interpontificium (quam Maximus ſectator Manichæorum hæreſis ſuæ impietate & turpi vita fœdaverat, eamque ob rem juſſu Bonifacii primi Papæ ab epiſcopis Galliæ præſulatu fuerat ſynodica condemnatione dejectus,) ut poſt diutinam caliginem ſidus perlucidum lumen ferè illic exſtinctum pietatis reputaret *, meritis ſanctimoniæ & raræ eruditionis illuſtris, ad illius urbis epiſcopatum divino conſilio promotus, expanſis apoſtolici ſpiritus & virtutis radiis, cives deſolatos lætificavit. Affluenti ſiquidem doctrina, flagranti in Deum amore, ovium eximia dilectione & ſanctiſſimæ converſationis exemplis ſigniſque etiam admirandis id præſtitit, ut vindicata mox Chriſtiana Religio vires & decus priſtinum reſumeret, incolæque in vias pacis & juſtitiæ unanimiter ambularent.

D

* *an* repararet ?

7 Non id gratè tulit lividus piorum hoſtis, viarumque Dei perpetuus adverſator. Cùm enim immiſiſſet in cor Stephani curatoris fiſci Sigiſmundi regis, tantum libidinis æſtum, ut defunctæ conjugis ſororem ſibi illicito conjugio copularet, Virque Dei Apollinaris zelo juſtitiæ & honeſtatis, ſicut pridem Joannes, incenſus, ſcelus nefandum poſtquam ſæpe reprehendiſſet, inceſtuoſum illum pertinacem in fœtore luxuriæ, in ſynodo, quam cum Avito fratre metropolitaque ſuo & comprovincialibus epiſcopis eam ob rem habuerat, gladio anathematis percuſſiſſet, permovit tum dæmon per illum perditum peccatorem ita regis animum, ut ſanctis conſidentibus præſulibus, potiſſimùm verò beato Apollinari dira quæque interminaretur, nî excluſum ſacris hominem protinus in communionem reciperent. Tamen remiſſo nonnihil (ne ſimul tot eccleſias orbaret paſtoribus) furore, epiſcopos quidem cæteros adhuc in ſynodo reſidentes juſſit ad propria reverti. Sed cùm Apollinaris, qui primarius in cauſa videbatur, ſua in ſententia perſiſteret, nec ullis illiciis aut terroribus poſſet ab illa deduci, tum rex in eum omne odii evomuit virus: & quà injuriis, quà inſidiis petitum, ſolo & ſolio coëgit excedere: cum fidis igitur aliquot aſſeclis beatus Pontifex deſertum in locum ſe recepit, ubi cùm illi, arente humo ſiti ingenti laborarent, oratione ſua fontem aquæ vivæ levando ſuorum ardori obtinuit, qui, eo abcedente hinc cum ſociis, mox exſiccatus eſt.

E

quod Sauſſayus in Martyrologio Gallicano

8 Contigit interim, ut rex ipſe, qui beatum Præſulem nec videre volebat nec audire, cujus in perniciem juraverat, Deo volente in febrim adeò gravem incideret, ut exitio proximus à medicis crederetur. Eo in diſcrimine invaluit reginæ fides: quæ pietatis alis ſubvecta, ad Pontificem beatiſſimum properans, fervida ipſum devotione oravit, ut injuriæ immemor, gratis ſuis Deo precibus regi incolumitatem impetraret. Qui deſperatione fletibuſque religioſæ principis concuſſus, cucullam ſuam ipſi dedit, cujus attactu febrilis ardor protinus reſtingueretur. Rediit regina tanto ſulta pignore; firmaque fide, ubi veſtem Viri Dei ſuper regem expandiſſet, protinus is, effugata infeſtatione morbi, gratiam percepit perfectæ ſoſpitatis. Multa alia edidit prodigia Vir divinus, ut cùm Rhodani tumentes fluctus auraſque vehementes repreſſit, quæ navim, in qua erat, quatiebant: tumque Aliphium puerum à dæmone obſeſſum liberavit & presbyterum eadem infeſtatione vexatum. Poſtremò poſt glorioſum excurſum ad ſedem rediit: ubi micans juſtitiæ teſtimoniis & Dominicis præmunitus Sacramentis feliciter migravit ad præmium. Præfuit eccleſiæ Valentinæ annos triginta quatuor. *Hactenus ex* S. Apollinaris *biographo depromptum hincque inde à Sauſſayo ornatum*

edidit, maxima ex parte deſumptum ex Sancti biographo,

F

A *natum Sancti noſtri elogium. Reliqua verò, quæ ex aliis hauſta fontibus laudatus martyrologus de eo memorare pergit, in aptiorem, quem poſtea habitura ſunt locum, tantiſper hîc tranſmittam, ut de laudati biographi ætate aliiſque ad eum pertinentibus priùs lector inſtruatur, quàm ex ejuſdem ſcriptoris fide & teſtimonio ſancti Præſulis noſtri res geſtas à nobis ordinari componique videat.*

familiari, qui paulò poſt Sancti mortem

9 *Hunc* S. Apollinari *non modò cœvum, ſed & familiarem, rerumque, quas narrat, multarum oculatum teſtem fuiſſe, tam luculenter ex edenda inferiùs Vita & jam mox huc tranſcribendis teſtimoniis conficitur, ut, niſi temerè, moveri de eo controverſia non poſſit. Ita enim ipſe num.* IX *loquitur:* His actis, dum à cunctis grates divinæ potentiæ redderentur, in conſpectum Arelatenſium urbis Rhodano famulante PERVENIMUS; *qua voce ſe* S. Apollinari, *Arelatem navi proficiſcenti itineris comitem fuiſſe, apertiſſimè indicat, uti & paulò pòſt ita loquens:* In quo loco dum morarum ſpatia caritatis causâ protraheret, (*nempe* S. Apollinaris) Arcutamia ſenatrice propinqua ſua invitante, Maſſilienſium NOS vota ſuſcipiunt.

B *Et num.* X *agens de Paragorio, qui, dæmone inſtigante, alapam ſancto Præſuli inflixerat, immotuſque ad ejus lectulum hærebat, iis verbis biographus noſter utitur, quibus ſe decumbentis ex infirmitate Antiſtitis cubiculum ingreſſum fuiſſe, totiuſque rei geſtæ ſeriem ex ipſomet ejus ore intellexiſſe, diſertè teſtetur: audi illum:* Nos verò, redditis Deo de more præconiis, dum cubiculi cellula NOBIS redeuntibus patuiſſet, eum (*Paragorium,*) qui vinctus ſtabat, locum tenere VIDIMUS inconceſſum: indignatiſque NOBIS, cur, quod reverentiâ vitari ſolet, præſumptio vindicaret, cauſam rei geſtæ tam verbis ipſius Sancti, quàm hærentis (*Paragorii*) taciturnitate COGNOVIMUS. *Hinc quanta ſit biographi noſtri auctoritas, nemo non intelligit, qui inter hiſtoriographos, præ ceteris fide dignos, eorum eſſe ſupremum gradum noverit, qui oculis explorata & ſibi intimè perſpecta litteris conſignant.*

Vitam ejus ſcripſit; hic non monachus Lerinenſis,

10 *Quod verò ad ipſum tempus, quo Vitam hanc biographus conſcripſerit, attinet, nihil reperi, unde certum annum ſolidè deſignare queam. Cùm tamen edita poſtmodùm ad Sancti tumulum miracula, quæ Agobardus ſuprà laudatus ad ſua uſque tempora perennâſſe memorat, altiſſimo biographus involverit ſilentio; hinc eum paulò poſt* S. Apollinaris *obitum Vitam ejus elucubrâſſe, admodùm veriſimile ſit; atque ita etiam ſentiunt auctores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 3, *pag.* 143. *An autem Vita hæc à monacho Lerinenſi primitùs conſcripta fuerit, prout Bailletus in Tabula critica ad hunc diem tradit, id eniṁverò optimo jure in dubium vocatur, utpote nullo antiquitatis teſtimonio aliove indicio firmatum. An fortè Bailletus non alterius Vitæ, quàm quæ in Chronologia Lerinenſi à Vincentio Barrali edita eſt, auctorem ſtatuit Lerinenſem monachum? Sit ita. At is certè pro vero* S. Apollinaris *biographo haberi non poteſt, qui Vitæ ab alio, ut patet, compoſitæ fragmentum dumtaxat, idque, auctorum Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 3, *pag.* 144, *æquiſſimo judicio, perquam vitiosè ediderit. Utut ſit, non apparet, quo ex capite* S. Apollinaris *biographus Lerinenſis monachus aſſeveranter dici cum Bailleto poſſit. Reſtat, ut in ejuſdem biographi nomen, ſi quo modo probabiliter erui poſſit, nunc inveſtigemus.*

11 *Labbeus, Edmundus Martene & ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ jam laudati, eum unanimi ſententia anonymum ſtatuunt, nec ſine cauſa quidem, cùm nomen ſuum nuſquam ipſe diſertè expreſſerit, nec illud alii antiqui, ſcriptores memoriæ prodidiſſe reperiantur. Aliquâ tamen, eâque non inani ratione impulſum fuiſſe arbitror Petrum Chiffletium, ut Vitæ* S. Apollinaris, *ex veteri Ms. S. Claudii nobis deſcriptæ, & à ſe cum aliis Mss. collatæ, hæc ſua manu præmitteret verba,* Auctore, ut videtur, Eladio, ejus (*S. Apollinaris*) diacono. *Eſt porrò Eladius hic ex Chiffletii mente idem ille diaconus, qui apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ Mss. pag.* 691 & 692 *& apud Martene tom.* 6 *Ampliſſimæ Collectionis col.* 782 *fortaſſis ex deſcriptoris vitio* Claudii *nomen habet, quique plùs ſemel in ſancti Antiſtitis Vita recurrit. Ex quo autem indicio, quave ratione laudatus Chiffletius conjecturam hanc fecerit, ut biographum noſtrum* Eladii *nomen habuiſſe nec à memorato diacono diverſum fuiſſe ſcriberet, nuſpiam ipſe edixit. Suſpicor tamen eum, cùm lectionem veteris Ms. Sanclaudiani prætuliſſe ceteris videatur, ea ratione motum fuiſſe, quæ ex verbis num.* XI *Vitæ* S. Apollinaris, *prout etiam in Ciſtercienſi & Urſicampano Mss. codicibus leguntur, infrà tranſcribendis, in hunc modum deſumi poteſt. Qui, uti in his tribus Mss. legitur, ex Leubaredo, ſancti Antiſtitis noſtri archidiacono, cur à divino Officio ſanctus Præſul præter morem abfuerit, exquiſiviſſe narratur, ipſemet Vitæ* S. Apollinaris *ſcriptor eſt, prout ex his verbis num.* XI *liquet:* Et revertens cauſam ab eo hujus inofficioſitatis EXQUIREREM; *ille verò, qui Leubaredo archidiacono poſt auditam abſentiæ cauſam in hæc verba reſpondit:* Es quidem, ut narras, gaudiorum timore confectus, ſed exultare te convenit *&c, ille, inquam, ſine ullo dubio, uti ejuſdem numeri verba ferunt, fuit* ſæpe dictus diaconus *nomine* Eladius. *Cùm igitur veriſimile ſit, biographum ex reverentia Præſulis coram aliis ex archidiacono inquirere non voluiſſe, cur à divino Officio ſanctus Antiſtes abfuiſſet, aut, ſi id, non remotis arbitris, factum fuiſſe velis, cùm tamen adhuc veriſimile ſit, eum, qui archidiaconi reſponſum mox altero reſponſo excipit, eumdem illum eſſe, qui de Præſulis abſentiæ cauſa quæſtionem priùs inſtituerat, prout in familiari colloquio de rei inſolitæ cauſa ſtudioſè conferentibus uſu venire ſolet; hinc, arbitror, conjecturam eamque non improbabilem fecit Chiffletius, Eladium diaconum eumdem cum biographo eſſe, qui, ut jam diximus, abſentiæ Præſulis cauſam ex archidiacono exquiſivit, quique, eâ auditâ, gaudendum potiùs de ſancti Præſulis glorioſa morte, quàm dolendum pronuntiavit.*

AUCTORE J. G. *ſed Sancti diaconus, nomine Eladius, fuiſſe videtur,*

E

F

cujus Opus, à cenſura paulò ſeveriori vindicatum,

12 *Utut ſit, ſaltem ex hoc facto ſubnexiſque his anonymi verbis:* Hæc retuli geſta, quæ memini, *abunde rurſus confirmatum habemus, biographum* S. Apollinari *certò cœvum ac perquam familiarem fuiſſe.* Hinc colliges, *inquit laudatus Martene in Obſervationibus prævviis ad Vitam* S. Apollinaris, quanti Vita iſta, etſi breviſſima, ab eruditis piiſque viris æſtimanda ſit. *Diſſentiunt hîc à Martenio ſcriptores jam laudati Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 3, *pag.* 143 & 144, *ubi Gallicè ita fermè loquuntur:* Intempeſtiva religio indiſcretaque modeſtia biographum à recenſendis ex ordine ſancti Antiſtitis præclaris geſtis retinuit; hinc ipſe, nulla eorum facta indagatione, ſa tantùm narravit, quæ ſibi ultrò ac ſine cona-

tu

AUCTORE J. G.

tu in mentem venerunt, ... eaque ſtylo proſecutus eſt adeò redundante & perplexo, ut multis verbis perpaucas res enarrâſſe, dici ſine injuria poſſit. Ejus ad Sancti Vitam Præfatio ceteris partibus obſcurior eſt, eo quòd ineptæ ſeculi ſui eloquentiæ ſtuduit. *Hactenus illi: quibus, cùm vitioſam ſeculi* VI *facundiam carpunt, multaque præclarè à ſancto Antiſtite geſta ab eodem biographo intacta fuiſſe conqueruntur, lubens aſſentior. Verùm non video, quo jure eum de jejuna loquendi profluentia tam ſeverè accuſent, cùm ſat multa ſcripſerit, quæ paucioribus verbis, quàm ipſe uſus ſit, æquè plenè enarrari non poſſent. Ut adeò malim cum laudato Martenio* S. Apollinaris *Vitam* breviſſimam *dicere, cumque eruditis piiſque viris in pretio habere, quàm judicio ſtare ſcriptorum Hiſtoriæ litterariæ Franciæ, dum Vitam hanc verboſiorem ſeu vocibus locupletem, rebus ipſis jejunam eſſe, definiunt.*

ex Ms. Petri Chiffletii, poſtpoſitis aliis apographis, infrà edendum eſt.

13 *Nunc, cur ex variis, quæ habemus, hujus Vitæ apographis, tum excuſis, tum Mss., illud præ ceteris edendum cenſuerim, quod nobis Petrus Chiffletius, Societatis noſtræ vir eruditus, olim ſubmiſit, reddenda mihi ratio eſt. Præter lacunas aliquot, tom. 6 Collect. Vett. ſcriptorum ex codice Reginæ Sueciæ Vitam inſpicientibus obvias, nonnulla in eadem vitia ſunt, in quæ Grammaticæ tiro non impingeret, quæque à biographo, non tam Latinè imperito, profecta fuiſſe, credibile non eſt. Accedit, quòd phraſes nonnullæ in eadem turbatæ aut luxatæ exſtent, quæ in eadem Vita, ut eſt à Labbeo ex veteribus membranis edita, integriores planioreſque ſint. Verùm cùm & hæc, utut lacunis vacua, nævis ſuis non careat, qui & in apographo ex Mss. Ciſterc. tom. 6, num. 40 deſumpto, inque Ms. Urſicampi ecgrapho reperiuntur, deſcriptum ex codice Ms. S. Claudii cumque Ms. Accinctiſ monaſterii à laudato Chiffletio collatum Vitæ exemplar, utpote aliis, meo judicio, emendatius planiuſque, præ ceteris edendum cenſui: quam ad rem non parùm me movit, quòd auctor Vitæ S. Aviti apud nos tom. 1 Februarii pag. 667 vix non ad apices ſimile exemplar ſecutus fuiſſe videatur, cùm ex Vita* S. Apollinaris *ea deſumpſit, quæ S. Avito cum eo communia fuerunt.*

B

C

§ II. Sancti familia nobilitate ac pietate illuſtris: ejus patria & inſtitutio: tempus geſti epiſcopatus aſſignatur, atque hinc annus ejus natalis & emortualis eruuntur.

S. Apollinaris, qui germanum fratrem habuit S. Avitum,

APollinarem *noſtrum ex utroque parente fratrem habuiſſe S. Avitum, Viennenſem in Gallia epiſcopum, diſertè tradit biographus noſter, num.* 2, *ita in cauſa inceſti Stephani (de qua infrà) utrumque Sanctum laudans:* Qua de re ſancti ac beatiſſimi apoſtolici viri Avitus & Apollinaris (qui SECUNDUM CARNEM GERMANI, in Chriſti verò opere famoſiſſimi fratres, ... ſpiritu fervente eruditi) ... ſimul in unum congregati, ipſum Stephanum ſacra communione privari ſanxerunt. *Nec alio, quàm biographi noſtri ſenſu, intelligi debet, tum ipſe S. Avitus, qui in titulo Prologi ad quinque Poëmatum ſuorum libros, hortatu* S. Apollinaris *editos, aliiſque locis ſeſe ejus* fratrem *compellat, tum ipſemet Sanctus noſter, dum illum Epiſtolâ* XI *inter S. Aviti Epiſtolas* Epiſcopum germanum *ſalutat. Neve dubium ullum ſupereſſe poſſit, an non forte, quemadmodùm ſe invicem epiſcopi quilibet* Fratrum *nomine vocitant, ita* S. Apollinaris *ſpiritualis dumtaxat germanuſve in Chriſto frater, non verò ſecundùm carnem S. Aviti frater germanus intelligi poſſit, audi eumdem S. Avitum in Præfatione ad Poëmatum librum ſextum, de conſolatoria laude caſtitatis ad Fuſcinam ſororem ſcriptum, in hæc verba* S. Apollinari *loquentem:* Meminerit autem pietas tua, hunc ipſum, quia ſic vocas libellum, vel de religione PARENTUM COMMUNIUM, vel de virginibus noſtræ familiæ familiariùs diſputantem, illis tantummodo legendum dare, quos revera nobis aut vinculum propinquitatis aut propoſitum religionis adnectit. *Communes itaque cùm utrique Sancto parentes atque adeò & ceteri conſanguinei fuerint, neceſſe non eſt, poſteaquam tom.* 1 *Februarii a pag.* 660 *in Vita S. Aviti & tom.* 2 *Martii à pag.* 447 *copioſiùs actum de iis fuit, de eodem hoc argumento, in quantum ad* S. Apollinarem *nominatim attinet, uberiùs iterum hîc diſſerere. Omiſſis proinde rebus ſat multis, quæ hùc proximè non attinent, ſufficiet hoc loco utriuſque parentis notitia, partim ex S. Adone, partim ex S. Avito deſumpta.*

D

E

patrem verò S. Iſichium, matrem autem Audentiam,

15 *Et Ado quidem, jam antè num.* 3 *citatus,* SS. Apollinaris *& Aviti patrem, quem* Iſicium *vocat, aſſerit, ſenatoria primùm dignitate ornatum, poſtea ad Viennenſem in Gallia cathedram evectum fuiſſe. Eadem hæc, ſuppreſſo tamen parentis ſui nomine, indicat S. Avitus in ſuo mox laudato carmine de conſolatoria laude caſtitatis ad Fuſcinam ſororem, ubi verſu* 657 *& ſeqq.* poſt faſces *nempe ſecularium dignitatum puta ſenatoriæ aliarumque hujuſcemodi, ad* populorum *Eccleſiæ* faſcem, *ſeu epiſcopales infulas aſſumptum fuiſſe patrem ſuum, his verbis canit:*

Pontificem ſacris adſumptum reſpice patrem,
Cúmque tibi genitor vel avunculus, undique magni,
Poſt faſces placeant populorum ſumere faſcem,
Suſcipe quos humiles patrum ad conſortia fratres.
Officio ſimiles nectens eccleſia junxit.

F

Idem verò Avitus ſuam, atque adeò & S. Apollinaris, *matrem apertiſſimè declarat, cùm eam* Audentiam *appellat, ac poſt editam ultimo partu Fuſcinam, unà cum ſuo conjuge, S. Iſichio, perpetuam pari conſenſu, & ex voto quidem, ſervâſſe caſtitatem, verſu* 19 *& ſeqq. ita tradit:*

Edidit ut quartam genitrix Audentia prolem,
Teque dedit generi partu fœcunda ſupremo;
Confeſtim parcam promittit ducere vitam,
Ac deinceps paribus caſtum ſervare cubile
Conſtituit votis carorum cura parentum.

atavos proavoſque nobiliſſimos.

16 *Porrò, tametſi cælites, ſuperna jam nobilitate donati, nobilitatem carnis & genus & proavos, & quæ ipſi non fecerint, inter ſua non computent; tamen, quia juncta nobilitati ſanctitas mortalibus illuſtrior apparet, quàm nobili pioque ſtemmate ortus ſit Sanctus noſter, juverit hîc expoſuiſſe. Ita S. Avitus in laudato plùs ſemel Poëmate ad Fuſcinam ſororem de patre & avo ſue verſu* 651 *& ſeqq. cecinit:*

Quos licèt antiquo mundus donâſſet honore,

Et

A Et titulis monſtret generoſo ſemper ab ortu:
Plùs tamen ornavit divinum inſigne gerentes
Ordine quòd proprio ſanctas meruêre cathedras.

Neque pater & avus dumtaxat, ſed & atavi proavique S. Apollinaris, *ſeu conjugii legibus defuncta uxore ſoluti, ſeu conjugis voluntate perpetuùm thoro ſeparati, ſacerdotali dignitate non minùs, quàm antiquo mundi honore & avita nobilitate illuſtres exſtiterunt. Avitum rurſus de his loquentem audi:*

Non atavos jam nunc tibimet proavoſque retexam,
Vita ſacerdotes quos reddidit inclyta dignos.

Igitur, Viennenſi hoc præſule teſte, Sanctus noſter ex parentibus undique magnis genus ſuum traxit.

inter quos fortaſſe imperator Avitus

17 *An autem inter ejus progenitores cenſeri debeat Avitus, qui, teſte Caſſiodoro in Chronico,* poſt Maximum in Galliis ſumpſit imperium, *Henſchenius noſter tom. 1 Februarii pag. 660 in*

B *medio reliquit; quod nec ego pro certo adſtruere auſim, quandoquidem S. Avitus, biographus noſter, SS. Agobardus & Ado ſuprà laudati, nuſquam Avitum imperatorem Sancti noſtri avum vel S. Iſichii patrem fuiſſe, expreſsè teſtati ſunt. Sunt tamen indicia quædam, quæ hanc* S. Apollinaris *noſtri originem ſat ſimilem vero reddunt. Quod enim S. Avitus de avo & patre ſuo ſcribit, eos, utut antiquo mundi honore donatos, illuſtriores evaſiſſe,* Ordine quòd proprio ſanctas meruêre cathedras, *hoc, ſi cui hujus temporis viro illuſtri & ſecularibus priùs faſcibus ornato, certè Avito imperatori (nam de S. Iſichio nihil hîc attinet dicere) exactiſſimè congruit, utpote qui ex ſenatore Arverno anno 455 imperator declaratus, teſte Mario Aventicenſi in Chronico apud Bouquetum tom. 2, pag. 12, poſtmodùm, nempe* Joanne & Varana coſſ. factus eſt epiſcopus in civitate, *Placentiâ nimirum, uti Jornandes ibid. pag. 27 exponit. Accedit, quòd S. Avitus Sancti noſtri frater germanus ad virum illuſtrem Apollinarem, S. Sidonii filium, ſcribens, hujus ſuoſque parentes communes faciat: ſuis Viennenſem epiſcopum verbis Epiſt. 45 loquentem accipe:* Animum namque, ut ait veſter

C poëta, ſubiit cari genitoris imago, ut memoriâ retractavi, uſque ad noſtras quamlibet diſpari profeſſione perſonas, quandam PARENTUM COMMUNIUM ſortem parilitate laborum, invidia exequente, perduci. *Et paulò pòſt:* Quotieſcumque appeti viſa eſt, criminationi ſubjacuit FAMILIA NOSTRA, non crimini.

computandus ſi,

18 *Sirmondus noſter, non temerè conjiciens epiſtolam hanc datam à S. Avito fuiſſe, cùm Apollinaris, S. Sidonii filius, ab Alarico rege, apud quem delatus fuerat, illæsâ gratiâ rediiſſet, ad memorata jam mox verba ita annotat:* Tanta erat Aviti (*Viennenſis epiſcopi*) familiæ cum Sidoniana conjunctio, ut eamdem faciat, viciſſimque nomina transferat & commutet. *Quapropter, cùm, teſte S. Gregorio Turonenſi lib. 2 Hiſt. Francorum cap. 21, Papianilla, Aviti imperatoris filia, S. Sidonio nupſerit, ab eoque filium habuerit Apollinarem illum, quocum ſibi* parentes communes *eſſe profitetur S. Avitus, conſectarium hinc fieri videtur, ut Avitus imperator, qui Apollinaris, Sidonii filii, avus maternus certò fuit, etiam* S. Apollinaris *noſtri & S. Aviti avus exſtiterit; maternus quidem, ut iis videtur, qui per* avunculum *à S. Avito laudatum, quòd* poſt faſces *ſecularium dignitatum* ad pulorum *eccleſiæ* faſcem *aſſumptus fuerit, S. Sidonium deſignatum fuiſſe, cenſent; paternus verò, ut iis placet, qui præter Ecdicium & Agricolam, à Sirmondo in Notis ad S. Sidonii epiſtolas memoratos, Aviti imperatoris filium ſtatuunt, aut cum uno ex iſtis confundunt S. Iſichium, à quo ante aditum epiſcopatum* S. Apollinaris *noſter mundo datus eſt. Quidquid id eſt, certè ſi ſpectetur uſitata tum temporis conſuetudo, ut ab avis vel à patre nepotes filiive nomen ſortirentur ſuum, ipſum* Aviti *nomen, quod germano fratri* S. Apollinaris *inditum fuit, ſuadere poteſt, Avitum imperatorem non extraneum familiæ illi fuiſſe, unde SS. Avitus &* Apollinaris *editi in lucem ſunt. Sed de hac utriuſque Sancti origine, de reliqua ejus cognatione poſtea acturus, jam ſatis dixiſſe me arbitror. Quare ad locum, ubi natus & inſtitutus fuerit* S. Apollinaris, *inquirendum jam progredior.*

natus inſtitutuſque fuit Vienna Allobrogum,

19 *De hoc ita ſubtimidè locutus eſt Bailletus ad hunc diem:* Creditur (*S. Apollinaris*) Viennæ natus fuiſſe. *At poterat certè, ſi biographum noſtrum legerat, confidenter omnino, eum apud Viennam Allobrogum & natum & inſtitutum pronuntiare. Biographum audi num. 1:* Igitur beatus Apollinaris, Valentinæ urbis epiſcopus, apud E Viennam & natus & inſtitutus eſt. *Quibus verbis eorum etiam confutatur opinio, qui Sanctum noſtrum in Lerinenſi monaſterio, ſexaginta circitèr leucis à Vienna Allobrogum diſſito, inſtitutum fuiſſe volunt. Neque profectò tam diſerto biographi noſtri teſtimonio opponi poſſunt hæc, quæ Vincentius Barrali in Chronologia Lerinenſi pag. 378 tamquam Petri de Natalibus verba allegat:* Apollinaris epiſcopus in Galliis civitate Valentia, ... de quo conſtanter tabulæ Lerinenſes: Sanctus Apollinaris, epiſcopus Valentiæ & monachus Lerinenſis. *Etenim, ut cuilibet Opus Equilini, anno 1493 excuſum, conſulenti perſpicuum fiet, nihil hic ſcriptor lib. XI, num. 272 de Sancto noſtro refert, præter recenſitum num. 3 S. Adonis de eo Elogium. Quid? quòd poſt Caput 129 ejuſdem libri XI idem Petrus de Natalibus apertè indicet, ſe æquè de* S. Apollinaris *ac de aliorum Sanctorum, quos ibi enumerat,* vita vel geſtis nihil penitùs potuiſſe invenire, niſi eorum nomina & dies feſtivitatum. *At, inquies, tametſi laudatus Equilinus eum non faciat Lerinenſem monachum; talem tamen conſtanter faciunt Lerinenſes tabulæ,* F *prout Vincentius Barrali ſcribit. Sed, ſi veteres, ſi authenticæ ſint hæ tabulæ, cur ætatem earum fidemque non indicat, cur eas Vincentius non producit? Si recentiores, tanti momenti non ſunt, ut etiamſi iis Equilini aliorumque recentiorum accederet auctoritas, ullatenus biographi coævi teſtimonio præponderare poſſint. Aſſerit quidem biographus noſter num. 5, ſanctum Antiſtitem noſtrum cucullam geſtâſſe, quam ſibi Burgundionum regina præſtari poſtulavit, ut ſuper regem ægrotantem ſterneret: at qui inde eum Lerinenſem monachum fuiſſe contendit, neceſſe eſt, ut epiſcopos omnes & cujuſlibet conditionis viros, qui ante pileorum noſtri temporis inventionem cucullatis veſtibus utebantur, monachos pariter Lerinenſes faciat.*

tenuitque epiſcopatum Valentinum annis 34.

20 *Non ita, quemadmodùm de utroque Sancti noſtri parente, ac de loco ejus natali coævorum teſtimonio conſtat, de ipſo anno, quo is vel natus vel denatus ſit, expreſſa nobis ſuppetunt auctorum veterum documenta. Hinc utrumque natalem ejus annum exactè ac pro certo determinare non auſim. Eſt tamen, unde Sancti ætas & hinc natales anni ſat propè erui plauſibiliter poſſint. Sic nempe biographus noſter num. 7 ad rem noſtram ſcribit:*

AUCTORE J. G.

AUCTORE J. G.

Cùm pontificalis officii curſum triceſimo & quarto anno venerabilis vitæ compleret, ſuperna ammonitione commotus, ad viſendos conſacerdotes propinquoſque ſuos properare decrevit, dicens ante tranſitum ſuum (quem jam celeriter imminere, divina revelatione cognoverat) velle ſe tam liminibus S. Geneſii martyris, quàm conſpectibus atque affatibus propinquorum præſentanea contemplatione præbere. *Cùm itaque, biographo noſtro teſte, anno 34 epiſcopatus ſui mors* celeriter, *ut divina ferebat revelatio*, S. Apollinari imminuerit, *fortè is eodem anno, vel ſaltem inſequenti mortalem cum immortali vita commutavit. His jungè annos circiter 33, quos, cùm ad Valentinam ſedem eveheretur, Sanctus numerabat; exurgent univerſim anni circiter 67, quibus verſatus in terris ſit. Quod autem hi ultra annum Chriſti 531 extendi, aut removeri infra annum 450 non poſſint, in hunc modum oſtendo. Anno 529 vel initio ſequentis habita eſt Valentina ſynodus ad Rhodanum, prout in Vita S. Cæſarii, Arelatenſis epiſcopi, num. 43, & in Vita S. Cypriani, Telonenſis epiſcopi, num. 45 à nobis jam dictum eſt. Quoniam verò huic non interfuit* S. Apollinaris (*id enim biographus, qui ſe aperire profitetur,*
B quod, mundanæ vitæ propinquante jam termino, *Sanctum* egiſſe recoleret, *ejuſque adeò exſilium deindeque geſta retulit, ſilentio non involviſſet*) *oportet, ut jam tum ſanctus Antiſtes in vivis eſſe deſierit, atque adeò ut 34 epiſcopatus ejus anni eò ſe extendere non poſſint. Sententiam hanc egregiè confirmat S. Ado in Chronico, Ætate 6, ad annum 492, ubi* S. Apollinarem *jam tum epiſcopum fuiſſe, ſtatuit: ex quo conſectarium eſt, ut anno 531 ſuperſtes in vivis non fuerit, cùm aliàs non 34 aut 35, ſed 39 aut 40 annis Valentinam ſedem tenuiſſet, quod cum biographi verbis ſuprà adductis facilè conciliari nequit.*

ac probabiliter mortuus eſt ſub annum Chriſti 520, ætatis ſuæ anno circiter 67.

21 *Quapropter non video, quid Cointium impellere potuerit, ut ad annum Chriſti 534, num. 9 ita de Sancto noſtro ſcriberet:* Tunc in vivis adhuc eſſe potuerunt Sæculatius, epiſcopus Deenſis, & Apollinaris, epiſcopus Valentinus, qui concilio Epaonenſi ſub Sigiſmundo Burgundiæ rege interfuerant. *Quin contrà, vel ex hoc capite, quòd* S. Apollinaris *Epaonenſi ſynodo anno 517 interfuerit, nec tamen in Arelatenſi concilio, anno 524 habito, inter præſules illos, quibuſcum ipſe unà Epaonenſi ſubſcripſerat, vel per ſe vel per vicarios*
C *compareat, ſat probabiliter confici poſſet, eum jam inde ab anno 524 è vivis exceſſiſſe; quæ quidem mortis epocha Caſtellano non diſplicuiſſe videtur, quandoquidem Sancti obitum anno 520 innexuit. Certè ob jam dicta plauſibilius videtur, ſub annum 520, ſeu inter annum 518 & 524 ejus obitum contigiſſe, quàm inter annum 525 & 534, uti adſtruit Martyrologium Pariſienſe anno 1727 excuſum. Caſtellani igitur epochâ, tamquam probabiliori, admiſsâ, conſequens eſt, ut anno circiter 486 ad Valentinam ſedem* S. Apollinaris *evectus fuerit, atque adeò quatuor circiter annis priùs, quàm S. Avitus, ejus, ut Sirmondus aliique communiter cenſent, natu minor frater, epiſcopali dignitate fulgêre cœperit; quam quidem S. Avito dignitatem circa annum 490 collatam fuiſſe, oſtendit Henſchenius noſter tom. 1 Februarii pag. 661, num. 6 & in Annotatis ſuis ad ejus Vitam, in qua* S. Apollinaris, *certè quòd natu major erat, ante S. Avitum nominatus fuit; quod idem tradunt ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom. 3, pag. 116, Longuevallius noſter tom. 2 Hiſt. Eccleſ. Gallicanæ pag. 218 aliique paſſim eruditi: ac proin noſtra ſuprà memoratæ chronotaxi minimè adverſatur S. Ado in Chronico, dum ad annum dumtaxat* 492 *SS. Aviti &* Apollinaris *meminit, cùm loco citato non doceat, utrumque Sanctum anno illo epiſcopalem ordinationem ſuſcepiſſe, ut potiùs eos, jam antè epiſcopos creatos, tunc maximè ac deinceps doctrinâ & virtutibus fulſiſſe, inſinuare videatur. Quod ſi ad Valentinæ eccleſiæ ante annos plurimos, ut apparet, ſuo paſtore viduatæ, miſerandum ſtatum reſpiciamus, videri mirum poterit, non ante annum circiter* 486 S. Apollinarem *ei præfectum fuiſſe, quod tamen ideo factum non fuiſſe, putem, quòd is requiſitos à ſacris canonibus annos necdum ante id temporis attigiſſet. His ita, ut res non certa fert, utcúmque ſtabilitis, ſi anno Chriſti circiter* 486 *anni fermè* 33 *completi ſubducantur, quos nempe ante aditum epiſcopatum* S. Apollinaris *exegit, ad annum circiter* 453 *redibitur, qui ejus in terris natalis fuerit.*

D

§ III. Sancti geſta & variæ virtutes, de quibus apud biographum noſtrum nulla fit mentio.

E

In S. Apollinare paſtoralis ſollicitudo pro ſuo grege.

Stabilitis ex biographo noſtro Sancti nobiliſſima cognatione, patria atque inſtitutione, deſignatoque ex eodem, quoad fieri propiùs potuit, ortûs, ſuſcepti epiſcopatûs & obitûs tempore, ab illo nunc, ut ne, quæ ipſe explicatè non recenſuit, ſancti Antiſtitis geſta virtuteſque, omnino tacita prætermittam, divertere tantiſper cogor, ad eumdem tamen mox reverſurus ducem, cùm de rebus, à S. Apollinare *ſub vitæ finem geſtis, agendum erit. Si Joanni Columbo, ex fide veterum Monumentorum & Mſs. codicum archivi epiſcopalis quatuor libris geſta epiſcoporum Valentinorum & Dienſium ſtudiosè complexo, ſi Sammarthanis fratribus tom. 3 Galliæ Chriſtianæ pag. 1109 aliiſque ſcriptoribus adhærere liceat,* S. Apollinaris, *Valentinam ſedem tenuit poſt Maximum hujus nominis I. Hic porrò, ut Sirmondus in Epiſtolam Bonifacii I Papæ apud Labbeum tom. 2 Conciliorum col. 1816 ſcribit, ille idem fuit, quem* Manichæorum olim ſectâ involutum, homicidiique in ſæculari judicio F
damnatum & multis inſuper flagitiis coopertum, accuſârunt apud Bonifacium (*hujus nominis, ut dixi, I*) clerici ejuſdem eccleſiæ, aſſerentes, illum delegatis conſtitutiſque in provincia cognitionibus adeſſe minimè voluiſſe, omniaque ſemper judicia ſubterfugiſſe. Pontifex, quia is Romam non venerat, intra provinciam judicandum decernens, ſynodum epiſcoporum die præfixo congregari jubet, in eaque Maximi cauſam diſcuti & ſententiam ſive in præſentem ſive in abſentem proferri. *Quid homini reo ab epiſcopis actum ſit, nuſquam litteris proditum inveni. Id certum, Valentinum gregem ſub paſtore, ut in Epiſtola Bonifacii tom. cit., col. 1584 dicitur,* Manichæorum caligine... & commiſſis involuto undique flagitiis, *non potuiſſe non multum detrimenti capere, multoſque proin ſucceſſori ejus* S. Apollinari *exantlandos labores, vigilique cura impenſiſſimè deſudandum fuiſſe, ut fidei morumque puritatem, perverſâ Maximi doctrinâ praviſque exemplis labefactatam, priſtino vigori reſtitueret. Ex tam difficili arduoque labore illum forſitan morbum Sanctus contraxerit, quo, haud ita pridem,*

ut

AUCTORE J. G.

A *ut Sirmondus cenſet, epiſcopus creatus, Lugduni lecto affixus fuit, ubi eum S. Viventiolus, prout ex 17 S. Aviti Epiſtola liquet, amicè inviſit & conſolatus eſt. Hos quidem Apoſtolicos* S. Apollinaris *labores aliaſque ejus virtutes, ſigillatim biographus noſter, ut jam monui, non expreſſit; ſed ambigendum tamen de iis non eſſe, docent nos ejus verba, quibus generatim epiſcopales ejus dotes complexus eſt, imparem ſe, qui ſingulas dignè recoleret, num.* 1 *apertè profeſſus.*

Catholicæ fidei propugnandæ & propagandæ ardens zelus,

23 *Has inter epiſcopales virtutes non infimum gradum tenuit ardens Catholicæ fidei propagandæ, hæreſeoſque Arianæ convellendæ ſtudium, quod ei cum S. Avito fratre aliiſque ſummis viris, epiſcopali dignitate tum fulgentibus, commune fuit. Teſtatur id Collatio epiſcoporum coram rege Gundebaldo adverſus Arianos anno, ut in Spicilegii Acheriani tom.* 3 *edit.* 1723, *pag.* 304, *& apud Longuevallium tom.* 2 *Hiſt. Eccl. Gallic. pag.* 254 *dicitur,* 499 *habita, cui Valentinæ urbis epiſcopus, qui alius à* S. Apollinare *noſtro, prout ex annis ejus epiſcopatûs oſtenditur, eſſe nequit, interfuiſſe narratur. Et quamquàm Catholicorum præſulum conatibus non omni ex parte reſponderit exoptatus eventus; id tamen effecit*

B *eorum zelus, ut Catholici Burgundionum regis ſubditi in Catholica fide permanerent, & plurimi Ariani, utut ipſe Gundebaldus rex Trinitatis æqualitatem nec publicè profiteretur, nec Arianam perfidiam ejuraret, tamen* ad pœnitentiam venerint & poſt aliquot dies, *quemadmodùm tom. cit. pag.* 306, *col.* 2 *refertur,* baptizati fuerint; *nempe, ut appoſitè advertit laudatus Longuevallius tom.* 2 *Hiſt. Eccleſ. Gallicanæ pag.* 254, *quia Photini vel Pauli Samoſateni ſectatores erant, quos canon* 19 *concilii Nicæni & poſtea etiam canon* 16 *concilii Arelatenſis* 2, *anno* 452 *habiti, baptizari præcepit his verbis:* Photinianos ſive Paulianiſtas ſecundùm patrum inſtituta baptizari oportere. *Hos autem hæreticos* per hæc tempora Galliam infeſtâſſe, *uti advertit Sirmondus in Notis ad Epiſt.* 28 *S. Aviti,* indicat concilium Arelatenſe 11, cap. XVI & Sidonii Epiſtola XII, lib. VI ad Patientem, epiſcopum Lugdunenſem. Unde & beatus quoque Avitus Photinianorum hæreticorum validiſſimus expugnator dicitur ab Agobardo. *Cetera, quæ in hac collatione utrimque à Catholicis Arianiſque geſta & dicta ſint, legeſis cit. tom.* 3

C *Spicilegii Acheriani pag.* 304 *& ſeqq.: ubi & meritò* S. Apollinaris *aliorumque præſulum ſubmiſſionem humilitatemque ſuſpicies, qui, etſi S. Avito, ut Acta Collationis, S. Aviti biographus aliique inſinuant, epiſcopali dignitate & ætate ſeniores eſſent, libenti tamen promptoque animo id huic detulerunt, ut ſuo omnium nomine ſolus contra Arianos coram rege verba faceret. Adeò procul à Sancto noſtro aliiſque coepiſcopis ejus abcrat, quæ ſæpe aliàs Eccleſiæ damnoſa fuit, tuendi honoris proprii augendæque gloriæ intempeſtiva cupiditas.*

Tuendæ dignitatis Sedis Apoſtolicæ

24 *Ut autem ii, quibus Catholicæ Religionis propagatio hæreſumque extinctio cordi eſt, nihil antiquius habent, quàm ut Apoſtolicæ Sedi ſua dignitas auctoritaſque ſarta tecta ſervetur, ita &* S. Apollinaris *nulli è collegis ſuis in hac parte conceſſit. Rem paulò altiùs repetamus: quod fuerat occaſione electionis S. Symmachi Papæ exortum ſchiſma, lato in ejus favorem à Theodorico, Ariano rege, judicio & celebratâ anno* 499 *Kalendis Martii Romæ ſynodo exſtinctum videbatur, cùm illud acerbiori conatu recruduit. Subornatis falſis teſtibus, maxima quæque crimina legitimo Pontifici adverſarii intulerunt, idque apud Theodoricum egerunt, ut Petrus, Altinæ civitatis epiſcopus, ab eo Sedi Apoſtolicæ daretur viſitator, qui accuſationes in Symmachum allatas cognoſceret. Viſitatore hoc, ut æquum erat, rejecto & unà cum pſeudopapa Laurentio in ſynodo* 115 *epiſcoporum damnato, S. Symmachus, innocentiæ ſuæ ſibi conſcius, impetitus tamen adverſariorum calumniis, ceſſit jure ſuo & ſynodi ſuo conſenſu congregatæ judicio ſe ſubjecit, ut ſic ſua integritas omnibus manifeſtiùs innoteſceret. Potuiſſet lata à congregatis Italiæ epiſcopis in Symmachum ſententia non adeò iniqua res videri, cùm ſententia hæc illum, coram Deo innocentem &* quantùm ad homines reſpicit, immunem & liberum *ab intentatis criminibus declarâſſet: verùm non tulerunt Galliarum epiſcopi Avitus,* Apollinaris, *aliique omnes, quòd de Pontificis Romani cauſa, licèt in id conſentientis, judicium ferre inferiores auſi eſſent.*

ſummum ſtudium, & præclara in Romanum Pontificem reverentia.

25 *Hinc S. Avitus, ut in ſua ad Fauſtum & Symmachum ſenatores Urbis epiſtola apud Labbeum tom.* 4 *Concil. col.* 1362 *aſſerit,* à cunctis Gallicanis fratribus, *ac proin vèl maximè à ſuo fratre* S. Apollinare, *qui in tuendis SS. Canonum præſcriptis, ut infrà in cauſa Stephani patebit, præ ceteris ſtrenuus ac conſtans erat,* ad hoc ipſum non minùs per mandata, quàm per litteras oneratus *fuit, ut ſuæ omniumque coëpiſcoporum Gallicanæ eccleſiæ erga Apoſtolicam Sedem venerationis teſtes, litteras daret, in quibus illud in primis, quod tamen protervè carpſit quidam neotericus, obſervari meretur:* In ſacerdotibus cæteris poteſt, ſi quid fortè nutaverit, reformari: at ſi Papa Urbis vocatur in dubium, (*ſeu, ut præmiſerat,* ab inferioribus ſuperior judicetur,) epiſcopatus jam videbitur, non epiſcopus vacillare. *Et paulò pòſt:* Non eſt gregis, paſtorem proprium terrere, ſed judicis. *Sunt & aliæ multæ virtutes, quæ* S. Apollinari *cum Avito fratre aliiſque ſui temporis epiſcopis communes fuerunt, puta, ſollicitudo vehemens, ut ad Catholicam communionem adduceretur Conſtantinopolitana eccleſia, uti & ſingularis planè in Romanum Pontificem reverentia animique ſubmiſſio, de qua rurſus idem S. Avitus Epiſt.* 87 *ad Hormiſdam Papam ſcribit:* Securus, non dicam de (*ſola*) Viennenſi (*in qua provincia* Apollinaris *unam è præcipuis ſedem occupabat*) ſed de totius Galliæ devotione polliceor,

F omnes ſuper ſtatu fidei veſtram captare ſententiam. *Sed ad eas, quæ Sancto noſtro propriæ fuerunt, virtutes nunc progrediamur.*

eximia vitæ puritas, pietaſque in defunctos fideles,

26 *De his S. Avitus Ep.* 12 *ad* S. Apollinarem *datâ ita loquitur:* Apparet liquidò, quanta ſit in veſtro merito gratia Dei, aut quantus conjici debeat virtutum cumulus, ubi error ipſe tam ſanctus eſt. *Qua autem occaſione hæc prolata ab eo fuerint, lubet hîc recenſere.* S. Apollinari *eâdem nocte, quâ Viennæ Allobrogum defunctæ ſororis anniverſarium, ſe abſente, celebrabatur, inſolita prorſus oblata in ſomno ſpecies fuerat, ſeu, ut ipſummet* S. Apollinarem *loquentem audiamus,* In ipſa ſancta nocte, in viſione, neſcio quid, manibus meis hæſerat, quod conſedens juxta me fulgentiſſima, ſed inuſitato colore rubea columba vellebat. Cúmque expergefactus, quotidianum quidem manuum mearum horrorem recognoſcerem, ſed purgari me immeritò nihilominus meminiſſem, dum ipſum ambiguum, *ſeu quid objecta ſpecies portenderet,* mæſtus mecum atque anxius

AUCTORE J. G.

xius volvo, repentè quasi stimulo percussus, illicò sum reliquati fœnoris recordatus. Jam quæ me hinc confusio, quæque pressèrit amaritudo, *nempe quòd largum, ut solebat quovannis, munus ad anniversarii celebrationem mittere oblitus esset*, pietas sancta perpendit. *Ad hæc S. Avitus verbis suprà adductis respondet, iisque subjungit:* Dum justus accusator sui conatur in se convincere, quod peccare non potuit, confitentis humilitas crescit ad meritum, non confessionis veritas ad reatum. Excessisti, fateor, consuetudinem: sed pietatis augmento semper diei hujus meminisse dignamini.... Ostendistis, quanta spiritalitate vos exercere delectet, quod præteriisse sic doluit. Verè secuta est dignitatem delicti vestri sancta revelatio: & tale repertum est in dormiente supplicium, quale fuerat in vigilante peccatum. *Dein expositâ suâ de illa visione sententiâ, quâ fratris eximiam pietatem sanctissimæque vitæ innocentiam & simplicitatem prædicat, ita epistolam concludit:* Ampliâstis ergò quidem, ut suprà dictum est, fœnus assuetum: nec illud tamen consuetudini defuit, quod putâstis. Nam nocti ipsi, quam, vos excitante Christo, non licuit oblivisci, adhuc de abundantia superioris anni vestra nihilominus luxit oblatio. Sic ex quodam supernæ benedictionis irriguo, quod impenditis annis singulis, sufficit multis. Deum quæso, ut hoc etiam mihi pietas vestra quandoque dependat. *Atque hinc, quàm fuerit* S. Apollinaris *integer vitæ & noxæ etiam levissimæ purus, quàm in præmortuos consanguineos pius, quàm in ecclesias liberalis, existimare facile quisque potest.*

B

In ecclesias magna liberalitas.

27 *Ut verò in medio relinquam, quæ de villa Subdione Valentinæ ecclesiæ à* S. Apollinare *donata sine authentico testimonio lib.* 1 *de Rebus gestis Epp. Valent. pag.* 248 *tradit Joannes Columbus, liberalem certè munificamque ejus in ecclesias indolem etiam manifestat S. Aviti Epistola* 79, *quâ is* S. Apollinari, *de muneribus, quæ ad ornatum Viennensis ecclesiæ, cùm ejus festivitati adesse non posset, miserat, his verbis summas gratias agit:* Innexus pariter ac gravatus vestræ dignatione sollicitudinis, magnitudine muneris, consuetudine pietatis, qua digna vel gratiarum actione, non dicam obsequii sedulitate, respondeam? Nisi fortè multipliciter invalidus eâdem in hoc sustenter gratiâ vestrâ, quæ nos onerat. Concedat vos ornatui ecclesiæ, consolationi & refectioni nostræ omnipotens Deus, ut, quia revera non solùm vobis vivitis, per aliorum solatia vestra merita cumuletis. Fecerunt quidem peccata mea non qualemcumque necessitatem, quâ nos in die susceptæ festivitatulæ nostræ corporali vestræ pietatis præsentiâ fraudaremur. Sed reddidistis ac repræsentâstis nobis vicissitudinem vestri aspectus in lumine, oris in sermone, tactus in opere. Spero in Dei misericordia, quòd non meo tantùm tempore, sed etiam secuturo, donum vestræ oblationis ecclesiola nostra venerabitur. Quod sicut ego, dum vivo, in testimonium inexhaustæ largitatis servare desidero: ita mihi Deus præstet, ut etiam ei, quem post me, cùm Deus jusserit, electio vestra decreverit, peculiariter auctoritas vestra commendet. *Qui verò in Viennensem ecclesiam, sibi affinem tantùm, tam larga manu dona conferebat, ut pares munificentiæ gratias agere S. Avitus nequiret, in sponsam suam Valentinam ecclesiam minimè parcus fuisse censeri debet. Hinc propriis ejus sumptibus ædificatam fuisse putem utramque ædem illam, ad cujus geminam dedicationem fra-*

C

trem suum S. Avitum, ut ex hujus Epistola 25 *liquet, enixè invitârat: in has autem ecclesias eò usque* S. Apollinaris *suas epes profudisse videtur, ut, penuria cogente, non, nisi paucos, ad dedicationis festivitatem evocare ausus fuerit. Huc alludere videtur S. Avitus Epist.* 25 *ita ad eum scribens:* Quo circa licèt paucos rogâsse te dicas, licèt laxato aulico conventu relevatum esse te, gaudeas: si qua tamen mihi excurrendi copia fiet, vel invitos, qui supervenerint, invitabis. Providebit Deus epulas multitudini tibi convivæ. Ibi pauperum cibus olei cado & farris hydria persistente cumulabitur. Ibi si vel quinque panes fuerint, geminum piscem providisse sufficiat. Illud autem fidus post hæc miraculorum experimenta promitto, quòd, Christo pauperum suorum conventui minimè defuturo, quantò plura populorum millia collegeris, plures cophinos reportabis.

D

Fraterna charitatis mira observantia aliæque virtutes eminentes.

28 *Eminuit & in Sancto nostro non vulgaris munificentiæ genus, quo in vos, quibus succensere non injuriâ potuisset, mirificè ferebatur. Avitum fratrem, ut* festivitati occurreret, (*annuam fortassis dedicationis ecclesiæ suæ memoriam intellexit*) *impensissimè rogaverat, nec tamen is, ut Epistolâ* 63 *scribit,* festivitati occurrerat. *Ergò* S. Apollinaris, *quem vel latebat, vel certè latere poterat, obsistente necessitate, fratrem suum coràm non interfuisse,* cogitans atque pertractans inofficiositatem *fratris sui, seu, ut hic ait,* indevotionem, nil dignius judicavit, quàm si, declinatâ injuriâ, nihil segnius intentaret, *nec aliud supplicii genus in fratrem adhiberet, quàm quo vincitur in bono malum: propterea supplicii loco munera ei misit. Non potuit non insolitum ultionis genus S. Aviti animum movere; qui & illud vehementer non minùs, quàm lepidè laudavit, utque pari supplicio tam sanctum ultorem afficeret, pari eum studio, missis donis, remuneratus fuit.* Fratrum amore dignus conflictus *ait rectè Sirmondus in Notis ad Epist.* 62 *&* 63, *imò & Christianæ munificentiæ ac fraternæ charitatis insigne documentum. Atque his quidem, præter alias multas, virtutibus ornatus fuit sanctus Antistes noster, quas, quia biographus intactas reliquerat, ex aliis puris fontibus eruere, atque promiscuè, cùm ordini chronologico alligari nequirent, recensere necesse fuit. Nunc, ut pollicitus sum, ad biographum nostrum revertor, ut hoc duce, reliqua Sancti nostri gesta prosequar, &, ubi res fert, genuinis aliis documentis illustrem.*

E

F



A

§ IV. Sanctus occaſione canonis, in Epaonenſi ſynodo adverſus inceſtas nuptias lati, à Sigiſmundo, Burgundionum rege, in exſilium mittitur: patratum ab eo in exſilii loco miraculum: reddita divinitus regi ſanitate, inde revocatur. Quo tempore hæc contigerint.

Lato in Epaonenſi ſynodo

Laudatus jam ſæpe biographus noſter, cùm hoc ſibi animo propoſuiſſet, ut ea dumtaxat, quæ à S. Apollinare *ſub vitæ finem præclarè geſta fuerant, poſteritati committeret, quò eam prædicandis his Sancti actibus exemplisque glorioſis æmulatione laudabili, ut loquitur, excitaret, de Epaonenſi ſynodo, in villa Tortilliano ſeu Ebaone, loco Viennæ vicino, vel, ut aliis placet, in vico Ienna, ſuper Rhodanum ſito, coacta, cui* S. Apollinaris *interfuerat, expreſſam nullibi mentionem fecit. Ab hoc tamen concilio, anno Chriſti* 517, *ut eruditi paſſim cenſent, celebrato, ſi ab origine acti in exſilium Sancti hiſtoriam repetere velimus, deducenda narrationis ſeries eſt. Res ita ſe habet. Eodem fortè tempore, quo Victurius, Gratianopolitanus antiſtes, S. Avitum Viennenſem epiſcopum Epiſt.* 14 *conſulebat, quid de Vincomalo, Gratianopolitano cive, qui defunctæ uxoris ſororem ſibi in matrimonio copulârat, ſtatuendum ſibi eſſet,* accidit, ut, *quemadmodùm biographus noſter refert,* quidam ex officio regis Sigiſmundi, nomine Stephanus, qui ſuper omnem dominationem fiſci ejus principatum gerebat, defuncta ejus conjuge, ſororem uxoris ſuæ ſibi inlicitè conſortio copularet. *Non infrequentes, ut his exemplis liquet, apud Burgundiones tum temporis erant inceſtæ illæ nuptiæ, quibus defunctæ uxoris ſororem in ſuum thorum mariti inducerent.*

B

C

Adverſus inceſtas nuptias canones.

30 *Cùm verò, ut ex ejuſdem epiſcopi Victurii epiſtola patet, non ita ratum fixumque epiſcopis nonnullis eſſet, quid de tali cauſa decernendum ſibi foret, an nempe inceſti illi conjuges communioni ſubtrahendi, an permittendi eſſent, quod alterutrum non niſi trepidè quidam ſtatuebant, tantùm abfuit, ut hâc viâ iretur malo obviàm, ut contrà, ne indies contagio ingraveſceret, periculum immineret. Igitur, qui à S. Avito ad ſynodum* octavo Iduum Septembrium in parochia Epaonenſi, *ut illius Epiſtola tractoria apud Labbeum tom.* IV *Concil. col.* 1573 *indicat, habendam coacti fuerant epiſcopi, Sigiſmundi Burgundionum regis imperio parentes, inter alios de diſciplina eccleſiaſtica conditos canones, ut ſerpenti malo remedium afferrent, Agathenſis concilii canonem* 61, *ab epiſcopis, Viſigothorum regi Alarico ſubditis, anno Chriſti* 506 *in pari cauſa conditum, inter ſuos adoptârunt, edixeruntque can.* 30, *ſe* Inceſtis conjunctionibus nihil prorſus veniæ reſervare, niſi cùm adulterium ſeparatione ſanaverint. *Inceſtum* verò nec ullo conjugii nomine *prævelandum*, præter illos, quos vel nominare funeſtum eſt, *hunc eſſe inter alios*, cenſuerunt, ſi quis frater germanam uxoris ſuæ accipiat.

AUCTORE J. G.

& excommunicato Stephano, Sigiſmundi regis fiſci præfecto,

31 *Feriebatur hoc canone Stephanus, fiſci regii præfectus, ejuſque complex Palladia. Atque hinc, cùm is Sigiſmundo regi in primis carus & gratioſus eſſet, erat ſanè, cur timerent Epaonenſes Patres, ne hoc canonico fulmine percuſſus, quà dolis, quà calumniis, regem conveniret, in eoſque præſertim, quos ferendæ hujus ſententiæ præcipuos auctores noviſſet, Sigiſmundi animum exacerbaret. Prior tamen, ut ſtrenuos decebat antiſtites, ipſis fuit Eccleſiaſticarum legum immunitas omni injuſtæ perſecutionis formidine, & Deo magis quàm hominibus obſecundantes,* ſancti & beatiſſimi apoſtolici viri Avitus & Apollinaris, *prout biographus num.* 2 *ait,* ſynodalem inſtitutionem ſervantes, cum reliquis pontificibus ſimul in unum congregati, ipſum Stephanum ſacra communione privari ſanxerunt: ut, calcatâ ſcilicet humanæ fragilitatis impudicitiâ, quod juſtitia ſuperna damnavit, inhoneſta præſumptio non audeat vindicare. *Num hîc per* ſynodalem inſtitutionem *biographus intellexerit Agathenſem ſynodum, an prædictum canonem* 30 *Epaonenſis ſynodi, an verò utriuſque concilii conſtitutionem, inexploratum mihi eſt, nec ad rem noſtram multùm facit. Id ipſius Lugdunenſis concilii apud Labbeum tom. cit., col* 1584 *teſtimonio indubitatum eſt,* S. Apollinarem *noſtrum, ac decem epiſcopos, qui Epaonenſi ſynodo unà cum eo interfuerunt, in nomine Trinitatis congregatos iteratò in unum, in cauſa Stephani, inceſti crimine polluti, decreviſſe, ut hoc factum ſuum, quod in damnationem ejus vel illius, quam ſibi illicitè ſociavit, uno conſenſu ſubſcripſerunt, inviolabiliter ſervarent: quod non ſolùm de præfatis eiſdem perſonis placuit cuſtodiri, ſed in omnibus, qui quolibet loco vel tempore in hac fuerint perverſitate detecti. Ita fermè verbotenus canon* 1 *concilii Lugdunenſis, quod eodem anno Chriſti* 517, *ut Labbeo aliiſque multis videtur, celebratum fuit.*

omnia perpeti mavult Sanctus, quàm Eccleſiæ diſciplinam labefactari,

32 *Cùm igitur congregatis Lugduni epiſcopis fixum animo eſſet, omnia potiùs mala perpeti, quàm Eccleſiaſticam in coërcendis inceſtis diſciplinam, tam Eccleſiæ Græcæ, teſte S. Baſilio Ep.* 197 *ad Diodorum, quàm Eccleſiæ Latinæ, teſte Agathenſi ſynodo, communem, impunè violandam permittere, præſagâ imminentis ſibi perſecutionis mente, ita canone* 2 *ſtatuerunt,* ut, ſi *hac de cauſa* quicumque *eorum* tribulationem quamcumque vel amaritudinem aut commotionem fortaſſe poteſtatis neceſſe habuerit tolerare, omnes uno cum eodem animo compatiantur: & quidquid vel diſpendiorum obtentu cauſæ unus ſuſceperit, conſolatio fraternæ anxietatis relevet tribulatos: *& canone* 3: Quod ſi ſe rex præcellentiſſimus ab Eccleſia vel ſacerdotum communione ultrà * ſuſpenderit, locum ei dantes ad ſacræ Matris gremium veniendi, ſancti antiſtites in monaſteriis ſe abſque ulla dilatione, prout cuique fuerit opportunum, recipiant, donec pacem integram, ad caritatis plenitudinem conſervandam, ſanctorum flexus precibus, reſtituere pro ſua potentia vel pietate dignetur. Ita ut non unus quicumque priùs de monaſterio, in quo elegerit habitare, diſcedat, quàm cunctis generaliter fratribus fuerit pax promiſſa vel reddita. *Ne tamen Sigiſmundi regis, pro Stephano ſuo impenſiſſimè deprecantis, dignitati ſententiæque nihil planè deferre voluiſſe viderentur,* id temperamenti, *ut canone* 6 *dicitur,* regis ſententiam ſecuti, præſtiterunt, ut Stephano prædicto

D

E

F

**an non ultro?*

AUCTORE J. G.

dicto vel Palladiæ (*id enim erat inceſtæ conjugis ejus nomen*) uſque ad orationem plebis, quæ poſt Euangelia legeretur (*ſeu uſque ad* Orate fratres,) orandi in locis ſanctis ſpatium præſtarent.

hinc cum aliis epiſcopis in exſilium ſecedit & ſolus retinetur

33 *Nihilominus tamen, uti biographus ſcribit*, rex diræ inſaniæ furore permotus, *&, ut credibile eſt, Stephani artibus calumniiſve circumventus*, beatiſſimos pontifices acerrimè, inſidias prætendendo, injuriare non deſinebat. Sed apoſtolici atque venerabiles viri minas terreni regis minimè formidantes, imperiis cæleſtibus armati, ita ſe juſtitiæ vinculo nexuerunt, ut, quælibet ſupplicia eiſdem inferrentur, ut ſocii paſſionum, tormenta tolerarent. Viſum enim illis eſt, ut in oppido civitatis Lugdunenſium, quod nuncupatur Sardinia, pariter tamquam exilio deputati, auxiliante Domino comitarentur. *Quod quidem ab epiſcopis non ſponte ſua, quo ſenſu intelligi poſſet biographus, ſed, regis cogente mandato, factum fuiſſe, arbitror. Non diu tamen extorres domo ſingulos tenuit Sigiſmundus.* Videns *etenim, prout biographus ait*, conſtantiam eorum incorruptibilem eſſe, ab ira non deſinens, præcepit, ut pontifices, qui ibidem (*nempe in exſilio*) pariter reſidebant, ad propria reverterentur, & ſingillatim per ſingulos menſes regem opperiri deberent. Sed quia beatiſſimus Apollinaris in condemnatione Stephani perſeverans videbatur (*fortè quòd de ſummo Canonum rigore nihil relaxare, nec tantùm moneri Stephanum ad agendam publicè pœnitentiam, ſed eccleſiaſticarum pœnarum omnium comminationibus ad id compelli vellet*) ipſum primùm (*rex*) ſtuduit obſervare, *ſeu ſeveriùs in eum animadvertere, eum nempe, revocatis aliis epiſcopis, ſolum exſulem detinendo.* Tunc omnes (*reliqui epiſcopi*) lacrymis divinam potentiam obſecrantes, ne ſe derelinqueret, valedicentes, celebrata oratione, profecti ſunt. *Porrò quodnam ſit illud Lugdunenſium civitatis ſeu territorii aut provinciæ oppidum*, Sardinia *dictum, quò Sigiſmundi regis juſſu relegatus fuit* S. Apollinaris, *tacentibus præter alios Valeſio, Bandrando & Bouqueto, teſtantibuſque Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptoribus tom. 3, pag. 95 in Annotat., locum hunc hocce tempore incognitum eſſe, edicere ego non auſim. Hinc conjecturis de Sardiniæ hujus ſitu parco & ad* S. Apollinarem *redeo.*

B

C

veniùs, ut videtur, anni ſpatio, quo tempore miraculum patrat,

34 *Quàm longam in hoc ſui exſilii loco moram trahere coactus fuerit ſanctus Antiſtes, ex prodigio, quod illic ab eo patratum narrat biographus, intelligere in promptu eſt, ſi quidem, ut Sirmondus, auctores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom. 3, pag. 93 aliique exiſtimant, re ipſa paulò poſt Epaonenſe concilium, aliud Lugduni ab undecim epiſcopis celebratum fuerit, eoque abſoluto, ſtatim hi in exſilium depulſi ſint. Cùm enim biographus dicat*, Apollinare *in exſilio adhuc degente*, ab ardenti æſtu fluenta Rhodani *ità* tepefacta fuiſſe, ut à ſitientibus ex eo aqua potari non poſſet, *conſequens eſt, ut, reductis in ſuas ſedes circa anni 517 finem ceteris epiſcopis, ipſe ad uſque anni inſequentis æſtatem vel autumnum epiſcopali ſede extorris manſerit. Suis biographum verbis rurſus loquentem accipe:* In quo loco dum Vir Dei morarum ſpatia, neceſſitatis causâ ſuſtineret, ab ardenti æſtu fluenta Rhodani tepefacta ſunt, ut à ſitientibus ex eo aqua potari non poſſet. Et quia nullus puteus, neque fons, unde aqua hauriri deberet, ibidem reperiebatur, beatiſſimus Vir Dei firmans ſe Spiritu Sancto, & virtutibus non ignotæ potentiæ ſecurus, confert ſe ad locum à Deo deſignatum, & ſecretiùs præcepit ſuis ſarculum exhiberi: quo exhibito, oratione expleta, dixit ad eos: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti hunc locum aperite. Hoc facto, mox annuente illo, qui aquas fervere jubet in corde terræ, fons exortus eſt: & quamdiu beatiſſimus Pontifex ibidem moratus eſt, beneficio omnipotentis Dei aquam ſibi placitam ſemper habere promeruit: poſt diſceſſum verò ejus fons ſiccatus eſt, ut omnes agnoſcerent, meritis Servi Dei fontem ipſum obſequium detuliſſe, & ad priſtinum curſum fuiſſe reverſum.

D

ac deinde, reddita divinitus Sigiſmundo regi ſanitate.

35 *Potuiſſet divinitus editum à* S. Apollinare *miraculum, ſi ad Sigiſmundi aures perveniſſet, ejus animum permovere, ne immerentem Præſulem, cujus innocentiam ſanctitatemque Superi prodigio comprobârant, diutiùs propria ſede extorrem teneret: at vel Stephani vel aliorum aulicorum aſtu, nihil de eo regi innotuiſſe videtur, niſi poſtquam, ut apparet, ab uxore ſua, quæ Sanctum Antiſtitem pro eo deprecatura acceſſerat, certior de eo redditus fuiſſet. Certè ante id temporis nihilo æquior in* S. Apollinarem *fuit, ut contrà, teſte biographo*, Virum illum apoſtolicum nec videre vellet, ſed magis inſidias prætendere ſtuderet; *cùm tandem Deus* (*biographi verba rurſus ſunt*) qui eſt meritorum rectiſſimorum & immenſæ virtutis laudabilis judex, celerem ultionem demonſtrans, *effecit*, ut ipſe rex ita vim febrium incurreret, ut potiùs funebris, quàm vitalis eſſe crederetur. Tunc regina ipſius (*priorem Sigiſmundi conjugem, Theodorici filiam, Jornande cap. 58 teſte*, Oſtrogotho *vocatam, hic deſignari arbitror*) fide accenſa, *&, ut apparet, de immiſſi à Deo morbi cauſa rectè augurata*, alacri feſtinatione pervenit ad locum, ubi beatiſſimus Pontifex reſidebat & avida devotione petebat, ut interceſſione ipſius dominus ſuus (*Sigiſmundus*) incolumitatis donum reciperet. Sed Vir Dei, abdicatâ mundanæ elationis efferentiâ, eundi famulatus omnimodis denegavit. Magiſque regina illa lacrymis pedes ejus rigans, poſcebat vel cucullam ejus ſibi præſtari, quam ſuper regem ſternere deberet. Victus fletibus, ceſſit. Quæ cùm, tribuente Deo, ſupra virum ſuum fiduciali conſtantia fuiſſet expanſa, ſtatim effugata infeſtatione febrium, vel ſi qua alia impugnatio videbatur, proſperitatis munus emeruit.

E

F

honorificè ab eo inde educatur.

36 *Ita incolumitati ſibique redditus bonus princeps*, reminiſcens facinus, quod *injuſta epiſcoporum perſecutione* admiſerat, licèt grandi confuſione repletus, tamen exultans, quòd ſuffragante Pontifice, (S. Apollinare, *quem ceteris epiſcopis diutiùs exſulem detinuerat*) per veſtimenti ejus tegmina priſtinam meruiſſet conſequi ſoſpitatem, præcurrens primùm ſtuduit, ut tanti miraculi tantæque virtutis latices, *ſeu fontem ſancti Antiſtitis operâ divinitus in exſilii ſui loco exortum, aliiſque, ut innuere videtur biographus, prodigiis aut beneficiis inſignem*, oculis viſibilibus cernere mereretur. *Mox* agnitâ virtutis gratiâ, venit ad Virum Dei & amplectens pedes ejus coràm poſitus, cum exultationis fletu veniam poſtulabat, dicens: Peccavi, iniquè geſſi, dum juſtis indignas ſæpe intulerim tribulationes. *Hactenus ferè biographus, inflictum divinitus Sigiſmundo morbum ejuſque de admiſſa culpa pœnitentiam deſcribens; qui, tametſi ibi apertè non edicat, reductum tum temporis ad ſedem ſuam à Sigiſmundo fuiſſe* S. Apollinarem; *id tamen ſatis innuit, dum regem*

A *regem delicti à ſe commiſſi veniam ſubmiſsè poſtulâſſe ſcribit, ad eaque ſancti Præſulis geſta ſtatim progreditur, quæ eum ſuæ ſedi tum reſtitutum à rege fuiſſe, ſatis apertè oſtendunt. Atque in hunc modum contigit, ut ſuus Eccleſiaſticis legibus vigor ſteterit, & inceſti Stephani ſe iis ſubmittere renuentis ſuperbiam, regiſque, miſerè decepti aut circumventi, iracundiam repreſſerit imperterrita Præſulis noſtri injuſtæ perſecutionis tolerantia.*

Hæc autem, non ante Sigiſmundi converſionem, ut Bailletus vult.

37 *Ad reliqua Sancti geſta priuſquam pergam, conveniendus mihi eſt Bailletus, qui Lugdunenſem ſynodum præſulumque exſilium jam nunc memoratum ante perfectam Sigiſmundi ad Catholicam fidem converſionem ſynodumque Epaonenſem collocans, à probabiliore, ut mihi quidem videtur, ſententia diſceſſit. Et ſanè multa ſunt, quæ contra Bailletum faciunt, dum ſolus ei S. Aviti biographus, Adone junior & in deſignandis chronologicis notis infelicior, utcúmque favet, cùm agens de Sigiſmundo, à S. Avito* in fide pietatis erudito, *non ex Adonis Chronico, ſed de ſuo addidit, id factum eſſe* poſt S. Aviti exſilium; *qua in re, utpote à Sancti noſtri temporibus nimiùm remotus & antiquorum teſtimonio deſtitutus vix ullam meretur fidem. Quæ verò Bailleti opinioni*

B *refragantur, fixamque contrà à nobis chronotaxim vix non indubitatam reddunt, hæc ſunt: Sigiſmundi regis tempore habitam Lugduni fuiſſe ſynodum in cauſa inceſti Stephani, hancque ab Epaonenſi, anno 517 celebratâ, non longo temporis intervallo diſtare, apud Labbeum tom.* IV *Conciliorum col.* 1586 *rectè obſervavit Sirmondus in Notis, idque tum ex eo, quòd in utraque ſynodo Sigiſmundi regis nomen exſtet, tum ex eo, quòd iidem ad unum omnes epiſcopi, qui Epaonenſi, Lugdunenſi quoque interfuerint. Quibus adde, quòd, ut num.* 31 *docuimus, Lugdunenſes Patres canone* 1 *apertè ediſſerant ſe* iteratò, *ſeu ſecunda jam vice, in cauſa Stephani congregatos eſſe, ut quod antè, in Epaonenſi videlicet ſynodo, contra inceſtas nuptias decretum ſummo conſenſu tulerant, inviolabiliter ab omnibus, excepto nemine, ſervandum curarent. Quapropter, ſi ſibi Bailletus conſtare velit, neceſſe eſt, ut, dum ante perfectam Sigiſmundi converſionem Lugdunenſe concilium collocat, illud non tantùm annis fermè decem ab Epaonenſi removeat, ſed &, reluctantibus canonis* 1 *jam citati verbis, huic totidem annis anteponat; quandoquidem, uti ex Epiſtola* 27 *S. Aviti, nomine Sigiſmundi regis ad Symmachum Papam data, atque ex adjecta Sixmondi Nota manifeſtè patet, jam pridem ante hujus Pontificis, anno Chriſti* 514 *defuncti, obitum, Sigiſmundus probè Catholicus exſtitit, atque hoc nomine Romæ olim à Symmacho Papa perquàm benignè & familiariter exceptus fuit.*

C 38 *Quid? quod ipſemet Bailletus die* 1 *Maii in Vita S. Sigiſmundi, juniorem hunc principem, ſat multò antè, quàm anno* 516 *Gundebaldo patri in regnum ſuccederet, pietate ſua ſanctiſque moribus totius paternæ aulæ admirationem in ſe convertiſſe innuat; ut proin, uti ſuprà jam monui, ſi conſequenter loqui velit Bailletus, decennio circitèr, ne dicam annis pluribus, utramque à ſe ſynodum dimovere, & Lugdunenſem Epaonenſi totidem annis præponere cogatur. Qua in opinione, neſcio, an eruditos ſibi adſtipulantes nunc habiturus ſit, aut qua ratione Lugdunenſis canonis* 1 *verba cum Epaonenſi decreto conciliari aptè valeant. Accedit, quòd, tametſi Sigiſmundus, ut ex eadem S. Aviti Epiſtola liquet, vivente adhuc Symmacho Papa,* regis *nomen geſſerit, atque adeò, prout laudatus jam ſuprà Sirmondus advertit, non primùm anno Chriſti* 516 rex *fuerit dictus, tamen credibile non ſit, regium ei nomen ſtatim atque ad Catholicam fidem ſeu utcúmque, ſeu perfectè, à S. Avito converſus eſſet, à Gundobado patre, politicæ arti temporique nimiùm ſerviente, non ſine Arianorum principum ſubditorumque indignatione conceſſum ſolemniter fuiſſe. Unde cùm Sigiſmundus in concilii Lugdunenſis inſcriptione jam* regis *nomine gaudeat, ſequitur, ut illud celebratum non ſit, quo tempore is fide Catholicus eſſe inceperat, nedum antè quàm à S. Avito religione Catholica imbutus eſſet, ne aliàs etiam longiùs, quàm Bailletus, Lugdunenſem ab Epaonenſi ſynodo anno, ut dixi,* 517 *celebratâ, removere, & juniorem principem, multò priùs, quàm id veteres patiantur hiſtorici, Burgundionum regno admovere cogaris. His adde, quòd ſi, vivente adhuc Gundobado, imò multò antè, quàm Sigiſmundus ejus juſſu, teſte Fredegario in Epitome cap.* 34, *in regnum ſublimatus ſit, Lugdunenſis ſynodus celebrata fuiſſet, non hæc ſimpliciter* tempore Sigiſmundi regis, *ſed vel* Gundebadi regis *ſolius, vel* Gundebadi & Sigiſmundi regum tempore *habita fuiſſe, in concilii inſcriptione dicta fuiſſet.*

qui Lugdunenſem ſynodum Epaonenſi aliquot annis perperàm anteponit,

39 *Contrà verò, dum Lugdunenſis ſynodus Epaonenſi poſtponitur, rectiſſimè illa* Sigiſmundi tempore *coacta fuiſſe dicitur, cùm anno* 516 *ſeu* Petro conſule, *ut Marius Aventicenſis in Chronico ſcribit, rex* Gundobagaudus *obiiſſet, levatuſque in regnum ejus eſſet filius ejus Sigiſmundus rex, quo conſentiente, anno* 517 *in Epaonenſi parochia octavo Iduum Septembrium Burgundionum regni epiſcopi congregati in unum fuerunt. Ut aliis abſurdis ex Bailleti opinione conſectariis parcam, quis credat, undecim epiſcopos Lugduni in ipſa regia Gundobadi Ariani principis ſede, ejus injuſſu ſynodum cogere auſuros fuiſſe, quâ, Sigiſmundo filio ejus maximè invito, clientem ei gratioſiſſimum ab Eccleſiæ communione excluſum declararent. Aut cur, ſi Gundobadus tempore hujus concilii ſuperſtes adhuc erat, non ab eo S. Viventiolus, Lugdunenſis antiſtes, aliique epiſcopi, ſed à Sigiſmundo rege in exſilium depulſi fuerunt? Hæc aliaque à vero abſona longè à chronotaxi noſtra abſunt, nec quidquam à biographo noſtro aut in ſynodis Epaonenſi & Lugdunenſi refertur, quod facilè & apprimè cum ea conciliari nequeat. Quòd verò, reclamante Pagio ad annum* 517, *num.* x, *hanc non* loci incerti, *ſed* Lugdunenſem *ſynodum appellem, id ſanè temerè non facio, cùm ipſamet canonis* 1 *verba ſynodum hanc Lugduni habitam fuiſſe, apertiſſimè teſtentur. Ea audi:* In nomine Trinitatis congregati iteratò in unum, in cauſa Stephani inceſti crimine polluti, atque in Lugdunenſi urbe degentes decrevimus *&c. Non ergò Sirmondus eam ideò, ut adſtruit Pagius,* Lugdunenſem *vocavit, quòd Viventiolus, Lugdunenſis epiſcopus, ei primus ſubſcripſit, ſed ideò, ut jam mox dixi, quòd concilii canon* 1 *Lugdunum habitæ ſynodi locum diſertiſſimè aſſignet.*

AUCTORE J. G.

E *ſed poſt celebratas anno* 517 *Epaonenſem & Lugdunenſem ſynodos contigerunt.*

F

AUCTORE J. G.

§ V. Sancti iter Arelatem & Massiliam versus pietatis ergò susceptum : mirabilis ejus obitus : corporis sepultura, translationes & patrata post mortem miracula.

Præcognito sua mortis tempore, Arelatem Sanctus proficiscitur

IGitur *post habitas Epaonenses & Lugdunenses synodos, cùm* S. Apollinaris *ab exsilio ad episcopalem cathedram honorificè, ut num.* 36 *innui, reductus esset, eò animum curamque omnem pro sua vigilantia & sollicitudine intendit, ut, quæ saluberrimè in ambabus synodis decreta fuerant, accuratissimè suo quæque tempore in sua diœcesi præstarentur. Ast hæc non diu pòst tam vigili Pastore gavisa est : divinitus quippe de imminente sibi ad immortalem vitam transitu admonitus,* cùm pontificalis officii cursum, *ut biographus noster num.* 7 *ait,* tricesimo & quarto anno
B venerabilis vitæ compleret, superna ammonitione commotus ad visendos consacerdotes propinquosque suos properare decrevit, dicens, ante transitum suum (quem jam celeriter imminere, divina revelatione cognoverat) velle se tam liminibus sancti Genesii martyris, quàm conspectibus pontificum atque affatibus propinquorum præsentanea contemplatione præbere. *Erat Arelate hoc tempore, uti & multò antè, quemadmodùm Cuperus noster tom.* v *Augusti pag.* 124 *&* 125 *demonstravit, in primis celeberrimum S. Genesii martyris sepulcrum, atque ad illud solemnes institui peregrinationes solebant; degebant quoque in Arelatensi urbe S. Cæsarius, ejus episcopus, & de* S. Apollinaris *consanguineis viri illustres, Parthenius & Ferreolus. Huc ergò defluo Rhodani cursu navigare Sanctus noster instituit, quò suam erga celeberrimum martyrem Genesium venerationem pariter exhiberet, & consanguineis suis ultimum vale diceret.*

ad S. Genesii M. sepulcrum suosque consanguineos visendos,

41 *Quæ in hoc itinere à* S. Apollinare *gesta, quæ patrata ab eo sint miracula, cùm à biographo satis fusè exposita fuerint, eorum hìc summa dumtaxat capita referam, id unum præmonere contentus, non hìc de illius Genesii, qui Romæ ex mimo gentili Christianus ac deinde martyr effectus est, sed de alterius Genesii martyris sepulcro sermonem esse, ejus nimirum, qui, Usuardo teste,* Arelate exceptoris functus officio, cùm impia, quibus Christiani puniri jubebantur, edicta nollet excipere, comprehensus atque decollatus, martyrii palmam proprio cruore baptizatus accepit, *de quo consule, si lubet, hìc Annotata in cap.* 2, *lit.* b *& tom.* v *Augusti à pag.* 123. *Hæc igitur rerum à Sancto nostro in itinere gestarum summa est. Jam secundo Rhodani defluxu in conspectum Avenionensis urbis ventum erat, cùm navis, quâ* S. Apollinaris *cum suis vehebatur, obortâ subitò procellâ, dæmonisque operâ, ut scribit biographus, vehementer agitari, unusque è pueris,* Alisius *nomine, ab insiliente intrò cacodæmone miserandum in modum vexari cœpit. At mox utrique malo obviàm ivit sanctus Præsul, &, ut ait biographus,* dormiens procacitatem repressit undarum, & dæmonium ab arrepto corpore evigilans fugavit, *jusso nimirum Salutare presbytero, qui & ipse dæmonis impugnatione sæpe infestabatur, energumeno puero manus imponere, quo præstito, tum energumenus puer, tum ipse Salutaris presbyter perpetuùm incolumes redditi sunt. Dumque interim de accepto beneficio omnipotenti Deo grates cuncti exsolvunt, Arelatem appulsus* Apollinaris, *à S. Cæsario, Arelatensi præsule, atque à Liberio, Parthenio & Ferreolo honorificentissimè, concurrentibus totius urbis incolis, excipitur, ubi cunctorum precibus exoratus, paulò diutiùs quàm statuerat, commoratus, multisque à consanguineis ditatus muneribus est, quæ ad sublevandos inopes incolas vix non statim exhausit munificentissimus Præsul.* D

de quorum uno, nomine Ferreolo,

42 *De his prolixiùs cap.* 2 *biographus noster, quem proinde unà cum Annotatis studiosus lector pro arbitrio consulat. Quia verè angustioribus horum terminis haud ita, ut oporteret, dilucidè exponi valent, quæ de uno ex jam memoratis Sancti consanguineis dicenda veniunt, de eo hìc nonnulla disserere visum est. Ferreolum, qui cum Parthenio* Apollinarem *nostrum, etiam summis, quibus poterat, honoribus excepit, non esse illum Galliarum præfectum, qui Papianillam Syagrii, viri clarissimi filiam, uxorem duxit, haud opus est multis probare, quandoquidem is sub Honorio imperatore floruit atque adeò uno circiter seculo Antistite nostro exstiterit antiquior. Verùm an de hujus Ferreoli filio, cui* Tonantii Ferreoli *nomen erat, hìc à biographo actum non fuit? Ita quidem existimâsse videtur eruditissimus Edmundus Martene, dum tom.* 6 *Veterum Scriptorum col.* 782 *biographi nostri de Ferreolo verba ita excipit :* Ferreolum illum eumdem esse existimo cum Ferreolo, de quo Sidonius Apollinaris Nemausum profectus lib. 2, Epist. 9 ad Donidium ait : " Inter agros amœ-
„ nissimos apud humanissimos dominos Ferreo-
„ lum & Apollinarem tempus voluptuosissimum
„ exegi.„ *Cùm enim hæc Sidonii verba, nec de Ferreolo, Papianillæ suprà citato conjuge, nec de hujus ex filio nepote, infrà memorando, intellexisse potuerit Martenius, non de alio, quàm de Tonantio Ferreolo, prætorio Galliarum præfecto, ad quem plures Sidonius epistolas dedit, vir eruditus in sua Adnotatione loqui voluisse censendus est. Et est sanè, cur credatur Ferreolus, lib.* 2, *Epist.* 9 *à Sidonio laudatus, idem cum Tonantio Ferreolo, prætorio Galliarum præfecto, omnino esse; quandoquidem illum eâdem Epistolâ* 9 *Sidonius sibi consanguineum facit,* Virumque præfectorium *vocat, qualis certè fuit* Tonantius Ferreolus præfectorius, F
Afranii Syagrii è filia nepos *Lib.* 1, *Epist.* 7 *ab eodem Sidonio hisce iisdem verbis memoratus, de quo plura, si lubet, vide apud Cointium tom.* 1 *Annal. Eccles. Franc. ad annum Christi* 451, *num.* VI.

hic paulò fusius disserendum fuit.

43 *Quòd autem de hoc Tonantio Ferreolo intelligi nequeant, quæ ex biographi capite* 2, *num.* 9 *jam suprà recensuimus, lubet in hunc modum contra Martenium ostendere : Ferreolus hic jam tum præfectus prætorio Galliarum fuit, cùm Attila, trajecto Rheno, Aureliam usque penetravit, prout ex Sidonii Epist.* 7, *lib.* 1 *& præsertim annotatione* 1 *ad Epist.* 12, *lib.* 7 *Sirmondus noster monstravit, & Cointius ad citatum annum* 451 *aliique docent. Hanc autem Attilæ expeditionem anno Christi* 451 *contigisse, inter eruditos convenit. Accedit, quòd Sidonius lib.* 7, *Epist.* 12, *Thorismundum Gothorum regem, quem Aëtius prælio avertere non potuisset, gravi & inusitata Ferreoli eloquentia inflexum prandioque exceptum, ab Arelatensi*

A *relatenſi urbe, quam rex ille obſidebat, remotum fuiſſe, teſtetur; quæ res ultra annum Chriſti* 454 *differri minimè poteſt. Cùm igitur, uti ex his patet, Ferreolus ſub annum Chriſti* 451 *ac* 454 *vir & auctoritate & ætate gravis ac venerabilis eſſe debuerit, non potuit ſub annum Chriſti* 519 Apollinarem *noſtrum Arelate aſſiduo, ut biographus loquitur, venerari occurſu, niſi* 70 *circiter annos, qui inter Attilæ ac Thoriſmundi expeditiones & Sancti noſtri Arelatenſe iter interfluxerunt, ei ſuperaddas, atque adeò Ferreolum ſenem centenario majorem ſtatuas, qua de re mirabile prorſus eſſet tum biographi noſtri, tum aliorum, quos nôrim, ſcriptorum omnium altiſſimum ſilentium. Quapropter relictâ Martenii opinione, memoratum à biographo noſtro Ferreolum eum eſſe cenſeo, qui præfati Tonantii Ferreoli filius & Ferreoli I ac Papianillæ nepos exſtitit, cui præter Tonantii nomen, quod ei Sidonius jam ſæpe laudatus, Epiſt.* 13, *lib.* 9 *& alibi tribuit,* Ferreoli *etiam nomen non ſecùs ac patri & avo paterno fuerit inditum. Opinionem hanc meam firmat idem Sidonius citatâ Epiſtolâ* 13, *certè ante annum Chriſti* 488, *ac fortè ſub*

B *annum* 470 *conſcripta, quâ Tonantium hunc* adhuc juvenem *compellat; ut adeò hic, natus, ut Cointius citato loco exiſtimat, ante annum Chriſti* 455, *aut eo certè non ſeriùs, facilè potuerit Arelate degens, ſub annum Chriſti* 519 Apollinarem *noſtrum debito honore excipere, jam ipſe vir ætate provectus nec annorum numero* Apollinari *noſtro impar.*

dein Arelate Maſſiliam tendit, unde domum reverſus

44 *Sed* dum morarum ſpatia caritatis causâ, *ut biographus ait,* protrahentem *Arelate Præſulem tantiſper nos elucidandæ veritatis gratiâ detinuimus, reliquum ejus iter nunc proſequamur. Cùm jam ſuæ erga S. Geneſium martyrem pietati ſuorumque conſanguineorum votis feciſſet ſatis, Maſſiliam, quò ab Arcutamia ſenatrice, ſua itidem conſanguinea, invitatus fuerat, Arelatenſibus vale dicto, diſceſſit, in eoque itinere à miniſtro deperdita, quæ ex largiſſimis Sancti eleëmoſynis adhuc ſupererat, pecunia ſancti Antiſtitis meritis feliciter recuperata eſt, ac paulò pòſt energumeno, qui & ſurdus inſuper & mutus erat, mox ut* Apollinaris *juſſu ſacro oleo à presbytero inunctus fuiſſet, reddita ejuſdem orationibus valetudo ac ſa-*

C *lus. Ita hactenus biographus, qui mox ad ſupremum Sancti morbum ejuſque pium obitum proſiliens, quæ Maſſiliæ ab eo geſta ſint, quâve viâ Valentiam regreſſus ſit, ſilentio involvit. Porrò ex his, quæ de* S. Apollinare *biographus num.* 12 *in hæc verba ſubdit,* Ipſe remeandi (*Maſſiliâ Valentiam*) tantùm ſpatium conſecutus, cælos petens, mundum, quem ſemper contempſerat, mox reliquit, *ſat clarè expreſſum habemus, ſupremum Sancti morbum, quo eum num.* 10 *Valentiam reverſum,* poſt dies *correptum fuiſſe, haud ſatis definite tempore & latiori phraſi indicaverat, ad pauciſſimos dumtaxat dies differri poſſe, ac vix ſanctum Antiſtitem ex itinere Valentiam appuliſſe, cùm beatæ æternitatis iter ingreſſus eſt, laborum ſuorum virtutumque apoſtolicarum præmia recepturus. Facti hujus adjuncta ex eodem biographo lubet hìc recenſere.*

mox moritur, non ſine prodigio.

45 *Cùm poſt dies à reditu pauciſſimos* inæqualitate, *ut biographus ait, ſeu ægritudine impeditus Antiſtes, ad matutina Officia ex more Eccleſiæ perſolvenda conſurgere nequiviſſet, accidit, ut quidam ex cubiculi cuſtodibus,* Paragorius *nomine, dæmone, quo arreptus erat, inſtigante, ad locum, ubi decumbebat Præſul, inſano auſu ac-*

ceſſerit, & alapâ non timuerit vultum violare Pontificis. At pro nefando opere pœnas illicò miſer luit, & loco, ad quem temerè acceſſerat, divinitus tamdiu immobilis hæſit, donec reverſis ab Eccleſiaſtico Officio Sancti miniſtris, facta ei ab hoc precibus exorato abeundi poteſtas eſt. Ita ferè num. 10 *biographus, cui, utpote teſti oculato viroque gravi habere fidem meritò poſſumus, quam pariter & ipſe meretur, dum prodigium aliud in ipſo Sancti obitu contigiſſe, ita ferè num.* 11 *narrat. Dum Leubaredus, archidiaconus ſancti Antiſtitis, de valetudine ejus perquam ſollicitus, ad ægrotantis cellam ſummo manè acceſſiſſet, & hanc inſolito ſplendentem lumine conſpiceret, rei novitate attonitus primùm hæſit. Cùm tamen, quantò magis prodigioſi luminis fulgor creſcebat, tantò evidentiùs miraculum agnoſceret, reſumptis tantiſper animis, cœpit attentiùs omnia oculis luſtrare. Et ecce, Præſulem ſuum jam vitâ functum conſpicit, eoque compoſitum ſitu, ut ambabus manibus ad cælum extenſis, oculis apertis vultuque ad ſuperna porrecto, mentem ſequi corpore, ſuiſque oculis cælorum regna intueri videretur.* Erantque ante eum & poſt columnæ duæ E mirabili proceritate conſpicuæ, ardenti lumine radiantes, cereoſque ſingulos gemino geſtantes in vertice. *Hæc diffuſiùs ex Leubaredo archidiacono & oculari teſte biographus, qui cùm annum, quo hæc geſta ſint, non expreſſerit, eum nos utcúmque eruere num.* 21 *conati ſumus. Eò proindè curioſus lector, ſi velit, recurrat.*

AUCTORE J. G.

Sancti ſepultura.

46 *De Sancti corporis ſepultura deque factis ejus tranſlationibus nunc acturo, utinam mihi pariter ſcriptorum æqualium teſtimonia præluceret, quibus ſuo quæque loco & tempore quàm proximè ſaltem ſtatui pro certo poſſent! At, quod aliis hactenus, qui de hoc argumento ſcripſerunt, accidit; ita & mihi aliud non ſuppetit documentum, quàm quod Vincentius Barrali in Chronologia Lerinenſi pag.* 378 *edidit, ſibi, ut ſcribit,* à Reverendiſſimo domino, Petro Andrea de Leberon, epiſcopo Valentiæ, communicatum ex antiquo manuſcripto ſucceſſionum antiſtitum Valentienſium. *Cui quidem inſtrumento non in omnibus plenam fidem eſſe habendam, ex eo liquet, quòd Sancti obitum* tempore Clodovei primi Francorum regis Chriſtianiſſimi *contigiſſe tradat, cùm tamen* F S. Apollinaris *Epaonenſi ſynodo tempore Sigiſmundi, Burgundionibus imperantis, celebratæ, anno* 517 *interfuerit, atque adeò annis certè* 7 *Clodoveo regi, anno* 511, *ut inter eruditos jam convenit, defuncto, ſuperſtes in vivis fuerit. Sed tamen, cùm ea, quæ de Sancti ſepultura deque geminis reliquiarum ejus tranſlationibus illic memorata ſunt, falſitatis aliunde non convincantur, illudque documentum fortè ex ſatis antiquo deſumptum fuerit manuſcripto, inde huc, quæ ad rem noſtram faciunt, tranſcribere non pigebit, quibus, quam quiſque vult, fidem habeat. En ejus, correctis typographicis mendis, verba:* Sepultus... fuit beatus Apollinaris in eccleſia ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli in ſuburbio Valentiæ.

corporis tranſlationes

47 Exinde verò tempore Damberti, epiſcopi Valentinenſis (*quem ſextum ab ipſo* S. Apollinare *epiſcopum, tacentibus antiquis, facit Barrali*) creſcente multitudine fidelium maxima cum devotione, quia eccleſia S. Stephani protomartyris auguſtior & celebrior erat, reliquiæ beati Apollinaris ab eccleſia Apoſtolorum Petri & Pauli ad eandem baſilicam beati Stephani ſumma cum veneratione concurſuque populorum tranſlatæ ſunt

AUCTORE J. G.

& ibi honorificè reconditæ. *Dein, interjecto miraculo, circa annum Christi* 1060, *ut illic dicitur, patrato, de quo infrà agendum, alteram Sancti reliquiarum translationem sic recenset:* Anno verò millesimo nonagesimo quarto corpus ejusdem sancti Apollinaris translatum est secundò ab ecclesia sancti Stephani in basilicam majorem suo nomine insignitam, & in majori altari collocatum, ubi cum summo decore permansit & veneratione. *Quod verò in eodem instrumento apud Barrali loco citato adjicitur, in summa veneratione fuisse Sancti lipsana* usque ad hæc vicina tempora Calvinianæ hæresis, quo * & basilicæ solo æquatæ & sacra lipsana Sanctorum voracibus consumpta sunt flammis, *hoc certè instrumento isti vel recentiori manu additum fuerit, vel si eâdem omnia manu conscripta sint, juniorem ejus ætatem apertissimè hæc verba produnt. Atque hæc sunt, quæ de Sancti sepultura ejusque translationibus commemorata reperi, quæque etiam laudatus num.* 5 *Saussayus elogio* S. Apollinaris *ad calcem superaddidit.*

*quibus

48 *De patratis per multa secula ad Sancti tumulum miraculis, ut ex Agobardi, num.* 3 *laudati, verbis liquet, dubium esse nullum potest. At ex iis nulla singillatim descripta ad nos pervenerunt, quod nescio, an veterum incuriæ, an temporum iniquitati rectiùs adscripseris. Ex iis verò prodigiis, quæ post Agobardi tempora contigerunt, unum laudatus Barrali refert, quo auctore aut teste, non edicit, de puero à nativitate muto, Pastorello nomine, qui, ut ipse narrat,* cùm in ecclesia B. Stephani ab hebdomadario vespertinæ Laudes inchoarentur, ventumque esset usque ad canticum angelorum exclusive (ALLELUIA scilicet) ... meritis beati Apollinaris primam vocem emittens, cum toto choro ALLELUIA decantavit. *Altera duo laudatus suprà Joannes Columbus lib.* 1 *de Rebus gestis episcoporum Valentinorum pag.* 252 *recensuit miracula, in* S. Apollinaris *ecclesia patrata, quorum uno puella, nomine* RICHILDIS, multis annis contracta, ... statim *sic* erecta & incolumis facta est, quasi numquam renum ac crurium dolorem sensisset. Eodem *quoque* tempore, *inquit ex Breviario Valentino idem scriptor,* puella quædam, nomine Ermengardis, ex patre Ragebarto, malè à dæmonio vexabatur. Hanc ecclesiam intrare spiritus malignus nullatenus sinebat *&c. Hæc, prout Columbus refert,* curata est, voto facto; quod cùm frater non impleret, rursum à dæmone arrepta est, ad lectumque glorioſi Pontificis ductam in catenis ferreis, deseruit dæmon. *Ita ille: sed biographum potiùs nostrum, rerum à Sancto nostro gestarum ocularem, ut diximus, minimèque suspectum testem nunc audire juverit.*

*& patrata post mortem miracula.

B

C

D

VITA,

Auctore coævo forsan Eladio diacono *a*,

Ex veteri Ms. S. Claudii, collato cum Mss. Accincti monasterii, Ursicampi & Cistercienſi, item cum editionibus Labbei tom. 1 *Biblioth. Mss. pag.* 689 *& Edmundi Martene tom.* VI *Amplissimæ Collectionis pag.* 779.

PRÆFATIO.

E

QUantùm se omnium vita Sanctorum beatis actibus sacrisque virtutibus non solùm præsenti clarificavit in sæculo, sed æternitatis quoque titulis * extulit in futuro; tantùm fidelium sensibus reatum abusionis exhibent, si linguæ taciturnitate denegatis * præconiis, neglegantur *b*. Et licèt sufficiat eis, præsentia gaudia laborum vicisse compendiis *, tamen memoria * fraudantur & * posteris, si succedentibus sæculis vivacia facta silentio denegentur. Et licèt orbis totius spatia gestorum admiratione compleverint, & nullus sit Christiani nominis locus, qui aut electorum gloriâ careat, aut operum felicium laudes ignoret; tamen nos ammonent Apollinaris summi facta pontificis, ne prætereat sedulitas votis *, quod nequit * lingua exæquare successibus *c*.

*S. Apollinaris gesta cur litteris mandata.
*Marten. sæculis
*al. negligantur
b
*Lab. compedibus
*Lab. memoriæ
*Marten. à
*Lab. vocis
*ibid. nequaquam valet
c

ANNOTATA.

F

a *Consule num.* XI, *quo, Eladium diaconum hujus Vitæ auctorem non improbabiliter dici posse, diximus.*

b *In veteri codice Ms., quo usus est Labbeus, item in Ms. Ursicampi, cujus apographum nobis anno* 1666 *communicavit Fr. Lud. Nicquet, bibliothecarius Cælestinorum Sueſſionenſium, & in apographo Cistercienſi tom.* 6 *Mss. num.* 40 *ita legitur:* Si linguæ taciturnitate debitis præconiis negligantur. *Hac & sequenti periodo, satis obscurâ & implexâ, significare vult biographus, injuriam Sanctis eorumque virtutibus fieri, si scriptis non transmittantur ad posteros.*

c *Imparem se hîc & infrà num.* 1 *biographus profitetur, qui omnia* S. Apollinaris *gesta singillatim pro meritis prosequatur. Porrò lectorem monitum hîc velim, non pauciores in ipsis Actis, quàm in Præfatione jam edita, variantes exstare lectiones, quas omnes, tum quòd numero complures sint, tum quòd non adeò magni momenti, deinceps adscribere, operæ pretium non duxi.*

CAPUT

A

CAPUT I.

Sancti patria & genus: ob inceſtum virum aulicum ſacra communione excluſum in exſilium Sanctus pellitur: perpetrat illic miraculum: à rege, quem attactu veſtimenti ſui divinitus curaverat, ab exſilio revocatur.

Sancti patria, genus, inſtitutio, virtutes generatim.

I Gitur beatus Apollinaris, Valentinæ urbis epiſcopus, apud Viennam & natus & inſtitutus eſt. Qui nobili generis ortu conſpicuus, natalium titulos mentis faſtigatione ſublimans *a*, dum Paſtoris curâ gregem ſibi creditum paterna gubernatione foveret, multis eum conſtat emicuiſſe virtutibus, quas pro immenſitate geſtorum præterire maluit imperita præſumptio *b*; ne tanti Viri merita indignis adgreſſa ſuffragiis, non tantùm mandarentur dictis, quantùm verborum confunderentur * injuriis. Tamen, quod, mundanæ vitæ propinquante jam termino, egiſſe eum, recolimus, tam præſentibus, quàm futuris ſæculis aperimus *c*, ut prædicandis actibus exempliſque glorioſis, æmulatione laudabili poſteritas excitetur.

a

B

b

Mart. mendosè mandaretur & confunderetur

c

Ob inceſtum aulicum ſacra communione privatum

2 Itaque accidit, ut quidam ex officio regis Sigiſmundi *d*, nomine Stephanus, qui ſuper omnem dominationem fiſci *e* ejus principatum gerebat, defuncta ejus conjuge, ſororem *f* uxoris ſuæ ſibi inlicitè conjugii conſortio copularet *. Qua de re ſancti ac beatiſſimi apoſtolici viri Avitus & Apollinaris (qui ſecundùm carnem germani *g*, in Chriſti verò opere famoſiſſimi fratres, omni ſemper in tempore operibus mancipati divinis, nobilitate * eorum cognita, prudentia, doctrinis ſacris, ſpiritu fervente eruditi) ſynodalem inſtitutionem *h* ſervantes, cum reliquis pontificibus ſimul in unum congregati, ipſum Stephanum ſacra communione privari ſanxerunt: ut calcatâ ſcilicet humanæ fragilitatis impudicitiâ, inceſtum, quod juſtitia ſuperna damnavit *i*, inhoneſta præſumptio non audeat vindicare.

d

e

f

Mart. vitiosè cumularet

g

Mart. nobilitatis

h

C

i

In exſilium mittitur,

3 Tunc rex diræ inſaniæ furore permotus, beatiſſimos Pontifices, acerrimè inſidias prætendendo, injuriare non deſinebat *k*; ſed apoſtolici atque venerabiles Viri, minas terreni regis minimè formidantes, imperiis cæleſtibus * armati, ita ſe juſtitiæ vinculo nexuerunt, ut quælibet ſupplicia eiſdem inferrentur, ut ſocii paſſionum, tormenta tolerarent *l*. Viſum enim illis eſt *m*, ut in oppido civitatis Lugdunenſium, quod nunoupatur Sardinia *n*, pariter tamquam exilio deputati, auxiliante Domino, comitarentur. Videns verò rex ille, conſtantiam eorum incorruptibilem eſſe, ab ira non deſinens, præcepit, ut Pontifices, qui ibidem pariter reſidebant, ad propria reverterentur *o*, & ſingillatim per ſingulos menſes regem operiri deberent. Sed quia beatiſſimus Apollinaris in condemnatio-

k

apud Mart. deeſt cæleſtibus

l

m

n

o

ne Stephani perſeverans *p* videbatur, ipſum primum ſtuduit obſervare. Tunc omnes lacrymis divinam potentiam obſecrantes, ne ſe derelinqueret, valedicentes, celebrata oratione profecti ſunt.

A. COÆVO, FORSAN ELADIO.

p

ubi fontem prodigio elicit.

4 In quo loco dum Vir Dei morarum ſpatia neceſſitatis causâ ſuſtineret, ab ardenti æſtu fluenta Rhodani *q* tepefacta ſunt, ut à ſitientibus ex eo aqua potari non poſſet. Et quia nullus puteus, neque fons, unde aqua hauriri deberet *, ibidem reperiebatur, beatiſſimus Vir Dei firmans ſe Spiritu Sancto, & virtutibus non ignotæ potentiæ ſecurus, confert ſe ad locum à Deo deſignatum, & ſecretiùs præcepit ſuis ſarculum *r* exhiberi: quo exhibito, oratione expleta, dixit ad eos: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti hunc locum aperite. Hoc facto, mox annuente illo, qui aquas fervere jubet in corde terræ, fons exortus eſt: & quamdiu beatiſſimus Pontifex ibidem moratus eſt, beneficio omnipotentis Dei aquam ſibi placitam ſemper habere promeruit: poſt diſceſſum verò ejus fons ſiccatus eſt, ut omnes agnoſcerent, meritis Servi Dei fontem ipſum obſequium ſuum detuliſſe, & ad priſtinum curſum fuiſſe reverſum *ſ*.

q

i. e. poſſet

r

E

ſ

Rex à febri attactu veſtimenti ejus curatus,

5 Cúmque rex Virum illum apoſtolicum nec videre vellet, ſed magìs inſidias prætendere ſtuderet, qui eſt meritorum rectiſſimorum & immenſæ virtutis laudabilis judex *t* celerem ultionem demonſtrans, illicò contigit, ut ipſe rex ita vim febrium incurreret, ut potiùs funebris quàm vitalis eſſe crederetur. Tunc regina ipſius *u* fide accenſa, alacri feſtinatione pervenit ad locum, ubi beatiſſimus Pontifex reſidebat: & avida devotione petebat, ut interceſſione ipſius Dominus ſuus *x* incolumitatis donum reciperet. Sed Vir Dei, abdicatâ mundanæ elationis efferentiâ, eundi famulatus omnimodis denegavit. Magíſque regina illa lacrymis pedes ejus rigans, poſcebat vel cucullam ejus *y* ſibi præſtari, quam ſuper regem ſternere deberet. Victus fletibus, ceſſit. Quæ cùm, tribuente Deo, ſupra virum ſuum fiduciali conſtantia fuiſſet expanſa, ſtatim effugata infeſtatione febrium, vel ſi qua alia impugnatio videbatur, proſperitatis munus emeruit *z*.

c

u

x

y

z

delicti veniam ſupplex petit.

6 His actis, reminiſcens rex ille facinus, quod admiſerat, licèt grandi confuſione repletus, tamen exultans, quòd, ſuffragante Pontifice, per veſtimenti ejus tegmina priſtinam meruiſſet conſequi ſoſpitatem, præcurrens *aa* primùm ſtuduit, ut tanti miraculi tantæque virtutis largitate * latices, quos Dominus Servo ſuo benignitatis munere tribuit, oculis viſibilibus cernere mereretur. Agnitâ virtutis gratiâ, venit ad Virum Dei: & complectens pedes ejus coràm poſitus, cum exultationis fletu veniam poſtulabat, dicens: Peccavi, iniquè geſſi, dum juſtis indignas ſæpe intulerim tribulationes. Nam quæ expugnari neſcit juſtitia cæleſtis, hoc ipſo, quo impugnatur *, fortior eſt. O cæleſtis Regis indulgentia, qui peccantium animas non vult perire, ſed culpas! ô virtutum gloria, quæ per famulum ſuum Apollinarem, refutatis mundialibus curis, geminâ gratiâ claruit virtutis! Denique adſiſtens pro juſtitia, inſaniam regis tumidamque ejus ſuperbiam reprimit, & orationis effectu, à languore mortali, quo detinebatur, abſolvit * *bb*.

F

aa

* *abundat* largitate

* *Mart. vitiosè* impugnat

* *Labb. mendosè* abſolvitus

bb

A. COÆVO, FORSAN ELADIO.

ANNOTATA.

a *De Sancti patria & loco educationis actum eſt num.* 19; *de nobiliſſimo verò ejus genere num.* 15 *& tribus ſeqq.*; *quos legeſis. Hos, utut in primis illuſtres, natalium titulos ſui excelſitate animi ſublimiores fecit, ſeu* mentis faſtigatione, *ut loquitur biographus,* ſublimavit. *Mss. Urſicampi & Ciſterc. legunt* mentis fatigatione; *ſed perperam. Eſſe enim nomen à verbo* faſtigare, *quod Plinio, Solino aliiſque pro* extollere *&* elevare *ſumitur, derivatum, clarius eſt, quàm ut probari argumentis debeat.*

b *Ex virtutibus illis, quas attingere auſus non eſt biographus, nos ex Epiſtolis S. Aviti aliiſve teſtibus fide digniſſimis aliquot recenſuimus num.* 22 *& ſeqq.*

c *Conſule Commentarii num.* 29.

d *Eſt hic S. Sigiſmundus Burgundionum rex, cujus Vita tom.* 1 *Maii pag.* 83 *& ſeqq. ab Henſchenio noſtro illuſtrata fuit.*

e *Id eſt,* ærarii regii. *Vide Cangium verbo* Fiſcus. *Erat igitur Stephanus ille ærarii regii ſummus præfectus; quàm verò fuerit Sigiſmundo carus, quantâque apud eum gratiâ valuerit, conjici facilè ex iis poteſt, quæ optimus & alioqui epiſcoporum reverentiſſimus princeps ejus causâ adverſus eos intentavit.*

B

f *Demortuæ uxoris nomen nuſquam reperi; at inceſtæ complicis nomen fuiſſe* Palladiæ, *ex canone* 6 *concilii Lugdunenſis indubitatum eſt.*

g SS. Apollinarem *& Avitum germanos fratres ſeu communibus ortos parentibus fuiſſe, in Commentario num.* 14 *demonſtratum eſt.*

h *Legeſis num.* 30 *& ſeqq. Commentarii, ubi hæc illuſtrata ſunt.*

i *Non quidem hæc ita intelligenda ſunt, quaſi jure naturæ vel divino irrita eſſent connubia inter primo gradu affines in linea tranſverſa; contrarium enim exemplo patriarchæ Jacob, qui duas ſorores Liam & Rachelem duxit, evidenter liquet, & in Lege Nova patet ex eo, quòd plures ſummi Pontifices, penes quos non eſt in divina lege diſpenſare, in primo gradu affinitatis lineæ tranſverſæ jam validè diſpenſârint, puta Martinus V, Alexander VI, Julius II, Urbanus VIII, Innocentius X, uti apud Pichlerum in jure canonico lib.* 4, *tit.* 14 *de conſanguinitate & affinitate §* 2, *num.* 27, *ad* 6, *teſtis eſt Clericat. de Matrim. deciſ.* 31, *num.* 50. *Cùm igitur inceſtas Stephani nuptias* juſtitiâ ſuperna damnatas *dicit biographus, de jure Eccleſiaſtico, quo hæ nuptiæ prohibitæ ſunt, loqui voluiſſe dicendus eſt. De ſimili prorſus caſu ita Epiſt.* 160, *aliàs* 197 *S. Baſilius Magnus ad Diodorum ſcripſit.* Primum itaque, quod in ejuſmodi rebus maximum eſt, morem noſtrum objicere poſſumus, ut vim legis habentem, eo quòd nobis à viris ſanctis traditæ ſint regulæ. Mos autem ille eſt ejuſmodi, ut ſi quis impuritatis vitio aliquando victus in illicitam duarum ſororum conjunctionem inciderit, neque id matrimonium exiſtimetur, neque omnino in eccleſiæ cœtum admittantur, priuſquam à ſe invicem dirimantur. *Similia in Agathenſi ſynodo & in Epaonenſi, de quibus vide num.* 30, *decreta tum fuerant, ac proin inceſtas illas nuptias* juſtitiâ ſuperna damnatas *dixit, quòd nempe ab iis damnatæ eſſent, quos, qui audit, Deum audit, juxta illud Lucæ cap.* x, ℣ 16: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.

C

k *Quas Sigiſmundus, Stephani artibus miſerè deluſus, inſidias epiſcopis ſtruxerit, quaſve ſingillatim eis intulerit injurias, tacente biographo, fruſtra divinavero. Non has tamen ita atroces fuiſſe putem, ut ſine auxeſi dici poſſit pius alioquin rex* diræ inſaniæ furore permotus *in epiſcopos fuiſſe.*

D

l *Vide in Commentario numero* 32, *quæ ab epiſcopis in Lugdunenſi concilio ſtatuta hac in re fuerint. Eò enim biographus alluſiſſe videtur.*

m *Non tam ſua ſponte, quàm regis juſſu, eò in exſilium omnes epiſcopos deportatos fuiſſe, crediderim; niſi fortè optionem eis dederit princeps, ut, quem vellent, exſilii locum deligerent.*

n *Locus hodie incognitus.*

o *Scilicet,* ne ſimul tot eccleſias orbaret paſtoribus, *inquit Sauſſayus in Elogio* S. Apollinaris. *Id tamen revocatis ab exſilio epiſcopis injunxit princeps, ut per ſingulos menſes regem operiri, ſeu* regi adhærere, *ut Mss. Urſicampanum & Ciſtercienſe legunt, ſuis ſinguli vicibus deberent, eo fortaſſe conſilio, ut, qui præſules inter ſe conjunctos ad ſuam pertrahere ſententiam nequiverat, diſſociatum quemque ſibi adhærere coactum, eò tandem adduceret.*

p *Conſule num.* 33.

E

q *Notus Galliarum fluvius, vulgò* le Rhône *dictus. Porrò ex hac biographi narratione conficitur,* S. Apollinarem *uſque ad anni probabilius* 518 *æſtatem vel autumni principium epiſcopali ſede extorrem fuiſſe. Conſule num.* 34.

r Sarculus *ſeu* ſarculum *inſtrumentum eſt ruſticum, quo ſegetes vel horti purgantur.*

ſ *Similia leguntur in variis Sanctorum Vitis.*

t *Mss. Labbeana ita legunt:* quem meritorum rectiſſimorum & immenſæ virtutis laudabilis judex celerem ultionem demonſtrans, illicò contigit, ut *&c. Mss. Urſicampi & Ciſtercienſe etiam legunt* quem; *ſed vitiosè, ut patet. Martenius verò ita habet:* Qui eſt meritorum rectiſſimorum judex & immenſæ virtutis laudabilis, celerem ultionem demonſtrans, contigit, ut ipſe rex illicò ita vim febrium incurreret *&c. Quibus verbis ſignificare intendit biographus, Deum æquiſſimum judicem, factam* S. Apollinari *injuriam vindicâſſe, tam ardenti violentaque febri Sigiſmundum corripiendo, ut illicò hic inde morti proximus eſſe videretur.*

u *Prior S. Sigiſmundi conjux, de qua biographum hîc egiſſe, autumo, teſte Jornande de Getarum ſive Gothorum Origine cap.* 58, Oſtrogotho *nomen habuit, fuitque Theoderici, Gothorum regis, naturalis ex concubina filia, quam, eodem Jornande teſte, in Mœſia genitam, mox ut in Italiam venit, Sigiſmundo in conjugio copulavit. Sunt, qui ei* Amalabergæ *nomen indunt, at, nullo, ut arbitror, antiquitatis teſtimonio. Ad Catholicam fidem, non ſecùs ac maritum communemque filium Segiſricum, ac filiam anonymam, converſam fuiſſe, ſuadet biographi noſtri narratio, tametſi, ut verum fatear, hoc æquè indubitatum non ſit, cùm id de illa, quemadmodùm de aliis, nulla S. Aviti Viennenſis epiſcopi Homilia ejuſve titulus diſertè teſtetur.*

F

x *Nempe Sigiſmundus rex. Etiam in ſacris Litteris legimus, maritos ab uxoribus* Domini *titulo compellatos.*

y *Qui hinc Lerinenſem monachum fuiſſe* S. Apollinarem *contenderet, omnes omnino cujuſlibet conditionis viros, quibus tum temporis mos erat cucullatas veſtes geſtare, Lerinenſes monachos ſtatuere per conſequens deberet.*

z *Quàm plurimos ægros attactu veſtium, quibus*

A *bus viri ſancti induebantur, ſubitò ſanatos fuiſſe, tum ſacræ Litteræ, tum Eccleſiaſtici Annales & Sanctorum Acta evidentiſſimè demonſtrant.*

aa *Solus Martenius legit:* Percurrens primùm ſtuduit. *Præplacet noſtra lectio; eâ autem biographus indicat, Sigiſmundum, excuſſa divinitus febri, ad ipſum, ubi Sanctus degebat, exſilii locum mox convolâſſe, tum ut prodigio eductum fontem, de quo à conjuge ſua veroſimiliter redditus certior erat, ſuis oculis intueretur, tum ut admiſſi à ſe delicti veniam ſupplex rogaret ſanctumque ipſe Antiſtitem ad ſuam ſidem honorificè deduceret.*

bb *Non extra noxam fuiſſe in tuendo Stephano ſuo Sigiſmundum regem, res ipſa loquitur. Non hinc tamen piiſſimi regis evertitur ſanctitas, cùm quidquid in hoc negotio labis contraxerit, id dignâ eum eluiſſe pœnitentiâ, biographus dicat. Accedit, quod præcipiti potiùs animo & Stephani artibus doliſque circumventus, aut fortè Eccleſiaſticarum de inceſtis legum ignorantiâ potiùs, quàm propria animi perverſitate, nedum ſuperbiâ & inſaniâ, ut per auxeſim biographus ſcribit, in ſanctiſſimos epiſcopos acriùs animadverterit.*

B

CAPUT II.

Sancti navigatio per Rhodanum, energumeni curatio: in Arelatenſem urbem adventus: pecuniæ deperditæ inventio ejus meritis adſcripta: duorum dæmoniacorum altera curatio: mira in ejus obitu viſio: obitus in civitate Valentina.

Sanctus Rhodano navigans,

DIgnum ergò eſt, ut ſilendo non denegentur, quæ Divinitas in ſervis ſuis operatur, ſed populo credenti, Deo auſpice, pateſiant. Ergò cùm pontificalis officii curſum triceſimo & quarto anno venerabilis vitæ compleret *a*, ſuperna ammonitione commotus, ad viſendos conſacerdotes propinquoſque ſuos properare decrevit, dicens, ante tranſitum ſuum (quem jam celeriter

a

C

imminere *b* divina revelatione cognoverat) velle

b

ſe tam liminibus ſancti Geneſii martyris *c*, quàm

c

conſpectibus pontificum, atque affatibus propinquorum præſentanea contemplatione præbere. Tum iter diſpoſitum curſu navigationis arripuit: & quamvis cæteros pernicis *d* Rhodani fluenta

d

terrerent, tamen in ipſius ſancti Pontificis meritis confidentes, inter undarum minas tuti ſecundis æſtibus properabant; ut deditum amnem caſi-

e

bus *e* tunc manifeſtum ſit caruiſſe periculis. Sempiterni ergò Regis ammiranda & non ignota potentia tum Sanctis ſuis flumina ſubdidit, qui ſibi

f

quondam æquora greſſibus patefecit *f*: & fluvius, qui mortifera rapacitate terrere priùs noverat, juſſione Dominica didicit famulari. Jamque ſomno,

**Labb. ferocitate*

aquarum deſpecta ferocitas*, per navigium ſopore corpora ſolvebantur; ita ut beatus Antiſtes ſecuritatem, quam vigiliis meruerat, dormitatione monſtraret: qui tamen viribus inſopitus, diabolum, quem ſæpe inſomnitate vicerat, mentis indefeſſæ aggreſſione confudit, quod etiam ſequens patefecit eventus.

A. COÆVO, FORSAN ELADIO, *energumenum unum per ſacerdotem, antè etiam à dæmone infeſtatum, curat;*

8 Namque cùm jam in conſpectu, naturæ firmatam munimine arcem monſtraret Avennio *g*, navigium, quod ſanctum Antiſtitem gerebat, ſubitaneis fluctibus excitatis, cœpit diabolica emiſſione vexari: ita ut poſſet navigantium oborta deſperatione turbari *h*, cùm eſſet potiùs valdè dormientis gubernatione ſecurius. Tunc quidam diaconus, Eladius nomine *i*, in partem ipſius lectuli reſidens, librum ſancti Hilarii *k* lectionis ſtudio percurrebat: qui reſpiciens, vidit unum ex pueris *l*, nomine Aliſium*, dæmonis impugnatione vexari: quod non ſolùm perturbatione membrorum, verùm etiam hinnitu, mugitu, vel balatu pecorum fatebatur. Cúmque cerneret periculum navis miſeriæ iſtius ſucceſſione ſummotum *m*, ſtatim Sanctum importuna adgreſſione à ſomno compulit excitari. Cúmque ab eo quoque ipſo Vir Dei tam calamitatis ſeriem, quàm metum præcedentis periculi cognoviſſet, ait ad eos lacrymans: Grande certamen cum adverſario humani generis nunc geſſimus in ſopore. Quod in veritate conſtare, ſubſequens demonſtravit exemplum: nam & dormiens procacitatem repreſſit undarum, & dæmonium ab arrepto corpore evigilans effugavit. Quæ virtus ut periculum quoque evaderet vanitatis, per Salutarem * eum voluit curare presbyterum: qui vix tandem Antiſtitis juſſione compulſus, & manum ei impoſuit & ad quietem priſtinam, diſcedente diabolo, revocavit. Et quia ipſe presbyter impugnationem dæmonis ſæpiùs ſuſtinebat, hoc magis ſanctus intendit Epiſcopus, ut ab eo adverſitas ipſa *n* in nomine Salvatoris ſe depelli cognoſceret *, quem infeſtatione crebra adgreſſus fuerat ſuperare. Nam uterque ſanitate recepta, orationibus in ſe perfeciſſe ſalutem ſuam, perpetua curatione noſtrum docuere Pontificem *o*.

g
h
i
k
l
**al.* Aliſium
m
E
**Mart.* per ſuum
n
**Ms. Ciſt.* cognoſceretur
o

9 His actis, dum à cunctis grates divinæ potentiæ redderentur, in conſpectum Arelatenſium urbis *p* Rhodano famulante *q* pervenimus; ubi ſanctus atque præcipuus vir domnus Cæſarius *r* epiſcopus, plebis quoque comitatus obſequiis, pariterque Liberius *ſ* præfectus, officio ſtipante circumdatus, & ſedulo occurrêre ſtudio & lætis eum excoluêre ſermonibus: confidentes, quòd in adventu ejus divinam miſericordiam excepiſſent. Hoc civitas gaviſa præſidio, populorum exultavit ſtudiis. Hinc ſanctus Apollinaris civibus annuens, pauliſper precibus moras indulſit: ubi cùm à conſanguineis ſuis Parthenio *t* & Ferreolo *u* aſſiduo veneraretur occurſu, quique pro ſalutis ſuæ commodis, multis eum oneravêre muneribus: quæ indigentium manibus prope totum retinuit urbs devota, quod dederat. In quo loco dum morarum ſpatia caritatis causâ protraheret, Arcutamia *x* ſenatrice propinqua ſua invitante, Maſſilienſium *y* nos *z* vota ſuſcipiunt. Ubi dum præcedens memoratus diaconus *aa* feſtinaret, à ſocio itineris, Leone *bb* nomine, veridica reſponſione cognovit, ipſos ſolidos *cc*, qui eleëmoſynis ſuperfuerant, quo ligati erant, ſalvo *dd* linteo perdidiſſe. Tunc diaconus ille meritorum Pontificis ſecuritate confidens, ait ad eum *ee*: Succenſendum eſt nobis, ne pereat, quod eſt pauperibus deputatum. Itaque revertentes, ſparſos totos ſolidos protinus invenerunt, nec potuit rem ſacra largitione * jam pauperum, arenarum, quæ exceperat, fraudare congeries.

p *q*
r
ſ
F
t
u
x
y *z*
aa
bb
cc
dd
ee
**Labb.* ſacratam largitionis

10 Accidit, hoc ipſo operante, clarum vel grande miraculum. Nam quidam ſurdum & mu-

A. COÆVO, FORSAN ELADIO.

tum filium exhibentes (quam geminæ calamitatis cauſam dæmonis aſſiduitas veteritate nutriebat *ff*) ſuppliciter poſtulabant, ut ab hac tribulatione, ſancti Apollinaris orationibus ſanaretur. Quem ille per presbyterum ſuum ſecretiùs eccleſiam juſſit induci: ubi dum fuiſſet oleo ſacro *gg* linitus, ut fuerat pontificali juſſione præceptum, ſtatim imbecillitate ſubmota, ſalutis præmium, diabolo fugiente, promeruit. Secutumque eſt poſt dies *, ut Sacerdos ipſe *hh* inæqualitate detentus *ii* conſurgere ad dependenda matutina Officia *kk* non valeret. Qui dum in lectulo ſuo tolerandæ infirmitatis causâ quieſceret, quidam ex cuſtodibus cubiculi, Paragorius *ll* nomine, dæmonio inſtigante commotus, ad lectum ipſius inſania ducente pervenit, ac ipſius adverſarii *mm* perſuaſus audaciâ, alapâ non timuit vultum violare Pontificis. Quod opus nefarium propria religatione condemnans *nn*, factum eſt, ut Pontificis viribus ſuiſque auſibus necteretur. Nam grabato, cui admotus fuerat, ſtatim hærens, manſit immotus. Nos *oo* verò, redditis Deo de more præconiis, dum cubiculi cellula nobis redeuntibus patuiſſet, eum *, qui vinctus ſtabat, locum tenere vidimus inconceſſum: indignatiſque nobis, cur, quod reverentiâ vitari ſolet, præſumptio vindicaret *, cauſam rei geſtæ tam verbis ipſius Sancti, quàm hærentis taciturnitate cognovimus. Tunc Servus Dei, fugato diabolo, abſolutionem capto precibus exoratus* indulſit, factoque in uno geminæ claruêre virtutes, ut quem poteſtas vinxerat, benignitas liberaret.

energumeni duo ab eo curantur:

ff

gg

*Mart. Deindeque poſt dies aliquos

hh

ii

kk

ll

mm

nn

oo

B

*deſunt hæc in Ms. Urſic.

*Lab. vendicare auderet

*Ms. Ciſterc. vitioſe & obſcure

11 Leubaredus *pp* quoque archidiaconus, ipſius Servi Dei eo tempore obſequiis inhærebat; qui dum ad matutinas Laudes reddendas nobis conſurgentibus defuiſſet, & revertens cauſam ab eo hujus inofficioſitatis exquirerem *qq*. Remotis, inquit*, officiorum ſociis, ſollicitudinis voto ad cellulam domni Apollinaris acceſſi: quam cùm immenſo lumine fulgere conſpicerem, amoris inſtinctu integritatem ipſius cupiens inveſtigare miraculi, ſtudio devotionis exarſi. Cumque inter patentes januas inſerto lumine videre cuncta poſſe me, credidi; quanquam magna claritate terrerer, tamen quantò fulgor magis creverat, tantò miraculum evidentiùs noſcebatur. Nam noſter Patronus & pontifex utriſque manibus ad cælum extenſis, oculis apertis, vultuque ad ſuperna porrecto, mentem ſequi corpore videbatur; ut fide non dubia patentia* regna cælorum etiam corporalibus oculis inſpicere crederetur. Erantque ante eum & poſt columnæ duæ mirabili proceritate conſpicuæ, ardenti lumine radiantes, cereoſque* ſingulos gemino geſtantes in vertice. Qua claritate deterritus & gaudiorum magnitudine tremefactus, revertens lectulo membra proſtravi. Tantùm enim ſum viſionis ipſius ordine pavefactus, ut oculis hauriens æterna mortalibus, ſufferre terrenis ſenſibus cæleſtia non valerem: itaque victus jacui & vigore corpuſculi depreſſus, lætitiæ mole ſuccubui. Tunc ſæpe dictus diaconus inquit: Es quidem, ut narras, gaudiorum timore confectus; ſed exultare te convenit, quòd cernere meruiſti viſibus altiora mortalibus. Deus enim omnipotens ad confirmanda pectora fidelium ſuorum, tanta incitamenta ſemper tribuit, ut ſuo gubernet imperio.

mira in ejus obitu viſio:

pp

qq

*al. deeſt inquit

C

*Mart. paterna

*Mart. corruptè ceteroſque

12 Hæc retuli geſta, quæ memini, quæ terris Magiſter ipſe affectans cælos, inſignibus reliquit exemplis. Nam ipſe remeandi tantùm ſpatium conſecutus, cælos petens, mundum, quem ſemper contempſerat, mox reliquit. At verò Valentia *rr*, quæ flevit tunc amiſſum urbs decora Pontificem, deſtinâſſe à ſe ad ſuperna aſſiduum, nunc gaudeat* advocatum, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt virtus, honor, imperium & poteſtas cum Patre & Spiritu Sancto in ſæcula ſæculorum. Amen *ſſ*.

D

*Ms. Urſic. gaudet

ſſ

qui contigit paulò poſt, quàm Sanctus Valentiam rediit.

rr

ANNOTATA.

a *Mss. Urſicampi & Ciſtercienſe ita habent:* Ergò cum pontificali officio curſum triceſimo & quarto anno venerabilis vitæ comperiret, ſuperna commonitione commonitus *&c. Sed noſtram hunc præferendam eſſe lectionem, nemo non videt. Porrò cùm biographus dicit*, triceſimo & quarto anno venerabilis vitæ *præmonitum de inſtanti ſibi morte fuiſſe* S. Apollinarem, *id non de trigeſimo quarto ætatis, ſed de trigeſimo quarto epiſcopatûs ejus anno intelligi debet, uti ex dictis in Commentario num.* 20 *&* 21 *manifeſtè patet, ne aliàs, qui anno Chriſti* 517 *Epaonenſi concilio ſubſcripſit &, teſte Adone, jam tum anno* 492 *epiſcopali dignitate fulgebat, hanc admodùm puer ſuſcepiſſe dicatur, quod quidem omni prorſus veriſimilitudine deſtitutum eſt.*

E

b *Hinc Sanctus eodem, vel ſubſequenti anno, quo hæc ei revelatio facta eſt, ad immortalem vitam tranſiiſſe, non immeritò dici poteſt.*

c *Edmundus Martene cenſet hoc loco, S. Geneſium, de quo biographus agit*, Arelate cum ſacra Chriſtianorum in theatro irridendo repræſentaret, divino lumine illuſtratum & ex mimo Chriſtianum factum eſſe. *Sed hæc minimè Arelatenſi Geneſio convenire, luculentè oſtendit Cuperus noſter tom.* 5 *Auguſti pag.* 123 *& ſeqq., ubi num.* 9 *in fine ita de Martenii annotatione loquitur:* In hac annotatione videmus manifeſtam duorum martyrum confuſionem, quæ ſuperiùs abundè refutata eſt, & inde diſcimus, interdum viros etiam circumſpectiſſimos turpiter hallucinari, quod humanum eſt, & ideò à nobis alienum non putamus. *Quàm verò frequentes ad hujus martyris ſepulcrum peregrinationes antiquitus fuerint, ex hoc loco atque ex Actis S. Quinidii præſulis Vaſionenſis ad diem* 15 *Februarii, laudatus Cuperus pagg.* 124 *&* 125 *demonſtratum dedit.*

F

d *Inde, ut nonnullis placet, à Maſſilienſibus, Græcis ex Aſiana Phocæa advenis, Græco idiomate* Ῥοδανὸς *dictus eſt hic fluvius, propterea quòd omnium Galliæ fluviorum maximè rapidus eſſet ac torrens. Ita ferè Valeſius in Notitia Galliarum pag.* 473. *Utut ſit de etymo, præcipiti certè aquarum decurſu memorabilis eſt Rhodanus. Hinc Strabo lib.* 4 rapidum ac difficilem ſurſum navigantibus, *Annæus Florus lib.* 3 *de Bello Allobrogum* impigrum, *Seneca in Satyra* prærapidum, *Claudianus* velocem *ac* ferocem, *Auſonius* præcipitem *vocavit. Silius Italicus verò lib.* 3 tumidi Rhodani minaces ripas *celebrat, eumque ita deſcribit:*

Aggeribus caput Alpinis & rupe nivali
Proſilit in Celtas, ingentemque extrahit amnem
Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos,
Ac properè in pontum lato ruit incitus alveo.

e *Notat Ammianus Marcellinus lib.* 15, *Rhodano aquis advenis locupletiore naves vehi grandiſſimas, eaſque* ventorum difflatu jactari ſæpiùs adſuetas: *ut adeò mirum & prodigio ſimile biographo videri potuerit, prærapidum ferocemque*

aliàs

A *alias fluvium, ac proin adversis casibus obnoxium, tam pacatè undas suas tum devolvisse, ut secundis quidem æstibus, quò cogitabant, navigantes properarent, nihil tamen, ut aliàs, properantibus periculi seu ab aquis seu à ventis esset.*

f *Alludit biographus ad mare Rubrum, quod Israëlitæ, Dei omnipotentiâ utrimque instar parietis divisum, sicco pede transierunt. Vide Exodi cap.* 14. *Hoc naturæ vires prodigium certò certiùs superavit, at, quòd præter morem tam prospera per Rhodanum navigatione primùm usi sint* S. Apollinaris *ejusque comites, non ausim prodigio adscribere, sed speciali potiùs providentiæ divinæ, res humanas sic suaviter & opportunè in Sanctorum suorum gratiam disponenti.*

g Avenio *seu* Avennio Cavarum, *vulgò* Avignon *dicta, sita est ad Rhodani ripam sinistram, distatque rectâ viâ à Valentia Segalaunorum* 20 *circiter leucis Gallicis. Cùm olim Burgundionibus parebat, munitissimam fuisse, ex eo liquet, quòd, ut Gesta Regum Francorum cap.* 16 *testantur, afflicto exercitu Burgundionum, Gundobadus in fugam versus, Avenionem super Rhodanum ingressus sit, ibique se recluserit, nec eam Clodoveus victor obsi-*
B *dione capere potuerit. De munimentis hujus urbis meminit etiam S. Gregorius Turonensis Hist. Franc. lib.* 6, *num.* 1, *& auctor anonymus Austrasius apud Bouquetum tom.* 2, *pag.* 456, *ubi Avenionem* urbem munitissimam ac montuosam *vocat.*

h *Non consentiunt sibi hîc Mss. apographa. Alia legunt:* navigium sanctum Antistitem, quod gerebat; *alia nostræ lectioni ad apicem consonant: & paulò post alia sic habent:* Ita ut posset navigium obruta desperatione turbari, cùm esset valdè dormientis gubernatione securus. *Sed vitiosæ huic locutioni nostra, ut patet, tametsi nonnihil obscura, præferenda est, quâ indicare vult biographus, obortâ subitò tempestate & hinc vectorum trepidatione, in naufragii discrimen eos sese adductos credidisse, cùm tamen præsente* S. Apollinare, *utut dormiente, nihil sibi timendum esset. Non dissimilem historiam legesis in Evangelio S. Matthæi cap.* 8, ℣. 24 *& seqq.*

i *Hunc Mss. apographa Ursicampi, Cistercienſe, Accincti Monasterii, Labbeana & reginæ Suecia* Claudium *vocant. Rectiúsne, quàm Ms. monasterii S. Claudii, non habeo, unde asseverem. Cetera is mihi Claudius vel Eladius ignotus est; num verò pro biographo* S. Apollinaris *haberi queat, discussum est in Commentario num.* XI.

C k *An S. Hilarii, Pictavensis episcopi, Opera, an verò S. Hilarii, Arelatensis episcopi, libros, puta Vitam decessoris sui, S. Honorati, Homilias, aliave, teste Honorato, Massilienſi episcopo, ab eo conscripta Opera, diaconus ille tum lectionis studio pervolverit, nihil, unde definiri possit, biographus suppeditat. Illius Hilarii Vita apud nos data est ad diem* XIII *Januarii, hujus verò Hilarii Acta die* 5 *Maii & tomo* VII *Maii in Appendice pag.* 594 *illustrata sunt.*

l Puerorum *nomine sæpe à sacris auctoribus famulos designari, notissimum est. At fortè hîc puer aliquis, nomine* Alisius, *cujus in sacris litteris & virtutibus institutioni* S. Apollinaris *vel præsidebat, vel invigilabat, designatus à biographo fuit.*

m *Apud Labbeum desunt hæc:* Miseriæ hujus successione; *in Cistercienſi autem apographo vitiosè legitur* succensione. *Significat biographus, remittenti meritis sancti Præsulis naufragii periculo mox aliam calamitatem successisse, seu aliud alio malo fuisse depulsum, dum tandem, Pontifice è somno excitato, ab utroque immunes redditi sunt.*

n *Ita omnia apographa; sed fortè legendum* adversarius ipse, *scilicet dæmon, ut eum num.* 10 *vocat, & tunc sensus planus erit.* A. COÆVO, FORSAN EUADIO.

o *Apud Labbeum hæc ita referuntur:* Nam uterque sanitate recepta, orationibus sancti sui Pontificis in se profecisse sua salute perpetua docuêre. *Apographa verò Ursicampi & Cistercienſe quantùm ad voces adhuc magis à Sanclaudiano codice discrepant; sic enim habent:* Nam uterque, sanitate recepta, tantum tamque stupendum miraculum meritis sancti Viri, ut dignum erat, non sibi, imputabat. *Idem tamen quoad rem utrobique indicatur, nimirùm, utrumque Sancti meritis precibusque perpetuam sui à dæmonio curationem debuisse.*

p *Arelas seu Arelate, Gallicè* Arles, *etiam Rhodano adjacet, septemque circiter leucis Gallicis majoribus, quarum viginti unum gradum efficiunt, Avenione, ut apud Bouquetum edita Charta geographica indicat, dissita est. Plura de hac urbe videsis apud Valesium, Baudrandum aliosve geographos.*

q *Id est,* prono *seu* secundo Rhodani decursu.

r *Arelatenſem sedem, prout Stiltingus noster tom.* VI *Augusti pag.* 52 *censet, S. Cæsarius tenuit ab anno Christi* 502 *usque ad* 542, *mortuusque est, ut ejus Vita testatur, anno ætatis suæ* 73. *Colitur* 27 *Augusti, qua die in nostro Opere ejus gesta illustrata sunt.* E

s *Ne dicta repetam, vide quæ de hoc viro, tum rebus gestis, tum virtutibus clarissimo, tom.* VI *Augusti pag.* 78 *in Annotatis ad Vitam S. Cæsarii à Stiltingo mox laudato dicta sunt. Liceat tamen his aliqua addere, quæ Sirmondus in Ennodii episcopi Ticinenſis lib.* 5, *non verò, ut errore typographico in Stiltingi Annotatis positum est, libri* 7, *epistolam primam præclarè de Liberio scripsit.* Nihil habuit, *inquit loco citato Sirmondus,* ætas illa Liberii nomine illustrius. Primùm enim pro Odoacre adversus Theodoricum fideliter stetit; pòst, illo devicto, sub Theodorico, quamdiu is regnavit, summis togæ militiæque honoribus perfunctus, multa in Italia & Gallia præclara cum laude gessit, itemque sub Athalarico. Theodati etiam regis legatus ad Justinianum imperatorem delectus, à Justiniano denique ipso militaribus copiis adversus Gothos in Italia & Sicilia præpositus, ἀνὴρ, ut Procopius testatur, καλός τε καὶ ἀγαθὸς διαφερόντως, λόγῳ τε τῷ ἀληθῶς ἐπιμελεῖσθαι ἐξεπιτηδεύσας. Hactenus laudatissimus scriptor, Cassiodorum, Procopium & Ennodium locis pluribus auctores citans. Præclara Liberii gesta egregiè pariter celebrantur epitaphio, quod patri olim à filiis Arimini positum est his, ut Sirmondus Annot. 2 in Epist. 23, lib. 9 Ennodii Ticinensis recenset, conceptum verbis:

Humano generi legem natura creatrix
Hanc dedit, ut tumuli membra sepulta tegant.
Liberii soboles matrique patrique superstes
Triste ministerium mente dedêre pia.
Hîc sunt membra quidem, sed famam non tenet urna,
Nam durat titulis nescia fama mori.
Rexit Romuleos fasces currentibus annis,
Successu parili Gallica jura tenens.
Hos non imbelli pretio mercatus honores,
Sed pretio majus detulit alma fides.
Ausoniis populis gentiles ritè cohortes
Dispositit, sanxit fœdera, jura dedit.
Cunctis mente pater, toto venerabilis ævo,
Ter denis lustris proximus occubuit.

F

O

A. ÆVO, FORSAN ELADIO.

O quantum bene gesta valent! cùm membra recedunt,
Nescit fama mori, lucida vita manet.

t *In Ms. reginæ Sueciæ, nunc Vaticano,* Partenius *vocatur. Porrò est is, ni fallor, Parthenius, qui matrem habuit germanam sororem S. Ennodii, Ticinensis episcopi, ut hic lib.* 5, *Epist.* 9 *ad Faustum scribit in hæc verba:* His Parthenius noster, germanæ filius incitatus stimulis, Romam, in qua est naturalis eruditio, festinat invisere. *Ad eumdem Parthenium, judice Sirmondo, exstat Elegiacum carmen Aratoris subdiaconi, anno Christi circiter* 545 *editum, quod tom.* 1 *Operum variorum Sirmondi col.* 1148 *edit. Venetæ anni* 1728 *videre est, & sujus etiam in Annotatione ad lib.* 6, *Epist.* 1 *Ennodii meminit idem scriptor. In hujus porrò carminis seu Epistolæ, si mavis, inscriptione, Parthenium Arator appellat,* magnificentissimum atque præcelsum, magistrum officiorum atque patricium; *primisque versibus generis nobilitatem moresque ita laudat:*

Si tibi, magne, velim fasces memorare parentum,
Vix daret in tergo pagina lecta modum.
B A proavis atavisque potens tu stemmata vincis
Moribus, & meritis cedit origo tuis.

Atque hinc Parthenium hunc ab eo diversum esse crediderim, cujus ingluviem, scurrilitatem crudelemque zelotypiam ac denique funestissimum interitum S. Gregorius Turonensis lib. 3, *cap.* 36 *descripsit. An verò, quod Martenius hoc loco conjicit, Parthenium, Gabalitanum episcopum, ab eodem S. Gregorio lib.* 4, *cap.* 40 *memoratum, biographus noster hîc designârit, nulla mihi suppetit, quâ id stabiliam, antiquiorum auctoritas.*

u *De Ferreolo illo vide disputata in Commentario num.* 42 *&* 43.

x *Matrona hæc apud Martenium* Arculamia, *in Ms. apographo Ursicampi* Arcucamisa, *in Cisterciensi* Arcucanisa, *in Labbeanis verò veteribus membranis & in Ms. Sanclaudiano* Arcutamia *vocatur, estque, ni fallor, eadem nobilis femina, cui se S. Ennodius, Ticinensis episcopus, lib.* 6, *Ep.* 24 consanguinitatis lege *constrictum profitetur, quamque lib.* 7, *Epist.* 14 supra claritatem generis morum luce *sic* profecisse *scribit, ut filio presbytero, qui religionis studio ad Lerinensem eremum se receperat, exemplo atque incitamento esse posset. De eadem mentio etiam fit in Epistola Theodorici regis ad Marabadum & Gemellum apud Cassiodorum lib.* 4 *Variarum, Epist.* 12, *ubi, quemadmodùm apud Ennodium, exigua vocis mutatione* Archotamia *appellatur.*

C

y *Massilia urbs Galliæ notissima, vulgò* Marseille *dicitur, de qua uberrime Valesius in Notitia Galliarum aliique geographi egerunt, quos consule.*

z *Hinc biographum rerum, quas hîc commemorat, oculatum testem fuisse, manifestò liquet.*

aa *Eladius nempe, aliis vocatus* Claudius.

bb *De hoc Leone nihil reperi.*

cc *Eruditissimus Muratorius Dissert.* 28 *de diversis pecuniæ generibus ita ad rem nostram loquitur:* Uti apud Romanos, ita & apud Italicos reges Gothos, Langobardos, Francos & Germanos triplici pecuniæ specie publicum commercium peragebatur, aurea scilicet, argentea atque ærea.... Nullum autem usitatius nummorum genus antiquitus fuit, quam solidorum. Erant aurei primò; deinde fuerunt & argentei; eorumque appellatio ante Constantini Magni tempora invaluit. *Solidosne aureos an argenteos hîc intellexerit biographus, ipso non edicente, quis pro certo asserat? Putem nihilominus de* aureis *rectiùs, quàm de argenteis, eum exponi posse, cùm paulò antè dixerit,* S. Apollinarem *à Parthenio & Ferreolo viris & opibus & dignitate florentibus,* multis *fuisse* oneratum muneribus, *nec verosimile appareat, eos Præsulem iter agentem, graviori minoris pretii argenteorum pondere onerare voluisse. Quod si reipsa, ut ego quidem existimo, de aureis solidis hîc biographus egerit, haud levis fuit tum facta jactura; quandoquidem, teste Cassiodoro lib.* 1 *Variarum, Epist.* x, Sex millia denariorum solidum esse (*veteres*) voluerunt. *Plura vide apud Cangium verbo* Solidus.

D

dd *Pro* salvo linteo *Ms. reginæ Sueciæ habet* soluto lineo. *Sensus utrobique est, deperditos fuisse ipsos solidos, retento tamen linteo marsupio, integro quidem & salvo, at dissoluto & aperto.*

ee *Martenius hæc ita edidit:* Ait ad eum succensendum: Est nobis, ne pereat, *qui sensus dupliciter vitiosus est. Nec tamen lectio nostra, tametsi in aliis omnibus Vitæ apographis constanter eadem, mendo caret. Cùm itaque, ut apparet, significare biographus voluerit, tum diacono Eladio, tum Leoni, itineris comiti, id officii munus fuisse, ut destinatam pauperibus pecuniam sollicitè custodirent, verosimiliter non* succensendum, *sed* studendum, connitendum, incumbendum *aliudve synonymum verbum adhibuit, ut sensus sit;* connitendum est nobis, ne pecunia jam casu amissa, perpetuùm pauperibus pereat seu perdita maneat; *ac propterea illi statim regressi fuerint, amissam quæsituri ubique, quà transierant, pecuniam; qua in re protinus ita votis eventus respondit, ut* totos *seu ad unum omnes solidos in arena sparsos invenerint.*

E

ff *In Mss. Ursicampano & Cisterciensi corruptè legitur* veterane; *rectiùs apud Martenium* veteratoriè *seu callidè; ubi tamen pro* nutribat *legi debet* nutriebat.

gg *Non hîc de sacro infirmorum oleo seu de Sacramento extremæ Unctionis agi, apertè ex eo liquet, quòd miser ille filius moribundus non esset; sed nec de Sacramento Confirmationis hîc sermonem esse, patet ex eo, quòd hujus minister sit episcopus; illam verò unctionem, de qua biographus agit, simplex peregerit sacerdos. Ceterùm olei sacri seu benedicti unctione non sacramentali sæpè Sanctorum meritis curatos à suis malis fuisse plurimos infirmos, Sanctorum Vitas legentibus passim occurrit.*

F

hh *Cùm audis,* S. Apollinarem *hîc vocari* sacerdotem, *subintellige* primi ordinis, *ut à simplicibus presbyteris, qui* secundi ordinis sacerdotes *vocantur, episcopum distinguas. Vide Notas Sirmondi in Sidonii Ep.* XI, *lib.* 3.

ii *Id est,* ægritudine, invaletudine *seu* morbo. *Vide apud Cangium hoc verbo, quàm frequenter* hîc inæqualitas *hoc sensu sumatur.*

kk *Scriptores Hist. lit. Franciæ tom.* 3, *pag.* 144 *rectè advertunt, lacunam, quæ in Martenii editione est, bene à Labbeo sic expleri* ad Matutina Officia, *ut sensus sit,* S. Apollinarem *morbo correptum assistere de more matutinis Ecclesiæ Officiis non potuisse.*

ll Paragorius *is mihi aliunde ignotus est.*

mm *Vide superiùs lit.* n.

nn *Variant hoc loco apographa: Cisterciense pro* propria *habet* propè; *Ursicampanum loco participii* condemnans *legit* condemnatur; *omnia tamen*

A *tamen habent* religatione. *Sed fortè legendum* propria religione *seu* conscientia, *eo nimirum sensu, ut Paragorius, mox ut opus nefarium à se patratum fuit, ipsemet scelus suum agnoverit & condemnârit, nihilominus tamen supplicii loco* S. Apollinaris *operâ invisibili constrictus vinculo, immobilis lecto adhærere compulsus fuerit: nisi velis, insanum hominem in sui sceleris condemnationem sese ipsum semel iterumque ligâsse, ac Pontificis viribus ita invisibili vinculo adhuc constrictum fuisse, ut nec loco cedere, nec movere se ullatenus posset.*

oo *Vide Commentarium num.* 9.

pp *De archidiacono* Leubaredo, *quem Ms. Ursicampanum* Leuburedum *vocat, nihil novi.* A. COÆVO, FORSAN ELADIO.

qq *Ita* 3 *Mss. Consule Comment. num.* XI.

rr *Hæc ita Martenius habet:* At verò Valentina urbs, quem tunc flevit amissum, urbs decora Pontificem destinâsse ad superna assiduò nunc gaudet advocatum. *Sed minùs rectè, ut patet.*

ss *Doxologia hæc, quæ apud Martenium deest, ita à Labbeo & in Mss. Ursicampano & Cisterciensi refertur:* Regnante D. N. Jesu Christo, cui est virtus, honor, imperium & potestas cum Patre & Spiritu Sancto in Trinitate perfecta in sæcula sæculorum. Amen.

DE SS. PLACIDO, EUTYCHIO, VICTORINO, FLAVIA, DONATO, ALIISQUE MM.

B

MESSANÆ IN SICILIA. E

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. B.

§ I. SS. Placidus & Socii martyres à recentioribus alii, alii ab antiquis martyrologis, ut apparet, ad hunc diem memorati.

SUB ANNUM DXLI. *S. Placidus Sociique martyres martyrologii:*

Sanctum Placidum, *Sociosque martyres Martyrologia recentiora juxtà ac vetera hodie quidem certatim celebrant; sed ita, ut, eademne, an diversa in illis signetur martyrum classis, ambigi non immerito queat. Annuntiatio recentiorum, ut ferè fit, passim uberior & distinctior; contrà brevior obscuriorque veterum: pauca ex illis laudâsse sufficiat. Quod modò in usu est, Martyrologium Romanum ita habet:* Messanæ in Sicilia natalis sanctorum martyrum Placidi monachi, discipuli beati Benedicti abbatis, & fratrum ejus Eutychii & Victorini, ac Flaviæ virginis, eorum fororis; item Donati, Firmati diaconi, Fausti, aliorumque triginta monachorum, qui à Manucha pirata pro Christi fide necati sunt. *Martyrologii Romani emendatoribus præivêre Belinus, Maurolycus, Molanus & Galesinius: ex his Belinus* S. Placido *titulum discipuli S. Benedicti primus adjecit his verbis:* Apud Siciliam natale sanctorum martyrum Placidi monachi, beatissimi Benedicti abbatis discipuli, Euticii: & aliorum triginta. *Maurolycus longè prolixior:* Messanæ, *inquit ille*, in freto Siculo sanctorum martyrum Placidi monachi, beati Benedicti abbatis discipuli, Eutychii, Victorini, & Flaviæ, eorum germanæ, Donati, Fausti, Firmati, & aliorum triginta monachorum, qui à Manucha pirata, quem Abdala, barbarus Hispaniæ rex, miserat, cruciati & perempti sunt; à Gordiano autem socio, qui pavidus secesserat, in ipso urbis litore sepulti, juxta ædem S. Joannis Baptistæ, ubi erat Sanctorum oratorium; passi sunt autem anno Salutis quingentesimo quadragesimo primo; ipse autem Placidus, septennis à patre Tertullo traditus Benedicto, agens autem annum vigesimum sextum, martyrium passus est; Gordianus autem eorum Passionem scripsit.

C

2 *Fontem, ex quo sua Maurolycus hausit, postrema ejus, quæ de Gordiano,* S. Placidi *comite, est, periodus abunde declarat; sed lutulentum illum esse, ac Gordiano falsò adscribi, manifestum fiet, cùm de* S. Placidi *Actis agetur. Molanum interim audiamus:* Apud Siciliam, *inquit*, natalis sanctorum martyrum Placidi, monachi beatissimi Benedicti abbatis, Eutychii & aliorum triginta: *quæ quidem Usuardina sunt; sed* Placidum *S. Benedicti discipulum fuisse, Molani additamentum est, alio propterea charactere expressum, & ex iisdem* S. Placidi *Actis, à Molano in sua ad* S. Placidum *Annotatione laudatis, hausium. Galesinius verò tum ex iisdem* S. Placidi *Actis, tum è Siculorum de* S. Placidi *martyrio Epistola, sed* F *subtestæ pariter fidei, ita scribit:* Messanæ in Sicilia, sanctorum martyrum Placidi monachi, Euthichii, Victorini, Flaviæ fororis, Fausti, Firmati & aliorum triginta. Ii à Manucha pirata, quem barbarus Hispaniæ rex miserat, graviter pro Christi fide excruciati, demum necem constanti animo obierunt. *Hisce plures è recentioribus martyrologis non addo, indicâsse contentus, unde, quæ in hodierno Romano Martyrologio legitur, derivata fuerit* SS. Placidi & *Sociorum annuntiatio, in qua* S. Placidi *palæstra, monachatus, Fratres & Soror, & Sociorum denique numerus disertè accuratéque exprimuntur. Non ita Martyrologia antiquiora loquuntur; ab Hieronymianis initium capio.* tum recentioribus,

3 *Codex Epternacensis, initio sæculi* VIII *exaratus, ita habet:* In Sicilia natalis Eutici & aliorum VIII. & alibi Barici, Victurini. *Lucensis apud Florentinium:* In Sicilia Placiti, Eutici, & aliorum XXX. & alibi Barici. Victorini, tum antiquis notissimis,

AUCTORE J. B.

Fausti. Pelagi. *Corbeiensis apud Dacherium tom.* IV *Spicil. primæ editionis pag.* 676 : In Sicilia Placiti, Eutici, & aliorum xxx. Et alibi Victorini, Fausti, Pelagii. *Inter Codices Hieronymianos contractos apud nos tom.* VII *Julii Richenoviensis :* In Sicilia Euticii & aliorum octo, & alibi Placidi, Baricii. *Augustanus monasterii S. Udalrici :* Placidi, Valentiniani, Apollinaris, Eutici, Victorini. Autissiodori Fausti, Pelagii, Firmati, Flavianæ virginis. *Labbeanus :* Placiti, Valeri, Apollonaris, Eutici, Victorini. Antf. Fausti. Pelagi, Firmati, Flavinæ virginis. *Corbeiensis brevior :* In Sicilia Placenti & Placiti ; Eutici & aliorum triginta. *Inter codices nostros Hieronymianos Mss. Vallicellanus :* Apud Siciliam nat. sanctorum martyrum Placidi & Eutici & aliorum triginta. *Consonat huic Barberinianus ; sed Casinensis, qui* Placidum *in Sicilia collocat*, Victorinum, Faustum *& alios triginta* alibi *signat. Ad Hieronymianorum classem reduci etiam possunt Gellonense, anno* 804, *ut censet Dacherius tom.* 13 *Spicilegii pag.* 12 *in Præfatione, conscriptum, & Morbacense apud Martene tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1563

B *editum, & seculo* IX *haud multum provecto, ut ait, exaratum ; quorum illud ita habet :* Placiti. Valentiâ Apollonaris, Eutici, Victorini. Autissiodoro Fausti, Pelagii, Firmati, Flaviæ virginis. *Hoc verò :* Placidi, Valentini, Fausti.

sed num S. Placidum S. Benedicti discipulum

4 *Porrò tot codices Hieronymianos haud frustra hîc à me fuisse in medium adductos, paulò infrà apparebit : ingens sanè illorum varietas & dissonantia, plerosque eorum à nativa sinceritate desciviſſe, indubitatum facit : nolim tamen hanc labem universis aspergere ; siquidem puri videntur Corbeiensis Acherii, Lucensis Florentinii & Blumanius apud eumdem Florentinium jam inde ab anno* 772 *exaratus, atque hoc solo à Lucensi discrepans, quòd pro* Eutici *habeat* Euti. *Ita existimo, tum quòd inter hos (litterularum enim aliquot discrimen non moror) apprimè conveniat ; tum quòd Ado & Usuardus, quibus Martyrologium, S. Hieronymo vulgò adscriptum, præluxit,* S. Placidum *ejusque Socios iisdem ferè verbis Fastis suis inseruerint. Sic Ado :* Apud Siciliam, natalis sanctorum Placidi, Eutychii & aliorum triginta. *Usuardus :* Apud Siciliam natalis sanctorum martyrum Placidi, Euticii & aliorum triginta. *Id etiam tribus illis Hieronymianis apographis peculiare est, ut ad hodiernum Martyrologium Romanum, aliosque Fastos sacros recentiores, num.* 1 *&* 2 *laudatos, præ ceteris accedant propiùs. Dispiciamus modò, num Hieronymiana apographa, Ado, Usuardus, eamdem hodie martyrum classem memorent, quam Martyrologium Romanum, an diversam : Bedam enim & Florum accessionibus expurgatos, & Wandelbertum prætereo, quòd nec hoc, nec alio quovis die Martyrum nostrorum mentionem fecerint : Notkerus Adoni & Usuardo consonat ; de Rabano agetur infrà.*

C

tam recentiores, quàm antiqui hodie annuntient,

5 *Florentinius in suis ad hunc diem Annotatis, inter apographa sua Hieronymiana,* S. Placidi *Historiam & Romanum Martyrologium partim convenire, partim disconvenire, animadvertens, primùm quidem hac in re vacillare videtur ; at tandem, eamdem utrobique Martyrum classem indicari, suosque codices, nominibus aliquot Martyrum mutilatos, ex illis supplendos corrigendosque existimat. Movit Florentinium maximè tum Romani Martyrologii emendati auctoritas, in quo præter* Placidum, Eutychium *& Socios triginta,* Victorinus, Flavia, Firmatus, Donatus & Faustus, *in Hieronymianis apographis desiderati, signatis nominibus expressi leguntur ; tum Sixti V, Romani Pontificis, Bulla, quâ eorum festum die* V *Octobris, nuperam verò inventionem atque translationem pridie Nonas Augusti celebrari permisit. Nihilominus Castellanus contrarium decernit.* Nemo miretur, *inquit in Præfatione ad primum Martyrologii Romani bimestre num.* 5, *de Rabani Martyrologio loquens,* Martyrologium illud, utpote monachi Benedictini Opus, festorum S. Benedicti & S. Scholasticæ meminisse : sed nec admirationem cuipiam moveat, non legi illic S. Maurum, legi autem S. Placidum sine monachi titulo ; cùm nemo ad id usque tempus, quo scriptum est, pro binis illis Sanctis monachos, de quibus Gregorius in Dialogis, tentâsset obtrudere. *Ita ad diem* V *Octobris Rabanus, verosimiliter circa annum* 845, *apud Canisium tom.* 6 *Antiquarum Lectionum scripsit :* In Sicilia natale Eutici & aliorum triginta. *Præterit igitur* Placidum, *Rabanus : Castellanus tamen, quid de* S. Placido, *ab antiquis martyrologis memorato, sentiat, manifestò prodit.*

inter auctores controversitur :

6 *In eamdem sententiam Sollerius ivit :* Hoc certè indubitatum videtur, *inquit in Observatione ad Usuardum die* V *Octobris,* nullum antiquorum martyrologorum, dum Placidum, Eutychium & Socios anonymos memorant, vel per umbram cogitâsse, monachos ipsos, nedum Benedictinos fuisse, quod profectò, qui monachi & ipsi erant, insinuare non neglexissent, ut passim faciunt ; *nimirum Ado, Usuardus, Notkerus, Rabanus, Benedictini instituti monachi. Recentius Parisiensis ecclesiæ Martyrologium hodie* SS. Placidum, Eutychium *aliosque triginta in Sicilia memorat, adjectis in margine hisce particulis :* Juxta quosdam anno DXLI, *quibus non annus modò, quo martyrium subiisse cum Sociis* S. Placidus *dicitur, sed quinam etiam sint isti Siciliæ martyres vocari videtur in dubium. Utut sit, non pauca sunt, quæ me in Castellani & Sollerii sententiam abire compellunt, ac affirmare, martyres alios ab Hieronymianis, Adonianis, Usuardinis aliisque vetustioribus Martyrologiis hodie memorari, alios verò à Martyrologio Romano recentiori. Ac primò quidem, quod ad Martyrologia Hieronymiana attinet, licèt in iis passim tantùm nomen, locus & dies passionis, omissis martyrum qualitatibus, ceterisque adjunctis, exprimantur ; tamen passim non nisi antiquiores Ecclesiæ martyres in iisdem memorari consuevêre, ut Ruinartius in sua de* S. Placido *Apologia* § IV *non diffitetur ; atque adeò* S. Placidus, *in illis memoratus, cum* S. Placido, *S. Benedicti discipulo, de quo in suis Dialogis Gregorius Magnus, à recentioribus facilè confundi potuit, ob non minimam, quæ inter Hieronymiana aliaque Martyrologia &* Placidi, *S. Benedicti discipuli, historiam intercedit, consonantiam.*

alius ab hoc, quidquid Ruinartius

7 *At, inquit Ruinartius loco citato, difficultas illa morari neminem debet : etsi enim Martyrologia Hieronymiana passim antiquiores Ecclesiæ Sanctos memorent, hinc tamen* S. Placidum *ejusque Socios in illis memoratos antiquioribus Sanctis annumerandos pariter esse, confici nequaquam potest : quippe in quibus etiam recentiorum Sanctorum, & S. Benedicto posteriorum nomina non rarò legantur, etiam subinde in ipsa fronte latercularum ; quod sanè eruditissimo viro dandum est. Lucas Dacherius tomo* IV *Spicilegii Martyrologium Hieronymianum exhibet, in quo festorum annuntiationes non paucas, temporum lapsu Fastis Hieronymianis adjectas, diverso charactere distinxit, & in fronte quidem latercularum festum Purificationis*

A tionis beatæ Mariæ ad diem 2 Februarii; & Omnium Sanctorum Kalendis Novembris. Mirum tamen, non veniſſe illi in mentem, ut ad diem v Octobris S. Placidi annuntiationem ſimili modo diſtingueret, quod ad diem xxi Martii in S. Benedicto facere non neglexerat. Eadem cura Florentinium tenuit in edito à ſe, notiſque illuſtrato S. Hieronymi Martyrologio. Multi illic quoque Sancti, recentiùs adjecti, ac propterea diverſo à reliquis pariter charactere diſtincti, maximè in calce laterculorum, occurrunt; frontem autem occupant S. Auſtreberta ad diem x Februarii; SS. Vuando, Asbertus, & Vualframmus ad xxxi Martii; S. Chilbertus ad xix Aprilis; S. Ceratus ad vii Junii; S. Vandregiſelus ad xxii Julii; S. Audenus ad xxiv Auguſti; S. Leodegarius ad 2 Octobris; SS. Geneſius & Hilarius denique Kalendis Novembris.

in contrarium dicat, 8 Quod igitur Ruinartius ait, codicibus Hieronymianis recentiores ſubinde Sanctos, etiam in fronte reliquorum, adjectos fuiſſe, nemo jure in dubium vocet: verùm priùs alterum eximi mihi ſcrupulum velim, quàm ab opinione de Placidi in
B Hieronymianis apographis memorati à Placido Benedictino diverſitate diſcedam. Si Sanctos Martyrologio Hieronymiano Dacherii adjectos, & diverſo charactere notatos inſpicio, vix uno excepto, omnes in calce laterculorum notatos invenio; quòd ſi feſta Purificationis & omnium Sanctorum primo loco in illo compareant, facere id potuit tum tranſcribentis in Beatiſſimam Virginem veneratio, tum feſti alterius ſolemnitas ac celebritas ſingularis. Contrà S. Placidi nomen in laterculi capite notatum invenio: neque id in uno dumtaxat Dacheriano exemplari advertere licet, verùm etiam in codicibus Hieronymianis ceteris vix non omnibus, quos vel monachi Benedictini, vel alii quicumque tranſcripſerunt. Primo loco occurrit in Epternacenſi Eutichius, S. Placidi ſocius, primo Placidus in Luxenſi apud Florentinium, primo in Blumanio apud eumdem, in Auguſtano, Labbeano, Corbeienſi breviori apud nos tom. vii Junii, in Morbacenſi, altero Corbeienſi, & Turonenſi apud Martene tomo 3 Anecdotorum. Accedunt Caſinenſe, Barberinianum, Baronianum S. Cyriaci, Vallicellanum, Trevirenſe S. Martini, Colonienſe S. Mariæ ad Gradus, Romano-Gallicum Lucæ Dacherii, quorum habemus apographa. His adde Gellonenſe a-
C pud Dacherium tomo 13 Anecdotorum. Unus Richenovienſis è tot Hieronymianis codicibus, aut eò accedentibus, jam citatus, ſecundo loco S. Placidum collocat; ſic tamen, ut Eutichium S. Placidi ſocium primo loco annuntiet, ut num. 3 videre eſt.

in antiquis 9 Porrò ex utroque hoc capite conjunctim ſumpto, quòd mirum Placidus in codicibus Hieronymianis memoratus, locum non modò in illis penè omnibus, ſed etiam primum conſtanter obtineat, non levis mihi ſuſpicio incidit, ad primigenium eorum textum S. Placidum pertinere, quandoquidem in iis Sanctis, qui primario Hieronymianorum codicum textui ſubinde acceſſerunt, alterutrum deſiderari ſoleat, ut aut primo loco non ponantur aut ſaltem non conſtanter. Exemplo ſint tum Sancti num. 7 relati & apud Florentinium in fronte laterculorum poſiti, tum ipſe S. Benedictus; quorum illi in exemplaribus Epternacenſi & Corbeienſi Dacherii apud Florentinium, aliiſque à Sollerio tomo vii Junii editis, aut omnino reticentur, aut paſſim medio vel loco poſtremo ponuntur: S. Benedictus verò, quamquam in non paucis primo loco occurrat, poſtremo tamen in Epternacenſi vetuſtiſſimo, in Richenovienſi, Auguſtano, Labbeano, Corbeienſi breviori, Corbeienſi & Gellonenſi Dacherii, uti & antiquiſſimo Hieronymiano à mille & ampliùs annis compacto, & Morbacenſi apud Martene tomo 3 Anecdotorum à col. 1547. Tum verò, quis ceteroquin credat, Hieronymianorum codicum interpolatores Placido Benedictino, quotquot illius meminerunt, penè ſingulos id honoris habuiſſe, ut ejus nomen non primo loco ſignare velut ſibi nefas duxerint, nec tantumdem S. Benedicto, ſanctitate rebuſque geſtis Diſcipulo ſuo non minùs celebri, ex iiſdem multos tribuere voluiſſe? Num fortè in his ultimo loco legitur S. Benedictus, eò quòd omnium, quos diei xxi menſis Martii laterculus complectitur, fuerit ætate poſtremus? Contrà verò S. Placidus, Benedicti diſcipulus, primo in illis loco conſtanter occurrit, quòd ceterorum, qui die v Octobris in Hieronymianis exemplaribus ſignantur, ætatem præverterit? Atqui hoc Placido paulò ſaltem antiquior S. Apollinaris, Valentiæ ad Rhodanum epiſcopus, qui anno 517 concilio Epaonenſi ſubſcripſit; antiquiores fortè integro ſeculo Firmatus & Flaviana ſeu Flavia; ac multò denique fortè
E antiquiores Pelagius ac Baricus, qui ad hunc diem quoque Hieronymianis codicibus inſcribuntur.

Hieronymianis apographis 10 Subit etiam animum admiratio, ſi, quem hodie Hieronymiana apographa Placidum referunt, S. Benedicti diſcipulus fuerit, ne unum quidem ex iis omnibus eſſe, quod Meſſanæ determinatè meminerit. Certè S. Benedictum Caſini annuntiant apud Sollerium apographa Rhinovienſe, Richenovienſe, & Reginæ Sueciæ: ut adeò vaga S. Placidi in Sicilia annuntiatio, quæ per univerſos, quos quidem viderim, Hieronymianos codices manat, ex determinatæ palæſtræ inſcitia, hæc verò ex Sancti in illis memorati antiquitate potiùs, quàm aliunde profecta videatur. Quid quòd ipſa Hieronymianorum codicum verba, quibus hodie Placidum ſuum, illiuſque Socios referunt, alium illum eſſe à Placido, S. Benedicti diſcipulo, abundè declarent? Si Pſeudo-Gordiano credimus, ſocios martyrii Placidus Benedictinus habuit Eutichium, Victorinum, Flaviam, Fauſtum, Firmatum, Donatum, monachos denique triginta anonymos. At citati jam ſæpe codices Placido, præter Socios triginta anonymos, unum dumtaxat adjiciunt, puta, plerúmque Eutichium; Donati ne unus quidem
F meminit; imò reliquos paſſim alibi ſignant: unde vero ſit admodùm ſimile, Actorum S. Placidi Benedictini inventorem, ſparſa hinc inde hoc die per Hieronymianos codices martyrum nomina corraſiſſe, & pro arbitrio Placidi ſui Hoſpitibus, unà cum illo paſſis, affinxiſſe, ſervato triginta anonymorum martyrum numero: ut adeò opus non ſit, codices illos, qui Placidum unà cum Eutichio & triginta ſocios hodie memorant, mutilos dicere, & duplicem Victorinum & Fauſtum, duplicem item Firmatum & Flavianam ſeu Flaviam diſtinguere, quod in ſuis ad hunc diem Annotationibus Florentinius facit.

deſignari 11 Haud equidem inficior, Hieronymianos codices deſcribentium ſeu oſcitantiâ ſeu inſcitiâ multis locis inſigniter depravatos; verùm quò minùs in hoc loco, ſaltem iis, quos num. 4 laudavi, id accidiſſe exiſtimem, ibidem dixi. Quòd ſi in aliis non dubia fortè depravationis argumenta occurrant, vel hinc ſuſpicor, Placidum ejuſque Socios, in illis memoratos, ad antiquos, minúſque notos Eccleſiæ Sanctos pertinere: quippe in quibus non

AUCTORE J. B.

AUCTORE J. B.

rarò, quàm in ætate recentioribus, ac famâ paſſim geſtiſque rebus notioribus, proclivior eſt ad errores via. Suſpicionem meam apographum Epternacenſe confirmat. Scriptum id fuit ſub ſeculi VIII *initium à Laurentio quodam, Epternacenſi monacho, Benedictini inſtituti alumno; in uſu verò habuit S. Willibrordus (quem ſuum facere non dubitant Benedictini) ut in Præfatione generali in Vitas Sanctorum cap.* 4, § 4 *Bollandus probat. Florebat etiam tum* S. Placidi *Meſſanenſe cœnobium, ſub finem ſeculi* IX *à Saracenis tertiò delectum: atque adeò ſcriptum illud fuit eo temporis tractu, quo* S. Placidi, *Ordinis Benedictini proto-martyris nomen, ſaltem apud inſtituti ſui cœnobitas, longè latéque increbuiſſe neceſſe eſt. Sic tamen habet:* In Sicilia natalis Eutici & aliorum octo. Et alibi Barici, Victorini. *Mutilum ſanè hîc eſt Epternacenſe apographum, & vitioſum exemplar Laurentius præ manibus habuit; ſed, ſi Meſſanenſium Martyrum iſthic mentio fieret, nonne ſupinæ vel ignorantiæ vel negligentiæ arguendus erit tum Laurentius, qui* S. Placidum *ſilentio præterierit,* Eutichio *ſocios tantùm octo tribuerit,* Victorinum *à Sociis divellerit, Baricoque,*

B *ad Meſſanenſes Martyres nihil facienti, conjunxerit; tum ipſe S. Willibrordus, qui errores tam multiplices atque palpabiles vel non nôrit, vel cognitis emendationem nullam adhibuerit? Malim opinari, neutrum, cùm iſta ſcriberet vel legeret, quidquam de* S. Placido, *S. Benedicti diſcipulo, cogitâſſe, ſed* Eutichium *ejuſque ſocios pro antiquis, & parùm ſibi cognitis Sanctis habuiſſe. De Martyrologii Hieronymiani apographis hactenus. Sed priùs audiendus eſt Ruinartius, qui* Placidum *Hieronymianis codicibus temporis lapſu ſuperadditum à monachis in ſua Apologia contendit, quàm de ceteris vetuſtioribus martyrologis ſermonem faciamus.*

videtur. 12 *Antiqua Martyrologia duplicis generis ſtatuit, ut alia in eccleſiarum ſecularium, alia in monaſteriorum uſum conſcripta ſint: illa primorum ferè martyrum nomina complectuntur; ut in Romano Parvo, à Roſweydo edito, videre eſt: hæc à monachis illorum Sanctorum nominibus paſſim aucta ſunt, in quorum ipſi communionem gloriæ & ſocietatem veniunt. Porrò cùm in his paſſim* S. Placidi *nomen appareat, deſideretur verò in multis eccleſiarum ſecularium Martyrologiis; argumento id eſſe poteſt, Hieronymianis codicibus,*

C *qui Benedictinis in uſu fuêre, ab iiſdem* S. Placidi *nomen fuiſſe adjectum, quod unus ex illis Sanctis eſſet, quos perenni ſaltem mandari memoriæ ſuâ ſpeciatim intererat. Ita ferè Ruinartius, etſi ſubtimidè; qui quidem rectè diſſereret, ſi id Romana, aliæque ſeculares eccleſiæ ſibi propoſitum habuiſſent, ut omnium & ſingulorum primorum martyrum ſuis Faſtis memoriam conſignarent, nec è Sanctis, quos ſingulæ ſibi potiſſimùm honorandos cenſuerunt, delectum ullum habuiſſent; Martyrologia verò cœnobitica, plurima primorum Eccleſiæ martyrum nomina non retinuiſſent. At longè aliter ſeſe res habet: Martyrologia cœnobitica Sanctos, ad Ordinem monaſticum peculiariter ſpectantes, plerúmque poſt antiquiores Eccleſiæ martyres collocant ſub finem laterculorum, ut illa inſpicienti manifeſtum evadit. Hinc igitur* S. Placidum, *qui non in uno alterove dumtaxat, ſed in pleriſque, ut ſuprà vidimus, Hieronymianis codicibus laterculorum frontem conſtanter occupat, primorum Eccleſiæ martyrum numero expungendum eſſe, effici nequaquam poteſt. Martyrologia verò eccleſiarum ſecularium ſingulorum primorum Eccleſiæ martyrum nomina non recenſuiſſe, vel ipſe* D *Ruinartius oſtendit, cùm ait, in veteri Martyrologio Romano, à Roſweydo edito, quod in exemplum adducit, nec hoc, nec ullo alio die memoriam ſignari S. Agathæ, S. Luciæ, S. Eupli, aliorumque Siciliæ Sanctorum, licèt maximè celebrium. Fruſtra ſit, qui ea de cauſa Siculos illos Sanctos primorum martyrum numero expungat; fruſtra, qui* S. Placidum. *Nunc de Adone & Uſuardo potiſſimùm.*

Nec alius. 13 *Benedictini pariter hi inſtituti fuêre, & ante tertium Placidiani monaſterii per Saracenos excidium ſuas de Sanctis lucubrationes adornâtunt: vidit uterque Hieronymianum Martyrologium; hoc in ſubſidium conſcripti à ſe Martyrologii ſeſe adhibuiſſe ipſe Uſuardus fatetur in Prologo: hoc Ado laudat expreſſis verbis ad diem* XXIV *Februarii. Verba, quibus uterque* S. Placidum *ad diem* V *Octobris memorat, dedimus num.* 4; *quærimus, num* Placidum *Benedictinum, an alterum? Adonis verba deſcribit Uſuardus, nec dubium, quin eumdem uterque deſignet: videamus itaque, quem hîc Ado intelligat. Adonem ipſum, præluxiſſe ſibi bina potiſſimùm Martyrologia, alterum Bedæ, à Floro auctum, alterum* E *ab urbe Roma Aquileiam miſſum, ſeu Romanum Parvum, ut in Præfatione ad Uſuardum cap.* 2, *art.* 2 *Sollerius probat, in ſuo ad lectorem Prologo teſtem habemus: præ manibus quoque habuiſſe Martyrologium Hieronymianum, ex paulò antè dictis evincitur. At cùm nec in Martyrologio Bedæ, à Floro auctо, nec in Romano Parvo* S. Placidi *mentio fiat, Ado autem iiſdem penè verbis, quibus codices Hieronymiani Lucenſis, Blumanius, & Dacherianus num.* 3 & 4 *citati, utatur; è ſimili Hieronymiano apographo in Martyrologium ſuum ab Adone tranſcriptum fuiſſe* S. Placidum, *veroſimillimum apparet. Porrò* Placidus, *in illis memoratus, S. Benedicti diſcipulus, ut ſuprà oſtendimus, non fuit; nec proin etiam is, cujus Ado & Uſuardus meminerunt. Verùm quid hîc ſenſerit Ado, ex ipſomet, quoad fieri poterit, non aliunde, eruamus.*

de Adone. 14 *Quid lucubratione ſua præſtandum Ado ſuſceperit, docent hæc Prologi verba:* Deinde collecti undecúmque paſſionum codices animum in tantum ſuſcitaverunt, ut non ſolùm præteritas (*in Martyrologio Bedæ, à Floro auctо*) dierum feſtivitates, verùm & aliorum, qui per totum annum ibi notatim poſiti erant, latiùs & F paulò apertiùs deſcriberem. *Rectè habet: una ex omiſſis in Bedæ Martyrologio, à Floro auctо,* S. Placidi *feſtivitas eſt; exſpecto igitur, ut Ado, ſi quid de* S. Placido *ſive ex collectis paſſionum codicibus, ſive aliunde novit (noviſſe autem debuit, ſi de* Placido *Benedictino agat) paulò id latiùs, apertiúſque declaret. At ecce, dum* Placidi *Benedictini hiſtoriam cum Adoniana annuntiatione comparare aggredior, non modò non latiorem apertioremque, ſed mancam mutilamque invenio: comparent illic* Placidus & Eutychius, *comparent alii triginta, monachi nempe, ſi ita lubet, quos in vitæ ſocietatem adſciverat* Placidus: *ſed ubi* Victorinus & Flavia, *ejus germani? ubi* Firmatus & Fauſtus? *ubi palæſtræ locus Meſſana? Scio Adonem, paſſiones Sanctorum paulò longiores, maximè circa finem laterculorum Martyrologio ſuo inſeruiſſe; at mutilam adeò, vel in fronte laterculi, ſi de S. Benedicti Diſcipulo, & Ordinis ſui Proto-martyre egiſſet, annuntiationem daturum fuiſſe non reor; maximè cùm videam, Adoni in ſupplendis tum Sanctorum nominibus, tum paſſio-*

num

A *num locis, quæ in præluccntibus ſibi Martyrologiis deſiderabantur, diligentiam non deſuiſſe: Adonem cum Romano Parvo comparanti id manifeſtum fiet, ùt ad diem* XXVIII *Januarii, ubi Leucio & Thyrſo, à Romano memoratis, Gallinicum; ad diem* VII *Martii, ubi Perpetuæ & Felicitati, Revocatum, Saturninum & Secundulum; ad diem* XXVI *Martii, ubi Theodoro Irenæum, Serapionem & Ammonium ſuperaddit, quod & alibi non rarò fecit. S. Lucianum ad diem Junii* VII, *S. Baſilium ad diem* XIV *Junii, SS. Germanum, Theophilum alioſque ad diem* III *Novembris* In Cappadocia *Romanum Parvum annuntiat: Addit Ado:* Apud Cæſaream Cappadociæ. *Illud S. Januarium ad diem* XI *Julii in Armenia Minore collocat; hic addit:* Civitate Nicopoli: *Chriſtinam virginem illud ad diem* XXIV *ejuſdem menſis* Circa lacum Vulſinum in Italia; *addit Ado:* In Tyro, quæ eſt circa lacum Vulſinum. *Item S. Theodotam cum tribus filiis* in Bithynia *ad diem* 2 *Auguſti; addit Ado:* Urbe Nicæa.

15 *Hieronymiani Martyrologii, Bedæ, Flori,* & Usuardo, qui Adonem ſecutus eſt, B *imò & Adonis veſtigia Uſuardus preſſit, ſed ita, ut, quæ in illis deerant, vel perperam relata erant, addere & emendare curârit:* At ſi quid, *inquit in Prologo,* præter quod ab illis accepi, in hoc Opere actum vel mutatum eſt, ſagaci à me indagine id perquiſitum agnoſci poterit: *cujus rei ſpecimina aliquot juverit proferre in medium. Ad diem* XXIV *Januarii apud Roſweydum Ado S. Babylæ ſine ſociis meminit: addit tres parvulos cum eo paſſos Uſuardus, Urbanum, Prilidanum, Epolonum. Ad diem ſequentem S. Præjectum ſine ſocio memorat Ado; S. Amarinum Præjecto, ati & ad diem* XXIV *Maii S. Felicem quatuor aliis ab Adone memoratis Uſuardus adjunxit. Idem ad diem* XXVII *Julii S. Hermolao SS. Hernempum & Hermogratem adjecit, quod Ado non fecit. Quemadmodum igitur alios Ado, ita Adonem Uſuardus, Sanctorum nominibus, ſi quæ fortè ex eadem Sanctorum claſſe deſiderabantur, nominatim expreſſis augere ſtuduit. Unde colligere fas eſt, idem facturum fuiſſe quoad* S. Placidi *Socios; nec* Victorinum, Flaviam, Firmatum & Fauſtum *ſilentio præteriturum, ſi illum S. Benedicti diſcipulum exiſtimâſſet.*

16 *Non aliena dumtaxat, ſed propria etiam ſcripta, adjectis Sanctorum nominibus,* auxitque, C *auxit Uſuardus, ſi Uſuardi Pratenſis editori credimus: nam, ùt quidem is refert in Obſervatione ad diem* XXIII *Auguſti, Uſuardus Claudio duos tantummodò paſſionis comites, Aſterium & Neonem, quod ante illum Florus quoque fecerat, primò adſcripſit, quot tantùm in Dervenſi codice, in Bibliotheca regia Lutetiæ ſervato, ſignantur. At Uſuardus, conſultis Actis ipſorum Proconſularibus, Aſterio & Neoni ſocias præterea binas, Domninam & Theonillam, deinde in codice Pratenſi adjecit. Quid igitur cauſæ afferemus, cur recenſendis hoc die* S. Placidi *Sociis parem diligentiam non adhibuerit, & quatuor ſaltem* S. Placidi *Socios reliquerit omninò indictos, niſi quòd* Placidus, *quem memorat, à* Placido *Benedictino diverſus ſit, nec plures illius ſocios, quàm quos retulit, habuerit Uſuardus exploratos? Similiter quærenti, cur Meſſanam,* S. Placidi *Benedictini palæſtram, non expreſſerit Uſuardus, reſpondere poſſe mihi videor, quia alterius* Placidi, *quàm Benedictini mentionem facit, cujus palæſtram non habuit Uſuardus accuratiùs exploratam, qui utique Meſſanam* S. Placidi *Benedictini palæſtram nec ignorâſſet, nec exprimere neglexiſſet, ſi hujus meminiſſet; ad cum ferè modum, quo laudatus Uſuardi Pratenſis editor quærenti, cur Uſuardus ad diem* XVII *Junii de S. Gundulfo tantùm ſcribat:* In territorio Bituricenſi, S. Gundulfi epiſcopi, *nec, quam ſedem occupârit, edicat, affirmatè reſpondet,* id exploratum *non fuiſſe* Uſuardo, qui ſedem appellare non omiſiſſet, ſi nota ipſi fuiſſet. AUCTORE J. B.

17 *Sanè nec Ado, nec Uſuardus, cùm ad* XX *Novembris SS. Ampeli & Gaii meminerunt, Meſſanam, eorum Palæſtram, omiſerunt: Uſuardus verò Sanctorum poſitiones, in Adone deſideratas, ſuâ non rarò ſupplevit induſtriâ; ſic ad* VI *Januarii S. Macram, ſine loco ab Adone memoratam, territorio Remenſi; ſic ad* XV *ejuſdem menſis S. Macarium Ægypto; ſic ad* XVIII *Martii S. Gertrudem Nivigellæ monaſterio Uſuardus aſſignat; nec deſunt hujuſmodi plura. At, inquiet nonnemo, non eam ſibi legem, inviolatè ſervandam, Ado & Uſuardus indixerunt, ut ſingulorum Sanctorum poſitionem perpetuò & determinatè referrent: proin fieri potuiſſe, ut* S. Placidi *palæſtræ, etſi probè ſibi cognitæ, determinatè non meminerint. Sed eſto, legem illam haud ſibi indixerint: faciunt equidem id paſſim, idemque hîc* E *facturos fuiſſe, ſi* Placidi *ſui palæſtram noviſſent, haud gratis præſumi poteſt. Ut Meſſanam, ita* Victorinum, Flaviam, Firmatum, Fauſtum, Donatum *ſilent, non facilè, ſi noviſſent, omittendos; utraque omiſſio ex eodem fonte profecta videtur. Porrò nec eam ſibi legem veteres martyrologos indixiſſe, ne alter alteri quidpiam adderet, ex dictis liquet. Quî ergò contigit, ut ne unus quidem ex illis* Victorini *aliorumque, de quibus proximè, mentionem fecerit? Qua animi diſtractione abreptus Rabanus, Fuldenſis ſeculo* IX *monachus, & eruditione inſignis, præteritis non modò illis, ſed ipſo etiam* S. Placido, *ſcripſit;* In Sicilia natale Eutici & aliorum triginta? *Niſi fortè hîc mendum cubet; at vitioſum codicem, Epternacenſi ex parte conſonum, ſecutum hîc eſſe Rabanum, magìs ſuſpicor.* uti & de Rabano

18 *Accedit, nullum è veteribus martyrologis* dicendum *eſſe, qui* S. Placidum, *de quo quidem agunt hoc die, ſeu abbatem, ſeu monachum, ſeu S. Benedicti diſcipulum dixerit; nullum, qui* Placidum & Eutichium *fratres nominârit, aut utcúmque indicârit; quod tamen Adoni & Uſuardo, ſi non perpetuum, certè familiare eſt admodùm. Horum omnium exempla utrumque martyrologum vel inſpicienti obviàm fiunt. Hoc ipſo die SS. Firmatum & Flavianam Autiſſiodorenſes, fuiſſe germanos,* F *non ſiluit Uſuardus. At, inquit Ruinartius,* S. Placidum *Uſuardus martyrem dixit, & proin ad illius laudem ſatis, ſecundùm S. Ambroſii de S. Agnete effatum:* Appellabo martyrem, prædicavi ſatis. *Audio: verùm unde Ruinartio liquet, Uſuardum* S. Placido *nec abbatis, nec monachi, nec diſcipuli S. Benedicti titulum propterea adjicere voluiſſe, quòd martyrem dixerat? Martyres dixit Uſuardus Liberatum ad diem* XVII *Auguſti, Anaſtaſium ad diem* XXII *Januarii, Sinerum ad diem* XXIII *Februarii, Paulum & Iſidorum ad diem* XVII *Aprilis, Hilarinum ad diem* XVI *Julii, & alios alibi; ſed ita, ut Liberatum præterea abbatem, reliquos verò monachos fuiſſe, inculentè expreſſerit. Dicet fortè alius, non alium tunc temporis notum fuiſſe præter* Placidum, *S. Benedicti diſcipulum, ac proin ſupervacaneum antiquis martyrologis viſum fuiſſe ullam notam adjicere, quâ* Placidus *Benedictinus ab alio diſtingueretur: ita enim Sollerio, quærenti cur Uſuardus ad*

AUCTORE J. B.

diem XV *Januarii S. Macharium, S. Antonii discipulum nominârit, nec tamen Maurum Andegavensem S. Benedicti discipulum dixerit, ferè respondet Usuardi Pratensis editor; sed æquè de Usuardi mente divinat: nam Usuardus præter Attalum & Drocloveum abbates, quorum alter S. Columbani, alter S. Germani discipulus fuerat, nullum nôrat; utrumque tamen hâc notâ distinxit; nec id supervacaneum credidit.*

nobis apparet. 19 *Denique ante seculum* XII, *quo ineunte* S. Placidi *Vitam ac Passionem in Occidentem Constantinopoli allatam ferunt, nemini videtur umquam venisse in mentem, ut memoratum hodie in antiquis Martyrologiis* Placidum, *S. Benedicti discipulum fuisse, affirmaret: nam qui illam monachorum Casinensium rogatu è Græca Latinam feciſſe dicitur & expoliviſſe, Stephanus Anicienſis, laborem ſuum Caſinenſibus nuncupans, ad hunc modum loquitur:* Nec in nos aliquis vel nimis diligens, vel minùs cautus devolvere velit calumniam, quasi senescenti mundo novum Martyrem inducamus. *Timet itaque, ne non modò antiqui Martyris novam historiam, sed etiam ne novum Martyrem introduxisse videatur: at serióne ab hujusmodi calumnia sibi timere Stephanus potuit,*

B *quam profligare nullo negotio poterat, si Martyrologia Hieronymiana, Adoniana, & maximè Usuardina, longè latéque tum temporis pervulgata,* Placidum *Benedictinum memorare putabantur? Seriò tamen locutum fuisse, illius conatus prodit, quo hanc à se calumniam depellere studuit:* Cùm, *inquit,* autenticus sit Martyr iste, non rudis, nec novitius, sed antiquus; *quod ne gratis dixisse videatur, mox ita prosequitur:* Teste Orientali ecclesia, quæ triumphos illius per Gordianum monachum expressos in Græco venerata est ab antiquo, & Justiniano imperatore testante, qui per Sacram imperii, Vigilio Papæ directam, canonizari fecit sancti hujus Martyris Passionem. *Sed quorsum attinebat ad Græcorum, & quidem, ut suo loco dicetur, subleſta fidei monumenta lectorem remittere, quorsum de Latinorum incuria & silentio coram ipsis Casinensibus tantopere conqueri, si inter Latinos seu Occidentales Placidiani saltem martyrii testes tam luculentos habebat?*

C

§ II. Placidus, discipulus S. Benedicti, verè exstitit, cultusque fuit ante seculum XII, quo ejus Acta primùm in lucem protracta fuerunt.

S. Placidum S. Benedicti discipulum

Miraris fortasse, lector, dum queri hîc audis, exstiteritne unquam in rerum natura S. Placidus, *Benedicti discipulus; verùm mirari id desines, ubi criticos nonnullos eò severitatis esse profectos, animadverteris, ut illum ne hominem quidem, nedum sanctum aut martyrem fuisse, existiment: ita Basnagius censet lib.* 21 *Hist. Eccles. cap.* 4, *num.* 4, *tum quòd, ut ait, evidens sit, à seculo sexto ad duodecimum usque* SS. Placidi *& Sociorum nomina & martyrium nemini nota fuisse, tum quòd Actorum multiplices & supini errores facilè arguant, non alium illis fuisse parentem, quàm ineptum seculi* XII *fabulatorem,*

D *qui figmento suo conciliandæ auctoritatis ergò Gordiani, qui è* S. Placidi *Sociis fuerit, nomen affinxit. Sed neutra ratio Basnagium juvat; primum enim, ne nomen quidem* S. Placidi *à seculo sexto ad duodecimum usque immotuisse cuipiam, perinde falsò ac inconsultè affirmat: nam Leo Marsicanus, seculi* XI *scriptor,* Placidum *novit, cùm de illo lib.* 1, *cap.* 1 *Casinensis Historiæ ita scripserit:* Post hæc à pastoribus repertus (*S. Benedictus*) & demum à pluribus agnitus, à Romanæ quoque urbis nobilibus frequentatus, duodennem ab Æquitio Maurum, à Tertullo verò patritio Placidum, adhuc puerulum, monasticâ disciplinâ instituendos accepit. *Quin &* Placidi *sanctitatem & ad Siculos missionem idem auctor non ignoravit; nam eodem capite hæc præterea habet:* Beatum etiam Placidum discipulum suum vir Domini Benedictus tunc ad Siciliam misit. *Opus suum Leo Oderisio abbati Casinensi nuncupavit, anno* 1105 *è vivis erepto ex Camilli Peregrinii calculo, seu decennio circiter priùs, quàm* S. Placidi *Acta in Occidentalium notitiam pervenerunt, anno ætatis suæ quinto, ut quidem scribit Petrus diaconus apud Octavium Cajetanum sequenti* § *citandus, quem tamen illorum inventorem Basnagius putat.*

E

ante seculum XII

21 *Seculo* IX *Bertarius abbas Casinensis, idemque martyr, fuit; meminit is* Placidi *in carmine de Vita S. Benedicti his verbis:*

Assiduam Placidus dum ferret gurgitis undam,
Obsequiis sanctis hunc tulit unda fluens.
Pergito, Maure celer, Pater illico providus inquit,
Jam trahit unda laci præcipitem Puerum.
Jussa ferens, properat super undas, atque recurrit
Erepto Puero, ceu per humum gradiens.

Ante Bertarium jam pridem Placidi *meminerat etiam Gregorius Magnus in Vita S. Benedicti, seculo* VII *initio è vivis ereptus; primùm lib.* 2 *Dialog., cap.* 3, *ubi hæc legere est:* Tunc quoque bonæ spei suas soboles Æquitius Maurum, Tertullus verò patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus junior cùm bonis polleret moribus, magistri adjutor cœpit existere, Placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos. *Tum cap.* 5, *ubi hæc habet:* Quos blandè consolatos dimisit, & nocte eadem cum parvo puerulo, nomine Placido, cujus superiùs memoriam feci, ejusdem montis rupem ascendit, ibique diutiùs oravit. *Et rursum cap.* 7, *quo de* Placido *submersionis periculo prodigiosè erepto agit. Ex quibus manifestò efficitur, falsum esse Basnagium, dum* Placido, *S. Benedicti discipulo, ne locum quidem inter homines reliquit, & vel ipsius nomen ad seculum usque duodecimum omnibus ignotum fuisse; quod quidem ex paulò pòst dicendis uberiùs confirmabitur.*

F

omninò incognitum fuisse

22 *Porrò nec altera, ut dixi, ratio Basnagium juvat. Sint Acta* S. Placidi *erroribus inquinata quantumvis enormibus; auctorem habeant quantumvis ineptum, fabulosum, recentem: ergò quidquid huic libet fingere, de hominè commentitio fingit, & ne nomine quidem tenus noto. Quid istud consequentiæ? Vixisse aliquando* Placidum, *& seculis* XI, IX *&* VII *notum fuisse, ex dictis liquet; neque fieri semper solet, ut, qui fabulas fingunt, commentitios homines fabularum argumentum faciant. Stephanus Anicienſis, num.* 19 *laudatus, calumniam timuit, ne novum orbi Martyrem obtrusisse diceretur; novum,*

in-

A *inquam, Martyrem, non hominem, qui numquam in vivis fuisset. Simeon presbyter, qui, ùt quidem apud Cajetanum tom. 1 de Vitis Sanctorum Siculorum pag.* 183 *Petrus diaconus refert, anno* 1115 S. Placidi *Passionem Salernum attulit, à Joanne, S. Laurentii præposito, veteratoris Constantinopolitani nomen tulit; non quòd Joanni* S. Placidus *esset planè incognitus, sed quòd Simeon multa de* S. Placido, *multa de illius Passione, Gordiani, ut aiebat, manu exarata, & apud majores suos hactenus servata, dixisset, quæ prudenti viro non poterant in falsi suspicionem non venire. Apud eumdem Cajetanum pag.* 184 *narratio texitur, quâ anno* 1266 *duobus sellariis Messanensibus* S. Placidus *apparuisse, &* S. Placidi *nomen, ne Messanæ quidem, ubi passus fuit ac sepultus, ad id usque tempus auditum fuisse dicitur; sed hanc legisse sufficiet, ut velut fide indignam respuas, & ad risum commovendum magis, quam ad persuadendum accommodatam dicas.*

Basnagius 23 *En illam:* Anno à Partu Virginis MCCLXVI, postquam Carolus rex Siciliæ regnum occupavit, B. Placidus, S. Benedicti indutus habitum, Messanæ in vico sellariorum, Raymundo & Florello sellariis apparuit, jussitque festum sibi B diem, ad id usque tempus inusitatum, omnino celebrarent. Haud abnuêre illi; sed quoniam inauditum adhuc fuerat Placidi nomen, nedum institutum hominis, atque res gestæ, quæsierunt, ostenderetur sibi figura corporis, planumque fieret, quid ipse tandem gessisset. Profert ille confestim librum, in quo ipsius Vita conscripta erat. Jubet, populum ne historiam celent: suam verò effigiem hoc modo reliquit. Primario in templo, præsentibus iisdem sellariis, itemque presbytero Jacobo, & Serisergio ædituis, pictorem, qui & ipse aderat, effingere imaginem jubet, seque ipsum exemplar inspicere. Monachum exprimit pictor. Mox ad eum conversus, rogaturus, verane esset effigies, nec ne, ediceret, monachum videt nullum, abierat ille, quamvis essent occlusæ fores. *Hæc narrationis series, quo fonte profluxerit, dein Cajetanus his verbis exponit:* Rem ipsam ita se ab ipso Florello, avo suo, accepisse, in Placidi festo die pro concione sæpe dixit Raymundus Doctor & Prior conventûs Prædicatorum. Sed historiam hanc totam Placidus Campulus, in S. Placidi monasterio monachus, legisse se refert in libro Sodalitatis S. Placidi, qui C Messanæ in templo maximo servabatur. *Tum addit:* Id facit ad veritatem historiæ, quòd, Saracenis dominantibus, memoria Passionis coli desierit, recuperata verò Sicilia, diu adhuc festum non celebraretur, quare in Officio S. Placidi, occasione ejus miraculi instituto, in quodam Responsorio dicitur:

Vera Dei pietas, cui militat ordo vel ætas,
Exhilaret mentes, Placidi nova festa colentes.

perperam contendit: 24 *Audiamus tamen, quid Basnagius inde conficiat. Primùm descriptam modò apparitionem pro fabula habet; jure an injuriâ hic quidem mihi sus deque est. Ait verò præterea,* S. Placidum *anno* 1266 *Messanensibus non modò non notum fuisse, sed perenni etiam oblivione involvendum, nisi tunc Raymundo & Florello sellariis apparuisset. Mirum profectò, Basnagium* (*hominem adeò lynceum, ut, quid de* Placido *futurum fuisset, nisi anno* 1266 *sellariis se manifestâsset, perspexerit*) *alteram unius ejusdemque narrationis partem, quæ* S. Placidi *apparitionem complectitur ùt fabulosam; alteram contrà, quâ nimirum Sancti nomen, nedum institutum, gestaque suprà dicto anno inaudita fuisse dicuntur, ùt certam habuisse, quasi & hanc in dubium aut falsi crimen vocare nefas foret.* Cajetanus *equidem verbis suprà citatis* S. Placidi *cultum apud Messanenses, Saracenorum jugo oppressos, desiisse fatetur: at memoriam illius anno* 1266 *nullam fuisse, non dicit. Dicunt alii, prædictam* S. Placidi *apparitionem in causa fuisse, cur primùm cultus illi sacer exhiberi cœperit; quod si ita, ut aiunt, revera se habet, levi nimiùm sanè de causa id contigisse, nemo, ut reor, diffitebitur: at longè sese aliter habet. Fac enim tantisper, apparitionem illam sæculo* XIII *ad eum, quo ferunt, modum accidisse, ac tum festum diem* S. Placido *apud Messanenses constitutum; quid nî fuerit ista apparitio Placidiani cultus postliminio restituti occasio, non primùm instituti ratio? Nullum dices, antiquioris cultus vestigium exstat. Atqui contrarium jam ostendo.*

AUCTORE J. B.

25 *Verba Leonis Marsicani, qui ante allatam,* *sed non nedum notum* *ut aiunt, in Occidentem* S. Placidi *Passionem scripsit sæculo* XI, *num.* 20 *dedi, quibus ille* Placidum Beati *titulo insignivit, ejusque in Siciliam missionem memoravit. Ruinartius* § III *Apologiæ pro* S. Placido *Breviarii Casinensis, sub Oderisio hujus nominis I Casinensi abbate, seu sæculo* XI *scripti, mentionem facit, aitque illi Litanias insertas, in quibus* S. Placidus *unà cum S. Benedicto, ac altero hujus discipulo S. Mauro invocatur: porrò consuli illud posse apud PP. Oratorii Lutetiæ viâ S. Honorati, habet cap.* 4, § 1 *Apologiæ pro S. Mauri in Gallias missione. Alteras præterea Litanias idem auctor ibidem citat, à Cardinali Bona in Appendice Rerum Liturgicarum editas ex codice Ms. Cardinalis Chisii, olim verò monasterii S. Vincentii Ordinis S. Benedicti, haud procul Vulturni fluminis fonte siti, unà cum fragmento Missæ, haud absimilis illi, quam Mathias Illyricus in medium protulit. Quinque dumtaxat è monachorum & eremitarum classe in illis Sancti nominatim invocantur hoc ordine:* S. Benedicte, S. Maure. S. Placide. S. Severine. S. Romane. *Codicis scripti epocham sæculo* X *vel initio* XI *Cardinalis Bona affixit:* Ejusdem ævi, *inquit lib.* 1, *cap.* 12, *num.* 4, decimi nimirum sæculi, est codex Chisius, nam characterem Longobardicum, quo scriptus est, in fine ejus sæculi desiisse viri periti à me consulti asseverant. Idem colligitur ex Sanctis, qui prima parte libelli in Litaniis recensentur, nam cùm omnes sancti monachi singillatim invocentur, non tamen illi, qui circa annum millesimum & deinceps floruerunt. Notæ quoque musicales, quibus in ordine Missæ prænotantur "Gloria in excelsis,, & "Dominus ,, vobiscum,, illæ sunt, quæ in usu erant ante Guidonem Aretinum, *qui, ut Sigebertus in Chronico scribit, sub annum* 1028 *floruit.*

ante sæculum XII *fuisse, sed etiam* 26 *Adhæc in Vaticanæ basilicæ Bibliotheca Litaniæ asservantur, in quibus, teste Mabillonio tom.* 1 *Itineris Italici pag.* 144, pro Sabbato sancto quidam Sancti invocantur hoc modo: Sancte Gregorie, sancte Augustine, sancte Ambrosie, sancte Hieronyme, sancte Beda, sancte Antonie, sancte Paule, sancte Basilie, sancte Benedicte, sancte Maure, sancte Placide. *Ex casibus vocativis, in ie hîc terminatis, arguit Ruinartius, Litanias illas jam ante sæculum nonum fuisse exaratas. Cur ita sentiat, cap.* 4, § 1 *Apologiæ pro Missione S. Mauri in Gallias aperit: nam, inquit, à Caroli Magni ætate non is fuit nominum propriorum Vocativos exprimendi usus: exstant Caroli Litaniæ tom.* 2 *Analectorum: exstant*

AUCTORE J. B.

ſtant item Litaniæ Caroli Calvi in Bibliotheca Colbertina: at pauca in illis nomina ſic terminantur, in his nulla. His addo prolixas Litanias ab Alcuino, Caroli Magni præceptore, compoſitas, in quibus pariter nullum nomen eo modo terminatum occurrit. Idem in Litaniis Corbeienſibus, quas alias Menardus in Obſervationibus in lib. Sacramentorum S. Gregorii Papæ pag. 156, alias Meibomius tom. 1 Rerum Germanicarum pag. 762 exhibet, videre eſt. Quæ quamquam ita ſe habeant, tanta tamen harum Litaniarum antiquitas mihi indubitata non eſt, partim quidem ob Mabillonianum loquendi modum, partim verò etiam ob non ita jam inde à ſeculo nono ubique obliteratum hujuſmodi terminationum uſum, quin & in Litaniis multò ſeriùs ſcriptis interdum adhibitus reperiatur.

cultu ſacro affectum

27 Quidam, *inquit Mabillonius*, Sancti invocantur hoc modo: Sancte Gregorie, ... ſancte Ambroſie, ... ſancte Antonie, ... ſancte Baſilie. *Cùm præterea legis:* Sancte Auguſtine, ſancte Hieronyme &c, *nihil inuſitatum, nihil ſingulare & obſervatione dignum legis: id igitur indicare voluiſſe Mabillonius videtur, quorumdam*

B *tantùm Sanctorum nomina in Litaniis iſtis Vaticanis occurrere, quorum Vocativi caſus recentiore loquendi ſcribendique more in* i *deſinant; at in illis recepto ante ſeculum nonum more in* e *terminentur: quamquam nomina non deſint in iiſdem ejuſdem generis alia, quæ in* i *conſueto more terminentur. Jam verò Operum Venerabilis ac Eminentiſſimi S. R. E. Cardinalis Thomaſii, à Blanchinio editorum tom.* 1, *par.* 2, *pag.* 476, *Litaniæ habentur ex codice itidem Vaticano ſeculi* x *deſumptæ, in quibus legere eſt:* S. Ylarie, S. Blaſſie; *uti &:* S. Corneli, S. Laurenti *&c. Porrò etſi codici ſeculi* x *inſertæ ſint, ſunt tamen eo ſeculo recentiores: quippe in quibus S. Dominicus Calciatenſis, ut ibidem adnotatur, invocetur, qui ſeculo* XI *aut* XII *floruit, qua de re vide tom.* III *Maii pag.* 167. *Ut adeò Vocativorum aliquot in* ie *terminatio indubitato nequeat eſſe indicio, Litanias, in quibus reperitur, ante ſeculum* IX *fuiſſe conſcriptas: at quia frequentiores ſaltem ſunt hujuſmodi terminationes in Litaniis à Ruinartio & Mabillonio num. ſuperior: laudatis, verum fortaſſis eſt, quod de earum antiquitate Ruinartius judicium tulit.*

C monumenta varia

28 *Edidit Muratorius tom.* VII *Scriptorum Rerum Italicarum à col.* 935 *Excerpta quædam ex antiquo Caſinenſis eccleſiæ Martyrologio, in quibus hæc leguntur:* III Non. Oct. Apud Siciliam, natale S. Placidi beatiſſimi martyris cum ſociis ſuis Eutichio, Victorino, & aliis triginta. Placidum *S. Benedicti diſcipulum hîc memorari, oſtendunt, quæ illic proximè ſequuntur:* Pro quo pater ejus Tertullus patricius decem & octo patrimonii ſui curtes beatiſſimo P. Benedicto obtulit. *Teſte Eraſmo Gattola, Caſinenſis archivi cuſtode, part.* 2 *Acceſſionum ad Hiſtoriam Caſinenſem pag.* 824 *litteris Longobardicis id exaratum fuit, ab* [illegible] *atis Deſiderii (aliàs Victoris Papæ III) juſſu, de quo Petrus diaconus cap.*63, *lib.*3 *Chronici Caſinenſis, tom.* 4 *Scriptorum Rerum Italicarum inſerti, ſcribit:* Codices namque nonnullos in hoc loco deſcribi præcepit, quorum nomina hæc ſunt: *nimirum inter alia plura,* Sacramentorum cum Martyrologio. *Acceſſiſſe huic Martyrologio ſive ad marginem, ſive calcem foliorum, Sanctorum nomina idem Gattola tradit, qui ab antiquis recentiora loco citato diſtinxit, ne ſua codici perires antiquitas: ſed citata de* S. Placidio *verba, velut prima manu exarata, reliquit intacta. Vidit eumdem Caſini anno* 1685 *Mabillonius, & tom.* 1, *pag.* 125 *Muſei Italici hanc illius mentionem fecit:* In vetuſto Calendario Caſinenſi, quod annos ſexcentos præfert, hæc adſcripta ſunt aureis partim litteris. *Tum recitatis ſuprà Martyrologii ſeu Calendarii verbis ſubdit:* Hæc primaria manu, ſed "Octavæ S. Placidi,, minùs antiqua. *Durus ſit, qui viro eruditiſſimo & oculato teſti hîc fidem deneget.* D

29 *Atque hæc quidem monumenta ſunt magìs* oſtendunt; *probata, unde, ante protracta in lucem ſeculo primùm* XII S. Placidi *Acta, ejuſdem apud homines memoriam viguiſſe, conficitur: ejus miſſionem in Siciliam Leo Marſicanus, cultum Litaniæ num.* 25 *citatæ, martyrium denique codex Caſinenſis mox laudatus non obſcurè teſtantur. Adjicis his Ruinartius Litanias, quas Pontificale Romanum, in Bibliotheca regia ſervatum, habet: antiquum id vocat, at nec illius, nec Litaniarum ætatem prodit, ſolúmque ait, SS. Benedictum, Maurum, &* Placidum *continua ſerie in illis invocari; prout etiam in Litaniis è Cardinali Bona allatis fieri vidimus. Sumpſi mihi, in his monumentis ubique agi de* Placido, *S. Benedicti diſcipulo,* E *quem quidem Leo Marſicanus ac Caſinenſis codex non obſcurè deſignant. Sed neque de alio quopiam in citatis Litaniis agi, propterea judico, quòd S. Benedicto, magiſtro ſuo, & S. Mauro condiſcipulo proximè* Placidus *ſubjiciatur: neque enim fortuitò id contigiſſe videtur, ſed conſultò, ne ejuſdem inſtituti monachi, & arcta olim neceſſitudine conjuncti, aut à ſe mutuò, aut à communi magiſtro diſcipuli ſejungerentur. Hinc* S. Placidus, *etſi martyr, inter ſanctos monachos ac eremitas in illis veroſimillimè relatus eſt. Coævi quoque S. Benedicto fuêre reliqui ſancti monachi, qui in Litaniis è Cardinali Bona citatis poſt* S. Placidum *nominatim invocantur, nempe SS. Severinus & Romanus (quorum ille abbas Agaunenſis anno* 507 *obiit, hic verò S. Benedicti nutritius fuit, quantùm quidem conjicere fas eſt) ut adeò Maurus quoque &* Placidus *in illis pariter memorati, Benedicto æquales fuiſſe, ac ad illum peculiari quadam etiam ratione pertinuiſſe videantur, ſicut & S. Scholaſtica, S. Benedicti ſoror, mox poſt monachos primo inter ſanctas virgines loco memorata.*

F miſſis monumentis aliis.

30 *Adducere hîc nolim ad confirmandum antiquum* S. Placidi *Benedictini cultum Litanias, quas è Bibliotheca Caſinenſi eruit, ediditque Arnoldus Wion lib.* 5 *Ligni vitæ à pag.*620; *licèt in illis pariter SS. Benedictus, Maurus &* Placidus *textu non interrupto invocentur: has ille characterе Longobardico exaratas ait, quod quidem non inficior: at, quod addit, per Gregorium Magnum, graſſante in Urbe gravi peſtilentia, quâ etiam Pelagius Papa, Gregorii deceſſor exſtinctus fuerat, ſub finem ſeculi ſexti fuiſſe ordinatas, neſcio, quo vade affirmet. Inſertâ illis Litaniis SS. Gregorii, Iſidori & Columbani nomina, qui, vergente ad finem ſeculo ſexto, nondum è vivis abierant, recentiorem earum ætatem arguunt. Leguntur in illis præterea, quæ ſequuntur:* Ut Congregationem noſtram in ſancta religione conſervare digneris: *Verùm quis hîc, non Pontificis, ſed monachi potiùs, loquelam non agnoſcat? Quod ſi cum Wione quiſpiam adſtruat, interpolatorum hæc eſſe additamenta; quæro, unde liqueat, reliquum Litaniarum textum ab interpolatione intactum permanſiſſe, nec è monachis Caſinenſibus unum aliquem fuiſſe, qui illis* S. Placidi *nomen*

pro

A *pro ſua in hunc pietate, etiam poſt allatam, ut aiunt, in Occidentem S.* Placidi *Paſſionem, addiderit? Nec obſtat Longobardicus Litaniarum character; quippe qui ſeculo etiam* XII *Caſinenſibus in uſu fuit, teſte Joanne Baptiſta Maro in caput* 47 *Petri Diaconi Caſinenſis de Viris illuſtribus Caſinenſibus, ubi ſic habet:* Item (*exaravit Petrus diaconus*) Regeſtum pervetuſtum ſign. num. 86 characteribus Longobardicis in membranis ſcriptum ex mandato Senioretti abbatis *&c: hic verò ab anno* 1127 *ad annum* 1137 *Caſinenſibus præfuit.*

de quorum antiquitate

31 *Neque Petri Damiani, qui ſeculo* XI *ſcripſit, hîc utar teſtimonio, quamquam de illo Arnoldus Wion lib.* 3 *Ligni vitæ ad diem* V *Octobris ad hunc modum loquatur:* In eadem libraria (*Caſinenſi*) pulpito ſeptimo reperiuntur nonnulli verſus heroïci de eodem Sancto (*Placido*,) qui ex inſcriptione videntur eſſe Petri Damiani. *Hujus, inquam, hîc mentionem non fecero, tum quòd verſus illos ipſemet Wion Petro Damiani dubitanter adſcribat; tum quòd hujus Opera operosè collegerit, typiſque ediderit Conſtantinus, monachus S. Nicolai de Arena Catanenſis, Congregationis Caſinenſis Ordinis S.Benedicti, nec tamen in his*

B *prædicti verſus locum habeant uſquam. Aſſeverantiùs quidem de Theodino paulò antè hæc ſcripſerat Wion:* D. Theodinus monachus in ejuſdem Martyris (*Placidi*) ſolemnitate alios duos ſermones ad fratres habuit, & primi quidem initium eſt: "Hodierni diei,, alterius verò: "Præſentis feſti ,,memoria ,, qui omnes reperiuntur Ms. in Bibliotheca Caſinenſi, & in libello quodam cameræ R. P. Abbatis deputato. *At quis hic Theodinus fuerit, quove tempore iſtos de* S. Placido *ad fratres ſermones habuerit, tacuit Wion. In Caſinenſium abbatum Catalogo apud Erc'num Gattola ad calcem Caſinenſis Hiſtoriæ pag.* 951 *bini hujus nominis Caſinenſes abbates occurrunt, quorum prior anno* 1166, *poſterior inter annos* 1251 *&* 1263 *Caſinenſibus præfuit: at cùm Wioni de Theodino monacho ſermo ſit, de neutro intelligendus videtur. Tertius in Catalogo Monachorum Caſinenſium dignitate illuſtrium ibid. pag.* 955 *occurrit; qui ſub annum* 1061 *ab Alexandro II Pontifice è monacho Caſinenſi ad S. R. E. purpuram evectus, ut refert Chronicum Caſinenſe lib.* 3, *cap.* 26; *atque idem videtur, qui Theodinus à Wione*

C *memoratus, licèt* Todinus *ibidem appelletur. Certè ita etiam ſenſit Ciaconius lib.* 1 *Hiſtoriæ Pontificum Romanorum ad annum* 1061 *de Theodino Cardinali, præter alia, ſcribens:* Scripſit, ùt refert Wion, ſermones de S. Placido.

minùs nobis conſtat.

32 *Ex quibus, ſi vera Wion ſcribit, duo intelligimus, alterum, ſermones illos ad fratres de* S. Placido *veroſimillimè habuiſſe Theodinum, priuſquam ab Alexandro II, qui ab anno* 1061 *ad annum uſque* 1073 *Pontificatum protraxit, Romanâ purpurâ donaretur: alterum verò, jam tum Caſinenſibus in uſu fuiſſe, ut* S. Placidi *memoriam quotannis feſta ſolemnitate recolerent; atque adeò hinc etiam efficitur, primam* S. Placidi *notitiam Actis Græcis, ſeculo* XII *in Occidentem primùm allatis, non deberi. Tres præterea Hymnos Mss. ex Breviario quodam membranaceo cœnobii S. Zenonis Veronæ deſcriptos, & in* S. Placidi *Sociorumque laudem compoſitos, idem auctor exhibet; at nihil de illorum ætate lectorem monuit. Raynaldus Caſinenſis abbas, trium pariter Hymnorum in laudem* S. Placidi, *ut idem Wion refert, auctor, anno dumtaxat* 1137 *Caſinenſis cœnobii præfecturam accepit. Denique præteriri hoc loco non poſſent, quas laudat Wion, Siculorum ad S. Benedictum, & Gordiani altera ad S. Maurum, altera ad Vigilium Papam, aliæque generis ejuſdem Epiſtolæ; modò de illarum ſinceritate conſtaret: verùm de his infrà; quæ enim hoc § dicta ſunt, per ſe ſufficiunt, tum ut refutentur ii, qui* S.Placidum, *nec in vivis quidem umquam fuiſſe, nec priùs in Eccleſia cognitum, quàm protrahi in lucem Acta ejus Græca cœperint, contendunt; tum etiam, ut ſacrum qualemcúmque cultum ante ſeculum duodecimum* S.Placidus *obtinuiſſe, ſaltem in Italia, oſtendatur. Itaque ad ejus Acta progredior.*

AUCTORE J. B.

§ III. Acta S. Placidi multiplicia, ſed omnia ſubleſtæ fidei.

Acta S.Placidi multiplicia:

S*Ancti* Placidi *martyris Benedictini res geſtas ac paſſionem poſteritati plures tranſcripſiſſe feruntur, nimirum Gordianus monachus, Petrus Diaconus Caſinenſis, & Stephanus Anicienſis, de quibus Arnoldus Wion lib.* 3 *Ligni vitæ in Annotatis ad diem* V *Octobris in hunc modum loquitur:* Paſſionem (*S. Placidi & Sociorum*) ſcripſit, imperatore Juſtiniano jubente, duplici ſtylo, Græco videlicet & Latino, Gordianus monachus: Latinam adferunt Lippomanus tom. 4, & Surius tom. 5 hac die: Græca verò, in Latinum converſa, extat Ms. in cœnobio montis Caſini tali exordio: "In claro & rènitenti triumpho ,, quæ eſt apud Surium tom. 7. Secundo loco eam compoſuit D. Stephanus, Anicienſis epiſcopus, quam vidi Ms. ibidem ſic incipientem, "Sub S. ,, Spiritûs diſciplina.,, Tertiam itidem repperi ſub nomine Petri diaconi, quam ſe compoſuiſſe idem Petrus fatetur lib. 4, cap. 68 (*aliàs* 66) quæ ſic incipiebat: "Gymnoſophiſtarum mos.,, *Anno* 1686 *Caſinenſem Bibliothecam Mabillonius quoque luſtravit; is tom.* 1 *Itineris Italici pag.* 125 *eadem de re hæc habet:* De Vita S. Placidi apud Caſinum diligenter inquiſivimus, & de Vita S. Mauri. Triplex ibi reperta beati Placidi Vita: una jam vulgata (*à Surio Trimeſtri* 4 *à pag.* 65, *& recuſa in Actis Sanctorum Benedictinorum Sec.* 1 *à pag.* 45) ſub nomine Gordiani, antiqua: altera per Petrum diaconum ac monachum Caſinenſem, ad Gregorium præſulem: tertia per Stephanum Anicienſem. Utraque inedita (*non viderat fortè Mabillonius Octavii Cajetani Opus de Sanctis Siculis anno* 1657 *Panormi impreſſum*) & ex Græco (ſic iſti auctores aiunt) tranſlata. Primæ Vitæ folia ante annos ſeptingentos deſcripta ad compingendos alios codices detracta invenimus.

Græca Gordianus

34 *Gordianum unà cum* S. Placido *Caſini monachum egiſſe, ac inde in Siciliam abeunti comitem adhæſiſſe, quin & illius martyrii ſpectatorem fuiſſe, Acta ipſa, quæ Gordiani nomine venditantur, expreſsè perhibent: magni proinde facienda eſſent Acta à tali auctore conſcripta, ſi modò & hæc verè dicerentur, & Acta ipſa ad nos ſincera perveniſſent. Sed neque fundatè ſatis Acta ulla* S. Placidi *Gordianus ſcripſiſſe dicitur, neque, ſi ſcripſerit, ad nos integra pervenerunt. Falſum primò apparet, quod Wion ait, Gordianum Acta* S. Placidi *Græcè & Latinè ſcripſiſſe: Græcè quidem id illum præſtitiſſe, habent Acta Latina, tum quorum exordium eſt,* In claro & re-

AUCTORE J. B.

nitenti triumpho, *tum quæ Stephanus Anicienſis exaràſſe dicitur; contrà de Actis Latinis, à Gordiano conſcriptis, nulla ibidem mentio; neque Wion quemquam dicti ſui teſtem facit. Græcè porrò Gordianum* S. Placidi *res geſtas explicâſſe, dixit Stephanus Anicienſis in ſua ad Caſinenſes Epiſtola à Cajetano tom.* 1 *de Sanctis Siculis pag.* 172 *& ſeq. excuſa: idem Petrus diaconus Caſinenſis in Prologo ad Vitam* S. Placidi *tom.* 6 *Scriptorum veterum apud Martene col.* 787; *& poſt hos alii plures affirmârunt: ſed neque Petrus Caſinenſis diaconus, neque Stephanus Anicienſis ante ſeculum* XII *ſcripſêre, ac proin recenter nimis uterque ſcripſit, ut Vitam* S. Placidi *à Gordiano Græcè conſcriptam fuiſſe, quod omnis antiquitas tacuit, fateri nos cogant.*

ſcripſiſſe perperam creditus fuit

35 *At, inquies, Vitam* S. Placidi *Græcam à Gordiano conſcriptam uterque præ manibus habuit, ac Latinam fecit: ita enim Stephanus Anicienſis in Prologo:* Quapropter etiam nos ad hoc Opus

* inidonei

* idonei minúſque digni, ne magnalia Dei noſtri ſuppreſſiſſe ſilentio velut ex invidia videamur, exactoria prece ſanctorum, qui Deo in cœnobio militant Caſinenſi, B. Placidi monachi ſimul ac martyris Paſſionem, Deo favente, ſuſcepimus deſcribendam, quam à Gordiano, patris Benedicti diſcipulo, & ejuſdem Martyris ſocio, Græcè

B

& minùs ferè in Latinum tranſlatam, eo ſtyli genere proſequamur, ut *&c: Ita etiam Petrus num. ſuperiore citatus:* Nam cùm ab ipſis B. Benedicti temporibus in Caſinenſi gymnaſio ſapientes quàm plurimi fuerint, iſtius (*S. Placidi*) Paſſio (*à Gordiano, ut paulò antè dixerat, deſcripta*) de Græco in Latinum tranſlata fuiſſet, hocque omnipotens Deus per nos tempore veſtro implere dignatus eſt. *Sic habet: Vitam* S. Placidi *à Gordiano conſcriptam fuiſſe Græco ſermone, auctores illi crediderunt; ſed facilè nimis, ùt ex allatæ in Occidentem* S. Placidi *Paſſionis, & Gordiano adſcriptæ hiſtoria in primis oſtenditur. Contigit illa Petri ætate, ac, teſte quidem ipſo Petro apud Octavium Cajetanum tom.* 1 *de Sanctis Siculis pag.* 183, *ita ferè habet.*

à nonnullis ex Simeonis cujuſdam,

36 *Fluebat annus ſeculi duodecimi decimus quintus, ætatis verò Petri quintus, cùm* S. Placidi *Acta hactenus ignota ab ignoto pariter homine in Italiam allata fuêre: Græcus is erat, nomine Simeon, conditione presbyter. Conſtantinopoli Siciliam, inde Salernum Picentinorum metropolim adiit, annum jam agens, ſi credere lubet, centeſimum decimum. Munus ſecum detulerat, quod ſanè gratum Benedictinis fore exiſtimabat, Paſſionem ſcilicet* S. Placidi, *Gordiani manu exaratam. Itaque cùm ad Salernitanum S. Laurentii monaſterium divertiſſet, nonnulla hîc ſenex memorare de miraculis* S. Placidi *& paſſione cœpit, quibus ut fidem faceret,* S. Placidi *Acta à Gordiano ſcripta exhibebat, eaque poſt* S. Placidi *obitum majoribus ſuis, apud quos Conſtantinopoli hoſpitatus fuerat, reliquiſſe Gordianum, affirmabat. Effluxerant à* S. Placidi *martyrio anni jam fortè* 574; *& nova quædam, nec priùs audita, de* S. Placido *Simeon referebat; mirum quoque videbatur Benedictinis, Paſſionem* S. Placidi, *qui in Sicilia paſſus fuiſſet, Conſtantinopoli ſcriptam, ac inde poſt tot annorum ſpatium in Italiam demum allatam: unde ne ſic quidem dictis ſuis fidem fecit.* Igitur cùm talibus dictis (*Petrum diaconum audis*) nullus præberet aſſenſum, ſenex ille Simeon in lacrymas reſolutus, lignum Crucis tangens dixit: Per iſtam ſacratam Domini Crucem, & per ſacroſanctam imaginem Salvatoris, quæ ibi depicta eſt, quia hæc, quæ locutus ſum

C

ad vos de B. Placido martyre, vera ſunt, & hanc Cartam, quam de martyrio ipſius & Sociorum ejus in manibus teneo, Gordianus famulus ejus deſcripſit, & in domo parentum meorum reliquit, juxta relationem eorum. *Sic demum apud aliquos fidem Græcus invenit, non apud Joannem, S. Laurentii Præpoſitum, qui, ùt idem Petrus refert, Paſſionem illam Caſinum ferre conſtanter renuit,* dicens, illum deluſorem Conſtantinopolitanum eſſe.

D

hominis Græci & ignoti,

37 *Aderat præterea & alter quidam monachus,* Joannes *dictus, monaſterii Capuani, qui, licèt hominis Græci dicta primùm ſuſpecta habuiſſe videatur, deinde tamen, ſive Simeonis rogatu, ſive quòd fidem deinde aliquam illius dictis adjeciſſet, Acta illa Græca Caſinum mitti curavit ad Raynaldum, cujus denique hortatu juſſuve eadem ſe Latino ſermone donâſſe, ipſe Petrus ſcribit loco apud Octavium Cajetanum ſuprà laudato. Veroſimile admodùm ſit, nec Caſini defuiſſe, qui Acta illa, Gordiani nomine palliata, habuerint pro fabula, vel certè ſuppoſitionis falſique ſuſpecta, quos inter & ipſe Petrus numerandus videtur: quippe in Prologo quidem ad Vitam* S. Placidi, *quam anno ætatis ſuæ vigeſimo tertio Latinè exaravit, Gordianum eorum auctorem eſſe,* E *diſertè affirmat; at in libro de Viris illuſtribus Caſinenſibus, quem ætate grandior ſcripſit, ne verbum quidem de Gordiano occurrit, licèt Fauſtum, alterum S. Benedicti diſcipulum, & Vitæ S. Mauri, ùt ait, ſcriptorem, Caſinenſibus ſcriptoribus, quos eo libro ex inſtituto proſequitur, inſerere nequaquam neglexerit; idem procul dubio Gordiano facturus, ſi Acta illa Græca, quæ aliàs ipſemet Gordiano adſcripſerat, verè à Gordiano conſcripta fuiſſe, tum temporis exiſtimâſſet.*

ſubleſtæ fidei

38 *Quod ſi Petrus à priori ſua opinione poſtmodùm deſciverit, ne id ille juſtè rectéque fecit. Viderit enim Actis illis errores contineri graves ſanè nimis atque multiplices, quàm ut à Gordiano committi potuerint, ùt ſuis locis liquidò apparebit. De illis nimirum erroribus loquor, qui Actis tum à Petro, ùt volunt, interpolatis, tum à Stephano Anicienſi Latinè verſis, communes ſunt, & quibus proinde Acta Græca, Gordiano afficta, inquinata fuiſſe oportet. Acta illa à Gordiano ſcripta fuiſſe, ſola Simeonis ſuadebat auctoritas: at hunc narrationi ſuæ nonnulla, quæ ſi non apertè falſa, ſuſpecta equidem ſunt admodùm ac parùm veriſimilia, inſeruiſſe perſpexerit. Hujuſmodi eſt, quod de Gordiano, paulò poſt* Placidi *martyrium Conſtantinopolim profecto, ait. Itineris hujus cauſas afferunt Acta à Mabillonio edita num.* 91, *tum quòd Gordianus, martyrum corporibus ſepulturæ traditis,* quid faceret, vel quid diceret, neſciebat; *tum quòd nimia in Italiam redeunti diſcrimina imminerent. Si Gordiano apud Siculos nihil negotii reliquum erat, quid, quæſo, cauſæ fuit, cur Conſtantinopolim iverit? S. Benedicto, etiam tum in vivis ſuperſtiti, nomen dederat, obedientiamque debebat: licuitne Gordiano, illo inconſulto, regiones tranſmarinas adire, ſolique, quà vellet, vagari iis in regionibus, in quibus nulla erat Benedictinorum colonia, nullus alumnus? Morari ſaltem S. Benedicti juſſa debuiſſet, aut certè eòdem, unde venerat, Caſinum redire. At terruerunt hominem viæ pericula; illum ipſum ſcilicet, quem* varia diſcrimina & infinitarum undarum certamina (*ſic alibi Gordianus ipſe ad Vigilium Papam ſcripſiſſe fingitur*) *ab arripiendo itinere Conſtantinopolitano non deterruerunt.*

F

A narratione: 39 *Præterea quomodo verum est, Gordiano apud Siculos non fuisse, quod ageret? Repentina fuit Messanæ invasio, brevemque illic à* Placidi *nece moram traxêre Saraceni, ùt Acta laudata habent; imò quinto post* S. Placidi *martyrium die Messanâ solventes in medio Phari naufragio perierunt. Villæ verò Benedictinæ dispersæ erant per omnem Siciliam multæ, ùt quidem aiunt. Num propter destructionem unius fortè monasterii Messanensis nulla erat habenda Gordiano tot villarum prædiorumque adhuc intactorum ratio? Non deerant igitur possessiones plurimæ, quibus conservandis operam daret: poterat colonos dispersos colligere, poterat resarcire quassata, atque hujus generis alia non pauca moliri. Neque ignorabat, paucos ante annos* S. Placidum *in Siciliam missum fuisse, ut illas alienis manibus eriperet, ac monasterio Casinensi, cujus erant, vindicaret; atque adeò probè nôrat, ab officio suo abesse longissimè, bona illa idoneo præsidio destituta deserere, & alieni appetentium cupiditati objicere. Adhæc fingamus tantisper, Gordianum* S. Placidi *Acta Constantinopoli concinnâsse. Fertur ille in Siciliam rediisse & Syracusis mortuus. Quis sibi facilè persuadeat, Gordianum illuc rediturum ne exemplar quidem*

B *Actorum à se scriptorum suæ addidisse sarcinulæ; aut illuc jam reversum scripto altero tum Ordini suo, tum Occidentalibus ceteris non exposuisse, quæ viderat? aut ne id faceret, per suos licuisse?*

neque Gordiani esse evincunt 40 *Potuisset quidem huic labori Gordianus parcere, si, quod fingere nonnullis placuit, Acta illa per Orientis Justinianus, per Occidentis ecclesias Vigilius Papa longè latéque dispersisset. Sed frustrà fabulis fabulæ accumulantur: id enim si ita se habuisset, eninverò aliquod saltem eorum exemplar alicubi in Occidente conservatum fuisset; aliquis saltem ex antiquis scriptoribus, maximè Benedictinis, nonnullam illorum mentionem alicubi injecisset, neque, posteaquam annos latuissent circitèr 574, è Constantinopolitanis latebris subitò ac præter omnium exspectationem erumpere debuissent: at in Romanis Bibliothecis, in Benedictinis archivis, aut in Occidentalium ecclesiarum scriniis custodiri, indeque, si qua illorum obrepsisset oblivio, in lucem protrahi. Benedictini equidem magno illa plausu excepissent, & alicubi saltem, ubi minus calamitatum, quàm in Sicilia, passi sunt, velut auro pretiosiora conservâssent. Neque prædictis figmentis à Litteris tum Gordiano, tum Justiniano imperatori &*

C *Vigilio Papæ affictis, & Chronico Casinensi, Parisiis studio & operâ Jacobi du Breul, monachi S. Germani à Pratis, anno 1603 Ambrosii & Hieronymi Drouari typis edito, subjectis pondus ullum accedit; ita videlicet imperitè confictis, ut fidem nihilo majorem, quàm ipsamet Acta mereantur; ùt facilè credet, quisquis legerit pauca, quæ inde subnectimus.*

ejusdem Gordiani, 41 *Primùm personatus ille Gordianus, causas Vigilio Papæ exponens, quibus se ad scribenda* S. Placidi *Acta impulsum ait, præter alias, Justiniani imperatoris jussum his verbis allegat:* Accedebat ad hoc, quòd divus triumphator augustus Justinianus Æneada jam dicti nepotis sui Placidi Passionem exarare sanxerat, gliscens ardore insatiabili examussim ejus Acta cruciatusque agnoscere. *Æneadæ titulus Justiniano in Actis quoque tribuitur num.* 3. *Sed hunc nec à Justiniano, nec à quoquam imperatorum adscitum fuisse umquam, ac porrò ridiculum esse, fatetur Mabillonius in suis ad Acta Observationibus.* Placidum *verò Justiniani nepotem fuisse, purum commentum est, ùt § sequenti dicetur. Tum non modò* S. Placidi *ortum, gesta, ac martyrium litteris se consignâsse ait; sed addidisse his etiam, quæ in* S. Placidi *Messanensi cœnobio ab illius obitu contigerunt:* Adjungentes ea, *inquit*, quæ post Passionem in jam dicto evenêre cœnobio. *Quo loco in Actis num.* 90 *Vigilii Papæ successores* 49, *quot certè Gordianus videre non potuit, oblatas à Tertullo in Sicilia S. Benedicto possessiones confirmâsse dicuntur. Præterea sub finem Epistolæ ait:* Denique Opus istud, quod triumphatoris invicti Justiniani jussu cuderam, sanctissimo Eutitio patriarchæ novæ Romæ Constantinopoleos ostendi in secretario Majoris ecclesiæ, dum synodum CLV episcoporum unà vobiscum jussu domini nostri Justiniani perpetui augusti celebraret. *At ex collatione 2 concilii Constantinopolitani secundi liquet, Vigilium concilio isti interesse, licèt tum ibi moraretur, constanter renuisse; episcopos autem ad id convenisse centum sexaginta quinque, ait Zonaras in Vita Justiniani. Denique scriptam ait Epistolam anno 27 Justiniani,* consulatu Basilii & Belisarii anno XII. *Signare debuerat annum Justiniani vigesimum septimum,* E *post consulatum Basilii duodecimum: consulatum enim iniit Belisarius anno 535; Basilius verò 541, ut adeò annus duodecimus utriusque in annum Justiniani vigesimum septimum, Christi 553, concurrere non potuerit.*

Justiniani imperatoris & Vigilii PP. 42 *Iisdem ferè vitiis Justiniani ad Vigilium laborat Epistola, in qua pariter Æneadæ titulum, quasi ab Æneæ genus duxisset Justinianus, hic sibi vindicat, centum quinquaginta quinque episcopos unà cum Vigilio Constantinopoli congregatos ait, &* Placidum *suum vocat nepotem. Præterea, cùm inscripta sit Vigilio Papæ, Eutitio Constantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Eustachio Hierosolymitano patriarchis & centum quinquaginta episcopis Constantinopoli constitutis, scriptam fuisse oportet tempore concilii Constantinopolitani secundi, sive anno Justiniani 27, post consulatum Basilii 12, Christi 553. Atqui scribitur,* Data III Non. Majas... anno à Deo nostri conservandi imperii XXIII, consulatu Basilii, viri clarissimi, anno nono. *Itaque subscriptio Epistolæ cum inscriptione non cohæret. Adhæc anno post consulatum Basilii nono, (Christi 550) mense Maio, fluebat annus Justiniani 24, quippe quem anno 527, mense Aprili, Justinus Senior imperii societate donavit. Denique corruente jam dicta Justiniani* F *Epistola, Vigilii ad illam Rescriptum corruat, necesse est, quamquam non desint alia, quibus & illud fictitium esse monstretur: hæc porrò tantùm Rescripti lubet attingere:* Piissimum vestrum imperium gratia divina, martyre Christi Placido intuente, unà cum domina Theodora augusta & natis ejus, custodiat *&c: Justiniani ad Vigilium mox memoratam Epistolam anno 553 scribi debuisse, si quidem genuina esset, jam dixi: sed demus, scriptam fuisse jam inde ab anno Justiniani 23 aut 24, post consulatum Basilii nono, id est, anno Christi 550; quî potuit Vigilius longos annos Theodoræ augustæ precari, quæ jam antè è vivis excesserat? Procopius enim lib. 3, cap. 30 de Bello Gothico Theodoræ obitum anno ejusdem belli 14 illigat; quod cùm anno imperii sui nono Justinianus susceperit, ùt citatus Procopius scribit lib. 1, cap. 5, simul cucurrit annus Justiniani 22, & belli Gothici 14. Item lib. 2 de Bello Persico cap. 30, cùm*

AUCTORE J. B.

AUCTORE B.

cùm anni Juſtinianei imperii 23 meminiſſet, mox ſubdit: Anno ſuperiore Joannes Cappadox Byzantium venerat ab imperatore accitus: tunc enim Theodora auguſta ſupremum diem obierat.

Pseudo-epiſtolæ.

43 *Quod verò additur de Theodoræ natis, ſi fabulatoris mentem rectè aſſequor, putavit is, Juſtinianum, poſt initum cum Theodora matrimonium, legitimos ex ea liberos procreâſſe: at ita de Juſtiniano in Compendio Chronico Conſtantinus Manaſſes ſcribit:* Qui talibus abundabat dotibus imperator, nullam ſobolem maſculam, nullam fœmineam, quæ ipſi ſuccederet, habebat. Quapropter moriturus, & terris exceſſurus, in natum ex ſorore Juſtinum conjectis oculis, eum imperatorem deſignat. *Et in Vita S. Sabæ per Cyrillum Scythopolitanum ſcripta legitur Theodora S. Sabam orâſſe, ut ſibi filium à Deo impetraret; id verò illum facere renuiſſe. Verba Cyrilli apud Cotelerium tom. 3 Monumentorum eccleſiæ Græcæ pag. 341 & ſeq. Latinè verſa ſic habent:* Auguſta (*Theodora*) verò excepit eum (*S. Sabam*) cum lætitia & venerabunda ſalutavit; poſteaque his verbis adhortata eſt: Ora pro me, pater, ut det mihi Dominus filium. Reſpondit Sabas &
B dixit: Deus gloriæ in pietate & victoria imperium veſtrum conſervet. Mœrore autem affecta eſt Auguſta, quòd petitioni ſuæ non annuiſſet. *Cauſam verò rogatus Sabas reſpondit:* Credite mihi, patres, non ex ventre illius fructus egrediatur, ne Severi dogmatibus lactetur, pejúſque quàm Anaſtaſius Eccleſiam perturbet: *unde Cangius in Familiis auguſtis Byzantinis ait, ſi qui Juſtiniano & Theodoræ adſcribantur liberi, ex nefaſto alterutrius contubernio natos eſſe, apud quem plura hac de re legi poſſunt. Sufficiunt enim hactenus dicta, ut monumenta adducta, ad fidem faciendam, Acta* S. Placidi *à Gordiano conſcripta fuiſſe, inepta credantur. Nec iis in Præfatione Actorum Benedictinorum, aut in Annalibus Mabillonius uti voluit, ut Acta* S. Placidi *Gordiano vindicaret, quod utique facere non neglexiſſet, ſi ad id apta atque accommodata exiſtimâſſet.*

ſed illi à recentioribus

44 *Quin imò Acta illa Gordiano à recentioris ætatis ſcriptore afficta fuiſſe, priore loco Mabillonius ſuſpicatur; altero verò palàm fatetur: nam in Præfatione ad Acta Sanctorum Benedictinorum § IV ita ſcribit:* Petrus diaconus Caſſinenſis, ſæculi XII ſcriptor non malus quidem, ſed non ſatis
C diligens, S. Placidi ejuſque Sociorum geſta à Gordiano, Placidi comite, ſcripta vel interpolavit, vel ſuppoſuit. *At Annalium Benedictinorum lib. 3, num. 25 ita loquitur:* Optandum ſanè eſſet, ut accuratiorem de rebus ab eo (*S. Placido*) geſtis ſcriptorem haberemus, quàm Gordianum illum perſonatum auctorem, qui ejus diſcipulus atque itineris ſocius fuiſſe, ejuſque Vitam Græcè ſcripſiſſe dicitur. Scriptorem longè recentiorem arguit imperita narratio, plurimis reſperſa erratis, quæ niſi in poſteriorum temporum hominem, & quidem imperitum, cadere non poſſunt; nec modò interpolatorem, ſed falſum auctorem omninò arguunt. *Non minùs ſeverè hæc Acta excepit Papebrochius tom. 3 Maii pag. 606, ubi, cùm de S. Mauri Vita dixit,* merum ſequentis ævi figmentum *ſibi videri, de* S. Placidi *Vita mox addit:* Ei ſimile, quod de martyrio S. Placidi & Sociorum ſub nomine Gordiani eorumdem miniſtri, habetur; cui quid ſolidæ veritatis ſubſit, inter tot mendaciorum monſtra nequeat vel per conjecturam prudentem definiri.

45 *At ſi Acta illa Gordianus non ſcripſit, quo tempore, quove auctore conficta ſunt?* Auctorem illum, *inquit Mabillonius Annalium lib. 4, num. 14,* quiſquis eſt, non ante Johannis Octavi Pontificatum vixiſſe, ex eo colligimus, quòd is Pontifices recenſens, qui Tertulli donationes in Sicilia factas comprobârunt, à Vigilio Papa numerat quadraginta novem. Totidem enim à Vigilio ad Johannem Octavum numerantur Romani Pontifices. *Haud igitur ante annum 872, quo Joannes VIII renunciatus eſt Eccleſiæ Pontifex, conſcripta fuerunt: imò fortè & multò ſeriùs; cùm neque Leoni Marſicano ulla eorum notitia fuerit aut uſus, neque quidquam de illis umquam proditum fuiſſe ſciatur, ante Simeonis, hominis Græci ac ignoti, in Italiam, ſeculo XII jam inchoato, ſeu verum ſeu fictum adventum. Deinde fateri neceſſe eſt, nullum in Actis Latinè redditis apparere indicium, unde è Græco ad Latinum ſermonem tranſlata fuiſſe conjicias; nec aliquod uſpiam Græci textus exemplar reperitur. Unde nonnulli autumant, quidquid de his Actis, à Gordiano Græcè conſcriptis, fertur, Petri Caſinenſis diaconi inventum eſſe, quò confictis à ſe* Placidi *Actis majus pondus ac fidem conciliaret: quod ſi ita re vera eſt, næ ille quidem mentitus eſt ſplendidè:* E *mihi verò Petrum abſque certioribus argumentis fraudis adeò abjectæ rem agere religioni eſt, quamquam ex dictis hactenus perſuaſum habeam, ſeculo IX (quiſquis ea finxerit) non eſſe antiquiora, quod ad eorum fidem elevandam ſatis eſt. Ad Acta Latina progredior.*

in Actis verò, quæ Latinè exſtant, partem

46 *Certum eſt, Petrum Caſinenſem diaconum partem in his aliquam habuiſſe: lib. 4 Chronici Caſinenſis, quem ipſemet ſcripſit, cap. 66, tom. 4 Scriptorum Rerum Italicarum pag. 536 hæc de illo leguntur:* His porrò temporibus Petrus diaconus anno Dominicæ Incarnationis quinto decimo centeſimo atque milleſimo, primo ætatis ſuæ luſtro à parentibus ſuis beato Benedicto oblatus & à jam dicto Gyrardo abbate ſuſceptus, & habitu ſanctæ converſationis indutus, atque ſub eodem abbate per annos bis IV eruditus, viceſimo primo anno ætatis ſuæ ſcripſit ad Oderiſium ſecundum ſuprà dicti Gyrardi ſucceſſorem, Paſſionem beatiſſimi martyris (*ſupple* Marci) & ſociorum ejus, Vitam egregii confeſſoris Fulco- F
nis, Paſſionem ſanctiſſimi martyris Placidi diſcipuli beati patris Benedicti *&c. Eadem legere eſt in Opere, quod de Viris illuſtribus Caſinenſibus idem Petrus ſcripſit, cap. 47, ubi nulla utrobique Actorum Græcorum mentio fit, licèt priore loco librum Hevæ regis Arabiæ de pretioſis lapidibus è Græco in Latinum ſermonem tranſtuliſſe legatur. At apud Cajetanum Octavium de Vitis Sanctorum Sieulorum tom. 1, pag. 183 & ſeq. ita de ſe loquitur Petrus:* Quam (*Paſſionem Græcam* S. Placidi *à Simeone acceptam*) ille (*Raynaldus Caſinenſis tum monachus, poſtea abbas*) accipiens noſtræ exiguitati contradidit, præcipiens, ut diligentiùs illam emendans, futuris generationibus habendam contraderem, hac juſſione conventus parui, & ad Regis æterni laudem beatiſſimi martyris Placidi Paſſionem excultiore ſtylo digeſſi *&c: atque adeò Petrus* S. Placidi *Paſſionem Latinè condidit, vel certè ab alio conditam interpolavit.*

Petrus Caſinenſis certè habuit:

47 *Quam hîc è Græca Latinam feciſſe ſe, ait, ſed fortè interpolavit tantùm Petrus Raynaldi juſſu* S. Placidi *Paſſionem, eadem videtur, ac illa, quam Ruinartius & Mabillonius tomo 1 Actorum SS. Benedictorum inſeruerunt, & nos ex illis primo loco recudemus: nam & alteram Petrus Caſinenſis diaconus Paſſionis* S. Placidi *è Græco fonte*

A *fonte ſcriptionem adornâſſe legitur tomo 6 Scriptorum veterum ab Edmundo Martene & Urſino Durand collectorum col. 786 & ſeq., ubi in Prologo Petrus ait, id Operis ſe ſuſcepiſſe juſſu Gregorii præſulis (dubitat Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum 534, num. 25, Tarracinenſis, an Sueſſani) anno ætatis ſuæ vigeſimo tertio, id eſt, Chriſti circitèr 1133. Hanc quidem Petri lucubrationem non vidimus hactenus; diverſam tamen ab ea, quam Mabillonius edidit, aliud in utraque Placidianæ Vitæ exordium, alius item finis indicare videtur: illud ita habet:* Poſtquam ſummi Regis dignitas lucis ſuæ radio idolorum tenebras pepulit ac procul fugavit, multos per orbem Eccleſiæ ſuæ donavit viros, qui ſeu ſidera cælum, ita & hi ejus Eccleſiam vitâ ac miraculis adornarent *&c: finis verò ita:* Beatiſſimi Placidi glorioſis meritis intervenientibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, nullus ambigat uſque in hodiernum diem pro noſtra ſalute Virginis qui in ventrem deſcendit, devictoque mundi principe, captivitatis formam vehens ſecum locavit in arce, qui vivit *&c.*

B

aliaque Stephanus Anicienſis fertur è Græco vertiſſe.

48 *Fertur & Stephanus quidam Anicienſis, auctor cætera ignotus,* S. Placidi *geſta è Græco in Latinum vertiſſe ſermonem Caſinenſium monachorum rogatu. Stephani verſionem primus typis edidit Octavius Cajetanus ac annotatis illuſtravit tom.* 1 *Vitarum Sanctorum Siculorum: quæ autem apud Stephanum de* S. Placido *ac Sociis recitantur, ex eodem fonte prodiiſſe, unde ſua Petrus Caſinenſis hauſit, tum Petri, tum Stephani verſionem inter ſeſe conferenti manifeſtum fiet: verùm id inter utramque diſcriminis intercedit, quòd Petri verſio, ùt longè prolixior, variiſque additamentis aliunde petitis fœcundior, ita & Stephani verſioni veriſimilitudine multùm cedat. Porrò nec Petrus Stephani, nec Stephanus Petri uſquam meminit, ut adeò neuter alterius verſionem vidiſſe videatur; niſi fortè Stephanus Petri verſionem tacitè indicet, cùm Caſinenſibus monachis ait in Prologo:* Unde & Placidi martyris veſtri triumphos pariter & agones, qui Latinorum incuriâ diu ſilentio ſepulti erant, cùm apud Græcos egregiè vixerint atque floruerint, de Græco produxiſtis in lucem, & ut eoſdem ſtilo mediocri editos verbis ornatioribus & magis propriis debeam colorare, poteſtativæ precis inſtantiâ poſtulatis. *Verùm, cùm & ipſe Simeon Græcam* S. Placidi *Vitam Latinè, ſed minùs aptè, interpretatus eſſe ac reddidiſſe dicatur à Petro Caſinenſi apud Octavium Cajetanum tom. ſuprà citato pag.* 183, *Simeonis potiùs, quàm Petri verſionem iſtis verbis attigiſſe Stephanum, vehemens mihi ſuſpicio eſt.*

C

dubium, uter prior ſcripſerit;

49 *Incertum Octavio Cajetano eſt, uter alterum præceſſerit, uter ſecutus ſit. Stephanus* S. Placidi *geſta Græcis quidem litteris celebrata fuiſſe, at non item Latinis, iterum atque iterum repetit; unde Petrum præceſſiſſe videri poteſt: at idem Petrus in Prologo ad Gregorium præſulem tom. 6 Veterum Scriptorum col.* 787 *his verbis affirmavit:* Nam cùm ab ipſis B. Benedicti temporibus in Caſinenſi gymnaſio ſapientes quamplurimi fuerint, & iſtius (*S. Placidi*) Paſſio de Græco in Latinum à nullo tranſlata fuiſſet, hocque omnipotens Deus per nos tempore veſtro implere dignatus eſt. *Nihil igitur hinc pro majori alterutrius antiquitate effici poteſt. Petri verſionem paulò pòſt expoliviſſe Stephanum, ex Bibliothecæ Caſinenſis monumentis Mabillonius num.* 47 *laudatus tradit: vereor verò ego, ne, quemadmodùm in Actis* S. Placidi *à Mabillonio editis,* AUCTORE J. B. *Gordianus velut illorum auctor falsò lectori obtruditur, ita & hìc inane caſſumque Stephani Anicienſis nomen vel Petrus Caſinenſis, vel alius quilibet dolo malo obtruſerit, ne ſolus Petrus Acta Græca, quæ à Gordiano ſcripta finguntur, vidiſſe putaretur; quod ut ſuſpicer, faciunt potiſſimùm duo. Primùm quidem, quòd, ut ſuprà obiter innui, quis tandem fuerit Stephanus ille Anicienſis, penitus ignoretur: alterum, quòd ipſa Stephani Anicienſis verſio Petro Caſinenſi, demptis Epiſtola ad Caſinenſes monachos, & Vitæ Prologo, aſſeri poſſe ex monumentis ejuſdem Caſinenſis Bibliothecæ videatur.*

ſi tamen & Stephanus Anicienſis

50 *Quod ad Stephanum attinet, nihil ipſe de ſe ſcripſit, unde, quis fuerit, conjici poſſit: non fuiſſe tamen Benedictini inſtituti alumnum, ſuadere videtur loquendi modus, quo Caſinenſes monachos alloquens* S. Placidum, veſtrum martyrem, commilitonem, patronum *appellat. In coditibus Mss. Caſinenſibus* dominus Stephanus Anicienſis *tantunimodò nuncupatur. Arnoldus Wion lib.* 3 *Ligni vitæ in Annotatis ad diem* v *Octobris* epiſcopum *vocat.* Secundo loco, *inquit,* eam (S. Placidi *Paſſionem*) compoſuit D. Stephanus, Anicienſis epiſcopus. *At è quo fonte Stephani epiſcopatum hauſerit, tacet. Neque ſedes ejus epiſcopalis explorata habetur: ad epiſcopos equidem Anicienſes referri non poteſt. Nam Anicienſes ſeu Podienſes in Velaunis præſules tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ à col.* 687 *enumerantur, nec inter illos ullus apparet Stephanus, qui ſeculo* XII *ad annum* 33 *circitèr provecto vixerit. Stephanus tertius anno* 1077 *ſua ſede pulſus eſt; quartus verò ſub annum* 1220 *Anicienſium præſul electus.*

E

non ſit auctor fictitius

51 *Non deeſſe autem Bibliothecæ Caſinenſis monumenta, è quibus* S. Placidi *Vita ſeu Paſſio, quæ Stephanum Anicienſem auctorem præfert, Petro Caſinenſi diacono adſcribi poſſit, docet me Edmundus Martene num.* 47 *laudatus: nam poſt exhibitum Petri Caſinenſis diaconi in Vitam* S. Placidi *Prologum ad Gregorium præſulem, à Mabillonio Caſini deſcriptum, Vitæ item initium & finem, quæ ſuprà num.* 47 *dedi, ita Martene proſequitur:* Poſt hanc Paſſionem in codice 449 ſequitur Sermo Petri diaconi Caſinenſis in Paſſione S. Placidi martyris. *Tum pariter Sermonis hujus à Petro compoſiti hoc exordium exhibet:* Beatus igitur Placidus ex linea ſenatoriæ dignitatis

F

erumpens Romanæ civitatis indigena fuit *&c; quibus verbis cùm etiam Vitæ* S. Placidi, *Stephano Anicienſi adſcriptæ, initium concipiatur, uno hoc diſcrimine, quòd* Placidus *in hac* Chriſti Martyr *appelletur; quæ aliàs Stephano adſcribitur, hìc Petro videtur adſcribi. Is præterea eſt Paſſionis Stephano attributæ epilogus, ut pro concione feſto* S. Placidi *die ad Caſinenſes reipſa dicta videatur: ſic enim habet:* Inſignis Martyr, & omni tam ætati, quàm ſexui reverendus, coruſcans in terra virtutibus, meritis in cælo vivens, ſe colenti & amanti eccleſiæ Caſinenſi indefeſſus patrocinator aſſiſtat, & ſua ſemper ſolemnia celebrantes ſic in præſenti cæleſti reconciliet gratiæ, ut in futuro comparticipes faciat coronæ ſuæ, Jeſu Chriſto Domino largiente, cui decus eſt & imperium per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. *Quid hac de re ſit, docere nos Caſinenſes poſſunt.*

AUCTORE J. B.

§ IV. Instrumenta varia de rebus gestis S. Placidi conficta rejiciuntur.

Figmenti loco habendum

CHronico Casinensi, anno 1603 *typis Parisiensibus edito, à pag.* 760 *subnectitur non exigua privilegiorum epistolarumque collectio, è quibus varia, ad* S. Placidi *res gestas spectantia, magnum iis pondus, utpote a synchronis ac* S. Placido *familiaribus profecta, adderent; si quidem genuina hæc forent, ac omnino talia, qualia eorum tituli indicant. Quis enim luculentiora, quàm Tertulli,* S. Placidi *patris; quàm Gordiani, ejus consanguinei; quàm Siculorum, apud quos annis aliquot moratus, passusque fuerat; quàm Gordiani alterius & S. Mauri, illius commilitonum; quàm Vigilii Pontificis denique, & augustorum Justiniani ac Theodoræ testimonia requirat? Verùm dolendum est, sub tam speciosis titulis nihil præter figmenta latêre. Quo tempore primùm hæc conficta sint, definire non valeo: at ante Petri Casinensis diaconi & Stephani Aniciensis ætatem, seu ante seculum* XII *nusquam citata reperi. Leo quidem Marsicanus lib.* 1, *cap.* 1 *decem & octo curtium,* (*quot numerantur etiam in Privilegio Tertulli, de quo infrà*) *in Sicilia sitarum & à Tertullo S. Benedicto donatarum meminit; sed hæc aliunde discere potuit.*

Instrumentum donationis,

53 *Atque hæc quidem citatorum monumentorum auctoritatem universim minuunt: at fidem longè minorem apud eruditum lectorem invenient, si seorsum singula perpendantur. Hinc inde aliqua, unde de eorum valore judicare lector possit, è singulis delibabo, ne, si singula huc transcribam, aut singulos eorum errores referam, prolixitate nimia tædium ac molestiam lectori creem. Primum quidem eorum, quæ ad* S. Placidum *spectant* (*de iis enim solis loquor*) *Tertulli est, quo octodecim suas curtes, in solo Siculo sitas, S. Benedicto donat vel confirmat, in quo vix sani quidpiam reperias. En illius inusitatum perinde ac ridiculum initium:* Tertullus Dei gratia invictissimæ reginæ cæli, terræque civitatis Romanæ patricius, dictatoribus, magistratibus, senatoribus, consulibus, proconsulibus, præfectis, tribunis, centurionibus, decurionibus & omnibus hominibus per totum orbem commorantibus Romanæque ditioni subjacentibus, salutem & perpetuam pacem. *Formulâ,* Dei gratiâ, *primus usus est Pippinus Franciæ rex, ut Mabillonius docet lib.* 2 *de Re diplomatica cap.* 3, *num.* 6, propterea quòd extraordinario modo pervenerat ad regnum; *nec ea Justiniano aut Romanis seu privatis, seu quacúmque dignitate ornatis in usu fuit. Quis Romam in scriptis publicis ac solemnibus* invictissimam cæli terræque reginam *vocitavit? Quem denique hîc loquentem audis, Romanumne patritium, an Augustum?*

à Tertullo S. Benedicto facta,

54 *En modò Tertulli donationis finem non minùs absurdum:* Si quis autem, *inquit*, hoc decretum nostrum violare præsumpserit, XIV millia talenta auri purissimi Romano solvat imperio. *Scivitnè, qui hæc finxit, quanti auri talentum esset? Præterea notæ chronologicæ, donationi additæ, non cohærent. Ita habent:* Actum est hoc decretum XV Calen. Julii, anno imperii Justini quinto, ecc. XXVI Olympiade. *Olympias* 326 *respondet anno* 525, *cujus die* IX *Julii annum imperii sui octavum Justinus exorsus est. Subnectuntur denique hæ testium subscriptiones:* Ego Tertullus patritius manûs meæ signo roboravi. Ego Symachus pat. consul subscripsi. Ego Boëtius bis consul subscripsi. Ego Vitalianus consul subscripsi; *sed nihilo melioris notæ. Vitalianus consul fuit anno* 520, *sed in Oriente, & Constantinopoli* VII mense consulatus sui XVI vulneribus confossus, in palatio cum Celeriano & Paulo satellitibus suis interemptus est, *inquit Marcellinus in Chronico, cui Evagrius & Theophanes consonant. Annum itaque Justini quintum Vitalianus ille non vidit, nec subscribere illo anno Tertulli donationi potuit: præter hunc autem, qui hisce temporibus consul fuerit, non novi alium.*

quod pluribus

55 *Præterea, quemadmodùm Vitalianus consul anno quinto Justini superstes non fuit, ita inter consules Boëtius, qui bis consulatum gesserit, non reperitur. Flavius Boëtius consulum catalogum suo nomine auxit anno* 487: *sed hujus nomen Fasti consulares non repetunt. Ad annum quidem* 510 *Anicius Manlius Severinus Boëtius, Eutharici collega, iisdem Fastis inscribitur, uti & ad annum* 522 *unà cum Q. Aurelio Anicio Symmacho: sed ex duobus unum Tertulli Chartæ fabricator verosimilèus conflavit. Quamquam enim utrique consuli eadem nomina fuerint, neuter tamen secundò consul dicitur, contrà ac in Fastis illis fieri solet; & Boëtius ad annum* 522, *si tum secundò consul fuisset, de more præpositus fuisset Symmacho, qui tum primùm consul procedebat: qui enim anno* 485 *consul fuit Symmachus, Q. Aurelius Memmius dictus fuit, ùt ex antiquis Boëtii exemplaribus Sirmondus in Annotatis ad Ennodii Epistolam* 25 *libri* 7 *tradit. Ubi etiam docet, Symmachum, anni* 522 *consulem, Boëtii anno* 510 *consulis, filium fuisse, & Symmachi Senioris, qui anno* 485 *consul fuit, è filia Rusticiana nepotem. Idem verò deinde etiam adstruit de Boëtio, anni* 522 *consule, Symmachi Junioris proinde fratre simul & collega.*

erroribus scatere,

56 *Neque immeritò ita Sirmondus docuit: certum enim in primis est ex Procopio, temporum illorum scriptore, lib.* 3 *de Bello Gothico cap.* 20, *Boëtium, anni* 510 *consulem, Rusticianam Symmachi, anno* 485 *consulis, filiam matrimonio sibi junxisse, eamque, Theodorici Gothorum regis jussu occisum, superstitem reliquisse.* Hinc Romani, *ait Procopius*, ipsique adeò senatores, in primis uxor olim Boëtii, eademque Symmachi filia Rusticiana, quæ facultates suas egenis erogaverat, eò redacti sunt, ut in veste servili ac rustica panem aliave cibaria ab hostibus petentes tunc victitaverint. *Et paulò infrà:* Instabant Gothi, ut Rusticiana mactaretur supplicio, insimulantes, quòd, exercitus Romani ducibus ampla largitione corruptis, Theodorici statuas deturbâsset, quo & Symmachi patris, & Boëtii mariti cædem ulcisceretur. *Certum pariter est, duos suos filios ad consularem dignitatem simul promotos vidisse, quod ex ipso Boëtio Sirmondus probat, qui lib.* 2 *de Consolatione Philosophiæ Prosâ* 3, *quem paulò ante necem sibi Theodoricâ jussu illatam in exsilio scripsit, liberorum suorum, unà consulum, his verbis meminit:* Cùm duos pariter consules liberos tuos (*seipsum alloquitur*) domo provehi sub frequentia patrum, sub plebis alacritate vidisti. *Et iterum Prosâ* 4: Quid dicam liberos consulares, quorum jam, ùt in id ætatis

ætatis pueris, vel paterni vel aviti ſpecimen relucet ingenii.

oſtenditur: 57 *Porrò Symmachum ſocerum, magni admodùm, ùt par erat, fecit Boëtius, cujus rei teſtem habemus iterum Boëtium, laudato mox loco ita loquentem:* Atqui viget incolumis, illud pretioſiſſimum generis humani decus, Symmachus ſocer, &, quod vitæ pretio non ſegnis emeres, vir totus ex ſapientia, virtutibuſque factus, ſuarum ſecurus, tuis ingemiſcit injuriis. *Unde non immeritò Sirmondus cenſet, Boëtium duobus ſuis liberis, anno nempe 522 conſulibus, alteri ſuum, alteri verò ſoceri honoris gratiâ nomen impoſuiſſe. Filiorum quidem nomina Boëtius non expreſſit, ſed illius temporis par alterum conſulum, quibus ille pater fuerit, non invenias.* Scio, *inquit Sirmondus in Annotatis ad Ennodii Epiſtolam* 1, *lib.* 8, aliter viſum auctori Vitæ Boëtii, qui filios ejus conſules facit Patricium & Hypatium, qui anno Chriſti D conſulatum unà geſſerunt. Verùm hæc profectò nimia eſt allucinatio. Præterquam enim, quòd meminiſſe oportebat, Græcos & Orientales illos conſules fuiſſe, & ad Boëtii familiam nihil pertinere, revincere B poterant, quæ modò citata ſunt (*num. ſcilicet ſuperiore*) verba Boëtii, ex quibus liquet, hoſce ejus filios conſulares ætate adhuc pueros fuiſſe, cùm exſilii ſui conſolationem ſcriberet. Quod ſanè dico (*lege* dici *vel* dicere) non poterat, ſi ante annos xx, eoque plures annos, conſules fuiſſent. *Quàm verè Sirmendus dicat, Patricium & Hypatium, ad Boëtii familiam nihil pertinere, liquet è Procopii lib.* 1 *de Bello Perſico cap.* 8, *ubi inter quatuor belli Perſici duces tertio ac poſtremo loco Patricium & Hypatium recenſet his verbis:* Ac præfecti militum, qui erant Byzantii, nimirum Patritius Phryx, atque Hypatius Auguſti (*Anaſtaſii*) ex ſorore nepos. *Hæc ſufficere arbitror, ut Tertulli, de qua agimus, Charta pro ſpuria habeatur.*

nec ſinceriorisnota Gordiani donatio, 58 *Eſt verò inſuper fœdus error tam huic Tertulli donationi, quàm Gordiani, quæ illam in citata Chronici Caſinenſis Appendice proximè ſequitur, communis: utraque enim donatio S. Benedicto Caſini commoranti facta dicitur. Atqui ſub annum dumtaxat 528, vel anno 529, ùt Vita prima* S. Placidi *num.* xi *diſertè habet, Caſinum S. Benedictus venit. Quî igitur anno Juſtini ſeu quinto, ùt in Tertulli donatione, ſeu quarto, ùt in Gordiani legitur, fieri iſta donatio potuit, cùm anno 527 Juſtinus exſtinctus ſit? Quòd ſi Juſtino volueris Juſtinianum ſucceſſorem ſubſtituere, nec ſic donatio illa cum anno illius quinto aut quarto combinabitur. Gordiani donationis hoc exordium eſt:* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni, anno Incarnationis ejuſdem quingenteſimo vigeſimo nono, imperii verò domini noſtri conſervandi Juſtini perpetui ac triumphatoris auguſti anno quarto, Julii die xiv. *Non advertit imperitus fabulator, annos Incarnationis Chriſti, aut hodiernum menſium dies numerandi morem id temporis nondum fuiſſe adhibitum. Paulò infrà donationi Symmachus & Vitalianus interfuiſſe dicuntur, quorum neuter anno 529 in vivis erat. Sub finem Chartæ mulcta Gordiani conceſſionem violanti imponitur non minùs ridicula decem millium talentorum auri puriſſimi Romano imperio ſolvendorum. Subſcribunt donationi iterum Symmachus & Vitalianus conſules, Boëtius item bis conſul, de quibus vide paulò antè dicta. Quin & Beliſarius tamquam conſul, qui conſularem dignitatem non eſt adeptus ante annum 535, nec anno 529 verſari in Italia potuit, bello tunc Perſico occupatus.*

AUCTORE J. B.

aut Siculorum ad S. Benedictum,

59 *Tertio loco inter ea, quæ ad* S. Placidum *ſpectant, habet citata Appendix Siculorum de* S. Placidi *martyrio ad S. Benedictum Epiſtolam. Nihil illa continet præter* S. Placidi *martyrium brevibus relatum, & ſupplices Siculorum ad S. Benedictum preces, ut novos in Siciliam diſcipulos mittat, nullo anno aut nomine ſignata; in Actis tamen primo loco edendis num.* 84 *Meſſalini & Pompeii Cylii, rei Benedictinæ in Sicilia procuratorum, fuiſſe dicitur. Mentio in ea fit Abdalæ, Saracenorum regis; vix dubito, quin, qui Epiſtolam finxit, eum intelligat, quem Acta in Hiſpania regnâſſe aiunt: at Saracenos non niſi ſub annum 713 Hiſpaniam invaſiſſe, ſuo loco videbitur. Et ut nihil in ea lateret erroris, ſuppoſitionis tamen ſuſpicionem non evaderet, vel ob hoc ſolum, quòd ex eadem officina, quâ reliquæ jam memoratæ, & aliæ, de quibus infrà, certò fictitiæ, prodiiſſe videatur. Eâdem manu fabricata videtur Gordiani ad S. Maurum, Caſinenſis cœnobii Præpoſitum, Epiſtola, quâ Siculorum ad S. Benedictum. Subſtantia utriuſque eadem eſt, ac præterea idem, paucis mutatis verbis, re idem ſignificantibus, exordium. Ita Epiſtolam ordiuntur Siculi:* Univerſali monachorum inſtitutori atque doctori Benedicto ſervi & filii ejus deſolati & deſtituti paſtore cum ſubjectione reverentiam: QUIA NIHIL PATERNITATI VESTRÆ INCOGNITUM ESSE RATUM DUXIMUS, DE HIS, QUÆ APUD NOS ACTITATA SUNT, SCIRE VESTRAM SANCTITATEM VOLUMUS, RELIGIOSISSIMUM AC SANCTISSIMUM DISCIPULUM PLACIDUM &c. *Gordianus verò in hunc modum:* Dominico Levitæ Mauro .... Gordianus.... Salutem in Domino & ſpiritum fidei. QUIA omnibus modis deſiderandam nobis & totis fibrarum præcordiis amplectendam SANCTITATEM V. NIHIL PATIMUR IGNORARE eorum quàm maximè, quæ ad augmentum ſanctitatis inſtitutoris noſtri ac legiſlatoris PERTINERE NOSCUNTUR. OPERÆ PRETIUM DUXIMUS INNOTESCERE EA, QUÆ TEMPORIBUS ISTIS CIRCA SANCTUM ET DOMINUM MEUM PLACIDUM IN SICILIA EVENERE. IS ENIM &c. *Hinc verò, quid de Mauri ad Gordianum Epiſtola reſponſoria, quæ Gordiani Epiſtolam in dicta jam ſæpe Appendice proximè ſequitur, cenſendum ſit, quivis facilè ſtatuet.*

E

F

aut Mauri ad Gordianum aliorumque litteræ,

60 *Mauri ad Gordianum Epiſtolam in Appendice Chronici Caſinenſis ſequuntur Gordiani alia ad Vigilium Papam, Juſtiniani ad eumdem, & Vigilii ad Juſtinianum reſponſoria, quas num.* 41 *& duobus ſequentibus confutatas habes. Ejuſdem farinæ ſunt Epiſtola Juſtiniani ad* Placidum, *nepotem ſuum; item Theodoræ ad eumdem; & alterum denique Juſtiniani de Caſinenſis cœnobii immunitate Scriptum, quibus refutandis immorari non lubet: accipe tamen, quæ de his jam pridem Baronius tom.* 7 *Annalium ad annum* 541 *ſcripſit:* Et ut hæc obiter attingamus, extant ibidem litteræ ejuſdem Juſtiniani ad Placidum, nepotem ſuum, datæ anno duodecimo ipſius Juſtiniani imperatoris (qui eſt annus Domini quingenſimus trigeſimus octavus) ſub conſulatu Boëtii & Cethegi, addito anno tertio, quorum nulla eſt mentio, quòd unà ſimul geſſerint conſulatum, ſed diverſo tempore inter ſe, & à dicto imperatoris anno longè remoto. Siquidem Cethegus conſul fuit anno Domini quingenteſimo quarto: Boëtius quingenteſimo decimo: ſub anno verò duodecimo Juſtiniani Joannes & Voluſianus (ùt vidimus)

AUCTORE J. B.

vidimus) consulatum gesserunt. Quâ pariter censurâ corrigas, quæ ei subjicitur, Theodoræ Epistolam ad S. Placidum, iisdem consulibus & anno datam.

à Baronio jam pridem

61 Sed majori indigent castigatione ejusdem imperatoris Justiniani nomine Litteræ illæ iisdem conjunctæ, quibus salva vult esse Cassinensi monasterio, quæ Tertullus Placidi parens, quæve Justinus Senior imp. eidem cœnobio contulisset: nempe villas, rura, castra, oppida, civitates & municipia ibidem recensita, & quidem non parva vel exigua numero. At quænam sub Theodorico, Gothorum rege, esse poterant alicui Romanorum patricio oppida & civitates? vel quæ Justinus imperator ejusmodi in Italia existentia potuit donâsse non sua? nec enim glebam imperator Orientis sub Theodorico rege in Italia possidebat. Et quid illud ad finem: "Ex minio manu propria „ subscripsimus „ cùm, teste Suida, Justinianus litteras penitus ignorârit? Et quomodo (ùt superiores Epistolæ) eadem data legitur sub consulibus Boëtio atque Cethego, anno duodecimo ejus imperii? Et quæ insuper ridenda illa subscriptio testium: Teodoricus rex aquilifer, Belisarius Draconifer, Mauricius leonifer, Tiberius

B

lupifer? Ac denique quomodò subscripsisse potuit ei privilegio anno duodecimo imperatoris Theodoricus Gothorum rex, cùm longè ante hæc tempora decessisset, & post eum Athalaricus, inde Theodatus, ac postea Vitiges eo anno duodecimo Justiniani regnaret? Sed missa ista hæc faciamus, quæ dolemus ab aliquo ocioso conficta. Miramur verò magis eadem ab ejusdem sacri Ordinis monachis, viris doctis, non fuisse rejecta & oblivione omninò sepulta.

meritò rejecta.

62 *Quamquam æqua sit hæc Baronii censura, non tamen hanc omni ex parte tueri velim: nam primò, quòd Volusianum Joanni, anno 538 consuli, comitem adjungat, id contra antiquos consulares Fastos facit, in quibus unus Joannes illo anno consul signatur. Vide Pagium ad annum 538, num.* 10. *Quòd autem Justinianum litteras omnino ignorâsse dicat, pariter non probo; id quidem habent codices Suidæ Mediolanenses, sed Vaticani pro Justiniano rectiùs Justinum habent, quem Procopius cap.* 6 *Historiæ Arcanæ* ἀναλφάβητον, *id est*, litterarum expertem *vocat. Justinianum autem litterarum expertem non fuisse, latè probat Nicolaus Alemannus in caput* 18 *ejusdem Historiæ, quem vide. Sequuntur denique duæ Gordiani litteræ, unæ ad Messalinum & Pompeium Tyllium, seu, ùt alibi legitur, Cilium; alteræ ad Constantinum abbatem Casinensem, S. Benedicti successorem. Agit utraque de Gordiani in Siciliam reditu. Verùm quàm parùm ex dictis verosimile est, Gordianum à* SS. Placidi *& Sociorum nece Constantinopolim navigâsse, tam verosimile est & has litteras esse fictitias. Primas præterea scriptas eo tempore fuisse oporteret, quo necdum nova Benedictinorum colonia Messanam advenerat, ùt sequentibus Epistolæ verbis declaratur:* State viriliter... usque dum... fratres nostri à Casino ad monasterium restaurandum veniant. *Id verò temporis nulli erant in Sicilia Benedictini, uti ex litteris Siculorum ad S. Benedictum, quas vide in Actis num.* 85, *colligere est, & tamen Gordianus, nescio quos,* patres & fratres *eâ Epistolâ alloqui fingitur. Messalinus & Pompeius Cilius, quibus nominatim Epistola inscribitur, laïci erant, Tertulli olim in Sicilia procuratores, quorum primus præterea in his ipsis litteris* vir illustris *appellatur. Quæ verò Constantino abbati*

C

inscriptæ sunt litteræ, Passionis S. Placidi *à Gordiano Græcis litteris describendæ mentionem faciunt, quod ille numquam præstitit, ùt in superioribus ostensum abunde est. Litteras reliquas Appendicis, quia ad res serius gestas pertinent, suis locis attingam. Interim ex dictis colliges, nihil sincerè hactenus, & cui tuta fides adjici possit, ex eo fuisse allatum.*

D

§ V. Discutiuntur, quæ de S. Placidi natalibus circumferuntur.

S. Placidum

Quo loco apud Romanos fuerit, etiam id temporis, quo summa reipublicæ auctoritas penes consules erat, Aniciorum familia, nemo nescit, eo maximè nomine apud Christianos nobilem, quòd è senatoriis prima nomen Christo dederit: hinc S. Placidum *paternâ lineâ, maternâ verò è gente Octavia sub initium seculi* VI *prodiisse memorant ejus Acta prolixiora num.* 4. Tempore, *inquiunt*, quo Theodoricus Augustus in Seniori Roma, in Nova verò Justinus Senior & Justinianus Romani imperii sceptra retinebant, Sedis * verò Apostolicæ Johannes primus & Felix præsidebant, Tertullus, vir nobilissimus ac præclarissimus, & in utraque curia Romani imperii post Augustos nulli secundus, homo illustrissimus ac dilectissimus, in Seniori Roma patriciatûs retinebat habenas. Qui ex Aniciorum stemmate sanguinis lineam ducens adeóque sapientiâ, fortitudine atque prudentiâ viguit, ut ab imperatoribus omnique Romano populo PATER PATRIÆ vocaretur. Hic de Octaviæ gentis familia ducens uxorem, corpore ac moribus speciosissimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea suscepit. Primum namque Placidum, secundum Eutychium, tertium Victorinum, quarto autem loco dum puellam enixa fuisset, pro eo quòd ex Octaviorum & Flaviorum stirpe descendebat, Flaviam nominaverunt. *Stephanus Aniciensis, seu quisquis fortè sub hoc nomine latet, Tertullum modestiùs simul & veriùs laudat, quem solùm per varios honorum gradus patriciatûs culmen adeptum ait*; Placidum *verò Romanæ civitatis indigenam, natum senatorio stemmate, matre verò è gente* Octavia.

** Sedè*

E

F

patre patritio Romano ortum,

64 Placidum *quidem, S. Benedicti discipulum, Tertullo patre, eodemque patricio, natum, testis locuples est S. Gregorius Pontifex lib.* 2 *Dialogorum cap.* 3, *inter Romanos nobiles, qui filios suos S. Benedicto obtulêre, Equitium & Tertullum nominatim recensens his verbis:* Tunc quoque bonæ spei suas soboles, Equitius Maurum, Tertullus verò patritius Placidum tradidit. *At nihil ille de Tertulli stemmate Aniciano, nihil de dignitate ejus, tam in Oriente, quàm Occidente ab Augustis secunda, nihil de matre* Placidi, *Octaviorum stirpe prognata. Gregorio de* Placidi *genere plura non scripsit seculo* XI *Leo Marsicanus, nec ullus illo antiquiorum; ut non nisi ex traditione incerta, vel dubiæ fidei monumentis, vel denique è Petri diaconi Casinensis, aut alterius cujuscúmque, sed auctoritate non majoris, invento Anicianum & Octavianum* S. Placidi *genus seculo primùm* XII *vulgò obtrudi, librisque consignari cœperit: placuit tamen ea res adeò recentioribus quibusdam, ut non inutile visum illis*

A *lis fuerit, in explicanda* S. Placidi *genealogia eruditionem ſuam & laborem collocare. Ex his nobis ad manum eſt Arnoldus Wion, monachus S. Benedicti de Mantua, qui Anicianam familiam, in ſuos gradus latè diſtinctam, ex inſtituto deſcripſit tractatu ſeparato, quem Ligno Vitæ præfixit.*

Wion haud fundatè ſatis

65 *Propoſitum mihi non eſt, quæ diſſerit, diſcutere ſingula, ſed ea tantùm, quæ ſanctum noſtrum* Placidum *attingunt propiùs, facto exordio à gradu Aniciano decimo ſeptimo, ſeu à Sexto Anicio Petronio Probo, qui anno Chriſti* 371 *unà cum Gratiano Conſulum Faſtos auxit. Probus hic ex Anicia Faltonia Proba tres liberos maſculos ſuſcepit Olybrium, Probinum, & Probum; atque ita geminum Aniciorum ſtemma invexit, alterum Proborum per ſeipſum, alterum Olybriorum per Olybrium filium. E Proborum ſtemmate* S. Placidum *derivat Wion in hunc modum: Probo Juniori natus eſt filius, quem* Anicium Juſtinianum Probum *appellat. Porrò ab hoc Juſtiniano (altero à Juſtiniano imperatore) procreati fuêre filii tres Germanus, Eupropius & Tertullus. Poſtremus ex his* (Flavius Anicius Probus *Wioni dictus*) *conſulatum geſſit anno* 502; *ex quo denique prodiit Flavius Anicius Probus Tertullus alter, ſeu Junior, anno Chriſti* 523 *conſul, &* SS. Placidi, Eutychii, Victorini & Flaviæ *pater. Ita quidem Wion hactenus; an verè ſolidéque nunc diſpicio.*

B

paternâ lineâ

66 *Probo Seniori tres filios fuiſſe, Olybrium, Probinum, & Probum Juniorem, neque dubium eſt, neque controverſum: at Probo Juniori filium fuiſſe,* Juſtinianum *nomine, unde didicit Wion? Altum apud veteres de hoc Juſtiniano ſilentium; unde ad gradum Anicianum decimum nonum fatetur Wion, res ejus geſtas in tenebris latere, ut vix invenerit, quod de eo proferret. Duo tamen protulit; alterum, loco mox citato, claruiſſe nempe illum tribus liberis, de quibus infrà: alterum in Martyrologio ad diem* XXI *Martii pag.* 112, *ubi Juſtinianum illum Romanis conſulibus adnumerat, veroſimiliter ex Indice Conſulum Romanorum ipſi Româ tranſmiſſo, quem loco, priùs allato, laudat: cùm tamen ceteri conſulum Faſti hunc Juſtinianum ignorent. Quos præterea ad gradum Anicianum* 19 *laudat Wion ſcriptores, Petrum Caſinenſem diaconum, Trithemium alioſque, recentiores ſunt & ad rem perſuadendam haud ſatis idonei. Pluſculum tamen vetuſtatis præ ſe fert Anaſtaſius Senior, cujus Epitomen Chronicorum Caſinenſium, ſub annum* 754 *Stephani II (Baronio III) Papæ juſſu conſcriptam, ibidem laudat; ſed perſonatus iterum hîc obtruditur auctor, ùt Muratorius cenſuit tom.* 2 *Scriptorum Rerum Italicarum in ſua ad eamdem Epitomen Præfatione, ubi inter alia, quæ in dicta Epitome occurrunt, & à ſeculo* VIII, *quod illa præ ſe fert, abhorrent, hæc ait:* Denique cum ſeculo VIII nullo pigmento componere poſſis populorum LOTHARINGORUM memoriam, quum conſtet, tunc ignotam terris hanc appellationem fuiſſe. Reliqua prætereo. *Sic & ante Muratorium Bollandus cenſuit tom.* 2 *Februarii pag.* 400 *& ſeq. Ceterùm id tantùm dicit Anaſtaſius ille, S. Benedicto avum fuiſſe,* Juſtinianum *nomine, non dignitate conſulem, non gente Anicia, aut Probo conſule ſatum.*

C

ab Aniciis

67 *Pergit interim Wion* S. Placidi *genealogiam texere; & ùt jam monui, Juſtiniano Germanum, Eupropium, & Tertullum filios tribuit, ſed fundamento nihilo ſolidiore. De Tertullo ad gradum Anicianum* 20 *ita ſcribit:* Flavius Anicius Tertullus Probus, Anicii Juſtiniani filius, V. C. conſulatum geſſit anno Chriſti DII cum Rufio Magno Fauſto Anieno Juniore V. C.... Genuit ex uxore N. ſibi æquivocum Tertullum, *quem ad gradum Anicianum* 21 *anni* 523 *cum Flavio Philoxeno conſulem & S. Placidi patrem facit. Qui anno* 502 *conſul proceſſit Probus, nuſquam* Tertullus *dictus reperitur, neque Juſtiniano patre natus fuit: nam Hypatius, Pompeius & Probus conſobrini & Anaſtaſii imperatoris nepotes fuêre, teſte Marcellino ad Poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis; quorum primus anno* 500, *alter anno* 501, *poſtremus anno* 502 *ab Anaſtaſio conſul dictus eſt. Procopius quoque lib.* 1 *de Bello Perſico cap.* 12 *Probi meminit, quem Anaſtaſii* Ἀδελφιδῆν, *id eſt, ex fratre vel ſorore nepotem, vocat. Porrò Anaſtaſius Flavium Hypatium & ſecundùm aliquos Paulum, fratres habuit, ùt ex Procopio & Marcellino in Familiis auguſtis Byzantinis Cangius docet; ſororem verò, quam Theophanes pag.* 125 *Secundino nupſiſſe tradit. Itaque vel Hypatius, vel Paulus, vel denique Secundinus Flavii Probi, anno* 502 *conſulis, pater fuit, non Juſtinianus, ùt Wion ſcribit.*

AUCTORE J. B.

derivavit.

E

68 *Neque verum videtur, Probum anni* 523, *imò* 525, *cum Philoxeno conſulem, Probi anni* 502 *conſulis filium fuiſſe. Tres enim Probi, qui ab anno* 502 *uſque ad annum* 525 *conſulatum geſſerunt, diſtinguendi videntur, nempe annorum* 502, 513 *&* 525 *conſules: nam primò nulli horum numeralis nota in Faſtis adjicitur. Dein Probus, anni* 502 *conſul, in Oriente, reliqui duo in Occidente creati ſunt, ùt ad annum* 525 *probat Pagius in Criticis. Anno* 502 *conſul* Probus *ſine addito appellatur; at conſul anni* 513 Anicius Probus, *& in quibuſdam Faſtis* Probus alter *dicitur. Tertius denique* Anicius Probus Junior *dicitur;* Anicius, *ut ex eadem gente, quâ ſecundus;* Junior, *ut ſecundi, non primi filium fuiſſe, intelligas. Quòd verò Wion conſulem Anicium Probum Juniorem* Tertullum *præterea nominet, ac* S. Placidi *patrem faciat, id non modò ſine veterum teſtimonio, ſed etiam contra refutata § ſuperiore Caſinenſia Monumenta, quibus tamen non rarò nititur, facit: in illis enim Tertullus tantummodò* patricius, *qualis re ipſa fuit, nuſquam* conſul *ſcribitur, ſecùs ac Gregorius, Symmachus, Vitalianus aliique.*

F

Cui nihil prodeſt Gordiani donatio quædam.

69 *Adhæc Wion ad gradum Anicianum* 23 *inſtrumentum quoddam profert, ex antiquo Ms. Caſinenſi depromptum, quo Tertullum,* S. Placidi *patrem, ac Gordianum Gregorii Magni patrem Aniciana ſtirpe progenitos ac cognationis vinculo fuiſſe conjunctos, apparet: etenim in eo* Anicium *ſeſe diſertè Gordianus vocat & inter* parentes *ſeu conſanguineos Tertullum memorat: at quis inter tot donationum inſtrumenta, quæ mutuò ſibi auxiliarem manum porrigunt, & manifeſto ſeu ſpuria ſeu interpolata ſunt, non vereatur, ne & hoc, de quo loquimur, inſtrumentum, etſi cautiùs fortaſſe adornatum (neque enim illud integrum exhibet Wion) perinde ac alia, ſit otioſi hominis inventum, aut hac ſaltem ex parte interpolatione depravatum? Interpolationis equidem non eſſe immune, ipſius inſtrumenti verba, à Wione recitata, oſtendunt: datum enim legitur:* Anno IV Poſt conſulatum ejuſdem domini N. (*Juſtini Junioris*) anno 2, Ind. II, menſe Julii, die XIV; *quæ menſium dies numerandi ratio ea tempeſtate nondum erat in uſu. Annus præterea quartus P.C. Juſtini Junioris, Chriſti* 569 *fuit, quæ neſcio,*

AUCTORE J. B.

neſcio, an Bonitus, cui, ùt abbati Caſinenſi, varios fundos & villas per dictum inſtrumentum Gordianus donat, Caſinenſibus præfuerit. Scribit enim Mabillonius ad annum 570, Simplicium, Caſinenſem abbatem tertium, Longobardorum tempeſtati divinâ providentiâ fuiſſe ſubductum; ut hic Longobardorum in Italiam incurſionem, cujus initium anno 569 illigat, ſecundùm Mabillonium non viderit. Simplicio Vitalis ſucceſſit, huic verò Bonitus, ſub quo poſtea Caſinenſe cœnobium à Longobardis deſtructum fuit circa annum, ùt idem auctor ait, 580; atque adeò veriſimiliter anno 569 Caſinenſibus Vitalis præerat. Marcus Antonius Scipio, Caſinenſis Congregationis monachus, in Elogiis Abbatum Caſinenſium Vitalis regimen ad annum 583 uſque producit.

nihil Juſtiniani & Theodoræ

70 *Anicianum* S. Placidi *genus tacitè confirmant litteræ, quas Juſtinianus & Theodora ad illum miſiſſe fingantur, dum in illis Tertullus Juſtiniani* exadelphus, Placidus *verò ejuſdem* nepos *vocatur: ſed nec Aniciis Juſtinianus aut Theodora, nec Juſtiniano Tertullus ſanguine junctus fuit. Nihil certè Aniciis cum Theodora, Acacii Urſarii filia, cujus ortum ac propudioſam educationem Procopius Hiſtoriæ Arcanæ cap. 9 deſcribit, commune fuit. Juſtiniano pater Sabatius fuit,* Iſtokus *ab Illyrienſibus, id eſt, gentilibus ſuis dictus: mater verò Bigleniza, Juſtini imperatoris ſoror, quos obſcuro genere in Thraciæ Illyricique confiniis oriundos ſcriptores veteres tradidêre. Juſtinum Procopius citatus cap. 6 agris exercendis fuiſſe aſſuetum ſcribit, priuſquam egeſtatis vitandæ causâ militiæ nomen dedit; cujus quoque uxorem,* Lupicinam *nomine,* ſervam & barbaram *nuncupat; ut hi omnes ab Aniciorum claritudine & conſanguinitate quàm longiſſimè abfuiſſe videantur. Sunt, qui velint, Juſtinum, cùm ſenator eſſet, in Aniciorum familiam adoptione tranſiiſſe, quòd tum Faſti conſulares, tum antiqui nummi, in quibus* Flavius Anicius *appellatur, teſtari videntur: at longè veroſimilius apparet, Juſtinum, imperatorem factum, quò generis ſui vilitatem tegeret, ultro id ſibi nominis adſciviſſe, vel ab adulante populo oblatum, ratum habuiſſe. Sic & uxorem ejus Lupicinam, inquit Theodorus lector,* poſteaquam auguſta nuncupata eſt, populus EUPHEMIAM nominavit; *eademque* Ælia Marcia Euphemia *dicitur in nummo, quem Cangius de Familiis auguſtis Byzantinis pag. 88 exhibet. Vulgarem hunc loquendi morem ſecutus eſt Jornandes, cùm de Germano, Juſtiniani nepote ex fratre, & Mathaſuentæ, quæ Theodorici Italiæ regis è ſorore neptis erat, filio ſcripſit lib. de Rebus Geticis cap. ultimo:* In quo conjuncta Aniciorum gens cum Amala ſtirpe, ſpem adhuc utriuſque generis, Domino præſtante, promittit.

B

C

ad S. Placidum

71 *Neque porrò, quo pacto Juſtinianus imperator Tertullum Juniorem* Exadelphum *ſuum nominare potuerit, perſpicere poſſum: ſunt enim ἐξάδελφοι duorum fratrum aut ſororum filii: Tertullum autem Seniorem & Sabatium, Juſtiniani è Juſtini ſorore patrem, fratres fuiſſe, nec ex jam dictis veroſimile eſt, nec ullo idoneo teſte firmari poteſt. Quòd ſi Juſtinianum Juſtini filium adoptivum ſtatuas, jam Juſtinum & Tertullum Seniorem fratres fuiſſe, neceſſe eſt; refragante non ſolùm Procopio num. ſuperiore laudato, ſed omni etiam antiquitate. Wion ſæpe citatus hac ratione procedit: Juſtiniano, de quo num. 65, tres filios fingit, Germanum, Juſtini imperatoris ſorori maritatum, Eupropium, S. Benedicti patrem, & Tertullum Seniorem,* S. Placidi *avum. Tum Germano huic, Vitalianum, Germanum alterum, Mathaſuentæ maritum, & Juſtinianum imperatorem filios tribuit: quibus conceſſis, ſatis quidem liquet, quî Juſtinianus imperator & Tertullus Junior duorum fratrum filii, ſeu ἐξάδελφοι fuerint: addit tamen Wion ad gradum 20 Anicianum de priori Germano agens:* Si quis tamen aliter repererit, contentioni cedo, *& meritò quidem.*

D

commentitiæ litteræ;

72 *Nam quò notior eſt apud illorum temporum ſcriptores Germanus, Mathaſuentæ maritus, & Juſtiniani non frater, ſed fratruelis, ùt Fornandes ſcribit de Rebus Geticis cap. 14 (eſto, cap. ultimo Juſtiniani imperatoris* fratrem *vocet) & à Procopio, Juſtiniani ἀνέψιὸς ſeu ex fratre nepos conſtanter dictus; eò apud eoſdem ſcriptores Germanus Germani hujus pater obſcurior eſt, neque quidquam è rebus ejus geſtis, quippe qui numquam fortè in vivis fuerit, invenire potuit Wion. Ad virum quidem illuſtrem,* Germanum *nomine, ſcripſit Hormiſda Papa apud Labbe tom. 4 Conciliorum col. 1507; at hunc Juſtiniano patrem fuiſſe, nemo veterum dixit: Procopius autem Sabatio diſertè id tribuit, ùt dictum ſuprà eſt. Sabatio porrò, non Germano, ad quem Hormiſda ſcripſit, nupta fuit Bigleniza, Juſtini ſoror, cujus nomen* Biglenizæ, *inquit Alemannus in cap. 12 Hiſtoriæ Arcanæ procopii,* Theophilus in Vita Juſtiniani prodidit: *nec enim alia fuiſſe ſcitur Juſtino ſoror. Unus denique à veteribus, qui ſub Juſtino & Juſtiniano auguſtis floruit, Vitalianus memoratur, iſque genere Scyta, ùt Marcellinus ad Conſulatum Senatoris; nec Germani filius aut Juſtiniani frater; ſed Patriciolo natus, ùt lib. 1 de Bello Perſico cap. 8 Procopius tradit. Adhæc quæ Vitaliano & Juſtiniano eſſe cognatio potuit, cùm Joannem, Vitaliani nepotem, Germani, Juſtiniani imperatoris nepotis, affinitatem, quòd Germano longè eſſet familiæ dignitate inferior, vix ſperare auſum fuiſſe, teſtis ſit Procopius Hiſtor. Arcana ſeu Anecdotorum cap. 5? Fruſtra Wion Juſtiniani ad Hormiſdam Epiſtolam allegat, quâ Vitalianus Juſtiniani* frater *dicitur; ſed non eo ſenſu, quo Wion Juſtiniani verba interpretatus eſt.*

E

nihil denique Juſtiniani ad Hormiſdam PP. epiſtolæ.

73 *Is enim erat ea tempeſtate viris principibus mos, ut ſuper ſacram menſam fraternam mutuò ſibi fidem jurarent: quem ritum antiqui Patres, inquit Alemannus in cap. 6 Anecdotorum Procopii,* ſacrum fecerunt, quibus curæ fuit evertere illas humani cruoris potiones, quas adhibuerunt non ſolùm barbari & Orientis populi, ùt refert Lucianus in lib. de Amicitia, cui titulus eſt Τόξαρις, ſed etiam Romani ad amicitias, fœdera & conjurationes ſtabiliendas; *addens præterea, pari de cauſa Strategium, Felicem Papam IV, aliàs III, cùm laïcus eſſet, & Theodoricum Gothorum regem Juſtiniani* fratres *dictos fuiſſe. Neque porrò dubium eſt, quin Vitalianus unà cùm Juſtiniano hujuſmodi fœdus inierit. Extincto enim Anaſtaſio imperatore, in quem arma Vitalianus moverat, ac rerum jam potiente Juſtino, Juſtinianus, teſte Procopio Hiſtoriæ Arcanæ cap. 6,* illico vocatum *miſit* Vitalianum tyrannum fide publica, impunitate promiſſa, & unà ſuſceptis Chriſtianorum myſteriis. *Haud igitur ob ſanguinis cognationem, ſed initi fœderis neceſſitudinem, juratamque fidem mutuam Vitalianum* fratrem *Juſtinianus appellavit.*

F

Itaque S. Placidum patre patricio Romano

74 *His plura addere neceſſe non arbitror, ut Pſeudo-Gordiani, Wionis, aliorumque de* S. Placidi *cum Aniciis & Juſtiniano cognatione opinio partim valdè incerta, partim liquidò falſa habeatur.*

A *tur. Idem ferè argumentum Mabillonius tractat in Appendice altera tom.* 1 *Annalium Benedictinorum ſubnexa, in qua de Aniciano S. Benedicti genere pag.* 676, *à recentioribus tantùm aſſerto, hæc ſcribit:* Poſt Trithemium, quidam auctores è noſtris ſanctum patrem Benedictum ex Anicia gente perilluſtri prognatum dixêre: ſed quis primus id ſcripſerit, non ita exploratum. Angelus à Nuce ejus opinionis originem & progreſſum tribuit Wioni, Yepeſio, Bubeo, aliiſque, quibus eam aſſerendam relinquit; *quibus ipſe Mabillonius Simonem Miletum, & Johannem Seifridum Wratiſlavienſem, Zwetalenſem olim in Auſtria abbatem, adjicit. Tum & Haeftenum Proleg.* 14 *in Vitam S. Benedicti laudat his verbis:* Hanc genealogiam Benedictus Haeftenus, vir religione & eruditione inſignis, ex Wione commemorare mavult, quàm adſtruere, ratus id non ita in promptu eſſe, cùm non adſint veterum idonea teſtimonia, quibus genealogia hæc adſtruatur.

75 *Mox fundamentum duplex affert, quod Wioni contexendæ S. Benedicti genealogiæ materiem occaſionemque præbuiſſe videtur; alterum, S. Benedicti patri* Eupropio; *avo autem* Juſtiniano *nomen fuiſſe, quod primus omnium Petrus diaconus dixit,* fortè, *inquit Mabillonius pag. citatâ, num.* 3, ex monaſterii ſui monumentis ac traditione; *quibus verbis metum ſuum prodit, ne id fortè Petri, aut alterius inventum ſit, quod temporum lapſu in Ordine Benedictino invaluerit. Alterum verò, & in quo rei cardinem verſari cenſet, eidem Juſtiniano, S. Benedicti avo, patrem fuiſſe Probum Juniorem; huic porrò Sextum Anicium Petronium Probum, Probæ Faltoniæ conjugem, quod de ſuo addidiſſe Wionem credit, & idoneis probari poſſe argumentis optat. Denique, cùm id ſibi compertum non haberet, ſatis habuit S. Benedictum liberiori, quod è Gregorio Magno liquet, ſeu, ùt cum Floro interpretatur, nobiliori genere ortum dicere. Nobis itaque etiam, Mabillonii aliorumque ſuprà laudatorum exemplo, cum eadem in* S. Placidi *genealogia à Wione contexta occurrant,* S. Placidum *Tertullo, viro patricio, quod item ex Gregorio Magno liquet, natum eſſe, dixiſſe ſufficiet. Quantus autem eſſet patriciatûs honor ex lib.* 6 *Variarum Ep.* 2. *Caſſiodori diſces, ubi ſoli conſulatui inferior dicitur: neque concedi ſolebat, niſi viris illuſtri loco natis & meritorum laude conſpicuis;* C *unde Theodoricus rex apud eumdem Caſſiodorum lib.* 3 *Variarum Ep.* 5 *ad Importunum ſcribit:* Tot igitur parentum laude decoratus, tot etiam morum luce conſpicuus, ſume poſt conſulares faſces emeritos, patriciatûs inſignia, tuarum munus plenarium dignitatum; & cani honoris infulis adultam cinge cæſariem, qui meritorum laude ætatis præjudicia ſuperâſti. *Hæc de paterno* S. Placidi *genere. Nunc pauca de materno.*

ertum dixiſſe ſufficiet.

76 S. Placidi *matrem è gente Octavia oriundam fuiſſe Pſeudo-Gordianus ait verbis § hujus principio relatis, idemque legitur apud Stephanum Anicienſem: ſed is non eſt, qui fidem dictis ſuis indubiam faciat; neque liquet, ipſene id primus finxerit, an è traditione majorum acceperit. Gentem Octaviam, Velitris oriundam, Tarquinius Priſcus Romam tranſtulit, in ſenatumque adſcivit; Servius Tullius patriciam fecit. Ad plebem tranſlata conſules quinque, triumphum unum obtinuit: ſed illam ordini patricio reſtituit C. Julius Cæſar dictator, quæ è variis auctoribus congeſſit Pitiſcus in Lexico Antiquitatum. Nomen matris* S. Placidi, *Pſeudo-Gordiano, ùt apparet, ignotum,*

Incerta pariter ſunt.

Joannes Petrus Villadecanius prodidit, eamque Fauſtinam *dixit, ſororem Elpidis, Boëtii à Theodorico rege occiſi uxoris, & T. Annii Placidi V. C. & Coſ. filiæ, ùt Wion refert poſt gradum Anicianum vigeſimum, ubi de Aniciorum Boëtiorum gente diſſerit.* Nos verò id non audemus affirmare, cùm veterum teſtimonia deſint, *cautè hîc ait Wion, quæ tamen in illo cautela non rarò deſideratur, ut tum ex jam dictis, tum ex mox dicendis apparebit.* AUCTORE J. B.

77 *Porrò ex Tertulli & uxoris anonymæ conjugio natos ait Pſeudo-Gordianus apud Mabillonium æquè ac apud Cajetanum liberos quatuor,* S. Placidum, *natu, ùt volunt, maximum,* Victorinum, Eutichium, *&* Flaviam, *omnes unà cum* S. Placido *paſſos. At è laterculis Hieronymianis emendicata eſſe hæc nomina, ac* S. Placidi *Fratribus ac Sorori afficta, quòd vera eorum nomina Actorum inventori comperta non eſſent, ob dicta § 1, num.* 10 *non omnino injuriâ ſuſpicari quis poteſt. His quintam addit Wion, videlicet, ùt illam nominare illi placuit, Aniciam Silviam Probam; de qua ad gradum Anicianum* 22 *ita ſcribit:* Anicia Silvia Proba, Tertulli filia, nupſit Ilduino Martio duci Mediolanenſi, ùt auctor eſt Thomas Porcacchius lib. 3 Familiæ Malaſpinæ: ex quo mater effecta eſt Accini Martii, qui, Martio cognomento relicto, primus familiæ Malaſpinæ nomen intulit: & Alſuindæ Martiæ, uxoris Garimbaldi Bajoariorum regis. *Voluitne, hîc ſibi credi Wion, non allato veterum teſtimonio, qui pari de cauſa Villadecanio paulò antè non credidit? Qua porrò auctoritate laudatus à Wione Porcacchius, Silviam* S. Placidi *ſororem fuiſſe, vel certè Silviam Ilduino duci Mediolanenſi nupſiſſe affirmet, nec edicit Wion, nec mihi exploratum eſt, cui citatum Porcacchii Opus conſulere non licuit.* E *quæ de materno illius genere*

78 *Attamen, quæ hoc loci ſive de ſuo Wion, ſive è Porcacchio narrat, haud ſatis mihi fundata apparent. Albſuindam quidem à Paulo diacono lib.* 2 *de Geſtis Langobardorum cap.* 29 *& ſeq. memoratam invenio, ſed Alboini Langobardorum regis filiam, ad Tiberium imperatorem à Longino, Ravennæ præfecto, Conſtantinopolim directam, vel ad Juſtinum Juniorem, Tiberii deceſſorem, ùt Agnellus in Vita Petri Senioris, Ravennatis epiſcopi, ſcribit. Gemini quoque idem Paulus Garibaldi, Bajoariæ ducis, meminit; unius quidem lib.* 1, *cap.* 21, *& lib.* 3, *cap.* 10 *&* 29: *alterius verò lib.* 4, *cap.* 41. *Sed utrique conjugem tribuit longè aliam; Walderadam ſcilicet, Cuſwald ſeu Theodobaldo Francorum regi priùs nuptam, Garibaldo hujus nominis I Bajoariæ duci; ſed Garibaldo II Giſulfi Forojulienſis ducis filiam. Lib. enim* 4, *cap.* 38 *de Giſulfi filiabus ita loquitur Paulus:* Quæ poſteà (*occiſis à Cacano, Avarorum rege, earum parentibus*) per diverſas regiones venundatæ, juxta nobilitatem ſuam dignis ſunt nuptiis potitæ. Nam una earum Alamannorum regi, alia verò dicitur Bajoariorum principi nupſiſſe. *Dein verò cap.* 41 *ita ſcribit:* Hiis temporibus mortuo Taſſilone duce Bajoariorum (*illius nominis I*) filius ejus Garibaldus in Agunto à Slavis devictus eſt. *Ita ut Paulus Garibaldi nomen, quod cap.* 38 *reticuerat, expreſſiſſe videatur cap.* 41. *Utut ſit, neutri Garibaldo alias uxores tribuunt, qui de rebus Boïcis ex inſtituto ſcripſêre, ùt Velſerus, Brunnerus aliique. Sed jam ad alia progrediendi tempus eſt.* F *narrantur.*

AUCTORE J. B.

§ VI. S. Placidi nativitas, oblatio S. Benedicto, vita monastica Sublaci, dum unà cum S. Benedicto inde Casinum abiit.

Natum, ut aiunt, anno 515.

ACta S. Placidi *à Mabillonio edita natum dissertè aiunt num.* 83 *apud nos* anno Incarnationis Dominicæ quinto decimo ac quingentesimo, *idemque colligere est ex num.* 5, *ubi* S. Placidum septennem, *seu, ut rursum legitur num.* 83, anno septimo ætatis suæ *Tertullus S. Benedicto obtulisse dicitur:* Divinæ Incarnationis anno XXII ac quingentesimo; *unde si septem annos demas, ad annum* 515 *pertinges: at perperàm eodem num.* 5 *Tertulli ad S. Benedictum accessus, &* Placidi *oblatio, temporibus Julii Papæ, qui seculo* IV *fuit, contigisse feruntur. Unde Mabillonius non* Julii, B *sed* Joannis I, *num.* 4 *in Actis memorati, legendum monet in margine: at hoc pacto & altera correctio adhibenda erit; & anno* 522 *substituendus erit* 523. *Pontificatum enim Joannes adeptus est, ut scribit Anastasius apud Blanchinum, sub consulatu Maximi, qui in annum* 523 *incidit. Eodem quoque anno facta legitur* S. Placidi *oblatio in Extracto Joannis Papæ XXII ex libris summorum Pontificum, quod post Chronicum Casinense sæpe citatum videre est, ac ita habet:* Anno Domini DXXIII beati Maurus & Placidus recepti fuerunt à S. Benedicto. *Seculo* XIV *Joannes XXII Ecclesiæ præfuit; sed quæ sit librorum illorum Pontificalium antiquitas, unde id, uti & alia, quæ ibidem de* S. Placido *ac Sociis referuntur, accepta sunt, ignoro.*

Septennem S. Benedicto,

80 *Acta verò, quæ apud Octavium Cajetanum Stephani Anicienſis nomen præferunt vel anno ætatis suæ septimo ad finem vergente, vel octavo inchoato,* S. Placidum *Benedicto oblatum fuisse, his verbis memorant:* Parentum diligentiâ nutritus Puer, & tenerè, sicut oportunum fuerat, educatus, cùm jam septennis pueritiæ metas attingeret, beatissimo patri Benedicto, qui territorio Sublacensi vitam angelicam exercebat, normâ institutionis monasticæ regulariter imbuendus oblatus est. *Horum Actorum concinnator perinde, Græcum fontem sese consuluisse, perhibet in Prologo, ac ille, qui Acta, de quibus num. præcedente, conscripsit; nec tamen annum, quo natus est* S. Placidus, *quo S. Benedicto oblatus, quo in Siciliam missus, quo denique martyrio coronatus fuit, determinavit: unde conjicere fas est, hæc omnia Actis Græcis, si revera aliquando exstiterint, adjecta fuisse ex Benedictinorum qualicumque traditione; annis equidem Incarnationis usus non est Gordianus: hic enim calculus, etsi ab anno* 532 *à Dionysio Exiguo compositus, longè post usu receptus est, ut docet Mabillonius de Re diplomatica lib.* 2, *cap.* 23; *qui scriptorem Victore Tununensi, qui annum ab Incarnatione Domini* 567, *sed vice tantùm simplici, numerat in summa annorum, quam suo Chronico subjecit, antiquiorem non invenit. Haud itaque certus est annus* S. Placido *natalis: quia tamen anno* 515 *natum esse, communis est scriptorum assertio, nec hæc aliunde falsi convincitur, illo & nos tamquam vero illius natali utemur.*

C

81 *Quod verò ad annum, quo S. Benedicto oblatus est, attinet, neque de illo quidquam certi statuimus: cùm tamen anno ætatis suæ septimo utraque Acta oblatum affirment, & quidem ad finem jam vergente, vel completo, ut apud Stephanum Anicienſem legitur; annus vero* S. Placidi *septimus completus, seu octavus partim in annum* 522, *partim in sequentem inciderit, eò magis inclinamur, ut anno potiùs* 523, *quàm* 522 *in Actis Mabillonianis expresso, id contigisse putemus; & vel ideò maximè, quòd posteriorum Actorum concinnator Joannem Papam, cujus paulò antè meminerat, hoc quoque loco indicâsse videatur, non ejus decessorem Hormisdam, nedum Julium, tum dudum è vivis ereptum. Sed quidquid sit de anno, certum est* S. Placidum, *nondum pueritiâ egressum, S. Benedicto à Tertullo oblatum ex Gregorio Magno, qui lib.* 2, *Dialogorum cap.* 3 *rem gestam ita describit:* Cùm sanctus vir (*Benedictus*) diu in eadem solitudine (*Sublacensi*) virtutibus signisque succresceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei sunt servitium congregati: ita ut illic duodecim monasteria cum omnipotentis Jesu Christi Domini opitulatione E constrùeret, in quibus statutis patribus duodenos monachos deputavit; paucos verò secum retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptiùs erudiri judicavit. Cœpêre etiam tunc ad eum Romanæ urbis nobiles & religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Tunc quoque bonæ spei suas soboles Equitius Maurum, Tertullus verò patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus Junior cùm bonis polleret moribus, Magistri adjutor cœpit existere; Placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos.

anno verisimiliùs 523 *Sublaci*

Tertullus pater obtulit,

82 *Ipsis Gregorii verbis, eadem narrans, subinde utitur apud Mabillonium Pseudo-Gordianus, ut consultum à se fontem planè detegat. Quidquid proinde præterea memorat de splendido Tertulli Benedictum adeuntis comitatu Romani imperii optimatum, de singulari illius apud imperatorem gratia, ac de negotiis imperialibus, figmentis annumero. Et verò quænam imperialia illa negotia, quibus implicabatur? Num Theodorici? At is, teste Procopio lib.* 1 *de Bello Gothico cap.* 1, *Romani imperatoris nec insignia nec nomen usurpare voluit, vixitque regis appellatione contentus, nec alium ipsi titulum scriptores passim tribuunt:* F *sicut nec Clodoveum, Francorum regem, etsi ab Anastasio imperatore consulem & augustum honoris gratiâ salutatum, imperatorem aut augustum, cùm de illo loquuntur, passim nuncupant. Num Justini? Is verò in Oriente imperabat; nec satis apparet, quibus sub Theodorico negotiis Tertullum Romæ commorantem implicitum tenuerit. Nihil horum apud Stephanum Anicienſem legitur, qui rem totam verbis num.* 80 *transcriptis absolvit; ut is figmenta hujusmodi vel in Actis Græcis non invenerit, vel inventa, velut à vero aliena, sibi recidenda verosimillimè sit arbitratus.*

vitæ monasticæ institutis imbuendum,

83 *Illud præterea ex eodem Gregorio certum sit, pueros, quos parentes* S. *Benedicto offerebant, non hunc solùm in finem offerri solitos, ut illos artium profanarum disciplinis imbueret; sed vel maximè etiam, ut virtute ac pietate instituerent, quod, rectè inquit Mabillonius lib.* 2, *num.* 3, *ad annum* 522 *in Annalibus Benedictinis,* perspicuis verbis declarat Gregorius, cùm eos tradit suos ei filios OMNIPOTENTI DEO NUTRIENDOS dedisse: quos satius fuisset Romæ erudiri, si de solis scientiis, ut quidam novatores ineptè fabulantur, & non de moribus ac pietate eorum parentes

AUCTORE J. B.

A rentes potissimùm curâssent, utì certè curabant. Sic tamen, ut congruæ eruditioni secundas darent. *Nec ullus dubitandi locus est, quin Equitius & Tertullus liberos suos, Maurum &* Placidum, *S. Benedicto eadem mente obtulerint, voluerintque, ut ex magistri sui institutis religiosam vitam perpetuò ducerent. Sed* an solemni illo ritu, quem in sua Regula Benedictus præscripsit, Deo oblati fuerint, non liquet, *inquit Mabillonius loco mox laudato. Dubitationem Mabillonio attulisse videtur, quòd Benedictina Regula, ut num. 2 scribit, quo tempore* Placidum *in discipulorum suorum numerum S. Benedictus retulit, concepta tantùm & adumbrata, postmodùm verò in monte Casino absoluta fuerit. Eò tamen propendet, ut solemniori illo ritu liberos suos Benedicto obtulerint:* Quamquam non levis hujus rei conjectura, *inquit*, ex eo deducitur, quòd amplissima simul cum illis prædia, magnasque possessiones donâsse memorantur.

sed an oblatione solemni,

84 *Ritus suscipiendi nobilium ac pauperum filios, de quo Mabillonius, in Regula Benedictina cap. 66, lib. de Concordia Regularum, notis & observationibus à Menardo illustrata, ita describitur:* Si quis fortè de nobilibus offert filium

B suum Deo in monasterio, si ipse puer minore ætate est, parentes ejus faciant petitionem (id est, scripturam obligatoriam, *inquit Menardus in cap. 65*) quam suprà diximus: & cum oblatione ipsam petitionem & manum pueri involvant in palla altaris, & sic eum offerant. De rebus autem suis, aut in præsenti petitione promittant sub jurejurando, quia numquam per se, numquam per suffectam personam, nec quolibet modo, ei aliquando dent, aut tribuant occasionem habendi: vel certè si hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleëmosyna monasterio pro mercede sua, faciant ex rebus, quas dare voluerint, monasterio donationem, reservato sibi (si ita voluerint) usufructuario. Atque ita omnia observantur (*alibi legitur:* obstruantur) ut nulla suspicio remaneat puero, per quam deceptus perire possit, (quod absit) quod experientiâ didicimus. Qui verò ex toto nihil habent, similiter petitionem faciant, & cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

C *magis incertum, quàm Mabillonius credat.*

85 *Hoc igitur nobiliorum ritu* S.Placidum *à Tertullo patre S.Benedicto oblatum fuisse, ex oblatis simul amplissimis prædiis ac possessionibus Mabillonius non leviter, suspicari se ait: verùm quod sibi hìc sumit Mabillonius, Actis ab illo editis planè contrarium est: in his enim num. 5 Tertullus S. Benedictum accessisse, eique* S. Placidum *Sublaci obtulisse legitur* divinæ Incarnationis anno XXII ac quingentesimo. *At ex num. 13 & seqq. manifestò colligere est, S. Benedictum, relicto Sublaco, priùs Casinum adiisse, quàm ulla à Tertullo prædia possidenda acceperit; Benedicti verò ad montem Casini accessum Mabillonius ipse lib. 3 Annalium num. 5, anno 528 innectit. Privilegium quidem Tertulli, Casinensi Chronico, mihi pag. 768, subnexum, quo S. Benedicto patrimonii sui villas, quas in Sicilia habebat, concessit, datum legitur* Anno imperii Justini quinto, *die verò* XV Calen. Julii, *qui annus & dies annum 523 designant; cum anno 518 die* IX *Julii Justinus imperium sit consecutus. Atque ita quidem hoc privilegium donationem illam eodem saltem circiter tempore, quo* Placidus *oblatus est S. Benedicto, factam esse videtur innuere: verùm id fictitium esse, jam dictum est antè, ac denuò ex eo liquet, quòd S. Benedicti veluti jam tum Casinensis abbatis meminerit his verbis:* Concedo tibi in perpetuum patri patrum Benedicto, & tuis successoribus in Casini cœnobio &c. *Meminit ejusdem donationis Leo Marsicanus lib. 1, c. 1, & vetus monasterii Casinensis Kalendarium, lib. 3 Annalium num. 25 à Mabillonio laudatum; at in neutro factæ donationis annus exprimitur; adeò ut nec de illo certi quidpiam statui possit, quamquam illum cum anno oblationis* S.Placidi *Mabillonius confundat.*

Ex quo vero Sublaci fuit,

86 *Quod autem ad locum spectat, in quo* Placidus *S. Benedicto oblatus, & religiosæ vitæ rudimenta exorsus est, hunc Sublacum fuisse, ubi jam duodecim monasteria à S. Benedicto erecta visebantur, è Gregorio Magno indubitatum est. Sic loci hujus situm in Thesauro Geographico describit Ortelius:* Latii Mediterranei oppidum est circa Anienis fontes. Quadraginta millibus ab Urbe abesse, scribit Diaconus. *Italis* Subiaco *dicitur. Nominis etymologiam docet abbas Angelus de Nuce in Annotatis ad cap. 1 Vitæ S. Benedicti.* Apud aliquos, *inquit*, reperio Sublaqueum, sed Sublacus vel Sublaceus retinendum est à situ, nam sub lacu positum est castrum Sublacus: Anio enim fluvius inter Simbruinos montes in Æquicolis excurrens, obstructis à Nerone vel à Claudio angustis illorum montium faucibus, ad mille circiter passus supra prædictum castrum, aquas in summo stagnare fecit & in lacum colligi atque extendi, quæ postea ex præruptis cataractis præcipites cum fragore ruebant. In eo lacu, cujus superficies sacellum S. Placidi, quod etiamnum visitur, æquabat, Placidus à Mauro aquarum vorticibus ereptus est. Nunc verò disruptis clausstrorum obicibus, resides aquæ pristinam libertatem adeptæ, inferiùs fluunt, factitio illo lacu cessante, cujus fossa tantùm & cavitas nunc apparet. *Adjicio duodecim monasteriorum suprà è Gregorio memoratorum nomina ex auctore eodem in Annotatis ad cap. 3 Vitæ S. Benedicti:* Sunt autem sacra Specus: SS. Cosmas & Damianus, nunc S. Scholastica. S. Angelus post lacum. S. Maria, nunc S. Laurentius. S. Hieronymus. S. Joannes Baptista, nunc Joannes ab Aquis. S. Clemens prope lacum. S. Blasius, hodie S. Romanus. S. Michaël archangelus sub sacra specu: S. Victorinus ad radices montis Porcarii, S. Andreas & Vita æterna, nunc Vallis sancta. *Addit Mabillonius in Annalibus ad annum 520:* Omnia, si duo priora, quæ hactenus superstant, exceperis aut in parietinas, aut certè in simplicia oratoria seu sacella redacta sunt.

E

F

laudabiliter se gesserit;

87 S. Placidum, *quem lib. 2 Dialogorum cap. 5* Puerulum *vocat Gregorius Magnus, septennem verò fuisse, Acta utraque dicunt, cùm S. Benedicto oblatus fuit, in Sublacensi hac solitudine insignem brevi pro ætate sua in virtute & morum sanctitate sub tanto duce ac magistro progressum fecisse, nullus meritò neget. Sanè quod de* Placido *cap. 7 laudatus mox Gregorius, & ex eo Acta utraque referunt, humilitatem ejus & obedientiam magnopere commendant: unde nimirum intelligitur,* S.Placidum, *licèt illustri genere ortum, ad obeunda vilissima etiam ministeria, & ad quævis magistri sui imperia peragenda promptum paratumque se exhibuisse. Gregorium potiùs, quàm Acta audiamus.* Quadam verò die, *inquit ille*, dum idem venerabilis Benedictus in cella consisteret, prædictus Placidus puer, sancti viri monachus, ad hauriendam de lacu aquam egressus est: qui vas, quod tenuerat, in aquam incautè submit-

AUCTORE J. B.

tens, ipſe quoque cadendo ſecutus eſt. Quem mox unda rapuit, & penè ad unius ſagittæ curſum eum à terra introrsùs traxit. Vir autem Dei intra cellam poſitus, hoc protinus agnovit, & Maurum feſtinè vocavit dicens: Frater Maure, curre, quia Puer ille, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit: jamque eum longiùs unda trahit. Res mira, & poſt Petrum Apoſtolum inuſitata. Benedictione etenim poſtulata atque percepta, ad patris ſui imperium concitus perrexit Maurus: atque uſque ad eum locum, quo ab unda deducebatur Puer, per terram ſe ire exiſtimans, ſuper aquam cucurrit, eumque per capillos tenuit; rapido quoque curſu rediit. Qui mox ùt terram tetigit, ad ſe reverſus poſt terga reſpexit, & quia ſuper aquas cucurriſſet, agnovit, & quod præſumere non potuiſſet, ut fieret, miratus extremuit factum.

veri nominis jam tum, ùt videtur, monachus,

88 *Quo anno id contigerit, nec ex Gregorio, nec ex Actis S. Mauri aut* S. Placidi *confici poteſt: refert id tamen Mabillonius ad annum* 528 *ſexennio circitèr poſt oblatum S. Benedicto* Placidum, *quo tempore hunc novitium adhuc fuiſſe, exiſtimâſſe videtur Mabillonius tom.* 1 *Actorum Benedictinorum pag.* 9 *in Gregorii hùc tranſcripta paulò antè verba ita annotans:* Nam primis Ordinis noſtri ſæculis novitii veſtem ſæcularem & capillos ſervabant. *Stricti nominis monachum tunc fuiſſe, Martenius lib.* 5, *cap.* 7 *de Antiquis monachorum ritibus contendit. Verba illius ſunt num.* 5: Confirmantur hæc omnia (*dixerat, fuiſſe monachos, qui forcipibus capillorum ſuperflua incultè ſibi præſcindebant, ita ut, cùm nonnihil crevisſent, manu facilè apprehendi poſſent*) ex lib. 2 Dialog. S. Gregorii Papæ, ubi refert, Placidum puerum à S. Benedicto ad aquam hauriendam miſſum, & in lacu delapſum, à S. Mauro per capillos apprehenſum, ex aquis extractum fuiſſe: non enim placet, quod ad hanc ſibi objectionem reſpondet Benedictus Haeftenus, S. Placidum adhuc puerum à patre Tertullo jam tunc primùm oblatum, eo tempore fuiſſe novitium, nec proinde ante ſolemnem profeſſionem attonſum: nam & illa ſolemnis oblatio vim profeſſionis obtinebat, pueroſque Deo ita conſecrabat, ut ad ſæculum deinceps redire non poſſent, ùt probamus in Commentario ad caput 59, eâque ſemel peractâ, veri cenſebantur monachi, unde & ipſe Placidus, licèt puer, tamen à S. Gregorio ibidem, & à Fauſto in Vita num. 11 SANCTI VIRI MONACHUS appellatur. *Neque Mabillonius in Annalibus Benedictinorum ad annum* 528, *num.* 2 *id inficiari videtur, ubi* Placidum *à Mauro per capillos aquâ extractum memorans, miſſa priore obſervatione de habitu ſeculari ad profeſſionem uſque à novitiis ſervato, ita obſervat:* Nam monachi tunc ad cutem reſecti non erant. *Et num.* 8 *hæc inſuper habet:* Pueros oblatio parentum monachos, adultos ſua quemque profeſſio faciebat. *Cùm igitur ad annum* 522 *S. Benedicto* Placidum *oblatum ſcribat, ex tunc quoque monachum fuiſſe, hoc loco fateri videtur.*

nec Bailleti, in Maurum & Placidum minùs æqui, cenſurâ dignus.

89 *Porrò non ſine prodigio* Placidum *à S. Mauro undis ereptum fuiſſe, Gregorii verba ſat manifeſtò produnt: Bailletus tamen obſcurè admodùm ea de re ſcribit in Vita* S. Placidi, *cùm ait, Maurum nando aquas ſubiiſſe & calcâſſe: ſi nando Maurus* Placidum *undis eripuit, ridiculè id Gregorius, tamquam rem poſt S. Petrum Apoſtolum inauditam recitavit, quod de tanto Pontifice ſuſpicari nefas; nec minùs ineptè Petrum ita loquentem induxiſſet:* Magna ſunt valdè, quæ narras & ad multorum ædificationem profutura: ego autem boni viri miracula, quò plus bibo, eò plus ſitio: *nimirum S. Benedicti, cujus meritis vitam ſibi conſervatam* S. Placidus *non obſcurè acceptam retulit, ùt narrare Gregorius poſt verba num.* 87 *relata pergit. Addit ibidem Bailletus, eam* Placido *principio fuiſſe vitæ rationem, ut ætatis imbecillitatem non parùm ſaperent; id eſt, ſi Bailleti ſenſum calleo, Puero mores pariter non parùm pueriles principio fuiſſe: ſed dein ita emendâſſe, ut Chriſtianæ ac religioſæ perfectionis, ac maximè obedientiæ culmen aſcenderit. Hauſit id veriſimiliter Bailletus è verbis Gregorii lib. citato cap.* 3. E quibus Maurus Junior, eùm bonis polleret moribus, magiſtri adjutor cœpit exiſtere; Placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos. *At aliud eſt puerilis indolis annos gerere, aliud puerilis indolis vitia ſuis moribus exprimere. Æquiora de* Placido *ſenſit Zacharias Papa, Gregorii verba hunc in modum interpretatus:* Ὁ ὢ Πλακιδος νέος ἔτι ὑπάρχων ἀσκητικοῖς πόνοις τὴν ἑαυτοῦ νεότητα κατεδάμαζεν. Placidus verò, cùm puer adhuc eſſet, aſceticis laboribus pueritiam edomabat. *Quod efficere poterat, licèt imbecillæ ætatis vitiis vel numquam, vel fortè rarò ſuccumberet.*

S. Benedicti erga Placidum & reliquos diſcipulos amor & cura.

90 *Facere hùc multum poterat ſingularis, tum amor, tum cura, quam erga* Placidum *S. Benedictus habuiſſe videtur. Colligi id poteſt non modò ex iis, quæ jam dicta ſunt è Gregorio; ſed etiam ex iis, quæ cap.* 5, *lib.* 2 *Dialog. idem Gregorius refert, & poſt illum Acta tam à Mabillonio edita num.* 8, *quàm ab Octavio Cajetano num.* 7. *Tria nimirum è duodecim ſolitudinis Sublacenſis monaſteriis rupibus erant impoſita, unde periculoſus ac difficilis erat ad lacum, è quo aqua monachorum uſibus neceſſaria hauriri debebat, deſcenſus. Suorum itaque commodo conſulturus pius pater, noctu ad montis rupem progreditur, fuſiſque Deo precibus, fontem in ea loco ſuis commodiore ſitum impetrat. Quod cùm faceret, unum è diſcipulis ſuis omnibus ſibi comitem, reique ſpectatorem voluit* Placidum. *Nec minùs paternam S. Benedicti erga diſcipulos ſuos curam prodit, quod ex Gregorio itidem Acta Mabilloniana narrare pergunt à num.* 9; *ſilentibus hìc Actis ab Octavio Cajetano editis ſub nomine Stephani Anicienſis. Florentius quidam presbyter, ſtimulis invidiæ percitus, veneno Benedictum è medio tollere fruſtra tentârat: at qui magiſtro vitam eripere nequiverat, atrociorem diſcipulis cladem inferre ſtuduit, objecto puerilibus oculis fœdo perinde ac periculoſo ſpectaculo.*

quibus ſit, ut Caſinum cum Placido.

91 *Verſabantur diſcipuli illi eodem, quo Benedictus, loco; eorumque, ùt apparet, curam per ſe ipſe gerebat: quare in hortum S. Benedicti cellæ propinquum nudarum puellarum chorum, protervè ludentium, mittit Florentius, quarum aſpectu fragiles puerorum animi ad libidinem commoverentur: quod ubi S. Benedictus advertit, cuſtodiri pueros ſedulò juſſit; nec eo contentus, compoſitis illico rebus, tyronibus ſuis multò magis, quàm ſibi à Florentio timens, paucis comitatus monachis Sublaco receſſit. Ita ferè Gregorius. At Pſeudo-Gordiano apud Mabillonium Gregorii dictis nonnulla addere viſum fuit. Diſcipulorum nomina, qui Benedictum Sublaco abeuntem comitati ſunt, non expreſſit Gregorius: hos inter Pſeudo-Gordianus Maurum & Placidum diſertè numerat num.* 12. *Præterea num.* 10, *Benedictum Sublaco receſſiſſe divina revelatione admonitum, quod*

AUCTORE J. B.

A *quod ùt negare præfractè non auſim, ita nec pertinaciter aſſerere; cùm nihil ea de re occurrat apud Gregorium in Vita S. Benedicti, idque Marcus poëta verbis num.* 100 *citandis videatur innuere. Quam verò Benedicto num.* xi *monachis, quos Sublaci relinquebat, vale dicenti orationem tribuit, non diſcedentis Benedicti, ſed, quid in illo diſceſſu contigerit, divinantis inventum eſſe, non dubito.* Placidum *verò Benedicto Caſinum abeunti comitem fuiſſe, veroſimile mihi admodùm apparet; tum propter ſingularem, quam de illo Benedictus geſſit curam, tum quòd, teſte Gregorio cap.* 8, *Florentii invidiæ ceſſerit, quòd* lapſum adhuc tenerioribus diſcipulis, *è quorum numero certè* Placidus *erat, pertimeſceret.*

at non cum Mauro.

92 *Quod verò ad Maurum attinet, Pſeudo-Gordianus diſcipulos illos, quos in perniciem trahere Florentius moliebatur, fuiſſe Maurum &* Placidum, *num.* 10 *& ſeqq. diſertè affirmat, ac propterea num.* 12 *non modò* Placidum, *ſed & Maurum Benedicto Caſinum abeunti comitem facit; utrum rectè, nunc inquiro: certum eſt, Vitam S. Benedicti à Gregorio Magno conſcriptam, Actis* S. Placidi *auctoritate & pondere plurimùm prævalere. Atqui lib.* 2 *Dialog. cap.* 8 *Gregorius*

B *Benedictum Sublaco Caſinum abiiſſe ſine Mauro ait: ſic enim habet:* Nam cùm prædictus presbyter (*Florentius*) ſtans in ſolario, Benedictum diſceſſiſſe, cognoſceret & exultaret, perdurante immobiliter tota domûs fabrica, hoc ipſum, in quo ſtabat, ſolarium cecidit, & Benedicti hoſtem conterens, extinxit. Quod viri Dei diſcipulus, Maurus nomine, ſtatim venerabili patri Benedicto, qui adhuc à loco eodem vix decem millibus aberat, æſtimavit eſſe nuntiandum dicens: Revertere, quia presbyter, qui te perſequebatur, extinctus eſt. *Fuiſſe igitur videtur Maurus ex eorum numero, quos Benedictus Sublaci reliquerat, dum interim ipſe Caſinum pergeret; ac, iter proſequente Benedicto, Sublacum, unde venerat, rediiſſe.*

qui ob Pſeudo-Gordiani verba

93 *Hinc Mabillonius in Annotatis ad Acta* S. Placidi *locum hunc erroris arguit:* His, *inquit*, caput octavum Vitæ S. Benedicti adverſatur, ex quo S. Maurum tum apud Sublacum remanſiſſe intelligitur. *Verùm tom.* 1 *Annalium ad annum* 528, *num.* 4 *haud ita affirmatè loquitur, cùm ait:* Maurus iſte (*qui Florentii mortem S. Benedicto Caſinum abeunti nunciavit*) an Equitii filius ſit,

C etſi aſſerit liber de Vita S. Mauri, dubitant quidam è noſtris, nec ſine fundamento: tum quia Benedictum Sublaco diſcedentem comitatus eſt S. Maurus: tum quia Gregorius, nominato ſemel Mauro Equitii filio (*cap.* 3) Maurum ſimpliciter in conſequentibus (*capp.* 4. 6. 7.) ſemper vocat: cùm hic longo verborum ambitu Viri Dei discipulus, Maurus nomine, appelletur. *Fundamentum equidem hîc aliquod agnoſco; non tamen tale, propter quod ſententia, quæ Maurum unà cum Benedicto Sublaco abiiſſe ſtatuit, contrariæ præferenda videatur: cùm enim aiunt, Maurum S. Benedicto Sublaco abeunti comitem fuiſſe, ſibi ſumunt, quod evictum dare deberent.*

duplicandus non videtur,

94 *Nec magìs urget ratio, quæ è modo petitur, quo Maurum, Florentii mortis nuncium, Gregorius cap.* 8 *appellavit. Etſi enim idem Pontifex cap.* 3 Placidum Tertulli filium *dixerit, ac mox eodem capite (verba illius habes num.* 81) *ſine addito* Placidum *nominârit; tamen cap.* 5 *non abſimili verborum ambitu utitur, ita de* Placido *ſcribens:* Cum parvulo puerulo, nomine Placido, cujus ſuprà memoriam feci. *Si igitur hîc non neceſſario verborum ambitu uſus ſit Gregorius in* Placido, *quid nî & uſus fortè fuerit in Mauro, etiam omiſſo hoc, ſimilive additamento,* cujus ſuprà memoriam feci, *quod non ubique Gregorius adhibet. Utut dubia videri poſſint Gregorii verba, mihi equidem apparet veroſimilius, Maurum Equitii filium à Gregorio cap.* 8 *verbis num.* 92 *ſuprà adductis, deſignatum fuiſſe; vel maximè, quòd laudatum Gregorii textum ita manifeſtò intellexerit Zacharias Papa, Græcus Gregorii interpres, qui illum ſic Græco idiomate reddidit:* Τῦτο θεασάμενος ὁ ἀνωτέρω πολλάκις μνημονευθεὶς Μαῦρος &c. Id cùm vidiſſet ſæpe ſuprà memoratus Maurus &c. *Quæ verba de ſolo Mauro, Equitii filio, intelligi poſſunt. Zacharias certè, qui anno* 741 *Pontificiam ſedem occupare cœpit, licèt rem ſua auctoritate, utpote à ſeculo* VII, *ſub cujus initium Gregorius obiit, intervallo ſatis longo remotus, certam facere nequeat, Pſeudo-Gordiano tamen multò antiquior eſt, & fide dignior. Quod autem Maurum Sublaci Benedictus reliquerit, etſi illius æquè ac* Placidi *inſignem curam procul dubio geſſerit, mirum videri non debet: altiores enim Maurus in virtute radices egerat, eaque de cauſa jam antè, ùt Gregorii verbis utar,* Magiſtri adjutor *exſtiterat.*

E

migrare compellatur ſub annum 528.

95 *Si annus quæritur, quo Sublaco Caſinum montem unà cum* Placido *Benedictus petiit, quem Gregorius tacuit, Pſeudo-Gordianus expreſsè prodit his verbis num.* XI. Hæc cùm dixiſſet (*Benedictus*) anno Dominicæ Incarnationis quingenteſimo vigeſimo nono, temporibus Juſtini (*imò Juſtiniani; Juſtinus enim hujus deceſſor imperare deſiit anno* 527) monocratoris, oratoria cuncta, quæ conſtruxerat (*Sublaci,*) adjunctis in unoquoque duodenis fratribus, ſub ſtatutis Præpoſitis ordinavit, & duobus angelis, tribus corvis ſe comitantibus, ad Caſſinum caſtrum pergere cœpit. *Verùm hunc Pſeudo-Gordianus certum facere nequit; neque aliunde certa ſuppetunt teſtimonia, quibus annus ille determinetur. Pro anno quingenteſimo vigeſimo nono, quingenteſimum vigeſimum octavum lego ad calcem Chronici Caſinenſis anno* 1603 *Pariſiis impreſſi pag.* 760. *Camillus Peregrinus in Serie Abbatum Caſinenſium S. Benedicti è Sublacenſi monaſterio diſceſſum & ad caſtrum Caſinum acceſſum alios in annum Chriſti* 527, *alios in annum* 528, *alios tandem in annum* 529 *referre ait: neque multò propiùs eumdem annum Mabillonius in Annalibus Benedictinis deſinivit, hæc tantummodò ſcribens ad annum* 528, *num.* 7: Hic ſancti patris (*Benedicti*) in Caſinum montem adventus ſtatuitur jam inde à multis ſæculis anno viceſimo-octavo, vel inſequenti ſupra quingenteſimum, *ut adeò hac ex parte certi erroris Pſeudo-Gordianus argui nequeat.*

F

§ VII. S. Placidus Sublaco Caſinum tendit: conditur Caſinenſe monaſterium, & ditatur à Tertullo S. Placidi patre.

S. Benedictus, Placidus & Maurus ſecundùm Acta

GRegorius *Magnus, licèt S. Benedicti è Sublaco diſceſſum, hujus occaſionem, ac ad montem Caſinum acceſſum lib.* 2 *Dialog. cap.* 8 *memoret, nihil tamen de iis refert, quæ in illo itinere*

AUCTORE J. B.

nere contigerunt : æquè altum de his in Actis, Stephano Anicienſi adſcriptis & ab Octavio Cajetano editis, ſilentium eſt. Uberiora hîc ſunt, ùt paſſim alibi, Acta à Mabillonio edita. Hæc itaque audiamus : poſt verba num. præcedenti relata ita proſequuntur. Cúmque juxta civitatem Alaternam (lege, *inquit Mabillonius*, Alaterinam) *deveniſſet* (*cum SS. Mauro &* Placido *S. Benedictus*) in monaſterio S. martyris Chriſti Sebaſtiani ſuſceptus eſt, *nimirum à S. Servando diacono, ùt proximè ſequitur. Eſt autem Alatrum, quod & Aletrium, veteris Latii civitas in Hernicis ſita; & ſummi Pontificis hodie ſubjecta dominio. Alatrinorum præſulum ſeriem, quorum agmen ducit Paſchaſius, qui unà cum Vigilio Papa Conſtantinopolim adiit & Theodori Cæſareenſis epiſcopi condemnationi ſubſcripſit, Ughellus exhibet tom. 1 Italiæ Sacræ auctæ col. 288 & ſeqq. Quinto Verulis lapide, Caſino verò trigeſimo diſtat. Porrò exſtitiſſe S. Benedicti tempore in Campania (intellige Romana, quæ, ùt Baudrandus ſcribit, complectitur majorem partem antiqui Latii, in quo erant, præter ceteros populos, Hernici) monaſterium, cui Servandus diaconus præerat, Gregorius ſæpe citatus docet lib. 2 Dialog. cap. 35 his verbis :* Alio quoque tempore Servandus diaconus atque abbas ejus monaſterii, quod in Campaniæ partibus à Liberio quondam patricio fuerat conſtructum, ad eum viſitationis gratiâ ex more convenerat.

B

Sublaco Alatrum profecti hoſpitantur apud Servandum :

97 *Quæ verò deinde narrat Gregorius de Benedicto apud eumdem Servandum hoſpitante, luculentè oſtendunt, non exiguam inter S. Benedictum & Servandum amicitiam interceſſiſſe, quæ fortè Pſeudo-Gordiano, Gregorii veſtigia hîc paſſim legenti, occaſionem præbuere aſſerendi, S. Benedicto, dum Sublaco Caſinum properaret, unà cum Sociis ſuis Servandum hoſpitii jura porrexiſſe. Hunc S. Benedicti hoſpitem* Sancti *titulo Acta Mabilloniana inſigniunt; at alibi hoc titulo ornatum non inveni. Liberius cœnobii S. Sebaſtiani conditor, idem eſt Baronio in Annalibus ad annum 526, qui Liberius patricius, prætorio Galliarum ſub Athalarico præfectus. Favent Baronianæ opinioni temporum notæ, & præclara, quibus à ſcriptoribus æqualibus Liberius ornatur, elogia. Inter alios Ennodius, Ticinenſis epiſcopus, multis ſeſe illi nominibus obſtrictum ſcribit lib. 9, Epiſt. 23, quâ in ejus laudes latè excurrit. Virum beneficum fuiſſe, ex ejus Epitaphio, quod Arimini à filiis illi poſitum fuit, ac integrum habes ex Sirmundo hoc tom. pag. 63, liquet, in quo inter ceteras ejus laudes, viri beneficentia commendatur hoc verſu :*

C

Cunctis mente pater, toto venerabilis ævo.

Veruli inchoatum à S. Benedicto S. Eraſmi monaſterium

98 *Alatro S. Benedictum Acta Mabilloniana Verulum aiunt eſſe progreſſum, alteram Latii in Hernicis civitatem epiſcopalem, Pontifici Romano ſubjectam. Quid verò illic actum ſit, ita exponunt :* Inde quoque vir Dei recedens, & ſancto Servando diacono valefaciens, cum diſcipulis ſuis Placido atque Mauro juxta civitatem Herculanam (*lege* Verulanam) devenit in locum ſcilicet, qui Aureola ab accolis appellabatur; in quo dum perveniſſet, agnovit per Spiritum Sanctum, congregationem religioſorum virorum ibidem eſſe futuram, fundamentaque ipſe pro eccleſia conſtruenda manibus ſuis faciens præcepit diſcipulis ſuis, Placido atque Mauro, quatenus eamdem eccleſiam in honore ſancti martyris Chriſti Eraſmi à ſe fundatam ad finem perducerent, ſicque Caſſinum venirent, quod & fecerunt. *S. Eraſmus martyr, quo de hîc ſermo eſt, Formiis in Campania annunciatur, illiuſque Acta ad diem 2 Junii illuſtravit Henſchenius pag. 211 & ſeqq. : ubi Commentarii prævii num. 5 ex his ipſis Actis, S. Benedictum Eraſmo martyri addictum fuiſſe videri, relatis Actorum verbis mox citatis obſervavit.*

D

perficientibus illius diſcipulis,

99 *Mabillonius in Annalibus rem hanc ſilentio præterit; an quòd fidem his Actis non habuerit? An quòd Maurum, Sublaci fortè à S. Benedicto relictum, huic operi manum non admoviſſe crediderit, atque ex illa additione, ſi non certò falſa, certè dubia, cetera quoque nihilo certiora, & proinde Annalibus non inſerenda putârit? Sed neque mihi hæc certa eſſe poſſunt ob dubiam horum Actorum fidem, niſi luculentioribus teſtimoniis aliunde probentur. Nihil interim ea de re apud Gregorium, nihil in Vita S. Mauri, nihil apud Stephanum Anicienſem invenias. Utut ſit, equidem illic aliquando exſtitiſſe monaſterium, ex Ughello ſcribit Auguſtinus Lubin in Notitia brevi abbatiarum Italiæ, cujus in hunc modum meminit :* Abbatia tit. S. Eraſmi, cujus eccleſiam incœpit S. Benedictus monachorum in Occidente patriarcha, perfecit S. Placidus, ejus diſcipulus, in dicec. ſive agro Verulano, ſeu potiùs apud Verulum tribus paſſ. millibus ab Alatro diſſita; nunc parochialis eſt eccleſia, cui inſerviunt canonici ſub ſuperiore, abbate nuncupata *, & propter abbatiæ ſecularizationem vocatur abbas ſecularis ab Ughello tom. 1, pag. 334*, quod aſſignat an. 1574. Eſt in Latio, ſive in Campagna di Roma. *Ad Actorum ſeriem revertor.*

E

*nuncupato

*col. 293 edit. novæ.

ipſe in montem Marſicum tendit,

100 *Dum Maurus &* Placidus *operi ſibi impoſito incumbunt, S. Benedictus iter ſuum Caſinum versùs promovet; &, diſcipulis abſentibus, angeli duo ſub juvenum ſpecie iter agentem comitantur, & quà eundum ſit, commonſtrant. Ne verò quiſquam id, æquè ac cetera, quæ ſolius Pſeudo-Gordiani auctoritate nituntur, falſi ſuſpectum habeat, lubet id teſtimonio luculentiori confirmare, nempe Marci, S. Benedicti diſcipuli, qui in carmine de eodem Sancto apud Mabillonium tom. 1 Actorum Benedictinorum pag. 29 ita canit :*

Ad quam (*arcem Caſinenſem*) tu ex alio monitus cùm monte* venires,
Per deſerta tibi dux, via Chriſtus erat.
Namque duos juvenes bivium perduxit ad omne,
Qui te firmarent, quod ſequereris iter.

*Sublaco

F

Ex eodem fonte hauſtum videtur, quod Acta ſubdunt : In eodem verò loco ſanctus quidam vir, nomine Martinus, tunc habitaculum habebat, cui divinitus ita dictum eſt :

His tu parce locis, alter amicus adeſt.

Sic enim rurſus Marcus, ſed ſuppreſſo Martini nomine :

Hîc * quoque viventi juſto prædixerat uni :
His tu parce locis, alter amicus adeſt.

*Chriſtus

Addunt porrò Acta, Martinum in montem Marſicum ſeu Maſſicum, in Campania Italiæ ſitum prope Calenum, Italis Carinola, *abiiſſe; unde liquet, hunc eum eſſe, tum quem Gregorius lib. 3 Dialogorum cap. 16 in monte Marſico ſolitariam vitam duxiſſe, ac S. Benedicto notum fuiſſe, ſcribit; tum quem Martyrologium Romanum memorat ad diem* XXIV *Octobris, licèt immutato nonnihil nomine, his verbis :* In Campania S. Marci ſolitarii, cujus præclara opera S. Gregorius ſcripſit.

101 *Haud multum temporis, ſpectatis Actorum*

ruin verbis, perficiendæ S. Eraſmi eccleſiæ Placidus *& Maurus (ſi quidem hic ea in re partem habuit) impendiſſe videntur: nam diebus multis, ut Verulis Caſinum, quod Sublaco quinquaginta circitèr paſſuum millibus diſſitum eſt, S. Benedictus perveniret, haud opus fuit. Huc cùm adveniſſet, ùt Acta referunt, dies quadraginta orationi dedit; quibus elapſis, conterendo Apollinis idolo, aris ſubvertendis, ſuccidendis lucis, & condendo Caſinenſi cœnobio, diſcipulorum ſuorum* Placidi *& Mauri operâ adjutus, incubuit. Ut proinde illa S. Eraſmi eccleſia primitùs operis non magni fuiſſe videatur. Scribit tamen in margine Mabillonius:* Maurus & Placidus S. Eraſmi monaſterium conſtruunt, *ut non modò S. Eraſmi eccleſiam, quod Acta habent, ſed & monaſterium condidiſſe Mabillonius videatur adſtruere; cùm tamen id Acta non adſtruant, imò tantùm dicant, agnoviſſe S. Benedictum* per Spiritum Sanctum congregationem religioſorum virorum ibidem eſſe futuram; *ſubſecuturis nempe, ùt apparet, temporibus. Neque ſcio, an tantillum temporis condendæ eccleſiæ ſimul & monaſterio ſuffecerit, niſi fortè* monaſterii *nomine cellas aliquot quis velit intelligi. Vereor etiam aliunde, ne plauſculum hîc, quam par eſt,* Placido *tribuant Acta: nam ex horum calculo anno 522 ſeptimum vel octavum ætatis ſuæ annum agebat* Placidus, *atque adeò decimum circitèr & quintum anno 529, quo ſecundùm eadem Acta Sublaco S. Benedictus receſſit; quæ quidem ætas tantis rebus curandis & exſequendis non ſatis videtur idonea.*

uno ſiu poſt, iiſdem adjuvantibus, Caſini monaſterium condit, ubi

102 *Verùm, fortaſſis nonnemo inquiet, quænam iſta de Apollinis templo, idolo, aris & lucis narratio eſt? Nondumne poſt jam dudum illatam Italiæ Evangelii lucem illic erant gentilium ſuperſtitionum tenebræ diſſipatæ, ut publica etiam idolorum templa reliqua forent, quæ Benedictus everteret? Atqui Caſinum ipſum jam pridem Chriſti fidem profitebatur, cujus alter epiſcopus,* Caprarius *nomine, concilio Romano ſub Hilaro; alter verò, cui* Severo *nomen, concilio item Romano ſub Felice, ſeneſcente ſec.* v, *ſubſcriptus legitur. Sic tamen ſe res habet: id enim Actorum concinnator non ſine teſte aſſeruit; ſed è Gregorio Magno deprompſit, qui lib.* 2 *Dialog. cap.* 8 *hæc habet:* Ubi (*in caſtro Caſino*) vetuſtiſſimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium à ſtulto ruſticorum populo Apollo colebatur. *Et paulò pòſt de Benedicto ſic loquitur:* Illuc itaque vir Dei perveniens, contrivit idolum, ſubvertit aram, ſuccendit (*aliàs* ſuccidit) lucos, atque in ipſo templo Apollinis oraculum (*oratorium*) beati Martini, ubi verò ara ejuſdem Apollinis fuit, oraculum S. Johannis conſtruxit & commorantem circumquáque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocabat. *Nec ſine fructu: ait enim idem Gregorius cap.* 19: Non longè autem à monaſterio vicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione converſa.

idololatriam evertit, quæ ad id uſque tempus

ibi numquam penitùs exſtirpata fuiſſe videtur;

103 *Abbas Caſinenſis Angelus de Nuce in cap.* 8 *Vitæ S. Benedicti Annotatione* 23 *ſuſpicatur, ex Gothorum ſuperſtitione idolorum cultum poſtliminio Caſinum fuiſſe inductum: verius tamen apparet, priſcæ gentilitatis reliquias Caſini S. Benedicti ætate fuiſſe ſuperſtites: cùm enim in Italia pedem Gothi fixerunt, non idololatræ, ſed Arianæ hæreſeos ſectatores erant, ad quam à Valente, Arianarum partium imperatore, Gothorum gentem fuiſſe traductam,* Jornandes *ſcribit cap.* 25 *de Rebus Geticis; quamque hæc deinde in Gallias, Hiſpaniam & Italiam unà cum victricibus armis intulit. Arianiſmo certè jam inde à ſeculi* v *initio Gothorum plurimos nomen dediſſe neceſſe eſt, quo Alarici, Gothorum regis, exercitus ſacro Paſchatis die, licèt ob diei venerationem invitus, pugnam tamen inire coactus eſt prope Pollentiam, teſte Oroſio lib.* 7, *cap.* 37. *Superfuiſſe autem in Italia hinc inde uſque ad ſeculum* VI *paganiſmi reliquias minùs illi mirum videbitur, cui in mentem venerit, quæ de paganorum vel in urbe Romana ſub imperatore Honorio ſeculi* v *initio exſiſtentium multitudine paulò antè citatus Oroſius ſcripta poſteris reliquit:* Hoc igitur (*Radagaiſo*) Romanis arcibus imminente, fit omnium paganorum in Urbe concurſus. Hoſtem eſſe cùm utique virium copiâ, tum maximè præſidio deorum potentem: Urbem autem ideò deſtitutam & maturè perituram, quia deos & ſacra perdiderit. Magnis querelis ubique agitur, & continuò de repetendis ſacris celebrandiſque tractatur. *Poſtrema quidem Oroſii verba indicant, idolorum cultum paganis tum Romæ fuiſſe ereptum; at quod ea tempeſtate non fiebat Romæ, factitari alibi non modò tum potuit; ſed etiam multò ſeriùs, turbatis continuò rebus Italiæ, vel Arianis Gothorum regibus rem Chriſtianam non admodùm curantibus.*

AUCTORE J. B.

fruſtra monaſterii, cujus

104 *Pauca modò inſerere hîc lubet, quæ ad inſignis Caſinenſis monaſterii, in quo annos aliquot* S. Placidus *ſub ipſius Benedicti magiſterio ac diſciplina exegit, notitiam ſpectant. Caſinas mons in extremis Samnii finibus, Latio Campaniaque confinis, gemino vertice ſurgit, quorum editiori* Cairus *vocabulum eſt; alteri* Caſinum, *in quo Caſinenſe monaſterium, unde & hoc nomen trahit. Inde ad oppidum S. Germani ad radices montis ſitum ſinuoſo tramite per tria ferè milliaria deſcenditur. In hujus latere ad Orientem Æſtivum veteris Caſini oppidi rudera non pauca, eaque magnifica conſpiciuntur: ut Cluverius, cùm antiquum Caſini oppidum eodem loci, quo conditum eſt Caſinenſe monaſterium, fuiſſe ſcribit, à vero abiiſſe noſcatur; perinde ùt illi, qui Cluverium hac in re ſecuti fuerunt. Veteris autem Caſini incolæ magnam partem in oppidum S. Germani deducti ſunt, cùm illud condidit Bertharius abbas, qui ab anno 856 uſque ad annum 883 Caſinenſe monaſterium moderatus eſt. Subjectam monti planitiem Rapidus fluvius interluit & fœcundat. Plura vide apud Angelum de Nuce in Annotatis ad cap.* 8 *Vitæ S. Benedicti, Eraſmum Gattulam in Hiſtoria abbatiæ Caſinenſis, & Mabillonium in Itinere Italico pag.* 119 *& ſeqq., tom.* 1 *Annal. ad annum* 528, *num.* 5, *& tom.* 2, *ad annum* 720, *ubi monaſterii Caſinenſis proſpectum exhibet.*

notitia datur,

105 *Hoc monaſterium ceterorum omnium Benedictini Ordinis* caput *Acta Mabilloniana num.* 13 *appellant, tum quòd in illo S. Benedicti exuviæ fuerint depoſitæ, tum quòd ibidem Regulam ſuam ſanctus patriarcha conſcripſerit. Eadem leguntur in Vita S. Mauri his verbis:* Cum diſcipulis ſuis Placido & Mauro Caſinenſe fundavit monaſterium, illudque ſua corporali requie, Regulæque deſcriptione caput omnium monaſteriorum conſtituit. *Scripſeritne Regulam ſuam S. Benedictus Sublaci, an Caſini, non omninò extra controverſiam eſt. Mabillonius in Annalibus ad annum* 520, *num.* 2 *Sublaci conceptam & adumbratam, & peſtmodùm in Caſino monte abſolutam ſcribit. Quæſtionem ipſam Angelus de Nuce in Excurſu hiſtorico, Annotatis ſuis in cap.* 29 *lib.* 3 *Chronici Caſinenſis ſubne-*

AUCTORE J. B.

xo, latè diſcuſſit, ac pro Caſinenſi cœnobio pro viribus pugnat; quem, ſi lubet, conſule: neque enim huic rei pluribus nos immorari neceſſe eſt, cùm ad S. Placidi *geſta non pertineat, neque hinc Actis Mabillonianis, utut ſeſe res habeat, detrimentum aut pondus ullum accedat. Itaque ad Pſeudo-Gordianum redeo.*

adificationi moras objiciente

106 *Pergit porrò ille Gregorium deſcribere, cùm ait, S. Benedictum in monte Caſino binas eccleſias, alteram quidem S. Martino, eo loci, ubi fuerat Apollinis templum; alteram verò S. Joanni, ubi Apollinis ara fuerat, excitâſſe; vicinam gentilium multitudinem ad Chriſtiana ſacra converſiſſe, ac dæmonem corporea ſpecie ſibi conſpicuum habuiſſe, indignantem ſcilicet, deſtrui impia fana araſque; nova autem templa divino Numini excitari: cujus quidem dæmonis voces* Placidus *& Maurus audirent, formam verò conſpicerent minimè. Hæc, inquam, omnia è Gregorio Pſeudo-Gordianus; eadem enim apud Gregorium lib.* 2 *Dialog. cap.* 8 *leguntur: excipe tamen,* Placidi *& Mauri nomina non expreſſiſſe Gregorium, expreſſiſſe verò Pſeudo-Gordianum, ſaltem interpolatum; ea veroſimiliter de cauſa, quòd* Placidum *& Maurum, velut præcipuos S. Benedicti diſcipulos, comiteſque penè individuos habuerit. Ceterùm non eodem loco conſtitiſſe templum Apollinis, ejuſque aram; tum ex Actis* S. Placidi, *tum ex Gregorio colligitur:* Ara enim erat, *notante Angelo de Nuce in cap.* 8 *Vitæ S. Benedicti,* extra templum ob ſacrificia, quæ ſub dio fiebant, non tamen longè à templo. *Utriuſque ſitum hoc modo deſcribit:* Apollinis ara erat in ipſo apice montis, ubi dein oraculum ſancti Johannis, & nunc ſanctuarium baſilicæ Caſinatis. Infra aram ad Occaſum erat fanum, cui ſucceſſit oraculum beati Martini. *S. Joannis oratorium hodieque ſupereſſe, ſed in S. Benedicti nomen transiſſe; S. Martini verò ædiculam in Aquilonari Majoris eccleſiæ latere modò conſtitutam eſſe, pariter ex eodem auctore diſcimus & è Mabillonio ad annum* 528, *num.* 6.

invidia dæmonis:

107 *Invidus dæmon, de quo num. ſuperiore, S. Benedicto, dum Caſinenſe monaſterium conderet, non modò ſpectandum ſe præbuit, verùm etiam diſcipulis, ùt Acta Mabilloniana num.* 14 *& ſeq. memorant, opus promoventibus moras, quas poterat, injiciebat: modò ſaxo ſic inſidebat, ut loco moveri non poſſet, modò diſcipulorum oculis illudebat, modò, quod illi ædificârant, deſtruebat, ut puerum etiam everſi parietis mole contriverit. Eadem Gregorius narrat cap.* 9 *& duobus ſeqq.: verùm ubi hic S. Benedicti diſcipulos generatim, Acta laudata* Placidum *& Maurum continuò memorant; cur autem id facere videantur, dictum eſt num. ſuperiore: unde id quidem probabile videri poteſt; at minimè certum & indubitatum. Pueri parietis ruinâ oppreſſi nomen pariter Gregorius ſilentio preſſit; auctori noſtro* Severus *dictus eſt; quod Petri Caſinenſis diaconi additamentis Angelus in cap.* XI *Vitæ S. Benedicti adſcribit. Etenim, ùt ait, inter Caſinenſes codices Petro antiquiores, qui ſignatur* 85, *hanc habet capitis* XI *epigraphen:* De Severo Dei parvulo: *quam vitioſam eſſe facile eſt animadvertere, ac legendum:* De ſervo Dei parvulo, ùt omnes alii codices habent, *inquit Angelus. Vitioſum ergò hîc Petrus codicem ſecutus fuerit, ſi id illius additamentum eſt:* Qui alioquin (*citati auctoris verba ſunt*) præcipitem ſe in judicando non rarò prodit. *Unde Petri auctoritatem in iis, quæ de ſuo addidiſſe non rarò creditur, æſtimabis.*

id dein Tertullus, S. Placidi pater, de quo hîc Acta

108 *Ad locum devenimus, ubi Actorum Mabillonianorum auctor inſcitiam ſuam vel fingendi licentiam manifeſtò prodit. Sic autem ferè habet num.* 16: *Caſinatis fundi dominus Tertullus erat,* S. Placidi *pater. Audit hic Romæ, conditum illic eſſe à S. Benedicto monaſterium, in eoque verſari filium* Placidum. *Caſinum igitur adeundi, videndique* Placidi *Tertullum cupido inceſſit; miſſis ultrò citròque nunciis, conventui dies dicitur. Advolat ſtatuto tempore Caſinum Tertullus patricius, comitantibus Romanorum nobiliſſimis, puta, Boëtio, Symmacho, Vitaliano, Gordiano, Equitio. Boëtium & Symmachum Theodorici Gothorum regis juſſu jam ante annum* 529 *necatos fuiſſe, alibi diximus. Quî igitur fieri potuit, ut anno* 529, *quo Sublaco S. Benedictus receſſiſſe legitur num.* XI, *aut ſerìus Tertullo Caſinum adeunti comites fuerint? Cautior Stephanus Anicienſis fuit, qui non modò de his Tertulli comitibus mentionem nullam facit; ſed ne quidem Tertullum Caſinum veniſſe ſcribit. Equitius, de quo hîc, S. Mauri pater fuit, cujus liberalitatem ac munificentiam Caſinenſe cœnobium æquè expertum dicitur ac Tertulli; locus ergò erat idoneus ſcriptori Vitæ S. Mauri, aliquid ſaltem ea de re litteris conſignandi, de qua tamen ibi nec apicem invenies. Hauſta ſunt hæc veroſimiliter ex fictitiis iſtis monumentis, de quibus abundè actum eſt* § IV, *ut iis longiùs hîc immorari non debeamus.*

fabuloſa non nulla tradunt,

109 *Ceterùm beneficus admodùm Caſinenſibus Tertullus fuiſſe fertur, ùt num.* 17 *&* 19 *in Actis Mabillonianis videre eſt. Verùm nemo prudens in animum facilè ſibi inducet, Tertullum, utut fortunæ opibus affluentem, fuiſſe opulentum adeò, ut tot, quot ibidem numerantur, non modò villas, ſed civitates etiam, portus & inſulas S. Benedicto conceſſerit poſſidendas. Beneficum tamen Caſinenſibus fuiſſe, inficiari nolim: villas enim ſeu curtes octodecim in Sicilia ſitas Tertullum S. Benedicto donâſſe, Leo Marſicanus diſertè affirmat lib.* 1, *cap.* 1, *& Caſinenſes monachi etiam hodie illi, teſtandi grati animi ſui causâ, annua juſta perſolvunt; quam in rem Angelum de Nuce ita commentantem audi:* Tanta verò Tertullus erga ſacrum Caſinenſe cœnobium pietate flagravit, ut moriens ſepeliri apud nos voluerit ante triclinium, quo monumento ingredientes egredienteſque cœnobitæ munificentiſſimi benefactoris piiſſimos manes grata recordatione, requieque precata, proſequerentur. In Necrologio ſeu Emortuali Caſinenſi codice ſcripto 47. "Decimo ſeptimo Kal. Auguſti (*factæ donationis die*) Tertullus Romanorum pa-„tricii benefactoris noſtri„ (ſolœciſmum non moror) quo die Caſinates ex antiquo ritu, & propria ducti pietate, & Zachariæ Pontificis ſanctione (*de qua mox infrà*) ferali machina frequentiſſimis cereis illuſtrata, ſolemnibuſque Officiis, & Sacrificiis, quotannis etiamnum benemeritiſſimo principi parentant.

liberaliter ditat.

110 *Fertur verò Tertullus S. Benedicto conceſſiſſe montem Caſinum, ædes ſuas, Romæ in monte Cælio ſitas, & dein mutatas in monaſterium S. Eraſmi, è quo ſub annum* 672 *Adeodatus ad univerſæ Eccleſiæ regimen evectus eſt, ùt apud Blanchinum Anaſtaſius ſcribit: denique poſſeſſiones plurimas ſive in Italia, ſive in Sicilia, quas num.* 17 *&* 19 *latè, licèt vitiosè ſatis, deſcriptas habes.* Caſinenſe cœnobium in ſolo Tertulli patricii fundatum *fuiſſe, his ipſis verbis legitur in Apoſtolica Juſſione Zachariæ Papæ, quæ eſt de celebranda quotannis Commemoratione Tertulli,* & Placidi *quidem*

A *quidem per Miſſas, die* XIV *Julii, poſt Chronicum Caſinenſe editionis Pariſienſis pag.* 792 *excuſa. At ſequitur ibidem Privilegium aliquod ſub ejuſdem Pontificis nomine, quod Baronius ad annum* 748 *ſuſpectum habuit, tum ob prolixitatem ſuam, tum quòd Indictionem* I, *quæ cum anno Zachariæ ſeptimo concurrit, confundat cum anno Zachariæ primo: adeóque vereor, ut priori magis tutò fidi poſſit, quàm poſteriori, prout ibidem exſtat; præterquam quòd & Zachariæ Juſſio contineat, propter quod fictitia interpolatave videatur, in his verbis ſitum:* Nec non Tertullo patricio plenariam ac ſolemnem Commemorationem unoquoque anno perſolvant (*Caſinenſes monachi*) die XIIII Julii menſis; *quibus de* S. Placido *hæc ſubduntur:* Et beatiſſimo Placido ſimiliter eadem die Commemorationem Miſſarum celebrent. *Nec enim Zacharias illo menſium dies numerandi modo uſus fuiſſe videtur. Si conſulas Zachariæ litteras non paucas vel apud Baronium ab anno* 743 *uſque ad annum* 752, *vel apud Labbeum tom.* 6 *Conciliorum à col.* 1494, *nullus in illis menſis alicujus dies occurret, quin illum vel per Kalendas, vel per Nonas Zacharias explicârit, ſive in litterarum* B *ſubſcriptione, ùt paſſim in illis fit, ſive in earum decurſu, ùt apud Labbeum col.* 1500 *videre eſt. Hinc* § 2, *in quo de antiquo* S. Placidi *cultu egi, de hac Zachariæ Juſſione ſeu ſanctione mentionem nullam feci. Ceterùm Stephanus Anicienſis donationes illas omnes præterit, præter unicam, nempe Siculam, cujus, ùt dixi, meminit Leo Marſicanus.*

§ VIII. S. Placidus in Siciliam abiens, pluribus miraculis claret.

S. Benedictus Placidum in Siciliam mittit,

C *Conceſſis à Tertullo in Sicilia bonis Benedictinæ familiæ diu quietè frui non licuit, ſi Actorum Mabillonianorum calculo ſtandum eſt: vix enim ſex ſeptemve à donatione facta anni efluxerant, quin illa ſenſerint rapacium hominum violentas manus. Anno* 536, *ùt ex num.* 21 *habemus* (*annum Stephanus Anicienſis non exprimit*) *verſanti in Caſinenſi cœnobio unà cum* Placido *S. Benedicto nunciatum fuit, vaſtari Congregationis apud Siculos bona, fructum nullum percipi inde amplius poſſe, nec porrò penès illorum procuratores eſſe ſarta illa tectaque ſervare. Obviandum malo credidit S. Benedictus, nec efficacius huic retundendo adhiberi poſſe remedium, quàm ſi eò* S. Placidum *mitteret, qui paterna nuper bona ſua auctoritate tueretur. Verba, quibus abeuntem Diſcipulum ſanctus pater allocutus eſt, ſic Acta Mabilloniana penè referunt num.* 20, *quaſi illa Actorum ſcriptor ſuis ipſe auribus percepiſſet: ita tamen de Gordiano loquitur, ut ab illo alium ſe prodat. Itaque S. Benedicto verba tribuit, non quæ re vera protuliſſe is ſcitur; ſed qualia dixiſſe, quoad vim ſententiamque, ſuſpicatus eſt. Idem judicium eſto de iis, quæ* S. Placidum *elocutum eſſe, cùm prodigia ederet, in conſequentibus non rarò tradit, quod ſemel monuiſſe, ſufficiat. Itineris ſocii* Placido *dati ſunt Gordianus &* Donatus, *quorum ille Romanus erat, litteris Græcis eruditus in primis, & Benedictinæ familiæ haud ita pridem adſcriptus; cui hanc Sancti Vitam verus illius auctor affinxit, ut fidem ſibi auctoritatemque adſciſceret,* *quam alioquin minimè erat reperturus, & ne ſic quidem meritus eſt: alter verò,* S. Placidi *in martyrio ſocius, licèt aliquantò priùs pro fide occiſus. Porrò itineri ſe cum ſociis Gordiano &* Donato S. Placidus *dedit eodem anno, nempe* 536, *tertio decimo Kalendas Junii ſeu die* XX *Maii, ex num.* 21. *Sed hæc, ùt paulò pòſt patebit, cum conſequentibus non cohærent.* AUCTORE J. B.

112 *Eo igitur die Caſino manè digreſſus* S. Placidus *veſperi Capuam attigit: Campaniæ Felicis civitas eſt, ætate* S. Placidi *inter Vulturnum & Liternum fluvios ſita; ſed à ſeculo* IX *ad eum locum, ubi olim pons veteris Caſilini erat, tranſlata. In Tabula chorographica Campaniæ Felicis apud Camillum Peregrinum tom.* IX *Theſauri Hiſtoriarum Italiæ parte* 2, *Caſino per Teianum Sidicinum, Cales & Caſilinum via Latina, quam veroſimiliter tenuit* S. Placidus, *Capuam ducit. Præerat urbi Capuanæ S. Germanus epiſcopus, ad diem* XXX *Octobris Sanctorum Faſtis inſcriptus; defunctus verò ſub annum* 541, *ùt ſcribit Ughellus. Is* S. Placidum *cum Sociis benignè excepit pro amicitia, quam cum S. Benedicto habebat, qui defuncti hujus epiſcopi animam in cælum ferri vidit, teſte Gregorio Magno lib.* 2 *Dialog. cap.* 35. *Ceterùm hoc loco* S. Placidus *prodigiorum initium feciſſe videtur, ubi capitis dolore laborantem ſanâſſe, nec non eæco viſum reſtituiſſe fertur coram loci epiſcopo: nec enim antè miracula patrâſſe, quod ſciam, legitur uſpiam. Difficilè ſanè credam,* S. Placidum, *quod Acta Mabilloniana num.* 21 *aiunt,* jam *tunc* per totum orbem Romanum miraculorum famâ *radiâſſe.* *qui primò Capuam,* E

113 *Capuâ* S. Placidus *Calatiam ivit: ita legitur in Actis, à Mabillonio editis, & hîc recudendis infrà num.* 24. *Sed* Galatiam *habet Stephanus Anicienſis. Cluverii Tabula geographica, quæ de Samnio & Campania eſt, tom.* 2 *Antiquæ Italiæ pag.* 1087 *præfixa, Calatiam ad ſiniſtram Vulturni* (*ab oſtio ad mare Tyrrhenum adverſo flumine versùs ortum ejus procedendo*) *ripam exhibet, hodie* Cajazzo *Italis dictam. At inter tabulas Ortelianas Ptolemæi Geographiæ ſubnexas, quæ de Italia Antiqua eſt, & à Cluverio pariter concinnata, Calatiæ ad oppoſitam Vulturni ripam ſitum exhibet ſupra Capuam. Similiter & Tabula Peutingeriana Segmento quarto. Camillus Peregrinus in Tabula Campaniæ Felicis Diſſertationi* I *de Campaniis veterum præfixa Calatiam à ſiniſtra Vulturni ripa, à dextera verò Galatiam collocat Capuam inter & Caudium. Dubium igitur eſt primò, diverſæne urbes fuerint Calatia* (Cajazzo) F *& Galatia; Dein, ſi diverſæ fuerint, hacne, an illâ* S. Placidus *iter habuerit. Quod ad primum attinet, præter Calatiam, cui hodie* Cajazzo *nomen eſt, altera etiam ad oppoſitam Vulturni ripam civitas Caudium inter & Capuam videtur olim ſita fuiſſe, cui* Calatiæ *pariter, ſeu* Galatiæ *nomen fuerit, eaque epiſcopali ſede aliquando inſignis. Nam, ut Peutingerianum Itinerarium præteream, apud Ughellum tom.* 6 *Italiæ Sacræ auctæ col.* 442 *& ſeq. Gerberti Capuani archiepiſcopi diploma exſtat ſub annum* 978 *ad Cajacienſem eccleſiam datum, cujus initium eſt:* Probabili bus deſideriis nihil attulimus tarditatis: fratrem jam & coëpiſcopum noſtrum Stephanum vobis ordinavimus ſacerdotem. *Si tum Stephanus Cajacienſis ſeu Calatinus præſul ordinatus erat, aliam profectò ſedem tenuiſſe oportet, qui eidem diplomati in hunc modum ſubſcripſit:* Ego Aldericus Calactinæ eccleſiæ epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. *inde Calatiam,*

AUCTORE J. B.

114 *Michaël monachus tamen in Sanctuario Capuano pag.* 580 *ſolam Calatiam, hodie* Cajazzo *dictam, agnoſcit. An ergò Aldericus epiſcopus advena quidam fuit, alterius alibi civitatis ferè cognominis epiſcopus, qui tunc fortè Capuæ morabatur? Non id Michaël credit, & meritò. Fuitne Cajacienſis epiſcopus, dictus tamen* Calactinus *ab antiquo civitatis nomine* Calatia? *Neque id dici poteſt, inquit Michaël: nam tunc temporis civitas illa* Cajacia, *non* Calatia *dicebatur. Nec dici etiam poteſt, inquit, Aldericum Cajacienſem quidem fuiſſe epiſcopum; ſed locum Stephano ceſſiſſe: ſic enim* epiſcopum *quidem ſe, ſed non* Calactinum *dicere poterat; nec Stephanus Alderico, ſed Urſo ſucceſſit. Aliò igitur ſe vertit Monachus.* Ego, *inquit*, libenter credam, juxta illorum temporum barbaram Latinitatem à CALE deductum eſſe CALECTINUM, ſeu CALACTINUM. Cales autem eſt civitas Calvorum, ideóque epiſcopus Calactinus eſt, qui dicitur hodie epiſcopus Calvenſis. *Monacho citatus num. præcedenti Ughellus ſubſcribit:* Hæc Monachi, *inquit*, ſpeculatio mihi arridet, & Aldericus adſcribendus inter Calvenſes epiſcopos, quemadmodùm Leo (*qui in diplomatis ſubſcriptionibus* Suranus *ſcribitur, mutato* o *in* u) inter Soranos recenſendus. *Leonem epiſcopum fuiſſe Soranum, citatis auctoribus facilè aſſentior: Aldericum verò epiſcopum fuiſſe Calvenſem, non item.*

B

115 *Huc moveor maximè Roberti Capuani principis diplomate, anno* 1119 *dato, in quo Calactinæ eccleſiæ ſitus à Calvenſi civitate diverſus aſſignatur. In illo diplomate paulò poſt initium ſic loquitur Robertus apud citatum Ughellum de Epiſcopis Caſertanis tom. citato Italiæ Sacræ auctæ:* Per hoc principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus & confirmamus in eccleſia Calatina, vocabulo S. Mariæ, in qua dominus Rainulphus, Dei proviſu Caſertanus epiſcopus, præeſſe videtur, omnia, quæ præſcripta eccleſia Calatina modò poſſidere videtur, & quæ in antea juſtè ac legaliter acquiſierit. *Unde in primis intelligitur, Calatinam eccleſiam Caſertanis epiſcopis ea tempeſtate paruiſſe. Atqui Calvenſis civitas proprium jam tunc habebat epiſcopum: nam, teſte Ughello tomo 6 citato col.* 477, *Calvenſis epiſcopi mentio eſt in Hiſtoria Tranſlationis S. Marci Solitarii, quem è monte*

C

Maſſico ad cathedralem ſuam anno 1094 *traduxit S. Bernardus Carinolenſis epiſcopus; & Calvenſi eccleſiæ Petrus Capuanus anno* 1141 *præſidebat. Dein verò ita Robertus pergit:* Iterum per hoc videlicet principale ſcriptum damus, tradimus & concedimus ac confirmamus in prædicta eccleſia Calatina, ut tu, prædicte domine Rainulphi, epiſcope Caſertane, & ſucceſſores tui, & veſtri homines in Calatino tantùm territorio habitantes, poteſtatem habeatis mittendi animalia veſtra, & veſtrorum hominum ad paſcendum in montibus & planis & in paludibus noſtris, & ligna de ſilvis noſtris tollere, quemadmodùm milites Magdaloni habitantes hactenus uſualiter habere ſoliti ſunt & habent. *Cùm igitur Calatini territorii incolis diplomatis hujus vi iiſdem locis pecora paſcere ac ligna cædere licuerit, quibus & militibus Magdaloni morantibus, hos ab illis intervallo ſaltem non magno remotos fuiſſe neceſſe eſt. Quin & in ipſo Magdalonenſi territorio ſitam fuiſſe eccleſiam S. Mariæ de Calatia, liquet è bulla, quâ Sennes Capuanus archiepiſcopus Rainulpho Caſertano epiſcopo, de quo ſuprà, varias confirmat eccleſias, & has inter* in caſtro Magdaloni & territorio ejuſdem ... eccleſiam ſanctæ Mariæ de Calatia. *Magdalonum autem haud procul Caſertâ, hanc inter & Nolam notatum invenio in Tabula regni Neapolitani Julii Caſaris Capacii tom. Hiſtoriarum Italiæ ſuprà citato.*

D

116 *Hinc Michaël Monachus in Recognitione Sanctuarii Capuani pag.* 85, *abjecta priore de Calatia ſententia, ſic ſcribit:* Anno 1635 Caſertæ inventum eſt privilegium Roberti principis Capuani, per quod epiſcopo Caſertano conceduntur & confirmantur terræ eccleſiæ Calatinæ in Matalone. Igitur omnino dicendum, epiſcopum Calatinum fuiſſe epiſcopum loci circa Matalonem, qui dicebatur CALACTIA ſeu CALATIA, cujuſque mentio eſt in bulla epiſcopi Caſertini. Dicendum quoque inde tranſlatum epiſcopium & dictum eſſe Caſertanum. *Addit his denique Peregrinus de Campania Felici Diſſertatione* 2, *cap.* 27: Ceterùm ſi hæc jam malè nota Calatia, ùt ex Livio colligitur, prope eum locum fuit, ubi hodie eſt Madaloni caſtellum, eademque, ùt itinerarium Peutingerianum docet, à Capua abfuit ſex millia paſſuum, certi poſſumus eſſe, eam iſtic loci fuiſſe, ubi hodieque manifeſta apparent indicia foſſæ atque muri haud admodùm amplæ urbis, cujus ſuperſunt exigua nonnulla in campeſtri loco & deſolata templa. Ab horum maximo, quod aliis eſt integrius & dedicatum S. Jacobo Apoſtolo, tractus iſte nomen habet, qui alio modo ab nomine exſtinctæ urbis appellatur etiam LE GALAZZE. *Verùm de Calatiarum diſtinctione hæc ſatis: reſtat, ut & de altero, quod ſuprà propoſitum fuit, puncto pauca dicamus; quam nempe è duabus cognominibus aut fere cognominibus civitatibus* S. Placidus *Capuâ profectus ac Beneventum properans adierit, ac patratis prodigiis illuſtrârit?*

E

117 *Mabillonius his Actorum verbis, mihi num.* 24 Inde quoque Sanctus Domini dum receſſiſſet, ac juxta civitatem Calatiam iter ageret *&c hæc ſubjicit:* Pro CALATIA, Cajazzo, ſcribendum eſſe GALATIUM ſeu GALITIAM, ſuſpicatur Michaël Monachus in Sanctuario Capuano pag. 330, aliàs (inquit) devium & longiuſculum feciſſet iter. *Quod & mihi veroſimilius apparet: ſi enim Capuâ Calactiam (hodie* Cajazzo) *& inde per Furcas Caudinas Beneventum petiiſſet; omnino ter Vulturnum fluvium ſuperare debuiſſet. Primò cùm Caſino Capuam: iterum cùm Capuâ Calatiam, hodie* Cajazzo, *ùt ponimus; ac tertio cùm hinc per Furcas Caudinas Beneventum properavit, quæ via ſanè tortuoſa fuiſſet. Contrà rectior via, quæ Capuâ Galatiam, & hinc per Furcas Caudinas Beneventum ducit; ut adeò* S. Placidus *eo tractu iter inſtituiſſe videatur, qui in Itinerario Peutingeriano hoc modo deſcribitur:* Capuæ. Calatie. ad Novas. Caudio. Benebento. *Porrò quid hoc loci egerit* Placidus, *vide in Actis Mabillonianis à num.* 26 *uſque ad num.* 28, *quæ apud Stephanum Anicienſem paulò ſuccinctiùs deſcripta ſunt. Miracula illic plurima patrâſſe invenies, quæ commentatione non indigent: vellem verò, ut aliunde ad manum eſſet, unde magna illa miraculorum, quæ tum hîc, tum aliis, in decurſu memorandis, locis patrâſſe perhibetur, multitudo ſolidiùs confirmari poſſet.* S. Placidum *aliò abeuntem nunc ſequor.*

F

118 *Galatiâ Furcas Caudinas petiit, paribus ferè prodigiis hàc itinerantem comitantibus: ſitæ autem ſunt Furcæ Caudinæ in Hirpinis, Romani exercitûs clade memorabiles,* & Stretto d'Arpaia *nuncupan-*

quæ hodie Cajazzo Italicè dicitur.

& Caſinum inter & Vulturnum fluvium ſita eſt.

ſed quæ trans illum ſuprà veterem Capuam olim fuit;

num Furcas Caudinas, Beneventum

AUCTORE J. B.

A *cupantur; quas in Apulia perperam fixit Ortelius. Inde Beneventum, tum Canusium adiit; utroque loco, ùt Acta aiunt, à locorum præsulibus perhonorificè exceptus. Benevento, Samnitum olim urbi & Coloniæ in Hirpinorum confinio, præerat S. Marcianus, ad diem* XIV *Junii inter Sanctos relatus, de quo Papebrochius tom.* 2 *Junii ad prædictum diem, & Ughellus tom.* VIII *Italiæ Sacræ auctæ col.* 17. *Observat autem Papebrochius, antiquiorem de Marciano mentionem non reperiri, hac, quam ex Actis* S.Placidi *modò attingimus.* Episcopum *autem Acta rectè appellant, eò quòd nondum* S. Placidi *ætate metropolitanæ dignitate sedes Beneventana gauderet, quo illam honore Joannes Papa anno* 969 *insignivit, ùt scribit Vipera de Episcopis & archiepiscopis Beneventanis pag.* 69.

Canusiumque adit;

119 *Canusio, episcopali quondam in Apulia civitati, modò Barensi archiepiscopatui unitæ, præerat S. Sabinus hujus nominis II, cujus Acta apud nos habes tom.* 2 *Februarii ad diem* IX *ejusdem mensis. Familiaris hic S. Benedicto fuit: nam hunc visere solitum, scribit Gregorius lib.* 2 *Dialog. cap.* 15 *his verbis:* Præterea Canusinæ antistes ecclesiæ ad eumdem Dei famulum venire consueverat, quem vir Dei pro vitæ suæ merito valdè diligebat. *Idem legitur in S. Sabini Vita tom.* 2 *Februarii pag.* 324. Igitur prædicti Christi famuli faciem omnes proceres & præcipui viri Italiæ sæpiùs videre cupiebant, & cum viro sanctissimo cælestibus pabulis epulari. Unde & cum Germano, Capuanæ ecclesiæ pontifice, crebris familiaritatibus conveniebat. Sed & cum Benedicto Christi famulo in Casino castro posito, assiduâ amicitiâ loquebatur, eumque invisere per singulos annos consueverat. *Qui cum S. Benedicto tanta necessitudine conjunctus erat, credibile admodùm est, &* S. Placido *amicum fuisse, ut vel hinc nefas sibi existimare potuerit* Placidus, *cùm Canusio iter ageret, insalutatum præterire.*

B

sed ante annum 536,

120 *Verùm quî id accidere potuit anno* 536, *cui Acta Mabilloniana* Placidi *è Casino monte discessum illigant num.* 21 *& quidem diei* 20 *Maii, quo Capuam venit apud S. Germanum hospitatus? Inde Beneventum adiit & S. Marcianum invisit.* Post aliquos dies, *ùt num.* 36 *legitur, à S. Sabino amantissimè exceptus est, apud quem triduo moratus fuit: demus totidem moratum esse tum Capuæ, tum Beneventi; his denique jungamus dies aliquot conficiendo itineri impensos: ii sanè non eo erunt numero, quin facilè sub finem Maii vel principium Junii Canusium pervenire potuerit. At eo tempore S. Sabinus in diœcesi sua non versabatur: nam sessioni primæ concilii Constantinopolitani anno* 536 *sexto Nonas Maias seu die* 2 *Maii celebratæ tamquam Sedis Apostolicæ legatus interfuit, uti & postremæ pridie Nonas Junii, velut apud Labbeum tom.* 5 *Conciliorum col.* 3 *&* 98 *videre est. Post celebratum verò concilium in Lyciam priùs deflexit, quàm in Italiam reverteretur; unde non nisi anno* 536 *ultra Junium jam provecto, vel sequenti Canusium redux fuerit.*

C

contrà ac Acta parùm consequenter dicunt.

121 *Hinc itaque rursum conficitur, non Gordianum, sed imperitum ac recentioris ætatis auctorem, ista scripsisse: fieri enim non potuisset, ut Gordianus itineris socius Canusii se vidisse Sabinum scriberet, quem tunc alibi versatum esse ostendimus. Cui igitur anno* S. Placidi *in Siciliam profectio erit affigenda? Quamquam non sit, unde is annus certò determinetur, placet tamen Bollandi in Commentario ad Acta S. Sabini num.* 31 *conjectura, quâ* S. Placidum *anno* 530 *aut non longè pòst: & certè ante annum* 536 *in Siciliam abiisse vult. Huc accedit & Mabillonius in Præfatione ad tomum* I *Actorum Benedictinorum* § IV *inquiens:* In vulgatis S. Placidi Actis num. XX (*apud ipsum*) iter ejus in Siciliam anno Domini DXXXVI consignatur. Mallem anno DXXXIV ante bellum Gothicum, præcipuè cùm Sabinus Canusinus episcopus, quem Placidus tum invisisse dicitur, anno DXXXVI Constantinopoli versaretur. *Et sanè in hac sententia* Placidus *videre Canusii Sabinum potuit, non ante annum* 535 *Constantinopolim profectum, & tempus sufficiens inter donationem bonorum Siculorum, Benedicto anno* 529 *secundùm Acta factam, &* S. Placidi *in Siciliam discessum interjicitur, ut ea interim ab alienis, ùt Acta narrant num.* 19, *minùs fortassè novi & religiosi viri humilitatem, quàm viri primarii potentiam pertimescentibus, occuparentur.*

Canusio Rhegium, inde Messanam

122 *Extremam Calabriæ oram, quà hæc Siciliam respicit, Rhegium occupat, quò in Siciliam trajecturus sese recepit* S.Placidus, *ubi à loci episcopo Sisinnio benignè est habitus: hujus episcopi memoria alibi, quàm in his Actis reperiri non videtur. Inter sanctos Rhegienses episcopos numeratur ab Ughello tom.* IX *Italiæ Sacræ auctæ col.* 323. *Non meminit tamen illius Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, nec Politus lib. de Sanctis Calabriæ. Ughellus testem nullum adhibet, sed solùm Acta* S.Placidi *præ oculis habuisse videtur, ita de illo scribens:* S. Sisinnius, civis & episcopus Rheginus, floruit anno 536. Sedit plùs minùs annis 25. Hic S. Placidum, D. Benedicti discipulum, inclytumque Christi martyrem Româ Messanam tendentem perbenignè biduo Rhegii hospitio recepit, tandem vitæ sanctitate illustris ad cælum evolavit, dies tamen ignoratur. *Quâ porrò viâ Canusio discedens ac Rhegium properans* Placidus *incesserit, quasque civitates adierit, neutra Acta exponunt. Quod autem Ughellus mox laudatus* Placidum *Româ in Siciliam abiisse ait, id planè perperam facit; Casino enim eò profectum aiunt; neque Casino Rhegium euntibus Româ transeundum, quam à tergo longè relinquunt. Tandem Rhegio navi solvens* Placidus *unà cum sociis* Donato *& Gordiano Messanam, Siciliæ urbem, ad freti Siculi oram feliciter appulit.*

E

F

venit, ubi monasterium & ecclesiam, quam S. Joanni Baptistæ

123 *Morabatur Messanæ ea tempestate Messalinus quidam, Tertullo* S.Placidi *patri intima necessitudine conjunctus: itaque* Placidum *non modò suis ædibus peramanter excepit, sed omni etiam obsequii genere prosecutus est: Sanctus verò, qui ad vindicanda paterna bona illuc advenerat, id sategit maximè, ut quàm celerrimè, quæ à S. Benedicto in mandatis habebat, impleret. Itaque eodem, quo advenerat, die, post aliquot de rebus divinis cum Messalino colloquia, de paternis bonis quæstionem habet, horum procuratores arcessit.* Desiderabat enim, *inquiunt Acta Mabilloniana, mihi num.* 41, videre singillatim loca, in quibus possessiones erant. *Postridie verò, invento loco prope Messanæ portum ad condendum monasterium idoneo, mox operi manus admoveri jussit, quod quadriennio ad umbilicum adduxit: monasterio verò adjecit ecclesiam, quam S. Joanni Baptistæ, magistri sui exemplum secutus, sacrãm voluit. Dedicationis autem officio, ùt citata Acta num.* 56 *habent, functus est Messanensis episcopus quinto Kal. Augusti sub annum* 540, *quarto nimirum anno, ex quo Casino* Placidus *discesserat, quod quidem Acta anno* 536, *ùt suprà diximus, illigant; at verùs*

AUCTORE J. B.

riùs ad annum circitèr 534 *referendum eſſe, pariter diximus, ſi* S. Placidus *Sabinum Canuſii viderit.*

Meſſanenſis epiſcopus, Actorum ſcriptori veroſimiliter ignotus, conſecravit,

124 *Porrò mirari hîc ſubit, cur horum Actorum fabricatorem vel interpolatorem, qui Germanum Capuanæ, Marcianum Beneventanæ, Siſinnium Rhegienſis eccleſiæ epiſcopos nominatim in ſuperioribus expreſſit, hîc Meſſanenſis epiſcopi (de quo nulla prorſus apud Stephanum Anicienſem mentio eſt) nomen præter morem non prodiderit. An fortè id ignoravit? De Gordiano equidem id dici nequit. Recentior igitur aliquis iſta ſcripſiſſe videtur, qui vel epiſcopi Meſſanenſis nomen ignoraverit, vel cautè ſuppreſſerit; fortè quòd Eucarpum aliquem anno* 504 *ex ſexta ſynodo Romana ſub Symmacho Papa celebrata; item aliquem ſub Pelagio II anno* 577 *ad Pontificatum evecto, qui Eucarpo Meſſanenſi epiſcopo Catanenſis eccleſiæ viſitationem injunxit, Meſſanæ ſediſſe didicerat; nec tamen auſus fuerit Eucarpum nominare, quòd annum tum* 504, *tum* 577 *ab anno* 540 *intervallo nimis longo diſtare autumârit, ut Eucarpo eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ dedicationem adſcriberet; nec alium nôſſet, qui tunc eccleſiæ Meſſanenſi præfuerit. Ceterùm ſpectata* S. Placidi *virtus, pluribuſque prodigiis Meſſanæ illuſtrata, id brevî effecit, ut præter* Donatum *& Gordianum, quos ſecum Caſino adduxerat, recèns à ſe conditum monaſterium ad triginta uſque alumnos numeraret, qui ſub ejus auſpiciis ſe Benedictino inſtituto & obſequio divino mancipârunt.*

B

condidit & alumnis auxit.

125 *Primum id monaſterium fuit, quod Benedictinus Ordo extra Italiam habuit. Glannafolienſis monaſterii, quo nullum antiquius habuit in Galliis, conſtructionem ad annum* 543 *Mabillonius refert. Tepeſius ad annum* 537 *Siculis Benedictinis præ Hiſpanis & Gallis antiquitatis palmam ſp ·e concedit; at illam præ Gallis Hiſpanis tribuit, fundatum eo anno ſcribens monaſterium S. Petri de Cardenna in diœceſi Burgenſi. Num verè, ad propoſitum noſtrum non admodùm facit: id certum Tepeſio impoſuiſſe Pſeudo-Maximi Chronicon. Hiſce igitur miſſis, ad* Placidum *Meſſanæ agentem redeo. Dubium eſſe non poteſt, quin Meſſanenſes monachi ſub* Placidi *auſpiciis religioſæ vitæ numeros omnes accuratè expleverint: quibus hic exemplis præluxerit Sociis, exponit Tepeſius ad annum* 536, *cap.* 3 *Mabilloniana* S. Placidi *Acta, mihi num.*51, *ſic contrahens:* Si cellæ ſeu penuariæ ſeu vinariæ rationes ad calculum exigas, ſanctus Pater perpetuam Quadrageſimam egit. Sub jejunium autem vernum diebus Solis, Martis ac Jovis aliquid panis & aquæ indulſit aridis faucibus ac inani ſtomacho: reliquis à mica etiam & gutta abſtinuit. A quo tempore ſe Deo nuncupavit, horrido cilicio indutus ſemper fuit, fruſtra indignante pelle. Plerumque diei & noctis contrivit nunc legendo, nunc orando. Quando feſſis genibus niti jam ampliùs haud poterat, humi feſſum ſe recipiebat, quæ illi pro cella & lecto erat. *Multa dein ex iiſdem Actis (Stephanus Anicienſis horum non niſi generatim meminit) hauſta commemorat de Sancti in Deum amore, ſui abdicatione, mundi contemptu, monaſterii cura, morum conſtantia, gravitate, affabilitate, de ſtudio pauperum, de virtutibus ceteris, quibus procul dubio diſcipulos ad ſedulam ſui imitationem non mediocriter incitavit.*

C

D

§ IX. Conditum à S. Placido monaſterium invadunt barbari: quinam hi fuerint.

S. Placidi monaſterium inviſunt illius Fratres.

PRonum erat, *ut tam præclara vitæ inſtitutio* tum S. Placidi, *tum monaſterii ab illo conſtructi famam undequàque diffunderet: in Urbem igitur allata Fratribus ejus ac Sorori viſendi* S. Placidi *cupiditatem injecit: fuêre autem hi;* Eutychius, Victorinus *&* Flavia, *quibus ſe itineris comites* Fauſtus *&* Firmatus *adjunxerunt, ut Acta videntur innuere: ſed aliunde forſan hæc nomina ſaltem partim mutuata eſſe, dixi* § 1. *Meſſanam feliciter provecti*, claſſem, *inquiunt Acta Mabilloniana num.* 58, in littore ſolvunt, deſcendenteſque de navi, ad ſancti Johannis cœnobium tendunt, videnteſque Fratrem, repleti ſunt gaudio magno, *qua de re equidem ambigere nefas eſt: ſed vide, num conſequenter Acta loquantur, dum ſubdunt:* Et primò quidem non cognoverunt, ob id ſcilicet, quia ex quo beato Benedicto oblatus eſt, illum ulteriùs non viderant, & poſt tanti temporis ſpatium vir factus, & monachali habitu indutus, atque præ nimia abſtinentia ac enormitate vigiliarum, corpore tabefactus & annihilatus erat. *Quid enim? Meſſalinus, rerum Tertulli in Sicilia procurator, fortè* Placidum *numquam viderat; & tamen appulſum in Siciliam* Placidum (*quem jam tum vitæ auſteritate maceratum fuiſſe, ſuſpicari perinde licet, ac annis abhinc quatuor aut quinque*) *vix conſpexit, quin illico* Placidum *è vultûs forma ac lineamentis, quibus patrem referebat apprimè, agnoverit, equoque deſiliens ad ejus pedes fuerit provolutus. Audi Acta num.* 41. Videns autem Meſſalinus beatum Placidum juxta maris littora ſtantem, formamque ejus vultui Tertulli patris ipſius aſſimilantem, equo, quo inſiderat*, deſcendens, ad pedes ejus cecidit. *Rectiùs, ut opinor, hæc de Meſſalino ſiluiſſet, quiſquis hæc Acta ſeu ſcripſit ſeu interpolavit, prout ſiluit Stephanus Anicienſis. Sed ad* S. Placidum, *ejuſque Germanos & Hoſpites redeamus.*

*cui inſiderat

E

F

ubi à barbaris inopinatò tam Monachi, quàm Hoſpites occidantur.

127 *Vix diebus aliquot mutuis colloquiis converſationibuſque ſeſe recreârant, cùm omne eorum gaudium inopinatus omnino caſus graviſſimuſque turbavit. Nocturnis Dei laudibus cum Fratribus ceteriſque cœnobii Meſſanenſis Alumnis vacabat* Placidus, *cùm, effractis monaſterii foribus, nihil tale ſuſpicantes invadunt barbari, in vincula conjiciunt, ac tandem poſt dierum aliquot tormenta, crudeliſſimè interficiunt, quæ quidem à num.* 59 *Acta Mabilloniana fusè ac prolixè enarrant. Rei geſtæ adjuncta præcipua hæc ſunt. Annus quidem Chriſti* 541, *ut diſertè habetur infra num.* 83; *claſſis barbaræ præfectus Mamucha, Abdalæ Hiſpaniæ regis idololatræ dux; barbari denique, Agareni ſeu Saraceni & pagani.* En, *inquit in hunc Actorum locum Mabillonius*, errorum labyrinthus. Non pagani Hiſpanias ſæculo ſexto, quo S. Placidus martyrium ſubiit, occupabant, ſed maximam partem Gothi, Callæciam Suevi, utrique Ariani, illi quidem ſub rege Theude, qui ab anno DXXXI ad DXLVIII Viſigothis imperavit, hi verò ſub proprio rege, ſed ignoto.... Hi PAGANI appellantur SARACENI infrà num. 74 (*mihi* 80.) At Saracenos Hiſpaniam invaſiſſe ærâ dumtaxat DCCLI, hoc

eſt

A est, anno Christi DCCXIII: ærâ verò insequente victo occisoque Roderico, regnum Gothicum evertisse, tradit Rodericus Toletanus in lib. 3 de Rebus Hisp. cap. 19. *Similia Octavius Cajetanus observat in Animadversionibus in Vitam* S. Placidi, *Stephano Anicienſi adscriptam. Itum ergò est ab eruditis in diversa, ut rei saltem substantiam tuerentur.*

Hos barbaros Yepesius ex Arabia & Africa,

128 *Antonius Yepesius in Chronico Ordinis S. Benedicti ad annum* 541 *eadem ferè, quæ Mabillonius & Octavius Cajetanus, observat; neque eo tempore in Hispania Abdallam, sed Theudem regnâsse, non paganum, sed Arianum, testes adducit Procopium, & S. Isidorum, qui ætate illa vixêre. Nec Mauros ex Hispania in Siciliam vela facere potuisse ait, qui multò pòst, anno, ùt censet,* 714 *rerum in Hispania potiti sint. Itaque Yepesius illa Actorum verba num.* 59. Qui (*pagani*) in Hispania inhabitabant, *Gordiano ab imperito historiæ interpolatore adjecta esse, contendit, & Saracenos seu Agarenos ex Arabia & Africa in Siciliam impetum fecisse, arbitratur; quod postremum fortassis à vero non deviat, ùt ex dicendis apparebit. At verò per interpolationem, Gordianæ Historiæ factam, verba illa ab imperito interpolatore fuisse assuta, mihi probabile non est, tum quia Gordianum hæc Acta primùm scripsisse, gratis, imò tota illorum serie suadente contrarium, sibi sumit Yepesius; tum quia Stephanus Anicienſis, qui Græcum Gordiani fontem consuluisse se ait, Abdalam* toti Hispaniæ *præfuisse, etiam scribit.*

B

Villadecanius, Gothos sub Totilâ rege;

129 *Philippus Villadecanius, patricius Messanenſis, hujus cædis auctores, teste Octavio Cajetano suprà laudato, Gothos fuisse, existimat, ac tum in sanctos Martyres sæviisse, cùm rex eorum Totila Siciliæ arma intulit, Messanam oppugnavit, reliquamque Siciliam depopulatus est.* Et quidem hîc, *inquit Mabillonius in Præfatione ad Acta Sanctorum Ordinis Benedictini* § IV, vulgatis S. Placidi Actis cum nonnulla satis conveniant, tum illud maximè consentit, quod prædones Rhegium (quod paulò antè Gothis se dediderat) utrobique petiisse navigio feruntur. Id tamen discriminis inter utramque narrationem (*Procopii de expeditione Totilæ in Siciliam & Actorum de* S. Placidi *martyrio*) est, quòd Totila feliciter in Italiam appulsus est (*secundùm Procopium*) Mamucha verò cum suis naufragio periisse dicitur. *Adde, nec Totilam fuisse paganum, nec regnâsse in Hispania, Siciliam verò sub annum dumtaxat* 550 *depopulatum esse: nam Procopius lib.* 3, *cap.* 39 *de Bello Gothico Totilæ in Siciliam expeditionem anno ejusdem belli decimo quinto affigit, cujus initium ad annum Justiniani nonum refert lib.* 1, *cap.* 5, *Christi* 535.

C

Gallonius, Arianos Hispaniam incolentes fuisse, censet:

130 *Gallonius in Opere, quod de sanctis Virginibus Romanis inscripsit, de* S. Flavia *agens, cùm illius martyrium Saracenis Hispaniam incolentibus adscribi non posse animadverteret, Arianis adscripsit. At Ariani, licèt Christum Deum esse inficiarentur, ab idolorum tamen cultu abhorrebant. Abdala verò, Mamucha, quique huic parebant, barbari sic describuntur in Actis, ut eos omnes idolorum cultores fuisse, necesse sit. Idolorum nomina, Moloch, Rempham & Lucifer, infra num.* 59 *memorantur. Num.* 68 Pagani *universim vocantur, uti & alibi non semel. Num.* 72 *Mamucha ipse Martyribus his verbis instat:* Negate, Christum vestrum Deum esse & nostro more Luciferum Sidus Dei nostri Rempham excolite, ut frui possitis unà nobiscum hujus gaudiis vitæ. *Quæ sicut in Arianos non cadunt, ita nec hos martyrii auctores fuisse necesse est; nisi contra Actorum, si quam hîc habent, fidem, qui Sanctorum necem perpetrârunt, non modò non Saraceni fuerint, sed nec idololatræ. Constantinus Bellotus aliò se vertit in Apologia pro Joanne diacono, ùt refert Octavius Cajetanus suprà laudatus, & Paganos, in Actis memoratos, Gothos fuisse existimat; Abdalam eumdem, qui Theudius aut Agila, Hispaniæ uterquè rex; Mamuchàm verò, ejusque socios Saracenos, qui Sanctos è medio sustulêre, Mauros idololatras, ex Africa in Hispaniam accitos; hæc, inquam, Belloti opinio est; nunc quî ex ea Actis manum medicam adhibere nitatur, accipe.*

AUCTORE J. B.

Bellotus item Gothos,

131 *Primùm ait, nemini mirum videri debere, Gothos Hispaniam incolentes, licèt Ariani sectâ essent, Gordiano tamen* Paganos *dictos; quippe qui Arianæ impietati avitum quoque idolorum cultum conjunxerant. Quòd si Arianos ab idololatra Porphyrio* Porphyrianos *Constantinus Magnus nuncupavit, & sancti Patres eosdem ob sectæ impietatem idololatris comparârunt; quid nî illos Gordianus* paganorum *nomine nuncupare potuerit? Tum verò ait,* Abdalam *pro* Agila *scripsisse Gordianum, errore tolerabili facilique in scriptore non Hispano; maximè cùm vel inter Hispanos de hujus regis nomine non conveniat, ab his* Agila, *ab illis* Aquila *dicti. Nec alia fortè de causâ Abdalæ Gordianus mentionem fecit, quàm quòd, Constantinopoli scribente Gordiano, Agila regnabat in Hispania. Addit Abdalam nusquam in Actis Saracenum dici, sed Mamuchàm illius præfectum & milites, qui Mamuchæ parebant: has denique Mauros fuisse, qui sive à Theude, sive ab Agila mercede conducti & in Siciliam adversùs Romanos missi, Messanam insignì clade attriverint. Ita Constantinus, teste Cajetano. Verùm quid de his sentiendum?*

E

qui partim dubia,

132 *Gothos in Hispania dominatos esse tum ante, tum post annum* 541, *nemini dubium est. De eorum verò religione ita universim scribit Procopius lib.* 1 *de Bello Vandalico cap.* 2. Omnibus... eædem leges, eadem sacra, Ariana scilicet. *Nulla hîc mentio est de idolorum cultu in iisdem personis cum hæresi Ariana conjuncto; neque hunc idoneo testimonio Bellotus stabilivit: quare hæc ejus assertio meritò vocatur in dubium. Dein esto, Arianos sive hæreseos sive pessimorum morum causâ* paganos *dictos, aut cum illis comparatos fuisse tum à Constantino, tum à sanctis Patribus: certè illos idolis sacrificâsse, non dixerunt. Sic S. Athanasius Oratione* IV, *num.* 31 *contra Arianos scribens:* Qui enim hoc in loco divinum Verbum à divina Incarnatione sejungunt, idem ipsum imminutum putant, cùm audiunt, carnem factum esse, proindeque idem omnino sentiunt ac gentiles, utî sanè sentiunt, cùm divinam Incarnationem mutationem Verbi esse suspicantur; *sic, inquam, scribens Athanasius ostendit quidem, quos arguit, hæreticos gentilium erroribus aliqua ex parte subscribere, at re vera idololatras esse, ac idolis sacrificare consuevisse, non affirmat. Qui verò in Martyres nostros sævierunt, non pravis modò opinionibus imbuti, sed & idolorum cultores à prætenso Gordiano, iisque velutì diis serviisse dicuntur.*

F

partim falsa,

133 *Sed neque verum est, Gordianum quidem Abdalam scripsisse, sed Agilam intellexisse: nam* S. Placidi *martyrium anno* 541 *disertè innectit; quo regnabat non Agila, sed Theudis in Hispania: si enim æræ* 569 *seu anno Christi* 531, *quo Theudem*

AUCTORE J. B.

Theudem regnare cœpisse, Isidorus scribit in Historia Regum Gothorum, adjeceris 17 *alios, ad annum circiter* 548 *pertinges; quo Theudi successit Theudiselus, ac deinde Agila. Regnabat fortè hic quidem, cùm Constantinopoli* S. Placidi *Acta Gordianum exarâsse nonnulli volunt; sed Gordianus non illum regem, qui, cùm Acta scriberet, in Hispania regnabat; sed eum, qui Hispaniis præerat, cùm Martyres exstincti sunt, procul dubio designavit. Dicere autem hunc quidem designare in animo habuisse Gordianum; sed Agilam seu Abdalam per errorem expressisse, nonne est errorem auctori res suâ memoriâ gestas describenti, & Latinis Græcisque litteris apprimè, ùt aiunt, erudito, valde gravem affingere, ejusque fidem eâdem operâ stabilire velle, & convellere?*

partim Actis repugnantia tradit:

134 *Additamentum verò, quo nusquam in Actis legi asseritur, ipsummet regem Abdalam Saracenum, aut idololatram fuisse, Actis quoque repugnat: ex his enim perspicuum fit, Mamucham cum suis Saracenos ac Paganos fuisse; atque ex iisdem perspicuè colligi saltem potest ejusdem ritus fuisse tum Mamucham cum suis, tum ipsummet Abdalam. Sic enim* Placidum *Mamucha alloquitur infrà num.* 60: Nega Christum tuum & dic in eum convicia & juxta ritum invictissimi regis Abdalæ Deum adora, & dimitto te. *Et paulò infrà sic ejus in martyrio Comites:* Vos quid dicitis? Obtemperabitis præceptis excellentissimi regis Abdalæ, ut Christum relinquentes, Deum nostrum adoretis? *Rursum num.* 72 *Mamucha in hunc modum loquitur:* Assentite nobis & proderit vobis; negate, Christum vestrum Deum esse, & nostro more Luciferum sidus Dei nostri Rempham excolite. *Et num.* 76: Hortor & commoneo vos Crucifixum negare, & adorare Deum, cui excellentissimus rex noster Abdala cervicem suam flectit; sin aliàs, acerrima morte peribitis. *Ejusdem itaque ritus utrique fuêre: neque aliud ex Actis Græcis, à se, ùt ait, consultis, concluſit Stephanus Aniciensis, cujus mentem minimè ambigua verba declarant: sunt autem hujusmodi:* Tempore, quo beatus Placidus apud Messanam urbem Siciliæ morabatur, Abdala Saracenæ gentis & ritus nefandissimi caput & princeps toti Hispaniæ præsidebat. *Quæ de Mauris suprà dicta sunt, infrà examinabimus, cùm de Cajetani sententia agemus.*

B

C

Mabillonius, Sclavinos fuisse, utcúmque dii posse,

135 *Mabillonius in Præfatione ad Acta Sanctorum sui Ordinis* § IV *rationem aliquam esse, ob quam* S. Placidi *martyrium Sclavinis adscribi possit, affirmat. Promit illam è Procopio, qui lib.* 3 *de Bello Gothico cap.* 38 *Sclavinos Thraciam & Illyricum sub Justiniano depopulatos tradit: addit Mabillonius, nec Siciliæ verisimiliter peperciſſe, à Totila fortè conductos. Præterea, Sclavinos iisdem suppliciis ferè sævire in victos consuevisse, quibus Martyres nostri affecti fuêre; qua de re laudatus suprà Procopius hæc habet:* Obvios non ense, non hastâ, non alio quoquam usitato mortis genere conficiebant, sed depactis validè in terram fudibus præacutis, miserorum sedes multa vi impingebant, & infixas inter nates palorum cuspides adigentes usque viscera, illis vitam extorquebant. Præterea defossis humi lignis quatuor crassioribus alligabant hi barbari eorum, quos ceperant, manus ac pedes, deinde capita fustibus assiduè tundendo, velutì canes aut serpentes aliudve feræ genus mactabant. Alios cum bobus & ovibus, quas in patriam abducere non poterant, in tuguria compactos immisericorditer cremabant. Ità Sclaveni, in quos incidebant, necare erant soliti. *Ritus quoque Sclavinis fuit barbarorum, qui Martyres nostros trucidârunt,* D *non undequaque dissimilis: hunc libro* 3, *cap.* 14 *Procopius hoc modo describit:* Unum enim Deum, fulguris effectorem, Dominum hujus universitatis solum agnoscunt, eique boves & cujusque generis hostias immolant.... Præterea fluvios colunt & nymphas & alia quædam numina (δαιμόνια *Græcè legitur; unde Mabillonius vertit:* dæmones) quibus omnibus operantur, & inter sacrificia conjecturas faciunt divinationum. *Ita ferè Mabillonius loco citato.*

adductis eam in rem

136 *Parùm efficax est viri doctissimi ratio: nam primò Sclavinorum in Thraciam & Illyricum irruptio aliquot annis* S. Placidi *martyrio posterior est, nisi ab Actis, à Mabillonio editis, & illud anno* 541 *conceptis terminis affigentibus omnino sit recedendum: refert enim illam Procopius ad annum belli Gothici decimum quintum. Hoc autem iniit anno Justiniani nono, Christi* 535, *atque adeò ad annum Christi circiter* 550 *nos deducit Sclavinorum in Thraciam & Illyricum irruptio: sed ita non congruunt tempora, hinc à Procopio Sclavinorum in Thraciam & Illyricum irruptioni,* E *illinc* S. Placidi *martyrio in Actis assignata. Neque per Procopium licet hâc priorem Sclavinorum in Romanorum fines irruptionem fingere: nam teste eodem lib.* 3 *de Bello Gothico cap.* 38, *ante irruptionem illam* ne tentaverant quidem umquam hi barbari incursionem facere in Romanum imperium. Immò verò ante illud tempus, quod suprà dixi, numquam cum exercitu fluvium Istrum videntur trajecisse. *Capite quidem* 40 *Sclavinos dein* toti Europæ damna gravissima *intulisse, Procopius narrat, Totilæ fortè gratificatos, quæ tunc aliquorum, teste eodem Procopio, suspicio fuit. Huc si oculos intenderit Mabillonius, cùm Sclavinos verosimiliter Siciliam etiam, præter Thraciam & Illyricum invasisse dixit, definitum in Actis Placidiani martyrii annum non curârit, ut conjecturæ suæ locum faceret. Nunc, quæ ad Sclavinorum ritus, & solitam eorum feritatem spectant, examinemus.*

rationibus ait:

F

137 *Si Saracenorum ritus in Actis memorati cum ritibus Sclavinorum à Procopio traditis comparemus, nihil, quod Mabilloniana conjecturæ magnopere prosit, reperiemus. Quantum quidem è Procopio (verba habes num.* 135) *colligere est, præcipuum Sclavinorum numen id fuit, quod fulminis fabricatorem putabant: secundaria cetera, ùt flumina, nympha & alia quædam numina, ùt Claudius Maltretus Procopii interpres vertit. Mamucha verò deorum omnium excellentissimum Luciferum vocat: ex Hieronymo autem in Vita Hilarionis cap.* 20 *apud Rosweydum patet, Luciferum & Venerem præcipuo in honore habuisse Saracenos. Verba illius sunt:* Pervenit Elusam eo fortè die, quo anniversaria solemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illam ob Luciferum, cujus cultui Sarracenorum natio dedita est. *Et cap.* 5 *in Amos hæc propheta verba:* Sidus Dei vestri *ita commentatur:* Quod Hebraïcè dicitur CHOCHAB, id est, Lucifer, quem Sarraceni huc usque venerantur. *Verùm non video, quæ inter Luciferum & Venerem à Saracenis potissimùm cultos, & fulminis fabricatorem Deum ceteraque Sclavinorum vana numina, à Procopio memorata, connexio intercedat, ut eadem dici possint.*

verùm, hæc ostenditur,

138 *Quod jam ad tormenta pertinet, etsi Martyres nostri tormentis aliquot affecti legantur in Actis, quæ ad ea, quæ Sclavinis in usu fuisse Procopius num.* 135 *laudatus scribit, accedant; non-*

A *nonnulla tamen præterea subiisse ibidem dicuntur, quæ Sclavinis in usu fuisse, Procopius negat. Quæ fuerint Christianis Siculis à Saracenis toleranda supplicia, infrà num.* 70 *sic Acta exponunt:* Jam verò quis dignè enarrare valeat, quantis suppliciis Christiani eo tempore in Sicilia sint affecti? Nonnulli namque palorum vectibus ora referantes, fœtidum cœnum ingerebant. Alios in frontibus & in tibiis remugientibus nervis torquendo cruciabant, plerúmque aquam marinam, acetum, amurcam & liquamen & alia multa & crudelia, tamquam utribus imbutis ori appositis, sine misericordia porrigebant, stimulis ferreis ad ambulandum urgentes. Parvulos etiam ab uberibus maternis rapientes, insontem infantiam elidebant ad terram. Alios è regione pedes tenentes, à meatu prorsus naturali, usque ad aream capitis dissipabant. Alii candentis ferri laminis adusti sunt, aptantesque fustes in modum ferrarum ex palmis cum stirpibus, & dorsa Christianorum cum illis flagellantes, non tantùm ossa confringebant, sed etiam terebrantes aculei intrinsecùs remanebant, dissipatisque carnibus, viscera pandebantur. Non-

B nulli verò, ligatis pedibus post terga currentium equorum, inter spinosa loca silvarum ducebantur, ut, ducti & reducti, dumosis lignorum aculeis eorum corpora carperentur, ac diu & sæpius tibias torquendo tinnientibus chordis constringebant.

non admodùm validis. * jactis

139 Feminas autem per unum pedem appendentes palis minoribus dentatis rectis * in capite, crinibusque in eisdem colligatis, ac vehementiùs stringentes simul cum capillis omnem pelliculam auferebant, ingentia pondera in uno pede colligantes, & laminas ferri ignitas dorso, ventri, mamillis ac lateribus apponentes. *En congestas suppliciorum facies satis multas: nullus tamen è Christianis palis humo infixus dicitur; nullus, cùm verberibus tunderetur, defossis humi quatuor lignis alligatus; nullus tugurio inclusus & ita igne combustus, quæ tormentorum genera Sclavinis familiaria fuisse, Procopius scribit. Mortis verò genus, quo Martyres nostri periêre, non modò non familiare erat Sclavinis, sed ne usitatum quidem: illud Acta infrà num.* 78 *ita describunt:* Cúmque sancti martyres Eutychius, Victorinus, & virgo Flavia, cum triginta tribus

C Sociis suis respondissent, Amen, flectentes genua decollati sunt unà cum beatissimo Placido. *At, teste Procopio, Sclavini* Obvios non ense, non hastâ, non alio quoquam usitato mortis genere conficiebant; *ut adeò ex usitata Sclavinorum sævitie & toleratis à Martyribus nostris suppliciis effici nequeat, Sclavinos tam horrendis suppliciis in Sanctos fuisse debacchatos, meritòque Mabillonius tantùm dixerit, esse rationem aliquam (sed ex dictis non admodùm efficacem) ob quam* S. Placidi *martyrium feroci Sclavinorum genti possit adscribi.*

Gregorii Magni tempore Martyrum cædes non contigit, nec auctore Bucceliino:

140 *Geminam præterea Mabillonius Siciliæ cladem refert, quarum altera sub Gregorio Magno contigit; alteram Marcellini continuator, Aimoinus, & Chronicon Moissiacense apud Chesnium tom.* 3 *Scriptorum Franciæ memorant: illam à* S. Placidi *ætate nimiùm remotam fatetur Mabillonius, quàm ut in illa* Placidus *martyrium subire potuerit. Idem porrò dicendum est de secunda, nisi ab Actis planè recedere malimus. Justiniano quidem imperante, hæc contigit; sed Agila in Hispania regnante secundùm Chronicon Moissiacense, quem annis aliquot à* S. Placidi *martyrio Hispa-*

niam regere cœpisse, jam vidimus suprà. Præterea illius auctor Buccellinus, non Hispano regi, sed Theodeberto Francorum regi militabat, neque ex Hispania, sed Italia in Siciliam traduxit exercitum. Sed Mabillonio Actorum hoc loco error intolerabilis visus est; atque adeò, de conciliando cum temporum illorum historiis Actorum scriptore non sollicitus, satis habuit, quasdam barbarorum in Siciliam excursiones protulisse, quæ, Justiniano imperante, contigerint, iisque insignitæ sint characteribus notisque, ut illis Sanctorum martyrium utcúmque possit adscribi. Majora conatus est Octavius Cajetanus in suis ad Acta S. Placidi, *Stephani Aniciensis nomine edita, Animadversionibus. Hunc denique audiamus.* AUCTORE J. B.

Cajetanus Barbaros ex Mauritania Tingitana in Siciliam irrupisse vult,

141 *Animadversione* 15 *in Vitam* S. Placidi, *quid sentiat, succinctè exponit his verbis:* Aio igitur, barbaros, quos Gordianus scribit Siciliam afflixisse, Placidumque ac Socios pro fide Christi occidisse, Sarracenos dæmonum superstitionis cultores extitisse & in Siciliam ex Mauritania adnavigâsse, quæ Gordiano Hispania dicta est. *Ac primò quidem secundùm Octavium minimè mirum est, Gordianum Mauritaniæ dedisse* Hispaniæ *nomen: id enim antiquorum scriptorum exemplo fecit, qui Mauritaniam, quæ Tingitanæ nomen accepit,* Hispaniam *appellavêre, ùt de Honorio, Sexto Rufo, & libro Notitiarum observat Ortelius verbo* Mauritania. *Dein neque mirum est, Mauros, Tingitanæ nempe provinciæ, à Gordiano (ùt ille quidem censet, mihi verò hîc tantisper fingere lubet)* Saracenos *dictos: quamquam enim Saraceni peculiarem Arabum gentem constituerint, nomen tamen suum ad Arabes reliquos propagârunt: sic Scenitas Arabes Ammianus Marcellinus lib.* 22, *cap.* 15 Sarracenos *sua ætate appellatos scribit. Jam verò ex Arabibus seu Saracenis orti sunt Mauri, qui Mauritaniam Africæ provinciam tunc incolebant: scribit enim Procopius de Bello Vandalico lib.* 2, *cap.* 10, *Mauros ex iis gentibus ortos esse, quas è Phœnice, cujus tunc pars erat Palæstina, aliò fugere compulit Josue; quæ primò quidem in contermi-*

E *nam Ægyptum, ac dein in Africam concesêre: porrò cùm gentes illas* numero abundantes *fuisse scribat, & Arabia Ægypto ac Palæstinæ confinis sit, verosimile est & Arabes fuisse à Josue aliò migrare compulsos, & in Africam secessisse. Certè, ùt notat Ortelius, Mauros* ALARABES hodie nominant Hispani, Olivario auctore, quasi dicerent ARABES; AL enim articulus Arabicus est. *His adde, Arabes, seu Saracenos, etiam Palæstinæ partem occupâsse ex Hieronymo, cujus verba habes num.* 137: *erat enim Elusa, quam à Saracenis habitatam scribit Hieronymus, urbs Palæstinæ in Idumæa. Sive igitur ex Arabia Mauri, sive è Palæstina in Africam migrârint,* Saracenos *dixerit illos Gordianus, quòd ex Arabibus, qui &* Saraceni *dicti sunt, ortum duxerint.*

sed sibi adversantem

142 *Plura præterea ad confirmandam sententiam suam Cajetanus congerit, ùt idem Mauris & Ammonitis, Palæstinæ populis, idolum fuisse,* Moloch *dictum; iisdem moribus Mauros & Arabes vixisse, ac Saracenos veteri odio in monachos flagrâsse. Denique & bella, quæ Mauros inter & Justinianum interceserê. Sed, utut reliqua è Cajetano satis fortè probabiliter dicuntur, quæ de his bellis habet, haud satis accurata videntur. Ait enim ex Procopio, Justinianum, attritis Vandalis, in Mauros arma vertisse; malè pugnâsse cum Mauris, amissis copiis unà cum duce, anno imperii*

F *sui*

AUCTORE J. B.

ſui decimo quarto, Chriſti 540; *quapropter fieri facilè anno conſequente, quo* S. Placidus *martyrio ſublatus fuit, potuiſſe, ut eâ victoriâ elati Mauri, deſcenſione facta in Siciliam, in inermes Siculos iras clademque intulerint. Haud, inquam, hæc ſatis accurata videntur: duplicem enim tantùm à Mauris Juſtiniani copiis, quam Procopius memoret, invenio illatam cladem: alteram quidem lib.* 2 *de Bello Vandalico cap.* 19, *ſed quam anno Juſtiniani* 13, *Chriſti* 539 *ad Abigam fluvium haud procul urbe Bagaïtana accepit Gontharis Juſtiniano ſub Salomone militans; at quam Salomon mox egregiè ultus eſt; ut Maurorum animos prior qualiſcúmque victoria parùm ac brevî admodùm efferre potuerit.*

Procopium habere videtur,

143 *Alteram verò lib. citato, cap.* 21, *quâ Salomon Juſtinianei exercitus dux à Mauris extinctus eſt: at illam anno Juſtiniani* 17, *Chriſti* 543, *Procopius illigavit; ut perperam huic annum Juſtiniani* 14 *Cajetanus aſſignâſſe videatur. Nam poſt expugnatum à Salomone montem Auraſium anno Juſtiniani* 13, *ùt cap.* 20 *Procopius narrat*, Afri omnes, quicúmque Romanis parebant, ſtabilem adepti pacem ſub moderato ac valde commodo Salomonis regimine, belli cogitatione omni depoſita, mortalium omnium fœliciſſimi videbantur. *Ac proinde tunc quidem ab armis Mauri quieviſſe videntur. Quandonam verò rurſus ad arma itum ſit, mox ſeq. capitis initio Salomonis cladem ſimul & interitum relaturus, idem Procopius declarat his verbis:* In contrarium hæc fælicitas verſa eſt quarto pòſt anno, quo imperii decimum ſeptimum agens Juſtinianus Cyrum ac Sergium filios Bacchi, fratris Salomonis, præfecit urbibus Africæ. *Procopius igitur Cajetani ſententiæ adverſari videtur, niſi ad annos duos aut tres* S. Placidi *necem differre vel totidem anticipare quis velit: tanti enim* S. Placidi *Acta facienda non ſunt, ut id fieri velent. Ceterùm id Cajetani opinio ſingulare habet, ut Actis*, S. Placidi *necem Mamuchæ, regis Hiſpani Abdalæ duci, adſcribentibus, præ reliquis opituletur; quamquam illi haud faveat, quòd Acta, Stephano Anicienſi adſcripta, Abdalam dicant* toti Hiſpaniæ *dominatum; quod de ſola Mauritania Tingitana haud commodè videtur intelligi poſſe: verùm quod hic de Hiſpania ſine addito legerat, de ſuo fortè de tota Hiſpania interpretatus eſt.*

cui tamen favent

144 *Cajetano item favere apparet, ut ejus dictis adjiciam aliquid, tum quòd* Abdala & Mamucha *Arabica ſint nomina; tum maximè, quod in Actis à Mabillonio vulgatis infrà num.* 63 *his verbis legitur:* Cúmque omnes (S. Placidus *ac Socii*) ſingillatim unus poſt unum hoc ordine cruciati fuiſſent, juſſit dux Mamucha dari unicuique Sanctorum pugillum unum hordei crudi ad manducandum, & paululum aquæ ad bibendum. *Hujuſmodi enim cibus Mauris Africanis ea tempeſtate familiaris fuit: audi Procopium lib.* 2 *de Bello Vandalico cap.* 6. Pane, *inquit*, vino cæteriſque mitioris victus commodis carent: far autem, olyram atque hordeum, nec mitigata igni, nec commolita, mandunt jumentorum ritu. *Quin & Mauros ad illius cibi eſum Chriſtianos non rarò compuliſſe, colligitur è Victore Vitenſi lib.* 2 *Perſecutionis Vandalicæ num.* 12 *apud Ruinartium, ubi de Maurorum in Chriſtianos ſævitie præter alia hæc habet:* Reliqui habiliores ad ſolitudinis loca (*Mauris ducentibus, ùt paulò antè habet*) perveniunt, in quibus collocati, hordeum ad veſcendum ùt jumenta accipiunt. *Ruinartius Victoris Vitenſis Hiſtoriæ jam laudatæ Paſſionem ſeptem ſanctorum Monachorum, apud Carthaginem ſub Hunerico paſſorum, vel à Victore, ùt ait, vel certè ab auctore æquali ſcriptam, ſubnectit, in qua quoque num.* 2 *hiſce non abſimilia leguntur:* Primò ſacerdotum & miniſtrorum copioſiſſimam & maximam turbam in longinquas & extremas regiones exſilio crudeli (*Hunericus, veroſimillimè per Mauros, utpote gentiles & ad perſequendos Chriſtianos animoſiores*) detruſit. Quibus bis acutum genus frumenti, quod jumentis ſolis edere conceſſum eſt, nequaquam induſtria molari contritum, ſed manente furfuris cortice loricatum, pro miſeratione dari præcepit. *Ut planè, quæ in Actis Mabillonianis num.* 63 *leguntur, modò vera ſint, Mauros ſapiant.*

illata Martyribus ſupplicia,

145 *Adducere denique opinionis ſuæ confirmandæ causâ Cajetanus præterea poterat varia, quibus in* S. Placidum *& illius Socios ſævitum eſt, ſuppliciorum genera, iis planè ſimilia, quibus Vandali, ſæpe per gentiles Mauros feritatis ſuæ miniſtros, Catholici ritus Afros affecerunt ſub Geiſerico & Hunerico, Vandalorum regibus: nam ſub Geiſerico quidem, teſte Victore Vitenſi, qui tum in Africa vivebat, lib.* 1, *num.* 2 *apud Ruinartium Vandali* aliis paiorum vectibus ora referantes, fœtidum cœnum ob confeſſionem pecuniæ fàucibus ingerebant: nonnullos in frontibus & tibiis, nervis remugientibus torquendo cruciabant. Pleriſque aquam marinam, aliis acetum, amurcam, liquamenque & alia multa atque crudelia, tamquam utribus imbutis ori appoſita ſine miſericordia ingerebant... Sacerdotes viroſque illuſtres ſtimulis ferreis ad ambulandum urgebant.... Sed etiam parvulos ab uberibus maternis rapiens barbarus furor, infontem infantiam allidebat ad terram: *quæ omnia in Actis* (*vide ſuprà num.* 138) *legere eſt verbis ferè iiſdem. Acetum quoque aſperum & acerrimum Eugenio Carthaginenſi epiſcopo, licèt invito, ingeſtum fuiſſe, ſcribit idem Victor lib.* 5, *num.* XI. *Si verò, qui* S. Placido *ac Sociis necem intulerunt, barbari Siculas* feminas palis minoribus dentatis rectis (*lege potiùs* erectis *aut* jactis) in capite (*vide num.* 139) crinibuſque in iiſdem colligatis, ſimul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant; *idem fieri ſive per Vandalos, ſive per ſubjectos ſibi Mauros Hunericus juſſit. Audi Victorem lib.* 2, *num.* 4. At ubi ab homine Dei (*Eugenio, Carthaginenſi epiſcopo*) tale reſponſum accepit (*Hunericus*) ſtatuit in portis eccleſiæ collocari tortores: qui videntes fœminam vel maſculum in ſpecie ſuæ gentis ambulantes, illicò palis minoribus dentatis jactis in capite, crinibuſque in iiſdem colligatis ac vehementiùs ſtringentes, ſimul cum capillis omnem pelliculam capitis auferebant.

niſi hæc illis recentior aliquis pro arbitrio applicuiſſet.

146 *Quos dixi, barbari, ùt aiunt Acta*, ingentia pondera in uno pede colligabant, & laminas ferri ignitas dorſo, ventri, mamillis ac lateribus *feminarum* apponebant: *Vandali vel Mauri eorum miniſtri, ùt ait Victor proximè citatus num.* 7, *virgines ſacras* torquentes gravi ſuſpendio, atque ingentia pondera pedibus colligantes, laminaſque ferri ignitas dorſo, ventri, mamillis & lateribus apponebant. *Mauros autem Vandalicæ feritatis miniſtros non rarò fuiſſe, colligi ex Victore poteſt:* Pòſt verò, *inquit num.* 12, imperatum eſt Mauris, ut eos, qui ambulare non poterant, ligatis pedibus (*ſimilia iterum Acta habent* S. Placidi *longiora num.* 70) velut cadavera animalium mortuorum traherent per dura & aſpera loca, ubi primò

A mò veſtimenta, poſtea membra ſingula carpebantur. *Hæc de Siculis univerſim narrant Acta: de Martyribus verò noſtris aiunt, fuſtibus, ſuſpendio, fumo non ſemel tortos fuiſſe*; S. Flaviam *pedibus in ſublime & prorſus indecorè ſuſpenſam*; S. Placido *linguam præciſam; ſed ſine illa non minùs commodè locutum: quibus ſimilia rurſus habet Victor lib.* 5, *num.* 1 *&* 6. *Hæc, inquam, ad confirmandam Cajetani ſententiam non parùm facerent, ſi Gordianus, ùt ille exiſtimavit, iſta ſcripſiſſet: verùm ex antè dictis & collatis Actorum cum Victoris narratione verbis, recentioris auctoris ea eſſe, qui ſua ex Victore aliiſque corraſerit, & barbaris, qui* S. Placidum *interfecerunt, quos libuit, mores forſan affinxerit, quivis facilè intelliget. Porrò cùm in tanta ſententiarum varietate, ne una quidem, cui tutò poſſit fidi, occurrat, manifeſtum eſt, quàm difficile ſit, male combinatis S.* Placidi *Actis medicam hic manum adhibere, & quinam Martyres noſtros peremerint, ſtatuere ac definire.*

Paſſi ſunt Martyres fortè anno 539. B

147 *Nihil de anno, quo paſſus eſt* S. Placidus, *legitur apud Stephanum Anicienſem: at Acta à Mabillonio edita num.* 83 *ita habent:* Paſſus eſt autem beatiſſimus Placidus, martyr Domini noſtri Jeſu Chriſti præcelſus, anno ætatis ſuæ vigeſimo ſexto, cum duobus fratribus ſuis Eutychio, Victorino, & ſorore Flavia, Fauſto, Firmato ſimul ac monachis triginta (Donatus *jam antè occiſus erat, Gordianus verò barbarorum manus evaſerat ex num.* 59) ſub ſæviſſimo rege Abdala & duce Mamucha tertio decimo anno Juſtiniani imperatoris apud Meſſanam Siciliæ civitatem tertio Nonas Octobris. *Unde anno* 539, *cujus menſis October cum anno Juſtiniani decimo tertio concurrit*, S. Placidum *martyrium ſubiiſſe conſequitur; verùm paulò pòſt ibidem legitur:* Martyrio coronatus quadrageſimo primo ac quingenteſimo; *quæ cùm prioribus non cohærent. Breviarium Romanum, Clementis VIII & Urbani VIII auctoritate recognitum, priorem temporis notam retinuit: hanc & ego, ſi quid in re tam incerta audendum eſt, retinere malim: nam ex antè dictis, necis* S. Placidi *auctores fuiſſe Mauros Africam incolentes, dum quid certius afferatur, probabilius exiſtimo; & anno* 539 *iidem Mauri cum Juſtiniano, ùt ex Procopio dixi num.* 42, *bella geſſêre, ac proin fieri facilè potuit, ùt Siciliam, quam Gothis Beliſarius Juſtiniani dux eripuerat, tumultuariè ſint adorti ac Martyres noſtros trucidârint: quia tamen nec id ſatis ſtabilitum apparet,* S. Placidi *necem ſub annum* 541 *ſignavi principio Commentarii.*

C

die v *Octobris, excepto Donato, menſe Septembri occiſo.*

148 *De die, quo* S. Placidi *martyrium contigit, utriſque Actis convenit: nempe tertio Nonas Octobris; quo omnes, præter* Donatum, *occiſos dicunt.* Donatus *verò in Martyrologio Romano Gregorii XIII juſſu edito, & Antverpiæ anno* 586 *typis Plantinianis excuſo, quarto Nonas Octobris, ſeu die* IV *ejuſdem menſis his verbis memoratur:* In Sicilia, S. Donati monachi & martyris, diſcipuli ſancti Benedicti abbatis: qui captus à Saracenis, cùm Chriſtum negare nollet, gladio percuſſus eſt. *Addit Wion:* Paſſus eſt anno DXLI ... pridie quàm S. Placidus pateretur. *Ad eumdem diem ſignatur in Martyrologio Benedictino Menardi, in Kalendario Sanctorum Benedictinorum, tomo* I *Actorum eorumdem præfixo, utì & apud Ferrarium: verùm hodie, ùt ad diem quartum Octobris in Prætermiſſis eſt dictum, in Martyrologio Romano ad diem* v *Octobris unà cum* Placido *ceteriſque ejus Sociis jungitur. Mutationis ratio fuit, quòd maluerint illius auctores illum ceteris ad* v *Octobris jungere; quàm pridie annuntiare, cùm ex utriſque Actis inter* Donati & Placidi *necem dies multos interceſſiſſe neceſſe ſit, ùt illa vel inſpicienti patebit. Dies undeviginti Cajetanus numerat ex collatis invicem Actis, tum quæ ipſe Gordiani vocat, & Mabillonius edidit; tum Stephani Anicienſis: quo pacto* XVI *Septembris Donatus martyrium ſubiiſſe dicendus eſt.*

AUCTORE J. B.

§ X. Variæ conditi à S. Placido Meſſanæ monaſterii viciſſitudines.

Meſſanenſe cœnobium, occiſis Martyribus, E

FUſus *tot Martyrum ſanguis impiam barbarorum crudelitatem non ſtitit; verùm, ubi deeſſe animadvertunt Chriſtianos, quos furori ſuo litent, in* S. Placidi *monaſterium furorem vertunt, & in conditum ab illo S. Joannis Baptiſtæ templum ſacrilegas manus injiciunt: illud flammis tradunt & à fundamentis evertunt: in templum verò S. Joannis Baptiſtæ ea committunt, quæ infrà in Actis Mabillonianis num.* 80 *ſine horrore non legas: arduum tamen creditu eſt, quod de eodem ibidem his verbis legitur:* Præ celſitudinis verò magnitudine, eccleſiam, quam intra monaſterium ſuum beatus Placidus in honore S. Johannis Baptiſtæ ædificaverat, cùm eſſet ampla & alta, Saraceni ſuccendere (*ne quidem quatriduo, quo in id incubuiſſe dicuntur*) ſive evertere potuerunt. *His peractis, barbari, quinto poſt occiſos Martyres die, Meſſanâ ſolverunt, ſed divina inſequente vindicta; nam in ipſo adhuc freto Siculo Rhegium versùs navigantibus tanta repentè tempeſtas incubuit, ut Saracenos,* quotquot erant, *inquit Stephanus Anicienſis, in maris ima depreſſerit. Naves centum, Saracenos verò ſexdecim mille octingentos numerant Acta Mabilloniana; quo teſte, ignoro. Atque hæc quidem prima fuit monaſterii Placidiani clades.*

à barbaris deſtruitur; ſed brevi F

150 *Jacebant interim in maris littore inhumata Martyrum corpora; quibus barbaris humaniores feræ pepercerant hactenus; de quorum diſceſſu Gordianus, qui fugâ mortis ſupplicium evaſerat, monitus, Sanctorum exuvias collegit ac tumulis, quo fas fuit honore, recondidit;* S. Placidi *nimirum,* Eutychii, Victorini & Flaviæ *in S. Joannis Baptiſtæ eccleſia; monachorum verò triginta, in ipſo, in quo jacebant, maris littore. Ubi* Firmati & Fauſti? *Sepultis Martyribus, Gordianus Conſtantinopolim abiiſſe dicitur; quod utique, ùt num.* 38 *& ſeq. jam dictum eſt, parùm veriſimile eſt, nec erat ex ejus officio. Magis frugi Siculi fuiſſe feruntur: hi namque inſtaurando* S. Placidi *monaſterio animum adjeciſſe dicuntur, novamque à S. Benedicto diſcipulorum coloniam petiiſſe, ſcriptis ad illum litteris, quas infrà num.* 85 *in Actis primo loco edendis habes: ſed non modò has litteras, ſed & Benedicti ad ſuos, audito* S. Placidi *martyrio, orationem, quiſquis in illas vel oculos conjecerit, ùt fictitias habiturum exiſtimo; de quibus nihil apud Stephanum Anicienſem occurrit, ſicut nec apud hunc quidquam legitur de iis, quæ in Actis à Mabillonio editis porrò narrantur. Sunt autem potiſſimùm hæc: S. Benedictum,*

AUCTORE J. B.

quem anno 543 *è vivis abiisse statuunt, Siculorum votis libenter annuisse, ac novam ad Siculos, quæ, quidquid everterant barbari, restitueret, suorum coloniam transmisisse; ab hujus in Siciliam adventu anniversarium* S. Placidi *& Sociorum diem ritu publico ac solemni admodùm apud Siculos celebratum; ecclesiam verò S. Joannis Baptistæ, amisso nomine pristino, exinde* S. Placidi *dictam fuisse, dum sub Romanis Sicilia fuit. Quæ quidem, etsi falsa non dicam, certa tamen mihi esse non possunt, quòd indubitatæ auctoritatis testimonio aut certa traditione usque stabilita non videam.*

restituitur, floretque

151 *Restitutum tamen fuisse* S. Placidi *monasterium, docent, quæ pòst contigisse videbimus. Rocchus Pirrus Siciliæ Sacræ lib.* 4, *part.* 2, *Notitiâ* 3 *scribit, Casinenses monachos à Vigilio Papa* (*sedit ab anno* 538 *usque ad* 555) *confirmationem obtinuisse*, ut suorum prædiorum, villarum, portuum, piscariarum ac ceterorum bonorum, in Sicilia & Italia à Tertullo pro dono concessorum, *proventibus, fructibus, & dominio liberè fruerentur: at diploma illud Vigilianum, quod laudat, num sincerum magis, quàm eidem Pontifici affictæ ad Justinianum litteræ, de quibus num.* 42 *actum suprà est? Addit Pirrus restituti monasterii bona pia etiam fidelium liberalitate temporum lapsu non mediocriter accrevisse; in quo quidem nihil reperio, quod vero absimile sit; sed rebus istis Benedictina familia haud admodùm diu gavisa est. Etenim, Constante imperatore Syracusis occiso, vehemens in Siciliam facta est Saracenorum irruptio, quâ denuò Messanense cœnobium, occisâ iterum illud incolente Benedictinâ familiâ, ingenti clade ac ruina protritum fuit.*

B

usque ad Constantis imp. tempora,

152 *Petrus Casinensis apud Octavium Cajetanum in Fragmento Passionis* S. Placidi *tom.* 1 *de Vitis sanctorum Siculorum pag.* 181 *rei gestæ seriem pandit hoc modo:* Tempore illo, quo Constans imperator voluit Novæ Romæ imperium in Seniorem Romam transferre, ab urbe Roma Siciliam veniens remoratus est ibi per annos sex. Cùm autem balneum Daphne, quod apud Syracusas est, caussâ lavandi ingressus fuisset, cœpissetque sapone Gallico deliniri, Andreas, filius Troili, sumens situlam, dedit eam in vertice imperatoris, fugâque lapsus evasit. Ast imperator cùm tardaret in balneo, insiliunt hi, qui foris erant, invenientesque imperatorem occisum, sepulturæ tradere studuerunt, & in loco ejus Mezentium quemdam absque voluntate Romanorum elegerunt; contra quem Constantinus imperator, jam dicti Constantii* filius, cum Romanorum exercitu veniens in civitate Syracusana illum morti addixit.

C

* Constantis

quo occiso, à Saracenis

153 Hæc dum ad notitiam Sarracenorum, qui jam Ægyptum pervaserant, devenissent, subitò cum multitudine navium venientes, Siciliam invadunt, Syracusas ingrediuntur, multamque stragem facientes Christianorum, ad beati Placidi monasterium deveniunt, illud prædonum manibus direptum ad solum usque prosternunt, solam tantùm ejusdem Martyris ecclesiam relinquentes. Monachos verò, quotquot ibidem invenerunt, diversis suppliciis affectos letho dederunt, vix paucis Christianorum evadentibus, qui per munitissima castra & juga confugerant montium; auferentes quoque prædam nimiam & omnem ornatum illum, quem Constans augustus ab urbe Roma abstulerat in ære & diversis speciebus, Alexandriam redierunt. *Hæc Petri narratio partim è Theophane pag.* 292 *& seq., par-*

tim è Paulo diacono de Gestis Langobardorum lib. 5, *cap.* XI *& duobus proximè sequentibus hausta est: sic loquitur Paulus cap.* 13. Hæc audiens gens Sarracenorum, quæ Alexandriam & Ægyptum pervaserat, subitò cum multis navibus venientes Siciliam invadunt, Siracusas ingrediuntur, multamque stragem faciunt populorum, vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra & juga confugerant montium. Auferentes quoque prædam nimiam, & omne illud, quod Constans augustus à Roma abstulerat ornatum in ære & diversis speciebus, sicque Alexandriam reversi sunt. D

alteram cladem accipit

154 *Quod de Sicilia universim, ac maximè Syracusis Paulus diaconus dixit, Petrum Casinensem Messanensi quoque cœnobio applicuisse, utriusque verba conferenti perspicuum fiet: porrò fecit id verosimiliter è majorum traditione: certè illorum temporum scriptorem non novi, qui illud de Messanensi cœnobio nominatim tradiderit. Neque id Theophanes, aut Paulus, quos potissimùm Petrus consuluit, faciunt. Sed, utut auctores veteres de eversa ea tempestate per Saracenos denuò* S. Placidi *monasterio sileant; nihil obest, quo minùs Petri dictis fides habeatur: nec enim minuta quæque & singularia versantes in hujusmodi argumentis historici persequi semper solent; Siciliam verò longè latéque Saracenorum furori patuisse, mox laudata Pauli verba abundè declarant. Quod autem ad tempus attinet, quo clades illa cùm Siciliæ, tum Messanensi* S. Placidi *monasterio illata fuit, è Paulo diacono liquet, referri illam debere ad id temporis, quod Constantis Syracusis occisi; & debellati Mezentii* (Mecetium *Paulus appellat*, Mizizium & Mizizinum *Theophanes*) *qui imperatorium nomen, Constanti occiso, arripuerat, interitum proximè fuit subsecutum.* E

anno 669.

155 *Constans verò, ut refert Paulus cap.* XI, *lib.* 5, ingressus *est* Siciliam per Indictionem septimam.... Mansit autem imperator in Sicilia ab Indictione septima usque in duodecimam: sed tandem tantarum iniquitatum pœnas luit, atque dum se in balneo lavaret, à suis extinctus est. *Anno* 668 *Kalendis Septembris Indictio duodecima sumpsit exordium. Anastasius quidem in Vitaliano Papa Indictione* XI, *die* XV *Julii Constantem occisum ait: verùm, teste Pagio in Criticis ad hunc annum num.* 9, *Indictioni* XI *substituenda est duodecima, prout in exemplaribus Anastasianis Mss., regio, Thuaneo, Mazarino & quibusdam aliis, uti & à Mariano Scoto signatur: Constantem autem anno* 668 *post diem* XVI *Septembris & ante diem* VII *Novembris Syracusis occisum ex Actis Concilii Constantinopolitani tertii monet; quod sanè Pauli diaconi verbis suprà relatis magis congruit. Porrò Constantinus Pogonatus Constantis successor, Mezentianæ tyrannidis certior factus, ex Histria, Campania, Africa & Sardinia coëuntium militum ope Mezentium Syracusis cepit; quo vitâ exuto, Constantinopolim rediit: post hujus verò reditum Saraceni in Siciliam inopinatò irruerunt, ut ex Paulo diacono liquet: quæ rerum gestarum à Constantis obitu series, hanc Siciliæ à Saracenis cladem anno* 669 *illigandam suadet, quod Hermannus Contractus in Chronico his verbis facit:* Saraceni, qui jam multis depopulatis provinciis, Ægyptum tenebant, Siciliam hoc tempore invadentes, magnas hominum strages faciunt: & deprædatâ insulâ, hisque, quæ Constans imperator ibi collegerat, ablatis, Alexandriam redierunt. F

non sub Adeodato,

156 *Baronius in Annalibus ad annum 669, Vitalianum Pontificem hoc anno sexto Kalendas Februarii obiisse ratus, cladem illam sub Adeodato, qui Vitalianum in Sede Romana excepit, contigisse, tradit ex Anastasio, qui illam in Adeodato refert. Non ignorabat quidem Baronius tum Siculorum, qui Saracenorum manus evaserant, ad Lateranenses monachos, tum ipsius Vitaliani ad Messanenses, quibus illos ad monasterium* S. Placidi *instaurandum hortatur, litteras; sed suspectas habuit,* Maximè, *inquit Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum 669, num.* 73, quòd Anastasius hanc Sarracenorum in Siciliam impressionem sub Adeodato Romano Pontifice accidisse dicat, non sub Vitaliano, quem Baronius obiisse hoc anno (669) perperam existimavit. *Sic est; ea de causa Baronius prædictas litteras suspectas habuit: sed, quod ad Siculorum saltem litteras spectat, quid eas Baronio suspectas potissimùm fecerit, ipsis Baronii verbis accipe:* Hactenus, *inquit,* litteræ (*recitaverat autem tum Siculorum, tum Vitaliani litteras*) quæ nobis parùm arrident ob id potissimùm, quòd civitates plures (*nonaginta & octo civitates villasque, ùt aiunt Siculorum ad Congregationem Lateranensem litteræ*) in Sicilia hoc tempore possedisse monachi dicerentur, quando nec ipsa Romana Ecclesia vel unius oppiduli, ut ipsum possideret, domina esset, nec imperator ipse, insulæ dominus, tot illic civitates haberet. *Id quidem in Vitaliani litteris non legitur, sed utrasque ob mutuam connexionem æque fictitias Baronius verosimiliter existimavit.*

sed Vitaliano Pontifice.

157 *Ceterùm Baronii de anno obitus Vitaliani Papæ opinio recentioribus hodie passim displicet. In Opere nostro ad* XXVII *Januarii pag.* 779 *ita de Vitaliani Pontificatu disseritur:* Avectus est Româ S. Martinus per Theodorum Calliopam XIII Kal. Jul. feriâ IV. Ergò anno Christi DCLIII, quo littera Dominicalis erat F. S. Eugenius sedit annos duos, menses IX, dies XXIV. Obiitque 2 Junii; quare electus videtur circitèr X Augusti; ubi nempe certò constitit, Martinum Chersonam relegatum, nec esse Romam reversurum; etsi Pontificem se, eo vivente, non gesserit, sed vicarium Pontificis. Post ejus mortem vacavit episcopatus menses unum, dies XXIX. Subrogatus est sub finem Julii Vitalianus eodem anno DCLVI, seditque annos XIV, menses VI, usque ad XXVII Januarii an. DCLXXI. *Eodem anno mortuum, Papebrochius scribit in Propylæo Maii. Pagius Adeodati, Vitaliani successoris, annum primum Christi* 672 *innectit. Mabillonius verò è Milone Elnonensi tom.* 1 *Annalium Benedictinorum pag.* 407 *Vitalianum anno* 671 *Adeodato locum feciss tradit; sed Milonem in Chronologia Pontificia parùm fuisse versatum, tum Henschenius tom.* 1 *Februarii pag.* 839, *tum Papebrochius ostendit in Propylæo Maii, ubi de Vitaliano. Utut sit, cùm verosimiliter saltem ad annum* 671 *vitam Vitalianus produxerit, Petrus Casinensis, qui hanc Siculorum cladem & secundam monasterii Placidiani ruinam hujus Pontificis tempore contigisse, saltem innuit verbis mox citandis, hac ex parte erroris certò argui non potest; neque fidi Cajetano certò debet, Animadversione* 6 *in Fragmentum ex Historia Petri diaconi de* S. Placido *& Sociis hanc Siciliæ vastitatem Adeodati potiùs, quàm Vitaliani Pontificatui è Baronio innectenti.*

Tertia ejusdem monasterii clades

158 *Petrus Casinensis, narrato cœnobii Messanensis excidio, mox ad enarrandam illius instaurationem ita progreditur:* Itaque dum Casinensi Congregationi tunc Laterani degenti (*non absimili nimirum calamitate involutum ea tempestate Casinense monasterium jacebat, & Romam Casinates monachi sese receperant*) relatum fuisset, qualiter Sarraceni jam dicti martyris Placidi monasterium ruinæ, & monachos morti dedissent, Vitaliani Papæ adminiculo fulti, cum ingenti apparatu mittentes in Siciliam, idem monasterium restauraverunt. *Datas ea de re sive à Siculis ad Congregationem Benedictinam Laterani degentem, sive Vitaliani ad Siculos litteras hùc non transcribo, tum quòd genuinæ non videantur, tum quòd illas Mabillonius, licèt à Baronio rejectas, non defenderit. Nunc è Petro tertiam à Saracenis illatam tum Siciliæ, tum Messanensi S. Joannis Baptistæ cœnobio cladem audiamus: de Sicilia quidem hæc habet:* Postquam verò idem imperator (*Leo Isaurus*) carnis universæ viam ingressus est, multorum annorum emensis curriculis, tempore, quo Ludovicus, Caroli filius, in Seniori Roma augustale sumpsit imperium, Joanne VIII Papa in Sede Apostolica præsidente, in Casinensi verò ecclesia Leone abbate cathedram gubernante, primo anno ordinationis ejus, Dominicæ Incarnationis anno DCCCC Indictione III, mensis Augusti die 1 Sarraceni à Babylonia & Africa ad instar examen apum cum Abrahymo impiissimo rege suo venientes, Siciliam intrant. Invenientes itaque pacatam insulam, quaquaversum impietatis agmina tendebant, devastabant, depopulabantur, incendio & homicidiis cuncta tradentes. *At quid Messana à Saracenis gestum?*

à Petro Casinensi proponitur,

159 Post tantas itaque direptiones, *inquit post alia quædam Petrus,* occisiones, incendia & captivitates, sævissima gens Sarracenorum ad Messanam civitatem expugnandam devenit. Cumque monasterium beati martyris Placidi ingressi fuissent, evaginatis gladiis, monachos aggrediuntur, illosque Christum negare, & nefandam religionem venerari compellunt. Quod dum contemnerent, omnes in eodem loco, unà cum monachis Casinensibus, qui ibi ab abbate suo directi fuerant, Sarracenorum gladiis occisi sunt. Illis quoque hoc ordine pro fide Christi jugulatis, monasterium omne præter ecclesiam sancti martyris Placidi à Sarracenis destructum est. *Dein, nonnullis interjectis, ita prosequitur:* Devictâ itaque ac subjugatâ, Sarraceni, Siciliâ, destructis civitatibus & villis, ac monasteriis Casinensi cœnobio pertinentibus, Liparitanam insulam adeuntes, ad solum usque prosternunt. Sicque Siciliam reversi die Kalendarum Augusti, urbem Tauromenium cum reliquis villis & opidis ad solum usque prosternunt, solam juxta civitatem Messanam beati Placidi ecclesiam relinquentes anno Domini DCCCCIII, Indict. VI.

qui multa simul inepte congerit,

160 *Singulas Petri assertiones non discutio; id tantùm observo, multa Petrum velut ab anno* 900 *usque ad annum* 903 *gesta, captas scilicet urbes Panormum, Syracusas, Messanam, Tauromenium, Siciliam denique universam, simul congessisse ac confudisse, quæ temporibus longè diversis acciderunt. Quidquid sit de tempore expugnati à Saracenis Tauromenii, Petro antiquior Leo Marsicanus Chronici Casinensis lib.* 1, *cap.* 23 *Saracenos ab anno* 820 *Siciliam ingressos, & Panormum occupâsse, scribit; Baronius verò tom.* 9 *Annalium Ecclesiasticorum, ab anno tantùm* 827. *Tom.* 1 *Scriptorum Rerum Italicarum part.* 2, *pag.* 245 *in Chronico Siculo, quod ab anno Christi* 827 *usque ad annum* 963 *excurrit, hæc*

AUCTORE J. B.

AUCTORE J. B.

lego : Hoc anno (*ab orbe condito* 6335, *Christi verò* 827 *more Siculorum, quibus Christus natus credebatur anno mundi* 5508, *ita hunc Chronici locum commentante Caruſio*) venerunt Moſlemii (*Saraceni*) in Siciliam medio menſis Julii. Anno autem 6339 (*Chriſti* 831) capta eſt Meſſana, & Theodotus patricius occiſus eſt. Anno 6340 (*Chriſti* 832) capta eſt Panormus... Anno 6386 (*Chriſti* 878) captæ ſunt Syracuſæ viceſimo primo menſis Maii feriâ quartâ. *Joannes Curopalates, Venetiis anno* 1570 *editus, pag.* 68 *ſic habet :* Captis... Syracuſis ab Africæ Saracenis, quo tempore Baſilius Macedo (*imperavit ab anno* 867 *uſque ad annum* 886) imperabat, etiam tota inſula occupata fuit, urbes everſæ ac dirutæ, ſola excepta Panormo, quæ ſuperfuit, unde veluti ex quodam propugnaculo profecti Agareni regionem contrà ſitam occupârunt. *Rurſum in Chronico Siculo paulò antè citato ad annum mundi* 6409 (*Chriſti* 901) *hæc leguntur :* Abul-abbas cepit Panormum & cædes magna fuit die Octavo menſis Septembris. *Cùm igitur tot cladibus ea tempeſtate identidem affecti fuerint à Saracenis Siculi, planè incertum ſit, quo determinato anno tertia illa, eademque poſtrema cœnobii Meſſanenſis clades acciderit, utut multus ſit Petrus in aſſignandis Notis Chronicis, certumque aliunde ſit, Ibraimum ſub ſeculi* x *initium Tauromenium expugnâſſe.*

B

161 *Neque hac in re à Petri dictis diſcedere nefas ſibi duxit auctor Epitomes Martyrii* S. Placidi, *apud Cajetanum tom.* 1 *de Siculis Sanctis Animadverſionum in eorum Vitas pag.* 161, *anno* 1610 *Meſſanæ typis excuſæ, qui poſtremam hanc Benedictinorum Meſſanæ cladem* potiùs *accidiſſe conjicit* anno circitèr DCCCLXXX Kalendis Auguſti, Joanne VIII Pontifice, Ludovico Caroli filio imperatore, Leone Caſinenſium abbate. *De die verò peractæ cladis, mox memorato omnium conſenſio eſt : unde Arnoldus Wion occiſos poſtrema hac clade monachos in Martyrologium Benedictinum ad Kal. Auguſti his verbis intulit :* Meſſanæ in Sicilia, Paſſio infinitorum (*paulò liberaliùs hoc dictum eſt*) ſanctorum Monachorum, qui ab Abraymo Saracenorum duce pro fide Chriſti necati ſunt. *Illis autem Octavius Cajetanus in Martyrologium Siculum ad eumdem diem :* Meſſanæ, Paſſio ſanctorum Monachorum, Ordinis S. Benedicti, à Sarracenis, duce Abrahimo. *Id verò Wioni hîc ſingulare eſt, quòd Benedictinos bis ſub Abrahimo paſſos dicat, primùm quidem* anno Domini, *ut ait,* DCCCLXXXIV; *ſed ignoto die, ex auctore Martyrii S. Bertarii ; dein verò* Anno Domini DCCCCIII, Indictione VI, prima die Auguſti *ex Petro diacono : verùm quæ hîc Petri auctoritas eſt, ut, quod Wion ait, evincat ?*

C

ſuperſtite hactenus S. Joannis Baptiſtæ eccleſia,

162 *Porrò graviſſimum, ſub quo Sicilia à ſeculo* IX *uſque ad Normannorum principum tempora gemuit, Saracenorum jugum, ne jam tertiò deſtructum* S. Placidi *monaſterium inſtauraretur, effecit : ſuperſtes tamen & huic (quod ſanè mirum) cladi fuit S. Joannis Baptiſtæ eccleſia ; ſed ſeu Saracenorum injuriis, ſeu ipſa ſui vetuſtate multum detrimenti accepit, dum tandem ſub Normannis, expulſis è Sicilia felici marte Saracenis, inſtaurata eſt. Quî pulſi à Normannis Siciliâ Saraceni fuerint, Petrus diaconus Caſinenſis in Fragmento Hiſtoriæ Vitæ & Paſſionis* S. Placidi *& Sociorum apud Octavium Cajetanum de Sanctis Siculis tom.* 1, *pag.* 182 *enarrat : ſed aliquanto aliter Gaufredus in Hiſtoria Sicula Rogerii, Siciliæ liberatoris, juſſu conſcripta. Hic lib.* 1, *cap.* 3 *narrat, Becumenem, Siciliæ, ut vocat, Admiraldum, à Belcamedo prælio victum, Rhegium ad Rogerium comitem profugiſſe, cujus conſilio Rogerius Siciliam aggreſſus eſt. Contrà Petrus ſic ſcribit :* Cùm igitur Panhormitanæ civitatis regimen Vulthaminus Admiralius retineret ; Belchius ſervus ejus, contra eum inſurgens, honore illum patriâque privavit. Pulſus itaque ille à Sicilia, ad Roberti ducis Rhegenſis confugit auxilium. *Gaufredus cap.* 10 *captam à Rogerio Meſſanam ait anno* 1060 ; *Petrus, à Roberto duce anno* 1068. *Teſte iterum Gaufredo cap.* 17, *anno* 1061 *cum Bechamet* (*Petro* Balchaoth *dicitur*) *Robertus & Rogerius prælium inîêre prope caſtrum Joannis : Normanni milites* 700 *tantùm,* 15 *verò habebat Bechamet armatorum millia : victoria tamen penès Normannos fuit, deletis decem millibus Saracenorum, ut Gaufredus ſcribit. At Petrus, in Saracenorum acie equitum quindecim, peditum verò centum millia fuiſſe, dicit : addit, Saracenorum, qui in illo prælio periêre, vix colligi potuiſſe numerum ; contrà è Chriſtianis ne unum quidem ſauciatum, nedum occiſum fuiſſe. Petrus igitur hîc partim falſa, partim, quæ fidem ſuperant, narrat. Porrò ex Gaufredo capta fuit Panormus anno* 1071, *Tauromenium* 1078 ; *anno denique* 1090 *Rogerius, Roberti frater, omni Sicilia, ſedatis undique motibus, potitus eſt.*

D

E

contigit ea fortè ſub annum 880, *die* 1 *Auguſti.*

163 *Porrò Rogerius inſignem, non modò ab expugnata armis Sicilia, verùm etiam ab inſtaurata ibidem re Chriſtiana, cui non parùm detrimenti ſub Saracenorum dominio acceſſerat, laudem tulit. Meſſanæ jam inde ab anno* 1081, *teſte Gaufredo lib.* 3, *cap.* 32, Eccleſiam... in honore S. Nicolai... cum ſumma honorificentia conſtruxit, vel reparavit & diverſis poſſeſſionibus auxit. *Idem & aliis in Sicilia locis præſtitiſſe Rogerium, liquet ex diplomate Arnaldi, Meſſanenſis & Traynenſis epiſcopi, apud Pirrum lib.* 3, *Notitiâ* 7, *quæ eſt de Prioratu Meſſanenſi. Ita habet :* In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Anno ab Incarnatione Domini MCXLVII. Indict. x. menſe Junio, regnante excellentiſſ. Rogerio rege Siciliæ, ducatûs Apuliæ & principatûs Capuæ. Ego Arnaldus Meſſanenſis & Traynenſis eccleſiæ Dei gratiâ electus : pro Dei dilectione & animæ Rogerii comitis beatæ memoriæ, ac uxoris ejus Adelaſiæ redemptione ; qui per multas tribulationes totam Siciliæ inſulam, Deo auxiliante, acquiſivit, ibidemque plurimas eccleſias diligenter conſtruxit, atque de facultatibus ſuis eas ſufficienter dotavit, quamdam noſtram eccleſiam ſanctæ Mariæ cum pertinentiis ſuis, quæ juxta Vaccariæ rivulum antiquitus ſita eſt, concilio & aſſenſu Meſſanenſis & Traynenſis capituli hoſpitali S. Joannis de Hieruſalem liberè & quietè dedi & conceſſi. *Sequuntur teſtium ſubſcriptiones, quas brevitatis gratiâ omitto.*

quam Rogerius Siciliæ comes

F

reparavit.

164 *Rocchus Pirrus Notitiâ* 3, *part.* 2, *lib.* 4 *inter templa à Rogerio Siciliæ comite condita, vel reſtaurata vel denuò erecta, Meſſanenſe S. Joannis Baptiſtæ templum recenſet ; in quo præterea, ut ſcribit Not.* 7, *lib.* 3, *anno* 1099 *domum hoſpitalem erexit, quam equitibus, primò Hieroſolymitanis S. Joannis, dein Rhodiis, nunc verò Melitenſibus conceſſit ; præpoſito illi Priore Fr. Gubaldo. Rogerii, Siciliæ regis hujus nominis primi, & Rogerii comitis filii diploma laudatus proximè Pirrus adfert, datum anno* 1136,

A *in quo eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, olim à* S. Placido *conditæ, & bonorum Hieroſolymitanis equitibus à Rogerio comite conceſſorum, paterna dona confirmans Rogerius Siciliæ rex ſic meminit:* Totum locum & tenimentum ſitum in campo Meſſanæ extra muros civitatis, ubi eſt eccleſia, quæ in honorem S. Joannis Baptiſtæ ſub beatæ recordationis glorioſo comite Rogerio patre noſtro conſtituta piè noſcitur, cum omnibus ſuis ædificiis, cœmeterio, diviſis & pertinentiis ... dicto venerando Priori (*Gubaldo*) & ejus ſacro conventui ac eorum ſucceſſoribus concedendum duximus & perpetuò confirmamus. *Petrus Caſinenſis diaconus apud Cajetanum ait, hanc S. Joannis Baptiſtæ eccleſiam à Normannorum in Siciliam adventu corrupto nomine dictam vulgò fuiſſe* S. Jacinthi, *erroremque illum ſua etiam ætate viguiſſe; qua in re refragari illi non cupio; verùm à tempore, quo in illa ſepultæ fuêre exuviæ* S. Placidi, *ab eodem Sancto* S. Placidi *vocitatam fuiſſe, quod tum Acta num.* 93, *tum Petrus proximè laudatus addunt, vellem, ut certiori teſtimonio poſſem confirmare. Diploma equidem paulò antè adductum, & Petri ætate datum, ſatis*

B *oſtendit, etiam tum antiquo illam nomine, quod à* S. Placido *acceperat, etiam notam fuiſſe. Hactenus de* S. Placidi *monaſterii viciſſitudinibus: nunc, ut ad Sanctum revertar, rerum ordo expoſcit.*

§ XI. Inſtauratus ſanctorum Martyrum apud Meſſanenſes cultus & corporum inventio.

Qui ſanctorum Martyrum apud Meſſanenſes

G *Raviſſima annorum circitèr* 230, *ut auctor ſynchronus Hiſtoriæ Meſſanæ à Saracenis liberatæ ſcribit, Siculorum à Saracenis oppreſſio, & Benedictinorum excidium, ut rei Chriſtianæ univerſim inſignem procul dubio cladem intulit, ita &* S. Placidi *apud Meſſanenſes memoriam non mediocriter obſcuravit. Sed ecce* anno Salutis MCCLXXVI, *inquit Pirrus notitiâ* 3, *part.* 2, *lib.* 4 *de* S. Placidi *de Colonero Veteri & Novo Monaſterio, obliterata jam pridem* S. Placidi *memoria, facta divinitus Meſſanenſibus quibuſdam opi-*

C *ficibus Sancti apparitione, revixit. Brevem apparitionis hujus hiſtoriam, quòd paulò accuratiùs hic expendenda ſit, neve lectorem aliò remittam, ex num.* 23 *ſuprà repeto:* Anno à partu Virginis MCCLXVI (*Pirrus ſuprà legit* MCCLXXVI) poſtquam Carolus rex Siciliæ regnum occupavit, beatus Placidus, S. Benedicti indutus habitum, Meſſanæ in vico ſellariorum, Raymundo & Florello ſellariis apparuit, juſſitque, feſtum ſibi diem ad id uſque tempus inuſitatum omnino celebrarent. Haud abnuêre illi; ſed quoniam inauditum adhuc fuerat S. Placidi nomen, nedum inſtitutùm hominis atque res geſtæ, quæſierunt, oſtenderetur ſibi figura corporis, planumque fieret, quid ipſe tandem geſſiſſet.

memoria cultuſque,

166 Profert ille confeſtim librum, in quo ipſius Vita conſcripta erat: jubet, populum ne hiſtoriam celent. Suam verò effigiem hoc modo reliquit. Primario in templo præſentibus iiſdem ſellariis, itemque presbytero Jacobo, & Seriſergio ædituis, pictorem, qui & ipſe aderat, effingere imaginem jubet, ſeque ipſum exemplar inſpicere. Monachum ipſum exprimit pictor. Mox ad eum converſus, rogaturus, verane eſſet effigies, necne, ediceret, monachum videt nullum, abierat ille, quamvis eſſent occluſæ fores. *Hæc apparitionis ſeries: accipe modò, à quibus auctoribus profecta ſit:* Rem ipſam ita ſe ab ipſo Florello, avo ſuo, accepiſſe, in S. Placidi feſto die pro concione ſæpe dixit Raymundus doctor & Prior conventûs Fratrum Prædicatorum: ſed hiſtoriam hanc totam Placidus Campulus in S. Placidi monaſterio monachus legiſſe ſe refert in libro ſodalitatis S. Placidi, qui Meſſanæ in templo maximo ſervabatur. *Addit Cajetanus:* Id facit ad veritatem hiſtoriæ, quod Sarracenis dominantibus memoria Paſſionis S. Placidi coli deſierit, recuperatâ verò Siciliâ, diu adhuc feſtum non celebraretur, quare in officio S. Placidi occaſione ejus miraculi inſtituto, in quodam Reſponſorio dicitur:

Vera Dei pietas, cui militat ordo vel ætas,
Exhilaret mentes, Placidi nova feſta colentes.

ſub Saracenis intermiſſus,

167 *Hiſtoria hæc, relatis modò adjunctis veſtita, non uno ex capite fabulam ſapit. Primùm enim, etſi quidem non adeò mirum fuiſſet, duobus ſellariis ne ipſum quidem* S. Placidi *nomen id temporis notum fuiſſe, magis enimverò mirandum eſſet, uſque adeò Meſſanæ* S. Placidi *memoriam fuiſſe tunc extinctam, ut nec Meſſanenſibus ceteris* S. Placidi *nomen tum innotuerit. Et verò non*

E *deſunt de rebus Meſſanenſibus ſcriptores, qui quidem ignotum tunc fuiſſe Meſſanenſibus ſanctorum Martyrum ſepulturæ locum, ac cultum deſiiſſe, fateantur; perpetuam tamen ac conſtantem apud Meſſanenſes traditionem fuiſſe, contendant, in S. Joannis Baptiſtæ templo, loco tamen occulto, illorum exuvias fuiſſe depoſitas & conſervatas. In his Valtrinus, qui ſanctorum Martyrum inventionem apud Cajetanum ſuprà citatum pag.* 185 *deſcribens hæc ait:* Verùm, cùm poſterioribus ſæculis, impio barbarorum dominatu civitas, inſulaque eſſet oppreſſa, incenſa æde, in qua Sanctorum reliquiæ aſſervabantur, perturbatiſque ipſius ſepulchri ſignis, paulatim unà cum loci memoria, cultus quoque honoſque Sanctorum obſoleſcere viſus eſt; permanſit tamen communis illa conſtanſque opinio à majoribus accepta, divi Placidi Sociorumque martyrum corpora in divi Joannis æde condita eſſe; licèt, confusâ locorum memoriâ, ipſum propriè Sanctorum ignoraretur ſepulchrum. *Dictorum verò teſtes adducit* F *verſus duos, templi, cùm à Rogerio reſtitutum eſſet, abſidi inſcriptos: ita habent:*

Reliquias Placidi celebres, Meſſana, perennes.
Hîc jacet, hîc ſævam pertulit ille necem.

fuerit inſtauratus,

168 *Dein, cujuſcùmque demum ſit illius apparitionis deſcriptio, recentior eſt & à re geſta remotior, quàm ut certa illi fides addi debeat: cùm enim Placidi Campuli, qui, ut Pirrus ſcribit, monaſterii S. Placidi de Colonero anno* 1428 *abbatem agebat, meminerit, apparitio autem anno* 1266 *vel* 1276 *contigerit, plus quàm ſeculum integrum hanc inter & illam interceſſiſſe, neceſſum eſt. Adhæc vocari meritò in dubium poteſt, num Florellus, homo fortaſſis ſimplicioris ac creduli nimis ingenii, Raymundus, & lecta à Placido Campulo ejuſdem apparitionis hiſtoria, quæ mihi ignotæ ætatis eſt, ea quoque adjuncta retulerint, quibus hîc veſtita illa apparitio prodit. Denique, ubi terrarum liber ille Vitæ* S. Placidi, *ſanè ſtudioſiſſimè conſervandus, viſus eſt unquam? ubi ſervatus? aut quò tandem evaſit? Nihilo tamen ſeciùs apparitionem aliquam, aut prodigii ſaltem*

AUCTORE J. B.

AUCTORE J. B.

saltem aliquid à S. Placido *factum, cujus occasione Sancti apud Messanenses cultus innovari cœperit, verosimillimum apparet. Hujus rei indicium apud Valtrinum habes:* Exstat quoque, *inquit ille,* hodie (*scripsit sub annum* 1558) in ipsa Mamertinæ (*seu Messanensis*) urbis æde maxima beati Placidi marginata tabula antiquissima, eo cultu tonsuræque genere, qui tum fortè divi Benedicti sectatoribus in usu fuêre: quam tabulam ante annos ferè CCC (*atque adeò circa annum* 1276 *seu potiùs* 1266) NN. dilutis oleo coloribus pinxisse traditur.

conditumque in honorem S. Placidi monasterium de Colonero.

169 *Sed in hanc rem longè illustrius est, quod laudatus Pirrus scribit; nimirum monasterium,* S. Placidi de Colonero *dictum, duodecim mill. passuum Meridiem versùs Messanâ distans, ejusdem honori & nomini fuisse erectum, cujus ædificationis historiam è primigenio ipsius monasterii Ms. ita refert:* Anno Dom. MCCCLXI honesti & nobiles viri Messanenses, scilicet venerabilis presbyter Robertus de Gilio, Marius de Spetiariis diaconus, Leonardus de Anastasio subdiaconus & Joannes de sancta Cruce sæcularis, omnes pari voto, sæculo renuntiantes, novitialem habitum sumpserunt S. Mariæ Latinæ Messan. Ordinis S. Benedicti. Quorum desiderium cùm innotuisset presbytero Nicolao Mustazosio terræ Milarum & habitatori Messanæ, eis prædiolum pro incolatu dedit; in quo erat ecclesia S. Aloysii de Calsidiro, ubi nunc est ecclesia S. Placidi Veteris: quam etiam reparavit, & multa jugalia, nec non & alia necessaria providit tam ipse, quàm venerabilis presbyter Gentilis de Gangis* & honorabilis vir Nicolaus de Balsamo, qui plus aliis præstitit. Patres interim, dum ecclesia & habitatio reparantur, in antris habitabant juxta dictam ecclesiam; facta dein probatione, habitum prædictum susceperunt à Priore S. Mariæ Latinæ Messanæ, & elapso anno MCCCLXI professionem emiserunt. Postea ab Alimando de S. Sepulchro canonico Messanensi & vicario generali Dionysii archiepiscopi Messanen. (*imò à F. Lucido de Murcia Augustiniano anno* 1363 *die* x *Novembris, inquit Pirrus ex ejusdem monasterii tabulis*) licentiam impetrârunt, ut in prædicto loco congregationem sub Regula S. Benedicti sub vocabulo S. Placidi facere possint Officia, Missarumque solemnia celebrare. *Prioratus primùm fuit hoc* S. Placidi *monasterium; in abbatiam id erexit Urbanus V anno* 1369. *Verùm cùm loco parùm apto hæc sita esset,* B *eam Placidus Campulus ejusdem abbas IV, de quo suprà mentio facta est, in amœniorem locum, à comite Andrea Vinciguerra de Aragonia antè concessum, & à veteri monasterio duobus millia-ribus distans, transtulit, accepta ad id facultate ab Eugenio IV anno Christi* 1432, *ut Pirrus refert. Hinc denique, ait idem auctor, in monasterium Messanense S. Mariæ Magdalenæ* Anno MDCXXXIII tota ferè Benedictina familia... transmigravit.

** aliàs* Guercis

Dein sanctorum Martyrum corpora,

170 *Instauratus Messanæ, qua dixi occasione,* S. Placidi *cultus ab anno* 1588, *quo illius & Sociorum corpora tandem in S. Joannis Baptistæ ecclesia feliciter fuêre detecta, non Messanæ modò, sed & toto Christiano orbe insigne incrementum accepit. Sanctorum Martyrum inventionem, editosque ea occasione à Messanensibus plausus singulari Opusculo, Philippo Austriaco Hispaniarum principi dicato, & anno* 1591 *Messanæ excuso, Philippus Gothus, eques Messanensis, accuratè descripsit idiomate Italico, è quo Mabillonius tom.* I *Annalium Benedictinorum lib.* 4, *num.* 16 *corporum inventionem compendio refert. Valtrinus quoque suprà laudatus, rei gestæ & ipse æqualis, inventionis hujus Epitomen scripsit, quam habes apud Octavium Cajetanum à pag.* 184. *Verba illius, resectis iis, quæ inventionem ipsam propiùs non attingunt, hìc exhibebo. Differit ille primùm quidem de* Placidi *genere, adventu in Siciliam, martyrio, de cultu antiquo hujusque intermissione, & constanti Messanensium traditione, quâ* S. Placidi *& Sociorum exuviæ in S. Joannis Baptistæ templo, loco licèt ignoto, reconditæ dicebantur.* D

præviis, ut aiunt,

171 *Tum ita prosequitur:* Accesêre præterea divinitus ostensa prodigia, quæ hanc hominum de sanctorum Martyrum sepulturæ loco opinionem comprobarent, confirmarentque. Ferunt enim, superioribus temporibus inter ejus templi clericos, antiquæ virtutis ætatisque sacerdoti ad nocturnas preces exsurgenti sæpe visos monachos complures, à læva templi parte, binos candelis accensis ingredi supplicantium ritu, atque ante aram maximam sistere sese, inde mox ad divi Placidi aram, quæ ad dexteram ablidis pilam erat, flectere, subitóque abscedere. Alter item ejus ordinis sacerdos, Franciscus Caramanna, summa religione & integritate vir, dum viveret, multis audientibus narrare solitus erat, sibi sub auroram templum ingredienti frequenter monachos visos esse tres, ante sacrosanctæ Eucha- E ristiæ aram psallere, neque dubitabat affirmare, sanctos illos esse Martyres, qui in ea ecclesia jacerent: addebatque fore, ut, se mortuo, eorum sacra corpora invenirentur. Quare licèt sanctos Martyres publicè jam pridem colere desiissent, multi tamen in eo templo privatum illis cultum, precesque adhibebant.

apparitionibus aliquot,

172 *Simile quid, si non idem, mutatis adjunctis, legitur in Epistola domni Mauri à Castro Joannis ad Bernardinum Vegium anno* 1588 *die ultimo Augusti scripta, quam Latinè redditam habes in Appendice Chronici Casinensis sæpe laudata à pag.* 802. *Illic ita de se ipso Maurus à Castro Joannis scribit:* Quando ratiocinando progressi eum certiorem facere cogitavi, me à sacerdote quodam affecta jam ætate & vitæ sanctimonia claro aliquando accepisse; qui rursus à sexagenario (90 *annorum lego in Epistola Italicè scripta & à Wione in Martyrologio ad diem* III *Augusti relata*) ejusdem ecclesiæ sacerdote audivisse diceret, nocte intempesta medio in templo precationibus matutinis post altare Majus, altari S. Placidi vicinum, vidisse monachum, qui tribus ambulacris totum templum dimensus esset, continuóque locum, unde emigraverat, repetivisse. Hæc ùt enarravi, ipsi domino Priori (*equitum Hierosolymitanorum mox nominando*) locum etiam indicavi. *Quidquid sit de relatis modò visionibus, quæ olim contigisse tunc dicebantur, sed ab omnibus verosimiliter non credebantur; eo loco saltem, quem Maurus indicârat, post inventa sunt Martyrum corpora, ùt certior jam edocebit Valtrini narratio.* F

anno 1588 à Rynaldo de Naro equite Hierosolymitano,

173 *Recensito archiepiscopi cujusdam Messanensis, cujus nomen typographi fortè vitio omissum est, irrito ad detegenda Martyrum corpora conatu, sic pergit:* Hoc igitur rerum statu, famâque anno MDLVIII Rynaldus de Naro Syracusanus militaris Ordinis Hierosolymitani, ecclesiam S. Joannis cum prioratu accepit. (Ei enim Ordini ædem à Rogerio comite, ùt dixi, restitutam, prioratumque Rogerius comitis filius, ac primus Siciliæ rex attribuit anno MCXXXVI.)

A Is, cùm decimo tertio Kalendas Julias Meſſanam veniſſet, nihil prius habuit, quàm ut Fratris Ugonis Cardinalis, magnique totius Hieroſolymitani Ordinis Magiſtri juſſu, ſancti Joannis templum in formam elegantiorem reconcinnaret: non ſine etiam ſpe aliqua ſanctorum Martyrum reliquias inveniendi, quas famâ inaudierat, in eo templo jam diu ignotas occultaſque ſervari. Re igitur cum Antonio Lombardo archiepiſcopo juratiſque civitatis patribus communicata, quinto Kalendas Julii, aram maximam in adverſam templi partem, quà fores erant, cum choro transfert: ipſe in eo loco, unde ara tranſlata fuerat, novas fores perforat in aream, viamque publicam, totamque eccleſiæ faciem explicare conſtituit.

AUCTORE J. B. *S. Joannis Baptiſtæ templum reficiente,*

174 In harum rerum fundamenta, dum effoditur humus, ſub altera ara (duæ erant enim ex utroque abſidis latere) ſub ea igitur ara, quæ ad dexteram pilam divo Placido dicata, ejuſdem tabulam priſci operis habebat, pridie Nonas Auguſti, altiùs molientibus terram ad decimum quintum dodrantem inter duos parietes, ad inſtar cryptæ cujuſdam faſtigiatum, primò lateritiæ ſtructuræ, poſtremò ex vario marmore ſepulchrum apparuit, pedum circitèr octo longitudine, latum quattuor. Quo aperto mortuorum hominum corpora quattuor, capitibus, reliquiſque oſſibus omnibus integris inventa ſunt. *Quatuor horum, uti & corporum cæterorum, ſitum vide in ſubjecto ſchemate, quod ex Philippo Gotho imitandum curavimus, ſuppletis litteris M, O, Q, quæ apud Gothum deſiderabantur. Quid ſibi velint litteræ, dabit addita earum explicatio.*

B



Intra ſeptum, quod ſexti dodrantis fuit, complura item cadavera reperta, ordine quodam circa ſepulchrum collocata, ſinguliſque ad caput, pectuſve ſingulæ appoſitæ vitreæ fictileſque ampullæ, ſanguinis plenæ, aut cruentâ terrâ infertæ, nempe quam manantem è vulneribus cruorem ebibiſſe admodùm verisimile eſt. Viſebantur quoque paſſim combuſtorum oſſium, cinerumque acervi, laterculis, quaſi furnulis quibuſdam, diligenter cooperti; telorumque ex ære fragmentis admixtis, in quibus etiam ſagittæ duæ agnitæ ſunt; porrò, quod maximam admi-

AUCTORE J. B.

rationem apud omnes facere debet, ex ipsis ossibus per tot annorum tabem consumptis, atque adeò ex ipso pulvere sepulchri, inusitatus quidam, itemque suavissimus odor efflabatur. *Sed gradum hîc sistamus paulisper.*

deteguntur:

175 *Maurus à Castro Joannis loculum istum & quatuor in illo contenta corpora die tertio Augusti detecta scribit: Valtrinus verò, ùt ex citatis verbis liquet, die* IV; *quod & Philippus Gothus, qui rei gestæ interfuit, facit. Nulla tamen hos inter auctores hîc repugnantia est: die enim tertio Augusti noctu clàm & latenter à fossoribus Martyrum corpora primùm detecta fuerunt; die verò tantummodò postero res per urbem vulgata omnium ordinum conspectui patuit. Ceterùm, ùt Gothus refert, quatuor illa corpora, tumulo separato inclusa, eum situm habebant, ut ex illis tria capite in Meridiem spectarent, quartum autem, quod femina erat, situ contrario in Aquilonem. Complura item alia corpora illic esse inventa, Valtrino Gothus consonat, nempe triginta tria, quorum novem circa priorem tumulum sita & peculiari septo conclusa jacebant; ultra septum cetera, quantùm quidem è Gothi schemate conjicere licet, quod*
B *extrà septum quindecim tantùm corpora exhibet. Præter hæc inventa esse & alia, ac inter cetera corpus pueri triennis Cajetanus addit in Annotatis. Redeo ad Valtrinum.*

re vulgata,

176 Hac nova corporum inventione per urbem vulgata, licèt notæ nullæ sepulchro essent inscriptæ, quæ rem indicarent, nemini dubium fuit, quin ea ipsa sanctorum Placidi, Sociorumque essent corpora, quæ tot sæculis occultata pio fuerant potiùs, quàm felici labore quæsita. Itaque magni statim hominum concursus ad ædem D. Joannis fieri cœpti: atque innumerabiles, alii aliis morbis oppressi, cùm aquam, quæ ad imum sepulchrum scatebat, bibissent, aut etiam ipsum sepulchrum contigissent, Deo magno suos glorificante Martyres, mirabiliter sanati sunt. *Pauca ex illis prodigiis Octavii Cajetani, qui Messanæ societatem nostram sexennio antè, quàm hæc fierent, ingressus est, verbis refero.* Primum, quod sancti Martyres ediderunt signum, *inquit ille*, in Josepho Frassica fuisse fertur. Hunc enim ipsa nocte, quâ inventæ sunt sanctæ reliquiæ, caput è sepulchro in suas ædes asportantem cælestium iram incessisse tradunt; ùt è templo pedem extulit, repentino horrore concussus, ægrè centum passus confecit; ulteriùs pergere nec animus
C nec vires permisere, quare rursus in sepulchrum, quod abstulerat, deportavit.

& variis prodigiis confirmata,

177 Mariano Marroco rediit exesa vis luminis, oculis aquâ respersis: Vuillelmo Spuccio elapsa in pravum brachii ossa, nervique feliciter integrata. Ereptus Joannes Luparus è morbo difficili, neque humana ope judicio medicorum superabili. Franciscæ Blasiæ diuturno absumpta tabo audire per quietem visa, convaliturum, simul ac aquam S. Placidi ebiberet. Orto sole excita, neque vanum somnium rata, quod audierat, properè jussa exequitur, & fidei pretium incolumitas fuit, longa tabe corporis per emissum sanguinem exoluta. Liberati Thomas Vivianus ex apoplexia, Marianus Carozza ex paralysi, ex hydropisi Tissa Gotha. Puella obtrita curru, fronte lota, convaluit, aliisque conversæ ad usum manus pedesque, aliis aures, aliis oculi: pulsi ab obsessis cacodæmones. Denique plurimæ tabellæ templo Sanctorum affixæ miraculorum multitudinem contestantur. *Hæc è multis pauca sufficere Cajetanus credidit, ut de ceteris conjectura fieri possit. Quid porrò* D *Valtrinus memoret, audiamus.*

archiepiscopus Messanensis Antonius Lombardus

178 Certior his de rebus, prout debuit, archiepiscopus factus, in D. Joannis ædem venit, inspectisque coràm rebus omnibus diligenter, jussit Thomam Calvum abbatem in miracula, quæ facta dicerentur, studiosissimè inquirere; eaque testibus comprobata in publicas tabulas per scribam rectè atque ordine referri. Tum adhibitis medicis chirurgisque duodecim doctissimis, quæsivit ex iis, num sciri aliqua ratione posset, quorum illa essent ossa, quæ in lapideo sepulchro seorsum condita essent. Qui, capitibus singulis attentè consideratis, ex ossium magnitudine ac figura, aliisque artis anatomicæ præceptis, constanter responderunt, tria corpora virorum sibi videri, quartum verò puellæ; idque etiam, tactis ritè sacris, contestati sunt.

de omnibus Sixtum V Pontificem juridicè instruit,

179 Cùm autem plerique ab archiepiscopo efflagitarent, ut pro ea potestate, quam synodus Tridentina episcopis concedere videretur, ipse sanctorum Martyrum reliquias, hominum existimatione miraculisque vindicatas, publicè adorandas exponeret; is, ne quid temerè in re tanta statueret, in consilium advocavit ex suis clericis E religiosisque familiis litteratissimos quosque, fermè ad triginta, & quamvis tres mares cum puella in eodem sepulchro reperti, sepulchri præterea ipsius sub absîde situs ac species, locus ipse, historiarum monumenta, majorumque traditio, nec non admirabilis odoris fragrantia, certissimaque inquisitione explorata miracula, inventi tandem thesauri fidem facerent, neque in iis vindicandis de archiepiscopi potestate dubitaretur; tamen, quò majorem auctoritatem minore cum dubitatione apud nationes universas hæc inventio obtineret, tota res integra ad Romanum Pontificem Max. rejecta est.

à quo sacros honores S. Placido & Sociis impetrat.

180 Itaque idem archiepiscopus, Romam profectus, rem Sixto V Pontifici narrat, rogatque, ut pro sua auctoritate, quod tot rerum argumentis ostensum erat & comprobatum, ratum faceret. Pontifex, lætus rerum eventu, cum purpuratis patribus rem communicat, & de communi sententia SS. MM. Placido Sociisque, & eorum reliquiis Messanæ inventis, cælestium honores habendos esse decernit, perscripto diplomate & Messanam ab archiepiscopo allato, ingens lætitia cives pervasit; tum demum decretum à Messanensi senatu, ut anniversario ritu solemni pompa ac supplicatione festa Sanctorum Inventio ad III F Nonas Augusti celebraretur. *Hactenus Valtrinus satis accuratè: nec omittendum tamen, quod Gothus memorat, inventum illic quoque haud procul* S. Placidi *sepulcro Pompeii Cilii tumulum, hac inscriptione notatum:*

Σέστ⊖ Πομπηιὸς Φοίβ⊖ ἀπὸ Ρόμης εθαλε * κεῖται. **an ἔνθα δὲ*

Id est:

Sextus Pompeius Phœbus ex urbe Roma hîc jacet.

Idem nimirum, qui in Actis à Mabillonio editis num. 42 *portui Messanensi præfuisse dicitur, cùm illuc* S. Placidus *primùm cum Sociis appulsus est.*

Inventionis adjuncta Actaque inter se comparantur,

181 *Hæc Martyrum inventio Historiam martyrii ipsorum non parùm confirmat, & Acta de illis conscripta, utut malè consuta erroribusque respersa, non omni ex parte fabulosa esse, ostendit. Tumulus ille, qui quatuor corpora, tria quidem virorum, quartum verò feminæ, c[illegible]inebat separatim à reliquis, inter*

AUCTORE J. B.

§ XII. Cultus publicus à Sixto V & Paulo V ſanctis Martyribus decretus.

SUperiore § num. 178 vidimus, Antonium Lombardum archiepiſcopum Meſſanenſem Urbem adiiſſe, ut ſanctorum Martyrum reliquias ſuo calculo Sixtus V approbaret, ac Sanctorum honores illis habendos eſſe decerneret: illum verò voti compotem factum lætumque ad ſuos rediiſſe. Sanè Pontifex Meſſanenſium votis cumulatiſſimè, re tamen maturè excuſſa, fecerat ſatis: neque enim dumtaxat ſanctis Martyribus ſacros honores habendos eſſe decrevit; ſed geminum etiam in eorum honorem feſtum inſtituit; alterum tertio Nonas Octobris, quo paſſi ſunt, Meſſanæ ac in tota illius provincia ſub ritu duplici; ſub ſimplici verò toto orbe Chriſtiano celebrandum: alterum verò, nempe Inventionis, pridie Nonas Auguſti in S. Joannis Baptiſtæ Meſſanenſi eccleſia ſub ritu pariter duplici. Adhæc, ut fideles ad ſanctorum Martyrum cultum vehementiùs excitaret, indulgentias plenarias die Inventionis in prædicta eccleſia lucrandas elargitus eſt; edito his de rebus Brevi Apoſtolico, Idibus ſeu XIII Novembris, anno 1588, Pontificatus ſui quarto. Integrum illud habes apud Cajetanum tom. 1 Sanctorum Siculorum in Animadverſionibus ad eorum Vitas pag. 157 & binis ſeqq., apud Ruinartium in Appendice, Apologiæ S. Mauri ſubnexa, à pag. 174; apud Wionem Ligni Vitæ lib. 3 à pag. 253, in Appendice Chronici Caſinenſis à pag. 807. Prolixam bullam & toties recuſam breviter tantùm perſtringam, ſic tamen, ut, quæ mox dixi, conceptis bullæ verbis ſim confirmaturus. *Sixtus V ſanctorum Martyrum*

184 Mox à proœmio Pontifex S. Placidi *vitæ & martyrii brevem hiſtoriam texit; in qua* Placidum *à Saracenis occiſum ait; quod ab illo, ut hiſtoricè & ex aliorum fide relatum, non ut Pontificiæ auctoritatis oraculo definitum accipe. Dein, qua rerum ſerie Martyrum corpora poſt longi temporis intercapedinem inventa ſint, explicat. Tum ait, ſe Cardinalibus concilii Tridentini interpretibus inventarum reliquiarum negotium ex rerum geſtarum proceſſu diligenter pro rei gravitate diſcutiendum dediſſe, ac tandem ex eorum conſilio & aſſenſu auctoritate Apoſtolica decernit,* ut eorumdem ſanctorum martyrum Placidi & Sociorum dies feſtus, quo illi bono & legitimo certamine pro Chriſti gloria abſoluto, curſu conſummato, & fide ſervata, nobiliſſimâ martyrii palmâ decorati ad cæleſtem patriam migraverunt, nimirum III Nonas Octobris, in omnibus Chriſtiani orbis partibus ſub Officio ſimplici, in Meſſanenſi verò civitate * & provincia duplici; & præterea alter dies feſtus Inventionis eorumdem pridie Nonas Auguſti in eccleſia præfata S. Joannis Baptiſtæ Meſſanenſis dumtaxat, ſub duplici pariter Officio, à cunctis perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, ac quorumvis Ordinum religioſis, de communi plurimorum Martyrum, ubi proprium deerit, perpetuò celebretur. *Tum ſic pergit Pontifex.* *duplex feſtum* **addo dioceſi*

185 Volumuſque, ut in Kalendario, quo nunc utimur, ſicut in Romano Martyrologio, & antea in quibuſdam Calendariis habebatur, ad eum *præſcribit,*

A *ter quatuor hos Martyres non modò paſſionis ſocietatem, ſed & peculiarem quamdam neceſſitudinem ac connexionem interceſſiſſe, omnino inſinuat; quas* Placido, *duobus ejus Fratribus, & Sorori loco non uno tribuunt Acta. Pompeii Cilii quoque tumulus à Martyrum ſepultura non procul remotus, utrorumque familiaritatem confirmat, quam adſtruunt pariter Acta num. 42. Avulſa a corporibus capita, vel corpora ſine capitibus inventa martyrii genus indicant, quo eorum aliqui perierunt.* S. Placidum *cum Fratribus & Sociis 33 capite truncatos, aiunt Acta num. 79. His quidem plura corpora lapſu temporis inventa fuerunt; ſed neque id Actis contrarium eſt, imò conforme: nam num. 70 non modò in prædictos Martyres, ſed etiam paſſim in utriuſque ſexus fideles Saraceni ſæviiſſe dicuntur; imò & in pueros: inter cetera verò occiſorum corpora inventum fuiſſe pueri triennis corpus, Cajetanus ſcribit. Reperta illic oſſa ignis fuligine aſperſa, & carbones cinereſque congeſti argumento ſunt Martyrum nonnullos igne tortos fuiſſe: ſed & hoc ſupplicii genus num. 70 Saraceni adhibuiſſe leguntur. Denique* fama eſt *etiam (utique recens nec*

B *dubia)* inventum in ſepulchro (*S. Placidi*) vaſculum, in quo S. Placidi lingua aſſervabatur, *quod argento gemmiſque ornatum Meſſanenſis domus profeſſa Societatis Jeſu obtinuit, ut item Cajetanus ſcribit:* Placido *autem præter illata illi tormenta cetera, linguam quoque fuiſſe præciſam, habes Actorum Mabillonianorum, quæ hîc laudavi, num. 74.*

182 *Ex his nova hîc animum ſubit de tempore, quo primùm* S. Placidi *Acta conſcripta fuêre, ſuſpicio. Satis quidem certum apparet ex dictis § 3, non ante ſeculum* XII *hæc Acta in lucem fuiſſe protracta, ſed ſcribi citiùs, ac ad id uſque temporis latêre potuerunt: & verò id re vera contigiſſe, ſuadere videntur hæc Actorum num. 90 verba:* Id ipſum fecerunt ſucceſſores ejus (*Vigilii Papæ*) numero XLIX; *cùm enim à Vigilio Pontifices 49 numerando ad Joannem VIII perveniamus, ſub cujus nempe tempora poſtrema à Saracenis Meſſanenſibus Benedictinis clades illata fuiſſe fertur; ſuſpicor, tum circitèr, ex traditione tunc vigente, ne* S. Placidi *Hiſtoriæ memoria prorſus evaneſceret, hanc aliquem litteris conſignandam ſuſcepiſſe, cujus lucubratio ad ſeculum uſque duodecimum tenebris involuta latuerit, dum tandem, caſu alicubi inventa, & Gordiani fortè credita, à Petro Caſinenſi aut alio quovis, non tamen abſque interpolatione, ſub illius nomine in lucem miſſa fuerit. Sanè ab occupata à ſeculo* IX *per Saracenos Siciliâ uſque ad ſeculi* XII *initium non tam diſtincta viguiſſe apparet Placidiani martyrii notitia, ut tot & tam ſingularia illius adjuncta, quot num. ſuperiore recenſui, quæque facta demum anno 1588 corporum inventio omnium oculis expoſuit, ſeculo* XII *quiſquam ſcire, ne dicam, divinare potuerit. Atque hinc fortè Leo Marſicanus ſeculo* XI *tam pauca de* S. Placido *in Caſinenſi Chronico ſcripſit. Accedit, Mabillonium anno 1685 horum Actorum exemplar Caſini vidiſſe, quod ante annos ſeptingentos (vide tom. 1 Itineris Italici pag. 125) ſcriptum cenſuit, atque adeò, Mabillonii judicio ſaltem ad ſeculum* X *referendum. Sed jam, quæ ſanctorum Martyrum inventionem conſecuta ſint, videamus.*

& ex utriſque non improbabilis, de tempore, quo primùm Acta ſcripta fuêre, conjectura elicitur.

C

F

AUCTORE J. B.

eum diem eorumdem Sanctorum nomina adscribantur, etiamsi in novissima Missalis & Breviarii Romani editione ea fuerint prætermissa. Adhortantes utriusque sexus Christi fideles civitatis Messanensis incolas, ut eorumdem martyrii diem festum piè ac religiosè colant & observent: &, sicuti in reliquis diebus festis de præcepto sanctæ matris Ecclesiæ moris est, à servilibus operibus abstineant. Ac demum ad augendam Christiani populi erga eosdem inclytos Martyres devotionem, utque eò frequentiùs & ardentiori pietatis studio confluant ad sacra eorum sepulchra, quò uberiùs cognoverint, se per hoc cælestis gratiæ donis esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, eisdem Christi fidelibus verè pœnitentibus, qui peccata sua sacerdotibus idoneis, ab Ordinariis locorum approbatis, confessi fuerint, ac sanctissimum Eucharistiæ sacramentum susceperint, & prædictæ Inventionis die festo dictam ecclesiam, ubi eadem sancta corpora requiescunt, devotè visitaverint, atque inibi pias ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem perpetuò concedimus & elargimur. Quo circà &c.

B

186 *Hæc quidem Sixtus V ad promovendum* S. Placidi *& Sociorum in fidelibus cultum: verùm satisne prudenter se gessit in hoc negotio Sixtus? Bailletus enim in Vitis Sanctorum ad diem V de* S. Placido *agens (verba legesis infrà num.* 191) *Pontificem illum, velut hac in re minùs cautè versatum, sugillare non veritus est. Quin Sancti & martyres fuerint, quorum corpora anno* 1588 *Messanæ inventa sunt, qui locum sepulturæ, signa martyrii num.* 174, *& miracula num.* 176 *& seq. relata, Pontifici legitimè probata, considerârit, nemo, opinor, vocabit in dubium, neque id Bailletus inficias ivit. At fuerintne corpora* SS. Placidi *& Sociorum ejus, Bailleto non nisi dubium & incertum est: num rectè, dispiciamus. Messanensium trad'tio fuit,* S. Placidum *Benedicti discipulum, hujus Fratres, Sororem & Discipulos pro fide Christi Messanæ fuisse occisos & in S. Joannis Baptistæ templo sepultos. Vigebat apud Messanenses ea traditio seculo* XI, *quo ad annum sexagesimum provecto, Messanam Saracenis eripuisse Rogerium, ac dein S. Joannis Baptistæ templum instaurâsse, vidimus suprà. Instauratum autem fuit sub* S. Placidi *nomine, atque ita vocatum seculo sequenti, sub cujus initium natus est Petrus Casinensis, qui eam dicti templi appellationem permansisse, ait, ad suam usque ætatem, licèt corruptè sub* S. Hyacinthi *nomine.*

C

non ita leviter

187 *Fatetur id Bailletus: at alia hujus appellationis causa, præter eam, quam dixi, traditionem, assignari non potest. Ex eadem quoque profectum est, ut instaurati à Rogerio templi apsidi, quod loco num.* 167 *citato Valtrinus refert,* Placidi *Sociorumque martyrium fuerit appictum, cujus rei vestigia sua etiam ætate superfuisse, scribit. Porrò traditio illa neque ex miraculo* S. Placidi *anni* 1266, *ùt per se liquet; nec ex Pseudo-Gordiani Actis, quæ, nescio, ubi gentium scripta, seculo tantùm* XII *protracta in lucem, hominum manibus teri cœperunt; nec ex eventu aliquo singulari, qui Rogerii tempore contigerit, cujus videlicet nulla usquam mentio est, originem duxit; nec alia initæ traditionis epocha seculo* XI *antiquior,* Placidi *verò ætate recentior, nisi gratis omninò, fingi potest. Reliquum ergò est, ut, nisi temeritatis notam incurrere velimus, cum scriptoribus Messanensibus illam jam inde à* S. Placidi *Sociorumque martyrio ad seculum usque* XVI *nullo unquam tempore interruptam perdurâsse, credamus.* D

se gessisse

188 *Jam verò, seculi* XVI *hominem, qui, nondum detectis Martyrum corporibus, de traditionis, licèt adeò antiquæ atque constantis, & per se non incredibilis, veritate dubitet, nobis tantisper, si lubet, fingamus. Videat is casu potiùs, quàm consilio, non à Benedictinis monachis, sed ab equite Hierosolymitano, in quem sinistræ suspicio cadere nulla poterat, corpora quædam sub ara studiosè recondita retegi; videat signa martyrii, & miracula suprà recensita: quotusquisque est, qui hæc intuitus traditionem illam suspectam falsi habeat, ea nimirum ex parte, quâ sanctorum Martyrum corpora illic contineri perhibebat? Quin & ipso rei eventu comprobatam hac ex parte non fateatur, ac paulò meliùs de illa sentire incipiat? Tum videat tumulo separato corpora aliquot inclusa; animadvertat numeri sexûsque cum traditione congruentiam; nec dubito, quin traditioni ponderis aliquid sit accessurum. Denique multò antè dicta & in Actis recensita, illa potissimùm, quæ num.* 181 *congessimus, cum iis comparet, quæ suis oculis haurit; multum profectò fallor, nisi absque* E *hæsitatione traditionem illam, spectatâ saltem substantiâ rei, veram esse, pronuntiet.*

Pontificem,

189 *Posteaquam autem Pompeii Cilii sepulcrum viderit, non dubitabit, quin id illius sit, cujus in Actis num.* 42 *mentio est. Etsi autem, num Messanensi portui Tertulli nomine præfuerit, fortassis sit dubitaturus; non ambiget tamen, quin operam aliquam* S. Placido, *cœnobium suum condenti, præstiterit, suumque in illum amorem & venerationem, delecto non procul à* S. Placidi *tumulo sepulturæ suæ loco, testatum esse voluerit; atque ita pari ferè tum Pompeii Cilii, tum* S. Placidi *sepulcrum, licèt hoc nulla inscriptione insignitum reperiat, securitate agnoscet, & in suscepta sententia non parùm confirmabitur. Sola igitur Messanensium traditio, secundùm præcipua capita rerum eventu probata, utut alia omnia defuissent, sufficere Sixto V potuit, ut corpora, anno* 1588 *in S. Joannis Baptistæ templo Messanæ inventa,* SS. Placidi *& Sociorum esse, citra levitatis notam declararet, ac sacros illis honores habendos esse, decerneret. Laudat præterea in Bulla Pontifex tum antiquas historias, tum ecclesiæ Messanensis monumenta, in* F *quibus, maximè in his, nihil omnino certi atque indubitati repertum fuisse, ego affirmare non ausim.*

ostenditur,

190 *Sed Acta, inquies,* S. Placidi *subdititia sunt, recentia, fabulosa, nullius fidei. Esto: non traditio Messanensium Actis, sed Acta traditioni suam debent originem: proin hæc ex illa sunt æstimanda, ac admittenda in iis, in quibus traditioni, quantùm quidèm hæc rerum eventu probata fuit, consentire noscuntur: nec porrò æquum est, eâdem censurâ verum perinde ac falsum perstringere, modò sit, unde alterum ab altero secernatur. Sed, item inquies, Sancti cognomines ad hunc eumdem diem in Martyrologiis antiquis notati reperiuntur, & quidem à* S. Placido *Benedicti discipulo ac ejus Sociis verosimiliùs diversi: fortè ergò horum Martyrum corpora anno* 1588 *Messanæ inventa sunt,* Placidique *& Sociorum ejus per errorem existimata. Sic habet: in antiquis Martyrologiis Sanctos cognomines, & à nostris verosimiliùs diversos ad dictum diem notatos invenimus: sed nusquam in illis Messanæ passi sepultive, aut eò translati leguntur, sed tantùm*

latè

A *larè in Sicilia annuntiantur, & ne quidem omnes:* Firmatus *enim &* Flavia *Autiſſiodoro tribuuntur. Levis igitur cauſa eſt, ut Sanctos illos, cetera prorſus incognitos, de quibus, quæ in inventione anni* 1588 *detecta ſunt, nullus unquam dixit, Meſſanæ in S. Joannis Baptiſtæ templo olim ſepultos exiſtimemus: cùm neque mirum ſit, iiſdem nominibus* S. Placidi *Socios venire, quibus martyres illi: Pſeudo-Gordianus enim, cùm vera Fratrum & Sororis* S. Placidi *nomina ignoraret, ac in antiquis Martyrologiis ad eumdem diem, quo ſuus* Placidus *paſſus fuit, Placidum quemdam in Sicilia paſſum inveniret, cujus illic Socii memorabantur Eutychius & Victorinus; horum nomina* S. Placidi *Benedictini Fratribus applicuiſſe videtur; quemadmodùm virginis Autiſſiodorenſis nomen ejus Sorori applicuit, eorumque in itinere ſocium* Firmatum *dixit. Iiſdem quidem nominibus illos Sixtus appellavit; ſed morari Pontificem nomina non debuerunt, ubi de re & perſonis illi conſtabat. Nunc Builleti ſuprà citati verba Gallica, Latinè reddita, expendamus.*

ac Bailletus inſinuat, B 191 *Sic habent:* Detectorum anno MDLXXXVIII (*Meſſanæ*) corporum nulla inſcriptio fuit, nota nulla, quæ nomina eorum, quorum corpora detecta fuerant, indicaret. Nihil pariter animadverſum fuit, unde corpora iſta monachorum, aut ſpeciatim S. Placidi, duorum ejus Fratrum, Sororis, ac triginta Religioſorum ejus fuiſſe, probaretur. Judicatum tantummodò fuit ex capitibus quibuſdam, à reliquo corpore ſeparatis, ex vaſis aliquot inſtrumentiſve martyrii, & ex infuſo corporibus quibuſdam plumbo, aliquorum martyrum eſſe potuiſſe. Verùm hæ conjecturæ cum quadam illius patriæ traditione, quam Benedictini monachi Pſeudo-Gordiani ope fovendam curàrant, conjunctæ, Sixto quinto ſufficere ſunt viſæ, ut reliquias, ſub pavimento eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ Meſſanenſis detectas, eſſe corpora S. Placidi, diſcipuli S. Benedicti, Religioſorum, Fratrum & Sororis ejus, in quadam exſcenſione Mamuchæ, præfecti claſſis Abdallæ Saracenorum regis, martyrio affectorum, editâ bullâ die XIII Novembris ejuſdem anni declararet, feſtumque horum Sanctorum, velut martyrum, publicum & perpetuum per univerſam Romanam Eccleſiam præſcriberet. Quamquam falſum appareat Saraceni regis præfectique adjunctum, nihilque, niſi dubium ac incertum, in hac corporum recèns inventorum approbatione occurrat, poni in monacho Placido & Sociis ſanctitas poteſt, cultu, illis ab eo Pontifice decreto, digna, & referri bullæ exſecutio ad martyres alios cognomines, magis certos, alio tempore occiſos, ſed Martyrologiis antiquis ad diem V Octobris, poſtremorum feſto à Sixto quinto delectum, inſcriptos.

C

parùm ſincerè 192 *Aliud igitur faciendum Pontifex jubet, aliud contrà Bailletus monet. Ille* Placidum, *S. Benedicti diſcipulum, & Socios Sanctorum cultu honorandos præſcribit; hic contrà, relicta* Placido *& Sociis, quam fortè habuerunt, ſanctitate, eumdem cultum ad alios martyres, vetuſtis Martyrologiis inſcriptos, transferendum monet. Utri parebitur? Si Meſſanenſes, ſi Eccleſiam dictis ſuis audientem Bailletus voluit, meminiſſe debuerat, paulò fideliùs agendum ſibi fuiſſe, ut Pontificis hac in re judicium infirmum incertumque fuiſſe perſuaderet: nec ſatis fuiſſe, ſi, omiſſis præcipuis & ſingularibus, generalia quædam, unde nihil ſingulare confici poſſit, inventionis adjuncta deſcriberet. Verum quidem eſt, nullam inventam fuiſſe inſcriptionem, quæ, quorum eſſent detecta corpora, proderet: at nihilne propterea detectum fuit, unde corpora iſta* S. Placidi *& Sociorum fuiſſe probaretur? Nihilne huc faciebant quatuor illa corpora, quorum tria virorum erant, quartum verò feminæ, tumulo ſeparato incluſa? Nihil Pompeii Cilii ſepulcrum, nihil adjuncta cetera ſuprà relata, quæ antiquam Meſſanenſium traditionem, quam verbis extenuando* aliquam *Bailletus vocat, quantùm ad præcipua ſaltem rerum capita, veram ſinceramque fuiſſe oſtenderunt?*

AUCTORE J. B.

hoc de argumento ſcribens. 193 *Porrò qua fide Bailletus ait, judicatum dumtaxat fuiſſe, inventa corpora martyrum aliquorum eſſe potuiſſe? Legerat Ruinartium, legerat Mabillonium, quos in margine laudat: atqui uterque ex Gotho equite Meſſanenſi & rei geſtæ teſte oculato ſcribit, ne dubium quidem fuiſſe Meſſanenſibus, quin* S. Placidi *& Sociorum corpora inveniſſent, quæ in S. Joannis Baptiſtæ templo, loco licèt occulto, ſepulta fuiſſe, traditione antiquiſſima edocti fuerant. Sic Gothi verba Italica Latinè Mabillonius reddit lib.* 4 *Annalium Benedictinorum num.* 16. Et quia antiqua ferebat traditio, ſanctum Placidum Socioſque ejus in illo templo, ſed incerto loco, humatos fuiſſe, hæc corpora eorum eſſe, non dubitârunt Meſſanenſes. *Foverintne aliquando Acta* S. Placidi, *Gordiano afficta, Meſſanenſium traditionem, nec ne, nihil intereſt: viguerat illa dudum, priuſquam Acta illa in lucem prodierant; nec, ut vigere pergeret, hujuſmodi adminiculo opus habuit. Videtur Bailletus hîc magis malè conſutas Actorum fabulas, quàm vim & antiquitatem traditionis Meſſanenſium, quàm hujus cum inventionis adjunctis congruentiam, quàm denique Sixti in examinanda re diligentiam conſiderâſſe, quæ tamen negligenda non erant: unde judicium minùs æquum tum de recentiori* S. Placidi *cultu, tum de Sixto Pontifice tulit. Falſus quoque Bailletus eſt, dum* S. Placidum *velut S. Benedicti diſcipulum,* SS. Eutychium & Victorinum, *velut ultimos fratres,* S. Flaviam, *velut ſororem, Monachos triginta, velut diſcipulos, Martyrologio Romano ſub eodem Pontifice primò inſertos ſcripſit: nam hæc omnia in Martyrologio Romano Gregorii XIII, Sixti acceſſoris, juſſu edito & anno* 1586 *typis Plantinianis recuſo, verbis ferè iiſdem, quibus utitur Romanum hodiernum num.* 1 *laudatum, diſertè leguntur. Illud ſic habet:* Meſſanæ in Sicilia, natalis Sanctorum martyrum Placidi beati Benedicti abbatis, & fratrum ejus Eutychii & Victorini, ac Flaviæ virginis eorum ſororis, aliorumque triginta, qui à Mamucha pirata pro Chriſti fide necati ſunt.

E

F

Sixti exemplo Paulus V 194 *De Martyrum corporibus anno* 1588 *Meſſanæ in templo S. Joannis Baptiſtæ inventis hactenus, quorum numerum univerſim ad* 37 *excreviſſe, Gothus ſcribit. Verùm dum reparandæ S. Joannis Baptiſtæ templo incumbere Meſſanenſes pergunt; alia aliaque, ſimilibus martyrii ſignis inſtructa, ſive intra ſive extra templi ſepta, magis minúſve depreſſa ſubinde eruuntur. Rem geſtam ſuccincta totius inventionis Epitome anno* 1610 *Meſſanæ edita explicabit. Sic habet:* Anno Domini MDLXXXVIII cùm aram maximam templi S. Joannis Baptiſtæ, in quo ſanctorum Martyrum oſſa delitescebant, in contrariam partem, quâ aditus patebat in templum, transferri placuiſſet, & janua ad abſidem, ubi ara fuerat, ſtatuenda eſſet, dum pro jaciendis illius fundamentis

AUCTORE J. B.

mentis eruitur terra, non ſolùm tumulus quatuor Martyrum, Fratrum & Sororis, intra eccleſiam ferè ſub altari detegitur, ſed deinceps Sociorum aliquot corpora in ipſa quidem terra, ſed intra eccleſiam altè ad aquæ ſcaturiginem palmis uſuariis circitèr quatuordecim effoſſa reperiuntur. Quin ex his aliqua ſub ejuſdem templi fundamentis, ut veriſimile ſit, monachos per Meſſalinum & Meſſanenſes à beato patre Benedicto impetratos, & in locum Martyrum ſubmiſſos, intra templum tranſtuliſſe, quos Gordianus, ùt tempus tulerat, effoderat in arena, effectumque, ut templum ſeu vetuſtate collapſum ſeu multis pòſt ſeculis à Saracenis, rerum in Sicilia potitis, everſum, illis jam Meſſanenſium virtute & Rogerii Normanni auſpiciis totâ Sicilià exactis, dum pia civium religione reædificatur: & in anguſtiorem formam redigitur, quorumdam Martyrum ignota jam corpora fabricæ ſuffundari contigerit, & multa extra eccleſiam relinqui, ex his etiam, quæ in illam immiſſa fuerant.

detectis poſtea aliis præterea

B

195 Placidi verò & Sociorum aliquot reliquiis jam inventis & Syſti V Pontificis maximi auctoritate probatis, & quanta fieri potuit pompa & celebritate expoſitis; dum templum, in quo ſacra pignora defoſſa fuerant, ſenſim diruitur & publico ſumptu magnificentiùs reſtituitur, aliorum aliquot cadavera deteguntur, quæ reverendiſſimus Frater Bonaventura Secuſius, patriarcha Conſtantinopolitanus, & tunc archiepiſcopus Meſſanenſis, facta ſibi à ſacris canonibus, & demum ab œcumenica Tridentina ſynodo facultate, ad priùs inventa apponi, & cum illis exponi curavit. Cúmque anno MDCVIII jam fabrica ad extremam percurreret partem, quâ nempe templi facies, januis ad campum & ad oram maritimam reſeratis, extruenda erat, atque inibi ut fundamenta locarent, non longè ab inventi ſepulchri & aliorum corporum loco altè terram molirentur, alia & deinceps alia, ſanè multa ſanctorum Martyrum cadavera magno civium concurſu, magnâ omnium ordinum frequentiâ, multis ad terræ & ſacrorum oſſium contactum, multis ad hauſtum ejus, in qua jacuerant, aquæ, editis miraculis, in lucem proferuntur. Conjectura autem eſt, ex his ea, quæ ad eamdem æqualitatem cum beati Placidi Sociis humata, nempe profundè & ad aquam reperta ſunt, omnia eorum eſſe, qui ſub Mamucha unà cum S. Placido agonem primum feliciter confecerunt; reliqua verò minùs altè tumulata, & jam memoratis, interjecto aliquo terræ ſpatio, ſuperpoſita, eorum eſſe, qui poſterioribus ſeculis ſecundum & tertium certamen fortiter ſubiêre. Nam cùm omnis ea regio arénoſa ſit, torrentis in mare defluentis illapſu ſuccreſcit, ut decurſu temporis alii aliis ſuperponi & attumulari potuerint. Quæ omnia corpora ſeorſum diligentiſſimè aſſervantur, dum Sedis Apoſtolicæ auctoritate ad cultum & venerationem publicam exhibeantur.

C

ſanctorum Martyrum corporibus

196 *Miſſus ad hunc finem Romam à ſenatu Meſſanenſi cum legitimis novæ inventionis & miraculorum documentis ad Paulum V Jacobus Charybdis Societatis Jeſu ſacerdos: Paulus verò rem ſacrorum rituum Congregationis ſubjecit examini, quæ cùm corpora illa ſanctorum Martyrum eſſe, declaràſſet, & tamquam talia à fidelibus colenda cenſuiſſet, ùt ex Dominici Pinelli, epiſcopi Oſtienſis, ſacri collegii decani & Congregationis ſacrorum rituum præfecti, apud Cajetanum ſæpe citatum pag. 159 teſtimonio publico liquet, Paulus V ejuſdem Congregationis judicium anno 1611 confirmavit hujuſmodi bullâ:* Paulus Papa quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Regis Martyrum Domini vices Apoſtolorum Principis Sede, licèt immeriti, gerentes, illorum corporibus meritam aſſerimus ex officii noſtri debito venerationem, qui candidato Martyrum exercitui adſcripti, præmia cæleſtis regni percipere dignoſcuntur. D

cultum publicum exhiberi poſſe, declaravit.

197 Cùm itaque, ſicut nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii Communitas & Homines civitatis Meſſanæ, dum de anno MDCVIII & ſucceſſivè uſque ad annum MDCX incluſivè foderent fundamenta eccleſiæ S. Jo. Baptiſtæ, quam iidem Communitas & Homines pro eorum erga Deum religione in dicta civitate conſtrui curant, multa ſanctorum corporum inventa fuerint, & venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales, ritibus & cæremoniis eccleſiaſticis præpoſiti, quibus proceſſum à venerab. Fratre Petro archiepiſcopo Meſſanenſi factum, totumque negotium examinandum commiſimus, maturè & diligenter omnibus in dicto proceſſu contentis conſideratis, proceſſum hujuſmodi eſſe legitimum, & juridicè confectum, ex eoque legitimè conſtare, illa eſſe corpora ſanctorum Martyrum, nobis retulerint, nos, ut ſanctis corporibus hujuſmodi, qui coronas decoris meruerunt de manu Dei, debitus cultus honoris ab omnibus Chriſti fidelibus exhibeatur, & in Sanctis ſuis exaltetur Altiſſimus, de eorumdem Fratrum conſilio, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium decernimus & declaramus, dicta corpora in foſſione fundamentorum prædictæ eccleſiæ S. Jo. Baptiſtæ de anno MDCVIII uſque annum MDCX incluſivè inventa, eſſe corpora ſanctorum Martyrum, & pro talibus ab omnibus Chriſti fidelibus coli & venerari debere, quibuſcúmque contrariis non obſtantibus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo piſcatoris die XIX Martii MDCXI, Pontificatus noſtri anno ſexto. E

§ XIII. S. Placidi & Sociorum Meſſanæ feſta, reliquiæ variis locis diſperſæ, Officia in eorum honorem recitari ſolita. F

Prater diem ſanctorum Martyrum natalem Meſſanenſes

INſtitutum à Sixto V anno 1588 ſanctorum Martyrum Inventionis feſtum, Meſſanenſes anno proximè ſubſequenti illuſtri admodùm ac ſingulari pompa, variis lætitiæ ſignis, & ſupplicatione maximè ſolenni tridui ſpatio, à ſecundo menſis Auguſti die ducto initio celebrârunt. Rei tunc geſtæ ſeriem Philippus Gothus eques Meſſanenſis, ac unus ex iis, quibus urbis ſenatus ſolennitatis ritè exſequendæ curam demandârat, ſingulari, ùt diximus, Opuſculo explicuit, quem rerum illarum curioſus conſulat. Deinceps verò ejuſdem Inventionis ſolennitas inter dies feſtos civitatis præcipuos, ac ſolennis die III Auguſti ſupplicatio ex decreto ſenatûs anni 1588 quotannis eſt habita. Ordinem hujus è Bonfilio lib. 5 Deſcriptionis urbis Meſſanæ accipe: Initium pompæ, *inquit*, puer facit coronatus prælto curro*, cui quatuor equi juncti ſunt, impoſitus, qui ſtrictum acina-

*currui

cem

A cem, cruentæ mortis indicium, manu tenet. Sequuntur longo ordine pueri nobiles, tunicis fericis induti & capillis peregrinis, coronis, aliſque, quales geniis adpingi ſolent, exornati: haſtas illi ferunt, quibus affixæ tabulæ miracula ab his Sanctis, poſt inventa eorum cadavera facta, repræſentant.... Centum fraternitates flagellantium, prælatis vexillis & crucibus, cereos accenſos manu ferentes, imagines, quibus mors cruenta horum Sanctorum & ſubmerſio claſſis Mamucæ, antequam pharum præternavigâſſet, adumbrantur, cingunt & deducunt.

diem Inventionis

199 Has fratres multarum religioſarum familiarum conſequuntur, ſuos in ordines diſtincti: quorum ultimi poſt fratres S. Dominici Græci ſunt Ordinis S. Baſilii, cum abbatibus ſuis, Prioribus, & archimandrita, veſtibus ſacris & ſacerdotalibus amicto. Denique ſacerdotes templi cathedralis, canonici mitris ſuis conſpicui & archiepiſcopus incedunt. Poſt urnas verò abbates & monachi familiæ S. Benedicti, ſacerdotalibus itidem veſtibus induti, cernuntur. Quatuor urnæ, quibus oſſa Sanctorum continentur, panno aureo pretioſiſſimo coopertæ ſunt. Prima, quæ corpora trium Fratrum & Sororis complectitur, ſub cælo, ùt vocant, à ſenatoribus portato, ducitur, quum trium reliquarum cœla à monachis tantùm Ordinis S. Benedicti ſuſtententur. *Tum vias earumque ornatum, per quas hæc è prioratu S. Joannis educta, eódemque reducta, tranſit; populi frequentiam, tormentorum exploſiones Bonfilius memorat, quæ brevitatis gratiâ hìc omitto. Hùc refer, quæ ad diem* III *&* IV *Auguſti in Martyrologio Siculo Octavius Cajetanus ſcribit:* Meſſanæ Inventio SS. MM. Placidi abbatis, Eutychii, & Victorini fratrum, Flaviæ virginis ſororis, & XXXIII Monachorum. *Item:* Meſſanæ tranſlatio SS. MM. Placidi & Sociorum.

B

& Tranſlationis quotannis colunt;

200 *Alterius item eorumdem Sanctorum tranſlationis ad diem* XVI *Maii mentionem his verbis habet:* Meſſanæ tranſlatio SS. MM. Placidi & Sociorum ex Veteris eccleſiæ in ſacellum Novum & aram: *idem Bucelinus, Menardus & Ferrarius in Martyrologio Sanctorum, qui in Romano non ſunt, ſcribere; ſed Ferrarius in Annotatis hæc addit:* Horum inventio & tranſlatio anno Domini MDLXXXVIII ſub Philippo II Hiſpan. contigit. *Quæ quidem vera ſunt, ſi de Inventione illorum intelligantur: verùm ſi de tranſlatione, quæ die* XVI *Maii contigit, Ferrario illic ſermo ſit, ea anno* 1588 *accidiſſe non potuit; cùm non niſi menſe Auguſto ejuſdem anni ſanctorum Martyrum reliquiæ detectæ fuerint. Magis ſuſpicor, hanc contigiſſe ſub annum* 1617, *quo Meſſanenſes* S. Placido *& Sociis, tutelaribus ſuis, novum ſacellum cum ara in templo S. Joannis Baptiſtæ poſuiſſe, inſcriptio docet, quam marmori in ſacello chori inſculptam Pirrus Prioratûs Meſſanenſis notitia* 7, *lib.* 3 *ad hunc modum exſcripſit:* D. O. M. Philippo III regnante, S. P. Q. M. loci dignitatem venerantes, ubi ſacræ SS. Placidi & Sociorum MM. reliquiæ olim aſſervabantur, ſacellum cum ara patrono optimo piè ponendum curaverunt an. MDCXVII.

C

quibus Paulus V reliquiarum S. Placidi & Sociorum deſtractionem vetuit:

201 *Addit porrò eodem loci Pirrus, arcas, quibus ſanctorum Martyrum exuviæ incluſæ fuerunt, quæ primò quatuor tantùm erant, dein ad* 17 *excreviſſe; in earumque una, vitreis tabulis glutinata,* SS. Placidi *& Fratrum ejus ac Sororis capita ſervari; in reliquis verò Sociorum corpora: præterea verò jam olim Bullâ Apoſtolicâ vetuiſſe Paulum V, ne ſacræ reliquiæ ſuis locis extraherentur. Bullam hanc typis anno* 1621 *Meſſanæ impreſſam ac Officio ſanctorum Martyrum ſubnexam habemus, his verbis conceptam:* Paulus Papa quintus. Ad futuram rei memoriam. Conſervationi, nec non honori Sanctorum & Sanctarum ſacrarum reliquiarum, quæ, ùt accepimus, in eccleſiis & locis piis civitatis Meſſanæ honorificè & decenter aſſervantur, conſulere volentes, ſupplicationibus Ven. fratris archiepiſcopi Meſſanenſis, & dilectorum filiorum Communitatis & Hominum dictæ civitatis ſuper hoc nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus & ſingulis, tam eccleſiaſticis, quàm aliis quibuſcumque perſonis ſecularibus & regularibus, cujuſcumque dignitatis, ſtatûs, gradûs, ordinis & conditionis exiſtentibus, ne reliquias prædictas arcis, vaſis, vel muro clauſas, aut aliquam eorum partem extra eccleſias & loca pia prædicta ullo umquam tempore, quovis prætextu extrahere, ſeu extrahi facere audeant, ſeu præſumant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſq. contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub anulo piſcatoris die VIII Februarii MDCXI Pontificatus noſtri anno ſexto.

AUCTORE J. B.

E

quæ partim jam antè Valliſoletum,

202 *Colligi hinc poteſt, quanto in pretio apud Meſſanenſes ſanctorum Martyrum reliquiæ fuerint; uti & ex eo, quod de Hugone Cardinali, equitum Hieroſolymitanorum magiſtro, Wion ad diem* IV *Auguſti refert. Inſtiterat anno* 1589 *apud Sixtum V Hugo Cardinalis, ut reliquiarum* SS. Placidi *& Sociorum partem in inſulam Melitam transferre ſibi liceret, eoque rem ſuam perduxerat, ut jam bulla, cujus verba recitat Wion, condita eſſet, quâ petita facultas Hugoni concedebatur. Sed Meſſanenſem ſenatum per miniſtros regios egiſſe ait, ut bulla revocaretur. Sic nimirum ex litteris Romani Politiani, abbatis Catanenſis, ea de re ad ſe miſſis Wion intellexerat; quare ignorare ſe ait, num prædicta bulla effectum ſit conſecuta. Verùm inſignem dictarum reliquiarum partem Philippo III regi Catholico, annuente Pontifice Clemente VIII, ante Pauli prohibitionem obtigiſſe non dubium eſt: bina enim ea de re teſtimonia, ex Lipſanologio Ms. regii monaſterii S. Laurentii, vulgò* Eſcurial, *excerpta habemus, alterum Franciſci Velardez, archiepiſcopi Meſſanenſis, alterum verò Jacobi Framontana de Meſſana, qui illas Meſſanenſium nomine ad Philippum in Hiſpaniam detulit.*

F

ùt ex conſectis ea de re

203 *Archiepiſcopi teſtimonium ſic ſonat:* Fidem facio ego Franciſcus Velarde de la Concha, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ archiepiſcopus Meſſanenſis, regiuſque conſiliarius, ac ſuæ Catholicæ majeſtati atteſtor, hodie acceptis infraſcriptis litteris, mihi per dilectos in Chriſto Don Petrum Borgiam principem Squillacis Strategotum, necnon Philippum Cicala, Marcellinum Cirino, Don Petrum Saccano, Joannem Pellegrino, Don Mauritium Portio, & Joannem Baptiſtam de Cælis, hujus nobilis urbis Meſſanæ juratos, exhibitis, quarum tenor eſt, ùt infrà. *Pauca hìc inſerit de ſuo is, qui utrumque teſtimonium exſcripſit:* Sequitur, *inquit hic*, epiſtola Italica, in qua ſignificatur, Pontifici Romano placere, ut quædam reliquiæ S. Placidi & Sociorum MM. mittantur ad regem Catholicum. *Deinde* prædictus Franciſcus Velarde ſic pergit, *inquit item teſtimonii exſcriptor*, Pro illarum exe-

cutione

AUCTORE J. B.

curione ad eorumdem inſtantiam perſonaliter cum infraſcriptis canonicis hujus metropolitanæ eccleſiæ me contuliſſe ad eccleſiam S. Joannis Baptiſtæ hujus urbis, prioratûs hoſpitalis ejuſdem S. Joannis Hieroſolymitani, ubi maxima cum religione conſervantur & Apoſtolica auctoritate venerantur ſanctorum martyrum Placidi, Euthichii, Victorini fratrum, ac Flaviæ ſororis, reliquorumque triginta trium Sociorum corpora; & propriis manibus, omni reverentia pontificaliter indutum deſumpſiſſe reliquias infrà notatas, illaſque in pixide aurea pretioſa, gemmis ornata, debitis ceremoniis à me benedicta, repoſitas conſignâſſe Don Jacobo de Meſſana, monacho profeſſo Ordinis S. Benedicti, Priori Montis regalis ejuſdem Ordinis ad id ſpecialiter electo & per eoſdem juratos deputato ad ſuam Catholicam majeſtatem fideliter deferendas. In cujus rei fidem præſentes propriæ manus ac prædictorum canonicorum ſubſcriptione munitas & ſigillo archiepiſcopali roboratas expediri mandavi. Meſſanæ die XI Aprilis MDCIII.

B *inſtrumentis oſtenditur,*

204 *Reliquiarum verò enumeratio ita ſe habet:* Quatuor fruſta oſſium ex tibiis ſanctorum Placidi, Eutichii, Victorini fratrum, ac Flaviæ ſororis; unum longitudinis digitorum decem, aliud novem, aliud ſex, aliud verò quinque; nec non & aliud ex capite ejuſdem S. Placidi ex parte ſquamoſa petroſa aurium, magnitudinis parvæ manus, cum eorum ſchedulis. Aliud fruſtum ex capite unius ex triginta tribus Sociis S. Placidi ejuſdem ferè magnitudinis parvæ manus cum triginta duobus aliis fruſtulis oſſium ex corporibus & reliquiis ceterorum Martyrum, ejuſdem S. Placidi Sociorum & Monachorum. *Subſcriptiones hujuſmodi ſunt:* Franciſcus archiepiſcopus Meſſanenſis. Nicolaus Andreas Maurus cantor. Guilius Cæſar Minutulus abbas & canonicus. Don Sidenius Portius DD. Apoſtolicus protonotarius & canonicus. Theodorus Coſta U. J. D. canonicus. Franciſcus Flaconius canonicus. Don Bernardus de Arce y de la Concha abbas & canonicus. Ego Don Antonius Stizia canonicus Meſſanenſis eccleſiæ & magr. notarius magnæ curiæ archiepiſcopalis ejuſdem prædictis omnibus interfui, & de mandato dominationis ſuæ reverendiſſimæ publicum inſtrumentum in Actis ejuſdem curiæ confeci. Ego Franciſcus Marna publicus regius & Apoſtolicus notarius prædictis interfui.

C

205 *Teſtimonium alterum his verbis concipitur:* Ego Don Jacobus Framontana de Meſſana, Prior monaſterii S. Mariæ de Monte regali regni Siciliæ, Congregationis Caſinenſis Ordinis S. Benedicti, ſpecialiter electus & deputatus à juratis nobilis civitatis Meſſanæ cum conſenſu & benedictione ſanctiſſimi domini noſtri Clementis Papæ octavi & ſuperiorum ſuorum* ad deferendum in Hiſpaniam fideliter, & præſentandum nomine prædictæ urbis regiæ Catholicæ Majeſtati Philippi III invictiſſimi domini noſtri venerandum & pretioſum reliquiarium, continens ſacro-ſanctas reliquias glorioſorum Chriſti martyrum Placidi & Sociorum, fidem facio & teſtor ipſaſmet numero ſacras reliquias, ſecundùm qualitatem, numerum & quantitatem in pixide aurea gemmis ornata, & benedicta repoſitas, & mihi conſignatas ab illuſtriſſimo & reverendiſſimo D. Franciſco Velarde de la Concha, archiepiſcopo Meſſanenſi, me præſentâſſe & fideliter obtuliſſe nomine prædictæ urbis Meſſanæ eidem regiæ majeſtati apud urbem Valliſoletanam in ſuperiori oratorio regii palatii die XXIII menſis Novembris MDCIV. In cujus rei fidem & memoriam has teſtimoniales litteras fieri feci, manu propria ſubſcripſi prædicto loco & tempore. Reliquiæ verò ſunt hæ: *eædem nimirum, quæ ſuprà.* Ego F. Don Jacobus à Meſſana Prior monaſterii Montis regalis. *Porrò tradi dictas reliquias Philippus juſſit monaſterio S. Laurentii &, habita ſupplicatione, quam ipſe rex comitari voluit, in altari S. Mariæ Virginis anno 1606 die V Octobris ceteras inter reliquias collocari, ùt docet Notitia Hiſpanica tranſcriptis modò teſtimoniis ſubnexa.*

D

miſſa fuerant

* *meorum*

206 *Hiſce nonnulla alia, quæ de ſanctorum Martyrum reliquiis ſparſim annotata inveni, adjungo. Wion Ligni vitæ lib. 3 ad diem primum Maii ita habet:* In ſancto Benedicto de Padolyrone (*Ordinis S. Benedicti monaſterium eſt in agro Mantuano, vulgò* Polirone *ſeu* del Po *dictum*) hac die anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono (*ab inventione reliquiarum proximo*) facta fuit proceſſio ſolemnis tempore comitiorum generalium, ducentorum ferè monachorum, pro receptione reliquiarum S. Placidi prothomartyris Ordinis monaſtici, & nonnullorum Sociorum ejus. *Quibus in Annotatis Wion hæc ſubjicit:* Hæc (*proceſſio*) cui me interfuiſſe pro magno munere reputo, facta eſt cum maxima cùm monachorum, tum populi, qui tunc aderat, devotione, ſic jubente R. P. D. Seraphino Fontana Mediolanenſi, comitiorum illius temporis præſide, aliiſque RR. PP. definitoribus. Repoſitæ verò ſunt prædictæ ſancti Placidi & Sociorum reliquiæ primùm in quadam capſula eburnea, in qua erant & aliorum Sanctorum reliquiæ, datæ ab ill. & rever. Raimundo S. R. E. Card.; *nimirum anno 1500, die XXVII Octobris, ùt in donationis Exemplari, quod Wion ſubjicit, videre eſt.*

utì & in agrum Mantuanum:

E

207 *Domui profeſſæ Societatis Jeſu Meſſanenenſi mentum inferius capitis* S. Flaviæ *cum decem dentibus, quos* inciſivos *dicunt, ceſſiſſe, Cajetanus habet in Animadverſionibus in inventionem* S. Placidi & *Sociorum pag. 156, præter linguam ejuſdem, de qua num. 181 mentionem fecimus. Bonfilius in Deſcriptione Meſſanæ ſub initium lib. 4 dentes tantùm binos* S. Flaviæ *domui Profeſſæ Meſſanenſi attribuit, ſed adjicit nonnullas alias* SS. Placidi, Eutichii, Victorini & Sociorum *martyrum reliquias. Eodem loci, partem capitis* S. Flaviæ *Patribus Dominicanis Meſſanenſibus obtigiſſe, affirmat. Idem lib. 1 inter reliquias monaſterii Novi* S. Placidi, *de quo egimus ſuprà num. 169, quaſdam ejuſdem ſancti Martyris & Sociorum ejus numeravit. Ferrariæ quoque partem capitis* S. Placidi, *utì & ſororis* Flaviæ *argento incluſam ſervari, ſcribit Marcus Antonius Guarini in Compendio hiſtorico de eccleſiis locisque piis civitatis & diœceſis Ferrarienſis lib. 2, pag. 64, ubi de eccleſia S. Benedicti. Præ manibus præterea habeo Catalogum Sanctorum, quorum Officium in domo Profeſſa Societatis Jeſu Romana celebratur, anno 1729 Romæ impreſſum; in quo ad diem V Octobris hæc lego:* SS. Placidi & Soc. MM. Rel. inſignes in ſacrario. De Comm. plur. Mart. præter prop.

his locis variis, ſeu ante, ſeu poſt Paulli

208 *Papebrochius noſter anno 1661, ùt legitur in Ms. ejus cum Henſchenio Itinere Romano Caſini vidit in ſacrario* S. Flaviæ *reliquias*, S. Placidi *coſtam*, & *duo brachia Sociorum Martyrum. Bailletus in Vita* S. Placidi, *hujus brachium, ùt creditur, Pariſiis in abbatia S. Germani Pratenſis aſſervari*

prohibitionem eorum reliquiarum

A *servari monet. Michaël Monachus in Sanctuario Capuano pag.* 544 *in hæc Kalendarii Capuani verba :* III Non. (*Octobris*) Placidi & Sociorum ejus, *sic annotat :* Noſtra ætate ſancti Placidi inſignis reliquia è Sicilia Capuam adducta fuit, & repoſita in eccleſia S. Eligii, operâ & induſtriâ patris Marci de Angelis, clerici regularis & Capuani civis. *Raiſſius pag.* 160 *in Hierogazophylacio Belgico inter reliquias collegii noſtri Anglorum Audomaropolitani recenſet* os parvum S. Placidi & Sociorum martyrum. *Cæſar Caracciolus in Opere Italico de Neapoli Sacra parte* 2, *pag.* 307 *inter reliquias eccleſiæ S. Mariæ in Porticu reliquias etiam* S. Placidi *numerat, nimirum, ùt addit in Indice, fruſtum ex capite. Inter cimelia domus noſtræ Profeſſæ Antverpienſis numeratur pars oſſis unius è* S. Placidi *Sociis, quod unà cum digito S. Eleutherii Pater Scribani anno* 1612 *à P. Auguſtino Vivaldo, Genuenſi rectore, dono accepit.*

209 *Ita hic in ſuis ea de re litteris, ſigillo Societatis noſtræ munitis, & propria ejus manu ſubſcriptis :* Auguſtinus Vivaldus, rector collegii Genuenſis Societatis Jeſu. Omnibus, in quorum manus hæ litteræ venerint, ſalutem in Domino
B ſempiternam. Cùm admodùm reverendo Patri Carolo Scribanis, rectori collegii Antuerpienſis ejuſdem Societatis, unum ex articulis unius digiti S. Eleutherii epiſcopi & martyris, filii S. Anthiæ martyris, quem ipſemet Reate ex eccleſia S. Joannis, ubi ejus, matriſque ſacra corpora honorificè reſervantur, extraxi anno milleſimo ſexcenteſimo cum facultate reverendiſſimi domini Horatii Gentilis, in ea civitate tum vicarii Apoſtolici exiſtentis, donaverim, ac præterea partem oſſis unius è Sociis S. Placidi martyris, quorum corpora, Meſſanæ divinitus inventa, ſanctiſſimus dominus noſter Paulus V declaravit, verè eſſe ipſorum corpora; ne hujuſmodi ſacræ reliquiæ debito honore fruſtrarentur, de præmiſſis omnibus, his litteris, manu mea ſubſcriptis, ac ſigillo Societatis noſtræ munitis, fidem facere volui. Datum Romæ die vigeſima tertia menſis Januarii, anno à Nativitate Domini milleſimo ſexcenteſimo duodecimo. Auguſtinus Viualdus.

210 *Adhæc apud Franciſcum de Magiſtris lib.* 1 *Statûs eccleſiæ Neapolitanæ pag.* 274 *inter reliquias templi SS. Georgii & Severi hæc notata reperio :* De capite S. Placidi abb. & M. *Franciſci Opus additionibus ſuis auxit Joſephus de Magiſtris, ad quarum calcem de reliquiis, in templo Cartuſianorum ſervatis, lego :* S. Placidi martyris cum ampulla ipſius Sancti. *Cajetæ quoque in monaſterio S. Angeli* SS. Placidi *& Sociorum monachorum reliquias ſervari, ait in Deſcriptione Cajetæ Petrus Roſettus pag.* 23. *Ex iiſdem Breſciæ, Monte Regali, Aquilæ, Iſerniæ & alibi per Italiam reperiri, docent me Collectiones noſtræ Mss. de Sanctorum reliquiis per Italiam ſparſis : ſi tamen ubique de* S. Placido, *Benedictino martyre, agatur; nam & Maſinus in Bononia illuſtrata ad diem* XI *Octobris ait, S. Placidi corpus apud Sanctimoniales SS. Vitalis & Agricolæ reperiri, Româ illuc, annuente Gregorio XV, allatum; quem à* Placido *Benedictino diverſum eſſe, relata mox adjuncta abundè declarant. Nec dubito, quin variis aliis etiam locis eorumdem Martyrum reliquiæ reperiantur, ac debito ipſis honore conſervenſur. His pauca addo de Officiis, in eorum honorem recitari ſolitis.*

211 *Caſini quidem* S. Placidi *cultum ſeculo* XI

viguiſſe, oſtendit loci antiquum Martyrologium, num. 28 *laudatum : quæ autem illi interpolatio, de qua ibidem mentionem feci, adjecta eſt, argumento eſt, ſancti Martyris feſtum cum Octava dein celebratum à Caſinenſibus monachis fuiſſe. Similiter & Sublaci celebratur Miſsâ, & Officio proprio ſemiduplici ritu, quod anno* 1709 *Præneſte iteratò impreſſum, & ab anno* 1696 *à ſacra rituum Congregatione recognitum & approbatum habemus. Miſſa propria eadem eſt, quæ in Miſſali Romano ad diem* V *Octobris. Officium ſecundi Nocturni lectiones proprias habet : hæ autem* S. Placidi *vitæ compendium exhibent ex Actis ferè petitum; ſed illius martyrium anno* 539 *affigit Lectio ſexta. Lectio ſeptima ex Euangelio Matthæi :* In illo tempore ſedente Jeſu ſuper montem Oliveti *&c, quod excipit S. Hilarii epiſcopi Homilia;* Diſcipuli Dominum interrogant. *De Communi Martyrum dicuntur cetera. Idem Officium jam antè à Paulo V pro Benedictinis approbatum, inſertum eſt Breviario monaſtico, Venetiis anno* 1623 *excuſo. Breviarium Benedictinorum Luſitaniæ, anno* 1607 *Conimbricæ excuſum, Lect.* 8 S. Placidi *martyrium anno* 540 *memorat contigiſſe.*

E 212 *Meſſanæ verò duplex Officium habet prepropria. prium, alterum die* V *Octobris ſeu die natali, totâ diœceſi Meſſanenſi cum Octava recitandum. Alterum die* IV *Auguſti, ſeu Inventionis; utì & Miſſam utroque die partim propriam. Miſſa, utroque die eadem, ſic habet : Introitus :* Salus autem juſtorum *&c. Oratio :* Deus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorum Placidi & Sociorum ejus Natalitia (*vel* Inventionem) colere *&c. Epiſtola ex libro Sapientiæ cap.* 3 : Juſti autem in perpetuum vivent *&c. Graduale :* Clamaverunt juſti *&c. Euangelium ex Joanne :* In illo tempore dixit Jeſus diſcipulis ſuis, Amen amen dico vobis, niſi granum frumenti *&c. Offertorium :* Juſtorum animæ *&c. Poſtcommunio :* Quod dico vobis *&c. Officii, ſanctorum Martyrum die natali ſeu* V *Octobris recitandi, Lectiones ſecundi Nocturni contractam pariter ex Actis* S. Placidi *Vitam complectuntur; quarum loco reliquis Octavæ diebus aliæ Lectiones ex Ambroſio, Auguſtino & Cypriano recitandæ proponuntur. Die porrò* IV *Auguſti, quo Inventionis memoria celebratur, Lectiones primi Nocturni deſumuntur ex libro* 2 *Machabæorum cap.* 1. Cùm in Perſidem ducerentur Patres noſtri *&c. Secundi verò inventionis hiſtoriam, qualem ferè ſuprà num.* 171 *& ſeqq. exhibui, continent. Utrumque denique Officium approbavit, ac recitari conceſſit Paulus V anno* 1611, *die* XXVI *Februarii, quæ quidem omnia ex utroque Officio, Meſſanæ eodem anno Petri Breæ typis edito, excerpſi.*

213 *Accipe & Hymnos aliquot, olim in Offi-* *Hymnique.* *cio* S. Placidi *& Sociorum recitari ſolitos, quos è Breviario S. Zenonis Veronæ membranaceo, antiquo quidem, ùt apparet, ignotæ mihi tamen ætatis, Wion deſcripſit, ac Annotatis ſuis in diem* V *Octobris inſeruit.*

HYMNUS AD VESPERAS.

Plaude, turba monachorum,
De triumpho Sociorum,
Quos coronat Rex cælorum,
Inter choros angelorum.
Laude fatis non tacere,
Cernens tuos prævalere,
Et in menſa conſedere
Cum cæteris tyronibus.

AUCTORE J. P.

Officia quædam ſanctis Martyribus

ditata,

adjiciuntur.

C

P

AUCTORE J. B.

Qui pro Chriſto cruentati,
Et de pugna laureati,
Velut reges purpurati,
Et in thronis collocati.
Magnos habes Advocatos,
Super cælos exaltatos,
Summo Regi ſemper gratos,
Ad rogandum præparatos.
Quorum meritis ſalvari
Poſcimus & illuſtrari,
Super nivem dealbari,
Et in cælis collocari.
Regi Sanctorum omnium,
Sit laus per cuncta ſæcula,
Qui iſtos per martyrium
Magnos fecit in gloria. Amen.

214 HYMNUS AD NOCTURNOS.

in eorum honorem

Orantes Chriſti Martyres
Geſta miranda canimus,
Quorum tormenta corporum
Dira fuiſſe cernimus.
Genis quoque rubentibus,
Veſtro cruore roſeo
Fulgentibus, candentibus
B Omni decore niveo.
Hos roſeis & fulgidis
Florum coronis aureis,
Cum Agno melos canitis,
Super montes aromatum.
Nos quoque tibi pſallimus,
Ignoſce delinquentibus,
Hoſtis confractis viribus,
Noſque redde cæleſtibus.
Deo deorum omnium,
Salus, honor & gloria,
Qui tuis per martyrium
Donas immenſa præmia. Amen.

215 HYMNUS AD LAUDES.

recitari ſolita.

Juſti per orbem canitur
Sacrum ſchema certaminis,
Monachorum extollitur
Præcelſi decus Ordinis.
Quorum de arce prodeunt,
*imò 32 Triginta quinque milites *;
Qui cum triumpho redeunt,
Poli ſcandentes limites.
Noſtri ſunt decus Ordinis,
Noſtri ſunt duces agminis;
C Nobiſque fœda criminis,
Dimitte, Rex certaminis.
Dona ſuperna ſcandere,
Sacroſque hymnos promere,
Ad laudes horum Martyrum,
Infunde jubar luminum.
Summi Patris faſtigio,
Laudis melos dulciſſimum,
Qui nobis per martyrium
Largitur omne præmium. Amen.

216 *Sequuntur Acta, à Mabillonio Seculo I Benedictino edita, & Gordiano falsò adſcripta, quòd illa paſſim ſcriptores cenſuris ſuis perſtringunt: ſubduntur verò & illa, quæ ſub Stephani Anicienſis nomine in lucem ab Octavio Cajetano fuêre emiſſa, tum ut hæc cum illis conferre commodiùs lector poſſit, ac diſpicere, quàm frequentes in illis interpolationes occurrant; tum quòd hæc illis minùs ſaltem vitioſa.*

Acta quæ & cur edantur.

D

ACTA

SS. PLACIDI ET FRATRUM ejus Eutichii, Victorini, ac Flaviæ ſororis, nec non Donati, Firmati diaconi, ac Fauſti, & aliorum triginta Monachorum Martyrum.

Auctore Pſeudo-Gordiano.

Ex Actis Sanctorum Benedictinorum tom. I *à pag.* 45.

E

PROLOGUS.

IN claro & renitenti triumpho beatiſſimorum Placidi, Eutichii & Victorini fratrum, eorumque ſororis Flaviæ virginis, & Sociorum triginta ac trium *a* laudes aliquas addere otioſum quiddam & ſupervacaneum eſt. Quos enim Chriſtus in cœleſti regno locavit, quos etiam cum angelis & archangelis individuam Majeſtatem laudare conſtituit, hos nimirum hominum laudibus non egere, monſtravit. Verùm quia omnes ſpiritus & omnes creaturas ad Domini laudem Pſalmographus vates invitat, operæ pretium reor ego Gordianus, patris Benedicti diſcipulus, ad Regis æterni gloriam, eorumdem Martyrum paſſiones almificas Argolicis apicibus annotare *b*. Tantâ enim miraculorum prærogativâ, tanto virtutum jubare ſanctiſſimus Placidus, horum Martyrum dux & prævius, ſplenduit, ut non ſolùm fideles, verùm etiam infideles in Chriſti laudem exclamare cogantur. Et meritò; nam juxta magiſtri ſui Benedicti præceptum, Chriſtum toto corde, totâ animâ, tota virtute dilexit, & pro ejus nomine cum ſupradictis Martyribus ſuum ſanguinem fudit. Hi namque ſunt cœli, qui enarrant gloriam Dei. Hi lux mundi, qui ſedentes in tenebris ad veram lucem reducunt. Hi ſal terræ, qui mentes, ne tædii torpore deficiant, ſaliunt, & ad cœleſte regnum inducunt. Freti namque Dei omnipotentis virtute, ejuſque ſapientiâ debriati, frementem mundum, velut ſtercora, contempſerunt, & veram fidem opportunè prædicaverunt, & pro eadem animam poſuerunt.

Gordianus Acta S. Placidi ad Dei,

a

b

F

2 Hanc namque Dei magnitudinem, virtutem & ſapientiam David admirans, dicebat: "Magnus Dominus Deus noſter, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus *c*." Magnus ſiquidem, cùm nos inenarrabiliter ex luti materia condidit, & ex nihilo cuncta creavit. Magna virtus ejus, cùm tartareas legiones dirupit, mundi principem vinxit, vaſa & arma ejus abſtulit, regnum deſtruxit, humanum genus ſuo pretioſo ſanguine redemit, pacis coagulum inter Deum &

cujus in Martyribus magnitudo elucet, gloriam

c

A & hominem reformavit, terrenis cœleſtia ſociavit, ac filios hominum de terra elevans, in cœleſti regno ſupernarum Virtutum ordinibus junxit. Intonet ergò jam ſancta & univerſalis Eccleſia, & cum eodem celeberrimo ſublimique citharista cœleſtis harmoniæ tympanum ſumens, devota promat cantica, dicens: "Magnus Do-„minus noſter, & magna virtus ejus, & ſapien-„tiæ ejus non eſt numerus.„ Magnus utique ipſe, magna virtus ejus, & ſapientia, qui ab ipſo ferè mundi principio parvulos, ſenes, inſipientes, ſapientes, armentarios, ruricolas, piſcatores & Monachos æterni regni oratores & milites contra diabolum fecit. Ad quam rem nobis idoneè confirmandam, adeſt cum Sociis & ſorore Flavia virgine, ac duobus fratribus Eutychio & Victorino, Placidus ſanctiſſimus & beatiſſimus, Patris Benedicti diſcipulus, qui terrenis cœleſtia commercia mutans, patriarchis, prophetis, Apoſtolis, martyribus ac confeſſoribus ſimilis apparuit, & in carne adhuc lutea poſitus, labentes delicias ùt quiſquilias ſprevit, & Crucis mortificationem jugiter in ſuo corpore pro Chriſti nominis amore portavit.

B 3 In hujus itaque Martyris paſſione explicanda, cujus ad juſſum agere orſus ſum, promam. Divus enim Juſtinianus triumphator, invictus Æneades *d*, dum agnoviſſet, qualiter jam dictus martyr Domini Placidus triumphalem lauream ſuſcepiſſet, illico noſtram exiguitatem advocans, præcepit, ut paſſionem illius atque miracula, prout oculis ipſe proſpexeram, exerens, ſanctæ Eccleſiæ filiis ad legendum morigerarer *e*. Cujus ſacratiſſimo imperio parens ad tanti Martyris paſſionem deſcribendam animum dedi, ſciens indubiè, quia omnia, quæ fuerunt & ſunt, & Dei voluntate & permiſſione conſiſtunt & permanent. In hoc tamen Opere ſtudioſi lectores non panegyricum requirant, ſed veritatem. Alii ſua ſcripta phaleris ornent, promentes, quod turpe videtur & tenebroſum; nos, omiſsâ purpurâ obumbrationis, nudum oſtentabimus, quod in ſe honeſtum ſit ac luculentum. Non eſt autem eccleſiaſticorum virorum, molles & delicatas orationes appetere, quæ mentes hominum ad prava & noxia quæque illiciant, ùt faciunt comicorum & tragœdorum; ſed, quæ ad puritatem, caſtitatem, integritatemque mentes audientium ædificent, & ad vitam æternam perducant. Quod autem Deo dilectiſſimi Placidi & Sociorum ejus paſſionem ruſticano deſcribimus calamo, non ideò ſpiritalis homo, qui dijudicat omnia, ùt animalis, qui neſcit, quæ ſunt ſpiritûs, ſurda aure prætereat, cùm ſola, quæ ſunt ſpiritûs, ſapiat. Superni itaque Regis munimine fultus, tantorum Martyrum paſſionem ſcribere aggrediar.

Juſtiniani imp. juſſu ſcribere aggreditur.

d

e

C

ANNOTATA.

a *Præter* Placidum, Eutichium, Victorinum, Flaviam *& Monachos triginta anonymos nominatim exprimunt Acta num.* 59 *& ſeq.* Donatum, Fauſtum *&* Firmatum: *omnes igitur ſimul* 37 *fuêre.*

b *Commentum eſt, ad conciliandam his Actis, longè ſeriùs natis, auctoritatem fruſtra excogitatum. Errores multi, aliaque, quæ Gordiani fuiſſe non poſſunt, in illorum decurſu obſervabuntur.*

c *Pſalm.* 146, ℣. 5. *Sed, ùt paulò infrà.*

d *Hujuſmodi honoris titulum Juſtinianus numquam ſibi adſcivit; nec ab Ænea originem ſuam duxit. Vide num.* 41 *Comment. prævii.*

e *Nituntur hæc ipſis Juſtiniani & Gordiani litteris, ſed planè fictitiis; de quibus conſule num.* 41 *jam citatum & ſeq.*

A. PSEUDO-GORDIANO.

CAPUT I.

S. Placidi genus & vitæ monaſticæ exordia.

S. Placidum, Anicia gente natum,

TEmpore, quo Theodoricus Auguſtus in Seniori Roma *a*, in Nova verò Juſtinus Senior & Juſtinianus *b* Romani imperii ſceptra retinebant, Sedis verò Apoſtolicæ Johannes primus & Felix *c* præſidebant, Tertullus vir nobiliſſimus ac præclariſſimus, & in utraque curia Romani imperii poſt Auguſtos nulli ſecundus, homo illuſtriſſimus ac dilectiſſimus, in Seniori Roma Patriciatûs *d* retinebat habenas. Qui ex Aniciorum ſanguine ſtemmatis lineam ducens, adeóque ſapientiâ, fortitudine atque prudentiâ viguit, ut ab imperatoribus omnique Romano populo Pater patriæ vocaretur. Hic de Octaviæ gentis familia ducens uxorem, corpore ac moribus ſpecioſiſſimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea ſuſcepit. Primum namque Placidum, ſecundum Eutychium, tertium Victorinum, quarto autem loco dum puellam enixa fuiſſet, pro eo quòd ex Octaviorum & Flaviorum ſtirpe deſcendebat, Flaviam nominaverunt *e*. Hos cùm dicto patricio peperiſſet, viam Domini illos colere docuit, ſectari patientiam, humilitatem, ſobrietatem, caſtitatem & caritatem. Patres ſiquidem erant pauperum, judices viduarum; cauſam autem, quam neſciebant, diligentiſſimè inveſtigabant. Ipſius autem patricii animus, licèt imperialibus negociis implicitus eſſet, ſemper tamen aut circa eccleſias, aut circa monaſteria erat, ſemper ea, quæ Dei ſunt, quærens. Eodem tempore beatiſſimus ac Deo dilectiſſimus Benedictus, velut Lucifer inter aſtra, apud Sublacum radiabat *f*. Cœperunt deinde in eodem loco ad eum multi confluere, & ſub leni Redemptoris jugo cordis cervices edomare, multique ab eodem Patre in eadem regione ad omnipotentis Dei ſunt ſervicium coadunati; ita ut illic duodecim monaſteria conſtrueret, in quibus ſub ſtatutis Præpoſitis duodenos monachos deputavit: nonnullos verò ſecum retinuit, quos adhuc in ſua præſentia aptiùs erudiri judicabat.

a

b

c

E

d

e

f

F

S. Benedictus, ſeptennem ſibi à patre traditum,

5 Fama itaque tanti patris per totum Romanum imperium volitante, urbem ipſam Romam, quæ Romani imperii omniumque urbium caput eſt, ceu ſol radians, replevit in tantum, ut Tertulli patricii perveniret ad aures. Qui cùm *optimatibus Romani imperii temporibus Julii Papæ *g*, divinæ autem Incarnationis anno XXII ac quingenteſimo, ad patrem ſanctiſſimum Benedictum perveniſſet, vir excellentiſſimus, & imperatoris in orbe Romano præcelſus ac ſingularis, purpurâ indutus, gemmis & auro radians, pedibus ejus provolvitur, utque pro ſuis commiſſis Domini flagitaret clementiam, cum lacrymis atque ſingultibus expoſcebat. Vir autem

**ſupple:* cum

g

A. PSEUDO-GORDIANO.

Domini Benedictus, patricii humilitatem advertens, è terra eum levavit, & de his, quæ ad æternam vitam attinent, sufficienter instruxit. Idem verò patricius servi Domini doctrinâ delectatus, eo die obtulit Deo & eidem patri Benedicto Placidum filium suum septennem *b*, nutriendum & erudiendum secundùm regularem normam institutionis *i*: sicque benedictione munitus, ad Urbem reversus est.

b

i

submersionis periculo

6 Placidus autem sanctissimus cùm sub beatissimi Benedicti regulari magisterio crescceret, sanctam & Deo placitam vitam in omnibus ducere cœpit. Quem vir Dei cernens ad alta succrescere, ac sicut proprium filium illum unicè diligens, de his, quæ Dei sunt, sollicitè instruere cœpit, ac contra tentantia præmunire vitia, qui ab ipso pueritiæ suæ tempore abstinentiam ac vigilias est secutus *k*. Cursu namque præpete cœlestem tendens ad patriam, ardua & sanctiora appetere non' desinebat, noctibus atque diebus, horis ac momentis, quæ Dei sunt, quærere non cessabat. Obedientiæ verò ita sibi callem vindicavit, ut pro hoc ipsi sanctissimo Benedicto admirabilis haberetur. Quadam verò die, dum aqua in cella deesset, ad hauriendam aquam de lacu Placidus est beatus egressus: qui dum vas, quod tenebat, incautè in aquam misisset, ipse quoque cadendo secutus est, quem continuò unda rapuit, & penè in unius sagittæ cursu à terra introrsùs traxit. O inenarrabilis clementia Salvatoris! O, inquam, indeficiens super ejus electos usque in finem mundi divina custodia! Ille namque fuit cum Placido in aqua, ne necaretur, qui fuerat cum Petro in mari, ne mergeretur. Hoc ille egregius Psaltes præfiguraverat, cùm dicebat: "In mari „viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis *l*.„ Sed quid prævalet contra Dei potentiam antiqui hostis versutia? Mox enim, ùt sanctus in aquam Placidus cecidit, eventum rei Spiritus sanctus, qui in Sanctorum cordibus principaliter obtinet locum, Benedicto patri sanctissimo revelavit. Qui è vestigio beatum Maurum sub magna celeritate vocavit, dicens: Frater Maure, curre velociter, quia puer Placidus, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, eumque jam longiùs unda trahit.

k

B

C

per Maurum discipulum eripit,

7 Res mira, & post Petrum Apostolum omnibus retrò seculis inaudita! Benedictione enim postulata atque percepta, ad patris imperium concitè Maurus perrexit, atque ad eum locum, quò sanctus Placidus ab unda trahebatur, & per terram se ire existimans, super aquas cucurrit *m*, Placidumque beatum per capillos tenuit, rapidoque cursu rediit. Qui mox ùt terram tetigit, ad se Maurus reversus, post terga respexit, & quia super aquas cucurrisset, cognovit, & quod præsumere non potuit, ut fieret, miratus expavit factum; reversusque ad patrem, rem in se gestam maturiùs per ordinem pandit. Vir autem Domini Benedictus, hoc non suis meritis, sed Mauri cœpit deputare obeditioni; contrà Maurus pro solo ejus imperio factum dicebat, seque conscium in illa virtute non esse, quam nescions fecisset. Sed in hac humilitatis mutuæ amica contentione, accessit arbiter Placidus, qui ereptus est, puer. Nam dicebat: Ego, cùm ex aqua traherer, super caput meum abbatis melotem* videbam, ipsumque me ex aquis educere considerabam. Hic planè respiciendum est, qualis sub patris Benedicti doctrina Placidus fuerit, cui omnipotens Deus illud donavit cernere, quod beato Mauro non est permissum conspicere. Dic, dic nunc, coluber venose*, quid profluit* tibi sævitia? Ubi est nunc victoria tua? Ecce terebrà Christi perforatum est guttur tuum: ereptus est ab aquis Placidus sanctus, super cujus casu non mediocriter gaudebas. O beatissimi viri admiranda sanctitas! qui, quod suis effici non dubitabat meritis, discipuli potiùs adscribendum censebat obedientiæ.

m

*vestis genus è pilis vel pellibus factæ.

D

*venenate

*profuit

8 Ex his autem monasteriis, quæ in eodem loco Benedictus pater exstruxerat, tria sursùm in rupibus montis erant, & valde erat fratribus laboriosum semper ad lacum descendere, ut aquam haurire debuissent, maximè quia ex devexo montis latere erat grave descendentibus in itinere periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasteriis, ad beatissimum patrem Benedictum venerunt, dicentes: Laboriosum nobis valde, ô pater, propter aquam quotidie usque ad lacum descendere; & idcircò necesse est, ex eodem loco monasteria mutari. Quos venerabilis pater blandè consolatus, ad sua loca eos discedere jussit. Nocte verò insecuta, unà cum beatissimo Placido, discipulo suo, montis ascendit verticem, orationemque ibidem faciens, tres petras in eodem loco pro signo posuit, atque ad suum unà cum Placido, cunctis illis nescientibus, monasterium rediit. Cúmque die alio pro necessitate aquæ prædicti fratres venissent, dixit: Ite ad rupem illam, in qua tres super invicem petras positas invenietis, ibi modicùm cavate; valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupem jam sudantem invenerunt. Cúmque in ea concavum locum fecissent, statim aquâ repletus est, quæ tam sufficienter emanavit, ut nunc usque ubertim defluat, atque ab illo montis cacumine usque ad inferiora derivetur. Nemo ergò dubitet, beatissimum Placidum tanti miraculi participem extitisse, quem beatus magister solum hujus signi voluit habere conscium *n*.

& tum Sublaci commorans,

E

n

tum hinc, ob Florentii

9 Cúmque omnia loca eadem in amore Domini nostri Jesu Christi longè latéque ferveſcerent, & sæcularem vitam multi relinquerent, quidam presbyter, Florentius nomine *o*, antiqui hostis veneno debriatus, sancti patris studiis cœpit æmulari, quosque etiam posset, ab ejus visitatione compescere. Cúmque jam se conspiceret ejus profectibus obviare non posse, panem veneno infectum ei quasi pro benedictione *p* transmisit. Quem vir Domini cum gratiarum actione suscepit, sed eum, quid pestis lateret in pane, non latuit. Ad horam verò refectionis illius ex vicina silva corvus venire consueverat, & panem, quem presbyter transmiserat, vir Dei ante corvum projecit, eique præcepit, dicens: In nomine Jesu Christi tolle hunc panem, & tali eum in loco projice, ubi à nullo homine possit inveniri. Tunc corvus, aperto ore, expansis alis, circa eumdem panem cœpit discurrere & crocitare, ac si apertè diceret, & obedire se velle, & tamen jussa implere non posse. Cui vir Dei iterum atque iterum præcipiebat, dicens: Leva, leva securus, atque eum ibi projice, ubi inveniri non possit. Quem diu demoratus, quandóque corvus momordit, levavit & recessit. Post trium verò horarum spatium, abjecto pane, rediit & de manu hominis Dei annonam, quam consueverat, accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdo-

o

F

p

tis

A tis animum videns, illi magis, quàm sibi doluit.

presbyteri machinationes,

10 Sed prædictus Florentius, quia magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas Discipulorum animas accendit, ita ut in horto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret, quæ coram eis sibi invicem manus tenentes, & diutiùs ludentes, illorum mentes ad perversitatem libidinis inflammarent. Quod sanctus vir de cella conspiciens, lapsumque tenerioribus discipulis [Placido & Mauro] pertimescens, eos custodiri præcepit, dareque invidiæ locum disposuit. Hæc dum sollicita secum mente tractaret, revelatio cœlestis tali illum adhortari est dignata oraculo: Ut quid, dulcissime ac dilectissime Benedicte, tristaris? Numquidnam non reminisceris illud, quod ego discipulis meis locutus sum, dicens: *q* "Si me persecuti sunt, & vos persequentur *q*.„ Tibi enim alia est eligenda via, aliud iter quærendum. Te namque elegi ex omnibus incolentibus orbem. Tu Euangelii mei tuba cœlestis existens, spiritu es meo repletus. Surge jam, & vade ad castrum Cassinum, & populum ejusdem provin- B ciæ, qui adhuc idolorum nefandis cultibus servit, & in quorum præcordiis satanæ versutia regnat, qui nihil sciunt aut dicunt, nisi quod in cordibus eorum veternosi serpentis versutia scripsit, sermone verifico prædicans, meum ad cultum convertere stude; quia tecum ego ero, & non te deseram, & confundam omnes adversarios tuos. Proficiscere idolorum ad pugnam, confortare & esto robustus, quia castrum tibi tradam, & illic sedes nominis tui in perpetuum erit.

Cassinum abiens,

11 Talia dum sanctus pater Benedictus audisset, suos ad se discipulos evocans, sic eis orsus est fari: Audite me, fratres & filii, coheredes & socii in promissio Regis æterni. Nam mihi Dominus meus Jesus Christus præcepit, ut ad culturam idolorum exterminandam æternæque oblivioni tradendam castrum petam Cassinum; ideóque voluntas Dei nostris voluntatibus modis omnibus anteponenda est. Nôstis præterea & bene nôstis, quantos dolos, quantasque insidias Florentius presbyter intulit, qui me veneno interficere, & discipulorum meorum Placidi & Mauri animas extinguere voluit. Quapropter cedendum loco est, juxta illud æterni Regis eloquium: "Si vos persecuti fuerint in una civitate, *r* „fugite in aliam *r*.„ Et quia ita est, jussioque ejus- C dem Domini nostri Jesu Christi imminet, parere debemus, eundum est. Super hoc autem & illa nobis lex est, ut viscera pietatis omnibus aperiamus, & fraterno caritatis amore omnibus mortalibus juvamen conferamus, sicut & nos accepimus à Domino Jesu Christo. Vos autem state, & permanete in gratia & conversatione sanctæ religionis, procul dubio scientes, quia, quantò studiosiùs in spiritualibus disciplinis permanseritis, tantò majora præmia in futuro exa- *s* minis die percipietis *s*. Hæc cùm dixisset, anno Dominicæ Incarnationis quingentesimo vige- *t* simo nono, temporibus Justini *t* monocratoris *u*, oratoria cuncta, quæ construxerat, adjunctis in unoquoque duodenis fratribus, sub sta- *u* tutis Præpositis ordinavit, & duobus Angelis, tribus corvis se comitantibus, ad Cassinum ca- *x* strum pergere cœpit *x*.

socium adhibet

12 Cúmque juxta civitatem Alaternam *y* de- *y* veniisset, in monasterio sancti martyris Christi *z* Sebastiani *z* hospitio susceptus est. Inde quoque vir Dei recedens, & sancto Servando *aa* diacono valefaciens, cum discipulis suis Placido atque Mauro *bb* juxta civitatem Herculanam *cc* devenit, in locum scilicet, qui Aureola ab incolis appellabatur; in quo dum perveniisset, agnovit per Spiritum Sanctum Congregationem religiosorum virorum ibidem esse futuram, fundamentaque ipse pro ecclesia construenda manibus suis faciens præcepit discipulis suis Placido atque Mauro, quatenus eamdem ecclesiam in honore sancti martyris Christi Erasmi *dd* à se fundatam ad finem perducerent, sicque Cassinum venirent, quod & fecerunt. Ipse autem pater sanctissimus inde procedens, Cassinum tendebat. Sed cùm per ignota loca solus viator incederet, ubicúmque bivium vel trivium occurrebat, duo, ùt antè diximus, in figura juvenum aderant Angeli, qui tanto patri per montium deserta, quò gressum dirigere deberet, indicabant. In eodem verò loco sanctus quidam vir, nomine Martinus *ee*, tunc habitaculum habebat, cui divinitus ita dictum est:

A. PSEUDO-GORDIANO. *aa* *bb* *cc* *dd* *ee*

His tu parce locis, alter amicus adest *ff*. *ff*

Ille autem continuò divinis jussionibus aurem accommodans, montem Marsicum *gg* petiit, *gg* ibique vitam virtutibus gloriosam sancto fine E concluśit.

13 Cúmque ad Cassinum castrum *hh* Benedictus pater perveniisset *ii*, per quadraginta dies non longé à templo Apollinis Deum omnipotentem orans permansit. Demum verò contrivit idolum, subvertit aras, succidit lucos, atque cum discipulis suis Placido & Mauro Cassinense fundavit monasterium, illudque in sua corporali requie Regulæque descriptione, caput omnium monasteriorum constituit. Ubi autem templum Apollinis erat, ecclesiam beati Martini: ubi verò ara Apollinis fuit, Oraculum * sancti Johannis construxit, & circumquáque manentes populos ad Christi fidem convertit. Sed hæc antiquus hostis tacitè non ferens, non occultè, vel per somnium, sed aperta visione ejusdem patris se oculis ingerebat, ita ut etiam voces illius Placidus & Maurus audirent, quamvis imaginem minimè cernerent. Ut enim discipulis suis Placido & Mauro idem pater dicebat, corporalibus ejus oculis diabolus teterrimus & succensus apparebat, qui in eum ore oculisque flammantibus sævire videbatur.

& adjutorem *hh* *ii*

* oratorium

condendo Casinensi

14 Quadam verò die dum sanctissimi viri [Placidus & Maurus] habitacula cœnobii Cassinensis construerent, lapis in medio jacebat, quem in F ædificium levare decreverant. Cúmque eum movere non possent, plures adjuncti sunt: sed ita immobilis permansit, ac si radicitus in terra teneretur; ut palàm daretur intelligi, quòd super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus movere non possent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei Placidus & Maurus miserunt, ut veniret, & orando hostem repelleret, ut lapidem levare possent. Qui mox, ùt venit, orationem dedit, & tanta lapis celeritate levatus est, ac si nullum priùs pondus habuisset. Tunc in conspectu viri Dei placuit, ut in eodem loco terram foderent; quam dum fodiendo altiùs penetrâssent, æreum illic idolum fratres invenerunt. Quo ad horam casu in coquinam projecto, exire ignis repentè visus est, atque in Placidi & aliorum fratrum oculis, quia omne ejusdem coquinæ ædificium consumeretur, ostendit. Cúmque jaciendo aquam & ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tu-

A. PSEUDO-GORDIANO.

multu vir Dei advenit. Qui eumdem ignem in oculis fratrum esse, in suis verò non esse, considerans, caput protinus in orationem flexit, & eos, quos phantastico reperit igne deludi, revocavit fratres ad oculos suos, ut sanum illud coquinæ ædificium assistere cernerent, & flammas, quas antiquus hostis finxerat, non viderent.

monasterio;

15 Rursus dum sanctus Domini Placidus cum fratribus parietem paulò altiùs ædificaret, viro Dei in oratione constituto diabolus apparuit, & quia ad laborantes fratres pergeret, indicavit. Quod vir Dei per nuncium celerrimè mandavit, fratribus dicens: Fratres, cautè vos agite, quia ad vos hâc horâ malignus spiritus advenit. Is, qui mandatum detulit, vix verba compleverat, & diabolus parietem, qui ædificabatur, evertit, atque unum puerulum monachum [nomine Severum *kk*] opprimens, ruina contrivit, quem in sago ad patrem Benedictum portantes, non solùm membra, sed etiam ossa contrita habentem, in matta*, quâ sanctus pater orare consueverat, projecerunt, orationemque faciens, horâ eâdem illum sanum restituit & valentem, ùt priùs, atque ad eumdem iterum laborem misit, ut ipse parietem cum Placido & fratribus perficeret, de cujus se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset.

kk

* storea

B

quod S. Placidi pater

16 Igitur cùm ad aures Tertulli, Romanæ curiæ patricii, perveniisset, quòd sanctus Domini Benedictus unà cum Placido, ejusdem patricii filio, & discipulo suo Mauro, in sua possessione Cassini monasterium construxit, gavisus est gaudio magno, Filioque suo dirigere studuit, ut patris Benedicti voluntatem super suo adventu perquireret, & sibi remitteret; velle enim se aiebat, si id servo Domini placeret, & Cassinense cœnobium, & Placidum filium suum videre. Quæ cùm idem sanctus Placidus patri Benedicto referâsset, vir Dei respondit, sibi placere, ut tam idem patricius, quàm amici ejus ad monasterium visendum venirent. Placidus autem certum diem Tertullo, patri suo, quo ad cœnobium visendum venire deberet, & juxta quod pater Benedictus in mandatis dederat, transmittere studuit. Qui confestim accersitis ad se nobilissimis de civitate Romæ viris, Boëtio scilicet, Symmacho, Vitaliano *ll*, Gordiano atque Equitio *mm*, ascensis equis, concito gradu ad prædium possessionis suæ, quod ei de paterna hereditate obvenerat, Cassinum pervenit. Cujus adventus dum patri Benedicto nunciatus fuisset, cum discipulis suis Placido & Mauro ante januam monasterii in ejus pergit occursum. Patricius autem beatissimum patrem Benedictum, corpore præ abstinentia exhaustum, perspiciens, de equo, quo* insederat, celeriter descendit, & ita ùt erat auro gemmisque ornatus, in terram corruens, deosculabatur vestigia ejus. Quem pater sanctissimus à terra elevans, & ad pectus suum constringens, deosculatus est. Demum verò in ecclesiam sancti confessoris Christi Martini *nn* inducens, & præ gaudio in fletum prorumpens, illum & reliquos in fratrum conventum deduxit. Tertullus verò, deosculata omni Congregatione, rogavit patrem Benedictum, quatenus eum fratres dignarentur in suam recipere societatem. Qui cùm celeriter ea, quæ summa devotione poscebat, unà cum patriciis, consulibus ac senatoribus, qui cum eo venerant, impetrâsset, obtulit Deo & eidem patri beatissimo Benedicto totum ex integro Cassinum montem, cum universis pertinentiis suis, atque à suo proprio jure illum abscindens, eidem patri tradidit in perpetuum possidendum. Convocansque ad se reipublicæ primiscrinium *oo*, testamentum juxta morem Romanum conscribi fecit, ab omnium mortalium jure atque dominio locum eumdem perpetuò mansurum alienum decernens.

ll

mm

C

nn

D

oo

Tertullus, pp

17 Pariter amodò eidem patri obtulit castra, villas & possessiones *pp*, quæ sibi in re hereditaria pertinebant, cum universis appendiciis suis, habentes hos fines: ab una siquidem parte fluvium Wlturum, ab alia fluvium Ligirianum, à tertio fluvium Sacrum, à quarto latere municipium Carsiolanum, cum universis, quæ intra prædictos fines tunc temporis habebantur. Domum verò, in qua Placidus, filius ejus, natus fuerat, in urbe Roma in Cælio monte, beatæ Erasmi nomini dicans, patri sanctissimo ex toto concessit. Obtulit etiam ipso die Deo & Sanctis ejus medietatem de lacu Lucrino, necnon & insulam Caprariam in salo Neapolitano locatam, portumque Trajesensem & Ultranensem, & totam piscariam Lesinensem unà cum fasce sua, simul etiam tres insulas Diomedis & fluvium Lauri juxta piscariam Lesinensem. Propria verò, quæ in Apulia habebat, rogatu Placidi filii sui pari modo concessit, quorum nomina hæc sunt: In Canusia fundum Melitensem, Podensem, villam Pertusam, campum Caliensem, Babolianum viculum, & ecclesiam sanctæ Mariæ in eadem Canusina civitate constructam cum cortibus istis, Mirazanum, Plazanum, campi pasena, Lacum Romanum. In territorio Capuano, fundum Patenariensem & Amortonum. In territorio Corsino, fundum Curritanum, Laudanensem, Melassanum, Funiclirum, nec non & res suas in Magella, ubi postea ab eodem patre Benedicto monasterium Domini Liberatoris constructum est, unà cum omnibus, quæ ibi idem patricius possidere videbatur, regiones scilicet has; Theate, Aprucium, Pinnæ Asculum, Firmum, in mari Adriatico portum Sabini & portum Maurini, in Liguria cortes has; Adili, Musalinum, Montironem, Fraguanelum, Rongalia, Campodulfum Laurentianum, Argelæ, Ragogusosa, Calderaria, Frassevetulam, Seratam, Petrosam, Pontem longum Berseli, Gremanum, Moncerionem. In salo Gadeano insulas has; Pontiam, Pontateriam, Palmariam, & portum fluvii Gariliari. Ista omnia Tertullus patricius cum Placido, filio suo, patri Benedicto per scriptum tradiderunt in perpetuum possidenda.

E

F

aliique Romani hospites,

18 Hunc æmulatus ad bonum Equitius senator, obtulit & ipse unà cum filio suo Mauro fundum Gentianum cum cella sancti Agapiti, & cortem suam in civitate Neapolitana locatam, cum ecclesia sanctæ virginis Christi Cæciliæ & sancti Severini. In Surrentoni Sariintravi, in quibus postea à patre Benedicto ecclesiæ sitæ sunt, necnon ecclesia sanctæ Mariæ in Cosentia. Gordianus quoque Romanæ urbis vir spectabilis horum devotione delectatus, obtulit pro se & Silvia uxore sua villam Encheliam, in suburbio Aquinensi locatam cum pertinentiis suis inter hos fines: Ab uno latere Silicem & Rivum, qui ex nomine beati Mauri postea nominatus est; ab altero Campum longum & Rivum, qui vadit per agrum de Matilia famelica, & fluvium Caruellum; ab altero à rivo Silvarici usque in Silicem. Pari etiam modo obtulit fundum Granarium inter hos fines, qui incipit à sancto Firmano, & vadit directè in Camarda, & inde in fluvium Melphua,

A Melphua, inde in limitem ſub Granarium, & vadit ad montem ſancti Angeli. Conceſſit etiam fundum Reginæ inter hos fines; ab uno latere habet viam Latinam, ab alio Silicem, ab alio fluvium Melphua, & viam Campaniam, inde in Portaritiam, & vadit in foſſam, & mittit in Silicem. Hæc omnia cum aliis quamplurimis rebus eidem ſanctiſſimo patri Benedicto idem Gordianus vir illuſtriſſimus obtulit jure perpetuo poſſidenda.

amplis poſſeſſionibus donant.

19 Eodem tempore jam dictus Tertullus patricius hortatu ſanctiſſimi Placidi filii ſui obtulit beatiſſimo ac venerabili patri Benedicto decem & octo patrimonii ſui cortes, quas in Sicilia habebat *qq*, & in diverſis locis vir præpotens poſſidebat, bonas valdè & magnas cum portubus ſuis, ſilvis, aquis, piſcariis, molendinis, aquarumque decurſibus ad eaſdem cortes pertinentibus, cum ſervis ſeptem millibus, exceptis uxoribus eorum & filiis, cum procuratoribus earumdem cortium, atque à proprio jure eaſdem cortes abſcindens, eidem patri per præceptum tradidit in perpetuum poſſidendas, pœnâ appoſitâ quatuordecim millium talentorum auri, qui id removere tentâſſet. His quoque diebus Gordianus *rr* quidam natione Romanus, litteris Græcis apprimè eruditus, ad venerabilem patrem Benedictum pervenit, ſeque ejus magiſterio ſubdidit. Placidus autem beatiſſimus, dum robur virilis invaſiſſet ætatis, ſe in omnibus magiſtro ſuo Benedicto ſubdere ſtuduit, & ſub ejus præſentia angelicam vitam in terris ducere cœpit, quem pater Benedictus ac ſicut proprium filium unicum diligens, cum ſumma induſtria de his, quæ Dei ſunt, ſollicitè ac diligenter inſtruxit.

qq

B *rr*

ANNOTATA.

a *Theodoricus Amalus, occiſo Odoacro, Italiæ dominatus eſt ab anno* 493 *uſque ad annum* 526, *ùt ſcribit Labbeus in Compendio chronologico Hiſtoriæ tum ſacræ tum profanæ part.* 3. *Hunc Actorum concinnator, licèt Italiæ rex tantummodò fuerit, vixeritque, ùt Procopius ait lib.* 1 *de Bello Gothico cap.* 1, regis *appellatione contentus, non uſitato admodùm ſcribendi more,* Auguſtum *vocat: fecit tamen id veriſimiliter, quòd ex Jornande de Rebus Geticis cap.* 57, *aliove auctore nôſſet, Theodoricum à Zenone imperatore patricium conſulemque Romanum eſſe factum, & in filium adoptatum. Clodovæum Francorum regem, ex quo ab Anaſtaſio conſulatûs codicillos accepit,* Conſulem & Auguſtum *vocitatum, ſcribit Gregorius Turonenſis lib.* 2 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 38. *Et Cajetanus in Obſervatione* 5 *ad Vitam & Paſſionem* S. Placidi *hanc de Theodorico Terracinenſem è Jano Grutero fol.*152 *inſcriptionem refert:* D. N. glorioſus atque inclytus rex Theodoricus Vict. ac Triumph. ſemper aug. bono Reipub. natus, & propagator Romani nominis, domitor gentium.

C

b *Juſtinus imperavit ab anno* 518 *uſque ad annum* 527, *quem Juſtinianus excepit, anno* 566 *è vivis ereptus.*

c *Obiit Joannes I anno* 526, *cùm Petri cathedram tenuiſſet ab anno* 523, *die* 13 *Auguſti: poſt illum rexit Eccleſiam Felix III ſeu IV uſque ad annum* 529. *Labbeus ſuprà citatus.*

d *Patricium quoque vocat Gregorius Magnus lib.* 2 *Dialogorum cap.* 3, *cujus verba habes num.* 64.

e *De* S. Placidi *genere vide dicta* § 5; *ubi & Silviam* S. Placido *ſororem, ſed nullo fundamento, à nonullis tribui, dixi num.* 77. A. PSEUDO-GORDIANO.

f *Hæc & hujus numeri reliqua ex Gregorio Magno hauſta ſunt loco mox citato.*

g *Anno* 522 *nullus Romæ ſedebat Julius; ſed nec Joannes ſuprà memoratus ad lit.* c. *Sedebat verò S. Hormiſdas. Subſtituendus fortè annus* 523. *Vide num.* 79 *Comment. prævii.*

h *Dubium, an oblatione ſolenni. Talem fuiſſe Mabillonius ſuſpicatur ex donatione prædiorum à Tertullo tunc facta: verùm ſecundùm Acta donatio illa aliquot annis ſeriùs contigit. Vide Comment. prævium num.* 84 & *ſeq.*

i *Atque adeò tunc pueri offerebantur non tantùm ut profanis artibus, ùt hæreticis fabulari lubet, ſed etiam ut religioſæ vitæ diſciplinis erudirentur. Vide Comment. præv. num.* 83.

k *De* S. Placidi *pueritia ſiniſtrè non nihil loquitur Bailletus, Gregorii verba non rectè interpretatus, ùt dixi num.* 89.

l *Pſalm.* 76, ℣. 19.

m *Et huic miraculo plus, quàm par eſt, Bailletus detrahit. Vide num. mox citatum. Ceterùm ex lib.* 2 *Dialogorum Gregorii cap.* 7 *hæc deſumpta ſunt.* E

n *Vide hæc apud Gregorium lib. cit., cap.* 5,

o *Eadem de Florentio Gregorius cap.* 8.

p *Id eſt,* pro dono.

q *Joannis cap.* 15, ℣. 20.

r *Sic ferè legitur Matth.* 10, ℣. 23.

ſ *Oratio hæc, S. Benedicto attributa, non ipſe illius Caſinum abeuntis ad ſuos verba, ſed ſcriptoris Actorum ſtylum exhibet; qui non abſimiles orationes à ſe excogitatas* S. Placido *aliiſque alibi non rarò attribuit; quod ſemel monuiſſe, ſufficiat.*

t *Legendum:* Juſtiniani. *Vide hîc Annotata ad lit.* b.

u *Id eſt, qui ſolus rerum imperio potitur, ſeu, ùt vocant, monarcha.*

x *Leguntur eadem in carmine Marci de S. Benedicto apud Mabillonium tom.* 1 *Actorum Benedictini Ordinis Sanctorum pag.* 29. *De Angelis S. Benedicti comitibus ſic canit:*

Namque duos juvenes bivium perduxit * ad omne, * Chriſtus

Qui te firmarent, quod ſequereris, iter.

De corvis verò:

Credar ficta loqui, niſi te, ne ſolus abires, F

Tres ſubitò corvi promeruêre ſequi.

y *Lege:* Aletrinam; *eſt autem* Alatrum, *quod &* Aletrium, *Veteris Latii civitas in Hernicis.*

z *Condidit id Liberius patritius, ùt lib.* 2 *Dialog. cap.* 35 *Gregorius ſcribit.*

aa Servandi *Gregorius citatus etiam meminit; ſed nec apud Gregorium, nec alibi* Sanctum *appellatum inveni.*

bb *Videtur Maurus, S. Benedicto Sublaco abeunte, ibidem remanſiſſe ex Gregorio cit. cap.* 8. *Vide num.* 92 *Commentarii prævii & binos ſeqq.*

cc *Puta* Verulum, *alteram Latii in Hernicis civitatem, Pontifici parentem.*

dd *Monaſterii S. Eraſmi in agro Verulano notitiam dedi num.* 99 *Comment. prævii.*

ee *Meminit* Martini *hujus Gregorius lib.* 3 *Dialog. cap.* 16; & *Martyrologium Romanum ad diem* 24 *Octobris.*

ff *Verſus hic ex Marco poëta, S. Benedicti diſcipulo, exſcriptus eſt.*

A. PSEUDO-GORDIANO.

gg Mons Marſicus *ſeu* Maſſicus *ſitus eſt in Campania Italiæ prope Calenum, Italis* Carinula.

hh Caſini *notitiam habes num.* 104 *& ſeq. Comment. præv. Porrò quæ hoc numero & binis ſequentibus Pſeudo-Gordianus narrat, magnam partem è Gregorio Magno deſumpta ſunt. Vide Commentarii prævii num.* 102, 106 & 107.

ii *Nimirum anno* 529, *ùt quidem Pſeudo-Gordianus ait ſuprà num.* XI.

kk *Pueri pariete oppreſſi nomen Gregorius tacuit;* Severum *Pſeudo-Gordianus dixit, ſecutus veroſimiliter vitioſum codicem, qui pro* De ſervo Dei parvulo *habet:* De Severo Dei parvulo. *Vide num.* 107 *Comment. prævii.*

ll *En Pſeudo-Gordianum in fœdum errorem prolapſum. Dixit ſuprà num.* XI, *Benedictum Caſinum abiiſſe anno* 529, *quem, conſtructo Caſini monaſterio, Tertullus, ùt hìc ait, inviſit. Sed vide, quos Tertullo comites faciat; Boëtium, Symmachum, & Vitalianum. Boëtium, Symmachumque occidi Theodoricus juſſit, qui poſt annum* 526 *in vivis non fuit, & antè, quàm Juſtinianus, qui anno* 527 *imperare cœpit, imperium nactus eſt, paulò poſt Boëtii & Symmachi necem obiit, ùt Procopius lib.* 1 *de Bello Gothico capp.* 1 & 2 *ſcribit. Vitalianus autem hìc idem, ùt opinor, deſignatur, qui commentitio Tertullianæ donationis inſtrumento ſubſcribitur: at is jam inde ab anno* 520 *conſulatu ſimul & vitâ exutus fuit. Vide num.* 54 *Comment. prævii & ſeqq.*

mm *S. Mauri patre, ùt liquet ex num.* 18 *infrà.*

nn *Hujus eccleſiæ mentio eſt apud S. Gregorium lib.* 2 *Dialog. cap.* 8.

oo *Libellionum principem.*

pp *In Appendice Chronici Caſinenſis commentitium Juſtiniani imperatoris diploma legitur pag.* 781 *& tribus ſeqq., quo Tertulli donationes Caſinenſi monaſterio factas confirmat: poſſeſſionum nomina paulò aliter exprimuntur; ſed utrobique corruptè. Sunt inter has non paucæ, quarum ſitum fruſtra quæſivi; reliquarum verò ſitum hìc deſcribere tædioſum magis, quàm utile futurum lectori, exiſtimavi.*

qq *Donationis hujus dumtaxat meminit Leo Marſicanus; ſed generatim, lib.* 1 *Chronici Caſinenſis cap.* 1.

rr *Is ipſe nimirum, quem volunt horum Actorum ſcriptorem, &* S. Placidi *in Sicilia ſocium, Syracuſis tandem mortuum, de quo vide, quæ habentur apud Octavium Cajetanum tom.* 1 *Vitarum Sanctorum Siculorum pag.* 187, *ubi etiam* Beati & Sancti *titulo afficitur. Actum de illo brevibus eſt ad diem* XVIII *Martii in Prætermiſſis.*

CAPUT II.

S. Placidus iter in Siciliam arripit, & prodigiorum multitudine claret.

Turbatum in Sicilia rem Benedictinam a

PEr idem tempus procuratores cortium *a*, quas in Sicilia Tertullus patricius patri Benedicto conceſſerat, legatos Caſſinum ad beatiſſimum patrem Benedictum direxerunt, eò quòd cortes *b* ipſæ à quibuſque devaſtarentur, adeò ut à procuratoribus nullo modo poſſent defendi, neque debitum penſum à poſſeſſoribus exigi. His, venerabilis pater, auditis, omnem convocans Congregationem, quæ in ſuis poſſeſſionibus acta, ſibique nunciata eſſent, per ordinem pandit. Demùm verò ex conſulto Caſſinenſis Congregationis Placidum ſanctiſſimum, diſcipulum ſuum, ad tantum laborem ſuſtinendum aptiſſimum judicans, ob id vel maximè, quia nullus eaſdem poſſeſſiones, ſicut ipſe defendere & cuſtodire valeret, evocat, illumque ad tuitionem earumdem cortium dirigens, dixit ad eum: Ad ſuſcipiendum militiæ laborem, dilectiſſime, accinge ſicut vir lumbos tuos, quem per me nunc tibi dat Rex omnium Chriſtus, qui factus eſt obediens uſque ad mortem. Reminiſcere igitur ſermones ejus dicentis: "Non veni facere voluntatem meam, „ſed ejus, qui miſit me, Patris *c*„. Non te longi itineris conturbet auſteritas; recordare illud Apoſtolicum: "Quia non ſunt condignæ paſſiones „hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revela„bitur in nobis *d*„; &: "Per varias tribulationes o„portet nos introìre in regnum Dei *e*„. Pro Chriſti namque nomine, qui in hac vita decertaverint, in futura æternam remunerationem accipient, illam ſcilicet, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Jeſus Chriſtus autem Filius Dei ſemper ſit tecum, perducat te ad vitæ æternæ conſortium.

reſtitutum is S. Placidus anno 536.

21 Hæc dum perorâſſet, dedit commilitones tanti itineris Gordianum & Donatum, mandans, ut ita beato Placido unico ſibi ac cariſſimo, ſicut & ſibi eatenus, in omnibus obſequerentur, oſculanſque beatum Placidum, & benedicens, dimiſit à ſe, anno Dominicæ Incarnationis quingenteſimo trigeſimo ſexto *f*. Igitur benedictionem & oſculum ſuſcipiens tanti Patris, tertiodecimo Kalendas Junii beatiſſimus Placidus cum duobus famulis ſuis Gordiano & Donato, aſcenſis equis, primo diluculo iter aggrediens, adveſperaſcente jam die, Capuam pervenit ad urbem *g*, ubi benignè cum ſuis à beato Germano *h*, ejuſdem civitatis epiſcopo, ſuſceptus eſt. Primicerius *i* verò ejuſdem Capuanæ eccleſiæ, nomine Zoffas, laborans valde peſſima infirmitate capitis, quam medici Græco vocabulo Cephaleam vocant, ubi comperit, illic adeſſe Placidum, beatiſſimi patris Benedicti diſcipulum, cujus jam per totum orbem Romanum miraculorum fama radiabat *k*, procidit ad ejus pedes, dicens: Adjuro te, Placide ſerve Dei ſummi, per venerandum nomen pretioſiſſimi magiſtri tui Benedicti, ut digneris ſuper caput meum manus tuas ſanctas imponere, ac preces Redemptori & Salvatori omnium fundere; confido enim & conſtantiſſimè credo, quia, ſi hoc feceris, continuò recipiam ſanitatem.

& Capuæ prodigiorum

22 Sanctus autem Domini Placidus, ab eodem primicerio talia dum verba audiſſet, pavore perterritus, omnimodis contradicere cœpit, dicens: Recedite, quia hæc mea non ſunt, ſed beatiſſimi patris Benedicti, & illorum, qui Salvatori omnium placuerunt. Ego enim peccator ſum, & perfectiſſimorum virorum ſuffragiis indigens. Sanctus verò Germanus epiſcopus unà cum clericis ſuis ſervi Domini Placidi ore hæc audiens, & Deo & hominibus illum cariſſimum ac dilectiſſimum eſſe, prænoſcens, primicerii precibus victus, pro ejuſdem languidi incolumitate illum rogare inſtantiſſimè cœpit. Vir autem Domini

A mini ſupplicationem tanti patris minimè contemnendam ducens, erexit ſe, ſurgenſque manum capiti ejus impoſuit, & ad cœlum oculos elevans, dixit: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus virtute, nihil læſus, ſum ereptus de aquis, à quibus trahebar, adjutus meritis & orationibus magiſtri noſtri Benedicti, ſi fidem habes tantæ credulitatis, reſtituat te Deus in priſtinam ſanitatem. Cumque omnes, qui aderant, reſpondiſſent, Amen, confeſtim dolor capitis, quo per multos annos fuerat fatigatus, ab eo diſceſſit, cœpitque laudare & benedicere Deum, dicens: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui me ſanum fecit meritis & interceſſionibus beatiſſimi patris Benedicti per ſanctiſſimum Placidum diſcipulum ejus.

initium facit:

23 Itaque dum beati Placidi ſanctitas per ora omnium volitaret, quidam cæcus inopinato vociferantis populi clamore perculſus, ſollicitè interrogare cœpit, quid eſſet. Qui cùm reſpondiſſent, quòd Placidus, diſcipulus beati Benedicti, veniſſet, cæcus fide fervens, duci ſe ante beatum Placidum fecit, roganſque eum per ſanctum & terribile nomen Domini, & obteſtans, ut ſuis

B ſanctis precibus ſanitatem impetraret à Domino. Sanctus autem Domini Placidus, more ſibi ſolito in fletum erumpens, juſſit, eum adduci ad ſe, &, cùm appropinquâſſet, ſuper ejus oculos ſignum ſalutiferæ Crucis faciens, oravit ad Dominum, dicens: Mediator Dei & hominum, Domine Jeſu Chriſte, qui ideò de cœlis ad terram deſcendiſti, ut ſedentes in tenebris & umbra mortis illuminares, qui beatiſſimo magiſtro noſtro Benedicto tantam gratiam contuliſti, ut omnibus languoribus & vulneribus ſubveniret, tu per ipſius merita huic cæco lumen reſtitue, ut videns magnalia tua, te patrem, te dominum veneretur & adoret. Expleta oratione, Sanctus Domini, converſus ad cæcum, dixit: In nomine ipſius, qui ſolem & lunam in cœli ornamento conſtituit, & cæco nato oculos, quos natura negaverat, condonavit, adjutus meritis ſanctiſſimi magiſtri noſtri Benedicti, ſurge ſanus & incolumis, & prædica omnibus mirabilia Dei. Ad hanc vocem ſanus exurgens, ac, improviſò ſanguine manante de lumine, ſalutem ſuam oculi mirabiliter receperunt. Mox verò, ùt lucem conſpexit, ad ejus veſtigia ruens, pedes illius, inſatiatus gaudio, deoſculari avidiſſimè cœpit, pariterque Gordiano & Donato præ compunctione deflentibus, qui Dei laudabant magna-

C lia, quia eidem cæco oculos reſtituit. Sed hæc quidem, præſente ſancto Germano epiſcopo, geſta ſunt.

inde territorium l

24 Inde quoque Sanctus Domini dum receſſiſſet, ac juxta civitatem Calatiam *l* iter ageret, quidam languidus ei factus eſt obvius, conquerens, quòd accolæ regionis illius gravi tædio laborarent. Vir autem Dei illius fidem admirans, oratione præmiſſa, ſalutiferæ Crucis vexillo languidos cunctos, qui præſentes erant, conſignans, priſtinæ ſaluti reſtituit. Tunc temporis quædam mulier, filium parvulum habens in ultimo flatu palpitantem, jam jamque moriturum, ante ſanctum Domini Placidum obtulit, dicens: Placide, pater honeſtiſſime, qui ſanitatis gaudia quamplurimis reddidiſti, reſpice, quæſo, voces ancillæ tuæ, attende fletum, ſuſcipe preces, & mihi unicum filium, jam in extremis poſitum, redde, ut plena gaudio, vacua gemitu, cuncta Regentis laudare poſſim magnalia. Vides infeli-

cem, extorquente morte, rapinam, aut mihi filium reſtitue, aut pariter cum ipſo funeratam me obtine. Indulge, pater Placide, miſeræ, per magiſtrum tuum Benedictum te adjuro, quam dolor reddit audacem. Qua flebiliter poſcente, mox, ùt beati Placidi dextra ſupra expirantem ſignum ſalutiferæ Crucis expreſſit, quaſi evigilans de ſopore, matris papillas expetiit, qui jam frigebat in mortem. Ita in momento temporis filius de mortis fauce, mater tollitur de mæroris funere. Gratia Creatori & gubernatori ab omnibus redditur, patris Benedicti ſanctitas cunctorum ore prædicatur, qui talem dignus fuit nutrire diſcipulum, à quo morbis jugiter ac languoribus imperabatur. Poſt hæc oblatus eſt ei quidam paralyticus, univerſorum membrorum damnata ferens officia, nullumque vigorem retinens plantæ vel dexteræ. Sanctus autem Domini Placidus, qui dona larga præſtabat mortalibus, ſuper eum ſalutiferæ Crucis ſignaculum fecit, confeſtimque morbus excluditur, ſalubris vigor illabitur, recreatiſque viſceribus, meliùs renaſcitur ſalute, quàm germine; plus acquirens & plus ſumens ex munere, quàm ſumſit ex origine. A. PSEUDO-GORDIANO.

E *Calatienſe peragrans, m*

25 Alius interea vir cùm quartano typo *m* graviter affligeretur, fidens de beneficio Dei, beato occurrere ſtuduit Placido, quem ſanctus Vir attritum conſpiciens, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui ſocrum Apoſtoli tui Petri, puerumque Centurionis ſolo verbo curâſti, te quæſo per ſuffragia dilectiſſimi ſervi tui, magiſtri noſtri Benedicti, huic languido portum ſalutis oſtende. Necdum verba finierat, & quaſi impetu fluminis ita quartanæ febris ignis extinctus eſt, ſanuſque conſurgens, laudem dicebat Altiſſimo. His porrò diebus quidam claudus, vix à duobus advectus, ei præſentatus eſt, qui erat mutus & claudus, lingua vigebat immobilis, anhelitu palpitante, pars erat tota de funere, ut videntibus oculis reliquum eſſet cadaveris. Super quem miſericorditer ùt ſignum ſalutiferæ Crucis Placidus pater impreſſit, confeſtim omnis viror per membra diffunditur, venarum fluxus, ac ſi rivulus eſſet, ſuſcitantur, nervorum imbecillis ſtupor excutitur, naturali motu ad vitalem uſum tota fabrica renovatur. Mox linguæ plectrum, digitorum glomi tenduntur, pedum baſes ſolidantur, totaque viſcerum moles. Hoc fuit Placido vivificare, quod tangere, ac convaleſcente medela, Deo gratias referens, Sancti deoſculabatur veſtigia. Eo quoque tempore quidam vir, ad Sanctum Domini accedens, ſupplicare cœpit, F ut ad amicum ſuum aut ipſe aut miſſi *n* ejus venirent. Sed quia Servo Domini fuit acceſſus difficilis, parumper diſtulit. Alteraque die exoratus, ad eum accedere ſtuduit, qui ſub tortore duplici hinc preſſus valetudine erat, inde podagræ vulnere cruciabatur. Quem Vir Domini, præmiſſa oratione, ſignavit, eodemque momento debilis, manibus directis, de languore longinquo, greſſu ſolidato proſiluit. Sed ut duplicaretur tunc ſanitatis myſterium, ſanitas, quæ præceſſit in uno, pervenit ad alium.

n

id prodigiis non paucis

26 Nam quidam vir habens filiam mutam, cæcam & ſurdam, exponit vivum cadaver ante ſancti Viri veſtigia, dicens: Pater ſanctiſſime, quod tibi de medicina reſtat, huic languidæ impende. Nam tibi credimus reſervatum eſſe, ut, ei reſtituta ſanitate, acquirat à te, quod amiſit de germine *o*. Tunc pietas inſignis evocatur in lacrymis. Mox ad militiæ ſuæ Placidus belliger *o*

A. PSEUDO-GORDIANO.

arma convertitur, ad obtinendam victoriam preces offert ſummus inter oratores orator. Vir autem ſanctus, ab oratione exurgens, ſalutiferæ Crucis ſignaculum ſuper languidum faciens, eo momento, in Trinitatis nomine trino depulſo languore; ſtatim patefactis aurium oculorumque meatibus, plaudentibus cunctis, muta loquax, ſurda audiens, cæca videns effecta eſt. Quo facto, univerſi laudem dederunt Altiſſimo, & Placido, beatiſſimi patris Benedicti diſcipulo. Alius præterea Romanæ urbis incola, cùm peſſimum typum *p* infirmitatis incurriſſet, ad Sanctum Domini deductus, ſanitati priſtinæ redditus eſt. His taliter prælibatis, proſequamur & reliqua. Quidam præterea non ignotæ gentis municeps, miſſa manu in vulnere cujuſdam, tota intumuit, hinc graſſante fervore, tota pars brachii relaxatur putredine. Hic Sancto Domini nuncium mittens, ut ad ſe diverteret, precibus fuſis obtinuit. Sed mox, ùt ejus brachium Vir Dei ſacro Vexillo munivit, mirificus medicus, quicquid inerat ulceris, pretioſo ſigno reſtrinxit. Alii interea viro dum manus contractæ fuiſſent, ad ſanctiſſimum Virum, morbo inſtigante, percurrit, quem, ſacro ſigno addita oratione, ſanitati priori reſtituit. Mirandis plus miranda ad gloriam Chriſti ſuccedunt. Quidam præterea vir, dum ſpiritu immundo acriter infeſtaretur, ad ſancti Viri præſentiam curandus deductus eſt. Quem Pater ſanctiſſimus ſanitati reſtituens, videntibus eum circumadſtantibus, velut fumus, de capite energumeni umbra fucata egreditur.

p

B

paſſim illuſtrat:

27 Eo etiam tempore Viro Dei oblatus eſt languidus, cui duplex morbus inerat, inde vetuſtas, hinc cæcitas, qui ſalutem deprecari verbis trementibus incepit. Qua ſupplicatione Placidus pater permotus, languidi ſenis & debilis, oratione præcedente, ſanctæ Crucis ſignaculo lucernæ oculorum reddunt luminis radium, & dato ſpeculo Crucis, tenebræ diffugerunt. Qui illuminatus Deo Patri reddidit gloriam, per quem Chriſtus operatur, Sanctique præconia circumquáque diffamabat; dinumerantur morbi, ut Chriſtus glorificetur, fons Placidi patris ſanctiſſimi. Quidam namque languidus ita capite, oculis & totis hydropis morbo tenſus erat viſceribus, ut in utris ſimilitudinem quaſi totus venter eſſet pertractus in vitalibus, &, velut vitrum, perluceret infecta cutis extrinſecus, qui à medicis deſperatus ad Beatum confugit, extrema ſorte remedium, quique mox, ùt veſtibus exutus, & ſacratiſſimæ Crucis eſt ſigno munitus, hydropis incluſus liquor ſacri Signi impreſſione conſumitur. Sic modo admirabili nec intùs humor retentus eſt, nec foràs egreſſus, arte prædicabili humorem ſigno ſiccavit. Is autem, qui languidus fuerat, divinum beneficium per beatiſſimum Placidum in ſe patratum advertens, Deum laudare & benedicere cœpit, dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui mihi ſanitatem reddidiſti meritis ſanctiſſimi ſervi tui Benedicti per pretioſiſſimum Placidum, diſcipulum ejus, te benedico.

C

ad Furcas Caudinas progreſſus, cæcum, *q*

28 Vir autem Domini cùm jam ad Furcas Caudinas *q* propinquaret, quidam cæcus lucem poſtulaturus ad eum acceſſit. Quem Sanctus Domini ùt vidit, juſſit, illum perduci ad ſe. Et dum appropinquâſſet, manus ſuas ſuper oculos ejus clauſos imponens, atque ad cœlum ſua lumina vertens, oravit ad Dominum, dicens: Lux mundi, Deus, qui in fine temporum Filium tuum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, incarnari de Virgine conſtituiſti, qui mundum, in peccati fovea jacentem, miſericorditer per jam dictum Filium tuum erexiſti, qui beatiſſimum patrem noſtrum Benedictum Eccleſiæ tuæ ſpeculum & legiſlatorem dediſti, qui dediſti ei poteſtatem mederi omnibus vulneribus atque languoribus, tu per ejus ſanctam interceſſionem huic miſero, in tenebris conſtituto, lucis gaudia condonare dignare. Cúmque orationem complêſſet, ſuper ejus oculos ſignum luciferæ Crucis imprimens, dixit: Illuminet te Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Filius Dei, qui cæco nato lumen reſtituit. His dictis, mox, ùt ſuper ejus oculos ſignum Crucis expreſſit, lux effulſit, & totum laborem medici virtus Crucis ceſſare fecit.

D

mulierem infirmam,

29 Quædam interea mulier, dum graviſſima infirmitate detineretur, auditâ famâ miraculorum ſancti Viri, ſollicitè interrogare cœpit, unde tantum gaudium in populo eſſet. Qui cùm reſpondiſſent, quòd eò Placidus, beatiſſimi patris Benedicti diſcipulus, tranſiret, qui cæcos illuminat, dæmones fugat, omnibuſque, neceſſitatem patientibus, divina dona impertit; mulier fide in Deum, ſpe in Sanctum Domini fervens, ad eum accedere ſtuduit. Vir autem ſanctiſſimus, præſcius futurorum, videns mulierem venientem interrogare cœpit, unde vel qua ex re ad eum venire voluiſſet. Illa autem veſtigiis ejus provoluta, dixit: Diu eſt, Pater reverende, quòd, diutino languore afflicta, ſanitatis beneficium ex toto amiſi. Unde ſupplex tuam Paternitatem exoratura adveni, quatenus preces ancillæ tuæ exaudias: confido enim & fiducialiter credo, quòd per tuam ſanctam interceſſionem oſtendat in me Dominus gratiam ſuam. Placidus mulieris fidem & devotionem admirans, expanſis in cœlum manibus, oravit ad Dominum, dicens: Lux, æterne Deus, vita, via, decus, ſapientia celſa tuorum, expelle, quæſo, ab ancilla tua omnem languorem, ut, ſanitati reſtituta, nomini tuo ſancto gratiarum præconia perſolvere valeat. Vix in oratione Placidus ſanctus verba compleverat, &, redeunte ſanitate, mulier ad verbum Viri Dei feſtina conſurgens, facienti mirabilia in cœlo & in terra laudum munia decantare devotiſſimè cœpit, confitens, Placidi interventu ſanitatis ſibi adveniſſe beneficium.

E

febricitantem, manu aridum, energumenum,

F

30 Hæc dum per ora circummanentium ferperent, quidam vir per quamplura tempora febricitans decubabat in lectulo. Huic dum beatiſſimi Placidi miracula relata fuiſſent, curſu, quo poterat, beatum adiens Placidum, poſtulabat ab illo benedictionem. Quem Vir ſanctus vivificæ Crucis vexillo muniens, dixit: Benedicat te Dominus Deus ex Sion, ut videas, quæ bona ſunt in Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ. Ad hanc itaque Viri vocem valitudo languoris receſſit, dolor fugatus eſt, omneſque adſtantes in ſtuporem & admirationem convertit dicens, quòd verè Deus viſitavit plebem ſuam, qui tantum ac tale ad partes illas dignatus eſt tranſmittere donum. Ipſe autem ſanctus Vir, licèt tanta, magiſtro ſuo juvante, patraret & ſtupenda miracula, humilitatis amicus, humilitatem modis omnibus retinens, ultimum ſe omnium hominum judicabat, dicens: "Vermis ſum & non homo, opprobrium „hominum & abjectio plebis *r*„. Poſt patratum itaque per beatum Placidum in languente miraculum, quidam debilis manu contracta ad eum acceſſit. Quem dum ſanctus Vir perſpexiſſet, oculis in cœlum erectis, dixit: Domine Jeſu Chriſte,

r

A Chriſte, qui ad interventum Apoſtoli tui Petri claudum ad fores templi ſedentem mirabiliter exiſti *, tu per interceſſionem dilectiſſimi ſervi tui Benedicti, magiſtri noſtri, huic contracto manum reſtitue. Ad hanc vocem, dum digitos ejus ſuis ſanctis manibus contrectâſſet, ſubitò ſicca palma reviruit. Iiſdem porrò diebus quidam vir, graviter à ſpiritu immundo vexatus, ad ſanctum Domini Placidum curandus adductus eſt. Cùmque pro eo omnipotentis Dei clementiam exorâſſet, manu ſua ſignum Crucis ſuper eum faciens, ſtatim à circumſtantibus, de ejus naribus ſcintillante igne, fumus egredi viſus eſt, cunctiſque patenter innotuit, pravæ cogitationis auctorem in ſpecie fumi ab eo diſceſſiſſe.

* erexiſti

& quovis morbo laborantes ſanat;

31 Jam verò ſi exequerentur miraculorum ſingula, quæ in tali præcipuè floruerunt itinere, hæc ſine numero eſſent, nec eſſet modus in pagina. In quocúmque enim loco, ubi Placidi beati ſe convertit præſentia, nulla morborum generibus ejus interventu defuit medicina: quia, quot ſe obtuliſſent languentium vulnera, tot ſuper ægros fundebat ſalutis ſemina. Nam beati Placidi quis exæquare poterit prima ad ultima? B Cùm per ſignum Crucis ſalvaret languidos, curaret energumenos, ante quem, quamvis occultè veniſſet antiqui hoſtis verſutia, ſtatim ſe manifeſtavit fraudulenta fallacia. Hac de re à conſpectu ſancti Viri, quia celari non poterant, nec tolerabant præſentiam, terribili ululatu ſua gemebant incendia, paſſim per loca violenter exponebant crimina, ſuſpenſa per aëra frequenter nec interroganti confitebantur & nomina, & ſæpe ſuo impulſu currebant ad ſanctum Virum cruciandа dæmonia, pendebantque religati energumeni aërio vinculo, &, quaſi clavis defixo, tendebant veſtigio. Cumque iter ageret, ſtrages dæmonum ante Placidi beati obtutum cadebant catervatim, per veſtigia diverſis modis effuſa, hæc muta, illa clamantia; illa fixa, hæc lubrica: & velut ante judicem dum geſta ferrent, non effugiebant tormenta. Sed ad ſancti Viri præconium quanta eſt hæc laudatio, cùm ineffabiliter multa & ſtupenda fierent ſub momento *f*? Jam verò de miſeria egenorum relevanda quantùm fuerit prodigus, explicare quis poterit? In tantum enim, etiam in itinere conſtitutus, miſerias & egeſtates aliorum relevare ſtudebat, ut jure cum C Job dicere poſſet: "Ab infantia crevit mecum *t*, miſeratio *t*.

B

f

t

in quibus debiles tres,

32 Tunc temporis quidam juvenis in tantum fuit membrorum deſtitutus officio, ut calcanea natibus quaſi clavis inhærerent affixa, manuſque ad mamillas & brachia retrò hinc inde coſtis quaſi quodam glutino necterentur, oculis quoque & auribus, ipſique linguæ propria erant negata officia. Hic, adjutorio ſuorum impoſitus in ſiſtarcia *u*, comitantibus ſibi pueris, ad beatum Placidum pervenit, proſtratuſque pedibus ejus, rogabat, ut ſibi ſolita pietate ſuccurreret. Quem flebili voce miſericordiam poſcentem Sanctus Domini cùm perſpexiſſet, inquirit, unde veniſſet. Tum ille, Propter te, inquit, Pater ſanctiſſime, patriâ parentibuſque relictis, nequaquam de polliciratione dubius, ſed Chriſti virtute ſecurus, huc ad te ſanandus adveni. Adhæc Sanctus, erectis in cœlum manibus & oculis, Dei omnipotentis clementiam devotiſſimè cœpit ſupplicare, ut per merita ſanctiſſimi Benedicti miſero ſola* pietate ſuccurreret. Cùmque orationem complêſſet, languidus magnis vocibus cœpit clama-

u

* ſolita

re, ita ut vocibus ejus omnes percellerentur. Et ecce repentè cohærentia cœperunt membra reſolvi, atque, decurrente cruore, paulatim crura & manus, diutino glutino coarctatæ, in priſtinum vigorem reſtitui. Sicque factum eſt, ut æger, qui alienis manibus delatus advenerat, propriis jam ſanus incederet veſtigiis. Et ita eſt in eo plenitudo reſtaurata ſalutis, ut in uno eodemque tempore & viſum oculi, & aures auditum, & lingua ejuſdem rectè loquendi priſtinum recepiſſent officium. Quidam verò, dum per annos quamplures manuum ac pedum, ſed & oculorum fuiſſet privatus officio, ad Placidum, patrem almificum, veniens, universâ debilitatis moleſtiâ liberatus eſt. Alius quoque adoleſcens, qui erat à renibus uſque deorſum, omnium immobilis rigiditate membrorum, ita ut manibus innitens univerſum poſt ſe corpus trahens, ad inſtar vermium per terram reperet. Hic, ad ſanctum Placidum adductus, ſalutem integerrimam recuperavit in omnibus membris.

A. Pezzana ad Chronicon Cassinense.

& à nativitate cæcus.

33 Per eos dies dum ſanctiſſimi Placidi miracula per ora hominum volitarent, Deoque ac patri ſanctiſſimo Benedicto, magiſtro ejus, ſuper tanta prodigia gratias agerent, quidam cæcus, E duci ſe ad beati Placidi præſentiam, fecit, clamans & dicens: Placide & ſerve Dei vivi, adjuro te per magiſtri tui Benedicti dulciſſimum nomen, ut mihi à Domino Salvatore, illuminatore omnium, viſum impetrare digneris. Confido enim, & fideliter credo, quia, quicquid à Domino petieris, impetrabis. Sanctus autem Domini Placidus, pietatis diſcipulus, more ſibi ſolito ad miſericordiam flexus, vivificum ſignum Crucis ſuper oculos ejus faciens, dixit: Domine Jeſu Chriſte, qui cæco nato oculos, quos natura negaverat, reddidiſti, & ſedentes in tenebris & umbra mortis illuminâſti, tu per merita ſervi tui, magiſtri noſtri Benedicti, hujus cæci oculos illuminare dignare, ut, videns mirabilia tua, ſanctum nomen tuum, quod eſt benedictum in ſæcula, laudet hîc & ubique. Cùm à circumſtantibus reſponſum fuiſſet, Amen, illicò aperti ſunt oculi ejus, cœpitque laudare Deum, dicens: Benedictum ſit nomen Domini glorioſiſſimi, qui me illuminavit per interceſſionem beati patris Benedicti, & per ſanctiſſimum Placidum, diſcipulum ejus. Fit vox lætitiæ per ora cunctorum, pueri cum mulieribus, juvenes cum ſenibus, Dominatori & Salvatori Domino Jeſu Chriſto laudem decantantes occurrunt, clamabantque: Gloria tibi, F ſalus ac vita cunctorum, qui tantum ad partes noſtras dignatus es tranſinittere donum.

ANNOTATA.

a *In his Pompeius Cilius, infrà num. 42 memoratus, qui eodem loco, quo* S. Placidus, *ſepultus fuit.*

b *Id eſt, villæ, prædia.*

c *Joannis* 5, ℣. 30: Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me.

d *Ad Romanos* 8, ℣. 10.

e *Act. Apoſtolorum cap.* 14, ℣. 21.

f *Non potuit Caſino eo anno proficiſci* S. Placidus, *ſi Sabinum, Canuſinum in Apulia epiſcopum, quod infrà num. 36 aſſeritur, inviſerit. Vide dicenda ad lit.* e *in Annotatis ad caput* 3.

g *Campaniæ Felicis civitas, nunc in eum locum tranſlata, ubi olim erat pons Veteris Caſilini.*

h *Colitur*

A. PSEUDO-GORDIANO.

h *Colitur* 30 *Octobris ; coluitque amicitiam cum S. Benedicto, qui illius animam in cælum deferri vidit.*

i Primicerius, primus in quolibet ordine, hîc prima dignitas canonicorum. *Mabillonius in Annotatis hîc.*

k *Nullum tamen ante id tempus miraculum feciſſe ſcitur.*

l *Duplex hujus nominis prope Vulturnum fluvium civitas epiſcopalis olim fuiſſe videtur : altera, quæ hodie* Cajazzo *Italis dicitur, Caſinum inter & Vulturnum, altera trans illum : hæc hîc videtur intelligi. Vide dicta Commentarii præv. num.* 113 *&* 4 *ſeqq.*

m *Febri quartana, à voce Græca τρίτος, ſignificante acceſſionum in morbis remiſſionumque revolutionem.*

n *Legati, ſive quos ſuo nomine mitteret.*

o *An à nativitate ?*

p *Vide lit.* m.

q *In Hirpinis, inter Abellam & Beneventum, Romani exercitus clade memorabiles. Dicuntur vulgò :* Stretto d'Arpaia.

r *Pſalm.* 21, ℣. 6.

B ſ Quædam hæc ex Fortunato, *inquit hoc loco Mabillonius. Ita nimirum Vincentius Fortunatus, Pictavenſis epiſcopus, ſcribit in Vita S. Germani, epiſcopi Pariſienſis, anno* 576 *defuncti, apud nos tom.* VII *Maii pag.* 786, *col.* 2. Sed ſi exequamur miraculorum ſingula, quæ ſuis geſtis præſenti floruerunt in vita, hæc ſine fine ſunt, cœpta nec erit modus in pagina : quia, quocúmque ſe convertit præſentia, nulla morborum generibus defuit medicina : & quanta ſe obtulerunt languentium vulnera, ſalutis fudit tot ſemina. Nam quæ prima pontificis exſequamur vel ultima, cùm per ſalivam oris ſui multa curata fuerint ulcera, purgata ſint energumena ? Ante quem, quamvis occultè veniſſet hoſtis nequitia, ſtatim ſe manifeſtavit fraudulenta fallacia : ac de conſpectu ſancti viri, quia celari non poterant, nec tolerabant præſentiam, terribili ululatu ſua gemebant incendia, paſſim per loca volitantia exponebant & crimina, ſuſpenſi per aëra, frequenter nec interrogati confitebantur & nomina, cùm ſæpe ſuo impulſu currebant ad ſanctum virum crucianda dæmonia. Cujus miniſter quo loco Sancti tenebat baculum, illic energumenus pendebat aëreo vinculo, &, quaſi clavis affixo, tenebatur veſtigio. . . . Cùm
C verò pedem efferret de domo vel eccleſia, videres ſtrages dæmonum ante tanti pontificis ac triumphatoris obtutum. Cadebant circa Sancti catervatim veſtigia, diverſis modis effuſa ; hæc muta, illa clamantia, illa fixa, hæc lubrica ; & velut ad judicem dum geſta referrent propria, non effugiebant tormenta. Sed ad Sancti præconium quanta eſt hæc laudatio, cum ineffabiliter multa & ſtupenda ab eo fierent momento ? *Manifeſtum itaque eſt, non Gordianum, ſed è recentiorum numero unum Fortunati de S. Germano verba* S. Placido *applicuiſſe ; quod & alibi his in Actis ex Victore Vitenſi præſtitum eſſe, obſervavi num.* 144 *& binis ſeqq. Comment. prævii.*

t *Job cap.* 31, ℣. 18.

u Siſtarcia, σιταρχία, commeatum annonamve ſignificat apud Græcos : apud Latinos etiam recentiores ſitarcia & ſæpiùs, ſed corrupto nomine, ſiſtarcia ſumitur pro ciſta aut caniſtro vel mantica, quâ edulia continentur. *Ita Mabillonius in Annotatis.*

D

CAPUT III.

Sanctus iter ſuum promovet, Meſſanam appellitur, ibique monaſterium condit.

Sanctus à S. Martiano

INde itaque Placidus, beatiſſimus pater, egrediens, Beneventum *a* devenit, atque à ſancto Martiano *b* epiſcopo ob amorem beatiſſimi patris Benedicti cum omni reverentia ſuſceptus eſt. Ibi itaque vir Domini Placidus dum cum eodem ſancto pontifice reſideret, claudus quidam, Malo *c* nomine, juxta epiſcopum eumdem commanens, qui non aliter, quàm genibus repens, cum ſcabellulis terram verrebat, comperit à Gordiano & Donato ac civibus urbis, illuc adveniſſe Placidum, beatiſſimi patris Benedicti diſcipulum, cujus ſanctitatis & virtutis fama ſe jam per totum orbem extenderat. Hic niſu, quo poterat, beatum audiens Placidum, cœpit clamare, dicens : Adjuro te, Placide, ſerve Dei excelſi, per orationem magiſtri tui ſanctiſſimi Benedicti, cujus meritis, ſicut audivimus, liberatus es, ne ab aquis lædi potuiſſes, ut me ſanitati reſtituas. Et cùm à ſancto Martiano epiſcopo & ab omnibus rogaretur, juſſit, eum adduci ad ſe, & ſtans, ſuper illum orationes fudit ad Dominum, dicens : Domine Jeſu Chriſte, qui totum mundum, cùm eſſet perditus, reſtauraſti, tu per merita beatiſſimi patris Benedicti adeſto nobis & huic famulo tuo, opem ſalutis ei inferendo, ut, priſtina ſanitate recepta, nomen tuum glorioſum benedicat in ſæcula ſæculorum. Et cùm omnes reſpondiſſent, Amen, protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus & plantæ, & ſaniſſimus ſurgens, clamabat : Gloria tibi, Domine Jeſu Chriſte, qui me ſalvum feciſti per beatiſſimum Placidum, diſcipulum ſanctiſſimi Benedicti, ſervi tui. Habitatores autem civitatis Beneventanæ, tale miraculum per beatum Placidum patratum videntes, laudabant & benedicebant Deum, dicentes : Jubilet & pſallat tibi, Deus, terra, pontus, & plebs fidelis hymnum decantet, qui ſervo tuo Benedicto tam F pretioſum conceſſiſti diſcipulum.

a
b
c
E

Beneventi,

35 Talia dum quidam cæcus audiſſet, propinquorum manibus ad patris Placidi præſentiam ſe duci, fecit, lacrymoſiſque ſingultibus clamabat, dicens : Placide, ſerve Dei dilecte, qui meritis magiſtri tui Benedicti adjutus, ſanitatis gaudia quampluribus reddidiſti, ſuccurre, quæſo, meæ miſerabili cæcitati, quatenus, deletis tenebris, lucem poſſim adſpicere, & cuncta Regentem cum cordis jubilo valeam collaudare. Sanctus verò Domini Placidus ad miſericordiam flexus, erectis in cœlum manibus, dixit : Domine Jeſu Chriſte, lux vera, quæ illuminas omnem hominem, venientem in hunc mundum, tu per merita magiſtri mei, ſervi tui Benedicti, huic cæco lumen donare digneris, ut, videntes mirabilia tua, laudent & benedicant nomen tuum, quod eſt glorioſum in ſæcula. Hi verò, qui aderant, cùm reſpondiſſent, Amen, exaudivit Dominus de templo ſancto ſuo Servum ſuum, cæcoque poſcenti lumen reſtituit. Qui, ſanitati redditus, clamabat, dicens : Tibi ſit, Chriſte, laus, honor, decus

A decus & jubilatio, qui me illuminâsti intercessione sanctissimi servi tui Benedicti per beatissimum Placidum, discipulum ejus. Fama hujus rei omnem continuò replevit urbem Beneventanam. Ad tantum miraculum ruunt cuncti obviàm, cuncta Regentem cum magna exultatione laudantes.

à S. Savino

d

e

36 Beatissimus verò Placidus sanctum Martianum episcopum salutans in osculo sancto, post aliquos dies ad Canusiam *d* Apuliæ civitatem devenit, in qua cum ingenti gaudio & dilectione ob amorem beati Benedicti à sancto Savino *e*, ejusdem civitatis episcopo, susceptus est. Idem sanctus Savinus episcopus tam beatissimo Placido, quàm & omnibus, qui cum eo venerant, omnem humanitatis curam exhibuit. Sanctus autem Savinus per tres dies beatum Placidum secum retinens, dulcia invicem perennis vitæ inter se ferebant colloquia, & per intervalla horarum interrogabat illum de virtutibus, quas per beatissimum patrem Benedictum divina exercuerat Majestas, simul etiam de vita & melliflua ac discretissima doctrina ejus.

Canusii

B

37 Interea, dum ista dicuntur, & illa referuntur, Landulfus quidam nomine, manum aridam & incurvatam habens, ubi comperit, illuc advenisse Placidum, discipulum beati Benedicti, flens & ejulans venit clamavitque: Placide, virorum sanctissime, adjuro te per eum, qui cuncta creavit, & per magistri tui Benedicti sanctum nomen, ut mihi sanitatis beneficium implores à Domino: confido enim, quia per te ostendet in me Dominus misericordiam suam. Hæc cùm dixisset cum ingenti luctu, aridam manum beatissimo Placido ostendebat. Idipsum omnes, qui in eodem spectaculo erant, & qui occurrere poterant, unà cum sancto Savino episcopo supplici ter exposcebant, rogantes eum, ut pro eo omnipotenti Domino supplicaret. At ipse, ùt erat piissimus, ex intimo cordis trahens longa suspiria, cum lacrymis orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotens, cui nihil est impossibile, qui cœlum, terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, ex nihilo creâsti, qui dedisti huic famulo tuo in baptismate remissionem omnium peccatorum, tu hunc per merita beatissimi patris nostri Benedicti in pristina incolumitate reintegrare* dignare, per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat Deus in sæcula sæculorum. Hæc cùm dixisset, utraque manu sua manum ejus aridam apprehendens, ait: Sanet te Dominus Jesus Christus, qui dignatus est extendere manum aridam in Synagoga. Continuò itaque extensa est illius arida manus & incurvata, & pristinæ sanitati restituta est. Sanctus verò Savinus episcopus, tale miraculum per beatum Placidum dum advertisset, glorificabat Dominum, dicens: Gratias tibi refero, cunctorum Vita salusque, qui beatissimo servo tuo Benedicto talem nutrire concessisti discipulum, per quem tibi signa & prodigia patrari, sit placitum. Sit nomen tuum benedictum ex hoc nunc & usque in sæculum. Hi autem, qui præsentes erant, hoc videntes, glorificabant Deum, patremque sanctissimum Benedictum summis adoriis *f* extollebant.

**redintegrare*

C

f

à S. Sisinio Rhegii exoi-pitur:

g

h

38 Sanctus verò Placidus, beato Savino episcopo valefaciens, & inde iter accelerans, post non multos dies devenit Rhegium *g* Calabriæ civitatem. Quem sanctus Sisinius *h*, ejusdem civitatis episcopus, ob reverentiam, quam in sanctissimo patre Benedicto habebat, cum omni diligentia suscepit, duobusque diebus secum retinuit. Itaque, dum fama per omnem provinciam Calabriæ de beati Placidi adventu volitaret, leprosus quidam, audita opinione miraculorum sancti Viri, venit ad eum, clamans & dicens: Placide, serve Dei, adjuro te per magistri tui Benedicti sanctum & venerabile nomen, ut tuis sanctis precibus sanitatis gratiam pro me implores à Domino: ideò te Dominus ad has partes direxit, ut languidis & debilibus sanitatem cordis & corporis conferas. Vir autem Domini Placidus, erigens se in cœlum, orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotens, salus sine fine & initio, qui totum mundum creâsti ex nihilo, qui in fine temporum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum, incarnari de Virgine, & Crucis patibulum subire fecisti, quo vetustum solveret proprio cruore peccatum, tu per merita sanctissimi servi tui, magistri mei Benedicti hunc leprosum dignare emundare, ut, sanitate corporis sui animæque recepta, nomen tuum sanctum collaudet hîc & ubique. Confestim itaque sanitati redditus, benedicere cœpit & laudare Deum, qui tanta mirabilia per beatum Placidum ostendere dignatus est.

A. PSEUDO-GODIANO.

E

unde tandem, sequentibus ipsum

39 Hæc dum ad notitiam cunctorum pervenissent, quidam vir diutino languore vexatus, ad Sanctum Domini venit, procidensque ad pedes illius, cum lacrymis dicebat: Credo, Pater sanctissime, quia, tuis sanctis intervenientibus meritis, in recipienda sanitate Deus petitioni meæ dabit effectum. Pater autem sanctissimus pro eo orationem ad Dominum fundens, sanitati restituit: & qui semivivus venerat, cunctis mirantibus, incolumis rediit. Non solùm verò ibi, verùm & per omne itineris spatium ad laudem & gloriam sui nominis multas virtutes operari dignatus est Dominus Jesus Christus per beatum Placidum, meritis & orationibus beatissimi Benedicti magistri sui intervenientibus. Cæcis namque visum reddebat, surdis auditum, exinanitis & stolidis rectum sensum, claudis gressum restituebat, dæmones effugabat, leprosos mundabat, omnibus infirmitatibus subveniebat. Ob quam rem Deum in omnibus glorificantes, beati Placidi merita magnis præconiis extollebant, dicentes: Benedictum sit nomen Domini glorioſum à sæculo & usque in sæculum, qui per sanctissimum servum Placidum, beati Benedicti discipulum, tales ac tantas virtutes operari dignatus est.

F

ubique fignis,

40 Donatus præterea, ejusdem beati Placidi famulus, dum sollicitè quæreret navem, cum qua posset in Siciliam navigare, obvium habuit quemdam clericum, mutum & surdum, nomine Siconem, inauditis ac flebilibus morbis laborantem, cui ex auribus putredo cum vermibus profluebat. Hic, quamvis auditum & loquelam in infirmitate amisisset, scientiâ tamen agnoscendi & videndi quàm maximè vigebat, & ea, quæ ad corporis sustentationem congrua erant, nutibus & indiciis exposcebat. Quem cùm Donatus *i* tanto infortunio depressum & aggravatum vidisset, eos, qui cominùs stabant, ex re tantæ calamitatis inquirit. Dictumque est ei, quia loquelam & auditum vi longæ infirmitatis amisit. Hæc Donatus à civibus dum verba cepisset, calamitatem ejus miseratus, ad Virum Dei illum perduxit, atque ad pedes ejus projiciens, rem, prout erat, per ordinem pandit. Ipse namque Servus Domini tunc residens lectioni operam da-

i

A. PSEUDO-GORDIANO.

bat, cúmque à civibus & clericis, qui ad eum visitandi gratiâ venerant, rogaretur, ut pro eodem languido omnipotentis Dei exoraret clementiam, surgens paulisper intra se Dominum rogavit, dehinc conversus suas manus super caput infirmi posuit, dicens: Domine Deus omnipotens, qui hominem de limo terræ plasmâsti *, & inspirâsti in faciem ejus spiraculum vitæ, qui dedisti ei dignoscentiam boni & mali, tu, Domine, per orationes & merita sanctissimi patris nostri Benedicti, & omnium monachorum, qui sub ejus magisterio famulantur, dignare adesse nobis, & per nos humillimos & peccatores, servos tuos, occurrere huic famulo tuo, conferendo ei sanitatem, ut omnes videntes & audientes dent gloriam nomini tuo sancto, quod est benedictum ante omnia sæcula, & benedicatur nunc & per infinita sæcula. Cúmque omnes, qui aderant, respondissent, Amen, illicò solutum est vinculum linguæ ejus, & apertæ sunt & sanatæ aures illius, & audiens planissimè loquebatur sine offensione, laudans & benedicens Deum & patrem sanctissimum Benedictum.

*plasmâsti

B

41 Alio verò die valefaciens beato Sisinio episcopo, navem conscendit, transfretansque Farum *k*, Messanam *l* Siciliæ devenit ad urbem. Cúmque descendisset ad terram, Gordianum, famulum suum, direxit ad civitatem, mandans, ut Messalinum, civem Romanum, Tertulli patris sui amicissimum, ad se vocaret, erat enim ditissimus. Quem ubi invenit, ad littus maris, ubi sanctus Domini Placidus morabatur, secum adduxit. Videns autem Messalinus beatum Placidum juxta maris littora stantem, formamque ejus vultui Tertulli patris ipsius assimilantem, equo, quo* insederat, descendens, ad pedes ejus cecidit. Quem sanctissimus Placidus à terra elevans, osculatus est eum atque benedicens, rem, propter quam à sanctissimo patre Benedicto directus fuerat, per ordinem pandit. Messalinus verò beatum Placidum diutiùs complexans, & ad pectus suum adstringens, lacrymas quoque invicem præ gaudio fundentes immorati: demum quoque idem Messalinus Gordianum & Donatum famulos ejus deosculans, apprehendens iterum dexteram beati Placidi ac diu exosculans, cum ingenti honore duxit ad domum suam, & repleta est omnis civitas Messana gaudio super adventu ejus. Messalinus autem, dum in domo sua cum beato Placido resideret, & nonnulla de his, quæ ad æternam vitam attinent, ab ipso audiret, requisitus ab eodem Servo Domini est de possessionibus ac portubus, de servis & ancillis, quæ ipse unà cum Tertullo patre suo in perpetuum possidenda beato Benedicto tradiderat. Desiderabat enim videre singillatim loca, in quibus possessiones erant. Rogavit etiam, ut adventum suum omnibus amicis Tertulli patris sui notificaret, necnon servos & ancillas, quos ibi habebat, ostenderet; procuratores quoque, quos jam dictus genitor suus super easdem cortes præposuerat, ad se accersiri jussit. Messalinus verò, Metellum filium suum evocans, præcepit, ut cum uno ex servis suis cortes & possessiones Tertulli patricii percurreret, & earumdem cortium procuratores ac portuum custodes cum amicis jam dicti patricii ad beatum Placidum duceret. Qui paternis jussis obtemperans, uno tantùm servo assumptò, ascensis equis, quæ sibi injuncta fuerant, implere sollicitè cœpit.

Messanam pervenit, k l

*cui

C

42 Illucescente verò die, beatus Placidus Messalinum evocans, dixit ad eum: Non decet, monachum in domibus laicorum stationem habere; quia contrarium est omnibus modis Ordini nostro. Quapropter, si vestræ nobilitati non habetur contrarium, eamus, & provideamus locum in possessionibus patris mei, in quo monasterium construere valeam, non ædificare enim supra fundamentum alienum decrevi. Venienque post hæc ad portum maris, invenit locum habilem ad monasterium construendum, & cum baculo, quod manu gestabat, designavit locum, in quo Oratorium Baptistæ Johannis, in quo domum suam & omnis monasterii officinas construere valeret. Posthæc beatus Placidus, conversus ad Messalinum, dixit: Præpositus istius portus Messanæ civitatis ubi est, & quo nomine nuncupatur? Et Messalinus: Hìc, inquit, propè est; de nomine autem, unde interrogâsti, scias, quia Pompeius Cilius appellatur. Tum Sanctus jussit illum vocare ad se; qui, dum veniisset, cecidit ad pedes ejus. Quem beatus Placidus è terra elevans, præcepit, quòd de pretio, quod de portu acceperat, construeret domum, in qua ipse cum suis habitaret, simul etiam & ecclesiam ad honorem beati Baptistæ Johannis, in qua die ac nocte omnipotenti Domino deserviret. Et dixit ad illum: Tuum volo, ut sit, artifices in hoc loco ad operandum, ubicúmque eos per totam Siciliam inveneris, adducere, necnon servos & ancillas ad lapides & quæque necessaria sunt, comportanda adunari, ut hoc opus ipsum celeriùs possit expleri, maximè tamen domus, in qua habitare valeam. Et ut hæc omnia citiùs fiant, omnes præpositos portuum & procuratores cortium tanto labori interesse, volumus, dando sumptus & quæque necessaria sine dilatione aliqua. Filium verò tuum vice tua super portum præpone: tu verò insta fabricæ, ut citò possit expleri. Præcepitque, ut de redditibus cortium, & de censu portuum pecuniam Romam ad columnas & epistylia emenda transmitteret. Designavit etiam coram Pompeio Cilio, in quo loco dormitorium, refectorium, coquina, cellarium & omnes monasterii officinæ construerentur.

ibique condendo S. Joanni Baptistæ monasterio

E

43 Congregatis itaque quampluribus artificibus, jactisque in Christi nomine fundamentis, cœptum opus certatim & sine intermissione perficiebatur. Primò namque ibi domum, in qua beatus Placidus maneret, amplam satis extruxerunt. Messalinus autem interdiu aptissimam mansionem beato Placido assignavit, in qua liberè posset solus sedere, legere & orare. Cibos verò afferebant ei & suis servi illius, & omnes amici patris ejus. Idem quoque Messalinus cum familia sua sequestratus in alia domo manebat. Pompeius autem Cilius, juxta quod sibi beatus Placidus imperaverat, vice sua posuit super portum Messanæ civitatis filium suum, nomine Pillium Vitellium, juvenem prudentissimum, sapientiâ & bonitate multa pollentem.

manum admovet.

F

ANNOTATA.

a *Veteris Samnii urbs, olim episcopalis, nunc archiepiscopalis ab anno 969.*

b *Actum de illo est tom. 2 Jun. ad diem 14 ejusdem mensis, atque observatum, mentionem illius non reperiri hâc antiquiorem.*

c Aliàs, *inquit Mabillonius*, Maro.

d *Apuliæ civitas olim episcopalis, nunc Barensi archiepiscopatui unita.*

e *Hujus cum S. Benedicto familiaritas liquet*

ex

A. PSEUDO-GORDIANO. *inter miracula*,

A *ex Gregorio Magno lib. 2 Dialogorum cap. 15. Sed illum anno 536 Canuſii reperire non potuit* Placidus, *nimirum Conſtantinopoli tunc procul abſentem, ubi Apoſtolicæ Sedis legatum agebat. Error eſt, qui in teſtem eorum, quæ narrat, oculatum, certè non cadit. Vide num. 119.*

f *Id eſt, laudibus.*

g *Calabriæ, quà Siciliam reſpicit, civitas epiſcopalis.*

h *Qua de cauſa Siſinnius hîc, & ab Ughello Sanctus dicatur, non novi.*

i *De illo ſermo recurret infrà in Annotatis in caput* V *lit.* e

k *Maris Siculi pars, eam Calabriæ partem, in qua Rhegium, à Sicilia dividens.*

l *Siciliæ civitas, nunc archiepiſcopalis.*

CAPUT IV.

Meſſanæ prodigiis & vitæ ſanctitate floret.

B

S. Placidus

QUadam verò die, dum à conſtructione monaſterii ad domum ſuam, quam ſibi Meſſalinus commodaverat, ſanctus Domini Placidus rediret, obvium habuit quemdam cæcum, nomine Silvium, natione Romanum, qui plorando lumen amiſerat, & per decem & octo annos penitus non viderat. Illo namque tempore omnes, qui inſulam Siciliæ habitabant, incolæ Romanorum erant *a*. Puer autem, qui cæco ducatum præbebat, Placidum, patrem ſanctiſſimum, venientem proſpiciens, dixit ad eum: Ecce ſanctus Domini Placidus, beati Benedicti diſcipulus, nuper ab Italia veniens, de quo per totam Siciliam rumor exivit, jam appropinquat. Cæcus autem, ex ore pueri talia dum verba audiſſet, cœpit clamare voce magna, dicens: Adjuro te, Placide, beatiſſime ſerve Dei, per crucem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanguinem illius pretioſiſſimum, quem pro ſalute humani generis fudit, ut digneris pro me intercedere ad Dominum, ut reddat mihi lumen oculorum meorum, quod plorando amiſi, quia per decem
C & octo annos omnino lumen cœli videre non potui. Idipſum Meſſalinus cum famulis ſuis, & alii quamplures, qui unà cum eo ad civitatem redibant, exorabant. Tantis itaque vir Domini Placidus ſupplicationibus motus, ſubſtitit, juſſitque, cæcum adduci ad ſe. Et, dum veniſſet, poſuit manum ſuper caput ejus, orans intra ſe parumper. Completa oratione, ſacroſanctum Signum ſuper oculos ejus faciens, & manus ſuas ſuper eum imponens, cunctis audientibus, dixit: Domine Jeſu Chriſte, qui es lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, qui cæcum à nativitate illuminâſti, & dediſti ei lumen, quod natura negaverat, tu illumina oculos iſtius cæci ad gloriam & laudem tui nominis, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum, Amen. Statim verò aperti ſunt oculi ejus, & ita acutiſſimè cœpit videre, ac ſi infantulus eſſet. Hi verò, qui aderant, hæc videntes & audientes, procidentes in terram, benedicebant & glorificabant Deum, patremque ſanctiſſimum Benedictum digna extollebant veneratione. Diffamatum eſt hoc miraculum per univerſam Siciliam, ita ut ex omni inſula ægroti & languidi coadunati ad eum perducerentur.

45 His quoque diebus quidam vir à dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur. Rogatus itaque vir Domini Placidus, ut pro eo omnipotentis Dei exoraret clementiam, juſſit, eum ad ſe attrahi, & ſtans, ſuper illum orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Jeſu Chriſte, qui mundum, diabolica fraude ſeductum, de ejus poteſtate liberâſti, qui regnum illius deſtruxiſti, per intercеſſionem dilecti ſervi tui Benedicti, magiſtri noſtri, hunc hominem ab hac dæmoniaca vexatione dignare mundare, ut videntes nomen tuum ſanctum collaudent in ſæcula ſæculorum. Cumque circumſtantes reſpondiſſent, Amen, vir Domini Placidus ſignum Crucis contra vexatum faciens, immundum ſpiritum ab eo effugavit. Hi verò, qui præſentes erant, cœperunt laudare Deum, qui per ſanctiſſimum Placidum, beati Benedicti diſcipulum, tam inſigne dignatus eſt operari miraculum. Igitur cùm fama per Siciliam exîſſet, quòd eſſet in eadem provincia Placidus, beati Benedicti diſcipulus, qui ægrotantibus manus imponit & ſanantur, cæcis E reddens viſum, ſurdis auditum, claudos erigens, dæmones fugans, & omnes infirmitates curans; ex tota Sicilia, necnon etiam de Africa convenientes, omnes infirmantes in unum congregaverunt, rogantes, ac per patris Benedicti nomen Placidum atteſtantes, ut illis ſanitatis gratiam impetraret à Domino. Sanctus autem Domini tantis calamitatibus condolens, ſimul etiam & fidem admirans oravit ſic: Domine Jeſu Chriſte, qui magiſtro meo Benedicto dediſti poteſtatem apud te impetrandi, quod vellet, tu per ipſius ſanctam intercеſſionem omnibus languoribus iſtis ſalutem conferre dignare, ut, ſanitate percepta, laudem referant nomini tuo ſancto. Et dum reſponſum fuiſſet, Amen, ſani effecti ſunt, laudantes & glorificantes Deum *b*. Quanta etiam miracula per beatiſſimum Placidum illis temporibus Dominus Jeſus Chriſtus operari dignatus ſit, enarrare ea omnia valde longum eſſet, de quibus tamen aliqua dicemus. *b*

46 Dum enim in civitate Meſſana maneret, *quæ supra* & Meſſalinus cum amicis juxta eum reſideret, quidam viri eidem Servo Domini paralyticum quemdam ita afflictum obtulerunt, ut nequiret quis diſcernere compages membrorum. Rogante F verò Meſſalino & his, qui præſentes erant, pro eo, vir Domini Placidus, oratione facta, contrectanſque diſſolutos actus *, dixit ad eum: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Filii Dei vivi, cujus virtute univerſa conſiſtunt, adjutus meritis ſanctiſſimi magiſtri noſtri Benedicti, ſurge ſanus & incolumis, & perage opus tuum. Statim itaque ad ejus juſſionem conſurgens, benedicebat Deum & patrem ſanctiſſimum Benedictum. Quod miraculum videntes Siculi, benedicebant Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui tantam gratiam diligentibus ſe conferre dignatus eſt. *artus

47 His quoque diebus quidam Siculus ad Virum Domini venit, rogans & multa prece depoſcens, ut ſodalem ſuum, ex multo jam tempore paralyſis languore detentum, ſua viſitatione ſanaret. Obſecrante itaque eo unà cum his, qui præſentes aderant, ad lectum ægrotantis accedere ſtuduit, orationemque ad Dominum fundens, ait: Domine Jeſu Chriſte, altiſſimi Patris Fili, qui paralyticum in lecto jacentem ſolo verbo curâſti, tu per intercеſſionem dilectiſſimi ſervi tui Benedicti, magiſtri noſtri, hunc paralyticum *Siculus paritur*

A. Pseudo-Gordiano. cum à lecto doloris abſolve, quatenus curatus à tanto languore, gratiarum tibi in Eccleſia tua referat actionem. Completa oratione, ſignum Crucis ſuper eum faciens, de lectulo conſurgere juſſit. Confeſtim is, qui priùs nequaquam propriis viribus præ ægritudine & dolore ſurrexerat, ad Placidi præceptum ſanctiſſimi ſurrexit incolumis. Omnes autem, qui aderant, tanto perculſi miraculo, magnificabant Deum, facientem mirabilia ſolum, cœperuntque ei certatim infirmos offerre, quos ille ſignans & benedicens, incolumes reddebat.

& numero plurima, 48 Eodem quoque tempore quidam vir, à dæmonio obſeſſus, ad beatum Placidum adductus eſt, cujus virtutem ùt ſenſit hoſtis nefandus, clamare cœpit per os ejus, dicens: Quid eſt, Placide? Animadvertis, quòd ipſe ſim, quem ſuperatum eſſe, paulò antè gratulabaris? Sanctus autem Placidus, converſus ad vexatum, dixit: Dominus meus Jeſus Chriſtus, Filius Omnipotentis, cui omnis creatura cœleſtis & terreſtris obtemperat, ipſe tibi in virtute Sancti Spiritus, per interceſſionem ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti, imperet, execrabilis dæmon, ut exiens recedas ab hoc homine, & ulteriùs non
B habeas poteſtatem introeundi in eum. Confeſtimque ab homine exiens ſtrepitum immanem & terrificum dedit. Hi autem, qui ſpectaculo aderant, in ſtuporem converſi, benedicebant Deum. Quidam vir, mentis depreſſus infaniâ, cùm ad Sanctum Domini perductus fuiſſet, orationem ſuper eum faciens, benedictionem dedit, ſicque perditæ mentis effectus eſt particeps, ac ſi dementiam nullo umquam tempore perpeſſus fuiſſet. Reverſus verò ad patriam, ſonora voce patris Benedicti merita & beati Placidi præconia modis omnibus prædicabat.

& qualitate 49 Tunc temporis duo cæci, auditâ famâ miraculorum ſancti Viri, dixerunt ad invicem: Cur exterioribus tenebris obcæcati, interioris hominis lumen perdidimus? Quicúmque enim languidus ad beatum Placidum accedit, ſanus abſcedit, & nos torpentes deſidiâ in tenebris remanemus. Eamus itaque ad Virum Dei, quatenus per ejus ſanctam interceſſionem donet nobis Dominus Jeſus Chriſtus gratiam ſuam. Hæc dum inter ſe collocuti fuiſſent, propinquorum adminiculo fulti, ad patrem Placidum pervenerunt. Hos ſanctus Pater ùt vidit, illorum cæcitati condo-
C lens, elevatis in cœlum oculis, dixit: Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei, qui cum Patre & Spiritu Sancto in principio cuncta creâſti, qui cæci nati oculos aperuiſti, qui mundum, in peccati cœno & in tenebris & in umbra mortis jacentem, tua potenti virtute erigens, ad veræ lucis ſplendorem reduxiſti, intret oratio mea, piiſſime, in conſpectu gloriæ tuæ, inclina ad me aurem tuam, & exaudi me, & per ſuffragia dilectiſſimi ſervi tui, patris noſtri Benedicti, his lumine privatis viſum reſtitue, ut tuum ſanctum nomen benedicere valeant per omnia ſæculorum ſæcula.

Illuſtriæ 50 Cúmque hi, qui præſentes erant, reſpondiſſent, Amen, exaudivit Dominus de templo ſancto gloriæ ſuæ Servum, cæciſque ſuum lumen reſtituit clamantibus & dicentibus: Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo & uſque in ſæculum, & benedictum nomen gloriæ ſuæ ſanctum, qui percutit & ſanat, vulnerat & medetur, qui illuminavit nos orationibus ſanctiſſimi Benedicti per beatiſſimum Placidum diſcipulum ejus. Sicque gaudentes & exultantes cum benedictione ſancti Viri ad ſua reverſi ſunt. Nullus namque in Sicilia & Africa & in toto Oriente inveniebatur præter Placidum, qui plùs inter homines miraretur. Et ſicut inter multas gemmas pretioſiſſima gemma micat, & jubar ſolis parvos ſtellarum igniculos obruit & obſcurat; ita in Oriente & Meridie cunctorum virtutes & potentias Placidus ſolus ſuis virtutibus ſuperavit. Minimum namque ſe faciebat inter omnes, ut omnium major eſſet, & quantò plùs ſe dejiciebat, tantò magis à Chriſto ſublevabatur. Omnibus namque erat clementiſſimus, omnibus bonus; nihil animo ejus clementius, nihil humilius, nihil blandius fuit. Flebat, ut ſemper gauderet; deſpiciebat, ut ſemper amaret; fugiebat laqueos contritos, ut fontem indeficientem reperiret. D

variaque 51 In talibus itaque exercitiis vir quidam dæmonis infeſtatione quatiebatur, quem ante Placidum quoque variis dæmon tunc torquere cruciatibus cœpit; ululabat luporum more, latrabat ùt canis, fremebat ùt leo, ſibilabat ùt ſerpens, mugitum dabat ùt taurus, rotabat caput, & poſt tergum terram vertice tangebat. Miſerebatur ſuper tanto vexati infortunio Placidus, & lacrymas fundens, Dei omnipotentis clementiam deprecari cœpit, dicens: Domine
E Deus, cunctorum reſtaurator, vitæ protector & portus, qui hominem ab antiquo hoſte obſeſſum, tuo pretioſo ſanguine liberâſti, tu per interceſſionem magiſtri noſtri Benedicti dæmoniacum virus ab hoc ſervo tuo expelle, ut, priſtinæ ſanitati redditus, ſanctum & venerabile nomen tuum glorificare valeat. Ad hanc itaque precem vexatus, ſanus effectus, laudare cœpit & benedicere Deum.

operatur, 52 Iiſdem porrò diebus quidam vir omnium membrorum officio fuerat deſtitutus, adeò ut numquam abſque magno dolore manum ad os ducere, vel ad ambulandum pedes movere valeret, quoniam duriùs natibus adjuncti tenebantur. Eratque ei mors ipſa vitalis, quia in corpore ejus, velut in quodam vaſculo, intrinſecus latebat anima. Qui dum ab affinibus ad ſanctum Domini Placidum perductus fuiſſet, eumque ſuppliciter poſcerent, quatenus pro ejus liberatione Jeſu Chriſto Domino preces fundere dignaretur; illorum Sanctus acquieſcens poſtulationibus, ait: Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi, qui es lux vera, ſalus, decus & vita generis humani, qui confractos reſtauras, & reſtaurando conſervas, qui eliſos erigis, qui compeditos F ſolvis, tu per ineffabilem miſericordiam tuam reſtaura, repara ac conſolida hanc creaturam tuam, quam de diaboli laqueis liberâſti, ut videntes mirabilia tua nomen tuum ſanctum benedicant in ſæcula. Expleta oratione, ſignum Crucis ſuper debilem faciens, dixit: Sanet te Dominus Jeſus Chriſtus, qui dignatus eſt curare paralyticum in lecto jacentem. Mirabilis Deus in Sanctis, qui glorificantes ſe in ſua præcepta ſervando glorificat, & in momento exaudit. Nam ad verbum Viri Dei ſanitati reſtitutus, laudem decantare cœpit omnium Redemptori. Populi autem, qui ad ſpectaculum venerant, hoc videntes, ingenito Patri & unico Genito ſimulque Flamini ſancto perennem gloriam & laudem decantare cœperunt. Sanctus autem Domini Placidus, licèt tanta per Chriſti Domini gratiam patraret prodigia, tanta exerceret undique ad ſe venientibus ſtupenda miracula, à conſtructione monaſterii ſui nequaquam ceſſabat.

53 Die autem trigeſima Metellus, filius Meſſalini cum ſervis ſuis, ſimulque cum præpoſitis por-

Meſſanenſi monaſterio perficiendo intentus,

portuum omnium & procuratoribus cortium & multitudine amicorum Tertulli patricii ad beatum Placidum veniens, pecuniam infinitam ſecum deferens, ſancto Domini Placido obtulit. Quàm accipiens, ad patrium ſolum, id eſt, ad urbem Romanam direxit, ex qua columnas & epiſtylia emit, quæ, cùm in Siciliam delatæ fuiſſent, locari juſſit in eccleſia, quam tunc conſtruebat in honore ſancti Baptiſtæ Johannis. Cum villicis autem & præpoſitis portuum, & procuratoribus cortium diu multúmque eſt locutus, &, ob quam rem ad partes illas à ſanctiſſimo magiſtro ſuo Benedicto directus fuiſſet, retulit, reddideruntque ſinguli rationem villicationis ſuæ de cortibus & portubus Tertulli patricii, patris ſui, quas tenuerant. Poſt hæc omnibus in commune præcepit, ut ſine fraude & dolo aliquo & abſque qualibet dilatione quotidie impenderent, quicquid ſibi & ſuis in cibo, potu atque veſtitu vel in cœnobii conſtructione neceſſarium eſſet, dixitque ad eos : Ego veniam viſere vos, & omnes poſſeſſiones, quas pater meus in hac provincia tenuit, ideóque ita agite, ita ſtudete, ut noſtram gratiam obtinere poſſitis. Hoc ſcientes
B indubiè, quia, ſi me ſcandalizaveritis, ſcandalizabimini. Hæc cùm dixiſſet, cum benedictione ſancti Viri redierunt unuſquiſque in ſua.

nec minùs auſteritati vitæ,

54 Ipſe autem Pater ſanctiſſimus ea, quæ à magiſtro ſuo Benedicto didicerat, modis omnibus implere ſatagebat. Refulgebat ſanè doctrina pietatis in eo, dilatabaturque ſanctæ converſationis doctrina, agrum ſerendo juſtitiæ. Unde factum eſt, ut per beatum Placidum ac Diſcipulos ejus, patris Benedicti & Caſſinenſis cœnobii veneranda religio per totum orbem terrarum diffuſa ſit & diffamata. Idem verò ſanctus Domini Placidus, Spiritu Sancto repletus, ſine intermiſſione caſtigabat ſanctum corpus ſuum, & in ſervitutem omnem redigebat, ut membra, quæ ſunt ſuper terram, mortificaret. Sermo verò ejus aliud non erat, quàm mundi hujus delicias ſpernere, onera orbis relinquere, ut Jeſum Chriſtum, Dei Filium, liberè ſequeretur, memorans illud, quod Dominus locutus eſt : "Niſi quis „renuntiaverit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt „meus eſſe diſcipulus *c*.„ In ſermone autem ejus quanta gravitas, quanta modeſtia erat, enarrare
C quis valeat ? Orationi & lectioni ſolus quotidie inſudabat, ac ſæpe & multùm, cùm meditationi inſerviret, lacrymis fluebat ; habebat enim ſpiritum magnæ compunctionis, non diebus, non noctibus à colloquiis divinis & pſalmodia ceſſabat, omni tempore Quadrageſimalem vitam ducens, vinum numquam bibens. In Quadrageſima Dominico die, tertiâ & quintâ feriâ, pane tantùm & aquâ contentus erat, aliis diebus nihil omninò recipiens.

virtutique incumbens,

55 Cilicio ſemper ad carnem uſus eſt, &, cùm fatigatus eſſet ab oratione ſeu à genuflexione, ſedendo potiùs, quàm jacendo ſomnum capiebat. Nemo illum unquam aliquando vidit in aliquo actu commotum, ſed ſemper honeſtum, humilem, gravem, manſuetum, benignum, nemini nocentem, nemini invidentem, nemini, quod malum eſt, quærentem : erat enim omni hora gratiâ Dei plenus. Numquam aliquando alicui homini locutus eſt, niſi neceſſitas coëgiſſet, aut fratrum affectio, ſeu bonorum hominum, vel pauperum, aut cùm monaſterii neceſſitas expoſceret, ſemperqe ſpiritus ejus in Deo poſitus erat. Sed in omnibus virtutibus, in quibus

eum perfectiſſimus magiſter ſuus Benedictus inſtruxerat, de die in diem proficiebat atque creſcebat ; non æqualem ſe aliorum ducens, ſed ultimorum omnium ſervum. Jam verò de ejus quid dicam clementia ? Nil enim menti ejus carius fuit, quàm potentem pauperi non præponere. Si pauperem videbat, ſuſtinebat ; ſi divitem, ad benefaciendum hortabatur, illud prædicans Euangelicum : "Qui habet duas tunicas, det „non habenti ; &, qui habet eſcas, ſimiliter fa„ciat *d*„ ut cœlorum regnum accipere valeat. Ibat autem frequenter ad operarios, qui cœnobium & eccleſiam conſtruebant, ad portum quoque maris & cortes patris ſui viſendas, ſicque demum revertebatur ad domum, quam ſibi accommodaverat Meſſalinus.

d

quadriennio illud abſolvit,

e

f

56 Quarto verò anno *e*, poſtquam in Siciliam ſanctus Domini Placidus venerat, monaſterium omne unà cum eccleſia ſancti Baptiſtæ Johannis ſatis decenter in omni conſtructione perfectum, atque ab epiſcopo ejuſdem Meſſanæ civitatis eccleſia dedicata eſt quinto Kalendas Auguſti. Rogavit etiam idem Sanctus epiſcopum *f*, ut totius monaſterii ambitum aquâ exorcizatâ reſpergeret, & orationem daret, ſicque in eum Sanctus Domini ingreſſus eſt cum ſuis ad habitandum. Cœperunt deinde nonnulli mundum relinquère, & ſub beati Placidi magiſterio cordis cævices* edomare. Intra breve namque temporis ſpatium triginta fratres in eodem loco ad omnipotentis Dei ſervitium congregati ſunt.

E

*cervices

ac novum prodigium patrat.

57 Poſt hæc oblatus eſt eidem ſervo Domini Placido quidam energumenus, qui diutiùs ſatanæ laqueis irretitus, dirè afficiebatur. Quem cùm Vir Dei ita attritum vidiſſet, ejus calamitati compatiens, orationem fudit ad Dominum, dicens : Domine Jeſu Chriſte, lux vera, qui es pius, clemens & miſericors, expelle à figmento tuo per interceſſionem ſanctiſſimi magiſtri noſtri Benedicti inimicum ſævientem, ut à laqueo inſidiatoris ereptus, laudem dicat nomini tuo ſancto. Qui, cùm orationem complêſſet, ſignum Crucis contra vexatum faciens, antiquum hoſtem ab eo protinus effugavit. Igitur quia longum eſſet evolvere, quanta per eum Dominus operatus eſt, ad ejus glorioſiſſimam paſſionem exarandam veniamus.

F

ANNOTATA.

a *Siciliam Juſtinianus per Beliſarium Gothis eripuerat ab anno* 535.

b *Non dubium eſt, quin hîc miracula* S. Placido *Actorum ſcriptor attribuat ſanè liberaliùs, quam veritas patiatur.*

c Sic ergò omnis ex vobis, qui non renuncia omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. *Luc.* 14, ℣. 33.

d *Luc.* 3, ℣. 11.

e *Ex auctoris calculo, anno* 540.

f *Qui Capuanum, Beneventanum, Canuſinum & Reghienſem epiſcopos ſuo nomine expreſſit, videtur hîc Meſſanenſis epiſcopi nomen ſiluiſſe ex ignoratione, quod dici de Gordiano nequit. Conſule num.* 124. *Comment. prævii.*

A. PSEUDO-GORDIANO.

CAPUT. V.

S. Placidum Fratres & Soror invisunt: irruentes in monasterium Saraceni tum in Monachos, tum in Hospites saeviunt.

Eutychium, Victorinum & Flaviam, apud S. Placidum hospitantes,

PEr idem tempus dum in Urbe fama crevisset, quòd sanctus Domini Placidus à venerabili patre Benedicto ad monasterium construendum, & cortes ac possessiones Tertulli, patris sui, retinendas, in Siciliam directus fuisset, & quia in cœnobio, à se constructo, triginta jam Fratres sub patris sui Benedicti regula aggregâsset: Eutychius & Victorinus, germani ejus, quorum superiùs memoriam fecimus, unà cum sorore sua
B Flavia virgine, Placidum fratrem videndi desiderio ducti, & in ejus amorem ultra modum accensi, ex consilio parentum suorum urbem Romam egredientes, navem conscendunt; dantesque carbasa ventis, Siciliam adeunt, & ad portum civitatis Messanæ applicantes, classem in littore solvunt; descendentesque de navi, ad sancti Johannis cœnobium tendunt, videntesque Fratrem, repleti sunt gaudio magno. Et primò quidem non cognoverunt eum, ob id scilicet, quia, ex quo beato Benedicto oblatus est, illum ulteriùs non viderant: & post tanti temporis spatium vir factus, & monachali habitu indutus, atque præ nimia abstinentia ac enormitate vigiliarum & orationum, corpore tabefactus & annihilatus erat. At ubi per indicia agnoverunt eum, in osculis ejus ruentes, & se diutiùs complexantes, ob nimietatem amoris & gaudii in fletum maximum proruperunt. Post hæc cùm omnia monasterii habitacula perlustrâssent, ac convenienter constructa laudâssent, aliquantis diebus apud beatum Placidum, fratrem suum, remorari decreverunt.

nocte irruens in monasterium Mamucha,

C 59 Eodem tempore apud paganos *a*, qui in Hispania inhabitabant *b*, Abdala *c*, impiissimus Christi insectator & hostis, regnum administrabat. Hic Christianæ religionis culturam funditus de terra eradere, & Molochi templa & Luciferi culturam augere cupiens, centum navium expeditionem congregavit, & super eas quemdam crudelissimum Agarenum, nomine Mamucha, ducem præficiens, contra Romanum direxit imperium, mandans, ut civitates & castra igni cremaret, ecclesias destrueret, Christianos ad dæmonum Molochi, Rempham & Luciferi *d* culturam compelleret, non consentientes diversis suppliciis enecaret. Cujus ille imperio parens, cùm plurimam stragem nostrorum dedisset, post aliquantos dies, in quibus Eutychius, Victorinus & Flavia virgo ad beatum Placidum venerant, cùm Fratres nocturnalem synaxim in ecclesia decantarent, jam dictus Mamucha in navibus cum paganis sexdecim millibus octingentis adveniens, fores monasterii confringi, & omnes in vinculis jussit adstringi. Quod dum factum fuisset, Gordianus jam dictus, qui cum beato Placido à Cassinensi cœnobio ad Siciliam venerat, cùm esset juvenis, per quamdam posticam domûs aufugiens evasit; Donatus verò, qui jam senio affectus erat, absque aliqua interrogatione capite truncatus est *e*.

a
b *c*
d

D

e

unà cum Placido & plerisque monachis,

f

60 Sanctus autem Placidus unà cum fratribus suis Eutychio, Victorino & Flavia virgine, Fausto, Firmato *f* diacono, simul etiam cum Monachis triginta, catenis vinctus, Mamuchæ adspectibus præsentatur. Quem truculentus arbiter ùt vidit, dixit ad eum: Quî vocâris? Sanctus Placidus respondit: Christianus sum. Dux dixit: Nega Christum tuum, & dic in eum convicia, & juxta ritum invictissimi regis nostri Abdalæ Deum adora, & dimitto te. Sanctus Placidus respondit: Ego Dominum Jesum Christum numquam negaturus sum, & pro ejus nomine mori desidero. Dux verò, adhæc sævè indignans, dixit ad Eutychium & Victorinum, Flaviam, Faustum, Firmatum diaconum & reliquos triginta: Vos quid dicitis? Obtemperabitis præceptis excellentissimi regis Abdalæ, ut Christum relinquentes, Deum nostrum adoretis? Sancti autem Martyres quasi ex uno ore dixerunt: Quod in animo insidet vestro, perficite. Unus enim nobis animus est, una fides, unus ordo vivendi: quapropter ea, quæ à primo audîsti, ab omnibus
E dictum esse, putate. Pro amore namque Christi parati sumus animam ponere.

dirè cæsos, carceri mandat,

61 Ad horum itaque Martyrum famina dux Mamucha vehementer iratus, jussit sanctos Dei Placidum, Eutychium, Victorinum ac virginem Flaviam cum reliquis Sanctis expoliari, & gravissimè fustibus cædi, dicens: Verba verberibus cedant. Sancti verò Martyres exultabant & gaudebant in Domino, quoniam digni habiti sunt pro nomine ejus verberum supplicia pati. Videns verò impiissimus dux, quòd jam in extremis essent, dixit ad eos: Dicite, morti destinati, si relinquere vultis Crucifixum, an perire decrevistis? Sancti Martyres dixerunt: Nos, Dominum Jesum Christum verum Deum esse, corde credimus, ore confitemur, & ab ejus cultura numquam recedemus. Fac, quod vis, Christiani sumus. Stupefactus ad hæc crudelissimus arbiter, dixit ministris: Iterum flagellentur, crudelissimè torqueantur, verbera verberibus addantur, forsitan resipiscent hi, qui in errore decreverunt permanere. Ministri itaque juxta ducis imperium flaF gellantes & torquentes eos, clamabant dicentes: Negate Christum vestrum, negate. Sancti autem, dum torquerentur, rogabant Dominum, dicentes: Domine Jesu Christe, Fili Dei, libera nos ab omni tentatione, & ab scandalis operantium iniquitatem. Dux verò, ad Martyrum tolerantiam permotus, præcepit, ut, manibus à tergo ligatis, & compedibus vincti, includerentur per septem dies, & neque panem neque aquam eis dari, ut deficerent, procrastinans eorum interitum, si fortè plagis corporalibus fatigati, ejus nefandis jussionibus obtemperarent. Sanctus autem Domini Placidus, in tanto supplicio constitutus, non diebus neque noctibus à colloquiis divinis & oratione cessabat.

& post aliquot dies fustibus iterum,

62 Dum hæc agerentur, tempestas magna in mari exorta est; barbari verò ob aëris incommoditatem, dum ad Hispanias se remeare non posse, perspicerent, irâ permoti, circumquáque cuncta igni ferroque deleverunt, & adulteria ac innumerabilia mala in ecclesiis & in hominibus committentes, & viros ac mulieres ob Christi fidem trucidantes, civitati Messanæ ineffabilia mala intulerunt, sanctosque Dei martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flaviam

A viam cum Sociis in terram ſuam transferre decreverunt. Itaque, dum maris inclementia viam illis obtruſiſſet, videntes, ſanctum Placidum cum Sociis abſque cibo & potu Chriſto gloriam ferre, mirati ſunt, curſuque concito ducis tentorium adeuntes, quæ acta & dicta fuerant, per ordinem pandunt. Qui, belluina rabie accenſus, juſſit, ſanctos Dei Martyres per ſingulos dies acerrimè fuſtibus cædi, & ſine aliquo cibo vel potu dimitti. Et dum cæderentur, clamabant pagani: Negate Chriſtum, & dicite in eum convicia, & dimittemini. Sancti autem Martyres, quaſi ex uno ore, dixerunt: Neque Chriſtum Dominum noſtrum negamus, neque convicia in eum, qui Creator eſt omnium, inferimus, facite, quod vobis videtur.

aliiſque ſupplicüs torquet:

63 Barbari verò, de Sanctorum conſtantia ultra modum mirati, curſu rapidiſſimo ducem adeuntes, rem, prout erat, exponunt. Dux autem, ſolitâ inflammatus nequitiâ, juſſit, ſanctum Placidum cum Sociis, pedibus verſis, ſuſpendi, & flagellis hinc inde crudeliſſimè laniari, & ſub capite uniuſcujuſque fumum horridum ſubminiſtrari. Quod dum factum fuiſſet, clamabant more ſolito contra Sanctos pagani: Negate Chriſtum veſtrum, negate. Sancti verò Martyres, paganorum monita velut ſtercora contemnentes, clamabant ad Dominum, dicentes: Si conſtiterint adversùm nos caſtra, non timebimus mala, quoniam tu nobiſcum es, Domine. Cúmque omnes ſingillatim unus poſt unum hoc ordine cruciati fuiſſent, juſſit dux Mamucha, dari unicuique Sanctorum pugillum unum hordei crudi ad manducandum, & paululum aquæ ad bibendum *g*. Dicebantque ad Sanctos: Si negaveritis, Chriſtum Deum eſſe, quicquid petieritis, dabimus vobis, & annumerabimini inter primos amicos ducis noſtri Mamuchæ, & eritis quaſi fratres regis noſtri Abdalæ, ac domini in omni regno ejus. Sancti autem fratres Placidus, Eutychius, Victorinus & ſanctiſſima Flavia virgo, ſoror eorum, quaſi ex uno ore, dixerunt, Si polliceremini nobis, facturos dominos orbis terrarum, non negabimus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui pro nobis mortuus eſt & ſurrexit, aſcendenſque in cœlum, vivos & mortuos & omne ſæculum per ignem judicaturus adveniet. Quinimò vos, qui miſeriâ pleni eſtis, qui æternæ morti addicti, vos potiùs credite in Dominum noſtrum Chriſtum Jeſum, & ſalvi eritis in æternum. Diriſſimus autem Mamucha, ex beati Placidi ore talia dum verba audiſſet, ac ſævè indignans, juſſit, eum cum Sociis carceri tradi.

at Gordianus, qui clàm aufugerat,

64 Nocte verò adveniente, Gordianus jam dictus, qui tempore, quo beatus Placidus captus fuerat, fugiens evaſerat, venit ad eum in carcere, procidenſque ad pedes ejus, confortabat eum, dicens: Conſtans eſto, domine mi Placide, & noli timere, quia tecum eſt manus Domini, qui tibi manſionem in cœleſti regno locavit, lapidibus pretioſis inſtructam. Si tibi perſecutores verbis blanditi fuerint, noli illis adhibere conſenſum; ſi aurum vel argentum, aut lapides pretioſos obtulerint, ne accommodes animum, ſed potiùs illum reſpice, illum intende, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis ſunt. Nihil enim martyrio laudabilius, nihil excellentius, nihil honorabilius invenitur; quippe cujus adjutor Chriſtus Dominus eſt, & illi, qui eum diligunt & cupiunt, immortalitate ac gloria perenni remunerantur. O quàm terribilis eſt, & quàm metuendus judicii dies adveniet, in quo juxta Apoſtolum unuſquiſque recipiet ſecundùm ſuum laborem. In quo etiam angeli trement, qui non peccaverunt, ac juſti terrebuntur, qui Domino placuerunt. Hunc diem Propheta deſignabat, cùm dicebat: "Dies illa dies iræ, calamitatis & mi„ſeriæ, dies tubæ & clangoris, dies magna & „amara valdè, dies nebulæ & turbinis *h*„ plena indignatione, quâ cœli magno impetu movebuntur, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, ac ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum movebuntur.

A. Pseudo-Gordiano.

h

S. Placidum

65 Jam adversùs communem inimicum pugnam arripuiſti, jam caput ſerpentis antiqui conculcâſti; conſtantiæ & fortitudinis arma retine, ut poſſis tela & jacula ejus ſcuto fidei repellere, & juxta Apoſtolum "indue armaturam „Dei *i*„ vigila ſtrenuè, "quia adverſarius veſter „diábolus tamquam leo rugiens circuit, quærens, „quem devoret *k*„ cui fortiter in fide perſiſtentes reſiſtere convenit. Diem ſupremum ante mentis tuæ oculos revoca, nocte ſimul & die, horis atque momentis, & quàm fluxa, quàm brevis ſit hujus mundi gloria, quàm caduca, & quibus ærumnis ſubjaceat. Adverteque, qualiter illam turbo repentinus auferat, & ſedula mente pertracta. Ubi tunc erit ſublimium honor & gloria regum? Ubi dives & princeps? Ubi fortes & divites? Ubi tunc erunt, qui ex obliquo egenos deſpiciebant, & ſua locutione indignos cenſebant? Ubi argentum & aurum? Numquidnam non ceu pulvis præteriit, & velut umbra evanuit? Jam receſſit, jam tranſiit, ad crebi profunda deſcendit, in quo vermis impiorum non morietur, & ignis non extinguetur. Ibi tunc potentes potenter tormenta paſſuri ſunt, & fortioribus cruciatus intolerabilis erit: ex quo non educet pater filium, aut filius patrem, nec ſodalis erit, qui redimat, neque frater, qui eripiat. Leva cor tuum cum manibus ad Deum, dicens cum Propheta: "Eripe me de inimicis meis, Deus „meus, & ab inſurgentibus in me libera me *l*„ de manibus odientium erue me. Jam pugnare cœpiſti, pugna, ut vincas, & coronam immortalitatis accipias.

i

k

l

ad conſtantiam excitat:

66 Audiens hæc beatiſſimus Placidus, gratias egit Redemptori omnium Deo. Deinde converſus ad Gordianum, dixit: Omiſſis, frater, verborum ambagibus, Vincentem mundum invocemus, rogantes, ut, qui dedit velle, donet & poſſe. Illum enim deſidero, illum ſuſpiro, ad illum pergere cupio, cui animam meam devovi, qui me dignum fecit pro ſuo nomine pati. Et poſt hæc, Vide, inquit, ut, quicquid erga me evenire proſpexeris, in ſcriptis notifices magiſtro noſtro Benedicto, necnon condiſcipulis & conſanguineis meis, Mauro & Feliciſſimo *m*. Ego enim jam delibor, jam alligatus corpore, alligatus & ſpiritu vadam, quò me duxerit Dominus Jeſus Chriſtus. Teſtis enim mihi eſt Deus, quia omnibus hominibus puram exhibeo caritatem, rogans Deum omnipotentem, ut nos, in periculis conſtitutos, ſua protectione defendat, & inter procellas & tempeſtates hujus mundi illæſos cuſtodiat, & pacem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ quantociùs tribuat. Hæc cùm dixiſſet, expanſis in cœlum manibus, & oculis in altum erectis, oravit ad Dominum, dicens: Unigenite Fili Dei, Verbum incarnatum, protege ac defende Eccleſiam tuam, tuo pretioſiſſimo ſanguine redem-

m

A. PSEUDO-GORDIANO.

ptam, conserva Cassinensem ecclesiam in sancta religione, meque ad te venire, victo diabolo, jube.

iterat tertiò tormenta barbarus,

67 Manè itaque facto, dux Mamucha, rabido inflammatus furore, jussit, sanctum Placidum cum Sociis suis sibi præsentari. Cúmque ante impiissimum ducem, manibus retrò ligatis, præsentati fuissent, indicto silentio, dixit: Testes invoco deos, excellentissimumque omnium Luciferum, quia nec interrogatione dignos vos nostra excellentia judicavit. Hinc autem, non ùt criminis obnoxios, sed ùt fratres, vos alloquor, ut deponentes pertinaciam vanæ superstitionis, acquiescatis salutaribus monitis, obtemperantes præceptis regis nostri Abdalæ, & magnificum prophetam nostrum Moloch venerantes. Hoc si feceritis, hujus vitæ gaudiis feliciter fruemini, & dabimus vobis infinitas possessiones & uxores; quod si non feceritis, diversis suppliciis interibitis. Sancti Martyres dixerunt: Neque nobis blandimentis suadere poteris, nec minarum asperitatibus terrorem incutere valebis. Tunc nefandus arbiter, furore & irâ magnâ accensus, jussit, sanctum Placidum cum Sociis suis expoliari, & fustibus
B cædi, & membris omnibus crudelissimè torqueri. Cúmque ministri iniquitatis ducis jussa perficerent, Gordianus cum omnibus Christianis, qui ducis Mamuchæ manus evaserant, cum fletu ingenti clamabant: Domine Jesu Christe, martyrum fortitudo & palma, veni in adjutorium Placidi, servi tui, in hujus agonis discrimine constituti: & hoc diebus ac noctibus postulabat, sine intermissione pro eo lacrymarum & orationum hostias Domino immolans.

& inhumanitèr

68 Idem autem sanctus Domini Placidus, cùm à paganis ultra modum cum Sociis cruciatus fuisset, jussu sævissimi ducis à suppliciis amotus est, & beatissima virgo Flavia, incredibili decore micans, tribunalibus est præsentata. Quam truculenta bestia dum perspexisset, dixit ad eam: Dic, scelerata & omni misericordia prorsus indigna, adquiescis præceptis regalibus, an in stultitia permanere decrevisti? Ad quem beatissima virgo Christi Flavia respondit: Ego stultitiam numquam habui, quia semper Christum, cuncta regentem, dilexi; præcepta verò regis tui, velut lutum, quod pedibus conculcatur, abjicio. Dux autem, adversùs virginem Flaviam ingenti ira succensus, dixit
C ministris: Expoliate hanc, &, pedibus in altum
* Habebit erectis, in sublime suspendite. Habebat* honoris sui dignum commercium, quæ salutaribus monitis cordis cervicem flectere renuit. Pagani verò, juxta quod dux imperaverat, sanctam virginem Flaviam, pedibus in sublime erectis, suspenderunt. Quam dux ita allocutus est, dicens: Stultissima omnium feminarum, non verecundaris in turpitudine nuditatis tuæ? Et Virgo Christi ad hæc: Sacra Scriptura testatur, quia Deus est conditor viri & feminæ, ob quam rem de sexu
* culpa nulla mihi adscribetur injuria* pro eo, quòd nuda sum; neque nuditatem tantùm corporis sustinere parata sum, sed etiam gladium & ignem propter eum, qui pro me denudari & flagellari & crucifigi voluit.

Flaviam mittit;

69 Dux verò, ad hæc carnali furia fretus, dixit ministris: Quid agitis? Fustes afferte, & eam sine intermissione acerrimè flagellate. Cúmque milites sanctam virginem Flaviam crudeliter flagellarent, Virgo Christi clamabat ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, adesto nunc famulæ tuæ Flaviæ in hujus agonis stadio, ne dicant inimici tui, ne dicant: Prævaluimus adversùs eam. Conturbatus adhæc D crudelissimus censor ait: Si ista extincta non fuerit, maximum regi nostro Abdalæ conferet detrimentum. Et post hæc: Eia, inquit, frontem & mamillas, necnon & brachia torquentes dissipate. Subtùs verò fumum acerrimum submini-strate, variisque tormentis corpus illius excruciando necate. Illi itaque toto mentis conamine perficientes, clamabant: Nega Christum tuum, turpissima & omni dedecore digna, quia jam parata tibi imminet mors. Itaque, in talibus die decurso, dux Mamucha sanctam Dei virginem deponi, & cum beato Placido ac Reliquis in carcerem includi jussit, irâque commotus, præcepit, ut, quotquot Christianorum inveniissent, diversis suppliciis enecarent.

nec mitiùs interim cetetos Christianos habet.

70 Jam verò quis dignè enarrare valeat, quantis suppliciis Christiani eo tempore in Sicilia sint affecti? Nonnulli namque palorum vectibus ora referantes, fœtidum cœnum ingerebant. Alios in frontibus & in tibiis remugientibus nervis torquendo cruciabant, plerúmque aquam marinam, acetum, amurcam & liquamen & alia multa & crudelia, tamquam utribus imbutis ori appositis, sine misericordia porrigebant, stimulis ferreis ad ambulandum urgentes. Parvulos etiam ab uberibus maternis rapientes, infontem infantiam elidebant ad terram. Alios è regione pedes tenentes, à meatu prorsus naturali, usque ad arcem capitis dissipabant. Alii candentis ferri laminis adusti sunt, aptantesque fustes in modum serrarum ex palmis cum stirpibus, & dorsa Christianorum cum illis flagellantes, non tantùm ossa confringebant, sed etiam terebrantes aculei intrinsecùs remanebant, dissipatisque carnibus, viscera pandebantur. Non-nulli verò, ligatis pedibus post terga currentium equorum, inter spinosa loca silvarum ducebantur, ut, ducti & reducti, dumosis lignorum aculeis eorum corpora carperentur, ac diu & sæpius tibias torquendo tinnientibus chordis constringebant. Feminas autem per unum pedem appendentes, palis minoribus dentatis rectis* in * jactis capite, crinibusque in eisdem colligatis, ac vehementiùs stringentes simul cum capillis omnem pelliculam auferebant, ingentia pondera in uno pede colligantes, & laminas ferri ignitas dorso, ventri, mamillis ac lateribus apponentes *n*. *n*
F

ANNOTATA.

a *Pagani, de quibus Acta, Agareni seu Saraceni fuisse dicuntur sæpe infrà.*

b *Anachronismus insignis est: nam Saraceni Hispaniam non occupârunt, nisi sub annum* 713. *Sed fortè Hispania Tingitana, pars Africæ Hispaniæ obversa, intelligi debet. Varias eruditorum sententias de barbaris, qui* S. Placidum *ejusque Socios interemerunt, vide* § IX *Comment. prævii. Quæ præ ceteris, ibidem memoratis, arrideat, vide num.* 147.

c *Abdala nullus anno* 541 *sive in Hispania, in qua tunc Theudis regnabat, sive in Africa, aut alibi regnâsse scitur.*

d Moloch idolum Ammonitarum, de quo 3 Reg., cap. XI & alibi. Moloch & Remphæ meminit S. Stephanus, Act. 7, ℣. 43. Porrò Luciferum inter deos à Saracenis habitum, scribit S. Hieronymus in Hilarione. *Mabillonius in Annotatis.*

e *Sacris Fastis inseritur die* IV *Octobris: sed mense Septembri occisus fuit, ùt ex sequentibus sequitur*

A *ſequitur. Vide num.* 148 *Comment. prævii & infrà lit.* f *ad cap.* 6.

f *Fortè hæc nomina Actorum auctor aut interpolator quiſpiam aliunde corraſa pro arbitrio* S. Placidi *germanis Sociiſque martyrii applicuit. Vide num.* 10 *Commentarii prævii.* Fauſtus *verò &* Firmatus *monachi fuiſſe non videntur, ſed* Eutichii, Victorini *&* Flaviæ *comites; nam tum hîc, tum num.* 56 S. Placido, *præter* Donatum *&* Gordianum, *monachi fuiſſe dicuntur* 30; *qui alioqui* 32 *fuiſſent.*

g *Hæc Wandalos indicare videntur. Vide num.* 144.

h *Sophoniæ* 1, ℣. 15 *&* 16 *hoc ordine iſta leguntur:* Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis. Dies tubæ & clangoris ſuper civitates munitas & ſuper angulos excelſos.

i *Ex Pauli Ep. ad Epheſios cap.* 6, ℣. 11.

k *Ep.* 1 *Petri* 5, ℣. 8.

l *Pſalm.* 58, ℣. 1.

m *Alludit hîc auctor ſeu interpolator Actorum ad fictitias Gordiani litteras, de quibus, aliiſque conſule §§* 3 *&* 4. *Litteræ ipſæ habentur in Appendice ad Chronicum Pariſienſe, Pariſiis typis editum anno* 1603.

B n *Hæc omnia ex Victore Vitenſi de Perſecutione Vandalica ſparſim excerpta ſunt. Vide num.* 145 *Comment. prævii.*

CAPUT VI.

Sancti, iterum iterumque cruciati, capite tandem minuuntur, & à Gordiano ſepulturæ mandantur.

Iterum Mamuchæ; primùm quidem univerſos cædi,

SAncta verò virgo Flavia, dum in carceris ergaſtulo cum Fratribus eſſet retruſa, Placidum, fratrem ſuum, alloquebatur, dicens: Jam ſacris tuis orationibus, Placide frater, faventibus, inchoavi martyrium, nunc verò, obſecro, ne deſiſtas inchoata perficere. Ora attentiùs, rogo, ut

C dignum faciat Dominus Jeſus Chriſtus deſiderium cordis noſtri ante conſpectum gloriæ ſuæ, & tribuat nobis, quod promittere dignatus eſt ſuis fidelibus, & omnibus quærentibus gratiam ſuam. Sanctus autem Domini Placidus, aperiens os ſuum, Eutychium & Victorinum, fratres ſuos, & virginem Flaviam, ſororem ſuam, Socioſque triginta tres conſolabatur, dicens: Forti animo eſtote, ſuſpicite in cœlum, & precibus exorate cuncta Regentem, ut patris Benedicti interceſſione nobis patiendi tolerantiam donet. Alia verò die dux Mamucha, reſidens in conſiſtorio, juſſit, ſanctos Dei martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flaviam cum triginta tribus Sociis ſuis ſibi præſentari, & graviſſimè fuſtibus cædi, & per pedes ſuſpendi, ac membris omnibus acriter torqueri, fumumque horridum ſub eis adminiſtrari, dicens: Negate Chriſtum veſtrum, & dicite in eum convicia, & dabimus vobis bona hujus mundi. Poſthæc ſanctus martyr Chriſti Placidus, erectis in cœlum oculis, clamabat ad Dominum, dicens: "Narraverunt „nobis iniqui fabulationes, ſed non ita, ùt lex „tua„ Domine *a*. Omnia mandata tua veritas, iniqui perſecuti ſunt nos, adjuva nos, Domine, Deus noſter.

A. PSEUDO-GORDIANO. *dùm verò S. Placidum & Fratres,*

72 Quinta verò die, videntes pagani, quòd ſancti Dei martyres Placidus, Eutychius, Victorinus & Flavia virgo ſpeciali quodam amore eſſent obligati, & honore ſe invicem prævenirent, quòd unà cibum caperent, quòd ſegregati ab aliis ſtarent, quòd ſimul ſoli orarent, mirati ſunt, & dicebat alter ad alterum: Iſti affinitate conjuncti ſunt, ideò ab aliis dividuntur. Interrogans itaque Sanctos unus ex paganis per interpretem, quo utebantur, dixit ad eos: Quam generoſitatem fertis inter vos? Reſponderunt hi: Quatuor germani fratres ſumus, ex uno viro & femina generati. Ille verò rurſus percontatus eſt eos, dicens: Ex iſta patria eſtis, an ex alia regione? Et reſponderunt Sancti, dicentes: Romani ſumus & Chriſtiani. Et ille: Bene contingit vobis, quia hominum omnium genus ſemper voluiſtis humiliare, & dominium exercere, nulli umquam genti voluiſtis ſubdere colla. Sed dicite nobis, quæ ſunt nomina veſtra? Ad hæc ſanctus Placidus proloquens, ait: Hi duo fratres mei, Eutychius & Victorinus *b* vocantur. Hæc autem ſoror mea & virgo, Flavia dicitur. Ego verò peccator, Placidus Monachus vocor. Et ille, Aſſentite, inquit, nobis, & proderit vobis; negate, Chriſtum veſtrum Deum eſſe, & noſtro more Luciferum ſidus Dei noſtri Rempham excolite, ut frui poſſitis unà nobiſcum hujus gaudiis vitæ. Reſpondens autem ſanctus martyr Placidus, dixit: Abſit hoc à nobis, ut Deum noſtrum Jeſum Chriſtum, Creatorem cœli & terræ, negemus, & hominem perditum pro Deo colamus, qui jam à Domino Jeſu Chriſto cum diabolo & angelis ejus damnatus eſt in inferno, perpetuo igni exurendus. *b* E

vix non ad necem, jubet;

73 Hæc pagani ex Martyris ore dum verba audiſſent, Mamuchæ duci nunciare curârunt. Sæviſſimus autem dux, furore nimio accenſus, juſſit, ſanctiſſimum Placidum cum duobus Fratribus & cum ſorore Flavia tamdiu virgis mactari, donec inter manus deficerent. Quod dum factum fuiſſet, pagani, exiſtimantes eos mortuos, receſſerunt. Sed Deus omnipotens, cui cura eſt, & ſolicitudo ſuorum, miſit angelum ſuum ſanctum, qui ſanctorum martyrum Placidi, Eutychii, Victorini & virginis Flaviæ roboravit corpora, & curavit plagarum vulnera. Mane autem facto, pagani, redeuntes ad ſtadium, ſanctoſque Martyres Dei illæſos conſiſtere perſpicientes, dicebant ad eos: Animadvertite & videte, quantâ miſericordiâ uſi ſunt Deus & propheta noſter in vobis, qui, cùm debuiſſent interficere vos, contulerunt vobis ſanitatem. Relinquite ergò vanitatem & ſectam ſuperſtitioſam, & adorate eos, qui præſtiterunt vobis ſanitatem, & gubernent vitam veſtram. Sanctus Placidus reſpondit: Vos potiùs relinquite diabolum, quem adoratis, & adorate Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt, & relinquite perditum ipſum veſtrum prophetam, & ſatanam, quem is pro Deo coluit, cum quo damnatus eſt in ignem æternum. F

quod cùm fruſtra fieret, Placido lingua præciditur,

74 Saraceni autem, cùm viderent, quòd neque minis, neque promiſſionibus Sanctos Dei ad ſuam culturam valerent inflectere, acta & dicta duci ſeriatim referre curârunt. Dux verò ſævus indignans, juſſit, ſanctum Placidum cum Sorore & duobus Fratribus ſuis per pedes ſuſpendi, & fuſtibus cædi, & fumum acerrimum ſubminiſtrari,

A. Pseudo-Gordiano.

ministrari, clamantibus paganis juxta consuetudinem: Negate Christum vestrum, negate. Quod dum factum fuisset, clamabat beatus Placidus unà cum fratribus suis Eutychio & Victorino ac virgine Flavia, quasi ex uno ore, dicentes: Gratias tibi agimus, Domine Jesu Christe, qui confortas servos tuos, in te sperantes. At durissimus dux, dolore & irâ permotus, beatissimo martyri Placido, qui præ omnibus & pro omnibus loquebatur, cum lapide os & arterias confringi jussit, dicens: Si non negabis Christum tuum, & tu & alii mala morte peribitis. Sanctus verò martyr Placidus glorificat Dominum, dicens: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui me computare dignatus es in numero servorum tuorum. Non ferens autem impiissimus dux, quòd sic beatissimus Placidus sæpe Christum nominaret, irâ magnâ accensus, jussit, ei linguam radicitùs amputari. Sanctus verò Placidus clamabat, linguâ præcisâ *c*, dicens: Benedictum nomen & virtus Domini nostri Jesu Christi, cujus nomen & virtus permanent in secula, qui & liberat nos ab omni malo semper.

B *stupro exponitur Flavia:*

75 Cumque Fratres ejus & Soror respondissent, Amen, præ nimia ira frendens dentibus sævissimus dux, jussit, eos iterum gravissimis fustibus cædi. Sanctam verò virginem Flaviam truculentus arbiter præcepit, tradi quibusdam lenonibus de exercitu suo ad corrumpendum, dicens: Invitate ad turpitudinem ejus omnem exercitum. Sancta autem virgo Flavia, prolatam sententiam in se dum agnovisset, suspexit in cœlum, & ait: "Deus, qui sedes super thronos & judicas æquitatem *d*,, "esto mihi in Deum protectorem, & ,,in locum refugii, ut salvam me facias *e*.,, Surrexit in me judex iniquus, mordens carnes meas canina rabie, misit truces manus ad verbera, pedibus appensa sum, fustibus acerrimè verberata sum, omnibus membris crudelissimè torta sum, fumus horridus sub me administratus est, impinguatur dux sævus sanguine meo: tuus est amor, tua fidelitas, pro te hæc omnia patior; respice in me, sancte Deus Sabaoth, ne polluant inimici famulam tuam, ne dicant, Prævaluimus adversùs eam. Oravit, & ecce subitò virtus divina super Virginem sanctam respiciens, suo illam munimine sepsit. Nam, cùm ad ducis imperium lenones sanctam virginem Flaviam vellent stuprare, vim ei inferre volentes, quicumque manus ad eam contingendam misissent, stupebant nervi eorum, & arefiebant manus & brachia illorum, & præ dolore ex intimo corde mugitum reddebant. Ipsa autem beatissima virgo Flavia, cùm fuisset, sicut jam diximus, cum Fratribus suis multoties pro Christi nomine cæsa & torta, & diversis supplicüis affecta, immobilis in fide Christi permansit.

d
e

C

tandem, expugnandis Martyribus

76 Posthæc impiissimus dux Mamucha sanctos Dei martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flaviam suo examini fecit assisti, quos tumenti pectore, facie furibunda, vibranti capite, ita est allocutus: Quousque insipientes vos nostra tolerat clementia? Hortor & commoneo vos, Crucifixum negate, & adorate Deum, cui excellentissimus rex noster Abdala cervicem suam flectit; sin aliàs, acerrima morte peribitis. Sanctus Placidus respondit: O infelices, quare mentis vestræ oculos, atra orbatos* caligine, non exeritis? Credite in Dominum Jesum Christum, Creatorem cœli & terræ, & dimittite diabolum, quem adoratis, & falsum vestrum prophetam relinquite. Quod si non feceritis, ignis vos æternus excipiet. Mamucha verò posthæc conversus ad sanctos martyres Eutychium, Victorinum & virginem Flaviam, dixit ad eos: Dicite, infelices & misori, derelinquitis Crucifixum, an cum Placido seductore perire decrevistis? Sancti Martyres dixerunt: Jam sæpius tibi diximus, quia nullo pacto nullaque ratione Dominum nostrum Jesum Christum relinquimus, monita verò vestra, veluti lutum, quod pedibus conculcatur, abominamur.

** an obductos?*

D

77 His auditis, sævissimus Mamucha, nimiis furiis incitatus, jussit, sanctos Dei martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & Flaviam strictiùs ligari, & super tibias eorum anchoras navium poni, & super anchoras lapides magnos superponi, ut, hoc dolore compulsi, Christum negarent. Pagani verò, jussa iniquissimi ducis perficientes, clamabant: Nisi negaveritis, Christum vestrum Deum esse, acerba morte in tali supplicio consummabimini. Cumque die ipsa & nocte tota in tanto cruciatu perdurâssent, & sanctus Domini Placidus psalleret, & Soror ac Fratres ejus orarent, & Deo gratias agerent, die altera illucescente *f*, pagani ad Martyres reversi sunt, videntesque, illos immobiles in fide Christi persistere, dicebant: Num vobis corneas fibras, num lapidosa pectora nutritis, qui salutaribus consiliis non acquiescitis? Respicite vosmetipsos, &, Christum Deum esse, negate, & dabimus vobis aurum & argentum, pallia deaurata, & lapides pretiosos. Sanctus Placidus respondit: Neque pro auro, pro argento, sive pro palliis deauratis, aut lapidibus pretiosis vestiæ impiæ & perversæ suggestioni assensum dabimus, ut Christum negemus. Justitiæ namque rigor & veritatis via flecti non novit, si forti pectore retinetur. Id ipsum sancti Dei Eutychius, Victorinus & beata Flavia virgo affirmabant.

ultimâ machinâ, sed aquè

E

f

78 Adhæc satellites satanæ vehementer irati, rem, prout erat, duci per ordinem pandunt. Sævissimus verò Mamucha, terribili furore & irâ succensus, dictavit sententiam, dicens: Placidum, Eutychium, Victorinum, Faustum, præcepta contemnentes, & Christum, qui à Judæis crucifixus est, pro Deo colentes, nostramque culturam nostrumque prophetam Moloch abominantes, capite cædi jubemus, & corpora eorum inhumata lupis ac canibus & volucribus cæli devoranda relinqui. Nequissimi autem ministri concito gradu revertentes, ejecerunt Sanctos de custodia, in qua clausi detinebantur, & usque ad littus maris, in quo decollandi erant, eos flagellando perduxerunt. Quò dum venissent pagani, ad Sanctos proloquentes, dixerunt: Obsecundabitis jussioni invictissimi ducis Mamuchæ, ut Christum negetis, & Deum more nostro adoretis & colatis?

incassum adhibitâ,

F

die XV *Octobris omnes capite minuuntur.*

79 Sancti autem Martyres, eorum monita abdicantes, dicebant: Numquam Creatorem nostrum negamus, numquam ab ejus cultura recedimus. Alium verò Deum omninò nescimus, neque adoramus, præter Dominum nostrum Jesum Christum, cui nosmetipsos hostiam vivam in sacrificium offerimus. Christiani sumus, & pro nomine Domini nostri Jesu Christi magis mori, quàm vivere desideramus. Jam perficite in nobis, quod vobis videtur. Hæc ubi dicta dederunt, beatissimus martyr Placidus, oculos in cœlum elevans, oravit ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui de cœlis ad terram descendisti, & pro nostra salute Crucis patibulum sustinuisti, propitius esto nobis, famulis

famulis tuis, & per interceſſionem magiſtri noſtri, ſervi tui Benedicti, da nobis virtutis conſtantiam, ut participes glorioſiſſimæ anaſtaſis effecti, hujus agonis ſtadium intrepido animo, mente robuſta percurrere valeamus, ne humani generis inimicus aliquod obſtaculum noſtris anteferat mentibus, ne princeps tenebrarum & complices ejus impediant. Sed angelus teſtamenti tui Michaël noſtras animas in pace ſuſcipiat, quia tu es Deus benedictus & glorioſus in ſæcula ſæculorum. Cúmque ſancti martyres Eutychius, Victorinus & virgo Flavia cum triginta tribus Sociis ſuis reſpondiſſent, Amen, flectentes genua decollati ſunt unà cum beatiſſimo Placido, tertio Nonas Octobris, apud Siciliam in portu Meſſanæ civitatis. Jacuerunt autem poſt decollationem corpora eorum juxta mare diebus quatuor *g*.

g *quorum, quinto pòſt die, pereuntibus mari Saracenis,*

80 Poſt paſſionem verò beatiſſimi Placidi martyris & Sociorum ejus, Mamucha, impiiſſimus dux Saracenorum, necdum ſaturatus de ſanguine Sanctorum, quem innocenter effundi fecerat, præcepit, ut monaſterium illud, quod beatus Placidus ædificaverat, in quo etiam & habitaverat, incenderetur, & à fundamentis everteretur. Sicque factum eſt, ut per quatuor dies, in quibus poſt decollationem corpora Sanctorum jacuerant in littore, monaſterium omne incenſum, & ſolo tenus everſum eſt *, ita ut etiam fundamenta monaſterii Saraceni evellerent, & lapides in mare projicerent. Interea hoc mare ſedatur, ventorum turbines pacificantur, nautis via panditur. Quod crudeliſſimus dux perſpiciens, imperat, ut omnes Saraceni ad mare redirent, quatenus, ſigno dato, naves conſcenderent. Aurora autem quinti dici illuceſcente, Saraceni cum duce ſuo Mamucha naves conſcendentes, æquoris alta ſulcare cœperunt. Præ celſitudinis verò magnitudine, eccleſiam, quam intra monaſterium ſuum beatus Placidus in honore ſancti Johannis Baptiſtæ ædificaverat, cùm eſſet ampla & alta, Saraceni ſuccendere ſive evertere non potuerunt *h*, ſed modis omnibus, quibus poterant, polluerunt & profanaverunt. Nam trabes, quas intùs in eccleſia invenerunt, minutatim præciderunt, eccleſiam adulteriis coinquinaverunt, altare Domini ſtercoribus & urinis fœdaverunt, & ſuper illud feceſſum iêrunt, &, quicquid pravum vel dici vel cogitari poteſt, ibidem exercuerunt. Et, ſicut antè deſcripſimus, naves conſcendentes, quantâ inſtantiâ poterant, navigare cœperunt. Cúmque jam in Phari medio eſſent, (nam Rhegium tendere diſpoſuerant) ſubitò tempeſtas magna exorta eſt, ita ut nec retrò, nec antè, ultrà procedere poſſent, ſed comprehenſæ à currentibus undis in medio Phari, juſto Dei judicio centum naves ſimul cum Saracenis ſexdecim millibus octingentis demerſæ ſunt in profundum maris *i*.

* fuerit

h

i

81 Corpora verò ſanctorum Martyrum adhuc jacebant in littore, ubi nulla fera, & nulla avis ea tetigit, & pro fœtore ſuaviſſimum odorem emanabant. Gordianus autem, qui beatum Placidum à Caſſinenſi cœnobio ſecutus fuerat, quique, ùt ſuprà retulimus, tempore captionis ejus fugiens evaſerat, qui & requirebat Sanctos noctis tempore, & confortabat, dum eſſent in carcere, tulit corpus beati Placidi martyris, domini ſui, & corpora ſanctorum Eutychii & Victorini, fratrum ejus, ac ſanctæ virginis Flaviæ, ſororis illius, & capita eorum jungens corporibus, prout potuit, in eccleſia S. Johannis Baptiſtæ ſepelivit, mundans eam priùs ab omni Saracenorum immunditia. Nam ſola eadem eccleſia, ùt ſuprà deſcripſimus, ex omnibus monaſterii ædificiis remanſerat. Reliqua verò ſanctorum triginta trium Martyrum corpora, miro odore fragrantia, ibidem, ubi decollati fuerant, in arena ſepelivit, ubi beneficia ſua Jeſus Chriſtus, Dominus noſter, meritis ſanctorum martyrum Placidi & Sociorum ejus intervenientibus, præſtare non deſinit uſque in hodiernum diem. Cæci namque ibidem illuminantur, claudi curantur, ſurdi auditum recipiunt, leproſi mundantur, dæmones effugantur, & omnes infirmi ſalvantur.

corpora Gordianus ſepelit.

A. PSEUDO-GORDIANO.

82 Tali modo ſanctiſſimus martyr Domini Placidus cum Sociis ſuis, diverſis tribulationibus & ſuppliciis agitatus, dealbavit ſtolam ſuam in ſanguine Agni, qui tollit peccata mundi, quem modò ſequitur per paradiſi amœnitates, inſertus Apoſtolis, quia totum reliquit; Martyribus, quia martyrium pacis & perſecutionis in ſe ſuſtinuit; Confeſſoribus, quia Chriſtum coram fidelibus & infidelibus confeſſus eſt; Virginibus, quia virginitatem cordis & corporis cuſtodivit. His inſertus choris, Regem immenſum collaudare non ceſſat, ferens coronam roſis & liliis intextam, cantanſque canticum in exultatione & gaudio voce infatigabili, & meritò. Nam per hunc facta eſt Caſſinenſis eccleſia purpurea, quæ antea in patris Benedicti operibus extiterat candida, quia primus ex eodem verbo & exemplo plurimis in Chriſti bello extitit doctor. Hic Benedicti patris temporibus primus contra paganos prœlium cœpit. Hic inter Chriſti milites anteſignanus, hic inter perſecutionum furentium initia cum ipſo infeſtationis principe auctore Mamucha congreſſus, dum inexpugnabili firmitate adverſarium vicit, vincendi ceteris viam fecit. Ideóque nunc cum his, qui Agnum ſequuntur, canticum novum decantare non ceſſat. Apud hunc Agnum dignetur pro nobis intervenire, &, maculis omnibus expiatos, nos vellere velit induere. Omnes repreſentans eidem, quem ſequitur, Agno, ut, quos redemit ſanguine ſuo, non ſinat juri ſubjacere alieno.

S. Placidi, hoc modo exſtincti, elogium,

83 Paſſus eſt autem beatiſſimus Placidus, martyr Domini noſtri Jeſu Chriſti præcelſus, anno ætatis ſuæ vigeſimo ſexto, cum duobus fratribus ſuis Eutychio, Victorino, & ſorore virgine Flavia, Fauſto & Firmato diacono, ſimul ac Monachis triginta, ſub ſæviſſimo rege Abdala & duce Mamucha, tertiodecimo anno *k* Juſtiniani imperatoris, apud Meſſanam, Siciliæ civitatem, tertio Nonas Octobris, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. Dies autem vitæ beatiſſimi Martyris ita numerantur. Oblatus eſt Deo à patre ſuo, Tertullo patricio, & traditus beato Benedicto, ſeptimo anno ætatis ſuæ; habitavit cum eo apud Sublacum annis quinque, commoratus eſt in monaſterio Caſſinenſi, quod ipſe unà cum magiſtro ſuo Benedicto & condiſcipulo Mauro in proprio rure ædificaverat, annis novem. Conſtruxit in ſuo patrimonio monaſterium apud Siciliam per annos quatuor. Præfuit eidem monaſterio anno uno, qui ſimul fiunt anni ſex atque viginti. Natus anno Dominicæ Incarnationis quintodecimo ac quingenteſimo. Martyrio coronatus quadrageſimo primo ac quingenteſimo.

& chronologica ejus vitæ ſynopſis.

k

ANNO-

A. PSEUDO-GORDIANO.

D

ANNOTATA.

a *Psalm.* 118, ℣. 85.

b Evurtius & Victorius *malè legitur in Vita contracta* S. Placidi *apud Mabillonium tom.* 1 *Actorum SS. Benedictinorum pag.* 80.

c *Simile miraculum refert Victor Vitensis lib.* 5 *de Persecutione Vandalica num.* 6 *de Typasensibus Martyribus in Mauritania Majori his verbis:* Quæ cùm regi (*Hunerico*) innotuisset, comitem quemdam cum iracundia dirigens, præcepit, ut in medio foro, congregata illuc omni provincia, linguas eis & manus dexteras radicitùs abscidisset. Quod cùm factum fuisset, Spiritu Sancto præstante, ita locuti sunt & loquuntur, quomodò antea loquebantur. Sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim, & ibi reperiet unum de illis, subdiaconem Reparatum, sermones politos sine ulla offensione loquentem. *Factum in* S. Placido *simile miraculum æquè indubitanter crederem, modò pari auctoritate & testimonio niteretur.*

d Sedisti super thronum, qui judicas justitiam.

B *Psalm.* 9, ℣. 5.

e *Psalm.* 30, ℣. 3.

f *Hæc* S. Placidi *Sociorumque certaminis postrema fuit: illius durationem ita colligit Octavius Cajetanus animadversione* 17 *in Vitam & Passionem* S. Placidi *& Sociorum:* Donatus in nocturna synaxi, ac proin à media nocte occisus (*ex num.* 59 *hîc*) Placidus ceterique ante Mamucham sisti & fustigari jussi. Id factum ait Stephanus Anicienſis, orto jam sole (*num.* 28) à quo dies numeramus. Exin à Mamucha inclusi per septem dies sine cibo (*ita Acta hîc num.* 61.) Ubi defluxêre, revocantur ad tribunal & cruciantur. Quatuor per dies torti ex Stephano (*num.* 29.) Deinde in custodiam trusos Gordianus nocte invisit. Manè ad Mamucham reducti, torquentur: decurso in tormentis die, retruduntur in carcerem (*ex num.* 68 *hîc*) sole exorto, (*ex num.* 71) rursum excruciantur. Quinto pòst die (*ex num.* 72) virgis ad mortem mactati, sed curantur ab angelis. Postquam illuxit, diversis suppliciis affecti die ac tota nocte (*ex num.* 73 *& binis seqq.*) Mox enata luce (*ex num.* 76 *& seqq.*) damnati decollatique. Quos dies si collegerimus, xx reperiemus. Igitur si Natales ipsos connumeremus, Donatus undeviginti ante Placidum dies mortem obiit. Placidus iv Nonas Octobris, Donatus xvi Kal. Octobris. *Ita Cajetanus num.* 148 *Comment. prævii laudatus.*

G

g *Sepulta quinto post martyrium die.*

h *Triplicem cladem monasterium passum dicitur; hanc primam, secundam anno* 669, *tertiam sub annum* 880. *Vide num.* 155 *&* 161. *Mirum est, templum illud, non modò post hanc, sed etiam post binas alias barbarorum irruptiones, superstes, ut aiunt, fuisse.*

i *Simile quid Alarico Gothorum regi, Siciliæ excidium meditanti, sub initium seculi* v *contigit. Ex Jornande de Rebus Geticis cap.* 30.

k *Lege annum Justiniani* xv, *vel Incarnationis* 539: *aliàs hæ temporum notæ non congruunt. De anno, quo* S. Placidus *& Socii occisi fuêre, consule num.* 147 *Comment. prævii.*

CAPUT VII.

Monasterii Messanensis instauratio & sanctorum Martyrum cultus.

EXplicitis his, quæ ad passionem beatissimi martyris Placidi Sociorumque ejus pertinebant, nunc ejus destructionem restaurationemque cœnobii, vel qualia quantaque post ipsius decessum loci incolæ sint perpessi, curabo posterorum mandare memoriæ *a*, sive ut rei notitia habeatur in promptu, sive ut in eorum multimoda mirabilique erectione, Domini misericordia collaudetur, qui flagellat omnem filium, quem recipit, & post lacrymationem & fletum, exultationem inducit. Postquam perversi doli artifex Mamucha cum omni exercitu suo in maris profunda demersus est, & ad Siculorum notitiam perveniſſet, qualiter sanctus Domini Placidus cum Fratribus & Sociis suis martyrium suscepisset, illicò ex tota insula innumerabilis turba occurrit, sciscitans, qualiter hoc evenisset. A minimo namque usque ad maximum acerrimus fletus omnes tenebat. Messalinus verò & filii ejus, audientes, sanctum Domini Placidum martyrio coronatum, scissis vestibus, pulvere aspersо capite, ad sepulcrum venerunt. Posthæc Messalinus & Pompejus Cilius, consilio habito, legatos Cassinum ad patrem Benedictum direxerunt, destinantes epistolam, hæc continentem:

Intellecta è Siculis

a

E

Martyrum cæde,

85 Universali Monachorum institutori atque doctori Benedicto, servi filii ejus desolati & destituti pastore, cum subjectione debita obedientiam. Quia nihil paternitati vestræ incognitum esse, rectum duximus, de his, quæ apud nos actitata sunt, scire vestram sanctitatem volumus, religiosissimum ac sanctissimum discipulum vestrum Placidum tertio Nonas Octobris post multa tormentorum genera gladii animadversione migrâsse ad Dominum. A duce namque Saracenorum Mamucha cum fratribus suis Eutychio, Victorino ac sorore virgine Flavia, Fausto, Firmato & Monachis triginta captus, post verberum mactationem, suspensionem, fumi administrationem, membrorum omnium tortionem, arteriarum & dentium confractionem, necnon & linguæ abscissionem, capite cum omnibus Sociis truncatus est. Unde suppliciter vestram paternitatem poscimus, ut ad cortes & possessiones retinendas discipulos mittere dignemini *b* &c.

F

b

S. Benedictus

86 Exhilaratus itaque de sanctis apicibus pater sanctus, palmas ad alta sustollens, gratias egit Redemptori omnium, dicens: Grates tibi nunc promo, cunctorum Vita salusque, qui fructum labiorum meorum dilectissimum Placidum, singularem & unicum mei pectoris filium, ad tuum fecisti conscendere solium. Hæc pater sanctissimus proclamans, & super beatissimi Martyris passionem ultra modum spirituali lætitiâ congaudens, omnem Cassinensem convocans concionem, talem ad eos protulit orationem: Sicut patris est gaudere in suorum profectibus filiorum, ita & filiorum est augmentum patris sua lucra reputare. Quapropter noveritis dulcissimum

A simum filium meum Placidum, martyriali trabea adornatum, migrâsse ad Dominum. Jam enim meis interioribus oculis ejus immaculatam hostiam & Deo beneplacentem deduxi in alta cœlorum. Hunc nempe tempore, quo illum à patre suo susceperi, memineram esse mortalem, nec fefellit opinio. Nunc non est, quod conquerar. Habeo, in quo Deo gratias agam, quia semper optavi, ut de fructu cordis mei omnipotenti Deo sacrificium offerretur. Nihil enim hoc sacrificio habui pretiosius, nihil amabilius, nihil carius. Elegit namque Placidus pro Christo momentaneam mortem, & pervenit ad eum, in cœlesti solio ad dexteram Patris regnantem. Ob id enim Christus pro omnibus mortuus est, ut nos, non nobis, sed Christo viveremus. Grates autem omnium Redemptori refero, quia ingratus esse non possum.

novam monachorum coloniam Messanam mittit,

87 Congaudendum enim mihi scilicet, quòd talem Discipulum habuerim, non dolendum, quòd amiserim. Nam illud munus fuit, hoc debitum, scilicet, quòd functus sum famulatu Placidi, discipuli mei, quamdiu Deus voluit, & pòst, qui dedit, recepit. Quod naturæ com-
B munis fuit, Placidus pro Christo posuit, &, quod singularis est, gratiæ, meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum, filium meum, ereptum, cùm ad salutem nostram Deus Filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quis umquam exceptus est à conditione moriendi, qui non est exceptus à conditione nascendi? Non ergò defleam Placidum filium, quem scio, transisse de morte ad vitam. In illius namque morte gaudendum est, non dolendum, quia illam pro veritate & æterni Regis fide gustavit. Nam cur ergò te, Placide, fili carissime, defleam, qui mihi sic ereptus es, ut omnium esses? Non enim perdidisti usum naturæ tuæ, sed commutâsti. Antè corpore inseparabilis* à Deo exiſtens, nunc individuus cum Deo es permanens. Felicia verba, quæ in te expendi, felices labores, quos in te sustinui, dum viveres mecum! Non te Tertulli, patris tui, amor à me divellere potuit, nec ipse mihi umquam patrem prætulisti, quousque ad æternam vitam migrâsti *c*. Hæc & his similia patre Benedicto proloquente, ex &* consilio totius Cassinensis Congregationis quosdam ex discipulis suis ad Siciliam direxit, C præcipiens illis, eos citiùs properare ad prædictam insulam, ad monasterium beati martyris Placidi restaurandum, & cortes ac villas Tertulli patricii gubernandas.

**lege potiùs* seperabilis *seu* seperatus

c

** & abundat*

quæ, illuc appulsa,

88 Qui præceptis obsecundantes, dum ad Siciliam pervenerunt, servos beati martyris Placidi evocantes, dixerunt: Ubi posuistis lumen mundi, & decorem Cassinensis ecclesiæ Placidum, patris Benedicti discipulum? Dicite nobis, ubi panis requiei jacet, ubi cœlestis Regis abscondita est pecunia, & multa his similia. Illi autem respondentes dixerunt, illos ad ecclesiam sancti Baptistæ Johannis esse, & locum, in quo Placidus, Christi testis, sepultus jacebat, ostenderunt. Qui, ruentes in terram, cum timore & gaudio magno sanctum sepulcrum deosculari cœperunt, exequias, ut ita dicam, agentes, quasi quidam angeli carnei beato martyri Placido, in cujus passione cœli patuerunt, angeli incubuerunt, homines exultaverunt, terra lætata est. Videntes itaque fratres sepulcrum, in quo Placidus, pater sanctissimus, reconditus erat, cum singultu & lacrymis clamabant, dicentes: Virorum sanctissime, qui, superni Regis vallatus munimine, mundi conculcâsti principem, intercede pro nobis ad Dominum, quatenus, suis suffragantibus meritis, per tua vestigia incedere & cœlica gaudia capere valeamus.

A. Pseudo-Gordiano.

89 Hæc & multa alia cùm dixissent, quasi corporaliter eum viderent, lacrymis nequaquam parcebant, sine intermissione sanctum deosculantes sepulcrum. Odor enim paradisi suavitate, ut ita dicam, ex sepulcro manabat, irrigabant lacrymis, levigabant ingemiscentes, exosculabantur delectantes. Episcopus namque Messanæ civitatis, ubi patris Benedicti discipulos ad monasterium restaurandum & cortes ac possessiones gubernandas venisse, comperit, ad eos accedere studuit, salutansque in osculo sancto, dicebat ad eos: Non passus est Deus opera, atque labores patris sanctissimi, Deo dilectissimi Placidi perditum iri, sed quasi post transmigrationem Israëlis de Ægypto, restituit filiis Sem possessam à Cananæis regionem Palæstinæ propriam, quibus propter naturalium filiorum ejus opus, pater eorum, heres mundi, cum juramento confirmavit distributionis testamentum, ut nullo aliquando tempore diriperent invicem possessiones, E ùt ante cataclysmum fecerant, & iniquitatibus & sanguinibus terram contaminarent; ita & super beatissimo Placido, patre nostro, justa retribuens, fecit Deus noster, transmittendo fratres ejus & filios ad monasterium gubernandum & restaurandum, & cortes & possessiones illius retinendas. Etenim juxta Scripturam, in multas generationes Deus bona tribuit, qui secundùm Mosaïcum obitum spiritum Placidi restituit Patri. Siquidem ille audivit: Ascende in montem, & ibi morere *d*, Hic, Exi, inquit, à Cassino, *d* Placide, &, post paululum Siciliæ insulam ingrediens, per martyrium carneam transibis vitam atque corruptibilem. Igitur Deus verax est, & impossibile est, mentiri Deum. Sic accidit Placido beatissimo patri. Facta sunt autem hæc dispensatione Dei; nam ideò Mamucham, crudelissimum Christianorum persecutorem, & violentæ vocis ventosum, surreptionem, tempestatem, luctum atque turbationem ad has partes venire permisit, ut Placidus cum Fratribus & Discipulis suis martyrio coronaretur. Dirumpens igitur vinculum ligaturæ corporis sui per medios fluctus vitæ præsentis volavit in alta cœ- F lorum.

S. Placidi sepulcrum veneratur,

diemque ejus anniversarium unà cum Messanensibus festum agit;

90 In talibus die decurso, episcopus cum multitudine populi, quæ cum eo venerat, deosculans sanctum sepulcrum, recessit ad sua. Anniversario autem passionis die beati Placidi & Sociorum ejus adveniente, turba multa cum cereis & thymiamatibus ad sanctissimi Placidi martyris & Sociorum ejus sepulcra convenientes, die noctuque ad ejus honorem persistentes in ecclesia, Domino laudes decantabant; omnes, inquam, convenientes, à viris usque ad mulieres & infantes, oblationes & vota regaliter comportantes *e*. Oportebat enim sanctam festivitatem celebrare in lumine scientiæ, & intellecta splendoris populum adorare. His quoque temporibus beatissimus pater Benedictus plenus virtutibus & sanctitate feliciter migravit ad Dominum anno Verbi Incarnati quadragesimo secundo ac quingentesimo *f*, cùm præfuisset in Cassi- *f* nensis cœnobii regimine annis quatuordecim, sepultusque est ibidem ante aram sancti Baptistæ Johannis *g*. Huic sanctissimo patri sanctus Papa *g* Vigilius

A. PSEUDO-GORDIANO.

Vigilius per privilegium confirmavit omnes cortes ac poſſeſſiones, quas Tertullus patricius in Sicilia ei obtulerat. Idipſum fecerunt ſucceſſores ejus numero XLIX *h*.

h

cùm jam CPolim abierat Gordianus,

91 His taliter ſuccinctè libatis, quid Gordianus, martyris Placidi famulus, egerit, Opuſculo præſenti tradamus. Poſtquam enim idem Gordianus ſanctorum Martyrum corpora tradidit ſepulturæ, quid faceret, vel quid diceret, neſciebat. Dicebat enim intra ſe: Si hîc maneam, nihil ultrà proficiam; ſi ad Caſſinum redire voluero, omninò impoſſibile mihi videtur: ſcio enim, quanta pericula in tanto itinere mihi incumbant. Hæc dum ſecum tacitus volveret, beati Placidi & Sociorum ejus ſuffragium diebus ac noctibus exorabat attentiùs. Quarta interea die adveniente, valde diluculò navis, Neapolitanorum mercibus onuſta, in portu Meſſanæ civitatis devenit, deſcendenteſque nonnulli eorum ad terram, ſancti Johannis Baptiſtæ, in qua ſanctus Domini martyr Placidus cum Sociis ſuis

i ſepultus erat, eccleſiam devenerunt *i*. Quos Gordianus adſpiciens, poſt ſalutationis officia oſculatus eſt, ac deinde percontatus eſt eos,

B dicens: Qui eſtis, vel unde, & quò tenditis iter? Tum illi: Neapolitani (inquiunt) ſumus,

k & curſus noſter Conſtantinopolim tendit *k*. Gordianus verò, talia ab eis dum verba audiſſet, gaudio ingenti perfuſus eſt, datoque naulo, in eorum navi conſcendit, longiſſimaque maris itinera cum eis transfretans, Conſtantinopolitanam pervenit ad urbem; in quam ingreſſus, in domo cujuſdam potentiſſimi viri annis quampluribus hoſpitatus eſt.

ubi S. Placidi Acta ſcripſit, *l*

92 Ibique juſſu Juſtiniani imperatoris *l* enucleatiùs Vitam atque miracula, necnon Paſſionem beatiſſimi martyris Placidi & Sociorum ejus notificare, atque ad poſteritatis memoriam Græcis literis, quibus apprimè imbutus fuerat, latiùs annotare curavit. Illi autem, hæc audientes, glorificaverunt Deum, utique ſecum Gordianus in eadem urbe maneret, hortati ſunt, quod & fecit. Poſt aliquanta verò annorum curricula, Gordianus ille valefaciens, Paſſionem martyris Placidi & Sociorum ejus, quam ibidem, ùt ſuprà taxavimus, Græcis apicibus exaraverat, a-

m pud illos reliquit *m*, ipſe verò, navem con-

C ſcendens, Siciliam rediit, atque ad Syracuſanam urbem deveniens, pauco illic tempore ſupervixit, in quo ſemper piè ſanctéque vivendo, finem vitæ complevit, adquirens ſibi regnum æternum, intercedentibus ſanctis Martyribus, quibus fuerat famulatus.

& cùm S. Joannis eccleſia S. Placidi nomen jam induerat. *n*

93 Ex die verò, quâ ſepulta ſunt corpora ſanctorum martyrum Placidi, Eutychii ac Victorini fratrum, & beatiſſimæ virginis Flaviæ, ſororis eorum, in eccleſia ſancti Johannis Baptiſtæ, ultrà jam baſilica illa ſancti Johannis vocata non eſt *n*, ſed in honore Sanctorum, qui intùs erant ſepulti, ſancti Placidi eccleſia vocabatur, uſque ad tempora ſcilicet illa, quando

o Romani Siciliam amiſerunt *o*: omnibus etiam temporibus, quibus Saraceni Siciliæ dominati ſunt, eccleſia ipſa ex beati martyris Placidi nomine vocabatur *p*.

p

ficatur, aperte declarant: Qualia quantaque poſt D
ipſius deceſſum loci incolæ ſint perpeſſi, curabo poſterorum mandare memoriæ. *Neque enim hæc Gordiano, ante ſecundum illius cœnobii cladem dudum è vivis erepto, nota eſſe potuerunt. Enimverò Petrum Caſinenſem audire hîc mihi videor, qui, quamquam hoc loco, quod tamen verbis mox relatis pollicitus eſt, de ſecunda & tertia Meſſanenſis eccleſiæ clade ne verbum quidem fecerit, fecit id tamen alibi, utì tum apud Cajetanum, tum § 10 Commentarii prævii videre eſt. Quòd ſi Petrus* S. Placidi *Paſſionem exaravit, Paſſionis illius adjuncta, numero ſane multa, dubia ùt minimum, & valdè incerta cenſenda ſunt.*

b *Fictitiis monumentis has ad S. Benedictum litteras annumera.*

c *Quid de hac & ſimilibus orationibus, quæ in his Actis non rarò occurrunt, ſtatuendum ſit, dixi ſuprà in Annotatis ad cap.* 1, *lit.* f.

d *Ita ferè Deuteron. cap.* 32, ℣. 39.

e *Tam antiquum* S. Placidi *cultum, qui pauco ab illius obitu tempore jam inde inceptus fuerit, non habeo, unde confirmem.*

f *Alii obiiſſe volunt anno* 543. E

g *In oratorio S. Martini ſepultus eſt ſecundùm Vitam S. Mauri. Sed Actis* S. Placidi *hîc conſonat, utriſque auctoritate longè potior, Gregorius Magnus lib.* 2 *Dialog. cap.* 37.

h *Deducunt hi nos ad Joannem VIII, qui ſedit ab anno* 872 *uſque ad annum* 882, *ſub quo probabiliùs contigit tertium Meſſanenſis monaſterii excidium. Vide ſuprà lit.* h *in Annotatis ad cap. præcedens.*

i *Igitur quarto die ab obitu ſuo, & quidem valde diluculò, in S. Joannis Baptiſtæ templo* S. Placidus *jam fuerat ſepultus. At num.* 80 *Saraceni Meſſanâ ſolviſſe dicuntur tantùm die quinto manè. Veroſimilius exiſtimo, poſt horum diſceſſum* S. Placidi *corpus in S. Joannis Baptiſtæ templum fuiſſe illatum.*

k *Iter illud Gordiani fabulam ſapit. Vide dicta num.* 38 *& ſeq. Comment. prævii.*

l *Altera fabula. Vide num.* 37 *& ſeqq. Comment. prævii.*

m *Id quoque figmentum apparet, ut hæc Acta à Gordiano verè aliquando fuiſſe conſcripta, crederetur, inventum.* F

n *Univerſim id verum non eſt: nam S. Joannis Baptiſtæ nomine appellatur in diplomate anni* 1136, *citato num.* 164 *Comment. prævii.*

o *De tempore, quo Saraceni Siciliam occupârunt, vide dicta num.* 160 *Comment. prævii.*

p *Petrus Caſinenſis apud Octavium Cajetanum hunc eumdem locum, quantùm apparet, laudans, hæc addit:* Itaque dum jam dicta inſula Francis (*Normannos intelligit*) repleta fuiſſet, eccleſia, in qua S. Placidus quieſcebat, non ejuſdem Martyris nomine, ùt antea diximus, ſed S. Jacinthi illam nominare cœperunt, neſcientes proprietatem nominis, utpote homines exteræ gentis & ſuperadvenientes; ideóque uſque in hodiernum diem, ſemper eamdem eccleſiam corruptè S. Jacinthi nomine appellare conſueverunt.

ANNOTATA.

a *Hæc verba quidem auctorem eumdem præ ſe ferunt, qui* S. Placidi *Paſſionem exaravit: ſed hunc Gordianum non fuiſſe, hæc verba, quibus ſecunda & tertia cœnobii Placidiani clades ſigni-*

A

ACTA ALTERA

Auctore Stephano Anicienſi *a*

Ex editione Octavii Cajetani tomo I *de Sanctis Siculis à pag.* 172.

PROLOGUS.

Quarum precibus auctor ſcripſerit

SUb Sancti Spiritus diſciplina degentibus ſanctis viris, qui in eccleſia Caſinenſi cœnobialis exercent militiæ pietatem, Stephanus Anicienſis, indignus & ultimus ſervus eorum, ſpiritum Eccleſiæ duplicem promereri. Philoſophos cæli vos

B eſſe, & cæleſtem philoſophiam profeſſos, ſpiritale tyrocinium veſtrum docet, & ipſa rerum clamat electio meliorum. Elegiſtis partem optimam cum Maria, &, de Hur Chaldæorum egreſſi, Ægyptique tenebras fugientes, montem ſanctum, montem coagulatum & pinguem, ut Deum Sabaoth videre poſſitis, ſingularitate converſationis & vitæ ſpecialiter obtinetis. Depoſita vetuſti hominis vilitate, in cæleſtis Adæ transfiguramini novitatem, & ſedentes in ſpeluncæ oſtio cum Elia, ſuſpenſis deſideriis ad æterna, ſentire vos credimus ſibilum auræ tenuis, veſtris ſine ſono cordibus inſonantem. Ad ſolatium peregrinationis, & ærumnas temporalis exilii demulcendas foditis diligenter & ſtrenuè puteos Scripturarum, in quibus eſt aqua viva. Et in nocte mortalitatis iſtius tres panes Euangelicos exigitis ab amico, ut aquâ refectionis potati, verique panis ſoliditate cibati in fortitudine cibi hujus, montem Dei Horeb, ſicut viriliter, ita & feliciter attingatis. Securi jam de adipiſcenda cohabitatione Sanctorum, viros confeſſionis & gratiæ, qui vobis ſemitas perennis vitæ ſuis veſtigiis impreſſerunt, ea teneritudine ametis, & colatis quaſi

C commilitones in bello; ſed futuros concives in regno, divinis cultibus honoretis, eorumque pro viribus induatis ſimilitudinem pariter & figuram. Placet vobis imitari, quos colitis. Et, ne fames Chriſti Dei, qui * opprimit terram Canaam, & ſummos etiam Patriarchas peregrinari compellit, fines veſtros violenter invadat, poſt Scripturas canonicas, Sanctorum paſſiones & geſta humiliter recenſetis, & in eis, velut in ſpeculo, vultus nativitatis veſtræ refigurare gaudetis, unde & Placidi, martyris veſtri, triumphos pariter & agones, qui Latinorum incuriâ diu ſilentio ſepulti erant, cùm apud Græcos egregiè vixerint atque floruerint, de Græco erutos *b*, produxiſtis lucem, &, ut eoſdem ſtylo mediocri editos, verbis ornatioribus, & magis propriis debeamus colorare, poteſtativæ precis inſtantiâ poſtulatis.

* *an* quæ?

b

S. Placidi Hiſtoriam.

2 Auctoritatis veſtræ mole depreſſus, munus, quod tam ſolemnis vox exigit, negare non poſſum: ſed timeo, ne fiſtula paupereſcentis ingenii veſtris uſibus impar appareat: quia & apud vos, novi, eſſe fontem aquæ vivæ ſalientis in vitam. Et tanta eſt hujus Martyris claritudo, ut eloquio meo infacundo ſatis & tenui obnubiletur potiùs, quàm clareſcat. Supponam tanto oneri cervicem meam, & imperii veſtri pondus ſubjectis humeris ſuſtinebo, ut Placidi monachi pridem, nunc martyris; commilitonis olim veſtri, nunc tutoris pariter & patroni, ſinceriſſimam paſſionem, ea, quâ poſſum, ſermonis integritate perſtringam. Non erit opus, martyrium beati Viri rhetoricis ſententiarum vel ornare coloribus, vel floribus inveſtire; cùm tantus ſit in hac Hiſtoria pietatis ſplendor, virtutum vel operum, ùt ipſe, & proprietates rerum, quæ exprimendæ ſunt, ſermonem coloratiſſimum extorquere poſſint, etiam ab invito. Nec in nos aliquis, vel nimis diligens, vel minùs cautus, devolvere velit calumniam, quaſi ſeneſcenti jam mundo novum Martyrem inducamus. Cùm autenticus ſit Martyr iſte, non rudis, nec novitius; ſed antiquus, teſte Orientali eccleſia, quæ triumphos illius, per Gordianum monachum *c* expreſſos in Græco, venerata eſt ab antiquo, &, Juſtiniano imperatore teſtante, qui per Sacram imperii, Vigilio Papæ directam *d*, canonizari fecit ſancti hujus Martyris Paſſionem. Nos quoque, eorum ſequentes veſtigia, expreſſam ab eis in Græco veritatem reformabimus in Latino, & quaſi in via veteri novam ſemitam figurantes, ita mediocriter incedemus, ut & ſatisfaciamus negotio, & aurium veſtrarum delitias prolixitate ſuperflua minimè vulneremus.

A. STEPHANO ANICIENSI.

c

d

E

ANNOTATA.

a *De Stephano Anicienſi vide dicta num.* 48 *& tribus ſeqq. Comment. prævii.*

b *Quî & quando Acta* S. Placidi *Conſtantinopoli in Italiam allata fuiſſe, narrentur, quæ his fides adhibenda ſit, vide* § 3 *Comment. prævii.*

c *Quidquid de Gordiano, à* S. Placidi *nece Conſtantinopolim profecto, ubi* S. Placidi *Acta conſcripſerit, hîc dicitur, fabulam ſapit. Vide dicta num.* 36 *& ſeqq. Comment. prævii.*

d *Juſtiniani ad Vigilium litteræ prorſus fictitiæ ſunt, ùt oſtenditur num.* 42 *Commentarii prævii.*

F

PROLOGUS ALTER.

Scriptionis cauſa.

IMmortales Beatorum triumphos, & Martyrum perennes victorias præconiis efferre cæleſtibus, & divinis titulis honorare, ſicut honeſtum Eccleſiæ, ſic legentibus eſt jucundum. Præclaræ ſunt actiones Sanctorum, & ex radio virtutis Dei tantum capiunt ſplendoris & luminis, ut totum mundum ſufficienter valeant illuſtrare. In Regem deitatis & in ipſam majeſtatem Domini peccare videtur, quiſquis tam divinorum operum claritatem aut voluerit obnubilare ſilentio, aut non ſtuduerit eo, quo poteſt, eloquentiæ genere colorare. Quapropter etiam nos ad hoc opus idonei *a*, minúſque digni, ne magnalia Dei noſtri ſuppreſſiſſe ſilentio, velut ex invidia, videamur, exactoria prece Sanctorum, qui Deo in cœnobio militant Caſinenſi, beati Placidi, monachi ſimul & martyris, Paſſionem, Deo favente, ſuſcepimus deſcribendam, quam à Gordiano, patris Benedicti diſcipulo, & ejuſdem

a

A. STEPHANO ANICIENSI.

Martyris ſocio, Græcè deſcriptam *b*, & minùs ferè in Latinum tranſlatam *c*, eo ſtyli genere proſequamur, ut & ſeriem actionis, veritatis compendio perſtringamus, & rebus, Domino dedicatis, debitæ proprietatis gratia non negetur. In quo tamen negotio non erit neceſſe, martyrium ſancti Viri vel flore rhetorico, vel ſermonum coloribus inveſtire, quia tam precioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum, ut etiam inculta vel nuda piarum ſeries actionum aliena ſuffragia non mendicet, nec verborum floſculis egeat coronari. In ea puritate veritatis actus beati Martyris exſequimur, ut & illud, quod invenimus apud Græcos, ſuæ integritati reddatur, & noſtræ relationis honeſtas non faſtidium ingeneret, ſed devotionem pariat audienti. Aſſiſtat veritatis Spiritus cordi, pariter & ori meo, ut ita poſſim reverentiæ Martyris ſubſervire, quatenus idem Sanctus meo labore poſteris innoteſcat, & ego cum lectoribus meis, qui piè ſuſceperint opus iſtud, mercedem in cælo mereamur ampliorem.

b
c

ANNOTATA.

B

a *Legendum:* inidonei.
b *Vide ſuprà lit.* c.
c *Acta igitur ſuperiùs recuſa non viderat Stephanus.*

CAPUT I.

S. Placidi genus, apud S. Benedictum commoratio & miſſio in Siciliam.

S. Placidus, patricio genere Roma natus,

BEatus igitur Placidus, Chriſti martyr, ex linea ſenatoriæ dignitatis erumpens, Romanæ civitatis indigena fuit, & ad mundi hujus caliginem illuſtrandam, tempore Juſtini imperatoris, velut ſplendidiſſimum ſidus, emicuit. De ſpina militiæ ſecularis, roſei floris adinſtar, genitura temporali procedens, lavit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine Jeſu Chriſti pallium carnis ſuæ mirabiliter purpuravit. Pater ejus Tertullus nomine; primò miles, poſtea per honorum faſces, & officia dignitatum exercens, in culmen Romani patriciatus evaſit. Mater ejus, ex Octavia gente deſcendens, partu ſobrio ſatis, & utili hunc ipſum, de quo agimus, quaſi quoddam lilium puritatis, effudit *a*. Felix & tanti filii tam digna mater, non hoc ſolum germen protulit ſanctitatis, verùm etiam tres alios eſt enixa Eutychium, Victorinum, & Flaviam virginem *b*, ut in quatuor filiis, veluti in quatuor fluminibus terram fitientis Eccleſiæ pudica fœcunditas irrigaret. Superſedemus in Placido terrenæ nobilitatis efferre præconium *c*; quia tantus eſt in illo ſplendor meritorum & operum, ut ad gloriam virtutis ejus, claritudo carnis penitus evaneſcat.

C

a
b
c

& à puero traditus S. Benedicto,

5 Parentum diligentiâ nutritus Puer, & tenerè, ſicut opportunum fuerat, educatus, cùm jam ſeptennis pueritiæ metas attingeret *d*, beatiſſimo patri Benedicto, qui in territorio Sublacenſi vitam angelicam exercebat, normâ inſtitutionis monaſticæ regulariter *e* imbuendus, oblatus eſt. Suſcepit vir Deo dignus Puerum nutu divino, parentumque devotione, vel fide cælitus aſſignatum, ut peritus Eccleſiæ hortulanus, lilio pubeſcenti rivulos cæleſtis doctrinæ admoveret, & ſub ejus magiſterio vel ducatu tenerrimus flos virtutis in maturitatem erumpens, ſuo tempore martyrii fructum daret. Digniſſimum planè fuit, ut vas electionis & gratiæ futurus Puer, qui in Martyris nomen & meritum fuerat promovendus, de ſpeculo Benedicti formam ſibi ſumeret ſanctitatis, & vitæ innocentiam, quam ab illo ſuſceperat, candidatu confeſſionis, & purpurâ martyrii coloraret. Religionis habitu veſtitus Puer, magiſterio Benedicti, ſicut aſſiduè, ita etiam ſtrenuè adhærebat. Rigabatur novella plantatio cæleſti doctrina, & ſub Sancti Spiritus diſciplina ad perfectionem converſationis & vitæ, ætas adhuc informis & tenera formabatur *f*. Subarraverat Pueri devoti mentem ſpiritus pietatis, & in tabula cordis ejus amoris rudimenta depingens, ad virtutem humilitatis & obedientiæ conſectandam gratiæ ſuæ largitionibus inſtruebat.

D

f

e

a

eujus meritis ſubmerſionis periculo eripitur.

6 Cùm his virtutum ſtudiis animus puerilis intenderet, & felicem moliretur in anteriora proceſſum, ex more monaſterii juſſus aquam de flumine ad uſus neceſſarios deportare, verbum jubentis obedienter amplectens, Romani patricii Filius aquarium vas aſſumens, ad flumen devenit; ſitulam minùs prudenter in aquam depoſuit, eamque incautus ipſe ſequens, cum vaſe, quod infuderat, quantùm jactus eſt ſagittæ, à terra in flumen, unda rapiente, détractus eſt. Venerabilis magiſter ejus Benedictus, & Spiritus Sancti radio perfuſus, quo ſæpiùs ſolebat eſſe remotorum & abſentium cognitor & diſcuſſor, quod de Puero factum erat, ſpiritualibus oculis intuens, Maurum, plenioris ætatis diſcipulum, advocavit, &, quid circa puerum Placidum ageretur, ſignificans, ut in ereptione mergentis curſu velociore contenderet, modeſto vigore ſpiritûs imperavit. Implorata humiliter & accepta benedictione paterna, Maurus monachus ad flumen venit, & puerum Placidum, pœnè jam merſum, inveniens, inſtar Petri Apoſtoli, ſuper elementum aquæ liberos excurſus dedit, crine Puerum rapuit, illumque è medio fluminis uſque in terram expedita & ſecura velocitate reduxit *g*. Dicat quiſquis, quod ſenſerit, ego abſolutè definio, beati patris meritum & virtutem id primo loco potuiſſe perficere; ut mobilis undæ liquor impreſſi pedis veſtigium pateretur. Sed, hoc ſimplicem innocentiam Placidi meruiſſe, ut ad magiſtri imperium, mediis ereptus aquis, ad majoris gloriæ finem poſſet, Deo ſibi ſuffragante, ſervari. Noluit pius arbiter æquitatis innocentem & minùs cautam Pueri ſui vitam aquis rapientibus intercludi: ſed eum ad meliora promovere diſponens, & ab inſtanti mortis articulo, eo, quo ſolet, clementiæ genere liberavit, & ad victoriam paſſionis cum gloria ſubeundam præſtituto apud ſe tempore reſervavit. Demptus aquarum periculo, hic pius Puer quotidianis augmentis proficiebat in melius. Et ſicut exteriùs ratione temporis videbatur creſcere per ætatem, ſic interiori homine ſuo ad Dei imaginem renovari, ſatagebat aſſiduè per virtutem.

E

g

F

& cui conſtanter adhæret,

7 In ſchola magiſterii ſpiritualis, Benedicto patri humilis & devotus aſſiſtens, id familiaritatis & gratiæ obtinere meruit apud illum, ut non ſolùm publicis actionibus ejuſdem patris communis ſpeculator adeſſet, verùm etiam ſecretis

&

A & intimis ipſius precibus ſive miraculis teſtis idoneus, tantò verior, quantò ſecretior, ſæpiùs intereſſet. Adfuit Puer devotus nocturnis ſupplicationibus beati patris, cùm, ab eo ſpecialiter aſſumptus in comitem, vidit & expertus eſt, quid poſſet meritum ſancti viri, qui verticem rupis excelſæ, ſiccum penitus & arentem, violentiâ precis ſuæ ſudare compulit aquas vivas, quæ ad remedium fraterni laboris, pariter & querelæ, quotidiana ſuffragia miniſtrarent *h*. Credimus, venerabilem Benedictum eo ſpiritûs oculo, quo futurorum notitiam capiebat, præſenſiſſe de Placido, quantæ excellentiæ futurus eſſet, ſicut nobis renuntiat veſtra ſimplex opinio. Hac de cauſſa pius pater felicem Diſcipulum ſuis arcanis intereſſe volebat, ut, qui de publicis ejus ſermonibus vel exemplis ſumpſerat formam vitæ, de cæleſtis contemplatione ſecreti congruos orandi modos & vim veræ ſupplicationis hauriret. Satis congruum arbitramur, Placidum debuiſſe magiſtri miraculis intereſſe, ut, qui ſuo tempore miracula facturus erat, ex magiſtri qualitate vel habitu facilè deprehenderet, quâ formâ precis vel inſtantiæ ſupplicandi, neB ceſſitatis articulo, de vena pietatis divinæ ſignorum potentiam potenter extorquere deberet. Unde factum eſt, ut magiſterium cæleſte ſequens, ſpiritualis magiſtri fieret imitator, &, qui mirabilium operum dudum fuerat inſpector & teſtis, ipſe quoque mirabilium fieret operator. Et, ne lucerna ſuccenſa lateret ſub modio, qui in Dei oculis magnus erat, in oculis etiam hominum mirabilis apparebat, adoleſcentiam exuens, & robur induens juventutis, beatus Placidus, inter ſcholares alas tyrocinii ſpiritualis, in cœnobio Caſinenſi, caſtrenſis exercitium diſciplinæ ſub Benedicto, Dei famulo, ſequebatur.

tutandis Caſinenſium prædiis in Siciliam mittitur.

8 Supervenerant eo tempore de Sicilia procuratores cortium & villarum, qui patri beatiſſimo retulerunt, poſſeſſiones & prædia, quæ Tertullus, Placidi beati pater, monaſterio Caſinenſi patricia liberalitate contulerat, ab incolis terræ illius vaſtari & diſtrahi, nec poſſe à miniſtris annuum cenſum Caſinenſi eccleſiæ reſignari. Cum fratribus communicato conſilio, bonum viſum eſt omnibus, & maximè in oculis Benedicti, ut ad locorum illorum reformationem pariter & tutelam Placidus mitteretur, qui C & ex vivacitate prudentiæ, deſtitutis locis providentiam exhiberet, & tam auctoritate perſonæ, quàm excellentiâ parentelæ, commiſſa ſibi prædia reſervare ſufficeret ac tueri. Ex deliberatione communi Benedictus pater injungit Placido cæleſte negotium, &, duobus ſibi comitibus delegatis, Gordiano & Donato, qui cum eo ſudaverant in commilitio ſpirituali, cum paterna benedictione dimiſit. Non humanitus factum puto, ſed divinâ potiùs providentiâ contigiſſe, ut ſic Placidus deberet in Siciliam deſtinari, ut, quod credimus, & ſuorum meritorum, & temporis ordo poſcebat, in illa provincia & ſudoris ſui curſum, Deo ſibi propitio, terminaret, &, exacto paſſionis agone, triumphi cæleſtis ſumere* bravium pariter & coronam. Quibus in itinere illo miraculis floruerit Beatus iſte, quibus virtutum radiis claruerit in illa via, quantum ex Hiſtoria Gordiani, patris Benedicti diſcipuli & ejuſdem Martyris ſocii, deprehendiſſe potui, non omittam.

*ſumeret

ANNOTATA.

A. STEPHANO ANICIENSI.

a *Tertullo, patricio Romano, natum fuiſſe* S. Placidum, *ex Gregorio Magno liquet: incerta cetera. Vide Comment. prævium* § 5.

b *Ex codicibus Hieronymianis deprompta videntur hæc nomina, & ab antiquis quibuſdam martyribus ad* S. Placidi *Fratres & Sororem tranſlata. Vide num.* 10 *Comment. prævii.*

c *Satius id profectò eſt, quàm illi cum Juſtiniano cognationem, aliaque nullo fundamento affingere, qua de re conſule* § 5 *Commentarii prævii.*

d *Veriſimiliùs anno* 523. *Vide num.* 81 *Comment. prævii.*

e *Idem habet Gregorius lib.* 2, *cap.* 3 *Dialog.: non igitur ea de cauſa tantùm, ut artes profanas addiſcerent (ùt hæreticis nonnullis affirmare lubet) olim pueri monachis à parentibus offerebantur.*

f *Minùs hîc in* S. Placidum *æquus eſt Baillet. Vide num.* 89 *Comment. prævii.*

g *Ex Gregorio Magno lib.* 2 *Dialog. cap.* 7. E

h *Ex eodem lib.* 2, *cap.* 5.

CAPUT II.

Sancti in Siciliam iter, pluribus prodigiis illuſtre, & Meſſanenſis monaſterii ædificatio.

Primicerio Capuano *a*

DIgreſſus à præſentia beati patris Placidus *a*, athleta Chriſti, cùm apud urbem, quæ Capuana dicitur, deveniſſet, à felicis memoriæ Germano *b* epiſcopo officioſa ſatis humanitate ſuſceptus eſt. Civitas, jam erecta & poſita ſupra montem, latere non potuit, ſed publicas omnium aures rumor occupavit honeſtus, ſanctiſſimi viri Benedicti diſcipulum Placidum Capuanam civitatem *c* ſuâ præſentiâ illuſtrâſſe. Erat in *b* Majore eccleſia, quæ beati protomartyris Stephani titulis inſignitur, Zoffus quidam, primicerii gerens officium, qui morbo illo capitis, F qui dicitur Cephalæa *d*, laborans, acrimoniam *d* doloris ſui nullis remediis lenire poterat vel auferre. Adventu cognito beati Viri, & nocturnam manſionem apud epiſcopum civitatis Placidum accepiſſe, præſentiens, conſpectibus ejus exhibens ſe præſentem, quâ moleſtiâ premeretur, revolvit & aperit, &, ut per ejus meritum curari debeat & ſanari, quantâcumque poteſt, exactoriæ ſupplicationis inſtantiâ flagitat & expoſcit. Eſſe ſe certiſſimum, confitetur, tam potentem haberi in Placido virtutis & ſanctimoniæ veritatem, ut ſuffragio precis ſuæ inveteratum jam morbum velocitate, quâ velit, omninò ſufficiat amovere, qui, ſi ad hoc etiam attentandum inferior & impar eſſet, poſſent tamen virtutes & merita Benedicti, cujus diſcipulus ipſe erat, id potenter efficere, ut inveterata capitis ægritudo, quæ mœrore confecerat laborantem, ſuo eum lætificaret abſceſſu.

capitis dolorem tollit,

10 Placidus, amicus Dei, in cuſtodiam humilitatis ſe erigens, cùm piè repelleret ſupplicantem, &, ſupra meritum ſuum eſſe, quod

A. STEPHANO ANICIENSI.

ab illo petebatur, assereret, languidus ille, cui fuerat morbus in caussâ, Benedicti nomen medium interponens, contestatur Placidum, & adjurat, ut ad remedium doloris sui capiti ejus manum admovere & orationis medelam sibi apponere non recuset. Victus supplicatione petentis, & exaudito nomine patris sui compunctus, pariter & permotus, surgens de loco, languentis capiti manum apponit, &, iterato nomine Jesu Christi, Benedicti patris nomen humiliter subsecundans, signo Crucis admoto, dolorem, qui diu latuerat inclusus, exclusit: totumque hominem debitæ saluti restituens, ad domum propriam communi, tam sua, quàm illorum, qui aderant, cum exultatione remisit. O dignum admiratione spectaculum! Operatur absens Discipulus in nomine magistri sui expetitæ miraculum sanitatis, & Helisæi prophetæ factum suo quoque opere figurans, qui magistri pallio percussas aquas legitur divisisse, miraculi novitate, & suum prodit meritum, & præconium proprii præceptoris attollit. Ita beatus Vir, humilitatis integræ statum conservans, dum languido manum
B apponit, sed magistri vocabulum interponit, ex altero quidem verè miraculi patrator apparet; sed in altero, quasi cavens, ne sibi superbiæ pestis irrepat, magistro suo totum assignat, penitus & adscribit. Fama patrati miraculi Capuanam impleverat civitatem, volvebatur in ore cunctorum languenti sanitas impertita, & de cælestis novitate miraculi totus simul populus exultabat.

& caco visum reddit: Capuâ

11 Erat in urbe Capua cœcus quidam, quem oculorum officio destitutum nox æterna damnaverat: audito nomine Viri Dei, & indultæ sospitatis veritate prægnita, quis sit tantus operum divinorum effector, diligentiùs investigat. Dictum sibi est, Benedicti, Casinensis abbatis, hunc esse Discipulum, qui, magistri sui diligentissimus imitator, sicut fuerat socius in doctrina, sic illius quoque esset hæres efficacissimus in virtute. Conceptâ solidæ spei fiduciâ, cœcus ille deduci se fecit ad hospitium beati Viri, soque sub oculis illius præsentem exhibuit. Qui, dum violentiâ suarum precum obtestaretur Virum Domini, vel rogaret, ut amissam lucem cœcis oculis perfundere dignaretur; amicus Dei Placidus sibi
C eum protinus jussit adstare, &, oratione præmissa, invocato nomine Salvatoris, perpetuæ noctis horrorem patientibus oculis signum Crucis impressit. Cùm itaque Vir beatus super oculos illius cœci signaculum Crucis infunderet, & Benedicti patris nomen saluberrimum iteraret, adsistentis illius oculi subitam proruperunt in lucem, &, visibilis aëris hujus lumen visibiliter haurientes, ad videndi officium sunt promoti, detersa penitus prioris caligine cœcitatis. De quondam misero factus felicior, homo ille, ad B. Placidi vestigia pronus ruens, de percepto beneficio solvit gratias, quas debebat, & eos, qui adstiterant contemplatores virtutis, in admirationem deflectens ad gaudium, Jesu Christi potentiam in Servo suo gratulabundus magnificat & attollit. Innotuit civitati virtutis opus, quod fecerat sanctus Homo, & per ora omnium volitabat hic sermo; Placidum, amicum Christi, ea potestate, quâ languenti capiti reddiderat sospitatem, oculis etiam tenebrosa cœcitate damnatis, videndi gratiam reformâsse. Fit exclamatio generalis in populo, civitas tota tripudiat & exsultat. Jesu Christi favor, & gloria tollitur in immensum, & in eo Benedicti quoque sancti nomen & meritum summis in urbe præconiis celebratur. Sic Placidus, veræ lucis amicus & filius, dum cœcis oculis lucem optatissimam infundit, cujus sit apud Deum meriti, manifestam producit in lucem, & auctorem lucis clarificans, in se ipso parit eam, quam potest, divino nomini claritatem. D

digressus, Galatia languido vires reddit,

12 Egressus Capuæ civitate, cùm cœptum iter in Siciliam maturaret, civitatem illam prætermeans, quæ vulgò Galatia e nuncupatur, obvium habuit hominem languescentem, qui, cùm infortunii sui modum & languorem, quo miserè premebatur, exprimeret, multos ex accolis regionis illius eodem incommodo laborare, cum gemitu & dolore testatus est. Orare & precari cœpit, ut Vir Domini, cujus virtus dignis effectibus carere non poterat, misericordiâ moveretur, & se, qui priùs occurrerat, sanitati restituens primo loco, divinam demum potentiam in ceteris exhiberet. Miseri languentis hominis misertus Sanctus, nec minùs compatiens calamitatibus aliorum, in orationem se dedit, &, eâ completâ, tam illum, qui primus occurrerat, quàm alios, qui de diversis partibus confluebant, formâ crucis muniens, & consignans omnes illos, qui sibi oblati sunt, plena incolumitate donavit. Virtutum Ministro virtutis efficacia deesse non poterat. Et satis congruus erat ordo, ut, qui studiis indefessis virtutum exercitiis insudabat, ad Christi laudem, cujus gloriæ militabat, virtutum signis glorioſior haberetur. Quocúmque tenderet Sanctus iste celeberrimus, adventûs ejus fama celebris anteibat. Lucerna denique lucens & ardens, quæcúmque loca præsentialiter illustrâsset, eorum incolas ad amorem & desiderium se videndi mirabiliter accendebat. E

puerum, tantùm non mortuum,

13 Unde quædam mulier, opinione sanctitatis illius accepta, filium parvulum, supremo jam spiritu soloque pectore palpitantem, B. Placidi pedibus lacrymabiliter & anxiè satis exposuit, vociferans & contestans, ut eo pietatis spiritu, quo plenus erat, sibi condescenderet & maternæ consuleret orbitati, redderet sibi filium, quem mors nimis immatura, eâ violentiâ, quâ cunctos solet auferre, sibi etiam omninò præripere festinabat. Hanc se habere fiduciam, & tanta in Dominum fide niti, ut, quidquid ab eo Placidus beatus expoſceret, sine cunctatione aliqua suis posset precibus obtinere. Non posse carere virtutis effectu Discipulum Benedicti, cui sanctitas magistri vel virtus, sicut in divinis exsequendis ministraverat disciplinam, sic in mirabilibus exhibendis obtentu assiduo apud Domini potentiam impetraret. Ita mulier, misera prorsus & lugubris, in viribus magni Discipuli, summi præceptoris Benedicti nomen & meritum inculcans, restitutionem filii cum obtestatione & lacrymis exigebat. Induit, evictus tandem, misericordiæ viscera benignus Homo, & magistri sui nomen apud se inaniter iterari, non sustinens, puerulo pœnè jam mortuo, & extremum spiritum vix trahenti, dexteram super appoſuit, signum vivificæ Crucis impressit, &, de faucibus mortis ereptum, vitæ restituens in momento, ita plenè vivificat vix spirantem, ut reformet lamentanti præoptata gaudia genitrici. Implevit loca finitima rumor iste, prædicatur Benedictus in discipulo suo Placido: sic resplendens & consona omnium veritate magnificus in utroque Christus Dominus prædicatur. F

paralyticum,

14 Athleta Domini Placidus, sicut in curandis ægritudinibus animarum scientiam sumpserat

à

A à magiſtro, ita etiam per magiſtri interventum ſimul & meritum in propulſandis moleſtiis corporum cæleſtem potentiam mirabiliter exercebat. Oblatus eſt ei paralyticus quidam in via, membrorum omnium deſtitutus officiis, quem diſſolutio juncturarum ſic in omnibus membris ſuis totum damnaverat & reddiderat prorſus inutilem, ut nec terræ pedem imprimere, nec apponere manum ori poſſet, niſi alienis ſuffragiis niteretur. Videns hunc hominem Servus Dei, & compatiens dolori ejus, contulit ſe ad Deum, in quo poſuerat fiduciam totius ſpei, & vibrans in paralyticum ſignum Crucis, myſterium Trinitatis expreſſit. Ad benedictionem ſancti Viri, debilitata natura reſumpſit ſuarum virium quantitatem. Succus vigoris diffunditur paſſim per nervos & membra omnia, quæ contraria paſſione marcuerant, colore ſimul & robore reparantur. Sicque factum eſt, ut, quod in illo miſero deturpaverat origo corruptior, ſancti Viri virtus ampliſſima reformaret, & membra ſingula, reſtituta ſuis officiis, facultati propriæ redderentur, adſtat ſanus & incolumis in momento, qui diu non æger, ſed pœnè mor-
B tuus, jacuerat in grabato, & magìs proficiens ex S. Placidi munere, quàm priùs ſumpſerat ex collatione naturæ, erigit pariter corpus & animum, & Deum glorificans in opere ſuo, Placido, cujus miniſterio ſanatus erat, gratiarum vota gratulabundus exſolvit.

quartanâ laborantem ad ſanitatem revocat,

15 Chriſtianæ fidei devotus cultor, cùm in magnis virtutibus exercendis facultatem & gratiam haberet in promptu, in minimis quoque non negligens aut ſegnis erat, ſed pari ac ſimili ratione & florebat ex minimis, & fructificabat in magnis. Quartano incommodo vir laborans, occurrit in eodem itinere ſancto Viro, intemperie caloris & frigoris ſic exuſtus, ut pallore & macie putens eſſet, cùm validiſſimæ febris incendiis æſtuaret. Beati Viri conſpectibus ſe præſentans, genibus ejus advolvitur, ſupplices manus protendit, morbum, cujus ſigna lucebant in facie, confitetur, &, ut per Servum Domini ſalutis gratiam mereatur, expoſcit. Fidem ſe habere pleniſſimam, & ex fide fiduciam concepiſſe, ſi poſſit Viri beatiſſimi vel orationem promereri vel tactum, febri propulſata, recuperatæ ſanitatis gaudia ſuſcepturum. Exuberans pietatis viſceribus animus ſancti Viri, totum
C ſe in orationem effundit, & illum deprecans,
f qui ſocrum Petri ſola verbi poteſtate *f* liberavit à febribus, & puerum centurionis paralyſi decumbentem, membrorum officiis inſtauravit, ut hujus quoque debeat miſereri, gemebundus implorat. Inter orandum, cùm necdum finem orationi dediſſet, virtutem mirabiliter emanantem de Placido ſenſit ægrotus, &, penitus extincta vi febrium, ita totus ex integro redditur ſanitati, ut nulla jam in eo prioris morbi veſtigia reſiderent. Agit gratias curatori, & imperio ſancti Viri ſubmitti morbos, ſubjici paſſiones, ſublatis in cælum vocibus atteſtatus, qui tremebundus & pallens advenerat, incolumis abſceſſit.

alinque plura

16 Poſſem in infinitum verba producere & paginam onerare miraculis, ſed, ne lectorem compellat prolixa lectio nauſeare, & quaſi cum faſtidio refutare, quod ſummis eſt ſtudiis amplectendum, quicquid ſequitur de miraculis hujus Sancti, fidelis oraculi brevitate perſtringam. Tantam Dominus in illo Calatienſi territorio virtutis amplitudinem miniſtravit, ut ſignorum divitias, quæ ſequuntur, ſicut divinitus, ſic ubertim effunderet in locis illis. Vir quidam, pariter mutus & claudus, duorum officio præſentatur; qui, ad benedictionem Sancti plectro linguæ reſoluto, vigorem motûs & locutionis excepit, & in pedibus, quos nervorum imbecillus ſtupor invaſerat, gradiendi ſumpſiſſe meruit libertatem. Alium morbo podagrico laborantem & vehementer afflictum, Cruce Chriſti humiliter conſignavit, eumque protinus, excuſſo morbo, bonæ valetudini reſtituens, ad propria remiſit incolumem. Puellulam oblatam ſibi, quæ ſimul fuerat oris, oculorum & aurium privatione damnata, fuſa prece pro ſalute illius, Crucis impreſſione ſignavit, ejus ſenſus redintegrans diminutos, ut, quæ muta fuerat, loqueretur; carens oculis plenè videret; & ſurda priùs patenter audire obtinuit. Romanæ civitatis indigena, cùm infirmitate peſſima teneretur, ad Domini Servum deductus, ejus ope curatus eſt. A. STE-PHANO A-NICIENSI.

edit prodigia;

17 Brachium cujuſdam viri, cujus tumor nimius in putredinem ſimul & ſaniem laxabatur, ſigno Crucis appoſito, ſiniſtra valetudine vacavit. Alterius contractam manum, cùm ad eum, morbo ſuadente, veniſſet, ſignaculo Crucis appoſito, nervorum flexibus integratis, plenè reſtituit ſoſpitati. Cœcum, ſibi occurrentem, virtute Crucis, per quam operabatur hæc omnia, viſibili lumine ſuperfudit. Energumenum quemdam, qui ab immundo ſpiritu peſſimè vexabatur, ſolito Crucis auxilio ſic conſtrinxit, ut ſpiritus, qui eum invaſerat, inſtar fumi, quaſi de vertice illius egrediens, hominem, malè poſſeſſum, ſanum relinquere cogeretur. Senem cœcum, data priùs oratione, ſignavit, & lucem, diutiùs denegatàm, mirantibus oculis mirabiliter infudit. Morbo hydropico fatigatum, cujus venter intumuerat inſtar utris, & cutis in morem vitri prælucebat, ſigni ſalutiferi munimine ſuperfudit, atque in eo peſtiferum liquorem exhauriens, corpus inæquale penitus & diſtenſum, humore ſiccato, æqualitati priſtinæ reformavit. Hæc in Calatienſi territorio contigiſſe, in Gordiani reperimus Hiſtoria, & ad Chriſti magnificentiam probandam in Placido legenda poſteris deſtinamus.

E

uèi & locis aliis,

g

18 Viator bonus accelerans iter cœptum, Furcas, ùt dicitur, Caudinas *g* attigerat, locum illum, cui priùs fuerat nomen tormenti, fecit eſſe locum miraculi. Super oculos cujuſdam cœci, qui ſibi in eodem loco oblatus eſt, manum impoſuit, præmiſit precem, Crucem infudit, & diutiùs amiſſum diem ſtupentibus oculis inſtauravit. Mulier debilis & infirma, implorato auxilio Viri Dei, per orationem ejus oblatam meruit ſoſpitatem. Febricitantem alium, deductum ad ſe, conſuetâ gratiâ benedixit, &, languore ſubmoto, remiſit incolumem. Manu debilis acceſſit ad eum, cujus cùm digitum, præmiſſo Benedicti nomine, contrectâſſet, laxatis articulis, extensâ palmâ, ſiccitas diuturna revirauit. Corruens quidam ex alto, fracti brachii læſione mulctatus, viſitatione pariter & prece Sancti, deſiderata ſanitate donatus eſt. In eodem loco cùm ſuper quemdam, qui ſpiritu moleſtabatur immundo, formam Crucis manûs extenſione ſignâſſet, igne ſcintillante de naribus ejus, in ſpecie fumi de illo habitaculo, peſſimè uſurpato, nequam ſpiritus invitus egreſſus eſt. Maculoſum cujuſdam oculum tunc ſanavit, & juvenem, cujus calcanea natibus adhærebant, orationis virtute vel Crucis liberum reddidit & erectum.

F

A. STEPHANO ANICIENSI.

erectum. Quot ægrotos, contraria valetudine laborantes, in illis partibus virtus curaverit Jesu Christi, nos quidem supersedemus evolvere, sed Deo relinquimus illud totum, cujus ope & auxilio hæc & alia diversa patravit, & ad cujus referenda sunt gloriam, quæcúmque fecit. Nos interim simplicem Historiam prosequamur.

per quæ transit: *h* *i*

19 Virtute pollens & coruscans miraculis Placidus, minister Christi, Beneventum *h* advenit, susceptus honorificè à B. Marciano *i*, civitatis illius episcopo, claudum quemdam, Majorem nomine, qui, genibus ad postrema recurvis, terram scabellulis quasi verrere videbatur, invocato nomine priùs Christi, postea Benedicti, tibiarum & pedum naturali restitutione donavit. Ibidem etiam lumen, quod amiserat, cœco reddens, susceptori suo Marciano pontifici valefecit, & in Apuliam ultrà progrediens apud Canusiam *k* civitatem, à S. Savino *l* episcopo multa cum humanitate susceptus est. Ubi etiam Landulfum quemdam nomine, habentem aridam & curvam manum, benedictione data, naturali reformans officio, in anteriora progressus, Deo se & opera ejus dirigente, Rhegium, Calabriæ civitatem, advenit, exceptus à Sisinio, venerabili episcopo illius urbis, leprosum quemdam, cujus superficiem, ferè totam subalbam, lepræ color obduxerat, Benedicti meritis & prece sua corporali munditie reformavit. Ibi quemdam clericum, Siconem nomine, mutum & surdum, cui ex auribus vermes defluebant, sibi expositum, fusa prece, & interposito nomine Benedicti, pleniùs instauravit ad auditum pariter & loquelam.

k *l*

B

tandem Messanam appulsus, condito illic monasterio, *m*

20 Die sequenti cum suis Sociis navim ascendens, Messanam *m* appulit, & apud Messalinum, Romanum civem, Tertulli, patris sui familiarem pariter & amicum, mansionem accepit, cum quo diem illum cum nocte sequenti in Domini laude & fidei collatione deducens, alterius diei lucescente crepusculo, cum eodem Messalino descendit ad portum, & idoneum locum reperiens ædificia construendi, cannibulâ suâ, quam gestabat in manu, locum, in quo Joannis Baptistæ oratorium & officinæ ceteræ fundarentur, diligentiùs assignavit. Ita Vir Domini, undecúmque artificibus congregatis, jecit in Christi nomine fundamenta, & operi suo sedulus maturator adsistens, cœpti monasterii fabricam ad perfectum deducere conabatur. Quantis virtutibus ibidem floruerit, quibus signis emicuerit in loco illo, sequentia pietatis opera manifestant. Quadam die Vir Dei, dum à monasterio rediret domum, cœcus illi adfuit ex occursu; qui, suffragium ejus implorans, per orationem ejus oculorum officium debita cum integritate recepit. Factum illud regioni statim innotuit, quia persona, in qua signum ostensum est, indigena fuerat Romanæ urbis, & notissimum fuerat apud omnes, eum, cui reddita dies erat, Silvium nominari. Glorificabatur Dominus in Sancto suo, & mirabilia faciens per manum ejus, per totam Siciliam nomen ejus mirabiliter propagabat & famam, ducebantur ad eum variis passionibus obligati, inter quos quidam vir, correptus à dæmonio, cùm ejus conspectui sisteretur, eo interveniente, purgatus est. Paralyticus quidam, cujus universa membra continuo languore defecerant, exhibitus ejus præsentiæ, supradicto Messalino assistente pariter & vidente, membrorum suorum officiosam restitutionem emeruit.

C

prodigiorum fama,

21 Virum, cujus brachium cum manu arida siccitate torpuerat, oratione præmissa, subsecundato etiam nomine Benedicti, in statum pristinum reparavit, adstantibus plurimis & tanti miraculi novitate stupentibus. Paralyticum, Siculi viri sodalem, virtute simul orationis & Crucis, languore sanato, suis viribus instauravit. Alium quemdam vitæ carentem officiis & inutili longævitate durantem, cui, in corpore jam extincto, superstes spiritus anhelabat, & cadaver exanime servabant oculi vigilantes, ad precem beatissimi Placidi plenam totius corporis reformationem excepit. Quidam ex primoribus illius provinciæ, elephantina infirmitate percussus, cùm nulla posset medicorum instantium arte curari à lepra, quæ invaserat corpus ejus, beato Placido mediante, mundatus est. Obsessum à dæmonio, per os cujus contumelias in sanctum Virum malignus spiritus evomebat, solo imperio verbi sui ereptum à dæmonis potestate, beatus Placidus antiquæ reddidit libertati, & virtute, quâ superiores sanaverat, in eodem monasterio positus, ad se plurimos concurrentes, qui morborum diversis molestiis premebantur, in Jesu Christi Cruce salutifera mediante curavit.

E

& vita

22 Conversabatur autem B. Placidus in loco suo apud ecclesiam, quam in honorem B. Joannis Baptistæ in portu construxerat Messanensi, jejuniis & orationibus plenè vacans & ceteris omninò studiis pietatis insistens, Euangelicus Negotiator vitæ perpetuæ margaritam preciosis operibus mercabatur. Aggregabat sibi, quos poterat, & qui vitam Apostolicam sequi vellent, secum in eodem monasterio coadunans, doctrinis spiritualibus informabat. Proponebat semetipsum subditis ad exemplum & formam disciplinæ, cui deberent imprimere semetipsos, in suis actionibus sculpebat. In eum tandem numerum cohabitantium sibi fratrum creverat multitudo, ut triginta jam essent, qui, relicta mundi vanitate vel pompa, nudam Christi Crucem nudis humeris ferentes, illius spirituali magisterio subderentur: qui religionis & ordinis disciplinam in ea veritate, quam sumpserat à magistro, custodiri faciens & servari, censuram rigoris monastici pleno fervore spiritûs sequebatur. Occupaverat fines Siciliæ sanctæ opinionis & nominis ejus fama, &, ipsos quoque terminos illius provinciæ potenter evadens, refundebatur etiam in exteras nationes.

sanctitate celeber,

F

23 Sanctitas Placidi, culta pariter & ornata miraculis, impleverat Romanam urbem, & celebritas virtutis ejus, condita multiplicitate signorum, populari favore ad sidera ferebatur. Ita se habebat Placidus, sic vivebat, ut apud convenientes sibi domesticæ mansuetudinis gratiam exerceret: & habens testimonium bonum, ab illis etiam, qui foris erant, in gloriam Jesu Christi communiter omnium studiis uteretur. Ducebat intrà positus cælestem vitam, & angelicæ puritati pro viribus se conformans, cùm adhuc peregrinaretur in carne, cælos tamen devotione spiritûs jam tenebat. Quàm plenè castigaverit corpus suum, qualiter domuerit & servituti subdiderit carnem suam, singillatim exprimere, quasi superfluum judicamus. Cùm omnes actiones illius & ejus studia universa in eam perfectionem irruperint, ut futuræ passionis, veluti quædam præludia viderentur, & consummandam in eo virtutem martyrii pleniùs redolerent. Gloria sancti Viri & sollemnitas signorum

A gnorum ejus, circùm positas regiones prætermeans, attigerat Romanas aures. Ore publico ferebatur pariter & sonabat, qualiter beatus Placidus, Tertulli patricii filius, Benedicti Casinensis discipulus, constructo in Sicilia monasterio intra patrimonii sui fines, triginta sibi fratribus aggregatis, monachale propositum exercebat.

a Fratribus & Sorore

24 Eo tempore Eutychius & Victorinus, B. Placidi germani fratres, cum Flavia virgine sorore sub procuratione pariter & defensione parentum, patris intra domesticos parietes morabantur. Qui, accepta relatione communi, quòd frater eorum Placidus in Sicilia fundâsset locum, tacti desiderio videndi fratrem, ex parentum sententia vel assensu, navigio se tradentes, cœperunt in Siciliam proficisci. Emensa vastitate illius maris, quod à Roma usque Siciliam Campaniæ fines atque Calabriæ videtur è latere præterlabi, tandem prosperis ventis usi, Messanam applicuerunt. Ibi desiderii sui finem B. Placidum diligentiùs requirentes, apud ecclesiam B. Joannis Baptistæ, quam sibi in patrimonio suo providus Fundator erexerat, & in sanctitate & justitia servientem Domino reperêre: adsistentium
B monachorum inditio compertum Fratrem, quem dudum facie ignorabant, se invenisse, gavisi sunt, agnitione mutua triumphantes, Placidum & Fratres ejus, oculis porrectis invicem & lacrymis effusis præ gaudio, alternis colloquiis se foventes, decrevêre per dies aliquot pariter commorari. Fruebantur alternatim conspectu diutiùs exoptato, & ex ore Placidi, majoris natu, quotidiana cælestis vitæ seminaria devotè ac humiliter audiebant. Incitabat verbis cælestibus Frater monachus Fratres suos, adhuc in seculari habitu conversantes, & infirmas ac debiles mentes eorum ad æternæ vitæ desiderium vel amorem quotidianis sermonibus animabat. Non defuit Spiritus Sanctus ori ejus, qui per Placidi ministerium, Eutychii, Victorini & Flaviæ cor illustrans, in ea caritatis fortitudine solidavit, ut usque ad triumphum victoriæ sequentes Fratrem, cum eo, cum quo non diu vixerant, morientes, per ipsum pariter & cum ipso vitam consequerentur æternam.

invisitur.

25 Opportunum tempus advenerat, in quo sudores Placidi vel labores reponerentur in cælo, & quotidiani agones illius, quos in palæstra monachatûs pius belligerator exegerat, dignis deberent à Domino compensationibus præmiari.
C Trahebatur ad odorem cælestium unguentorum, &, prælibans animo menteque pergustans dulcedinem spiritualium gaudiorum, ad eorum consecutionem & palmam plenis desideriis ferebatur. Incaluerant ejus medullæ, succensa fuerant ejus præcordia Jesu Christi pariter dulcedine & amore; & cupiens jam dissolvi & esse cum eo, ad depositionem tabernaculi sui, quod in proximo fuerat dissolvendum, summis studiis anhelabat. Erat ei temporalis vita fastidio, deformis & squallida videbatur species terrenorum & ad solam pulchritudinem Jesu Christi contemplandam pariter & habendam toto mentis rapiebatur excessu. Aspirabat ad æterna, qui temporalium contemptor erat: & quia necdum poterat consequi propositi sui finem, eliquabatur in lacrymas, & ad messem gaudii capiendam medullitus æstuabat. Pius pauperum auditor Deus non defuit Placido, se quærenti, sed audiens ejus preces & salubria vota complens, bonum, quod petierat, concessit. Noluit Placidum Deus uni-

versæ carnis ingredi communem viam, sed eo genere largitatis, quo verè mirificat Sanctos suos, eum, quem fecerat confessione mirabilem, passionis triumpho decrevit facere gloriosum, cujus seriem Passionis sequenti stylo breviter duximus explicandam. A. STEPHANO ANICIENSI.

ANNOTATA.

a *Ante annum* 536. *Vide num.* 120 *Comment. prævii.*

b *Vide num.* 112 *Comment. Colitur* 30 *Octobris.*

c *In Campania Felici.*

d *A Græca voce* κεφαλαία.

e *Duplex ejusdem ferè nominis prope Capuam olim civitas fuit: quæ hîc intelligenda videatur, vide num.* 117 *Comment. prævii.*

f *Adde:* & tactu, *ex Matth. cap.* 8, ℣. 14.

g *In Hirpinis.*

h *Samnitum olim urbs & Colonia in Hirpinorum confinio.*

i *Vide tom.* 2 *Junii ad diem* XIV *ejusdem mensis, quo de illo actum est.*

k *Apuliæ civitas, olim episcopalis, modò Barensi archiepiscopatui unita.* E

l *Acta ejus habes ad diem* XIX *Februarii.*

m *Siciliæ civitas est.*

CAPUT III.

SS. Placidi Sociorumque martyrium.

Interim Messanam Saraceni repentè

IN illo tempore, quo beatus Placidus apud Messanam, urbem Siciliæ, morabatur, Abdala, Saracenæ gentis & ritûs caput & princeps, toti Hispaniæ præsidebat *a*. Hæc ei unica erat cura, hæc sollicitudo fuerat specialis, ut pro regali magnificentia ritum attollere gentis suæ, Meloch, Rempham & Luciferi sidus venerando, & viribus deductis in cumulum, Christianum nomen non deprimere vel conculcare, sed omninò extinguere conaretur. Communicavit consiliariis suis secretum, baronibus atque principibus terræ suæ, &, hoc esse propositum suæ F mentis, testatus est, ut, siculi posset, subitaneum quemdam assultum faceret in Romanos, qui in Christianæ gloria dignitatis primum caput obtinere tunc temporis videbantur. Fideles sui, qui tunc aderant, hoc ex officio dedêre responsum. Romani nominis excellentiam in hoc non mediocriter posse lædi, si in Siciliæ, quæ utique Romani juris certa possessio illo in tempore habebatur, per Hispanam gentem daretur aliquando militaris assultus. Assensione communi probatum est, & in hoc verbo tantùm principalis sententia requievit, ut, navibus præparatis, dato viatico, quod fuerat opportunum, dextera militaris de sinu Hispanico, studio diligentiore collecta, Romanorum in Sicilia possessiones invadat, & tantum inferat detrimenti, ut, quod factum fuerit, & Romanæ virtuti afferret ignominiam & gloriam regni sui deducat in memoriam posteriorum.

a

27 Eligitur de gregaria multitudine ceterorum quidam, nomine Mamucha, gentis Agare-

A. STEPHANO ANICIENSI.

næ non infimus, Chriſtianæ fidei validiſſimus expugnator & hoſtis, qui electæ militiæ dux præeſſet, & in nocendo Romanis ſe exhiberet omnium ampliorem. Paratis navibus, delecta ad militiam juventute, collatis rebus, quæ ad tranſnavigandum viderentur neceſſariæ, navigio ſeſe pariter omnes committunt, carbaſa proſperioribus ventis obpandunt, &, emenſa totius pelagi vaſtitate, Siciliam attingentes, portum illum, in quo vir ſanctus Placidus cum Sociis Domino ſerviebat, ſtatu tempori* arridente, contingunt. Intempeſta nox erat, & mortalium oculis ſomnus infuderat gratiam quietis ſuæ, cùm blaſphema Crucis Dominicæ gens nefanda, litus illud exoptatiſſimum comprehendit, ubi Placidus, vir beatus, cum Tyronibus fortis ſuæ de manè vigilans & erectus ad Dominum, nocturnæ ſynaxis ſolemnia celebrabat *b*. Agareni, qui portum apprehenderant, partim de immunitate locorum, partim de ſilentii nocturni ſuffragio præſumptionis ſolatium capientes, egreſſi de navibus, primis aſſultibus portum invadunt. Concurrunt exinde pariter, ſicut fuerant adjudicati promptiores, ad monaſterium beati Viri. Facto impetu, fores exterminant, diruunt clauſtra, & quicquid ineſſe poterat munimenti, omninò diſſipant & effringunt. Perveniunt ad locum illum, in quo ſanctus vir Placidus, futurus martyr, cum ſuis Sociis nocturnis excubiis, indefeſſis viribus, incumbebat. Sanctos omnes, qui vigiliis cæleſtibus inſudabant, Agareni improviſò & ſubitò comprehendunt & uno tantùm ex eis, Gordiano videlicet, in fugam lapſo, reliquos, quotquot erant, diſtrahentes in vincula conjecêre. In illa tamen invaſione ſeditioſa penitus & minimè circumſpecta, Donatus quidam, beati viri Placidi quondam individuus comes in via, ætate jam provectus in ſenem, Sarracenico gladio decapitatus, & martyr felicis effuſione cruoris regna ſibi cæleſtia comparavit.

invadunt, & effracto monaſterio, Sanctos

* *fortè* temporis

b

B

28 Diſtractis rebus, & effracto monaſterio beati Viri, matutinus dies illuxerat, cùm Mamucha, perfidiſſimæ mentis homo, beatiſſimos Martyres, quos dudum vinculis fecerat mancipari, Placidum, Eutychium & Victorinum cum Flavia virgine & Sociis eorum triginta ſibi celeriùs exhiberi præcepit. Quos, cùm leniſſet primò blanditiis, minis poſtea terruiſſet, videns, eos ita ſe minantem contemnere, acerrimè torqueri fecit. Hortabatur ſermone, quo poterat, ut ritum fidei Chriſtianæ penitus abnegantes, ſuperſtitionem gentilium ſequerentur, & niſi facerent, ſe in illis expendere, quicquid inveniret ſupplicii vel tormenti, inſtantiſſimè minabatur. Quicquid crudelis beſtia detonaret, quantumcumque deſæviret in Sanctos, hi, ſpretis omninò tyranni tam minis, quàm etiam blandimentis, Chriſtum verè ſe credere, & pro fide illius decertare ſe uſque ad ſanguinem, conſtantiſſimè profitentur. Semel acceptam religionis & fidei veritatem nulla ſe poſſe ratione deſerere, ſed pro caritate Chriſti Jeſu, qui in redemptionem eorum crucis & mortis patibulum non expavit, ſe quoque ad mortis tolerantiam paratos eſſe. Non timere ſe mortem, quæ ſibi ad vitam æternam tendentibus, ſicut miſeriarum exitus, ſic beatitudinis ingreſſus eſſet. Velle ſe carnis hujus vinculis expediri & certo paſſionis tramite Agnum ſubſequi præeuntem, ut vitam, quæ fine aliquo claudi, non novit, per triumphum Martyrii mererentur.

in vinculis detinent,

C

29 Sic viriliter ſe habentes & fiducialiter ſe agentes in Domino Placidum cum ſuis Sociis Mamucha ſceleratus, manibus poſt terga revinctis cùm ferreis annexos compedibus, per ſeptem dies cibo fruſtratos & potu, carceri mancipàſſet, ſuis iterum conſpectibus reſtitutos, flagellis atteri, fuſtibus laniari & in ſpatio dierum quatuor cùm eis nec cibo vellet indulgeri, nec potu, quotidianis eos ſuppliciis attrectari præcepit. Ita perſeverantes in fide, glorioſos martyres Jeſu Chriſti Placidum Socioſque illius, verſis pedibus in ſublime, capitibus deorſum preſſis, fœtente fumo Sanctorum naribus aſpirante, ſuſpendens pariter & flagellans, iteratæ cuſtodiæ tradi fecit. Ubi etiam ſequenti nocte, cùm in Dei laudibus Martyres excubarent, Gordianus ille, cujus ſuprà fecimus mentionem, latenter irrumpens in carcerem, pœnas eorum & vincula conſolatoriis verbis deliniens, ad agonem Martyrii felices Sanctorum animas animavit. Sequenti die, cùm infidelis Mamucha beatum Placidum cum ſociis Eutychio, Victorino & Flavia virgine, Fauſto quoque & Firmato diacono cum Sociis eorum triginta, crudeliſſimè fuſtigâſſet, tam ſtupendum in virgine Flavia voluit* exhibere miraculum, ut lenones, qui ex juſſu tyranni eam apprehendere ſeu corrumpere niterentur, ſtupentibus nervis, brachiis arefactis, cum manibus, dolore nimio torquerentur, ita ut nec Virginem tangere, nec ſuis viribus uti poſſent. Sic virginitatis amator Chriſtus virginem ſuam Flaviam, cujus virgineos deſiderabat amplexus, à vitio corruptionis illibatam ſervavit, ut Flavia, martyr & virgo, ſicut ex victoria paſſionis, cæleſtis regni purpuram obtineret, ſic inter lilia paradiſi, quocúmque ierit, ſequens Agnum, canticum novum puritatis & ſanctimoniæ in ſuæ carnis cithara reſonaret.

diu fame, flagellis aliiſque enormibus

* *ſupp.* Deus

E

30 Verberibus atque ludibriis beatus Martyr angebatur, & cruda barbaries crudeliter effrenabatur in Deum, & Sanctos ejus urgebat tormentis, ſuppliciis attrectabat. Placidus, jam confeſſor, ſed in proximo futurus martyr, Chriſtum, quem fide conceperat, voce publica frequentans & iterans, eum, in quo repoſuerat terminum ſpei ſuæ, confeſſione multiplici celebrabat. Moleſtè ferens æmulus nominis Chriſtiani, frequentari in ore Placidi Chriſti nomen, indignans, quia præ omnibus & pro omnibus loquebatur, cùm os ejus lapide contudiſſet, quaſi deputans minùs factum, linguam ejus ſummo tenus eradicans, quicquid minùs hactenus fecerat, nequitia crudeliore ſupplevit. Flaviam verò virginem, ne Fratre martyre in ſuppliciis eſſet inferior, beſtialiter potiùs, quàm humanè, mamillarum fecit extorſionibus agitari. Sed, Deo in Sanctis ſuis mirabiliter operante, & martyr Placidus, etiam præciſâ linguâ, loquendi obtinuit facultatem, & Flavia virgo ſervans immobilem fidei firmitatem piis in Chriſtum laudibus reſultabat.

tormentis affectos,

F

31 Tyrannus autem immanis & magis beſtia dicendus, quàm homo, virtutem expertus toties Chriſtianam, ſed fidem adhibere detrectans, cùm poſt plagas & vulnera, Deo per angelum medente, curata, cùm inter catenas & vincula, inter anchoras navium, cùm, magnis lapidibus tibiis eorum ſuperpoſitis, videret invincibiles animos innocentum, non habens jam, quò conferre ſe poſſet, capitalem in Sanctos Dei ſententiam promulgavit. Accepta deliberatione tyranni, beatum Placidum cum duobus germanis Eutychio & Victorino, & eorum ſorore Flavia virgine ſimul cum Sociis triginta tribus ſatellites impie-

tandem capite minuunt.

A impietatis assumunt : de custodia carceris, in quo clausi tenebantur, ejiciunt, & usque ad litus maris, ubi fuerant decollandi, flagris eos & verberibus afficientes, educunt. Ibi Placidus, toties jam martyr, & in desiderium vitæ perennis animo & devotione transmigrans, totus in orationem decumbit, &, spiritum suum commendans manibus Redemptoris, implorato auxilio Benedicti, de cujus magisterio id habebat, ut cælum sanguine mercaretur, protensam cervicem porrigit percussori. Venerando capiti spiculator impius superstans, vibrat micantem gladium in cervicem, & reddens abscissione capitis truncum corpus, reliquos tam Placidi Fratres, quàm Socios, pari enormitate decapitans, funestâ potius* victoriâ, gratulabundus abscessit.

*l. potitus

divina mox insequente vindicta, & Occisorum ossa colligente Gordiano.

32 Jam immani scelere perpetrato, Mamucha cum omni suo comitatu, arridente clementia temporis, navim subiit, quasi Rhegium profecturus. Sed, Deo in ultionem sanguinis innocentum severiùs vindicante, pondus iniquitatis eorum mare non patiens, sublatis undis in tumulos, tam impatienter inhorruit, ut, navibus allisis penitus & subversis, inimici Crucis Christi sub tanto & communi naufragio, quotquot erant,
B æqualiter necarentur. Ita damnatis cælesti judicio persecutoribus Beatorum, Gordianus illè, quem superior pagina præsignavit, ad hoc servatus (ùt credimus) ut Martyribus decollatis humanitatis obsequium ministraret, Sanctorum corpora, quæ quatuor diebus inhumata jacuerant, gremio litoris illius infodiens, venerabile corpus B. Placidi martyris in ecclesia S. Joannis Baptistæ, quam ipse sibi in portu erexerat Messanensi, &, dirutis aliis officinis, sola supererat, cum reliquiis Germanorum suorum, honestè, prout potuit, tradidit sepulturæ. Ita beatissimus vir Placidus, Benedicti discipulus, monachus simul & martyr, consummatus in brevi, III Nonas Octobris cursum preciosæ passionis explevit, &, de manu Domini immarcessibilem coronam accipiens, cælos, cruoris sui laureâ purpuratus, ascendit. Insignis Martyr & omni tam ætati, quàm sexui, reverendus, coruscans in terra virtutibus, meritis in cælo vivens, se colenti & amanti ecclesiæ Casinensi indefessus patrocinator assistat, &, sua semper solemnia celebrantes sic in præsenti cælesti reconciliet gratiæ, ut in futuro comparticipes faciat coronæ suæ, Jesu Christo Domino largiente, cui decus est & imperium per infinita sæcula sæculorum. Amen.

A. STEPHANO ANICIENSI.

ANNOTATA.

a *Multò seriùs Hispaniam Saraceni occupârunt: fortè hîc intelligendi Mauri Africæ Tingitanæ, qui anno 539 in Siciliam irruperint, & Martyres nostros neci dederint. Vide § IX Comment. prævii.*

b *Die XVI Septembris ex Cajetani calculo. Vide Annotata in cap. 6 Actorum, suprà recusorum, lit. f.*

E

DE S. GALLA VIDUA, DEINDE MONIALI,

ROMÆ.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. G.

§ I. Sanctæ in Fastis sacris memoria variis diebus. An rectè in Hagiologiis Benedictinis annuntiata? Ejus elogium ex Ferrario: ab homonymis matronis distinctio: Actorum fides.

C F

FORTE ANNO DXLVI. *S. Galla in Mrll. recentioribus hoc die*

INter illustriores viduas, quæ morum sanctimoniâ, non minùs, quàm natalium splendore, Ecclesiæ Dei Ordinique monastico ornamento fuerunt, S. Galla, *vidua Romana, ac dein Romæ apud S. Petri ecclesiam monialis, censeri optimo jure potest. Hanc infelici, nescio, quo eventu, antiquis Martyrologiis classicis prætermissam, debito elogio in sacris Fastis celebrârunt Grevenus, Adamus Walasser in Martyrologio Germanico, quod Canisio vulgò adscribitur, Felicius, Galesinius, Maurolycus & Baronius, quorum omnium annuntiationes hùc transcribere, necesse non est, dummodo laudatum jam mox eruditissimum scriptorem in hodierno Martyrologio Romano hoc die loquentem audiamus. Ita ille:* Romæ, S. Gallæ viduæ, filiæ Symmachi consulis, quæ, viro suo defuncto, apud ecclesiam beati Petri multis annis orationi, eleëmosynis, jejuniis aliisque sanctis operibus intenta permansit. Cujus felicissimum transitum S. Gregorius Papa descripsit. *Annuntiationi huic, quantùm ad substantiam, hoc die etiam succinunt hagiologi recentiores, Nicelaus Brantius, Sarsinensis episcopus, in Martyrologio Poëtico, Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, Arturus à Monasterio in Gynæceo, Carolus Piazza in Hemerologio sacro & in Sanctuario Romano, Castellanus aliique, qui tamen à Baronio aliisque prælaudatis martyrologis in hoc divertunt, quòd, etsi horum exemple* S. Gallam *die* V *Octobris annuntient, eam tamen rectiùs die* VI *Aprilis commemorari censeant, ac re ipsa eo etiam die, quem ei emortualem statuunt, alii succincto, alii diffuso elogio commemorârint.*

2 *Nec verò abs re id factum ab iis est. Etenim, teste S. Gregorio Magno lib. 4 Dialogorum*

AUCTORE J. G.

tum etiam VI Aprilis, tamquam emortuali, annuntiata,

rum cap. 13, triginta dicbus ante S. Benedictam ſanctimonialem Romæ, de qua in Opere noſtro ad diem VI Maii pag. 107 actum eſt, S. Galla *ærumnoſam hanc cum feliciori & immortali vita commutavit. Cùm verò S. Benedicta die VI Maii ad Superos migrâſſe paſſim credatur, communique hagiologorum conſenſu eodem die in ſacris Faſtis memoretur, conſequens eſt, ut* S. Galla, *quæ triginta diebus ante S. Benedictam obiit, die VI Aprilis, tamquam vero emortuali ejus die in Martyrologiis locum ſuum habeat. Hinc cum Wione lib. 3 Ligni vitæ pag. 128 facilè crediderim, tertium Nonas Octobris non depoſitioni ſanctæ Viduæ, ſed corporis totius vel notabilium reliquiarum tranſlationi, cujus documenta etiamnum latent, aut certè commemorationi ejus conſecratum eſſe; diem verò VI Aprilis re ipſa ejus eſſe emortualem. Ita etiam cenſuiſſe videtur Henſchenius noſter, cùm tom. I Aprilis pag. 532 inter Prætermiſſos ad diem VI Aprilis de Sancta noſtra agens, in hæc verba ſcripſit:* S. Galla, vidua Romana & ſanctimonialis apud S. Petrum, hoc die ex hac vita migrâſſe creditur. *Id tamen pro certo nec ipſe habuit, nec, ego habere auſim, cùm ex nullo cœvi ſuppariſve ſcriptoris teſtimonio compertum ſit, S. Benedictam ipſa die VI Maii defunctam eſſe, atque adeò nec certum evadere poſſit,* S. Gallam *die VI Aprilis ad meliorem vitam tranſiiſſe. Utut ſit, meritò certè laudati hagiologi de ſancta Vidua noſtra etiam ad diem VI Aprilis fecerunt mentionem.*

B

perperam tamen ut monialis Benedictina,

3 *Porrò non eſt, quòd quiſquam, cui Benedictini Ordinis ornamenta cordi ſunt, Baronio aliiſque jam citatis martyrologis ſuccenſeat, quòd ii* S. Gallam *non fecerint monialem Benedictinam. Tametſi enim ſcriptor Kalendarii Sanctorum Ordinis S. Benedicti, deſumpti ex Ms. monaſterii S. Salvatoris Ordinis Ciſtercienſis, die IV Octobris; Wion verò, Dorganius, Menardus, Bucelinus aliique recentiores, tum Germani, tum Hiſpani, Benedictini Ordinis hagiologi, eam Faſtis ſuis ad diem V Octobris inſeruerint; eorum tamen tanta non eſt auctoritas, ut ſine congruæ antiquitatis teſtimonio monialibus Benedictinis Sancta noſtra accenſeri debeat. Et verò in Martyrologio Sanctorum Ordinis S. Benedicti, quod ad calcem Romani, à Benedicto PP. XIV auctì & caſtigati, ſubjicitur, nuſquam* S. Galla *inter moniales hujus Ordinis comparet, imò nec ejus nomini Mabillonius in Indice Sanctorum I Sæculi Benedictini aſteriſcum (*) præpoſuit, quâ notâ germanos S. Benedicti ex utroque ſexu alumnos, ut ipſe monet, deſignatos voluit; quamquam tamen (judicet lector, an ſat conſequenter) ei Mabillonius in ſubjecto Kalendario Sanctorum Benedictinorum ad diem VI Aprilis locum dederit; ſed fortè tantùm (ſic enim ſecum pugnare, dici non poterit) eam non ut germanam Benedictinam, verùm ut ſuo Ordini affinem, &, neſcio, qua neceſſitudine alligatam, in Kalendario illo recenſuerit. Quidquid id eſt, non video certè, cur* S. Galla *monialibus Benedictinis annumeranda eſſet, quæ, uti poſtea patebit, monaſticam vitam annis aliquot antè amplexa erat, quàm Benedictinarum monialium dux & anteſignana S. Scholaſtica primum ſibi ſuiſque virginibus fundatum monaſterium haberet.*

C

Romæ & Lucæ, ubi & ejus reliquiæ aſſervantur, præcipuè colitur.

4 *Præter* S. Gallæ *in citatis Hagiologiis memoriam, commemoranda nunc veniunt, quæ ad Eccleſiaſticam ejus hoc die venerationem ceterumque ejus cultum faciunt. Carolus Antonius Erra in Hiſtoria Imaginis & Eccleſiæ S. Mariæ in Porticu in Campitello Italicè conſcripta typiſque Romanis anno 1750 excuſa, poſtquam pag. 19 aſſeruiſſet, S. Joannis PP. I reliquias, in ſuæ Congregationis eccleſia ſervatas, utut non inſignes, ex conceſſione ſacræ Rituum Congregationis anno 1736 Officio Eccleſiaſtico ritus duplicis honorari, mox, eodem ritu* S. Gallæ *Officium recitari, affirmat; ac denique, pag. 111 Sanctos recenſens, quorum in eadem eccleſia ſimili ritu Officium fit, ad diem V Octobris de* S. Galla *vidua mentionem diſertè facit; ut proinde de illius hoc die cultu minimè dubitandum ſit. Porrò, quæ ad ejuſdem ſacras reliquias deſignandas attinent, ea ſatis jejunè nec valdè aſſeveranter pag. 21 exprimit, ita ferè Italicè loquens:* Sanctæ Gallæ caput in eccleſia S. Mariæ in Porticu ſervari, aſſerunt Severanus & Pancirolus, qui fortaſſis non de integro capite, ſed de una hujus parte locuti fuerint. Apud nos eſt, *inquit*, de ſacris ejus reliquiis una, quæ dimidiatæ ejuſdem effigiei inſerta eſt; habentque aliam patres noſtri Lucenſes in ſacra æde, cui à S. Maria Cortelandini nomen eſt. *Ac mox ſubdit:* Deſtructo antiquo S. Gallæ altari, urnam cryſtallinam, quâ multæ ſervabantur reliquiæ, inventam fuiſſe, quas inter, nunc in recentiori ara collocatas, fortaſſis ſanctæ Viduæ caput exiſtit. *Quibus ex verbis nihil certi ſtatuas de loco, ubi* S. Gallæ *caput, quæve ſingillatim ejus ſacri corporis partes ſeu Romæ, ſeu Lucæ, in veneratione habeantur. Diſertiùs de Romana eccleſia, eidem ſanctæ Viduæ dicata, laudatus ſcriptor pag. 6 loquitur, aſſerens, antiquam S. Mariæ in Porticu eccleſiam, juſſu reverendiſſimi Thomæ Odeſcalchi, venerabilis Innocentii XI Papæ conſanguinei, deſtructam anno 1683 fuiſſe, ejuſque loco ædificatam novam, cui* S. Gallæ *inditum nomen fuit.*

D

Elogium ex Ferrario datur,

5 *Deſcriptis, ut monumentorum penuria finit, qui ſanctæ Viduæ legitimè deferuntur, Eccleſiaſticis honoribus, ſubdere nunc lubet adornatum ei à Ferrario elogium, quo veluti ex brevi tabella pateat, quàm fuerit virtutibus inſignis Dei Ancilla, de cujus Eccleſiaſtico cultu à nobis actum ſuprà eſt. Sic igitur ille in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem pag. 630 & 631:* Galla, nobiliſſima Symmachi conſulis filia, mortuo viro, cui nupſerat, intra annum, numquam, ut alii nuberet, perſuaderi potuit: tametſi poſt propinquos medici quoque illam ad ſecundas nuptias hortabantur, ne præ nimia ejus caliditate barbam, ut homines *, emitteret. Sed in eccleſia & cœnobio apud S. Petrum cum aliquot virginibus degens, orationibus, eleëmoſynis, jejuniis aliiſque ſanctis operibus vacavit. Quæ, in mammillis ſacro morbo exorto, cùm dolore fœtoreque ulceris in lecto diutiùs decumbens maximè affligeretur, à Principe Apoſtolorum, quadam nocte eam in ſomnis conſolante, viſitata eſt, deque obitu admonita; cùm autem illa ex virginibus Benedictam præcipuè diligeret, oravit Apoſtolum, ut illa ſecum ex hac vita decederet, cui Apoſtolus, aliam monacham ſecum migraturam, Benedictam verò poſt dies XXX & ipſam in cælum evolaturam, dixit. Quæ, cùm abbatiſſæ narrâſſet, triduo, Sacris munita, ceſſit è vita III Non. Octobris. *Hactenus Ferrarius, laudans in primis S. Gregorium Magnum lib. 4 Dialog. cap. 14, quo eodem libro, at in editione Pariſienſi diverſo capite, nempe 13, ſanctus Pontifex revera ſimilia de* S. Galla *tradidit, excepto ſolo emortuali die, qui ex ejus verbis, iiſque, quæ num. 2 diximus, potius die VI Aprilis, quàm*

*viri

E

AUCTORE J. G.

A *quàm hodie ſtatuendus videtur. An verò, uti Ferrarius in alio Sanctæ elogio ad diem* VI *Aprilis aſſerit, ea ſub annum* 542 *obdormiverit in Domino, infrà diſcutiendum erit.*

ejuſdemque ab homonymis diſtinctio declaratur.

6 *Interim, ne quis chronologiæ minùs peritus, aut de quo Symmacho jam ſuprà actum ſit, neſcius, Sanctam noſtram cum matronis aliis illuſtribus, quibus unum idemque nomen fuit, confundendi diſcrimen adeat, duo hîc diligenter obſervata velim. Alterum eſt, S. Gregorium Magnum, & ex eo Ferrarium, non de alio Symmacho locutos hîc fuiſſe, quàm de Q. Aurelio Memmio Symmacho, exconſule ordinario & patricio, quem Theodoricus, Gothorum in Italia rex, anno Chriſti* 525 *per ſummum nefas occidi juſſit, de cujus viri ſummis dotibus infrà ſermo recurret: alterum verò, hujus Symmachi digniſſimam prolem,* S. Gallam *noſtram, ſub finem ſeculi* V, *aut certè non ſeriùs, quàm ineunte* VI *ſeculo, uti infrà oſtendetur, in lucem prodiiſſe; ex quibus conſequens eſt, prout etiam ſentit in Martyrologii Romani Notis eruditiſſimus Baronius, noſtram ab ea Galla diverſam eſſe, de qua Q. Aurelius Symmachus L. F. & Orator lib.* 6, *Epiſt.* 32 *ſic ſcripſit:* Non mediocriter

B nepticulæ meæ Gallæ infirmitas contrahit otii noſtri ſecuritatem. *Cùm enim hæc nata ſit vel è Q. Flaviano Symmacho, vel è Q. Aur. Symmacho, Symmachi Oratoris nepote, qui cum Aëtio conſul fuit anno* 446, *hæc certè ad medium fermè ſeculum* VI *pertingere non potuit, niſi vel centenariâ major fuiſſet, aut ſaltem ad hanc ætatem proximè acceſſiſſet; & utut ſub annum* 542 *in vivis etiam hanc ſtatuamus, omninò tamen à noſtra diverſam eſſe, vel ex hoc patet, quòd noſtra vix quinquagenaria fuerit, cùm ſeculo* VI *media ferè ſui parte progreſſo, uti poſtea etiam probabitur, vitam cum morte commutavit. Quæ de re, præter inferiùs dicenda, adi, ſi lubet, Faſtos conſulares, à Petro Relando editos, & Sirmondi noſtri Notas in Ennodii Ticinenſis Epiſtolam* 25, *lib.* 7. *Diverſam quoque noſtram eſſe à Galla, Galli Cæſaris matre, à Galla Auguſta, Theodoſii uxore, nec non à Galla Placidia, Theodoſii filia, docet tum ipſa temporum ratio, quibus has vixiſſe, conſtat, tum quòd nulla ex his Symmachi, exconſulis & patricii, filia fuerit. Sed neque cum ſanctis matronis homonymis, puta Galla, S.*

C *Eucherii conjuge, aut Galla vidua, quam S. Auguſtinus Epiſt.* 212, *aliàs* 103 honorabilem Dei famulam & pretioſum Chriſti membrum *vocat, confundi ullatenus hæc noſtra poteſt, cùm hæ integro ferè ſeculo illâ antiquiores ſint, nec præter nomen, ſanctitatem & conjugalem ſtatum, quidquam commune cum ea habeant. Num verò noſtra eadem, an diverſa ſit ab illa Galla vidua, ad quam S. Fulgentius epiſtolam ſuper morte mariti deque ſtatu viduarum ſcripſit, ſequenti § collatis expenſiſque Fulgentii cum Actorum* S. Gallæ *verbis, diſputandum veniet.*

S. Gregorius Magnus, cujus contra hæreticos ſcioloſque incredulos

7 *Quod autem ad horum auctoritatem fidemque ſpectat, non hîc nobis heterodoxi cum hypercriticis ſuæ ſectæ hominibus objiciant, quatuor Dialogorum libros, quorum quartus cap.* 13 *aliquot* S. Gallæ *geſta obitumque complectitur, non à S. Gregorio Magno, ſed à Gregorio II, qui* 115 *annis altero junior eſt, conſcriptos fuiſſe, atque adeò, quæ Ferrarius ſuprà retulit, quæque nos dicturi infrà ſumus, ne quidem ex ſuppare* S. Gallæ *ſcriptore hauſta eſſe. Etenim tam futiles ſunt eorum, quibus id contendunt, rationes, aut potiùs conjecturæ, fueruntque hæ tam ſolidè ab Haefteno in Prolegomenis ad Vitam S. Benedicti, Mabillonio Præfat. ad Sæc.* 1 *Benedictinum* § 2, *Guſſanvillæo in Vindiciis Dialogorum S. Gregorii tom.* 2 *Operum S. Gregorii Magni edit. Pariſ. anni* 1705 *& nuper à Remigio Cellier tom.* 17 *Hiſt. ſacrorum Auctorum à pag.* 205 *aliiſque præclaris eruditione viris confutatæ & protritæ, ut nemo unus, qui ſani cerebri ſit, libros illos abjudicare S. Gregorio Magno poſſit: unde nec tranſcribendis illuſtrandiſve Catholicorum argumentis hîc immorari lubet. At fortè è ſequioris notæ hodiernis ſciolis non nemo objiciet, relatis à S. Gregorio Magno prodigiis fidem haberi non oportere, propterea quòd is, ut ipſi quidem adſtruunt, in admittendis mirabilibus facilior, in iiſque referendis ſimplicior exſtiterit. Næ homines illi, qui ſic ſibi cum ſcriptoribus impiis multùm ſapere videntur, ineptè & vehementer inſaniunt. Nam procul omni dubio eruditione non minùs, quàm dignitate ſummus Pontifex, conſcribendæ hiſtoriæ leges multò meliùs novit, atque ad earum præſcriptum Opus ſuum direxit, quàm quidem illi nôrint ac ſervent, quos ipſi nunc hiſtoriæ duces ſequi clauſis oculis amant, minimè ſolliciti inquirere, quo ex fonte procedant, quave auctoritate nitantur, quæ à protervis ſcriptoribus non* E *minùs temerè, quàm hinc inde impiè, in chartas conjecta ſunt. Aliam ſanè viam iniit S. Gregorius Magnus, qui non minùs imperiti vulgi famâ contemptâ, quàm ſemotis inordinati animi affectibus, ea dumtaxat litteris commendavit, quæ vel ipſe præſens viderat, vel ex probatiſſimis integræque fidei teſtibus monumentiſque explorata habebat.*

auctoritas & fides vindicatur,

8 *Ut verò ſpeciatim de Gregorii Magni, geſta quædam obitumque* S. Gallæ *enarrantis, auctoritate & fide agamus, fatcor quidem, ſe horum oculatum teſtem non aſſerere doctiſſimum Pontificem; at, ſi propterea ejus narratio in dubium vocari aut ei fides denegari poſſit, quid, quæſo, tandem in Annalibus hiſtoriiſque vix non omnibus reperies, quod hocce titulo ſubleſtæ fidei non arguatur? Et ſanè, tametſi ipſemet Gregorius morienti* Gallæ *non adſtiterit, nec omnia, quæ de ea refert, ſuis oculis viderit, utpote adhuc ætate junior, cùm hæc ad Superos migravit, potuit certè, quæcúmque de ipſa narrat, paucis pòſt annis ab oculatis & fide dignis teſtibus accepiſſe, eaque, ut erat rerum memorabilium colligendarum avidiſſimus & magna eruditione ab adoleſcentia inſignis, vel in pugillares referre, vel*

F *memoriæ, quæ ipſi tenaciſſima erat, commendare, idque re ipſa etiam præſtitiſſe, jure merito dicendus eſt. Nihil certè de illuſtriſſima noſtra Vidua retulit, quod* ſibi, *ut initio capitis* 13, *lib.* 4 *Dialogorum teſtatur,* perſonarum gravium atque fidelium relatione compertum *non fuerit. Quo tempore ſanctus Pontifex* 4 *Dialogorum libros ſcripſit, id eſt, anno* 593 *aut* 594, factum *illud, uti in fine capitis de* S. Galla *aſſerit,* nunc uſque in eodem monaſterio manet memorabile, ſicque hoc à præcedentibus matribus (*ſeu provectæ ætatis monialibus*) traditum, narrare illic ſolent ſubtiliter juniores, quæ nunc ſunt ſanctimoniales virgines, ac ſi illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipſæ adfuiſſent. *Demùm niſi ea, quæ in Dialogorum ſuorum libris tradidit, fide publicâ certa exploratæque fuiſſent, non tam imprudens fuiſſet magnus ille Pontifex, ut eos Theodelindæ, Longobardorum reginæ, ad Catholicam fidem tum regi, tum gentilibus & ſubditis perſuadendam miſiſſet. Etenim ſi*

AUCTORE J. G.

falsa, si suspectæ, si dubia aut imperiti vulgi commenta in medium protulisset, lectorum indignantium sibilos potiùs, quàm approbantium applausus tulisset, & Catholicæ religionis, quam propagare studebat, & fabulis propagari non posse satis nôrat, ludibrium potiùs, quàm sanctam existimationem ubique excitâsset. Contrarium autem contigisse, ex Paulo diacono lib. 4 De gestis Langobardorum cap. 4, manifestum est. Quid? quòd hi libri, ut lucem aspexerunt, summo omnium applausu toto Christiano orbe excepti fuerint, tanta certè gratulatione à piis eruditisque non excipiendi, nisi de historica eorum fide & auctoritate sat manifestè constitisset.

aliqua ejus gesta obitumque describsit.

9 *Atque hæc, ut Actis* S. Gallæ, *quæ ex Dialogorum lib. 4, cap. 13 edituri sumus, sua contra hodiernos sciolos sarta tecta maneat auctoritas, præmittere visum fuit. Nunc, qua occasione S. Gregorius Magnus de* S. Galla *scripserit, & quam ob rem non omnia, quæ de illa nôsse potuit, uberiùs expressisque etiam chronologicis notis enarrârit, juverit paucis indicâsse. Id nempe sanctus Doctor præsertim lib. 4 Dialogorum sibi proposuerat, non tam ut Sanctorum biographum*

B

ageret, quàm eorum consuleret saluti, quos de vita animæ post corporis mortem dubitare comperat. Hinc tum petitis à ratione argumentis, tum relatis, quæ certa fide comperta erant, miraculis & Sanctorum post mortem aliis apparentium visionibus, immortalitatem animæ & carnis futuram resurrectionem comprobat, eo nimirum fine, Quatenus fluctuanti animo, *uti cap. 7, lib. 4 ait,* quod plenè ratio non valet, exempla suadeant. *Cúmque adductis aliquot exemplis docuisset,* qualiter egredientes animæ visæ sint, vel quanta ipsæ, dum egrederentur, viderint, *ita demùm caput* XI *concludit:* Plerúmque contingit justis, ut in morte sua Sanctorum præcedentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suæ pœnalem sententiam pertimescant: sed, dum eorum menti internorum civium societas ostenditur, à carnis suæ copula sine doloris & formidinis fatigatione solvantur. *Ut autem ea, quæ hîc asserit, etiam exemplis comprobet, de anima Probi, Reatinæ civitatis episcopi, deque* Gallæ, *ancillæ Dei, aliorumque Sanctorum transitu distinctis capitibus tractat. Mirum itaque nemini videri debet, quòd de anno natali sanctæ Viduæ*

C

deque multis ad eam spectantibus rebus, quæ ad argumentum, quod tractabat, nihilo propiùs faciebant, altùm siluerit sanctus Pontifex, nec chronologicis notis vitæ ejus seriem complexus fusè sit. Hinc, si quid aliunde de S. Galla *plausibili saltem ratione eruitur, contra illud exigua, imò nulla argumenti vis erit, quod à silentio S. Gregorii adversus nos peteretur.*



D

§ II. Illustres Sanctæ natales & cognatio: ad eam probabilissimè S. Fulgentius Epistolam scripsit de Consolatione super morte mariti & de statu viduarum: hinc annus nativitatis ejus utcúmque definitur.

Sancta nostra, qua patrem habuit Symmachum consulem,

Etsi dumtaxat felicem mirabilemque S. Gallæ *ad Superos transitum sibi describendum sumpsisset S. Gregorius Magnus, neque in animo haberet, eam à nobilitate generis dignis laudibus celebrare; tamen, cùm inter plures illustrissimas matronas, quibus* Gallæ *nomen erat, illam, qua de agebat, secernere proprioque aliquo charactere designare oporteret, non potuit non illam Romanæ* urbis nobilissimam puellam & Symmachi, consulis ac patricii, filiam *vocare. Hinc, quàm illustri multis nominibus loco nata sit* S. Galla, *nemo non intelligit, qui Q. Aurelium Symmachum ejus patrem nôrit. Hic quippe ille est, cui Priscianus librum suum de Ponderibus atque Mensuris inscribens, insigne elogium texuit, quod, cùm ad Sanctæ nostræ laudem plurimùm faciat, &, Ecclesiastico cap. 3 teste,* gloria hominis ex honore patris sui *sit, hîc lubens subjungam. Ita laudatus Priscianus:* Omni te, Symmache, nobilitatis splendore celebratum, ac omni naturæ munere præstantem, omnique virtutis luce fulgentem, studiis etiam optimarum artium disciplinarumque florentem, justissiméque prospera fortunæ meritis vitæ probantem, famæ quidem antea nobis absentem, venerabilem faciebat: nunc autem præsentem veritas supergressa laudes prædicationis ostendit. Mediocritatis enim altissimæ, quâ superbiæ calcas tumores, & pietatis ponderibus gravissimis superas omnia. *Ne autem hæc scriptoris in Epistola nuncupatoria, ut sæpe fit, patrono suo adulantis magis, quàm vera de eo prædicantis verba esse, existimes, audi Procopium non minori laude de eodem Symmacho ejusque genero Boëthio loquentem lib. 1 Historiæ Gothorum ab Hugone Grotio partim versæ, partim in ordinem digestæ, pag. 142:* Symmachus & Boëthius ejus gener, nobilissima stirpe orti senatores & consulatum adepti erant: ambo sapientiæ studiis exerciti, ambo juris observantes suprà, quàm dici posset, erant: multis civium, multis & externis promti solari inopiam, famâ insignes, inde sibi acerbissimorum hominum invidiam peperêre. *Audi & summum sui temporis virum, hominemque fuci nescium, Anicium Manlium Severinum Boëthium suprà laudatum, lib. 2 de Consolatione Philosophiæ Prosâ 4 de Sanctæ nostræ parente in hæc verba loquentem:* Viget incolumis illud pretiosissimum generis humani decus, Symmachus socer, &, quod vitæ pretio non segnis emeres, vir totus ex sapientia virtutibusque factus, suarum securus, tuis ingemiscit injuriis.

E

F

11 *Esset hîc, ut Henschenius noster in Commentario Vitæ S. Aviti tom. 1 Februarii pag. 666 num. 32 pollicitus est, plura de eodem Symmacho*

matrem item illustrissimam, sororem verò Rusticianam,

cho dicendi locus, possentque huc referri gravissimorum auctorum honorifica elogia, quibus summi hujus viri nobilitatem, eruditionem, tum sacram tum profanam, naturæ dotes, virtutes reliquæque præclarè gestas recensent: at, quoniam nos in eo Papebrochius occasione Joannis Papæ I, Symmacho coævi, tom. VI *Maii à pag.* 704 *prævenit, illuc curiosum lectorem remittentes, fidem, ab Henschenio tom.* I *Februarii datam, ultrà liberare prætermittimus. Tam claro progenita patre* S. Galla, *haud dissimilem procul dubio habuerit matrem. Sed nec ejus nomen, quod dolendum summopere, nec præclara ejus gesta memoriæ prodita inveniuntur. Dignam fuisse Symmacho uxorem, dignamque sanctissima prole matrem, quæ præter* S. Gallam, *ejusque alteram probabilissimè, ut infrà docebimus, germanam sororem, nomine* Probam, *Rusticianam quoque, numquam satis laudandi Boëthii uxorem, non modò mundo dederit, sed & piis sanctisque moribus informârit, meritò credi potest. Porrò de hac Sanctæ nostræ sorore, Rusticiana, suaque conjuge dilectissima, ita Boëthius loco citato:* Vivit uxor, ingenio modesta, pudicitiæ pudore præcellens, &,
B ut omnes ejus dotes breviter includam, patri similis. *Munificam ejus in egenos liberalitatem ac miserandæ, quæ ei, capta postmodùm à Totila urbe Roma, obvenit, calamitatis tolerantiam his verbis laudatus Procopius lib.* 3, *pag.* 356 *expressit:* Sic evenit, ut tum alii Romanorum, tum etiam senatorii ordinis viri, ipsaque adeò Rusticiana, Boëthii quondam uxor, Symmachi filia, quæ suas facultates egentibus elargita fuerat, servili aut rustico habitu tecti hostili misericordia, modò panem, modò aliud quid necessarium rogantes viverent. Nec eos, paulò antè tam spectabiles, pudebat de domo in domum pulsare ostia & miseriæ alimenta precibus eblandiri. Et Rusticianam quidem interficere Gotthi flagrabant.... Sed Totilas nihil ei noceri passus est, *seu quòd Symmachorum sanguinem ipse barbarus revereretur, seu quòd ejus mirabili morum integritate & magis quàm virili in perferendis calamitatibus fortitudine captus, in ipsa hoste virtutem suspiceret, & à servata tam insigni matrona laudem sibi immortalem parere in animo proponeret.*

C *alteramque, ut apparet, nomine Probam, probabilissimè diversa non est,*

12 *Præter Rusticianam, Boëthii conjugem, aliam insuper* S. Gallæ *sororem fuisse, nomine* Probam, *quæ virgineæ pudicitiæ aliarumque virtutum decore emicuit, ambigere nemo potest, qui* Gallam *illam viduam, cui S. Fulgentius, Ruspensis episcopus, de Consolatione super morte mariti, deque viduarum statu epistolam scripsit, cum Sancta nostra unam eamdemque esse, ex Baronii sententia, infrà confirmanda, persuasum sibi habet. Etenim Probam virginem,* avis atavisque natam consulibus, Gallæ sororem *expressè vocat, ita cap.* 16 *ad hanc scribens:* Disponimus enim, si Dominus voluerit, & si vixerimus, ad SOROREM TUAM, sanctam Christi virginem Probam, quam Dominus hoc tempore præcipuum in urbe Roma dare dignatus est virginitatis & humilitatis exemplar, de jejunio & oratione aliquid scribere, sicut in epistola, quam nuper dedi, mea pollicitatio continetur: cujus tibi præcipuè sancta conversatio est in omnibus imitanda, quæ, cùm sit avis atavisque nata consulibus, ... tanta illi inest humilitas, ... ut ... dominam se aliquando fuisse, jam nesciat. *Quibus verbis, si rectè sensum capio, intendit S. Fulgentius, non alio, quàm domestico germanæ sororis exemplo* Gallam *ad castimoniæ, humilitatis, misericordiæ aliarumque virtutum exercitium exstimulare: hinc ita* Gallam *alloquitur:* Hanc ergò (*sororem tuam, Christi virginem, Probam*) tibi tamquam speculum pone, & ex ipsius consideratione, quid tibi jam insit, vel quid adhuc desit sanctorum studiorum operumque, cognosce, & licèt illa egregio præcellat virginitatis munere, comitem te debet in ceteris habere virtutibus, *illis nimirum, quas ipsa* Galla, *uti S. Fulgentius verbotenus ferè præfatus erat, pleniùs videndo cognoscebat, quàm ipse posset sermonibus explicare. Quæ omnia familiarem certè vitæ consuetudinem, nec alium, quàm qui inter germanas sorores esse solet, quotidianum usum inter* Gallam *& Probam viguisse, easque consanguinitate sorores fuisse, non obscurè indicant.*

AUCTORE J. G.

quidquid in contrarium opponi possit,

13 *At, inquies, dubitari non immeritò potest, an non Fulgentius ad aliam viduam, à nostra prorsus distinctam, præclaram illam dederit epistolam, quæ tom.* 9 *Bibliothecæ Patrum edit. Lugdunensis pag.* 86 *& seqq. exstat. Etenim, licèt sanctus Antistes* Gallam *viduam, cui scripsit, avo & patre, imò & avis atavisque natam consulibus dicat, nusquam tamen eam* Symmachi filiam *vocat, qualis certè nostra fuit. Adde, quòd eamdem viduam cap.* 16 *socerum & virum consulem habuisse testetur, quæ de Sancta nostra nuspiam tradidit S. Gregorius Magnus. Accedit denique, quòd, S. Gregorio Magno teste,* S. Galla, mox ut ejus maritus defunctus est, abjecto sæculari habitu, ad omnipotentis Dei servitium sese apud beati Petri Apostoli ecclesiam monasterio tradiderit, *cùm ex adverso vidua illa, ad quam Fulgentius scripsit, etiam post menses non paucos, ac fortè post unum alterumve à sui mariti morte annum, necdum secularem habitum abjecisse videatur, prout ex capite* 1 *ejusdem Epistolæ non obscurè eruitur, ubi S. Fulgentius Viduæ suæ his verbis loquitur:* Antè menses aliquot ex diaconi mei (*Româ nempe in Sardiniam ad S. Fulgentium reversi*) ex Urbe meantis, certa narratione comperi non solùm tui conjugis obitum, verùm etiam sanctum propositi tui tramitem, in quo jam ambulas, illo deducente, qui est via, veritas & vita. *Hunc porrò, quem laudat sancti propositi tramitem, non esse vitam monasticam, ex eo patet, quòd cap.* 12 *eamdem adhortetur mulierem, ut* talem habitum gestet, qui non ad lasciviam excitet, sed ad continentiam provocet, qui non illiciat ad libidinem, sed comprimat ad timorem, *ac dein cap.* 13, *ut* tales convivii habeat participes, quæ non carnis solent delicias laudare, sed cordis, *atque* cum talibus colloquia conferat, & frequentet convivia, ut, cùm eas cibis corporalibus pascit, ad meritum sibi sanctæ conversationis accedat, *ac demùm* nec talibus nunc mensam suam repleat deliciis, qualibus eam replebat, quando carnali conjugio serviebat. *Qualia monita, inquies, frustra dedisset Fulgentius, si statim à mariti obitu, ut de* S. Galla *tradit Gregorius Magnus, sese in cœnobio ad Dei servitium, suscepto monastico habitu, hæc vidua tradidisset. Unde laudatam à Fulgentio viduam, ab ea, quam celebrat S. Gregorius, omninò diversam esse, indubitatum videri potest.*

à Galla vidua, cui S. Fulgentius scripsit.

14 *Fateor, argumenta hæc ejusmodi esse, ut laudata num.* 12 *Baroniana sententia iis everti aut certè non leviter quati primo intuitu videatur. Verumtamen cùm apta ad hæc responsio non desit, atque aliunde sat multa signa concurrant, quæ*

S.

AUCTORE J. G.

S. Gallam *à vidua, cui Fulgentius ſcripſit, diverſam non eſſe indicent, malim cum Baronio, Sirmondo aliiſque ſentire, quàm à communi ſententia ſine certioribus argumentis recedere. Porrò quibus rationibus ſuam Baronius opinionem ſtabilierit, audire juvat. Ita ipſe ad annum Chriſti* 504, *num.* 59 *differit:* Sed antequam ulteriùs campum narrationis ingrediar, *quem ſcilicet occaſione Operum S. Fulgentii ingreſſus erat*, Vides, *inquit*, quot ſignis habes expreſſum, eamdem Gallam viduam, de qua ſcribit S. Fulgentius, unam eamdemque eſſe cum ea, de qua agit S. Gregorius. Primùm enim nomine convenit, quòd GALLA dicta; patriâ, quod Romana; profeſſione, quòd vidua; tempore etiam, quòd ſub Gothorum rege (*Theodorico*) & quòd à ſuis majoribus S. Gregorius, ſe ea de Gallia accepiſſe, teſtetur. Convenit inſuper & conſulatu patris, nimirùm, quòd Symmachi conſulis filia fuerit, ad quem nonnullæ exſtant Ennodii Ticinenſis epiſtolæ.... Adde denique, quòd adoleſcentula, adoleſcentulo ſit orbata viro; cùm Fulgentius æquè teſtetur, virum ejus celeriter in ipſo juventutis flore ex humanis abreptum. *His alia duo indicia, quæ eódem ſpectent,*

B *adjicere liceat:* Galla *vidua, de qua Fulgentius*, Carnis filios non reliquit, *prout cap.* 18 *ipſe ſcribit; ſed neque Vidua noſtra, quæ brevi temporis ſpatio marito orbata fuit, ex eo prolem ſuſcepiſſe, apud S. Gregorium Magnum alioſve legitur. Quid? quòd S. Gregorius Magnus, cùm narrat, noſtram ſecundis nuptiis continentiam vidualem prætuliſſe, ipſam S. Fulgentii ſententiam, quâ id in Epiſtola ad* Gallam *ſuam expreſſerat, adhibuiſſe videatur, unde & eamdem viduam, cui hic ſcripſit, & ipſe S. Gregorius deſignâſſe non temerè dici poteſt. Audi Fulgentium cap.* 1 *viduam ſuam alloquentem:* Comperi... etiam ſanctum propoſiti tui tramitem, in quo jam ambulas, illo deducente, qui... fidelibus ſuis novit per momentaneam triſtitiam donum ſempiternæ largiri lætitiæ. *Audi nunc S. Gregorium, non aliter de viduali continentia, quam* S. Galla *amplexa erat, differentem:* Elegit (*S. Galla*) magìs ſpiritualibus nuptiis copulari Deo, in quibus à luctu incipitur, ſed ad æterna gaudia pervenitur. *Ut adeò cum Baronio loco citato dicere fas ſit*, Planè nihil eſſe, quòd dubitare jure valeas, num alia illa ab iſta ſit Galla, ſed certò ſcias, unam eamdemque fuiſſe inſigne decus & ornamentum Chriſtianæ pudicitiæ nobilitate gèneris atque ſplendoribus natalium auctam.

C

Prima, quæ objicitur difficultas,

15 *Eſſet hæc Baronii ſententia pro certa explorataque amplectenda, ſi re ipſa S. Fulgentius, uti innuit Baronius*, Gallam *ſuam etiam* Symmachi filiam *expreſsè appellâſſet: ſed hic illam* avo, patre, ſocero, marito conſulibus illuſtrem *tantummodò vocavit, ſuppreſſis horum omnium nominibus. Ex hoc tamen S. Fulgentii ſilentio, utpote cui minimè neceſſum fuerat in ſua ad* Gallam *Epiſtola horum nomina enumerare, de Baroniana ſententiæ probabilitate nihil decedit, niſi quis priùs oſtenſum dederit*, Gallam *noſtram* avo, patre, ſocero, marito conſulibus illuſtrem *non exſtitiſſe, nec talem ſtatui poſſe. Sed tantùm abeſt, ut hoc diluciḍè oſtendi valeat, ut potiùs contrarium partim ex ipſis ſcriptoribus antiquis, partim plauſibili ratione demonſtretur. Anno Chriſti* 446 *cum Aëtio tertiùm conſule conſulatum geſſiſſe Q. Aurelium Symmachum, Novella Valentiniani tit.* 4, *l.* 1 *&* 2, *ac Faſti conſulares Relandini unanimi conſenſu teſtantur: hunc autem Symmachum fuiſſe Symmachi, à Theodorico rege injuſtè occiſi, patrem, ac per conſequens* S. Gallæ *avum, nemo, arbitror, inficias ibit. Ipſum verò Symmachum, ſanctæ Viduæ noſtræ patrem, anno* 485 *conſulatum geſſiſſe, Faſti conſulares etiam clamant, & ipſe S. Gregorius* S. Gallam Symmachi conſulis & patricii filiam *compellat. Itaque eam avo & patre, imò etiam, cùm horum majores fuerint L. Aur. Symmachus, Tatiani collega, & L. Aurelius Symmachus, Gallicani collega, avis ataviſque natam conſulibus eſſe, extra controverſiam eſt. Socerum verò & maritum habuiſſe, etiam conſulari dignitate ornatos, oſtendi quidem ex antiquis pari modo non poteſt, cùm horum nomina nec S. Fulgentius nec S. Gregorius Magnus expreſſerint: attamen mihi quidem dubitandum non videtur, quin* S. Gallæ *maritus & conſulis filius & ſaltem honorarius vel deſignatus conſul fuerit, ſi non & ipſe tamen conſulatum ordinarium aliquando geſſerit.*

D

uti & ſecunda

16 *Ut ita ſentiam, hoc me movet, quòd veriſimile nequaquam ſit, Symmachum*, S. Gallæ *patrem, qui filiam natu majorem Ruſticianam alteri, quàm Anicio Manlio Severino Boëthio, conſulis filio & ipſi conſuli, collocare nuptui noluit, alium ſibi generum, cui* Gallam *daret, aſſumere voluiſſe, quàm qui Boëthio, priori ſuo genero, non diſſimilis eſſet, quique & conſularis eſſet adoleſcens, & conſulatum adire etiam ipſe poſſet. Neque contra aditum aliquando ab eo conſulatum opponi poteſt, quòd, judice Baronio ſuprà laudato, adoleſcentulus dumtaxat fuerit, dum è vivis ceſſit; quandoquidem hæc eruditiſſimi ſcriptoris verba non alio ſenſu exponenda ſunt, quàm quo S. Fulgentius cum ætate* juvenem *dixit, qualem dicere hominem quadragenario aut eo minùs juniorem nihil planè vetat, qui & proinde nihil ab ætate impedimenti habuit, quò minùs ob aviti generis ſplendorem præclaraſque animi dotes æquè ac Boethius conſulatum adire quiverit. Utut id eſt, cùm tot tamque convenientia aptiſſimâ perſpicuitate concurrant indicia, quæ, ut num.* 14 *oſtenſum eſt, unam eamdemque* Gallam *viduam deſignent, Baronii & Sirmondi ſententiam, ſi non ut omninò indubitatam, certè ut probabiliſſimam haberi poſſe, exiſtimo. Neque, ut mihi quidem videtur, hujus probabilitati quidquam officit, quòd S. Fulgentius viduam, cui ſcripſit*, Symmachi filiam *non vocârit, quódque S. Gregorius Magnus* S. Gallam *non dixerit* avo, patre, ſocero, marito, conſulibus illuſtrem *fuiſſe. Etenim neuter eorum propterea, quia hæc tacuit, ea negâſſe dici poteſt, tum quòd hæc, utut veritati conformia, referre ad utriuſque inſtitutum non pertineret, tum quòd aliunde ſatis ſuperque omnibus hæc nota eſſent, nec proin adeò expreſſa commemoratione indigerent.*

E

F

ac tertia ſolvitur

17 *Atque ita quidem primæ & ſecundæ difficultati num.* 13 *propoſitæ ſatis occurſum arbitror; ad tertiam igitur me nunc converto. S. Fulgentii epiſtolam, poſt menſes aliquot ab obitu mariti* Gallæ *viduæ conſcriptam, perlegenti, nemini non in mentem veniet, eam tum temporis nondum ſe in monaſterium aliquod contuliſſe, aut habitum induiſſe monaſticum. Nec tamen ideò vidua hæc diverſa ſtatui à* S. Galla *poteſt, licèt de hac ita ſcribat Gregorius Magnus lib.* 4 *Dialogorum cap.* 13: Mox ergò, ut ejus maritus defunctus eſt, abjecto ſeculari habitu, ad omnipotentis Dei ſervitium ſeſe apud beati Petri eccleſiam monaſterio tradidit. *Nam, etiamſi laudatus in*

Pariſien

AUCTORE J. G.

A *Parisiensi editione anni* 1705 *Beccensis Operum S. Gregorii Magni Ms. codex in eo minùs accuratus esset, nec genuinam, quod asserere non ausim, lectionem exhiberet, cùm simpliciter refert,* S. Gallam *mox ab obitu mariti sui* ad omnipotentis Dei obsequium in ecclesia B. Petri se convertisse, *nulla nimirum de ejus in monasterium subito ingressu mentione facta; tamen adducta superiùs adversus nos S. Gregorii verba non sic deberent in summo rigore sumi, ut inter mariti ejus obitum & secessum* S. Gallæ *in monasterium vix pauci dies medii intercedant. Etenim quominùs sic intelligi debeant aut possint, obstat tum ipsa rei gestæ, temporis intervallum aliquod exigentis, natura, tum non infundata eruditorum piorumque hominum opinio, quâ* S. Galla, *antequam se in monasterium reciperet, ædes suas in ecclesiam convertisse, communiter creditur.*

accommoda expositione verborum S. Gregorii Magni.

18 *Igitur memorata S. Gregorii verba vel sic expone, ut* mox, *seu paucis ab obitu mariti sui diebus,* S. Galla *abjecerit secularem habitum, magnificum nempe illum, quo pro natalium suorum splendore indui, vivente marito, solebat, simulque modestiorem magisque viduarum luctui suoque servandæ continentiæ proposito convenientem assumpserit, ac postmodum tantùm, seu post annum unum, converso jam in sacram ædem suo palatio, sese monasterio, Deo ibidem in perpetuum famulatura, tradiderit; vel si contendas, particulam illam* mox, *à S. Gregorio adhibitam, non tantùm de abjectis splendidioribus seculi ornamentis, sed etiam de secessu in monasterium debere intelligi, qua ratione probabis, particulam* mox *non pati hîc aliquam temporis amplitudinem, non tantam quidem volo, quantam apud Virgilium lib.* 1 *Georg. versu* 24 *habet, annorum circiter viginti, nec tantam, quantam apud Suetonium lib. 6 in Nerone num. 6 patitur, annorum videlicet undecim (cùm nempe hic dicit, Neronem infantem à Claudio* mox *adoptatum fuisse, qui tamen Nero, eodem Suetonio num. 7 teste, undecimo dumtaxat anno adoptatus ab eo est) sed tantam saltem, quantam apud auctores apprimè Latinos à Roberto Stephano verbo* mox *citatos patitur, ubi hæc particula* mox *pro* deinde *seu pro indefinito subsequenti tempore, licèt non admodùm longo, usurpatur; ut adeò eadem particula* mox *pro* deinde, *seu pro unius aut alterius anni spatio, non secùs atque ab his scriptoribus Latinis, à S. Gregorio adhibita dicatur. Sin autem ea verborum ejus expositio tibi minùs apta videatur, & particulam illam* mox, *in ordinaria significatione sumptam, de ingressu* S. Gallæ *in monasterium intelligendam esse velis, nondum tamen hinc, quod contra Baronii sententiam contendis, confectum dabis; cùm, etiamsi menses aliquot, imò annum integrum eoque plus temporis insumpsisset* S. Galla, *ut mundo vale diceret, suumque palatium in ædem Deo sacram converteret, compositisque ordinatè rebus domesticis, sese in monasterium reciperet, nihilominus tamen id* mox *præstitisse, dici posset. Hoc enim* mox fieri, *jure merito dicitur, quod tempore, quo fieri potest, perficitur brevissimo. Cùm verò mundo nuntium remittere, de ampla re domestica ordinatè disponere & monasterium ingredi, matronæ, summa dignitate illustri opibusque affluenti, non sit bidui aut tridui, sed mensium complurium opus, rectissimè etiam vel sic dici poterit* S. Galla, mox, ut ejus maritus defunctus est, abjecto seculari habitu, ad omnipotentis Dei servitium sese monasterio tradidisse, *quandoquidem & abjectio splendidioris habitus magnificique apparatus, ac rei domesticæ per annum ordinatio ad perfectum in monasterio omnipotentis Dei famulatum viam straverint, & hæc citiùs, quàm anni unius spatio, ordinatè fieri non potuisse videantur.*

Sanctæ nativitas ex præfata S. Fulgentii epistola.

19 *Ceterùm ex laudata S. Fulgentii Epistola, ad Sanctam nostram, uti num.* 14 *& seqq. docuimus, probabilissimè scriptâ, natalem ejus in terris annum utcúmque definire nunc aggredior. Teste S. Gregorio Magno lib.* 4 *Dialogorum cap.* 13, *necdum* S. Galla *adolescentiæ terminis egressa erat, cùm nuptui tradita est viro illi, cujus obitu intra unius anni spatium vidua effecta est, qua occasione S. Fulgentius paucis pòst mensibus epistolam illam misit, quâ super morte mariti* Gallam *consolaretur & ad vidualem continentiam servandam, multis adductis rationibus & sanctarum viduarum exemplis, vel incitaret ardentiùs, vel firmaret abundantiùs. Sive ergò ex L.* non aliter *§* 1 *de Leg.* 1 *adolescentiæ terminos utrimque statuas annum ætatis* 14 *& annum* 25, *sive cum Plinio* adolescentem *voces ab anno* 12 *usque ad* 21, *quamdiu nempe homo in longitudinem pergit crescere &* adolescere *dicitur, sive potiùs cum Jornande episcopo Ravennate, Sanctæ nostræ coævo, adolescentiam, uti ipse facit cap.* 55 *de Rebus Geticis, anno ætatis* 18 *inchoes, eamque, ut vulgò fit, anno* 25 *concludas; eò demum res nostra redibit, ut eo tempore, quo* Gallæ *maritus obiit, ea* 25 *annos multis mensibus certè non excesserit, ac fortè annos nata fuerit viginti dumtaxat & quatuor. Talem certè tum temporis fuisse, quam juvenilis ætas & valde ignea corporis constitutio ad iterandum thalamum vocaret alliceretque, dubitare non finit laudatus suprà Gregorius Magnus. Si ergò, uti infrà patebit, S. Fulgentius non seriùs, quàm anno* 523, *nec citiùs, quàm anno* 520 *præfatam epistolam dederit, consequens est, Viduam nostram tum temporis annos certè haud plures quàm* 25, *paucis mensibus completos, numerâsse, utpote, cùm traderetur nuptui, adolescentiæ terminis necdum egressam, & intra anni unius spatium, marito suo orbatam. Ut adeò sub præcedentis seculi exitum vel ipso ineunte sexto seculo mundo fuerit data, non paucis proinde annis Rusticiana sorore junior, cujus ex Boëthio liberi anno* 522 *consulatu insignes fuisse videntur, nisi fortè Rusticiana multò juniori ætate, quàm sua Soror, nupserit, aut hi, adhuc adolescentuli, ad consulatum evecti fuerint, uti credere non vetat ipsemet Boëthius lib.* 2 *de Consolatione philosophiæ Prosâ* 4, *ubi eos etiamnum* pueros *vocat.*

utpote inter annum 520 *&* 523 *conscripta, utcúmque definitur.*

20 *Quod autem præfata epistola non ante annum* 520 *nec post annum* 523 *fuerit ad* Gallam *data, ita ostendo: S. Fulgentius, cùm iterum à Trasamundo, Wandalorum rege, in Sardiniam exsul deportaretur, teste ejus discipulo biographo apud nos tom.* 1 *Januarii pag.* 41, *cap.* 25, *citò se inde reversurum,* propheticâ gratiâ per Spiritum Sanctum repletus, Juliateo (*aliàs* Juliteo *&* Viliateo) viro religioso *prædixit, ita eum alloquens:* Diutiùs flere noli, citò revertemur ad vos, Catholicæ Ecclesiæ libertate reparatâ, videbitis nos. *Non diu ergò, nec certè, ut appareret, ultra triennium tenuit secundum hoc S. Fulgentii exsilium. Itaque, cùm, eodem biographo teste cap.* 28, Mors Trasamundi regis & mirabilis bonitas Hilderici, (*anno* 523, *ut Pagius ad annum* 525, *num.* 16 *ex Norisio docet,* re-

AUCTORE J. G.

gnare incipientis, Ecclesiæ Catholicæ per Africam constitutæ libertatem restituerit, *eoque anno reversus in Africam sit S. Fulgentius, prout se* citò *reversurum prædixerat; non potest, quæ ex Sardinia, durante hoc exsilio, ad* Gallam *data est epistola, citiùs anno* 520, *nec seriùs anno* 523, *scripta statui, nisi S. Fulgentium, anno* 523 *in Africam appulsum, non* citò, *ut vaticinatus fuerat, reversum fuisse, contra ejus biographum statuas, ejusque secundum exsilium ultra triennium pariter protrahas. Ut autem pateat, laudatam suprà Fulgentianam epistolam, durante secundo ejus exsilio, conscriptam fuisse, lubet adducere præfati illius discipuli verba cap.* 28, *ubi de secundo hoc sancti magistri sui exsilio agens, ita loquitur:* Scripsit eodem tempore Carthaginensibus epistolam, sublimi exhortatione perspicuam. *Et post pauca:* Jam familiares epistolas, in quibus tamen spiritalis ædificatio continetur, & ibi & apud Sardiniam commanentibus & in Africa degentibus, & Romanis præcipuè senatoribus, viduisque ac virginibus, quarum fama laudabilis habebatur, frequenter direxit. Ad Probam virginem Christi de Jejunio & Oratione libellos duos conscripsit, *illos nempe, quos se scripturum esse, in sua ad* Gallam, *Probæ sororem, Epistola cap.* 16 *pollicitus fuerat. Paulò igitur antè, quàm ad Probam virginem duos illos libellos in Sardinia scripserit, jam ad* Gallam *viduam epistolam, qua de agimus, miserat, eaque proinde, ut omninò apparet, una ex iis censenda est, quas Fulgentius alterius sui exsilii tempore Romanis viduis,* quarum fama laudabilis habebatur, *biographo ejus teste, direxit.*

B

§ III. An, quæ S. Gallæ, juniori adhuc viduæ, facta perhibetur mirabilis apparitio iconis B. Mariæ in Porticu, scriptorum coævorum testimonio, uti Benedictus Papa XIV scribit, firmari possit.

C

De hac apparitione, præter alios plurimos, egerunt

Quo tempore sancta Vidua nostra tum sibi à Deo insitæ pietatis affectu, tum partim mariti quondam sui, teste S. Fulgentio cap. 1 operibus misericordis, *laudabili exemplo, partimque ipsius Fulgentii adhortatione commota, orationibus, jejuniis & misericordiæ operibus instabat,* & quidquid, *ut ille cap.* 16 *ei suaserat,* suis apparatibus subtraxerat, esurientibus tribuebat, & quidquid sibi deduxerat, egenis expendebat, *eo, inquam, tempore, quod ejus in cœnobium secessum antevertit, contigisse in ejus ædibus mirabilem iconis Deiparæ Virginis apparitionem, quæ deinceps sacra imago Romæ summa in veneratione Urbique & Orbi adversus ingruentes sævientesque calamitates salutare præsidium exstitit, pia est, nec minùs quàm recens, Christi fidelium sententia, eò habenda, quoad facti substantiam, firmior solidiorque, quòd rei gestæ commemoratio Officio Ecclesiastico unà cum Octava, ex sacræ Rituum Congregationis legitimo indulto, die* XIII *Junii anno* 1679 *edito, publicè Romæ in ecclesia sanctæ Mariæ in Campitello quotannis die* XVII *Julii solemni ritu celebretur. De hoc argumento, teste Carolo Antonio Erra num.* 4 *laudato, præter aliquos, quos ex sua congregatione Clericorum Regularium Deiparæ pag.* 1 & 2 *præfati Operis auctores ipse recenset, vel ex professo, vel obiter egerunt Cardinalis Baronius, Onuphrius Panvinus, Octavius Pancirolus, Justinus Miecovieusus, Georgius Colvenerius, Ambrosius Novidius, Joannes Lupardus, Andreas Victorellus, Franciscus Scotus, Floravantes Martinellus, Bartholomæus Piazza, Marius Crescimbenus, Felinus ex Ordine Servorum B. Mariæ, Caroccus è Societate Jesu & P. Casimirus Ordinis Minorum Observantium, aliique multi, quos hîc enumerare longius esset.* At, *inquit verbis Italicis à me Latine redditis,* non confundendus cum aliis, at contrà laudandus hîc præ ceteris est Eminentissimus Prosper de Lambertinis, nunc (*anno* 1750, *quo excusum Caroli Erra Opus est*) Benedictus XIV feliciter regnans, qui in eruditissimo nec satis laudando Opere suo de Beatificatione & Canonizatione honorificè de admirabili illa imagine meminit, collaudans sacram Rituum Congregationem, quòd ecclesiæ S. Mariæ in Porticu proprias Officii Ecclesiastici ea de re Lectiones, *clericis nempe, ut mox dicetur, Regularibus Congregationis Matris Dei in Campitello,* recitandas indulserit.

D

E

Benedictus PP. XIV, pro ea sacra Rituum Congregationis decretum

22 *Hujus & ego eruditissimi Pontificis, uti & laudati clerici Regularis Congregationis Deiparæ, præ ceteris verba huc adducam, tum quòd hi nuperrimè argumentum hoc tractârunt, tum quòd monumenta, quæ ad faciendam rei gestæ fidem potissimùm conducunt, vel protulerunt in medium, vel ubi hæc asservarentur & qualia sibi visa sint, apertè professi sunt. Illa ego pro meo munere, salvâ utriusque scriptoris veniâ, quam veritatis illustrandæ studium meretur, in examen postmodùm adducam, ne quis, si promiscuè spuriis æquè ac genuinis testimoniis hanc iconis beatæ Virginis apparitionem prodigiosam adstrui ac firmari videat, fidem potiùs propter illa detrectet, quàm propter hæc lubens volensque adjungat. Atque ita quidem de illa apparitione Benedictus XIV tom.* 4 *laudati Operis parte* 2, *cap.* 7, *num.* 6, *etiam in ipsa editione tertia auctiore & castigatiore, Romanis typis anno* 1749 *excusa, de verbo ad verbum loquitur:* Officium proprium unà cum Octava, die XVII Julii recitatur in Urbe à clericis Regularibus Congregationis Matris Dei ex indulto sacræ Congregationis die XIII Junii MDCLXXIX in commemorationem apparitionis sacræ imaginis sanctæ Mariæ in Porticu. Fertur enim, imaginem beatissimæ Virginis, quæ modò colitur in Urbe, & signanter in ecclesia S. Mariæ in Campitello, mirabiliter apparuisse in ædibus S. Gallæ, patritiæ Romanæ, prope Marcelli theatrum intra porticum Octaviæ, Joanne I summo Pontifice, dum eadem Galla duodecim pauperibus ex quotidiana consuetudine in honorem Dei & beatæ Virginis Mariæ epulum præberet. Ita legitur in Lectionibus propriis secundi Nocturni Officii modò indicati.

F

23 *Hactenus eruditissimus Pontifex, qui mox monumenta, quæ rei gestæ fidem facere sibi visa sunt, in hæc verba recenset:* Et pro rei hujus (*admirandæ iconis apparitionis*) veritate non tantùm militabat traditio immemorabilis, sed res tota continebatur duobus versibus sculptis tempore S. Gregorii VII in ciborio pervetusto ecclesiæ S. Mariæ in Porticu, & duobus antiquis manuscriptis exaratis tempore S. Joannis I summi Pontificis, quorum alterum asservabatur apud clericos

& Mss., S. Gallæ, ut censet, coævæ, laudans,

A ricos Regulares Congregationis Matris Dei, alterum in bibliotheca Angelica S. Auguſtini de Urbe, inſuper addito alio manuſcripto bibliothecæ Vaticanæ ſub Martino V. *Igitur judice Eminentiſſimo ſcriptore, poſtea Benedicto Papa XIV, quo tempore hæc ſcribebat, aut eo certè, quo prodiit præfatum ſacræ Rituum Congregationis indultum, non immemorabilis dumtaxat traditio, ſculptique in ciborio ſub S. Gregorio VII verſus, ſed &, quod notandum hîc potiſſimùm eſt, duo antiqua monumenta, tempore S. Joannis PP. I, ſeu eodem, quo res illa memorabilis contigerit, aut ſubſequenti anno, manu exarata, prodigio, de quo hîc agitur, fidem faciebant; quo ex capite, ſi rectè hîc ſcripſerit eruditiſſimus auctor, apparitio illa hiſtoricè certa atque indubitata evaderet, utpote non traditione tantùm immemorabili ac ſeculi* XI *monumento, ſed binis, quod rei caput eſt, teſtata documentis ſynchronis, quorum alterum apud clericos Regulares Congregationis Matris Dei, alterum in bibliotheca Angelica S. Auguſtini de Urbe, ipſo teſte, aſſervatur.*

B *& Carolus Erra, cujus de ea re verba*

24 *Nunc laudatum ſuprà Carolum Antonium Erra de eadem iconis ſacræ apparitione diſſerentem audiamus. Ita ipſe quantùm ad ſubſtantiam ſermone Italico pag.* 3 *& ſequenti:* Sacram Deiparæ Virginis in Porticu imaginem in S. Gallæ ædibus, cùm hæc egenis ob Chriſti Domini amorem epulum præbebat, mirandum in modum apparuiſſe, inter omnes, *inquit*, convenit. Verùm id commune habet hæc apparitio cum multis inſignibus reliquiis factiſque prodigioſis, quòd à ſynchronis ſcriptoribus litteris mandata non fuerit, *vel quòd, uti dein ſubdit, eorum teſtimonia aut etiamnum lateant, aut omninò interierint.* At, *inquit pag.* 4, hujuſmodi ſcriptorum vices ſupplet traditio famaque publica, quas ſi repudies, etiam magna ex parte hiſtorias maximè teſtatas repudies oportet. *Ac paulò pòſt, non hæc aliaque à ſe dicta eſſe, aſſerit, quaſi verò illa apparitionis hiſtoria omni ſcriptorum auctoritate ſubſidioque deſtituta eſſet,* Cùm ex adverſo, *inquit*, complura atque apprimè authentica nobis ſuppetant ſcripta teſtimonia, *quibus apparitionem illam omninò ſtabiliri, ipſe autumat. Ac primo quidem loco inter illa recenſet membranam, Latinè conſcriptam, hujuſque Italico ſermone exaratum exemplar, ab antiquis ſuæ Congregationis patribus inventa, omniumque oculis in prima S.*

C *Mariæ in Porticu eccleſia, nunc* S. Gallæ *dicta, olim expoſita, quæ in ſuo archivo, eodem nempe, quo Benedictus XIV exaratum tempore Joannis PP. I manuſcriptum ſervari adſtruit, hocce tempore exſtare, ipſe affirmat. De hoc Ms., quo ſummatim apparitionis illius iconis hiſtoria refertur, ita loqui pergit:* Quantùm quidem videtur, manuſcriptum hoc temporibus Pauli II, anno MCDLXIV Pontificatum adepti, illic expoſitum fuit, cùm, quæ ſubſecutis temporibus circa præfatam imaginem contigerunt, recentioribus multúmque diverſis characteribus conſcripta ſint. *Ac poſt nonnulla, quibus huic ſcripto auctoritatem conciliare nititur, ſubdit:* Is ergò, qui illud exaravit *ipſis Pauli II, cujus nempe expreſsè meminit, temporibus,* vera eſſe credidit, quæcúmque in eo ſcripſit, ac proinde documenta alia, quibus niti poſſet, ante oculos habuerit, nec hactenus quidquam ei contrarium prodiit, ut potiùs, quæ è latebris emerſerunt, monumenta perfectiſſimè ei conſentiant.

25 *Dein inter complura & apprimè authenti-*

ca ſua documenta recenſet laudatus Erra Manuſcriptum aliud, priori quoad ſubſtantiam ſimile, quod in inſigni bibliotheca Angelica S. Auguſtini de Urbe, à Benedicto XIV pariter aſſignata, exſtare, at ſcriptoris vitio mendoſum & aliquæ ex parte apertè falſum eſſe, pag. 5 *tradit. Tum de tertio ſuo Ms. hæc Italicè docet:* Antiquius magiſque authenticum eſt Manuſcriptum bibliothecæ Vaticanæ, ſub Pio II, anno MCCCCLVIII in Pontificem electo, à S. Mariæ Majoris vicario confectum, cui hic titulus eſt: DE SACRA MATRIS DEI IMAGINE, QUÆ IN BASILICA ILLIUS MAJORI ROMÆ SERVATUR; ubi (*præfatus vicarius*) de noſtra agens imagine, ita ait: HÆC, UT AIUNT, MIRO SPLENDORE FULGENTEM SESE PRODIDIT. *Tum de quarto ſuo Ms. ita mox proſequitur præfatus Erra:* In eadem bibliotheca (*Vaticana*) aliud Ms. exſtat, annis aliquot antea compoſitum à Nicolao Signorili, populi Romani ſecretario, jubente Martino V, qui anno MCCCCXVII ſummus Pontifex creatus fuit. Huic titulus eſt: DE JURIBUS ALMÆ ROMÆ. In eo etiam de traditione paſſim admiſſa circa prodigioſam hujus imaginis apparitionem, S. Gallæ factam, his verbis ſermo eſt: DICITUR (*imago Deiparæ*) MIRACULOSE APPARUISSE DOMINÆ GALLÆ PATRITIÆ IN DOMO SUA, QUAM PROPTEREA AD ECCLESIAM SUB VOCABULO BEATÆ MARIÆ REDUXIT. *Tandem* ad longè antiquiora, *ut loquitur, monumenta progrediens, duos verſus Leoninos, in ciborio eccleſiæ S. Mariæ in Porticu ſculptos, pag.* 5 *recitat, deque ciborii illius ætate nonnulla poſtmodùm diſſerit. Quid porrò* ciborii *voce hîc deſignetur, juverit obiter indicâſſe.* CIBORIUM, *inquit Cangius*, appellant ſcriptores Eccleſiaſtici, quod Ordo Romanus TEGIMEN & UMBRACULUM ALTARIS vocat. *Illud autem ſic in ſuo Lexico deſcribit:* Quatuor columnis iiſque prælatis attollebatur & in faſtigiatam formam eductum, totum altare contegebat, *quam deſcriptionem præter alia, quæ omitto, exempla, Anaſtaſius Bibliothecarius, de S. Gregorio Magno loquens, confirmat his verbis:* Fecit beato Petro Apoſtolo ciborium cum columnis ſuis quatuor ex argento puro.

AUCTORE J. G. *variaque ab eo memorata documenta referuntur*

26 *Atque hæc quidem ſunt complura illa & apprimè authentica ſcripta, quibus alios ante ſe adhæſiſſe ſeque ſine erroris formidine adhæſurum eſſe, pag.* 5 *profitetur jam ſæpe laudatus Erra. Ceterum, quod ipsâ citatâ paginâ editurum ſe ad ſui Operis calcem pollicetur Manuſcriptum, quodque in ejuſdem decurſu paſſim laudat, nos hîc lectorum oculis ſubjiciemus, tum quòd illud controverſiæ totius argumentum ſubminiſtrat, tum ut, quæ de hujus ceterorumque hujuſmodi ſcriptorum ætate ac fide dicturi ſumus, eruditus lector pro ſuo judicio vel probet vel improbet. Inſtrumentum hoc, cui apud eumdem Carolum Erra hic titulus eſt:* Hiſtoria venerandæ & incorruptibilis Imaginis glorioſæ Virginis Mariæ, quæ miraculosè collocata fuit in eccleſia, quæ, dicitur S. Maria in Porticu, *ita de verbo ad verbum pag.* 136 *& ſeqq. habet:* Temporibus Joannis Papæ Primi, & Juſtini, proprii Juſtiniani Auguſti avi, & Theodorici, regis Gothorum hæretici, Italiam oprimentis, fuit in Urbe puella potentiſſima, Symmachi, conſulis & patricii, filia, nomine Galla, inter Romanos divitiis & generoſitate præcipua, patriciata dignitate ſublimis, cognominata PATRICIA, moribus & vitâ beata. Sic enim temporalibus uſa eſt bonis, ut legem Do-

& ex peculiari ejus de hoc argumento Opere

E F

AUCTORE J. G.

mini non defereret & à divinis mandatis nullatenus declinaret.

Ms. instrumentum, quo apparitionis illius tempus

27 Ad honorem Dei, & beatæ Mariæ Virginis habebat consuetudinem dare in suo palatio singulis diebus recreationem duodecim pauperibus. Et quia Christo sedula servire curavit, suique in se Creatoris imaginem, & similitudinem prudenti circumspectione integram, illibatamque servavit; Christi, & beatæ Mariæ imaginem per manus sanctorum Angelorum in suo meruit habere palatio. Quadam enim die, dum familia sua cum duodecim pauperibus circumsedentibus prandaret, supra propinatorium, benedictæ Matris, & Filii omnipotentis veneranda Imago in aëre nimio fulgore apparuit. Cujus immensa luce propinator verberatus ante Dominam suam rediit; &, quod acciderat, territus nunciavit. Mox Galla surgens à mensa venit ad locum, & lucem quandam splendidam vidit, sed imaginem decoram videre non potuit. Habito igitur consilio, multorumque procerum comitata concursu ad Lateranense palatium festinavit, & sancto Joanni Pontifici lucis apparitionem religiosa gravitate narravit, & piis lachrymis postulans, ac magnis precibus petens, ut ad Ancillæ Domi-
B ni palatium dominus Papa dignaretur venire, ubi, Deo dante & revelante, rem novam plenius esset cogniturus.

varinque prodigiosa adjuncta,

28 Cujus sanctis precibus admiratus Pontifex acquiescens, cum episcopis, presbyteris & diaconibus Cardinalibus, cum toto clero, majoribus civitatis; & populo Romano processionaliter pedibus cum magnis luminaribus ad Gallæ Palatium venit, & ad locum accedens, expansis brachiis, & oculis levatis ad cœlum, devotissimè intra lucem oravit. Illicò omnes campanæ sacrosanctæ Lateranensis, & Apostolorum Petri, & Pauli, ac totius civitatis ecclesiarum à semetipsis cum maximo gaudio pulsare cœperunt. Cumque venerabilis Papa audiens maximum sonum campanarum, orationi insisteret, inter brachia duorum Seraphinorum vidit sacrosanctam Christi, & Beatæ Mariæ virginis matris suæ imaginem, ad quam extensis manibus oravit dicens: O Mater Dei sanctissima, digneris mihi concedere tantam gratiam, ut manibus meis tangere possim istam tuam sanctissimam imaginem. Quam quidem venerandam imaginem Seraphim in aëre stantes posuerunt in manibus ejusdem Pontificis. Qui
C eandem sacram imaginem inter brachia suscipiens, eam adorandam circumstanti multitudini cum lachrymis timoris, & amoris, ac gaudii, totique populo monstravit, & illicò pestis gravissima, quæ usque ad illam diem, quæ fuit decima septima mensis Julii, circa annum à Nativitate Domini quingentesimum trigesimum quartum, mirabiliter grassata fuerat, cessavit.

concessa iconem illam visitantibus indulgentia,

29 Post hæc Galla Patricia tanto cœlitus dotata munere, in eodem palatii loco ad honorem, laudem, & gloriam Dei, & ejusdem beatæ virginis matris Mariæ, ecclesiam fabricavit, quæ SANCTA MARIA IN PORTICU vulgariter nominata est, ut ibi sanctissima veneraretur imago, ubi, signo lucis per manus sanctorum Angelorum allatâ, Christus sedem elegerat; ipsamque ecclesiam palatii & omnium possessionum suarum hæredem instituens, per manus ejusdem sancti Joannis Papæ consecratam, religiosissimo dotavit affectu. Imaginem verò prædictam intra altam iconiam debita veneratione in eadem ecclesia pio studio conduxit. Qui quidem Pontifex omnibus verè contritis, & confessis eandem beatæ Mariæ in Porticu ecclesiam à primis Vesperis festi inventionis
D ejusdem sacrosanctæ imaginis, ac consecrationis ejusdem ecclesiæ, quod fuit prædicta XVII die mensis Julii, usque ad ultimas Vesperas ipsius Octavæ inclusivè, devotè visitantibus, & manus adjutrices pro illius conservatione porrigentibus, indulgentiam, & plenariam omnium peccatorum suorum à pœna & culpa remissionem, perpetuis temporibus duraturam, dedit & concessit.

obtenta per eam beneficia,

30 Postea verò tempore sancti Gregorii Papæ primi, dum ingrueret pestis sævissima, præfatus sanctus Gregorius unà cum toto clero Urbis processionaliter accessit ad eandem beatæ Mariæ in Porticu ecclesiam, ubi sacrosancta imago erat, & est; & accipiens eam manibus propriis processionaliter usque ad limina Apostolorum Petri, & Pauli portavit; & in crastinum iterum processionaliter eam ad locum suum reportavit; & pestis cessavit universaliter. Tunc visis tantis miraculis præfatus sanctus Gregorius prædictam indulgentiam, & omnium peccatorum remissionem à pœna & culpa confirmavit. Successivè Alexander Papa secundus eandem Indulgentiam, & omnium peccatorum remissionem à pœna & culpa per sanctum Joannem Papam primum, ut suprà dictum est, concessam, confirmavit. Deinde Gregorius septimus prædictam ecclesiam, præ vetustate dirutam, restauravit, & consecravit, indulgentiamque, & omnium peccatorum à pœna & culpa remissionem prædictam confirmavit. Cælestinus Papa tertius dictam indulgentiam & omnium peccatorum remissionem à pœna & culpa confirmavit. Tempore Callixti Papæ tertii, maxima peste grassante in urbe, dictus Pontifex jussit portari processionaliter per dictam urbem præfatam sacrosanctam imaginem, & illicò cessavit pestis. Qui quidem Pontifex indulgentiam, & omnium peccatorum remissionem prædictam confirmavit.

alterum prodigium,

31 Paulus Papa secundus, auditâ famâ pulchritudinis ejusdem sacrosanctæ imaginis, jussit eam ad suum palatium portari per episcopum Forensem*. Quam nocte posuit in sua cappella secreta; &, facto mane, volente* respicere dictam imaginem, non reperiit* eam. Tunc mandavit eundem episcopum, ut iret ad locum, ubi ceperat eam. Qui ivit, & vidit præfatam sacram imaginem miraculosè esse translatam ad locum suum. Qui quidem Paulus Papa secundus videns tantum miraculum, supradictam indulgentiam, & omnium peccatorum remissionem confirmavit, & de-
F dit & concessit omnibus verè contritis, & confessis, præfatam ecclesiam à primis Vesperis festivitatis Assumptionis ejusdem beatæ virginis Mariæ usque ad ultimas Vesperas ipsius Octavæ inclusivè devotè visitantibus, indulgentiam, & omnium peccatorum suorum remissionem plenariam in forma Ecclesiæ consueta, perpetuis temporibus duraturam.

**al. Farensem*
**volens*
**reperit*

iconis structura

32 Admirandum est igitur nobis, quòd dicta ecclesia ex longa temporum vetustate, & frequentium tempestate bellorum consumpta, & diruta fuit; sacrosanctam verò Dei Genitricis Virginis Mariæ imaginem inter tot tempestates & frequentes ruinas illæsam, & incorruptam usque ad hodiernum diem suâ Dominus custodiâ in eodem loco servavit. Admiranda præterea est nobis hæc sacrosancta imago, quam nec signavit, nec coloravit manus pictoris nec sculptoris errantis, sed formavit, & benedixit Omnipotentia Conditoris, qui sicut cùm ad ilicem Mambre cum tribus personis, ut ab Abraham adoraretur, apparuit, & in camino ignis ardentis cum tribus pueris similis

filio

A filio hominis quartus assistens, declaravit, in glorioſæ, & ſanctiſſimæ Gallæ palatio ſe orandum, quando voluit, & quomodo voluit, *imaginem demonſtravit. Digitus quoque Dei, qui in tabulis lapideis, Moyſe intra nubem orante, ad rectè vivendum Iſraëlitis legem ſculpſit, Romano Pontifici intra lucem oranti ad Chriſtianæ religionis emolumentum venerandam aſſignavit figuram. Et ſicut, Domino mandante, æneus in eremo exaltatus eſt ſerpens, ut læſi à ſerpentibus ad ejus intuitum ſanarentur, ſic & hæc in Urbe exaltata eſt imago ſacra, ut ad ejus viſionem populi concurſus antiqui ſerpentis venenum non patiatur, nec peſtis læſionem.

*fortè add. per

& Galla elogium refertur, integrum recitatur;

33 Quanti meriti, & quantæ vitæ beatitudinis fuerit memorata Galla patricia, beatus Gregorius deſcribens patenter oſtendit in quarto Dialogorum libro cap. 13 dicens: fuit Galla Gothorum tempore hujus urbis nobiliſſima puella, Symmachi conſulis, & Patricii filia; quam, dum fervente mundi copia, ad iterandum thalamum &c, elegit magis ſpiritualibus nuptiis copulari Deo, in quibus à luctu incipitur, & ad gaudia æterna pervenitur; quàm carnalibus nuptiis ſubjici, quæ

B à lætitia ſemper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Beati, qui ſibi comparabuntur, quoniam in hoc ſæculo merebunt videre Virginis Mariæ figuram, & in alio faciem Domini deſideratam; à læſioneque antiqui ſerpentis, & peſtis, & anguſtia quacumque ubique liberabuntur. *Nunc quæ mea ſit de Benedicti XIV num. 22 & 23 recitatis verbis, deque laudatis à Carolo Erra monumentis ſententia, candidè pro veritatis amore ediſſero.*

probaturque, Ms. illud non adeò antiquum,

34 *Vellem ego quidem, ut ſalvis ſanæ criticæ regulis, eruditiſſimi Pontificis jam laudati verbis, produ&liſque ab eo inſtrumentis omnibus hîc mihi ſtare liceret, quò ſic apparitionis illius hiſtoriæ ſummum auctoritatis à ſcriptis ſynchronis pondus accederet, eaque hiſtoricè certa evaderet. Verùm enimverò hæc ejus verba attentiùs perpendenti & cum præfati Antonii Erra dictis conferenti, nemini non admiratio movebitur maxima. Vel enim duo illa Manuſcripta, quæ ab eruditiſſimo Pontifice* tempore S. Joannis I, ſummi Pontificis, *ſeu intra annum Chriſti 523 & 526,* exarata *dicuntur, eadem cum illis ſunt, quæ præfatus Erra pag. 4 & 5 in iiſdem, quas Benedictus XIV indicavit, bibliothecis ſervari aſſerit, de quibus à nobis num.*

C *24 & 25 jam actum fuit; vel Manuſcripta illa ab his omnino diverſa ſunt. Si diverſa ſint, eaque, uti laudatus Pontifex aſſeruit, re ipſa* tempore S. Joannis I ſummi Pontificis exarata *fuerint, mirum eſt, hæc Carolo Erra clerico Regulari congregationis Matris Dei, tabularium ſuum hac de re diligentiſſimè perſcrutato, omnino fuiſſe incognita; mirum, hæc à nemine in lucem edita; mirum denique, ut cætera omittam, apparitionem illam imaginis Deiparæ, de qua hîc agitur, ſi duplici, eoque ſynchrono fideque digniſſimo teſtimonio nitatur, non ut hiſtoricè certam, ſed ut pia credulitate & immemorabili traditione nixam à Benedicto XIV adſtrui, nec eum dixiſſe:* CERTUM EST, imaginem Virginis mirabiliter apparuiſſe in ædibus S. Gallæ; *ſed hæc dumtaxat* FERTUR enim, imaginem Beatiſſimæ Virginis.... mirabiliter apparuiſſe &c. *Si verò, ut omnino apparet, eadem ſint documenta Mss., quæ eruditus Pontifex, quæque laudatus Erra in iiſdem locis iiſdemque ferè verbis ſervari affirmant, non minùs mirandum erit, potuiſſe ab illo tam indubitanter aſſeri, Mss. illa* tempore S. Joannis I ſummi Pontificis exarata *fuiſſe, quæ nongentis & eo ampliùs annis poſt S. Joannis I Pontificatum compoſita ſunt & chronologicis hiſtoricisque nævis non paucis laborant. Quapropter non propriis oculis ea inſtrumenta luſtrâſſe, ſed alienâ non ſatis fidâ relatione accepiſſe; quæ ſcripſit, Eruditiſſimus Pontifex dicendus erit.*

AUCTORE J. G.

imò 900 circiter annis S. Galla recentius eſſe,

35 *Ne autem hæc à me temerè prolata ſuiſſe, quis exiſtimet, ipſum conſulat Carolum Erra, poſt lectum Benedicti XIV Opus de Beatif. & Canonizatione Sanctorum, poſtque habitum maturum diligenſque Mss. monumentorum; quæ laudat, examen, antiquitatis palmam confecto ſub Martino V Manuſcripto concedentem, qui Pontifex cùm anno dumtaxat 1417 Petri Cathedram aſcenderit, nemo non videt, ſervata in bibliotheca Clericorum Matris Dei & in Angelica S. Auguſtini de Urbe Manuſcripta, utpote ſub Paulo II ac Pio II; Martini V poſt annum 1457 ſucceſſoribus confecta, nongentis circiter annis à Joannis PP. I tempore remota eſſe, contrà ac Benedictus XIV in præclaro ſuo Opere de Servorum Dei Beatificatione & Beatorum Canonizatione lib. 4, parte 2, cap. 7, num. 6 affirmat. Et ſanè, ſi hæc vivente Joanne I Pontifice, ſeu intra annum Chriſti 523 & 526, exarata fuiſſent, ſcribere non potuiſſet horum artifex, apparitionem illam imaginis Deiparæ contigiſſe* CIRCA annum à nativitate Domini quingenteſimum trigeſimum quartum; *id eſt, annis octo poſt ejuſdem Joannis I obitum; neque neceſſe ei fuiſſet particulam* circa *adhibere; cùm ipſum annum, quo hæc ſub Joanne I contigiſſet, ſcriptori ejuſdem temporis exactiſſimè definire in primis facile eſſet. Accedit, quòd in Manuſcriptis, à Benedicto XIV laudatis, prodigioſæ apparitionis epocha per annos à Nativitate Chriſti deſignetur; qui annos computandi modus anno 523 aut 526 necdum uſitatus ſcriptoribus erat, prout rectè obſervat Mabillonius de Re Diplomatica lib. 2, cap. 23, pag. 176, litterâ C ita loquens:* Hic calculus, etſi ab anno Chriſti DXXXIII à Dionyſio compoſitus; non tamen ſtatim, ſed longo poſt tempore admiſſus eſt. Ex hiſtoricis venerabilis Beda (*qui ſeculo 8 floruit*) hanc epocham primus obſervâſſe videtur in Hiſtoria ſua. *Quid plura? ipſummet Ms. inſtrumentum, à Carolo Erra pag. 136 & ſeqq. editum, ad uſque tempora Pauli Papæ II, anno 1464 electi, ſervato ſemper, uti ipſe affirmat oculatus teſtis, eodem litterarum charactere pertingit, quæque etiam ſub eo geſta ſunt, complectitur; atque adeò, quandoquidem, fatente eodem Erra, ſervatum in bibliotheca Angelica Manuſcriptum priori quoad ſubſtantiam ſimile eſt annoque 1457 recentius, ambo hæc Mss. ætatem ſuam tempore S. Joannis I longè recentiorem, apertiſſimè produnt.*

E

F

uti & in variis erroneum,

36 *Quod verò ad utriuſque Ms. auctoritatem ſpectat, ea, præterquam quòd, uti oſtendimus, nihil ab ætate habeat, quo commendetur, etiam in multis rebus, quæ illic referuntur, tam apertè exigua, imò nulla eſt, ut, niſi neceſſe eſſet, puderet me errores recenſere ac paucis etiam confutare. Ac primò quidem in ipſo narrationis ſuæ exordio turpiter labitur Manuſcripti auctor, dum Juſtinum imperatorem proprium Juſtiniani Auguſti avum facit, cùm tamen Marcellinus Comes in Chronico ad annum 527 Juſtinianum ex ſorore Juſtini natum fuiſſe, diſertè teſtetur, cui & reliqui ſcriptores omninò conſentiunt. Deinde mox ſibi tam turpiter contradicit, ut nulla ratione vel tantillum ſibi conciliari queat. Quippe cùm antea dixiſſet, apparitionem ſacræ iconis temporibus Joannis Papæ I & Juſtini Auguſti ac Theodorici regis Gothorum contigiſſe, ac præfatum Pontificem,* cum epiſcopis, presbyteris & diaconibus Cardinali-

AUCTORE J. G.

bus cum toto clero, majoribus civitatis & populo Romano proceſſionaliter pedibus cum magnis luminaribus ad Gallæ palatium veniſſe, ac eandem ſacram imaginem, *à duobus Seraphim ſibi* inter brachia *datam*, adorandam circumſtanti multitudini... monſtrâſſe, & illico peſtem graviſſimam... ceſsâſſe, *mox ſubjicit, hæc omnia facta eſſe* decimâ ſeptimâ menſis Julii circa annum à Nativitate Domini quingenteſimum trigeſimum quartum, *quando nimirum nec Joannes I, nec Juſtinus, nec Theodoricus amplius in vivis erant. Neque reponi poteſt, deſcriptoris vitio annum* 534 *pro* 524 *exaratum fuiſſe, niſi probari ſimul poſſit, vel aliquo intervallo ante annum* 524 *vel hujus certè anni exordio graviſſimam peſtem uſque ad diem* XVII *Julii Romæ ſæviiſſe, ac tum demùm, oſtensâ populo venerandâ illâ Deiparæ icone, luem illam nefandam illicò ceſsâſſe, quam quidem utramque memorabilem inprimis rem, præter Ms. illius auctorem, nullus hactenus hiſtoricus, ne minimo quidem indicio uſpiam commemoravit.*

prout partim ex ſcriptoribus eruditis B

37 *Nolo reliqua, quæ in Ms. illo narrantur, ad æquæ criticæ trutinam revocare, nec diſputare, an ſat ſimile vero ſit, S. Joannem PP. I eo apparatu, ut paulò antè dictum eſt, & epiſcoporum, presbyterorum ac diaconorum Cardinalium, totius cleri majorumque Urbis & populi turbâ ſtipatum, ſeſe ad* S. Gallæ *palatium contuliſſe; neque an promiſcuus in omnibus Romanis eccleſiis jam tum fuerit campanarum uſus, eæque* à ſemetipſis, *ut Ms. illud habet,* cum maximo gaudio pulſare cæperint. *Hæc, inquam, miſſa facio, & ea, quæ de conceſſis à Joanne Papa I, Gregorio I, Alexandro II, Gregorio VII & Cœleſtino III plenariis indulgentiis illic referuntur, nullam veri ſpeciem habere, nunc oſtenſum eo. Profiteor equidem ac pro indubitato habeo, indulgentiarum inſtitutum ab ipſis Eccleſiæ incunabulis quodam modo viguiſſe, ampliſſimamque ſolvendi etiam à temporalibus delictorum pœnis S. Petro ejuſque legitimis ſucceſſoribus collatam à Chriſto Domino fuiſſe poteſtatem; verùm & pro indubitato habent eruditi, ſeculo* VI *ſeu S. Joannis PP. I tempore indulgentiarum modum & formam talem non fuiſſe, qualis in Ms. illo, à nobis ſuprà edito, deſcribitur, nec tam liberales in relaxandis canonicis pœnis Romanos Pontifices ſeu tunc temporis ſeu diu pòſt fuiſſe, ut occaſione inventionis cujuſdam ſacræ imaginis ſeu dedicationis eccleſiæ plenarias indulgentias à primis Veſperis feſtivitatis uſque ad ultimas illius Octavæ, in favorem piorum locorum honorandorum vel juvandorum, in perpetuum duraturas concederent. Longam auctorum ſeriem, qui mecum ſentiunt, eorumque, quibus id demonſtrant, argumenta, haud neceſſe eſt huc adducere, cùm pro omnibus conſuli de ea re poſſint Morinus de Adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ lib.* X, *cap.* 20, *num.* 9 *& ſeqq., & cap.* 23, *item Papebrochius noſter in Reſponſione ad exhibitionem errorum per R. P. Sebaſtianum à S. Paulo evulgatam parte* 1, *pag.* 186 *& ſeqq., & rurſus part.* 2 *pag.* 66 *& ſeqq.*

C

& nominatim ex Morino

38 *Et ille quidem, poſtquam objecta ſibi cit. num.* 9 *teſtimonia diluiſſet, his verbis cap.* 20 *concludit:* Sanè, qui animo revolverit, quanta cum ſeveritate ſeculis octavo, nono, decimo & undecimo Pontifices pœnitentias canonicas coluerint & impoſuerint, quarum exempla & decreta plurima toto libro ſeptimo relata ſunt; qui apud ſe perpenderit, quòd Pontifices nuſquam legantur in probatis auctoribus, aut ſcriptis prioris tantillum his indulgentiis ſimile relaxâſſe, licèt Romam ipſam ad pœnitentiæ impoſitionem à criminum reis convenirentur, non puto, in animum inducturum, Pontifices illis ſæculis indulgentiarum tantam gratiam feciſſe. Vix enim tantam pœnitentiarum canonicarum gratiam ſeculo duodecimo finiente in pari cauſa feciſſent, *uti ipſe in præclaro ſuo Opere de Adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ multis locis oſtendit. Papebrochii verba, ne prolixior ſim, parco recenſere, ut eorum loco venerabilis ſervi Dei Joſephi Mariæ Cardinalis Thomaſii luculentum ea de re teſtimonium referam, quod ipſemet Benedictus XIV in ſua Epiſtola encyclica anno* 1751 *pro extenſione Jubilæi in hunc modum laudavit.*

D

39 Super quibus verbis (*nempe Urbani PP. II, indulgentiam plenariam concedentis iis, qui pro recuperanda ab infidelium manibus Palæſtina in eam regionem ſe pugnaturi conferrent*) venerabilis ſervus Dei Joſeph Maria Cardinalis Thomaſius (*verba ſunt Benedicti XIV*) quem in hac potiſſimùm materia libenter citamus, quum olim eidem clariſſimo viro collegæ fuerimus in officio conſultoris Congregationis Cardinalium, Indulgentiis præpoſitæ, ita ſcriptum reliquit: "Hanc plenariam „indulgentiam, in qua opus injunctum graviſſi„mum erat ſumptibus, incommodis, laborioſiſſi„mis itineribus, & imminentibus vitæ pericu„lis, ut potiùs videri poſſit commutatio pœniten„tiæ, quàm hujus abſoluta relaxatio &c, hanc, „inquam, plenariam indulgentiam pro Terra „ſancta, alii poſtea ſummi Pontifices ſemper con„firmârunt. Nec alia mihi occurrit indulgentia „plenaria uſque ad exordium decimi quarti ſæ„culi, in quo Bonifacius VIII illam elargitus eſt „prò anno Jubilæi M.CCC.„ Hæc doctus ille piuſque Cardinalis in quodam Opuſculo manuſcripto quod brevî forſan in lucem prodibit inter alia ejus Opera, quorum accuratiſſima editio hoc tempore adornatur. *Hactenus laudatus Benedictus XIV, cujus de eodem argumento deque Portiunculana indulgentia alia non minùs diſerta verba videſis tom.* 2 *Octobris pag.* 898, *num.* 103. *Ex quibus omnibus luce meridiana clarius eſt, non tantùm recentioris ætatis, ſed & exiguæ, imò nullius ex ſe auctoritatis eſſe memorata ſuperiùs Mss. inſtrumenta, nec digna eſſe, quæ pro authenticis habeantur aut pro ſatis ex ſe idoneis, ut admirabilis apparitio imaginis Deiparæ, in ædibus* S. Gallæ *facta, hiſtoricè certa hinc reddatur.*

ipſiſque Benedicti PP. XIV Epiſtolæ encyclicæ verbis manifeſtum redditur.

E

F

§ IV.

AUCTORE J. G.

§ IV. Ejuſdem iconis mirabilis apparitio, quantùm ad ſubſtantiam, conſtanti & antiqua fidelium traditione, ſuis probationibus firmata, prudenter credibilis oſtenditur. Poſt hanc apparitionem monaſterium ad S. Petrum, alterius, quàm Benedictini Ordinis, S. Galla ingreſſa eſt, ibique piè defuncta.

Conſtanti fidelium traditione,

QUæ jam ſuprà à me adverſus laudata à Benedicto XIV & Carolo Antonio Erra Mss. teſtimonia diſputata ſunt, non eò ſpectant, ut hiſtoriæ apparitionis imaginis Deiparæ fidem omnem abrogari velim; imò verò hæc non alio conſilio à me prolata in medium fuerunt, quàm ut ſpuriis inſtrumentis, quibus hæc perperàm ſtabiliretur, rejectis, eam ſincerioribus firmarem ac piè prudenterque credibilem oſtenderem, nimirum ex antiquiſſima fidelium traditione, ſuis monumentis firmata, communique virorum, quà eruditione, quà pietate, illuſtrium conſenſu, quibus, cùm nihil aliunde obeſt, pia prudenſque haberi fides poteſt. Utut enim pro apparitionis illius veritate non militet ea traditio Eccleſiaſtica, quæ irrefragabilis & ſupremi ordinis ſit; non deeſt tamen ei inferioris ordinis traditio, quam ſi abſque ſolidis in contrarium rationibus repudies, multa etiam illorum tollas, neceſſe eſt, quæ jam pridem religioſa pietate ſervantur in Eccleſia. Quid porrò conſtans de illa imaginis Deiparæ apparitione traditio doctorumque hominum conſenſus ferat, lubet hîc recenſere. Ut à recentioribus ad antiquiores aſcendam, adducta num. 22 Benedicti XIV verba, laudatum ſacræ Congregationis indultum, ipſaque Mss. inſtrumenta, de quibus jam actum à nobis eſt, indubiam fidem faciunt, à tribus jam certè ſeculis hiſtoriam illam, quantùm ad ſubſtantiam, paſſim admiſſam à fidelibus fuiſſe, talemque viſam, quæ ſub ipſorum Pontificum Romanorum oculis publicis tabulis committi, inque eccleſia S. Mariæ in Porticu exponi fidelibus poſſet. Et eatenus quidem aſſentior Carolo Antonio Erra pag. 4 affirmanti, ſummos Pontifices eorumque vicarios in id ſemper invigilâſſe, ut, ne omninò fabuloſa aut commentitia facta in eccleſiis exponerentur, neve ita piorum hominum illuderetur religioni; tametſi ſeculo XV *non eò ſeſe ſemper extendere ſolita fuerit Pontificis vicariorum ſtudioſa accuratio, ut tabulam nullam, ſeu ſcriptam, ſeu pictam, in eccleſiis appendi ſinerent, niſi quæ in hiſtorici facti adjunctis omnibus cum accuratioris criticæ regulis chronologiciſque notis exactiſſimè conveniret.*

quæ non tantùm à 7 ſeculis

41 *Nec tantùm tribus quatuorve poſtremis ſeculis conſtans Romæ fuit fidelium de admirabili imaginis apparitione conſenſio, ſed & ſeculo* XII *ea ſummopere vigebat, ut ex verbis Baronii ad annum* 1198, *num.* 3 *ſat clarè eruitur. Ita enim ipſe loco citato:* Romæ autem idem Cæleſtinus Papa (*III*) propenſiori ſtudio, quo tenebatur erga cultum venerandæ imaginis Dei Genitricis Mariæ, quæ fuerat Gallæ Placidiæ (*imò* Gallæ patriciæ, *ut pag.* 22 *rectè etiam advertit Carolus Erra*) collocatæ... in eccleſia, dicta S. Mariæ in Porticu, ædificavit juxta ipſam hoſpitalem domum infirmorum, quam & redditibus locupletavit. De ipſa autem veneranda imagine vetus iſta inſcriptio hactenus perſeverat.

"Hæc eſt illa piæ Genitricis imago Ma-
„riæ,
„Quæ diſcumbenti Gallæ patuit metuenti.„

Ita ibidem eruditiſſimus Annalium Eccleſiaſticorum parens. Quibus verſibus apertè indicatur id ipſum, quod communis jam tum ferebat traditio, nempe imaginem illam Deiparæ Virginis, mira luce circumdatam, in ædibus S. Gallæ, *cùm hæc menſæ accumberet, apparuiſſe, eoque prodigio piam Viduam vehementer fuiſſe obſtupefactam. At quonam tempore pervetuſto illi ciborio nempe, in quo veneranda illa imago ſervari ſolita fuit, verſus illi inſculpti fuerunt? Si laudati Benedicti XIV verbis, num.* 23 *recitatis, inſiſtendum ſit, contigit id ſub S. Gregorio VII atque adeò ſub annum* 1073. *Et opinioni huic duo in primis patrocinari videntur; alterum, quòd memorati verſus ex eo genere ſint, quos* Leoninos *vocant, idque verſuum genus non ante ejuſdem Gregorii VII tempora invaluiſſe, videatur; alterum verò, quòd illud altaris umbraculum ſeu ciborium, jubente eodem Gregorio, confectum videatur, uti colligi poteſt ex duobus aliis verſibus lapidi, ſub ciborio jacenti, inſcriptis in hæc verba:*

Septimus hoc præſul Romano culmine fretus,
Gregorius templum Chriſto ſacravit in ævum.

ſed & multò antè vigviſſe, oſtenditur ex ciborii ſigillo

42 *Verumtamen, ſi laudato Carolo Erra, de eodem argumento diſſerenti pag.* 5 *&* 6, *credimus*, exiſtimârunt communiter rei antiquariæ periti, ciborium illud non poſſe S. Gregorio VII adſcribi, non ſolùm quia id non patiebantur ciborii ſtructura, characteres & ſtilus, ſed etiam quia hieroglyphicum, opere etiam muſivo efformatum, tempus multò antiquius denotabat. *Illud quidem hieroglyphicum ipſumque altaris tegimen ſeu ciborium hodiedum non exſtat, cùm anno* 1683 *vetus S. Mariæ in Porticu eccleſia deſtructa fuerit, ut nova exſtrueretur, quæ nunc à* S. Galla *nomen habet: utriuſque tamen figura, teſte laudato Erra pag.* 6, *ad poſteros tranſmiſſa eſt, fuitque ciborium illud ſimile ciborio S. Clementis, quod Ciampinus parte* 1 *Veterum Monumentorum pag.* 180, *tab.* 44, *figurâ* 1 *exhibuit, quem proinde curioſus lector loco citato conſulat; hieroglyphicum verò idem Carolus Erra ex Hiſtoria P. Joſephi Matraja in hunc modum exhibet:*



Porrò per crucem ſine ipſa patientis Chriſti effigie expreſſam, ipſum Chriſtum Dominum ſæpe ab

AUCTORE J. G.

ab antiquis Chriſtianis deſignatum, ab iiſque per A *&* Ω *Chriſti divinitatem, utpote qui Apocal. cap.* 1 *&* 22 Alpha & Omega, principium & finis *vocatur, ſignificatam fuiſſe, nemo inficias ibit, qui veterum Chriſtianorum monogrammata & exhibita apud laudatum Ciampinum part.* 2, *tab.*24 *& ſæpe alibi monumenta conſuluerit. Unde dubium non eſt, quin etiam hîc Chriſtum Dominum per crucem, ejus verò divinam naturam per* A *&* Ω *indicare voluerit, qui hujus hieroglyphici auctor aut artifex fuit; ut adeò inde atque ex inſculpto huic ciborio monogrammate*

ΜΡ ΘΥ

quod eſt Μήτηρ Θεοῦ, *ſeu* Mater Dei, *hieroglyphici hujus & ciborii ætas ac per conſequens memoratæ ſuprà traditionis antiquitas oſtendi poſſit.*

hieroglyphico, fortè ſeculo VI *confecto,*

43 *Etenim, utut certum non ſit, quod quidam tamen contendunt, hujuſcemodi hieroglyphica ſtatim à celebrata anno* 431 *Epheſina ſynodo apud Catholicos invaluiſſe, quò vel ſic Neſtorianam hæreſim, Virgini Matri* Deiparæ *titulum impiè negantem, deteſtarentur, eamque* Θεοτόκον *ſeu Deiparam eſſe profiterentur; indubitatum tamen eſt, hieroglyphica ejuſmodi in Italia ante medium ſeculum* VI *in uſu fuiſſe, cùm, teſte laudato Carolo Erra, Ravennæ in celeberrima eccleſia S. Vitalis circa annum* 547, *ut Ciampinus parte* 2, *pag.* 65 *etiam oſtendit, muſivis picturis decorata, ſimile hieroglyphicum paris antiquitatis conſpiciatur. Unde & ſuprà exhibitum, ab iiſdem artificibus, qui Ravennæ in eccleſia S. Vitalis muſivo operi incubuerunt, confectum fuiſſe, laudatus jam ſæpe Erra non abs re ſuſpicatur. Non diffitetur quidem hic auctor pag.* 7, *hieroglyphica illa etiam poſtea ſub Paſchale I circa annum* 820 *adhibita fuiſſe,* At, *inquit,* nonnihil hæc diverſa ſunt à noſtro, quod exactiſſimè conſimile iis eſt, quæ alibi conſpiciuntur ſub Joanne Papa VI anno DCCI Pontifice Romano facta. *Cùm igitur nihil occurrat, unde pro certo ſtatui poſſit, an ſub Joanne I Papa proximiſve ejus ſucceſſoribus ab iiſdem, qui Ravennæ laborârunt, artificibus, confectum fuerit ciborium illud, muſivo opere adornatum, an verò ſub Joanne PP. VI anno circitèr* 701, *rem illam in medio relinquo, altiſſimam ſaltem antiquitatem ei attribuiſſe contentus. Neque ex adductis in fine num.* 41 *geminis verſiculis conſequens eſt, ciborium illud non ante S. Gregorii VII tempora exſtructum fuiſſe, cùm illis verſibus dumtaxat aſſeratur ſanctus Pontifex templum S. Mariæ in Porticu, anteà ſcilicet reſtauratum, Chriſto in ævum ſacrâſſe, quæ veriſſima ſunt, etiamſi ciborium illud* 4 *aut* 5 *ſeculis templo illo inſtaurato antiquius eſſet.*

cujus antiquitatem tantam non evertunt Leonini

44 *Reponi tamen hic poſſet, tametſi ciborii illius ſtructura, characteres & hieroglyphicum majorem, quàm Gregorii VII, anno* 1073 *pontificis electi, ætatem indicare videantur, recentiorem tamen ejus ætatem manifeſtè oſtendi ex inſcriptis ei Leoninis ſeu ſimiliter cadentibus verſibus, qui tantùm ſeculo* XI *& ſubſequentibus paſſim uſurpati fuerunt. Verùm reſpondeo, etiamſi carmina illa rhythmica &* ὁμοιοτέλευτα *ſeu ſimiliter cadentia, à quodam Leone poëta* XII *ſeculi, qui ea in primis affectavit,* Leonina *dicta ſint; inde tamen non conſequens eſſe, ut nulli verſus rhythmici & ſimiliter cadentes, vel ante ſeculum* XI *compoſiti fuerint :* Quovis quippe ſæculo, *ut Ciampinus ſuprà laudatus parte* 1 *Vet. Monim. cap.* 3, *pag.* 29 *rectè advertit,* accidere potuit, ut reperirentur poëtæ, qui artem pangendi ſimiles verſus amarent. *Etenim cùm poëtæ ineuntis medii ævi verſus rhythmicos, ſeu, quos nunc* Leoninos *dicimus, apud aurei ſeculi ſcriptores Latinos invenirent, puta hunc Virgilii lib.* 12 *Æneïdos :*

Ora citatorum dextrà contorſit equorum,

& apud Ovidium in Oratione Ulyſſis :

Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis,

ac rurſus in Epiſtola Hermiones ad Ulyſſem :

Vir precor uxori, frater ſuccurre ſorori,

& apud Quintilianum hos Marci Tullii verſus, utut, ipſo vivente, à nonnullis exploſos :

Cedant armæ togæ. Concedat laurea linguæ.

O fortunatam, natam, me conſule, Romam!

Cùm, inquam, poëtæ medii ævi hujuſmodi verſus apud antiquos invenirent, potuit id genus carminum ipſis arriſiſſe, ſeu quòd euphoniam aliquam illis ineſſe crederent, ſeu quòd hujuſmodi verſus homotonos ſeu rhythmicos faciliùs, quàm alios, memoriæ mandari exiſtimarent; ac proin pronum ipſis fuerit id genus carminum in monumentorum inſcriptionibus adhibere.

verſus ciborio adſcripti,

45 *Et verò ante Gregorium PP. VII in uſu fuiſſe ſimiliter cadentes verſus ſeu Leoninos, manifeſtè oſtenditur tum ex verſibus inſcriptis caſulæ regiæ regni Hungariæ apud Frölichum pag.* 40, *tum ex bulla plumbea, appenſa diplomati Conradi Auguſti anno* 1038 *edito, in cujus poſtica parte effigies Romæ ſculpta viſitur cum hoc verſu :*

Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.

Diploma illud videſis apud Muratorium Antiq. Italic. medii ævi tom. 3, *Diſſert.* 40, *col.* 697. *Quin imò, ut eruditiſſimo Cardinali Baronio ad annum* 538, *num.* X *videtur, ante medium ſeculum* VI *præ foribus eccleſiæ, quam Beliſarius, ut offenſum Numen conciliaret, erigendam curavit, lapidi, eo jubente, inciſi fuerunt hi verſus :*

Hanc vir patricius Viliſarius urbis amicus
Ob culpæ veniam condidit eccleſiam.
Hanc iccirco pedem ſacram qui ponis in ædem,
Ut miſeretur eum, ſæpe precare Deum.

Tantam quidem hujus inſcriptionis antiquitatem laudatus Muratorius pag. 689 *ut certam non habet :* Attamen, *inquit,* ſunt, quæ ſuadeant, ipſo ſæculo Chriſtianæ æræ ſexto inſcriptionem fuiſſe poſitam. Vix enim poſt multa ſæcula (*ſeu poſt ſeculum* XI, *quo ſimilia carmina invaluiſſe feruntur*) rogandus fuerat populus, ut precibus repetitis Beliſario miſericordiam à Deo impetraret. *Ciampinus quoque homotonorum verſuum ætatem ut valde probabilem ad ſeculum* 6 *vel* 7 *aut ſaltem* 8 *refert. Etenim parte* 1 *Vet. Monim. pag.* 28 *de janua eccleſiæ, S. Pudentianæ in urbe Roma exſtructæ, in qua præter alios verſus rhythmicos hi leguntur :*

Occurrit ſponſo Praxedis lumine claro
Nos pia Praxedis prece ſanctas confer ad edis.

In hæc verba loquitur : Conjectari ſi liceat, tam è characteribus, quàm ex agni ſuprà (*ab eo*) indicati figura, exiſtimo (*januam hanc*) redolere tempora VI vel VII ſæculi præſertim ex can. 82 conciliabuli quini-ſexti ſive Trullani, ubi auſu nimis improbo pſeudo-ſynodus illa Romanam Eccleſiam corrigere præſumpſit, quæ legalem agnum parieti appingere conſueverat.... Quare agnum iſtum expreſſum dicerem aut ante dictam ſynodum (*atque adeò vel ſeculo* V *vel* VI) vel paullò

A paullò pòst (*ac proin ſub ſeculi* VIII *initium*) in dicti canonis confutationem. *Plura hujus generis carmina, nunc* Leonina *dicta, habes apud laudatum Muratorium tom.* 3, *Diſſertatione* 40, *col.* 689 *& ſeqq. & apud Ciampinum Vet. Monim. part.* 1, *pag.* 26 *& ſeqq., item part.* 2, *pag.* 5 *&* 165 *& in Mantiſſa Emend. ac Addit., Mediolani anno* 1729 *edita, num.* 4. *Quas omnes inſcriptiones, Leonino metro conceptas, ad ſec.* XII *initium aut* XI *exitum velle removere, neſcio, an ſat tutum eſſet.*

ex apparitionis hiſtoria quantùm ad ſubſtantiam prudenter credibilis adſtruitur.

46 *Utut ſit, vel ex ſolo verſu Leonino, bullæ plumbeæ Conradi Auguſti inſcripto, ſufficienter patet, priores verſus in ciborio imaginis Deiparæ exaratos, ex hoc capite, quòd Leonini ſint, ad ſeculi* XI *exitum aut ſequentis exordium referendos non eſſe, nec ex iis contra memoratæ traditionis immemorabilem antiquitatem legitimè quidquam concludi. Quod ſi quis tamen omninò velit, verſus illos, non ſecùs ac recitatos in fine num.* 41, *ciborio illi inſcriptos fuiſſe S. Gregorii VII temporibus, haud equidem tantopere refragabor, ſi modò aliud nihil contendatur, quàm ſanctum illum Pontificem, cùm anno* 1073, *teſte Baronio num.* 81, inſtauravit & conſecravit diaconiam S. Mariæ in Porticu dictam, *ciborium illud unà cum ipſo templo reſtaurâſſe, ac pro antiqua hujus inſcriptione, ſoluto forſan ſtilo concepta, quâ mirabilis illius imaginis Deiparæ apparitio referebatur, aliam inſcriptionem, ejuſdem rei teſtem, quæ facilius, quàm antiquà, legi & memoriæ mandari poſſet, ex invaleſcente tum uſu, rhythmico metro conceptam incidi juſſiſſe. Sive igitur, uti apud laudatum Erra pag.* 7 *contendit Petrus Felini, veneranda illa Deiparæ imago, quæ in ædibus* S. Gallæ *mirabiliter apparuerat, ab ipſo S. Joanne I in ciborio, vel à ſe, vel à ſancta Vidua noſtra inſtructo, collocata fuerit; ſive, prout idem Carolus Erra conjicit, Joannes PP. VI, conſtruendis ejuſmodi operibus, teſte Anaſtaſio Bibliothecario, addictus, illud tegimen ſeu ciborium confici juſſerit, in eoque, ut natione Græcus erat, illud* A *&* Ω, *hieroglyphicum Græcum, Græcoque habitu veſtitæ Deiparæ imaginem, mira apparitione illuſtrem, collocârit; ſive demùm ciborium illud, cujus tamen ſtructura, characteres, hieroglyphicum & monogramma communi antiquariorum judicio, teſte Erra, Gregorii VII temporibus antiquiora ſunt, ab eo Pontifice ex parte inſtauratum, ac nova inſcriptione Leoninis verſibus concepta exornatum dicatur; id ſemper manebit intactum, tam immemorabili tamque conſtanti traditione ac fortè etiam ſcriptis teſtimoniis jam ante tempora S. Gregorii VII apparitionem illam firmatam fuiſſe, ut, cùm nihil in contrarium valde militet, ea quantùm ad ſubſtantiam prudenter à fidelibus credi poſſit.*

nec ei obeſt S. Gregorii & Anaſtaſii ſilentium.

47 *Nec mirum adeò videri debet, nihil de ea apparitione,* S. Gallæ *facta, locutum fuiſſe S. Gregorium Magnum, cùm is, uti num.* 9 *docui, minimè ſibi propoſuiſſet* S. Gallæ *Vitam ejuſque geſta omnia enucleatè deſcribere, at ſolum ejus mirabilem ad Superos tranſitum. Quod autem Anaſtaſius Bibliothecarius in Actis S. Joannis PP. I de apparitione illa etiam non meminerit, id nihilo magis mirandum eſt, quandoquidem res illa, utut tempore S. Joannis I geſta, ad ejuſdem Pontificis elogium proximè non ſpectabat. Cetera, quæ nempe ad hujus imaginis figuram, cultum, tranſlationem conceſſaque eam devotè venerantibus beneficia ſpectant, cùm imaginis illius hiſtoriam non ſcribamus, noſtrum non eſt hîc commemorare. Qui hæc pernoſcere exoptat, adeat is Carolum Piazza decade* 2 *Vitæ S. Gallæ & editam anno* 1750 *à laudato ſæpiſſimè Carolo Erra Hiſtoriam hujus imaginis, ubi multa ſcitu digna, ſed quæ ad hunc Commentarium non attinent, pertractata reperiet. Porrò ex iis, quæ ſuperiùs diſputata ſunt, id quoque conficere volo, quàm meritò credatur* S. Galla *poſt mariti ſui obitum ad tempus aliquod, uti S. Fulgentius num.* 13 *etiam innuit, puta annum unum aut paulò plùs in ſeculo manſiſſe, ut ædes ſuas, in quibus veneranda Deiparæ imago prodigioſè apparuerat, in eccleſiam ſub ejuſdem Deiparæ invocatione Deo conſecrandam converteret; nec non de opulentis ſuis facultatibus partim in eccleſiarum, ac fortaſſis nominatim in S. Stephani* Catagalla *dictæ, earumque miniſtrorum ſubſidium, partim in egenos diſtributis, non plura ſibi reſervâſſe, quàm unde per ſuæ vitæ decurſum,* larga *adhuc, teſte S. Gregorio Magno,* indigentibus eleëmoſynarum opera impendere *poſſet.*

AUCTORE J. G.

Poſt hanc apparitionem monaſterium ad S. Petrum,

48 *Supereſt, ut, an Ordinis Benedictini monaſterium, ut quidam volunt, deinde ingreſſa ſit* S. Galla, *atque, an ſub annum* 550, *uti Mabillonius Sæc.* 1 *Benedictino pag.* 113 *adſtruit, mortem obierit, nunc paucis inveſtigemus. Ac primò quidem eam germanis Ordinis S. Benedicti monialibus accenſendam non eſſe, agnoviſſe videtur ipſe Mabillonius, dum in Indice Sanctorum* I *Sæculi Benedictini* S. Gallæ *nomini aſteriſcum* (*) *ut num.* 3 *docui, non præpoſuit, quo charactere ſui Ordinis ſtrictè dictos alumnos utriuſque ſexus deſignare aſſolet. Quia tamen nihilominus complures Benedictini hagiologi eam ſui Ordinis alumnam faciunt, lubet hîc, ut antea pollicitus ſum, oſtendere, eam annis aliquot antè monaſticam vitam amplexam fuiſſe, quàm Benedictinis monialibus primum conditum fuerit cœnobium, atque adeò monaſterium illud apud B. Petri eccleſiam, in quod* S. Galla *ſeceſſit, Benedictini Ordinis tunc certè non fuiſſe. Et verò, etiamſi Mabillonio in Præf. ad Sæc.* 1 *Benedict. num.* 48 *liberaliter concederetur, quod tamen, ipſo fatente, incertum eſt, S. Scholaſticam* ſubitò plurimas inſtituti ſui ſocias ac participes *in cellis ſeu cœnobiis* habuiſſe, *has tamen in ipſa urbe Romæ certò non habuerit, antequam juxta Caſſinum primus ſibi ſuiſque monialibus erectus Parthenon fuerit, ſeu, ut veteris cujuſdam poëtæ verbis partim utar, priuſquam* Virginal *ſuum* fratris conjunxerat ædi, *quod, cùm Caſſinenſi, à S. Benedicto anno* 528 *condi cœpto, annis certè aliquot poſterius ſit, conſequens ſit, ut monaſterium apud S. Petri eccleſiam, in quod* S. Galla *ſub annum* 523 *aut* 524, *ſeu anno uno alterove poſt mariti obitum, ut ex num.* 19 *& ſeq. colligitur, ſeſe recepit, primo parthenone Benedictino non paucis annis, ac fortè medio integrove ſeculo antiquius ſit.*

quod non fuit tunc Ordinis S. Benedicti,

49 *Novi quidem, à Pancirolo in Theſauris abſconditis almæ urbis Romæ, regione* 7, *eccleſiâ* 7, *pag.* 509 *dici, apud S. Petrum olim cœnobium fuiſſe monialium, quæ in privato quodam Ms. archivi S. Petri* Monachæ S. Benedicti *vocantur, indito earum eccleſiæ* S. Catharinæ *nomine; ſed præterquam quòd nullatenus probari poſſit, in illud cœnobium S. Catharinæ, & non potiùs in aliud è vicinis, de quibus Piazza decade* 1, *cap.* 9 *Vitæ* S. Gallæ *agit, ſeſe ſanctam Viduam recepiſſe, documentum illud Ms., quod Pancirolus ab antiquitate non laudat, quodque præfatus Piazza pag.* 50 *non parum ſuſpectum habet*

habet, vel recentius ejì, vel certè tantam auctoritatem non habet, ut contra allatas à me rationes monaſterium illud, in quod S. Galla *ſeceſſit, Benedictini Ordinis fuiſſe, dici poſſit ante conditum apud Caſſinum, ut Mabillonius ſcribit, primum S. Scholaſticæ cœnobium. Accedit, quòd etiamſi laudatum à Pancirolo documentum & antiquum & genuinum eſſet, nihil inde tamen adverſus opinionem noſtram evinci poſſet, cùm monaſterium illud* olim *quidem, ut Pancirolus vult, Monialium Benedictinarum fuiſſe potuerit, tum nempe, cùm vel diu, vel haud ita pridem poſt conditum primum parthenonem dilatari cœpit earum inſtitutum; tametſi propterea illud idem cœnobium nec ab exordio ſuo, nec* S. Gallæ *temporibus Benedictini Ordinis exſtiterit. Ceterùm quænam illa fuerit religioſæ vitæ Regula, quam* S. Galla *ſecuta eſt, an S. Baſilii, quæ tum paſſim in monaſteriis Italicis viguiſſe videtur, an verò alterius ſancti inſtitutoris, tacente S. Gregorio Magno, ego definire non auſim.*

S. Galla ingreſſa eſt, ibique ſub annum 546 pie defuncta.

B

50 *Quod autem ad emortuale ſanctæ Viduæ tempus determinandum attinet, diſſentiunt nonnihil inter ſe Mabillonius & Ferrarius, ille dum in Sæc.* I *Benedict. pag.* 113 S. Gallæ *obitum ex S. Gregorio referens, hunc circa annum* 550 *contigiſſe ſcribit, hic verò, dum in Elogio* S. Gallæ, *quod ad diem* VI *Aprilis edidit, ejuſdem obitum* anno Salutis circiter DXLII *affigit. Aſt uter veroſimiliùs ſtatuit? Mihi quidem nihil ſuppetit, quo emortualem Sanctæ annum certò determinem; verùm, ſi conjecturæ hîc locus ſit, neſcio, an illuſtris Vidua noſtra captæ anno* 546, *ut Muratorius in Annalibus Italiæ ſcribit, à Totila urbi Romæ ſuperſtes vixerit, quandoquidem Procopius, cujus de Ruſticiana,* S. Gallæ *ſorore, verba dedi num.* XI, *de ſancta Vidua noſtra ne verbo quidem meminit, id veroſimiliter alioqui facturus, ſi & hæc patriæ urbis cladi ſuperſtes fuiſſet, ſummamque ſuæ ſororis calamitatem vidiſſet, aut parem fuiſſet experta. Cùm tamen, teſte S. Gregorio Magno,* S. Galla *in monaſterio apud S. Petri eccleſiam* MULTIS ANNIS *ſimplicitati cordis atque orationi dedita Deo ſervierit, hujuſque monaſticæ vitæ exordium ex ſuprà dictis ad annum circiter* 523 *aut* 524 *referendum videatur, ut anni illi numero multi tantò veroſimiliùs inveniri queant, haud abs re erit, ſanctæ Viduæ noſtræ vitam, contrà ac Ferrarius fecit, ad uſque currentem annum Chriſti* 546 *protrahere, quo fortè anno, ne patriæ ſuæ calamitatem ſuis oculis videre ac præter graviſſimos corporis dolores, quibus conflictabatur, acerbiſſimam ſubire ærumnam cogeretur, ad æterna gaudia virtutumque ſuarum mercedem à Deo evocata fuit. Habe modò ejus Acta, quæ S. Gregorius Magnus ſub titulo:* De Tranſitu Gallæ, ancillæ Dei, *lib.* 4 *Dialogorum conſcripſit.*

C

ACTA

Ex lib. IV *Dialogorum S. Gregorii Papæ I cap.* XIII *edit. Pariſ. anni* 1705, *tom.* 2, *col.* 392.

Galla, amiſſo nobili marito, ſecundas nuptias reſpuit,

INterea neque hoc ſilendum arbitror, quod mihi perſonarum gravium atque fidelium eſt relatione compertum *a*. Gothorum namque temporibus *b* Galla, hujus urbis *c* nobiliſſima puella, Symmachi conſulis ac patricii filia *d*, intra adoleſcentiæ tempora marito tradita, in unius anni ſpatio ejus eſt morte viduata *e*. Quam dum fervente mundi copia ad iterandum thalamum & opes & ætas vocarent, elegit magis ſpiritualibus nuptiis copulari Deo, in quibus à luctu incipitur, ſed ad gaudia æterna pervenitur *f*, quàm carnalibus nuptiis ſubjici, quæ à lætitia ſemper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cùm valde ignea conſperſio *g* corporis ineſſet, cœperunt medici dicere, quia niſi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbas eſſet habitura *h*: quod ita quoque pòſt factum eſt. Sed ſancta Mulier nihil exterioris deformitatis timuit, quæ interioris Sponſi ſpeciem amavit. Nec verita eſt, ſi hoc in illa fœdaretur, quòd à cæleſti Sponſo in ea non amaretur.

a *b* *c* *d* *e* *f* E *g* *h*

monialii ſancta cancro affligitur, & ſuum obitum præſcit,

2 Mox *i* ergò, ut ejus maritus *k* defunctus eſt, abjecto ſeculari habitu, ad omnipotentis Dei ſervitium ſeſe apud beati Petri Apoſtoli eccleſiam monaſterio tradidit *l*, ibique multis annis ſimplicitati cordis atque orationi dedita, larga indigentibus eleëmoſynarum opera impendit *m*. Cúmque omnipotens Deus perennem jam mercedem reddere ejus laboribus decreviſſet, cancri ulcere *n* in mammilla percuſſa eſt. Nocturno autem tempore ante lectum ejus duo candelabra lucere conſueverant: quia videlicet amica lucis non ſolùm ſpiritales, ſed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ, dum nocte quadam ex hac eadem jaceret infirmitate fatigata, vidit beatum Petrum Apoſtolum *o* inter utraque candelabra ante ſuum lectum conſiſtentem: nec perterrita timuit, ſed ex amore ſumens audaciam *p* exultavit, eique dixit: Quid eſt, Domine mi, dimiſſa ſunt mihi peccata mea? Cui ille, benigniſſimi ut eſt vultus, inclinato capite, annuit, dicens: Dimiſſa, veni. Sed, quia quamdam ſanctimonialem feminam in eodem monaſterio præ ceteris diligebat, illico Galla ſubjunxit: Rogo, ut ſoror Benedicta *q* mecum veniat. Cui ille reſpondit: Non, ſed illa talis *r* veniat tecum; hæc verò, quam petis, die erit trigeſimo ſecutura *ſ*.

i *k* *l* *m* *n* F *o* *p* *q* *r* *ſ*

& cum una ſocia moritur, alterâ dein ſubſequente.

3 His itaque expletis, viſio Apoſtoli aſſiſtentis & colloquentis ei ablata eſt. At illa protinus cunctæ Congregationis accivit matrem *t*, eique, quid viderit, quidve audierit, indicavit. Tertio autem die cum ea, quæ juſſa fuerat *u*, ſorore defuncta eſt *x*. Illa verò, quam ipſa popoſcerat, die eſt trigeſimo ſubſecuta. Quod factum nunc uſque *y* in eodem monaſterio manet memorabile *z*.

t *u* *x* *y*

z le, ſicque hoc à præcedentibus matribus z traditum, narrare illic ſolent ſubtiliter juniores, quæ nunc ſunt ſanctimoniales virgines, ac ſi illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipſæ adfuiſſent.

ANNOTATA.

a *Primus codex Carnot. in laudata editione habet:* Quod mihi perſonarum civium fidelium. *Sed de fide & auctoritate hujus narrationis actum ſatis eſt in Commentario num.* 7 *&* 8.

b *Nuptui tradita videtur* S. Galla *anno Chriſti circiter* 520 *vel* 521, *atque adeò ſub Gothorum in Italia dominantium rege Theodorico.*

c *Nempe, Romæ, ubi S. Gregorius Magnus* 4 *libros Dialogorum ſcripſit.*

d *De illuſtri ejus proſapia adiſis Commentarium à num.* 10.

e *Contigit adeò mariti ejus, cujus nomen litteris proditum non inveni, obitus intra annum* 520 *& annum* 523, *quo tempore S. Fulgentius in Sardinia etiam exſulabat. Conſule Commentarium num.* 20 *& ſuperiùs lit.* b.

B f *Videtur S. Gregorius alludere ad verba S. Fulgentii in ſua ad* Gallam *viduam Epiſtola. Vide Comment. num.* 14 *ſub finem.*

g *Id eſt, corporis* conſtitutio; *vulgus* complexionem *vocat.*

h *De calidioribus & ſiccioribus in humano corpore humoribus, quatenus ad productionem barbæ faciant, conſule Gorræum Definit. Medic. verbo* Πώγων *alioſve medicos.*

i *Quo ſenſu particula illa* mox *hîc ſumi poſſit & debeat, diſputatum vide à num.* 17.

k *Teſte S. Fulgentio, conſulis filius is fuit & ipſe conſul; ſed an honorarius tantùm, an ſolummodò deſignatus, an verò ordinarius fuerit aliquo tempore, aut per annum integrum, cùm de nomine illius non conſtet, quis definiat?*

l *Beccenſis codex, in laudata ſuprà editione Operum S. Gregorii memoratus, ita refert:* Ad omnipotentis Dei obſequium in eccleſia beati Petri Apoſtoli ſe convertit, ibique multis annis ſimplici corde, orationi dedita *&c. Hinc tamen monaſtica vita* S. Gallæ *negari non poteſt. Nam etſi his verbis hæc diſertè ibi non exprimatur, ex iis tamen, quæ S. Gregorius in fine hujus cap.* XIII *narrat, manifeſtè patet, eam in monaſterio aliquo in ſimplicitate cordis Deo ſerviiſſe.* D

m *De his actum eſt num.* 21 *&* 47, *quos proin, ſi lubet, adi.*

n *Notum morbi genus, cujus duplicem ſpeciem medici diſtinguunt;* Quidam enim *cancri, inquit Gorræus verbo* Καρκίνος, ſine ulcere, quidam cum ulcere conſiſtunt: qui ſine ulcere ſunt, à veteribus OCCULTI fuêre appellati.... *Cancer autem ulceratus* aſſiduè erodit nec ſiſti poteſt & ſaniem peſſimam teterrimamque exudat.

o *Acta ejus apud nos exſtant tom.* V *Junii & tom.* VII *in Supplemento Addendorum.*

p *Tametſi Saluſtio in Catil.* audentia *fortitudinis ſit,* audacia *verò temeritatis; hîc tamen* audacia *in partem bonam ſumitur, videlicet pro ſancta quadam* fiducia *& ſecuritate, quâ Apoſtolorum Principem ſibi apparentem libere alloqui non timuit.*

q *De hac ſancta moniali vide tom.* 2 *Maii pag.* 107. E

r *Quænam illa fuerit, fruſtra quis divinaverit.*

ſ *Re ipſa hæc prædicto tempore illam ſecuta eſt. Sed an die* VI *Maii, quo in Romano Martyrologio S. Benedicta annuntiatur, ex antiquorum teſtimonio compertum non eſt. Conſule num.* 2.

t *Hinc patet, quàm antiquus ille mos ſit, ut monialium præfecta vel abbatiſſa nomine* matris *vocetur.*

u Juſſâ, *id eſt,* prædicta *ſeu* prænunciata.

x *Hinc manifeſtè ſequeretur,* S. Gallam *die* VI *Aprilis obiiſſe, ſi antiquorum auctoritate certum eſſet, S. Benedictam die* VI *Maii ad Superos tranſiiſſe.*

y *Scribebat hæc S. Gregorius anno* 593 *vel* 594, *uti diximus num.* 8.

z *Editores noviſſimi Operum S. Gregorii Magni notant hîc, etiam nomine* matrum *venire ſanctimoniales, maximè eas, quæ provecta ætatis ſunt.*

C # DE SS. FIRMATO DIACONO, EJUSQUE SORORE FLAVIA SEU FLAVIANA VIRG. F

AUTISSIODORI IN GALLIA.

SYLLOGE.

C. B.

SECULO FORTE V AUT VI. *Sancti hodie Hieronymianis*

Omnia majora apud Florentinium Hieronymiana apographa S. Firmatum *diaconum, hujuſque ſanctam ſororem* Flavianam *ſeu* Flaviam *Autiſſiodori, quæ epiſcopalis ſub archiepiſcopo Senonenſi, ducatui Burgundiæ annexa, Galliarum ad Icaunam fluvium civitas eſt, hodie conſignant. Et Lucenſe quidem, cui Blumanium, utpote nullam hîc lectionem variantem habens, ad amuſſim conſonat, hiſce ſequentibus verbis,* Et in Gallia civitate Autiſiodoro depoſitio ſanctorum germanorum Firmati diaconi & Flaviane virginis Deo ſacrate, *id præſtat: verùm Corbeienſe, utut Lucenſi etiam ſatis congruat, initio tamen* Et in Gallia civitate, *in fine* Deo ſacrate *omittit, quod pariter facit Antverpienſe ſeu Epternacenſe, omittens præterea vocem* depoſitio, *Sanctoſque nec germanos appellans, nec* Flavianam, *ſed* Flaviam *more alibi adhuc uſurpato ſcribens.*

AUCTORE Cuper.

Hic diffusiora hæc Hieronymiana Florentinii apographa addi etiam potest è contractioribus apud nos tom. VII *Julii Labbeanum, quod, quamquam, omisso insuper ad* Firmati *nomen* diaconi *titulo*, S. Firmatum, *sanctamque virginem* Flavinam (*ita enim, quod & nonnullis aliis Fastis sacris codicibusque Hieronymianis commune est, pro* Flavia *seu* Flaviana *efformat*) *brevissimè annuntiet, Sanctis tamen Faustum & Pelagium adjungit. Atque id ipsum etiam faciunt apud nos loco cit. Augustanum monasterii S. Udalrici, & apud Dacherium Spicilegii, quod anno* 1723 *iterata editione prodiit, tom.* 2, *pag.* 35 *Gellonense, quod ad Hieronymianorum classem non ineptè reduxeris: verùm Faustus & Pelagius à* Firmato & Flavia, *Autissiodorensibus Sanctis, removendi, triaque jam proximè memorata Hieronymiana apographa nominum transpositione videntur corrupta.*

& Adoni, si non puris,

2 *Ita autumo, tum ex eo, quòd tria è majoribus Hieronymianis apographis jam laudatis, Lucense scilicet, Blumanium & Corbeiense, Faustum & Pelagium alibi, quàm Autissiodori, expressè signent; tum ex eo, quòd & hæc & Antverpiense pariter laudatum, simulque & Ado & Usuardus, qui Martyrologium, sub S. Hieronymi nomine circumferri solitum, ante oculos habuêre, solos sanctos* Firmatum *diaconum &* Flaviam *seu* Flavianam *virginem Autissiodori unanimi consensu, verbisque ferè iisdem commemorent, uti cuique ex annuntiationum, quas adhibent, collatione manifestum evadet. Nec est, quòd opponas,* Firmatum & Flaviam *ne quidem in Adone puro apud Rosweydum reperiri, præterquam enim quòd vel sic, quod jam dictum est, in auctioribus Hieronymianis apographis & Usuardo sat fundatum appareat, Jacobus Mosander, cui præterea tres Adoniani codices, à Dominico Georgio in Præfatione ad Adonem num.* 5 *delineati, suffragantur, hanc* SS. Firmati & Flaviæ *seu* Flavianæ *annuntiationem, veluti Adoni propriam, utpote quam asteriscо non notet, in medium profert:* Autisiodoro depositio sancti Firmati diaconi & Flavianæ virginis; *quòd autem* Firmati & Flavianæ *annuntiationem, à Mosandro his verbis positam, Rosweydus Adoni abjudicaverit, Sollerius in hodierna sua ad Usuardum Observatione idcircò miratur, quòd hanc æquè ac aliam, quâ Placidum, Eutychium & alios triginta apud Siciliam hodie commemorat, ex*

C *Hieronymianis unà desumere potuerit. Et verò, cùm Placidum ejusque socios ex Hieronymianis signet, cur* Firmatum & Flaviam *omisisset? Dicesne forsan,* Firmatum & Flaviam *sinceros seu genuinos non esse Hieronymianorum Sanctos, eosque pro additis à Gallico antiquario per Florentinium in hodiernis ad Martyrologium, Hieronymo vulgò adscriptum, Annotationibus haberi? Verùm an Florentinius pro suo arbitrio rectè hos cælites,* Firmatum *scilicet &* Flaviam, *ex additis à Gallico antiquario agnoscat, loco proximè cit. in dubium etiam revocat Sollerius.*

quod hic

3 *Et sanè non immeritò: cùm enim (adi in sua ad Usuardum Præfatione num.* 22 *eumdem Sollerium) Martyrologium Hieronymianum fortassis haud citiùs quàm sæculo sexto fuerit contextum, eccur ab ipso hujus auctore* Firmatus & Flavia, *qui an ante idem sæculum sextum non floruerint, admodùm ex dicendis est dubium, commemorari nequierint? Fateor quidem, non paucos Autissiodorenses Sanctos, ut Florentinius Admonitione sexta prævia alibique sæpiùs inculcat, ex additione duntaxat, à Gallico antiquario facta,* D *in Martyrologio, Hieronymo vulgò attributo, signatos inveniri; verùm cur id vel generatim ad omnes, vel nominatim ad* SS. Firmatum & Flaviam *debeat extendi? An ex eo forsan, quòd hi Sancti nostri contra Hieronymianorum, quæ Sanctorum duntaxat nomen, locum & diem felicis è vivis excessus exprimere solent, apographorum stylum paulò prolixiùs cum adjectis* Diaconi, Virginis & Germanorum *titulis in diffusioribus Hieronymianis codicibus suprà laudatis celebrentur? Verùm vel ex sola Hieronymianorum apud Florentinium inspectione quisque haud difficulter deprehendet, genuinis Hieronymianis Sanctis subinde etiam* diaconi, presbyteri, episcopi, virginis *aliosve similes titulos adjungi, ut eo ex capite nihil obstet, quò minùs* SS. Firmati & Flaviæ *annuntiatio verè Hieronymiana habeatur, si non illa paulò prolixior, ex Lucensi apographo num.* 1 *hæc transcripta, saltem alia contractior, ex qua hæc per additionem nata esse possit, in Antverpiensi seu Epternacensi apud Florentinium apographo paucissimis hisce verbis concepta:* Autisiodoro Firmati diaconi & Flaviæ virginis.

E controversitur.

4 *Sed ut demus etiam tantisper, Sanctos nostros verè Hieronymianos non esse, nec sic Adoni abjudicandos, evinces. Cùm enim negari equidem nequeat, Hieronymianis, Antverpiensi & Blumanio apographis, quorum primum sæculi octavi initio, secundum anno* 772 *exaratum est, ex additione saltem esse inscriptos, quid ni illos Ado, qui medio circitèr sæculo nono è Bedæ Martyrologio, per Florum auctio, codicibusque plurimis, uti ipsemet in Præfatione innuit, undecúmque collectis Martyrologium suum concinnavit, ex iisdem Antverpiensi & Blumanio, similibusve Hieronymianis vetusta manu interpolatis apographis potuerit excerpere? Sic Rabanus, quem Adoni præiviſſe, Bedamque & Florum in conscribendo Martyrologio potissimùm adhibuisse, in sua ad Usuardum Præfatione num.* 64 *& seq. Sollerius docet, eosdem Sanctos nostros, etsi à Beda sive puro, sive Flori operâ suppleto, non memoratos, aliunde tamen in suum Martyrologium intulit. Nec est, quòd tandem reponas, secum pugnare Sollerium, dum* Firmatum & Flaviam, *quos Notkerus non memorat, Adoni à Rosweydo abjudicari miratur; etsi enim universim Sanctos à Rosweydo in Appendicem rejectos, simulque tamen & in Usuardo & in Notkero repertos, Adoni haud cunctanter posse attribui, in sua ad Usuardum Præfatione num.* 154 *indicet, non propterea tamen omnes, quos vel Usuardus, vel Notkerus non memorat, Adoni illicò idcircò abjudicandos, ibidem etiam statuit, uti Dominicus Georgius in sua ad Adonem Præfatione num.* 8 *perperàm existimâsse videtur.*

F

saltem auctis, aliisque Fastis sacris inscribuntur.

5 *Quoquo modo tandem omnia hæc habeant,* Firmatus *equidem &* Flavia *Hieronymianis & Adoni, si non puris, auctis saltem, simulque Usuardo puro & Rabano, uti ex jam dictis facilè intelliges, hodie sunt inserti. Hisce porrò accedunt plures adhuc hagiologi, non quidem, quos* classicos *vocamus, seu omnium antiquissimi, sed alii, Hagiologii nimirum Franco-Gallici Labbeani auctor, qui & ipse antiquus, parisque aut etiam majoris antiquitatis Autissiodorensis, quod apud Martene tom.* 6 *Veterum Scriptorum à col.* 686 *usque ad col.* 738 *exstat, Martyrologii concinnator, quos deinde longa serie excipiunt multò recentiores, nostri scilicet Florarii Ms. auctor, Belinus, Grevenus, Molanus, aliique quàm plurimi,*

A *rimi, quorum omnium nomina hîc recenſere, nedum annuntiationes proferre, operæ pretium non eſt. Attamen ut has omnes ſub uno veluti conſpectu ſtudioſo lectori exhibeam, Romani equidem hodierni annuntiationem, reliquis omnibus propè ad amuſſim conſonam, huc tranſcribo. Sic habet:* Antiſiodori depoſitio ſanctorum germanorum Firmati diaconi & Flavianæ virginis. *In Plantinianæ Martyrologii Romani editione, anno* 1701 *facta, Sanctus noſter, non* Firmatus, *ſed* Firmanus *appellatur, ſeque, cur id fiat, neſcire, ait in hodierna ſua ad Uſuardum Obſervatione Sollerius. Quid ſi igitur typothetarum dumtaxat ſphalma dicatur? Certè* Firmatus, *uti in ejuſdem Martyrologii editionibus, annum* 1701 *prægreſſis, fuerat, in poſteriori anni* 1746 *editione reſtituitur.*

Flavia pro S. Placidi Benedictini ſorore, pro ſocio Firmatus obtruditur:

6 *Caſtellanus, qui Romanum hodiernum, in linguam Gallicam converſum, Martyrologio ſuo univerſali inſeruit, binis hodie in margine appoſitis notulis non obſcurè indicat, in ea ſeſe opinione verſari, quâ exiſtimet, S. Placidum martyrem Siculum, in tribus Hieronymianis majoribus apud Florentinium apographis, quæ hîc eſſe pura,* B *in Commentario, Actis S. Placidi hodie præmiſſo, num.* 4 *meritò æſtimantur, cum Eutychio & triginta ſociis anonymis hodie ſignatum, pro S. Placido, S. Benedicti diſcipulo, in Dialogis Gregorii Magni memorato, ſanctamque virginem noſtram Antiſſiodorenſem* Flavianam, *mutatam in* Flaviam, *ſicuti etiam aliàs vocatur, pro ſorore ejuſdem S. Placidi Benedictini in fabuloſis hujus Actis, ſeculo* XII *demum inventis, obtrudi; quod ſanè, uti etiam in iiſdem* S. Firmatum *diaconum pro uno è ſociis, cum Placido Benedictino paſſis, venditari, veroſimillimum apparet vel ex eo, quòd Actorum illorum inventor (adi Commentarium, Actis S. Placidi ad hunc diem præmiſſum, num.* 10) *ſparſa hinc inde hoc die per Hieronymianos codices martyrum aliorumve Sanctorum, Eutychii videlicet, Victorini, Fauſti, ſanctorum noſtrorum* Firmati *atque etiam* Flaviæ *nomina veroſimillimè corraſerit & pro arbitrio Placidi Benedictini ſorori, fratribus hoſpitibuſque, unà cum illo Meſſanæ paſſis, quos nominetenus non nôrat, aſſinxerit, præter Eutychium interim, ſervato etiam, quem Hieronymiana mox laudata, hîc ex dictis pura, Placido ſuo adjungunt, triginta anonymorum martyrum numero.*

C *perperàm eos duplicat Florentinius.*

7 *Hinc porrò etiam jam conſequitur, ut, cùm Sancti, quibus aliorum Sanctorum nomina, ex Hieronymianis apographis accepta, affinguntur, hiſce utique propterea non cenſeantur inſcripti, neceſſe non ſit, eadem illa, quæ Placidum cum Eutychio dumtaxat & triginta aliis ſociis anonymis hodie ſignant, mutila dicere Hieronymiana apographa, duplicemque* Firmatum & Flavianam *ſeu* Flaviam, *qui in hiſce, integritati reſtitutis, locum exigant, diſtinguere, uti hodie in ſuis ad Mrl. Hieronymianum Annotationibus facit Florentinius, qui præterea ibidem pro diſtinctione illa facienda vetus Hagiologium Franco-Gallicum Labbei, in quo ſanctus noſter Diaconus non* Firmatus, *ut S. Placidi Benedictini in martyrio ſocius, ſed* Formatus, *Virgoque noſtra Autiſſiodorenſis non* Flavia, *ut S. Placidi Benedictini ſoror, ſed* Flaviana *nuncupatur, in argumenti partem perperàm adducit. Etſi enim in veteri illo Hagiologio Sancta noſtra vocetur* Flaviana, *certum propterea non eſt, eam non æquè aptè vocari* Flaviam, *cùm ita etiam in antiquiſſimo Antverpienſi apud Florentinium Hieronymiano apographo alibique vocata inveniatur. Quod autem ad S.* Firmatum *diaconum pertinet, cùm in uno veteri illo Labbei Hagiologio* Formatus, *in antiquis autem Faſtis ſacris, ſuprà laudatis, aliiſque propè omnibus conſtanter nominetur* Firmatus, *ambigendum non videtur, quin è ſola librariorum oſcitantia ortum ſit, ut in Hagiologio Franco-Gallico* Formatus *vocitetur.* AUCTORE C. B.

Cur ſeorſum ab eodem Placido hîc dentur.

8 *At verò cur* SS. Firmatus *diaconus ejuſque ſoror* Flavia *ſeu* Flaviana, *in Hieronymianis, ut jam docui, hodie notati, ſeorſum à S. Placido Benedictino hîc dantur, nec tamen ſeorſum ab hoc etiam dantur Eutychius, Victorinus & Fauſtus, in Hieronymianis pariter hodie notati, qui à Placidi Benedictini biographo nomina ſua non minùs, quàm* Firmatus *diaconus &* Flaviana *ſeu* Flavia *virgo, nominetenus ignotis S. Placidi in martyrio, Meſſanæ tolerato, ſociis habent affecta, ſicque pro hiſce, à quibus nihilominus veroſimillimè ſint diverſi, perperam videntur obtrudi? Eſt ſanè, cur id non nemini mirum queat accidere: verùm dici poteſt, primò quidem Eutychium, Victorinum & Fauſtum notos eſſe è ſolis Hieronymianis, quorum cùm annuntiationes, quibus tres hi Sancti hodie celebrantur, in Commentario de* E *S. Placido Benedictino fuerint tranſcriptæ, ſufficienter ſimul de illis fuiſſe ibidem tractatum; quod etiam quærenti, cur de ipſo ſaltem S. Placido Hieronymiano, itemque de S. Pelagio, num.* 1 *&* 2 *hîc memorato, Hieronymianiſque hodie pariter inſcripto, ſeorſum non agatur, eſto reſponſum. Accedit, non undequâque certum eſſe, Placidum Benedictinum, Eutychium & Victorinum fratres ejus, Fauſtumque in martyrio ſocium à Placido & Eutychio Hieronymiano ſociiſque triginta anonymis diſtingui;* Firmatum *autem diaconum, ſororemque ejus* Flaviam *ſeu* Flavianam *à S. Placidi in martyrio ſocio Firmato ſororeque Flavia & in ipſo Martyrologio Romano, utpote quod aliâ hos, aliâ illos annuntiatione uno eodemque hoc die celebret, ſufficienter diſtingui, & re etiam ipſa omni dubio procul eſſe diſtinctos, uti liquet vel eo, quòd S. Placidi Benedictini in martyrio ſocius Firmatus, Flaviaque ſoror Meſſanæ in Sicilia, noſter autem* Firmatus *ejuſque ſoror* Flavia *Autiſſiodori in Gallia ad Superos felici obitu migrârint.*

an martyrium, ut vult Bargedeus.

9 *Accedit, S. Placidi Benedictini in martyrio ſocium ſororemque, nominibus aſſictis* Firmatum & Flaviam *vocatos, præterquam quòd non, ut Sancti noſtri, proximæ cognationis vinculo ſeſe inter fuerint conjuncti, indubiè adeptos eſſe palmam martyrii, quam an etiam obtinuerint noſter* Firmatus *diaconus ejuſque ſoror* Flavia *ſeu* Flaviana, *admodùm eſt dubium, uti jam nunc oſtendo. In pleriſque Hieronymianis apographis majoribus, aliiſque Faſtis ſacris ſuprà laudatis vox* depoſitio *Sanctorum noſtrorum nominibus apponitur, quod confeſſores eos arguere videtur; etſi enim vox illa, uti Admon.* 9 *prævia Florentinius rectè docet, ſecundùm veteres ſcriptores eccleſiaſticos non incongruè etiam martyribus, eorumque ſepulturæ accommodetur, frequentiùs tamen confeſſoribus tribuitur ſeu iis, qui extra perſecutionum procellas in pace obdormierunt. Attamen, cùm in Hieronymianis aliiſque Faſtis ſacris hactenus citatis* Firmatus & Flavia *nec martyres, nec confeſſores diſertè & expreſsè nuncupentur, ſintque, qui utroque hoc titulo in Hieronymianis carent, plerúmque martyres, eſt ſanè, cur & illi videri queant vitam martyrio finiiſſe. Et verò martyres apertè facit tum antiquius, quod habemus, Autiſſiodorenſe Breviarium, utpote* Firmati & Flaviæ

F

AUCTORE C. B.

commemorationem, ut martyrum, hodie fieri præcipiens, tum etiam Bargedeus, senatûs seu, ut vocant, præsidialis Autissiodorensis assessor: hic enim in Sanctorum Autissiodorensium Kalendario, quod contexuit, quodque penes nos Ms. exstat, hodie Sanctos nostros verbis Gallicis, Latinè à me redditis, ita celebrat: S. Firmatus diaconus Autissiodorensis & S. Flavia ejus soror sanctimonialis Autissiodori primi fuerunt, qui, durante Evrici persecutione, martyrium hoc die sunt passi.

sub Eurico Visigothorum rege,

10 *Ita ille, ea simul etiam suppeditans, ex quibus, quo circiter tempore Sanctos nostros passos existimet, haud difficulter colligas. Cùm enim SS. Felicem & Moderatum Autissiodori ab Evarico seu Evrico, Ariano Gothorum aut, si mavis, Visigothorum rege, qui, magna Galliarum parte occupata, sævam in Catholicos persecutionem concitârit, martyrio fuisse affectos, ad* 1 *Julii diem in laudato Kalendario etiam scribat, hunc ipsum Evricum, sub quo Sancti nostri subierint martyrium, verbis huc transcriptis indubiè designat. Jam verò cùm Evricus seu Euricus aut Evarix, seu etiam Eorisus (variè enim à variis regis hujus nomen effertur) anno* 464, *occiso Theodorico fratre, Visigothorum factus sit rex, annoque* 485 (*adi ad annum* 464, *num.* 2, *& ad annum* 484, *num.* 24 *Pagium in Criticis*) *vitam cum morte commutârit, consectarium fit, ut Bargedeus* SS. Firmatum *&* Flaviam *seu* Flavianam, *quam, à nonnullis martyrologis suprà recensitis aliisque* Virginem Deo sacratam *appellatam, ipse sanctimonialem vocat, martyrio è vivis eo temporis spatio, quod inter annum* 463 *& annum* 486 *excurrit, fuisse sublatos, velit. Verùm scriptor ille nullum plane assertionis, quâ Sanctos sub Evrico seu Eurico martyrium subiisse ait, vadem in medium adducit, estque recentior, quàm ut sola sua auctoritate* Firmati *&* Flaviæ *martyrium, nedum ipsum etiam hujus tempus, indubitatum possit efficere. Nec, etsi foret antiquior, certam propterea dictis suis hac in re fidem adjungeret: dubium enim est, an Euricus, Visigothorum rex, adeò in Catholicos, quemadmodum Bargedeus putavit, fidei causâ passim sævierit, ut ei Sanctorum martyrium sat aptè queat attribui.*

B

C

qui passim cædibus in Catholicos sæviisse, non videtur, subierint,

11 *Scribit quidem Historiæ Francorum lib.* 2, *cap.* 25 *Gregorius Turonensis, gravem in Galliis persecutionem Evaricem seu Euricum concitâsse, homines perversitati suæ non consentientes passim obtruncâsse, clericos in vincula conjecisse, sacerdotes partim in exsilium pepulisse, partim interfecisse, & ecclesiarum aditus spinis obserari jussisse; verùm Apollinaris Sidonii ad Basilium episcopum epistolam, è qua hæc sese hausisse, loco cit. ipsemet adjungit, perperàm interpretatus est, ut lib.* 5 *Rerum Francicarum pag.* 239 *Valesius, & post hunc Pagius in Criticis ad annum* 475, *num.* 4 *rectè observant: etenim in epistola laudata, uti hanc vel apud Baronium ad annum* 475, *num.* 23, *vel apud Sirmondum Operum variorum tomo* 1 *inter Apollinaris Sidonii Epistolas lib.* 7, *cap.* 6 *inspicienti patebit, Sidonius dumtaxat scribit, Crocum & Simplicium episcopos relegatos esse, & apud Burdigalenses, Petrocorios ac pleraque alias urbes, in quas Euricus obtinebat imperium, summos sacerdotes morte truncatos, id est, sua morte mortuos, nec ullos in defunctorum locum suffectos, desertas rusticas parochias, lapsa ecclesiarum culmina, aut,* valvarum cardinibus avulsis, basilicarum aditus vepribus obstructos, *eam* Catholici status valetudinem occultam *appellat, ac Euricum* non tam Romanis urbibus, quàm legibus Christianis insidiaturum *videri sibi; quæ omnia non indicant, Euricum, quod scripsit Gregorius Turonensis, in Catholicos, Arianæ perversitati adversantes, cædibus passim sæviisse. Unde fit, ut, dato etiam, quod pariter ad* 1 *Julii in Kalendario cit. affirmat Bargedeus, armis ab Eurico Autissiodorum fuisse subactum, certum propterea, Sanctos nostros sub eo pro fide fuisse necatos, non foret, utque proinde hic scriptor, id asseverans, etsi etiam, quàm sit, esset antiquior, indubitatam sibi hac in re fidem haud adjungeret.*

D

quo circitèr tempore vitâ functi sint,

12 *Jam verò, cùm hæc ita habeant, manet non tantùm, quidquid etiam scribat Bargedeus, Sanctorum martyrium incertum, verùm etiam, quod alioquin sat propè fuisset definitum, ipsum tempus, quo ii, sive martyres, sive confessores, obierint. Dispiciamus ergò, anne id utcúmque alio nequeat modo definiri. In Kalendario, quod Breviarium Autissiodorense recentius, anno* 1736 *excusum, præfert, itemque in Notula, quam Martyrologium Parisiense, anno* 1727 *editum, hodie sibi habet in margine adjectam,* SS. Firmatus *&* Flavia *seculo* V *aut* VI *è vivis abiisse signantur: verùm, quo fundamento? Kalendarii & Notulæ auctores, qui temporis emortualis, ita à se lato saltem modo Sanctis nostris assignati, rationem non addunt, verosimiliter crediderint,* Firmatum *&* Flaviam *Hieronymianis, uti ex dictis putavit Florentinius, à Gallico antiquario dumtaxat esse adjectos, hincque eos ante seculum* V, *utpote quos alioquin Hieronymiano Martyrologio puro, aut ipso forsan sec.* V *aut sequenti confecto, inserendos fuisse, existimarent, è vivis ad Superos migrâsse, intulerint. Adhæc cùm eosdem antiquissimis Hieronymianis, Epternacensi & Blumanio apographis, quorum alterum jam inde à seculi* VIII *initio, alterum anno* 772 *exaratum est, viderent inscriptos, fuerint forsan,* Firmatum *&* Flaviam *in antiquioribus etiam seculi* VII *apographis habuisse locum, suspicati, sicque illorum obitum, quem idcircò nec in seculum* VII *audebant differre, sub disjunctione vel seculo* V *vel* VI *contigisse, tandem concluserint. Et verò cùm Sancti, uti ex jam suprà dictis fas est colligere, à Gallico antiquario revera fortè dumtaxat sint Martyrologio Hieronymiano adjecti, fuerintque hujus apographis jam inde à seculo* VII *forsitan inscripti, non omninò ineptè eorum obitus latè loquendo seculo* V *aut* VI *innectitur, hincque utrumque hoc seculum sub disjunctione, adjectâ etiam dubitandi particulâ* fortè, *suprà in margine adscripsi.*

E

F

& quo cultu in diœcesi Autissiodorensi afficiantur.

13 *Atque hæc de mortis, quam Sancti obierint, genere & tempore dicta sufficiant, superest, ut nunc pauca certa de eorum in diœcesi Autissiodorensi cultu subjungam. In antiquiori seculi* XVI *Autissiodorensi Breviario* SS. Firmati *&* Flaviæ *commemoratio, ut jam suprà innui, hodie præscribitur. Idem etiam fit in recentiori, Autissiodorensi item, Breviario proximè laudato, quod præterea lectionem tertio loco legendam suppeditat, in qua de Sanctis hæc leguntur:* Hac die quinta Octobris Autissiodori sepulti sunt sanctus Firmatus diaconus & soror ejus sancta Flavia seu Flaviana, Deo sacrata virgo. Reliquiarum hujus Virginis pars quædam ad sanctum Ferreolum in diœcesi Autissiodorensi delata fuit, ubi etiamnum colitur. *Hæc præfata lectio: nec alia fidei magis probatæ vel de ipsis Sanctis vel de eorum apud Autissiodorenses cultu invenire quivi. Sanssayus quidem*

R *dem in Martyrologio ſuo Gallicano de* SS. Firmato & Flavia *hodie ita præterea memorat:* Autiſſiodori ſanctorum Germanorum Firmati diaconi & Flavianæ virginis Deo ſacratæ, qui, pura caſtitatis & fidei obſequia Chriſto toto vitæ curſu impendentes, virtutum locupletati meritis ad ſempiternæ gloriæ gaudia commigrârunt; *Verùm, cùm hæc ex diaconi, quo* Firmatus *functus eſt, officio, & ex virginis Deo ſacratæ qualitate, quâ* Flavia *ſeu* Flaviana *eluxit, conſectaria ferè dumtaxat ſint, nihil valde notatu dignum ad ſuppeditatam hactenus aliunde de Sanctis notitiam ſuperaddit, nec, etſi quid ſuperadderet, fidem faceret, utpote ſcriptor dumtaxat recentior.* AUCTORE C. B.

DE S. HIERONYMO EPISCOPO ET CONFESSORE.

NIVERNI IN GALLIA. J. G.

SYLLOGE.

ANNO DCCCXVI. *S. Hieronymus, Nivernenſis ep., cujus Eccleſiaſticus cultus indubius eſt,* B

Nivernum, epiſcopalis Galliarum urbs ad fluvios Ligerim Niverimque ſita, præter inclytos ſanctitate præſules, Æoladium, Agricolam, Deodatum, Itherium, Aregium & Eulalium, de quibus ſuis locis in noſtro Opere actum eſt, gloriari meritò poteſt, cæleſti ſibi munere datum etiam fuiſſe S. Hieronymum *noſtrum, cujus munificentiâ ac paſtorali ſollicitudine ſuus non parùm ſplendor accrevit. Quòd autem, ut non nemini videri mirum poterit, ſancti Præſulis noſtri nuſquam meminerint Ado Viennenſis & Uſuardus, qui eodem ſeculo, quo is obiit, ſatis provecto, ſua Mrll. conſcripſerunt, in cauſa, arbitror, fuit, quòd vel necdum anno 858 imò nec anno 875 apud Nivernenſes multùm vigeret, vel extra horum terminos haud ita explorata omnibus eſſet Eccleſiaſtica ejus veneratio. Ut ut ſit, non eſt, cur de legitimo ejus cultu ullatenus nunc ambigamus. Etenim, præter Nivernenſis eccleſiæ Breviarium, teſte hodierno ejus antiſtite, ſub annum 1450 manu exaratum, quod* Hieronymi *noſtri feſtum die* v *Octobris ſtatuit, Eccleſiaſticum ejus cultum itidem teſtatur Michaël Cotignonus, Nivernenſis canonicus & archipresb., in ſuo Catalogo hiſtorico epiſcoporum Nivernenſium, anno* 1616 *typis edito, ubi pag.* 36, *in abbatiali eccleſia Nivernenſi S. Martini, in qua & ſanctus noſter ſepultus fuit, exſtare ſacellum aſſerit ejus nomini dicatum, ſanctaſque ejus reliquias in lipſanotheca honorificè aſſervari fidelibuſque in veneratione eſſe, non minùs diſertè affirmat. In ſubmiſſa ad me de Sancti cultu geſtiſque notitia addit humaniſſimus vir dominus Parmentier, Nivernenſis hiſtoriæ, quàm primùm in lucem edendæ, auctor eruditus, in memorata lipſanotheca, quæ ex ligno deaurato confecta eſt, ſervari Acta elevationis ejus corporis, eamque ab illuſtriſſimo Nivernenſi epiſcopo, Euſtachio Dulys bis reſeratam ritè fuiſſe, cùm nempe hic anno* 1615 *die* VIII *Novembris altare princeps parochialis eccleſiæ S. Victoris conſecraturus, ex ea deſumpſit, quas huic pro more Eccleſiæ infereret ſacri corporis reliquias, ac rurſum, cùm anno* 1616 *die* IX *Octobris ſacellum S. Bertrandi in eccleſia prioratûs B. Mariæ Virginis de Fagia ſolenni ritu benediceret.*

C 2 *His adde bina auctaria Uſuardina, anno* 1338, *laudato Nivernenſi hodierno præſule teſte, conſcripta, quæ Eccleſiaſticæ* S. Hieronymi *venerationis antiquitatem utcúmque oſtendunt. In utroque enim ad diem* v *Februarii de Antiſtite noſtro,* *quique hoc præſertim die in Mrll. celebratur,* *tamquam de indubio Sancto, mentio fit, adjicitur in unius ex his Auctariis margine dies* v *Octobris, ſeu quòd aliquando, hoc die è vivis exceſſiſſe* Hieronymus *creditus fuerit, ſeu quòd ejus memoria Officio Eccleſtaſtico eodem die celebrari antiquitus ſolita ſit, uti ex vetuſto Nivernenſi Breviario ſuprà citato ac Nivernenſi Kalendario anno* 1637 *edito, erui quoque poteſt. Atque hinc martyrologi recentiores, puta Sauſſayus, Caſtellanus, Franciſcus Giry & auctor Pariſienſis Mrl. anno* 1727 *editi, Sanctum noſtrum etiam celebrant die* v *Octobris, & nos pariter tum horum exemplo, tum laudati Breviarii Ms., Nivernenſiſque Kalendarii auctoritate nixi, tametſi reſiſtere videantur Guido Coquillius & Sammarthani fratres, qui feſtam Sancti lucem ſtatuunt diem* VIII *Octobris, de eo hodie, quantum per inſtrumentorum inopiam licet, diſſerere decrevimus. Martyrologorum, quos jam laudavi, uti & Florarii noſtri Ms. annuntiationes, propterea quòd aliæ præter Sancti nomen dignitatemque nihil ſingulare referant, aliæ verò, quæ paulò fuſiores ſunt, veritati undequáque non conſonent, huc tranſcribere ſupervacaneum duxi. Sufficiet adeò pro omnibus his Martyrologii Pariſienſis annuntiatio, quæ pag.* XIII *inter Addenda & Emendanda exſtat, his verbis concepta:* Tertio Nonas Octobris Nivernis ſancti Hieronymi epiſcopi tempore Caroli Magni imperatoris, qui ejus eccleſiæ multa dona contulit. *Quæ quàm vera ſit annunciatio, ex infrà dicendis liqueſcet.*

E

3 *Quod ad ſancti Præſulis noſtri Acta ſpectat, illius, haud ſecùs atque aliorum quorumdam Nivernenſium antiſtitum, Acta primigenia ſinceraque vel nobis invidit obliviosa aut indiligens vetuſtas, vel rapuit bellorum temporumve injuria. Aliud ergò reliquum hîc non eſt, quàm ut, quæ ſparſim alibi de eo teſtimonia exſtant, in unum colligantur, quibus hic Chriſtiano orbi, utcúmque innoteſcat. Id priuſquam aggrediar, lubens profiteor, me viro humaniſſimo, domino Mercier, nunc, cùm hæc eduntur, reverendiſſimo abbati S. Leodegarii Sueſſionenſis, plurimùm rurſus debere; quippe cujus diligentiſſimâ & operâ & curâ factum eſt, ut tum illuſtriſſimus D. Joannes Antonius Tinſeau de Bellay, Nivern. epiſcopus hodiernus ſuprà laudatus, tum eruditus ſupráque memoratus auctor novæ Nivernenſis Hiſtoriæ conatibus meis aſpirârint, ac tandem, cùm ſibi per tempus licuit, dilucidas eruditaſque ſubmiſerint notitias, quibus quam antè amplexus fueram de Sancti ætate geſtiſque aliquot ſententiam, & abundè confirmatam & non una*

F *non ſediſſe ſub Carolo Calvo anno* 843, *uti Cotignonus aliique volunt.*

AUCTORE J. G.

una ex parte illuſtratam fuiſſe, læto gratoque animo agnoſco. Sed ad ipſa nunc, quæ de Sancto noſtro in diſceptationem cadunt, præcipua capita veniamus; atque præ ceteris, an ille anno Chriſti 843 ſub Sergio PP. II & Carolo Calvo, Francorum rege, uti Cotignonus pag. 31 & 35, Sauſſayus in Mrl. Gallicano aliique indubitanter adſtruunt, Nivernenſem cathedram tenuerit, eamque anno 848 ſuo obitu vacuam fecerit; an contrà, uti Coquillius in ſua Nivernenſi Hiſtoria pag. 41 affirmat, jam ante annum Chriſti 818 epiſcopalem ſedem cum cæleſti throno commutârit, indicatis utriuſque litigantium partis monumentis, diſpiciamus.

ſed ſub Carolo Magno illius avo,

4 *Si Cotignonum pag. 35 loquentem audiamus, non antiquis tantùm Legendariis, veteribus cartis, libriſque manu exaratis, ſed & Nivernenſis eccleſiæ inſignibus, vetuſto Breviario communique indigenarum traditione ſua ſententia fulcitur. Quæ verò ad ſtabiliendam oppoſitam priori ſententiam Coquillius pag. 39 & 40 monumenta laudat, hæc alia non ſunt, quàm veteres ejuſdem eccleſiæ cartæ, quas tamen ipſe non magis, quàm Cotignonus, ſingillatim indicat, ſi unam excipias à Carolo Calvo datam, quam pag. 39 haud ſatis accuratè* Herimonni Nivernenſis epiſcopi cartam *appellat; ut adeò prima fronte ſoloque laudatorum utrimque monumentorum numero ſpectato, potiùs à Cotignono, quàm à Coquillio ſtandum pronunties. Verùm, ſi vel ſolius laudati Carolini diplomatis, anno Chriſti 841 emiſſi, auctoritatem fidemque cum Mabillonio & Cointio conſideres, eaque, quæ de* Hieronymo *noſtro illic leguntur, attentè perpendas, manifeſtum evadet, memorata à Cotignono documenta nec id ætatis nec auctoritatis habere poſſe, ut contra Carolinæ cartæ teſtimonium minimè recuſandum, Sancti noſtri epiſcopatûs initium anno 843 ex iis ſtatui plauſibiliter poſſit. Etenim in hoc diplomate, anno, ut jam mox monui, 841 edito, memoratur* Hieronymus, civitatis *Nivernenſis* epiſcopus, *&, quod rei caput eſt, memoratur, non ut in vivis, aſt contrà ut non modico antè tempore defunctus, quandoquidem inter Herimanni Nivernenſis antiſtitis deceſſores computatur, neve de eo, quo ſederit, tempore ambigendi locus ſuperſit, enm ſub Carolo Magno, atque adeò ante annum 814 epiſcopum fuiſſe, villaſque & cellulas ab eodem imperatore ad eccleſiæ ſuæ uſum recepiſſe, diſertiſſimis verbis ejuſdem imperatoris ex Ludovico Pio nepos teſtatur.*

B

C

ex diplomate præfati Caroli Calvi, cujus verba partim recitantur,

5 *Quæ ad rem noſtram faciunt, juverit ex Mabillonio de Re diplomatica lib. 6, pag. 527 hîc verba recitâſſe. Ita inter alia illic loquitur memoratus jam mox Caroli Magni nepos:* Quo circa notum ſit, ... qualiter vir venerabilis Herimannus, Nevernenſis eccleſiæ pontifex, celſitudinis noſtræ adiens clementiam, deprecatus eſt ſerenitatis noſtræ poteſtatem, ut præceptum auctoritatis ſive electionis vel immunitatis ei fieri juberemus regali celſitudine corroboratum, ſicut ſuis anteceſſoribus Hieronymo & Jonæ, pontificibus inſignis proſapia noſtra fieri decrevit, videlicet avus noſter bonæ memoriæ invictiſſimus Auguſtus & æquivocus (*nempe Carolus, cognomento* Magnus) nec non & genitor noſter piiſſimus imperator (*Ludovicus Pius*) germanuſque Pipinus (*Aquitaniæ rex*) devotiſſimè fecerunt, per quod res memoratæ eccleſiæ firmiter in omnibus mundanis actionibus ac querelis quietè teneri ac defendi legaliter potuiſſent, quod in auctoritatibus prædeceſſorum noſtrorum continetur. *Et poſt pauca, ita pergit idem Carolus Calvus:* Domnus & avus æquivocus noſter, ſicut in auctoritate genitoris noſtri continetur, ad petitionem HIERONYMI, QUONDAM EJUSDEM CIVITATIS EPISCOPI, pro commercio animæ ſuæ ac remuneratione ipſius ſancti loci ejuſdem eccleſiæ, ex ipſis rebus propriis villas & cellulas reddidit cum mancipiis vel aliis facultatibus, quæ dudum abſtractæ fuerant, quibus & ipſe locus meliùs ſubſiſtere potuiſſet, & Dei ſervitium & ſibi ſuiſque ſucceſſoribus liberiùs ibidem peragi. *Quibus verbis nemo, qui eruditus ſit, aſſeri non videt, jam ante emortualem Caroli Magni annum, ſeu ante 814,* Hieronymum *noſtrum Nivernenſis eccleſiæ antiſtitem exſtitiſſe, tantúmque abeſſe, ut anno 843 illius cathedram aſcenderit, ut contrà jam tunc certè binos, imò quatuor, judice Cointio ad annum 841, num. 6 & ſeqq. à ſuo obitu in eam ſucceſſores haberet.*

D

uti & ex additione ad concilium Pariſiense anni 849 probatur.

6 *At, quia nonnullis plùs æquo popularibus traditionibus addictis, unius chartæ teſtimonium impar videri poterit, quo adductorum à Cotignono documentorum complurium auctoritas elevetur, audiant illi & aliud non minùs dilucidum teſtimonium, quod præfatus Herimannus, Sancti noſtri remotus ſucceſſor, in rem noſtram ſuppeditavit. Exſtat hoc apud Harduinum tom. 5 Conciliorum col. 21 & 22 in Additione ad concilium Pariſiense, anno 849 habitum, uti & apud Cointium in Annalibus eccleſ. Franc. ad annum 841, num. 3, ubi de* Hieronymo *& Jona, quos, ut dictum eſt, in Nivernenſem ſedem deceſſores habuerat, deque redditis eccleſiæ ſuæ bonis ita Herimannus loquitur:* Fuit enim olim ipſa civitas (*Nivernenſis*) cum aliis ſuæ parochiæ * locis nobiliter & canonicè ordinata: ſed, præpediente hoſtium perturbatione regumque diſciſſione, res ipſius eccleſiæ convulſæ & dilaceratæ exſtiterunt, ſicut plenius cognitum eſt, omniſque ordo religionis funditus annullatus. Sed dominus Carolus, invictiſſimus Auguſtus, (*cognomento* Magnus) clementiâ Dei tactus, partem ex rebus memoratæ eccleſiæ reddidit Hieronymo epiſcopo, ad ſacra loca reſtauranda vel munienda: quæ loca dum canonicè reſtaurare vellet, migravit ex hac vita. Poſtmodùm Jonas epiſcopus, anteceſſor noſter, in quantum potuit & tempus dictavit, in ipſa eccleſia laborare non deſtitit. *Cùm itaque ſanctus Epiſcopus noſter, ſibi ex parte redditis à Carolo Magno eccleſiæ ſuæ bonis, ſacra diœceſeos ſuæ loca canonicè reſtaurare decreverit, hiſque omnibus necdum reſtauratis, ex hac vita ad Superos migrârit, nactus ſucceſſorem Jonam, qui illius cœpta, ut potuit, promovit, atque dein, teſte Baluzio in Notis ad Capitularia tom. 2, col. 1112, Pariſienſi concilio interfuit, hinc meridiana luce clarius fit, non poſſe Sancti noſtri epiſcopatûs initium temporibus Caroli Calvi regis illigari, qui certè non ante annum 823 in lucem editus fuit, nec ante annum 840 regnare exorſus eſt.*

E

* *i. e.* dioceſeos

F

De tempore ablationis bonorum, quæ Sancto noſtro à Carolo Magno reſtituta fuerunt,

7 *Quæret fortaſſe non nemo, quandonam* villæ & cellulæ, *à Carolo Magno* Hieronymo *noſtro redditæ, Nivernenſi eccleſiæ abſtractæ fuerint, ſeu quænam illa ſit ab Herimanno relata* hoſtium perturbatio regumque diſciſſio, *cujus occaſione ejuſdem eccleſiæ* res convulſæ & dilaceratæ exſtiterunt? *Non hîc ſermonem eſſe de calamitoſis Galliæ temporibus bonorumque eccleſiaſticorum direptionibus, quæ filiorum Ludovici Pii in patrem ſuum conſpirationem & rebellionem conſecutæ ſunt, tametſi Cotignonus aliique in Elogio* S. Hieronymi *id contendunt,*

A *dant, tum ipſamet Caroli Calvi verba, quibus eccleſiæ Nivernenſi facultates* dudum *ante ſua tempora abſtractas fuiſſe aſſerit, apertè demonſtrant, tum etiam ex eo liquet, quòd à Carolo Magno Nivernenſi eccleſiæ reſtitui nequiverint, quæ huic non niſi poſt ejus mortem, nepotum ſuorum adverſus Ludovicum Pium conſpirantium occaſione ablata bona fuerunt. Si augurari in re non ſatis expreſſa nec explorata liceat, putem, non de aliis eccleſiæ Nivernenſis bonorum direptionibus hîc agi, quàm de alterutra ac fortaſſis utraque, quæ Caroli Martelli turbulentis temporibus contigit, cùm nempe, Francis inter ſe diſſidentibus, plurimaque civilia bella commoventibus, uti apud Labbeum tom. 1 Bibliothecæ libb. Mss. pag.* 429 *narratur, Savaricus Autiſſiodorenſis epiſcopus, à ſtatus ſui ordine declinans, & ſecularibus curis plùs, quàm deceret pontificem, inſiſtens, præter alios pagos ſeu ditiones, Nivernenſem militari manu invaſit, ſuiſque ditionibus ſubjunxit; vel eo demum tempore, quo præfatus Martellus contra Chilpericum regem & Ragenfredum Majorem domûs bellum geſſit, ſibique Chlotario quodam ac dein Theodorico in regem conſtituto, res eccleſiarum ſuis militibus, & epiſcopatus laïcis ſibi fidis*

B *dedit, uti Hariulphus monachus in Chronico Centulenſi lib.* 2, *Adrevaldus Floriacenſis monachus, & Virdunenſis Chronici auctor apud Bouquetum tom.* 3 *affirmant. Quæ tandem eccleſiaſtica bona vel ad regium fiſcum jam devoluta, aut à laïcis adhuc poſſeſſa piiſſimus imperator Carolus Magnus, cùm veroſimiliter ex integro non poſſet, ex parte ſaltem* Hieronymo *reſtituit, reſtituive præcepit, ut eorum ſubſidio ſanctus Præſul eccleſiæ ſuæ neceſſitatibus proſpiceret, ſacraſque ædes collapſas reſtaurare aggrederetur; qui & pro paſtorali ſua ſollicitudine manum operi illico admovere ſtatuit, cujuſque conatus, uti infrà dicetur, ſola mors ſtitit.*

deque narratione alterius reſtitutionis, quæ eidem Sancto facta fingitur, nonnihil diſſeritur.

8 *Atque hinc rurſus patet Legendariorum chartarumque, quibus Cotignonus nititur, ſubleſta fides juniorque ætas, dum occaſione ſomnii, Carolo Calvo oblati,* S. Hieronymo *eccleſiæ ſuæ bona reſtituta fuiſſe narrant. Pudet recenſere prolixam narrationem, quam planè confictam eſſe, nemo diffitebitur, qui adverterit, jam antè, quàm natus eſſet Carolus Calvus, Præſulem noſtrum defunctum fuiſſe, nec fieri potuiſſe, ut à S. Amatore,*

C *Autiſſiodorenſi epiſcopo, ante annum Chriſti* 344 *veroſimiliter nato & ſub ætatis ſuæ ſeptuageſimum annum defuncto, S. Cyrici reliquias* Hieronymus *acceperit, qui illo quatuor circiter ſeculis junior exſtitit. Mitto confutare alia abſurda, quibus narratio illa ſcatet, quæque nihilo magis credibilia fieri poſſunt ob confectas à paucis ſeculis picturas aut Nivernenſis eccleſiæ inſignia, quæ S. Cyricum apro inſidentem exhibent, qualis Carolo Calvo in ſomnis apparuiſſe, bonorumque eccleſiæ reſtitutioni occaſionem dediſſe fertur, cùm monumenta hæc, quibus adde & traditionem popularem iis conſentientem, minùs antiqua nec ſatis ſolida ſint, ut propterea à Caroli Calvi & Herimanni auctoritate recedamus, aut fabuloſæ narrationi vel tantilla fides adjungi debeat. Laudata à Cotignono monumenta vidit præfatus Guido Coquillius, cùm ederet anno* 1622 *Nivernenſem Hiſtoriam; at meritiſſimo jure illa ſprevit, nec minùs rectè, quàm ſincerè, contra horum ac Legendariorum teſtimonium affirmavit,* Hieronymum *noſtrum, regnante Carolo Calvo, non vixiſſe; ita ſimul inſinuans, ſe etiam pro fabuloſa*

habere, quam illa referunt de S. Cyrici ac furibundi apri in ſomnis apparitione, deque hanc ſubſecuta bonorum eccleſiæ reſtitutione hiſtoriam. Et quamquam nonnulla etiam bona ac mancipia, *quibus poſtmodùm ſub Ludovico Pio, nimirum* rebellionis tempore, *uti in præfato diplomate dicitur, exſpoliata fuerat, Nivernenſi eccleſiæ à Carolo Calvo reddita fuiſſe videantur, potuit hæc reſtitutio fieri abſque mirabili illo ſomnio ac S. Cyrici apparitione, de quibus nullam etiam mentionem rex facit in illo diplomate, quo eccleſiæ Nivernenſis inſtrumenta amiſſa renovat, factaſque antiquitus donationes confirmat. Accedit, quòd facta à Carolo Calvo bonorum eccleſiæ reſtitutio, ut diploma inſpicienti manifeſtum fiet, nihil planè ad* Hieronymum, *ſed tota ad Herimannum, remotum illius ſucceſſorem, ſpectet.*

AUCTORE J. G.

Non probatur aſſerta à Coquillio S. Hieronymi ejuſque eccleſiæ inopia,

9 *Fixum igitur certumque maneat,* Hieronymi *noſtri epiſcopatum, non Caroli Calvi, ſed avi ejus, Caroli Magni temporibus, ſeu primis ſeculi* IX *annis, ex parte ſaltem innectendum eſſe. Cetera, quæ ad Sanctum attinent, priuſquam proſequar, conveniendus mihi eſt laudatus Coquillius, dum Hiſtoriæ Nivernenſis pag.* 40 *aſſerit, præfati Caroli Magni ætate tam inopem fuiſſe Nivernenſem eccleſiam ejuſque antiſtitem, ut hic cum canonicis ſuis in S. Martini monaſterio alendus fuerit, nec habuerit, cùm ad nationale concilium ſeſe conferret, unde aliâ, quàm aſini vecturâ uteretur. Quæ ſi vera ſunt, conſequi videtur, ut, quæ de inſtauratis ab* Hieronymo *exſtructiſque de novo eccleſiis perhibentur, à veritate aliena ſint. Aſt expendamus obiter, ex quorum auctoritate tantam Nivernenſis eccleſiæ & Epiſcopi pauperiem Coquillius aſſeruerit. Quotidianam ejus ac canonicorum in S. Martini cœnobio refectionem primus, quod ſciam, tradidit Cotignonus, Coquillio paucis annis antiquior, ac proin ſine veterum de tam antiquo facto teſtimonio minimè admittendus teſtis: ejus verò ad nationale concilium ſine ullo ornatu aut famulitio profectionem Coquillius adſtruens, ſolum laudat S. Cyrici Legendarium, de cujus antiquitate cùm ſileat, ſuſpicor, vel idem eſſe, vel non melioris notæ, quàm illud, unde Cotignonus mirabilem S. Cyrici apparitionem, ſuprà refutatam, deſcripſit. Quidquid id eſt, neutiquam admittendam eſſe tantam Antiſtitis noſtri inopiam, cum erudito domino Parmenterio demonſtrare viſum eſt.*

F

eaque tantâ, ut cum ſuo clero à monachis S. Martini nutriri

10 *Quæ priorem Coquillii aſſertionem admitti pro vera vetant, in primis hæc ſunt: quòd* S. Hieronymus, *ſin minùs alia ex paterna hereditate, certè ex legitima acquiſitione, uti ex autographa Carta Nivernenſi, anno* 817 *data, liquet, in Mariniacenſi territorio bona poſſederit, quæ Antidio, Odiloni & Bernoïco, ſuis, ut laudatus Parmenterius conjicit, heredibus tranſmiſit, quæque & ipſi poſtea S. Stephani Salviniacenſi oratorio donârunt; deinde quòd, teſte Carolo Calvo in memorato ſuprà diplomate, à Carolo Magno reditæ* Hieronymo *fuerint villæ & cellulæ cum mancipiis aliiſque facultatibus, quibus & ipſe locus melius ſubſiſtere poſſet, & Dei ſervitium tam ab* Hieronymo, *quàm à ſucceſſoribus ejus liberiùs ibidem peragi, quæ nequaquam conciliari cum illa aſſertione poſſunt, quæ Epiſcopum cum ſuo clero quotidie cibi ſumendi causâ ad ſuburbanum cœnobium indéque ad cathedralem eccleſiam concurſantem facit. His ſancti Antiſtitis bonis adde quotidianas fidelium oblationes, ac piiſſimi imperatoris Caroli Magni ex teſtamento collata*

AUCTORE J. G.

non vilia donâ ; fietque manifestum, non eò inopiæ redactum fuisse cum suo clero Episcopum nostrum, ut alieno aut emendicato cibo victitandum sibi in ille cœnobio fuerit. Ast hæc dumtaxat ante factam jussu Caroli Magni bonorum ecclesiæ restitutionem contigisse, adstruere Coquillius voluerit. Sit ita. Verùm neque sic ejus admittenda est assertio, quandoquidem in illâ etiam hypothesi, uti eruditus auctor Novæ Historiæ Nivernensis in sua ad me missa Notitia rectè advertit, tunc ab episcopo ac clero alimentorum gratiâ minimè frequentandum fuisset S. Martini cœnobium, quod, utpote Nivernensis urbis mœnibus exclusum, militum prædonumque licentiâ ac furore haud ita immune erat ; quòdque à Vandalorum devastatione necdum plenè erectum, post ipsa etiam S. Hieronymi *tempora suis incolis opibusque ita exhaustum mansit, ut Herimannus, ejus successor, illud utcúmque à Sancto nostro antea reparatum,* 16 *canonicis à se institutis inhabitandum dederit, atque tum ex propriis, tum ex ecclesiæ suæ bonis, unde hi alerentur, stipendia concedere necesse habuerit, prout apud laudatum Cointium in Annalibus eccl. Franc. ad annum* 841, *num.* 3 *ex ejusdem Herimanni carta illic edita videre est. Denique si vel sola habeatur ratio factæ utcúmque*
B *anno* 806 *à Sancto nostro ejusdem cœnobii reparationis, dilucidè patebit, potiùs Martiniani cœnobii incolas ab Antistite nostro sustentandos fuisse, quàm hunc cum suo clero ab iis quotidie in illo cœnobio fuisse nutriendum.*

& sine ullo apparatu ad concilium Turonense ire debuerit, imò hæc verisimilis non est.

11 *Ad alteram Coquillii assertionem refellendam jam progredior, atque etiam admisso, quòd Sanctus noster ad Turonense concilium sese conferens, tam vili, ut S. Cyrici Legendarium tradit, vecturâ usus fuerit, hinc nihil pro tuenda summa ejus inopia confici posse, cum laudato jam sæpe Parmenterio contendo. Ita ferè ipse, Gallico tamen idiomate, disserit.* Cùm hinc, *inquit*, summam S. Hieronymi egestatem adstruit Coquillius, vir aliàs acri judicio, non observavit, suos singulis ætatibus peculiares agendi modos fuisse, ac potuisse Hieronymum ex Christiana humilitate modestiaque eâ vecturâ sponte sua uti, potiùs quàm egestate compulsum. *Et postquam sua dicta idem scriptor tum Joannis Scholastici, Constantinopolim cum tali jumento solenniter ingredientis, exemplo, tum ex Theodori Studitæ, suos vel pedibus ire vel asino vehi jubentis testamento, sub annum* 813 *confecto, stabilivit, ita mox pergit :* Credibile est (*tempore* S.
C Hieronymi) vecturam illam, ut episcopis decentiorem habitam fuisse, visamque esse hujusmodi, ut eam Jesu Christi Domini exemplo abhorrere antistites minimè deberent. *Quæ, uti & alia, quæ de eodem argumento, deque Præsulis ejusdem in ecclesias munifica liberalitate subdit, antiquitatis testimonio conformiora ac multò certè probabiliora sunt, quàm asserta à Coquillio & sinistra adversus superioris sæculi præsules interpretatione respersa sancti Episcopi nostri inopia, quam tantùm abest, ut monumenta satis antiquæ certæque fidei confirment, ut ex adverso hæc illam credi, omninò vetent.*

Chronologicæ serie magnæ ejus in exstruendis ecclesiis curæ,

12 *Quæ cùm ita sint, reliqua Sancti gesta, munificæque ejus in ecclesias liberalitatis documenta ex ordine prosequamur. De his laudatus Parmenterius, cui vel autographa Nivernensis ecclesiæ diplomata vel eorum certè apographa videre licuit, postquam* Hieronymum *anno* 795 *Nivernensem cathedram ascendisse statuisset, in Ms. sua Notitia ad annum* 806 *ita scribit :* S. D
Hieronymus, Nivernensis episcopus, reparatis S. Martini & S. Genesii seu beatæ Mariæ Virginis cœnobiis, cathedralem ecclesiam (*anno* 806) reædificare incipit. De novo S. Stephani Salviniacensem ecclesiam exstrui jubet, S. Vincentii verò Magniacensem ecclesiam instaurat. *Hactenus ille, laudans in margine Nivernensis ecclesiæ Cartularium, cujus monumenta huc spectantia, cùm necdum typorum beneficio mihi præluxerint, non habeo, unde Parmenterii de initio episcopatûs Sancti nostri deque instauratarum sacrarum ædium anno sententiam aut stabiliam, aut infirmem, quamquam nullus mihi dubitandi locus esse videatur, quin diligens ille accuratusque scriptor non temerè gestorum* S. Hieronymi *chronotaxim in hunc modum ordinârit, ipsique adeò in hac re haberi fides non immeritò possit. Falsus hîc ergò fuerit Cointius, dum in Annalibus eccles. Franc. tom.* 7, *pag.* 169 *ad annum* 811 *Nivernensis ecclesiæ antistitem Galdonem statuit, cùm eo tempore jam annis* 16 *huic præesset* Hieronymus *noster ; sed & à veri specie longiùs aberrârit Coquillius ; cùm eumdem Præsulem, qui quatuor ecclesiis uno anno reficiendis instabat, ita tum paternis tum ecclesiasticis bonis destitutum fuisse, tra-* E
dit, ut ne quidem haberet, unde se suosque domesticos aleret, sed victûs quærendi causâ S. Martini cœnobium, quod ipsemet ex parte instauravit, adire compelleretur.

cujus specimina sub annum 806 *varia dedit,*

13 *At ex Herimanni verbis, num.* 6 *recitatis, nonnulla adversum Parmenterium objici difficultas posset, nimirum, qui fieri queat, ut vel tum ab anno* 806 Hieronymus *tam ex integro, quàm ex parte, aliquot sacras ædes reparârit, qui, eodem Herimanno teste, migravit ex hac vita, cùm* loca sacra... canonicè restaurare VELLET, *seu, uti innuere videtur, cùm ille minimè ad exitum sua cœpta deduxisset, ut adeò vel seriùs, quàm anno* 806, *sacras ædes reparare cœpisse, vel citiùs, quàm anno* 816, *uti nos cum eo statuimus, obiisse Sanctus dicendus sit. Verùm respondeo, Herimanni verba chronotaxim illam minimè evertere, cùm non asserat ille, nullum planè è sacris diœceseos locis ante* Hieronymi *mortem reparatum fuisse, sed potiùs, hunc ex hac vita migrâsse, priusquam omninò omnes, quas restaurare voluerat, sacras ædes, ac nominatim cathedralem ecclesiam ex integro & canonicè restaurâsset, prout sequentia Herimanni verba etiam indicant :* Postmodùm (*id est, defuncto jam* S. Hieronymo) Jonas episcopus, antecessor noster, in quantum potuit, & tempus dictavit, in
F ipsa ecclesia (*cathedrali Nivernensi*) laborare non destitit. *Nihil igitur obest, quo minùs* S. Hieronymus *anno* 806 *ac paulò etiam antè reficiendis ecclesiis manum admovisse, nec tamen ante* 816 *ad exitum cœpta omnia perduxisse statuatur, relinquens suo successori pastoralis sollicitudinis, quod imitaretur exemplum & exercendæ suæ pariter munificentiæ opportunitatem præsentissimam.*

ejusdem in Turonensi concilio præsentia

14 *Ceterùm, quæ ab anno* 806 *usque ad* 813 *præclarè gesserit Sanctus noster, nusquam litteris prodita inveni, siletque etiam Parmenterius jam sæpe laudatus, in sua ad me missa Notitia Ms. Ex dictis tamen dilucidè eruitur, eum toto hocce tempore reparandis semper in melius sacris suæ diœcesis locis strenuè intentum fuisse, nec interim, ut credi jubet Præsulis sanctitas, ovium sibi commissarum saluti minùs vigili cura ac per se ipsum*

A *ipſum incubuiſſe, donec ad concilium Turonenſe anno* 813 *pro totius Gallicanæ eccleſiæ utilitate habitum, ſeſe conferre, atque idoneum adminiſtrum tantiſper gregi ſuo præficere, neceſſe habuerit. At ſciſcitaberis fortè, cùm Turonenſis illius concilii ſubſcriptiones non exſtent, nec alia monumenta antiqua* Hieronymum *noſtrum inter hujus concilii Patres recenſeant, qua ratione nos eum huic ſynodo interfuiſſe ſtatuamus? Ad hæc pro reſponſo ſit, nos id ea ratione facere, quòd habitum illo anno Turonibus concilium unum ex illis quinque ſit, quæ, uti Annaliſta Loiſelianus apud Bouquetum tom.* 5, *pag.* 62 *aliique tradunt, tempore æſtatis juſſu Caroli Magni* ſuper ſtatu eccleſiarum corrigendo per totam Galliam ab epiſcopis celebrata ſunt, *à qua proinde ſynodo, ubi de ſummi momenti negotiis agendum decernendumque erat, ſanctum vigilemque Epiſcopum, juſſu Caroli Magni à metropolita ſuo convocatum, abeſſe ulla ratione voluiſſe, nequaquam credibile eſt. Porrò hoc Turonenſe concilium, non ex provinciæ tantùm Turonenſis epiſcopis, ſed & ex trium etiam Aquitanicarum præſulibus congregatum fuiſſe, ad annum* 813, *num.* 204 *rectè advertit Co-*

B *intius, apud quem concilii canones etiam exſtant, ſed, velut apud Labbeum, ſine antiſtitum, qui ei interfuerunt, ſubſcriptionibus.*

ac denique tempus obitûs declarantur.

15 *Elapſis à Turonenſi ſynodo annis circitèr tribus,* S. Hieronymus, *cùm & latos in ea canones ſua in diœceſi exſecutioni mandari curâſſet, ſedulòque, uti etiam apparet, inſtaurandis eccleſiis incumberet, mortalem cum immortali vitam commutavit, nimirum, uti laudatus Parmenterius aſſerit probatque, anno Chriſti* 816, *ac quidem die* v *Februarii probabiliùs, quàm* v *Octobris, quo ejus feſtum coli aſſolet. Etenim in Nivernenſi carta,* x *Martii anno* 816 *data, quam præfatus auctor laudat, comparet epiſcopus Jonas, Sancti noſtri ſucceſſor, ac proin* Hieronymus *ad uſque diem* v *Octobris ejuſdem anni in vivis eſſe non potuit. Haud ergò abſimile vero eſt, diem* v *Februarii, qui in Uſuardino auctario ſuprà laudato ei ſacer notatur, emortualem ei obtigiſſe, diem contrà* v *Octobris, incertà hactenus mihi ex cauſa, ejus venerationi præcipuè fuiſſe dicatum. Utut ſit de hoc determinato emortuali die, ex dictis indubitatum eſt, emortualem annum cum Cotignono aliiſque ad annum* 848 *differri non poſſe, ac ne quidem ad annum* 818, *contrà ac Cointius tom.* 7 *Annalium eccleſ. Franc. pag.* 496, *num.* 24 *priùs innuerat, quem tamen errorem tom.* 8, *pag.* 649, *num.* 6 *nobiſcum ſentiens, his verbis veri amans ſcriptor, ex parte correxit:* Jonas in epiſcopatum (*Nivernenſem*) ſancto Hieronymo ſucceſſit. In codice Nivernenſi duæ chartæ duodetriceſima videlicet ac quadrageſima ſecunda, quæ Antidium erga baſilicam ſancti Cyrici munificum prædicant, Hieronymo proximè ſubrogant Jonam, & hunc teſtantur ſediſſe IN MENSE OCTOBRIO, UBI FECIT DIES TREDECIM, ANNO QUARTO REGNANTE LUDOVICO PIO IMPERATORE, id eſt, ſecundùm diverſas epochas imperii Ludoviciani vel anno Redemptoris DCCCXVI, vel ſequenti. *Hactenus Cointius, & rectè quidem, ut jam monui, quantùm ad annum Chriſti* 816, *quem tamen Sancto emortualem ſtatuere fidentiùs poterat, tum quòd in edita anno* 817 *Nivernenſi carta Antiſtes noſter* BONÆ MEMORIÆ & domnus QUONDAM Hieronymus epiſcopus *ac* præfatus QUONDAM præſul *vocetur, quæ voces illum ante annum* 817 *obiiſſe innuunt, tum præcipuè & unicè, quòd in alia Nivernenſi carta,* x *Martii anno* 816 *edita,* Hieronymi *in Nivernenſem cathedram ſucceſſor Jonas compareat, qui, uti Cointius loco mox citato ſubdit,* Saviniciacenſe *ſeu Salviniacenſe* oratorium, quod deceſſor Hieronymus erexerat, canonicis eccleſiæ ſuæ donavit. *Plura de hoc Sancto, quod vehementer doleo, ſalva veritate commemoranda non inveni.*

AUCTORE J. G.

C

DE S. MEINULPHO DIACONO

BUDICÆ IN DIOECESI PADERBORNENSI IN CIRCULO WESTPHALICO.

F

C. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Monaſterii Budicenſis ſitus: Sancti memoria in Faſtis ſacris: Acta à quibus ſcriptoribus antiquioribus exarata, & quæ edenda.

ANNO VEROSIMILIUS DCCCLVII AUT CIRCITER. *Monaſterii Budicenſis notitia variaque illius & Sancti nomenclatio:*

IN Paderbornenſi circuli Weſtphalici epiſcopatu Burenam inter & Paderbornam haud procul à dextera fluvii Almæ ripa adjacenteque huic, quæ tribus circitèr milliariis Gallicis Meridiem verſus Paderbornâ diſtat, Wevelsburgenſi arce, ſitum eſt non ignobile canonicorum Regularium Congregationis Windesheimenſis monaſterium, quod, quamquam ſubinde Böddike *ſeu* Böddiken, Bodike, Bodiken, Budiken, Budekem, Bodekem, Bodechen, Bodehem, *aut* Bodicken *vocatum inveniatur, Weſtphalicè tamen communiter* Bodeke *ſeu* Bodeken, Bödeke, Böddeken, Böddechen *aut* Bödeken; *Latinè verò* Böddeca *ſeu* Bödeca, Bodica, Bridica, Bodeka *vel* Bodicon, *aut tandem etiam, & quidem receptiori modò, ideóque hìc deinceps uſurpanda, appellatione* Budica *ſeu* Bodeca *nominatur. Sacris virginibus ſeu ſanctimonialibus, quibus tandem temporis lapſu ſubſtituti fuêre canonici Regulares, condidit id primùm in horrida proprii fundi ſolitudine, ſylvis undique geminiſque celſiſſimis montibus circumdata,* S. Meinulphus, *eccleſiæ Paderbornenſis*

AUCTORE C. B.

bornenſis diaconus, qui, non ſecùs atque illud, varias apud varios ſcriptores nominis ſui efformationes ſortitur, utpote ab aliis quidem Meinulphus *ſeu* Meinulfus, Meynulphus, Meynulfus, Maynulfus, Mainulfus *aut* Mainulphus; *ab aliis verò* Menulphus, Meinolphus *ſeu* Meinolfus, Menolfus, Meynolphus, Maynolphus, *aut tandem etiam* Maginulphus *nuncupatus. E diverſis hiſce Sancti nomenclationibus hîc vel idcircò deligo omnium priorem, quòd à ſcriptorum parte longè majori inveniam adhibitam. Hæc interim, ne ad diverſos modos, quibus tum ipſiuſmet Sancti, tum conditi ab eo monaſterii nomen in Commentarii hujus decurſu inveniet expreſſum, ſtudioſus lector hæreat, viſum eſt ad datum cœnobii Budicenſis ſitum adjungere; lubet nunc adhuc præſenti § antiquiorum ſcriptorum, qui res, ad* S. Meinulphum *ſpectantes, litteris ſunt complexi, notitiam ſubminiſtrare unà cum Faſtis ſacris præcipuis, quibus ipſius nomen hodie inſcribitur. Ab hiſce duco initium.*

B

2 *E martyrologis antiquioribus, quos* claſſicos *vocamus, nullus omninò* S. Meinulphi *meminit, nec mirum: omnes enim ante annum* 876, *quo ſanè ex dicendis nondum Sanctorum honores publica legitimaque auctoritate* S. Meinulphus *fuerat adeptus, Martyrologia ſua* (*adi Sollerium in Præfatione ad Uſuardum*) *concinnârunt; etſi verò Caſtellano, qui Notkerum, omnium illorum recentiorem, anno circiter* 894 *ſcripſiſſe, in ſua ad priorem Martyrologii Romani Gallicè verſi tomum Admonitione pag.* 24 *affirmat, eſſet fortè aſſentiendum, nec ſic tamen foret, cur miraremur martyrologi hujus de Sancto noſtro ſilentium: hic enim, uti infrà oſtendam, cultu Sanctis proprio legitimoque, ſacris ejus exuviis à Biſone, Paderbornenſi epiſcopo, de terra levatis, honorari primùm cœpit vel paulò poſt annum* 894, *vel certè non diu antè; quòd ſi autem primum, ut quid, quæſo,* Meinulphum *commemorâſſet Notkerus? Si ſecundum, rem procul à monaſterio San-Gallenſi, in quo monachum agebat, recentiori memoria geſtam veroſimillimè ignorârit. Utut ſit, is equidem martyrologus, non ſecùs ac reliqui omnes claſſici, hodie omittit* Meinulphi *memoriam.*

hîc, etſi Mrll. claſſicis inſcriptus non ſit,

C

3 *At verò quamvis res ita habeat, non pauci alii, qui eam in Faſtis ſacris à ſe contextis conſignent, recentiores martyrologi occurrunt, ac in primis quidem inter Uſuardina apud Sollerium Auctaria Uſuardus auctus, uno eodemque anno* 1490 *binis vicibus, alterâ Coloniæ, alterâ Lubecæ, typis excuſus, perque Uſuardum Lubeca-Colonienſem ob accuratam utriuſque editionis in omnibus conſonantiam deſignari a Sollerio ſolitus, Sanctum hodie ita memorat:* In territorio Paderbornenſi, monaſterio Bodecenſi, depoſitio ſancti Maynulphi, diaconi & confeſſoris. *Atque hujus quidem Uſuardi auctor, ſeu potiùs* (*uti hîc hac voce fas ſit*) *augmentator, omnium eſt, qui typis exſtent excuſi, hagiologorum antiquior, apud quem Sancti memoriam hodie inveniam ſignatam. Verùm unde hanc hauſit is ſcriptor? Exſtat penes nos antiquum eccleſiæ Paderbornenſis Calendarium Ms., quod Joannes Grothauſius, Societatis noſtræ ſacerdos, qui illud, in Heriſienſium canoniſſarum eccleſia repertum, ſeculo præterito nobis deſcripſit, ætate Caroli Magni imperatoris exiſtimavit confectum, poſtque Sanctis, eccleſiæ Paderbornenſi propriis, ſub Imado epiſcopo, qui ab anno* 1052 *ad annum* 1076 *ſedit, aut etiam nonnihil citiùs fuiſſe auctum. Ex hoc antiquo adeò monumento, utpote* S. Meinulphum D *his verbis* Sancti Mainulfi diaconi *hodie commemorante, ſacram hujus, quam celebrat, memoriam fortè deprompſerit Uſuardi Lubeco-Colonienſis auctor, aut, quod non nemini forſan veroſimilius apparebit, è notitiis, vel Paderbornâ vel ex ipſo Budicenſi monaſterio acceptis.*

in Uſuardo tamen Lubeco-Colonienſi aucto,

4 *Certè ex hujuſmodi notitiis profluxiſſe apparet Sancti annuntiationem, quam ad hunc diem pariter ſuppeditat Ms. noſtrum, quod anno* 1486 *ſe compleviſſe, ipſemet auctor in fine aſſerit, Sanctorum Florarium. Ita vel idcircò opinor, quòd annuntiationi adjungatur elogium, multa, quæ à mox laudato Calendario abſunt, complectens. Juverit illud, etſi prolixius, huc tranſcripſiſſe, quòd uſui infrà futurum adhuc ſit. Sic habet:* In Weſtphalia dyoceſi Paderbornenſi natale beati Meynulphi archidiaconi & confeſſoris de Ordine Regularium, quî à beato Karolo Magno de ſacro fonte levatus, poſtmodùm, creſcente ſcientia cum etate, in tantum profecit, E quòd ejuſdem loci epiſcopus ipſum Fratribus monaſterii præfate eccleſie adunavit. Huic Dominus locum per viſam multitudinem cervarum innotuit, ubi monaſterium conſtrueret, in quo uſque hodie canonici Regulares Deo deſerviunt ad ſacra ejus oſſa, que uſque hodie miraculis choruſcant. Obiit anno Salutis DCCCLVII. *Sintne omnia, quæ hîc traduntur, veritati certè conſona, quiſque ex diſſerendis facilè eruet. Pergo nunc ad Uſuardum Greveni, anno* 1515, *iterumque anno* 1521 *Coloniæ Agrippinæ excuſum, atque inter Uſuardina Auctaria à Sollerio pariter relatum.*

in Florario noſtro Ms.

5 Meinulphus *in hoc hodie ita ſignatur:* In dioceſi Paderbornenſi, monaſterio Budicenſi, ſancti Meynulfi, diaconi & confeſſoris. Qui tempore Karoli Magni in fundatione Paderbornenſis eccleſiæ, vitâ & miraculis inclytus, beato fine quievit. *Annuntiativ hæc partim iiſdem ferè dumtaxat verbis, quibus Lubeco-Colonienſis ſuprà huc tranſcripta, partim additione aliunde accepta conſtat. Verùm quid de hac cenſendum? Cùm Sanctus, uti ex dicendis pronum erit colligere, ſub Carolo Magno nec miraculis inclaruerit, nec beato fine ad Superos migrârit, è notitiis indubiè erroneis fuit deprompta. Obſervârit id veroſimillimè tandem Molanus, utpote qui, illa ipſa additione, quam in priori Uſuardi à ſe illuſtrati editione, anno* 1568 *Lovanii adornatâ, uſurpârat, à poſterioribus ejuſdem Operis ſui editionibus reſectâ, breviter dumtaxat in his Sanctum ita commemoret:* Budicæ, monaſterio diœceſis Paderbornenſis, ſancti Meinulphi, diaconi & confeſſoris. *Porrò alii adhuc, nec pauci, qui poſt Grevenum & Molanum Faſtos ſacros typis vulgârunt, recentiores hagiologi* Meinulphum *hodie pariter celebrant, Caniſius ſcilicet ſeu potiùs Walaſſerus in Martyrologio Germanico, Roſweydus in Faſtis Sanctorum, Ferrarius in Catalogo generali, Balinghemus in Kalendario Mariano, Gelenius in Faſtis Agrippinenſibus, Caſtellanus in Martyrologio univerſali, ac tandem etiam, licèt interim Sanctus monachum profeſſus haud fuerit, Wionus, Dorgainus, Menardus & Buccelinus in Hagiologiis ſuis Benedictinis.*

F

in Greveno, Molano aliiſque Faſtis ſacris hodie celebratur.

6 *At verò ut quid* Meinulpho *locum non dedêre in Martyrologio Romano eruditiſſimi, qui id reformârunt, viri, pleraſque ad Uſuardum factas, quas apud Molanum reperêre, additiones adoptare alioquin ſoliti? Fecerint id veroſimillimè, quòd anno* 1584, *quo Martyrologium Ro-*

Cur id etiam in Romano hodierno non ſiat.

A *Romanum Gregorii XIII Papæ jussu correxerunt auxeruntque*, S. Meinulphi *sanctitatem non satis habuerint perspectam. Ita autumo, quòd Baronius, qui unus ex his fuit, Annalium Ecclesiasticorum, quorum tomum primum anno demum* 1588 *typis vulgavit, tomo* 9 *ad annum* 816 de S. Meinulpho *ita scribat:* Fuit hic diaconus ecclesiæ Paderbornensis, qui egregia claruit sanctitate, ut ejus vitæ Acta significant; *videantur autem eruditissimi illi viri Sanctum Romano fuisse inserturi, si, cùm anno* 1584 *in hujus reformationem operam suam conferrent, sanctitatem illius eo, quo eam postea se novisse, hic innuit Baronius, modo habuissent compertam. A Fastis sacris, quibus* Meinulphum *hodie insertum, modò docui, ad antiquiores, qui res ad eum spectantes calamo excepêre, scriptores, seu, si mavis, horum lucubrationes sermonem converto.*

Sancti Vitam scripsit Sigewardus:

7 *Has inter primo loco memoranda venit Sancti Vita, quam integram, è veteri Ms. Bibliothecæ Abdinghoffensis codice descriptam, anno* 1681 *typis Neuhusianis, unà cum SS. Meinwerci & Heimeradi Actis, in lucem primùm protulit Observationibusque illustravit Adolphus Overhamus*

B *Ordinis S. Benedicti Werthinensis monachus. Præfert hæc Prologos duos diversos, quorum alter dedicationis, alter præfationis, ad lectorem directæ, locum quodammodò obtinet. Ab ipso statim prioris Prologi seu dedicationis initio auctor tum suum, tum etiam illius, cui lucubrationem suam inscribit, nomen prodit binis hisce versiculis:*

Albino patri digno constanter amari
Filiolus parvus fidei vinclum Sigewardus.

Albinum hîc memoratum, qui litteras politiores fortè docuerit, quidam ex amicis orârat, ut S. Meinulphi *Vitam, nondum sat aptè limatéque descriptam, elegantiori comptiorique stylo concinnaret, hancque ille provinciam Sigewardo, discipulo suo, commendavit, qui & magistri sui ea in re voluntati obsequentem se præbuit. Docet hæc in priori pariter è duobus prænemoratis Prologis ipsemet Sigewardus, apertè etiam ibidem indicans, sibi in adornanda lucubratione sua scriptorem antiquiorem præluxisse, cujus asserta omnia sententiasque accuratè expresserit, ita tamen ut, si quando hic vel exaggeratione vel extenuatione usus sit, qualemcúmque hunc ille seu excessum seu defectum emendârit; quod tamen quî facere tutò potuerit, nec edicit, nec satis intelligo.*

C 8 *Audi illum suismet verbis loquentem.* Cautio animæ, *inquit*, quæ in historiis sacris plùs nudam rei veritatem, quàm luculentæ orationis leporem jubet exquirere, & artissima lex alieni itineris me scientem subire cogunt viam fidi interpretis. Dico autem alienum iter; quia me quidam in ejusdem Operis cursu præcesserat, cujus me non mutare sententias, magistra veritas imperat. Solus tantùm verborum ordo mei stili disponendus relinquitur officio: immò etiam, si quid præcessoris mei sermo vel diminutione languit, vel excessit incremento, hoc sanandum permittitur meæ curationis medicamento; *ac, nonnullis deinde interpositis, ita concludit:* Si quis dignum ducat lector accedere huic Operi nostro, hunc per illud extremi judicii æquissimum examen iterum atque iterum obsecro, ne meum recens dictum mendacii culpâ velit notare, cui testimonium perhibet auctoritas veteris scripturæ. *Vetus hæc scriptura seu primitivus* S. Meinulphi *Acta, quorum auctoritatem & fidem sese sequi, verbis receptatis profitetur Sigewardus, penitus intercidisse videntur, ipsumque auctoris, qui ea concinnavit,* AUCTORE C. B. *nomen in obscuro reliquit idem hic Sancti biographus, paucas etiam dumtaxat suppeditans notas chronicas, easque tales, ex quibus non nisi latè rerum gestarum, quas afficiunt, tempus queat determinari. Adhæc quis ipsemet fuerit, quo seculo, quave ætate vixerit, nuspiam vel verbo prodit, nec aliunde, ut apparet, certò quisquam definiat.*

unde hic illum hauserit,

quis probabiliùs fuerit,

9 *Laudatus Overhamus in suis ad* Meinulphi *Vitam Observationibus sic scribit:* Habuit sæculo XII Mindensis ecclesia ab anno MCXXII usque ad MCXL episcopum Sigewardum, eademque ferè tempestate Albinum sive Albuinum antistitem ecclesiæ Mersburgensis: verùm fueritne Sigewardus iste Albini hujus aliquando discipulus, omninò incertum est. Propiùs fortasse à vero abierit, qui Sigewardum, teste Schafnaburgensi, anno MXXXIX Fuldensem factum abbatem, auditorem antea dixerit fuisse Albini sive Albuini, quem chronologus Hildesheimensis (*vide Chesnium tom.* 3 *Scriptorum pag.* 523) ad annum MXXXIV in philosophica arte eruditissimum, Herfeldiæ præpositum & priùs scholæ ibidem magi- E strum famosissimum, abbatem denique Nienburgensem (*eodem scilicet anno* 1034 *creatum*) celebrat; cùm hi & loco, ætate vitæque instituto sese propiùs contingant, eaque sit codicis Abdinghoffensis vetustas, ut ad horum ferè ætatem referri queat; quamquam & hæc opinio intra conjecturæ limites consistat. *Hactenus ille, & rectè enimverò, ut quis, qualisque fuerit Albinus seu Albuinus, quis Sigewardus, quo seculo, quave ætate ambo floruerint, eo saltem, quo fieri potest, modo lectorem edoceat; è duabus autem, quas eam in rem verbis huc transcriptis facit, conjecturis probabiliorem autumo posteriorem, nec, quâvis adhibitâ diligentiâ, alium uspiam invenire quivi Sigewardum, cui ea, quâ de hic sermo est, Sancti nostri Vita æquè aptè queat, quàm ultimo, per Overhamum assignato, attribui.*

& quam fidem mereatur.

10 *Quòd si porrò hunc illa, ut habere potuisse videtur, re etiam vera habuit auctorem, uno amplius sesquiseculo, cùm Sigewardus quidem anno* 1039 *Fuldensium, Albinus verò seu Albuinus anno* 1034 *Nienburgensium factus sit abbas, post* S. Meinulphi *obitum, anno ex dissentiis* 857 *aut circitèr verosimiliùs statuendum, fuerit elucubrata, ut fidem omninò indubitatam in illa etiam hypothesi non mereatur. Nec juvat, ex scriptore antiquiori, ut jam monui, fuisse depromptam; hic enim, utpote ex quo Sancti translationem, seculo* IX *ferè elapso factam, miraculaque, diu etiam post, ut apparet, secuta, Sigewardus narret, uno ut minimùm circitèr seculo à Sancti obitu scripsisse videtur, imò verò, cùm Sigewardum, Sancti biographum, cum Sigewardo, Fuldensium abbate, mox memorato esse eumdem, penitus non constet, multò etiam seriùs forsan scripserit, dubitarique idcircò non immeritò potest, an ubique in iis, quæ de* S. Meinulpho *memoriæ prodit, veritatem attigerit, uti in Commentarii hujus decursu uberiùs declarabitur. Interim quiscúmque fuerit, & quocúmque tempore floruerit Sigewardus, Sancti nostri biographus, hoc equidem scriptore, cùm eo nec antiquiorem, nec meliorem, qui de* Meinulpho *tractet, habeamus, standum puto in iis, quæ aliunde nequeunt falsitatis vel convinci, vel meritò reddi suspecta.*

F 11 *Diu admodùm post Sigewardum, atque adeò etiam post scriptorem antiquiorem, è quo is hausit,*

AUCTORE C. B.

Diu post illum floruit Gobelinus, alter Sancti biographus:

hausit, floruit Gobelinus Persona, post alia, quæ Paderbornæ obiit, munia Forensis etiam pastor ac officialis ibidem, & ecclesiæ collegiatæ S. Mariæ Bilveldiæ decanus, contexto universali Chronico, quod Cosmodromium seu Mundi cursum inscripsit, orbi litterario apprimè notus, qui anno 1358 *(adi, quam Cosmodromii Gobeliniani editionibus, à se adornatis, præmisêre Senior & Junior Meibomius, Gobelini Vitam) in Westphalia natus est, seculoque proximè sequenti, non tamen ante decimum octavum, utpote ad quem ab orbe condito suum Cosmodromium deduxerit, illius annum, sexagenario verosimillimè major excessit è vivis in monasterio Budicensi, in quo à sanctimonialibus ad canonicos Regulares jam tum translato, canonicum Regularem negotiorum pertæsus tandem induerat. Alteram hic Sancti Vitam, seu potiùs Vitæ, per Sigewardum scriptæ, paraphrasim, notis chronicis tamen, aliisque additamentis subinde auctam, concinnavit* ex diversis scripturis antiquis & ex rerum gestarum sibi cognitarum occursu, *uti ipsemet loquitur in Prologo, in quo etiam indicare videtur, se id fecisse, cùm nondum diu canonici Regulares, quod ex dicendis anno* 1409 *evenit, in monasterio Budicensi sanctimonialibus fuissent substituti. Verba ejus huc facientia describo.* Canonicis Regularibus, *inquit*, in villa Bödeken ad reformandam ecclesiam illam, quâ corpus prædicti Sancti (Meinulphi *videlicet*) requiescit, vix institutis lætus obsequia exhortationis impendi, & ut multi gratiæ spiritûs illius possint esse participes, qui unà mecum in chordis & organo Dominum laudent, ex diversis scripturis antiquis & ex rerum gestarum mihi cognitarum occursu ad laudem Dei, sancti Meinulphi honorem & ad ædificationem proximi de vita & miraculis istius Sancti nec non gestis aliis, ad hæc infrà dicenda opportunis, collegi.

huius lucubratio cum Sigewardina confunditur à Browero,

12 *Ita Gobelinus, qui verosimiliter etiam Sancti Acta litteris non mandârit, nisi cùm jam Budicæ, quod quo anno primùm fecerit, non comperio, canonicum Regularem profiteretur. Hæc Gobelini lucubratio, quam Prologo mutilam, styloque mutato, in suam Vitarum collectionem intulit Surius, aberrare fecit Browerum: hic enim illam, quæ fuisset non stylotenus tantùm mutata à Surio, sed etiam interpretandi licentiâ, vel ab hoc ipso scriptore, vel ab alio variè interpolata, ipsissimam esse putavit Vitam, è qua in libro, quem Sidera Germaniæ inscripsit, Segmenta aliquot Actis S. Meinwerci, à se ibidem editis, subnexuit. Verùm hæc alia non est, quàm Sancti Vita, à Sigewardo conscripta, uti quisque, qui hanc cum Segmentis, à Browero vulgatis, contulerit, facilè perspiciet. Nec est tamen, cur propterea mirère, id non perspexisse Browerum; cùm enim hic scriptor anno* 1616, *quo sua Germaniæ Sidera publici juris fecit, integram Sancti Vitam excusam, utpote quæ anno demum* 1686 *typorum beneficio prodierit, videre non potuerit, illiusque Ms., quo usus est, exemplar ad modum exemplaris, quod apud nos è codice Hardehusano descriptum exstat, binos suprà memoratos Prologos, quorum prior auctorem, aliunde minimè dignoscendum, Sigewardum prodit, non prætulerit, quî, quæso, vel conjectare potuisset, fuisse ab hoc Sancti nostri Vitam conscriptam, hancque esse eamdem cum illa, è qua Fragmenta aliquot ederet? Attamen cùm de stylo, quo, quam vulgavit, Vita exarata est, pronuntiet,* Character sermonis tritum illud cacoëthes rythmicæ locutionis habet, quod ingeniosè, ut putabant, isocolis & antistæchis efficiebant; *stylo autem longè dissimili in Cosmodromio suo utatur Gobelinus, idcircò saltem, an hunc illa verè habuerit auctorem, potuisset revocare in dubium.*

& an verè Gobelini sit, dubitatur à Meibomio Juniore.

13 *Certè hac de re in præviis suis ad Gobelini Cosmodromium Monitis re ipsa ille ex capite tom.* 1 *Rerum Germanicarum dubitavit Meibomius Junior, & sanè non immeritò: at verò, an Vita, quam, stylo mutato, Gobelini nomine edidit Surius, Gobelino reipsa debeat attribui, ibidem etiam is ambigendum duxit, tum ex eo, quòd hanc cum Vita, è qua Browerus Fragmenta aliquot protulit, non secùs atque hic scriptor, perperàm putârit eamdem, tum etiam ex eo, quòd Gobelinus, cùm in Cosmodromio suo ætate* 6, *cap.* 40 *de* S. Meinulpho *agit, Vitam illius se scripsisse, ne vel verbo indicet: quod postremum (de primo enim jam dictum est) argumentum ut refellam, nequit Vitæ* S. Meinulphi *à se scriptæ citato Cosmodromii cap. meminisse Gobelinus; illam enim non priùs, quàm cùm jam hoc exarâsset, in litteras misit. Rem sic ostendo:* Meinulphi *Vitam, ut docui, non concinnavit Gobelinus, nisi cùm jam canonici Regulares Budicæ fuissent sanctimonialibus substituti; antè autem, quàm hoc fieret, objectum Cosmodromii caput eum conscripsisse, vel ex eo liquet, quòd alioquin hisce verbis,* usque ad tempora nostra perduravit, nunc verò . . . desolationi proximum est, *quæ ibidem, de monasterio Budicensi, pro sanctimonialibus per* S. Meinulphum *exstructo, faciens sermonem, pronuntiat, alia hæc sequentia,* usque ad tempora nostra perduravit; nunc verò ad canonicos Regulares transiit, *aut certè æquivalentia fuisset substituturus, uti quisque, quantùm opinor, fatebitur, qui rem maturè expenderit. Perperàm igitur, an Vita, quam, stylo mutato, Gobelini nomine edidit Surius, Gobelino verè debeat attribui, in dubium idcircò revocat Meibomius Junior, quòd lucubrationis illius mentio in Cosmodromio à Gobelino omittatur.*

Idem etiam fit à Bollando nostro; sed aliam ob causam.

14 *Ea nihilominus de re etiam Bollandus noster, alia tamen ratione impulsus, in Commentario Historico, Actis S. Liborii, primò seorsum editis ac dein in tom.* v *Julii illatis, præmisso, num.* xi *dubitat, imò verò insuper conjicit, lucubrationem illam à Gobelino non esse elaboratam, quòd in ea, cùm de occasione modoque conditi à* S. Meinulpho *Budicensis monasterii sermo est, voti à Sancto apud Cenomanos de monasterio illo exstruendo nuncupati mentio non fiat, cujus tamen in Cosmodromio ætate* 6, *cap.* 41 *meminit Gobelinus, de S. Liborii è Gallia in Westphaliam translatione sic scribens:* Anno igitur Lodewici (*Pii imperatoris*) xxiv translatus est sanctus Liborius de civitate Cenomanica Galliæ, in qua quondam ipse fuerat episcopus, ad Paderbornam Westphaliæ, Aldrico Cenomanensem & Badurado Paderbornensem regentibus ecclesias.... Et quidam clericus ecclesiæ Paderbornensis, Ido nomine, conscripsit miracula, quæ vidit in translatione sancti Liborii, & habentur scripta in ecclesia Paderbornensi supradicta. Et Erconradus diaconus ecclesiæ Cenomanensis scribit eadem miracula, prout ea se vidisse testatur. Et ipse scribit, quòd legati episcopi Baduradi pro reliquiarum sanctarum receptione missi Cenomanicam principales fuerunt Folodagus, advocatus episcopi Baduradi, Meinulphus archidiaconus, Adelbertus presbyter, Aldricus diaconus & Drudwinus subdiaconus. Et quòd Meinulphus

A nulphus in ecclesia sancti Vincentii Cenomanensi vovit monasterium sanctimonialium fundare in honorem beatæ Mariæ & sancti Liborii in loco, qui dicitur Bodicon. Eodem tempore floruit Rabanus poëta, abbas Fuldensis.

quæ ab Overhamo impugnatur,

15 *Verùm, inquit quantùm ad substantiam in suis ad* S. Meinulphi *Vitam Observationibus pag.* 416 *Adolphus Overhamus, in membranacco Gobelini codice, iis omnibus, è quibus scripteris hujus Cosmodromium fuit typis vulgatum, codicibus antiquiori, citato ætatis* 6 *cap.*41 *solùm hæc leguntur primariâ manu scripta:* Anno imperii Ludewici xxiii translatus est sanctus Liborius de civitate Cenomanica Galliæ, in qua quondam ipse fuerat episcopus, ad Paderborne civitatem Westfaliæ, Aldrico Cenomanensem & Badurado Paderburnensem regentibus ecclesias. Et quidam clericus Paderburnensis ecclesiæ, Ido nomine, conscripsit miracula, quæ vidit in translatione S. Liborii, & habentur scripta in ecclesia Paderburnensi supradicta. Eodem tempore floruit Rabanus poëta, abbas Fuldensis; *ubi unà cum multis aliis verba illa,* Et quòd Meinulphus in ecclesia sancti Vincentii Cenomanensi

B vovit monasterium sanctimonialium fundare in honorem beatæ Mariæ & sancti Liborii in loco, qui dicitur Bodicon, *quibus votum à* S. Meinulpho *apud Cenomanos nuncupatum memoratur, ab ipso textu absunt; cùm autem nihilominus legantur addita ad marginem alia manu & charactere longè recentiori, fuerint verosimillimè in textum seriemque historiæ dumtaxat recepta à librariis, qui codices recentiores, in quibus ea reperiuntur, conscripsêre. Ita ferè, ut dixi, quantùm ad substantiam Overhamus, cui minime adversatur tom.* 1 *Rerum Germanicarum pag.* 349 *Junior Meibomius; suffragatur verò etiam, & meritò quidem, in Monumentis Paderbornensibus, anno* 1672 *editis, pag.* 220 *Ferdinandus, Paderbornensis episcopus.*

quæque cùm, vocata etiam in subsidium Paderbornensi Chronicâ,

16 *Nec est, cur pro verbis illis Cosmodromio, seu, si mavis, Gobelino hujus auctori vindicandis in subsidium voces diœcesis Paderbornensis Chronicam Ms., in bibliotheca nostra asservatam, in qua, Gobelino etiam attributa, cap.* 9, *ut Bollandus Commentarii suprà laudati num.* 17 *affirmat, iisdem ferè verbis, quibus in ambabus*

C *Cosmodromii Gobeliniani editionibus, à Meibomio Seniore & Juniore adornatis, S. Liborii è Gallia in Westphaliam translatio memoratur; quamvis enim Chronicon illud verba suprà recitata, quibus votum à* Meinulpho *apud Cenomanos de condendo Budicensi parthenone emissum prodit, reipsa etiam loco per Bollandum cit. exhibeat, titulumque, quo Gobelino Personæ diserte adscribitur, in capite præferat, auctorem tamen, uti hinc arbitratus est Bollandus, Gobelinum Personam non habuit. Liquet id ex ipsomet, cui magis, quàm præfato titulo, utpote recentiori dumtaxat manu adscripto, fidendum est, Chronici Prologo, ita circa mediam sui partem habente:* Quia particularia gesta proborum virorum tam secularium quàm spiritualium istius patriæ (*diœcesis Paderbornensis scilicet*) in codicibus nominatis non habentur, feci, quod potui: hinc michi codicillos perantiquos, ubicúmque comperire potui, accommodavi non sine aliquo labore & follicitudine. Nam in liberaria summi collegii Paderbornensis scrutinium feci, sed voti mei compos factus non fui. Similiter & in aliis locis quàm plurimis scrutando, interrogando vix aliquem repperi, quo michi satisfactum crediderim; famosius tamen nichil inveni libello eo, quem auctor suus Cosmidromium, id est, Cursum mundi intitulavit: quem quidam canonicus ecclesiæ Bilveldensis, nomine Gobelinus, composuit, vir, ut liber iste per se fert, doctus & eruditus & multarum rerum non ignarus. . . . Prædictus iste Gobelinus primò in Forensi ecclesia Paderbornensi pastor, postea canonicus in Bilveldia pro divino amore & honore non parùm laborabat.... tandem apud canonicos Regulares in Bodiken manens (utrum in habitu, an non, non compertum habeo) vitam finivit, ibidem sepultus.

AUCTORE C. B.

locum obtinere non probatur, pro Gobelino concluditur.

17 *Quibus ex verbis sanè manifestum fit, non esse Gobelinum Paderbornensis, de qua hîc, Chronicæ auctorem, haneque proinde frustra vocari in subsidium pro asserendis Gobelino verbis, quibus in ambabus Cosmodromii Gobeliniani editionibus votum apud Cenomanos nuncupâsse* S. Meinulphus *asseritur. Hinc porrò jam consectarium est, ut, etsi ea à* S. Meinulphi, *quam sub Gobelini nomine edidit Surius, Vita absint, non sit propterea hæc uno illo argumento Gobelino abjudicanda. Et verò genuinum contrà esse illam scriptoris hujus fœtum, suadent tum Mss. exemplaria, penes me exstantia aliaque, quæ omnia Gobelini nomen præferunt, tum etiam scriptionis stylus, qui stylo, quo Cosmodromium exaratum est, omninò est similis, uti ex utriusque collatione quemvis judicaturum reor. Accedit, ea ipsa commenta, quæ de Saxonicæ gentis origine, deque Westphaliæ & Paderbornæ nomenclatione in Cosmodromio occurrunt, pariter obtrudi in Vita, quæ Gobelino tribuitur. Lucubratio hæc duas partes diversas, quarum altera Sancti Vitam, altera miracula, post obitum patrata, corporisque de terra levationem enarrat, complectitur; qua in re, uti etiam in plerisque, quæ refert, Vitæ per Sigewardum scriptæ supráque memoratæ apprimè congruit, ut, quemadmodùm jam innui, hujus ferè dumtaxat paraphrasis esse videatur.*

E

Illud hujus Opus, non secùs ac aliud Sigewardi, Commentario huic subdetur,

18 *Illam nihilominus vel idcircò, quòd sic futurum sit, ut cum Sigewardina lucubratione, quod à Browero & Meibomio Juniore factum, jam docui, deinceps non confundatur, Commentario huic, servato genuino Gobelini stylo, subjungam non secùs ac Vitam, per Sigewardum concinnatam. Atque hanc quidem, quæ priorem locum obtinebit, ex editione Overhamiana, cum Fragmentis Browerianis nostroque Hardeshusano apographo suprà memoratis collata, recudam, ita tamen, ut, cùm Overhamus totum Opusculum in binos libros, hosque in varia capita, quibus singulis etiam titulos, è proprio penu verosimillimè depromptos, affinxerit, pro mero suo, ut appareret, arbitrio fuerit partitus, aliam ego partitionem mori nostro in rebus hujusmodi magis accommodatam, adhibiturus sim, quâ libris quidem capita, capitibus verò numeros, & uni quidem subinde duos aut etiam plures, substituam. Quod jam ad Vitam, à Gobelino exaratam, pertinet, quatuor hujus apud nos exstant apographa diversa, quorum duo, unde deprompta sint, nulla docet nota apposita; è duobus verò reliquis alterum è Bodecensis cœnobii Passionali pergameno Ms. insigni; alterum, quod etiam Annotationes nonnullas ad calcem adjectas habet, è Schedis Mss. P. Georgii Garnefelt, Carthusiæ Colonienſis alumni, sacrarum in antiquorum eremitarum imagines Elucidationum auctoris, qui & ipse illud*

F

AUCTORE C. B.

lua è Ms. monaſterii Budicenſis codice acceperit, Annotationibuſque mox dictis auxerit, notatur deſumptum. E priori, facta cum poſteriori collatione, Gobelinianam lucubrationem, in capita & numeros pro more noſtro, ut commodius viſum eſt, diſtinctam, excudam, additis etiam, quod & ad Vitam, à Sigewardo ſcriptam, faciam, Annotationibus, quibus, quæ obſcura ſunt, illuſtrentur, corrigunturque, quæ correctione indigent, ſi id ſufficienter in Commentario prævio præſtitum non fuerit.

in cujus decurſu duo præterea alia Opuſcula, quorum hic

19 *Porrò duo adhuc, quæ nonnulla, ad* S. Meinulphum *ſpectantia, edocent, penes nos exſtant antiquiora Opuſcula, alterum anno demum* 1731 *è tenebris erutum Monachiique typis vulgatum, alterum hactenus ineditum. Primum ex his, quod Chronicon monaſterii Bödecenſis inſcribitur, diviſum eſt in partes quatuor diverſas, quarum primâ de monaſterii Budicenſis fundatione, ejuſque ad canonicos Regulares tranſlatione, ſecundâ de primo ejuſdem monaſterii Priore, tertiâ de ſex Prioribus, ab anno* 1420 *uſque ad annum* 1455 *illud ipſum aſcoterium moderatis, ac quartâ denique de miraculis, per* S. Meinulphi *interceſſionem ſub ſeptimo Priore patratis, tractatur. Auctor illius eſt Joannes Probus, è Congregatione Windesheimenſi canonicus Regularis in monaſterio Budicenſi profeſſus. Hic, cùm eſſet diœceſis Paderbornenſis clericus, canonicis Regularibus, anno* 1409 *in monaſterium Budicenſe primùm inductis, ſeſe ibidem ſocium unà cum binis aliis Paderbornenſibus clericis, uti ipſemet part.* 1, *cap.* 6 *docet, ſtatim adjunxit, vitamque in ſancto illo inſtituto ad annum ut minimùm* 1455 (*miraculum enim,* S. Meinulphi *patrocinio tunc patratum, part.* 4, *cap.* 6 *narrat*) *indubiè protraxit, ut adeò in narrandis iis, quæ, ſive ad monaſterium Budicenſe, ſive ad* S. Meinulphum *ſpectantia, medio illo temporis ſpatio, inter annum* 1408 *& annum* 1456 *elapſo, acciderè, ſummam utique fidem mereatur: quam an etiam ſibi adjungat, dum nonnulla alia, ætatem ſuam prægreſſa, refert, in decurſu, ſi quando de iis ſermo occurrat, diſcutiam.*

B

datur notitia,

20 *Ad Opuſculum Ms., hactenus ineditum, jam pergo: hoc, quod magnæ admodùm molis non eſt, monaſterii Budicenſis ad canonicos Regulares tranſlationem, ejuſdemque reformationem exponit. Auctor nomen ſuum nuſpiam prodit; nonnulla tamen ſuppeditat, quibus eſſe idem, qui alteram è Sancti Vitis ſuprà memoratis ſcripſit, Gobelinus Perſona queat non immeritò videri. Fuit enim, uti ipſemet docet, Joannem de Wale, canonicorum Regularium Suollis Priorem, monaſterium Budicenſe, antequam hoc ille reformandum acciperet, anno* 1408 *viſitantem, comitatus, póſtque eccleſiaſticum, cui Budicenſis parochia ob unius è Wevelsburgenſibus fratribus dynaſtis contumaciam fuerat ſubjecta, interdictum, in quantùm id monaſterium Budicenſe hujuſque eccleſiam ſpectaret, curavit levandum: adhæc contra nonnullos, uti ipſemet pariter docet, capituli Paderbornenſis canonicos Wilhelmo Monrenſi, Paderbornenſium epiſcopo, Budicenſis monaſterii reformationem atque ad canonicos Regulares tranſlationem quàm maximè deſideranti, conſtantiſſimè adhæſit, cúmque ſæviſſimam deinde adverſus ſe motam cerneret tempeſtatem, Paderbornâ aliò ſe contulit; quæ omnia in Gobelinum Perſonam optimè quadrant, utpote qui & officialis Paderbornenſis munere functus ſit, collapſa in religioſis familiis diſciplina inſtauranda impensè ſtuduerit, hacque occaſione Bilveldiam Paderbornâ ſecedere fuerit compulſus, uti in ejus Vita apud utrumque Meibomium loco ſuprà citato eſt videre.* D

uſui ſubinde erunt.

21 *At verò Opuſculi, de quo hîc, auctor, cùm de tentata à Paderbornenſi epiſcopo, aſtuque à mulieribus Budicenſibus impedita reliquiarum* S. Meinulphi *ex eccleſia Budicenſi ad Paderbornenſem tranſlatione ſermonem inſtituit, fuiſſe refert haſce ab illis, appropinquante epiſcopo,* in quodam equorum ſtabulo, turri ipſius eccleſiæ (*Budicenſis ſcilicet*) versùs Auſtrum affixo, ſub paleis occultatas; *id verò* retrò quandam capſam intra eccleſiam *factum, ait in Coſmodromio ſuo ætat.* 6, *cap.* 90 *Gobelinus; quo hîc occurrente inter hunc ſcriptorem & Opuſculi auctorem diſſenſu fit, ut, an is ſit Gobelinus, magnopere dubitem, maximè quòd ſtylo etiam alter ab altero nonnihil diſſidere videatur. Utut ſit, Opuſculi equidem auctor, quem præterea, utpote rerum minoris dumtaxat momenti ſcriptorem, nominetenus nôſſe, non multùm refert, ſuiſmet oculis, quæ ſcribit, pleraque conſpexit, ſuamque, quemadmodum ipſemet in fine indicat, lucubrationem anno* 1417 *abſolvit. Hæc, aliaque ſuprà expenſa, quæ Joannem Probum habet auctorem, in Commentarii hujus decurſu, etſi neutra typis integra ſit excudenda, uſui ſubinde erunt, maximè cùm de monaſterii Budicenſis ad canonicos Regulares tranſlatione, cultu* S. Meinulphi *ibidem per hos inſtaurato, miraculiſque, inſtaurationem hanc Sancti ejuſdem patrocinio ſubſecutis, ſermo inſtituetur. Uſui erit & ſuis Paderbornenſibus Annalibus Nicolaus Schatenus, Societatis noſtræ ſacerdos, aliique ſcriptores ſive antiquiores, ſive recentiores, quos, cùm res feret, fierique poterit, nominatim expreſſos in medium adducam.* E

C

§ II. Illuſtre Sancti genus, patria, tempus natale.

E parentibus valde nobilibus natus eſt Sanctus; fuerint tamen

NObiliſſimo ſanè genere apud antiquorum Saxonum gentem (*videſis de hac Operis noſtri tom.* 2 *Octobris pag.* 180) S. Meinulphum *natum, Sigewardus, antiquior ejus biographus, à quo hac in re nec Gobelinum, nec alium quemvis diſſentientem invenio, luculentiſſimè num.* 6 *docet. Verba, quibus id ibidem facit, hæc ſunt:* Tempore, quo gentem Saxonicam Karolus (*Magnus nimirum*) imperator imperio ſuo ſubegit, ſubactamque de idololatria ad fidem Chriſti tranſtulit, natus eſt de eadem gente (*Saxonum, antiquorum ſcilicet*) Mainulfus utroque parente admodùm nobilibus. *Ita ille, qui præterea Sancti matrem nuncupatam fuiſſe Wigthruth, num.* 8 *memoriæ prodit. Verùm, quod fuerit vel parentis ejus nomen, vel nobiliſſimum illud, è quo ortus ſit, genus, nuſpiam edicit, nec ſcio, an hoc vel apte hactenus à quoquam definitum ſit, vel aptè etiam, idoneis ad id deficientibus monumentis antiquis, definiri queat. Inter illuſtriores antiquioreſque Weſtphaliæ, quæ Saxoniæ antiquæ pars fuit, familias non infimum locum tenuit, quæ, in dynaſtiam Büranam in epiſcopatu Paderbornenſi ad fluvium Almam poſitam, tituloque Baronatûs nobilitatam, diutiſſimè dominata, præterito demum ſeculo defecit in Mauritio Burano, qui,*

cùm

A *cùm ultimus eſſet maſculus clariſſimæ gentis ſuæ ſurculus, diuque tribunalis cæſarei Spiræ egiſſet præſidem, ſeculi tandem, in quo, nuncupato etiam jam inde ab ineunte adoleſcentia caſtitatis voto, cælebs vixerat, omninò pertæſus, Societati noſtræ nomen dedit, in eaque, cùm ſociis, non minùs exhibitis virtutum exemplis, quàm collatis beneficiis profuiſſet, mortalem hanc vitam cum immortali, uti meritò confidimus, anno 1661 commutavit.*

familiâ Buranus, ut Genealogiæ Eurana auctor,

23 *E nobiliſſima illa Regulorum Burenſium familia oriundum tradi* S. Meinulphum, *in Faſtis Agrippinenſibus antè adhuc laudatis ait Gelenius. Nec tantùm id tradi aſſerit, aſt etiam pro vero habet Genealogiæ Büranæ, anno 1629 in lucem editæ, auctor, qui, ſi hæc in titulo rectè notet, alius non fuerit, quam Gaſpar Scioppius; verùm Opuſculum illud non Scioppium, ſed Balthaſarem de Bünnighauſen, Mauritii Bürani mox laudati quondam pædagogum ejuſdemque deinde, Cameræ Spirenſis jam præſidis, multis annis œconomum & in dynaſtia Bürana locum-tenentem, habere auctorem, in Notitia, quam exemplari mihi prælucenti adſcripſit, diſertè affirmat Joannes Grothauſius, Societatis noſtræ ſacerdos ſuprà ad-*

B *huc nominatus, qui, quamquam, unde id didicerit, non edicat, vera tamen vel idcircò prædicare videtur, quòd, ut libris, qui falſos mendaceſque titulos præferunt, ſolemne eſt, typographi nomine ordinariique approbatione careat Burana, de qua hîc, Genealogia, nec uſpiam compareat in Scioppii Operum Catalogo, quem tom. 35 Monument. de Viris in republica litteraria illuſtribus à pag. 178 uſque ad pag. 230 Niceronus exhibet. Utut ſit, illius equidem incubrationis auctor, quiſcumque demum is fuerit,* S. Meinulphum *facit, ut jam ſuprà innui, familiâ Buranum.*

cujus hæc de re verba, aliaque de antiquæ

24 Is porrò, *inquit de* S. Meinulpho *ſub ſuarum in Büranum ſtemma Annotationum initium,* erat ex adelingis de Büren. *Ut autem qui fuerint apud antiquos Saxones adelingi, ſtudioſum lectorem edoceat, verbis jam recitatis hæc ſequentia, ab inſtituto noſtro, uti ex dicendis pateſcet, non omninò aliena, proximè ſubjungit:* Sic enim, *ait,* tum in Saxonia (*Antiquâ videlicet, Weſtphaliam etiam complexâ*) honoris causâ appellabantur Reguli, hoc eſt, ii, qui in cives, colonos & milites ſive miniſteriales imperium obtinebant; quos hodie in Italia & Hiſpania Titulatos, in Germania Hoch undt wolgeborne, id eſt, Benenatos, inclytos, illuſtres aut illuſtriſſimos appellant. Hanc ad rem pertinent, quæ Nithardus Carolini ſanguinis heros ſcribit lib. 4 de Diſſenſionibus filiorum Ludovici Pii: "Saxonum„ inquit, "gens omnis in tri-„bus ordinibus diviſa conſiſtit: ſunt enim inter „illos, qui Edelingi, ſunt, qui Frilingi, ſunt, „qui Lazzi illorum linguâ dicuntur: Latinâ ve-„rò linguâ hoc ſunt: Nobiles, ingenuiles atque „ſerviles.„ Quos verò Hiſpani Cavalleros, hidalgos aut gentilhombres, id eſt, equites aut nobiles, Itali Gentilhuomini, Germani Edle aut vom adel, id eſt, Nobiles, aut de nobilitate, hodie dicunt, illis ante hos centum annos vix nobilis appellatio, in Germania ſaltem, tribui ſolebat, ſed Veſti modò Germanicè audiebant, id eſt, firmi, quaſi quibus jus aliquod in colonos & ſervos ſuperiori auctoritate confirmatum eſſet: ex quo haud ſcio, an & feudale verbum Inveſtire formatum fuerit, quaſi eſſet in Veſto-

C rum numerum cooptare. Tales veſti eorum, à quibus inveſtiti fuerant, milites & miniſteriales & fideles dicebantur, Germanicè Knecht, knabe vel ſchalk, quæ voces puerum aut miniſtrum ſignificant, quarum poſtrema manſit adhuc in Marſchalck, quo verbo ſignificatur is, qui equilis præfecturam gerit, & à ſtabulo eſt, aliterque Comes ſtabuli dicitur. AUCTORE C. B.

Saxoniæ adelingis hic recitantur,

25 Mar enim Germanis dicebatur equus, & merrha, vel mercha pro equa hodie quoque apud multos in uſu eſt. Quatuor porrò generum erant miniſteria, quæ milites inveſtiti dominis ſuis præſtabant. Alii erant ad menſam ſeu dapiferi, alii ad cameram ſeu cubicularii, alii ad cellam vinariam ſeu pincernæ, alii denique ad equile ſive mareſchalci, velut ex Ditmari libro quarto diſcimus. Tales ergò miniſteriales, & oppida ſibi ſubjecta qui habebant, eos exploratum eſt, fuiſſe regulos, ſive illi principes aut duces, aut margravii vel marchiones, aut landgravii vel comites provinciales, ſive comites modò aut nobiles domini, adelingi vel barones audirent, etſi recentior eſt baronis appellatio, quâ multi omnes illos, quos Regulos dixi, comprehendunt. *Hæc ille, quæ utcúmque omnia probanda non appareant, Adelingi tamen nomen apud antiquos Saxones præcipuè ac propriè idem, quod* Germanicè Edel herr, *Latinè* nobilis dominus, *ſignificâſſe mihi videtur, idque ita ut, qui hoc titulo gauderent, veroſimiliter, non ſecùs ac poſtea comites, duces aliique ſuperioris ordinis nobiles, clientes beneficiarios ſibi ſubjectos, terraſque ſeu oppida obnoxia habuerint. Et* S. Meinulphum *quidem, utpote qui, ut docui, parentes admodùm nobiles habuerit, ex hujuſmodi adelingis ſeu nobilibus dominis, unde illuſtres ejus natales magis adhuc eluceſcunt, eſſe indubiè prognatum, nemo eſt, qui eat inficias. Verùm illum eſſe etiam, uti ex jam dictis vult Genealogiæ Büranæ auctor, è determinata, quæ ſeculo præterito in Mauritio Bürano extincta eſt, illuſtri regulorum Burenſium familiâ oriundum, unde conſtat? An ex eo forſan, quòd, ut etiam vult idem genealogus, familia illa jam tum Caroli Magni ætate, aut etiam citiùs inter adelingos ſeu nobiles dominos locum obtinuerit?*

& ſcriptor anonymus putârunt,

26 *Verùm, utut hoc, quod neſcio, an ulla ratione probari queat, gratis dederimus, hinc tamen, ut Sanctum familiâ fuiſſe Büranum, quis evincat, nihil omninò eliciet, niſi ſaltem hanc etiam ab ipſa Caroli Magni ætate aut citiùs dominatam fuiſſe probârit in illo terrarum tractu, qui complectebatur paternam Sancti hæreditatem, in qua hic poſt monaſterium Budicenſe condidit. Animadvertit id haud dubiè anonymus, qui* Meinulphum *è familia Bürana prognatum, in brevi quodam Scripto, penes me exſtante, contendit; in hoc enim, quò illos Sancti natales probatos det, de Burenſibus regulis ita proloquitur:* Ante tempora Caroli Magni circùm circà Büdiken dominia ſua habuerunt, veluti ex antiquis documentis demonſtratur; in diſtrictu enim Bürenſium olim non tantùm illam partem, quæ adhuc baronatus Bürenſis dicitur, ſed etiam Almenam, Brenken, dominium Wevelsborg, Winnenberg & Sintfeldiam, in qua & Veſperte ſitum, in ipſorum comitatu (veluti antiqua ſcripta ſonant) conſtituta fuiſſe, publica ſcripta docent. *Ita ille, mox etiam, quæ hîc laudat, publica ſcripta adducens: ſunt autem diplomata diverſa, è quorum priori quidem conſtat, familiam Büranam anno 1012 vaſallos*

E F

AUCTORE C. B.

cianeſque beneficiarios ſibi habuiſſe obnoxios, è reliquis verò intelligitur, eandem anno 1234 in Sintfeldia, anno 1308 in Winnenberg, anno 1370 in Brencken, quæ omnia loca à monaſterio Budicenſi valdè remota non ſunt, ac anno demique 1384 in Wevelsburgenſi dynaſtia, in cujus mediullio idem monaſterium, uti ipſemet ait, ſitum eſt, fuiſſe adhuc dominatam.

admodùm eſt dubium,

27 *Verùm quid tum? In omnibus illis antiquis documentis, ab anonymo productis, ne vel verbum occurrit, è quo Burenſes regulos in memoratis locis vel ante Caroli Magni tempora, vel ipſa imperatoris hujus ætate, quod tamen ſcriptori illi fuiſſet probandum, rerum fuiſſe potitos, utcúmque conficias. Imò verò Bartholdo de Buren partem Wevelsburgenſis dynaſtiæ, cùm hæc primo à comitibus Arnsbergenſibus ad Waldecenſes, ac deinde ab his ad eccleſiam Paderbornenſem tranſiiſſet, anno demum 1301 ab Ottone, Paderbornenſi epiſcopo, in feudum fuiſſe conceſſam, ex antiquis litteris, à Ferdinando, Paderbornenſi epiſcopo, in Monumentis Paderborn. pag. 228 & ſeq. recitatis, liquet: ut adeò quidquid vel laudatus anonymus vel Genealogiæ Buranæ auctor*
B *ſcribat, familia Burana ante Caroli Magni tempora aut ipſa etiam imperatoris hujus ætate in Wevelsburgenſi dynaſtia, ac proin in terrarum tractu, paternam Sancti hæreditatem, in qua hic monaſterium Budicenſe condidit, complectente, dominata fuiſſe, non videatur. Adhæc, etſi etiam ibidem tunc dominatam, tantiſper daremus, nec ſic eſſet conſequens, ut* S. Meinulphus *familiâ Buranus certò exſtiterit. Ut quid enim adelingi ſeu nobiles domini, è quibus Sanctus oriundus eſt, in quendam Saxoniæ tractum imperium, quale in Antiqua Saxonia adelingis ſeu nobilibus dominis competiiſſe, duxi, obtinere nequierint, ſimulque aliquot bona atque inter hæc fundum, in quo Sanctus poſtea monaſterium Budicenſe exſtruxit, in adelingorum ſeu regulorum Burenſium ditione poſſidere? Omnibus itaque maturè expenſis, fueritne* S. Meinulphus *è familia Burana, an ex alia natus, admodùm eſt incertum. Nec certius eſt, quo loco & quo determinato anno fuerit in lucem editus.*

uti etiam quo diœceſis Paderbornenſis

28 *Ut id primò de loco natali oſtendam, Sanctus, uti apud omnes in confeſſo eſt, atque ex dicendis pateſcet, bona non pauca, à parentibus ad ſe devoluta, in quibus & ex quibus monaſterium Budicenſe exſtruxit ac dotavit, in Paderbornenſi Weſtphaliæ diœceſi poſſedit; unde fit, ut, illum quidem eſſe in hac natum, vero ſanè non appareat abſimile: verùm cùm Sanctus poſſeſſiones plures variis ejuſdem diœceſis locis obtinuiſſe videatur, quo hujus illum loco vicove naſci contigerit, nondum propterea exploratum habetur. Haud procul à loco, quo Sanctus monaſterium Budicenſe condidit, Auſtrum verſus abfuit vicus, Bödeken appellatus, ſeu potiùs hujus, utpote in quo illud ipſum monaſterium ſitum fuiſſe videatur, parœcialis cum adjacentibus domibus eccleſia, à qua ut monaſterium à ſe exſtructum Sanctus diſtingueret, ſacrum iſtud ædificium (adi Gobelinum in Vita num. 18) non ſimpliciter* Bödeken, *ſed* Nien *ſeu* Neu-Bödeken, *id eſt,* Novum-Bödeken *nuncupavit. Hoc tamen temporis lapſu nudè & ſimpliciter* Bödeken; *illa verò* Alt-Bödeken, *id eſt,* Vetus-Bödeken *fuit vocata; quod idcircò forſitan factum fuerit, quòd, cùm penitus eſſet collapſa vel ſaltem ruinæ proxima, vicani Budicenſes, eâ deſertâ, eccleſiam, monaſterio Budicenſi adjunctam, in parœcialem ſuam, legitima interveniente auctoritate, acceperint. Ita ſuſpicor, quòd eam tunc, cùm à ſanctimonialibus ad canonicos Regulares tranſiit, fuiſſe parœcialem, in monaſterii Budicenſis Chronico Joannes Probus (adi de hoc ſeculi* XV *ſcriptore num. 19) loco non uno indicet, quódque in diœceſis Paderbornenſis parœciarum Catalogo, quem penes me habeo, una dumtaxat parœcia, nomine* Bödeken, *nulla autem, nomine* Alt-Bodeken, *occurrat. Utut ſit, quò ad rem jam veniam, Joannes Probus in Opere mox laudato pag. 48 & 49 refert, in vico, dicto* Alt-Bodeken *ſeu* Alten-Büdecken, *ætate ſua à monaſterio Budicenſi haud procul (librariorum vitio* quaſi ad triduum milliare *loco cit. perperam notatur) fuiſſe tiliam admodùm annoſam,* S. Meinulphi *tiliam idcircò appellatam, quòd ſub illa hic, uti idem ſcriptor è ſenibus monaſterii Budicenſis accolis, progenitorum traditione rem noſcentibus, ſeſe audiviſſe, loco cit. ait, à matre ſua Wichtrude, Caroli Magni exercitûs metu ex ædibus profuga, fuerit in lucem editus.*

loco

29 *Tiliam admodùm annoſam,* S. Meinulphi *dictam, in vico Alt-Bodeken ætate ſua fuiſſe, aſſerenti Joanni Probo credo; verùm illam vel fuiſſe tam vetuſtam, quam innuit, vel à Sancti nativitate, quæ ſub eadem acciderit, accepiſſe nomen, fidem non facit ea, quam allegat, risûs ruſticani vulgi traditio. Aſſertæ nihilominus tiliæ* S. Meinulphi *vetuſtati favet, nec traditioni, quæ Sanctum ſub illa natum, prodit, refragatur Joannes Gamanſius, Societatis noſtræ ſacerdos, in Mss. ſuis, quas ſeculo præterito ad Majores noſtros miſit, de* S. Meinulpho *Notitiis. In his enim de* S. Meinulphi *tilia, quam ipſemet viderat, ita ſcribit:* Extra monaſterium Bodecenſe medii quadrantis ſpatio viâ amœniſſimâ per quercetum, multiplici ſerie arborum pulchrè conſitum, ... aditur & viſitur S. Mainulfi juxta viam publicam tilia; ad quam ipſe à matre ex Furſtenberg metu Caroli Magni Stadbergam obſeſſuri fugiente fuerit in lucem editus, vel quam ipſe in vivis plantavit. Ad hanc ſingulis annis Feriâ tertiâ Rogationum parochia Harenſis, horâ unâ diſſita, ſupplicatum (*an fortè ad Budicenſe Sancti monaſterium?*) veniens ſtationem ſuam habet. *Hæc ille, docens ſcilicet, tiliam* S. Meinulphi *dictam, nomen ſuum ab hoc non quidem definitè idcircò, quòd ſub illa Sanctus natus ſit, ſed tantùm ſub disjunctione vel ex hoc, vel ex eo, quòd à Sancto, in vivis adhuc ſuperſtite, fuerit plantata, traxiſſe, illamque adeò, quod hinc, utrolibet admiſſo, perinde eſt conſequens, jam inde à Sancti ætate ſtetiſſe. Verùm quid nî tilia, quam vidit Gamanſius,* S. Meinulphi *vocari potuerit, non quidem, quòd hic ſub illa natus eſſet aut eamdem plantâſſet, verùm quòd vetuſtiori, à* S. Meinulpho *plantatæ, ideóque* S. Meinulphi *nuncupatæ, fuiſſet vel proximè, vel poſt unam aut plures, quibus idem propterea adhæſiſſet nomen, ſuffecta? Quid nî etiam à Sancti effigie, quæ ei aliquando fuerit affixa, aliave ignota ex cauſa ita appellari potuerit? Nec aliud de tilia, à Joanne Probo memorata (hanc enim à tilia Gamanſio viſa, utpote quæ iſti, præ vetuſtate jam fatiſcenti ac caducæ, veroſimillimè fuerit ſubſtituta, reor diverſam) eſt ſtatuendum; ut adeò ex tiliæ,* S. Meinulphi *dictæ, appellatione arguì nequeat, vel hunc illam plantâſſe, vel ſub eadem eſſe natum.*

& quo anno fuerit in lucem editus;

30 *Et verò alibi indubiè natus fuerit, ſi vera ſit alia penes me exſtans de eo Notitia; ſecundum hanc enim in Furſtenberg, diœceſis Paderbornenſis*

A *ſis loco, cujus ipſe fuerit dominus cujuſque in Notitia Gamanſiana, proximè huc tranſcripta, mentio ſit, fuerit in lucem editus, teſtantibus id antiquis tabulis, quas ſeſe legiſſe, Gamanſio noſtro ætate provectus monaſterii Budicenſis procurator aſſeruit. Verùm cùm non addatur, quæ qualeſve fuerint illæ tabulæ, neſcio, an fidem integram mereantur, nihiloque certior inde evadit locus Sancti natalis, quem nec aliunde tutò eruas. Quod jam ad annum, quo* Meinulphus *natus ſit, ſpectat, illum nec Sigewardus, Sancti biographus, aliive ſcriptores antiqui, nec ulla probatæ atque indubiæ fidei monumenta, unde ut planè ſit incertus, neceſſum eſt, diſertè exprimunt, aut etiam quid ſuppeditant, ex quo eumdem aptè definias. Sigewardus tamen exhibet indicia, ex quibus ſaltem, quandonam natus ſit Sanctus, latiori modo habeatur compertum. Id enim (vide ejus verba num. 22 recitata) factum ſcribit tempore geſti à Carolo Magno adversùs Saxones antiquos belli; cùm autem hoc ab anno 772 ad annum uſque* 804, *uti inter omnes ſcriptores convenit,* per continuos triginta tres annos (*ita Eginhardus in Vita Caroli Magni loquitur*) *durârit, fuit ſecundùm Sigewardum intra illud temporis ſpatium, quod inter annum* 771 *& annum* 805 *excurrit,* S. Meinulphus *in lucem editus.*

B

hoc tamen partim ex ætate, quâ canonicis Paderbornenſibus ſe junxit,

31 *Sed tempus Sancti natale ex Sigewardo paulò etiam propiùs modò determinemus. Hic Sancti biographus, cujus omnia verba, ad inſtitutum noſtrum hìc ſpectantia, ut dicenda clariùs intelligantur, huc tranſcribo, num.* 9 *&* 10 *ſic habet:* Puer autem Mainulpus ſub jure ſcholari ad diſciplinam diſpoſitus litterarum, ex diſpoſitione aſcendit ad habitum earum, & quod ſcientiæ literalis habuit, uſu operis devotus excoluit. Quippe quia viam, quæ ducit ad vitam, artam & anguſtam exiſtere ſcivit, jam de tenero ungui ſtudiis aſperioribus mentem formavit.... Cùm autem excederet è ſcholis, exceſſit etiam deſiderium mundani honoris, integra mente migrans ad propoſitum canonicæ legis in loco, qui dicitur Paterbrunno. Hìc eum ejuſdem loci pontifex, ipſe quidem virtutum glorioſus artifex, nomine Baduradus, benigniſſimâ curâ nutriendum ſuſcepit, ſuſceptumque largiſſimo paternitatis & gratiarum ſinu refovit. *Hæc Sigewardus, ex quibus colligendum videtur, Sanctum ſanè non diu ante annum* 793 *eſſe natum: Baduradus enim, uti ex iis, quæ apud nos in S. Hathumaro, proximo ejus in ſede Paderbornenſi deceſſore, tom.* 2 *Auguſti pag.* 452, *num.* 19 *& binis ſeqq. dicta ſunt, facilè colliges, ante annum* 815 *ſedere non cœpit; cùm ergò abs illo jam epiſcopo, prout Sigewardi verba proximè huc tranſcripta innuunt,* S. Meinulphus *admodùm adhuc juvenis & vixdum ſcholis egreſſus canonicis Paderbornenſibus fuerit adlectus, qui fieri queat, ut hic diu ante annum* 793 *natus ſit?*

C

partim ex ætate, quâ obiit, anno circitèr 793 *accidiſſe videtur.*

32 *Nec diu etiam poſt hunc annum id factum mihi ſuadet Sancti, qui* ætate maturus *ſeu grandævus obiiſſe, à Sigewardo in Vita num.* 26 *traditur, tempus emortuale, quod nimis alioquin ab anno* 847, *cui à pleriſque ſcriptoribus innectitur, foret removendum. Fuerit itaque Sanctus, uti ex jam dictis pronum eſt eruere, non improbabiliter anno circitèr* 793 *natus. Etſi porrò Schatenus in Annalibus Paderbornenſibus pag.* 16 *& ſeq. ea litteris conſignet, ex quibus conſequens eſt, ut* S. Meinulphi *nativitatem contra nonnul-*

los, qui eam anno 777 *perperàm aſſignunt, in annum dumtaxat* 779 *aut proximè ſequentem differat, eſſe nihilominus eamdem etiam diutius differendam, quiſque, quantùm opinor, ex jam dictis ſtatuet, maximè cùm certiùs etiam in opinione jam aſſignata, quâ anno circitèr* 793 *illigatur, evaneſcat periculum, ne, quod cautum præterea loco cit. Schatenus vult, Sanctus noſter longiùs, quàm veroſimile ſit, vixiſſe adſtruatur. Nec refert, in illa tempus ejus emortuale ultra annum* 847, *cum quo à pleriſque ſcriptoribus componitur, à nobis differri; nullus enim ex his, utpote qui omnes à* Meinulphi *ætate remotiſſimè floruerint, certam atque indubitatam fidem facere poteſt, nec illam mortis, ab hoc obitæ, dilationem longiori, quàm Sigewardi, qui Sanctum ætate jam maturum ſeu ſenem abiiſſe è vivis, ſcribit, auctoritas exigere videatur, annorum ſpatio infrà definiemus, ita ſcilicet faciendum rati, non quòd ad id auctoritas quæpiam irrefragabilis compellat, ſed quòd non longiùs, quàm neceſſe ſit ratione ſuadeat, à communiori receptiorique ſcriptorum, etiam recentiorum, opinione recedere, ſit conſultum.*

AUCTORE C. B.

§ III. Baptiſmus, educatio, vitæ inſtitutum: quod, qualeque id fuerit & quandonam ſuſceptum.

E

Sacris baptiſmatis undis,

RElata *Sancti nativitate, mox patris ejus obitum, matris Wichtrudis, de ſtupro, ſibi à mariti defuncti fratre illato, expoſtulaturæ, ad Carolum magnum acceſſum, hujuſque occaſione baptiſmum, parvulo* Meinulpho, *qui,* licèt jam ætas ei conceſſiſſet virtutem ambulandi, *ſacris tamen undis tinctus nondum fuerat, tunc demum, ipſomet Carolo Magno ſponſore, collatum, num.* 7 *&* 8 *enarrat Sigewardus, antiquior ejus biographus. Atque hæc quidem omnia anno* 783 *innectit in Annalibus Paderbornenſibus pag.* 17 *Schatenus; verùm, cùm Sanctus, ut* § *præcedenti probavi, diu ante annum* 793 *natus non ſit, ſcriptori iſti nec hìc aſſentiri queo. Gobelinus Perſona in* Meinulphi *Vita, prout, mutato ſtylo, apud Surium ad hunc diem exſtat excuſa, initio ſic ſcribit:* Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, cùm Carolus Magnus eam Saxoniæ partem, quam nunc Weſtphaliam vocant, bello ſubegiſſet, omnes majores natu ejus regionis venerunt ad eum Paderbornam, uno dempto Witikindo, viro primario, quem nonnulli regem, alii ducem fuiſſe arbitrantur. Ii autem, qui ad Carolum venêre, omnes in eodem loco ſalutaribus baptiſmi undis expiati ſunt, viſumque eſt Carolo regi illic epiſcopi ſedem conſtituere.

F

Ipſomet Carolo Magno ſponſore,

34 Itaque tertio abhinc anno parvam ibi conſtruxit eccleſiam, eamque, quòd locus necdum munitus eſſet, Herbipolenſi epiſcopo tum commendavit. Porrò anno indè decimo quinto canonicum eccleſiæ Herbipolenſis Hatumarium, natione Weſtphalum, primum illic epiſcopum inſtituit; cujus epiſcopatûs anno quarto Leo Pontifex Romanus, ejus nominis tertius, ab æmulis Româ pulſus, ad regem Carolum Paderbornam venit, & ab eo honorificè in primis acceptus ſedem illam Apoſtolica auctoritate confirmavit;

AUCTORE C. B.

vit ; *ac deinde, nullo planè alio interpoſito verbo, ſequentia ſubjungit :* Per id tempus vir quidam opulentus & nobilis, non longè ab eo loco habitans, Chriſtiana religione jam initiatus, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, relicta uxore Catholica Wigtrude, & parvo filio, qui, etſi per ætatem ambulare jam poſſet, necdum tamen baptiſmatis fonte renatus erat. Ea ergò Wictrudis, captata opportunitate, ad Carolum regem cum Filiolo ſuo fidenter acceſſit, atque ejus gratiam & benevolentiam ſtuduit promereri. At rex fœminam humaniter & piè accipiens, Filium ejus coram ſe curavit baptizari, & eum de ſacro fonte ſuſcipiens, MEINULPHI nomen ei impoſuit.

non indubiè, ut notat Cointius, anno 799.

35 *Ita hactenus apud Surium Gobelinus : Sanctum autem anno 799 ſacro baptiſmatis fonte fuiſſe ablutum, Cointius in Annalibus Eccleſiaſticis Francorum tom. 6, pag. 695 è duobus illis Gobelinianæ apud Surium Vitæ textibus concludit. Et verò ſtando, ut facit, Gobelinianæ lucubrationis, à Surio editæ, auctoritate, non immeritò. Cùm enim in horum poſteriori Gobelinus ſeu potiùs Surius, Sanctum* per id tempus (*cujus ſcilicet antè meminerat*) *baptizatum fuiſſe, ſcribens,*

B *ſingulari numero utatur, unicè, ut conſideranti patebit, tribus hiſce vocibus*, per id tempus, *deſignat annum ſedis Hathumari, Paderbornenſis epiſcopi, quartum, anno Chriſti 799 è Gobelini calculis congruentem, quo Leonem III Papam Paderbornam ad Carolum Magnum acceſſiſſe, ultimo prioris textus loco narrârat. Verùm etſi Gobelinus in Vita, primigenio ſcriptoris hujus ſervato ſtylo, edenda Saxonum ad Carolum Magnum Paderbornam concurſum, eccleſiam ibidem exſtructam, Hathumari ad ſedem Paderbornenſem promotionem & Leonis III Papæ ad Carolum Magnum acceſſum, non ſecùs atque id in Vita per Surium interpolata ſit, num. 6 commemoret, illaque omnia facta iiſdem planè, quas hac exhibet, notis chronicis* (*pro anno enim 770, cui numeroſum Saxonum ad Carolum baptiſmumque concurſum manifeſto errore, non à Gobelino, ſed à librariis profecto, illigat, annum 777 reſtituendum, infrà in Annotatis docebo*) *ibidem etiam efficiat, Sanctum tamen non* per id tempus, *cujus antè meminerit, ſed, uſurpato plurali numero,* illis temporibus *baptizatum fuiſſe, ſubjungit ; quâ loquendi formulâ non ſolùm annum*

C *ſedis Hathumari quartum, quo Leo III Papa Paderbornam ſe contulerit, ſed, ut conſideranti palàm fiet, totum illud, quod ab anno 777 uſque ad annum 799 excurrit, temporis ſpatium deſignat, ut adeò non obſtet, quò minùs etiam citiùs, quàm anno 799, Sanctus credatur fuiſſe baptizatus.*

ſed anno potiùs 797 vel ſequenti fuit ablutus,

36 *Et verò* Meinulphi *baptiſmus anno potiùs 797 aut 798 idcircò videtur innectendus, quòd anno, ut § præced. docui, 793 non improbabiliter natus ſit, quódque, cùm baptiſmum ſuſcepit, virtutem ambulandi, ut Sigewardus ipſo narrationis ſuæ contextu num. 6 innuere videtur, per ætatem vix habuerit, trienniſque proinde dumtaxat aut ad ſummum quadriennis exſtiterit. Nec eſt, quòd opponas, Sanctum Paderbornæ baptizatum fuiſſe ; Carolum Magnum autem, qui eum è ſacro fonte ſuſcepit, anno 797 aut ſequenti Paderbornam non adiiſſe. Primò enim unde conſtat, Sanctum baptiſmo Paderbornæ fuiſſe initiatum ? Veroſimillimè quidem Wichtrudis, ejus mater, haud procul Paaerbornâ habitârit ; verùm cùm ſimul etiam haud procul ab Heriſtallo, Saxonico in diœceſi Paderbornenſi ad Viſurgim caſtro, in quo Carolum Magnum, diviſo per adjacentes regiones exercitu, anno 797 hybernâſſe, in Ann. Paderborn. pag. 36 docet Schatenus, domicilium habuerit, quid nî illò ad hunc principem ſeſe cum parvulo* Meinulpho *potuerit conferre ? Sed, ut demus etiam tantiſper, Paderbornæ hunc fuiſſe ſalutaribus baptiſmi undis expiatum, quî ibidem Carolum Magnum anno 797 aut ſequenti non fuiſſe probabis ? Etſi enim hunc principem Paderbornæ anno 797 commoratum, non memorent ſcriptores antiqui, cùm tamen, ut dictum eſt, anno illo Heriſtalli hybernârit, eſſe utique videtur, cur hinc ad vicinam Paderbornam ſubinde tunc excurriſſe credatur. Adhæc cùm Carolus Magnus* (*adi in Ann. Paderborn. pag. 38 Schatenum*) *anno 798, ſubactâ Oſtfaliâ compoſitiſque per Weſtphaliam ſacris profaniſque rebus, Aquiſgranum diſceſſerit, huc illum Paderbornâ, ubi etiam aliquamdiu hæſerit, ſeſe tum contuliſſe, veroſimile apparet.*

D

litteraſque deinde.

37 *Quòd ſi modò Sanctum anno 799, quo Leo III Papa Carolum Magnum Paderbornæ convenit, baptizatum fuiſſe, præfractè adhuc velis, haud equidem magnoperè refragabor ; cùm enim* Meinulphus, *dum ſacro lavacro fuit ablutus, quatuor fortè, ut jam innui, annorum fuerit, hique retrò computati deducant ad annum 795, manebit vel ſic, quod ſuprà ſtatui, quodque eſt præcipuum, eum ſaltem non diu poſt annum 793 eſſe natum. Utut tandem ſeſe res habeat, vix equidem dubitem, quin Sanctus, ſeculo* VIII *jam propè elapſo, ſacro baptiſmatis fonte fuerit regeneratus, quod latiori hoc modo definiiſſe jam ſufficiat. Porrò Sanctum fuiſſe etiam à Carolo Magno in tutelam ſuſceptum, Schatenus in Ann. Paderborn. pag. 17 affirmat ; etſi verò id nec Sigewardus, nec Gobelinus diſertè uſpiam edicat, à vero tamen abhorrere, neutiquam videtur ; imò verò dubitandum non eſt, quin hic princeps puerum* Meinulphum, *quem de ſacro fonte levârat, honeſtè ac Chriſtianè educandum litteriſque imbuendum curârit. Et eum quidem* ſcholaribus diſciplinis *apud Baduradum, Paderbornenſem epiſcopum,* fuiſſe mancipatum, *Gobelinus in Vita num. 9 ſcribit.*

E

non tamen, ut Gobelinus tradit,

38 *Verùm cùm Sanctus, ut docui, non ſeriùs, quàm anno circiter 793, natus ſit, certéque non citiùs, quàm anno 815, ad Paderbornenſem cathedram Baduradus fuerit evectus, quî hic* Meinulphum *adhuc puerum* ſcholaribus, *ut loquitur Gobelinus,* diſciplinis *ſeu litteris imbuendum queat accepiſſe ? Nec juvat hîc dicere, Baduradum, nondum epiſcopum, oneri huic ſeſe ſubmiſiſſe, tantúmque per prolepſin à Gobelino epiſcopi titulo inſigniri ; Gobelinus enim loco cit. ita habet :* Poſtquam Hatumarus primus epiſcopus Paderbornenſem rexit eccleſiam annis octo, deceſſit, & ſucceſſit ei quidam de clero Wirtziburgenſi, ſed natione Weſtfalus, nomine Baduradus, qui rexit eccleſiam annis quadraginta octo.... Et ſic Baduradus cathedralem eccleſiam Paderbornenſem, quam Carolus Magnus inchoaverat, conſummavit, apud quem puer Meynulfus ſcholaribus diſciplinis eſt mancipatus ; *quibus verbis ſanè, puerum* Meinulphum *ſcholaribus diſciplinis ſeu litteris excolendum Baduradо, jam tum creato epiſcopo, datum fuiſſe, Gobelinus ſat apertè tradit, uti nemo non videt : à vero autem hîc aberrare Gobelinum, liquet etiam vel ex eo, quòd Baduradus, cùm in epiſcopum Paderbornenſem electus eſt, inter clerum Herbipolenſem,*

F

A polenſem, ati ex iis, quæ de eo Schatenus in Ann. Paderborn. ad annum 815 memorat, fas eſt colligere, Herbipoli egiſſe videatur, nec eò educandus litteriſque ac moribus Chriſtianis informandus è Weſtphalia miſſus fuiſſe uſpiam legitur puer Meinulphus.

aliunde ex capite forſan ſuppleas, 39 Vidit hæc veroſimiliter Schatenus, ideóque in Ann. Paderborn. ad annum 783, pag. 17 ſcribit, puerum Meinulphum, non Badurado, ſed, quod à vero neutiquam abhorret, ſacerdotibus educandum impensè à Carolo Magno commendatum, factumque ætate maturiorem ab Hathumaro Paderbornenſi epiſcopo litteris excultum fuiſſe; quod pariter, cùm Hathumarus (adi Operis noſtri tom. 2 Auguſti pag. 452, num. 18 & ſeqq.) ante annum 815 è vivis non abierit, veritati poteſt eſſe conſonum, ſive interim is, ut in Annal. Paderborn. pag. 29 & ſeq. docet Schatenus, anno 795, ſive, ut Eckhardus in Commentariis de Rebus Franciæ Orientalis lib. 25, num. 78 & 110 contendit, aliquot annis ſeriùs ad epiſcopatum Paderbornenſem fuerit evectus. Uti itaque ipſimet Hathumarus & Baduradus, Carolo Magno à devicta Saxonum gente obſides inter ceteros nobilium adoleſcentes olim dati,

B poſteaque ambo, alter poſt alterum, Paderbornenſes epiſcopi, fuerunt per hunc principem epiſcopo Herbipolenſi educandi Chriſtianiſque moribus formandi traditi, ita volente eodem Carolo, Meinulphus ab Hathumaro Paderbornenſi epiſcopo, ſeu potiùs ſancti hujus antiſtitis, aut certè, ſi res, antequam is eſſet epiſcopus, accidit, præſulis Herbipolenſis, diœceſim Paderbornenſem vicario munere tunc moderati, curâ fuerit veroſimillimè educatus à ſacerdotibus, Herbipoli in diœceſim Paderbornenſem miſſis, qui eum non tantùm litteris, ſed etiam Chriſtianæ religionis rudimentis, virtutumque ſtudio egregiè imbuerint. At verò, oggeres, apud Overhamum ſola verba, num. 31 huc tranſcripta, cum paucis aliis, ad rem non facientibus, integrum Vitæ, per Sigewardum ſcriptæ, caput conſtituunt, idque hunc præfert titulum: S. Mainulfus ab antiſtite Baduradi ingenuè educatur.

à Badurado, probè edoctus ſcholiſque egreſſus 40 Fateor, ſic habet: verùm quid tum? Overhamus pro mero ſuo arbitrio titulum illum effinxiſſe videtur: ita autumo, tum quòd is ab apographo noſtro Hardeshuſano, num. 12 & alibi jam laudato, abſit, tum quòd in toto iſto capite nulla planè Meinulphi à Badurado vel educati vel litteris exculti

C mentio occurrat. Sigewardus quidem ibidem de Meinulpho ita ſcribit: Cùm autem excederet è ſcholis, exceſſit etiam deſiderium mundani honoris, integra mente migrans ad propoſitum canonicæ legis in loco, qui dicitur PATERBRUNNO. Hîc eum ejuſdem loci Pontifex, ipſe quidem virtutum glorioſus artifex, nomine Baduradus, benigniſſimâ curâ nutriendum ſuſcepit; verùm his verbis unicè ſignificatur, fuiſſe Sanctum, jam ſcholis, quod benè notandum eſt, egreſſum, canonicis Paderbornenſibus à Badurado adſcriptum, nutriendumque ſuſceptum, eo ſcilicet modo, quo tunc canonici cathedrales, in communi viventes, ab epiſcopis ſuis, ſive è ſolis ferè propriis bonis, ſi divites eſſent, ſive, ſi pauperes, ex eccleſiæ facultatibus, nutriri ſeu ali ſolebant. Ecquis verò hinc concludat, Meinulphum puerum a Badurado fuiſſe ingenuè educatum, litteriſve excultum? Nec eſt, quòd reponas, Sanctum, canonicis jam aggregatum, à Badurado aut ſaltem hujus curâ ſcientias altiores didiciſſe, id enim, utut vero ſanè ſimillimum, hîc non quæritur, ſed unicè an Sanctus ſub Baduradi jam epiſcopi diſciplina puerilem ætatem exegerit, litteraſque tunc ab eo fuerit edoctus, quod à vero alienum, ſufficienter, quantùm opinor, modò dicta evincunt. Ad vitæ inſtitutum, à Meinulpho ſuſceptum, quoniam de eo mentio jam incidit, ſermonem nunc converto. AUCTORE C. B.

Paderbornæ canonicorum collegio nomen dedit, 41 Sanctus litteris jam probè excultus, Paderbornæ, ut Sigewardus verbis proximè iterum jam recitatis docet, propoſitum ſeu inſtitutum canonicæ legis ſuit amplexus, id eſt, canonicis nomen dedit. Verùm quod qualeve id fuit vitæ inſtitutum, & quandonam à Sancto ſuſceptum? Cùm Meinulphus, ut ſuprà docui, anno circitèr 793 natus ſit, juveniſque adhuc & vixdum ſcholis egreſſus, uti ex verborum Sigewardi num. 31 huc tranſcriptorum contextu apparet, canonicis Paderbornenſibus, poſtquam jam Baduradus, epiſcopus ex dictis ante annum 815 non creatus, dignitatem hanc eſſet adeptus, ſeſe adjunxerit, id veroſimiliter vel ipſo anno 815 vel ſequenti aut certè non multò ſeriùs evenerit. Atque ita quidem, quo circitèr tempore canonicis Paderbornenſibus Sanctus ſe junxerit, innoteſcit; quod autem pertinet ad quæſtionem, quâ quod qualeve vitæ inſtitutum

E ſic ſuſceperit, inquiritur, alii illum ex hoc Benedictinum monachum, alii canonicum Regularem faciunt. Et primò quidem illis, qui Meinulphum faciunt Benedictinum monachum, accenſendi certò ſunt ſuprà laudati, qui in Faſtos ſacros, Sanctis Benedictinis celebrandis à ſe contextos, Sanctum noſtrum intulêre, Benedictini hagiologi, Wionus ſcilicet, Dorgainus, Menardus & Bucelinus: verùm tres priores nullam omninò, ob quam Ordinis ſui Sanctis Meinulphum annumerent, rationem adducunt in medium; ultimus verò elogii, quo illum exornat, initio ita ad hunc diem memorat: Is (S. Meinulphus nimirum) à Carolo Magno imperatore à ſacro fonte ſuſceptus, & in collegium denique cathedralium monachorum Paderbornenſium adſcriptus, ſub Regulari inſtituto magnis profectibus claruit, & ut generis præſtantiſſima nobilitate, ſic humilitate monachica & rarâ vitæ ſanctitate refulſit.

quod cùm ab ipſo ſui initio, ſive hoc ab Hathumaro, I Paderbornenſi epiſcopo, 42 Bucelinus ergò Sanctum idcircò facit Benedictinum monachum, quòd cathedrale canonicorum Paderbornenſium collegium, cui ille nomen dedit, è monachis Sancti ætate conſtitiſſe exiſtimârit. Nec alia ratione, quantùm opinor, ducti fuerint alii, qui cum Bucelino Benedictinum Sancti monachatum aſſeruerunt. Verùm fuitne reipſa Meinulphi ætate è monachis conſtans cathedrale Paderbornenſe collegium? E monachis ſanè veroſimiliter tunc conſtiterit, ſi ab ipſo ſui initio, cum Sancti ætate forſan conjuncto, aut certè hanc non multùm prægreſſo, pro monachis fuerit inſtitutum; verùm id non monachorum, ſed clericorum primitus fuiſſe, nec ab his ad illos ad id uſque tempus, quo Sanctus è vivis abiit, fuiſſe tranſlatum, jam nunc dicenda aperient. Collegium illud, vel ab Hathumaro, jam primo Paderbornenſium epiſcopo, vel ſancto illo antiſtite ad ſacram hanc dignitatem nondum evecto, initium accepit, ut communis fert opinio: ſi primum, nullus dubito, quin primitus, non monachorum, ſed clericorum fuerit; Hathumarus enim in primaria ſua ſeu cathedrali eccleſia, non monachos, ſed clericos collocârit, utpote ipſemet clericus, è clero Wirceburgenſi ſeu Herbipolenſi ad cathedram Paderbornenſem aſſumptus, quemadmodùm apud nos tom. V Julii in Hiſtoria Tranſlationis S. Liborii pag. 415, num. 7 docet, qui Hathumaro ſuppar fuit, Ido pre-

F

AUCTORE C. B.

sbyter, seu potiùs ex hujus relatione auctor Saxo anonymus. Quòd si autem ante aditum ab Hathumaro episcopatum initium acceperit, etiam vel sic clericorum, non monachorum, primitus exstiterit.

monachis parum æquum; vicario episcopi munere moderato,

sive à Burchardi proximo in sedem Herbipolensem successore Megingozo,

43 *Rem sic ostendo: antequam Hathumarum, primum certumque episcopum, nacta esset Paderbornensis ecclesia, vicario hanc munere ad Hathumari usque promotionem administrârunt Wirceburgenses seu Herbipolenses episcopi, uti inter eruditos convenit, probatque in Annal. Paderborn. ad annum 785 Schatenus, qui vicariam illam diœcesis Paderbornensis administrationem primò fuisse penes S. Burchardum, primum Herbipolensium episcopum, ibidem etiam docet, ductus auctoritate Egilwardi, qui S. Burchardum, cujus Vitam litteris est complexus, ad annum usque 791 in vivis fuisse superstitem, memoriæ prodit: verùm cùm S. Burchardus, uti Georgius Eckhardus lib. 23 Rerum Franciæ Orientalis num. 143 luculentissimè ostendit, ante S. Bonifacium, Moguntinum archiepiscopum, anno 754, aut certè sequenti, è vivis martyrio sublatum, ultimum diem clauserit, nequiit sanè Paderbornensem ecclesiam, utpote ante annum 772, quo bellum Saxonicum Carolus Magnus primùm est exorsus, certissimè non erectam, vicario episcopi munere administrâsse. At verò S. Burchardo in sedem Herbipolensem proximè successit Megingozus, cui si vicarium illud munus attribuatur, nihil sanè vero fiet absimile.*

Paderbornensem ecclesiam vel per se vel per Bernwelfum,

44 *Megingozus enim, uti apud laudatum Eckhardum lib. 24 Rerum Franciæ Orientalis num. 1 & 236 probatum invenies, diœcesim Herbipolensem ab anno 752 ad annum usque 785, quo eam Bernwelfo resignavit, antistes moderatus est; vicaria autem ecclesiæ Paderbornensis cura jam inde ab anno 780 Wirceburgensibus seu Herbipolensibus episcopis videtur fuisse commissa; Gobelinus enim in Cosmodromio ætate 6, cap. 38 sic scribit:* Erexit igitur Carolus quandam ecclesiam in Paderborne, quam commisit episcopo Wizeburgensi respiciendam, donec de episcopo posset eidem loco tutò providere. Et hæc ecclesia incepta est anno Domini septingentesimo octogesimo. *Adhæc, inquit in Annal. Paderborn. pag. 24 Schatenus,* ex veteri Chronico Franconiæ, quod nobiscum P. Joannes Gamansius communicavit, Bernwulfum, successorem Megingaudi ac tertium Herbipolensem episcopum, missum ante episcopatum suum in Saxoniam & per aliquot annos Paderbornensem ecclesiam vicario episcopi munere administrâsse, *constat; ita ferè ad verbum loco cit. Schatenus; cùm autem Megingozus seu Megingaudus, ut jam docui, ab anno 752 ad annum usque 785 Herbipolensem cathedram occupârit, dinque indubiè ante hunc posteriorem annum Bernwelfum in clero suo numerârit, id enimverò, quod hîc de Bernwelfo ante Herbipolensem episcopatum, ei ex dictis anno 785 collatum, Herbipoli in Saxoniam seu Westphaliam misso, gestoque ibidem abs illo per aliquot annos vicario Paderbornensis episcopi munere ex antiquo Franconiæ Chronico asseritur, fuerit verosimillimè, Megingozo vel jubente vel saltem curante, effectum, ut adeò hic tunc Paderbornensem ecclesiam non quidem per se, sed per Bernwelfum, proximum suum in sede Herbipolensi successorem, vicariâ curâ gubernârit.*

45 *Jam verò, si sub Megingozo cathedrali Paderbornensi collegio datum fuerit initium, illud nihilominus, etiam hoc dato, non monachorum, sed clericorum, primitus exstiterit. Etsi enim Mabillonius aliique scriptores Benedictini Ordini suo Megingozum seu Megingaudum Herbipolensem episcopum adscribant, anne tamen hic, cùm Herbipolensem adhuc ageret episcopum, reipsa exstiterit monachus, undequaque (adi lib. 24 Comment. Franciæ Orientalis num. 66 & seq. Eckardum suprà plùs semel jam landatum) certum non est: nec, etsi certum omninò foret, quidquam propterea contra nos posset inferri. Etenim in Occidentalem Antiquæ Saxoniæ plagam seu Westphaliam Bernwelfum, qui, non monachus, sed clericus erat, Paderbornensem diœcesim vicario episcopi munere administraturum, Megingozus misit, qui tamen monachum verosimiliter fuisset missurus, si in cathedrali seu primaria ejusdem diœcesis ecclesia, non clericos, sed monachos voluisset collocari. Adhæc Bernwelfus, qui Megingozi jussu ac nomine vicarium diœcesis Paderbornensis munus gessit, non tantùm erat clericus, verùm etiam monachis, utpote quos (adi apud Mabillonium Sæculo III Bened., part. 1, pag. 715 Egilwardum in Vita S. Burchardi) è principe seu cathedrali Wirceburgensi S. Kiliani ecclesia, ut primùm postea Herbipolensium episcopus factus erat, eliminârit, parùm æquus; quod cùm ita sit, Paderbornæ eum tunc monachorum collegium congregâsse, parùm verosimile apparet. Et sanè (videsis in Annal. Paderborn. pag. 25 Schatenum) minimè id tum feciisse Bernwelfum, sed in primaria Paderbornensi ecclesia clericos constituisse, non obscurè docet vetustum Franconiæ Chronicon suprà citatum.*

sive denique ab altero è binis proximis Megingozi successoribus repetas, clericorum fuerit,

46 *Quòd si porrò ex eo, quòd ad annum 785, quo Bernwelfus resignatum sibi à Megingozo Herbipolensem episcopatum adivit, Westphalia nimiùm adhuc belli motibus turbata figendo Paderbornæ, sive clericorum sive monachorum, collegio locum dedisse non videatur, antiquo illi monumento fidem deneges, cathedraleque canonicorum collegium Paderbornæ sub Megingozo à Bernwelfo nondum episcopo inchoatum nolis, nec sic etiam illius initium à monachis repetendum evinces. In hypothesi enim, quâ dictum collegium ante Hathumari ad episcopatum promotionem primò fuisse inceptum, tantisper hîc admittimus, necesse omninò est, ut idem collegium, si non sub Megingozo, sub Bernwelfo equidem Herbipolensi jam episcopo, aut certè sub altero è binis proximis ejus successoribus, ante annum 811, quo indubiè Paderbornensium episcopus creatus jam fuerat Hathumarus, è vita (vide in Franciæ Orientalis Commentariis lib. 26 & 27 Eckardum) jam ereptis, initium accepisse statuatur; cùm verò hi omnes, uti ex Eckardo locis proximè citt. liquet, clerici fuerint, manebit adhuc, fuisse illud à primo suo auctore è clericis, non autem è monachis, conflatum, ut adeò sive ante, sive post aditum ab Hathumaro Paderbornensem episcopatum initium acceperit, clericorum equidem primitus, non autem monachorum, exstiterit.*

manseritque etiam Sancti ætate, monachum hic professus non est,

47 *Atque id adeò veritati consonum existimavit Schatenus, ut in Annalibus Paderborn. pag. 35 affirmare non dubitârit, nulla prorsus, unde ecclesiæ Paderbornensis originem à monachis repetas, indicia exstare aut vestigia; quod etiam agnovisse videtur Mabillonius, utpote qui cathedralibus Germaniæ ecclesiis, quas initio à monachis Benedictinis occupatas fuisse, Præfatione in III Seculum Benedictinum § III contendit, Paderbernensem non accenseat. Jam verò cùm nihil omninò*

A *omninò etiam ſuppetat, unde cathedrale Paderbornenſe collegium, primitùs ex dictis vel ab aliquo è tribus proximis S. Burchardi in ſedem Herbipolenſem ſucceſſoribus, vel ab Hathumaro, primo Paderbornenſi epiſcopo, pro clericis inſtitutum, fuiſſe deinde aut ab hoc, aut à proximo ejus ſucceſſore Badurado, quem Sanctus noſter in morte vel præceſſit, vel certè quàm proximè excepit, ad monachos tranſlatum, ſuſpiceris; imò verò cùm id aut ab Hathumaro, aut à Badurado factum, credibile non appareat vel ex eo, quòd ambo, utpote è clero Herbipolenſi, uti ſuprà docui, ad cathedram Paderbornenſem aſſumpti, clerici exſtiterint, veroſimillimè ſanè, ſi non certò, idem Paderbornenſe collegium & eo etiam tempore, quo ei nomen dedit* S. Meinulphus, *& tota hujus ætate clericorum, non monachorum, fuerit, Sanctuſque proinde, utpote collegii, cui ſe junxerat, inſtitutum haud dubiè ſecutus, clericum canonicum, non monachum canonicum fuerit profeſſus. Et ſanè Sanctum monachum non fuiſſe, non obſcurè etiam Sæculo* IV *Benedictino, part.* 2 *fatetur Mabillonius: eum enim ibidem inter Prætermiſſos refert, aitque:* Meinulfus in Mar-

B tyrologio noſtro (*Menardianum deſignat*) adſcriptus eſt Octobris die V, tametſi nihil de ejus monaſtica profeſſione in ejus Actis legitur.

nec tamen etiam ad hodiernum canonicorum Regularium,

48 *At verò, ſciſcitabere nunc fortaſſis, fuitne ergò canonicum Regularem S. Auguſtini* S. Meinulphus *profeſſus? Scriptor anonymus, qui Chronicon Bodecenſe, num.* 19 *memoratum, publici juris fecit pauciſque etiam, quod ibidem non monui, Annotationibus auxit, pag.* 124 *hanc ſuggerit notitiam:* Agunt canonici Regulares Congregat. Windesheimenſis quinto Octobris ſub ritu duplici de S. Meinulpho, tanquam de Sancto Ordinis unà cum aliis Germanicæ utriuſque ſanctis patronis, quales ſunt SS. Bonifacius, Rupertus, Udalricus, Wilibaldus, Chilianus, Wolfangus *&c. Sanctum ergò, uti ex his verbis apparet, Ordini ſuo, canonicorum Regularium S. Auguſtini vocato, accenſent Regulares Congregationis Windesheimenſis canonici. Joannes Mauburnus, aliàs à loco natali* Joannes de Bruxellis *dictus, qui & ipſe è Congregatione Windesheimenſi canonicus Regularis S. Auguſtini fuit, in libro notato apud nos* ✠ *Ms.* 163, *quem*

C *exeunte ſeculo* XV *concinnavit ac* Sanctorum Ordinis Canonicorum Regularium Venatorium *inſcripſit,* S. Meinulphum *ſuo canonicorum Regularium S. Auguſtini Ordini cap.* 123, *quod* De ſancto Meynulpho archidiacono Padeburnenſi *inſcribitur, pariter attribuit, ſibique hac in re etiam alios aſſentientes habet, quorum omnium hîc nomina non recenſeo, ſed nec canonicum Regularem, quales modò ſunt, qui canonici Regulares S. Auguſtini audiunt, Sanctum noſtrum fuiſſe, nunc oſtendo. Ante octavum æræ Chriſtianæ ſeculum eccleſiarum ſeu clerici ſeu presbyteri à canone matriculave eccleſiæ, cui, ex hujus ſtipendiis alendi, erant inſcripti, dicebantur Canonici; ſeculo autem* IX, *quo Sanctus noſter obiit, imò jam inde ab octavo, quo clerici, quoad fieri poterat, in congregationes & communem vitam compingi primùm cœpêre, non ampliùs ab illo Eccleſiæ canone ſeu matricula, cui eſſent inſcripti, ſed à canone ſeu Regula vitæ, è ſacris canonibus ſanctorumque Patrum ſcriptis contexta, quæ ipſis ſervanda præſcribebatur, nomen ſuum accipiebant, ut Thomaſſinus de veteri & nova Eccleſiæ Diſciplina tom.* 1, *lib.* 3, *cap.* 8 *&* 9 *è diverſis præ-*

cipuè conciliis, ſeculo octavo & nono celebratis, oſtendit.

AUCTORE C. B.

utpote quod ſeculo IX, *quo Sanctus floruit,*

49 *Omnes porrò, ut ibidem Thomaſſinus etiam docet, poſterioris hujus generis canonici, quorum alii vel intra vel juxta ædes epiſcopales ſub ipſomet epiſcopo aut alio præpoſito, alii, qui collegialium erant eccleſiarum, ſeu in civitate extra ædes epiſcopales ſeu etiam ruri ſub præpoſito, ac alii denique in monaſteriis (eorum enim omnium ædes, non ſecùs ac monachorum, monaſteria etiam vocabantur) cœnobiiſve ſub abbate agebant, communi clauſtro, refectorio & dormitorio cum ſuo ſeu epiſcopo ſeu præpoſito ſeu abbate utebantur; etſi autem ita in clauſtris vitam communem ducerent, eſſentque etiam ſubinde ex illis, qui poſſeſſionibus ſuis boniſque omnibus temporalibus nuntium remitterent, quiſque tamen patrimonium aliaque bona retinere poterat, nec ullæ erant canonicorum illorum congregationes, quæ voluntariæ paupertatis voto, ut hodierni Regulares S. Auguſtini canonici, eſſent obſtricti. Liquet id potiſſimùm tum generatim ex conciliis, utroque proximè memorato ſeculo celebratis, quæ alios canonicos, quàm quibus bona temporalia patrimoniumque retinere fas eſſet, nuſpiam memorent,* E *tum nominatim ex concilio Aquiſgranenſi, quod anno* 816 *ſub Ludovico Pio fuit celebratum, quodque in Regula, quam,* 145 *capitibus ceu totidem canonibus diſtinctam, canonicis deinceps ſervandam decrevit, can. ſeu cap.* 115 *univerſim de canonicis ita pronuntiat:* Quamquam enim canonicis, quia in ſacris canonibus illis prohibitum non legitur, liceat linum induere, carnibus veſci, dare & accipere, proprias res & Eccleſiæ cum humilitate & juſtitia habere, quod monachis, qui ſecundùm Regularem inſtitutionem arctiorem ducunt vitam, penitus inhibitum eſt, non tamen in cavendis vitiis & amplectendis virtutibus eorum à monachorum diſtare debet vita; *quibus ex verbis ſanè manifeſtum fit, uſque ad Aquiſgranenſe concilium, ſeu ad annum uſque* 816, *quo id dixi celebratum, canonicis à ſacris præcedentium conciliorum canonibus inhibitam non fuiſſe rerum temporalium poſſeſſionem, quæ cùm eis deinde, labente adhuc ſeculo* IX, *nullâ planè viâ facta fuiſſe illicita inveniatur, conſequens eſt, ut ſeculo* VIII *&* IX *voluntariam paupertatem, cui moderni Regulares S. Auguſtini canonici ſeſe obſtringunt, profeſſi non fuerint.* F

nondum viguiſſe,

50 *Jam verò, cùm id ita ſit, quis credat, canonicorum Paderbornenſium congregationem, ſeculo octavo exeunte aut initio noni ex dictis inſtitutam, fuiſſe ſeculo* IX *ſpontaneæ paupertatis profeſſione conſtrictam, Sanctunique proinde, utpote qui illos inter tunc egerit, canonicum Regularem exſtitiſſe, quales modò ſunt, qui Canonici Regulares S. Auguſtini nuncupantur? Et verò, quod ad Sanctum noſtrum nominatim pertinet, non fuiſſe cum voluntariæ paupertati obſtrictum, ac proin nec ad modernorum S. Auguſtini canonicorum normam canonicum, liquidum etiam fit vel ex eo, quòd Budicenſe monaſterium, uti infrà docebo, in patrimonii ſui fundo exſtruxerit, atque è propriis ſuis facultatibus jam dudum canonicus largiſſimè dotârit. Vidit id Mauburnus ſuprà laudatus, hincque loco ibidem cit. ait, contra ſpontaneam* S. Meinulphi *paupertatem è monaſterii Budicenſis conſtructione, in proprio patrimonii ſui fundo abs eo facta, arguì idcircò non poſſe, quòd ad ſanctum illud opus abſque*

AUCTORE C. B.

que episcopi sui facultate manus non admoverit. Fateor, id Sanctus absque prævia episcopi sui facultate non fecit; verum anne hanc idcircò petiit, quòd, câ non obtentâ, de patrimonio, aliisque temporalibus bonis disponere, nefas illi esset? Id sanè Mauburnum, qui ita ratiocinatur, existimâsse necesse est; ast quî hæc ejus queat probari opinio, haud satis perspicio. Cum enim, invitis aut non annuentibus locorum episcopis, de novo exstruere monasteria, integrum non sit, quid nî è solo hoc capite factum esse queat, ut Sanctus Budicæ condendi monasterii facultatem à Paderbornensi episcopo, cui locus ille suberat, flagitârit? Adhæc anne ergò moderno Regulari S. Augustini canonico patrimonii aliorumque temporalium bonorum dominium ea lege, ut de hisce absque Superiorum suorum consensu non disponat, sibi retinere fas sit?

quidquid etiam contrà

51 *Id equidem non apparet, ac proin, etsi etiam darem, Sancto jam canonico hujusmodi dumtaxat vinculatum, ut aiunt, rerum suarum dominium fuisse, consequens idcircò non esset, ut is talis, quales hodierni sunt Regulares S. Augustini canonici, canonicus exstiterit. Nec est,* B *quod hîc modò opponas, Wilhelmum, Paderbornensem anno* 1400 *electum episcopum, & Gobelinum Personam, quorum ille in litteris, quibus apud Gobelinum Cosmodromii ætate* 6, *cap.* 90 *cœnobium Budicense in Joannem Wael, canonicorum Regularium monasterii Swollensis Priorem, anno* 1409 *transcribit, ita loquitur:* Meinolphus ejusdem monasterii (*Budicensis*) fundator suprà dictus religionis illius (*canonicorum Regularium*) creditur fuisse professor; *hic verò, cathedrales Paderbornensis ecclesiæ canonicos usque ad Bernardum IV, Paderbornensem è comitibus Lippiensibus episcopum seculo* XIII *creatum, Regulares fuisse, Cosmodromii ætate* 6, *cap.* 64 *innuit; cùm enim Wilhelmus seculo demum quinto decimo Paderbornensium fuerit electus episcopus,* S. Meinulphum, *jam inde à seculo* IX *vitâ functum, canonicum Regularem fuisse, nemo prudens persuasum sibi habebit ex eo, quòd Wilhelmi Paderbornensis episcopi ætate ita fuerit creditum; quod autem ad Gobelinum Personam jam pertinet, cùm hujus ætate seu seculo* XIV *senescente &* XV *ineunte plurimæ canonicorum, qui canonici Regulares dicerentur, congregationes existerent, forsitan is scriptor* C *antiquiorum, qui usque ad seculum* XIII *floruerunt, Paderbornensium canonicorum congregationem, non secùs atque illas, temporis sui more seu instituto ad anteriorum temporum morem seu institutum perversè translato, è canonicis Regularibus constitisse, existimârit, ut non sit, cur illum, nimis præterea à re, quam memorat, remotum, multùm hîc moremur.*

hîc opponas, noscatur,

52 *Quòd si id displiceat, cùm seculo* XV *ad finem vergente, quo simul & initio sequentis Gobelinus floruit, Paderbornenses canonici, privatam tum vitam agentes, domosque separatas incolentes, canonicorum secularium nomine venirent, fortassis hic auctor de antiquioribus, seculum* XIV *prægressis, Paderbornensibus canonicis, quòd ita hos inter & illos aptè distingui cerneret, veluti de canonicis Regularibus fuerit locutus, ratione habita, non quidem Regulæ, quam hodierni profitentur Regulares canonici, sed Regulæ Aquisgranensis, anno* 816 *è sacris canonibus sanctorumque Patrum scriptis contextæ, è cujus præscripto vitam communem, patrimonio tamen aliisque temporalibus rebus non abdicatis, antiqui illi Paderbornenses canonici in claustro exegerant.* D *Sanè quò minùs ultimam hanc interpretationem patiatur Gobelinus, ipsa loco proximè cit. suppeditata ab eo verba non obstant, quod ut quisque possit perspicere, illa huc transcribo. Sic habent:* Sub isto Bernardo (*hujus nominis IV Paderbornensium episcopo*) in ecclesia Paderbornensi adhuc observantia Regularis inter canonicos ejusdem ecclesiæ viguit, & sub eo immutatio facta videtur de Regulari observantia ad statum canonicorum secularium. *Ita Gobelinus, qui, cùm ea sensu proximè dato in litteras fortè dumtaxat miserit, opinioni sanè, quâ seculo* IX *Paderbornenses canonicos ac proin Sanctum nostrum, utpote ex his tunc unum, canonicos Regulares non fuisse, arbitramur, minimè adversatur.*

vitæ institutum, sed ad Regulam Aquisgranensem

53 *Nec, si adversaretur, aliter sentire nos cogeret, utpote sequioris dumtaxat ævi scriptor, cujus auctoritas rationibus, in rem nostram suprà adductis, præponderare neutiquam possit. Ceterùm ex omnibus hîc jam dictis pronum est colligere, seculo* IX *Paderbornenses canonicos, ac proin* Meinulphum, *non fuisse etiam ex illo clericorum genere, qui canonicorum secularium nomen modò sunt sortiti; hi enim, privatæ vitæ addicti, diversas ferè singuli ædes incolunt, nec ad ullam certam fixamque Regulam vitam exigunt; Paderbornenses vero seculi* IX *canonici, hosque inter* S. Meinulphus *è sacrorum canonum præscripto vitam communem, utut bonorum temporalium abdicationi non obstricti, in uno eodemque claustro seu monasterio duxerunt. At verò, inquies, si hæc ita habeant, consectarium est, ut nec canonici Regulares, nec seculares exstiterint. Fateor, sic habet; imò verò ne canonici quidem Regulares, aut seculares fuêre nuncupati, quod jam nunc, uti etiam quales canonici exstiterint, ostendo. Cùm Regula, quam canonicis deinceps servandam concilium Aquisgranense, sub Ludovico Pio celebratum, præscripsit, anno* 816, *quo circiter vitæ canonicæ Sanctus se dedit, initium acceperit, eam canonici Paderbornenses, ac proin* S. Meinulphus, *toto illo seculi* IX *spatio, quo hic illos inter egit, verosimillimè, ne dicam indubiè, observârint, sicque canonici, secundùm Regulam Aquisgranensem in communi viventes, exstiterint.*

canonicum egit.

54 *Ad hanc porrò, qui seculo* IX *vitam exegêre clerici, nec Regulares, nec Seculares canonici, sed simpliciter absque addito (adi Hierarchiæ Augustanæ partis* 3 *prodromo, Observatione* 1 *Corbinianum Khamm) dicti fuerunt Canonici, & sanè non immeritò, utpotè à canonicis, Regularibus quidem bonorum temporalium proprietate seu possessione, à secularibus verò vitæ communis in claustris seu monasteriis societate plurimùm diversi. Atque ita modò, quale fuerit vitæ institutum, à Sancto susceptum, definii; ut porrò etiam, quæ qualiave fuerint illa claustra seu monasteria, à canonicis in communi viventibus olim inhabitata, studiosus lector è Paderbornensi antiquo hujusmodi monasterio utcúmque saltem cognoscat, huc verba, quæ de hoc Schatenus in Annal. Paderborn., anno, ut jam monui,* 1693 *excusis, pag.* 34 *suppeditat, transcribo. Sic habent:* Extat hodiedum (*Paderbornæ*) magnificum in quadro ædificium choro basilicæ circumpositum, seu illud ab Hathumaro & Baduradó, seu ad primam collegii formam splendidius ab incendio à Rhotario & Meinwerco (*Rhotario hic anno* 1009 *in sedem Paderbornensem* E *suc-*

A *ſucceſſit*) exſtructum ſit. Circùm in inferiore parte periſtylia, in medio cœmeteriuin clericorum, ſuprà dormientium & literis ſtudiiſque vacantium cubicula, ſingula ſuis habitaculis diſcreta. Ac neſcio, an ullibi clericorum in communi olim viventium illuſtriora magis certioraque veſtigia. *Hæc Schatenus, quæ aliis, de vitæ inſtituto, quod Sanctus fuerit ſectatus, diſputatis, corollarii quodammodò vice addidiſſe jam contentus § huic finem impono.*

§ IV. Monaſterium condere Sanctus ſtatuit; an ad id voto etiam ſeſe obſtrinxerit, & an eccleſiæ Paderbornenſis archidiaconus umquam fuerit.

Sanctus ſtatuit monaſterium exſtruere;

B *Virtutem, quam Sanctus, ſeculo nondum deſerto, in teneris etiam annis minimè neglexerat, cathedrali Paderbornenſium canonicorum collegio jam adſcriptus ſtudioſiſſimè excoluit, cúmque in illa ſub Badurado, ſecundo Paderbornenſis eccleſiæ epiſcopo, à quo fuerat ex dictis in hoc cooptatus, progreſſum non exiguum jam feciſſet, Deo inſpirante, accidit, ut idem Baduradus, cui* Meinulphus *& in amoribus erat & comes adhærebat aſſiduus, ceteras inter quæſtiones, quas in commune ſubinde proponere ſolebat, fortè exquireret, quid ſibi Chriſtus vellet hiſce apud Matthæum cap.* 8 *verbis:* Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet; *cùm autem, cordis noſtri habitaculum impenſiſſimè ſemper à Servatore noſtro expeti, nec tamen, aditu ad illud per peccata noſtra præcluſo, impetrari, hacque de re Chriſtum apud Matthæum queri, quidam ex adſtantibus reſpondiſſet, Sanctus, hiſce auditis, ultrà quàm dici queat, commotus, ad januam cordis noſtri Chriſtum fruſtra pulſare, graviter ingemuit, atque ut in ſe ſaltem divina illa querela non caderet, non ſolùm Chriſto in corde ſuo, excluſo leviſſimo etiam quocúmque peccato, dare locum, verùm etiam monaſterium, in quo Dominus, veluti in ſede ſibi ſacratiori, inter perſonas, ſervitio ſuo vitæque puritati ſingulariter addictas, perpetuò habitaret, exſtruere conſtituit. Ita ferè quantùm ad ſubſtantiam num.* xi *& ſeq. innuit Sigewardus, antiquior Sancti biographus, addens deinde, qui poſt, quod piè conſtituerat, exſecutioni etiam* S. Meinulphus *mandârit; verùm anne hic, antequam id faceret, voto etiam ad ſacrum illud opus ſeſe non obſtrinxit?*

voto etiam ad id ſe obſtrinxiſſe narratur;

C 56 *Sacra S. Liborii Cenomanenſis in Galliis epiſcopi lipſana, quæ magnâ hodieque apud Paderbornenſes in veneratione ſunt, ab Aldrico Cenomanenſium antiſtite Baduradus, eccleſiæ Paderbornenſis præſul, impetravit, illaque à legatis, quos hic Cenomanos miſerat, anno* 836 *maxima ſollennitate ac pompâ Paderbornam ſuêre tranſlata, uti apud omnes in confeſſo eſt. Tranſlationis hujus Hiſtoriam unà cum miraculis, in illa patratis, in litteras misêre, quos apud nos tom.* v *Julii in Commentario Actis S. Liborii prævio num.* 14 *&* 15 *Bollandus recenſet, Ido presbyter ſeu potiùs è Notitiis, partim viva voce, partim ſcripto ab hoc acceptis, ſcriptor Saxo anonymus, alterque, qui Cenomanus fuit, ſcriptor itidem anonymus. Hiſce porrò Gobelinus Coſmodromii, prout hoc apud utrumque Meibomium exſtat, ætate* 6, *cap.* 41 *Erconradum, eccleſiæ Cenomanenſis diaconum, etiam adjungit. Verba, quibus id ibidem facit, etſi ſuprà unà cum nonnullis aliis recitata jam ſint, iterum modò, quòd accuratiùs expendenda hic veniant, huc tranſcribo.* Anno igitur, *inquit,* Lodewici (*Pii imperatoris*) xxiv tranſlatus eſt ſanctus Liborius de civitate Cenomanica Galliæ, in qua quondam ipſe fuerat epiſcopus, ad Paderbornam Weſtphaliæ, Aldrico Cenomanenſem & Badurado Paderbornenſem regentibus eccleſias.... Et Erconradus diaconus eccleſiæ Cenomanenſis ſcribit eadem (*in S. Liborii tranſlatione patrata*) miracula, prout ea ſe vidiſſe teſtatur. Et ipſe ſcribit, quòd legati epiſcopi Baduradi, pro reliquiarum ſanctarum receptione miſſi Cenomanicam, principales fuerunt Folodagus, advocatus epiſcopi Baduradi, Meinulphus archidiaconus, Adelbertus presbyter, Aldricus diaconus & Drudwinus ſubdiaconus; & quòd Meinulphus in eccleſia ſancti Vincentii Cenomanenſi vovit monaſterium ſanctimonialium fundare in honorem beatæ Mariæ & ſancti Liborii in loco, qui dicitur Bodicon. *Ita Gobelinus: cùm autem* E *Erconradus, quem hîc memorat, tranſlationi S. Liborii ipſemet adfuerit, reſque adeò in ea geſtas optimè potuerit habere perſpectas, dubitandum ſanè non videtur, quin* S. Meinulphus *ad condendum monaſterium voto etiam, idque Cenomanis, quò à Badurado pro impetrandis S. Liborii reliquiis miſſus fuerit, ſeſe obſtrinxerit, ſi modò re etiam vera, quod verba proximè recitata continent, litteris mandavit Erconradus, eccleſiæ Cenomanenſis diaconus.*

ſed narratio hæc, quæ fortè Erconradi non eſt,

57 *Verùm an exſtet, quam Erconradus Cenomanenſis diaconus tranſlationis S. Liborii hiſtoriam, unà cum miraculis à ſe viſis, conſcripſiſſe traditur, nobis exploratum non eſt, poteſtque etiam, an hanc verè exarârit Erconradus, non immeritò revocari in dubium. Etſi enim illum, veluti qui id fecerit, Gobelinus apud utrumque Meibomium luculentiſſimè laudet proximè recitatis Coſmodromii verbis, non eſſe tamen hæc Gobelino attribuenda, veroſimillimum efficiunt rationes, num.* 15 *& binis ſeqq. ſuprà productæ, quas præterea, contrà ac non nemo fortè contendet, non infirmari etiam apparet ex eo, quòd, qui Coſmodromio Gobeliniano plurimùm uſi noſcuntur, Krantzius & num.* 16 *laudatæ, quæ apud nos Ms. exſtat, Chronicæ Paderbornenſis auctor, ille Metropolis lib.* 1, *cap.* 28, *hic Operis ſui cap.* 9, *eadem prorſus, quæ apud utrumque Meibomium Coſmodromii loco proximè cit. Gobelinus, de* S. Meinulphi *ad Cenomanenſem urbem legatione votoque ibidem emiſſo memoriæ prodant. Ut quid enim, ut bini illi ſcriptores id fecerint, factum eſſe nequierit dumtaxat ex eo, quòd, quæ adhibuerunt, Coſmodromii Gobeliniani exemplaria, non ſecùs atque alia, quæ utrique Meibomio præluxêre, aucta omnia fuerint ex facta aliunde eo modo, quem num.* 15 *vide expoſitum, ad genuinum Gobelini textum additione? Jam verò, cùm id ita ſit, rationes ſanè, ob quas Coſmodromii Gobeliniani verba, proximè hæc tranſcripta, Gobelino abjudicanda opinor, ex Krantzio & Paderbornenſis Chronicæ auctore neutiquam infirmantur, manetque adeò, hæc Gobelini veroſimillimè non eſſe.*

F

AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B. *cum genuina Sancti Vita, à Sigewardo scripta,*

58 *At verò, sciscitabere, quemnam tandem ergò habent auctorem? Nullo planè modo notus mihi is est, hincque fit, ut, translationis S. Liborii historiam, uti per verba illa indicat, fuisse ab Erconrado conscriptam, sola sua auctoriate indubitatum haud faciat, maximè cùm lucubrationis hujusmodi, quæ ab Erconrado fuerit adornata, nulli omninò scriptores, qui ante contextum à Gobelino Cosmodromium floruerint, mentionem facere inveniantur, ipseque, quæ ea de re memorat, è notitiis dumtaxat infidis & mendosis forsan hauserit. Hinc porrò jam consequitur, ut dubium etiam sit, an Erconradus, quod tamen, si iisdem illis verbis fides, indubiè fecerit,* S. Meinulphi *ad civitatem Cenomanensem legationem votique de condendo monasterio nuncupationem umquam narrârit. Utut sit, narratio hæc, unde, an Erconradum habeat auctorem, magis adhuc dubites, falsitatis apparet ex eo suspecta, quòd voti, à Sancto Cenomanis emissi, nulla planè, contrà ac in eo fit, mentio occurrat in genuina antiquiorique* Meinulphi *Vita, à Sigewardo conscripta, qui tamen illud Sancti factum, si fuisset, non ignoraturus, scitumque, cùm modum occasionemque, quâ monasterium* Meinulphus *construxerit, exponat, non prætermiturus fuisse videtur. At verò, dum hæc in litteras mitto, nobis hîc adversantem invenio Nicolaum Schatenum.*

B

qualis, quæ Schateno præluxit,

59 *Etenim in Annalibus suis Paderbornensibus ad annum* 837 *scribit hunc in modum:* Hoc præterea anno, cùm felicissimè res Christiana procederet in Saxonia episcoporum contento studio & fervore, D. Menulphus Bodecense, opere & subsidio Corbeiensium nostrorum monachorum, monasterium condere agressus est, voto cum primis urgente, quod superiori anno in translatione D. Liborii Cenomanis in æde D. Vincentii conceperat. Joannes Probus (*idem haud dubiè, de quo jam hîc num.* 19) canonicus Bodecensis auctorque Vitæ (S. Meinulphi *scilicet, cujus tamen pauca dumtaxat gesta perstrinxit*) primordia hujus monasterii ad annum Christi DCCCXVII (*sui nimirum Operis, num.* 19 *hîc memorati, part.* 1, *cap.* 1) revocat; id licèt verisimile, quòd priori anno in concilio Aquisgrani Menulphus facultatem construendi monasterii ab imperatore, ut diximus, impetrâsse memoretur; quia tamen Sigewardus, qui Vitam D. Menulphi post alios, ut fatetur, conscripsit, & Albino doctori suo dedicavit, id non nisi post reditum ex Gallia factum perhibet, libuit hæc ad hunc annum referre. Certus nobis præ aliis hic auctor est, cujus archetypum Vitæ S. Menolphi ex bibliotheca Abdinghoviana accepimus. Nam quæ Gobelino tribuitur scriptori, aut quæ Browerus habet, ex hoc auctore contracta sunt. Illo igitur usi, hæc integra fide damus. Quis verò ille Albinus sit, cui hanc scriptionem dedicat, adhuc dum nobis incompertum est. *Hactenus hæc Schatenus, ante inceptum monasterii Budicensis exstructionem fuisse à Sancto nostro & iter in Galliam pro impetrandis S. Liborii reliquiis susceptum & votum condendi monasterii Cenomanis nuncupatum, non obscurè indicans, atque in rei hujus probationem Sigewardum, antiquiorem* S. Meinulphi *biographum, cujus lucubrationis archetypum (non ipsum propria auctoris manu scriptum autographum, sed hujus, ut reor, antiquum admodùm exemplar dumtaxat intelligit) è bibliotheca Abdinghoviana acceperit, allegans.*

C

60 *Verùm quid si hîc errorem, quo, quod alibi invenerat, in Sigewardina Sancti Vita se legisse existimârit, Schateno obrepsisse, dicamus? Ita sanè suspicari fas videtur ex eo, quòd, cùm Overhamus, quam edidit, Sigewardinam Sancti Vitam ex antiquo admodùm bibliothecæ Abdinghovianæ exemplari pariter acceperit, hoc forsan ab exemplari, seu archetypo, quo se usum esse, ait Schatenus, non fuerit diversum, nec tamen, ut jam docui, itineris à Sancto in Galliam suscepti votique ibidem nuncupati mentionem faciat. Quod si id displiceat, plusque aliquid, ne Schateno stes, quàm suspicionem requiras, Sigewardinæ lucubrationis exemplar, à Schateno adhibitum, si, quale illud hic scriptor facit, re etiam vera fuit, pro interpolato, seu, si mavis, pro aucto ex additione, quæ ei à manu neutiquam primaria accesserit, verosimiliùs esse habendum, nunc ostendo. Legationis à Sancto obitæ votique emissi mentio non tantùm abest à Vita, per Overhamum edita hîcque recudenda, verùm etiam ab Hardeshusano, quod penes nos Ms. exstare, suprà monui, ejusdem exemplari. Adhæc abest etiam à Vita, quæ Gobelinum habet auctorem, uti etiam ab ea, quam suis Germaniæ Sideribus intexuit Browerus; cùm autem è duabus hisce Vitis primam Gobelinus, secundam Browerus, methodo licèt non unâ, ad eamdem tamen Sigewardinam Sancti Vitam exegerint, omniaque prorsus facta, quæ in hujus, quibus usi sunt, exemplaribus reperêre, accuratè expresserint, abfuerit & ab his legationis à* Meinulpho *obitæ votique nuncupati mentio, ut adeò quatuor ut minimùm, hâc carentia, Sigewardinæ lucubrationis exemplaria modò habeamus. Jam verò, cùm is, qui omnia hæc, quòd legationis à Sancto obitæ votique nuncupati non meminerint, truncata ac mutila pronuntiaret, longiùs à veri specie abiturus videatur, quàm qui unum, quod Schateno præluxit, ejusdem Sigewardinæ lucubrationis exemplar pro interpolato additioneve de Sancti legatione votique nuncupatione aucto haberet, hoc sanè nævo, quod Schatenus adhibuit, exemplar fuisse infectum, verosimilius apparet.*

fortè non fuit,

D

61 *Quod cùm ita sit, manet profectò, aut certè, quidquid scribat Schatenus, vero admodùm simile apparet, quod suprà asserui, legationis à Sancto in Galliam susceptæ, votique ibidem nuncupati in genuina seu pura additionibusque non maculata, quam Sigewardus scripsit, Sancti nostri Vitâ mentionem nuspiam haberi, falsitatisque adeò ex eo, quòd & iter illud & votum commemoret, suspectam reddi narrationem, verbis num.* 56 *huc transcriptis conceptam. Hæc porrò, quo fit, ut fides ejus magis adhuc vacillet, cum translationis S. Liborii Historia, aut, si mavis, cum hujus auctore Saxone anonymo æquali non satis etiam congruit. Etenim hic, qui ab accuratione, nec immeritò, plurimùm laudatur, cap.* 3, *num.* 10 (*adi Operis nostri tom.* V *Julii pag.* 418) *de Badurado Paderbornensi episcopo ita prodit memoriæ:* Ad hunc ergò (*Aldricum Cenomanensem episcopum*) cum consensu & præcepto cæsaris Ludovici (*cognomento* Pii *videlicet*) nuntios destinandos (*pro impetrandis sacris reliquiis*) elegit, ex clero quidem suo probabiles personas & in sacris ordinibus religiosam vitam ducentes; nec non & quosdam laicos nobiles, quorum fidem & industriam ad tale opus idoneam noverat. Clericorum verò, quibus id negotii commmendatum est, præcipuus erat quidam presbyter, Ido cognomine, qui omnem suæ profectionis historiam, & signa, quæ

non satis congruit, uti nec cum translationis

E

F

A quæ in eâ divinitus oſtenſa perſpexerat, partim viva voce intimata, partim litteris breviter annotata, ad noſtram fecit notitiam pervenire.

S. Liborii Hiſtoria, dubiaque idcircò eſſe concluditur,

62 *Hæc ille, Idonem presbyterum è clericis omnibus, quos à Baduradò pro ſacris Sanctorum lipſanis ab Aldrico Cenomanenſi epiſcopo impetrandis Cenomanos miſſos refert, apertiſſimè faciens præcipuum; verùm etſi (videſis Commentarii hujus num. 14) narratio, de cujus hîc fide diſputamus, quemdam eccleſiæ Paderbornenſis clericum, nomine Idonem, miracula, quæ in tranſlatione S. Liborii vidiſſet, litteris conſignâſſe tradat, ſicque eumdem, quem verbis recitatis tranſlationis S. Liborii auctor, Idonem presbyterum memorare videatur, hunc tamen, quem nihilominus tranſlationi S. Liborii adfuiſſe, non obſcurè etiam innuit, clericis iis & laicis, quos è legatis, à Badurado Cenomanos miſſis, præcipuos fuiſſe prodit, minimè accenſet, ut ſanè hîc Hiſtoriæ tranſlationis S. Liborii auctori, qui è clericis, pro reliquiarum impetratione Cenomanos à Badurado miſſis, Idonem presbyterum, ut jam docui, luculentiſſimè facit præcipuum, non ſatis congruere, ne dicam, prorſus adverſari, videatur. Jam verò, cùm hoc ita habeat, ſitque præterea è multis*
B *etiam antè dictis falſitatis admodùm ſuſpecta, ſunt profectò quæcúmque ſive de Erconrado, Cenomanenſi diacono, qui Hiſtoriam tranſlationis S. Liborii ſcripſerit, ſive de* S. Meinulpho, *qui legatus à Badurado Cenomanos miſſus fuerit, votumque ibidem nuncupârit, memoriæ prodit, pro dubiæ incertæque fidei relatis habenda.*

qualis etiam apparet

63 *Uti porrò an Sanctus legationem pro Baduradò epiſcopo ſuo ad civitatem Cenomanenſem obierit, votumque condendi monaſterii ibidem nuncupârit, ob rationes ſuprà adductas eſt dubium, ita ob eaſdem ferè, an fuerit eccleſiæ ſeu epiſcopi Paderbornenſis archidiaconus, ambigendum apparet; etſi enim eadem, de qua jam plura diſputata ſunt, narratio (adi iterum verba num.* 14 *huc tranſcripta)* S. Meinulphum *nominet archidiaconum, quemadmodùm tamen voti apud Cenomanos in legatione abs eo emiſſi mentionem non faciunt, ſic nec obiti archidiaconatûs meminêre, qui ante contextum à Gobelino Coſmodromium floruêre, ſcriptores antiqui, ipſeque vetuſtior etiam noſter biographus Sigewardus, qui tamen, ſi Sanctus verè unquam fuiſſet archidiaconus, rem hanc ſilentio præteriturus fuiſſe non videtur. Etenim in*
C *ſecundo lucubrationis ſuæ Prologo ſeu Proœmio ſic ſcribit:* Annuente gratia S. Spiritus, Vitam ſancti Mainulfi levitæ in ſpem exemplarque levitis ſcripturi ſumus, immò etiam ipſis ſacerdotibus, qui plurimùm exultabunt in reddenda ſacerdotii ratione, ſi in hujus Diaconi vixerint æmulatione. *Hæc Sigewardus; quibus ſanè, non ſacerdotem, ſed diaconum tantùm fuiſſe* S. Meinulphum, *non obſcurè indicat, nullam planè interim obiti præterea ab eo archidiaconatûs nec hîc, nec alibi mentionem faciens; quamvis autem adhuc, uti apud Thomaſſinum tom.* 1 *de Veteri & Nova Eccleſiæ Diſciplina lib.* 2, *cap.* 19 *& ſeq. eſt videre, ſeculo* VIII *&* IX *ſeu* S. Meinulphi *ætate, non ſacerdotes, ſed diaconi dumtaxat ad archidiaconatûs dignitatem poſſent evehi, Sanctumque adeò hâc non fuiſſe inſignitum, argui non queat ex eo, quòd ad ſacerdotii gradum numquam aſcenderit, attamen, cùm etiam tunc archidiaconi, ut ibidem pariter Thomaſſinus docet, eſſent quodammodò epiſcoporum vicarii, miniſteriique, quod his incumbit, coadjutores, ac ſumma præterea in parochos, decanos ipſoſque archipresbyteros pollerent auctoritate, ampli adeò à Sancto geſti muneris, ſi unquam abs eo geſtum fuiſſet, mentionem ne quidem tacitam,* Meinulpho, *ut diaconis & presbyteris, ita etiam archidiaconis in exemplar propoſito, facturum loco proximè cit. non fuiſſe Sigewardum, neſcio, an ſat veroſimile queat videri.*

AUCTORE C. B.

Sancti archidiaconatus.

64 *Quoquo modo ſe res habeat, Sancti archidiaconatum, altùm de eo ſilentibus Sigewardo omnibuſque, qui ante Gobelinum floruêre, ſcriptoribus antiquis, pro certo habere non auſim, maximè cùm omnes prorſus Faſti ſacri ſuprà recenſiti, quibus* S. Meinulphus *inſcribitur, diaconi dumtaxat titulo eum condecorent. Gobelinus quidem, Faſtis illis propè omnibus antiquior, Sanctum noſtrum Coſmodromii Ætate* 6, *cap.* 40 *diſertè vocat archidiaconum; verùm hic ſcriptor quinque ampliùs ſeculis poſt* Meinulphum *floruit, ſæpiúſque in rebus, à quibus tanto temporis ſpatio abfuit, aberrâſſe deprehenditur. Nec eſt, cur hîc in ſubſidium etiam voces antiqua, ſive Paderbornenſia, ſive Budicenſia, Breviaria; omnia enim Gobelino poſteriora ſunt, ſolaque, ut apparet, ſcriptoris hujus fide Sanctum noſtrum faciunt eccleſiæ Paderbornenſis archidiaconum; quod ferè etiam dicendum de ſcriptoribus recentioribus, ſi qui fortè ex iis cum Schateno noſtro Sanctum vocent archidiaconum. Ab hoc interim titulo Overhamus in ſuis ad* Meinulphi *Vitam Obſervationibus, Mabillonius loco ſuprà cit. aliique, qui recentiori memoria de Sancto tractârunt, non pauci cautè abſtinent, ita veroſimillimè faciendum rati, quòd ejus archidiaconatum pro indubitato non haberent. Atque his, ut quæſtioni huic finem jam imponam, addi etiam non immeritò poſſe videtur celſiſſimus S. R. I. princeps Ferdinandus de Furſtenberg, Monaſterienſis & Paderbornenſis epiſcopus anno* 1683 *vitâ functus. Hic enim litterarum amantiſſimus antiſtes ſuprà adhuc laudatus Sanctum noſtrum in adjecta nummis imperialibus, quos primus cum ejus effigie, teſte in Obſervationibus mox iterum citt. pag.* 417 *Overhamo, cudi curavit, epigraphe dumtaxat inſcribit* diaconum, *fuiſſetque* archidiaconi *titulo veroſimillimè hîc non parſurus, ſi ad dignitatem hanc certò illum fuiſſe evectum, credidiſſet.*

§ V. Condit monaſterium Budicenſe, quî & quando id fecerit, & cujus inſtituti virgines in eo collocârit.

F

Dubius Sanctus circa locum, quo conderet monaſterium,

COndendi *monaſterii propoſito intenſove deſiderio, quod* S. Meinulphus *animo conceperat, votum veroſimillimè, quod Cenomanis nuncupârit, non acceſſiſſe, § præcedenti edocui, proximum eſt, ut, quî & quando ſuum illud propoſitum ſeu conſilium exſecutioni mandârit, nunc exponam. Etſi indubiè, quod condere ſtatuerat, monaſterium à fundamentis videre quamprimùm erectum, impenſiſſimè Sanctus deſiderârit, operi tamen manum illicò non admovit, quòd, quo illud loco collocaret, dubius atque incertus aliquamdiu hæſerit. Ita docet num.* 12 *Sigewardus, antiquior noſter biographus, cui etiam Gobelinus in Sancti Vita num.* 12, *at non item in Annal. Paderborn. Scha-*

AUCTORE C. B.

Schatenus consonat. Etenim posterior hic scriptor, è cujus opinione, conceptum diu antè condendi monasterii consilium in Budica sese exsecuturum, Cenomanis S. Meinulphus *vovit, hæsitationem illam seu animi perplexitatem voti hujus nuncupationi ex interpolata, de qua videsis præced. §, Sigewardina Sancti nostri Vita subjungit; quæ altera est, eum inter & Sigewardum, quo tamen hîc standum apparet, discrepantia intercedens. Verùm qualiscúmque hæc sit, in asserenda equidem circa locum, quo exstruendum esset monasterium, Sancti hæsitatione seu animi perplexitate ambo consentiunt, uti & in tradendo modo, quo hæc illum divina benignitas expedierit.*

didicisse hunc miraculo narratur;

66 *Et hunc quidem in Annal. Paderborn. pag.* 112 *& seq. Schatenus hisce verbis exponit:* Pastor, quem (*sanctus* Meinulphus) habebat pecorum in patrimonii agris, dum sub nocte gregi invigilat, videt locum, in quo monasterium (*Budicense videlicet*) est, miræ lucis splendore illustratum; & dum curiosiùs explorandæ rei causâ accedit, conspicit cervarum gregem modò chori instar sacri stare, modò circuire locum. Quo insolito spectaculo perculsus ad Meinulphum properat, & quæ viderat, enarrat. Ille, his auditis, statim, ut erat, in cogitationem

B

venit, divinitus sibi monstrari locum, in quo monasterium collocet; lætusque Baduradum episcopum accedit, cui dum hæc exponit, " Non ,,nobis, ,, inquit ille, " vana hæc sunt, quando & ,,per pastores Deus augustiora etiam denuncia-,,vit in nascente Filio.,, Verùm cùm in hujusmodi sæpe compertus sit dæmon angelum lucis induere ad ludificandos homines, consultum habuit certius explorare indicium. Quam in rem Meinulphus deductus à pastore ad locum, quum noctem istic humi stratus precando transigit, locum rursus & splendore lucis & cervarum grege, & quo pastor antè ritu circumfusum, videt. Hic jam multò lætior Meinulphus ad Pontificem redit, & quæ ipse viderat, ex integro denarrat. Nec tamen his confisus episcopus, jubet terno rei veritatem signo explorari. Obsequutus ad hæc Meinulphus noctem iterum ex propinquo inter preces agit; iterumque eadem, quæ antè, species cervarum cum fulgore lucis objecta. Quæ ubi ad pontificem retulit, "Nihil, ,, ille inquit, " Menulphe, ambigas, locus tibi cælestibus ,,signis satis monstratus est, quare opus aggre-,,dere.,,

C

de hujus tamen aliorumque duorum miraculorum

67 *Ita ille, ea omnia, quæ Sigewardus, Gobelinum sibi etiam hîc consentientem habens, prolixiori oratione num.* 13 *& tribus seqq. enarrat, compendio complectens. Verùm cùm Sigewardus duobus saltem seculis circitèr à monasterii Budicensis fundatione, per Sanctum nostrum facta, abfuerit, huicque etiam auctor antiquior, è quo sua hausit, æqualis haud exstiterit, nescio, an miraculum, quo* Meinulphus *locum ædificando monasterio divinitus didicisse, verbis recitatis narratur, sola, quâ nititur, Sigewardi antiquiorisque, qui huic præluxit, scriptoris auctoritate fidem inventurum sit apud omnes omninò eruditos, quorum nonnulli, utut etiam pii ac religiosi, ferè pro commentis, unicè ad illustriores reddendas monasteriorum origines inventis, habere solent miracula, quæ horum fundationes exstructionesve comitata feruntur, nec tamen in scriptoribus synchronis fideive indubiæ monumentis fundata inveniuntur. Eamdem etiam ob causam dubito, an pro veris admissuri sint iidem eruditi duo alia miracula, à Sigewardo num.* 18, 19 *&* 20 *relata, quorum altero Sanctus, cùm jam, quam petierat, ædificandi in loco sibi prodigiosè ostenso monasterii facultatem ab imperatore impetrâsset, sacras Sanctorum reliquias, in monasterii exstruendi templo collocandas, divinitus acceperit, altero cervum, qui inter cornua Dominicæ Crucis signum, miro splendore effulgens, ferret, eo ipso spectârit loco, quo postea Budicensis monasterii ara princeps fuit erecta. Quod ad me pertinet, etsi quidem omnia jam memorata miracula, quæ monasterii Budicensis initia admodùm illustria reddiderint, traducere ut certò falsa, animus non sit, ea tamen, utut locis jam citt. ab ipso antiquiori* S. Meinulphi *biographo Sigewardo relata, habere etiam pro indubiè veris non ausim.*

D

veritate non undequáque constat.

68 *Idcircò præsertim ita animo comparatus sum, quòd, cùm scriptor vetus, quem secutus est Sigewardus, à Sancti nostri ætate (vide, quæ num.* 10 *dicta jam sunt) uno ut minimùm circitèr seculo abfuerit, debitoque in scribendo delectu usus non noscatur, ambigendum rear, an illa credulus nimiùm non acceperit è sola apud populum vigente traditione aut fama, neutiquam sanè apta ad fidem faciendam miraculis, quæ, quòd variùs accidant, accidisseque nihilominus, quæ ab impostoribus erant conficta, facilius multò, quam* E *par esset, imperitum planè mirabiliumque amore præposterè abreptum vulgus olim crediderit, suspecta ferè sunt aut certè pro non indubiis habenda, nisi cùm fidei undequáque probatæ ac notæ, qualis profectò non est popularis traditio, documentis scriptoribusve nituntur. Nec est, cur, dum hæc dico, pro relatis à Sigewardo, de quibus hîc, miraculis in medium adducas veteres monasterii Budicensis litteras infrà huc transcribendas, atque, ut apparet, in Wilhelmi Paderbornensis episcopi privilegio num.* 104 *& seqq. hîc recitando etiam citatas, in quibus* S. Meinulphus divinæ revelationis instinctu cælestique visione instructus *monasterium Budicense condidisse asseritur; cùm enim hæ litteræ in fine etiam habeant, ordinationem, à* S. Meinulpho *vivente in monasterium Budicense invectam,* per plures annos, *eò jam vitâ functo, adhuc stetisse, liquet, illas diu à Sancti obitu fuisse conscriptas, dubitarique idcircò posse videtur, an ipsâ etiam vel Sigewardi vel saltem scriptoris antiqui, qui Sigewardo præluxit, ætate posteriores non sint; unde consequitur, ut fidei indubitatæ miraculis illis, utpote absque vade synchrono ac æquali ægerrimè credendis, conciliandæ parùm conducant.*

F

Monasterium Budicense, non tamen ut Mabillonius statuit,

69 *Verùm quidcúmque tandem de his sit, Sanctum equidem condendi monasterii propositum, quod animo conceperat, exsecutioni in Budica mandâsse, certum est atque extra omnem controversiam positum; ita enim tum ambo nostri biographi Sigewardus & Gobelinus, tum omnia, quæ Budicensis monasterii fundationem tangunt, monumenta antiqua testantur, nec unum, qui rem vel neget, vel vocet in dubium, è scriptoribus sive vetustis sive recentioribus invenio. Verùm multùm abest, ut ita inter hos quantùm ad tempus, quo id Sanctus fecerit, conveniat. Mabillonius Annalium Benedictinorum lib.* 35, *num.* 80, *annum* 860 *assignat, eique assentitur Sigismundus Calles, Societatis nostræ sacerdos, Annalium Ecclesiasticorum Germaniæ tom.* 3, *quem anno* 1757 *Viennæ Austriæ typis edidit, pag.* 428 *sic scribens:* De Bodecensi sive Bodickheimensi virginum cœnobio in Paderbornensi diœcesi Mabillonio assentiendum, qui ejus origines ad hunc annum (860 *nimirum*) refert, nulla con-

A conditoris mentione facta. *Ita ille; verùm utquid Mabillonio hîc assentiendum pronunciat? An, quòd Budicense monasterium anno* 860 *exstrui fuisse cœptum, solidis argumentis probet hic auctor? Sed nullum adducit. An fortè, quòd annum* 860 *à Mabillonio rectè assignari, laudato Annalium Ecclesiasticorum Germaniæ auctori aliunde constiterit? Verùm id nec ipse edicit, nec facilè credidero: quæ enim Sigewardus, antiquior noster biographus, quo meliorem, ut jam monui, de Sancto tractantem scriptorem non habemus & quo propterea, dum nihil obstat, standum, de monasterii Budicensis constructione memoriæ prodit, necessariò videntur exigere, ut id certè ante annum* 860 *condi inceperit.*

anno 70 *Rem sic ostendo: Non diu post visionem, Schateni verbis num.*66 *hic memoratam, quâ ter repetitâ* S. Meinulphus *locum, condendo monasterio aptum, divinitus didicerit, datum fuisse monasterio Budicensi initium, antiquior Sancti Vita, per Sigewardum exarata, non obscurè indicat, uti quisque, qui hanc à num.* 17 *ad num. usque* 22 *evolverit, facilè deprehendet. Adhæc visionis illius* S. Meinulphum, *cùm primùm pastori suo seu*
B *subulco fuisset oblata*, participem feciſſe prædictum pontificem, *id est, Paderbornensem, utpote de quo solo pontifice antè mentionem fecerit, episcopum Baduradum, eadem Vita seu Sigewardus num.*15 *notat, ut, monasterium Budicense, Baduradum Paderbornensem moderante ecclesiam, exstrui fuisse verosimillimè cœptum, è Sigewardo manifestum appareat. Jam verò in Corbeiensibus monachi anonymi Annalibus, quos anno* 1698 *è Ms. publici juris fecit Christianus Franciscus Paullini, ad annum* 859 *Baduradus, seu, ut etiam ab aliis scribitur, Bathuratus Paderbornensis episcopus vitâ functus signatur his verbis:* Mortuus vicinus noster episcopus Bathuratus. Quiescat in pace. *Et hanc quidem Baduradi mortis epocham è laudatis Annalibus adeò certam putavit Georgius ab Eckhart, ut in suis de Rebus Franciæ Orientalis Commentariis lib.* 31, *num.* 53 *ita pronuntiârit:* Schatenius de anno mortis Baduradi, episcopi Paderbornensis, incertus est, conjicit tamen ex rebus gestis eam in annum Christi DCCCLIX referendam esse. A vero ipsum non aberrâsse, Annales Corbeienses evincunt, in quibus legitur: "DCCCLIX. mortuus vicinus noster „episcopus Bathuradus. Quiescat in pace. Suc„cessit Luithehardus Saxo.„ *Catalogi episcoporum Paderbornensium, seculo præterito ad finem*
C *inclinante typis vulgati, auctor, atque ipse Sigismundus Calles, licèt interim ex dictis monasterii Budicensis origines anno* 860 *hic innectat, Baduradi Paderbornensis episcopi obitum anno pariter* 859 *consignant, & sanè ob Annalium Corbeiensium auctoritatem non alio, quàm hoc anno Baduradus è vivis sublatus videtur, ut proinde Budicense monasterium, utpote cui, sedente hoc antistite, datum fuisse initium, è Sigewardo jam viderimus, ante annum* 860 *exstrui fuisse cœptum, necesse sit.*

860. 71 *Attamen cùm Annales Corbeienses non citiùs quàm seculo* XV *provecto, uti in prævio suo ad hos Monito laudatus Paullinus probat, fuerint contexti, hincque fortè futurum sit, ut omnibus æquè ac Eckhardo indubitatum non faciant, anno* 859 *è vivis abiisse Baduradum, alio adhuc argumento monasterii Budicensis origines ante annum* 860, *imò etiam ante annum* 841 *locandas ostendo. Etsi* S. Meinulphus *locum, quo monasterium conderet, divinitus jam fuisset edoctus, consultum tamen unà cum Badurado Paderbornensi episcopo habuit, sacrum ædificium non priùs inchoare, quàm cùm id faciendi facultatem à principe, cui Paderbornensis episcopatus atque adeò etiam vicus Budicensis tunc suberat, impetrâsset. Ita luculentissimè num.*17 *docet Sigewardus, subdens deinde quatuor proximè seqq. numeris etiam ea, quibus non obscurè prodit, non diu à petita impetrataque facultate illa manum operi à* S. Meinulpho *fuisse admotam. Verùm quis qualisque princeps fuit, à quo erigendi Budicæ monasterii facultatem Sanctus obtinuit? Ut id palam fiat, verba, quæ loco proximè cit. Sigewardus suppeditat, considerandа sunt; sic habent:* His ita peractis, B. Mainulfus, simulque episcopus, ad fidem visionis divinitus incitati, cedere tamen decreverunt regiæ auctoritati, humiliter adimplentes illud præceptum: "Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter „Deum.„ Sciebant enim, quia in vitium culpæ ducit fuga, si caret arte. Nam si monasterium hoc regis injussu construeretur, fortè aliquibus suspicio nasceretur, quòd hi non essent legitimi monasteriorum constructores, qui vicarii Dei, id est, regis, fierent contemptores. Quod ne fieret, B. Mainulfus cartam testamenti ab imperatore rogavit, quam rogatam, ipsius videlicet regis annulo insignitam, accepit, acceptamque secum revexit. *Ita antiquior Sancti biographus, principem, quem* S. Meinulphus *pro obtinenda monasterii condendi facultate adivit, regem simul & imperatorem appellans, ut princeps, cui Westphalia tunc paruit, imperatoria dignitate verosimillimè fuerit ornatus. Jam verò cùm Westphaliam Ludovico Pio imperatori ab anno* 814, *quo certè nondum conditum erat Budicense monasterium, usque ad annum* 840, *& ab hoc anno usque ad annum* 876, *quo jam dudum obierat* Meinulphus, *Ludovico Germaniæ regi, Ludovici Pii filio, qui imperator numquam fuit, paruisse constet, consectarium est, ut à Ludovico Pio imperatore construendi monasterii facultatem Sanctus impetrârit, ac proin, ut monasterium Budicense, utpote non diu post datam hanc* Meinulpho *facultatem exstrui ex dictis cœptum, sub Ludovico Pio, atque adeò ante annum* 841, *quo hic princeps jam obierat, initium acceperit.*

72 *Ad alias modò, quæ ab aliis scriptoribus fundationi monasterii Budicensis assignantur, epochas discutiendas progrediamur. Ferdinandus Paderbornensis episcopus, ut narrationem, huc transcriptis num.* 14, *iterumque num.*56 *verbis conceptam, in quantum eâ* S. Meinulphus *votum in translatione S. Liborii, anno* 836 *facta, fundandi in Budica monasterii nuncupâsse traditur, confutet, in Monumentis Paderbornensibus pag.* 220 *& seq. scribit hunc in modum:* Nulla... hujus voti apud Cenomanos nuncupati fit mentio in Vita S. Menolphi, quæ exstat, & quam ipse Gobelinus conscripsit. Imò huic narrationi adversari videtur, quòd S. Menolphus jam antè, quàm ad Cenomanos legatus (*non minùs incertam esse hanc Sancti legationem, quàm votum, quod hîc revocatur in dubium, è suprà num.*58 *& tribus seqq. dictis apparet*) iret, Ludovicum Pium imperatorem suasu Baduradi episcopi, An. DCCCXVI Aquisgrani in concilio Provinciali accesserit, facultatem ædificandi monasterium ab eo impetraturus, & quòd Ludovicus, grato animo petitionem ejus acceptans, litteras suo signatas sigillo super suo consensu gratiosè concesserit. *Ita laudatus Paderbornensis episcopus, pro se etiam citans Baronium, & meritò quidem: hic enim in Annalibus*

nec etiam, ut Baronius aliique ex facultate condendi monasterii, F

AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B.

suis Ecclesiasticis ad annum 816 *ita memoriæ prodit :* Hoc anno tertio Ludovici (*Pii nimirum imperatoris*) ab eo celebratum constat conventum provincialem Aquisgrani, in eoque sanctum Meinulphum accepisse licentiam ædificandi monasterium Virginibus canonicis Regularibus, habent vitæ ejus Acta à Gobelino conscripta. *Sanctum itaque, jam inde ab anno* 816 *facultatem exstruendi monasterii à Ludovico Pio imperatore Aquisgrani in concilio provinciali impetrâsse, tam Baronius, quàm Ferdinandus Paderbornensis episcopus existimavit. His autem etiam consonat severinus Binius in suis ad hoc concilium Notis & Overhamus in Observationibus ad Sigewardinam Sancti nostri Vitam, amboque, non secùs ac Baronius & Ferdinandus Paderbornensis episcopus, in rem suam laudant Sancti nostri Acta, à Gobelino conscripta.*

quam Meinulpho ex Gobelino malè intellecto

73 *Quòd si porrò quatuor hisce scriptoribus assentiendum sit, consectarium est, ut, quod hi etiam existimârint, monasterium Budicense, utpote brevi post facultatem exstruendi cœnobii, quam Sanctus à Ludovico Pio impetrârat, condi ex dictis cœptum, anno circiter* 816 *aut sequenti initium acceperit. Verùm facultatem illam nec anno* 816 *in concilio Aquisgranensi impetrasse Sanctum nostrum, nec tunc impetratam tradi à Gobelino in hujus Vita, jam nunc dicenda aperient. Et primò quidem, ut id à Gobelino non tradi, probatum dem, ea dumtaxat, quæ hanc in rem in Annalibus ecclesiasticis Francorum ad annum* 832 *num.* 20 *Cointius observat, huc transcripsisse suffecerit.* Auctor... *inquit de Gobelino*, Vitæ non innuit, illum (*Sanctum* Meinulphum) anno tertio Ludovici (*Pii imperatoris*) in Aquisgranensi conventu accepisse licentiam ædificandi monasterium Virginibus canonissis Regularibus. Sed tantummodò testatur de construendo monasterio consilium ab illo susceptum esse, cùm Ludovicus Caroli Magni filius imperabat, & Ordo Canonicarum post Aquisgranensem conventum florere jam cœperat. Textum superiùs allegatum denuò repetimus. "Etsi verò de illo eligendo loco ad structuram templi jam nulla apud eos, id est, apud Baduradum Paderbornensem episcopum & apud Meinulphum diaconum, relicta esset ambiguitas, censuit tamen episcopus hac in re deferendum authoritati regiæ, ut sine illa nihil operis ibidem inchoaretur. Eâ autem tempestate Ludovicus, filius Caroli Magni, imperii habenas moderabatur, & in concilio provinciali apud Aquisgranum anno tertio imperii ejus habito, Ordo Canonicarum, quas seculares vocant, tum recèns institutus erat." Tota quæstio vertitur circa hanc vocem RECENS, cujus significatio ad annos duodecim & ampliùs extendi potuit ab auctore, qui scribebat seculo decimo-quinto seu post annos septingentos ab Aquisgranensi conventu & ab instituta Canonicarum Regula.

jam inde ab anno 816 concessam fuisse credidêrunt,

74 *Hactenus Cointius, cui deinde in Criticis ad annum* 816 *&* 832 *etiam assensus est Pagius; recitata autem hîc à Cointio Gobeliniana verba, etsi è Sancti per Gobelinum Actis, prout ea, stylo mutato, Surius edidit, dumtaxat deprompta, genuinum Gobelini sensum, uti cuique Sancti Vitam, ipso scriptoris hujus stylo edendam, num.* 15 *inspicienti patescet, ad amussim exprimunt, ut jam inde ab anno* 816 *condendi monasterii facultatem in concilio Aquisgranensi petiisse impetrâsseque* S. Meinulphum, *certissimè in hujus Vita Gobelinus non tradat. Et verò, etsi traderet, fidem non faceret tum ex eo, quòd à Sancto concilioque Aquisgranensi quinque ampliùs seculis remotus vixerit, tum ex eo, quòd* Meinulpho *facultatem illam in concilio Aquisgranensi anno* 816 *non fuisse concessam, rationes non leves videantur evincere. Quid enim? Sanctus, ut supra jam docui, anno* 793 *aut fortè etiam non nihil serius mundo natus est, ut anno* 816 *tertium dumtaxat supra vigesimum ætatis suæ annum verosimillimè attigerit; cui verò sat credibile appareat, viginti trium solummodò annorum juveni aut condendi monasterii, in quo sanctimoniales collocaret, consilium incidisse, aut id faciendi facultatem in concilio Aquisgranensi anno* 816 *à Ludovico Pio imperatore factam fuisse? Adhæc Schatenus, qui, perperam pariter pro se Gobelinum citans,* licentiam monasterium pro virginibus canonicis Regularibus instituendi *in concilio Aquisgranensi anno* 816 *accepisse* S. Meinulphum, *cum Baronio aliisque suprà laudatis vult, in ea opinione est, qua Sanctum tunc fuisse diaconum, existimat.*

existimâsse nec esse est, anno circiter 816,

75 *Ita scilicet statuendum, verosimiliter duxerit, quòd Sancto non priùs, quàm cùm jam ad diaconatûs ordinem fuisset promotus, licentiam illam seu facultatem datam fuisse, arbitraretur; quâ quidem in re falsum eum non esse, verosimillimum apparet; ast sanctum jam inde à concilii Aquisgranensis tempore seu ab anno* 816 *diaconum fuisse, credere idcircò non possum, quòd tunc tertium dumtaxat, ut jam docui, suprà vigesimum ætatis suæ annum egerit, fueritque, ut* Thomassinus *de veteri & nova Ecclesiæ Disciplina tom.* 1, *lib.* 2, *cap.* 69 *docet, duobus tribusve regnantis Carolinæ familiæ seculis seu certè seculo à Christi nativitate VIII & IX, quo posteriori monasterium Budicense est conditum, è sacrorum canonum præscripto cautum, ne quis ante vigesimum quintum ætatis suæ annum diaconus ordinaretur. Nec est, quòd opponas, in illa Ecclesiæ lege seu præscripto ob morum gravitatem, egregiasque animi dotes, quæ in ordinandis elucebant, dispensatum aliquando fuisse; etsi enim id à vero minimè alienum sit, re tamen vera nominatim quantum ad aliquem fuisse dispensatum, non creditur, nisi cùm id factum, suadent rationes graves ac solidæ, quales cùm pro Sancti nostri ad diaconatum ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promotione militare, non inveniantur, fuisse eum jam inde ab anno* 816 *diaconum, non appareat, verosimilliméque proinde nec tunc condendi monasterii facultatem, utpote ei primùm à suscepto diaconatu verosimiliter ex dictis concessam, à Ludovico Pio impetrârit. Hinc porrò jam consequitur, ut monasterium Budicense, utpote ante impetratam illam facultatem condi ex dictis non cœptum, nec anno circiter* 816 *initium acceperit, contrà ac Baronius aliique scriptores suprà laudati sensisse videntur ac porrò debent, cùm dubitandum non sit, quin Sanctus, monasterii exstruendi facultate obtenta, manum operi statim admoverit.*

sed illo temporis spatio, quod ab anno 825 ad annum 836

77 *At verò, inquies, quo ergò tandem tempore circiter aut anno monasterium Budicense exstrui cœpit? Cùm nec ante annum* 817 *nec post annum* 841, *uti ex jam dictis pronum est colligere, sacro illi ædificio datum fuerit initium, consequens est, ut id illo temporis spatio, quod ab anno* 817 *ad annum usque* 841 *excurrit, factum fuerit. Verùm nonne res paulò etiam propiùs definiri potest? Verosimile apparet,* S. Meinulphum *duos ut minimùm annos circiter ædificando Budicensi monasterio ejusque templo insumpsisse, hocque statim,*

A *ſtatim, cùm ad apicem fuiſſet perductum, dedicari curâſſe. Annum ergò, ſeu tempus, quo circitèr monaſterium Budicenſe initium acceperit, habebimus compertum, ſi, quo tempore circitèr templum, ei adjunctum, dedicari contigerit, compererimus. In hoc igitur inquiramus. Budicenſe templum, ut Sigewardus num. 22 docet,* IV Idus, *id eſt,* X *Novembris die Sanctus dedicari fecit, ut adeò hæc dedicatio, cùm eccleſiarum dedicationes diebus Dominicis fieri olim ſoluerint, veroſimillimè facta fuerit aliquo anno, quo* X *Novembris dies in diem Dominicam incidit. Jam verò, cùm ab anno* 817, *ante quem certè condi ex dictis non cœpit Budicenſe monaſterium, ad annum uſque* 850, *quo ex dictis pariter conditum jam dudum fuerat idem monaſterium, quinque duntaxat anni,* 821 *ſcilicet,* 827, 832, 838 *&* 849, *quibus* X *Novembris dies in Dominicam incidit, inveniantur, aliquo è quinque hiſce annis eccleſiæ Budicenſis dedicatio veroſimillimè contigerit. Atque hoc primum eſt, quod pro hac arctiori temporis termino illiganda occurrit; cœptum modò proſequamur. Cùm ante annum* 841 *ſeu obitum Ludovici Pii imperatoris, ut*

B *jam docui, condi cœperit Budicenſe monaſterium, veroſimileque non ſit, aut huic & templo adjecto ædificando decem circitèr annos fuiſſe impenſos, aut hoc non priùs, quàm cùm jam quinque annis circitèr ad umbilicum fuiſſet adductum, dedicandum curâſſe Sanctum, in annum uſque* 849 *differri poſſe non videtur illius dedicatio. Neque etiam anno* 821 *factam fuiſſe apparet, quòd ſic ob jam dicta locari deberent anno circitèr* 819 *monaſterii Budicenſis initia, quod tamen à Sancto condi tunc non cœpiſſe, ætas ejus nimis parùm adhuc tum provecta ſuadet, quodque multò ſeriùs condi abs illo fuiſſe cœptum, vel ex eo apparet, quòd Sigewardus, dum de miraculo, quo locum monaſterio ædificando aptum Sanctus didicerit, num.* 15 *&* 16 *tractat, de eo, veluti de perfecto triginta jam annorum viro, loqui videatur.*

excurrit, condere veroſimiliter cœpit,

78 *Reſtat ergò, ut eccleſiæ Budicenſis dedicatio vel anno* 827, *vel anno* 832, *vel anno denique* 838 *acciderit. Hinc porrò jam conſectarium eſt, ut monaſterium Budicenſe, utpote cui temploque adjecto ædificando duos ut minimùm annos circitèr Sanctus ex dictis veroſimiliter inſumpſerit, initium non ſeriùs quàm circitèr vel anno* 825, *vel anno* 830, *vel anno denique* 836 *ac proin decennio illo, quod ab anno* 825 *ad annum uſque* 836 *excurrit, veroſimiliter*

C *acceperit. At verò, inquies, monaſterium Budicenſe anno* 837 *condere aggreſſum* S. Meinulphum, *Schatenus ad hunc annum in Annal. Paderborn. affirmat, eique etiam aſſentiuntur Annales Corbeienſes ſuprà laudati. Fateor, ſic habet: verùm Schatenus ſolâ id aſſerit fide Sigewardinæ Sancti noſtri Vitæ, quam ſibi præ lucentem habuit, quamque interpolatione eſſe corruptam,* num. 60 *edocui; quod autem ad Annales Corbeienſes pertinet, præterquam quòd horum auctor, utpote qui non citiùs quàm ſeculo* XV *jam multùm provecto ſcripſerit, fidem certam hac in re facere non poſſit, annum* 837, *cui monaſterii Budicenſis fundationem innectit, duntaxat fortè collegerit ex illatis per librarios in Coſmodromium Gobelinianum verbis, quæ num.* 14, *iterumque num.* 56 *huc tranſcripſi, quæque quàm ſint ſubleſtæ fidei, num.* 61 *&* binis *ſeqq. oſtendi. Adhæc Annales Corbeienſes hæc ſolummodò verba ad præſens inſtitutum facientia ſuppeditant:* DCCCXXXVII. S. Meynolphus monaſterium ſanctimonialium fundat in Bodeke; *quæ ita poſſunt accipi, ut non neceſſariò ſignificent,* S. Meinulphum *anno* 837 *condere cœpiſſe Budicenſe monaſterium, ſed duntaxat vel hoc illum tunc abſolviſſe, vel, quod ſignificationi verbi* fundare *apud mediæ & infimæ Latinitatis ſcriptores magis congruit, jam abſolutum redituſque annuis, queis nutriri poſſent ejus incolæ, auxiſſe. Uter ſit, anno* 837 *condi cœpiſſe Budicenſe monaſterium, vero idcircò ſimile non apparet, quòd ſic templum, ei adjectum, utpote quod anno* 849 *dedicatum non fuiſſe jam docuerim, anno* 838, *uti ex jam dictis facilè colliges, dedicari debuiſſet, veroſimileque non appareat, ſacrum illud ædificium intra unius anni ſpatium adeò fuiſſe promotum, ut tunc dedicari potuerit. Quod cùm ita ſit, monaſterium Budicenſe eo temporis ſpatio, quod ab anno* 825 *ad annum* 836 *excurrit, condere cœpiſſe* S. Meinulphum, *veroſimile apparet. Diſpiciamus modò, quî idem monaſterium Sanctus noſter è bonis ſuis fundârit.*

AUCTORE C. B.

in eoque largiſſimè fundato ſacras virgines conſtituit,

79 *Veteres monaſterii Budicenſis Literæ, in Monumentis Paderborn. à Ferdinando Paderbornenſi epiſcopo pag.* 221 *productæ, opportunè ad inſtitutum noſtrum ſic habent:* Beatus Maynulfus divinæ revelationis inſtinctu cæleſtique viſione inſtructus, quoddam monaſterium, quod Weſtphalicâ linguâ Bodeken, quaſi parvum dolium appellavit, in terra patrimonii ſui, approbante imperatore, qui tunc Aquiſgrani fuerat, ſolemniter conſtruxit, & ipſum monaſterium de bonis ſuis temporalibus, quæ multa erant, largiter dotavit, & inibi nobiles feminas & devotas, quæ vulgariter Doem-Vrouwen nuncupantur, inſtituit, quibus ſanctus Vir omnem foris evagandi occaſionem in vim majoris ſtabilitatis præcludere volens, provida diſpenſatione conſtituit ſex armigeros circumjacentes, tanquam procuratores monaſterii prædicti, quibus bona ſua abundanter diſtribuit, tam in villis, quàm in grangiis, ut de his bonis monaſterio prædicto certis temporibus anni omnia neceſſaria pro victu & veſtitu miniſtrarent. Sed & aliis vaſallis armigeris bona pheodalia contulit, ut & ipſi eſſent fideles defenſores monaſterii prætacti, & ſubjecti eidem. Propter hoc omne jus infeodandi, & conferendi ipſa bona pheodalia tranſtulit in ipſas dominas & earum monaſterium. Porrò his munitionibus feminarum non contentus ſanctus pater Maynulphus, potentiorem nobilem de vicinis conſtituit in præfectum, & ſuperiorem defenſorem omnium bonorum monaſterii, ac cauſarum emergentium, quantumcúmque certis ſibi bonis, ac penſionibus de ſingulis officiis, ut commodiùs onus hujuſmodi portare poſſet, deputatis, ut his vallatæ circumquáque tutoribus prædictæ feminæ Deo devotis famularentur obſequiis. Cujus quidem ordinationis & inſtitutionis diſpoſitio literis ſigillatis expreſſiùs habetur in prædicto monaſterio, & ſtetit hæc ordinatio per plures annos poſt mortem beati viri Maynulphi. *Ita hactenus dictæ literæ, docentes, non tantùm Sanctum monaſterio, à ſe exſtructo, de patrimonii ſui bonis largiſſimè proſpexiſſe, verùm etiam in eo mulieres, nobili genere ortas,* Doem-Vrouwen, *id eſt,* canoniſſas *nuncupatas,* (ſacras virgines *Sigewardus num.* 22 *duntaxat vocat*) *conſtituiſſe, quæ tamen quam Regulam fuerint profeſſæ, cùm non edicant, in hanc hîc inquirendum nunc eſt.*

E

F

quæ non moniales Benedictinæ, ut vult Martene,

80 *Edmundus Martene in ſecundo ſuo Itinere litterario, anno* 1724 *Pariſiis excuſo, inſtituti Benedictini moniales fuiſſe, pag.* 246 *ſcribit. Verba Gallica, quibus id ibidem facit, huc tran-*

AUCTORE C. B.

transcribo, prout ex scriptor anonymus, quem notas aliquas ad monasterii Budicensis Chronicon num. 19 *memoratum adjecisse, jam monui, Latinè reddidit. Sic habent:* Monasterium Böddeken tribus milliaribus Paderborno dissitum undique squallida solitudine, sylvis & montibus cingitur. Initio erat abbatia monialium Benedictinarum fundata à S. Meinulpho diacono, cujus corpus etiamnum ibidem magna populorum religione colitur. Postmodùm cùm moniales relaxarent institutum monasticum, nomenque assumerent canonissarum sæcularium, eò increvit morum dissolutio, ut ab episcopo Paderbornensi suppressæ, & earum loco canonici Regulares Congregationis Windesheimensis introducti fiat. *Ita ille. Schatenus in Annalibus Paderbornensibus ad annum* 837 *verbis num.* 59 *huc transcriptis scribit,* S. Meinulphum *opere & subsidio Corbeiensium monachorum, qui ab anno scilicet* 822 *novam ad Visurgim Corbeiam incolere cœperant, Benedictinique instituti erant, monasterium Budicense condere cœpisse, idque sese alicubi legisse, Overhamus in suis ad Sigewardinam Sancti Vitam Observationibus pag.* 420 *affirmat. Idipsum fortè etiam Marteneus vel apud Schatenum vel*

B *apud alium quempiam scriptorem invenerit, hinc-que Budicense cœnobium fuisse initio monialium Benedictinarum abbatiam, conjecerit. Verùm Schatenus, quod de monasterio Budicensi, opere & subsidio monachorum Corbeiensium per* S. Meinulphum *inchoato, tradit, è Sigewardina Sancti Vita, interpolatione corrupta, exiguæque proinde, ut jam suprà docui, aut potius nullius fidei habenda, dumtaxat hausit, uti ipsemet indicat; nec in melioris forsan notæ monumento, quod se alicubi legisse ait, Overhamus invenerat. Adhæc, etsi opere & subsidio Corbeiensium Benedictini instituti monachorum ad condendum Budicense cœnobium usus fuisset* S. Meinulphus, *consequens propterea non est, ut potiùs, quam hi profitebantur, S. Benedicti Regulam, quàm, cui ipsemet adhærebat, canonicæ vitæ institutum à Sanctimonialibus, in monasterio à se exstructo, deinde constitutis, observari voluerit. Et verò rem aliter sese habere, ex jam nunc dicendis unicuique, quantùm opinor, verosimillimum apparebit.*

sed canonicæ sub Regula

81 *Audi interim, quî Martenei verba proximè recitata seu potiùs ipsum Marteneum laudatus anonymus in suis ad Chronicon Budicense Notis pag.* 118 *excipiat.* Quod ... vir clarissimus

C asserat, abbatiam Böddecensem ab initio fundatam esse pro monialibus Benedictinis, nescio, quo id adstruat fundamento ac documento veteri. Certum enim est ex antiquis monumentis, abbatiam illam ab initio fundatam esse pro canonissis sub Regula Aquisgranensi militantibus, quæ utrùm habendæ sint pro Regularibus vel Sæcularibus, non est hujus loci disceptare. Doctam de hac re Dissertationem edidit adm. R. P. Hermannus Busenbaum, celebris scriptor Societatis Jesu in suo præclaro libello, LILIEN UNDER DEN DÖRNEREN, *id est, Lilia inter spinas*, ubi ostendit, Regulam Aquisgranensem non solùm in variis monasteriis canonissarum sæculo nono observatam esse, sed ejus observantiam in monasterio ad S. Cæciliam Coloniæ usque ad annum MCCCCLXXIV perdurâsse. Idem testatur canonissis Assindiensis monasterii (in Essen) ab Alfrido episcopo Hildesiensi in litteris fundationis anno DCCCLXXVII Regulam Aquisgranensem canonissarum præscriptam esse; atque eandem affirmat receptam fuisse à primis canonissis Böddecensibus mox in ipsa primæva fundatione. *Hactenus anonymus Chronici Budicensis editor, & rectè sanè; etsi autem antiqua, ex quibus abbatiam Budicensem ab initio* pro canonissis sub Regula Aquisgranensi militantibus *fuisse fundatam constet, monumenta non nominet, non dubito tamen, quin sacræ virgines, quas* S. Meinulphus *in monasterio à se condito primùm collocavit, ad Regulam Aquisgranensem, quod etiam Busenbaum Societatis nostræ sacerdos existimavit, observandam fuerint constrictæ.* D

Aquisgranen si militantes

82 *Hæ enim in vetustis, quas mox huc transcripsi, de monasterii Budicensis fundatione litteris* doem-vrouwen, *id est*, canonicæ *seu* canonissæ *appellantur; concilii autem Aquisgranensis, anno* 816 *celebrati, Patres*, monente *Ludovico Pio imperatore, anno imperii ejus tertio*, constitutionem *seu Regulam* ob animarum (*verba sunt ipsius concilii*) sanctimonialium canonicè degentium, *id est, canonicarum seu canonissarum*, salutem, divina inspirante gratia, ex sanctorum Patrum auctoritatibus, velut ex pratis vernantibus quosdam flosculos, collegit & in unum congessit, atque communi voto communique consensu sanctimonialibus tenendam observandamque percensuerunt; *jam verò, cùm sacræ Budicenses virgines post illud demùm Aquisgranense concilium, uti ex jam suprà dictis liquet, fuerint institutæ, verosimile non apparet, aliam ipsis Regulam, quàm quæ à Patribus Aquisgranensibus pro* sanctimonialibus canonicè degentibus *seu canonissis fuisset constituta, observandam proposuisse* S. Meinulphum, *qui & ipse unà cum ecclesiæ cathedralis Paderbornensis canonicis, quorum unus fuit, ad Regulam, in eodem Aquisgranensi concilio canonicis præscriptam, vitam exegit, ut suprà edocui. Canonicæ ergò, sub Regula Aquisgranensi militantes, ut scriptor anonymus verbis mox recitatis loquitur, non autem moniales Benedictinæ, fuerint virgines sacræ, quas* S. Meinulphus *in monasterio, à se constructo, constituit. Verùm, sciscitabere modò, Regularesne, an Seculares fuerunt illæ canonicæ?* E

fuerunt, etsi interim nec Regulares nec Seculares canonicæ

83 *Seculares utique non fuisse, liquet ex eo, quòd, quæ postmodùm dictæ fuere Seculares canonicæ, voto castitatis non fuerint obstrictæ, iisque, si quando sese offerret occasio, ad nuptias transire licuerit; sacræ autem virgines seu canonicæ, à Sancto nostro Budicæ institutæ, ad castitatem servandam tenerentur, utpote ex jam dictis Aquisgranensem, quæ castitatem, uti illam legenti patescet, præscribebat, Regulam professæ. Adhæc in concilio Aquisgranensi præcipitur iis*, quæ se castimonialis nominis professione Domino vinxerant, ut in monasteriis jugiter resideant; omnes in dormitorio dormiant, iisque in refectorio comedentibus & religiosè silentium tenentibus, continuatim legatur lectio. *Et cap.* XI *præcipitur* abbatissis, ut monasteria Puellarum undique firmissimis circumdent munitionibus, ut nulli nisi per portam pateat aditus. *Cap.* 18 *modus statuitur coercendi* intra septa monasterii *sanctimonialem incorrigibilem*, quia nullatenus huic sæculum repetere fas est. *Quæ omnia cùm canonissis seu canonicis secularibus minimè congruant, Regulaque canonissarum Aquisgranensis nihilominus præscribat, sanctimoniales, hanc professæ, canonicæ seculares non fuerunt, ac proin nec sacræ virgines, quas Sanctus Budicæ instituit. At verò, inquies, ipsas canonissas, in concilio Aquisgranensi institutas,* F

A *tutas*, seculares *in Sancti nostri Vita num.* 15 *facit Gobelinus.*

dicta fuisse videantur.

84 *Fateor, sic habet: verùm hic* Meinulphi *biographus ibidem etiam sic scribit:* Sanctus Meynulfus divinæ Majestati placitum... esse, piè præsumpsit, si in loco memorato (*Budicensi vico*) monasterium pro hujusmodi canonissis (*de solis, in concilio Aquisgranensi institutis, fuerat locutus*) de suis bonis & in patrimonio suo fundaret, ut ibi sub custodia castitatis devotum Deo exhiberent famulatum; *Gobelinus ergò, canonissas, in concilio Aquisgranensi institutas, voto castitatis fuisse obstrictas, existimavit, ac proin eas, more sui temporis, quo plures canonissæ & nomine & re, primæva relicta Aquisgranensi Regula, seculares jam erant, ad anteriora tempora relato, Canonissas Seculares perperam facit: quod etiam de quibusvis temporum posteriorum scriptoribus & monumentis, si in iis fortè canonissæ, in concilio Aquisgranensi institutæ, Seculares vocentur, est dicendum. Nec propterea tamen eas sanctimonialesque, à Sancto Budicæ statutas, fuisse dictas canonicas Regulares, concludas: uti enim canonici Regulam Aquisgranensem professi, absque addito vel secularis vel Regularis, simpliciter, ut suprà docui, dicti fuêre canonici, ita & de canonissis, Regulam Aquisgranensem professis, factum videtur.*

B

§ VI. Sancti obitus, sepultura, miracula, corporis elevatio.

Sanctus, cujus plura gesta litteris commendata non sunt,

BUdicense monasterium erexisse *Sanctum, vitæ sanctitate eluxisse, canonicum Paderbornæ egisse, præsertim ex antiquiori ejus biographo jam docui. Verùm plura cum gessisse, utut posterorum memoriâ dignissima, quæ litteris commendata non sint, verosimillimum apparet, ut falsitatis habere suspecta vix audeam, quæ de eo Schatenus in Annal. Paderborn. pag.* 114 *his verbis commemorat:* Nihil à Menulpho ferventiùs per omnem vitam actum, quàm ut Christi religionem inter populares proferret, hominesque rudes, quos ex barbaris Christianos ætas illa formabat, Christi legibus & disciplinâ excoleret. Quo in opere magnum virtutis & laboris campum fortitus, ita se probavit, ut illum inter primos Euangelii doctores, & sanctissimos Paderbornensis cleri viros posteritas venerata sit. Qua in re, ut in aliis, nihil ex ætate illa magis desideramus, quàm scriptorum, qui præclara ejus

C

** an sacinora?*

sacra* enucleatiùs ad nos transmississent. *Hæc ille; quæ sanè majorem etiam veri speciem haberent, si quod in fine innuit, Sanctum nostrum, non tantùm ut Sanctum, sed etiam ut è primis Euangelii doctoribus à posteritate fuisse honoratum, constaret; verùm, utut res hæc habeat, equidem eam nec scriptoris antiqui testimonio, nec fidei sat probatæ documento confirmare queo. Sigewardus, qui & ipse nihil omninò eò faciens suppeditat, monasterii Budicensis fundatione sacrarumque virginum seu sanctimonialium in id inductione relata, miraculum, quo combustum sanctimonialis velamen seu peplum integritati* S. Meinulphus *restituerit, dumtaxat adhuc narrat, moxque ad edocendum felicem Sancti è vivis excessum prosiliens, num.* 26 *sic scribit:* Postquam Rex regum Militi suo (S. Meinulpho *nimirum*) gloriosas contra antiquum serpentem concessit victorias, noluit eum ultra extollere fortunâ bellorum; sed maluit ei pariter conferre & præmium & finem laborum. Id ipsum quoque ipse Miles emeritus sitiebat ardentissimè.... Cumque & Domini & Servi velle concordaret familiariter, sicut huic Domino vellę, posse & esse est unum, III Non. Novemb., ut voluit, transtulit ad se Servum suum; qui, de terris ad cælos translatus, in monasterio, quod ipse construxerat, terreum corpus cognatæ terræ *reliquit.*

AUCTORE C. B.

86 *Ita antiquior biographus, Sanctum ætate jam grandævum seu senem obiisse, sat apertè indicans; verùm cùm nullam prorsus, è qua, quo id anno circitèr factum colligas, notam chronicam adjungat, ut tempus* S. Meinulphi *emortuale aliunde utcúmque conemur eruere, necessum est. Gobelinus in Vita num.* 25 *& tribus seqq. docet, Sanctum nostrum de terra fuisse levatum, cum jam, quinquaginta circitèr annis ab obitu ejus elapsis, Arnulphus Romano imperio imperator & Biso Paderbornensi ecclesiæ antistes præesset. Arnulphus non quidem anno* 897, *ut loco proximè cit. vult Gobelinus, sed anno* 896, *uti ad hunc annum Pagius in Criticis ostendit, Romanorum imperator fuit coronatus, annoque* 899 *excessit è vivis, ut* S. Meinulphus *vel anno* 896 *vel aliquo è tribus seqq. de terra fuerit levatus, utque proinde, cùm anni circitèr quinquaginta, quibus, cùm id factum est, è vivis jam abierat, ab anno* 896 *ordine retrogrado computati deducant ad annum* 846, *vitam hanc mortalem cum immortali vel hoc ipso anno vel aliquo è tribus sequentibus commutârit, si re ipsa Sanctus, ut scribit Gobelinus, quinquaginta circitèr post obitum annis, Arnulpho Romanorum jam imperatore, de terra fuerit levatus. Et Schatenus quidem huic ferè inhærendo calculo Sancti nostri obitum anno* 847 *innectit, in Annal. Paderborn. ad hunc annum sic scribens:* Licèt annus mortis (S. Meinulphi *scilicet*) à scriptoribus tam planè consignatus non sit, ad hunc tamen (*annum* 847) per indicia referre visum est, quòd à morte ejus usque ad annum DCCCLXXXXVII, quo corpus ejus solemni ritu humo levatum est, anni quinquaginta effluxisse referantur, idque, Arnulpho rege & Bisone episcopo, factum memoratur, ut jam retro legendo annos, hunc ei annum supremum vitæ fuisse, opinari liceat.

non anno

87 *Schateno porrò hîc assentitur, quem num.* 18 *laudavi, Georgius Gœrnefeldt, eodem ferè, quo hic, argumento in Mss. suis ad Gobelinianam Sancti Vitam Annotationibus cum anno Christi* 847 Meinulphi *obitum conjungens, aliosque præterea, quos hîc enumerare necessum non est, sibi hac in re consentientes habet. Verùm, præterquam quòd ex dicendis certum non sit, Sanctum nostrum vel anno* 897, *ut Schatenus notat, vel anno* 896, *aliove è tribus sequentibus, uti ex Gobelini calculo sequitur, de terra solemni ritu fuisse levatum, unde hoc quinquaginta circitèr annis fuisse à Sancti obitu factum, Gobelinus didicit? Ait quidem in priori suo Prologo hic noster biographus, sese, quæ de* Meinulpho *litteris mandat,* ex diversis scripturis antiquis & ex rerum gestarum sibi cognitarum occursu *deprompsisse; verùm cùm simul, quæ qualesve, quas laudat, quasque sibi præluxisse innuit, scripturæ antiquæ fuerint, non edicat, primumque Paderbornensium episcopum Hathumarum, quem ante annum* 815 *vitâ non esse*

847. E

F

AUCTORE C. B.

functum, ex occurrente apud nos tom. 2 Augusti de sancto hoc antistite Commentario satis superque constat, anno 795 ad cathedram Paderbornensem fuisse evectum, annisque dumtaxat octo pòst, seu anno 803 aut sequenti abiisse è vivis, scribat, dubitari non immeritò potest, an, quemadmodùm scripturæ antiquæ, ex quibus hoc postremum Gobelinus hausit, erroneæ indubiè fuerunt, erroneæ pariter non fuerint scripturæ antiquæ, è quibus Sanctum quinquaginta circitèr post obitum annis de terra fuisse levatum, didicit.

88 *Quod cùm ita sit, Sanctum anno* 847 *ad Superos migrâsse, argumento è Gobeliniana Sancti Vita hinc deducto, certum esse non potest. Nec annum Sancti emortualem cum anno Christi* 847 *componendum, Annales Corbeienses suprà laudati evincunt; etsi enim hi disertè notent,* DCCCXLVII pius Meynolphus moritur, multis miraculis clarus, *auctorem tamen, uti jam suprà satis innui, Gobelino habent recentiorem, ut fortè ex hoc annum, quem Sancto emortualem statuunt, dumtaxat ille hauserit, ac proin, ut is hinc nihilo certior evadat. Et verò Sanctum jam inde ab anno* 847 *vivere desiisse, pati non videtur, quâ tamen ex dictis standum, antiquior Sancti Vita, per Sigewardum conscripta. Cùm enim, uti ex hac num.* 31 *& seq. docui, Sanctus non citiùs quàm anno* 793 *circitèr natus esse queat, quî eum, si anno* 847 *obiit, ætate jam grandævum seu senem, uti in eadem Sigewardina Sancti Vita non obscurè ex dictis traditur, excessisse è vivis, verum esse queat? Certè anni septem, si ad annos* 47 *adjiciantur, annos dumtaxat quatuor suprà quinquaginta efficiunt; quis autem virum, quinquagenario dumtaxat paulò majorem, ætate jam grandævum seu senem rectè dicendum putârit? Florarii nostri auctor* S. Meinulphi *obitum (adi num.* 4*) cum anno Christi* 857 *componit, qui cùm auctus annis septem, quibus Sanctus ante seculum* IX *vixit, pro toto temporis spatio, quo is in vivis egit, annos det quatuor suprà sexaginta, videaturque, qui tot annos aut paulò dumtaxat plures habuerit, ætate jam grandævus seu senex non immeritò dici posse, Sanctum nostrum anno circitèr* 857 *felici è vivis excessu ad Superos migrâsse, verosimiliùs autumo, supráque idcircò annum illum in margine adscripsi.*

sed verosimiliùs anno circitèr 857,

89 *Atque ita quidem annum Sancti emortualem utcúmque determinavimus; uti autem hic, prout jam dicta ostendunt, omninò certus non est, sic nec dies nec mensis, qui Sancto supremus fuerit, omnino exploratus habetur. Etsi enim* Meinulphum III *Nonas, seu* III *Novembris die (vide verba num.* 85 *huc transcripta) vitam cum morte commutâsse, Sigewardina Sancti Vita, ab Overhamo edita, atque, quòd penes nos exstare suprà monui, Ms. Hardeshusanum apographum expressè tradat, in additamento tamen, quod huic ad marginem adjicitur, mensem* Novembrem *pro* Octobri *peperam poni signatur, quod cur fiat, sese non capere, Overhamus in suis ad Sigewardinam Lucubrationem Observationibus pag.* 420 *affirmat. Adhæc omnia Gobelini penes me exstantia, aliaque, quæ Overhamus habuit, apographa, Suriana editio, uti etiam ipsa Sigewardina Sancti Vita, quam Brouerus, rescissis dumtaxat, quæ ad rem non faciunt, digressionibus, è Mss. exemplaribus edidit,* III *Non. seu* V *die Octobris obiisse* S. Meinulphum *tradunt. Addi possunt tum Fasti sacri, suprà adducti, qui Sanctum* V *Octobris die, veluti qui ei in cælo natalis fuerit, annuntiant, tum Budicensia antiqua de* Meinulpho *Officia, quæ* V *Octobris diem, tamquam ei natalem, expressè signant, ut sanè Novembrisne an Octobris* III *Non. Sanctus è vivis excesserit, possit non immeritò revocari in dubium. Imò verò cùm Gobelinus, qui, ut jam docui, non tam novam Vitam, quàm paraphrasin Vitæ, à Sigewardo scriptæ, concinnavit, plura hujus exemplaria sibi prælucentia habuisse videatur, Octobrisque nihilominus, non Novembris,* III *Non. Sanctum obiisse, non secùs ac Browerus, cui unum saltem exemplar ejusdem Sigewardinæ Lucubrationis præluxit, in compendiosiori hujus editione mox dicta, notet,* Octobris, *non* Novembris, *in primæva genuinaque Sancti Vita, per Sigewardum scripta, positum fuisse, verosimilius idcircò videtur, quòd, quemadmodùm ex jam dictis facilè colliges, duo dumtaxat hujus exemplaria* Novembris, *tria autem ut minimùm aut quatuor, quibus præterea Fasti sacri, Sanctum hodie commemorantes, suffragantur,* Octobris *exprimant. Hinc porrò jam consequitur, ut Sanctum quinta die Octobris, non tertia Novembris, è vivis excessisse, verosimilius pariter debeat videri.*

V *Octobris die ad Superos migravit,*

90 *Ab anno dieque, uti etiam mense, quo* Meinulphus *vitâ functus sit, jam examinato atque utcúmque definito, ad miracula, quæ post ejus obitum magno numero patrata narrantur, jam progredior. Hæc inter primo loco occurrit, quod Gobelinus num.* 20 *refert. En, quî id ad annum* 847 *in Annal. Paderborn. comptiori ornatiorique stylo Schatenus exponat.* Fuit verò, *inquit,* D. Menulphus, ut per omnem vitam sanctitate conspicuus in clero Paderbornensi, ita mortuus pluribus signis illustris; inter quæ illud memorabile, quòd, dum corpus mortui ad tumulum deferretur, ac funebribus sacris peractis, humo integendum esset, resupinum idem corpus è feretro se erigeret, attonitis omnibus, qui aderant, ad tam insolitum spectaculum. Quos Sanctus benignè affatus, Ite, inquit, ad episcopum, & dicite, quæcúnque à Congregatione hac virginum electa fuerit abbatissa, eam non impediat (*secùs antè voluisse Sanctus Sequentiâ num.* 112 *recitandâ indicatur*) adire munus, etsi conditione ancilla fuerit; nam qua sollicitudine & labore hoc ego monasterium construxerim, scitis. Quid verò ab illis fieri oporteat, qui pastorum in Ecclesia munus gerunt, ego, exutus corpore mortali, didici. Quibus dictis, clausit rursum oculos, & in feretro se reposuit humarique jussit. *Ita ille; qui à Gobelino, etsi quidem non in rei substantia, in adjunctis tamen nonnihil differt, ac maximè in eo, quòd Sanctus, ut vitæ tantisper restitueretur, à Deo per Deiparam sese impetrâsse, in suo ad adstantes alloquio apud Schatenum, contrà ac apud Gobelinum facit, non dicat. Verùm quid de insigni hoc miraculo, quod Balinghemus in contextum à se Kalendarium Marianum etiam intulit, censendum apparet? Etsi in rem suam scripturas veteres, antea adhuc (in priori scilicet suæ de Sancto Lucubrationis Prologo) à sese laudatas, Gobelinus loco cit. disertè laudet, cùm tamen, quæ qualesve hæ fuerint & quo ævo scriptæ, ne vel verbo prodat, sola harum fide pro certo habendum non reor rarissimum illud resuscitationis miraculum, maximè quòd Sigewardo, antiquiori nostro biographo, utpote id non memoranti seque nihilominus,* ut, si quid plus ad notitiam *suam* ex *sancti* Viri miraculis *pervenisset,* stilo memoriæque *traderet,* voluntate divite & benigna coactum, *num.* 27 *in fine scribenti, ignoratum fuisse videatur, minimè tamen, si factum fuisset, igno-*

multisque ab obitu, quorum unum hic vocatur in dubium,

A *ignorandum, ut apparet, ſcriptori, qui alia memoratu minùs digna & comperta habuit & in litteras miſit.*

patratis miraculis, de terra tandem,

91 *Ad alia modò prodigia, quæ proximè hìc jam memorato diſcuſſoque Gobelinus deinde ſubjungit, ſermonem convertamus; ea non in ſolo hoc ſcriptore antiquiſve ſcripturis, ab eo citatis, verùm etiam in ipſo Sigewardo, antiquiori Sancti biographo, ſunt fundata: atque hic quidem, quod & à Gobelino fit, magnum ad Sancti jam ſepulti tumulum pauperum Chriſti, quorum alii miraculorum præteritorum famâ exciti, alii futurorum exſpectatione incenſi acceſſerint, factum eſſe concurſum, neminemque ex his ſpe fuiſſe fruſtratum, num.* 28 *præfatus, duo patrata miracula, quorum altero Sanctus pannum lineum ab igne ſervârit illæſum, altero famulum olim ſuum, cùm tertiò ei in ſomno apparuiſſet, ad meliorem frugem adduxerit, mox narrat, aliaque deinde, memoratu digniſſima, ſubjungit, quibus demum factum eſt, ut ſacrum Sancti corpus de terra à Biſone, quarto Paderbornenſium epiſcopo, ſolemni ritu fuerit levatum. Narrationem paulò prolixiorem, quâ poſteriora hæc miracula ſubſecutamque Sancti de*

B *terra levationem, Sigewardus quidem num.* 34 *& quatuor ſeqq., Gobelinus verò num.* 25 *& tribus ſeqq. ſunt complexi, Schatenus in Annal. Paderborn. pag.* 234 *compendio exhibet, quod, ut rem totam, etſi interim fidem, non ſecùs ac viſiones, de quibus num.* 66 *& binis ſeqq. actum, ægrè apud omnes, & fortè non immeritò, inventura ſit, ſtudioſum lectorem paucis edoceam, huc tranſcribo. Sic habet:* Dum in Bodecenſi baſilica (quadam die, *nullam determinando, ſcribit Sigewardus*) ſolemni ritu ſacrificium Miſſæ perageretur, ac diaconus Euangelium caneret, xv Calend. Februarii (*diem hunc notat Gobelinus*) cippus, qui ſepulchro Menulphi impoſitus erat, magno ſonitu in quatuor partes rumpitur, attonitis omnibus, qui aderant; ac mox, ubi ad ſacræ Hoſtiæ elevationem perventum eſt, ingenti rurſum fragore idem lapis in minuta fruſta ſectus diſſilit.

cùm miracula miraculis accederent, à Biſone Paderbornenſi epiſcopo

92 Rei novitate obſtupefacti accedunt ad ſepulchrum, videntque terram, quâ tumba intecta fuerat, ſeceſſiſſe in latera ſepulchri, ipſumque ſarcophagum totum ſe in conſpectum dediſſe, ſimul tam ſuavis odor afflatus è ſepulchro, tanquam his ſignis oſtenderet Deus, elevationem corporis faciendam. Quæ ubi ad Biſonem epiſcopum relata ſunt, atque ille inter incertæ fidei hæc haberet, cenſuit ſepulchrum ſua humo & lapide rurſus integendum; quo facto, haud multò pòſt ſepulchrum, ſubmoto cippo, arcana vi disjicitur. Conſultus denuò epiſcopus, nec quidquam ratus divinæ monitionis ſubeſſe, jubet denuò ſepulchrum componi. Inter hæc D. Menulphus presbytero Meinhardo in proxima Attelenſi parochia (*Meinhardum paræcialis hujus eccleſiæ rectorem Gobelinus, non Sigewardus, facit*) ſe per ſomnum offert monetque, epiſcopum adeat, & pro oſtenſis ſignis oſſa honorificentiori loco collocet. Id cùm presbyter quoque iteratò monitus negligeret, ratus ſe vana imagine deludi, tertiùm ſe offert Menulphus, cæcitatem comminando, à qua non priùs liberandus, quàm juſſa explêrit. Manè ubi diluxit, oculis ſe captum advertit. Ita cæcus manuque ductus ad epiſcopum, exponit, quid ſibi evenerit, quid D. Menulphus fieri velit. Tum tandem Biſo epiſcopus intelligens, ac ſibi etiam metuens, Bodekam cum ſacerdotibus proficiſcitur, & ſolemni ritu corpus D. Menulphi è terra levat, ac publico cultu venerandum exponit. Vixdum hæc præſtita ſunt, cùm Meinhardo presbytero viſus eſt redditus: *Rectè hactenus è Sigewardo & Gobelino Schatenus; verùm anne hæc, ſeu potiùs factam Sancti (de hac enim potiſſimùm agendum hìc nunc eſt) de tumulo per Biſonem Paderbornenſem epiſcopum levationem rectè etiam ad annum Chriſti* 897 *refert?*

AUCTORE C. B.

inter annum 887 *& annum* 896 *veroſimiliùs fuit levatus,*

93 *Facit id haud dubiè, quòd Sancti de terra levationem non priùs contigiſſe crediderit, quàm cùm jam Arnulphus, quod anno demum* 897 *factum, Gobelinus perperam ſcribit, ad Romanum imperium fuiſſet evectus. Verùm an Sancti noſtri corpus, Arnulpho Romanorum jam imperatore, de terra fuerit levatum, incertum eſſe ac dubium, jam ſuprà edixi, idque etiam me oſtenſurum, ſpopondi; quod proinde, ut fidem liberem, præſtandum nunc eſt. Sigewardus, Sancti de terra levationem miraculaque hanc proximè prægreſſa narraturus, primum ex his* temporibus... Arnulfi regis Biſoniſque Patherbrunenſis epiſcopi *accidiſſe, num.* 34 *memoriæ prodit; Arnulphus autem ſeu Arnulfus, quem hìc memorat, alius non eſt, quàm Arnulfus, Carolomanni Bajoariæ regis filius nothus, qui in Triburienſibus principum comitiis anno* 887 *rex Germaniæ, & Romæ anno* 896 *imperator creatus eſt, annoque* 899 *exceſſit è vivis. Jam verò, cùm Sigewardus, dum princeps hic rex eſſet, nullâ planè imperatoriæ, ad quam tunc fuerit evectus, dignitatis mentione adjecta, Sancti noſtri de terra levationem factam doceat, eſt ſanè, an hæc, Arnulpho jam imperatore, contigerit, admodùm dubium; imò verò, hoc principe dumtaxat adhuc rege, contigiſſe, veroſimiliùs idcircò videtur, quòd dumtaxat* rex *à Sigewardo, non* imperator, *loco cit. vocetur. Hinc porrò jam conſequitur, ut, cùm ex dictis Arnulphus anno* 887 *rex, annoque* 896 *imperator fuerit creatus, Sancti noſtri de terra levatio neque determinato anno* 897, *ut Schateno aliiſque placet, neque aliquo è tribus ſequentibus, ſed eo temporis ſpatio, quod ab anno* 887 *ad annum uſque* 896 *excurrit, à Biſone, Paderbornenſi epiſcopo, quem ab anno* 886 *ad annum uſque* 908 *ſedìſſe, communior modò eſt eruditorum opinio, veroſimiliùs facta fuerit.*

E

F

ſicque inter Sanctos relatus.

94 *Nec eſt, quòd hìc opponas Gobelinum, qui Sanctum non priùs, quàm cùm jam quinquaginta circitèr ab obitu ejus anni eſſent elapſi, de tumulo fuiſſe levatum, memoriæ prodit, hanc enim ſcriptoris illius narrationem falſitatis meritò haberi poſſe ſuſpectam, ex jam antè dictis liquet. Porrò cùm Sanctus de tumulo jam fuiſſet levatus, frequentior indies, quò ſacras ejus reliquias viſitarent, fiebat fidelium ad Budicenſe monaſterium concurſus, cúmque crebra, uti Sigewardus & Gobelinus docent, in concurrentium gratiam ac favorem evenirent miracula,* Meinulphus *magis magiſque ſanctitatis famâ inclaruit; & verò pro Sancto etiam canonizato poterat non immeritò haberi, cùm & ſacrum ejus corpus de terra jam fuiſſet ex dictis levatum, & ſolerent olim beati Viri, quibus id honoris ab epiſcopis fuiſſet exhibitum, pro Sanctis canonizatis honorari, licèt interim canonizatio, quâ ſic fuiſſent affecti, pro particulari dumtaxat canonizatione ſeu potiùs beatificatione poſſet haberi, uti Benedictus XIV in Opere ſuo de Servorum Dei beatificatione & Beatorum canonizatione lib.* 1, *cap.* 6, *num.* 9 *docet. At verò quis qualiſque*

AUCTORE C. B.

Meinulpho, *ut Sancto, cultus fuit delatus? Rem hanc infrà suo loco discutiam, ac primò quidem, quem cultum Sanctus in monasterio Budicensi, deinde verò, quem alibi fuerit adeptus, exponam.*

§ VII. Tentata incassùm reliquiarum Sancti è monasterio Budicensi Paderbornam translatio, factaque in id canonicorum Regularium inductio.

Cùm jam sanctimoniales Budicenses ab Aquisgranensi Regula defecissent,

Etsi dubitandum non sit, quin sanctimoniales Budicenses S. Meinulphum, *solemni ritu à Bisone Paderbornensi episcopo de terra jam levatum, cujus, hoc honore nondum affecti, sacrum corpus summâ curâ venerationeque, teste in Vita num.* 28 *Sigewardo, custodiendum curârant, singulari quodam modo honorare inceperint, constanterque deinceps veluti munificentissimum monasterii sui fundatorem, benignissimumque apud Deum patronum, honorârint, quo tamen id cultus ecclesiastici genere fecerint, non habeo edicere, cùm ea de re altum sit apud scriptores omnes antiquos silentium, nec etiam vetustum uspiam (vide tamen infrà num.* 118) *monumentum occurrat, è quo quidquam eo conducens possit elici. Melius se res habet, quantùm ad cultum, in monasterio Budicensi à canonicis Regularibus Sancto post exhibitum: verùm hac de re, ut, quo quæque gesta sunt ordine, proponantur, sermonem non priùs instituam, quàm cùm de religiosis illis viris in dictum monasterium inductis, tentataque ex hoc sacrarum Sancti reliquiarum, antequam hæ unà cum monasterio in illorum potestatem venirent, Paderbornam translatione, tractâro. Budicensis sanctimonialium congregatio, non secùs ac plures aliæ, à vitæ instituto seu Regula, canonissis in concilio Aquisgranensi anno* 816 *sub Ludovico Pio imperatore præscripta, temporis lapsu ita descivit, ut sacræ virgines, quæ ei nomen dederant, nec castitatis voto essent constrictæ, nec, cùm se daret occasio, deserto monasterio, nubere dubitarent; etsi autem, quo circitèr tempore ita à primæva disciplina vitæque rigore sacra illa à* S. Meinulpho *instituta congregatio defecerit, exploratum non habeam, mulieres tamen, quæ huic sese junxerant, jam inde à seculo quarto decimo voto castitatis non fuisse obstrictas, subindeque etiam, relicto, quod susceperant, vitæ instituto, ad nuptias transiisse, plùs semel jam laudatus Joannes Probus in Budicensi Chronico pag.* 46, *& Opusculi Ms., cujus num.* 20 *notitiam dedi, auctor anonymus, ambo rei gestæ æquales, luculentissimè indicant, ut tunc Budicenses sanctimoniales & re & nomine, nec immeritò, canonicæ seculares haberentur.*

harumque monasterium ad miserandum

96 *Hanc porrò à primæva vitæ disciplina defectionem ingens deinde, quæ ultimam tandem monasterio ruinam attulit, bonorum temporalium jactura excepit, illata partim ab extraneis, partim ab iis ipsis, qui sanctimonialium emolumentum ac commodum procurare maximè debuissent. Et ab extraneis quidem maximam cladem monasterium accepit, quando seculo* XIV, *ultrà mediam sui partem multùm jam provecto, à nobilibus de Furstenberg ex Waterlappe unà cum ecclesia fuit combustum, ut Ferdinandus Paderbornensis episcopus in Monumentis Paderborn. pag.* 222 *&* 288 *docet; ab iis ipsis autem, qui sanctimonialium commodum procurare debuissent, insigni damno fuit affectum, quando hi bona, è quibus sanctimonialium victui & vestitui prospiciendum erat, in propriam utilitatem converterunt, imò verò pro propriis suis bonis habere, non erubuerunt, uti intelligitur è veteribus de Budicensis monasterii fundatione litteris, num.* 79 *huc ex parte transcriptis, quæ verbis, ibidem recitatis, proximè hæc habent subjecta:* Sed heu, convenerunt inimici omnis religionis, dignitas generis, ocium & voluptas, & castra Dei ac patrimonium Christi funditus devastantes nihil reliquerunt, proinde dicti officiati (*adi num.* 79) & vasalli bona sibi deputata pro ministratione necessariorum monasterii sibi appropriârunt, vendiderunt & heredibus suis tamquam propria, nemine contradicente, reliquerunt. *Atque ita, malis hisce maxima etiam sanctimonialium in curandis tractandisque rebus suis negligentia accedente, factum tandem est, ut anno circitèr* 1400 *monasterium Budicense unà cum ecclesia ei adjuncta, quæ, postquam à Furstenbergiis fuisset combusta, vel numquam ex integro à sanctimonialibus instaurata vel certè iterum deinde ruinam passa fuisse videtur, in miserandum illum statum inciderit, quem Joannes Probus in Budicensi Chronico pag.* 3 *lectori ob oculos ponit.*

admodùm statum esset redactum,

97 *En verba, quibus id ibidem facit.* Contigit, *inquit*, circa annum MCCCC dictum monasterium (*Budicense*) non hostium incursione, sed tinea ab intus latenter corrodente, ad tantam venire paupertatem, ut præfati monasterii reditus, ac proventus soli abbatissæ Walburgæ, ibidem in vili tugurio degenti, ad ejus inopiam repellendam minimè sufficere potuerint: nam bona monasterii magna ex parte aut alienata fuerunt, aut aliis obligata; itaque monasterium in solitudinem quodammodò redactum videbatur, ecclesia ipsius & turris magna absque tectis, crescentibus arboribus, velut in saltibus, superiùs repletæ fuerunt, quemadmodùm radices earundem testudinibus infixæ adhuc hodierno die clariùs manifestant; *ita ille, cui cùm non tantùm consonet, verùm etiam rem distinctiùs exponat Opusculi Ms. plùs semel jam laudati auctor, verba ejus huc facientia, utut parùm concinna, pariter describo.* Postquam..., *inquit*, ecclesia Bodecensis seu ejus monasterium per annos circitèr quingentos quinquaginta sub fœminei regiminis fragilitate steterat, declinatio ejus jam annis continuata plurimis tantam vergebat in miseriam, quòd ecclesia, cum toto monasterio incendio vastata, rusticorum dormitorium & granarium, & brutorum animalium stabulum est effecta. Pavimentum ejus fimo bestiarum duorum pedum altitudine cum egestionis ingluvie quasi per totum fuit coopertum. Muri & testudines ejus unà cum turri imbribus patentes & nivibus decem & octo annis continuis stillicidia se penetrantia tolerârunt, sola illa parte, quæ chorum continebat ejusque latera, in tecto reformata. Calices, libri, campanæ & ornamenta varia, census, reditus, bona immobilia atque jura ipsius aut venditionis aut impignorationis titulo, & nonnumquam furti, rapinæ aut usurpationis fraudulentæ vitio vicissim alienata fuerunt. Non remanserat tandem ædificium ex illo toto monasterio & pertinentiis ipsius omnibus, quo à molestatione pluviæ vel fervore solis se posset homo tueri, præterquam domuncula quædam, in qua

A qua ſola abbatiſſa cum familia grandi degebat ſub ærumna. Arbores & arbuſta in capellis ejus, quarum introitus, murorum fragmine prohibente, beſtiis non patuit, & ſuper earum altaria, tanquam in ſaltu ſuccreverunt. Omnes tam canoniſſæ quàm clerici, etiam presbyter parochialis, locum deſeruerunt.

reliquiarum Sancti inde Paderbornam

98 *Budicenſi ergò monaſterio unà cum adjuncta ei eccleſia ad deplorandum adeò ſtatum aliquamdiu jam redacto, de aſſervatis ibidem ad illud uſque tempus* S. Meinulphi *reliquiis, quò decentiori honeſtiorique loco hæ collocarentur, Paderbornam transferendis eſt cogitatum, fuitque etiam verè, Wilhelmo ad Paderbornenſem cathedram anno* 1406 *evecto, tranſlatio illa, irrito licèt conatu, tentata. Quî res facta ſit, proximè laudatus ſcriptor exponit, in Ms. ſuo Opuſculo, penes me exſtante, ſic ſcribens:* Anno igitur Nativitatis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexto, Wilhelmus, filius ducis de Monte, electus Paderbornenſis, per capitulum ſuum ſuper tranſlatione reliquiarum ſancti Meynulphi, & bonorum ipſius monaſterii (*Budicenſis ſcilicet*)

B reſtantium ad eccleſiam Paderbornenſem tentatus, in reliquiarum, ut major eis honor impenderetur, ſed non in bonorum tranſlationem, verbis & facto conſenſit. Nam idem electus unà cum decano & aliis quàm pluribus canonicis & miniſterialibus ipſius eccleſiæ Paderbornenſis ſuorumque comitiva non modica verſus villam Bödeken ſe direxit, cúmque loco jam viſi ſunt adeſſe, mulieres villæ illius duæ, iſtos ob tranſlationis prædictæ cauſam venire ſuſpicatæ, ſe ad eccleſiam contulerunt, & abrepta archa reliquias continente ſuprà dictas, eam in quodam equorum ſtabulo, turri ipſius eccleſiæ verſus Auſtrum affixo, ſub paleis abſconderunt. Et dum iſti, chorum eccleſiæ ingreſſi conſtipatim, archam in loco ſuo non viderunt, ab illis mulieribus ſciſcitabantur, quò archa deveniſſet; quæ tanquam rurales, aſtutiæ Rachelis expertes, planè mendacio inquirentes fallere ſui Patroni zelo ſuccenſæ non veritæ, illam ad caſtrum Wevelsburg vicinum ſibi reſponderunt fore deductam. Ipſi tamen verbis earum minùs creduli, ciſtas ruſticorum plurimas, quibus eccleſia repleta fuerat, aperiendo, reliquias iſtas in eis & ipſius eccleſiæ locis particularibus ſollicitè quærebant, &, dum ſe viderunt fruſtra laborare, viâ, quâ venerant,

C confuſi redierunt.

tranſlatio fruſtra tentatur;

99 *Irritum hiſce verbis jam relatum ſacras* S. Meinulphi *reliquias è monaſterio Budicenſi auferendi conatum memoriæ etiam produnt Gobelinus in Coſmodromio ætate* 6, *cap.* 90, *& Joannes Probus in Budicenſi Chronico part.* 1, *cap.* 1, *pag.* 3 *& ſeq. Ac Gobelinus quidem, etſi non in loco, quo ſacra pignora à binis Budicenſibus mulieribus fuiſſe occultata, ſcribit, in reliquis tamen adjunctis cum relatione modò data ſat exactè congruit; quod verò ad Joannem Probum pertinet, is rem loco cit. ita exponit:* Venerabilis Henricus, nobilis de Büren, ejuſdem eccleſiæ (*cathedralis Paderbornenſis*) præpoſitus, beati Meinulphi corpus ad majorem Eccleſiæ honorem de ſæpe dicto monaſterio Bodecenſi eidem aufferre decrevit. Adſcriptis itaque ſibi quadraginta equitibus verſus præfatum monaſterium iter arripuit; cúmque unus de exercitu (non caſu, ſed Deo diſponente) ante alios verſus Böddeken veniret, improviſè loquens, cauſam adventantis præpoſiti denudavit, quam cùm audirent duæ mulieres, ſpeciales B. Meinulphi amatrices, ægrè ferentes hujuſmodi ſacrum corpus ſui Patroni de loco proprio ad extraneos deportandum, brevi ſuper hoc concilio celebrato, prænemoratum corpus cum ſua capſa de ſuo altari tollentes, ad vile jumentorum ſtabulum magnæ turri contiguum verſus Auſtrum collocabant, & ſtraminibus operientes abſconderunt. His ita geſtis, ſupradictus præpoſitus, multitudine vallatus, Böddeken venit, templum intravit, &, dum ſacrum corpus, quod tollere venerat, in altari, quo ſibi conſuetum ſtare fuit, non invenit, de ipſo celeriter quæſtionem fieri fecit, nulloque de inhabitantibus locum ad placitum ſibi reſpondente, undique de eodem corpore inquirendo ſollicitus fuit, ciſtas etiam eccleſiæ ob eandem cauſam juſſit aperiri, ſed, quod quærivit, Deo diſponente, non invenit.

AUCTOR C. B.

magna harum veneratio ac æſtimatio;

100 *Hactenus Joannes Probus, qui, quamvis quidem in loco, quo ſacra Sancti lipſana à mulieribus Budicenſibus fuerint abſcondita, cum relatione, num. præced. huc tranſcripta, conſentiat, ſimul tamen & ab hac & à Gobelino in aliis diſſonat, ac præcipuè quidem in eo, quòd conatum, ſacris* S. Meinulphi *reliquiis Budicenſi eccleſiæ auferendis impenſum, non Wilhelmo epiſcopo, ſed, contrà ac Gobelinus dictaque relationis, quiſcúmque is ſit, auctor faciunt, Henrico Bürano, Paderbornenſi præpoſito, adſcribat. Verùm, etſi id ita ſit, apprimè tamen, quod caput eſt, illum inter & binos hos ſcriptores quantum ad tentatam impeditamque ſacrarum Sancti reliquiarum ad eccleſiam Paderbornenſem è Budicenſi tranſlationem convenit, ut conatui huic reapſe fuiſſe locum, certum appareat atque indubitatum; ſive autem is Wilhelmo epiſcopo, ſive Henrico Bürano, Paderbornenſi præpoſito, debeat attribui, unicè ferè à ſumma in Sanctum ſacraſque ejus exuvias, honeſtiore decentiorique loco collocandas, veneratione fuiſſe videtur dictatus. Nec à pio minùs affectu impediendi, ne ſacra Sancti lipſana è Budicenſi eccleſia auferrentur, conſilium fuit ſuggeſtum; initum ſcilicet id fuit ex eximio planè in* S. Meinulphum *amore, ſummaque ſacrarum ejus reliquiarum æſtimatione, quâ non tantùm, quæ has, ne auferrentur, occultavêre, Budicenſis vici mulieres, verùm etiam non pauci alii hujus incolæ fuerunt affecti, uti fas eſt conjicere è Wevelsburgenſis caſtri, in eodem vico ſiti, dynaſtarum facto, quod Joannes Probus Operis ſui jam ſæpiùs cit. part.* 1, *cap.* 2, *pag.* 4 *& ſeq. refert. Verba, quibus id exponit, etſi etiam, quemadmodùm pleraque ſcriptoris hujus alia, planè inconcinna ac barbara, huc tranſcribo.*

E

F

in caſtrum Wevelsburgenſe, ne auferantur, illata;

101 *Sic habent:* Fridericus & Ravenno fratres ſtrenui domicelli de Brenken & caſtri Wewelsborg, hujuſmodi negotium (*ſacra* S. Meinulphi *lipſana auferendi conatum*) fieri audientes ... commotis viſceribus, cum ſubditorum multitudine, velut leones jam privandi catulis, ad monaſterium Böddecenſe concito gradu pervenerunt: optabant namque diſcrimini mortis ſe ibidem exponere, quàm eccleſiam ſuam parochialem tam dilecto ſuo Patrono (S. Meinulpho *nimirum*) ſpoliari. Sed, B. Meinulpho nolente, propter ſuum corpus ſanguinem fundi, præfatis domicellis ab incolis villæ Böddecenſis intimatur, quòd B. Meinulphi corpus nequaquam adverſæ partes poſſent invenire: quapropter iidem domicelli, viri prudentes, magis pacem inquirentes, quàm movere lites, montem Staelberg, quo venerant, reaſcendunt, & in cacumine i-

AUCTORE C. B.

plius, quò usquè præpositus absque reliquiis cum suis à monasterio per vallem versus Paderbornam declinaverat, diu subsistiterunt; quo facto, præmemorati domicelli nolentes, B. Meinulphi corpus ad ablationis periculum in sua desolata ecclesia diutiùs permanere, descensum montis petunt, & ecclesiam Böddecensem ingredientes, præfatum sacrum corpus cum omni reverentia, prout decuit, tollunt, & eum, qui pridem religiosus fuit, secum ducentes ad castrum contulerunt. O ex quàm magno desiderio hujusmodi sacræ reliquiæ ad antè dictum castrum deportatæ fuerunt! Videlicet, ut inillo conservatæ non deportarentur ab adversariis, qui eas aufferre laborabant.

ab hujus incolis, divinitus hinc se punitos rati, ad monasterium Budicense referuntur,

102 Sed quia B. Meinulphum non delectabat easdem suas reliquias ibidem in castro aliquamdiu permanere, necessarium erat, aliquod fieri signum, per quod Castrenses compulsi prædictas reliquias ad proprium reducerent monasterium. Contigit ergò, quòd eodem tempore & loco duodecim porci unius ibidem castellani, cujus nomen Ravenno erat, furibundiam incurrentes interirent; ex quo facto castrenses videntes, manum Domini super se in malum aggravatam, citò prædictam arcam cum suis sacris reliquiis ad monasterium B. Meinulphi remiserunt, quemadmodùm viri Azotii fecerunt; hi namquè, quando propter arcam, ipsis à foris adductam, viderunt plagam super se, dixerunt: "Non maneat „arca Dei Israël apud nos, quoniam dura ma„nus ejus venit super nos.„ Etiam quod supradicta mortis plaga propter præsentiam sacrarum reliquiarum in antedicto castro existentium fuit, ex hoc cognosci potest; nam quàm citò eædem sacræ reliquiæ ad præmemoratum monasterium delatæ fuerunt, non solùm prænominata mortis plaga cessavit, verùm etiam omnia cum jucunda rerum prosperitate inhabitantibus idem castrum arridebant. *Hæc Joannes Probus, mox præterea adjungens, ex ea, quam præmisit, narratione liquidò patere,* S. Meinulphum *tunc noluisse, ut sacra sua lipsana è Budicensi, quam exstruxerat, ecclesia, utut in statum maximè miserandum prolapsa, tollerentur. Verùm, quoquo modo res hæc habeat, divina benignitate haud ita multò post factum est, ut canonici Regulares, à quibus tandem sacer ille locus, Sancti nostri reliquiis asservandis destinatus, contento studio ac labore fuit instauratus, sanctimonialibus fuerint in monasterio Budicensi substituti; quod qui acciderit, ex ordine nunc expono.*

B

C

quod Wilhelmus Paderbornensis episcopus, dato

103 *Diœcesis Paderbornensis clericus, è Wilhelmi electi ac confirmati Paderbornensis episcopi domesticis, ad Benthemiense S. Mariæ canonicorum Regularium cœnobium diverterat, cúmque ab his officiosissimè humanissiméque fuisset exceptus, ad dominum suum reversus, religiosorum illorum virorum hospitalitatem, innocentissimos mores vitæque sanctitatem summoperè laudavit, plurimúmque, ut in diœcesim suam canonicos Regulares induceret, episcopum est hortatus. Placuit huic consilium, cúmque rei exsequendæ aptum ei visum fuisset collapsum Budicense cœnobium, religiosum ac devotum dominum Joannem Wael aut, ut alii scribunt, de Wale aut etiam Weil, monasterii S. Laurentii propè Zwollas canonicorum Regularium Priorem, quorum summum vitæ rigorem religiosamque disciplinam aliunde habebat compertam, datis litteris anno* 1408 *ad se evocat, monasterium Budicense lustraturum mittit, rogatque, ut id instaurandum canonicisque Regularibus deinceps possidendum ac incolen-*

dum accipiat, cúmque ægrè prior, quòd miserando nimis in statu monasterium invenerat, episcopo tandem assensisset, illud hic, à Walburge de Walde Bodecensi abbatissa sub pensionis annuæ ei pendendæ onere sibi jam ipso anno 1408 *resignatum, anno proximè sequenti,* XVII *mensis Julii, in eumdem reverendum dominum de Wale, Zwollis tandem, quò interim, re nondum omnino inter episcopum aliosque, ad quos spectabat, confecta, concesserat, post novem menses reversum, publico instrumento seu privilegio transcribit, uti nos docent in Monumentis Paderbornensibus pag.* 223 *Ferdinandus Paderbornensis episcopus, Joannes Probus in Chronico Budicensi parte* 1, *cap.* 3, *Opusculi Ms. num.* 98 *&* 100 *hic iterum laudati auctor ac tandem etiam in Cosmodromio ætate* 6, *cap.* 90 *Gobelinus Persona, ibidem etiam exhibens, prout ipsemet eam concepit, Privilegii seu instrumenti partem, quo à sanctimonialibus in canonicos Regulares seu, si mavis, in Joannem de Wale, Zwollensium canonicorum Regularium Priorem, monasterium Budicense transtulit Wilhelmus, Paderbornensis episcopus. Illam vel idcircò, quòd omnia, quæ suprà de miserando Budicensis monasterii statu dicta sunt, egregiè confirmet, integram huc transcribo.*

D

E

cujus hic pars recitatur,

104 *Hisce à Gobelino Persona loco cit. exhibetur verbis:* Wilhelmus de Monte, electus Paderbornensis & confirmatus, ad perpetuam rei memoriam. Quamvis Domini est terra & plenitudo ejus, certa tamen loca pro cultu frequentiori suæ majestatis singularibus signorum indiciis plerúnque consecrare consuevit, quæ quantò majoris corporis negliguntur incuriâ, tantò majori negligentes ipsi rei Dei redduntur injuriâ: qui rursus à Deo neglecti, & in desideria cordis sui traditi, nonnunquam sic in vanitatibus suis evanescunt, quòd loca & personæ, divinæ justitiæ dispensante secreto, contrectatione mutua tabescentes, ipsa cum personis loca vilescunt. Et quia deviis à tramite veritatis veritas dicit: Regnum Dei auferetur à vobis, & dabitur genti, facienti fructus, ad honorem nominis divini plurimum cedere non ambigimus, si vepribus & spinis ab agro Dominico funditùs extirpatis, loca sancta inhabitantium culpâ in despectionem deducta, novellis olivarum, quas in circuitu mensæ divinæ constitutas Propheta commemorat, studuerimus fœcundare. Cùm igitur monasterium in villa Bodeken, nostræ diœcesis, quondam ab almo Christi confessore sancto Meinolfo diacono, juxta seculi fastum viro nobili, quem inclitæ memoriæ Karolus Magnus, tunc rex Francorum & postea Romanorum imperator, postquam gentem Saxonum Occidentalium fidei Christianæ jugo subjecit, de sacro fonte levavit, pro congregatione fœminarum, quæ Canonicæ Sæculares appellantur, singulari quodam divino miraculo prævento, quod admodùm veterum literarum testimonio didicimus, fundatum, partim negligentiâ, partim casibus fortuitis & malo statu patriæ incurrentibus, sic penitus desolatum esse conspicitur, quòd ex omnibus ipsius ædificiis ipsa ecclesia, plus tamen, fimo & immundicia ejus testantibus, pro receptaculo bestiarum, quàm pro Dominici cultus exhibitione in parte reformata & in capellis, eidem ecclesiæ quondam annexis, nunc verò dirutis, immò super ipsa altaria capellarum, sicut in saltu virgulta succrescunt, unde tam canonicæ, quàm rector curiæ, ac etiam clerici ceteri, sola abbatissa ibidem in tugurio rusticano degente, terram fructiferam,

F

tan-

A tanquam eis verſam in ſalſuginem, abhorrentes, locum ipſum dudum reliquerunt.

Privilegio, in canonicos Regulares

105 Nos ad loci ſupradicti reformationem, pro divini cultus reſtauratione, pietate curæ paſtoralis allecti, intenſis deſideriis aſpirantes, ne ficulnea infructuoſa rurſus terram pernicioſiùs occupet, eundem locum, malitiâ temporis, loci qualitate & ſexûs fragilitate penſatis, non ſub hujuſmodi canonicarum ſecularium ſtatu, quem Sedes Apoſtolica approbare non dignatur, ſed ſub certæ, per eandem approbatæ, religionis titulo, cujus profeſſores ſexûs virilis non ſolùm carne, ſed & adverſitatis turbo non terret, nec arriſus fallacis fortunæ diſſolvit, decrevimus reformare. Hinc eſt, quòd, abbatiſsâ, canonicis & rectore parochiali, ceteriſque eccleſiaſtici juris in ipſo loco ſibi quicquam vendicantibus ſupradictis ad noſtram vocatis præſentiam, de loci prædicti lamentabili deſolatione, non ſine ſua culpa ad tantum progreſſa diſpendium, & de ipſius reformatione religioſa per nos concepta, tractatu diligenti præhabito cùm eiſdem, abbatiſſa primùm ipſius abbatiæ dignitatem, deinde canonicæ, dehinc rector parochialis & demum beneficiati cæ-

B teri canonicatus & præbendas, eccleſiam cum cura ipſarum, & beneficia eccleſiaſtica, ac omne jus, quod eis & eorum cuilibet, in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum, prout ad eos, & eorum quemlibet conjunctim & diviſim ſpectabant, in manibus noſtris communiter & diviſim ſponte reſignârunt.

transcribit.

106 Nos igitur hujuſmodi reſignationes admittentes, recipientes, ratas & gratas habentes, cum honorabilibus viris, dominis, Præpoſito & capitulo eccleſiæ noſtræ Paderbornenſis prædictæ, tractatu capitulari & matura deliberatione præhabitis, abbatiam, eccleſiam & monaſterium ſic, ut præmiſſum eſt, in manibus noſtris reſignata, cum omnibus prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, bonis & rebus mobilibus, terris, agris, cultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, viis & inviis, ac pertinentiis eorundem univerſis, honorabili viro, Johanni Weil, Priori monaſterii in Swollis, Trajectenſis diœceſis, tradimus, concedimus & aſſignamus per præſentes, ita quòd, ipſa eccleſia ac monaſterio ſupradictis, prout ei facultas ſuppetit, reformatis, congregationem convenientem virorum Deo devotorum canonicorum, videlicet Regularium,

C religioni ſui monaſterii in Swollis ſupradicti conformium, juxta ejuſdem religionis exigentiam ibidem inſtituat, præſertim cùm ſanctus Meinolphus, ejuſdem monaſterii fundator ſupradictus, religionis illius creditur fuiſſe profeſſor. *Ita habet laudati Privilegii ſeu litterarum, in quibus ad canonicos Regulares tranſlatum fuit Budicenſe ſanctimonialium monaſterium, producta à Gobelino in Coſmodromio loco cit. pars; etſi autem litteras illas integras, è Ms. Budicenſi depromptas, penes me habeam, dandam tamen hîc dumtaxat partem jam recitatam duxi, quòd hæc, quæ illæ ad inſtitutum noſtrum ſpectantia continent, omnia accuratè exhibeat. Verùm, quod loco cit. ſubdit Gobelinus, privilegii ſeu litterarum conceſſionem menſe Maio factam, erroneum apparet. Etenim Ferdinandus Paderbornenſis epiſcopus in Monument. Paderborn. pag. 223 monaſterium Budicenſe decima ſeptima Julii die in Joannem Wael ſeu in canonicos Regulares tranſcriptum notat, litterarumque, quibus id factum eſt, exemplar, penes me exſtans, præter annum* 1409, *de quo inter omnes convenit, eamdem hanc Julii diem præfert, ut ſanè tunc, non autem menſe Maio, Privilegii ſeu litterarum conceſſio, ac proin etiam, utpote per hanc facta, monaſterii Budicenſis ad canonicos Regulares tranſlatio veroſimillimè, ne dicam indubiè, acciderit; quæ quî ſimul cultui* S. Meinulphi, *in eodem monaſterio aut penitus intermiſſo, aut certè non parùm imminuto, inſtaurationem attulerit, § ſequens aperiet.*

AUCTORE C. B.

§ VIII. Sancti reliquiæ tranſlatæ populoque exhibitæ, cultus ejus apud Regulares Budicenſes canonicos.

Monaſterii Budicenſis inſtauratio è felicem operis

HEbdomadæ vix ſex à tranſcripto in Joannem de Wale, Swollenſium canonicorum Regularium Priorem, Budicenſi monaſterio erant elapſæ, cùm hoc ille evocatis aliquot ad ſe è Swollenſi cœnobio canonicis incolendum inſtaurandumque commiſit. Atque hi quidem, in novum hoc domicilium ipſo S. Joannis Baptiſtæ Decollationis feſto ſeu XXIX Auguſti die inducti, alacritate non mediocri opus ſtatim ſunt aggreſſi; etſi autem monaſterii ſibi traditi ædificia omnia propemodùm collapſa aut etiam deſtructa invenirent, hæcque omnia aut à fundamentis denuò erigere aut certè inſtaurare, rem cernerent multis difficultatibus implexam, animum tamen minimè deſpondentes, felici labores ſuos exitu coronandos, ſpem conceperunt partim è ſacro, quod in eccleſia inſtauranda penes ſe habebant, S. Meinulphi corpore, partim è ſuprà narratis, quibus hic Budicæ ædificandum monaſterium didiciſſet, viſionibus divinitus oblatis; quòd enim S. Meinulphus (*adi num. 66 & ſeq.*) in loco, quo monaſterium Budicenſe condidit, primò cervas inſtabiles, poſtea verò cervum quieſcentem vidiſſet, monaſterii à canoniſſis, quantum ad ſexum inſtabilibus, ad canonicos Regulares tranſlationem à Deo, qui proinde ſuſceptum ab iis opus fortunaturus eſſet, præſignificatam fuiſſe, in animum induxerant.

E

exitum unde ſibi ſpopondérint canonici Regulares.

108 *Opuſculi Ms., cujus num. 20 & ſeq. data notitia, auctor, qui & ipſe canonicus Regularis veroſimillimè fuit, ſic loquitur:* Quemadmodùm juxta traditionem illorum, qui nobis de Vita & Miraculis ſancti Meynulphi (*vide Sigewardum in Vita num.* 14) ſcripta reliquerunt, ipſe per cervas fœminas in loco illo (*Budicenſi vico*) inſtituendas, & per cervum Chriſtum loci defenſorem viſionum admonitione prædictarum (*quibus ſcilicet* S. Meinulpho *primò cervarum, ac dein cervi ſpecies fuerat objecta*) ſibi deſignari crediderat, ſic nos, rerum experientiâ jam planiùs edocti, quid ampliùs per eaſdem viſiones Providentia Divina portendi voluerit, poſſumus explicare. Cervæ quidem motibus inſtabiles, priùs viſæ, dum jam locum reliquerant, cervus ſignum crucis bajulans apparuit. Sic poſtquam locum iſtum (*monaſterium Budicenſe*) fœminæ naturæ ſuæ inſtinctu inſtabiles, hujus ſancti Viri (Meinulphi *nimirum*) venerari negligentes merita, dereliquerant, virilis ſexus ſpiritûs inſtinctu ſtabilis, laudare Dominum in Sanctis ſuis habilis, Chriſtum ſequens ſub onere Crucis, in eodem loco jam ſucceſſit fœminis. *Similia etiam habet in Budicenſi Chro-*

F

nico

AUCTORE C. B.

nico part. 1, *cap.* 1 & 3 *Joannes Probus, non obſcurè ſimul indicans, canonicis Regularibus, ac nominatim Joanni de Wale, Swollenſis monaſterii Priori, è viſionibus, quarum priori ter repetita* S. Meinulphus *cervas inſtabiles, poſteriori cervum cubantem vidiſſet, animos ad reformandum inſtaurandumque Budicenſe cœnobium additos fuiſſe. Quod verò jam ad Sancti corpus, in eccleſia Budicenſi inſtauranda exiſtens, pertinet, uti illud ſibi præſens habebant, ita veroſimillimè Sancti, veluti patroni, pro monaſterio à ſe exſtructo apud Deum aſſiduè interceſſuri, præſentem etiam opem in moleſtiis quibuſcúmque ac periculis ſeſe experturos, ſperabant.*

Eccleſiam Kerckbergenſem cultui divino aptant, ad eamque transferri

109 *Ut porrò hanc promereri etiam ſibi poſſent, nihil habuêre antiquius, quàm ut ab ipſo ſtatim ſuſceptæ inſtaurationis initio cultum Sancti, qui unà cum ejus monaſterio penè interierat, pariter inſtaurarent, atque etiam, quoad fieri poſſet, augerent; quod ut facerent, ab honorandis Sancti reliquiis duxêre initium. Quî res geſta ſit, expono. Fuerat eo tempore, quo primum canonici Regulares monaſterium Budicenſe ſunt ingreſſi, Budicenſis paræcia ob unius è ſiti in ea*

B

Wevelsbergenſis caſtri dynaſtis contumaciam, quæ circa quid verſata ſit, nuſpiam invenio, interdicto eccleſiaſtico ſuppoſita; cùm autem canonici Regulares divinum cultum (*verba ſunt Joannis Probi in Chronico part.* 1, *cap.* 4) apertis januis pro majori devotione habenda exercere *cuperent*, eccleſiam Kerckbergenſem poſitam in vicino ab immunditiis ſuis purgaverunt, *cúmque* ſequenti Dominica poſt B. Joannis diem reverendus Wilhelmus Paderbornenſis eccleſiæ electus per ſuum ſuffraganeum eam *feciſſet* dedicari, *in eadem* prænominati *canonici* à tempore, quo monaſterium *Budicenſe* reformare cœperunt, ferè unius anni ſpatio, *quando tandem præfatum interdictum, in quantum id Budicenſe monaſterium ſpectabat, fuit levatum*, divinum Officium apertis januis magno cum fervore peregerunt, *ſacraſque interim* S. Meinulphi *reliquias, quo illuſtre ejus nomen, oblivione apud nonnullos ferè obrutum, in memoriam revocarent, ſolemni ritu ad dictam Kerckbergenſem eccleſiam ipſo natali Sancti feſto ſeu* v *Octobris die transferri curavêre, populoque publicè ſpectandas exhiberi. Rem refert in Budicenſi Chronico part.* 1, *cap.* 5 *Joannes Probus.*

C

ne populo exhiberi curant Sancti reliquias.

110 *En ipſa, utut iterum parùm admodùm concinna, ejus verba.* Quia igitur, *ſcribit*, B. Meinulphi laudabilis fama multis annis ſilentio obruta fuit, dignum duxi, quæ vidimus, iterum magnificè propalare & ſcriptis commendare. Regulares namque, poſtquam ingreſſi ſunt monaſterium Böddecenſe, audientes, B. Meinulphi reliquias jam per longa tempora in area ſua latentes, die natalis ſui proximè tunc ſequenti omnibus adventantibus eas oſtendere decreverunt, & ob hoc circùm circà in vicinis locis hoc ipſum fecerunt fieri manifeſtum. Itaque præfato die, populorum multitudine ex devotione ad dictum monaſterium (*Budicenſe*) concurrente, ſacrum B. Meinulphi corpus cum ſua capſa humeris quorundam venerabilium canonicorum eccleſiæ Paderbornenſis impoſitum ab eccleſia Böddecenſi uſque in Kerckberg magna cum devotione & mutua melodia, multitudine populi vicinorum locorum ſequente, deportatur, ubi ob majorem ſolemnitatem peragendam non ſolùm una Miſſa ſolenniter cantabatur, verùm etiam ex devotionis fervore plures Miſſæ in portatilibus legebantur, nec ad hujuſmodi venerandum diem hoc ſufficere putabatur, niſi & validum campanarum ſtrepitum inibi præ gaudio frequentarent. Divino itaque Officio ritè celebrato, ac præfata capſa cum ſacris reliquiis extra eccleſiam deportata, ſuper eminentiorem locum ad hoc præparatum honorificè collocatur, eaque aperta, venerabilis ſuffraganeus reverendi electi Paderbornenſis eccleſiæ unà cum devoto domino Joanne Priore Swollenſi B. Meinulphi ſacra oſſa tantæ ſupradictæ multitudini, quæ ob hoc undique devotè convenerat, cum omni reverentia, prout decuit, oſtentabat: quo facto, prædictum ſacrum corpus à præfatis venerabilibus bajulis, multitudine conſequente, ad propriam eccleſiam (*Budicenſem videlicet*) cum gaudio reportatur.

D

Cultum ei tunc, ut apparet, Miſſâ propriâ,

111 *Tale inſtaurationi cultûs* S. Meinulphi, *cùm tribus nondum menſibus integris canonici Regulares ſanctimonialibus, ſeu potiùs canoniſſis Secularibus, in Budicenſi cœnobio fuerant ſubſtituti, datum fuit initium; verùm quod qualeve deinde incrementum ille acceperit, nuſpiam in Budicenſi Chronico edicit Joannes Probus, qui tamen cùm non pauca miracula, quorum partem infrà exhibiturus ſum, ætate ſua ſeu non diu à proximè memorata reliquiarum tranſlatione ad* S. Meinulphi *invocationem patrata, narret, hunc cœpiſſe tunc magis magiſque coli, imò verò fuiſſe jam tum ſuo ſaltem natali in cœlis die Budicæ quotannis à canonicis Regularibus & Miſſâ propriâ & Officio proprio honoratum, dubitandum non apparet. Et primò quidem Miſſâ propriâ honoratum fuiſſe, etiam colligo ex Joanne Probo, qui part.* 2, *cap.* 27 *meminit Sequentiæ, ætate ſua uſurpatæ, in qua de nola mortis prænuncia,* S. Meinulphi *dicta, infráque hîc memoranda, ita decantabatur:* O quàm ſignum ſingulare, quo nos ad mortem præparare monet ſonus cymbali. *Gamanſius ſæpiſſimè jam laudatus Sequentiam hanc Sigewardinæ Sancti Vitæ, à trecentis aut quadringentis, ut putavit, annis ſcriptæ, recentiori manu, ducentis tamen annis circiter antiqua, præfixam in codice Hardeshuſano invenit, illamque, unà cum hac à ſe deſcriptam, ad Majores noſtros ſeculo præterito tranſmiſit. Antiquum illud cultûs Sancto delati monumentum, utut eo loco, quem punctis implevi, mutilum, huc ego, ne id ſtudioſus lector deſideret, unà cum titulo, quem præfert, tranſcribendum duxi.*

E

F

è qua hîc datur Sequentia.

112 Sequentia de ſancto Mainulfo.

Recolentes magnifica
Patris noſtri ſolemnia
  Chriſti decoret gratia;
Voces votaque cordium
Tu laxa dator munerum
  Ad promendum canticum.
Sanctus iſte vitæ florem
Suavitatis in odorem
  Conſecravit Domino,
Præmonſtratum inſtauravit
Locum iſtum & ditavit
  Largo patrimonio.
Adhuc vivens dono Chriſti
Velum flanti reddidiſti
  Conſumptum incendio,
Reparatam ter fregiſti
Tumbam, quando te juſſiſti
  Transferri de tumulo.
Quod præſumpſit ordinare,
Datur illi revocare
  De prælata nobili.
O quàm ſignum ſingulare,

Quo

A Quo nos morti præparare
Monet ſonus cymbali.
Vir juſſa ferre præſuli
Tardat, caligant oculi,
. . . . . .
Corpus ſacrum dum levatur,
Aquis ipſis reparatur
Una paralytica.
Hunc Patronum veneremur,
Dulci voce modulemur
In ejus ſolemniis,
Apud Chriſtum ſublevemur,
Ne damnemur, ut meremur,
Ipſius ſuffragiis.

113 *Quod autem ad Officium eccleſiaſticum jàm pertinet, è Miſſa propria, quâ ex dictis Budicæ Joannis Probi ætate honoratus fuit Sanctus, Officio pariter proprio honoratum ibidem eum tunc fuiſſe, concludendum apparet. Quoquo modo res habeat, talem equidem Sanctus poſtea in monaſterio Budicenſi cultum fuit adeptus, uti ex jam nunc dicendis pateſcet. Ad manum habeo libellum, Paderbornæ typis Heidenrici Pontani anno* 1627 *excuſum. Hunc præfert titulum:* Officium S. Meinolphi, confeſſoris & monaſterii Budicenſis fundatoris, ſtudio R. P. F. Gerhardi Sonnenſchmidt dicti monaſterii Prioris, editum; *duo autem ut minimùm diverſa, unde* Officia *potiùs quàm* Officium *libellus debuiſſet inſcribi, de* S. Meinulpho *Officia complectitur, quorum alterum natali Sancti die duplici primæ claſſis ritu cum Octava, alterum tranſlationis feſto, ritu non expreſſo, recitandum præſcribitur. Porrò cùm duo illa Officia, quorum Lectiones,* S. Meinulpho *propriæ, è Vita, per Gobelinum ſcripta, ſunt depromptæ, à monaſterii Budicenſis Priore, uti ex titulo huc tranſcripto liquet, ſint contexta, dubitandum non apparet, quin ſeculo proximè elapſo à religioſis Budicenſis monaſterii incolis recitanda quotannis memoratis binis Sancti feſtis fuerint propoſita. Verùm an in hæc Officia mutatio quædam modò non ſit invecta, ſeu potiùs an ad duos feſtos dies, quos ſibi in Budicenſi canonicorum Regularium cœnobio conſecratos olim Sanctus habuit, tertius modò non acceſſerit, dubitare me facit Overhamus, in ſuis ad* S. Meinulphi *Vitam Obſerv. pag.* 422 *ita ſcribens:* Reliquiæ S. Meinulfi plurima cum religione adſervantur in cœnobio Bodecenſi, in quo præter primarium tutelaris Sancti feſtum v Octobris, celebratur etiam feſtum Tranſlationis & Commemorationis.

& Officio proprio detulerunt, præterque nativitatis & tranſlationis

C

114 *Adhæc penes nos exſtat Ms. Sanctorum Collectio, quam, qui eam congeſſit Joannes Gamanſius, Societatis noſtræ ſacerdos, Eccleſiæ Paderbornenſis Sanctuarium inſcripſit. Atque hoc, quod additionibus, à Grothauſio, noſtræ item Societatis ſacerdote, adjectis, ſubinde etiam eſt auctum, primò quidem ad* XXVII *Septembris diem è Kal. Budicenſi, quod citat, ſic habet:* Tranſlatio (*hæc ad* XXVI *Septembris, quo proin Sanctum inter Prætermiſſos recenſuimus, alibi ſignatur*) S. Mainulfi. IX Lectiones; in Abdinghoviano autem (*ita additur manu Grothauſii*) Exaltatio Sci Mainulfi diaconi; *ad diem autem* XVIII *Jan., additione à P. Grothauſio facta, inſigne illud miraculum ſemel ac iterum Budicæ factum memoratur, quo, ut vidimus,* S. Meinulphi *corpus de terra levandum, divinitus fuerit oſtenſum, additurque, idem miraculum in Kal. perantiquo Ms. canonicarum ſecularium in Bödeken, itemque in Kalendario præſentiarum celebrari hiſce verbis:*

Sancti feſta tertium præterea hodie veroſimillimè celebrant,

Apparitio Sci Mainulfi. *Accedit Florarium noſtrum Ms., à Congregationis Windesheimenſis canonico Regulari, ut apparet, contextum, quod ejuſdem miraculi meminiſſe etiam videtur, dum ad eumdem* XVIII *Januarii diem, quo nos Sanctum inter Prætermiſſos retulimus, ſic notat:* Inventio Sci Maynulphi archidiaconi & confeſſoris: *quibus omnibus fit, ut veroſimillimum appareat, in monaſterio Budicenſi hodie celebrari non tantùm natalem Sancti diem, & tranſlationem, de qua ad* XXVI *aut* XXVII *Septembris fiat, verùm etiam feſtum aliud, quo ad* XVIII *Januarii apparitio ſeu miraculi, quod Sancti tranſlationem ex dictis præceſſerit illoque Januarii die, ſi Gobelino fides, factum fuerit, commemoratio agatur.*

AUCTORE C. B.

115 *Porrò quàm impensè cultui* S. Meinulphi *poſt Joannis Probi ætatem ſeu poſt annum* 1455, *quo circitèr hic ſuo Budicenſi Chronico ultimam impoſuiſſe manum videtur, canonici Regulares Budicenſes ſtuduerint, argumento etiam eſſe poſſunt varia monumenta, ſive picta, ſive æri, lapidive inciſa, diverſa Vitæ Sancti capita repræſentantia aut ad hanc ipſumve Sanctum aut ejus reliquias ſpectantia, quæ in Budicenſi eccleſia, à ſe inſtaurata, aut in novo ei adjecto choro erexêre. Singulorum notitiam ad Majores noſtros miſit jam ſæpiùs laudatus Joannes Gamanſius. Præcipua ejus verba eò facientia tranſcribo.* Budicæ, *inquit,* in medio pſallentium choro occurrit monumentum lapideum quadratum, duorum pedum altitudine & latitudine, trium ferè longitudine, cum lamina æreâ ſuperimpoſita cum hac circumſcriptione: "Anno Domini MCCCCLXXXII „tranſlatum eſt ſummum altare de loco iſto: & „fertur, quòd S. Maynulfus vidit cervum cum „cruce hîc cubantem. Gloria tibi Trinitas.„ Laminæ inciſus ipſe S. Maynulfus genuflexus habitu diaconi ante cervum cum cruce in fronte, humi jacentem, cum hoc ſuperſcripto ejus eloquio: "Jam mihi„ (*adi Sigewardum in Vita num.* 20) "ſpes certa promittit, quòd ille, qui „quondam eodem vexillo inferni clauſtra pene„travit, hujus loci protector erit.„ Eadem una genuflectentis Meinulphi & accubantis cervi imago omnibus quatuor lateribus inſculpta cum hac epigraphe: "Hîc cervus cum cruce cuba„vit.„ *Monumenti lapidei, Gamanſii verbis hîc jam deſcripti, notitiam etiam ſubminiſtrat in ſuis ad Sigewardinam Sancti Vitam Obſervationibus pag.* 419 *Overhamus; verùm ea à Gamanſiana, uti ex ambarum collatione pateſcet, nonnihil differt. Gamanſii verba, cùm id qualecúmque diſcrimen ad rem non faciat, pergo deſcribere.*

variaque in Sancti honorem monumenta, quorum Gamanſius

E

F

116 Ad cornu Epiſtolæ, *inquit,* tabulæ altaris ſummi in latere affixa alia tabella ſcripta, quæ ſic habet: "Anno Domini MCCCCLXXXV in „Octava ſanctæ & individuæ Trinitatis, quæ „tunc fuit ipſo die Bonifacii, conſecrata eſt iſta „eccleſia ſimul cum novo choro & ſummo al„tari in honore ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, Ma„tris Domini noſtri Jeſu Chriſti, S. Joannis Ba„ptiſtæ, S. Maynulphi confeſſoris & fundatoris „hujus monaſterii à reverendo in Chriſto patre „ac domino, domino Johanne Thefelicenſi epi„ſcopo, ſuffraganeo tunc reverendi in Chriſto „patris ac domini, domini Simonis de Lippia, „epiſcopi eccleſiæ Paderbornenſis. Summum hoc „altare in honore ſanctæ Trinitatis conſecratum „eſt, & in honore glorioſæ Virginis Mariæ, „ſancti Joannis Baptiſtæ, ſancti Auguſtini epi„ſcopi, S. Maynulphi, S. Antonii confeſſoris, „&

verbis notitia

AUCTORE C. B.

„& impositæ sunt reliquiæ infrà scriptæ.„ *Sancti, hosque inter* S. Meinulphus, *quorum reliquiæ summo ecclesiæ Budicensis altari, dum consecraretur, fuerunt impositæ, hîc recensentur, ac deinde Gamansius ita prosequitur:* Ad latus Euangelii obeliscus prælatus lapideus, sculpturis & coloribus variegatus, muro chori ante summum altare adhæret, cujus mediæ basi, excavatæ & cancellis ferreis clausæ, imposita capsa lignea colorata cum fastigiali tecto cupreo inaurato. Tabella, ante cancellos apposita, cum hac aurea inscriptione: "Capsa reliquiarum san„cti patris nostri Maynulfi.„ Ad ingressum sacrarii vilitur S. Meinulfi imago vetus habitu rubro diaconali, vertice largiter attonso, cum templi Bodecensis figura in dextra, libro sub axilla sinistra, & corona radiorum circum caput cum cervo ad pedes & inscriptione, "Sanctus „Meynolfus.„ *Hanc imaginem, quæ* S. Meinulphi *altari votivo aliisque, notante Gamansio, ecclesiæ Budicensis locis etiam appingitur, seculo præterito ari incidi curavit A. R. P. Ægidius de Roovere Budicensis Prior, dedissemque etiam chalcographo nostro imitandum illius, quod penes me habeo, exemplar, si archetypum in ecclesia Budicensi po*
B *situm, seculo quinto decimo, quo canonici Regulares in Budicense cœnobium fuêre primùm inducti, existimâssem antiquius.*

hic ex parte datur, erexerunt,

117 *Imagini porrò laudatus Prior inscriptionem hanc adjecit:* S. Meinulphus confessor, Westphalus, cathedralis ecclesiæ Paderbornensis archidiaconus, monasterii Bodicensis fundator, à Carolo Magno imp. de sacro fonte levatus, circa an. DCCLXX floruit miraculis clarus; cujus reliquiæ in dicto Bodecensi mon. quiescunt. *Annus* 770, *circa quem Sanctus floruisse hîc notatur, haud dubiè erroneus est, uti ex jam suprà dictis liquet. Hisce observatis, à sacrarii ingressu ad chori sedilia cum Gamansio pergamus. Suprà hæc, inquit,* utrimque tabulæ duæ, muro affixæ, permagnæ & affabrè pictæ, quarum altera sibi adjunctam habet inscriptionem hanc: "Sanctus „Maynulphus multis facultatibus; „ altera verò istam: "Templum hoc dotavit, hæredem solum „Christum deputavit.„ Alis utriusque tabulæ exteriùs Christi passi historia, interiùs verò alis tabulisque Vitæ S. Meinulphi series per capita & intervalla depicta vititur. Extra chorum (*iterum verba sunt Gamansii*) ad sinistram egredien
C tis altare proprium S. Meinulphi spectatur, eo ipso loco erectum, quo olim Sanctus jacuit sepultus, ut tabella lignea, in eodem altari reperta, inscriptione, quam præfert, testatur. Ad eamdem sinistram in odæi superiori pergula ad angulum utriusque coëuntis muri juxta primum latus fenestræ majoris S. Meinulfus cernitur grandi satis statura, habitu eodem, ut alibi, in muro jam olim pictus relictusque, etiam ceteris templi partibus dealbatis, cum sententia: "Iste me „Carolus Magnus de sacro fonte levavit devo„tus.„ Ad latus oppositum habitu imperatorio cum scuto, in quo tria flava lilia, Carolus Magnus est depictus cum sententia: "Iste Maynul„phus, id est, meus Ulfius, ortum ducens ex „regibus.„ *Atque ita jam habes monumenta præcipua, in Budicensi ecclesia* S. Meinulpho *erecta, quæ Gamansius in Notitiis, ad Majores nostros missis, recenset, quæque ea ipsa, saltem ex parte, verosimillimè sunt, quæ ad annum* 837, *pag.* 113 *in Annalibus Paderbornensibus laudat Senatenus.*

118 *Porrò in iisdem Gamansianis Notitiis additur, in Budicensi choro circum altare quatuor etiam exstare scrinia, in quorum uno, unde etiam singularis in* S. Meinulphum *veneratio eluxcesit, asservata olim fuerint sacra lipsana, quæ, etsi quidem partes corporis* S. Meinulphi *non essent, Sancti tamen reliquiis accensebantur, quòd singulari quodam modo ad eum pertineant: sunt autem nola, velum seu peplum, dalmatica, crux argentea. De singulis hisce lipsanis pauca annoto. Nola,* S. Meinulphi *dicta, est tintinnabulum, quod, quotiescúmque Budicæ sanctimonialis brevi esset moritura, sponte sua, quemadmodùm Joannes Probus pag.* 46 *&* Gobelinus *in Vita num.* 31 *& binis seqq. exponunt, sonitum edere olim solverit, ut Sequentia, num.* 112 *huc transcripta, in qua cantatur,* O quàm signum singulare, quo nos morti præparare monet sonus cymbali, *jam inde à sanctimonialium ætate Budicæ in usu forsan fuerit, ac proin ut Sanctum ibidem jam tum & Missâ propriâ, & Officio, item proprio, honorari, fortè acciderit. Hæc iis, quo num.* 95 *dicta sunt, adjunge. Inceptum prosequor. Velum est lineum illud capitis tegmen, à Sancto ex combustione, ut ambo ejus biographi,* Sigewardus *quidem num.* 23 *&* Gobelinus *verò num.* 19 *narrant, redintegratum, in quo, uti, qui id viderunt,* Gobelinus *&* Gamansius *aiunt, adustionis adhuc vestigia cernuntur. Dalmatica est vestis sacra, quâ Sanctus, dum in Missa suo diaconi fungeretur officio, usus fuisse creditur. Hanc, de qua etiam pag.* 3 *&* pag. 47 Joannes Probus *agit, jam olim per milites Hollandos unà cum pluribus aliis ecclesia Budicensis ornamentis ablatam esse, notat* Gamansius. *Quod jam ad crucem argenteam pertinet, idcircò hanc, quòd à Sancto in memoriam crucis, quæ ei inter cervi cornua divinitus apparuerit, curata esset,* S. Meinulphi *dictam fuisse, suspicatur idem* Gamansius, *additque, etiam illam, quæ novem librarum fuerit, per milites jam pridem esse ablatam.*

reliquiasque, quoquo modo ad Sanctum spectantes, reverentissimè custodierunt.

E

F

§ IX. Miracula à tempore, quo monasterium Budicense in canonicos Regulares fuit transcriptum, ad annum usque MCDLV Sancti patrocinio patrata.

Sanctus, qui à monasterii Budicensis instaurationi adlaborantibus unum

MOnasterii *Budicensis ad canonicos Regulares translationem, ut cultûs* S. Meinulphi *instauratio, ita non pauca, quæ hujus patrocinio patrata fuerint, miracula excepisse narrantur. Quæ à translationis illius tempore ad annum usque* 1455 *accidisse audierat, in suum Budicense Chronicon intulit Joannes Probus, sæpissimè jam laudatus. Undecim ex his præcipua, quorum duo priora Operis sui pag.* 24 *&* seq., *tertium pag.* 32, *quartum pag.* 34, *quintum pag.* 63, *sextum, septimum, octavum & nonum pag.* 94 *&* quinque seqq., *decimum pag.* 109, *ac undecimum tandem pag.* 113 *&* seqq. *suppeditat, præsenti hoc §, ne, quod ad Sancti gloriam maximè conducit, omninò tacitus præteream, ipsis Joannis Probi verbis, etsi minimè castigatis, lectorem*

A *rem hîc edocere, eſt animus, obſervationibus interim, ubi id res exiget, ſubinde etiam adjunctis. Ut ſingula jam aſſignato, quo id Joannes Probus facit, ordine proponam, à binis, quæ pag. 24 & ſeq. refert, quæque, durante adhuc monaſterii Budicenſis, ad canonicos Regulares jam tranſlati, inſtauratione, facta ſunt, duco initium. Sic habent:* Quodam tempore dum Prior (*monaſterii Budicenſis*) pro ſtructura lapides cum curribus adducere fecit, contigit aurigam, juvenem videlicet quatuordecim annorum, dum equi cum impetu onuſtum currum in profunda via traherent, de ſuperiori loco ante currum ruere, ſicque rota onuſti currûs utrumque ipſius crus pertranſivit, & per hujuſmodi rotationem velut inutilis factus currui imponitur, ad monaſterium ducitur, ante altare beati Meinulphi fertur, ubi Prior genibus proſtratus infirmum ſupra utraque brachia jacentem habuit, ſanctum Meinulphum pro ſanitate ipſius ſuppliciter inclamavit; quo facto, infirmus ſtatim loquitur in hæc verba: "Nihil mihi deeſt ac nocet," & ita, qui debilis pedibus ante altare B. Meinulphi portabatur, omnibus, qui præſentes erant, Deum collaudantibus, ad priſtina ſua opera eſt reverſus.

B

atque alterum in periculis ſervaſſe,

120 Alio quoque tempore, ex quo turris magna planè fuerat abſque tecto, & præfatus Prior cum ſuis ſtructuram ligneam pro habendo tecto vellet erigere, quale miraculum circa hoc contigerit, non tacebo. Malus namque dictæ fabricæ in medio collocandus, cui tota lignorum machina innititur, quando de terra per gyrographum ſurſum in aërem ducta fuit, ita ut jam attrahi deberet ſuprà murum, magiſter operis acceſſit volens diſponere, ut prædictus malus ſuper eundem turris murum commodiùs duceretur, caſu accidit, quòd idem malus ex quadam negligentia magna cum velocitate deſcenſum ad terram faceret, præfatumque magiſtrum operis ſe minùs cuſtodientem arripiens, eum ad unius ſtadii ſpatium ab ædificio, prout à pluribus viſum fuerat, ejecit, ſed, Domino Deo ipſum piè protegente, ſtatim quaſi in momento abſque ulla læſione, cunctis eum intuentibus, ſedere videtur ſupra murum prædictæ turris. Nulli itaque dubium, quin B. Meinulphus volens ſui reformandi monaſterii continuare proceſſum, præfatum magiſtrum à periculo mortis

C ſua intereceſſione præſervârit. *Primum è binis hiſce miraculis non omnes fortè pro indubio miraculo habebunt; quod autem ad ſecundum pertinet, dubitabit fortaſſis non nemo, an* S. Meinulphi, *utpote qui ne quidem invocatus fuiſſe videatur, patrocinio fuerit patratum, etſi interim hac de re non ambigendum exiſtimârit Joannes Probus, Budicenſis chronologus. Ad tertium modò ex undecim hîc memorandis miraculis progrediamur.*

fratremque laïcum Budicenſem mortuum reſuſcitâſſe, narratur,

121 *His verbis concipitur:* Ex quo Regulares monaſterii B. Meinulphi eo tempore, quo primùm dictum monaſterium reformabant, multis & gravibus laboribus, prout ipſis neceſſe fuerat, intendebant, pius Dominus Deus ita cum eis miſericorditer diſpenſabat, quòd rariſſimè debiles aut infirmos, quibus curam vel vacantiam præ operum multitudine impendere non valebant, inter ipſos habuerint. Cùm enim contigerat, unum de laïcis ſuis, nomine Dedericum Roes, infirmari, & quadam vice ob infirmitatem ejus depellendam balneo ſociari, hic, qui loco infirmarii eum reſpicere habuit,

propter ejuſdem infirmitatem aliquantulùm diu ab ipſo ſeſe abſentavit, & reverſus infirmum in aqua reperit declinâſſe; quapropter gravi mœrore compulſus clamorem validum fecit, accurrit Prior, accurrunt fratres, & dum ad eum, qui infirmus erat, perventum fuit, Prior & Fratres nullum indicium vitæ in eo conſiderantes mortuum judicabant, & ideo Dominum Deum ſanctumque Meinulphum pro ipſo humiliter implorantes, is, qui ab omnibus mortuus putabatur, in gaudium magnum vivus eſt receptus. *Non rarò factum eſt, ut ſubmerſi, etſi etiam diu ſub aqua delituiſſent, nullumque prorſus vitæ ſignum ederent, re tamen vera, cùm ex aquis extracti aliquamdiu fuiſſent, in vivis adhuc agere fuerint comperti: quam ob rem dubitari poteſt, an Prior Fratreſque Budicenſes in judicio, quo laïcum, verbis recitatis memoratum, vitâ functum, arbitrati ſunt, falſi non fuerint, maximè cùm Budicenſis chronologus, quanto temporis ſpatio ſub aqua is latuerit, non edicat. Utut ſit, tum hunc, tum utrumque proximè narratum caſum recenſêre hîc volui, quòd pro tribus miraculis diverſis,* S. Meinulphi *patrocinio patratis, à Joanne Probo proponantur, quódque re etiam ipſa in iis partem habuiſſe Sanctum, non omninò improbabile appareat.*

AUCTORE C. B.

E

infirmo puero ſanitatem

122 *Porrò hæc omnia, utpote quæ ſub primo Budicenſis monaſterii Priore, anno* 1420 *è vivis ſublato, facta notet Joannes Probus, certéque ante monaſterii Budicenſis per canonicos Regulares anno* 1409 *inchoatam inſtaurationem non evenerint, eo temporis ſpatio, quod ab hoc poſteriori anno ad annum uſque* 1420 *excurrit, accidiſſe neceſſe eſt; quod eodem ex capite dicendum etiam eſt de quarto miraculo, jam nunc hîc memorando, quod Budicenſis chroniſta hunc narrat in modum:* Erat quidam clericus, nomen Sifridus, in oppido Geſeke, cujus fratris filium tantus membrorum dolor invaſerat, ita quòd de eo nulla ſpes fuerat ſanitatis; pater verò ipſius multas miſerias in eo animadvertens magis deſiderabat, eum defunctum eſſe, quàm viventem in ægritudine, & quia idem pater ſimplicis ac bonæ vitæ fuit, prout mihi optimè conſtat, qui virum novi, à divina conſolatione nequaquam fuerat derelictus; nam cùm de ſancto Meinulpho pio patrono ſæpe dicti monaſterii relatum erat, quòd potens eſſet apud Dominum Deum, accepit memoratum ejus infirmum filium, & dicto adduxit monaſterio, ubi dum eundem debilem ac ſoſpitate alienum ante altare B. Meinulphi præſentavit, ſanum de altari reportavit, ſicque factum fuit, ut is, qui prîdem infirmum ſuum filium triſtis adduxerat monaſterio, jam, eo per preces B. Meinulphi ſano facto, gaudens & lætabundus ad propria cum ipſo remeaverit.

F

puella cæca viſum reſtituit,

123 *En nunc, quod modò recenſitis ex inſtituti noſtri ratione proximè ſubjungendum eſt, quintum miraculum. Budicenſis chronologus, aliis nonnullis, quæ ſub Daniele, tertio monaſterii Budicenſis Priore, abſque Sancti noſtri patrocinio acciderint, narratis miraculis, refert illud hiſce verbis:* Reſtat adhuc unum miraculum, quod ſub regimine tertii Prioris (*monaſterii Budicenſis nimirum*) per intereceſſionem B. Meinulphi contigit, dignum ut exponatur. Erat quædam mulier in oppido Salzkotten, cujus filia amborum oculorum viſu privata fuit, & dum mater ejus ob hoc plurimùm triſtaretur, ſanctum Meinulphum humi-

AUCTORE C. B.

liter inclamavit, ut ipſe Dominum Deum pro filia ſua dignaretur exorare, quod ſaltem unius oculi viſum mereretur recipere. Qua inclamatione facta, filia unius oculi viſum recepit; mater verò, quòd ſanitatem amborum oculorum non rogâſſet, dolens ait in hæc verba: O! ſi pro viſu amborum oculorum ſanctum Meinulphum invocâſſem, utique ambos oculos ſanos impetrâſſet. *Daniel ſecundo monaſterii Budicenſis Priori, qui octo tantùm menſes præfuit, anno* 1420 *fuit ſuffectus, annoque* 1424 (*adi Joannem Probum pag.* 56, 57 *&* 63) *officio ſponte ceſſit, ut miraculum, jam nunc hîc relatum, inter annum* 1419 *& annum* 1425 *indubiè evenerit.*

pannum, renovato, quod olim patrârat, miraculo,

124 *Seriùs nonnihil ex undecim, quæ hîc recenſere ſtatui, miraculis ſextum, ſeptimum, octavum & nonum, etſi interim annus determinatus cuique aſſignari haud queat, accidêre; ea enim Joannes Probus collocat ſub Arnoldo Hüls, ſexto monaſterii Budicenſis Priore, qui, quemadmodùm idem hic ſcriptor pag.* 79 *&* 92 *docet, anno demùm* 1432 *cœnobium illud gubernandum accepit, anniſque decem & octo gubernavit. Tria priora ex his continua ſerie, quòd ita ab ipſo Budicenſis Chronici auctore recenſeantur, jam deſcribo.* Cùm miracula divina, quibus humanum genus (*verba ſunt Joannis Probi*) ad melioris vitæ ſtatum provocari poteſt, abſque culpa nequaquam à ſcientibus taceri poſſunt, dignum duxi illud, quod relatione devoti confratris mei ſupradicti (*Budicenſis videlicet*) monaſterii, cui hoc contigerat, præſentibus tradere ſcriptis; nam ut in Geſtis ſancti confeſſoris Meinulphi legitur, cereus in ſe retortus & accenſus (*adi in Sancti Vita num.* 28 *& ſeq. Sigewardum, & num.* 21 *Gobelinum*) ſupra nudum pannum, quo prædicti B. Meinulphi ſepulchrum opertum fuit, abſque quolibet intermedio ponebatur, qui & neglectu cujuſdam devotæ canoniſſæ, dicti ſepulchri cuſtodiam (*ſepulcro Sancti cuſtodiendo famulam, non canoniſſam, fuiſſe admotam, loco proximè cit. ſcribit Sigewardus*) habentis, per ardorem finem ſuum fecerat, nec idem pannus in aliqua ejus parte læſus apparuerat, Et quia idem miraculum ex eo, quòd multis temporibus actum fuit, & heu, quodammodò in quorundam hominum cordibus jam jamque vetuſtate temporis minùs veneratur, pius Dominus Deus ad honorem B. Meinulphi ſui confeſſoris volens aliquorum Fratrum dicti monaſterii, à quibus B. Meinulphus forſitan non ſatis honorabatur, ad devotionem & fervoris igniculum, imò ad ampliorem ſui Patroni venerationem, excitare, ſupradictum miraculum, videlicet de cerei combuſtione ſupra pannum, diſpoſuit innovare.

ab igne illæſum,

125 Nam præmemoratus Frater, cui, quod jam relaturus ſum, accidit, Arnoldus Gallicus vocabatur, qui quodam tempore, poſtquam Miſſam ſuam celebraverat, & ſacriſtiam ſe exuturus jam intrare vellet, vidit à longè lumen ardens, de candelabro lapſum, jacêre ſupra nudum pannum menſæ illius, de qua ſacerdotes ad celebrandas Miſſas ſacris veſtibus ſe veſtire ſolent. Quid egit? Damnum timens, tardo inceſſu derelicto, feſtinavit ad locum, ubi hoc incendium erat, & lumen ardens, ſupra præfatum pannum lapſum, amovere ſolicitans; putaverat enim, ab incendio ſupradictum pannum omninò conſumptum eſſe: ſed, ecce, idem pannus abſque ulla ſui læſione aut combuſtionis ſigno reperitur; quique incendii locus ob miraculi magnitudinem à devoto tum temporis monaſterii cuſtode, videlicet à Fratre Joanne Warburg, in circumferentia ejus acu cum filis ſericis nitidiſſimè cornatus & elaboratus fuit. O magnum ſtupendumque miraculum, quod noſtris factum eſt temporibus, magnum, inquam, apud illos, qui B. Meinulphum, cujus pia interceſſione factum hoc non ambigitur, magnum in cordibus ſuis habent. Idem etiam lumen*, cujus ardoris vis ad hoc divinitus ſublatus * erat, ne ſupradicto panno noceret, uſque ad hodierna tempora in dicto monaſterio reſervatur de conſultu cujuſdam devoti Fratris: ſperaverat namque idem Frater, quòd tale lumen, per quod ingens hoc miraculum factum, majoris aliquando utilitatis futurum eſſet, quod minimè impoſſibile creditur.

* *i. e.* cereus
* ſublata

lapſumque è ſublimi cuſtodit incolumem,

126 Tempore, quo piſtrinum lapideum in monaſterio B. Meinulphi per ſolicitudinem venerabilis Prioris Arnoldi Hüls jam magna ex parte conſtructum erat, & necdum in eo aliquod lobium factum, ſed pro tribus fiendis lobiis unum ſuper aliud nudis trabibus in quartum pedem ab invicem diſtinctis duntaxat fuerat præparatum, idcircò ut idem piſtrinum eò citiùs utilitati, ad quam fuerat factum, deſerviret, primò cum ſtraminibus abſque intermixta gleba tegebatur, & dum ad hujuſmodi tectum faciendum fratres laborarent, unus ex iis, nomine Hugo, ad hoc deputatus, tegentibus ſupradictum ædificium ſtramina miniſtrabat, qui dum quadam vice in ſublimi dicti ædificii ſub tiguis ſupra cumulum ſtraminis ſtaret, & gradum ſtationis minimè obſervaret, labi cœperat de excelſo & per tres trabium ſituationes pro tribus fiendis lobiis unum ſuper alium caſum faciens in terram cecidit, & corpore prorſus illæſus apparuit; poſtquam verò uno die ob conceptum timorem baculo innixus inceſſerat, deinde ſanus factus ad priſtina opera perficienda lætus acceſſit. Mira res, non tamen in oculis Domini, omnia optimè diſponentis, quia niſi prædictus Frater divinitus fuiſſet cuſtoditus, utique ſuper unam de multis trabibus, per quas ceciderat, ad extinctionem vitæ cecidiſſet; quòd ſi per dictum caſum non ſtatim mortuus fuiſſet, tamen debilis & inutilis factus eſſet. Audiatur nunc, quomodò à Domino Deo fuerit cuſtoditus. Dixerat namque ſupradictus Frater, quòd, dum labi cœpiſſet, S. Meinulphum invocâſſet. O pium & optimum Patronum, qui fidelem ſervum ſuum conreparatorem ſui monaſterii, quem ad hoc deputaverat, apud Deum ſua pia interceſſione maximè, quia in neceſſitate ſua eundem invocaverat, à morte præſervavit.

mortuum ad vitam revocat,

127 In diſtricto caſtri Wewelsburg colonus quidam habitaverat nomine Conradus Mölners, qui, quadam infirmitate tactus, in ægritudinis lecto communi morte finem vitæ fecit, & dum mortuus fuerat, luctus & planctus uxoris ejus & filiorum, prout naturale eſt, ſubſequebatur, vicinique & vicinæ citiùs occurrentes cum dolentibus compaſſionis dolorem de morte ſibi colentibus habitantis multùm dilecti viri habuerunt. Et quando idem Conradus evidentibus ſignis mortuus dicebatur ab aſtantibus, & illi, quorum intererat, ut corpus defuncti de lecto ſupra domûs pavimentum, ſicut moris erat, deponere laborabant, caſu ſupervenit defuncti ſoror de civitate Paderbornenſi, nomine Adelheïdis, & intelligens hæc, quia fratrem ejus jam defunctum de lecto in terram ponere laborarent, velociſſimè

A mè acceſſit, & ambobus brachiis circumcingens defunctum fratrem valida voce erupit in hæc verba: "Nolite, quæſo, nolite hunc de lecto „tollere; non enim mortuus eſt, ſed vivit,„ & invocans ſanctum Meinulphum ita loquebatur: "Sancte Meinulphe, rogo te, ut ſicut aliquando „lacrymantis canoniſſæ tui monaſterii in cineres „redactum peplum per tuas preces reddidiſti, „ita & nunc mortuum meum fratrem tuis pre„cibus ad vitam digneris revocare. Egò, qua„liſcúmque etiam fuerim, ſpondeo, me craſtina „die cereum dimidii talenti tuo altari in hono„rem tuum allaturam.„ Qua ſponſione facta, is, qui mortuus fuerat, viſum oculorum ſuorum retorſit in ſororem; quod dum illa adverteret, cum gaudio magno interrogans fratrem loquebatur in hunc modum: "O amice ſingula„ris, & ubi tu fuiſti?„ Reſpondit ille: "Abii, „& jam reverſus ſum, vidique ſanctum Meinul„phum;„ dixitque ei ſoror: "Frater votum ta„le, quod pro te feci„ (exprimens id, quod voverat) "ad eccleſiam B. Meinulphi feram.„ Reſpondit, qui revixit, frater: "Solve, ſoror, „quod voviſti; nam dum ego magis reconva- B „luero, peregrinationem meam ad B. Meinulphi „reliquias, aſſociatis mihi duobus, diſcalceatus „lineiſque indutus in gratiarum actionem me „facturum ſpondeo;„ quod & adimplevit & priſtinæ ſanitati penitus eſt reſtitutus.

fractum mulieris genu

128 *Talia ſunt tria ſub ſexto Budicenſis monaſterii Priore Arnoldo Hüls Sancti noſtri patrocinio patrata continuaque ſerie à chronologo Budicenſi Joanne Probo recenſita miracula, de quibus quid cenſendum ſit, prudentis lectoris judicio relinquo, & ad aliud ſeu nonum ex hîc dandis, quod, ut dictum eſt, ſub eodem quidem Priore Arnoldo Hüls contigit, non tamen unà cum tribus proximè relatis continua ſerie à Joanne Probo narratur, jam pergo. Verba, quibus à Budicenſis Chronici auctore exponitur, hæc ſunt:* Gertrudis, filia Reneti militis de Brenken caſtri Wewelsburg, poſtquam in veſtitu pompam ſæculi peregerat longo tempore, licentiâ à ſtrenuo ſuo viro petitâ & acceptâ, propter conſecutionem æternorum bonorum vitam ſolitariam gerere cupiens, Prioris monaſterii B. Meinulphi & ejus conventûs conſenſu interveniente, locum Kerchberg, quæ eſt filia ſupradicti monaſterii, uſque ad annum indefeſsè habitaverat, quæ, dum quadam vice devotionis causâ cum devota ſua famula, nomine Sophia, eccleſiam in Böddeken viſitare vellet, contigit, ut in itinere prædicta famula in terram ruens genu ſuum graviter frangeret, & debilis ſit effecta ad ulteriorem gradum faciendum. C

ad ſui invocationem ſanat,

129 Quod dum Gertrudis domina ejus, certo ducta indicio, verum eſſe comperit, famulâ ejus ibidem ſupra terram ſolâ relictâ, veloci curſu monaſterii fores petiit, medicum vocat, ac cum eo, ut famula ejus per ipſum curaretur, ire cœpit versùs locum, ubi infirmam dereliquerat: quo tempore infirma famula Dei, ſola jam exiſtens, antequam domina ejus cum medico ad eam venerat, beatam Virginem Mariam & ſanctum Meinulphum devotiſſimè imploravit, ut ſanitas priſtina ei redderetur, ne infirmum ejus genu ab aliquo maſculo denudatum tangeretur aut cerneretur; & oratione facta, ſupradicta famula, ſpe magna & fiducia, quam ad beatam Virginem Mariam & ſanctum Meinulphum habuit, firmiſſimè freta, fore, ut per ipſorum piam interceſſionem ſanitatem conſequeretur; &, ecce, domina ſua unà cum medico monaſterii ſuperveniente & coram famula exiſtente, genu, antea fractum, nunc ſanatum & planè conſolidatum reperit.. Quo facto, dixit famula ad dominam ſuam: "Gratias Deo! Jam „ſana facta ſum ex ſono,„ (audiverat enim validum ſtrepitum & ſonum ad orationem factum) "quem audivi.„ At domina interrogando dixit ei: "Jam me ad præſentiam tuam ſuperveniente, „ſonum audivi circa te; erat ille ſonus, de quo „dicis?„ Et illa reſpondens ait: "Ita, dilecta „domina mea:„ protinuſque de terra ſine alicujus hominis adminiculo ſurgens, iter, quod prædicta domina & ſanata ejus famula facere cœperant, frequentantes, ad eccleſiam monaſterii B. Meinulphi cum gaudio magno pervenerunt. AUCTORE C. B.

inſanum ſanæ mentis reddit,

130 *Accipe nunc, quod inter miracula huc tranſcribenda decimum locum tenet. Ita habet:* Erat quidam devotus ſacerdos oppidi Geſeke, qui habebat ſingularem devotionem ad B. Meinulphum, & ob hanc cauſam habebat in Breviario ſuo ſuffragium de eodem, quod conſueverat ad honorem ejus quotidie perſolvere. Contigit verò ob cauſam, quam Deus tantùm novit, ut idem quaſi amens factus à ſuis parentibus die ac nocte cuſtodiretur; aliqui etiam ſacerdotes oppidi Geſeke Breviarium ejus, ne ex horarum ſuarum lectione, quia modò debilis capite erat, totus furibundus redderetur, clandeſtinè abſtulerunt; tamen quia B. Meinulpho prædictus infirmus ſacerdos in precibus ſuis ſolitus erat inſervire, per ejus piam interceſſionem apud Deum miſerendi tempus advenit; nam nocte quadam, præſentibus ſuis eum cuſtodientibus, ſomno autem oppreſſis, ſurrexit ſacerdos & abivit, & de quodam angulo juxta focum Breviarium ſuum extrahens aperuit, & orationis ſuffragium de B. Meinulpho perſolvit, quo facto, ſuorum ſenſuum cœperat reſumere ſanitatem; poſt hoc, cùm eadem cœpta ſanitas aliquale habuit incrementum, qui eam per interceſſionem B. Meinulphi ſibi adeſſe novit, tale votum fecit, ut vellet, quod etiam adimplevit, & ſanus in ſuis ſenſibus factus permanſit, cum duobus ſacerdotibus ſibi ſociatis ſacras ejus reliquias in gratiarum actionem viſitare. E

infirmo, dum ei de ſacro viatico ſit proſpectum. F

131 *Miraculum hoc ſub ſeptimo monaſterii Budicenſis Priore Arnoldo de Holte collocat Joannes Probus, ut id adeò, quoniam hic quidem ſuum Budicenſe Chronicon ultra annum* 1455 *non producat, ille verò Budicenſe cœnobium anno* 1449 *Prioris munere moderari primùm cœperit, vel hoc ipſo anno* 1449 *vel aliquo è ſex ſequentibus indubiè evenerit. Eodem etiam temporis ſpatio, & quidem, qui huic includitur, determinato anno* 1455 *undecimum, quod hîc adhuc dandum reſtat, miraculum diſertè affigit Budicenſis chronologus, ita illud litteris commendans:* Ad honorem B. Meinulphi levitæ Chriſti audiatur ſubſequens miraculum, quod ejus pia interceſſione apud Deum accidiſſe creditur. Anno Incarnationis Domini MCCCCLV ipſo die B. Luciæ virginis colonus quidam, nomine Hermannus Thonninges, inhabitator villæ Breneken, Domino Deo piè diſponente, improviſè & ſubitaniè infirmabatur; qua infirmitate perdurante, agonizans putabatur, &, quia paſtor villæ Breneken pro quodam negotio Paderbornæ tunc temporis morabatur, ideircò hi, qui præmemo-

AUCTORE C. b.

fati infirmi ſingularem curam gerere videbantur, timuerunt, eundem infirmum abſque Eccleſiæ Sacramentis ab hac vita migraturum. Sed quid factum fuerit, audiatur : nam ille infirmus, quia ſanus in vita ſua B. Meinulphum præcipuè honoravit, jam in infirmitate conſtitutus meruit, ut quædam mulier in lecto ægritudinis ſuæ aſſiſtens divinitus inſpirata S. Meinulphum ſic invocans exorabat *, ut prædicto infirmo ſaltem ſuis precibus tamdiu apud Deum vitam ſuam prolongare mereretur, donec Sacramenta ſuſciperet.

*exoratet

vitam prorogat, aliaque miracula,

132 Qua invocatione facta, dictus infirmus, de infirmitate ſua leviùs ſe habere ſentiens, in Deo lætabatur, amici tamen & conſanguinei ejus de tali virium ſuarum aliquali reſumptione minùs contenti, volentes, eum ſecurum eſſe per munitionem Eccleſiæ Sacramentorum, nuntium ad viciniorem parochiam, videlicet ad oppidum Byren, mittentes, ſacellanum in dicto neceſſitatis articulo ad ſe venire petunt, qui, nuntio negotium ſibi exponente, celeriter ad infirmum viſitandum properavit; ab illo jam coram infirmo præſente de venerabili Sacramento

B

proviſum eſt infirmo : quibus ſic Eccleſiaſtico more peractis, dicto ſacellano adhuc præſente, infirmus migravit ad Dominum, & quis non crederet, quòd infirmo dicto meritis B. Meinulphi impetratum fuerit, ut in infirmitate conſtitutus antea mori non potuiſſet, niſi venerabile Sacramentum ſuſciperet. *Porrò Joannes Probus in Opere ſuo ſapiſſimè jam laudato plura adhuc alia, velati à Sancto noſtro ad ulciſcendas monaſterio ſuo illatas injurias patrata, alterius quodammodò generis narrat miracula, quibus factum ſit, ut, qui in Budicenſe Sancti monaſterium ſive furto aut rapinâ, ſive detractione aut calumniâ fuiſſent injurii, divinitus fuerint puniti; verùm cùm adverſæ fortunæ caſus ſeu infortunia, quæ his obveniſſe refert, à Deo, ut injurias, ſervis ſuis illatas, ulciſceretur, fuiſſe immiſſa, plerúmque vel non conſtet, vel certè an ea, de quibus id conſtare videtur, à* S. Meinulpho, *monaſterii ſui patronum apud Deum agente, fuerint profecta, dubitandum appareat, ex omnibus iis miraculis unum ego dumtaxat de partu monſtroſo, quod aliunde ex authentico obſtetricis teſtimonio, penes me exſtante, compertum etiam habeo, ſpeciminis quodammodò loco huc tranſcribo.*

C

è quibus hic unum adhuc datur, patráſſe traditur.

133 *Refert id Budicenſis chroniſta pag.* 75 *& ſeq. his verbis :* Audiatur nunc res geſta, multùm auditui horrenda ; poſtquam enim prædictus (*quintus monaſterii Budicenſis*) Prior (*Hermannus vonder Stecke*) bonæ memoriæ, dum adhuc in vita erat, & de monaſterio B. Meinulphi ad ſuum proprium (*B. Catharinæ virginis prope Neomagum*) tranſlatus fuerat, & nondum canonicæ Böddecenſi de novo Priore proviſum erat, quidam militaris diœceſis Paderbornenſis, nec Deum timens, nec homines reverens, porcos Regularium (*canonicorum Budicenſium videlicet*) violenter abegit, & ad caſtrum ſuum ducens, eoſdem mactari fecit. Quo peracto, uxor ejus vicina partui quoddam monſtrum, in aliqua ſui parte ſimile porco, parturiit, ſicut una de obſtetricibus, quæ præſentes erant, nonnullis poſtmodùm referebat; præfatum, inquam, monſtrum mortuum erat, habuitque pedes verſus ſuram reflexos & à longè proſpicientibus tanquam pedes porcini incurvati apparebant; habuit etiam magnum vulnus tumidum & apertum, ſed non cruentatum. Dicta obſtetrix præfatum monſtrum viſu horribile ſupra ſuas receptum manus viro prædictæ parientis ad majorem etiam ipſius confuſionem & horrorem, ne conſimilem violentam rapinam monaſterio B. Meinulphi de cetero inferre præſumeret, celeriter oſtendens, ait in hæc verba : "Cerne puerum tuum, iſti namque ſunt porci, „quibus monaſterium B. Meinulphi ſpoliâſti.„ Qui magno perculſus horrore, & pudore confuſus monſtrum iſtud ſatis horrendum ab oculis ſuis auferri mandavit. Juſtum namque fuit, ut, qui porcos à monaſterio violenter abſtulit, eoſdemque vulnerando interfici fecit, puerum mortuum & monſtroſum vulneratumque ac cum pelle porcina contectum per uxoris ſuæ partum recipere mereretur. *Hermannus vonder Stecke anno* 1427 *monaſterii Budicenſis Prior fuit creatus, idque munus annis quinque ſeu ad annum uſque* 1432 *geſſit, ut Joannes Probus pag.* 69 *&* 75 *docet ; Hermanno autem eodem anno* 1432 *ſuffectus fuit Arnoldus Hüls, uti ex jam ſuprà dictis liquet. Jam verò, cùm relatum modò prodigium poſt geſtum ab Hermanno Budicenſis monaſterii prioratum, tuncque, dum nondum huic de novo*

D

E

Priore fuiſſet proſpectum, acciderit, conſectarium omninò eſt, ut cum eodem anno 1432 *debeat illius epocha componi. Quod ſi porrò plura miracula, quibus* S. Meinulphus *puniri à Deo impetrârit in monaſterium ſuum injurios, quiſquam fortè deſideret, is apud Joannem Probum, unde voto ſuo fiat ſatis, pag.* 37 *& tribus ſeqq., pag.* 45, *pag.* 97 *& ſeq., pag.* 104 *& binis ſeqq., pag.* 111 *& ſeqq., & pag. denique* 115 *& ſeq. inveniet.*

§ X. Sancti reliquiæ à canonicis Budicenſibus cum aliis communicatæ, cultus in diœceſi Paderbornenſi & alibi.

E Sancti reliquiis pars quædam, in Hiſpaniam mittenda,

QUamdiu ſacræ virgines ſeu ſanctimoniales monaſterium Budicenſe incoluêre, integrum Sancti noſtri corpus ſeu ſacra omnia ejus oſſa, nullo prorſus diſtracto aliave cum æde ſacra communicato, in eccleſia ſua aſſervâſſe videntur, diutiſſiméque, ut apparet, omnia pariter ſacra illa pignora, cùm ſanctimonialibus fuiſſent ſubſtituti, Regulares canonici in eodem monaſterio etiam cuſtodiêre. Verùm anno 1571 factum tandem eſt, ut pretioſiſſimi theſauri partem, in Hiſpaniam ad ſereniſſimam regni hujus reginam, Philippi II è Maximiliani II imp. filia uxorem, dono mittendam, poſtulârit Joannes ab Hoya, celſiſſimus ac reverendiſſimus eccleſiæ Monaſterienſis epiſcopus, eccleſiarumque Oſnabrugenſis & Paderbornenſis adminiſtrator, cujus ſanè poſtulato piiſſimo non potuerunt non annuere Budicenſes canonici. Illa nos ipſæ litteræ, quas hi ad celſiſſimum illum antiſtitem ea occaſione ſcripſerunt, opportunè docent. Litteras illas, utpote quæ Sancti reliquiis in Hiſpaniam miſſis teſtimonii loco fuiſſent adjunctæ, in Lipſanologio Ms. in folio regalis monaſterii S. Laurentii Eſcorialenſis anno 1722, menſe Februario Cuperus noſter, ibidem tunc degens, exſcripſit, domumque reverſus, Mss. noſtris de S. Meinulpho Notitiis adjecit. Eas ego integras, quòd nonnulla, ad inſtitutum noſtrum ſpectantia, nos edoceant, huc tranſcribo.

F

135 *Sic habent :* Reverendiſſimo in Chriſto præſuli,

Joanni ab Hoya episcopo per litteras, quæ hic recitantur.

præsuli, simul ac illustrissimo principi, domino D. Joanni Monasterienſi episcopo, Osnabrugensis autem & Paderbornensis cathedralium ecclesiarum administratori, comiti ab Hoya, Domino nostro clementissimo. Reverendissime præsul, illustrissimeque princeps, elapsis aliquot diebus, à venerabilibus eximiisque viris dominis Conrado ter Mollen licentiato, decano & officiali, nec non Henrico de Colonia, quondam illustrissimæ celsitudinis vestræ literæ de probatis aliquorum Sanctorum reliquiis pro sereniſſima Hispaniarum regina conquirendis destinatæ, non solùm nobis exhibitæ fuerunt, verùm etiam nos summa ab eisdem diligentia exhortati, ut illustrissimæ C. V. requisitioni satisfacientes partem aliquam de beatissimi Maynolphi confessoris, patroni nostri, illustrissimæ C. V. præsentandam, ipsis communicare vellemus. Quamvis autem apud nos præter supradicti patroni nostri S. Maynolphi paucæ reliquiæ probatæ inveniantur, nobis etiam thesaurum illum pretiosum, antea à nemine nostrûm vel apertum vel visum, sed ab antecessoribus nostris summa cura magnaque reverentia custoditum & religiosè conservatum, non solùm referare, sed & dissipare infandum nefas

B visum fuerit, nihilominus tamen plus ill. C. V. jussis, quàm nostris affectibus, dandum fore censuimus, ideóque tumbam, in qua sancti nostri Patroni ossa ab ipsa translatione recondita piéque conservata fuêre, in Dei nomine anxiè recludentes, partem brachii jam dicti Patroni nostri ex eadem debita veneratione sublatam, unà cum sancti ejusdem nostri Patroni Historia, sive Legenda, prout eadem à majoribus ad nos pervenit, sigillo nostro roborata I. C. V. fideliter transmittendam, supradictis domino officiali & cancellario tradidimus, obnixè petentes, eadem I. C. V. hanc qualem animorum nostrorum humilem devotamque promptitudinem ulnis gratiæ suæ amplecti, nosque sibi commendatissimos habere non dedignetur. Datum pridie Nonas Martii anno MDLXXI. Reverendissimæ illustrissimæque C. V. humiles devotique sacellani, Prior & conventus in Büdeken, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, Paderbornensis diœcesis.

dono data, alia cum Lovanienſi S. Martini monasterio,

C 136 *Accipe modò, quæ vel in hasce litteras, vel saltem earum occasione observanda occurrunt. Non exprimunt, quanta fuerit brachii* S. Meinulphi *pars, quam ad Joannem ab Hoya, Monasterienſem episcopum ecclesiæque Paderbornensis administratorem, miserint Budicenses Regulares canonici; verùm hanc fuisse ut minimùm sex digitis longam, docet Notitia, à Cupero ad marginem adjecta, quæ è sacris* S. Meinulphi *lipsanis fuisse hujusmodi longitudinis os in Hispanias missum, prodit. Porrò cùm pretiosissimum lipsanorum Sancti nostri thesaurum post factam ejus translationem seu de terra levationem numquam fuisse ad illud usque tempus, quo scripta sunt, à quoquam vel apertum vel visum, diserte edicant, non viderant aut certè non legerant, qui litteras illas exaravêre Budicenses canonici, sæpissimè in hoc Commentario jam laudatam Joannis Probi Lucubrationem, è qua (adi num.* 110) *sacra Sancti nostri ossa, apertâ, quæ hæc continebat, lipsanothecâ, ab episcopi Paderbornensis suffraganeo, atque à Joanne Wael, monasterii Swollensis Priore, anno* 1409 *publicè populo fuisse exhibita, luculentissimè constat. Verùm quî factum, ut ipsum monasterii sui Chronicon ignorârint religiosi illi viri? Non est sanè, cur id mirum cuiquam accidat, cùm illud Opusculum, uti ejus editor anonymus in prævia ad lectorem Admonitione docet, usque ad præsentis seculi initium in tenebris latuisse videatur. Adhæc, fuisse numquam sacrarum Sancti reliquiarum capsam à decessoribus suis reseratam, facilè etiam persuasum sibi habuêre, quòd eam aperire, ipsimet, uti in recitatis litteris apertissimè indicant, religioni duxerint. At verò, qui post seculum sextum decimum floruêre Regulares canonici, non ita religiosè ab aperienda Sancti nostri lipsanotheca extrahendisque ex ea reliquiis abstinendum censuêre. Res ex jam nunc in medium adducendis patescet. Inter Mss. de Sancto nostro Notitias occurrunt testimoniales de sacris, quas Lovanienſe S. Martini canonicorum Regularium monasterium asservat,* S. Meinulphi *reliquiis litteræ, à Petro à S. Trudone, Priore S. Martini Lovanii, & congreg. Windesheimensis generali, conscriptæ, atque cum Papebrochio nostro sec. proximè elapso communicatæ. Hasce, quòd ad præsens institutum faciant, etiam cum librarii mendis huc transcribo.*

AUCTORE C. B.

137 *His verbis concipiuntur:* Pro æterna veritatis memoria ac testimonio. Particulam hanc majorem reliquiarum S. Meinulphi sive Menolphi, archidiaconi ecclesiæ cathedralis Paderbornensis, accepi à R. adm. P. ac D. Matthia Damiani, Priore Gaesdoncano, anno Domini MDCXC *, XXII Septembris, desumptam ex osse longo medio circitèr pede, quod R. adm. P. ac dñus Theodorus Mesmecker prædecessor ipsius, & capli Windesheimensis commissarius cum licentia R. adm. D. Prioris Bodicensis acceperat ex ipsa arca reliquiarum ipsius, in eodem monasterio in choro ad latus Aquilonare servari solita, tempore visitationis ibidem per ipsum factæ. Alteram autem particulam minorem & dentem ejusdem S. Menolphi ego ipse añ. Dñi MDCLXIX*, mense Jun'o ex ipsa cista seu arca reliquiarum præfata ejusdem Sancti extraxi, præsentibus & consentientibus R. adm. D. Hermanno Crüel Priore & Jõe Hermipennio Superiore; eundemque dentem eandemque particulam minorem offerri curavi R. adm. amplissimoque D. Amato Coriache archiepiscopatûs Mechlinienſis vicario generali, ceterisque dominis, sedè vacante, vicariatum pſentantibus. Aº. D. MDCLXVII mense Decembri mediante supplica, quâ petivi eandem particulam ac dentem S. Menolphi, tamquam veras indubitatasque reliquias, publicè exponi ac honorari à populo posse, declarare ac permittere dignarentur: ad quam ñram petitionem responderunt illmi D. ordinarii consensu aut DD. vicariatûs approbatione aut licentiâ opus non esse, eò quòd ego ipse testarer (uti ipsis scripto testatus fui) ipsas propria manu ex præfato reliquiario seu arca desumpsissem. In pſatorum fidem has manu mea subscripsi. A. D. MDCLXXIII, XXVII Martii.

uti littera, quæ hic transcribuntur, fidem faciunt, F.

* *legendum, ni fallar,* 1670

* *corrigendum, ut puto,* 1667

F

Fr. Pet. à Sto Trudone Pr
S. Mart. Lov. & C. W. G.

138 *Bis itaque seculo proximè elapso sacrum reliquiarum* S. Meinulphi *thesaurum, monasterii Budicensis Priore annuente, reserârunt, partesque ex hoc, cum Lovanienſi S. Martini monasterio pòst communicatas, extraxerunt Regulares canonici; ac semel quidem id fecit, qui testimoniales hasce litteras scripsit, Fr. Pet. à S. Trudone Pr. S. Mart. Lov. & C. W. G., id est, Frater Petrus à S. Trudone Prior S. Martini Lovanii & Congregationis Windesheimensis Generalis; semel verò R. adm. P. ac dñus Theoderus Mesmecker, capituli*

communicata, caputque, postulante id fortè Ferdinando Furstenbergio,

AUCTORE C. B.

tuli Windesheimenſis commiſſarius. Adhæc Edmundus Martene, in ſecundo ſuo Itinere litterario loquens de rebus, Paderbornæ à ſe in eccleſiæ cathedralis ſacrario viſis, verbis Gallicis, Latinè à me redditis, pag. 239 *ſic ſcribit:* Monſtrârunt nobis in ſacrario magnam cruceam argenteam, ſex aut ſeptem pedibus altam, ſex ex eodem metallo, cruci quadrantia, candelabra, duos hermas item argenteos, quibus ſunt incluſa capita S. Liborii Cenomanenſis epiſcopi, eccleſiæ cathedralis patroni, & S. Menulfi diaconi, qui Sancti hujus corpus Cenomanis advexit. Dona ſunt pii juxta ac eruditi epiſcopi, Ferdinandi Furſtenbergii. *Caput ergò* S. Meinulphi *poſſidet cathedralis Paderbornenſis eccleſia, ut adeò, quò illud cum hac communicarent, iterum poſt annum* 1571, *quo adhuc ex dictis integrum Sancti corpus poſſidebant, arcam ſeu capſam, ſacrum hoc pignus comprehendentem, reſeraſſe neceſſe ſit Budicenſes canonicos, niſi forte, quod tamen non puto, pretioſam illam corporis* S. Meinulphi *partem, quæ penes Paderbornenſem cathedralem eccleſiam modò eſt, unà cum altera è partibus, cum Lovanienſi S. Martini monaſterio ſecundùm dicta communicatis, extraxerint,* B *donoque ad cathedralem Paderbornenſem eccleſiam tranſmiſerint.*

qui ſumma in Meinulphum veneratione

139 *Celſiſſimus ac reverendiſſimus princeps Ferdinandus Furſtenbergius, ſæpiſſimè jam ſuprà à nobis laudatus, epiſcopus Paderbornenſis, Poëtices non minùs quàm Hiſtoriæ peritus, qui, ut Marteneus, ſibi etiam Overhamium conſentientem habens, verbis proximè recitatis docet, argenteum Sancti hermam cathedrali Paderbornenſi donavit, præcipua etiam Vitæ* S. Meinulphi *argumenta, uti ex Notitiis Mss., penes me exſtantibus, & ex Overhami in Sigewardinam Sancti Vitam Obſervationibus diſco, complexus eſt votivo, cui titulum hunc,* De S. Meinulpho, Paderbornenſi, diacono & indigena, qui multis miraculis clarus in cœnobio Bodecenſi loco natali quieſcit & colitur III Non. Octob., *præfixit, Epigrammate ſequenti:*

Non pietate minùs quàm ſanguine clarus avito
Meinolphus, Paderæ gloria prima ſuæ,
Heîc ſitus eſt. Poſtquam monuit tellure levandum,
Sponte ſua viſus diſſiliiſſe lapis.
Devenerare ſacri cuſtodem pignoris arcam,
Quiſquis es antiquæ relligionis amans.
C Dic: Licèt oſtenſum cervi inter cornua Numen,
Myſtam oculis captum, virgineumque peplum,
Et tot præterea miracula, quæ prior ætas
Et ſtupuit præſens, fas ſiluiſſe foret,
Virtutes, Meinolphe, tuas tamen ipſa ſepulcri
Certarent, rupto marmore, ſaxa loqui.

fuit, eccleſiæ cathedrali Paderbornenſi conceſſum. Cultus

140 *Adhæc idem celſiſſimus princeps epiſcopus Ferdinandus, ut jam ſuprà ex Overhamo docui, nummos imperiales,* S. Meinulphi *effigie, hacque adjecta Epigraphe,* S. Meinulphus diaconus Paderbornenſis, *ſignatos, cudi primus curavit, ut ſingulari planè in Sanctum noſtrum fuerit veneratione atque affectu. Hinc porrò fit, ut, cùm præterea Sancti caput, quod modò cathedralis Paderbornenſis poſſidet, ante annum* 1661, *quo Ferdinandus primùm factus eſt Paderbornenſis epiſcopus, fuiſſe penes hanc, non inveniam, ſuſpicio incidat, ſacrum illud pignus fuiſſe per hunc Paderbornenſem epiſcopum, qui, cui id includitur, argenteum Sancti hermam ex dictis fieri* D *curavit, à Budicenſibus Regularibus canonicis impetratum, ut proinde hi* S. Meinulphi *lipſanothecam non tantùm binis ſuprà memoratis vicibus, verùm etiam aliâ adhuc, quâ ex illa dandum Ferdinando Paderbornenſi epiſcopo Sancti caput extraxerint, ſeculo proximè elapſo fortaſſis reſerârint. Quoquo modo res habeat, inſignem equidem, uti ex jam dictis liquet, reliquiarum Patroni ſui partem cum cathedrali Paderbornenſi eccleſia communicârunt. Verùm cùm id ita ſit, quo exinde in hac cultu eccleſiaſtico* S. Meinulphus *fuit affectus? In cultum, quo* V *Octobris die ibidem & in diœceſi Paderbornenſi modò gaudeat, inquirendum curavi, fuitque Auguſtino Aldenbrück, Societatis noſtræ ſacerdoti, qui eum in finem Paderbornam dare litteras gravatus non fuit, reſcriptum in hæc verba:* De S. Meinolpho aliud hac in urbe (*Paderbornenſi ſcilicet*) & reliqua diœceſi ſtatutum nihil eſt, aut conſuetudine receptum, uti & oretenus & ex documentis ſtudiosè reviſis intelligo, quàm quòd in templo cathedrali memoria quædam V Octobris celebretur, & in diœceſi ſub ritu duplici eodem die, E non tamen cum obligatione audiendi Miſſam & abſtinendi à laboribus ſervilibus.

Sancto in hac, in diœceſi cognominati,

141 *Quinta itaque Octobris die, quæ Sancto in cœlis natalis eſt, de eo non Officium, ſed commemoratio duntaxat, ni forte hic* memoria *ſignificet Officium, in cathedrali Paderbornenſi fit, ut illum ampliori eccleſiaſtico honore in hac, in qua vivus egit canonicum, è vivis jam ſublatum, Sanctiſque adſcriptum, non affici, mirum queat videri. Exſtat penes nos Kalendarium Paderbornenſe, ab annis amplius centum excuſum, quod litteris rubricis eo planè modo, quo Sanctos alios, cum obligatione audiendi Miſſam & abſtinendi ab operibus ſervilibus colendos, notat, ad* V *Octobris diem* S Meinulphi *nomen exprimit; unde, eum & Paderbornæ & in tota diœceſi Paderbornenſi ampliori, quam quo modò gaudet, cultu eccleſiaſtico olim eſſe gaviſum, nemo non conjiciet. Verùm, etſi hoc ita habeat, Officio ſaltem ritus duplicis, teſte mox huc tranſcripta Paderbornenſi Notitia, in diœceſi Paderbornenſi Sanctus noſter natali ſuo die hodieque colitur, nec dubito, quin id partim conſtet è Lectionibus, è* Meinulphi *Vita depromptis, eique proinde propriis, quales ex antiquis Paderbornenſibus Breviariis in Notitiis noſtris Mss. ſubinde citatas invenio, qualeſque fortè etiam in diœceſi Paderbornenſi lectæ fuerint* F *jam inde à Gobelini Perſonæ ætate, utpote quæ ibidem, uti hic ſcriptor Coſmodromii Ætate* 6, *cap.* 40 *teſtatur, natale* S. Meinulphi *feſtum* V *Octobris die celebrari pariter ſoluerit. Porrò Sanctus, ut Overhamus in ſuis ad Sigewardinam Sancti Vitam Obſervationibus docet, ſacram ſibi habet paræciæ, quæ* Dornhagen *vocatur atque in diœceſi Paderbornenſi ſita eſt, eccleſiam; quod cùm ſit ultimum, quod de cultu Sancti in diœceſi Paderbornenſi commemorandum occurrit, ad eum, quo alibi gaudet, jam progredior.*

apud Regulares Congregationis

142 *Etſi ſacræ Sancti noſtri reliquiæ, cum Lovanienſi canonicorum Regularium monaſterio ſeculo proximè elapſo, ut ſuprà docui, communicatæ & per Petrum à S. Trudone, Lovanii S. Martini Priorem, ad approbationem oblatæ, legitima ordinarii auctoritate, uti ex ejuſdem Prioris litteris, num.* 137 *recitatis, liquet, approbatæ anno* 1673 *nondum fuiſſent, honorificè tamen, uti ex litteris, ad Majores noſtros Lovanio anno* 1694 *datis, diſco, fuêre tunc temporis cum aliis aliorum*

A *rum Sanctorum reliquiis, publicæ venerationi exponi solitis, ibidem asservatæ. Verùm sacra illa pignora post annum* 1694 *ab Humberto à Præcipiano, Mechlinienſi archiepiſcopo, fuêre tandem etiam approbata. Ita in litteris, Lovanio huc datis ad amicum, à quo illa de re fuerat, me curante, epiſtolâ conventus, docet R. D. A. I. Melaert, ipſiuſmet S. Martini Lovanienſis alumnus, addens etiam, in hujus ſui monaſterii eccleſia ſacras, de quibus hìc, reliquias publicæ venerationi exponi, eſſeque in illa ſacellulum, in quo* S. Meinulphi *cuſtoditur imago, à dextris ſibi habens appictam puellulam cum adſcripta vernacula epigraphe, quâ huic, nomine* Elizabeth Verhoy, *fuiſſe oculos, ex uſtione bis læſos, Sancti patrocinio anno* 1707 *ſanatos, indicatur.*

Windesheimenſis canonicos,

143 *Sanctum porrò & in dicto Lovanienſi S. Martini & in omnibus aliis Congregat. Windesheimenſis monaſteriis Officio eccleſiaſtico quotannis coli, mihi mox ſuaſerant ſcriptoris anonymi num.* 48 *huc tranſcripta verba. Verùm, ut è Directoriis, Propriiſque, quæ in Belgio noſtro ad dictæ Congregat. uſum vel ſunt vel fuerunt, modò diſco, Officio iſtic Sanctus hodie non colitur, etſi*

B *interim hoc eum honore in Germania à præfata Congregatione affici, ex impreſſo hujus anno* 1701 *Coloniæ Agrippinæ Proprio, utpote in quo ad* v *Octobris diem Officium de* S. Meinulpho *præſcribatur, concludendum appareat. Ceterùm, ut omnia, quæ ad Sancti cultum quocúmque modo pertinent, expediam, locus adhuc, in quo is altare ſibi conſecratum habet, aut certè, Lutheri hæreſi nondum exorta, habuit, commemorandus eſt. Docet hunc Joannes Probus in Budicenſi Chronico part.* 2, *cap.* 12, *pag.* 27. *Verba, quibus id ibidem facit, & quibus ſimul miraculum, Sancti patrocinio patratum, complectitur, hæc ſunt:* Erat & alius Frater, Joannes Kilverman, unus ex his, qui cum primis reformatoribus monaſterii B. Meinulphi in Bödeken tranſmiſſus fuit, presbyter ſenex & devotus, quia ſpecialem gratiam habuit verbum Dei prædicando ſeminare. Iſte dum in magna paupertate monaſterium cerneret conſtitutum, aſſumpto ſocio ſibi deputato, petitionem in prædictæ reformationis ſubſidium circumquáque fecit, de qua non parvam pecuniam attulit ad ſtructuram.

& in comitatûs Schauenburgenſis vico Glinten delatus.

C 144 Contigit etiam, dum in territorio comitis de Schwowenberg in quadam villa, Glinten nominata, prope Weſeram petitionem ſuam faceret, & ibidem mulierem, ut pro reformatione monaſterii B. Meinulphi adjutricem manum porrigeret, precaretur, eadem mulier audiens B. Meinulphum nominari, cum lætitia mentis prorupit in hæc verba: "Dilecte domine, ob honorem B. „Meinulphi libenter munus vobis dabo; nam „tribus annis privata viſu fui, & conſultum mi„hi erat, ut pro receptione visûs altare B. Mei„nulphi, quod apud nos in eccleſia memoratæ „villæ ad honorem ejus conſtructum eſt, viſita„rem, ſpopondi viſitare; qua ſponſione facta, „ſtatim hos oculos claros, quos habere me, cer„nitis, per interceſſionem B. Meinulphi recipe„re promerui.„ *Schwowenbergenſis, ſeu, ut communiùs ſcribitur, Schauenburgenſis aut etiam Schaumburgenſis, comitatus, qui vicum Glinten, verbis recitatis memoratum, complectitur, quique, proprios olim comites ſortitus, nunc partim comiti Lippiæ, partim Haſſiæ principi paret, in Germania inter Brunſwicenſem ducatum ad Ortum & principatum Mindenſem ad Occaſum ſi-*

tus eſt, ſeque ad Viſurgim ſeu Weſeram extendit, ut, etſi vicum Glinten, in quo Sanctus altare ſibi conſecratum aut habeat, aut certè habuerit, in Tabulis Geographicis expreſſum non inveniam, ejus tamen ſitus ſat propè innoteſcat.

AUCTORE C. B.

VITA,

Auctore Sigewardo,

Ex editione Overhami cum Fragmentis Browerianis & apographo Hardeſhuſano collata.

PROLOGUS a.

Albino Patri digno conſtanter amari, E
Filiolus parvus fidei vinclum Sigewardus *b.*

b Opuſculum ſuum auctor Albino inſcribit,

INter eos, mi Albine, doctorum doctiſſime, jure ſuo liberaliter utuntur amicitiâ, qui amicorum non neſciunt neſcire vitia. Horum te, Pater jucundiſſime, conſortio illa ſimplex animi tui admittit intentio, qui ſalutari ſeductus errore, me nequitiæ imperitiæque maculis eſſe deformem voluiſti neſcire, quem tam arduæ rei judicabas convenire. Nam quidam tuorum familiarium, ſitiens illum oris tui fontem aureum, attentavit te precibus, ut beati Meinulfi vitam non antehac ſatis libero ore expeditam, tui ſtili venuſtate corrigendo velles deaurare. Tu autem, ô viator imitabilis, ut ſemper ratione duce progrederis, conſilium tibi provideras ſubtilius: ſcilicet, ut id operis potiùs ad integrum ex tuo penu propinares, quàm veterum dicta increpares. Sed dum tu plurimis occupationum impediris curis, me inter omnes auditores tuos infimum, nec inter eos vocari dignum, operis tui dignatus es vicarium.

ſeque in illo, quod hujus juſſu ſcripſerit,

2 Qua quidem intentione, tui quæ tantopere præconium expectat diſcipuli, nihil antiquius exiſtimo: ſed ne id mei culpâ in contrarium cadat, metuo. Quia cum arreptam ſarcinam perferre nequivero, non ſolùm mihi hæſitandum eſt in luto, ſed culpa deficientis cadit in injuriam præcipientis: F poſtremò tametſi me noverim imparem eſſe imperato operi, vereor tamen reſiſtere à te impoſito oneri: plus quidem volens, ut imperitiæ meæ infamia me probet benignum, quàm obedientiæ tranſgreſſio nequeat diffamare malignum. Præterea ſpero, immò certum ſcio, ne tu, Pater ſuaviſſime, filii tui opus prodire patiaris in publicum examen, nî tuæ correctionis lima priùs illud caſtiget ad unguem.

veteris auctoris fidem ſequi,

3 Certè, ſi privati juris aggreſſus eſſem materiam, quâ mihi arbitratu meo licitum eſſet evagari, ſpero etenim, ne tibi eſſem pudori: nunc autem & cautio animæ, quæ in hiſtoriis ſacris plùs nudam rei veritatem, quàm luculentæ orationis leporem jubet exquirere; & artiſſima lex alieni itineris me ſcientem ſubire cogunt viam fidi interpretis. Dico autem alienum iter: quia me quidam in ejuſdem operis curſu præceſſerat, cujus me non mutare ſententias, magiſtra veritas imperat *c.* Solus tantùm verborum ordo, mei ſtili diſponendus relinquitur officio: immò etiam ſi quid præceſſo- c

A. SIGEWARDO.

ris mei fermo, vel diminutione languit, vel exceſſit incremento, hoc ſanandum permittitur meæ curationis medicamento. Age modò, mi Pater, age, inquam, mi gratiſſime Pater, ab omni telo ſiniſtræ interpretationis tuêre me, precor, ſub clypeo tuæ imperioſæ defenſionis: neque hoc, annuente Deo, tibi erit actu difficile, quem ſapientium nemo molitur lædere.

as veritatem ſectari profitetur.

4 Invidorum autem hiatus non moror, quorum latratus nullus comitatur morſus; & quorum non juſtus in me aditus patet detractioni, niſi quòd tam ſacra mihi commiſſa ſunt peccatori. Sed, ſi quis eorum ſine peccato eſt, mittat in me lapidem. Ne autem multis occupationibus tuis mea loquacitas addat faſtidium, hoc modò in calce æſtimo breviter annectendum, quòd Deum ſecretorum cognitorem teſtem habeam, tuæque perſonæ probatiſſimam majeſtatem, nihil me in Opere hoc locutum eſſe præter veritatem. Quapropter, ſi quis dignum ducat lector accedere huic Operi noſtro, hunc per illud extremi judicii æquiſſimum examen iterum atque iterum obſecro, ne meum recens dictum mendacii culpâ velit notare, cui teſtimonium

B perhibet auctoritas veteris ſcripturæ.

ANNOTATA.

a *Vitæ Sancti noſtri, per Sigewardum Scriptæ exemplar, è quo aliquot hujus Fragmenta Actis S. Meinwerci in ſuis Sideribus Germaniæ ſubnexuit Browerus, Prologo hoc fuit mutilum; quo etiam defectu laborat Hardeshuſanum, quod penes nos eſt, ejuſdem Vitæ apographum. Adi Comment. prævium num.* 12.

b *Quis Sigewardus, quis Albinus, cui Lucubrationem ſuam ille inſcribit, probabiliùs fuerit, itemque quam fidem Sigewardus mereatur, in Comment. prævio num.* 9 *&* 10 *exponitur.*

c *Lucubratio ſcriptoris antiquioris, quam ſibi præluxiſſe, hîc iterumque infrà innuit Sigewardus, penitus intercidiſſe, videtur.*

PROLOGUS ALTER.

Scriptionis ſcopus.

ANnuente gratia S. Spiritus, vitam ſancti Mainulfi levitæ, in ſpem exemplarque levitis ſcripturi ſumus, immò etiam ipſis ſacerdotibus, qui plurimùm exultabunt in reddenda ſacerdotii ratione, ſi in hujus Diaconi *a* vixerint æmulatione. Ad ſummam, nullus eſt ordo, de quo malè mereamur hæc ſcribendo, cùm ſit neceſſarium æquè omnibus, tanti hominis refoveri interventione; cúmque ſit utile, ejus inſtrui imitatione. Sed nos pauca de pluribus hujus Viri miraculis complectimur, eademque pauca humilis ſtili ſerie proſequimur: commodiùs judicantes, ut doctus lector ſtilo noſtro quaſi indocto detrahat, quàm ſtili noſtri acumen minùs capacibus capiendi aditum intercludat. In hujuſmodi namque ſcripturis minimè captanda eſt inutilis aura favoris, ſed commodum internæ provectionis. Sed jam exordium aggrediamur.

a

C

ANNOTATA.

a *Liquet hinc, ſacerdotio numquam initiatum fuiſſe* S. Meinulphum, *ut, eum in diaconatûs Ordine uſque ad vitæ finem permanſiſſe, Gobelinus num.* 10 *rectè ſcribat.*

D

CAPUT I.

Sancti natales, baptiſmus, literarum ſtudium, vitæ inſtitutum, progreſſus in virtute, condendi monaſterii propoſitum, hujus exſecutio, viſiones, miraculum, obitus.

Sanctus, nobiliſſimo genere natus, ipſomet, *a* *b* *c*

TEmpore, quo gentem Saxonicam *a* Karolus imperator imperio ſuo ſubegit, ſubactamque de idololatria ad fidem Chriſti tranſtulit, natus eſt de eadem gente Mainulfus *b*, utroque parente admodùm nobilibus *c*. Sed jam in tenera ætate per neceſſitatem mortis deſtitutus eſt patre. Quo defuncto, nondum iſte Puer myſterium ſuſcepit baptiſmatis ſacri, licèt jam ætas ei conceſſiſſet virtutem ambulandi: quia gens illa E adhuc fragilis in Catholica religione, nondum moris habuit teneros infantes baptiſmo conſecrare *d*. Et ut pleniùs loquamur, ipſa gens nondum continuatim ad fidem pervenit, quod ſequenti exemplo patenter liquebit. *d*

ad quem ejus mater, de injuria expoſtulatura, confugerat,

7 Namque cùm hujus Pueri mater primò viduata marito, contingere vellet proximam palmam virginitati, id eſt, abſtinentiam thalami ſecundi: ecce, defuncti conjugis germanus, ipſe quidem & re & profeſſione paganus, viſitavit eam indutus ſpecie conſolationis, ſed animo volvens ſomitem turpiſſimi ſceleris. Quippe ille inceſtus hoſpes, in cujus corde hoſtis antiquus certiſſimum ſibi hoſpitium collocavit, fratris conjugem, devotiſſimo hoſpitalitatis officio ſe ſuſcipientem, heu nefas! invitam adulteravit *e*. Illa verò quàm celerrimè manus evaſit corruptoris, abſque dilatione properavit ad præſentiam prædicti Imperatoris *f*; ipſique, quæ dolor dictavit in corde, libero pronuntiaverat ore: nimis ſanctè obſecrans, ut ſe à tanto perſecutore tueretur, qui æterni Tutoris vice in terris fungeretur. Imperator verò condolens nobiliſſimo dolentis dolori, annuit rogata roganti. *e* *f*

Carolo Magno ſponſore, baptizatur,

8 Ibidem quoque Filium ejus per lavacrum regenerationis, infra ſanctæ matris Eccleſiæ uterum admitti fecit, ipſeque eum à baptiſmo ſuſcepit. Et bene quidem divina providentia Servulum ſuum, qui ab inferioribus perſonis domi baptizari potuit, ad regis cohortem vel curtem *g* baptizandum reſervavit, quò procul dubio plurima populi collectio confluxit: quatenus jam in ipſo limine vitæ pluribus eum notum faceret, ex cujus notitia plures proficerent. Mater autem ejus, cui Regis ſponſio certam ſecuritatis ſpem largita eſt, ſpe gaudioque comite reverſa eſt: & in vicem magiſtri, timorem amoremque Dei ſibi conſtituit: ad quorum diſciplinam omnem vitæ ſuæ ordinem inſtituit. Ipſa quoque Wigthruth vocabatur, quod vocabulum quaſi quodam veritatis præſagio ſortiebatur, quia pro Chriſti nomine cum vitiis & concupiſcentiis bellum geſſit legitimè *h*. F *g* *h*

litteras diſcit,

9 Puer autem Mainulfus ſub jure ſcholari ad diſciplinam diſpoſitus litterarum, ex diſpoſitione aſcendit ad habitum earum; & quod ſcientiæ literalis habuit, uſu operis devotus excoluit. Quip-

A Quippe quia viam, quæ ducit ad vitam, artam & anguſtam exiſtere ſcivit, jam de tenero ungui ſtudiis aſperioribus mentem formavit. Nam ut quidam docet:

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, ſudavit, & alſit:
i Abſtinuit vino & venere *i*.

Cùm autem excederet è ſcholis, exceſſit etiam deſiderium mundani honoris; integra mente migrans ad propoſitum Canonicæ legis in loco, qui dicitur Paterbrunno.

vitæ canonicæ ſe dat Paderbornæ ſub Badurado epiſcopo,

10 Hic eum ejuſdem loci pontifex, ipſe quidem virtutum glorioſus artifex, nomine Baduradus, benigniſſimâ curâ nutriendum ſuſcepit, ſuſceptumque largiſſimo paternitatis & gratiarum ſinu refovit *k*. Sed quia res monuit & locus, non gravabimur ſaltem unum recitare indicium de hujus pontificis virtutibus. Ecce, XXVII annis poſt ſepulturam ejus exactis, veſtes, quæ cum eo ſepulchrum ſubierant, ita integræ, & ſanæ apparuerunt, ut nec una fimbria ex eis legem pateretur putredinis. Quæ res liquidò exprimit, quòd ipſe vivens integer vitæ, ſceleriſque purus extiterit. Huic tantæ virtutis viro, dum beatus Meinulfus adhæſit continuus, cum ſancto ſanctus, B cum innocente innocens, & cum electo apparuit electus. Cùm enim bonus eſſet in puerili ætate, melior tamen factus eſt in juventute: quoniam una non contentus virtute, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, quatenus de virtute in virtutem ſemper tranſiret.

k

occaſionesque, quæ hic exponuntur,

11 Inter hæc divino accidit inſtinctu, ut prædictus pontifex ita quæſtionem circumſtantibus proponeret: quid myſterii ſermo Euangelicus contineret, dicens: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet *l*? Quam quæſtionem mox quidam, ſicut res habet, ſolverat, dicens: Quia Chriſtus cordis noſtri habitaculum quæreret, nec quærens inveniret, quia ſcelus noſtrum quærentis introitum impediret. Quod verbum ultrà, quàm dici valeat, in pectus Meinulfi deſcenderat. Doluit namque intrinſecus, Chriſtum ad januam cordis noſtri humiliter, ſed fruſtra pulſare, cùm nemo pulſanti velit referare. Itaque ex illa hora, cùm antea eſſet bonus, jam ut ita dicam, factus eſt in bonitate novus; ſeſe Chriſto pandens in terris hoſpitium, quatenus ab eo reciperet æternæ manſionis commercium.

l

C 12 Ergo quia Chriſtum voluntariè ſuſcepit, Chriſtus ſuſceptus apud Suſceptorem ſuum manſionem fecit. Felix manſio ſub tali manſore! in qua fortunæ nihil licebat, quia in ea tantus Paterfamilias diſpoſitoris *m* vicem obtinebat. Sed nos ad planum narrationis ordinem redeamus, ne dum imperiti laudamus, tanti Viri laudes culpâ ingenii deteramus. Nam ſi quem dignis laudibus nequeas extollere, hunc laudas pulchriùs; ſi te imparem fatearis laudibus ejus. Beatus igitur Meinulfus, cùm omnem virtutem, quam poteſtate habuit, actu etiam adipiſci ſtuduerit, certus jam de Domini ſui fide erga ſe, erubuit fidelis ſervus fideliſſimo Domino ſe ſolum offerre: quocirca miro ardebat deſiderio monaſterium conſtruendi, ſed id ardentem tardavit mora locum aptum inveniendi: quatenus divina pietas illud conſtructum tanto majori pretio examinaret, quanto Servus ejus pro conſtruendo conſtantiùs laboraret.

monaſterium condere propo-nit,

m

locumque, quo id faciat, viſione, primò ſubulco ſuo,

13 Cùm autem Dominus jam vellet Servo laboranti parcere, dignatus eſt ei ſuæ prædeſtinationis locum oſtendere. Namque ſubulcus ejus, dum more ſolito in paſcendis moraretur gregibus; ecce, improviſò miræ lucis ſplendorem aſpexit in loco, ubi nunc idem monaſterium Deo auctore conſiſtit. Vidit præterea copioſam cervarum multitudinem, modò ſtare, modò circuire locum eundem. O ineffabilem Chriſti pietatem! quæ dum Servi ſui honorem dictavit, nativitatis ſuæ miraculum ſuſcitavit. Namque ut illa primùm revelata eſt paſtoribus, ſic hujus conſtruendi monaſterii viſio paſtori innotuit primitus. Hinc patet, quàm dilectus Deo iſte fuerit, cujus ſepulchri futurum locum tanta Dominus revelatione mirificavit *n*.

A. SIGEWARDO.

n

è quo hanc auditam

14 Certè, quòd hæc res paſtori inter paſcendum apparuit, ſignificat, quod illò dominicus grex dominicis reficiendis paſcuis venturus fuit; ſed quòd paſtor fuit ipſius, id eſt, Mainulfi, exponit, quòd omnes incolæ ejuſdem loci, ſcilicet paſtores cum omni ſibi commiſſo grege, debeant poſt Chriſti, ſancti Mainulfi præcipuè ſervitio ſtudere. Quòd autem cervas, non cervos, vidit, gregem illum Dominicum ex fæmineo ſexu collectum iri præfiguravit. Si quis enim quærat myſterium de viſo lumine, nihil prohibet eum præſentiam S. Spiritus per lumen intelligere, quæ & olim Apoſtolis per ignem voluit apparere. Prædictus autem paſtor hac exanimatus viſione, nihil omnino ſolicitus fuit de grege, ſed timuit, ſe jam ad præſens extrema paſſurum eſſe. Verumtamen cùm poſtea vix reciperet animum, feſtinanter perrexit ad Dominum ſuum, illique, quæ vidit viſa, per ordinem cuncta diſcuſſit. E

Badurado pandit,

o

15 Vir Deo plenus, cordis corporiſque auribus arrectis in verba dicentis, ubi dicens dicendi finem fecit, auditor lectiſſimus pro gratiſſima fama Chriſto ſacrificium laudis immolare cœpit *o*. Certè cœpit, cœptumque honeſtiſſimè perfecit: quo perfecto, prædictum pontificem famæ hujus participem fecit, quem quoque gaudii hujus ſocium eſſe ſperavit. Nec ſperans hac ſpe deluſus eſt, quia Chriſtianiſſimus pontifex gaudenti verè congaviſus eſt, ſtatimque divinam intendens miſerationem, feſtivè alluſit ad paſtoris nomen dicens: "Ne nobis vileſcat abjecta perſona „paſtoris, cùm primùm paſtoribus ipſa nativitas „effulſerit Salvatoris„. Idem etiam plenus oculis antè & retrò, prorſus nihil fidei habuit diabolo, quòd ſe etiam quandoque in angelum lucis ſoleat transformare. Ideireò elegit conſilium, iterum pro eadem re conſulendum eſſe Dominum: quippe ut ſecundum exponeret indicium, à quo prima juſſio cepiſſet initium. F

ſibique deinde ſemel ac iterum oblata edoctus,

16 Cui beatus Mainulfus præbens aſſenſum, petiit paſtore duce prædictum locum, ibique ſolus cum ſolo pernoctans, nec ſomnum oculis, nec quietem dedit labiis: ſed membra cum anima ad orationem divinam erudivit, ideóque inter orandum præſcriptam paſtoris viſionem ex integro vidit. Vidit, viſamque pontifici retulit. Qui pontifex viſionem numero trinum Conditoris nomen cupiens æquare, ſuaſit ei tertiò viſionum fidem exploratum ire. Ille autem obedientiam plùs Domino placere ſciens quàm victimam, lætus ivit, ſed lætior redivit, quia tertia viſio redeunti comes fuit. Hic verò pontifici ſolemnis acceſſit exultatio. Securè enim ſcivit, nihil illuſionis huc poſſe ſubrepere, ubi ſancta Trinitas juſſionis fidem fecit ſui ſimilitudine. Namque ut Deus trinus eſt in perſonis, unus verò in majeſtate; ſic hæc viſio trinitatem numero, unitatem confeſſa eſt in re: certè una eademque

A. SIGEWARDO.

res, uno eodemque modo ter apparuit.

17 His ita peractis, B. Meinulfus, simulque episcopus, ad fidem visionis divinitus incitati, cedere tamen decreverunt regiæ auctoritati, humiliter adimplentes illud præceptum: "Subjecti „estote omni humanæ creaturæ propter Deum *p*„. Sciebant enim, quia in vitium culpæ ducit fuga, si caret arte. Nam si monasterium hoc regis injussu construeretur, fortè aliquibus suspicio nasceretur, quòd hi non essent legitimi monasteriorum constructores, qui vicarii Dei, id est, regis, fierent contemptores. Quòd ne fieret, B. Mainulfus cartam testamenti ab imperatore rogavit, quam rogatam ipsius videlicet regis annulo insignitam accepit, acceptamque secum revexit *q*. Attulit etiam secum aliud multò præstantius donum, quod sine periculo licet confiteri, donum fuisse Regis sempiterni.

18 Namque revertenti quidam familiarium ejus capsam obtulit, quam ipse inter arbusta, non forte, sed divinitus pendentem invenit. Quam velut ab ipsius Dei manibus acceptam, Vir Dei veneratus est: quia cùm multùm quæreret, & nullum tamen ejusdem capsæ dominum inveniret, cognovit, quòd ipse Dominus dominantium tale Servo suo contulisset beneficium. O donum nobile, datoris pietati acceptorisque voto consimile! Ita, qui Deo Sanctisque templum construere voluit, quid ad hujus supplementum gratius aptiusve acciperet à Sancto sanctorum, quàm reliquias Sanctorum? Harum verò tam pretiosum, tamque copiosum reperit in capsa thesaurum, quantum eloquentia nostra exprimere non sufficit, quia & hoc vires & personam nostram excedit. Hìc jam ad construendum Deo templum confidentiùs exarsit, quia tale divini supplementi pignus accepit.

19 Inter hæc divinæ aspirationis indicia B. Mainulfus, prædicti loci coactus amore, perrexit eundem locum videre: quia quod instanter concupiscit animus, hoc ad satietatem videre non valet oculus. Cúmque perveniisset ad locum, invenit iterum quoddam divinæ revelationis memorabile sacramentum. Vidit enim præstanti corpore cervum, membra quidem prostratum, sed cornua in sublime arrectum, utpote sic præstolantem Viri adventum. Qui viso Dei Homine, quodammodò indicavit, sibi non licere in adventum ejus accubare: sed se festinanter erexit, & quasi per orationem suam advenienti Sancto assurrexit. Sanctus autem, visa tam terribili bestia, nequaquam perterritus, aut ob hoc mente fuit minùs valida, quia justum & tenacem propositi virum nullus terror mente quatit solida: quocirca propiùs accessit, ut ex fine rei ortum didicit *r*.

20 Cúmque alterutrum occurentes jam cominus obvii essent, iterum cervus præconium sancti Viri confessus est, humiliter se prosternendo, cui priùs assurrexit sese erigendo. Ille verò hunc novum bruti animalis gestum nulli rei, nisi divinæ clementiæ ascripsit: ideóque dum rei ordinem acutiùs advertere studuit, ecce vidit inter cornua cervi Dominicæ crucis signum splendere, cujus splendore omnem auri decorem visus est superare. Bonus autem Miles optimi Imperatoris, cognito vexillo Domini sui, simul cognovit Dominum suum præstò esse in auxilium sibi, lætitiamque cordis voce pronunciaverat oris, dicens: "Jam mihi certa spes pro„mittit fore, ut ille, qui quondam, eodem arma„tus vexillo, inferni claustra destruxerat, hu„jus loci protector contra diabolicas vires ex„urgat „.

21 Voce hac finita, cervum non viderat ultrà *s*. O quàm consequentibus signis Christus suo prælocutus est Militi, quæ post hæc oportuit fieri! Namque ut in præscripta visione, famulas Dei præfiguraverant cervæ; ita hìc per cervum, qui apparuit solus, potest accipi ipse famularum suarum custos Christus, cui soli, sponso videlicet nobilissimo, debent adhærere sacræ virgines ibidem collectæ. Invenit etiam beatus Meinulfus baculum in eodem loco, quo viderat cubantem cervum; qui locus nunc principale ejusdem monasterii continet altare, quod bene præfiguratum est in ligneo signo, quia ipse Christus, qui altari præsidet, regnavit à ligno. Hìc quoque omnem moram construendi monasterii sanctus Vir abdixit, quia ei negotio proximum diem addixit.

22 Hìc verò amica studiorum concertatio viriliter insudabat operi divino: passim arbores cædebant, nulli veprium vel arbustorum parcebant: pars grandia trudunt obnixi pondera humeris; pars agmina cogunt, castigantque moras: ipse verò usquequáque libram adhibuit discretionis, operumque laborem partibus æquabat justis. Vetus enim inde cultus defecit, videlicet ad veteris hominis destructionem, novumque opus surrexit ad novi hominis honorem. Et beatus Vir laborem illum credidit requiem, dummodò inceptum ad summam perduceret nobilem. Quia enim laboravit instanter, inceptum absolvere meruit eleganter. Absoluto autem opere, templum, quod construxerat, constructum Deo ejusque Genitrici IV Idus Novembris dedicari fecerat. Quo dedicato, collegit illò sacrarum virginum *t* non modicum gregem; quem Deus usque ad terminum mundi sibi custodiat fidelem.

23 Cúmque grex ille dominicus angelicam vitam ageret in terris, antiquus hostis callidè intervenit. Igitur suo nequaquam officio fungeretur, si Dei famulabus nusquam adversaretur. Primò quidem castitatis sigillum eis cupiens abrumpere, nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat arte locum, variisque assultibus irritus urget; eò quòd eis ipse Christus à facie inimici turris fortitudinis existeret. Sed quia non valuit intrinsecus, ille non esset hostis, si non aliqua nocuisset vel extrinsecus. Nam quædam ex ancillis Dei frigore depressa, spe recreandi, quandam monasterio contiguam domum est ingressa; in quam cùm ad ignem expedito animo dispositа fuisset; accidit, ut ignis omne velamen capitis ejus consumpsisset.

24 Nam illa muliebri more officio pectinis sordes inpugnabat capitis: consumpto enim velamine, jussit eam census brevis lacrimas effundere: sed lacrimanti Deus ad honorem servi sui Mainulfi solatium voluit impendere. Moxque per ipsius donum B. Meinulfus eandem intraverat domum. In tanti enim Viri præsentia nihil habuit juris inutilis mœstitia. Nam ut proximorum compassio ei inremota comes fuit, cognita re, dolentis dolorem ægre tulit, obtectusque faciem manibus, Christum puris interpellabat precibus, statimque, illo rei seriem diligentiùs exquirente, allatæ sunt ei consumpti velaminis fimbriæ, videlicet ignis inutiles reliquiæ, ostensusque est ei ille locus flammæ, quæ peremptrix fuit vestis interemptæ.

25 Hic

monasterii condendi facultatem petit, P

q

reliquias in novo templo collocandas divinitus invenit, B

C

r

recreatur:

nova cœlesti visione

D

quid hæc præfiguravit. s

E

Monasterium condit, t

velamen sanctimonialis

F

combustum

A *integritati prodigiosè restituit,* *u*

25 Hîc ſubitò pro dolore ingens ſtupor gaudiumque exortum eſt, dum veſtis, de qua recipienda etiam ſpes omnis abiit, integra de medio ignis rediit *u*. O miraculum meritò admirandum, &, niſi apud electiſſimos, inauditum! Sed hujus excellentiâ ſigni Deus palàm fecit quòd hîc Athleta ſuus etiam aliis ſignis fulſerit. Ille autem non ſigna, quæ cum reprobis electi communia habent, ſed virtutes coluit, quibus reprobi funditus carent. Neque enim idem ſignum, cujus nuper mentionem fecimus, quicquam ſuperbiæ addidit ejus venerabili conſcientiæ, quin immò de meritis ejus teſtimonium perhibet Eccleſiæ. Signa enim non merentur perenne præmium, ſed virtus recludens immeritis mori cælum, negatâ tentat iter viâ, cœtuſque vulgares, & udam ſpernit humum fugiente penna.

diemque extremum Budicæ claudit.

26 Poſtquam Rex regum Militi ſuo glorioſas contra antiquum ſerpentem conceſſit victorias, noluit eum ultra extollere fortunâ bellorum; ſed maluit ei pariter conferre & præmium & finem laborum. Id ipſum quoque ipſe Miles emeritus ſitiebat ardentiſſimè, ipſe quidem & ætate maturus, & virtute digniſſimus, cœleſtis capitolii aſſidere ſenatoribus. Cumque & Domini & Servi velle concordaret familiariter, ſicut huic Domino velle, poſſe & eſſe eſt unum, III Non. Novemb. *x*, ut voluit, tranſtulit ad ſe Servum ſuum, qui de terris ad cœlos tranſlatus, in monaſterio, quod ipſe conſtruxerat, terreum corpus cognatæ terræ liquerat *y*, quod ille felix pro pondere depoſuit infimo, ſed nos illud jure amplectimur pro venerabili pretio. Nam ſignorum indicio jugiter patuit, immò patet hodie, quia hoc Deo ſit acceptabile.

B

x

y

Biographi in hoc obſervatio.

27 Patet, inquam, ſed multò liquidiùs pateret, ſi quis hoc, ſicuti eſt, exponere valeret, quantum evaſiſſet inferni periculum, quantumve nunc in regno Dei ſui poſſideat præmium. Sed quoniam Deus ſe diligentibus præparavit, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit; ſufficiat terrenis animalibus de regno illo hoc ſolùm effari, contemplari & credere, quòd ibi ſit gaudium ineffabile: de cæteris quidem neceſſe eſt taceri, quæ impoſſibile eſt ſcire. Nos autem etſi voluntatem noſtram præpediat ingenii vena pauper & maligna, cogit tamen voluntas dives & benigna, ut ſtilo memoriæque tradamus, ſi quid

C

plus ad notitiam noſtram pervenit ex miraculis Viri hujus. Sed ea, quæ per ipſum hoc corpore indutum Deus operari dignatus eſt, hîc terminamus; ad ea verò, quæ poſt ſepulturam ejus Dominus per eum oſtendit, tranſire paramus.

ANNOTATA.

a *Antiquam videlicet, quæ quem terrarum tractum in Germania incoluerit, in Opere noſtro tom. 2 Octobris, pag. 180 & ſeq. exponitur.*

b *Carolus Magnus in ſubigenda atque ad fidem adducenda Saxonum gente ab anno 772 ad annum uſque 804 laboravit, ut tempus Sancti natale lato dumtaxat modo, Sigewardus hîc definiat; nos id in Comment. prævio num. 31 & ſeq. ad annum circitèr 793 referimus.*

c *De nobili Sancti genere vide Com. præv. § 2.*

d *Browerus legit* Conſervare; *verùm noſtra lectio præſtare videtur.*

e *Stuprum Wichtrudi viduæ*, S. Meinulphi *matri, à defuncti mariti fratre illatum, ſilentio preſſit Gobelinus in Vita; quod, cùm rem nihilominus in Coſmodromio Ætate 6, cap. 40 commemoret, idcircò forſan fecerit, quòd ad res, à Sancto geſtas, nihil omninò faceret.* A. SIGEWARDO.

f *Cùm S.* Meinulphi *Baptiſmus (Adi Comment. prævium num. 36) ac proin matris ejus ad Carolum Magnum acceſſus anno circitèr 797 acciderit, tuncque is princeps imperator nondum fuerit, hoc titulo haud dubiè per prolepſim, hiſtoricis non rarò uſurpatam, à Sigewardo hîc inſignitur.*

g *In Hardeshuſano noſtro apographo dumtaxat legitur* ad regis cohortem, *poniturque in margine*, id eſt, curtim.

h *Nomini* Wigthruth, *pro quo alii* Wichtrud *aut etiam* Wigtrud, *ſignificationem aliquam ineſſe, Sigewardus hîc indicat. Apud Anglo-Saxones, quorum, & antiquorum Saxonum lingua multùm affinitatis habuit*, Wiga *olim, ut Camdenus in ſua Britannia pag.* 100 *docet*, heroïnam; Rad *verò, aut etiam pro dialectorum varietate (ex hac fortè dictum quoque alicubi fuerit* Rud) Red & Rod conſilium *ſignificabat. Quid ſi igitur* Wigtrud *hîc ſonet* prudentem heroïnam? *Certè interpretatio hæc præferenda videtur alteri, quæ apud Budicenſem chroniſtam pag. 50 occurrit.*

i *Aut verſus aut verſuum partes è diverſis poëtis orationi, uti hîc, ita etiam alibi, ſubinde interſerit Sigewardus; verùm, quos ſinguli, quos affert textus, poëtas habeant auctores, & quo quique apud hoſce inveniantur loco, aſſignare operæ pretium non duco.*

k *Baduradus ante annum 815 Paderbornenſium epiſcopus creatus non eſt, ac proin, cùm abs illo Canonicis Paderbornenſibus Sanctus fuerit adſcriptus, hic illud vitæ inſtitutum ante eumdem annum non ſuſceperit. Hinc etiam liquet, à Baduradō jam epiſcopo* Meinulphum *adhuc puerum, utpote qui anno circitèr 793 natus eſſet, litteris excultum non fuiſſe. Adi Commentarii prævii num. 38 & binos ſeqq.*

l *Ita ferè Matthæi 8, ℣. 20 & Lucæ 9, ℣. 58.*

m *Sic etiam apographum Hardeſhuſanum; ſed in margine additur, fortè legendum* diſpenſatoris.

n *Eſt ſcilicet Sanctus ſepulcrum adeptus in monaſterio Budicenſi, cui ædificando locus viſione hîc memorata fuerit oſtenſus.*

o *Ne hinc inferas*, Meinulphum *ſacris operatum eſſe, ac proin ſacerdotio fuiſſe initiatum: hæc enim verba*, Chriſto ſacrificium laudis immolare cœpit, *ſignificare poſſunt, imò verò cùm ex iis, quæ in Annot. ad Prologum 2 & in Commentario dicta ſunt, in diaconatu Sanctus totâ vitâ manſerit, reipſa dumtaxat hîc ſignificant*, Chriſto gratias agere *aut* laudes dicere cœpit. *Sic apud nos tom. 2 Januarii pag. 1157 in Vita S. Thiadildis virginis poſt cæleſtem, quâ locus monaſterio Freckenhorſtenſi ædificando divinitus fuerit oſtenſus, viſionem narratam num. 4 dicitur, hâc auditâ*, B. Ewerwordus, *illius fundator, qui tamen, utpote matrimonio tunc junctus, ſacerdos non erat*, Deo immolans ſacrificium laudis rem tacitus *conſiderâſſe.*

E

p *Epiſtolâ Petri 1, cap. 2, ℣. 13.*

q *Diploma*, cartam teſtamenti *à biographo hîc appellatum, quo* Meinulpho *condendi monaſterii facultas fuit conceſſa, à Ludovico Pio Sanctus petiit & obtinuit. Videſis Commentarium prævium num. 71.*

r *Ni legendum ſit* diſceret, *quid ſibi velint ultima hæc verba, haud ſatis intelligo.*

F

s *Quid de viſione hac aliaque ter repetita, quâ Sanctus locum ædificando monaſterio didicerit, itemque de miraculo, quo ſacras Sanctorum reliquias divinitus acceperit, cenſendum appa-*

A. SIGEWARDO.

reat, in Commentario prævio num. 66 & binis seqq. edixi.

t *Cujus instituti hæ fuerint, in Comment. prær. num.* 80 *& quatuor seqq. discussum est.*

u *Velamen hoc integrum cum ignis vestigio seculo præterito Budicæ adhuc vidit Gamansius noster. Adi Comment. prær. num.* 118.

x Novembris *pro* Octobris *perperam hîc poni, in apographo nostro Hardeshusano ad marginem notatur, & rectè quidem, uti ex iis, quæ in Comment. prævio num.* 89 *disputata sunt, apparet.*

y *Hinc collige, Sanctum & obiisse & sepultum esse in Budicensi monasterio, cujus, ut apparet, sanctimonialibus cohabitârat præfueratque.*

CAPUT II.

Miracula post obitum, corporis de tumulo levatio.

Sanctus, ad cujus tumulum magnus fit populi concursus, B

SEpulto igitur beati Viri corpore, cœperunt ad sepulchrum ejus ubertim pauperes Christi confluere, tam exciti famâ præteritorum miraculorum, quàm accensi spe futurorum. Pars quidem adveniebant sanitatem deprecaturi corporum, pars verò requiem animarum, tantum quod cujusque voluntas optavit beneficium, pro hoc impetrando, B. Mainulfum precatorem misit Domino: nec quisquam, Deo gratias, frustra se orâsse ploravit, si modò orans in corde suo non hæsitavit. Quo factum est, ut & indigenæ & advenæ beati Viri sepulchrum colerent honorificè; nec non ipsæ sanctimoniales, ob Sepulti amorem, vigilanter satagentes circa sepulchri honorem, pro rei suæ modulo adornabant illud velamine lineo. Elegerunt etiam quandam bonæ intentionis famulam, specialiter ei imponentes sepulchri custodiam *a*, à quo illa non recedebat, quantùm corporis infirmi lex annuebat. Quam quadam nocte, postquam orando vigilandoque plurimum noctis exegerat, ut exercitatum corpus solet, libido somni devicerat. Cui devicta obtemperans, concessit membris somni necessariam requiem; sed requies transiit in sollicitudinem.

a

pannum lineum ab igne servat illæsum, C

29 Evigilanti namque de somno venit ad memoriam subitò, quia, dum illi sopor imminebat, supra velum sepulchri candelam ardentem dereliquerat. Attonito enim animo surrexit, sub magna festinatione ad sepulchrum perrexit; & inter eundum magnum super oblivione sua mœroris sustinuit tormentum. Sed, ubi pervenit, Dei clementiam consolatricem invenit. Nam ardor finem fecit candelæ, prorsus tamen cessans à panni læsione: quia candelæ, ardendi causâ Deo oblatæ, parcere non ausus est; panno autem ad servandum congruo ignoscere jussus est. O gloriosus Deus in Sanctis suis! qui patenter exponit dignitatem hujus sui Militis, ad cujus defuncti reliquias hoc tam nobile signum iteratò proferre voluit, quod per ipsum corpore viventem antea protulit *b*.

b

famulum olim suum, semel, iterum,

30 Sed hoc signum aliud non inferius sequebatur, per quod quidam ad salutem intrare compellebatur: apparuit namque Vir beatus cubiculario suo in visione, erudiens eum amica irradiatione, ut mundo pompisque ejus abrenuntiaret, & ad æterni Regis militiam transmigraret. Ille autem ipsam visionem pro illusione habuit, nedum fecisset, quod per visionem dicit. Sed Sanctus, hominis condescendens infirmitati, iterum apparuit ei, ut repetita admonitio fieret ei veræ visionis expositio. Ille autem nec adhuc visioni habuit fidem. D

ac tertiò ei apparens,

31 Sed Sanctus Dei nondum cessans à salute viri, geminis visionibus tertiam addidit, ejusque duritiam hac voce corripuit: "Nescis, „miser, nescis, quàm crudelis captor tuæ ca„ptivæ præsidet menti; qui te & mittenti Chri„sto, & mihi misso, cogit reluctari. Certè cùm „malè vivendo desiperes, nec desipere sponte de„sisteres, monuit te revelatio divina, ut vel ad„monitus resipiscerès. Tu autem, stulte, perni„ciosè illuderis, qui revelationem veram pro il„lusione accipis: nulli enim credentium dubium „est, quin illa visio expers sit illusionis, quæ in„vitatrix est Christianæ religionis; quamque si à „quolibet vigilans audivisses, negligere nequaquam „debuisses. Nunc ergò cùm te corrigere nequeant „verba, jam verba vertenda sunt in opera. Nam „visionem divinam, quam te dissimulas intellige„re, expediam tibi planissima expositione, quæ „animum tuum dubio exuat, cunctisque te viden„tibus plenam certitudinem pariat."

ad meliorem frugem E

32 Hæc dixit, & mox dicta probavit. Vir namque de somno excussus, faciem persensit barbâ viduatam, barbamque cominus invenit divulsam. Postea verò non illa nocte quicquam loci in eo somnus habuit, sed pro somno eum stupor, pudor & dolor oppressit. Quid faceret? cujus animus in amaritudine fuit, nec tamen cum quo hæc ventilaret, familiarem habuit: familiares quidem potuit plures habere, sed ipse mallet omnibus ignotus, quàm notus esse. Tandem eligens sibi unum, quod tamen actu erat opportunum, videlicet, ut necessitatem verteret in voluntatem, quàm citissimè cucurrit ad ecclesiam, ibique per S. Mainulfum mirificè Dei consecutus est misericordam.

adducit.

33 Nam cùm matutinæ laudis principium presbyter exordiretur, dicens: "Domine labia „mea aperies, „iste, qui priùs litteras non didicit, excepit, dicens: "Et os meum annuntiabit lau„dem tuam." Quàm benè iste insciius se Domini laudes annuntiaturum esse promisit! quia non solùm ille, verùm omnes hujus rei cognitores, pro eadem re Domini debent esse laudatores. Est namque unum de præcipuis miraculis, ut, qui se lecto collocavit laïcum, sese erexit canonicum; neque enim, si omnem illam noctem insomnem duceret, tamen notari posset de otio, quandoquidem cum hujusmodi procederet negotio. Nempe B. Mainulfus servum suum ad professionem canonicam barbâ nollet destituere, nisi ad canonicum usum gratius ei vellet pretium restituere *c*. F

c

cúmque lapis ejus sepulcralis, *d*

34 Jamque his exactis miraculis, non longa fuit medii mora temporis, cùm iterum revelante gratia Dei manifestiùs patuit dignitas B. Mainulfi. Temporibus quidem Arnulfi regis *d*, Bisonisque Patherbrunnensis episcopi, die quadam diacono Euangelium recitante, inter recitandum, lapis, beati Viri sepulchro superpositus, ad instar crucis divisus intonuit, præsentibusque cunctis validum stuporem incussit. Cúmque eos iste concuteret stupor, ecce alius subsecutus est major: quia mox inter Dominici Corporis Sanguinisque immolationem lapis, nuper quadrifariam dispertitus, in innumerabiles particulas dissipatur. Lapis quidem iste bonus beato Viro testis erat juxta suum posse; cujus dum potestatis non erat laudare per sermonem, laudabat autem per disru-

A diſruptionis vocem.

ſubſidente etiam, quæ loculum tegebat, terrâ,

35 Nec etiam ipſi terræ, hujus Viri laudes fas fuit reticere. Reſoluta enim in ſuperficie ſepulcri, deorſum ſubſedit more mirabili, ejuſque ſepulcrum eſſe deſtitit, cujus loculum libere ſpectandum præbuit. Hinc patet, quàm reverendus iſte ſit ſubſtantiis rationalibus, cujus ſic præconium confeſſa eſt irrationalis tellus. Confeſſa eſt enim, ne ſibi licitum foret hoc corpus ſuis occultare latibulis, quod multò rectiùs coleretur in altaribus ſacris. Præterea cum ſciſſura petræ caſuque terræ tanta jucunditas exorta eſt ſuaviſſimi odoris, ut non vana fides ſit, affuiſſe ſibi auctorem ſuavitatis. Hic verè

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

ſecundò diſſiliſſet,

36 Certantes enim diu, quid hoc ſignum portenderet, elegerunt tandem epiſcopo Biſoni rem hanc palificare, quatenus ille eos componeret, dijudicata lite. Ille autem edixit fracturam ſepulcri redintegratum iri. Ex ejus edicto ſepulcrum reparatum iterum, paullò pòſt eſt ex divino juſſu diſſipatum. Quod cùm compertum foret epiſcopo, ille ſuperius edictum iteravit, ejuſque edicto populus iterum obtemperavit. Sed in hoc epiſcopus non notandus eſt dementiæ: rectiùs quidem divinitatis aſſcribitur providentiæ, quæ ideò eos aliquantulùm dubitare permiſit, ut per efficacius ſignum, & ab illis & nobis omne dubium abſterſerit.

B

aliudque miraculum acceſſiſſet, e

37 Igitur in eodem tempore B. Mainulfus Mainardum quendam presbyterum *e* admonuit in viſione, quatenus pontificem incuſaret ſuper ſua tranſgreſſione: presbyter autem divinæ admonitioni timorem præponens epiſcopi, nuſquam tulit pedem. Sed Vir Dei, iterum ſecundò, ſicut priùs, presbyterum admonuit; presbyterum autem, ſicut priùs, iterum timor prohibuit. Tandem & tertiò ei apparuit, ejuſque mollitiem & ſocordiam accuſavit. Et quia eum æternæ voluit ultioni eripere, noluit dilectum * ejus hic impunitum dimittere: ſed minatus eſt ei apertis oculis abſentiam videndi, ejuſque reliquit arbitrio, an mallet cæcus vivere, an legationem abſolvere. Qui expergefactus, nimis ægre tulit, quòd imago ſomniorum nihil ei mentita fuit.

* *an* delectum?

à Biſone epiſcopo, ita ad id monito, de terra levatur.

C

38 Tamen quia cæcitas ei inimica familiaris fuit, nec aliquam iter diſtulit: ſed, ductore advocato & reliquo itineris ſupplemento parato, iter expedivit, comite ſcilicet ductore, baculo & cæcitate, quod priùs per ſe ſine omni poſſet moleſtia conſummare. Igitur, quæ acciderant ei, narravit omnia pontifici, nec verba ejus eguerunt artificio, quibus ipſa cæcitas probabilis erat expoſitio. Ad hæc pontifex vehementer expaveſcens, timuit periculum vitæ ſuæ, quia & ipſe ſibi conſcivit ſuper eadem tranſgreſſione. Quapropter feſtinans errata officiis ſuperare ſedulis, ſepulcrum ſancti Viri adiit humilis. Ibi quoque ſacrum corpus de ſepulcro tranſtulit, tranſlatumque in eadem eccleſia reverenter collocavit. In tranſlatione autem beati corporis de ſepulcro rediit adempta oculorum ſanitas presbytero *f*. In quo laudanda eſt clementia multiplex optimi Domini per merita & orationem Militis egregii, qui corporali verbere plagam recidit futuram animæ; & tamen eidem verberi corporis celerem exitum conceſſit medicus utilis.

f

39 Multa quidem & alia fecit Jeſus propehas reliquias miracula, inter quæ cenſemus hoc dici & audiri dignum, quod jam nunc referre volumus in medium. Igitur aquam, quâ pontificis juſſione ſacræ lotæ ſunt reliquiæ, in bonam ſpem reſervabant Dei famulæ, non in vanum credentes eam dignam reſervatione, quia, quæ ſalutare corpus lavando tetigerat, ſalutari tactu carere non poterat. Certè, quia fides earum bona, ſimplex & prudens fuit, fides bona ad bonum opus aſcendere meruit. Nam mulier quædam paralytica, longo ſcilicet tempore omni membrorum officio deſtituta, cognitis beati Viri miraculis, rogavit à parentibus ſuis, ut ad prædictam portata perveniret eccleſiam, quòd ibi divinam per S. Mainulfi merita experiri vellet miſericordiam. Denique rogavit, nec non rogando impetravit.

A. SIGEWARDO. *Aquâ, quâ Sancti reliquiæ lotæ erant,*

mulier paralytica ſanatur,

40 Quod cùm compertum foret famulabus Dei, ſtatim plenæ fuerant bonæ ſpei, nihil penitus hæſitantes in corde ſuo, ſuper divinæ miſerationis auxilio: præſertim, quia ipſa mulier, quæ ſpe curationis advenerat, conſtantis fidei in Domino fuerat. Didicerant enim ex doctrina Euangelii, quia omnia poſſibilia ſunt credenti. Itaque mulieris paralyticæ ſemivivum corpus prædicta ſalutari aqua perunxerunt, perunctumque Chriſto per merita S. Mainulfi commendaverunt. Sed ille, quia in ſe ſperantes deſerere non novit, nec harum fidem deſeruit. Nam infra paucos dies mulier ex illa acerrima corporis attritione convaluit, & ad tantam valetudinem refloruit, ut nec aliquod infirmitatis ſignum in ea remanſerit.

E

aliaque à cancro

41 Nec nos patimur, ſanctam Eccleſiam clam eſſe, qualiter ibidem Deus cuidam alteri ſuccurreret fœminæ, quæ laborabat peſte immenſa & miſerabili, & ideò major eſt majeſtas miraculi. Morbus enim, cui medicinalis auctoritas Cancri vulnus vocabulum indidit, dexteram ejus mamillam mordaciter contrivit, & poſt grandævam contritionem funditus exedit. Quâ exeſâ, obſedit etiam carnis contigua loca: uſque adeò vis ejus prævaluit, ut etiam ſuperficiem coſtarum deſtituiſſet tegmine carnium. Eminet hoc quidem ſatis per ſe, nec eget expoſitione, ſi hæc eſſet in gravi amaritudine cordis, quam ſic exaſperabat dolor corporis. Nam etiam fertur, ut ipſa apertè profiteretur, ſe malle mori, quàm tanto ſupereſſe dolori.

cùm candelam ad Sancti reliquias obtuliſſet,

F

42 Tandem, cùm divina miſeratio compati voluit ancillæ ſuæ morbo, inſpiravit in ejus mentem hanc cogitationem: ut, quod apud homines eſt impoſſibile, apud Deum crederet eſſe poſſibile. Hac vivificata ſpe, decrevit Dominum per S. Mainulfi merita invocare, tendens ſtatim ad reliquias ſancti Viri, offerenſque ſecum, quod dedit penuria cenſus exigui, videlicet candelam ad ſui vulneris inſtar formatam. Ibi quoque, ſicut priùs mente diſpoſuit, Domino ſanctoque Mainulfo preces direxit. Sed Dominus omnipotens, cor contritum & humiliatum non deſpiciens, noluit roganti renuere auxilium, utpote aſtrictus per Militis ſui meritum. Illa quidem rediit, ſed redeunti Chriſtus celeriter expoſuit, quòd ſibi gratum precatorem tranſmiſerit.

curatur.

43 Nam mox inſequenti die cœpit in ſuperficie vulneris novella cutis reviviſcere: &, ut breve ſit, quod dicimus, infra ſeptem dies in tantam ſanitatem tranſiit vulnus, ut mamilla pectori reſurgeret ad integrum, cujus nec dolor

A. SIGEWARDO.

lor aliquod ibi reliquerat vestigium. Hoc quidem admodùm est dictum mirabile, sed tamen sanis mentibus est credibile, quia Christus mirabilis in Sanctis suis falsò diceretur, si in eis nulla mirabilia operaretur. Ipse quidem per servi sui Mainulfi merita plurima fecit & facit miracula; quorum quædam superstes lingua famæ annuntiabat nobis, quædam verò taciturnitas invida sepulcro condidit oblivionis.

Potestatem plura patrandi

44 Plura etiam signa B. Mainulfus potestate habuit, quæ actu minimè protulit. Potestatem autem modò non dixi secundùm dialecticam, sed juxta vocem Domini, dicentis: quod omnia possibilia sint credenti *g*. Si Beatus Domino indubitanter credidit, quidlibet agendi potestatem habuit: atqui credidit, potestatem igitur quidlibet agendi habuit. Domino enim indubitanter credere, est mandata ejus fideliter adimplere; consequens est, ut hic Domino videatur adhærere. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus efficitur. Semper enim desideravit, desideratumque promeruit B. Mainulfus, ut cum Creatore efficeretur unus spiritus; sed Creatori aliquid esse impossibile, nemo vel insanus præsumit credere.

g

B

miracula Sanctus habuit.

45 Hìc verò ordinatim consequitur, ut hujus possibilitatis non careat participio, qui unus spiritus fieri meretur cum Domino. Quapropter si B. Mainulfus unus spiritus cum Domino fieri promeruit, signa etiam operari potuit: sed meruit unus spiritus cum Domino fieri: potuit igitur signa operari. Cujus conclusionis necessitas nobis discutit apertè, ut non egeat quæstione, si vel pauca, vel omninò nulla signa fecerit, dummodò ei signorum potestas non abfuit. Et profectui quidem animæ nostræ salubrius esset merita ejus, moresque & virtutes, quàm signa cognoscere, ad quarum videlicet exemplar formaremus modum & ordinem vitæ nostræ.

Cur aliquot, quæ fecit, scire nos Deus voluerit.

46 Sed quia meritis ejus, carnaliter viventis, nos præsentes interesse non contigit, ecce autem divina providentia aliqua de signis ejus notitiæ nostræ contulit, quatenus signorum certitudo nobis exponeret, quòd magna vitæ puritas, sanctaque actuum castimonia præcederet. Nunc igitur pollicetur nobis certa spes divinæ miserationis, ut per eum animarum nostrarum medeatur languoribus, per quem vires restituit tot languidis corporibus. Quod ipse B. Mainulfi precibus dignetur annuere, qui ipse B. Mainulfo principium fuit & finis victoriæ, victorique contulit bravium infinitæ gloriæ, qui regnandi nec initium habet nec finem. Ipse

C

Principium, vector, dux, semita, terminus idem.

ANNOTATA.

a *Canonissæ, non famulæ, sepulcri Sancti custodiam demandatam scribit Gobelinus in Vita num.* 21; *sed Sigewardo standum.*

b *Alluditur ad combustum sanctimonialis peplum, integritati à Sancto adhuc vivente restitutum.*

c *Hanc ter repetitam, quâ* S. Meinulphus *famulum olim suum à prava vita retraxerit, apparitionem, hujusque adjuncta prudentis lectoris judicio relinquo.*

d *Hinc consequens est, ut Sancti de tumulo levatio miraculaque hanc proximè prægressa, quæ hìc subduntur, inter annum* 887 *&* 896 *verosimiliùs evenerint. Adi Commentarii præv. num.* 93.

D

e *Attelensis vici, à cœnobio Budicensi haud multùm remoti, parochum hunc facit Gobelinus in Vita num.* 27.

f *De hoc aliisque miraculis, Sancti de terra levationem aut comitatis aut proximè prægressis, videsis Comment. præv. num.* 91 *& seq.*

g *Marci* 9, ℣. 22.

VITA ALTERA,

Auctore Gobelino Persona,

E Budicensis cœnobii Passionali pergameno Ms. insigni cum P. Georgii Garnefelt Carthusiani apographo collata.

E

PROLOGUS.

Auctor scriptionis causam,

DUm super flumina Babilonis Paderfontanæ sedimus & flevimus & in salicibus ejus suspendimus organa nostra, sonus organi inter novellas olivarum, pro salicibus plantatas, noviter tunc suspensi, per quod Spiritus Sanctus operatus est, honor videlicet beati Meinulphi, confessoris Christi, revivìscens interiorem cordis mei pulsavit auditum. Unde scintilla spiritus illius, qui Zachariam & Achæum ad exhortationem rædificantium templum Domini quondam inflammavit, mente succensus, præfatis novellis olivarum fratribus, videlicet canonicis Regularibus, in villa Bödeken, ad reformandam ecclesiam illam, quâ corpus prædicti Sancti requiescit, vix institutis lætus obsequia exhortationis impendi *a*.

a

& unde, quæ scribit, hauserit, exponit.

2 Et ut multi gratiæ Spiritus illius possint esse participes, qui unà mecum in chordis & organo Dominum laudent, ex diversis scripturis antiquis & ex rerum gestarum mihi cognitarum occursu ad laudem Dei, sancti Meinulphi honorem & ad ædificationem proximi de vita & miraculis istius Sancti, nec non gestis aliis, ad hæc infrascripta opportunis collegi. Et, si pro dicendorum intellectu pleniori ad longè superiora tempora pro primo recurrendo digredior, lector meus curiositati non imputet, sed affectui pronuntiandi magnificentiam gloriæ regni, de quo scriptum est: Regnum tuum, regnum omnium sæculorum *b*, magis adscribat.

F

b

ANNOTATA.

a *Hinc apparet, Gobelinum non diu admodùm post canonicos Regulares in Budicense cœnobium inductos Sancti Vitæ scribendæ manum admovisse.*

b *Psalm.* 144, ℣. 13.

PRO-

A

PROLOGUS ALTER.

Qui è Macedonibus

POstquam Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia, percuſſo Dario rege Perſarum, contra regem Indorum Porum properavit ad bellum, inter Riphæos montes circa mare Caſpium exercitus ſui partem, ex Macedonibus collectam, ad illius patriæ cuſtodiam collocavit. Cúmque, ſubactis Indis & reverſus Babiloniam, veneno interiit, Macedones tunc circa montem, Saxum Marpeſiæ à quodam duce Amazonici exercitus nominatum, commorantes, mortem ejus cognoſcentes, animis conturbati, in Macedoniam per terram ſe poſſe reverti, propter odium gentium, quas bellis attriverant, plurimùm deſperabant. Quapropter, præparatis navibus, in Caſpium mare ſe mittentes, per vaſtitatem Septentrionalis Oceani ſedes ſibi quærendo diu navigabant, ex quibus tandem poſt multa pericula maris naves viginti quatuor ad oſtia Albiæ fluvii in loco, qui Hadelon, Latino

B quidem ſermone, nunc terra Hadelariæ, Bremenſis diœceſis dicitur, applicuerunt ad terram.

*Saxones orti *Garneſelt Saxo*

4 Et ex illis Macedonibus Saxonum ſic ex loco, videlicet Saxum* Marpeſiæ dicto, unde progreſſi fuerunt in mare, vocatorum natio diſſeminata refertur. Unde quidam ex eis terras ibidem circa littus maris Oceani viribus occupabant, qui poſtea Holtſaſſen ex ſylvis & paludibus, in quibus degebant, nunc verò corrupto nomine Holtſtein ſunt appellati; alii navibus fluvium aſcendentes, Thuringos tunc juxta montem Hartz versùs Septentrionem dominium tenentes invaſerunt, qui nomen Saxonum ſimpliciter obtinuerunt. Cúmque hi Saxones & Thuringi mutuis ſe bellis, pro ſedibus obtinendis, frequenter impeterent, tandem Thuringi, ultra montem

a Hartz ſe recipientes, Saxonibus loca dimittunt *a*. Sed quia omnes iſti Saxones militaribus armis inſervire conſueverant, vix alter alterum ſibi præeſſe ſinebat. Unde quidam ex eis latiùs quærendo ſibi ſedes flumen Weſaram tranſierunt, & quaſi uſque ad Rhenum fluvium omnes incolas regionis illius, per ſylvas & rura diſperſos, in

C ſervitutem redegerunt.

& unde gens Weſtphalica, à qua Sanctus ortus, nomen traxerit.

5 Unde armorum militarium nimia pluralitas & ſervilis conditionis neceſſitas inter Weſaram & Rhenum uſque ad tempora noſtra perdurant. Et iſti poſtea Weſtphali maluerunt appellari, quod ea de cauſa dicitur accidiſſe. Dum Carolus Magnus, rex Romanorum & Francorum, priuſquam ad imperii ſublimitatem aſcenderat, Saxones, ſibi bello ſubactos, fidem Chriſti ſuſcipere coegerat, ipſi, ſuſceptam fidem & tandem juramento retinere promiſſam ſæpe relinquentes, ad paganiſmum fuêre relapſi. Unde à veris Chriſtianis fallaces & vacillantes dicebantur. Sed quia iſti inter omnes Saxones primò fidem Chriſti ſuſceperunt, & plagam Occidentalem regionis illius tenuerant, poſtquam fides Chriſtiana apud eos invaluit, ipſi in religionis inſigne, quoniam ipſi primitiæ fidei in ſua gente forent, lingua ſua Weſtphelinge, quod ſonat linguâ Latinâ Occidentales vacillantes, appellari

b maluerunt *b*, & ab iſta gente Vir iſte, ſanctus Meinulphus, eſt exortus.

ANNOTATA.

A. GOBELINO PERSONA.

a *Fabuloſa ſunt, tam quæ de gentis Saxonicæ, quàm quæ de nominis, quo hæc compellatur, origine Gobelinus hîc memorat. Et ſanè cùm à maribus omnibus, uti modò contra Melam, Plinium alioſque nonnullos antiquos geographi omnes docent, mare Caſpium ita ſeparatum ſit, ut ex eo nec ad Septentrionalem Oceanum, nec ad aliud quodvis mare navigari queat, quî Macedones, immiſſis in mare Caſpium navibus, Oceano Septentrionali ad Albis fluvii oſtia appuliſſe queant? Schatenus Hiſtoriæ Weſtfalicæ lib. 3, pag. 172 & ſeq. non immeritò ſic ſcribit:* Tot fabulis inſperſam invenio Saxonum originem, quot Francorum, tanquam & Saxonum ſcriptores gentis ſuæ decus non ſatis illuſtrarent, niſi eum Romanis, Francis, Friſiis ceteriſque nationibus ab exteris adventitiiſque populis arceſſerent. Primus iſque antiquiſſimus Hiſtoriæ Saxonicæ ſcriptor Widekindus, Corbeienſis ad Viſurgim monachus, multa hîc (*lib. 1 Annalium ſcilicet*) inquirit de origine Saxonum, quæ ne tum quidem explorata fuit, aſſeritque, alios eam à Danis & Normannis, alios à Macedonibus deducere; ſibi verò certum eſſe, navibus advectos Saxones in Hadolaum, quem locum Hadereliam non longè ab oſtio Albis in Bremenſi archiepiſcopatu ſtatuunt. Undenam verò, aut cujus gentis advenæ fuerint, non expreſſit. Igitur poſt Widekindum alii hos primos Saxonum advenas ex Macedonum reliquiis, qui Alexandro M. priùs militârunt, in Germaniam introduxerunt. Ac ne fabuloſi hi ſcriptores quicquam concedant iis, qui Francorum origines à Sicambris Troianorum reliquiis traxêre, fingunt, Alexandro mortuo, Macedonas hoſce, poſtquam alia loca ſpoliis exhauſerant, ccc triremibus mari ſe commiſiſſe, ex quorum naufraga claſſe viginti quatuor tantummodò naves in Albim delatæ, provectæque longiùs in Thuringorum fines appulerint, fugatiſque incolis, terram eam ceperint in poſſeſſionem. Canoræ rurſum nugæ; quibus tamen perſuaſi Urbsbergenſis abbas, Stadenſis, Gobelinus, Siffridus, Furmerius, Wittius aliique hæc ſomnia affirmare audent, nullo antiquitatis ſcriptore in medium adducto. *Ita hactenus Schatenus, mox etiam ſubdens:* Hinc alii, cumprimiſque recentiores ſcriptorum, Goropius Becanus, Peucerus, Reineccius, Letznerus, Ciſnerus, Saxones à Sacis Saſſonibuſve Aſiæ populis ortos & in has regiones migrâſſe tradunt, nec aliud agunt, quàm ut priorem fabulam novâ fabulâ accumulent, haud ſecùs quàm qui à Saxona fluvio, in Muldaviam labente, Saxonum nomen gentemque comminiſcuntur. Credo equidem, ubi aliqua nominis ſimilitudo ſe obtulit, hanc illi tanquam erraticum aëris ignem ſecuti ſunt, nullo duce, nullo antiquitatum ſcriptore, aut veſtigio certo veritatis, ut ii demum rectè ſenſerint, qui cum Crantzio, Conrado Celta, Althamero, Wilichio, Cluverio ceteriſque Saxones gentem indigenam, *id eſt, quæ in ipſa, quam habitat, regione à parvis initiis in gentem excreverit*, ſcripsêre, quales Tacitus omnes Germaniæ populos nobis tradidit. *Ad amuſſim ferè in hiſce omnibus, quæ jam recitata verba important, Ferdinandum Paderbornenſem epiſcopum (adi Monumenta Paderbornenſia pag. 88 & ſeqq.) conſentientem ſibi habet*

A. GOBELINO PERSONA.

Schatenus, uti etiam in nominis, quo Saxones vocantur, origine, de qua in laudata Weſtfaliæ Hiſtoria pag. 176 poſtquam ſeipſum interrogavit, ita, paucis præmiſſis, reſpondet: Quantùm conjecturæ locus ſupereſt, Saxones ab oblongis cultris gladiiſve, quos SACHZ dixêre, quibus gens pugnabat, nomen traxêre, haud ſecùs quàm à QUIRI Quirites. Hæc Witekindi vetuſti Corbeienſis hiſtorici opinatio, quocum ſenſerunt Gregorius Turonenſis, Gobelinus, Engelhuſius, Lipſius, Meibomius, Lindebrochius, quod & ex legibus Gothorum obſervatum. Diſertè Viterbienſis:

Ipſe brevis gladius apud illos Saxa vocatur,

Unde ſibi nomen Saxo peperiſſe notatur.

Placet & hæc mihi eorum opinio, qui Saxonum nomen ab oblongis cultris, Sachz *dictis, repetiêre; verùm hiſce Schatenus perperam hîc accenſet Gobelinum, uti quiſque perſpiciet, qui, quæ ſcriptor iſte hîc & in Coſmodromio Ætat.* V, *cap.* XI *ſcribit, conſiderârit.*

b *Videtur & hæc nominis, quo Weſtphali vocantur, origo, à Gobelino non tantùm hîc, ſed & in Coſmodromio Ætat.* I, *cap.* 5 *adſtructa, eſſe fabuloſa. Certè præplacet, quam itidem in ſua Weſtfaliæ Hiſtoria Schatenus pag.* 421 *tradit his verbis:* Weſtfalos Oſtfaloſque à planitie camporum (Felt *quippe in veteri Teutonum ſermone regionis planitiem ſignificat*) nomen inditum habere, vel inde certum reputes, quòd Annales Francorum in Saxonia Tranſalbina Oſterfali & Weſterfali, diverſas à noſtra Oſtfalia & Weſtfalia regiones, ita compellent ad fines Danorum: illud anno Chriſti DCCCVIII, hoc verò nomen anno Chriſti DCCCXIII leges. Ad hunc modum Paulus Warnefridus de geſtis Longobardorum & ex eo Aimoïnus. "Egreſſi,, inquit, "Longobardi de Rugiland, habitaverunt ,,in campis patentibus, qui ſermone barbarico ,,Feldt appellantur.,, Quo mihi nunc errare videntur, qui Weſtphalorum nomen vel à Wandalis Walliiſque, vel Veſta dea apud priſcos Saxones culta, aut à palis terminiſve regionum, vel à pullo equino, quem Valen dicimus, tanquam à gentis inſigni deducunt. *Ita ille, addens deinde nonnulla, quibus Cramzium, pro ultima de pullo equino opinione ſtantem, confutat.*

B

C

CAPUT I.

Nobiles Sancti natales, patria, baptiſmus, vitæ inſtitutum, condendi monaſterii propoſitum, hujus exſecutio, viſiones prævia, obitus, temporaria reſuſcitatio, ſepultura.

Carolus Magnus, Saxoniæ parte, quæ nunc Weſtphalia dicitur, ſubacta,

ANno igitur Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo ſeptuageſimo cùm Carolus Magnus partem illam Saxoniæ, quæ pro nunc Weſtphalia nominatur, bello ſubegerat, omnes majores natu partis illius in locum Paderbornæ, qui à fluvio Pader, ibi ſurgente, dicitur, venerunt ad eum *a*, ſolùm * Widekindo, qui fuit unus de primoribus eorum, quem nonnulli regem, alii ducem fuiſſe arbitrantur *b*, excepto. Et illi, qui venerant, fide Chriſtiana ſuſcepta, omnes in eodem loco baptiſmi Sacramentum perceperunt, cui loco rex ipſe, fluvium illius à ſimilitudine ortûs Padi maximi fluvii Italiæ, ex tribus fontibus in pede Alpium ſurgentis, Pade appellans, Paderbornæ nomen indidiſſe creditur *c*, ipſumque pro ſede epiſcopali ibidem fundanda elegit. Anno igitur tertio dehinc ſequente rex Carolus eccleſiam parvam in eodem loco fundavit *d*, quam, quia locus iſte necdum munitus extitit, epiſcopo Wirtziburgenſi ſeu Herbipolenſi tunc commiſit. Anno verò deinde ſequente quintodecimo ipſe rex quendam canonicum eccleſiæ Wirtziburgenſis, Hatumarum nomine, Saxonem ſeu Weſtphalum natione, in bellis prioribus obſidem priùs ſibi traditum, primum epiſcopum Paderbornenſem inſtituit in eodem loco *e*. Cujus pontificatûs anno quarto Leo Papa tertius, æmulorum perſecutione ſuorum Romana fugatus ab urbe, in hunc locum ad regem venit *f*. Qui, magno, ut decuit, honore ſuſceptus, ſedem epiſcopalem ibidem Apoſtolica confirmavit auctoritate.

a

**Garnefelt legit ſolo*

b

c

d

e

f

F

Sanctum, cujus matrem benignè excipit, de ſacro fonte levat, eique

g

7 Illis itaque temporibus vir quidam dives nobilis, non longè ab eodem loco habitans, fide Chriſtiana jam imbutus, viam univerſæ carnis eſt ingreſſus *g*, qui uxorem Catholicam, nomine Wichtrud, & Filium parvulum, ætatis quidem beneficio ad ambulandum promptum, ſed nondum baptiſmatis renatum fonte, reliquit. Quæ, opportunitate captata, Carolum regem unà cum Filio ſuo confidenter adiit, ejuſque gratiam devotè efflagitavit. Rex igitur, mulierem ſuſcipiens, pietatis affectu Filium ejus coram ſe fecit baptizari, eumque per ſeipſum de ſacro fonte levavit, atque hoc nomen Maynulfus ſeu Meinulfus ei impoſuit, non abſque, ut arbitror, miſterio ſingulari. Quoniam, ut in Vita ſancti Hermachoræ, primi epiſcopi Aquileienſis, legitur, beatus Marcus Euangeliſta, à ſancto Petro ab urbe Roma miſſus ad Hiſtriam pro Euangelio Chriſti prædicando, & per hoc, quòd Ulfium, filium Ulfii principis Aquilegiæ civitatis, baptizando mundavit à lepra *h*, ab ipſo principe & majoribus civitatis illius tantam conſecutus eſt gratiam, quòd ipſe fidem Chriſtianam abſque reſiſtentia & perſecutione in eadem liberè prædicavit, omneſque eos converſos ad fidem baptiſmatis Sacramento purgavit.

h

F

Meinulfi nomen imponit.

8 Rex pio concepit animo, quòd per hunc Puerum, tanquam de majoribus regionis illius exortum, fides Chriſtiana leviter *, ſicut per Ulfium, ſpiritualem beati Marci filium, profecit Aquilegiæ, foret in hac regione profectura. Unde eum Meinulfum, id eſt, meum Ulfium, quaſi diceret, Hic eſt meus Ulfius, ſicut ille beati Marci fuit Ulfius, nominare volebat *i*. Quod autem utrumque videlicet Maynulfus & Meinulfus ſcriptum reperitur in libris, hac de cauſa conſtat accidiſſe. Nam Meum pronomen Latinum apud Bayaros ſeu Bavaros Mayn, & Mein apud Francos Orientales, inter quos & Weſtfalos ſola Haſſia media eſt, lingua vulgari dicitur, qui omnes illis temporibus ſub Caroli Magni ditione fuerunt. Et cùm Franci viciniores ſunt Weſtfalis & primus clerus Paderbornenſis de Franconia, ut puta de eccleſia Wirtziburgenſi ſeu Herbipolenſi cum ſuo epiſcopo fuit aſſumptus, E littera in prima ſyllaba hujus nominis communiori manſit in uſu.

**i.e.* façilè

i

9

A

Fit hic Paderbornæ canonicus,

9 Poſtquam Hatumarus, primus epiſcopus, Paderbornenſem rexit eccleſiam annis octo, deceſſit, & ſucceſſit ei quidam de clero Wirtziburgenſi, ſed natione Weſtfalus, nomine Baduradus, qui rexit eccleſiam annis quadraginta octo, cujus octavo anno ſanctus Ludgerus, primus epiſcopus Mimigardifordenſis eccleſiæ, qui nunc dicitur Monaſterienſis, obiit *k*. Et ſic Baduradus cathedralem eccleſiam Paderbornenſem, quam Carolus Magnus inchoaverat, conſummavit *l*, apud quem puer Meinulfus ſcholaribus diſciplinis eſt mancipatus *m*. Cúmque ſcientia & ætate, quantùm opus extiterat, ſub diſciplina ſcholari profecit, Baduradus epiſcopus ipſum fratribus prædictæ eccleſiæ, ut ſub vita Regulari devotione proficeret & moribus, commendavit attentè *n*. Ubi, ætatis maturitate ſuccedente, profecit in tantum, quòd epiſcopus, attendens in eo morum gravitatem & varia virtutis indicia, ipſum in ſecretarium ſuum recepit ſingularem *o*.

k

l

m

n

o

ac dein diaconus,

10 Erat quippe ingenio acutus, corpore caſtus, mente devotus, juſtitiâ pollens, temperantiâ præditus, providus in conſilio, fortis in adverſis, eleëmoſynis largus, linguâ facundus & formâ decorus; tandemque ad ſacros vocatus ordines, diaconatûs ordinem attigit, in quo uſque ad finem vitæ permanſit. Quòd etiam epiſcopus iſte Buduradus, cui Meinulfus ſanctus contubernii ſic adhæſit obſequiis, vir magnæ virtutis extiterit, illi, qui ſuis extitêre temporibus, poſteris hoc per ſcripturas ſuas experimentum ſingulare reliquerunt. Nempe poſt obitum ejus, ut aiunt, annis tranſactis viginti ſeptem, dum ſepulchrum ejus ex cauſa aperiri contigerat, indumenta, quibus corpus indutum traditumque ſepulturæ fuerat, tam ſana & integra ſunt inventa, ut nec quidem fimbria ex illis eſſet reſoluta vel tacta putredine, unde de ipſo pia proceſſit opinio, quòd, quia ipſe per integritatem mentis & vitæ puritatem vitam meruiſſet æternam, veſtium tanto tempore humo ſubrutarum conſervatio certum præberet indicium *p*.

B

p

monaſterium condere deſiderat ſeu proponit,

C

q

11 Quadam vice Baduradus epiſcopus inter cæteras ſibi ſolitas collationes circumſtantibus ſe quæſtionem talem propoſuit: Quid Chriſtus his verbis: "Vulpes foveas habent & volucres cæli „nidos, Filius autem hominis non habet, ubi ca„put ſuum reclinet *q*, „ volebat intelligi. Ad quam quidam de circumſtantibus, Meinulfo præſente, reſpondit: "Chriſtus, Filius hominis, cordis no„ſtri ſibi quærit habitaculum, &, peccatis no„ſtris obſtantibus, non invenit.„ Quod reſponſum ab epiſcopo mox approbatum, ſancti Meinulfi animum tanto deſiderio Chriſtum in ſui cordis recipiendi hoſpitio vehementer accendit, ut non ſolùm cordis ſui ſed etiam terrenum habitaculum, videlicet materialem eccleſiam, ſibi præparare ſummis animi votis optaret.

*locumque, *Garnefelii addit* ad

12 Cúmque de loco* hoc apto ſollicitus foret plurimùm, accidit, ut ſubulcus ejus, dum in quadam valle patrimonii ſui ſolito more porcorum gregem paſceret, ex improviſo ſplendorem miræ lucis inter arbuſta videret; &, dum ſtupefactus, in loco, quo ſplendor apparuit, curioſiùs intendit, cervarum multitudinem, locum eundem nunc circumeuntium, nunc ſtantium in eo, cernebat. Subulcus itaque tam inſolita viſione perculſus, grege relicto, dominum ſuum Meinulfum quærit, & invento, quæ vidit, nuntiavit. Vir igitur iſte Deo devotus, his auditis, pio concepit animo, quòd per hanc ſubulci viſionem divina gratia locum ſibi, quo eccleſiam foret conſtructurus, indicâſſet. Sed quia nihil in hoc, ſicut decuit, abſque ipſius epiſcopi conſilio diffinire præſumpſit, epiſcopum adiit *r*, & ei, quæ à ſubulco percepit, indicavit.

A. GOBELINO PERSONA.

r

quo id faciat,

13 Quibus auditis, epiſcopus gaudio magno repletus aiebat: "Non nobis paſtoris perſona vi„leſcat, cùm primùm paſtoribus innotuit Nati„vitas Salvatoris noſtri.„ Attendens tamen, quòd nonnumquam angelus ſathanæ in angelum lucis ſe transformat, adjecit: "Expedit, ut altera vice „locus iſte viſitetur, ſi fortè divina clementia a„liud indicium ſuæ voluntatis indicare dignetur.„ Sanctus igitur Meinulfus cum ſubulco locum illum adiit, &, noctis caligine terrâ circumfusâ, dum devotis orationibus genuflexus intendit, ſplendorem lucis & cervarum geſtus, prout ſubulcus ille narraverat, per omnia vidit. Qui, laudans Dei magnificentiam, ab oratione ſurrexit, & epiſcopum lætus adiens, ei, quæ vidit, enarravit.

divinitas edoctus,

E

14 Epiſcopus verò ſibi de dono Dei congratulans, tale dedit ei reſponſum: "Ut omnis ex„cludatur ambiguitas, tertiam à Domino viſio„nem ſuper hac re poſtulare videtur opportu„num.„ Quare ſanctus Meinulfus locum illum humiliter repetens, devotis effuſis precibus, viſionem, quam priùs viderat, denuò vidit. Quapropter maximo repletus gaudio, regreſſus ad epiſcopum, gaudii ſui fecit * eſſe participem, ei ſecundò, quod viderat, nuntiando. Ipſi igitur, mutuo ſic congratulantes gaudio, ſummæ gratias egerunt Trinitati, quæ, quia una eſt in eſſentia, trina in Perſonis, idem myſterium trina viſione ſub eadem forma dignata fuerat eis revelare. Quamvis verò omnis circa loci illius electionem jam in ipſis ceſſavit dubietas, epiſcopus tamen auctoritati regiæ in hoc deferendum cenſuit, ut nîl ibidem inchoaretur operis, donec regis interveniret auctoritas.

**Garnefelii addit* eum

propoſiti exſequendi facultatem ab imperatore impetrat,

F

15 Cúmque illis temporibus Lodewicus, filius Caroli Magni, ſceptris imperii Romani ſuſceptis, in concilio provinciali, quod Aquiſgrani celebrari fecerat, imperii ſui anno tertio ſtatum ſeu Ordinem Canonicarum, quæ Sæculares appellantur, tunc noviter ſtatuerat, & beſtiæ ſolius ſexus fæminei in loco viſionum prædictarum apparuerant, ſanctus Meinulfus divinæ Majeſtati placitum & imperatoris gratiæ acceptum eſſe, piè præſumpſit, ſi in loco memorato monaſterium pro hujuſmodi canoniſſis de ſuis bonis & in patrimonio ſuo fundaret, ut ibi ſub cuſtodia caſtitatis devotum Deo exhiberent famulatum. Acceſſit igitur imperatoris præſentiam, pium mentis ſuæ pandens ei deſiderium, qui, grato petitionem ſuam acceptans animo, literas ſuo ſignatas annulo ſuper ſui conſenſu gratioſè conceſſit *ſ*: Meinulfus autem ab imperatore regreſſus, dum iter agitat, novo quodam dono plurimùm conſolatur.

ſ

idque reipſa, binis adhuc à Deo

16 Nempe capſa quædam, pro Sanctorum reliquiis recondendis apta, inter arbuſta prope viam pendens apparuit, quam quidam de familiaribus ejus apprehendens, illam ſibi præſentavit; cúmque percunctando undique, quis dominus illius eſſet, mandaret inquiri, & nullus, qui illam ad ſe ſpectare diceret, compareret, ipſe divinæ gratiæ muneri illud aſcribens, illam ſibi à Deo tranſmiſſam piè præſumpſit, nec tamen

A. GOBELINO PERSONA.

eam, nisi episcopo præsente atque jubente, aperiendam fore decrevit; unde protinus ipsam ad episcopum perduxit, qui, eâ reverenter apertâ, reliquias Sanctorum multas veneratione dignissimas invenit in illa, quorum tamen Sanctorum reliquiæ fuerint, ad posteros deductum minimè constat. Hinc ad construendum Deo templum sanctus Meinulfus confidentiùs exarsit, & dum, locum prædictum iterum visurus, eum consequenter solus adiit, ut capacitatem loci cum ædificiorum ibidem construendorum qualitate pensaret, aliud ei divinæ aspirationis indicium patenter occurrit.

honoratus miraculis,

17 Quoniam in eo loco, quo dudum cervas viderat motibus instabiles, cervum præstantis corporis, cornibus in altum erectis, vidit accubantem, qui, viso Viro Dei, tanquam sibi in adventu ejus accubare non licere, gestibus indicaret, se festinanter erexit. Cúmque Vir Dei, tanquam confidens in Domino non territus, cervo accessit propiùs, iterum cervus, tanquam Viri præconium evidentiùs innueret, se prostravit in terram. Ille verò hunc novum bruti animalis gestum in corde suo divinæ adscribens elementiæ in cervum intendit acutiùs. Et, ecce, inter
B cornua cervi videt signum Dominicæ Crucis, cujus splendor visus est omnem auri fulgorem superare *t*. Quo viso, Vir sanctus Dominum suum, cujus vexilli signo lætatur adesse, cognoscens, in hujusmodi verba prorupit: "Jam mihi spes cer-
t ,,ta promittit, quòd ille, qui quondam eodem ,,vexillo inferni claustra penetravit, hujus loci ,,protector contra diabolicos erit incursus, ,, & his verbis immorans cervum non viderat ultrà.

exsecutioni mandat,

18 Hinc Vir sanctus, vocatis operariis, singulis opera distribuit, &, cæsis arboribus eradicatisque spinis & vepribus, locum purgavit protinus, quo purgato, fundavit ecclesiam cum suo monasterio, quod, quarto Idus Novembris fecit dedicari. Multa de paternis bonis eidem loco conferebat prædia, & congregationem ibidem instituit canonissarum, quæ canonissæ, ut suprà dictum est, appellabantur Sæculares, appellavitque locum Nien-Bödeken, quod patriâ linguâ novum doliolum sonat, ad differentiam villæ antiquæ ibidem, quæ Bödeken jam tunc, & ad differentiam istius postea Vetus-Bödeken dicebatur *u*.

u

combustum peplum integritati restituit,

19 Postquam moniales in ipso monasterio prædicto aliquantulùm in statu suo profecerunt, accidit, quòd una ex eis domum quandam monasterio vicinam pro frigoris hyemalis asperitate
C relaxanda introivit, cum igni se applicuit, &, denudato capite, pectine vellet suos discriminare capillos, peplum, quo caput tectum fuerat, penes se incautè deposuit, & statim illud flammis illapsum flagrare incendio vidit, quæ subitò manum flammis ingerens, vix fimbrias illius, residuo redacto in favillas, retraxit ab igne. Dum verò alio velamine, quo caput tegeret, caruit, lacrymosa lamenta produxit; Vir sanctus iste non casu, sed divina disponente providentia, domum eandem ingressus est. Et videns puellæ flentis gemitus, illam verbis primò, deinde facto mirabili dignabatur consolari: vultu namque suo inter manus suas devotè demisso, precibus obnixis oravit Dominum, & collectis adusti inutilibus reliquiis velaminis, ipsum velamen restituit ejulanti, injunxitque singulis tunc ibidem præsentibus, ne hoc factum tam mirabile cuiquam revelarent. Unde usque in hodiernum diem pannus inter reliquias sancti Meinulfi conservatur lineus, qui peplum supradictum fuisse dicitur, in quo, quamvis sanus & integer, ignis vestigia adhuc patent. D

moritur, revivisit, adstantesque allocutus, iterum obit.

20 Dum tempus, quo Dominus servum suum Meinulfum ad æternæ vitæ convivium invitaret, instabat, ipse plenus virtutibus ætateque maturus, tertio Nonas Octobris migravit ad Dominum, spiritu quidem inter angelicos choros assumpto, corpore verò intra ipsam ecclesiam, quam in præfato loco fundaverat, collocato. Sed dum * animæ recessum à corpore ipsum adhuc corpus feretro supinum inhæreret, prout in scripturis antiquis scriptum reperitur, corpus illud revivisens, feretro insedendo se erexit, &, apertis oculis, ad circumstantes in hæc verba prorupit: "Quia viam universæ carnis vo-
,,bis præsentibus ingressus iterum vitam prome-
,,rui, summæ Trinitati gratias agite, quoniam
,,vestri causâ factum est, & precibus apud Geni-
,,tricem Dei hoc factum obtinere merui.,, Et iterum: "Non facile mihi videbitur, secundò me,
,,licèt non ita ut nuperrimè, acerbam gustare mor-
,,tem: ite, precor, ad episcopum, & quàm mul-
,,tis hoc monasterium ædificavi sudoribus, ad-
,,monentes, petite, ut, quæcúmque hîc à con-
,,gregatione eligatur abbatissa, licèt ancillæ filia E
,,sit, fieri non contradicat, hoc illi dicentes, quia
,,exutus corpore didici, quid de illis fieri opor-
,,tet, qui pastores ecclesiarum esse videntur.,, His itaque dictis, reclusis oculis, se reclinavit in locum, unde se priùs erexit *x*.

x

**Garnefelt addit* post

ANNOTATA.

a *Carolus Magnus bellum, quo antiquam Saxonum gentem subegit, ante annum 772, uti inter omnes convenit, aggressus non est, ut omni dubio procul frequentissimus Saxonum, illam Saxoniæ Antiquæ partem, quæ modò Westphalia dicitur, incolentium, ad Carolum Magnum, cùm jam ab eo fuissent subacti, concursus cum anno 770 perperam hìc componatur. Verùm error adeò manifestus, non Gobelino, sed descriptoribus ejus attribuendus. Etenim Suriana editio, non annum 770, sed 777 exhibet, quo revera multa Saxonum millia Paderbornam ad Carolum Magnum venêre, susceptoque Baptismo, Christo nomen dedère, ut Annales Francorum Tiliani aliique fidem faciunt; ne autem in Suriana editione unicè ex adhibita à Surio correctione annum 777 rectè legi, fortè autumes, Georgius Garnefelt* F *hunc etiam annum in aliquo, quod penes se habuit, Gobelinianæ Sancti Vitæ exemplari expressum invenit, uti ipsemet in suis ad hanc Mss., quas penes me habeo, Annotationibus testatur. Adhæc Officium, quod libellus, in Commentario prævio num. 113 laudatus, in natali Sancti festo recitandum proponit, Lectione quarta,* S. Meinulpho *propria, ingentem, de quo hîc, Saxonum ad Carolum Magnum & ad Baptismum concursum eidem anno 777 innectit, ut hunc adeò, cùm Lectiones omnes, in Officio illo Sancto propriæ, è Gobeliniana ejus Vita sint contextæ, istud hujus exemplar, è quo illæ sunt desumptæ, pariter expresserit. Duo itaque ut minimùm, quæ pro anno 777 stant, lucubrationis Gobelinianæ exemplaria modò habemus; quod cùm ita sit, est sanè, cur credamus, hunc eumdem annum in archetypo primitus fuisse, ac proin suprà memoratum errorem, qui in Budicense nostrum exemplar irrepsit, non Gobelino, sed descriptoribus ejus attribuendum. Atque hoc idcircò præcipuè monstra-*

re

A *re hîc libuit, ne quis fortè Gobelino, quam ſcriptori huic attribuunt, Sancti noſtri Vitam abjudicet, quòd, contrà ac Budicenſe hujus, quod edimus, exemplar facit, Gobelinus anno* 777 *numeroſum, de quo hîc, Saxonum ad Carolum Magnum concurſum in Coſmodromio Ætate* 6, *cap.* 38 *innectat.*

b *De Widikindo, ſeu, ut ab aliis ſcribitur, Wittekindo aut Witekindo, qui contra Carolum Magnum diu arma cum Saxonibus geſſit, factuſque tandem è gentili Chriſtianus felici fine ad Dominum migravit, in Opere noſtro ad* VII *Januarii diem, quo cœlitum honoribus colitur, actum jam eſt, diſcuſſumque, an rex, an dux tantùm Saxonum fuerit. Et regem quidem propriè non fuiſſe, ex Beda Hiſtoriæ gentis Anglorum lib.* 5, *cap.* XI, *& ex vetuſto (adi ejus verba, Operis noſtri tom.* I *Januarii pag.* 381, *iterumque tom.* 2 *Octobris pag.* 180 *recitata,) poëta anonymo apparet; neuter enim regem in antiqua Saxonum gente agnoſcit. Attamen, cùm hæc, ut Beda loco cit. etiam docet, inſurgente bello, ducem, cui omnes non ſecùs ac regi obtemperarent, miſſa ſorte eligere ſoleret, Saxoni-*

B *buſque, adverſus Carolum Magnum bellantibus, Wittekindus dux præfuerit, certo etiam ſenſu rex fortè non ineptè dici poteſt, reque etiam ipſa à nonnullis, ut Gobelinus hîc rectè ait, rex vocatur.*

c *Eadem ferè Gobelinus etiam habet in Coſmodromio Ætat.* 6, *cap.* 38; *verùm aut urbi Paderbornenſi, aut fluvio,* Pader *appellato, à quo hæc nominatur, Carolum Magnum indidiſſe nomen, à vero apparet alienum. Adi Operis noſtri tom.* V *Julii pag.* 415 *& ſeq.; è quo loco etiam intelliges, cur Gobelinus ſuprà num.* 1 *civitatem, quam ob res, ætate ſua ibidem confuſas,* Babylonem *appellat,* Paderfontanæ *epitheto inſigniat.*

d *Cùm ex dictis ad lit.* a *Sancti noſtri Vita, qualis verè ab ipſo Gobelino ſcripta eſt, numeroſum Saxonum ad Carolum Magnum & ad baptiſmum concurſum anno* 777 *illiget, annus tertius, quo poſt hunc concurſum Carolus Magnus parvam eccleſiam Paderbornæ ædificâſſe, hîc narratur, in annum* 780 *ſecundum Sancti Vitam, quam Gobelinus ſcripſit, incidit; cui etiam anno iſtud Caroli factum idem Gobelinus in Coſmodromio Ætat.* 6, *cap.* 38 *diſertè affigit, ſic ſcribens:* Erexit igitur Karolus quandam eccleſiam

C in Paderborne, quam commiſit epiſcopo Wirzeburgenſi reſpiciendam, donec de epiſcopo poſſet eidem loco tutò providere. Et hæc eccleſia incepta eſt anno Domini ſeptingenteſimo octogeſimo.

e *Quoniam Gobelinus inter factam à Carolo Magno parvæ eccleſiæ Paderbornæ exſtructionem, quam ex dictis ad lit. præced. anno* 780 *innectit, & Hathumari ad cathedram Paderbornenſem promotionem annos quindecim hîc interponit, conſectarium eſt, ut, Hathumarum anno* 795 *Paderbornenſium creatum fuiſſe epiſcopum, exiſtimârit. Atque id quidem tunc factum, in Coſmodromio Ætat.* 6, *cap.* 38 *expreſsè tradit his verbis:* Anno Domini DCCXCV Carolus eccleſiæ, quam in Paderborne fundavit, quendam canonicum eccleſiæ Wirziburgenſis, Hatumarum nomine, de Saxonia ortum, & tempore ſuperiorum bellorum ſibi à parentibus obſidem datum, præfecit epiſcopum; *verùm de Hathumaro, primo Paderbornenſium epiſcopo, ad* IX *Auguſti, quo hic, veluti Beatus, colitur, in Opere noſtro actum jam eſt, videturque ex iis, quæ ibidem pag.* 451, *num.* 14 *& binis ſeqq. dicta ſunt, B. Hathumarus ſeriùs, quàm anno* 795 *ad ſedem Paderbornenſem fuiſſe evectus.* A. GOBELINO PERSONA.

f *Annus* 795, *cui ex dictis ad lit. præced. aditi ab Hathumaro epiſcopatus Paderbornenſis initium Gobelinus affigit, annis quatuor auctus ad annum* 799 *deducit, ut tunc Leonem Papam ad Carolum Magnum Paderbornam acceſſiſſe, hîc doceat is Sancti noſtri biographus, cui etſi quidem (adi ad hunc annum Pagium in Criticis) hac in re aſſentiendum ſit, dubium tamen eſt, an anno illo Leo, uti proximè ſubjungit, epiſcopalem Paderbornenſem ſedem, utpote tunc fortè nondum erectam, Apoſtolica auctoritate confirmârit.*

g *Fuiſſe* S. Meinulphi *patrem, cùm è vivis exceſſit, fide Chriſtiana imbutum, nuſpiam edicit Sigewardus, nec ſcio, idne ex probatæ fidei monumentis didicerit Gobelinus, an tantùm conjecerit ex eo, quòd relicta ejus vidua fidem Chriſtianam fuerit jam tum profeſſa.*

h *S. Hermagoræ, ſeu, ut hîc ſcribitur, S. Hermachoræ, Aquileienſium epiſcopi, Acta in Opus noſtrum ad* XII *Julii diem, quo is Sanctus Romano hodierno inſcribitur, exſtant illata; in* E *hiſce autem Ulfii, viri apud Aquileienſes primarii, filius, quem S. Marcus Euangeliſta Baptiſmo à lepra mundârit, non* Ulfius, *uti hîc, ſed* Athulphus, *aut, ut aliàs ſcribitur,* Ataulfus *appellatur.*

i *Impoſuerit ergò, ſi Gobelino credere hîc velimus, Carolus Magnus Sancto noſtro* Meinulfi *ſeu* Maynulfi *nomen, habita ratione Ulfii, qui, per S. Marcum à lepra mundatus, fidei Chriſtianæ apud Aquileienſes propagandæ plurimùm profuerit; verum, cùm is, uti ad lit. præced. jam docui,* Ulfius *in S. Hermagoræ Actis non nominetur, Carolus Magnus Sanctum noſtrum, non Ulfii Aquileienſis intuitu, ſed ſpe concepta, fore, ut propagandæ apud Saxones fidei auxilium ſibi abs illo ferretur,* Meinulfum *ſeu* Maynulfum, *id eſt,* meum auxilium, *aliove affini modo veroſimiliùs appellârit, niſi fortè non Carolus, ſed Filio mater Wichtrudis, quòd ab eo viduitati ſuæ auxilium & ſolatium ſperaret, id nomen indiderit. Sanè tam hæc, quàm Carolus, aptè id facere potuit, cùm* mein *quidem* meum, ulf *verò ſeu* ulph *aut etiam* hulph *eo modo, quo nunc* hulff, auxilium *apud antiquos Saxones & Teutones ſignificârit. Henricus Pantaleon de illuſtribus Germaniæ Viris part.* 2 *ait,* S. Meinulphum *fuiſſe primò* Ulfuoſſum *appellatum, cúmque Carolo Magno, cui in amoribus erat, ſemper adeſſet, hicque princeps illum compellando dicere ſoleret,* Mein Ulph, Mein Ulphi adſis, *factum tandem eſſe, ut is* Meinulphus *fuerit vocatus. Verùm, cùm Sanctum Carolo Magno tam frequenter, quàm Pantaleon putavit, adhæſiſſe, ex iis, quæ in Commentario prævio diſputata ſunt, non appareat, non eſt, cur ſcriptorem illum, qui præterea nimis recens eſt, multùm hîc moremur.* F

k *Duplicem errorem chronologicum hîc committit Gobelinus; cùm enim Paderbornenſem Hathumari ſedem, cujus initium ex dictis ad lit.* e *anno* 795 *illigat, octo dumtaxat annis definiat, conſectarium eſt, ut Hathumari obitum, quem poſt hoſce octo annos contigiſſe ait, in annum* 803 *aut ſequentem conjiciat. Adhæc cùm Baduradi, quem in ſedem Paderbornenſem non diu ab Hathumari obitu ſuffectum docet, anno octavo S. Ludgerum, ſeu, ut ſcribit, Lutgerum, primum*

A. GOBELINO PERSONA.

Mimigardefordenſium ſeu Monaſterienſium epiſcopum obiiſſe, hic ſcribat, conſequens eſt, ut ſecundùm illum ſanctus hic antiſtes anno circitèr 812 *è vivis abierit. Verùm Altfridus, æqualis aut certè coævus S. Ludgeri biographus, tempus Sancti hujus emortuale cum anno* 809 *diſertè componit. Verba, quibus id in Actis, in Opus noſtrum ad* XXVI *Martii, S. Ludgero ſacrum, illatis, facit, hæc ſunt:* Defunctus eſt itaque (*S. Ludgerus ſcilicet*) anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo nono, ſeptima Kalendas Aprilis, & triceſimo ſecundo die ſancti ſui obitus, hoc eſt, VII Kalendas Maii mirificè fragrans in loco præfato ſepultus eſt; *quod verò ad tempus S. Hathumari emortuale jam pertinet, eſſe hoc ut minimùm in annum uſque* 815 *differendum, ex iis, quæ eam in rem apud nos tom. 2 Auguſti pag.* 452 *& ſeq. diſputata ſunt, quiſque intelliget. Eſt ergò hîc in anno emortuali, tam Ludgeri, quàm Hathumari aſſignando erroneus Gobelini calculus, huncque, unde verè Gobelini eſſe, clariùs pateſcit, in Coſmodromio Ætat.* 6, *cap.* 40 *etiam ſequitur. Porrò hic ſcriptor perperàm etiam, ut apparet, tempus ſedis Baduradi annis octo ſupra quadraginta circumſcribit; Baduradus enim ante annum* 815, *utpote quo ejus deceſſor Hathumarus in vivis adhuc fuerit ſuperſtes, Paderbornenſium epiſcopus factus non eſt, annoque* 859, *ut Schatenus ad hunc annum in Annal. Paderborn., Georgius Eckhardus Rerum Francicarum lib.* 31, *num.* 53, *& Annales Corbeienſes, à Paullino editi, notant, exceſſit è vivis, ut ad ſummum annis dumtaxat* 45 *ſederit.*

B

l *Adi hac de re ad annum* 815 *in Annal. Paderborn. Schatenum.*

m *An hoc veritati conſonet, in Comm. præv.* § III *diçuſſi.*

n *Fratres, quibus Baduradus Sanctum commendavit ſeu potiùs* (*vide Sigewardum num.* 9 *&* 10) *adſcripſit, erant canonici, ad Regulam, in concilio Aquiſgranenſi anno* 816 *canonicis præſcriptam, in communi Paderbornæ viventes, quorum ædes, non ſecùs ac monachorum, monaſteria dicebantur. Adi Commentarium prævium* § 3, *ubi etiam invenies, canonicos illos, contrà ac hîc velle videtur Gobelinus, Regulares non fuiſſe, quales modò ſunt, qui Regulares S. Auguſtini canonici vocantur, etſi interim ſano ſenſu* Regulares *etiam dici potuerint.*

C

o *Sanctum à ſecretis Badurado fuiſſe, non magis apparet certum, quàm archidiaconi Paderbornenſis munus obiiſſe; quod an umquam obierit, admodùm eſſe dubium, in Comment. præv.* § IV *oſtendi.*

p *Baduradus* Beati *titulo inſignitur in epiſcoporum Paderbornenſium Catalogo, ſub ſeculi præteriti finem edito, legitimuſque ejus ac immemorabilis cultus iiſdem ferè argumentis, quibus hic Hathumaro, proximo Baduradi in ſede Paderbornenſi deceſſori, tom. 2 Auguſti pag.* 448 *& ſeq. apud nos aſſeritur, ſufficienter ſtabiliri poteſt, uti vel ex ipſis textibus, qui ibidem è Paderbornenſibus Schateni Annalibus pro Hathumari cultu afferuntur, manifeſtum apparet. Hinc non nemo fortè mirabitur, cur, quemadmodùm in Opere noſtro de B. Hathumaro ad* IX *Auguſti diem, quo hic Necrologio Abdinghoviano inſcribitur, actum jam eſt, ita pariter de Badurado ad* XVII *Septembris, quo præſulis hujus nomen, teſte in Annal. Paderborn. pag.* 149 *Schateno, in Necrologio Heriſienſi & Abdinghoviano ſignatur, actum non ſit. Verùm, etſi etiam* (*adi ad annum* 815 *& ad annum* 858 *in Annal. Paderbor. Schatenum*) *ut Hathumari, ita quoque Baduradi oſſa fuerint & ab Imado Paderbornenſi epiſcopo anno* 1068 *elevata, & à Ferdinando, Paderbornenſi itidem epiſcopo, priſtinæ venerationi anno* 1666 *reſtituta, Hathumarus communiùs, quàm Baduradus pro Beato habetur.*

D

q *Ita ferè Matthæus & Lucas. Adi jam Annotata ad Sigewardum.*

r *Fuit is Baduradus. Videſis Comm. prævii num.* 70.

f *Princeps, à quo* Meinulphus *condendi monaſterii facultatem petiit, fuit verè, ut hîc Gobelinus docet, Ludovicus Pius imperator. Adi Commentarii prævii* § V, *ubi etiam oſtendi, canoniſſas, in concilio Aquiſgranenſi anno* 816 *inſtitutas, nec nomine, nec re, quales modò plures inveniuntur, canonicas ſeculares fuiſſe. Nec obſtat, quòd paulò aliter ſenſerit Gobelinus; præterquam enim quòd Comment. prævii loco proximè cit. confutata ſit ejus opinio, non ſat ſibi in re conſtare videtur hic ſcriptor, utpote à Sancto Budicenſe cœnobium pro canoniſſis ſecularibus, quales concilium Aquiſgranenſe inſtituiſſe, & hîc & Coſmodromii Ætat.* 6, *cap.* 41 *ait, fuiſſe exſtructum, num.* 18 *hîc ſcribens, canonicaſque nihilominus, pro quibus illud Sanctus exſtruxit ſeu fundavit, canonicas Regulares, quales tamen* (*adi Comment. loco proximè cit.*) *etiam non fuerunt, in Coſmodromio Ætat.* 6, *cap.* 40 *appellans.*

E

t *Quid de viſione hac, de ſacris Sanctorum reliquiis divinitus* Meinulpho *oblatis, itemque de viſione ter repetita ſuprâque hîc narrata, quâ locum ædificando monaſterio prodigiosè is didicerit, cenſendum appareat, in Comment. prævio num.* 66 *& binis ſeqq. edixi.*

u *In apographo Garneſeldiano additur,* de quo pleniùs infrà ſuo loco dicetur; *verùm cùm de Budicenſi vel vico vel monaſterio horumque locorum nomenclatione plura infrà non dicat Gobelinus, verba illa redundare videntur.*

x *Miraculi hujus non meminit Sigewardus, dubiumque vel idcircò apparet, an veritati conſonet. Adi Comm. prævii num.* 90.

F

CAPUT II.

Miracula poſt obitum, corporis de terra levatio.

Pannum ab igne ſervat illæſum,

SEpulto beati Meinulfi corpore, multi ad ſepulchrum ejus, alii famâ miraculorum præteritorum, alii ſub ſpe futurorum excitati confluebant, famulæ verò Dei ſepulchrum illud ob reverentiam linteo cooperuerunt, & unam ex ſe ſingulariter Deo devotam ad ipſius & luminarium ejus cuſtodiam deputârunt, quæ, quadam vice ſopore depreſſa, lumen cereum in modum circuli retortum, ipſi linteo ſine medio ſuperpoſitum reliquit inextinctum. Et ſoluta ſomno, lumen ardens ſe ſuper pannum ſepulchri reliquiſſe, recordatur; unde vehementer animo conturbata feſtinè cucurrit ad ſepulchrum. Et, dum oculos in locum, quo lumen reliquerat, ſubitò direxit, favillis inventis, lumen ipſum, panno prorſus illæſo, ſui ipſius ardore conſumptum

A ptum esse, conspexit. Unde magnificabant omnes Dominum, qui per ignem sancti Viri merita post mortem ejus, sicut eo vivente *a*, itetatò notificavit.

a

22 Non longè post transitum suum ab hoc mundo Vir sanctus cuidam suo cubiculario in somni visione apparuit *b*, admonens eum, ut mundo & pompis ejus renuntiare non postponeret, & ad militiam Regis æterni se transferret. Ille, visionem illam illusionem reputans, se minimè emendare curavit. Sed Sanctus, illius infirmitati condescendens, eum, ut priùs, apparitione secundaria admonere dignatus est.

famulum olim suum, semel, iterum
b

Et cùm nec sic quicquam emendationis vitæ suæ assumeret, tertiò Vir sanctus ei apparens, ipsum his verbis alloquitur: "Nescis, miser, nescis, „quàm crudelis captor tuæ captivæ præsidet men„ti, qui te & mittenti Christo & mihi ab eo „misso cogit reluctari. Certè cùm malè vivendo „desiperes, nec desipere sponte desisteres, monuit „te revelatio divina, ut sic saltem admonitus re„sipiscere possis. Tu autem, stulte, pernitiosè „illuderis, qui revelationem veram fantasticam „putas esse illusionem. Nulli enim credentium B „dubium est, quin illa visio sit expers illusionis, „quæ invitatrix est Christianæ religionis, quam„que si à quolibet vigilans audivisses, negligere „nequaquam debuisses. Nunc ergò, cùm te verba „non corrigunt, jam vertenda sunt in opera ver„ba. Nam visionem divinam, quam te intellige„re dissimulas, expeditione plenissima te intelli„gere faciam, quæ animum tuum dubio exuat „omni.„

ac tertiò ei apparens,

24 Vir igitur excussus è somno mentum faciei suæ sensit barbâ viduatum, barbamque divulsam cominus, dum hinc inde palpitavit, invenit. Hinc somnus ab oculis ejus omnis aufugit, mentemque ejus cum pudore dolor oppressit. Surgens igitur ad ecclesiam se contulit, sanctum Meinulfum suppliciter invocando postulavit, ut sibi suis precibus apud Deum misericordiam impetraret. Et, ecce, dum presbyter Officii matutinalis exordiretur initium, dicens: "Domine labia mea aperies, „ iste vir, qui litteras non didicit, subitò respondit. "Et os meum an„nuntiabit laudem tuam.„ Unde tanto obstupefactus miraculo, per evulsionem barbæ suæ clericatus tonsuram sibi fuisse designatam, arbitrans, C ad militiam clericalem se contulit, & vitam suam emendatam in bonis operibus & salubri fine finivit *c*.

ad vitæ statúsque mutationem induc it,

c

25 Post obitum beati Meinulfi circitèr annos quinquaginta, dum Arnulphus Romanorum & Francorum *d* regiis agebat in sceptris, qui anno Domini octingentesimo nonagesimo septimo Romanum susscepit imperium *e*, quarto episcopo, Biso nomine, regente Paderburnensem ecclesiam *f*, quinto decimo Kalendas mensis Februarii, diacono in ecclesia Bödecensis Euangelium recitante, lapis, sepulchro sancti Meinulfi superpositus, ad instar crucis divisus intonuit, præsentibusque cunctis validum stuporem incussit *g*. Cúmque omnes accurrerent, unde ille sonus tam fortis esset exortus, volentes inquirere, nîl aliud quàm lapidis fracturam discernere valuerunt. Prosequente verò presbytero Missæ Officium, dum canonis immoraretur misteriis, idem lapis in partes innumerabiles est dissipatus, & terra, in superficie resoluta sepulchri, deorsum se deprimens loculum beati Viri liberè spectandum præbuit.

cúmque postea, dissiliente sepulcrali ejus lapide,
d
e
f
g

26 Præterea cum scissura petræ casuque ter-

ræ tanta suavissimi odoris exorta est jucunditas, ut non vana fides sit, ibi adfuisse omnis suavitatis Auctorem. Contendentibus igitur cunctis, quid hoc signum portenderet, ad episcopum res ipsa deducitur, qui, singulis examinatis circumstantiis, sepulchri fracturam redintegratum iri præcepit. Sepulchrum ex episcopi edicto reparatur, & iterum paulò pòst divina ordinatione dissipatur, quod cùm compertum foret episcopo, ille superius dictum reiteravit, cujus edicto populus obtemperans, sepulchrum reparavit.

A. GOBELINO PERSONA.

suavissimum è sepulcro odorem exhalásset,

27 Eodem igitur tempore quidam presbyter Meinhardus ecclesiam parochialem & ruralem in villa Attelen Paderbornensis diœcesis, non longè à villa Bödeken constitutam, rexit, cui sanctus Meinulfus in visione apparuit, eumque, ut, præsentiâ captatâ episcopi, ipsum super transgressione divinæ admonitionis circa sepulchrum sui facta incusaret, admonuit. Sed presbyter vir simplex, timorem episcopi admonitioni præponens visionis, episcopum non adiit. Quare Vir Dei, secundò ei apparens, ipsum, ut priùs, admonuit; presbyterum autem, ut priùs, E timor prohibuit, tandem & tertiò ei apparuit, comminans ei oculorum cæcitatem, quam nunquam evaderet, nisi priùs legationis officium ad episcopum adimpleret.

aliudque adhuc patrásses miraculum,

28 Presbyter ipse solutus à somno tulit ægrè, quod ei imago somniorum mentita non sit, &, apertis oculis, sensit se penitus non videre. Quapropter, petito baculo & ductore itineris assumpto, iter arripuit, & ad præsentiam veniens episcopi, omnia, quæ sibi acciderant, enarravit. Quibus auditis, episcopus, ipse sibi metuens, subitò versûs Bödeken unà cum presbytero se transferens, sancti Viri sepulchrum adiit, & corpus ejus de sepulchro transtulit, ipsumque in archa decenti conditum in ipsa ecclesia, quam ipse Sanctus condiderat, reverenter collocavit. Et statim Meinhardo presbytero adempta oculorum sanitas rediit, prout ipsius Sancti oraculo fuerat sibi antè promissum *h*.

de tumulo levatur,

h

29 Aquam igitur, quâ pontificis jussione sacræ lotæ sunt reliquiæ, in bonam spem sibi reservabant famulæ Dei; unde quædam mulier paralytica, longo tempore membrorum officio destituta, beati Viri miraculis, fama deferente, cognitis, ad ecclesiam Bödecensem perducta, ipsius humiliter petivit suffragia, quam famulæ Dei, perunctam hâc aquâ salutari, per merita beati Meinulfi Christo commendabant. Et mulier domum reversa infrà paucos dies ab illa attritione corporis convaluit, ad tantamque refloruit valetudinem, ut nec aliquod infirmitatis signum in ea remaneret.

ejúsque patrocinio mulier paralytica,

F

30 Alia quædam mulier cancri morbo laborabat, cujus jam eodem morbo dextra mamma fuerat absumpta, adeóque vis illius in ea prævaluit, ut costæ ejus carnibus denudatæ viderentur. Hæc mulier lumen cereum, ad mensuram circuitûs sui vulneris factum, ad ecclesiam in Bödeken magna cum devotione veniens ante sacras reliquias obtulit, & in multis lacrymis beati Viri meritis se recommendans, domum repedavit. Mox sequenti die superficies vulneris novâ cœpit obduci pelliculâ, & sic infra septem dies carnis augeri cœpit restitutio, quòd omni cessante doloris angustia ad statum pristinum mammilla mulieris est reducta.

& alia, cancro afflicta, sanatur.

31 Aliud etiam factum miraculosum non quidem scripturis supradictis, sed veterum relatione

A. GOBELINO PERSONA.

ne ad nos usque deductum in præfato Monasterio dicitur continuè suo tempore contigisse. Nola quædam bene sonora in ipso Monasterio tantû reverentiâ conservatur *i*, ut laicæ personæ non liceat, teste panno, quo circùm amicta traditur, illam nuda manu tangere. Quæ quoties aliqua de ipsius monasterii monialibus fuerat in brevi decessura, sonum per se absque humano ministerio solebat reddere fortem. Quod non solùm clerici & canonissæ illius monasterii, verùm etiam personæ laicæ sexus utriusque Parrochiæ illius sibi constare verum esse dixerunt & dicunt, illud, quod scriptum est, "Auribus nostris audivimus, & pa-
,,tres nostri annuntiaverunt nobis *k*, ,, constanter allegando. Hanc nolam inter reliquias sancti Meinulfi, dum de sepulchro transferrentur, inventam, omnes asseverant. Sed quia de causa illa, quare cum funere suo fuerit tradita sepulturæ, se fatentur ignorare, non tamen absque certo mysterio omnes hoc factum fuisse, arbitrantur.

Nola, cùm monialis Budicæ esset mortua, sonitum sponte dedit; *i*

k

unde factum, ut in Sancti sepulcro fuerit inventa, **B**

32 Super quo dum imaginabar attentiùs, menti meæ se talis ingessit ratio: Quòd ex quo sanctus Meinulfus diaconi fungebatur officio, ad quod tunc forsan in elevatione Sacramenti, dum Missa Conventualis peragebatur, nolam hanc pulsare spectabat, prout adhuc in nonnullis conventualibus, & collegiatis ecclesiis hoc ad diaconum vel subdiaconum spectare dignoscitur, visum est illis, qui corpus ejus sepulchro condiderant, quòd nola suo appropriata officio digna* foret recondenda secum sepulchro, prout adhuc moris est, ab antiquissimis etiam introductum temporibus, certas personas cum sui status insignibus tradi sepulturæ. Quemadmodum episcopus cum mitra & baculo, presbyter cum patena & calice, de more tumulantur. Hoc signum nolæ supradictum usque ad ultima completæ desolationis ipsius monasterii tempora non cessavit. Multi quidem adhuc sunt superstites, & quàm plures nostris temporibus decesserunt, qui sonitum hujus nolæ, quoties aliqua de collegio inde etiam non solùm per mortem temporalem, sed etiam civilem in proximo transmigratura fuerat, se testati sunt audivisse.

**Sarnelsit* dignè

& quandonam prodigium illud adhuc fecerit.

C

33 Etenim mulier quædam ibidem adhuc perseverat, quæ dum die quadam, panibus, quos in ecclesia deposuerat, acceptis, ad egrediendum ecclesiam se divertit, nola supradicta sonante fortiter, tanto fuerat timore perculsa, ut, subitò dimissis in terram panibus, limen januæ, per quam intraverat, veloci cursu transiret. Præterea dum super translatione statûs illius monasterii *l* jam tractatus fuerant inchoati, illius nolæ sonitus à multis auditus est; unde Abbatissa, ibidem adhuc sola de collegio degens in miseria, se in brevi morituram vehementer expavit, & hinc inde discurrens, mente stupida singulis his verbis aiebat. "Nunquid tu audisti sonitum campa-
,,nulæ?,, Et cùm omnes, qui audierant, se audivisse referebant, ipsa de sua vita desperavit. Demum vario sic agitata mentis cruciatu, tractatibus de sua translatione jam habitis reductis ad memoriam, seipsam & alios præsumpsit consolari: verumtamen sic ipsa terrore perculsa in translatione sui multò faciliùs postea consensit, hac in corde suo præsumptione suscepta, quòd, si loco cederet, sui translationem ab hac vita temporali per tempora longiora differret.

l

ANNOTATA.

D

a *Dum scilicet combustum sanctimonialis velamen seu peplum in vivis adhuc superstes redintegravit. Adi hîc num.* 19.

b *Quòd si hanc apparitionem non diu post Sancti transitum seu obitum accidisse, rectè hîc notet Gobelinus, lapidis sepulcralis, sponte suæ in templo Budicensi dissilientis, miraculum, quod* Meinulphi *de terra levationem exiguo dumtaxat tempore præcessit, citiùs indubiè, quàm anno circitèr, contrà ac infrà num.* 25 *docet, quinquagesimo, imò verò quàm decimo post ejusdem Sancti nostri obitum asciderit. Sigewardus enim, quo standum, in Comment. prævio docui, insigne illud prodigium non diu post apparitionem, cui Sancti mortem brevi solummodò tempore præviisse, hîc scribit Gobelinus, Budicæ factum esse, num.* 34 *tradit. At verò, cùm Sancti, qui anno circitèr* 857 *obiit, de terra levationem, etsi quidem non annis circitèr quinquaginta, ut Gobelinus vult, annis saltem septem circitèr supra viginti post ejus obitum evenisse, ex iis, quæ de solennitatis hujus epocha in Comment. prævio §* VI *disputata sunt, appareat, Gobelinus apparitionem, de qua hîc agit,* non longè post *Sancti* transitum *seu obitum contigisse perperam hîc scribit, nisi fortè ab hoc biographo nostro, qui annis amplius sexcentis post Sancti obitum scribebat, harum vocum* non longè pòst *significatio ad annos circitèr viginti quinque potuerit extendi.*

E

c *Vide huc facientia in* 2 *Sigewardi cap. ad lit.* c *jam notata.*

d *Orientalium videlicet, seu Austrasiorum aut, si mavis, Lotharingorum.*

e *Arnulphus, non anno* 897, *uti hîc notat Gobelinus, sed anno* 896 *Romanorum imperator fuit creatus, uti in Comment. prævio num.* 86 *ex Pagio jam monui.*

f *Biso ad cathedram Paderbornensem anno* 886 *aut sequenti fuit evectus, annoque* 908 *vitâ functus est, uti ad hunc annum & ad* 887 *in Annal. Paderborn. docet Schatenus, Vide etiam Comm. prævium num.* 93.

g *Pro anno, quo circitèr hoc miraculum contigerit, adi pariter Comment. prævium num.* 93; *quod autem ad* XVIII, *quo id factum fuerit, Januarii diem pertinet, solus hunc assignat Gobelinus, qui, cùm notas chronicas adulterinas alibi subinde adhibeat, nescio, an hîc genuinam usurpet.*

F

h *Videsis, quæ de hoc aliisque miraculis, Sancti de terra levationem aut comitatis aut proximè prægressis, in Comment. prævio num.* 91 *& seq. edixi.*

i *De nola* S. Meinulphi *dicta, de velo seu peplo, dalmatica & cruce argentea, quæ, etsi corporis Sancti partes non sint, inter sacras tamen ejus reliquias religiosè Budicæ asservari olim soluêre, atque hodie ex parte asservantur, consule Comm. prævium num.* 118. *Hisce porrò Sancti lipsanis alia adhuc ejusdem generis Joannes Probus in Chronico Budicensi pag.* 3 *adjungit, videlicet sanctissimæ Virginis Mariæ imaginem argenteam, calicem, quem* S. Meinulphus, *cùm in suo diaconi officio* ad Missam ministraret, *altari imponere solverit, & codicem Euangeliorum, quem unà cum dalmatica,* S. Meinulphi *dicta, periisse, in Notitiis Mss., penes me exstantibus, docet Gamansius.*

k *Ita*

A k *Ita ferè Pſalm.* 43, ℣. 1.

l *Ad canonicos Regulares ſcilicet, quæ quidem quo anno facta ſit, in Comment. prævio* § VII *expoſui; quo verò cum religionis canonicorumque Regularium incremento, in ſuis ad Sigewardinam Sancti Vitam Obſervationibus pag.* 421 *& ſeq. docet Overhamus, ſæpiſſimè in Commentario laudatus.*

A. GOBELINO PERSONA.

DE S. FELICULA VIRGINE

IN TERRITORIO AUTISSIODORENSI IN GALLIA.

SYLLOGE.

C. B.

VEROSIMILITER ANTE SECULUM X. *Sancta, cujus nulla Acta exſtant, cultu eccleſiaſtico,*

QUod *in Sanctis, in Opus noſtrum inferendis, ſubinde accidit, ut de iis præter eccleſiaſticum, quo gaudent, cultum vix quidquam exploratum habeatur, id maximè hodie in* S. Felicula *locum tenet. Acta enim hujus ſanctæ Virginis, quam cultu eccleſiaſtico à tempore immemorabili eſſe gaviſam, hodieque gaudere in diœceſi Autiſſiodorenſi, ex antiquis hujus hodierniſque Breviariis conſtat, litteris conſignata non exſtant, nec quæ qualiſve fuerit, aut quo definito ſeculo floruerit, nulla docent, quæ noverim, monumenta antiqua. Joannes Le-Beuf, eccleſiæ cathedralis Autiſſiodorenſis canonicus & ſuccentor, editis, quæ ad civitatis Autiſſiodorenſis hiſtoriam tum eccleſiaſticam, tum civilem ſpectant, Monumentis, aliâque, quâ capti ab Hugonotis ſeu Calviniſtis, deindeque, hiſce pulſis, in libertatem aſſerti Autiſſiodori hiſtoriam complexus eſt, Lucubratione in republica litteraria notus, qui & ipſe de* S. Felicula *alia, quàm quæ ad ejus cultum pertinent, monumenta non invenit, varias de hoc tum in laudata ſua de capto ac dein in libertatem aſſerto Autiſſiodoro Lucubratione, tum in diverſis, quas ad Majores noſtros dedit, litteris Notitias ſuppeditat. Haſce ego omnes, quòd pleraque, quæ de Sancta noſtra probatioris fidei videntur, comprehendant, eo ordine, quo datæ ſunt, è lingua Gallica in Latinam converſas huc tranſcribo, additis etiam nonnullis, prout conducere arbitrabor, ad calcem Obſervationibus, quibus & Notitias illas illuſtrem & quæ ex iiſdem conſectaria ſint atque ad Sanctam utcúmque ſpectent, ſtudioſum lectorem edoceam.*

B

C *de quo ſacrificus ejus religiosis miſſæ*

2 *Anno* 1721, *cùm de novo condendo Kalendario, cultuque* S. Feliculæ, *aliquamdiu tum intermiſſo, in eccleſia Autiſſiodorenſi reſtituendo Autiſſiodori ageretur, in epiſtola, ad Majores noſtros* XXV *Aprilis data, laudatus Autiſſiodorenſis canonicus ac ſuccentor ſic ſcribit:* Datur S. Felicula, 1 Auguſti (*olim nimirum Autiſſiodori ex dicendis*) culta, cujus memoriam reſtituimus, quòd Sanctam indigenam putemus, cujus reliquiæ partim ſunt aut fuerunt Giemi, diœceſis Autiſſiodorenſis oppido, partim in diœceſi Bituricenſi Valeriaci ad Ligerim. Patrona eſt Giemi, ſed à ſeculo XIII cum martyre Romana homonyma confunditur. *Ita ille, mox etiam ſubdens, quibus ſeſe dubitare, edocerique velle innuit, an* Felicula, *quam Autiſſiodori cultam olim fuiſſe, dixerat, ea ipſa non ſit, quæ ad* 1 *Auguſti diem in editionis Lubeco-Colonienſis & Greveni Uſuardo ſub nomine* Facinolæ *notatur. Verùm hanc dubitationem, documentis, neſcio quibus, edoctus, pòſt depoſuiſſe videtur. Ita laudatâ ſuâ, quam poſt an*

ni 1721 *vigeſimam quintam Aprilis diem edidit, de capto liberatoque Autiſſiodoro Lucubratione arbitrari me facit. In hac enim, alteram ſimul jam nunc hìc dandam Notitiam ſubminiſtrans, pag.* 259 *& ſeq. in locum, quo à Calviniſtis, ſacra omnia ac profana Giemi anno* 1567 *vaſtantibus,* S. Feliculæ *religiosè ibidem aſſervatas reliquias impiè fuiſſe diſſipatas, docet, ita obſervat:* Reliquiæ illæ (S. Feliculæ *ſcilicet*) erant (*Giemi nimirum*) in collegiata S. Stephani eccleſia. Erant illæ ipſæ, quas Gilo, Giemi olim vicinorumque locorum dynaſta, abſtulerat è S. Brictionis caſtro, quò detectas atque è monumento lapideo, quod prope Brivodurum ad Orientalem fluvii Ligeris ripam eſſe nórat, extractas ſacerdos quidam detulerat. Omninò etiam veroſimile apparet, dynaſtæ hujus liberalitate factum eſſe, ut Valeriacenſe in ducatu Bituricenſi capitulum notabili ejuſdem Sanctæ reliquiarum parte quondam fuerit ditatum. In libro, quem ibidem poſt Primam legunt, in collegiatam hanc eccleſiam multùm beneficus fuiſſe invenitur. Solemnitas, quâ Giemi receptæ fuêre ſanctæ Feliculæ reliquiæ, v Octobris ibidem celebratur; verùm à tribus quatuorve ſeculis hæc Sancta cum Magna Felicula Romana, cujus reliquiæ ex Italia numquam ſunt egreſſæ, confunditur. Felicula Giemenſis & Valeriacenſis capitulorum, quæ invicem ſatis ſunt vicina, veroſimiliùs illa eſt, cujus memoria à quingentis annis ut minimùm ad 1 Auguſti diem cum ſolo Virginis titulo in diœceſis Autiſſiodorenſis Kalendariis eſt ſignata. Eodem die in aliquot Uſuardi exemplaribus ſub Faniculæ aut Facinulæ, ſimpliciter Virginis, nomine invenitur, loco, quo colatur, non deſignato.

E

F *ad Majores noſtros Notitia*

3 *Quibus ultimis ex verbis, utpote nulla dubitandi particulâ affectis, conſequens eſt, ut, cùm hæc ſcriberet, laudatus Autiſſiodorenſis canonicus non amplius, uti antè fecerat, dubitârit, an* S. Felicula *ſit ea ipſa, quæ ad* 1 *Auguſti diem ſub ſolo* Facinolæ *nomine in editionis Lubeco-Colonienſis & Greveni Uſuardo memoratur. Atque hac de re eum poſt annum* 1721, *quo priorem ſuprà huc jam tranſcriptam Notitiam dedit, non dubitâſſe, ſatis etiam apparet ex Notitia altera, quam anno* 1726, *cùm capti liberatique Autiſſiodori Hiſtoriam jam vulgâſſet, in epiſtola, ad Sollerium noſtrum data, ſuggeſſit his verbis:* Quòd ſi novum noſtrum (*anno ſcilicet* 1725 *excuſum*) Kalendarium accepiſti, in eo haud dubiè ad quintam Octobris inveneris, S. Feliculæ obitum cum 1 Auguſti die componi. Re verâ ejus memoria ad hunc diem fuit in omnibus noſtris Kalendariis à tempore immemorabili ſignata, id eſt, retrogradiendo ad ſe-

AUCTORE C. B.

culum ferè duodecimum. Verùm à longo jam tempore mihi cogitatio incidit, quam tecum communicare huc usque fui oblitus. Est autem hæc : Cùm primi mensium dies plures, quàm alii, Sanctos exhibeant, factumne esse queat, ut aliquot ex his, dum verus mensis dies, quo obiissent, ignoraretur, primo ejus die fuerint locati ? Hinc evenisse potest, ut S. Facinula seu Fanicula ad 1 Augusti diem in quibusdam Usuardi exemplaribus consignetur ; Ms. enim, in Pratensi S. Germani monasterio à me visum, Sanctæ hujus Officium inter id, quod de S. Bartholomæo, aliudque, quod de S. Augustino proponitur, collocatur, meminique, in hoc illam vocari Fascinulam, unius alteriusve litterulæ mutatione non semper exigente, ut Sanctos, in quorum nominibus hæc occurrit, faciamus diversos.

aliquot hic dantur,

4 *Porrò, cùm anno* 1733 *prodiisset Operis nostri primus Augusti tomus, nihilque in eo, quod ad* S. Feliculam *spectare posset, præter hæc in Prætermissis, ad primum mensis illius diem occurrentibus, de Facinola verba,* Facinola, ibidem (*in Greveno*) etiam signata, æquè mihi ignota est hactenus, *invenisset Autissiodorensis canonicus & succentor Le-Beuf, daretque anno* 1734 *ad decessores nostros epistolam, schedulam huic adjecit his verbis conceptam :* Sollerius ad 1 Augusti diem ne vel verbulum dixit de S. Feliciula virgine, à tempore immemorabili ad hunc diem in diœcesi Autissiodorensi culta, uti antiqua hujus Breviaria ad ea usque, quæ seculo præterito fuerunt in usu, fidem faciunt. Cultus ejus interruptus in posteriori Breviario ad v Octobris diem est restitutus. Creditur hic esse dies translationis Feliculæ virginis, Sanctæ indigenæ & civitatis Giemensis patronæ, cujus reliquias Calvinistæ seculo xvi dissipavêre.... Vita ejus ignoratur, nec alia, quàm quæ ad ecclesiasticum sanctæ illius Virginis cultum spectant, monumenta invenio. In antiquis Giemensibus libris de hac Sancta invenitur Legenda, in qua ei attribuuntur omnia, quæ ad xiii Junii diem de Magna Feliciula Romana (*in Opere nostro nimirum*) sunt dicta.... In Thesauro capituli Valeriacensis, quod Giemensi sat vicinum & in ducatu Bituricensi situm est, vidi S. Feliculæ, Autissiodori cultæ, maxillam, capsæ pretiosæ inclusam.

B

C

affecta olim fuit atque hodie afficitur Autissiodori

5 *Ita terminatur schedula præfata, estque ultima è Notitiis, à jam sæpiùs laudato Autissiodorensi canonico de* S. Feliciula *seu potiùs de ecclesiastico hujus cultu datis. Et sanè, ut, quæ in illas observanda sunt, jam expediam, hunc esse, quo Sancta in diœcesi Autissiodorensi ad* 1 *Augusti diem olim fuit gavisa, valdè antiquum, ex antiquis hujus Breviariis rectè is scriptor docet. Ita mihi suadet vel solum penes nos exstans Autissiodorense Breviarium, quod seculi* xvi *initio aut citiùs notatur excusum, quodque ad* 1 *Augusti diem* S. Feliculæ *virginis commemorationem præscribit. Verùm anne Sancta in tota Autissiodorensi diœcesi ad illum Augusti diem antiquitus ita culta fuit ? Cùm Giemum seu Giomum, diœcesis Autissiodorensis ad Ligerim oppidum, quod ab aliis, etsi, ut apparet, minùs rectè, Genabum etiam vocatur,* S. Feliculæ *reliquiæ, ut Le-Beuf in posteriori è binis num.* 2 *datis Notitiis docet, fuerint olim, seculo nempe* xii, *uti ex infrà huc transcribendis Breviarii Autissiodorensis verbis apparet,* v *Octobris die delatæ, verosimile videtur, hunc Octobris diem, à multis jam seculis Giemi, ac præcipuè in collegiata hujus civitatis S. Stephani ecclesia, in qua sacra illa pignora fuerant deposita, ecclesiastico Sanctæ cultu solemnem quotannis exstitisse, dubitarique idcircò potest, an eam tunc in eadem ecclesia, nisi fortè bis in anno cultu fuisse ibidem affectam velis, commemoratione, ad* 1 *Augusti diem in Officio seu Horis Canonicis facienda, honorari contigerit. Quoquo modo res hæc habeat, Sanctam equidem tam Giemi, quàm Autissiodori cultu ecclesiastico ad* v *Octobris diem modò gaudere, è Notitiis huc jam transcriptis atque è recentioribus diœcesis Autissiodorensis tam Breviariis, quàm Calendariis manifestum est.*

D

& verosimiliter etiam Valeriaci.

6 *At verò, scisciabitur modò non nemo, an alibi etiam, quàm in diœcesi Autissiodorensi, cultu ecclesiastico Sancta modò non gaudet ? In diœcesi Bituricensi ac proin extra Autissiodorensem locus est ad Ligerim situs, qui Gallicè* Leré *seu* Lerai *dicitur, Latinéque à Catherinoto, quem suprà etiam in Gallico hoc nomine Latinitate donando sum secutus, in ecclesiasticorum diœcesis Bituricensis beneficiorum Catalogo pag.* 5 *Valeriacum redditur ; cùm autem in collegiata ecclesia, quam locus ille complectitur, quamque anno circitèr* 1100 *fuisse fundatam, laudatus Catherinotus loco cit. ait, Sanctæ nostræ maxilla, pretiosæ theca inclusa, uti ex Notitia, ultimo loco è Joanne Le-Beuf jam data, constat, religiosè hodieque asservetur, ambigendum saltem apparet, an ibidem quoque cultu ecclesiastico Sancta non afficiatur ; imò verò hoc honore* Feliculam, *cujus præterea aliquot reliquiarum fragmenta in Prioratu Charitatis ad Ligerim exstitisse, in capto suo liberatoque Autissiodoro ad calcem posterioris Notitiæ, num.* 2 *ex hoc Opusculo datæ, etiam docet Le-Beuf, jam inde à seculo* xii *in ecclesia illa fuisse affectam, vero videtur non absimile. Hæc enim jam tum Sanctæ reliquias possederit, si posteriori è binis Notitiis, num.* 2 *è Le-Beuf hîc transcriptis, sua modò, ut constare apparet, reapsè etiam constet fides. Ita autumo, quòd secundùm eam quidem, qui* S. Feliculæ *reliquias, è S. Brictionis castro ablatas, collegiatæ S. Stephani Giemensi ecclesiæ donavit Giemensis dynasta Gilo, collegiatæ Valeriacensi ecclesiæ sacras Sanctæ reliquias pariter donârit ; ea autem, quibus Giemensis collegiata ecclesia fuit ditata, fuerint jam inde à seculo* xii *ad eam delatæ, ut novissimum diœcesis Autissiodorensis Breviarium, quo hîc standum videtur in hodierni Officii Lectione quarta prodit hisce ad Sanctam nostram in ea spectantibus verbis :* Sanctæ Feliculæ virginis, olim juxta Ligerim in territorio Autissiodorensi sepultæ, sacras exuvias hoc etiam die (*quinta Octobris*) ante annos sexcentos ad Genabum seu Giomum castrum translatas fuisse, testantur omnia sancti Stephani Genabensis monumenta.

E

F

Tempus, quo obierit.

7 *Ita recentius Autissiodorense Breviarium, anno* 1725 *primò excusum, à quo anni sexcenti, ante quos Sanctæ reliquias Giomum fuisse translatas, verbis recitatis id docet, retrogradiendo deducunt ad annum* 1125, *quo proinde sacra illa pignora Giomum fuêre secundùm præfatum Autissiodorense Breviarium translata. Ex hac porrò facti hujus epocha consectarium est, ut* S. Feliciula *certè non serius, quàm seculi* xii *initio vitam hanc mortalem cum immortali commutârit. Verùm anne annus aut saltem seculum, quo id evenit, certò definiri non potest ?* Feliciulam *ante seculum* x *vbiisse, Kalendarium, Breviario hodierno Autissiodorensi præfixum, notat : & sanè, cùm sacra Sanctæ lipsana fuerint ex jam dictis seculo* xii, *non multum provecto, translata, factum-*

A *ctumque facilè esse queat, ut, antequam id fieret, ducentis circiter annis Sancta jam jacuisset sepulta, excessisse eam ante seculum* x *è vivis, vero non apparet absimile; quanto verò tempore citiùs id evenerit, nemo, quantùm opinor, deficientibus ad id monumentis antiquis, sat tutò definiet, hincque ego, Kalendarium Autissiodorense mox cit. unicè secutus, suprà in margine hæc verba,* verosimiliter ante seculum x, *satis habui adscribere. Ad diem, quo Sancta obiisse traditur, sermonem modò convertamus. In Kalendario Autissiodorensi jam laudato hodie seu ad* v *Octobris diem expressè signatur,* Obiit (S. Felicula *videlicet*) 1 Aug.

Cur de ea ad 1 Augusti in Opere nostro nihil dictum.

8 *Et verò, cùm Sancta, uti in una atque altera è Notitiis, suprà huc transcriptis, docet Le-Beuf, ad 1 Augusti diem in omnibus antiquis diœcesis Autissiodorensis Kalendariis consignetur, hoc illa die reipsa fortè ad Superos migrârit; verùm, etsi res ita habeat, id tamen tunc accidisse, vel idcircò, quòd non rarò aliis, quàm quibus vitâ functi sunt diebus, Sancti inveniantur Kalendariis Fastisque sacris inscripti, certum esse, neutiquam potest, nec pro certo etiam habuit*

B *sæpissimè jam laudatus Le-Beuf, Autissiodorensis canonicus ac succentor, uti in Notitia, num.* 3 *huc transcripta, non obscurè prodit. At verò, inquies, cùm Sancta equidem antiquis diœcesis Autissiodorensis Kalendariis ad 1 Augusti sit inserta, cur de illa ad hunc diem in Opere nostro ne vel verbum fuit prolatum? Cùm* Felicula, *uti ex jam dictis liquet, cultu ecclesiastico, ut olim, ad 1 Augusti modò non gaudeat, sanè inter Sanctos de illa ad hunc diem agendum non fuit. Nec video etiam, cur inter Prætermissos fuerit commemoranda, cùm nulla prorsus vel Kalendaria vel Fasti sacri, quibus Sanctæ nomen ad 1 Augusti sit inscriptum, penes nos extent, morisque nostri non sit, inter Prætermissos recensere Sanctos, quorum nomina in Monumentis, seu Hagiologiis Kalendariisve, quæ consulere ipsimet possimus, consignata non sunt; etsi autem ad dictum Augusti diem inter Prætermissos fuerit relata Facinola virgo, sicque saltem hujus occasione, utpote quam Le-Beuf cum* Felicula, *Autissiodori culta, in posteriori è binis Notitiis num.* 2 *datis faciat eamdem, mentio Sanctæ nostræ Autissiodorensis Virginis fieri potuisset, fieri tamen id debuisse idcircò non videtur, quòd, contrà ac Le-Beuf sensit, admodùm dubium appareat, an distincta hæc non sit à Facinola, utpote nullum prorsus, è quo cum* Felicula *esse indubiè eadem credatur, characterem habente sibi adjunctum.* AUCTORE C. B.

Distinctio à Sanctis homonymis.

9 *Utut sit, quò sermonem de Sancta nostra, de qua, quòd hodie ex dictis colatur, agendum hìc fuit, modò absolvam, eam Le-Beuf, si fortè non rectè cum Facinola eamdem, rectè equidem à Felicula Romana, ad* XIII *Junii apud nos jam data, diversam in Notitiis, suprà huc transcriptis, facit. Etenim Sancta nostra in omnibus omninò, teste Le-Beuf suprà in Notitiis, diœcesis Autissiodorensis Kalendariis solo Virginis titulo insignitur; unde fit, ut martyrio fuisse affecta non videatur; Felicula autem Romana, ad* XIII *Junii diem Fastis sacris inscripta, martyr in hisce omnibus disertè vocatur, reque etiam ipsa subivit martyrium. Adhæc (adi Operis nostri tom.* 2 *Junii, part.* 2, *pag.* 666 *& seq.) Feliculæ Romanæ reliquiæ, si fortè, quod tamen non puto, ex Italia umquam, contrà ac suprà in Notitiis sentit Le-Beuf, fuerint egressæ, in Galliam tamen illatæ fuisse non videntur, ut vel hinc à sancta illa virgine & martyre* S. Felicula, *cujus reliquiæ præcipuæ olim Giemi exstiterunt ac hodieque maxilla Valeriaci ex dictis religiosè asservàtur, diversa debeat videri. Accedit etiam, S. Feliculam martyrem Romæ, uti in Opere nostro loco citato invenies, sepulturæ traditam fuisse;* Feliculam *autem Autissiodorensem prope Brivodurum, diœcesis Autissiodorensis ad Ligerim oppidum, tumulum nactam esse, uti in posteriori è binis Notitiis num.* 2 *datis docet Le-Beuf; etsi autem hæc, uti & reliquæ, quas suprà ex hoc scriptore retulimus, fidem integram in iis, quæ ad alia, quàm ad Sanctæ nostræ cultum pertinent, non mereatur, qualecúmque tamen pondus argumentis, pro distinctione inter* Feliculam *nostram & Feliculam Romanam facienda jam productis, adjungit, militatque etiam utcúmque pro Virgine nostra Autissiodorensi distinguenda à quibuscúmque aliis homonymis, licèt interim, an cum aliqua ex his Sancta nostra sit eadem, revocari non inveniam in dubium.*

E

C

F

AUCTORE J. G.

DE S. FROILANO EPISCOPO

LEGIONE IN HISPANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Loci notitia: Sancti in Martyrologiis recentioribus memoria, præcepta in Romano annuntiatio, cultus in Hiſpania: controverſia de ætate, quâ vixerit, diſcuſſa & definita: qualia ejus Acta edenda.

ANNO MVI. *S. Froilanus Legione, cujus notitia datur.*

B

QUæ *Ptolemæo lib.* 2 *dicitur* Germanica Legio ſeptima Brigæcinorum, *in Itinerario Antonini Auguſti* Legio Septima gemina *vocatur, eſtque urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in finibus Aſturum Ciſmontanorum, indigenis & pleriſque Europæ gentibus* Leon *dicta, Italis verò* Leone di Spagna. *Urbs hæc, prout etiam in Diviſione diœceſium & parochiarum Hiſpaniæ, Wambæ regi vulgò attributa, apud Loaiſa Collect. Concil. Hiſp. pag.* 136 *&* 137, *apud Aguirre tom.* 2 *Concil. Hiſpan. pag.* 315 *& Harduinum tom.* 3 *Concil. col.* 376 *& ſeqq. aſſeritur,* ſedis regiæ, *nec non* civitatis ſacerdotalis & regiæ *præclaro titulo gaudet, ac* per Romanum Papam gaudere perpetua libertate atque alicui metropoli nunquam fuiſſe ſubdita, *ibidem etiam affirmatur. Præter non paucas Deo conſecratas ædes, cathedralem eccleſiam habet inſignem, ex quatuor totius Hiſpaniæ celeberrimis unam, & à mirabili pulcherrimoque ſtructuræ artificio, multiſque Sanctorum, ac nominatim* S. Froilani, *reliquiis ſummopere commendatam. De urbis fundatione, antiquitate & inditi nominis occaſione multa tradidêre ſcriptores, tum antiqui, tum recentiores, & hos inter in primis Athanaſius de Lobera, monachus Ciſtercienſis Ordinis, in Hiſpanico Opere, anno* 1596 *edito, cujus titulus ita Latinè ſonat:* Hiſtoria magnitudinis antiquiſſimæ inſigniſque urbis & eccleſiæ Legionenſis, ejuſque epiſcopi ac patroni S. Froylani. *Sat fusè etiam Hiſpano idiomate de eodem argumento ſcripſerunt Gonzalez Davila in Theatro eccleſiaſtico Caſtellarum tom.* 1, *pag.* 343 *& ſeqq., Rodriguez Mendez Silva de Popul. Hiſp. cap.* 8 *& noviſſimè Henr. Florezius ex Ordine S. Auguſtini ſcriptor eruditus, tom.* 4 *Hiſpaniæ Sacræ pag.* 227 *& ſeqq., apud quos ſtudioſus lector, ſi ampliorem loci illius, in quo tantiſper hîc vagari oportet, notitiam deſiderat, reliqua, quæ ad ejuſdem urbis ſitum & commendationem faciunt, commemorata reperiet.*

in Mrll. recentioribus variis diebus memoratus,

2 *In hac urbe, qua regni cognominis caput eſt, eximia pietate colitur* S. Froilanus *ſeu* Froylanus, *epiſcopus Legionenſis, qui in Annalibus Eccleſiaſticis eruditiſſimi Baronii ad annum Chriſti* 1027, *num.* 14 Florianus presbyter *minùs rectè nominatur. Sanctum hunc Antiſtitem Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, ad diem* v *Octobris ita annuntiat:* Legione in Hiſpania S. Froylani epiſcopi, ejuſdem civitatis patroni. *Eum contrà die* i *Octobris Caſtellanus, die verò* iii *martyrologi Benedictini referunt; atque ita quidem Arnoldus Wion in Ligno vitæ, part.* 2, *lib.* 3, *pag.* 325 *eum celebrat:* Quinto Nonas Octobris... in Hiſpania depoſitio ſancti Froilani, Legionenſis epiſcopi & confeſſoris, doctrinâ & ſanctitate conſpicui. *Tum paginâ* 326 *eadem fermè habet, quæ lib.* 2, *pag.* 325 *de eo ſcripſerat in hunc modum:* S. Froilanus ſive Froyllanus, qui & corrupto vocabulo FLORIANUS vocatur, Hiſpanus, monachus & abbas de Moreruela prope Zamoram, creatus eſt epiſcopus anno Domini DCCCXX, ut vult Villegas, ſive, ut Morales aſſerit, DCCCLXX. Fuitque in ea poteſtate annis quinque, verbo ſimul & exemplo oves ſibi concreditas inceſſanter paſcens. Migravit ex hac luce anno DCCCXXV ſive DCCCLXXV, ætatis ſuæ LXXIII, quinto Nonas Octobris. *Conſonant Bucelinus in Menologio Benedictino pag.* 684, *& Hugo Menardus ad diem* iii *Octobris, niſi quòd hic in neutro ſuarum Obſervationum libro, ipſum tempus, quo Sanctus floruit, deſignârit; ſive quòd aſſignatas à Wione & Bucelino chronicas notas errori conjunctas eſſe, ſibi meritò perſuaſerit, ſive quòd alia nulla ipſi præluxerint inſtrumenta, unde ætatem ſancti Antiſtitis erueret. Benedictinis hagiologis quantùm ad annuntiationis diem ſuffragatur Tamayus Salazar tom.* 5 *Martyrol. Hiſpan. pag.* 383, *ubi Sanctum noſtrum hoc exornat elogio:* v Nonas Octobris... Legione in Hiſpania S. Froilani, ipſius urbis epiſcopi, qui cùm ex Benedictini Ordinis Congregatione, ejus virtutum odoribus inſtantibus, ad epiſcopale faſtigium eveheretur, ſic in præſulatûs munere ſanctiſſimis vitam texuit facinoribus, ut miraculis admirabilis, præmium indeficiens confeſſor eximius pro labore receperit.

die v *Octobris in Romano annuntiari cœpit vi decreti, anno* 1716 *editi,*

3 *Videri mirum lectori poterit,* S. Froilanum, *qui, uti infrà à pag.* 236 *probabitur, S. Attilanum, Zamorenſem poſtea epiſcopum, in diſciplina monaſtica alumnum & in verbi Dei prædicatione comitem habuit, nuſquam ſeu ad* iii, *ſeu ad* v *Octobris in Martyrologio Molani anni* 1568, *Germanico anni* 1573, *& Galeſinii anni* 1578, *imò nec in ipſo Mrl. Romano, cum ſancto ſuo diſcipulo comparere; cùm tamen in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum* 1027 *utrumque Sanctorum honore dignum, jure Catalogo ipſorum adſcriptum reperiri, Baronius aſſerat. At, quæcúmque demum fuerit prætermittendi olim præſertim in Martyrologio Romano* Froilani *nominis ratio, in quam operoſiùs indagare neceſſe non eſt, defectus ille anno* 1716, *ſub Clemente XI, Pontifice maximo, ſublatus fuit, edito Congregationis Rituum de,*

A *decreto, quod exſtat Bullarii magni tomo* 8 *ſeu tomo* 2 *Continuationis ejus pag.* 439 *editionis vulgò* Luxemburgenſis *dictæ. Hinc Sanctus noſter in Martyrologio Romano, à Benedicto Papa XIV auctо & caſtigato, locum ſuum habet die* v *Octobris; ſic tamen, ut, qui in illo decreto* Fruilanus, *fortè typographico mendo, vocatus fuit, in Martyrologio illo veriori ſuo nomine* Froilanus *appelletur. Porrò ejus elogium, quod ab Eminentiſſimo Cardinale Origo compoſitum atque à ſacra Congregatione ipſoque ſummo Pontifice approbatum fuit, ita ſonat:* Legione in Hiſpania ſancti Froilani, ejuſdem civitatis epiſcopi, monaſticæ vitæ propagandæ ſtudio, beneficentiâ in pauperes, ceteriſque virtutibus & miraculis clari. *Conſuli de hoc elogio poteſt eruditiſſimus Pontifex, ſuprà laudatus, lib.* 4 *de Servorum Dei Beatificatione &c parte* 2, *cap.* 18, *num.* 16, *ubi decretum illud die* xv *Februarii anno* 1716, *non autem* xxx *Maii ejuſdem anni, prout citata Bullarii editio habet, datum fuiſſe, ſcribit; ut adeò in alterutro Opere, jam citato, typographorum diligentia & accuratio deſideretur. Sed levior hic defectus eſt, quàm ut nos, ad Sancti cultum pertractandum progredientes, morari debeat.*

B

ſolennem tamen cultum diu antè nactus eſt in Hiſpania.

4 *Ceterùm tametſi haud ita pridem Romano Martyrologio inſcriptus fuerit, nihilominus tamen jam a longo tempore in omnibus Hiſpaniæ eccleſiis cathedralibus ſolemni venerationis ritu, & duplici quidem* 2 *claſſis, ut teſtatur Directorium Valentinæ eccleſiæ metropolitanæ, ſanctus Antiſtes coli cœpit; imò & in nonnullis Hiſpaniæ diœceſibus ritu duplici* 1 *claſſis ad diem* v *Octobris Eccleſiaſticum de eo Officium celebratum fuit, ut manifeſtum eſt ex Ordine recitandi Officium divinum Matriti anno* 1684 *typis excuſo, ubi ſic legitur:* Legionenſis diœceſis & eccleſiæ v Octobris: Froilani epiſc. & conf. præcipui patroni dup. 1 claſſis cum Octava in tota diœceſi: *& dein illud:* Palentinæ diœceſis & eccleſiæ. v Octobris: Froilani epiſc. & conf. duplex 1 claſſis cum Octava: *quæ verba de Lucenſi diœceſi & eccleſia repetuntur. Solemnis ejus cultûs antiquitatem oſtendit Ambroſius de Morales, chronographus Philippi II, Hiſpaniarum regis, in ſuo Chronico generali Hiſpaniæ anno* 1586 *edito, tomo* 3, *pag.* 151, *ubi verbis Hiſpanicis teſtatur,*

C in cathedrali eccleſia (*Legionenſi*) exſtare S. Froilano dicatum ſacellum, ejuſque, utpote Sancti indigenæ, feſtivam lucem magna ſolemnitate celebrari. *Quin imò, teſte Athanaſio de Lobera, num.* 1 *laudato, tam ſancti Præſulis noſtri, quàm S. Attilani, ejus quondam diſcipuli, Eccleſiaſticus cultus, non ita multò poſt utriuſque mortem initium duxit. Ita ipſe in Prologo ad lectorem Hiſtoriæ urbis & eccleſiæ Legionenſis, Hiſpanicis vocibus à me in Latinas verſis, paulò ante paginam penultimam diſſerit:* Ut ſcriptis monumentiſque antiquis conſtat, jam (*hoc eſt, anno Chriſti* 1596, *quo liber ejus excuſus fuit*) quingentorum fermè annorum ſpatium effluxit, ex quo Sanctorum illorum (Froilani *&* *Attilani*) feſti dies celebrati fuerint, quibus ſine ullo dubio propriæ Sanctorum Lectiones, Antiphonæ & Reſponſoria, quæ nunc recitantur, antiquitus etiam in uſu fuerunt; confirmatque, *inquit laudatus ſcriptor,* eorum antiquitatem tum veterum characterum ductus, tum ipſe orationis ſtylus. *Ut proinde ejus teſtimonio de antiquo Legionenſium Antiſtitis & Patroni cultu, utut fortaſſis minùs, quàm nunc, ſolemni, dubitari meritò non debeat.*

AUCTORE J. G.

Emortuale ejus tempus, de quo variæ ſunt ſententiæ,

5 *At multùm abeſt, ut ipſum etiam tempus, quo Sanctus obierit, extra controverſiam poſitum ſit, cùm inter magni nominis auctores Hiſpanos alii ſeculo* XI, *alii* X, *alii* IX *ejus obitum ſtatuant, & ſic quidem, ut, qui in idem ſeculum conſentiunt, in ejuſdem ſeculi deſignandis annis diſſentiant, prout ex verbis Wionis num.* 2 *adductis, & ex iis, quæ infrà dicenda ſunt, videre eſt. Sed quænam ex tam diſcrepantibus ſententiis amplectenda præ ceteris eſt? Reſpondeo, illam eſſe, quæ ſeculi* XI *initio ſeu anno Chriſti* 1006 S. Froilani *mortem innectit. Hanc vel invenit, vel primus, quod ſciam, ſtabilivit Athanaſius de Lobera jam ſuprà laudatus, eique Antonius de Heredia, Tamayus, Yepeſius, Mabillonius aliique adhæſerunt, teſtimoniorum, quæ Lobera protulit, auctoritate pondereque convicti. Hæc priuſquam ego in medium adducam, duo præmonuiſſe ex re erit. Alterum, Hiſpanicam æram, ut Florezius in Chronologia Hiſt. Hiſpan. part.* 1, *cap.* 1, § 1 *aliique alibi paſſim ſtatuunt, vulgari noſtræ æræ triginta & octo annis præcurrere; alterum, uti idem Lobera pag.* 137 *&* Cangius *in Lexico, verbo* Teſtamentum, *Cardinalis Aguirre pluresque alii docent, nomine* Teſtamenti *etiam comprehendi quaſcúmque donationis ſeu largitionis chartas, teſtium ſubſcriptionibus ſeculo* X *ac deinde in Hiſpania firmatas. Primum igitur teſtimonium, quo pateat,* S. Froilanum *non anno Chriſti* 875, *nedum anno* 825, *uti quidam contendunt, è vivis abiiſſe, ſuppeditat nobis Veremundi II, Legionenſis regis charta, die* XXVII *Novembris æra Hiſpanicâ* 1028, *ſeu anno Chriſti* 990 *data, quam ſummatim Lobera exhibet pag.* 114 *& ſeqq. Hæc autem, eo teſte, ita concludit:* Beremundus ſereniſſimus princeps, votum & holocauſtum meum, quod ſponte ego Deo meo pro remittendis peccatis meis & abſolvendis delictis hunc * teſtamentum offero & in concilio manu propita * ſignum ſignavi ſolito more & amore Dei; *& dein poſt epiſcoporum Armentarii Dumienſis, Pelagii Lucenſis, Petri Irienſis & Ximenii Aſtoricenſis, qui ſub ſeculi* X *finem vixerunt, ſequitur Sancti noſtri facta, uti apparet, regii ſcribæ manu confirmatio, in hunc modum concepta:* Clarus & magnus Froilanus, Legionenſis epiſcopus confirmat. Ex qua ſubſcriptione, *inquit Angelus Manrique Annal. Ciſterc. ad annum Chriſti* 1131, *cap.* 8, videas reverentiam in Froilanum atque ejus apud omnes venerationem, quem vel viventem præſentemque & ſolum inter tot ac tantos Hiſpaniæ præſules Magnum & Clarum inſtrumenta publica vocant, fortè ſine exemplo, aut cum rariſſimo. *Sed hæc per tranſennam dicta ſunto.*

E

* hoc
* propria

F

& tempus geſti epiſcopatus ex diplomati. variis eruitur,

6 *Quia verò laudatus Lobera pro Latinis ac primigeniis verbis, quibus dati diplomatis tempus ſignetur, Hiſpanicè verſa dumtaxat edidit, juverit ejuſdem Veremundi regis diploma, anno Chriſti* 999 *Nonis Januarii datum, partim deſcribere, ut hinc, tamquam ex ipſo fonte liqueat, ſub hoc rege* S. Froilanum *unà cum memoratis ſuprà epiſcopis floruiſſe, ac proin errâſſe illos, qui eum ad ſeculum* IX *vel initium* X *removent. Diplomatis verba, quæ huc faciunt, apud Yepeſium in Appendice Centuriæ* 6 *Chronici Ord. S. Benedicti pag.* 433 *versâ, ita ſe habent:* Facta ſeries teſtamenti vel reſtaurationis titulo-

AUCTORE J. G.

rum (*monaſterii S. Laurentii de Carbonario, nunc* Carbuero *dicti*) à me jam dicto principe Beremundo, ipſis Nonis Januaris, æra tunc diſcurrente poſt milleſimam incoante ſeptima, poſt jam peracta trieſima (*id eſt, æra Hiſpanica* 1037 *ſeu anno Chriſti* 999) Beremundus rex in hoc factum teſtamentum, quod fieri elegi, ad confirmandum manu propria ſignum injeci. *Et mox ante alias ſacerdotum virorumque principum ſubſcriptiones, hæ, quæ ad rem noſtram attinent, ſequuntur:* Sub Chriſti nomine Armentarius, Dumienſis ſedis epiſ. conf. Sub Domini auxilio Pelagius Lucenſis ſedis epiſ. conf. Sub pondus timoris Domini Petrus Yrienſis & Apoſtolicæ ſedis epi. conf. Sub Trinitatis indiviſibilis (*fortè deeſt* invocatione) Froilanus Legionenſis ſedis epiſ. conf. *Demùm, in alia charta, quâ monaſterio SS. Facundi, Primitivi & Tyrſi*, De Domnos ſanctos *vocato, multas poſſeſſiones liberalitate non vulgari* S. Froilanus *attribuit, clariſſimè etiam ſententia noſtra firmatur. Verba, utut etiam barbarè Latina audi:* Factum textum ſcripturæ notum die, quod erit decimo octavo Kalendas Octobris, æra MXXXVIII regnante rege Veremundus in regnum avorum ſuorum. Ego Froilanus epiſcopus ſub

B Dei gratiâ Legionenſis ſedis epiſc. in hanc cartulam teſtamenti, quam fieri volui & legendam cognovi, manu mea confirmavi. Ego Veremundo rex confirmo & roboro *&c. Integra hæc charta videri poteſt apud Yepezium in citata Appendice pag.* 445 *versâ & apud Mabillonium Seculi* VI *Bened. part.* 1, *pag.* 60, *ubi illam, ſervata nativa phraſi, tametſi ſolœciſmis horrida, ex Yepezio edidit, quem in omnibus ad apicem ſecutus, æram quoque* 1038 *ſignavit, cujus loco ſubſtituendam eſſe æram* 1037, *patet tum ex Veremundi II epitaphio apud Ambroſium Morales lib.* 17, *cap.* 23 *relato, ubi hic rex æra* 1037 *in pace quieviſſe aſſeritur, tum ex eo, quòd die* III *Octobris anno Chriſti* 999 *ſeu æra Hiſpanica* 1037 *Alphonſus V, Veremundi ſucceſſor, Legionenſi regno jam tum præeſſet, uti ex ejus diplomate, de quo Lobera pag.* 131 *versâ agit, apertè conficitur.*

ſtatuiturque Sanctus Legionenſem ſedem tenuiſſe ab anno Chriſti 990 *uſque ad* 1006;

C 7 *Ut autem eâdem operâ, quâ Sancti ætatem demonſtro, annos pariter geſti epiſcopatus exhibeam, pergo recenſere diplomata, quæ eum ab anno Chriſti* 990, *quo anno Sabarico, ſub menſem Martium, ut Lobera pag.*114 *probat, defuncto dein ſucceſſit, uſque ad* 1006, *ſeu æram Hiſp.* 1044, *Legionenſem ſedem tenuiſſe, probent. Laudatus jam ſæpe Lobera pag.* 133 *ait, ſe de verbo ad verbum ex Latino in Hiſpanum idioma vertiſſe exhibitam à ſe loco citato* S. Froilani *chartam, quâ hic multas eccleſiæ ſuæ cathedrali poſſeſſiones attribuit. Huic autem diplomati, teſte eodem ſcriptore, qui autographum in archivo Legionenſis eccleſiæ ſervatum, inſpexit, æra Hiſpanica* 1040, *dies verò* XXI *Decembris appoſita eſt, atque adeò, anno Chriſti* 1002 *ad finem vergente, Legionenſi eccleſiæ adhuc Sanctus noſter præerat. Quod autem anno Chriſti* 1006 *in vivis etiam fuerit idem Legionenſis Præſul, manifeſtè patet ex geminis chartis, ab eo ſubſcriptis, quarum altera, ut idem Lobera fol.* 148 *verſo teſtatur, æram Hiſpanicam* 1044, *diem verò* XV *Januarii; altera verò, eamdem æram, diem verò* 1 *Martii refert. Cùm itaque, ut ſuprà præmonui, vulgarem æram noſtram Hiſpanica* 38 *annos prævertat, neceſſe eſt, ut, qui æra Hiſpanicâ* 1044 *geminis chartis ſuum nomen ſubſcripſerit, anno Chriſti* 1006 *in vivis adhuc fuerit. Ad hujus autem anni exitum non perveniſſe* S. Froilanum, D *videtur ex eo probabiliter concludi poſſe, quòd in venditionis charta, in Legionenſi eccleſia ſervata, quæ menſe Aprili æra* 1045 *data ſcribitur, non* Froilani, *ſed* Munii *ſeu Martini, ejus in Legionenſi ſede ſucceſſoris nomen legatur. Ita rurſus idem Athanaſius de Lobera pag.* 149, *cui quominus plena fides in his habeatur, nihil prorſus obſtare video. Hinc, tametſi omninò certum non ſit,* S. Froilanum, *anno Chriſti* 1006 *jam ſeneſcente, ad Superos abiiſſe, id tamen, ut dixi, ſat veroſimile apparet, nec à vero abludit, diem* V *Octobris, qui ſancti Præſulis cultui ſacer eſt, eidem etiam fuiſſe emortualem.*

neque, quod quidam perperam volunt, duo Froilani

8 *Hìc tamen nodus aliquis occurrit, prima fronte non adeò facili ſolvendus negotio. Quippe antiquarum rerum periti viri, qui non indiligentiùs, quàm Lobera, eccleſiæ Legionenſis tabularium perſcrutati ſunt, vetuſtis, quæ ibi depoſita exſtant, inſtrumentis inſiſtentes, duos* Froilanos *eodem ferè tempore Legionenſes epiſcopos ſtatuunt: alterum quidem, quem Sanctum noſtrum eſſe volunt, annis* 4, *nempe ab æra Hiſpanica* 1010 *uſque ad æram* 1014, *ſeu ab anno Chriſti* 972 *uſque ad* 976 *ſedem illam tenuiſſe, affirmant; alterum verò Froilanum, à Sancto noſtro diverſum, ab æra Hiſpanica* 1028 *uſque ad* 1039, *ſeu ab anno Chriſti* 990 *uſque ad* 1001 *eamdem cathedram occupâſſe, adſtruunt. Quàm verò non fragili fulcimine ſuam ſtabilire ſententiam conentur, liquet ex eo, quòd ipſammet* S. Froilani *chartam à Lobera cap.* 30 *editam, & à nobis num.* 5 *citatam, ipſi pro ſe adducant; nam, inquiunt, cùm hæc in autographo proferat æram* MX˜, *neceſſe eſt, ut, deductis ex Hiſpanica æra* 38 *annis,* S. Froilanus *ad annum Chriſti* 972 *Legionenſis epiſcopus fuerit. Cùm verò, Sabaricus, uti quatuor ab eo firmatis chartis, & patente pag.* 113 *versâ ipſomet Lobera, omninò manifeſtum eſt, ſedem illam ineunte anno Chriſti* 990 *occupaverit, ac rurſus ab æra* 1028 *uſque ad* 1039 *ſeu ab anno Chriſti* 992 *uſque ad* 1001 *Froilanus aliquis Legionenſis præſul in antiquis chartis compareat, hinc gemini, inquiunt,* Froilani *procul dubio admittendi ſunt, prior quidem, qui Sabaricum præceſſerit, poſterior verò, qui eumdem Sabaricum fuerit proximè ſubſecutus. Ita ipſi, Sancti noſtri epiſcopatûs initium anno Chriſti* 990, *ſeu æræ Hiſpanicæ anno* 1028, *obitum verò anno Chriſti* 1006 *perperam à nobis innecti, invicto, ut primùm apparet, argumento contendunt.*

F *Legionenſes epiſcopi ſub idem ferè tempus admittendi ſunt;*

9 *Sed hæc tota, quanta eſt, evaneſcit difficultas, facilique cuneo is ſolvitur nodus, ſi veterum Caſtellanorum arithmeticum characterem, qui in Veremundi regis charta in hunc modum* (X˜) *efformatus eſt, non denarium numerum, ſed quadragenum denotare, cum Lobera pag.* 150 *agnoſcamus, quo teſte, retortus ille calami ductus, qui numero* X˜ *ſupereminet, pro numerali nota* L, *uti etiam apud Berganzam in Antiq. Hiſp. part.* 2, *pag.* 579 *videre eſt, exaratus olim fuit, ſitque adeò antiquis Hiſpanis idem planè numerus* X˜, *qui nobis nunc eſt* XL. *Non diffitetur quidem laudatus ſcriptor, in nonnullis documentis antiquis etiam numerum quadragenum figurâ nonnihil ab aſſignata diſcrepante exhiberi, nimirum per partem litteræ* X *inferiorem ductâ tranſverſim lineâ obliquâ, uti curioſus lector apud Stephanum de Garibay in ſuo Compendio hiſtorico Chronicorum Hiſpaniæ lib.* 9, *cap.* 5, *pag.* 338 *numeralem illam notam videre poteſt. Verumtamen, inquit Lobera pag.* 149 *versâ, antiquus ille Legionenſis*

A *fis codex, manu exaratus, quem vulgò* el tumbo redondo *vocant, ſic in diplomatis publiciſque inſtrumentis, quæ exhibet, quadragenum numerum ſemper exprimit, ut loco characterum* XL *retortus ille calami ductus numerali litteræ* X˜ *ſuperſcribatur. Quod cùm vel neſcirent illi antiquitatis ſcrutatores, qui duos Froilanos ſtatuunt, vel ſaltem cùm id attentiùs non conſideràſſent, pronum ipſis fuit in ſententiam noſtræ oppoſitam fidentiùs ire; ac per conſequens non plures, quàm* 4 *annos Sancti noſtri epiſcopatui adſcribere coacti fuerunt. At ſi, ubicumque arithmetica illa veterum Hiſpanorum nota reperitur, loco numeri denarii, quadragenus intelligatur, prout ita intelligendum eſſe, meritò Lobera contendit, omnia tunc ſponte fluent, nec adeò conſequens fiet, ut aliis adverſæ opinionis abſurdis parcam, Alphonſum V, qui una cum ſua matre ærâ Hiſpanicâ* MX˜ *donationis à* S. Froilano *factæ diplomati pari forma arithmetica ſubſcripſit, anno Chriſti* 972 *Legionenſe regnum adminiſtrâſſe, quo tempore nondum certè natus erat, cùm ex communi veterum recentiorumque ſententia quinquennis dumtaxat puer fuerit, dum anno Chriſti* 999 *Veremundo II in Legionenſe regnum ſucceſſit. Ex quibus cùm*

B *manifeſtè pateat, arithmeticum illum characterem* X˜, *non alium, quàm quadragenum numerum denotare, conſequens eſt, ut* Froilanus *non ærâ Hiſpanicâ* 1010, *ſeu anno Chriſti* 972, *ſed ærâ* 1040 *ſeu anno Chriſti* 992, *Legionenſem cathedram tenuerit, ac proin non Sabarici deceſſor, ſed ſucceſſor fuerit, ut adeò minimè neceſſe ſit, duos* Froilanos *Legionenſes epiſcopos ſtatuere, cùm uni eidemque annos* 16 *epiſcopatûs ab anno Chriſti* 990 *uſque ad* 1006 *attribuendo, omnia aptiſſimè in concordiam adducantur, nec quidquam abſurdi, uti in aliorum ſententia, admitti à nobis debeat.*

nec Sanctus noſter ante ſeculi x exitum, uti auctores magni nominis adſtruunt,

10 *Fateor tamen, me, cùm annum Chriſti* 1006 S. Froilano *emortualem ſtatuo, præter nonnullos recentiores, etiam antiquos aliquot ſcriptores adverſarios in eo pati, videlicet Pelagium Ouetenſem epiſcopum, Rodericum Ximenes, Toletanum archiepiſcopum & Lucam Tudenſem, inclytos omnes Rerum Hiſpanicarum ſcriptores, qui* Froilanum *ante ſeculi* x *exitum vitâ functum fuiſſe, apertè innuunt. Atque ita quidem Pelagius, horum antiquiſſimus, in Brevi Compendio à Sandovalio edito, pag.* 63 *in Veremundo II, Legionenſium rege, ſcribit:* Igitur propter peccata memorati principis (*Veremundi II*) & populi rex Agarenus, cui nomen erat Almanzor, unà cum filio ſuo à Damielchet (*cum Roderico* Abdemelich *vel cum Luca Tudenſi* Abdameleh *legendum puto*) cum Chriſtianis comitibus exiliatis diſpoſuerunt venire & deſtruere & depopulari Legionenſe regnum. Cùm verò audiviſſent & cognoviſſent Legionenſes & Aſtoricenſes cives, illam plagam venturam ſuper eos, cœperunt oſſa regum, quæ erant ſepulta in Legione & Aſtorica unà cum corpore S. Pelagii, quod poſuerunt ſuper altare beati Joannis Baptiſtæ. Quidam autem ex civibus Legionis levaverunt corpus ſancti Froilani epiſcopi infra Pyrineos montes in Valle Cæſar, & poſſuerunt eum ſuper altare ſancti Joannis Baptiſtæ. *His quantùm ad ſubſtantiam conſona tradunt laudati Rodericus lib.* 5 *de Rebus Hiſpan. cap.* 14 *& Lucas Tudenſis in Chronico mundi pag.* 87. *Itaque, ſive cum Mariana aliiſque ſcriptoribus anno Chriſti* 985, *ſive cum Joanne de Ferreras in Hiſtoria Hiſpaniæ parte* 4, *anno Chriſti* 996 *Almanzoris, Maurorum ducis contra Legionenſem urbem expeditio illigetur, cùm certè hæc ante ſec.* x *exitum ſtatui debeat, nimirum ſub Veremundo II, cujus nempe juſſu* S. Froilani *aliorumque Sanctorum reliquias & regum corpora, ne hoſtibus ludibrio eſſent, Ouetum tranſlata fuiſſe, laudati ſcriptores tradunt, conſequens ex iis eſt, ut ante annum Chriſti* 1000 *Sanctus noſter in vivis eſſe deſierit, atque adeò, ut nulla veri ſpecie ejus obitus uſque ad annum Chriſti* 1006 *à nobis differatur.*

defunctus ſtatim ab exitu ſeculi x, ut ſupra dictum eſt, ſed non ante annum 1006.

11 *Ita quidem argui contra ſententiam noſtram poteſt. Verùm, cùm laudatus Pelagius toto ſeculo poſt Sancti obitum elapſo Breve Compendium ſuum ſcripſerit, ut ex pag.* 77 *linea penultima editionis Sandovalianæ, in qua de æra Hiſpanica* 1147 *mentio fit, dilucidè conſtat, cúmque Rodericus Toletanus & Lucas Tudenſis ducentis & amplius annis Sancto noſtro poſteriores ſint, tametſi eorum, cùm de rebus ſua ætate geſtis ſcribunt, auctoritatem maximè ſuſpicio & veneror, ea tamen in re noſtra mihi tanti ponderis non eſt, ut manifeſto plurium diplomatum teſtimonio contraire auſim. Etenim cùm hi ſcriptores in parachroniſmum impegerint, quando Adaulphum, Compoſtellanum epiſcopum, multò ante, uti ex Compoſtellana Hiſtoria apud Florez tom.* 3 *Hiſpan. Sacræ in Appendice num.* X, *pag.* LIX *&* LX, *& lib.* 6, *cap.* 14, *num.* 341 *Bibliothecæ Veteris Hiſpaniæ patet, defunctum, à Veremundo II objectum indomito tauro fuiſſe narrant, quidni eos paulò pòſt, cùm de tranſlato* S. Froilani *corpore ſcribunt, in anachroniſmum etiam lapſos eſſe dicamus? Utut ſit, certè ex ſanæ criticæ regulis conſtans diplomatum à* S. Froilano *ſignatorum teſtimonium, auctoritati horum ſcriptorum, ne quidem ſubæqualium, præponderare omninò debet. Nec eſt, quòd virum eruditum Joannem de Ferreras ejuſque Gallicum interpretem d'Hermilly, cùm ad annum Chriſti* 999 *ambo, Sanctum noſtrum anno Chriſti* 1016 *obiiſſe, ſcribunt, aut hìc audiamus, aut uberiùs confutemus, cùm eorum hæc ſententia, ſi tamen typothetæ mendum non ſit, ex iis, quæ num.* 7 *dicta ſunt, manifeſtè erroris convincatur.*

Cùm Sancti Acta vel à ſynchronis non deſcripta, vel deperdita ſint,

12 *Atque utinam, quemadmodùm Sancti ætas ex ſynchronis oſtenſa documentis eſt, ita etiam res ab eo præclarè geſtæ & ſingularia, quæ ab eo patrata dicuntur miracula, ex coævis ſuppariburve ſcriptoribus hìc poni ante oculos poſſent! At, quod dolendum maximè, à nemine, horum oculato teſte, vel etiam ſcriptore æquali; Vita ejus commendata litteris eſt; aut, ſi unquam Opus illud exſtiterit, hoſtiumque furori incendiiſque ſubductum feliciter fuerit, nondum Mabillonii tempore, nec hactenus, ut quidem nôrim, è tenebris erutum eſt. Hinc laudatus Mabillonius parte* 1, *Sæc.* VI *Bened. pag.* 58 *ita loquitur:* Froilani geſta plerique recentiores Hiſpani ſcriptis mandare curârunt, quamvis nemo antiquus, qui quidem notus ſit, ejus Vitæ auctor habeatur. *Neque id ita mirum videri debet, cùm à ſeculo* VIII *vix ineunte uſque ad ſeculum* XIV, *quo vix tandem duriſſimum Hiſpania Maurorum jugum excuſſit, nihilo minus quàm frequens litteris & ſcriptoribus locus in illa orbis parte datus ſit. Ita fermè Nicolaus Antonius, vir inprimis eruditus, qui etiam tom.* 1 *Biblioth. veteris Hiſpaniæ pag.* 319 *hæc appoſitè ad rem noſtram ſcribit:* Nec miraberis, lector, magnæ hujus calamitatis defuiſſe tempore viros illos, doctrinâ olim inter nos ac toto terrarum orbe inclytos, quorum nomina huic albo infereremus. Raras igitur

AUCTORE J. G.

igitur ſcriptorum ſpicas, quibus malignum ab Auſtro & Oriente veniens pepercit ſydus, ac tritura Saracenorum non excuſſit, legere nunc erit opus, ac veluti diſciplinæ ignis ferè exſtincti ſtricturas quaſdam hiſtoriæ hujus gremio, ne pereant, confovere. *Equidem tomo 2 Bibliothecæ ſuæ veteris auctores aliquot* S. Froilano *ſuppares laudatus Antonius producit, qui, ſin minùs fusè & eruditè, ſaltem breviſſimè & incompoſitè, ut tunc res geſtas notare in more ipſis erat, ſancti Præſulis noſtri Vitam conſcribere potuiſſent; at neminem unum, qui id reipſa præſtiterit, diligentiſſimus ille Bibliothecæ ſcriptor commemorandum invenit.*

ea, quæ ex variis Breviariis etiam antiquis collecta ſunt, edere viſum eſt.

13 *Neque aliunde multum ſubſidii exſpectare licet. Quippe* monaſterium Morerolenſe, *cui* S. Froilanus *abbas præfuit, & in quo proinde quædam de eo monumenta exſtitiſſe, credibile eſt,* tam funeſtum, *teſte Lobera in Prologo*, tribus vicibus paſſum eſt incendium, ut ſcripta omnia antiqua igne conſumpta fuerint. *Quod verò ſpectat ad Legionenſis eccleſiæ tabularium*, in illo, *ut idem ſcriptor, oculatus teſtis, aſſerit*, plurima quidem inſtrumenta vetera ſervantur; verùm, quid ſingula contineant, non ſine diuturni temporis ſpatio & labore improbo cognoſci poteſt.

B

Accedit, *inquit*, quòd ex iis multa litteris exarata ſint Gothicis, atque ita, quod rei caput eſt, temporum vitio exeſa & corrupta, ut legi nullatenus poſſe videantur. Zamorenſis *autem* eccleſia, *ut idem Lobera teſtatur*, nulla, quæ ſint alicujus ad rem noſtram momenti, aut quæ ante Alphonſum, regem Legionis, hujus nominis VI, data ſint monumenta, in ſuo tabulario poſſidet. *In ſumma igitur documentorum, Sancti temporibus æqualium, penuria conſtitutis, reliquum nobis nihil eſt, quàm ut Loberæ, Tamayi, Yepezii & Mabillonii exemplis inſiſtentes, in unum collecta lectori curioſo exhibeamus, quæ de* S. Froilano *in memoratis num.* 4 *antiquis Lectionibus aliiſve Breviariis aut ſcriptoribus conſignata litteris exſtant. Cùm verò ejuſdem Loberæ de hoc argumento Hiſpanicum Opus, præterquam quòd multa, ad* S. Froilani *geſta nil conducentia contineat, nimiùm quantùm prolixum ſit, ut integrum Latinitate donetur atque hîc locum inveniat; Yepezii verò & Mabillonii lucubrationes non tam pro ipſis Sancti Actis, quàm pro Commentario in ejus geſta haberi poſſint, convenientius viſum eſt ea Acta reudere notiſque tum criticis tum hiſtoricis illuſtrare, quæ laudatus Tamayus ad diem* III *Octobris ex vetuſtis, ut vocat, Breviariis Legionenſi, Compoſtellano, Zamorenſi, Burgenſi, Lucenſi aliiſque, uti & ex variis ſcriptoribus in unum redacta vulgavit. En adeò illa, prout in Martyrologio Hiſpano, ſervatis, ut arbitror, quantùm fieri potuit, ipſis Breviariorum verbis, tom.* 5, *pag.* 389 *& ſeq. exſtant, quæ quantam mereantur fidem, tunc eruditus lector manifeſtiùs diſpiciet, cùm in lucem prodierit, auctore laudato Florezio, tomus ille Hiſpaniæ Sacræ, qui Legionenſes epiſcopos complecti debet.*

C

D

ACTA

Ex Breviariis variis etiam vetuſtis collecta tom. 5 *Martyrologii Hiſpani à pag.* 389.

Sancti natales, inſtitutio, ſeceſſus in eremum.

FRoilanus, origine Hiſpanus, in ſuburbio urbis Lucenſis *a* provinciæ Galleciæ, ex nobilibus parentibus ortus, cujus mater Froila *b* fuit, patris verò nomen adhuc ignoratur. Ab infantia ſanctis diſciplinis imbutus, Deum timens, à malo recedens, cordis ſui intima ad æthera ſublevans, terrena cuncta deſpiciens, plenus fide & operibus bonis, ætatem illam tranſegit. Adoleſcens factus, præcognitis humanæ vitæ periculis, patriâ, parentibus & mundialibus honoribus relictis, cùm decem & octo eſſet annorum, ad eremum evolavit *c*, cupiens ſolitariam vitam ducere. Quâ inter ſylvarum opacitatem & montium hirſuta latibula deliteſcens, Deo gratus & ſibi lætus plurium annorum exegit curriculum. Sed quia vas electionis prædeſtinatus erat ad multorum illuminationem, prædicationis officium, no nſine prodigioſo ſui ipſius experimento, accipere conatus eſt. Nam, cùm quadam die dubius, an prædicationis munus ſibi inſumere liceret, accitis prunis ardentibus & in ore ejus miſſis, nullum aduſtionis ſenſit ardorem, imò nullum ignis ſignum ſuæ operationis in ore reliquit *d*. Igitur hinc tanto prodigio fretus, gratiis Deo actis, protinus ad opus prædicationis ſe accinxit, & ut officium illud Dei benedictione perageret, in oratione poſitus auxilium à Domino cordis ardore & mentis fervore depoſceret, intempeſta nocte nimiam vidit in eremo claritatem fulgentem, duaſque palumbas in ore ſuo intrantes, quarum altera, quæ flammei coloris erat, eum demulcebat *e*.

a
b
c
E
d
e

verbi Dei prædicatio & factum ab eo prodigium recenſentur.

2 Quibus ſignis lætus aſſurgens, eremum multo manè deſerens, ad plana deſcendens, populis frequenter prædicare cœpit, ex cujus ore magnalia atque dulcia eloquia, præclara verba exibant & ſuavia. Quod munus præconis verbi Dei tanto executus eſt populorum profectu, ut eum Spiritu Sancto repletum communi voce conclamaretur. His acceſſit celebre miraculum, quod iis temporibus evenit; nam cùm Homo Dei ſecum ſemper aſellum, qui librorum ſarcinam deferret, haberet, iſque nocte quadam à lupo interemptus eſſet, beatus Vir, Dei miſericordiâ fretus, animal rapax voce præceptiva vocavit, ut coram ſe præſtò eſſet, & de aſello devorato protinus rationem redderet. Affuit interpellationibus Viri Dei funeſtus lupus, plurimis, qui ſanctum Virum ſequebantur, præſentibus, &, demiſſo capite & ferocitate depoſita, ad pedes Froilani provolutus, pœnitentiam de facinore, à ſe commiſſo, petebat. Tunc Dei Servus, ut ſarcinam librorum, quam aſellus pôrtare conſueverat, ſuper ejus humeros perferret, mandavit; qui onus accipiens, manſuetus & humilis, per multos annos Viro Dei adhæſit, omnibus populis præbens humilitatis exemplum & Froilani ſanctitatem demonſtrans *f*.

F

f

3 Poſt

A *Monaſticam vitam amplexus, S. Attilanum diſcipulum ſibi adſcivit,*

3 Poſt hæc hominum auras vitans, publica fugere loca conſtituit, &, ut creditur, cucullam Benedictinorum monachorum induens, poſtquam illius Ordinis Regulam profeſſus eſt *g*, ſolitariæ vitæ habitaculum quærens, aptum in montem Cuturrinum *h* aſcendens, ſibi in profunda valle ædiculam extruxit exiguam, ubi in contemplatione, oratione, jejuniis & aliis mortificationibus aliquantulum temporis exegit. Cujus famam ſanctitatis agnoſcens Attilanus *i*, Sahaguntinenſis cœnobii alumnus, ut perfectioribus doctrinis imbueretur, illum inquirere deſtinavit, & in montem eumdem, quò Froilanus ſeceſſerat, aſcendens, ſanctum Virum invenit, cujus genibus provolutus, ab eo benedictionem accepit, illique omnia ſui cordis intima propalavit. Tunc Froilanus locum, ubi etiam ædiculam conſtrueret, demonſtravit, quâ orationi & meditationi inſiſteret. Attilanus protinus obedivit &, cellulâ conſtructâ, veſtigia ſancti Magiſtri humili ſubmiſſione inſectatur. Hîc ſancti Eremitæ vitam angelicam aliquantulùm egêre: ſed cùm illorum celebris fama totam pervolaret provinciam, ad eos audiendos populorum frequentia confluebat. Hinc verò Froilanus, multorum precibus flagitatus, ad oppidum Veſum *k* deſcendit, ubi confeſſorum turbas alimentis non ſolùm ſpiritualibus, ſed etiam corporalibus reficeret.

g
h
i

B *k*

ædificatiſque cœnobiis aliquot,
*edocente
*propinante Froilano

4 Divino igitur favente auxilio, cœnobium ibi ædificavit, trecentis monachis congregatis, quos pabulum cæleſtis doctrinæ edocens * & monaſticam diſciplinam propinans *, brevî domus illa ejuſque monachi miniſterio ſanctorum Abbatis & Prioris, domicilium ſanctitatis & theſaurus perfectionis vocata eſt. Hîc crebris miraculis Froilanus ſummam acclamationem adeptus, & aſſiduis virtutum cumulis celebrem famam conſecutus; cùm res Chriſtianæ in ultimo vitæ periculo conſpicerentur, frequentibus Sarracenorum victoriis, ita ut paſſim excidium alterum, peccatis noſtrorum depoſcentibus, timeretur *l*, illius virtutes & prodigia ad Legionenſium regem *m* devenêre, qui ejus ſanctitatem exaudiens, ad ſe ut veniret, rogavit. Cui cum maximo honore ſuſcepto cauſam adventûs propalavit, ut ſtatum regni, Agarenorum inſolentiam & temporum anguſtias detexit. Tunc ſanctus Abbas iram Domini propter peccata populorum & procerum brevî conſpiciendam & experiendam, niſi pœnitentia Numinis furorem placaret, publicis concionibus manifeſtavit, & regi, quid faciendum eſſet, prædixit. Qui ſancto Viro ad fratrum ſuſtentationem copioſam offerens pecuniam, poteſtatem in toto regno ſuo, ubi aptius & commodius ſibi videretur, cœnobia condendi dedit *n*. Hinc ad ſuos reverſus & ab Attilano & ſociis benignè ſuſceptus, Dei amore inflammatus & tantorum monachorum prole contentus regioque diplomate *o* fretus, novas monachorum colonias erigere decrevit. Ædificato igitur Taborenſi *p* monaſterio, multiſque aliis juxta fluvium Eſtolam, ſeu Ezlam *q*, ſibi habitaculum MORÉROLAM *r* nomine cœnobium, ubi ducentos ferè monachos congregavit, ſub ſe abbate & Attilano Priore conſtruxit.

l
m
C
n
o
p
q
r

conſecratur epiſcopus ac virtutibus miraculiſque clarus moritur.

5 Eo tempore Legionenſi atque Zamorenſi eccleſiis paſtoribus orbatis, cùm rex *ſ* Legionenſis tantam in viro Dei Froilano virtutem & divinam gratiam conſpexiſſet, clamori populi id enixè poſcentis, proprioque deſiderio ſatisfacere volens, ſanctum Virum, tametſi invitum & renuentem, in epiſcopum Legionenſem ordinari, non ſine maximo cunctorum applauſu curavit, ſancto etiam Attilano Zamorenſi cathedrâ commendatâ. Qui ambo die ſancto Pentecoſtes pariter conſecrantur *t*. Conſtitutus igitur Froilanus in ſede epiſcopali, cœpit officium paſtorale non ſegniter exercere. Quem Dominus non tantùm pluribus illuſtravit miraculis, ſed & ſpiritu prophetiæ illum decoravit, quo multoties futura præſagiebat. Unde mortis ſuæ terminum cognoſcens, congregatâ multorum catervâ clericorum atque monachorum, cunctis lamentantibus, cæleſtis illa anima, corporea veſte depoſita, choris comitata angelicis, in æthera ſublata, triumphans cælos intravit IV Nonas Octobris *u*; ſanctumque corpuſculum pretioſo ſepulchro à rege *x* conſtructo in Legionenſi eccleſia reconditur *y*.

ſ
F
t
u
x
y

Ejus corpus ex metu Saracenorum aliò tranſlatum, dein Legionem revectum.

6 Quod poſtmodùm Agarenorum metu in eccleſia S. Petri occluſum *z*, inde in Vallem-Cæſaris *aa*, pòſt in cœnobium Moreruelenſe *bb*, & dignè ad ſuam eccleſiam Legionenſem, aliquot ſacris lipſanis relictis in cœnobio ejuſmodi, tranſlatum fuit *cc*, ubi hodie honorificè requieſcit, & ſummo populi plauſu & totius diœceſis, qui eum Patronum agnoſcunt, veneratione colitur. Prout & Ordo Benedictinus, qui ſanctum Præſulem fatetur alumnum, civitas Lucenſis Gallæciæ, quæ illum civem indigetat, & tota denique Hiſpania, quæ ipſum ſuum Accolam & naturalem Divum conclamat.

z
aa *bb*
cc

ANNOTATA.

a Lucus Auguſti, *inquit Baudrandus*, Callaïcorum Lucenſium caput, in Hiſpania Tarraconenſi Plinio & Antonino, vulgò etiam LUGO, urbs eſt Gallæciæ, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Compoſtellano, ad Minium fluvium ſedens verſus ejus fontes. *In hac autem urbe, ſeu potiùs in ſuburbano ejus tractu, è parentibus nobilibus natum fuiſſe* S. Froilanum, *conſtans eſt tum ſcriptorum tum indigenarum opinio. Cùm verò, ut Lobera pag.* 12 *versâ ex Breviario Zamorenſi refert, annos* 73 *Sanctus vixerit, conſequens eſt ex iis, quæ num.* 7 *& ſeqq. de ejus emortuali anno dicta ſunt, ut anno Chriſti* 933 *mundo datus fuerit.*

b *Hæc, ut ſcribit Mabillonius parte* 1, *Sæc.* VI *Bened. pag.* 58, ita perfectè vitæ Chriſtianæ partes egit, ut publico cultu in diœceſi Lucenſi celebretur, in cujus eccleſia cathedrali viſitur etiam nunc illius ſepulcrum. *Cultum eidem ſanctæ matronæ etiam adſcribit Caſtellanus in Aemeris pag.* 914, *teſtaturque Angelus Manrique*, illius merita ad miracula uſque protendi. *Quæ omnia ſi vera ſint, mirari ſatis non poſſum, nullum huic matronæ elogium in ſuo Martyrologio Tamayum texuiſſe, qui Sanctos, etiam exteros, obtorto collo in Hiſpaniam trahit, nec indigenas illaudatos ire permittit.*

c *Non vitam ſolitariam in eremo, ſed cœnobiticam in monaſterio Ordinis S. Benedicti amplexum tum fuiſſe, Mabillonius aliique volunt. At cùm nullum pro ſe adducant antiquitatis teſtimonium, præſtat cum Thoma de Heredia tom.* 4 *Vitarum Sanctorum Ordinis S. Benedicti pag.* 15 *rem hanc in medio relinquere, ac cum eo dicere*, dubium eſſe, quam priùs vitam (*S. Froilanus*) relictâ patriâ ſuâ, amplexus ſit, anachoreticam,

Ex Breviariis.

cam, an cœnobiticam ?

d *Credi potest, speciali sancti Spiritus impulsu ita divinam voluntatem explorâsse, sine quo certè mortalibus imitandum exemplum non reliquisset.*

e *Non dissimiles viris sanctis, seu dormientibus, seu vigilantibus, objectas animo vel oculis species divinitus fuisse, suamque Deum voluntatem in rebus ambiguis quandoque insolito quodam signo declarâsse, vocari in dubium non potest. Idem autem re ipsa etiam Sancto nostro contigisse, vellem, ut inexpugnabili probatione demonstrari posset.*

f Illud miraculum, *inquit Lobera pag.* 21 *versâ*, montanis Legionis urbis accolis notissimum est, & recepta per manus traditione, certum ab iis habetur : *& pag.* 22 : Quanta autem fides huic traditioni tribuenda sit, luculentè ostendunt veteres picturæ, quæ hoc prodigium exhibent. Namque in choro Legionensis ecclesiæ... jam à ducentis annis exstat proeminenti opere sculpta S. Froilani imago & lupi librorum sarcinam deferentis adjuncta effigies. *Ita ipse anno* 1596 *scripsit. Sunt tamen, qui, ut fidem certam huic miraculo habeant, efficaciora, quibus*
B *id probetur, antiquitatis testimonia postulabunt.*

g *Ascetam aliquando fuisse Ordinis S. Benedicti, consentiunt scriptores ; at incertum, an in S. Claudii Legionensi monasterio, an contrà in Sahaguntino cœnobio, monachum Sanctus induerit. Claudiani ascetæ, qui*, S. Froilanum *suum fuisse alumnum, adstruunt, traditionem, nescio quam, pro se adducunt ; Sahaguntini verò chartam, à quodam Froilano abbate ærâ Hispanicâ* 1030 *datam, allegant. Verùm cùm ærâ illâ seu anno Christi* 992 *Sanctus noster episcopus jam esset, hæc charta ei attribui non potest. Exstat quidem charta, teste Lobera pag.* 16, *Sahaguntinis à* S. Froilano *episcopo data ; verùm ex hac colligi non potest, Sanctum nostrum in Sahaguntino cœnobio monasticum habitum induisse, prout idem Lobera loco citato fatetur ; tametsi tamen aliunde Sahaguntinorum sententiæ faveat. Litem hanc indecisam relinquo, cùm, teste Joanne de Marieta lib.* 5 *Hist. eccles. omnium Sanctorum Hispaniæ pag.* 133 *versâ, litteris proditum non sit, ubi* S. Froilanus *vitam monasticam professus fuerit.*

h *Mons Cuturrinus, vulgò* Curueno *&* de Corros *dictus, situs est, inquit Lobera pag.* 15,
C in regno & diœcesi Legionensi, septem ab hac civitate leucis. *Consentit Yepezius in Centuria* 6, *pag.* 200, *ubi eidem monti etiam nomen* Curbeño *inditum esse, scribit. Pars est regionis Montanæ, quæ* Valcei *seu* Valcessar *&* Valdecesar *nomen habet. Subdit Lobera pag.* 32 *versâ & pag.* 33, *in medio Cuturrini montis fontem esse, qui hodieque à* S. Froilano *nomen habet.*

i *Is postmodùm Zamorensis episcopus creatus est. Quæ ad hunc Sanctum attinent, vide pag. seq.*

k Ab alto asperoque Cuturrino monte in vallem Oueso, *seu, ut Yepezius scribit*, Obesso *dictam*, prædicationis gratiâ descendit cum suo discipulo S. Froilanus, ibique, prout scribunt auctores, monasterium fundavit. *Ita rursus Lobera pag.* 34. *Huic monasterio, teste Mabillonio parte* 1 *Sæc.* VI *Bened. pag.* 58, S. Froilanus præfuit, Attilianum (*seu potiùs* Attilanum) sub se habens Priorem.

l Hispania tunc, ut nemo nescit, variis calamitatibus erat attrita, quæ non minùs intestinis vexabatur dissentionibus, quàm Maurorum barbarie, qui illic tunc temporis ferè ubique dominabantur, *inquit Mabillonius loco cit. De miserrimo Christianorum in Hispania statu fusè ad hæc tempora agunt Mariana & Joannes de Ferreras, quos adisis.* D

m *Fuit is, ut Lobera, Yepezius, Mabillonius aliique rectè existimant, Ramirus III, qui ab anno Christi* 967 *usque ad* 982 *Legionensibus præfuit, quique, ut ait Mabillonius*, desperatis quasi rebus, ad Dei præsidium confugere jam tunc statuerat.

n *Nempe, ut idem Mabillonius rectè exponit*, ut viri religiosi (*in suis monasteriis*) pro sedandis regni tumultibus Deum exorarent.

o *Neminem novi, qui illud diploma, è tenebris erutum, excudi fecerit.*

p Tabarense *Mabillonius vocat. Laudatus porrò Yepezius pag.* 201 *notat, in valle Tavara conditum à Sanctis his fuisse monasterium*, Moreruela *dictum, atque ideò vocatum* Moreruela de Tavara, *dissitum unâ leucâ à fluvio Ezla seu Estola, diversumque à Morerolensi monasterio, quod hodieque exstat.*

q Estola, *inquit Baudrandus*, fluvius Hispaniæ, nunc el rio Esla, oritur ex montibus Asturum, deinde in Meridiem fluens per regnum E
Legionense, Legionem urbem rigat, & Beneventum, (*aliàs* Benaventum) & postea auctus Orbico & aliis fluviis minoribus, in Durium se exonerat inter Mirandam ad Occidentem & Senticam (*Zamoram*) ad Orientem. *Ceterùm cum Yepezio existimat Mabillonius* permulta illa, circa Estolæ fluvium sita monasteria potiùs à Froilano restaurata, quàm de novo excitata fuisse.

r *Hujus cœnobii, quod à Cisterciensis Ordinis monachis, qui illud nunc incolunt*, S. Mariæ de Morerola *nomen accepit, primordia & progressus fusè describit Angelus Manrique in Annalibus Cisterciensibus ad annum Christi* 1131, *capp.* 8 & 9, *quem proin, si lubet, consule. Situm verò ejusdem monasterii ita pag.* 231 *exponit :* Est Morerola non longè ab Ezla fluvio, in humili planitie uliginosa, atque ex vicini montis impedimento minùs pervia ventis, eoque ad salutem minùs apta, ut Sancti illi quæsiisse viderentur virtutem acquirendam ex instituto, sed in infirmitate perficiendam, cui monasterium obnoxium usque ad tempora *etiam hodierna.* Utrimque habet Zamoram & Benaventum, distantiâ ferè æquali, quatuor ab hoc leucarum, sex ab illa. F

s *Non fuit is Ramirus III, à quo ædificandorum cœnobiorum facultatem Sancti acceperant, sed ejus successor Veremundus II, qui, uti rectè Mabillonius scribit*, defuncto Ramiro, Legionense regnum suo Callæciano addiderat.

t *Factum id est die* XXX *Maii, cùm anno Christi* 990, *quo Sabarico* S. Froilanus *successit, Paschæ inciderit in* XX *Aprilis, uti etiam videre est apud Labbeum in Concordia chronol. parte* 1, *pag.* 298.

u *Seu die* IV *Octobris. Undènam verò hic emortualis dies ut certus hîc adstruatur, prorsus ignoro.*

x *Alphonsus, hujus nominis V Legionensium rex, hîc designatur, quem Sancto nostro pretiosum mausoleum exstruxisse, antiquorum testimonio probare non possum.*

y Cùm octo vel novem annis, ex quo cathedralis ecclesia polluta dirutaque à Saracenis esset, S. Froilanus vitâ functus sit, indubitatum est, *inquit Lobera pag.* 147, eum in hac sepultum tunc temporis non fuisse, *existimatque idem auctor, sepulturam primò nactum fuisse in eccle-*

sia

A *ſia S. Petro ſacra, quæ cathedrali vicina erat. At, cùm ultimi ſui aſſerti antiquum teſtem non laudet, fides ſit penes Loberam.*

z *Allegatam hîc tranſlati corporis* S. Froilani *cauſam Lobera improbabilem cenſet, cùm tunc temporis timendum à Saracenis non fuerit, aut, ſi fuiſſet, non ex urbana in ſuburbanam S. Petri eccleſiam, quæ hîc deſignata videtur, tranſferri Sancti corpus debuiſſet, utpote quæ magis, quàm cathedralis eccleſia, hoſtium furori expoſita erat.*

aa *Mirabilia, quæ in hac tranſlatione contigiſſe, Lobera à pag.* 153 *narrat, apud eum legat, cui ad id animus eſt. Vereor ego, ne hæc tam incerta ſint, quàm annus & dies, quo illa tranſlatio facta fuerit.*

bb *Morerolenſis abbatiæ antiqua Miſſalia hujus tranſlationis memoriam indicant die* XVI *Januarii, uti ait Lobera pag.* 156 *versâ. At quonam anno hæc facta ſit, definire non audet laudatus ſcriptor pag.* 156 *versâ. Ceterùm prodigioſam hujus tranſlationis hiſtoriam, qui mirabilibus delectatur, apud eum legat à pag.* 154.

cc *Hujus tranſlationis memoria agitur in Le-*
B *gionenſi eccleſia die* XI *menſis Auguſti, uti Lobera pag.* 158 *teſtatur. Ceterùm haud multò aliis certiora ſunt hujus tranſlationis adjuncta, quæ legeſis apud eumdem Lobera à pag.* 156. *Id unum* D
aliunde certum eſt, S. Froilani *corpus, partim in Legionenſi eccleſia, partim in Morerolenſi honorificè depoſitum eſſe, prout Athanaſius de Lobera jam ſæpe laudatus, Yepezius aliique multi teſtantur. Quàm verò diu ante annum Chriſti* 1142 *Legionem pars corporis* S. Froilani *revecta fuerit, nihil etiam occurrit, unde definiam. Sanè non ultra hunc annum differri poſſe tranſlationem illam, manifeſtum fit ex Hiſtoria tranſlationis corporis S. Iſidori, epiſcopi Hiſpalenſis cap.* V, *in qua apud nos tom.* I *Aprilis pag.* 361 *expreſſa mentio fit de* S. Froilani *corpore ſeu corporis ejus magna parte, quæ unà cum aliis Sanctorum reliquiis ſolemni ſupplicantium ritu per Legionenſem urbem delata fuit per Joannem ejuſdem urbis epiſcopum; qui cùm ſedem hanc anno Chriſti* 1133 *aſcenderit, eamque, uti in Catalogo Epiſcoporum Legionenſium tom.* 6 *Martyrologii Hiſpani pag.* 99 *traditur, non ultra annum Chriſti* 1142 *tenuiſſe videatur, conſequens eſt, ut ante annum illum* 1142 *è Morerolenſi monaſterio in Legionenſem eccleſiam illatæ fuerint illæ* S. Froilani *Reliquiæ, atque adeò ut tranſlatio illa ſub Maurico Joannis ſucceſſore, qui ad uſque annum* E
Chriſti 1161 *in vivis fuit, non rectè ab aliquibus ſtatuatur.*

DE S. ATTILANO EPISCOPO ZAMORÆ IN HISPANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. G.

Variæ de Sancti ætate, cultûs initio, deque ejus epiſcopatu ſententiæ: diverſus eſt ab epiſcopo Attila; S. Froilani diſcipulus & dein, uti oſtenditur, epiſcopus Zamorenſis fuit: Benedicti PP. XIV de ejus canonizatione & epiſcopatu verba expenſa: Sancti in Mrll. memoria, cultus, reliquiæ: qualia Acta edenda.

C F

ANNO MIX. *Propoſitis, quæ de Sancti ætate, eccleſiaſtico cultu*

Ametſi inter editam S. Froilani edendamque S. Attilani *Vitam ea connexio eſſe videatur, ut, qui illam nôrit, hanc pariter maxima ex parte nôrit; nec appareat, ſtabilitâ variis diplomatis S. Froilani ætate, difficultatis quidquam ſupereſſe, ut* S. Attilani *quoque, quem communis auctorum conſenſus illius in monaſtico inſtituto diſcipulum facit, ſat propè definiri ætas queat; tamen, ſi res penitiùs inſpiciatur, variique, qui de hoc Sancto ſcripſerunt, auctores conſulantur, non omnem de Zamorenſi Præſule noſtro enodatam difficultatem, imò ne ullam quidem, quæ ad eum nominatim pertineat, in tranſcurſu jam editi Commentarii attactam fuiſſe, nemo non manifeſtè videbit. Quippe, præterquàm quòd, coævorum teſtium defectu, non ita certum videatur,* Attilanum *noſtrum S. Froilani in monaſtico inſtituto alumnum exſtitiſſe, tam diſſona tamque inter ſe pugnantia gravium ſcriptorum de illius ætate, epiſcopatu & cultûs initio teſtimonia occurrunt, ut, in quam te vertas partem, anceps primo intuitu hæreas. Et verò, prout Athanaſius de Lobera, ſæpiſſimè ſuprà laudatus, pag.* 335 *versâ Hiſt. Magnitud. eccl. Legionenſis & alibi in ſui Operis decurſu luculentè oſtendit, alii Sanctum ante generalem Hiſpaniarum per Mauros ſeculo* VIII *devaſtationem; alii tempore Alphonſi II, Legionenſium regis, cognomento* Caſti, *ſeu ante annum Chriſti* 842; *alii tempore Alphonſi III, cognomento* Magni, *ſeu ante annum* 912; *alii denique ſeculo* XI *ineunte, alii eodem nonnihil progreſſo, mortalem cum immortali vita commutâſſe, aſſerunt: & rurſus, eum alii Zamorenſem, alii Legionenſem, alii Aſtoricenſem, alii regionariium ſine certa ſede epiſcopum faciunt. Denique de initio exhibiti ei ab Eccleſia cultûs nihilo magis inter auctores multos convenit, cùm alii eum ab Urbano PP. I, alii ab Urbano PP. II in Sanctorum numerum relatum fuiſſe ſcribant.*

& epiſcopatu Zamorenſi agitantur, controverſiis,

2 *Non multò ea ex parte, uti infrà patebit, expeditu difficilis hic locus eſt; at non ita paucis ac facilè quorumdam de Sancti ætate & epiſcopali ſede aſſertionibus fieri poteſt ſatis. Nam, quominus* S. Attilanus, *prout in Vita S. Froilani refertur,*

AUCTORE J. G.

hujus in monaſticæ vitæ inſtituto ad annos aliquot ſocius, ac dein anno 990 unà cum eo conſecratus epiſcopus ſtatui poſſit, ut aliorum infundatas opiniones, & quæ vel parùm vel nihil urgent, argumenta nobis adverſantium tranſmittam, obſtare penitus videntur Ordonii II, Legionenſium regis, diplomata, ſub annum Chriſti 915 edita, quibus S. Attilani *noſtri, jam tum epiſcopi, nomen ſubſcriptum eſſe, Ambroſius de Morales tom. 3 Chronici generalis Hiſp. lib. 15, cap. 44 confidentiſſimè & tamquam oculatus teſtis affirmat. Ex oppoſito verò ne* Zamorenſem *epiſcopum ab anno Chriſti* 990 S. Attilanum *dicamus, prohibere videntur Roderici, archiepiſcopi Toletani, ſec.* XIII *ſcriptoris, aliorumque inſignium auctorum diſertiſſima verba, quibus Zamorenſem urbem, non, niſi poſt integrum ab* Attilani *morte elapſum ſeculum, in epiſcopatum erectam fuiſſe, tradere videntur. Rodericum audi lib. 6 de Reb. Hiſpan. cap. 27 in fine:* Eum (*Hieronymum Petragoricenſem, ſeu, ut loquitur,* de partibus Petragoricæ) dominus Bernardus metropolitanus ejus & primas, (*inchoato jam annis aliquot ſeculo* XII) in civitate poſuit Zamorenſem, ut ibi epiſcopalia exerceret, in qua (*Zamorenſi urbe*) nondum fuerat nec epiſcopus, nec eccleſia Cathedralis. Duxit etiam de eiſdem partibus Bernardum, quem poſt mortem Hieronymi fecit epiſcopum in eccleſia Zemorenſi, & iſte fuit primus proprius epiſcopus Zemorenſis. *Audi & pro recentioribus Garziam Loaiſa in Collect. concil. Hiſp. pag.* 157, *vel eruditiſſimum Cardinalem Aguirre tom. 2 Concil. Hiſp. pag.* 312 *hæc ejus verba tranſcribentem :* Zamora, *inquit,* Alphonſo VI oratore, Calliſto II Romano Pontifice, circa annum Domini MCXIX in epiſcopatum erecta, *adeóque diu poſt annum Chriſti* 990, *quo nos Sanctum* Attilanum *epiſcopum Zamorenſem ſtatuimus. Atque hæc præcipua ſunt difficultatum infrà explanandarum capita, quæ, quòd ſoli* Attilano *propriæ ſunt, in præcedenti Commentario aptè diſcuti non potuerunt, ac proin neceſſariò huc remittendæ fuerunt.*

B

3 *Ac primò quidem quod ad Moraleſii, ſuprà laudati, ſententiam attinet, quâ is loco citato ſub Ordonio II circa annum Chriſti* 920 SS. Attilanum *& Gennadium Aſturicenſem obiiſſe, certum exiſtimat; non ei in hac parte refragabor, quæ S. Gennadium ſpectat, cujus obitum etiam Papebrochius noſter tom.* VI *Maii pag.* 94 *circa annum* 925 *collocandum cenſuit: at non ſic me ſibi conſentientem habebit, cùm S. Gennadio* Attilanum *noſtrum coævum facit, nixus, neſcio, quibus diplomatis, Zamoræ ab Ordonio II editis. Etenim tametſi verum ſit, ſub eo principe Attilam quemdam epiſcopum exſtitiſſe, qui uni pluribuſve diplomatis ſubſcripſerit; an propterea* Attila *ille* (*ita enim illic nomen ejus ſcribitur*) *non alterius, quàm Zamorenſis urbis, antiſtes fuit? Aut an is certò idem eſt cum* Attilano, *qui Sanctorum albo inſcriptus, hodierno die in Mrl. Romano celebratur? Neutrum profectò, meâ quidem ſententiâ, Moraleſius inde confectum dederit, cùm, teſte Athanaſio de Lobera pag.* 367, *diplomata illa* Attilam *quidem epiſcopum præferant, at ſine ullo epiſcopalis ſedis, quam hic tenuerit, indicio. Neve ambigas, utri major in hac re adhibenda fides ſit, aſſerit loco citato præfatus Lobera, ſe idem tabularium, quod Moraleſius commemorat, ſuiſmet oculis etiam vidiſſe, iiſque, qui Moraleſium eò introduxerant, præſentibus, diplomata illa perluſtrâſſe,* quibus, *inquit,* tametſi Attilæ epiſcopi

probatur perperam is confundi cum quodam Attila epiſcopo,

C

ſubſcriptum nomen ſit, ipſa tamen epiſcopalis ſedes nuſquam exprimitur. Atque hinc cùm auctor ille (*Moraleſius*) S. Attilanum Zamorenſem epiſcopum fuiſſe ſciret, hunc eum eſſe ratus, qui diplomatibus illis ſubſcripſerat, inconſideratè Attilam illum, non ſine veritatis hiſtoricæ damno, Zamorenſem epiſcopum fecit. *Ita memoratus Lobera, qui, niſi eruditis teſtibus perſpecta ceteriſque certiſſima retuliſſet, non impunè & tacentibus Hiſpanis omnibus, tantæ oſcitantiæ regium chronographum publicè arguiſſet.*

D

4 *Fac etiam, Sandovalium, qui Moraleſio favet, hallucinatum non fuiſſe, dum pag. 66 de monaſterio Sahaguntino ſcribens, aſſerit unum alterumve diploma exſtare, in quo* Attila *ille Zamorenſis epiſcopus dicitur, eumdemque hunc cum illo eſſe, qui librum de Virginitate S. Mariæ à S. Ildephonſo compoſitum, manu ſua tranſtulit, è monacho de* Domnos ſanctos *creatus Numantinus ſeu Zamorenſis epiſcopus, prout apud Mabillonium Sæc.* VI *Benedict. part. 1 pag.* 82 *refertur; hæc, inquam, Moraleſio etiam concedantur. Num hinc ſolidè conficitur, hunc à* S. Attilano *noſtro diverſum non eſſe, nec unius alteriuſve ſeculi decurſu duos* Attilanos *in eadem epiſcopali cathedra ſediſſe? Atqui etiam in Sandovaliana ſententia niſi hæc, quæ adſtruo, ut veritati conſona admittantur, neceſſe per conſequens erit, ut vel contra expreſſam plurium diplomatum fidem S. Froilanus,* Attilani *noſtri magiſter, ante ſeculi* IX *exitum ſub Alphonſo III floruiſſe ſtatuatur, vel ut contra communiſſimam ſcriptorum opinionem conſtantemque eccleſiarum Hiſpaniæ traditionem* S. Attilanus *Froilani in monaſtica vita diſcipulus deindeque coëpiſcopus fuiſſe, negetur. At Moraleſius tom. 3 pag. 151 & ſeq. nihil abſurdi in eo invenit, ut ſub Alphonſo III S. Froilanus potiſſimùm floruiſſe dicatur; quin imò id ipſum pluribus ipſe contendit. Id quidem non me latet. Verùm num ſuam Moraleſius antiquitatis teſtimoniis, ut nos noſtram ſuprà ſtabilivimus, ſententiam firmavit? Num adducta à nobis diplomata vel rejecit vel ita expoſuit, ut ſua his non evertatur opinio? Neutrum vir eruditus præſtitit; imò, ne unum quidem ex tam multis, quæ Lobera recenſuit, diplomatibus ab anno* 990 *à S. Froilano firmatis, Moraleſio notum fuiſſe, non temerè conjectare licet. Neque verò cum eodem apud Loberam pag.* 368 *argui contra nos poteſt, dum Ordonius II ſub annum* 918 ex proprio palatio, *ut Lucas Tudenſis in Chron. tom. 4 Hiſp. illuſtr. pag.* 81 *loquitur,* Legione eccleſiam fieri fecit, cathedramque epiſcopalem in ea ſtatuit, Attilanum *noſtrum unà cum undecim aliis epiſcopis ſolemnitati illi interfuiſſe; quandoquidem, in edito hac occaſione Ordonii II diplomate, non modò, ut Lobera teſtatur, nulla Attilæ aut Attilani, Zamorenſis epiſcopi, mentio facta eſt, ut contrà, eodem teſte, omnino ab Attila vel Attilano diverſus, Zamorenſis antiſtes, nimirum Joannes, chartam illam ſuo chirographo muniiſſe legatur.*

nec ſub Alphonſo III aut Ordonio II epiſcopus fuiſſe.

E

F

5 *Quòd verò, contrà ac laudatus chronographus apud Loberam pag.* 366 *verſâ aſſerit, ſub eodem Ordonio rege* S. Attilanus *tranſlationi reliquiarum S. Froilani non interfuerit, nedum ad illam multùm ipſe contulerit, ex iis, quæ ſuprà de emortuali Legionenſis Antiſtitis anno dicta ſunt, manifeſtiſſimum fit. Quid? quòd ſub illo Legionenſium rege, cujus obitum anno Chriſti* 923 *communiter ſcriptores illigant, necdum natus eſſet S. Froilanus, ut ſuprà pariter pag.* 233 *Annot.* a oſten-

utpote S. Froilano anno 1006 *defuncto, ætate junior ejuſque diſcipulus*

AUCTORE J. G.

A *ſenſum eſt. At nec eodem tempore* Attilanum *noſtrum mundo datum fuiſſe, vel ex eo etiam evincitur, quòd is S. Froilano annis aliquot junior & illius in monaſticæ vitæ inſtituto diſcipulus ab omnibus paſſim ſtatuatur. Sed fortè ſubibit animum ſciſcitari, quo id fundamento fiat. Reſpondeo, hoc quidem coævorum teſtimonio exploratum dici non poſſe; attamen præter traditionis conſtantis & Breviariorum veterum auctoritatem, quæ id ſuadeat, non contemnendum exſtare documentum, quo illud ſatis ſolidè ſtabiliri poſſit. Joannes Ægidius Zamorenſis, exeuntis ſec.* XIII *auctor, in Hiſtoria Tranſlationis & Inventionis corporis B. Aldephonſi, ſeu Ildephonſi, archiepiſcopi Toletani, cujus apographum ex authentico Ms. Zamorenſi deſumptum, nobis anno* 1722 *communicavit Joannes de Ferreras, quod & in Supplemento Januarii locum ſuum inveniet, laudatus, inquam, ſec.* XIII *auctor, narrat num.* 3, *ereptâ barbaris Zamorâ, divinoque cultu in eccleſia dilatato, Zamoram veniſſe virum quemdam Toletanum, qui Didaco, illius eccleſiæ venerabili præ ceteris clerico ſua peccata ſecretò confeſſus ſupernam & calicam viſionem ipſi patefecit, quam his*

B *verbis num.* 4 *recenſet:* Aſſeruit namque (*vir ille Toletanus*) à B. Aldefonſo ſe in virtute deductum fuiſſe ad eccleſiam prælibatam (*de Zamorenſi eccleſia S. Petri ſermo eſt*) & omnia ſigna, quæ ſibi B. Aldefonſus, Deo juvante, revelaverat, oculis carnalibus conſpexiſſe, & ut argumentis neceſſariis probaretur, quòd divinam revelationem impreſſerat apici mentis ejus, locum, ubi corpus B. Aldefonſi jacebat reconditum, præoſtendit; adjiciens, quòd ibidem corpus beati Attilani, qui in eadem eccleſia pontificali functus fuerat officio, quieſcebat; & ob hoc ſi locum ipſum effoderentur *, B. Aldefonſi pignus ſanctiſſimum invenirent, in altare videlicet, quod eo tempore in eccleſia veteri fuerat in honorem Virginis almifluæ dedicatum, ubi circa ejuſdem almifluæ Virginis altare corpus ſancti ATTILANI pontificis, BEATISSIMI FROYLANI SOCII, reconditum eſſe, dicebat, ſicuti revelatio declarabat.

* effoderent

uti & in epiſcopatu collega,

C 6 *Jam verò, cùm revelationem hanc, quantùm ad S. Ildephonſi corpus attinet, non inanem fuiſſe, teſte eodem ſcriptore, comprobârit eventus; quid, quæſo, obeſt, quominus etiam iis, quæ de* S. Attilano *ex revelatione ſe didiciſſe, vir pius aſſeruit, haberi fides debeat, atque adeò ut non ex ſola eccleſiarum Hiſpaniæ traditione ac Breviariorum auctoritate, ſed etiam ex facta divinitus revelatione* S. Attilanus *Froilani ſocius rectè ſtatuatur. Quod ſi nonnullis ſeverioris ſupercilii criticis hoc argumentationis genus, quod à facta homini privato revelatione ducitur, minus firmum habeatur, his aliud argumentum oppono, quo id, quod contendo, ſatis firmari queat. Anno Chriſti* 1260, *ſeu, ut Joannes Ægidius ſcribit,* Aldefonſo (X) rege Legionis & Caſtellæ in regem Romanorum electo, regnante, & venerabili patre domino Sugerio Zamorenſem eccleſiam gubernante, *contigiſſe illam corporis S. Ildephonſi inventionem, Joanni de Ferreras aliiſque aſſerentibus, credi meritò poteſt; factam verò Toletano viro revelationem, ſeu ſi mavis ejus de* S. Attilano *relationem annis plurimis ipſam corporis S. Ildephonſi inventionem præceſſiſſe, ſatis inſinuat laudatus Joannes Ægidius, dum Toletani illius homini ad Zamorenſem eccleſiam acceſſum iis innectit temporibus, quibus è Saracenorum manibus erepta Zamora cultuſque divinus eatenus in eccleſia illa dilatatus erat, ut Officia eccleſiaſtica ritè illic à clericis peragerentur, necdum tamen eiſdem ſtabilis epiſcopus, utpote cujus Ægidius omnino non meminit, ſed venerabilior aliquis è clero præeſſet ſacerdos, eâque præditus auctoritate, ut, ſi rationi congruum exiſtimâſſet, legitimè in S. Ildephonſi conditum ſub altari corpus inveſtigare potuiſſet. Quæ cùm ultra annum* 1119, *ſeu, ultra de novo inſtituti Zamorenſis epiſcopatûs primordia differri nequeant, conſequens eſt, ut corporis S. Ildephonſi inventionem ſeſquiſeculo ſaltem præceſſerit Toletani illius recenſita de SS. Ildephonſo &* Attilano *narratio, contigeritque hæc fortaſſis haud diu poſt utcúmque inſtauratam à Ferdinando I rege Zamoram, atque adeò ut non parùm ante ſec.* XI *exitum per Hiſpaniam vulgo invaluerit fama illa, quæ Sanctum noſtrum S. Froilani ſocium facit, cui quidem receptæ jam tum opinioni cùm ſe nemo antiquior aut ſubæqualis ſcriptor opponat, quid eſt, quominùs illi ſat certa fides adjungi queat?*

tametſi cum ſuo magiſtro diplomatis variis

7 *At, inquies, ſi* S. Attilanus *primùm in monaſtico inſtituto S. Froilani ſocius, cum eo deinde anno Chriſti* 990 *creatus epiſcopus ſit, eique etiam, ut aſſignato ad marginem emortuali hujus anno adſtruitur, ſuperſtes aliquamdiu in vivis fuerit, ut quid, cùm S. Froilanus, teſte Lobera pag.* 114, *plùs centum & quinquaginta diplomata ſuo chirographo firmârit, nullis* Attilani *nomen editis eodem tempore diplomatibus ſubſcriptum legitur? Rem hanc fateor poſſe ſat miram prima fronte videri, neutiquam tamen hinc evinci, contendo,* S. Attilanum *eodem tempore Zamorenſem cathedram non tenuiſſe. Etenim, tametſi diplomata, quæ hactenus è tenebris eruta ſunt, ſancti Antiſtitis noſtri nomen ab anno Chriſti* 990 *uſque ad* 1009 *non exhibeant, conſequens hinc non eſt, nullis regiis privatiſve chartis, quæ forſitan adhuc in tenebris latent,* S. Attilanum *ad ea tempora ſubſcripſiſſe. Sed tamen, ne ſola hîc niti conjecturâ videamur, ſit ita, ut ſanctus Antiſtes noſter nullis umquam Veremundi II aut Alphonſi V diplomatis ſubſcripſerit. Eumne tu propterea ſub his regibus floruiſſe, neges? Id ſi facias, quot non erunt ſanctitate inclyti præſules, quorum vitæ epocham, utut aliunde vel ſcriptorum unanimi conſenſu vel antiquæ aut ſupparis traditionis teſtimonio firmatam, dubiam ſaltem incertamque tibi eſſe, pronuntiare per conſequens debeas? Et verò, quod ex diplomatum ſilentio contra admiſſam aliunde Sanctorum ætatem depromitur argumentum, nemo non videt, quàm debile & infirmum ſit, ac tum præſertim cùm reddi ſat ſolida ratio poteſt, cur regum diplomata ſuo chirographo unus alterve antiſtes non confirmârit.*

E

F

ſubſcripſiſſe non inveniatur.

8 *Ut alias, quæ ad rem noſtram faciunt, hîc prætermittam, hæc ab Yepezio Chron. gener. Ord. S. Bened. Cent. 6 pag.* 206 *perquàm plauſibilis ratio ſuppeditatur, nimirum,* quia Legione, quæ regum ſedes erat, S. Froilanus degebat, ad eum regis ſcriba, ſi qua roboranda epiſcopali chirographo charta erat, nullo negotio recurrebat, quo hanc ſanctus antiſtes ſui adſcriptione nominis firmaret. Contrà verò cùm S. Attilanus ab aula regia abeſſet, eamque pro viribus fugitaret, mirum non eſt, nulla ejus chirographo roborata diplomata inveniri. Accedit, *inquit,* bella frequentia ad Zamoram urbem eo tempore geſta fuiſſe, ſanctumque Attilanum epiſcopali urbe dudum abfuiſſe; ut adeò nullis eum diplomatis regiis ſubſcripſiſſe, intellectu proclive ſit. *Ita ferè Hiſpano idiomate Yepeſius. Ex quibus omnibus judicet nunc eruditus lector, an ea, quæ nobis hîc adverſarii objiciunt argu-*

AUCTORE J. G.

menta, id ponderis habeant, ut à communi scriptorum consensu constantique ecclesiarum Hispaniæ traditione, tametsi revelatione cælitus facta stabilita non esset, propterea recedendum sit. Si autem tali auctoritate hîc stare meritò liceat, consectarium est, ut, cùm S. Froilanus ab anno Christi 990, sicut suprà demonstratum est, ad usque annum 1006 Legionensem cathedram possederit, etiam S. Attilanus, *ejus in monastica vita socius & in episcopatu collega, sub seculi* X *exitum & subsequentis initium Zamorensem sedem occupâsse statuatur.*

Fuit episcopus Zamorensis urbis, quæ Numantiæ nomen ante annum Christi 990.

9 *Sed ex oppositio capite alia eaque implicatior exsurgit difficultas, in eo nempe sita, quî fieri possit, ut* S. Attilanus, *S. Froilani socius, Zamorensis episcopus à nobis rectè dicatur, si quidem, teste Roderico Toletano aliisque multis, non, nisi post integrum à Sancti obitu seculum, episcopali sede Zamora nobilitata fuerit. Qui à nobis dissentiunt, recensitis num.* 2 *testimoniis presse insistentes, mirantur posse ambigi, an ante Callistum PP. II seu ante annum Christi* 1119 *Zamoræ episcopus quisquam sederit; unde & plerique* S. Attilanum, *tametsi episcopum ante id tempus non diffiteantur, tamen non Zamorensem, sed vel Legionensem, vel Astoricensem vel regionarium fuisse, certissimum autumant; imò eò usque aliqui progrediuntur, ut eum solummodò archidiaconum Astoricensem faciant. Contrà verò ex iis, qui à nobis stant, nonnulli, authenticis, ut sibi persuadent, conciliorum Actis veteribus-*

B

que diœcesium Hispaniæ Catalogis inhærentes, non tantùm seculo X *exeunte, quo* S. Attilanus *floruit, verùm etiam multò ante Maurorum in Hispaniam expeditionem episcopali sede Zamoram nobilitant. Tam sibi contraria, quæ ultrò citróque in medium proferuntur testimonia, ut vel rejici vel exponi aptè queant, utque hâc viâ nostra stabiliatur sententia, nonnulla hîc prænotâsse ex re erit. Zamoram, quæ, ut Baudrandus scribit,* urbs Hispaniæ est in regno Legionis, ad Durium fluvium, episcopalis sub archiepiscopo Compostellano, ... *quæque* ferè media est inter Salmanticam ad Meridiem & Asturicam ad Septentrionem, *multi scriptores Hispani Numantiam illam celebrem esse, aiunt; multi verò negant. Utut sit, illud ad institutum nostrum facit, ac propterea antiquitatis testimonio comprobandum nunc venit, Zamorensi urbi, quacúmque demùm de causa id factum sit, ante annum Chri-*

C *sti* 990 Numantiæ *nomen fuisse inditum. Testatur id evidentissimè Veremundi II, Legionensium regis, diploma, in ecclesia Compostellana servatum, ubi hæc disertissima verba leguntur:* In civitate Numantia, quæ modò ZAMORA nuncupatur. *Cùm autem illud diploma* IV Idus Februarii Erâ (*Hispanicâ*) post millenam tertiâ & decimâ, *seu anno Christi* 975 *editum fuerit, prout tom.* 4 *Hisp. illustr. pag.* 354 *& tom.* X *Annal. Eccles. Baronii ad annum Christi* 975, *num.* 7 *videre est, cæcus sit, oportet, qui hinc non videat, Zamorensi urbi* Numantiæ *nomen ante* S. Attilani *tempora impositum fuisse. Mitto tum diplomatum infrà enumerandorum, tum monachi Silocensis, Lucæ Tudensis aliorumque veterum scriptorum, quæ hanc assertionem nostram abundè comprobent, non minùs aperta testimonia, & ad discutienda illa progredior, quibus sententia nostra, quæ ad annum* 990 *Zamorensem episcopum statuit, tam oppugnari, quàm propugnari queat.*

10 *Qui Zamoram sub* Numantiæ *nomine multis seculis ante annum Christi* 1119 *episcopali sede illustrem faciunt, pro se tamquam Achilleum argumentum adducunt* Divisionem terminorum diœcesium & parochiarum Hispaniæ, *Wambæ regi, seculo* VII *in Hispania regnanti, attributam, quam Garzias Loaisa in Collect. Concil. Hisp. pag.* 135, *Cardinalis Aguirre tom.* 2 *Conc. Hisp. à pag.* 303 *& Harduinus tom.* 3 *Collect. Conc. col.* 376 *& seqq. ediderunt, desumptam, ut scribunt,* ex libris Mss. ecclesiæ Toletanæ & ecclesiæ Ovetensis, cujus titulus est ITACIUS, in quo Historia Wandalorum & Alanorum in Gallæcia, & postea Suevorum & demùm Gotthorum regum scribitur. *Porrò in hac Diœcesium Hispanicarum Partitione non modò Numantia* (Zamora *postmodùm dicta*) *ut episcopali sede nobilis comparet, sed & iidem prorsus, quos nunc Zamorensis diœcesis habet, limites ei attribuuntur. Ipsa instrumenti hujus verba habe:* Numantia hæc teneat: De Peñagodisse usque ad Tormem super illos Balneos: de Valle de Rege usque Dorium: de Villalalle usque Oterum: de Fumus secus Rivulum siccum, usque Breto: de Tavara usque Dorium. *His* Sedium Hispanicarum Catalogum, *qui in Ovetensi codice, litteris Gothicis exarato, exstat, ut potentissimam probationem adjungunt, cùm in hoc, ut apud laudatos conciliorum collectores pag.* 134, 303 *& col.* 376 *ad oculum patet, inter tum subditas Emeritensi metropoli episcopales sedes, Numantia & superaddito quidem* Zamoræ *vocabulo, recensetur. Verùm enimverò cùm ad-*

E

ducta jam nunc documenta, tametsi longissimo tempore pro antiquis & genuinis habita, ante medium seculum XII *vel interpolata vel ex integro forsitan conficta fuerint, prout Florezius tom.* 4 *Hisp. Sacræ à pag.* 181 *argumentis quamplurimis ostendit, ex illis ego tam altam Numantinæ seu Zamorensis cathedræ antiquitatem neutiquam adstruam, neque aliquorum exemplo, vel ante annum Christi* 520 *Zamorenses episcopos in medium proferam, quandoquidem ad rem nostram satis est, ut seculo* X *Zamorenses episcopos exstitisse ostendamus, sive interim ante Maurorum in Hispaniam adventum Zamora episcopali sede illustrata fuerit, sive dumtaxat postmodùm Zamorensibus proprius antistes fuerit concessus.*

& episcopos secundùm aliquos vel à seculo VII

ac certè ante S. Attilanum habuisse ostenditur

11 *Ex illis tamen mox memoratis instrumentis, utut judice Florezio, seculo* XII *confictis, nonnihil præsidii nostræ opinioni accedit. Etenim si Pelagius, Ovetensis episcopus, uti laudatus Florez. tom.* 4 *Hisp. Sacræ pag.* 203 *& seqq. ostendit, præfatæ Divisionis diœcesium Hispanicarum auctor sit, alterutrum necesse est sequi, ut vel ante vel post aditam Ovetensem cathedram fictioni operam dederit. Si primum; consequens est, nisi eum futurorum exactissimum vatem dixeris, ut certè ante annum Christi* 1098, *quo, teste Florezio tom.* 4 *Hisp. Sacr. pag.* 204, *idem Pelagius Ovetensis episcopus consecratus est, Zamorensis seu Numantinus episcopatus, cujus expresse ipse illic meminit, erectus fuerit, atque adeò, quod hinc manifestè consectarium est, ut circa annum Christi* 1119 *non primus Zamoræ episcopus sub Callisto PP. II fuerit concessus. Si verò post id temporis Pelagium Ovetensem hanc Hispanicarum diœcesium Divisionem adornâsse velis, non refragabor quidem; at, nisi eum impudentissimum mendacem, nisi impostorem maximè incautum, nisi viros omnes doctissimos, qui lucubrationem illam pro genuina & regis Wambæ temporibus æquali tot seculis habuerunt, bardos stipitesque*

F

A *ſtipiteſque facias, eccleſiaſque Toletanam & Ovetenſem, quæ illam diœceſium Diviſionem in ſuis tabulariis diligentiſſimè aſſervârunt, craſſiſſimæ ignorantiæ & ineptæ credulitatis arguas, fatearis neceſſe eſt, fieri non potuiſſe, ut Pelagius ſub Wamba rege ſeculo* VII *Numantinam ſeu Zamorenſem urbem epiſcopalem ſtatueret, ſi urbs illa ſub ſuis oculis circa annum Chriſti* 1119 *primò in epiſcopatum erecta fuiſſet. Et verò ante hunc ſeculi* XII *annum Zamorenſes ſeu Numantinos antiſtites fuiſſe, cùm multa ſunt, quæ ſuadent, tum manifeſtiſſimè evincunt non pauca, quæ Athanaſius de Lobera à pag.* 362 *diplomata adducit, ex quibus ego, illius in perſcrutandis inſtrumentis diligentiâ & in referendis optima fide, Tepezio centuriâ* VI, *pag.* 205, *col.* 2, *& Angelo Manrique in Annal. Ciſterc. ad annum* 1131, *cap.* 8 *etiam valdè probatâ, meritò confiſus, nonnulla hîc recenſebo, quæ ante annum Chriſti* 990 *Numantinorum ſeu Zamorenſium epiſcoporum chirographum exhibent; ut hinc evidens fiat,* S. Attilanum *non ſecùs ac deceſſores ſuos ante ſeculi* X *exitum defunctos, poſſe optimo jure inter Zamorenſes epiſcopos recenſeri, tametſi Roderici, archiepiſcopi Toletani, Loaiſæ, Marianæ aliorumque teſtimonia, quæ infrà diſcutientur, id ſeveriſſimè prohibere videantur.*

B 12 *Primum igitur, quo aſſertio noſtra firmiſſimè ſtabiliatur, teſtimonium ſit, quod ab Ordonio II, Legionenſium rege, datum diploma eſt, in eccleſiæ Legionenſis tabulario, ubi illud ſuis oculis ſe vidiſſe, Lobera pag.* 362 *teſtatur, diligenter aſſervatum, quo diplomate idem rex æra Hiſpanicâ* 954 *ſeu anno Chriſti* 916 *poſſeſſiones multas Legionenſi eccleſiæ attribuit. Illud autem, eodem Lobera teſte, præter Ordonii regis antiſtitumque Irienſis & Legionenſis confirmantium nomina, Joannis, Zamorenſis epiſcopi, ſubſcriptionem expreſsè exhibet, eamdemque, ut laudatus ſcriptor ibidem aſſerit, tres aliæ donationum chartæ, ſub annum Chriſti* 916 *editæ, ſpectandam præbent. Ex quibus manifeſtum ſit, ſaltem binis iiſque completis ante annum Chriſti* 1119 *ſeculis Zamorenſem eccleſiam epiſcopalis ſedis majeſtate exornatam fuiſſe. Ut autem à Joanne illo, quem hujus nominis I Zamorenſem epiſcopum vocare liceat, continua ſerie ad* S. Attilanum *perveniatur, itáque, quod probandum ſuſcepimus, ex*

C *ſuperabundanti evincamus, quinque ab eodem Lobera pag.* 363 *recenſita diplomata ſuppetunt, quæ, ut hic rurſus oſtendit, ab anno Chriſti* 920 *uſque ad* 940 *Dulcidius, addito* Zamorenſis epiſcopi *titulo, ſui adſcriptione nominis cum aliis epiſcopis roboravit. His adde laudatas à Sandovalio in Deſcriptione monaſterii Sahaguntini fol.* 49 *verſo editas ſub annum Chriſti* 960 *chartas, in quibus Dominicus, Zamorenſis epiſcopus, comparet, cui proximè ſucceſſiſſe putem Joannem, quem hujus nominis II facio. Utut id eſt, ad aſſertionis noſtræ ſtabilimentum ſufficit, hujus Joannis Zamorenſis antiſtitis nomen ad annum Chriſti* 970 *in variis donationum chartis, quas laudatus jam ſæpè Lobera, pag.* 364 *enumerat, exaratum inveniri, atque ita quidem, ut, qui in his* Numantinum *ſe epiſcopum ſcribit, in illis ſe* Zamorenſem *appellet, qua quidem promiſcua Numantini & Zamorenſis epiſcopi appellatione etiam abundè confirmatum habes, quod ſuperiùs num.* 9 *præmonendum cenſui. Sed Zamorenſium antiſtitum ſeriem proſequamur. Joannem II excepiſſe videtur Salomon vel ante annum Chriſti* 986 *vel certè hoc ipſo anno, quandoquidem in Veremundi II Legionenſium regis diplomate, hoc anno edito, ut Zamorenſis antiſtes, inter alios, qui diplomati illi ſubſcripſerunt, ipſe Salomon compareat, cui ſub annum Chriſti* 990 *demortuo* S. Attilanus *proximè ſucceſſerit, uno die, ut communis ſcriptorum opinio & traditio fert, cum S. Froilano, ſuo quondam inſtitutore, epiſcopali dignitate ornatus.*

ex variis diplomatis & antiſtitum Zamorenſium ſerie,

AUCTORE J. G.

13 *Ex hac epiſcoporum Zamorenſium ſerie, quam etiam Gonçalez Davila in ſuo Theatro eccleſiaſtico tom.* 2, *pag.* 393 *& ſeqq. partim exhibet, atque ex tam multis Legionenſium regum diplomatibus, quibus Numantinos ſeu Zamorenſes epiſcopos ſubſcripſiſſe oſtendimus, ſatis ſuperque liquet, quàm nullo fulcimine nitantur adverſarii, dum à Zamorenſi ſede epiſcopos illos excludunt, quos ante annum Chriſti* 1119 *mortem obiiſſe conſtat. Nec quidquam adverſariis patrocinatur, quòd Bernardus, Zamorenſis præſul, anno Chriſti* 11-49 *defunctus, in epitaphio, quod ei in ſacello majori cathedralis eccleſiæ poſitum eſt,* primus epiſcopus Zamorenſis *vocetur, cùm hoc ipſo epitaphio, ſi integrum legant, tamquam proprio gladio ſeſe adverſarii jugulent; ita enim illud ſeſe habet apud laudatum Davilam pag.* 397: Hic jacet Bernardus, primus epiſcopus Zamorenſis, de modernis, obiit æra MCLXXXVII, *quibus Hiſpano idiomate ſubditur:* que es año MCXLIX, *quod Latinè ſonat:* qui eſt annus Chriſti MCXLIX. *Quærere nunc fas ſit, ſi ante Bernardum hunc Zamorenſes epiſcopi non exſtiterint, ut quid ergò* primus è modernis *dicitur? Nonne vel hoc ipſo additamento ſat clarè epitaphium illud innuit, illum, ex quo Zamorenſis epiſcopatus ſub annum Chriſti* 1119 *de novo erectus ſeu inſtauratus fuit, primum quidem epiſcoporum eorum fuiſſe, qui non interrupta ſerie ad hodiernum uſque diem deducuntur, non verò abſolutè, ſeu illorum omnium primum exſtitiſſe, qui quovis tempore antiquiùs Zamorenſi eccleſiæ præfuerunt? Cùm verò epitaphium illud nobis adverſarii, fortè tamen incogitantes, objiciant, illis ego edendum infrà* S. Attilani *epitaphium, Zamoræ ejus ſepulcro poſitum, quod Mabillonio antiquitatem ſapere viſum eſt, majori ratione oppono, quo manifeſtè traditur, S. Froilani anno Chriſti* 1006, *ut antè docuimus, defuncti, diſcipulum ac dein Zamorenſis eccleſiæ paſtorem fuiſſe, quæ poſt annum Chriſti* 1119 *contigiſſe, nemo unus dixerit.*

quibus nihil obeſt, quod nobis objicitur, Bernardi Zamorenſis epitaphium,

F

14 *Reliquum eſt, ut, antequam oppoſita nobis gravium ſcriptorum teſtimonia exponam, alteri adverſariorum argumento faciam ſatis. Si verum eſt, inquiunt illi, ſaltem Zamorenſes epiſcopos ab exitu ſeculi* X *fuiſſe, ac nominatim* S. Attilanum *ab anno Chriſti* 990 *ad uſque* 1009 *ſedem illam tenuiſſe, eccur non modò Sanctus ille nullis regum Legionenſium diplomatis ſubſcripſiſſe invenitur, ſed neque ſucceſſorum ejus ad uſque annum Chriſti* 1119 *ulla in authenticis chartis aliiſve monumentis publicis memoria exſtat? Ad primam hujus quæſiti partem quod attinet, in illa etiam hypotheſi, quòd nullæ prorſus, quæ* S. Attilani *nomen præferant, ſeu privatæ ſeu regiæ chartæ, tum temporis editæ, in tenebris etiamnum lateant, difficultas illa hâc omnibus obviâ ratione tollitur, nempe quòd, ut num.* 8 *jam docui, vel ſemper vel certè ut plurimùm, ab aula regia regiſque comitatu Sanctus abfuerit, adunando, ſi quo modo poſſet, calamitatibus diſperſo gregi eive conſolando unicè intentus, ut proin mirum videri*

neque nocet diplomatum de S. Attilano ejuſque ſucceſſoribus ſilentium,

AUCTORE J. G.

videri non debeat, si nulla regum suorum diplomata sui nominis adscriptione ipse confirmâsset. Quod verò ad ejus successores spectat, quorum nullam unius seculi decursu exstare memoriam, adversarii contendunt; Respondeo, id rotundè negari posse, quandoquidem, teste Davila, suprà laudato, pag. 396, Gomesanus, Zamorensis episcopus, anno 1042, XVI *Februarii Ferdinandi I, Castellæ & Legionis regis, diploma subsignâsse reperiatur. At fac tantisper, quod tamen probatum iri non arbitror, hallucinatum in eo Davilam fuisse; num propterea, quia post iteratam sub seculi* X *finem Zamoræ vastationem* Attilani *successorum nulla subsequente seculo memoria in instrumentis publicis servata est, non modò seculo* XI *nullos omninò episcopos Zamorenses fuisse adstrues, sed & ante urbis vastitatem Zamoræ episcopalem cathedram meritò eripiendam credes? Quâ Dialecticæ regulâ hoc sequatur, fateor, me prorsus ignorare, sed nec quemquam æquum judicem fore existimo, qui tam debili adversariorum argumento applaudat. Non dissimulandum tamen, Zamorensis ecclesiæ, postquam hanc calamitosa tempestate admissam deindeque summo labore administratam suo obitu* Attilanus *afflictissimam fecisset, tam luctuosam fuisse faciem videri, ut sat dudum vix aut ne vix unus episcopalem illius sedem expeteret, aut ultrò oblatam non detrectaret, ut fortassis Zamorensium episcoporum series propterea seculo* XI *subinde vel fortè plurimùm interrupta fuerit, illiusque diœcesis cura plùs semel vicino Astoricensi episcopo demandata interim sit, donec Zamora è ruinis suis emergere ac tandem postulante Alphonso VIII,* Hispaniarum imperatore *passim dicto, à Callisto PP. II sub annum Christi* 1119, *ut Loaisa aliique scribunt, in episcopatum erigi seu potiùs pristinæ dignitati restitui cœperit.*

B

sed nec Roderici Toletani verba, tametsi contra nos facere videntur,

15 *Dum igitur Rodericus, archiepiscopus Toletanus, lib. 6 de Rebus Hisp. cap. 27 asserit, ante Hieronymum Petragoricensem, num. 2 memoratum,* Zamoræ nondum fuisse nec episcopum nec ecclesiam cathedralem, *non de rerum Zamorensium statu, qualis seculo* X *aut præcedenti tempore fuit, sed de illius ecclesiæ statu, qualis* XII *seculi initio erat, exponi potest, ut sensus sit, cùm Hieronymus ille, Valentinus in Hispania episcopus, amissâ sua civitate, episcopalia munia Zamoræ exercere aggressus est, Zamorensem urbem post denuò illatam exeunte seculo* X *vastitatem, sub ea adhuc tempora ita partim ruinis suis involutam jacuisse, ut aliarum diœcesium instar nec proprium seu illic assiduè commorantem episcopum, stabilemve demortui successorem haberet, nec cathedralis ecclesia, in qua pro dignitate episcopus sederet, exædificata seu instaurata esset. Cùm verò laudatus Rodericus mox subdit, Bernardum præfato Hieronymo succedentem,* fuisse primum proprium episcopum Zamorensem, *non alio modo, quàm quo Bernardi illius epitaphium num.* 13 *intelligendum est, etiam exponi posse videtur, ea videlicet significatione, ut Hieronymo, qui Valentina civitate exutus, Zamorensis episcopi vices egerat, è vivis erepto, Bernardus ille post instauratam Zamorensem ecclesiam, primus* è modernis *episcopis, propriam illius sedem titulumque* Zamorensis episcopi *ad mortem usque gesserit, à quo Zamorenses & re & nomine antistites ad Roderici usque tempora non interrupto ordine deducebantur. Haud ita absimili modo Urbanus PP. II apud Baronium in Annal. Eccles. ad annum Christi* 1088, *num.* 12 *Bernardum, archiepiscopum Toletanum ac primatem suprà memoratum,* primum illius urbis (*Toletanæ*) præsulem *compellat, primum videlicet à Saracenorum è Toleto expulsione, non verò omnium primum, qui quovis tempore Toletanæ ecclesiæ antistites præfuerunt. Quòd si hanc verborum Roderici explanationem admittere ut nativam ac primigeniam nolis, non repugnabo magnopere; at non propterea allegata scriptoris,* S. Attilano *non synchroni, verba hoc apud me efficient, ut rejecta tot diplomatum num.* 12 *adductorum & Martyrologii Romani infrà laudandi auctoritate, ipsi me clausis oculis dedam, & Zamorensem seu Numantinum episcopatum, quem monumenta antiqua plurimique scriptores saltem seculo* X *exstitisse perhibent, non priùs quàm* XII *seculo aliquantùm progresso institutum fuisse, ex ipsius testimonio admittam.*

C

D

nedum ex recentioribus Vasæus, qui potiùs unà cum aliis

16 *Novi quidem, etiam Joannem Vasæum, scriptorem Roderico multò recentiorem, in suo Chronico Hispaniæ tom.* 1 *Hisp. illustr. pag.* 630 *expressè asserere,* episcopum Numantinum numquam fuisse *At hic scriptor aliud non vult, quam celeberrimæ illi Romanorum tempore Numantiæ nunquam episcopum fuisse datum, quandoquidem, ut ipse mox subdit:* Numantia (*antiqua illa nempe*) multò ante salutarem Christi natalem diruta, nullo pòst tempore fuit instaurata: *qua de re disputare hujus loci non est. Quàm verò laudatus Vasæus alienus à nostra opinione non sit, ipsa ejus verba tom. cit. cap.* 21 *satis ostendunt. Ita hæc se habent:* Zamorensis an alicui (*antiquo episcopatui exstincto vel translato*) successerit, in tanta rei antiquitate non est interpretatu facile. Sunt tamen, qui affirment DE NOVO INSTITUTUM (*seu restauratum*) episcopatum, petente Alfonso Hispaniarum imperatore, à Calixto secundo, Romano Pontifice, circa annum Domini MCXIX, Pontificatûs Calixti anno primo, eaque de re extare instrumenta Pontificia & imperatoria in archivis illius ecclesiæ. Primum verò (*post* de novo institutum *episcopatum*) Zamorensem episcopum fuisse quendam Bernardum Toletanum canonicum (*hunc Joannes Mariana* archidiaconum *vocat*) qui obiit anno Domini MCXLIX. *Hactenus Vasæus, in medio quidem relinquens, an Zamorensis civitas alterius exstincti aut translati episcopatûs sedem exceperit, minimè tamen Zamoræ seculo* X Numantiæ *nomen eripiens, nec eodem seculo proprios ejus exstitisse episcopos negans; quin contrà cùm ab iis dissentire non videatur, qui ex instrumentis Pontificiis & imperatoriis Zamorensem episcopatum* de novo *sub Callisto II institutum seu innovatum asserunt, episcopatum hunc multò antiquiorem seculo* XII *nobiscum facere, censeri potest.*

E

F

& nominatim cum Florezio nobis favet.

17 *Consentit nobis laudatus suprà scriptor eruditus, R. P. M. Florezius, tom.* 4 *Hispaniæ Sacræ pag.* 243, *dum Zamorensem episcopatum post Maurorum seculo* VIII *in Hispaniam irruptionem erectum fatetur, & interruptâ ob devastatam urbem episcoporum serie, Callisti II temporibus sub annum* 1119, *ut Loaisa tradit, instauratum seu de novo institutum scribit. Ceterùm, cùm memorata jam mox instrumenta Pontificia & imperatoria, ex quibus cathedræ Zamorensis iteratò constitutæ annum aliaque adjuncta verosimiliter discere liceret, vel numquam typis edita fuerint, vel certè ad nos non pervenerint, dubium mihi manet, an Zamo-*

morensis sedis instauratio Calliſto PP. II, an potiùs Paſchali II, Calliſti deceſſori, adſcribenda ſit, quandoquidem anno Chriſti 1115, quo Calliſtus II necdum Petri cathedram aſcenderat, jam tum Bernardus Zamorenſis epiſcopus fuerit, eoque nomine Ovetenſi concilio apud Aguirre tom. 3 Concil. pag. 327 unà cum 14 aliis Hiſpaniæ præſulibus ſubſcripſerit. Utut tamen hæc ſeſe habeant, nihil, uti ex jam diſputatis liquet, impedimento eſt, quominùs S. Attilanus, quem ab ætate S. Froilani dimoveri non poſſe docuimus, ab anno Chriſti 990 Zamorenſis antiſtes à nobis rectè conſtituatur; ex quo conſectarium etiam eſt, cùm anno XIX epiſcopatus ſui ad immortalem vitam, ut communis opinio tenet, ſanctus Antiſtes tranſierit, ut ejus obitus, tametſi De Ferreras ad A. C. 1024 contrarium teneat, A.C. 1009 innecti debeat.

Variorum auctorum

18 Nunc, quæ ad Epiſcopi noſtri in Sanctorum album relationem ejuſque Eccleſiaſticum cultum attinent, diſcutere aggredior. Sunt nonnulli ſcriptores, à Tamayo Salazar ad hunc diem pag. 422 relati, qui S. Attilanum ab Urbano PP. I Cælitum albo ſolemni ritu adſcriptum tradunt: ſed hos ætatis S. Attilani & chronologiæ Pontificiæ vel ignaros, vel immemores fuiſſe, vel certè turpiter aberrâſſe, tam eſt evidens, quàm ſit indubitatum, Urbanum I ſeculo III Romanum Pontificatum tenuiſſe, nec proin octingentis ferè ante Sancti noſtri obitum annis potuiſſe Cælitum illi honores decernere, nedum id ſolemni aliquo canonizationis ritu præſtare, quem ſeculo III minimè uſitatum fuiſſe, periti omnes apprimè norunt. Paulo rectiùs Sanctum noſtrum ſeculo XI inter Cælites adſcriptum, Lucius Marineus Siculus tom. 1 Hiſp. illuſtr. pag. 341 & ex eo Laurentius Surius ad hunc diem ſcribunt; at ambo non immunes ab omni errore ſunt, dum id ab Urbano II ad annum 1092 effectum volunt, cùm tamen, ut conſtans ac certa antiquorum recentiumque ſententia tenet, anno dumtaxat 1088 Urbanus II Pontificatum adierit, quem beato è vivis exceſſu poſt multa præclarè feliciterque geſta anno 1099, XXIX Julii depoſuit. Porrò, ab hoc Pontifice in Sanctorum catalogum relatum fuiſſe Antiſtitem noſtrum, teſtatur Martyrologium Romanum ad hunc diem, nec unum novi auctorem, præter ſuprà confutatos, qui id in dubium vocet.

ac præſertim Benedicti XIV de canonizatione

19 At quoto Pontificatûs ſui anno, quave in urbe id ab Urbano II effectum eſt? Hæc ego monumentorum, quæ hoc referant, defectu definire non auſim. Aſſerit quidem eruditiſſimus Cardinalis, Proſper de Lambertinis, poſtmodùm Benedictus PP. XIV, lib. 1 de Servorum Dei Beatificat. &c, cap. 8, num. 12, teſte... Puricello lib. 4, cap. 81, Urbanum II in civitate Mediolanenſi inter ſanctos Martyres (*anno Chriſti* 1095 *vel* 1096) retuliſſe Herlembardum, & inter ſanctos Confeſſores Attilanum, Zamorenſem ſeu Legionenſem epiſcopum, uti etiam legitur in Martyrologio Romano ad diem v Octobris, & latiùs proſequitur Pagi in Vita S. Urbani: verùm, quod ſalva eruditiſſimi ſcriptoris auctoritate dictum ſit, nec Puricellus cit. cap., nec cap. 79, ubi de S. Herlembardi canonizatione ex profeſſo tractat, vel verbo uno, ut cuilibet ejus Opus, anno 1657 editum, conſulenti manifeſtum fiet, de S. Attilani in Sanctorum numerum adſcriptione mentionem fecit; neque Franciſcus Pagi pag. 521 Breviarii Hiſtorico-chronologico-critici Pontificum Romanorum, auctorem unum antiquum producit, qui aut locum aut annum relati inter Cælites Attilani exprimat, tametſi canonizationem illam Urbano II non abjudicet. Nihil igitur nobis inde ſuppetit, ut ſanctum Præſulem noſtrum anno 1095 vel 1096 Mediolani inter Sanctos ſolemni ritu adſcriptum fuiſſe, ſat tutò affirmemus.

AUCTORE J. G.

S. Attilani ejuſdemque

20 Nihilo plus lucis nobis in hanc rem ſuppeditat B. Urbani II Vita, à Ruinartio ſcripta, quam habes inter ejus & Mabillonii Opera poſthuma, neque Codex Canonizationum, à Juſto Fontanino editus, in quo quidem Apoſtolicæ Urbani II litteræ, anno 1099 in Romana ſynodo datæ, de peragenda ex forma commiſſaria, ut vocant, B. Nicolai Peregrini canonizatione pag. 9 exhibentur; at nihil prorſus de S. Attilano, eodem fortaſſis tempore eâdemque formâ inter Superos adſcripto, illic commemoratum inveni. Quas ergò Galeſinius Apoſtolicas Urbani II litteras ad comprobandam Præſulis noſtri ſanctitatem in ſuis ad Martyrologium Notationibus citat, ipſi etiam Fontanino non præluxiſſe oportet, nec, ubi hæ reperiri queant, quiſquam edocuit. Nihilominus, tametſi & annus & locus, quo Sancti canonizatio peracta fuit, exploratus hactenus dici nequeat; tamen, quin hæc ab Urbano II in magna aliqua ſynodo pro more illius temporis facta ſit, ac proin vix non inter primas ſolemniores computanda ſit canonizationes, dubitari meritò non poteſt, cùm Martyrologii Romani annuntiatio hanc illi Pontifici diſertis verbis adſcribat, eamque unanimis ſcriptorum eruditorum auctoritas confirmet. Ceterùm quid laudatum Benedictum XIV moverit, ut Sanctum noſtrum Zamorenſem ſeu Legionenſem epiſcopum vocaret, omninò me latet; neque etiam video, quo pacto, ſalva antiquiorum auctoritate, hæc ejus verba exponi poſſint.

epiſcopatu dicta expenduntur.

21 Si enim hic auctor Attilanum noſtrum Zamorenſi ſimul & Legionenſi eccleſiæ præfuiſſe, aſſerere voluit, non modò diplomata ſat multa, ſed & pleroſque auctores eruditiſſimos ſibi reclamantes habet, quippe quorum teſtimonio, non S. Attilanum, ſed S. Froilanum ab anno 990 uſque ad 1006 Legionenſem ſedem occupâſſe, certum evadit; cui accedit, quòd nulla monumenta aut veterum teſtimonia perhibeant, S. Attilanum ſui magiſtri in Legionenſi cathedra ſucceſſorem fuiſſe aut epiſcopatum hunc Zamorenſis epiſcopi curæ unquam fuiſſe demandatum. Si verò ſenſu, ut aiunt, disjunctivo locutus fuerit ſuprà laudatus ſcriptor, ita ut S. Attilanum vel Zamorenſis vel Legionenſis eccleſiæ epiſcopatum geſſiſſe, ſignificatum voluerit, relinquens interim in medio, utram ex his ſedibus determinatè occupârit, non appareret, quid ei de recta Martyrologii Romani annuntiatione movere dubium potuerit, niſi fortè Baronii ad annum Chriſti 1027, num. 14 à vero aberrantis auctoritas, dum S. Froilanum, luxato etiam hujus nomine, presbyterum dumtaxat, & S. Attilanum Legionenſem epiſcopum eo tempore ſtatuit, quo ille è vivis certò exceſſerat, & hic tamdiu ſuperſtes fuiſſe vix credi poteſt; cui adde, quòd nec ab Ægidio Davila, nec ab ullo erudito Legionenſis eccleſiæ hiſtoriographo aliove ſcriptore ſat antiquo inter Legionenſes præſules S. Attilanus computetur. Quapropter, cùm nulla proferantur documenta, quæ ſanctum Antiſtitem noſtrum Legionenſi eccleſiæ præfuiſſe oſtendant, ſtandum reor antiqua traditione & Mrl. Romani annuntiatione, quæ eum Zamorenſem dumtaxat epiſcopum ſtatuunt.

22 Reliqua, quæ ad Eccleſiaſticum Sancti cultum faciunt, præter illa, quæ in Actis & Annotatis

AUCTORE J. G.

Sancti in Mrll. memoria & cultus, caput ejus Toletum

tatis commemoranda erunt, lubet hîc recenſere. Romanum Martyrologium die v *Octobris eum his verbis annuntiat :* Eodem die ſancti Attilani, epiſcopi Zamorenſis, quem Urbanus ſecundus in Sanctorum numerum retulit ; *reperiturque hæc annuntiatio in Martyrologio Sanctorum Ordinis S. Benedicti, quod Romano, à Benedicto PP. XIV aucto & caſtigato, ſubjicitur. Conſentiunt Molanus, Galeſinius, Wion, Menardus & Bucelinus. Hic tamen in eo ab aliis diſcrepat, quod deinde ex uno* S. Attilano, *ab Urbano II in Cælitum numerum relato, duos Benedictini Ordinis alumnos, duos Morerolenſis cœnobii Priores, duos Zamorenſes epiſcopos, duos denique* Attilanos *comminiſcatur, ſibi in omnibus ſimiles, niſi quòd unus, ut ipſi placet, anno Chriſti* 820, *alter anno* 1006 *ad immortalem vitam migraverit. Nos unum eumdemque* S. Attilanum *credimus, quem S. Froilani ſocium ac ſeculo* x *exeunte coëpiſcopum exſtitiſſe, ſuprà oſtendimus. Sed Sancti cultum proſequamur. Ejus Officium eccleſiaſticum commune fuiſſe Zamorenſi, Compoſtellanæ, Salmantinæ, Legionenſi, Turiaſonenſi, Burgenſi aliiſque Hiſpaniæ diœceſibus, teſte Tamayo Salazar ad hunc diem pag.* 418, *ex harum eccleſiarum Breviariis manifeſtum eſt. His nominatim addo Toletanæ eccleſiæ Officia Propria, de quibus Eminentiſſimus Cardinalis de Lambertinis lib.* 4 *de Servorum Dei Beatific. &c parte* 2, *cap.* 6, *num.* 4 *ita loquitur :* Inter Officia propria Sanctorum Toletanæ eccleſiæ & diœceſis, edita Antverpiæ anno 1691 & ſignanter in Calendario proprio feſtorum prædictorum Sanctorum à ſummis Pontificibus approbato, die IX Februarii in eccleſia matrice recitari videmus Officium S. Reinoldi martyris, die XI Februarii Officium S. Aldegundæ, die V Octobris Officium S. Attilani epiſcopi & confeſſoris... quia in eadem eccleſia matrice aſſervantur inſignes reliquiæ prædictorum Sanctorum. *De priorum reliquiis quia actum apud nos ſuo loco eſt, de* S. Attilani *verò corpore quia in ipſis Actis ſermo recurret, ea hîc de ſacris ejus exuviis commemorabo, quorum nulla in Actis mentio ſit.*

à Zamorenſi eccleſia à quodam ſacriſta delatum aliæque ejus reliquiæ Zamorenſes recenſentur.

23 *De his Yepeſius in Chron. generali Ord. S. Benedicti Cent.* 6, *pag.* 205 *verbis Hiſpanicis, ut antè, à me Latinè redditis, ita loquitur :* Fatentur indigenæ (*Zamorenſes*) corpori S. Attilani (*olim in Zamorenſi S. Petri eccleſia depoſito*) caput deeſſe, propterea quòd ſacriſta quidam eccleſiæ S. Petri ratus, ſe de Toletana eccleſia optimè meriturum, ſi partem aliquam inſignem corporis S. Ildephonſi ei impertiret, ſacrum aliquod caput abſtulit, quod re ipſa non S. Ildephonſi, ſed S. Attilani erat, ita diſponente Deo, ut in tam inclytis urbibus honori & venerationi foret. *Eodem Yepezio teſte, præter Sancti corpus, quod Zamorani ſervant, plurimi etiam faciunt ſupellectilem aliquam, quâ Sanctus uſus eſt, puta epiſcopali annulo, baculo aliiſque hujuſmodi rebus, quæ ejus memoriam renovare natæ ſunt, additque laudatus ſcriptor, ipſam hoſpitalem domum, in qua Sanctus à peregrinatione redux diverſatus eſt, etiam in honore eſſe, ibique depictam cerni admirabilis peregrinationis ejus, infrà in Actis recenſendæ, hiſtoriam ; ſubdit demùm, ad locum hunc, quem ſolitarii incolunt, feſtis præcipuis ſolemni ſupplicantium agmine Zamorenſes ire ſolitos eſſe, ubi vel ab epiſcopo vel ab alio præcipuo ſacerdote ſacrum Miſſæ Sacrificium celebratur & è ſuggeſtu verba ad populum fiunt. Ex quibus, quanta veneratio* S. Attilani *reliquiis impendatur, pronum eſt cognoſcere. Ceterùm, unde delati Toletum capitis* S. Attilani *hiſtoriam hauſerit Yepezius, nuſquam ipſe edicit, nec proin decidi facilè poteſt, an illi potior, quàm Manriquio, ad annum Chriſti* 1131 *cap.* 8 *integrum* Attilani *corpus Zamoræ ſervari affirmanti, habenda fides ſit. Id tamen ex memoratis eruditiſſimi Pontificis Benedicti XIV verbis mihi indubitatum fit, aliquas, eaſque inſignes, Sancti noſtri reliquias Toleti aſſervari, ob quas recitandi ejus eccleſiaſticum Officium Toletanæ eccleſiæ facultas conceſſa ſit, tametſi, quænam hæ ſint, documentorum penuriâ edocere nequeam.*

Acta qualia & cur his edantur.

24 *Reliquum eſt, ut de Actorum* S. Attilani *jam nunc edendorum auctoritate nonnulla diſſeram. Ac primò quidem, quæ in ſuperiori Commentario pag.* 232, *num.* 13 *de S. Froilani Actis dicta ſunt, hîc pro inſertis haberi poſtulo ; nec enim illis certior quàm his adjungenda in omnibus fides eſt, cùm omnia, quæ illic referuntur, ex ſynchronis ſupparibuſve ſcriptoribus aut documentis hauſta eſſe, nullo ex capite conſtet. Quia tamen Acta illa non tam Tamayi, cujus ſæpe in antiquioribus fides nutat, quàm traditionis non contemnendæ & ſat veterum Breviariorum auctoritate nituntur, inter quæ, ſi Athanaſio de Lobera pag.* 229, *num.* 4 *laudato credimus, nonnulla vix uno ſeculo à SS. Froilani &* Attilani *obitu remota ſunt, viſum eſt Acta illa, quandoquidem primigenia nobis inviderit antiquorum temporum iniquitas, adjectis Annotatis noſtris, hîc recudere, ut lectori rerum* S. Attilani *curioſo ſic fiat ſatis. En igitur illa, prout ex plurimis Legendariis, præſertim tamen Zamorenſi, variiſque ſcriptoribus à Tamayo edita ſunt, quibus, quod notari meretur, eruditiſſimus Mabillonius Sæc. Bened.* VI, *parte* 1, *pagg.* 82 & 83, *Yepezius in Chron. Bened. Cent.* VI *ad annum Chriſti* 985, *& Athanaſius de Lobera in Vita* S. Attilani *quantùm ad ſubſtantiam conſentiunt.*

ACTA

Ex Breviariis variis etiam vetuſtis collecta tom. 5 *Martyrologii Hiſpani à pag.* 418.

Cur Sanctorum geſta conſcribantur.

SAluberrimum ſiquidem eſt geſta* cognoſcere, tum ut eorum memoria, multis ſemper recenſita laudibus, in perpetuum eluceat ; tum etiam & maximè, ut illorum opera nobis documenta ſint, & ſanctè vivendi iter oſtendant. Et quamvis Sanctos omnes venerari jubeamur, eos tamen celebriori laude decet extollere, quibus peculiari quadam devotione & charitate præcipuè devincti ſumus. Hinc eſt, ut ſanctiſſimi patris & præſulis noſtri Attilani laudes & geſta nos Zamorani proſequamur officio ſingulari, quem apud omnipotentem Deum patronum egregium & præcipuum advocatum ſemper habemus, cui Paſtori optimo nos, ut oves propriæ quondam cuſtodiendæ, commiſſi ſumus *a*.

**ſupple* Sanctorum

a

S. Attilani parentum vota, illius nativitas, inſtitutio & monaſtica vita.

2 Hujus parentes, qui urbem Tarazonam *b* Hiſpaniæ incolebant, cujus & erant nobiles cives, cum prolis habendæ percupidi eſſent, multis

b

A tis & assiduis orationibus, jejuniis, oblationibus & eleëmosynis sibi à Deo elargiendam postulabant. Quorum vota Deus exaudire dignatus, juxta eorum desiderium filium conferre decrevit. Hinc cælesti revelatione mater monita dicitur, quæ protinus gravida effecta est,
c & filium Dei servitio mancipare promisit *c*. Tempore itaque constituto, eis desideratum contulit filium, quem ATTILANUM vocatum, ab infantia sanctis & bonis moribus imbuerunt. Humanarum atque sacrarum literarum studiis traditus, in diebus paucis mirum in modum profecit. Cùm verò annum quintum-decimum age-
d ret, in monasterio, urbi Tarazonæ proximo *d*,
e ubi parentes ejus incolebant *e*, monachalem habitum sumpsit. Hìc autem aliquot annos *f* singulari omnium virtutum specimine & monasticæ disciplinæ observantiâ vixit, donec, sancti abbatis Froilani *g* auditâ famâ, ei adhærere, vitamque cum illo agere decrevit.

B 3 Qui, obtenta abbatis sui facultate *h* & fra-
Sanctus se comitem S. Froilano adjungit & monachis Prior præficitur, tribus vale dicto, gressus suos ad locum, ubi S. Froilanus delitescebat, perrexit, cujus comes factus aliquantulùm cum eo vixit, quo usque hominum auras vitare & publica fugere loca decernentes, solitariæ vitæ habitaculum quærentes aptum, ad montem Cuturrinum *i* accessere, ubi unusquisque sibi ædiculam construxit *k*. Sed cùm eorum fama celebris protinus per totam pervolaret regionem, ad eos audiendos po-
l pulorum frequentia confluebat. Hinc multorum precibus flagitati, ad oppidum Vesum *l* descendentes, plures accolas & aliarum regionum turbas alimentis spiritualibus & corporalibus refecerunt. Nam constructo monasterio ibidem, divino favente auxilio, illicò trecentis
m monachis congregatis *m*, B. Attilanus eorum Prior adsignatus est. Tunc temporis, cùm res Christianitatis in periculo conspicerentur, fre-
n quentibus Saracenorum victoriis *n*, ita ut continuò, peccatis nostrorum exigentibus, alterum timeretur excidium, Froilani abbatis & Attilani Prioris virtutes & prodigia ad Legionensium re-
o gem *o* devenêre, qui, eorum sanctitatem exaudiens, ad se ut venirent, rogavit. Adfuit Froilanus, cui rex regni statum, Agarenorum insolentias & temporum angustias propalavit. Ast Abbas sanctissimus regi & proceribus iram Dei propter
C eorum & populi peccamina detexit, &, quid faciendum, ut Numinis misericordiam promererent, prædixit. Quò * in monasterium reversus,
* Inde
p & copiosâ pecuniâ donatus, Taborense *p* cœnobium construxit & postmodùm Morerolen-
q se *q*, ubi cum Priore Attilano aliquantulùm vixit.

creatur episcopus Zamorensis & dein peregrinationem instituit; 4 Et cùm eo tempore ecclesiæ urbis Zamorensis & Legionensis præsulibus orbatæ essent, horum Sanctorum famâ rex, clerus & populus allecti, Attilanum Zamoræ, Froilanum Legionis pontifices elegêre & in die Pentecostes *r* solemniter consecrantur. Attilanus itaque in cathedra sublimatus, protinus templa, populos sibi commissos & clerum mirâ solertiâ regere *s* cœpit ac per decennium continuos pertulit oratione frequenti labores. Sed cùm suæ juventutis aliquarum imperfectionum recordaretur, pœnitentiam agere instituit & peregrè proficisci abesseque pœ-
t nitens decrevit *t*. Quod ut absque nota perficeret, causas rationemque abeundi suis fideliter demonstravit, quibus redditus episcopatûs pauperibus dari præcepit, si aliter verò fieret,

Deum testabatur, qui eos æternò supplicio damnaret. Jamque discessum parabat, cùm, ecce, cuncti cives, uno pectore & ore clamantes, dicebant: "Ne oves Pastor deseras, te, quocúm-„que ieris, sequemur.„ At beatissimus Præsul, eis benedicens, futurum reditum brevî promisit. Jamjamque itinerans, dum urbis pontem, qui juxta divi Laurentii templum est, pertransiret, annulum pontificalem ex digito extrahens, hisce verbis in flumen dejecit: "Quando te re-„videro, omnium delictorum meorum veniæ „certus ero *u*.„ Inde cum uno familiari comitatus iter arripuit. Quo post aliquot dies clàm relicto, mutato habitu, sub paupere veste, solus mendicans, loca sancta visens, biennium peregrinavit. *u*

Ex Breviariis.

5 Post hæc autem vocem cælitus emissam au-
ad suam sedem reverti jussus annulum pontificalem miro modo reperit divit, sibi dicentem: "Attilane, propera visere „episcopatum: exauditæ namque sunt preces „tuæ *x*.„ Quo audito jam vesperascente die, cùm tenebris exortis Zamoræ appropinquaret, ad S. Vincentii de Cornu parvam ædiculam, sancto Sepulcro vicinam *y*, anhelus & defessus divertit. Eum heremicolæ vir atque uxor recipiens *, tenui cænâ præstitâ refecerunt. Qui, sequenti die lucescente, in palatium episcopale pro sportula petenda (ut consueverant) profecti, Attilanum sibi in domo sua quiescentem & custodem reliquêre. Quibus cùm piscículi pro eleëmosyna largirentur, sui Hospitis memores pro eo etiam portionem postulant. Quibus unus magnus piscis datur pro illis tribus, reliquis exiguis piscículis dimissis. Qui, ad ædiculam reversi, grandem illum piscem Attilano exenterandum tradunt, dum ipsi pro aqua & igne quærendis eunt. Tunc verò sanctus Præsul dum illius piscis lactes evolveret, intra illius uterum annulum pontificalem, quondam in fluvio dejectum, reperit *z*. Tunc genibus flexis, manibusque in cælum levatis, Deo ingentes gratias agens, dixit: "Benedictus Dominus, Deus Israël, qui „visitavit & fecit redemptionem servi sui. Ma-„gnificent misericordiam tuam omnes, qui no-„verunt te, qui tempore opportuno ostendis mi-„serationes tuas, & famulos tuos extollis & ex-„altas. Quando, Domine, meruit anima mea „videre munificentias tuas & quando consequi „opem in medio tribulationis meæ: benedictus „in æternum, Domine, qui facis mirabilia ma-„gna solus & timentes te glorificas & glorifican-„tes te, das * illis escam tempore opportuno. „Quis sum ego, Domine, ut misericordias, „quas hodie dextera tua mihi præmisit, indignus „homunculus promererem.„ *x* *y* E * recipientes *z* F * *fortè* dans

6 Quibus dictis, continuò totius urbis cam-
& non sine prodigio Zamoræ receptus, ibidem postea moritur. panæ, nullo pulsante, sonitum ex se dedêre *aa*. Quod miraculum videntes universi cives stupentesque, hospitia & ecclesias perquirunt; & cùm nihil certum invenirent, dispensator episcopi illius pauperis recordatur, pro quo eremicolæ eleëmosynam petierant. Quo audito, civitas universa ad ædiculam illam properè confluit. Quibus Attilanus etsi veste dirupta, sacco atque centone antè indutus erat, tamen statim, mirabile visu, cælesti ac pretioso cultu pontificali ornatus, civibus ad se quæsitum obviàm venientibus egreditur *bb*. Quod cuncti videntes admirati Pontifici gratulantur & cum grandi gaudio & pompa eum in urbem deducunt. Ubi sanctè atque piè vivens post septennium *cc* in Domino obdormivit die v mensis Octobris anno Do- *aa* *bb* *cc*

Ex Breviariis. *dd*

mini MIX, ætatis ſuæ LXX, pontificatûs XIX *dd*. Cujus corpus lachrymis omnium tumulatum, ad ejus ſepulchrum hoc inſculpſit epitaphium devotio.

Ejus epitaphium

7 Continet hæc foſſa Attilani præſulis oſſa,
Quem Zamora diu eſt venerata decora.
Iſte ſub abbatis Froilani nomine gratis
Dum monachus vivitque, Prioris munus obivit.
Denique Paſtoris baculo exaltatus honoris,
Omnibus ornatus virtutibus iſte Beatus
Et populum rexit; nec juris ſymbola flexit.
Pauperibus factus pater, cognomina nactus
Eſt pia, pupilliſque magiſter factus & illis
Diſtribuens panes: reprimebat robore canes
Omnibus in locis elegantis fulmine vocis.
Et viduis tutamen erat, nam pectora Flamen
Imbuerat tantis dogmatibus inclyta ſanctis,
Vixerit ut Præſul chariſmate plenus: & exul
(Ut fieretque Deo gratus) funeſta reatus
B Antiquæ vitæ plorans peccamina tritæ
Tranſegit binos annos; ac denique humanos
Convertens greſſus, cæleſti voceque preſſus,
Amplectenſque bonos, quos mittunt cymbála ſonos,
Urbem concedit, Sanctuſque ad munera reddit
Paſtoris grata. Hinc conſcendens aſtra beata
Nobis in hac foſſa & vota obſeravit & oſſa *ee*.

ee

& canonizatio per Urbanum PP. II.

8 Hinc cùm pluribus clareret miraculis & Deus aſſiduis ejus ſepulchrum honoraret prodigiis, quibus Hiſpania tota inviſebatur impleta *ff*, Urbanus II, Pontifex maximus, ſanctum Præſulem inter Sanctorum numerum adſcripſit anno Domini MLXXXIX vel circitèr *gg*. Cujus ſacra pignora in eccleſia S. Petri, quæ tunc cathedralis erat *hh*, honorificè elevata & in ara majori repoſita, intra argenteam arcam incluſa aliquando permansêre, donec, ibidem invento corpore *ii* S. Ildephonſi, præſulis Toletani, quod C Chriſtiani Toletani in illa eccleſia reconditum in Hiſpaniæ excidio reliquerant, illud juxta S. Attilani ſacras exuvias ſimili argentea theca ſupra arcum loco majoris aræ, ferrea crate cuſtoditum & ſeptem *kk* clavibus obſeratum, repoſitum viſitur. Quorum Deus meritis Sanctorum huc uſque mirabilia facit hominibus, opem illorum implorantibus & fide plena ad eorum ſepulturas concurrentibus, ut innumera ad parietes templi pendentia teſtantur ſpolia, præſtante D. N. Jeſu Chriſto, qui cum Patre & S. Spiritu regnat in ſecula. Amen.

ff

gg

hh

ii

kk

ANNOTATA.

a *Præfationem hanc ex Zamorenſi Legendario depromptam à Tamayo fuiſſe, ipſa res loquitur. At quanta Zamorenſis codicis hujus antiquitas ſit, Tamayus ſilet; nec quidquam mihi ſuppetit, unde hæc oſtendi poſſit.*

b Tarazona, *quæ Baudrando* Turiaſo *eſt, ita ab hoc deſcribitur:* Urbs Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi Ptolemæo & Antonino, quæ TURIASSO Plinio, nunc TARAÇONA urbs Hiſpaniæ in Aragoniæ regno, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Cæſarauguſtano, ad fluvium QUEIOS dictum, D ... ſita eſt prope montem Caunum, in limite Caſtellæ Veteris, 4 leucis à Tutela diſtans in Occaſum hybernum Soriam verſus 8, à Bilbili 10, in Septentrionem Calagurim verſus. *In hæc autem urbe ex nobili ſtemmate natum fuiſſe* S. Attilanum, *aſſerentibus Breviariis &, quotquot de ejus geſtis ſcripſerunt, auctoribus, cùm nihil aliunde obſtet, credi meritò poteſt.*

c *Eadem hæc Athanaſius de Lobera pag.* 380 *versâ tradit, Zamorenſe Breviarium, uti & Lectionarium narrationis ſuæ teſtes adducens.*

d *Hoc Benedictini Ordinis monaſterium unâ leucâ Turiaſone diſſitum fuit, ut cenſent Lobera pag.* 384 *& Yepezius.* Hodiedum, *inquit hic Hiſpano idiomate Centuriâ* 6, *pag.* 203, illius ruinæ viſuntur, exſtatque etiamnum eccleſia, quæ à S. Benedicto nomen ſervat, vicinuſque campus MONASTERII CAMPUS appellatur atque in adjacente loco, Los FAIOS dicto, S. Benedicti obitus & tranſlationis feſta recoluntur.

e *Prope illud monaſterium non habitâſſe, ſed pietatis ac devotionis gratiâ nonnumquam eò* S. Attilani *parentes acceſſiſſe, ſcribit Lobera pag.* 383 *versâ. Id ipſum forte ſubobſcuris Actorum verbis* E *hîc indicatur.*

f *Lobera, jam ſæpiùs laudatus, pag.* 384 *versâ tradit,* S. Attilanum *ad decennium hîc degiſſe; at dicti ſui vadem aut teſtem non producit.*

g *Vide de eo hîc pag.* 233 *& ſeq.*

h *In Legionenſi præſertim regno non inuſitatum fuiſſe, ut cœnobitæ Benedictini, petita abbatis ſui facultate, anachoreticam vitam, dimiſsâ cœnobiticâ, ducerent, Tepezius Centuriâ* 6, *pag.* 200 *docet, variiſque alibi relatis exemplis demonſtrat.*

i *Vide Annotata ad Acta S. Froilani lit.* h.

k *Adi Acta S. Froilani num.* 3.

l *Eadem hæc referuntur in Actis S. Froilani num.* 3 *& lit.* k.

m *Conſule Acta S. Froilani num.* 4.

n *Vide Annotata in Acta ejuſdem Sancti lit.* l.

o *Nempe Ramirum III, de quo adi Annotata in S. Froilani Acta lit.* m.

p *De Taborenſi ſeu potiùs Tabarenſi monaſterio actum in iiſdem Annotatis lit.* p.

q *De Morerolenſis cœnobii ſitu vide ibidem lit.* r. F

r *Anno Chriſti* 990, *ut plerique cenſent, atque adeò die* XXX *Maii, ut in Annotatis ad Acta S. Froilani lit.* t *dictum eſt.*

ſ *Cùm ante annum Chriſti* 990 *ab Almanzore, Maurorum duce, deſtructa Zamora eſſet, credibilius eſt,* S. Attilanum *potiùs de reſtaurandis utcúmque templis & adunando diſperſo grege cogitâſſe, quàm templa, populum & clerum mirâ ſolertiâ regere potuiſſe.*

t *Peregrinationem, à* S. Attilano *ſuſceptam, Marineus Siculus lib.* 5 *de Rebus Hiſpanicis, Manriquius in Annalibus Ciſtercienſibus, Surius aliique hagiologi eodem fermè, ut ſequitur, modo referunt.*

u *Simile quid de S. Arnulpho, epiſcopo Metenſi, in ejus Vita narrat coævus ejus biographus tom.* 4 *Jul. pag.* 436, *num.* 7 *&* Sæc. 2 *Bened. pag.* 150.

x S. Attilanum *cæleſti voce à peregrinatione ſua Zamoram revocatum fuiſſe, tradit etiam ejus epitaphium ſub finem.*

y *De eccleſia S. Sepulcri Zamorenſi meminit Davila tom.* 2 *Theatri Eccleſ. pag.* 384.

z *Di-*

A z *Diceres, hiſtoriam hanc ex memorata S. Arnulphi Vita depromptam eſſe, adeò altera alteri conſonat, præterquam quòd illa pro Hiſpani biographi genio non nihil amplius exornata ſuiſque adjunctis veſtita magis ſit.*

aa *Cùm anno Chriſti* 1002 *necdum Zamora ea è ruinis ſuis poſt illatam ei ab Almanzore vaſtitatem emerſiſſe videatur, ut & turres & campanas paſſim haberet, liceat interim, dum quis illam vel tum inſtauratam oſtenderit, de prodigioſo illo campanarum ſonitu nonnihil ambigere; quin imò etiamſi tum temporis campanas Zamoræ paſſim exſtitiſſe, certum eſſet, non hinc tamen prodigium illud indubitatum fieret, cùm à nullo æquali ſcriptore, nedum aurito teſte, memoriæ traditum reperiatur.*

bb *De cæleſti illo ac pretioſo cultu pontificali, quo ſubitò* S. Attilanus *ornatus fuiſſe hîc dicitur, ſilent alii paſſim ſcriptores. Quo ex fonte illud hauſtum ſit, divinare non poſſum.*

cc *Nimirum, ut vulgò creditur, completum, ut adeò narrationi huic non adverſentur alii, cùm dicunt, Sanctum* poſtea vixiſſe annos circitèr octo, ſanctis ſemper operibus incumben-
B tem.

dd *Si hæc rectè docet communis ſat veterum ſcriptorum conſenſus, natus fuerit* S. Attilanus *anno Chriſti* 939, *& Zamorenſis epiſcopus, ut etiam ſuprà dictum eſt, conſecratus anno Chriſti* 990.

ee *Cùm Epitaphium illud nullas exhibeat notas chronicas, ejus antiquitas exactè definiri nequit. Si tamen conjecturis, dum veritas certò erui non poteſt, locus detur, ſuſpicor illud, vel exeunte ſeculo* XI *vel ipſo ſeculo* XII, *quo tempore uſitatiſſimum erat, rhythmum ſeu monotoniam, neglecto ſubinde ſyllabarum metro, in verſibus quærere, hoc Epitaphium Sancti noſtri ſepulcro poſitum fuiſſe. Certè etiam eruditiſſimo Mabillonio antiquitatem ſapere viſum eſt.*

ff *Dolendum ſanè, vel neminem prodigia illa litteris complexum eſſe, vel ea ad noſtra uſque tempora diligenter ſervata non fuiſſe.*

gg *Vide Comment. num.* 18 *& ſeqq.*

hh *Hujus eccleſiæ mentio ſit in Hiſtoria Revelationis ſeu Inventionis corporis S. Ildephonſi apud nos die* XXIII *Januarii pag.* 538; *hanc autem S. Petro ſacram eadem eccleſiam cathedralem antiquitùs fuiſſe, diſertè teſtatur Joannes Ægidius Zamorenſis, ſeculi* XIII *exeuntis ſcriptor in Hiſtoria Tranſlationis & Inventionis corporis B. Ildephonſi, quam in Supplemento Januarii edituri ſumus, deſumptam, teſte Joanne de Ferreras, ex authentico Ms. Zamorenſi, in quo hæc expreſſa leguntur:* Chriſtiani reſidui, qui manus evaſerant vaſtatorum (*Arabum ſeculo* VIII *ac deinceps Hiſpaniam depopulantium*) tamquam fidei zelatores, ſacratiſſimas eccleſiarum reliquias, juxta quod eis erat poſſibile, collegerunt, ut in Aſturias deportarentur, inter quas corpus B. Aldefonſi, Toletani archiepiſcopi, deferentes, cum eodem Zamoram venerunt, & in eccleſia B. Petri, ubi ſedes cathedralis fuerat aliquando, pignus ſanctiſſimum repoſuerunt.

ii *Regnante non Alphonſo VIII, ſed hujus nominis Legionis & Caſtellæ rege X, & Aſſuero, ſeu, prout in authentico Ms. Zamorenſi, mox laudato, legitur,* Sugerio epiſcopo Zamorenſem eccleſiam gubernante, *dum nempe anno Chriſti* 1260, *ut Joannes de Ferreras ſcribit, eccleſia S. Petri repararetur, hanc corporis S. Ildephonſi* E *inventionem contigiſſe, auctor eſt laudatus Ægidius Zamorenſis, qui non modò, ut ad marginem Ms. illius authentici adſcripta verba teſtantur, Sugerii epiſcopi tempore floruit, ſed etiam ex ipſius ore nonnulla, quæ refert, audivit.*

kk *Angelus Manrique Annal. Ciſterc. ad annum Chriſti* 1131, *cap.* 8 *in fine, trium dumtaxat clavium mentionem facit. Utri autem hîc aſſentiendum ſit, an Actis, an Henriquio, non eſt operæ pretium diſputare. Porrò lubet Henriquii verba, quæ huc faciunt, recenſere.* Zamoram, *inquit loco citato,* Atilanus integer ornat, peſtilenti contagio (*vide Loberam pag.* 415 *& ſeqq.*) per ipſum non ſemel liberam, juncto ſepulchro Ildephonſi Toletani, qui & ibidem quieſcit, & cui ut hoſpiti cedit nomen baſilicæ, cætera æquales. Reſerare cancellos nemini licet, abſente aut inſcio abbate Morerolæ, penes quem una è tribus theſauri clavibus. Sed nec in publicum prodire viſus eſt, & prodiit quidem hoc ipſo noſtro ſæculo (*nempe* XVII, *quo laudatus Manrique hæc ſcribebat*) niſi delatus à filiis ſui cœnobii.

Ex Breviariis.

C F

DE B. PETRO DE IMOLA, EQUITE HIEROS. S. JOANNIS,

FLORENTIÆ IN HETRURIA.

SYLLOGE.

C. B.

ANNO MCCCXX. *Beatus, quem in Martyrologium ſuum Univerſale intulit Caſtellanus,*

Etſi nulli prorſus hagiologi, ſive Itali, ſive alii, ſeculo præſenti antiquiores, B. Petrum, de Imola *ſeu de Foro Cornelii, quæ Æmiliæ, nobilis Italiæ regionis, ſub ditione Pontificia Bononiam inter & Faventiam ſita urbs eſt, à loco natali vulgò cognominatum, in Faſtis ſacris, à ſe concinnatis, commemorârint, eum tamen in Martyrologium ſuum Univerſale, cùm id anno* 1709 *typis Pariſienſibus edidit, Caſtellanus ad hunc diem intulit Gallicis hiſce Latinè à me redditis verbis:* Florentiæ beatus Petrus de Imola, eques S. Joannis Hieroſolymitani, Prior Romanus. *Jacobus Boſius ſacri Ordinis illuſtriſſimæque Militiæ S. Joannis Hieroſolymitani, qui Ordo communiùs modò* Melitenſis Ordo *vocatur, Hiſtoriam anno* 1594 *typis Vaticanis Romæ in lucem emiſit, aliaque Operis hujus editio multò auctior ſeculo proximè elapſo prodiit. In poſteriori è binis hiſce editionibus, quarum ſola antiquior penes nos exſtat, de* B. Petro *noſtro part.* 1, *lib.* 13 *tractatur, nullaque hujus ſcripta inveniri Acta, auctor docet, uti ex Joſepho Maria Brocchio,*

AUCTORE C. B.

ſcriptore Florentino, infrà laudando, intelligo. Adhæc de Beato noſtro ſeu potiùs de ſacris ejus lipſanis etiam meminit Ferdinandus Ughellus, ſcriptor & ipſe Florentinus, tom. 3 Italiæ Sacræ, anno 1647 publici juris facto, in archiepiſcopis Florentinis col. 138 ſic ſcribens: Conſecraverat item olim (*Joannes ſcilicet, archiepiſcopus Florentinus*) unà cum Raynerio, epiſcopo Feſulano, eccleſiam ſancti Jacobi in campo Corbolino, Hieroſolymitanæ militiæ equitum nobilem (*Florentiæ nimirum*) commendam anno MCCVI, in qua ſub majori altari ſacra lipſana beati Petri de Imola, equitis Hieroſolymitani, ſumma cum veneratione aſſervantur, cujus meminit Lucas Ferrinus in Catalogo eccleſiarum, piorumque locorum Florentinæ urbis. *Ex hoc Ughelli loco, aut ex Luca Ferrino, ad manum mihi non exiſtente, quem hic auctor verbis recitatis laudat, aut tandem etiam ex Aucta Boſii de Ordine Melitenſium equitum mox dicta Hiſtoria Beati noſtri notitiam forſan hauſerit Caſtellanus, eumque in Martyrologium ſuum Univerſale inferendum duxerit. Quoquo modo res hæc habeat,* Petro *equidem in novo illo ſuo Hagiologio non immeritò locum dedit, uti ex jam nunc dicendis pateſcet.*

B

à Brocchio celebratur prolixiori elogio,

2 *Joſephus Maria Brocchi, ſacerdos, protonotarius Apoſtolicus & ſeminarii Florentini rector, diviſum in duas partes de Sanctis & Beatis Florentinis Opus idiomate Italico haud ita pridem vulgavit, ac in priori quidem ex iis, quæ anno 1742 lucem aſpexit, de Sanctis & Beatis, quorum feſtum Miſsâ & Officio apud Florentinos celebratur, ex inſtituto tractat, in poſteriori verò de Sanctis & Beatis, quorum etſi quidem feſtum Miſsâ & Officio non celebretur, reliquiis tamen & imaginibus cultus publicus ab immemorabili tempore Florentiæ fuit delatus. Poſterioribus porrò hiſce Sanctis ac Beatis* B. Petrum de Imola *accenſet tum in Indice, ad primam Operis ſui partem adjecto, quo Sanctos ac Beatos in ultima ejuſdem ſui Operis parte dandos in anteceſſum enumerat, tum præcipuè in hac ipſa parte, in qua ſat prolixum, quod Vitam inſcribit, Elogium Beato adornat. Id annum Beati emortualem, cultum ſacris ejus exuviis delatum, ac alia omnia, quæ de Beato traduntur, complectitur, integrumque idcircò, ut ita, quæ ad* Petrum *noſtrum pertinent, lectorem edoceam, huc tranſcribo, paucis dumtaxat, quæ ad rem non faciunt, reſciſſis, Annotationibuſque, ubi id*

C

neceſſarium congruumve arbitrabor, ſubinde adjectis. Hiſce, quæ ex lingua Italica in Latinam converti, verbis concipitur: Abſtinendum non videtur à recenſendo inter Beatos, qui ad diœceſim noſtram (*Florentinam videlicet*) quodam modo ſpectant, B. Petro de Imola, qui quamvis origine Florentinus non ſit, quoniam nihilominus ultimis vitæ ſuæ temporibus Florentiæ habitavit, ibique tandem, ſacro ejus corpore in hac eadem civitate adhuc quieſcente, mortuus eſt, Beatis noſtris idcircò jure meritiſſimo videtur annumerandus, civitatis Imolanæ gloriâ, quæ, quòd illi ſub ſeculi tertii decimi finem naſci dederit, ſuis eum accenſet, non imminutâ.

quo annum Beati emortualem, egregias

3 *Hac inductione, veluti proœmio quodam ſeu prologo, Beati Elogium orditur Brocchius, ita mox proſequens:* Celebratiſſimum itaque eſt tam apud ſacrorum canonum, quàm apud legum peritos, B. Petri noſtri nomen ob inſignia Opera, ſcripta ab ipſo in legum materia, in qua erat verſatiſſimus, ab auctoribus tam ſacris quàm profanis ſub nomine IMOLENSIS communiter citari ſolitus. Refert Jacobus Boſius in ſacri Ordinis Melitenſis Hiſtoria part. 1, lib. 13, glorioſorum facinorum, à Beato illo in vita patratorum, notitias periiſſe occaſione magnæ inundationis, quæ anno MDLVII Florentiæ obvenit; unde alia de eodem ſuperſtes non manſerit memoria, quàm fuiſſe eum profundâ doctrinâ, ſummâ prudentiâ ſanctiſſimâque vitâ virum, &, cùm eſſet ſacri Hieroſolymitani Ordinis, dicti Melitenſis, eques, factum eſſe prioratus Romani Priorem, cúmque poſtea Florentiam ad commendam (*ita hîc vocem Italicam* commenda, *Gallicè* commenderie, *fas ſit Latinè exprimere*) S. Jacobi in Campo Corbolini, ad eumdem Ordinem ſpectantem, fuiſſet tranſlatus, graviſſimo mortifero morbo ibidem afflictum tranſiiſſe tandem ad æternam in cælo beatitudinem anno Salutis noſtræ MCCCXX, die quinta Octobris. Præterea dominus canonicus Antonius Maria Manzoni in ſua epiſcoporum Imolenſium Hiſtoria narrat, B. Petrum ſub vitæ finem xenodochii cujuſpiam ſervitio Florentiæ ſeſe addixiſſe, "Ibi in xenodo-„chio ægrotis inſerviens ſanctiſſimè deceſſit,„ pag. CCXXXV. Sepultus deinde magno cum honore fuit in dicta S. Jacobi eccleſia, quæ ſub finem anni MCCVI à Joanne, S. Frediani Lucenſis quondam Priore, epiſcopo Florentino, ſimulque à Raynerio epiſcopo Feſulano fuerat conſecrata.

D

E

animi dotes, ſepulturam,

4 *Quo tempore eccleſiam, in quâ ſacrum Beati corpus tumulo fuit mandatum, conſecrari antè contigerit, parùm intereſt, ideóque antiquam, ex qua id, ut dixerat, anno 1206 factum eſſe, Brocchius hîc probat, eccleſiæ illius inſcriptionem omitto, & ea, quæ in jam data ſcriptoris hujus verba notanda occurrunt, ſubjungo. Beatum fuiſſe doctiſſimum, prudentiſſimum ſanctiſſimumque Virum, Romæ adminiſtrâſſe Ordinis ſui prioratum, graviſſimo ex morbo Florentiæ anno 1320 obiiſſe, ibique in S. Jacobi in Campo Corbolini eccleſia terræ fuiſſe mandatum, Brocchio ex Boſii fide narranti credendum videtur; verùm quod etiam ex ejuſdem auctoris fide refert,* Petrum *noſtrum fuiſſe à Prioratu Romano, quem geſſerat, ad Florentinam S. Jacobi in Campo Corbolini commendam tranſlatum, dubitandum reor, an veritati conſonet. Ita animo comparatus ſum, quòd de tranſlatione illa, ſeu de Florentina, quàm Beatus umquam adminiſtrârit, S. Jacobi in Campo Corbolini commenda altiſſimum ſit ſilentium in Inſcriptione, proximè huc tranſcribenda, quam tamen qui adornavit, muneris illius à Beato geſti,*

F

ſi verè modò ab hoc geſtum aliquando fuiſſet, mentionem videtur fuiſſe in illa facturus, utpote quâ monumentum, quod epitaphii loco eſſet, Beato poſuerit in eccleſia ipſiuſmet Florentinæ, quam hic adminiſtrâſſet, S. Jacobi in Campo Corbolini commendæ. Nec refert, Inſcriptionem tunc primùm, cùm de terra Beatus fuit levatus, ac proin diu poſt hujus obitum poſitam fuiſſe; etſi enim id ita ſit, cùm Inſcriptionis auctor Romanum Beati prioratum habuerit compertum, reque etiam ipſa commemoret, quî factum, ut Florentinam ejuſdem Beati commendam ignorârit, hancque nihilominùs Boſius, qui poſt Inſcriptionis auctorem floruit, optimè habuerit perſpectam, litteriſque in ſua Melitenſis Ordinis Hiſtoria conſignârit?

epitaphium, tabulæ lapideæ inſcriptum,

5 *Antonius Maria Manzonius, ſuprà à Brocchio laudatus, in ſua Cornelienſium ſeu Imolenſium epiſcoporum Hiſtoria pag. 235 ſic ſcribit:* Floruit his temporibus (*ſeculo nempe* XIV) beatus Petrus nobilis eques Imolenſis, Prior Hieroſolymitanus in Urbe, obiitque Florentiæ die quinta

A quinta Octobris anno trecenteſimo vigeſimo ſupra milleſimum : is poſtquam operam juriſprudentiæ dederat, in qua mirificè excelluit, divino ſervitio mancipatus, ubi Florentiam conceſſit, ibi in xenodochio ægrotis inſerviens ſanctiſſimè deceſſit, humatus in æde divi Jacobi, vulgò in Corbellino. *Ita ille, nullam omninò Florentinæ S. Jacobi in Campo Corbolini ſeu, ut ſcribit, in Corbellino commendæ, à Beato adminiſtratæ, mentionem faciens. Quid ſi igitur Beatus, pœnitentiæ ſpiritu impulſus, Florentiam, abdicato, quem Romæ gerebat, Prioratu, conceſſerit, ibique ægris inſerviens, Florentinâ S. Jacobi in Campo Corbolini commendâ numquam adminiſtratâ, ad Dominum migrârit ? Id ſanè recitatis Manzonii verbis apprimè conſonat, mihique longè, quàm oppoſitum, veroſimilius apparet. En nunc ipſa inſcriptionem proximè memoratam complectentia Brocchii verba*, Corpus B. Petri, *inquit*, fuit pòſt (*cùm ſcilicet aliquamdiu jacuiſſet ſepultum*) quatuor circiter cubitis ſupra terram ad partem lateralem dexteram in eccleſiæ (*S. Jacobi in Campo Corbolini nimirum*) ingreſſu collocatum, ubi modò conſpicitur tabula lapidea, quæ id cooperiebat; in qua
B ejuſdem Beati togati effigies eſt expreſſa cum cruce Melitenſi ad humerum ſiniſtrum, radiiſque circum corpus in ſignum laureolæ Beati, hæcque præterea in prædicta tabula antiquo charactere leguntur verba: "Hîc jacet dominus Frater Petrus „ de Ymola juris utriuſq. profeſſor, venerandus „ Prior Prioratûs Urbis. Anno Domini MCCCXX, „ die V Octobris requievit in Domino. „

inſigne prodigium, quod Beati meritis fuerit patratum,

6 Videtur colorari curâſſe dictam tabulam eques Frater Franciſcus dell' Antella, quoniam, quæ ſub eadem gentilitia inſignia, domûs ejus ſunt, non familiæ Beati, ut per errorem illius, qui ei notitias dedit, ſcribit citatus Boſius, qui etiam erravit ponens vocem QUONDAM ante vocem PROFESSOR, quia ibi (*in inſcriptione ſcilicet mox data*) ſola littera q conjungitur cum voce UTRIUS, quod ſignificat UTRIUSQUE. Ibi (*nempe in tabula lapidea ſuprà dicta*) duo ſculpti ſunt parvi angeli, unus ad caput, alter ad pedes, quorum hic ultimus cum thuribulo in manu Beato thus incendentis ſpeciem præfert, quòd ſuprà nominatus Boſius non notavit in tabulæ deſcriptione, quam ipſemet fecit excudi. *Vellem, ut hiſce, quæ in tabulam, quam memorat, inſcriptionemque huic inciſam hîc obſervat Brocchius, annum etiam, quo ea, ſive tabula ſive inſcriptio, fuerit poſita, adjeciſſet! Ita enim tempus, quo, quod narrat, ſacrum Beati corpus ſupra terram fuerit collocatum, poſſet quàm proximè determinari. Verùm annum illum Brocchius veroſimillimè non habuerit exploratum. Utut ſit, cùm is equidem nec aliunde poſſe erui videatur, elogii, Beato noſtro à Brocchio contexti, ſeriem proſequor.* Quod è miraculis, à Deo per Beati hujus merita patratis, notatu magis dignum narratur, hoc eſt: Cùm aliquando pro S. Jacobi feſto præmemorata (*S. Jacobi in Campo Corbolini nimirum*) eccleſia ornaretur, ornanſque, qui ornamenta ſerica aptabat, longas ſcalas prope ejuſdem Beati ſepulcrum aſcendiſſet, declinare has accidit; unde celerrimè unà cum viro, qui iis inſidebat, in terram fuiſſent prolapſæ, niſi ad retinendas cum miraculo Beatus accurriſſet, extendens prodigioſè extra ſepulcrum brachium, quo ſcalas ſuſtinebat, donec dictus vir deſcendiſſet in terram. *Inſigne enimverò prodigium! Verùm cùm nec tempus, quo factum ſit, exprimat, nec vadem teſtimoniumve, quo confirmetur, in medium adducat Brocchius, multùm dubito, an futurum ſit, ut apud ſanè etiam moderatæque criſeos ſectatores fidem indubitatam inveniat. Reliqua Brocchii verba, quæ jam recitatis proximè ſubjungit, pergamus exſcribere.*

AUCTORE C. B.

cultumque, ſacris ejus

7 Spargitur, *inquit*, miraculi adeò ſtupendi rumor, magna populi concurrit multitudo ad venerandum ſacrum Beati corpus, quod decentiorem poſtea locum obtinuit, è dicto (*in quo nempe, ut num. 5 narratur, ſupra terram fuerat depoſitum*) ſepulcro extractum, & ſub altari majori collocatum, ubi poſtea decentem capſam, in qua id depoſuit, fieri curavit eques F. Auguſtinus Mego, commendæ à S. Jacobo in Campo Corbolini denominatæ commendator. Creditur, cùm beati Petri corpus ſub altari poſt factum ſuprà dictum prodigioſum eventum primò fuit depoſitum, in memoriam prodigii hujuſmodi à corpore fuiſſe avulſum brachium, quod hodie ſeparatim honoratur, cùm evidens appareat, fuiſſe id avulſum, antequam idem corpus fuiſſet ſub aquis, quæ hoc in ſuprà memorata inundatione (*Adi num. 3*) infecêre, omnibus oſſibus inde effectis nigris carneque orbatis, ubi contrà dictum brachium optimè conſervatum eſt, carne alba æqualiterque colorata veſtitum, ut eſſe videatur, non mortui, à quatuor ampliùs ſeculis è vivis ſublati, ſed alterius, qui brevi dumtaxat tempore fuerit ſepultus. E

reliquiis delatum, docet,

8 Brachii hujus pignus ſub principe dictæ eccleſiæ altari quotannis exponitur primo Maii feſto, quo tempore etiam detegitur capſa ſub altari exiſtens, in qua reliquæ requieſcunt ſacratiſſimi corporis partes, noviſſimè craticulâ ornata cryſtalliſque præmunita à felicis memoriæ equite & commendatore F. Franciſco dell' Antella, qui præterea totam eccleſiam præcipuéque altaris majoris tribunam inſtaurari curavit, faciens etiam expoliri ac colorari, ut dictum eſt, ſupradictam antiquam tabulam lapideam, quæ pro operculo fuerat Beati noſtri ſepulcro, ad veneranda cujus ſacra oſſa frequentes accedunt, præſertim in ejus feſto (*natali videlicet ſeu die 5 Octobris*) cum magna devotione Florentini. Idem ſacrum corpus poſtea de novo honorificentiùs ſub finem anni MDCCXXIII componendum curavit Magnus Prior Meſſinenſis F. Carolus de Ricci, uti liquet è ſequenti, quæ præfatæ capſæ adſcripta eſt, inſcriptione: "Corpus beati Petri ab Imola, u-
„triuſque juris laureâ ac Romæ Prioratûs mu- F
„nere inſigniti, honorificentiùs componendum
„curavit F. Carolus de Ricci Baiulivus anno M-
„DCCXXIII. „

uti etiam harum cum magno Melitenſi Magiſtro communicationem.

9 Tandem cùm motus pietate in hunc Beatum regnans modò piiſſimus Melitenſis Magnus Magiſter F. D. Emmanuël Pinto de Fonſeca anno MDCCXLIX, quo inſignis aliqua reliquiarum ejus pars, in eccleſia ſua conventuali collocanda, ſibi daretur, inſtanter rogâſſet, miſſum ei fuit femur à vigilantiſſimo domino noſtro archiepiſcopo Incontri, quemadmodùm evidenter patet è ſequentibus, quæ dictæ reliquiarum parti additæ fuerunt, authenticis litteris: "Franciſcus
„Caietanus Incontri Dei & ſanctæ ſedis Apoſto-
„licæ gratiâ archiepiſcopus Florentinus, & ſacri
„Romani imperii princeps. Univerſis & ſingulis
„has præſentes noſtras litteras inſpecturis fidem
„facimus atque teſtamur, qualiter hac infraſcripta
„die illmus dñus baiulivus & Magnus Prior F.
„Carolus de Ricciis, præceptor hujus eccleſiæ
„ſancti Jacobi commendæ Corbolinæ ſacræ Reli-
„gioni Hieroſolymitanæ perpetuò unitæ, cum aſſi-
„ſtentia infraſcripti D. archiepiſcopalis noſtræ cu-

riæ

AUCTORE C. B.

„riæ vice-cancellarii, qui de mandato noſtro ad „infraſcriptum effectum ad prædictam eccleſiam „acceſſit, ac ex pervetuſta arca lignea, cæruleo „colore depicta & in parte deaurata, in qua oſſa „corporis B. Petri de Imola, equitis Hieroſoly„mitani, religiosè aſſervantur, exiſtente ſubtus „altare majus prædictæ eccleſiæ, ad conſulendum „devotioni Eminentiſſimi dñi Magni Magiſtri „prædictæ ſacræ Hieroſolymitanæ Religionis, qui „pias preces porrexit, ut aliqua prædicti B. Petri „inſignis reliquia ſibi concederetur, femur dicti ſa„cri corporis extraxit, quod ſtatim per prædictum „noſtrum Vice-cancellarium involutum fuit in pa„pyro, vittâ ſericâ rubri coloris undique colliga„tum ac parvo noſtro ſigillo in cera rubra Hi„ſpanica pluribus in locis obſignatum, nec non „illmo D. F. Horatio Sanſedonio equiti Hieroſo„lymitano, prædicti Emi D. Magni Magiſtri „mandatario ibidem præſenti, traditum, ut eidem „Emo D. Magno Magiſtro tranſmittere valeat, D
„cui facultas erit dictam ſacram reliquiam apud „ſe retinendi, aliis donandi & in qualibet eccle„ſia, oratorio aut capella publicæ fidelium vene„rationi, ſervatis ſervandis, exponendi & collo„candi. Ne autem de identitate prædictæ ſacræ „reliquiæ ullo unquam tempore dubitari contin„gat, has teſtimoniales litteras, manu noſtra ſub„ſcriptas noſtroque ſigillo firmatas, per eumdem „infraſcriptum Vice-cancellarium noſtrum expe„diri juſſimus. Datum die III Auguſti anno MDCC„XLIX. Franciſcus Caietanus archiepiſcopus Flo„rentinus. Aloyſius Vignalis J. U. D. & Vicecan„cell. de mandato &c. „ *Litteris hiſce egregiè etiam, quod Brocchius ſuprà docet, confirmatur, ſummo Florentiæ in honore haberi Beati reliquias, de quo cùm nihil amplius, quod dicam, ſuppetat, Syllogæ huic finem hìc impono.*

DE B. MATTHÆO MANTUANO CONFESSORE,

B E

ORDINIS FRATRUM PRÆDICATORUM,

VIGLEVANI IN DUCATU MEDIOLANENSI.

C. S. SYLLOGE DE GESTIS ET CULTU.

§ I. Locus cultûs : memoria in Martyrologiis : elogium ex Taëgio : pauca alia ex aliis accepta : aliqua miracula poſt mortem : tempus obitûs.

ANNO MCDLXXI, VEL MCDLXX. *Notitia loci, ubi colitur; memoria*

C *Viglevanum, quod alii* Veglivanum, Viglebanum, Vigevanum, Vegivanum, *alii etiam paulò aliter, Itali verò vernaculè* Vigevano *appellant, parva, ſed elegans, Inſubriæ civitas eſt, haud procul à Ticino fluvio Papiam inter & Mediolanum ſita, ſui nominis comitatûs caput, & à Clemente VII epiſcopali ſede, ſub metropoli Mediolanenſi, anno* 1529 *in gratiam Franciſci Sfortiæ, ducis Mediolanenſis, illuſtrata. In ejuſdem civitatis conventu Fratrum Prædicatorum, S. Petro martyri dicato, ſeculo* XV *ſanctè obiit, ac nunc etiam honorificè quieſcens colitur hoc die* B. Matthæus, *ejuſdem Ordinis Prædicatorum, à patria ſua* Mantuanus, *à familia verò, ex qua natus eſt,* De Carreriis *dictus. Ex martyrologis, ſi Dominicanos exceperis, unicum novi Philippum Ferrarium, qui illum annuntiat, in Catalogo generali Sanctorum, qui non ſunt in Romano Martyrologio, ad hunc diem* V *Octobris paucis ſic memorans :* Viglebani, B. Matthæi, Ordinis Prædicatorum confeſſoris. *Tum in Annotatis ibidem hæc addit :* Is patriâ fuit Mantuanus, Obiit Viglebani anno Domini MCCCCLXXII, ubi in dies miraculis fulgens Sedis Apoſtolicæ conceſſione colitur.

in paucis Martyrologiis : ſcriptores,

2 *Ad eumdem Octobris diem* Matthæi *memoriam celebrant Dominicus Maria Marcheſius in ſacro Diario Dominicano, & Jacobus Laſonus in Anno item Dominicano, ambo Ordinis Prædicatorum, vitaque illius compendium exhibent, inferiùs uſui futurum. Legitimum cultum infrà probabo, poſtquam pauca, quæ de ejuſdem geſtis novimus, expoſuero. Lucas Caſtellinus in Tractatu de Certitudine gloriæ Sanctorum canonizatorum cap.* 2 *de eodem ſermonem faciens,* Cujus, *inquit,* præclara geſta referunt innumeri ſcriptores, F
Ambroſius Taëgius, Leander Albertus, Hieronymus Burſellus, Seraphinus Razzius & Joannes Michaël Piò. *Illorum primus, Taëgius, apud Echardum in Bibliotheca ſcriptorum Ordinis Prædicatorum, ejuſdem Ordinis habitum induiſſe dicitur Mediolani in cœnobio S. Mariæ gratiarum, tunc recèns anno* 1485 *erecto; quæ temporis locique vicinitas, Ordiniſque profeſſio facit, ut ille de* Matthæo, *tunc nondum viginti retrò annis, nec multis milliaribus ab urbe Mediolano, Viglevani videlicet, erepto è vivis, optimè inſtructus fuiſſe potuerit.*

qui poſt Taëgium & Leandrum Alberti

3 *Scripſit autem Taëgius, ut in laudata Bibliotheca legitur, Chronicon generale ſui Ordinis in folio, ſex voluminibus Mſs. membranaceis diſtinctum, & in ſuprà dicto S. Mariæ gratiarum cœnobio ſervatum. Veriſimillimè in eodem loco hujus* B. Matthæi *elogium, quod habemus, manu propria deſcripſit Papebrochius noſter* ex Fr. Ambr. (*ut præmittitur*) Taëgii Mediol. de Inſigniis Ord. Prædicat. Tom. 3, ſign. N f. 41. *Tum ſubditur :* Incipit Vita B. Matthæi de Carreriis Mantuani, viri ſanctiſſimi. *Elogium tamen potiùs, quàm Vita appellabitur, quod admodùm breve ſit, ſicque illum*

A *illum celebret, ut pauca ejuſdem geſta exponam. Taegio aut ſynchronus aut certè proximus vixit, ſecundo loco apud Caſtellinum laudatus Leander Albertus ſeu Alberti, eodem teſte Echardo, Ordinem Prædicatorum anno* 1495 *Bononiæ amplexus, qui & illius Chronici meminit, & eo ſe in ſcribendis libris de Viris illuſtribus ſui Ordinis uſum eſſe, profitetur. Is quoque lib.* 5 *ejuſdem Operis recitat elegans* Matthæi *elogium ex Taegio acceptum, ſed ſtilo etiam paulò breviori concinnatum, neque ullo omnino Beati facto auctum.*

illius geſta memorarunt.

4 *Hieronymum Albertutium Burſellum anno* 1497 *obiiſſe, ſcribit laudatus Leander lib.* 4 *apud me pag.* 153, *ejuſdemque Opera recenſet, quæ Mſs. ſervari Bononiæ dicuntur apud Echardum in Bibliotheca. Potuit ergò etiam ille* B. Matthæi *geſta probè noviſſe; at mihi in promptu non eſt illius Opera conſulere. Suſpicor tamen, in illis vel nulla vel pauca de eodem legi præter relata à Taegio & Leandro, quorum ſaltem hic illius Opera legere potuit. Seculo* XVII *obierunt Seraphinus Razzius & Joannes Michaël Pius,*

B *poſtremo loco à Caſtellino laudati, quorum lucubrationes typis editas habeo; ſed hi ſcilicet paulò remotiores ſunt ab ætate* B. Matthæi, *ac propterea minoris auctoritatis, quàm tres præmiſſi. Alios, quos* innumeros *ait, ſcriptores Caſtellinus non nominavit: fortaſſe hi recentiores ſunt, aut nihil præterea de Beato docent, ut colligere licebit ex dicendis. Accipe igitur illius Vitam, ſeu potiùs elogium, per Taegium, quale illud habemus à Papebrochio noſtro deſcriptum.*

Beati natales, adoleſcentia, virtutes in Ordine Prædicatorum: **an* ingreſſu?

5 Incipit Vita B. Matthæi de Careriis Mantuani, viri ſanctiſſimi. § 1. De ejus origine & ingreſſus * ejus ad Ordinem, deque ejus ſanctis moribus. Beatus Matthæus de Carreriis Mantuanus ex honeſtis & piis parentibus, velut lucifer, exortus emicuit. Litteris traditus haud parùm profecit. In annis juvenilibus conſtitutus, mundi oblectamenta fugiens, Ordinem Prædicatorum ingreſſus eſt, in quo ſtudio litterarum ſacrarum permaximè intentus in tantum profecit, ut prædicator efficeretur ferventiſſimus & devotus, corde humilis, caritate diffuſus, ſpe patientiſſimus, fide plenus, oratione devotus, meditatione ſuſpenſus, animarum zelator ferventiſſimus, obſervantiæ regularis zelator maximus, ad Chriſti Crucifixi paſſionem devotiſſimus, non* ſine lacrymis & ſuſpiriis, aut ſuſpenſione quadam & profunda meditatione videri non * poterat.

**an* quam?

**an* videre?

C

charitas, quâ piratam movit, ut captivos omnes

6 § 11 De liberatione quorumdam captivorum de manibus pyratarum. Cùm vice quadam de Piſis verſus Genuam navigaret per mare cum Fratre Cherubino de Fabriano, qui hæc retulit, à pyratis intercepta navi, captus eſt. Erant autem in ea navi homines utriuſque ſexus quàm plures: planctus autem cum clamoribus & ejulatus fit maximus. Pyratarum autem princeps, qui ibi erat, in ſuam galeam quoſdam de navi transferri fecit, & Fratres, qui tres erant, ad terram per ſcapham ut deportarentur, juſſit. Cùm autem Vir Dei audiret, videretque quandam juvenculam nubilem cum matre miſerabiliter flentes, eò quòd captivæ remanebant, earumque pudicitia in manibus eſſet impiorum hominum, miſericordiâ motus ſuper calamitate matris & filiæ, procidens genibus flexis ante pedes principis pyratarum, extenſis manibus in modum crucis, dixit: Obſecro te, princeps, retine me captivum, dummodò has duas mulieres liberas abire permittas.

7 Tunc pyrata ait: Bone Pater, ſufficit, quòd te cum ſociis abire permitto: de his non ſit tibi curæ; quia de eis aliud agendum erit. At Vir Dei in petitione perſeverans, ſupplicans iterum ait: Propter eum, qui te & totum mundum ſuo pretioſo ſanguine redemit, me retine, & has duas mulieres liberas dimitte. Motus ergò tyrannus ſancti Viri precibus dixit: Vade, & pro me Deum depreceris; quia, ut video, Vir Dei es, & obſervantiæ regularis. Non ſolùm autem has, pro quibus poſtulas, mulieres, ſed etiam totam hanc hominum multitudinem tibi dono, de omnibus ad libitum diſpone. Redditis ergò gratiis, & omnibus liberis cum navi dimiſſis, ſanctus Pater ad Deo gratias agendum hortatus eſt, à peccatiſque caverent, & in futurum ſecundum doctrinam viverent Chriſtianam. Mater verò cum filia Virum ſanctum cum muneribus honorare voluerunt; quibus Vir ſanctus dixit: Ite, & Deo gratias agite, qui à tanto periculo ſua vos benignitate liberavit; & quantùm poteſtis, ab ejus offenſa cavete.

AUCTORE C. S.

cum capta navi liberos dimiſerit:

E

ejuſdem plus obitus, quem mirabiliter præſcivérat.

8 § 111 De ejus ultima ægritudine, & felici tranſitu. Poſt multos autem labores, quos diu in vinea Domini prædicando, confeſſiones audiendo, ſtudendo, orando, & vigilando perpeſſus eſt, in gravem incidit ægritudinem, quam magna cum patientia, gratias ſemper agendo Creatori ſuo, portavit. Cùm autem languor ingraveſceret, apud Viglevanium conſtitutus, vocato Priore & confeſſore ſuo, dixit: Sciatis, pater optime, quòd ex ægritudine hac moriturus ſum: nam pluries à Domino petii, ut ante meum ex hac vita deceſſum de ſua dulciſſima paſſione aliquid mihi guſtandum daret; quod & fecit. Nam cor meum clavo à Domino vulneratum ſentio; tantuſque eſt cordis mei dolor, quòd in hoc mortali corpore ampliùs vivere non * videtur: vulneraverat autem Dominus cor ejus ſua dulciſſima paſſione. Poſt non multos dies, ſumptis devotè omnibus Eccleſiaſticis Sacramentis, anima illa ſanctiſſima carne ſoluta ad cælos feliciter evolavit anno Domini MCCCCLXXI, die VI menſis Octobris.

**adde* poſſe

Claret miraculis: comiti Placentino acceſſum ad ducem Mediolanenſem

F

9 § IV De miraculis poſt mortem ipſius perpetratis. Poſt mortem beati Viri quàm plura ſequuta ſunt ad ejus invocationem miracula, prout cereæ imagines ac argenteæ, & cerei multi, ad ejus venerabile ſepulcrum dependentia proteſtantur, quæ enarrare longum eſſet, ex quibus unum referre non omittam. D. Stephanus, comes Placentinus, à Galeatio Mediolanenſi duce dominio trium caſtrorum in comitatu Placentino privatus eſt. Viglevanium itaque venit ad ducem, qui tunc temporis ibidem morabatur. Præceperat dux caſtellano ſub pœna capitis, ne comitem ipſum ad eum ingredi permitteret. Morabatur in hoſpitio comes, haud parùm triſtis, ſi quo modo ducem adire poſſet, mente revolvens: interim quidam ex ſuis, ex comitatu Placentino veniens, renuntiavit, qualiter in caſtris illis dux præſidia poſuiſſet: cui comes, Scio, inquit, & utinam mihi pejus non contingat! Timebat enim mortem.

& reſtitutionem caſtrorum divinitus procurat.

10 Dum hæc autem agerentur, videns hoſpes comitem tam triſtem, dixit: Quid habes? Eſtne aliquid, in quo vobis auxilio eſſe valeam? Intellecta comitis afflictione, dixit: Si mihi acquieſcitis, fortè liber eritis. Cui comes, Nihil eſt, inquit, quod non faciam; dummodò mihi à principe daretur audientia. Cui ille, Pergatis,

AUCTORE C. S. inquit, ad ecclesiam B. Petri M. * Ordinis Prædicatorum, oretisque B. Matthæum Mantuanum, præfati Ordinis Fratrem, qui pluribus claret miraculis; fortassis, quòd aliquod obtinebitis remedium. Cùm autem comes eum derideret, finaliterque acquiesceret, pervenit ad tumulum beati Viri, magnam se daturum pecuniæ quantitatem *, si à principe audientiam, suaque oppida habere posset. De ecclesia autem ad castrum, ubi dux erat, pergens, per omnes portas absque contradictione aliqua pervenit ad ducem, suasque adducens rationes, audivit à duce: Exterminare te, ac bonis privare decreveram, & fortè vitâ; sed nunc virtute quadam superiori coactus te in gradum restituo pristinum, omniaque prædecessorum tuorum privilegia cum castris omnibus confirmo. Abiit ille lætus & gaudens, miraculumque hospiti pluribusque aliis fideliter enarravit.

i.e. Martyris

*adde promisit

Pauca observantur

11 *Hæc, nec plura, de hoc beato Viro Taëgius, quæ Leander Alberti sic ferè descripsit, ut nonnulla eorum in compendium contraxerit. Atque hæc quidem talia sunt, ut eximiam de* B. Matthæo *æstimationem ingerant, ac desiderium accendant cetera ejusdem gesta cognoscendi. Quidquid autem Castellinus num.* 2 *relatus dicat, ea*
B *ab innumeris scriptoribus referri, rectiùs Marchesius & Lafonus incusant, deflentque majorum suorum in iisdem ad posteros transmittendis incuriam; nec nisi pauca præter ea, quæ Taëgius & Leander tradiderunt, reperire potuerunt. Mantuam, antiquissimam vulgóque notissimam Italiæ civitatem,* Matthæo *patriam obtigisse, Taëgio consentiunt omnes, ipsumque* Mantuani *agnomen, quod Leander Alberti ipsi pariter attribuit, satis declarat. Familiam, à qua eumdem* de Carreriis *iidem duo scriptores appellant, Marchesius* nobilissimam, *Lafonus* illustrem *dicunt, ac Beatum ipsum in sacro fonte Baptismatis nomen* Joannis Francisci, *in Ordine verò Prædicatorum* Matthæi *sortitum esse, asseverant.*

ad præmissa.

12 *Credibile est, hæc illos ex aliquo instrumento idoneo accepisse; sed, si qua tunc Mantuæ exstiterit nobilitate illustris familia* de Carreriis, *ne ex ea* B. Matthæum *natum credam, obstant Taëgius suprà num.* 5 *solùm docens, ipsum* ex honestis & piis parentibus *natum esse; & Leander Alberti, eumdem sine ulla parentum stirpisve nobilitatis mentione* Carerium *vocitans. Quo ille natus sit anno, à nullo proditum legi:*
C *neque hic colligi potest ex illius anno emortuali, quòd suprema, in qua obiit, ætas ignoretur. Quia tamen anno* 1471, *aut fortè præcedenti, vivere desiit, nec quisquam de ejusdem admodùm provecta ætate meminit, verisimillimum est, eum eodem, quo mortuus est, seculo* XV *primam lucem aspexisse. Ignotus pariter mihi est annus, quo sacrum Prædicatorum Ordinis habitum induit, silentibus de eo omnibus, quos consului.*

Tironis studium orationis, inedia, æstuses.

13 *Multis illum in ipso tyrocinio fulsisse virtutibus, scribit Marchesius, de qua re nequit meritò dubitari. De singulari illius abstinentia unum refert, quod cùm ex ejusdem coætaneorum testimonio acceptum dicat, Marchesii verbis ex sermone Italico in Latinum versis huc transfero.* Adeò erat orationi deditus, ut in morem S. Bernardi semper esset intentus & mente elevatus in Deum; cúmque in hoc fervore spiritûs leviores reputaret usitatas corporis castigationes, ex solita fervidorum tyronum imprudentia corpus suum in eum modum afflixit, ut evidens vitæ periculum incurrerit. Nam inter cetera tanD tæ erat à cibis abstinentiæ, ut ex multorum coætaneorum ejus testimonio constet, illius fauces dentesque ex nimia debilitate aliquando adeò fuisse constricta, ut eum refocillandi, generosoque liquore roborandi gratiâ, oportuerit os ejus instrumento ferreo diduci. *Tum subdit Marchesius, eumdem propterea à magistro suo reprehensum, prohibitumque ullam imposterum sui corporis afflictationem sine petita acceptaque licentia adhibere, & ex ejusdem magistri prudenti consilio ad cohibendos potiùs animi sui sensus, divinaque contemplanda tam facilè animum transtulisse, ut frequentes in ecstases raperetur.*

Dicitur Soncini sustulisse consuetudinem dies festos profanandi:

14 *Fuisse illum ferventissimum verbi Dei præconem & apostolica charitate eximium, suprà dixit Taëgius, idque etiam observavit in Chronico ad annum* 1471, *ubi, teste, qui ea descripsit, Papebrochio, de eodem sic ait:* Fuit etiam ferventissimus prædicator ac animarum mirabilis zelator. *Consentit Leander Alberti in ejusdem elogio dicens:* Fuit vehemens verbi Dei concionator, & animarum sedulus indagator. *At horum neuter factum aliquod hujus generis narrat præter unum illud de liberatis captivis è manibus pyratarum, in quas cum ipso inciderant. Quatuor alterius generis exempla referunt Marchesius & Lafonus, nescio, quàm certis testimoniis fulta. Primum hoc ferè modo exponunt. Dum* Matthæus *Soncini, quod ducatûs Mediolanensis in agro Cremonensi ad Ollium fluvium oppidum est, verbi divini prædicandi causâ quodam die festo versabatur, audito, populum ad tympanorum tibiarumque sonitum choreis indulgere, de sacræ lucis profanatione vehementer commotus, pulsato turris ære campano omnes ad concionem convocavit, & in suggestum ascendens, tanto cum ardore & eloquentia peroravit, ut auditores suos ad pœnitentiam & lacrymas commoverit, profanumque illum morem ex eo oppido penitus sustulerit.*

ubi & conventum reformavit, & Luchinam convertit.

15 *Nescio, ad idemne, an ad aliud tempus spectent Soncinensis conventûs Ordinis Prædicatorum reformatio, & insignis conversio Luchinæ, ejusdem oppidi matronæ nobilis, sed vana & luxui admodum deditæ; quarum primam ex mandato Martialis Auribelli, Prædicatorum generalis Magistri, à* B. Matthæo *feliciter perfectam, iidem duo scriptores affirmant; Luchinam verò memorant ex unica ejusdem concione tam vehementer motam fuisse, ut perfusa fletu ad ipsum*
F *accesserit, eoque magistro tantùm profecerit, ut Tertii Ordinis S. Dominici induta habitum sanctè vixerit, meruerítque sacris Fastis Dominicanis inscribi. Inscripta iis est ad diem* VII *Augusti, sed apud nos, quòd de ejusdem cultu non constaret, ibidem inter Prænissos relata. Porrò cùm Martialis Auribellus supremum Ordinis magisterium bis gesserit; primò ab anno* 1453 *usque ad* 1459; *ac rursus ab anno* 1465 *usque ad* 1473, *quo, teste Echardo in Bibliotheca, vivere desiit;* Matthæus *autem anno* 1471 *vel fortè præcedenti, mortuus sit, de tempore reformati conventus Soncinensis licet utcúmque latè statuere.*

Aliud ejusdem zeli specimen Viglevani ab eo datum:

16 *Quartum* B. Matthæi *apostolici zeli specimen datum, aiunt, Viglevani, & hoc ferè modo enarrant. Festa S. Marci luce saltatorum comœdorumque manus convenerat ante ducale palatium, histrioniâ suâ Mediolanensium ducem, qui Viglevani aderat, populumque publicè recreatura. Accurrit Vir Dei, profana ludicra vetiturus; cúmque sacris monitis nil proficeret, divini honoris*

A *neris zelo incensus turbas fuste abigit. Et cessêrunt tunc quidem pellenti, sed per aulicos persuasêre principi, facinus hoc illi injuriosum esse, nec impunè permittendum. Quam ob rem iratus dux accitum Dei Virum acriter corripit, extrema minatus, si simile quid imposterum committeret. Verùm ille nihil hisce motus, principem etiam intrepidus arguit, quòd in dominio suo, quod à Deo acceperat, Dei honorem non modò non tueretur, sed etiam minaretur sacris præconibus, qui in avertenda divinæ Majestatis læsione suo officio fungerentur. Addunt, hæc tanta cum fiducia animique robore pronuntiata esse, ut dux, quique aderant, aulici arguentis virtutem admirabundi suspexerint & laudârint.*

duo ejusdem, dum viveret, miracula & vaticinia.

17 *Duo quoque ab eodem, dum in vivis erat, in eadem civitate patrata miracula referunt. Primum est cujusdam pueri curatio, qui, dum pater ejus* (*quem* Ambrosium Gravellona *appellant, & unum è ditioribus ejusdem civitatis nobilibus viris dicunt*) *beati Viri concionibus intererat, inobservatus in ferventis olei sartaginem prolapsus manus vultumque fœdè ambusserat. Quo comperto, domum redux pater, ad* Matthæum B *rediisse dicitur, ac tamdiu apud ipsum institisse, ut pristinam proli suæ integritatem à Deo impetraret, donec is illum domum suam regredi jussit, pollicitus fore, ut puerum jam tum multò melius se habentem reperiret, ac intra paucos dies haberet planè incolumem. Promissis, aiunt, respondisse eventum, puerumque, dum permisit ætas, Minorum Ordini nomen suum dedisse. Alteram curationem obtigisse, affirmant, cuidam Antonio Ferrari, qui cùm sex annorum spatio fluxu sanguinis & urinæ, frustra tentatis remediis, laborâsset, hanc suam calamitatem* B. Matthæo *exposuit, utque bene sibi precaretur, flagitavit. Ille misericordiâ motus, elevatis in cælum oculis, quod petebatur, præstitit; nec mora, supplicem ab eo malo imposterum immunem dimisit. Aiunt denique, Beatum mortis suæ annum, locum, cladesque, quas Ludovicus XII rex Galliæ ineunte seculo* XVI *Italiæ intulit, vaticinatum fuisse.*

An Christus ei ante obitum, ut quidam asserunt,

18 *Consentiunt etiam Taëgio de instanti sibi morte à* Beato *intellecta ex ingenti cordis sui, velut spiculo confixi, dolore; sed addunt, dolorem hunc ei tunc inflictum fuisse à Christo Domino visibiliter apparente, spondenteque, fore ut* C *intra paucos dies migraret ad cælos. Ejusdem apparitionis, non tamen sponsionis, etiam meminerunt Seraphinus Razzius in illius Vita, Joannes Michaël Pius lib. 3 De viris illustribus Ordinis Prædicatorum cap. 44, & Joannes Lopez parte 3 Historiæ ejusdem Ordinis, cap. 15. Unde ea didicerint, me latet; at, si Taëgio scriptori synchrono, ac proinde potioris auctoritatis, credimus,* Matthæus *suæ mortis propinquitatem non aliunde intellexisse videtur, quàm ex prædicto cordis cruciatu, quo se videbat compotem voti de delibando ante obitum suum paululo amarissimæ Christi passionis. Verba Taëgii habes suprà num. 8, addo hîc etiam Leandri Alberti, qui Taëgio, ac fortè etiam ipsimet Beato, aliquando synchronus vixit.*

apparuisse videatur.

19 Consueverat (*inquit ille*) Vir sanctus Christi Cruci affixi simulacrum non sine lachrymis aut animi quadam maxima æstuatione, nec sine profunda meditatione contemplari. In ultima constitutus ægritudine præsidenti cœnobio detexit, se ex illa omninò ægritudine vitâ fu-

turum, ex eo, quòd enixè à Deo efflagitaverat, ut se faceret amarissimæ passionis, antequam decederet, aliquantulum delibare; quod quidem petens paulò antè voti compos factus fuerat, eò quia persentiret, cor sibi veluti spiculo confossum, & tanto dolore cruciari, ut diu ampliùs vivere non posset. Porrò Christus Dominus noster suo cruciatu, prout flagitaverat, vulneraverat cor ejus. *Forsitan laudati recentiores hæc Leandri & suprà relata Taëgii verba de visibili Christi apparitione promissoque celeri ad cælum transitu interpretati fuêre. Alios saltem testes non laudant; nec novi, quos habuerint pro factis asserendis, quæ ex eorumdem fide superiùs num.* 14 *& tribus sequentibus retuli.* AUCTORE C. S.

Obiisse anno 1471 *dicitur à Taëgio & Leandro.*

20 *In anno emortuali assignando (nisi solius typothetæ error sit, vehementer erravit Castellinus suprà laudatus cap.* 2, *pagina* 152, *ubi annum æræ Christianæ* 1244 *signavit; nec rectè Razzius annum* 1441; *nisi id quoque typothetæ vitio tribuendum sit. Taëgius, Leander Alberti, Pius & Lopez in annum* 1471 *consentiunt; Marchesius & Lafonus in* 1470. *Cur autem hunc annum anno* 1471 *præferat, postremus rationem allegat ex quodam instrumento, auctoritate, ut* E *ait, publica confecto die* XXIV *Aprilis anni* 1471, *in quo dicitur mater quædam filium suum, facto voto de* B. Matthæi *sepulcro visendo, è mortuo vivum recepisse, eodemque anno ac die votum suum exsolvisse. Unde ferè sic ratiocinatur: Ex communi omnium sententia* B. Matthæus *obiit mense Octobri; ut igitur dicta mulier die* XXIV *Aprilis anni* 1471 *ad illius sepulcrum voti solvendi ergò accedere potuerit, debuit iste ante eumdem annum vivere desiisse.*

ab aliis anno 1470.

21 *Haud equidem scio, an Lafonus ipsum authenticum instrumentum viderit, an solùm laudaverit ex Marchesio, cujus verba dabo inferiùs. Si tamen ambobus vel alterutri ipsum autographum, aut saltem accuratum apographum, præluxerit, omninò evincens est Lafoni argumentum, & in Taëgii numeris agnoscendus est error, quem deinde alii recentiores adoptârint. Verumtamen ne id facilè admittere queam, obstat ipsemet Taëgius eumdem annum in Chronico exprimens, teste Papebrochio, qui ad calcem elogii, quod dedi, sequentia annotavit:* Idem (*nempe Taëgius*) in Chronica ad annum MCCCCLXXI: "Eodem anno, die VI Octobris Fr. Matthæus „de Carreriis Mantuanus apud Viglevenum, F „Novariensis diœcesis insigne oppidum, migra„vit ad Dominum, sepultusque est in ecclesia „Fratrum;„ *nimirum Prædicatorum. Obstat secundò Leander Alberti, ejusdem temporis scriptor, qui eumdem annum retinuit his verbis:* Matthæus Carerius Mantuanus, vir devotus & in conscientia valdè accuratus, adeò ut etiam minima libraret, in cœnobio Viglevani, oppidi Insubriæ, miraculis clarus, Deo anno Salutis nostræ MCCCCLXXI spiritum devotissimè reddidit. *Hæc ergò omninò suadent, verum emortualem illius annum fuisse* 1471; *propter laudatum tamen à Marchesio & Lafono instrumentum publicum, de quo, ut dixi, non satis mihi constat, malui annum* 1471 *vel* 1470 *in margine annotare.*

die VI *Octobris aut fortè* V.

22 *Quod ad diem obitûs attinet, is quoque à Taëgio (nam Leander de eo non meminit) tam in Vita, seu elogio, quàm in Chronico, dies* VI *mensis Octobris signatur, quare hic omninò retinendus videtur. Cùm tamen alii, interque hos Bene-*

AUCTORE C. S.

Benedictus XIV Papa lib. 2 de Beatorum canonizatione &c, cap. 24, § 2, num. 7, illum die V *ejusdem mensis obiisse scribant, eoque die ex dictis dicendisque ille Viglevani colatur, fortasse beata ejus mors contigerit quidem die* V *Octobris, sed post occasum solis, ac propterea Taëgius eamdem ad diem* VI *retulerit Italico computandi modo, qui dies ab occasu solis orditur, uti etiam alibi in Opere nostro observatum fuit.*

§ II. Aliquot miracula post mortem illius patrocinio præterea impetrata: translatio corporis & memoria annua à Sixto IV Papa concessa: cultus ejusdem impugnatus, & confirmatus: concessa de eodem Missa & Officium.

B

Beati corpus suavi odore fragrâsse atque ipse in gloria apparuisse dicitur.

Magna beati Viri sanctitas, populique de eo justa æstimatio verisimilia faciunt, qua laudati Marchesius & Lasonus de Viglevanensium mox post auditum illius è vivis excessum, ad cœnobium concursu, deque suavissimo ejusdem corporis odore narrant; quem tamen posterior, ipso, quo tumulabatur tempore, alter ex juratis, ut inquit, multorum testimoniis, ex illius tumulo multis diebus erupisse affirmant; quæ utriusque relatio simul vera esse potest. Addunt, ipsum etiam visum esse, Dominicano suo habitu indutum, magnaque in gloria spectabilem è sepulcro surgere, quod Marchesius, ex publicis authenticisque testimoniis pariter constare, asseverat. Utut sit, miraculis illum post mortem suam claruisse, etiam testatus est Taëgius, & appensis ad ipsius sepulcrum votivis donariis confirmavit suprà num. 9; *quod etiam fecit in Chronico ad annum* 1471, *ubi post relatum ejusdem pium obitum & sepulturam in ecclesia Prædicatorum Viglevani, mox subnexuit ista:* Ubi & miraculis claret, ut imagines ac vota cerea, ad ejus tumulum suspensa, protestantur. *Huic adde Leandrum Alberti in ejusdem elogio dicentem:* Cujus admirandam sanctitatem miracula, quæ secuta sunt ejus decessum, & simulacra cerea ad ejus appensa sepulchrum apertissimè testantur.

C

Ex miraculis, quibus post obitum certè claruit,

24 *Neuter tamen horum ullum miraculum speciatim memoravit præter id, quod ex Taegio dedi num.* 9 *&* 10 *de recuperata Stephano comiti Placentino gratia Galeacei Mariæ Sfortiæ, Mediolanensium ducis, quodque etiam Leander, sed brevius annotavit hoc modo:* Stephanus Placentinus comes à Galeacio Sfortiæ, principe Insubrium, tribus oppidis spoliatis, voto emisso ad beatum Matthæum, novo quodam modo è vestigio recuperavit. *Neuter etiam crimen Stephani, seu verum, seu falsò impositum, quo eam Galeacei offensam incurrerat, insinuavit; verùm ex iis, quæ Muratorius in Annalibus Italiæ ad annos* 1468 *&* 1476 *de eodem Galeaceo scripsit, nemo mirabitur, si is innocentem comitem eâ pœnâ multâsset. Porrò cùm ex eodem Muratorio habeamus, Galeaceum anno* 1476 *à suis fœdè trucidatum fuisse, relatum de Stephano fatum intra quinquennium à morte* B. Matthæi *figendum est.* D

narratur unum de puero resuscitato;

25 *Quæ præterea Marchesius enarrat, miracula ex Italico sermone Latinè versa accipe:* In loco Befate diœcesis Mediolanensis, quinque milliaribus à civitate Viglevanensi dissito, Antonia, Bertramni Valli uxor, filium habebat, quinto jam anno quartana febri laborantem, quæ in continuam tandem versa eumdem ad extrema deduxit. Mater, quæ incertis de causis peregrè versabatur, domum reversa filium suum aliquot horis antè mortuum invenit. Quo comperto, dum illa velut sui impos lamentabatur, incidit ei in mentem de sanctitate Matthæi, quem Viglevani conciones habentem noverat; plenaque spe de impetranda illius precibus suo filio vita, vovit, se ejusdem tumulum invisuram, ac, nescio quid muneris in accepti beneficii testificationem oblaturam; cùm Deus in Sanctis suis mirabilis eodem temporis momento filium illi suum salvum & incolumem restituit. Quare ambo parentes, ut votum suum explerent, Beati sepulcrum inviserunt, ibique scripto, publica auctoritate die XXIV Aprilis anni MCCCCLXXI confecto instrumento, miraculum hoc testati fuêre. *Vide, quæ hinc pro ejusdem Beati anno emortuali superiùs num.* 20 *& sequenti annotavi.* E

alterum de moribundo subitò sanato,

26 In quodam loco diœcesis Mantuanæ quidam juvenis, Leonellus nomine (*apud Lasonum pro juvene mulier juvencula dicitur*) post multorum annorum infirmitatem eò redactus fuerat, ut sibi relictus à medicis, & loquendi destitutus facultate, in extremæ vitæ termino versaretur. Dum itaque jam pararentur funebria, quidam amicorum ipsi inclamavit, ut B. Matthæo Mantuano se committeret pro vita impetranda, si æternæ suæ saluti expediret. Fecit id interna, ut potuit, voce infirmus; moxque sensit velut quemdam omnia membra tangentem, ac subitò se sanum validumque expertus est, ut propriis viribus valuerit se è lecto erigere, clamâritque: Modò per gratiam Dei & B. Matthæi sanus sum; ac reipsa velut sanus comedorit, & lecte egressus sit, non secùs atque nullo umquam malo fuisset correptus.

tertium de infante mortua credita; quartum de muliere graviter sauciata; F

27 Quædam mulier Viglevanensis, Augustini Moscone filia, post multorum dierum in partu dolores filiam peperit, omnium, qui viderant, opinione mortuam. Hujus animæ jacturam miserata ejus soror ad B. Matthæum recurrit, supplicans, ut infanti vitam procuraret, donec sacro fonte ablueretur. Ultra votum obtinuit: nam infans non modò baptizata fuit, verùm etiam multis annis vixit. Dum in eodem Viglevanensi oppido in domo Francischini Maggi quidpiam fabricaretur, ingens saxum è muro decidit in ipsius uxoris dorsum, quæ alia quædam saxa colligebat. Tam lethalis fuit læsio, ut mulier multis horis deliquium animi passa ab arcessitis medicis mortua reputaretur. Tandem medicatis fasciis involuta, lectoque imposita, recepto sensu, tam vehementem experta cruciatum est, ut è vestigio morituram se, crederet. Invocato tamen internâ, quod externâ non poterat voce, B. Matthæi auxilio, statim fuit exaudita, ita ut postero manè è lecto surrexerit, velut numquam afflicta malo, quod de illius vita desperare fecerat medicos.

28 Mulier ex acervo lapidum admodùm alti parietis præceps acta; Christophorus cœmentarius

quintum, sextum & septimum de periclitantibus è lapsu; octavum de sanato filio ducis Sfortiæ;

rius è sublimis ædificii tecto prolapsus; filia Joannis Baptistæ Gravellonæ capite deorsum è scalis provoluta, de quorum omnium vita actum esse, judicaverant medici, B. MATTHÆO cum voto commendati incolumes evaserunt, plagis, quas è lapsu exceperant, repentè sanatis. Galeaceus II (*Sfortia scilicet, de quo egimus, qui fuit secundus è Sforziis dux Mediolanensis, sed sui nominis primus*) & Bona (*Sabaudica*) ejus uxor, Mediolanensium duces, eidem Beato votum fecêre pro salute sui filii, qui etiam confestim sanitatem recepit.

aliaque de aliis generatim.

29 Eodem patrocinante, Deus illuminavit cæcos, recto gressu donavit claudos, lethiferas pepulit febres, sustulit acerbissimos calculorum, pleuritidis, intestinorum, stomachi, capitis, gangrenæ pestiferæ, hydropisis, oppilationum, aliosque innumeros cruciatus. Ipse mutis natis impetravit loquendi facultatem, & sterilibus feminis fecunditatem, partusque felices. Tot denique, tantaque fuêre ad illius invocationem à Deo concessa miracula & beneficia, ut, cùm ex fidelium donariis exstructum ei esset præclarum sacellum, quod nobilis vir Jacobus Carbone deinde exornavit, corpus ejus è primo suo
B tumulo in illud translatum sit, & super altari marmoreæ arcæ impositum; ubi à fidelibus non solùm privata devotione colitur, verùm etiam ex indulto Apostolico festum illius annuum Officio & Missâ ex communi confessoris non pontificis in eodem conventu celebratur, totaque civitate sollenniter agitur die v Octobris, quo ille obiit. *Vide tamen de die obitûs suprà num.* 22.

Sixtus IV Papa concessit illius corporis

30 *Legitimum porrò hujus* B. Matthæi *cultum probat, quem suprà dixi, Lucas Castellinus in Tractatu de certitudine gloriæ Sanctorum canonizatorum &c, cap.* 2, *pag.* 152 *& sequenti, inter alias cultûs concessiones, à Sede Apostolica specialiter factas, hanc quoque, de qua modò agimus, reponens. Ejus verba habe:* His omnibus addi potest concessio Apostolica ad instantiam & petitionem Generalis Ordinis Prædicatorum, F. Salvi Cassettæ de Panormo, facta à Sixto IV, die VIII Februarii MCDLXXXIV in honorem venerabilis viri Dei F. Matthæi de Mantua, Ord. Præd., qui ob eximiam morum sanctitatem, & ob eminentes eroïcasque * ipsius virtutes, clarum lumen Ord. Præd. (dum viveret)
** l.* heroïcasque
C ab omnibus appellabatur, cujus felix obitus accidit anno MCCXLIV (*imò ultra duo secula seriùs, ut probatum est*) in conventu S. Petri Martyris de Viglevano, non sine magno splendore sanctitatis & miraculorum *&c.*

translationem, & annuam memoriam; caput theca argentea,

31 Qua concessione duo principaliter elargitus est summus ille Pontifex. Primum videlicet, ut corpus dicti Beati à primo, in quo sepultum erat, tumulo ad alium digniorem & honorificentiorem in eadem ecclesia transferretur. Secundum, ut in festo Dedicationis ecclesiæ S. Petri Martyris de Viglevano de illo (Matthæo *scilicet*) solemniter fieri atque decantari possit illius memoria cum oratione, prout ab eo tempore usque modò (*id est, usque ad annum* 1628) factum est, non sine magno populorum concursu & devotione. Non tamen de eodem Beato fit Officium, neque cantatur Missa; ut aliqui non rectè scripserunt. Imò ex libris publicis ejusdem civitatis Viglevanensis, subsignatis propria manu consulum ac notariorum, Francisci videlicet Portelli, & Joannis Angeli Fascia, notarii, & cancellarii universitatis ejusdem civitatis, sigillo publico ipsius civitatis munitis, apparet, caput ipsius Beati honorificè reconditum esse in theca argentea, in qua leguntur sequentia verba: BEATO MATTHÆO ORDINIS PRÆDICATORUM, PATRONO SUO, POPULUS VIGLEVANI HOC DICAVIT 1518. AUCTORE C.S.

reliqua ossa tumbæ marmoreæ includuntur: votum civitatis pro augendo illius cultu.

32 Et in arca marmorea, in qua jacet sacrum ejus corpus, sequentia verba pariter conspiciuntur: HIC TIBI PRÆCO FUIT, PATER EST VIGLEVANI ZELUS, QUEM CAPUT ARGENTEUM MARMORIS ARCA TENET DIE 25 APRILIS 1519. *Duo hi versiculi, nescio, cujus culpâ, sine dubio vitiosi sunt; at quid si sic exponendi sint? Hic in terris, tibi præco fuit, nunc Pater; seu patronus, est in cælis, ô Viglevanenses, quem, seu cujus reliquias, caput scilicet, theca argentea in formam capitis elaborata, reliquum verò corporis arca marmorea tenet seu servat inclusa. Pergo Castellini verba recitare.* Ex eisdem, *inquit*, literis universitatis & communitatis dictæ civitatis Viglevani clarè quoque habetur, qualiter in publico consilio nobilium atque civium ejusdem civitatis anno MDCXXV, die XX Octobris fuit stabilitum atque ordinatum, ut apud Sedem Apostolicam fiat instanter petitio, ut concedatur licentia Sacrum faciendi, & Officium recitandi de dicto beato Matthæo in die suæ solemnitatis ex voto facto ab eadem civitate in honorem ipsius Famuli Dei. F.

Utramque Sixti IV concessionem probavit Benedictus XIV

33 *Castellini dicta partim probavit firmavitque Benedictus XIV summus Pontifex in Opere suo de Servorum Dei beatificatione, & Beatorum canonizatione lib.* 2 *&* 4 *agens de beatificationibus æquipollentibus, & concessionibus cultûs, à Sede Apostolica factis, idque argumentum exemplis illustrans; unde, quæ ad* B. Matthæum *hodiernum pertinent, juverit hîc describisse. Lib.* 2, *cap.* 24 *hæc habet:* Adeò percrebuit fama sanctitatis hujus Beati (*Matthæi Mantuani,*) ut summus Pontifex Sixtus IV vivæ vocis oraculo concesserit, ut ejus corpus à primo, in quo sepultum erat, tumulo ad aliud dignius sepulcrum & honorificentius in eadem ecclesia transferretur, & ut in festo Dedicationis ecclesiæ S. Petri Martyris ejus memoria solemniter decantaretur & fieret; uti colligitur ex authentico instrumento, existente in archivo conventûs S. Petri Martyris civitatis Viglevanensis. *Tum subdit ipsum instrumentum, quale hîc ex eodem refero.*

ex litteris Salvi Cassettæ, Magistri Ordinis Prædicatorum,

34 In Dei Filio sibi charissimis ven. Patri Priori, seu Præsidenti, ac patribus & fratribus universis conventûs Viglevanensis, provinciæ Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, Fr. Salvus Cassetta de Panormo, sacræ Theologiæ professor, ac ejusdem Ordinis humilis Magister & servus, salutem & pacem in Domino Jesu, omnium Salvatore. Quum eos honore & celebratione dignos existimemus, qui vitam præclaris moribus ac virtutibus ornatam duxerint, ea ratione litteras has omnibus rectè sentientibus legendas proponere statuimus, ut præclari meritis & laudibus digni viri nequaquam tenebris obducti, aut merita commendatione fraudati videantur. Quòd si Romanos, Græcos, barbaros, qui, etsi virtutibus clari, Christum tamen ignorantes, scriptorum ingeniis adeò celebratos & eloquio illustratos, tantopere admiramur & colimus; quid verò Christo initiatos sanctissimos viros, religione, pietate, sanctimoniâ conspicuos, vel silentio involvimus, vel suarum laudum splendore carere patimur?

AUCTORE C. S. *in quibus hic ſcripſit, ſe eam à Sixto impetráſſe,*

35 Quam ob rem, cùm ab ineunte hac ſacra noſtra Prædicatorum religione clariſſimi virtutibus & doctrinâ viri ſemper floruerint, qui, beato Dominico duce ac fundatore, in agrum militantis Eccleſiæ uberrimos fructus attulerint, acceſſit in temporibus noſtris vir ſanctitate, vitæ innocentiâ, ſacris moribus & animi integritate præſtantiſſimus, Fr. Matthæus Mantuanus, quem Deus immortalis, ut vitæ puritate præcipuum, ita & morte pretioſa ſanctiſſimum oſtendit; cujus integritas, ſanctimonia, religio mortalibus & immortalibus non modò humanum, ſed angelicum potiùs præſtiterunt, cujuſque ea ſunt merita, ut pluribus & ſignis & miraculis uſquequáque claruerit. Hinc* igitur, ne fidelibus jacêret ignotus, ceteris ad bene vivendi & imitationis exemplum proponendum duximus, & nuper, cùm ad pedes Sanctiſſimi in Chriſto Patris & domini noſtri, domini Sixti, divinâ providentiâ Papæ IV, eſſemus, ab ejus clementia vivæ vocis oraculo impetravimus, ut ejus ſacrum corpus à primo, in quo ſepultum erat, tumulo ad aliud dignius & honorificentius (*ſepulcrum*) in eadem eccleſia transferretur, atque ut in feſto Dedicationis eccleſiæ S. Petri Martyris de Viglevano, ejuſdem Ordinis, ejus memoria ſolemniter decantetur & fiat.

**an Hunc?*

B

omneſque ad Beatum imitandum, colendumque hortatur:

36 Quare fideles omnes hortamur in Domino, ut Sanctorum omnium meritis & exemplis provocati atque incenſi bene ac rectè vivendi ſemitam ſequantur, & hujus religioſiſſimi & ſanctiſſimi Viri precibus immortalem gloriam ſe, ſperent, conſecuturos. In quorum omnium fidem & teſtimonium ſigillum officii noſtri duximus præſentibus apponendum. Bene valete, & Deum pro nobis orate. Datum Romæ die octava menſis Februarii anno Dominicæ Nativitatis milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo. *Hactenus epiſtola laudati Magiſtri Ordinis Prædicatorum. Porrò, cùm* B. Matthæus *die* v *vel* VI *Octobris anni* 1470 *vel ſequentis ex ſuprà dictis obierit, ſequitur, ejuſdem publicum cultum, qui ſtatim à morte illius ex Viglevanenſium pietate cœptus fuerat, undecimo duodecimove poſt eamdem anno à ſummo Pontifice conceſſum firmatumque fuiſſe; atque ipſum proinde* Matthæum *æquipollenter, ut loquuntur, beatificatum fuiſſe.*

C *hinc auctus ejuſdem cultus:*

37 *Sequitur ſecundò, arcam tamen marmoream, & argenteam thecam, in quibus ſacræ ejus reliquiæ aſſervantur, primùm trigeſimo ſeptimo circitèr poſt eamdem beatificationem anno perfecta eſſe, ſi rectè ſe habeant inſcriptiones num.* 31 *&* 32 *relatæ. Haud dubiè poſt conceſſum à Sixto IV* Matthæi *cultum crevit Viglevanenſium erga Beatum pietas & fiducia, ex eorumque collectis votivis donariis ac civitatis munificentia tandem annis milleſimo quingenteſimo decimo octavo & ſequenti prædictæ theca argentea ſacro illius capiti, arcaque marmorea reliquo corpori honorificè aſſervandis confectæ fuerunt.*

& poſtea occaſione Decreti Urbani VIII ab epiſcopo Viglevanenſi impugnatus,

38 *Conceſſo à Sede Apoſtolica, quem diximus,* cultu B. Matthæum *meritò honorare perrexerant Viglevanenſes uſque in annum* 1625, *quo celebria Urbani VIII Papæ de veneratione eorum, qui cum ſanctitatis aut martyrii famâ vel opinione obierunt, decreta prodièrе, quibus nonnullorum temeraria aut inconſulta in hujuſmodi defunctis cultu exhibendo facilitas inhibebatur. Ex hiſce enim decretis malè intellectis Franciſcus Romerius, octavus Viglevanenſium epiſcopus, delatum hactenus* B. Matthæo *cultum cenſuit prohibendum. At Beati ſui cauſam apud ſacri Officii Congregationem Romæ ſuſcepit Prior conventûs Viglevanenſis, & feliciter evicit. Ita rurſum docet Benedictus XIV in ſuprà laudati Operis libro* 2, *cap.* 24, § 2, *inter declarationes caſuum in Urbani VIII decretis exceptorum ad præſens propoſitum hanc referens:* Feria III, die 2 Decembris 1625 fuit Congregatio ſancti Officii in palatio illuſtriſſ. & reverendiſſ. domini Cardinalis Bandini in regione Campi Martii, coram illuſtriſſ. & reverendiſſ. dominis S. R. E. Cardinalibus, generalibus Inquiſitoribus, in qua Prioris conventûs S. Dominici Viglevani lecto memoriali, decretum fuit, ſcribendum eſſe epiſcopo dictæ civitatis, ne impediat cultum & venerationem exhiberi ſolitam B. Matthæo ultra centum annos, cùm ſit de comprehenſis in paragrapho: DECLARANS. D

à ſancti Officii Congregatione vendicatus fuit,

39 Decretum prædictum (*ita pergit ibidem laudatus Pontifex*) extat in Regeſtis Decretorum ſacræ Congregationis ſancti Officii, in quibus extat etiam Epiſtola, ab eadem ſacra Congregatione conſcripta epiſcopo Viglevani. *Hîc ſubdit eamdem epiſtolam, quam, quia Italico ſermone ſcripta eſt, Latino ſubnecto.* Prior conventûs S. Dominici ejuſdem civitatis (*Viglevanenſis*) ſacræ Congregationi expoſuit, in ſuorum ecclefia cultum & venerationem impendi cuidam beato Matthæo, ſpatio centum & plurium annorum, velut tali, honorato, idque jam à veſtra dominatione impeditum ob decretum hujus ſacræ Congregationis, elapſis menſibus publicati de veneratione perſonarum cum ſanctitatis aut martyrii fama mortuarum. Et quia in prædicto Decreto mens Sanctiſſimi Domini noſtri, ſacræque Congregationis non fuit, ut comprehenderentur ii, quorum cultus cœptus & toleratus fuit ultra annos centum, imò cùm illi expreſsè excipiantur in paragrapho DECLARANS &c, & in his verbis: LONGISSIMI TEMPORIS SCIENTIA &c; propterea, cùm in hoc caſu ſit beatus Matthæus, juſſerunt me ad veſtram dominationem ſcribere, ne continuationem cultûs venerationiſque ei hactenus exhibitæ impediat *&c.* E

hodieque perſeverat,

40 *Sanè caſum ab Urbani VIII Decreto exceptum hîc locum obtinere, manifeſtum eſt ex paragrapho in Epiſtola mox allegato. Sic enim is habet:* Declarans, quòd per ſupraſcripta præjudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum virorumque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientiâ ac tolerantiâ Sedis Apoſtolicæ, vel ordinarii coluntur. *Atqui* Matthæi, *de quo hîc, cultus jam tum inchoatus fuerat à tempore centum annorum metam excedente, quod annorum ſpatium per* longiſſimum tempus, *illiuſque* immemorabilem decurſum *in eodem Decreto indicari, etiam ipſemet Urbanus VIII declaravit in Brevi, die* V *Julii anni* 1634 *edito; idemque cultus perſeveraverat ejuſdem* longiſſimi temporis ſcientiâ ac tolerantiâ (*imò & expreſsâ conceſſione*) Sedis Apoſtolicæ (*nempe Sixti IV Papæ*) & ordinarii, *nimirum ab anno* 1482 *uſque ad annum* 1625, *ut liquet ex prædictis.* F

quodque Viglevanenſes à Sede Apoſtolica petere voverant,

41 *Perhonorificum etiam huic* B. Matthæo *eſt, quod Caſtellinus num.* 32 *aſſeruit, de litteris univerſitatis, communitatiſque Viglevanenſium, eodem anno* 1625, *die* XX *Octobris in publico conſilio & ex voto exaratis de inſtando apud Sedem Apoſtolicam pro obtinenda licentia Officium & Miſſam de eodem celebrandi: verùm, cùm nec*

in

A *in Decreto ſancti Officii, die 2 Decembris ejuſdem anni, quod recenſui, edito, nec in litteris ad Viglevanenſem epiſcopum de permittendo illius cultu datis, quas pariter retuli, de nova hujuſmodi conceſſione ulla fiat mentio, ſolúmque caveatur, ne epiſcopus* continuationem cultûs venerationiſque ei hactenus exhibitæ impediat, *videntur Viglevanenſes, aut voti ſui exſecutionem in aliud tempus diſtuliſſe, aut, ſi eam tunc eidem Priori conventûs civitatis ſuæ commendaverint, ſua ſpe interim fruſtrati fuiſſe. Certè ipſemet Caſtellinus, qui Opus ſuum anno 1628 vulgavit, verbis num. 31 datis expreſsè negavit, de eo Miſſam cantari, aut Officium fieri ſuo tempore ſoluiſſe,* ut aliqui (*inquit*) non rectè ſcripſerunt.

42 *Conceſſam tamen poſtea hanc fuiſſe à Sede Apoſtolica facultatem, perſuadent alii, Caſtellino antiquiores, niſi hi alios, quos Caſtellinus redarguit, leviter ſecuti fuiſſe credendi ſint. Certè,* B. Matthæum *Officio & Miſsâ Viglevani in conventu S. Petri Martyris, Ordinis Prædicatorum, quotannis die* v *Octobris ex ſpeciali indulto Apoſtolico coli, deinde etiam aſſeruerunt Marcheſius in Diario Dominicano, Neapolitanis typis anno* 1679 *excuſo, & Lafonus in Anno item Dominicano, Ambianis anno* 1712 *edito, quos non temerè id ſcripſiſſe, perſuaſum mihi habeo ex ſæpe laudati Benedicti XIV Opere, in cujus libro* 4, *part.* 2, *cap.* 3, *num.* 12 *id ipſum etiam affirmatur.*

AUCTORE C. S. *Officio & Miſsâ annuis deinde etiam auctus eſt.*

DIES SEXTA OCTOBRIS.

SANCTI, QUI PRIDIE NON. OCTOB. COLUNTUR.

B SAnctus Sagaris, epiſc. martyr Laodiceæ in Phrygia.
S. Fides V. M. & Socii MM. Aginni in Aquitania.
SS. Marcellus, Caſtus, Æmilius & Saturninus MM. fortè Capuæ in Campania Felici.
SS. Rogatus, Saturninus, Fauſtinus & Martialis MM. in Africa. Item
SS. Januarius & Ammonus MM. fortè Romæ.
S. Prudentius M. Beſuæ in Burgundia.
S. Eroteïs M. in Græcia.
S. Probus epiſc. conf. Cajetæ
C in Campania Romana.
S. Renatus epiſc. conf. Surrenti in regno Neapolitano.
S. Romanus epiſc. conf. Autiſſiodori in Gallia.
S. Bartius, ſeu Barſius, epiſc. conf. Vaſione in comitatu Vindauſcenſi.
S. Ywius diaconus conf. Wiltoniæ in Anglia.
S. Enimia virgo, fortè regia, & abbatiſſa in diœceſi Mimatenſi in Occitania.
S. Apollinaris archiepiſc. Bituricenſis in Gallia.
S. Magnus epiſc. Opitergienſis, deinde Heracleënſis, conf. fortè Heracleæ.
S. Pardulfus abbas conf. Waracti in diœceſi Lemovicenſi in Gallia.
S. Epiphania virgo ſanctimonialis Ticini in Inſubria.
S. Nicetas conf. in Græcia.
B. Adalbero epiſc. Herbipolenſis conf. Lambaci in Auſtria Superiori. F
S. Bruno conf. Ordinis Carthuſianorum fundator in Calabria.
S. Artaldus ex Carthuſiano epiſc. conf. Belicæ in Bugeſia, Galliæ provincia.

PRÆ-

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

SMeinradi *eremitæ martyris reliquiarum ex Augiensi monasterio ad Einsidlense translatio signatur hodie in Martyrologio Germanico. De hac vide ad diem, quo ejusdem Sancti Vita data est,* XXI Januarii.

Quintiniani, *seu, uti tom.* 2 *Spicilegii Acheriani pag.* 84, *& à Castellano ad diem* XII *Februarii nuncupatur,* Quintiliani, *corporis inventio, quæ die* VI *Octobris anno Christi* 1490 *contigit, ita hodie à Menardo in Mrl. Benedictino annuntiatur:* Lutetiæ Parisiorum inventio corporis beati Quintiniani; *à Saussayo verò, qui translationem inventioni perperam subjungit, &, quod hìc potissimùm expendi debet, aliâ, quàm quâ Beatos, publico cultu gaudentes, refert, litterarum formâ hîc utitur, his verbis in Mrl. Gallicano refertur:* Parisiis in ecclesia S. Pauli inventio & translatio corporis beati Quintiniani abbatis. *Itaque, uti Saussayus minori illâ, quam adhibet, characterum formâ indicat, inter Venerabiles potiùs, quàm inter stricti nominis Beatos* Quintinianus *seu* Quintilianus *noster computandus esset: ex adverso autem, si Castellanum, ad diem* XII *Februarii* Beati *titulum ei confidentissimè tribuentem, audiamus, inter veri nominis Beatos, seu, uti in Admonitione prævia pag.* 1 *&* 2 *exponit, inter eos, qui vel beatificatione, ut vocant, formali, vel expressâ tacitâve summi Pontificis facultate Officio coluntur ecclesiastico, recensendus venit. Utrius hic martyrologi standum testimonio? Castellano certè favet, quòd præter confessum* Quintiliano *à S. Audoëno cit. Spicilegii loco* Beati *titulum, ossa illius sub altari sacelli, in ecclesia Parisiensi S. Pauli Spiritui sancto dicati, honorificè condita sint, ejusque effigies in publica ejusdem sacelli pictura unà cum S. Aureæ & S. Eligii imaginibus hodieque spectetur, adjectâ superiori ejusdem picturæ parti Gallicâ epigraphe, quæ ita Latinè sonat:* Hîc sunt reliquiæ multorum corporum Sanctorum. *Verùm adversus Castellanum, ita in Mrl. universali ad diem* XII *Februarii existimantem, vehementer militat Martyrologii Parisiensis, anno* 1727 *editi, altissimum tum illo, tum hoc die de* Quintiniano *silentium, cui accedit, quòd ipsemet Castellanus in suo Bimestri, post universale Martyrologium annis aliquot edito,* nullum hactenus de Quintiliano festum celebratum fuisse, *pag.* 632 *fateatur. Hæc non abs re antipitem me reddebant, quo loco* Quintilianus, *de quo tom.* 2 *Octobris pag.* 484 *hoc die etiam actum iri monueram, recensendus hîc foret, interne Cælites, quorum Acta edimus, an inter eos, quos legitimi cultus defectu, aliave de causa inter Prætermissos referre solemus. Accuratiùs igitur in illius cultum inquirendum esse ratus, datis anno* 1768 *litteris conveni Reverendum D. Thierry, qui propositis à me quæstionibus non minùs officiosè, quàm accuratè respondit, submissâ ad me ex Oratorio S. Maglorii Parisiensi notitiâ Ms., ex qua, præter ea, quæ Bruelius in Theatro Antiq. Paris. pag.* 818 *&* *seqq.* de Quintiniani *corporis inventione me docuerat, insuper ex grandævi ecclesiæ S. Pauli presbyteri testimonio mihi discere licuit, nullum planè, ne quidem in præfata S. Pauli ecclesia, ubi* Quintiniani *corpus conditum est, ecclesiasticum de eo Officium fieri, non festum celebrari, contrà ac Kalendarii spiritualis, uti & Historici auctor, priorem perperàm secutus, aliquando asseruerunt, non reliquias ejus publicè honorandas exponi, non in Canonicis horis, Litaniis publicisve illius ecclesiæ precibus ejus nomen recitari, non in honorem ejus luminaria accendi; ut adeò publico cultu, qualis eorum est, quorum Acta edimus,* Quintinianus *hodie non gaudeat, cùm hujus sufficiens indicium non sit memorata superiùs picta tabula, quæ potiùs ut piæ, quæ SS. Auream Eligiumque inter &* Quintinianum *olim interfuit, necessitudinis historica species considerandæ est. Quòd autem inter Sanctorum reliquias, quas præfata epigraphe nominatim non exprimit, certò censendæ non sint* Quintiliani *exuviæ, patet, tum ex ejus epitaphio anno* 1490 *posito, quo is* nondum canonizatus *seu ritè inter cœlites relatus dicitur,* ut ab Ecclesia veneretur; *tum etiam ex instrumento, eodem anno de ejus corporis inventione confecto, quo asseritur, ex concesso, ei à S. Audoëno* Beati *titulo probabiliter tantùm, non verò indubiè, concludi posse,* dictum Quintinianum beatum esse, *nimirùm cùm haud satis constet, an titulus ille potiùs supra ejus personam, quàm supra ejus sanctos mores populive de ejus pietate existimationem cadat. Quapropter de consilio deputatorum lipsanotheca ejus non altiùs aut eminentiùs, quàm ante inventionem erat, anno* 1490 *levata fuit, neque, uti Saussayus perperam vult, aliò translata, sed, quemadmodùm instrumenti illius alia verba ferunt,* in eadem altitudine, sublato altari, remansit in pristino loco, nec circa eam quicquam innovatum fuit, *quod publicam venerationem ecclesiasticam certò denotet. Cæterùm cit. tom.* 2 *Octobris varia de hoc venerabili Viro curiosus lector videre potest, de quo, si inserim ejus beatificationis causa ritè instituatur, sermo etiam recurrere poterit in edendo, si Superis placet, primi Trimestris nostri Supplemento ad diem* XII Februarii.

S. Balbinæ virginis *memoria hodie* Romæ *annuntiatur in variis Auctariis Usuardinis apud Sollerium; qui suam de ea mentem ibidem sic exposuit:* Crediderim, ex aliquo codice Hieronymiano, ubi hoc die signatur, Balbinam hùc fuisse intrusam. Videatur notatio Florentinii. De ipsa egimus XXXI Martii. Codex Ughellianus videtur legere: SABINÆ, ut alii infrà. Balbinam *hanc esse S. Quirini martyris filiam, de qua Majores mei ad diem* XXXI *Martii egerunt, consentit laudatus Florentinius, cur verò eadem hodie in suo vetustiori Martyrologio etiam recurrat, hanc suspicatur causam, quòd S. Marci Papæ, qui* Balbinam *singulari pietate prosecutus, illius cœmeterium condidit, in quo & sepultus fuit,* depositio *in eodem illo vetustiori suo Martyrologio hoc ipso die memoretur; hinc enim facilè fieri potuisse, ut hujus sanctæ Virginis memoria simul cum laudati sancti Pontificis*

A ficis depositione ibidem simul fuerit celebrata. Pro eadem S. Balbina, die 4 hujus mensis, Octobris in aliquo apographo Hieronymiano memorata, lectorem jam remisi ad xxxi Martii.

Sabinam pro Balbina in aliquot Usuardi Auctariis legi, observavi suprà ex Sollerio: in editione Greveni etiam Babilla scribitur. Vide mox dicta ad Balbinam, & ad diem xxxi Martii.

S Gangulfi martyris, velut hoc die passi, meminerunt Grevenus & Martyrologium Germanicum, vulgò Canisianum; ejusdem, Gengulphi aliàs dicti, Varennis in Burgundia martyris memoria etiam ad alios dies in sacris Fastis recurrit, de eoque à Majoribus nostris actum est ad xi Maii.

Eskilli episcopi ac martyris in Suecia memoriam hodie signant Grevenus, Molanus, Martyrologium Germanicum, Canisii vulgò appellatum, & Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui non sunt in Martyrologio Romano. Hujus Sancti Vitam dedit illustravitque Henschenius noster ad diem 12 Junii, ubi iste Strengenensis in Sudermannia, Suecia provincia, episcopus fuisse dicitur. At in adglutinata ibidem à Majoribus meis schedula sequens annotatio Ms. legitur, quam hac occasione hic exhibeo. In dicto Commentario (prævio ad Vitam S. Eskilli) num. 1 dicitur S. Eskillus sedem suam episcopalem Strengnesiæ primus constituisse; cùm tamen post martyrium ejus videatur illic sedes episcopalis primùm instituta fuisse. Deinde in Vita num. 8 & xi memoratur ecclesia Fors, ubi S. Eskillus residebat episcopus, & post martyrium suum divino nutu depositus fuit. Hæc explicat Ericus Benzeli in suis litteris ad me datis anno MDCCXV, XIV Octobris. "Ecclesia Fors, u-„bi B. Æschillo sedes pro habitu illorum „temporum episcopalis fuit, tertio milliario „ab urbe, nunc episcopali Sudermaniæ, Stren-„gianes, distat; & oppidulum Forsensi ec-„clesiæ contiguum hodieque beati Viri me-„moriam servat, diciturque Æschilsthuna.„ Hæc Benzelius Upsaliæ anno ac die prædictis. Hinc ad Fors annotatio fieri potest, quæ nunc nulla est. Hæc ibi. Pro ceteris ad S. Eskillum spectantibus adi citatum diem xii Junii.

C S. Malchum, Lesmorensem, seu Lismorensem in Hibernia episcopum, annuntiat hoc die Bucelinus in Menologio Benedictino: de eo breviter egimus x Augusti.

S. Malcallinus tom. 2 Octobris pag. 325 in Prætermissis ad hunc diem rejectus fuit; cui nimirum illius festum illigavit auctor Missarum Propriarum sanctorum Patronorum ac Titularium Franciæ & Hyberniæ, jussu Clementis XII editarum, & anno 1734 Parisiis editarum. Verùm sanctus ille Malcallinus, seu Macalinus, modò nihilo magis, quàm tum fuit, nobis notior est. Missalis mox citati concinnator Nicolaus Antonius ô Kenny, doctor Parisiensis, Missæ S. Macalino propriæ hunc titulum præfixit: In festo S. Macalini, episcopi & confessoris, ecclesiæ & diœcesis Clochorensis (in Hybernia) patroni generalis. Agitur itaque hìc de sancto episcopo, atque adeò cum S. Macalino abbate in Belgica, de quo actum est apud nos tom. 2 Januarii ad diem 21 à pag. 385, confundi non potest. Sanctus item Malstulinus, seu Masculinus, episcopus apud nos D tom. 2 Septembris pag. 654 in Prætermissis memoratur; sed idem fortassis est, qui S. Barrus, vel Finbarrus (vide tom. 7 Septembris pag. 144, num. 16) qui & Maculinus dictus est; alius tamen à Macalino, de quo agimus: cùm & ille in laudato Missali Missam sibi propriam habeat ad diem 25 Septembris, & diœcesis Corcagiensis patronus nominetur. Ceterùm alium hujus aut huic affinis nominis inter Hibernos episcopum nusquam reperire potui, si Malcallum, Clonfertensem episcopum, anno 1186 defunctum, & à Waræo, sed sine ullo sanctitatis indicio, inter Hiberniæ præsules relatum, excipias. Colganus quoque in Annotatis ad gesta S. Macalini, seu, ut vocat, Malcalani, abbatis in Belgica, de quo suprà, non alium hujus nominis Hibernum episcopum præter Clonfertensem jam dictum, se reperisse fatetur. Suspicamur tamen, in supradicto Missali, facta unius aut alterius litterulæ mutatione, pro Macalini legi fortè debere Maccartini. Suspicionis ratio est, quòd S. Macartinus, S. Patricii discipulus, Clochorensem ecclesiam primus post S. Patricium episcopus rexerit; atque adeò verisimile fiat, hunc sibi patronum Clochorenses elegisse. Accedit, S. Macartinum, ut Porterus scribit in Compendio Annalium ecclesiasticorum regni Hiberniæ pag. 173, diem suum sexto Octobris obiisse, aliquorum saltem judicio. Denique hunc indicare videtur Missa suprà laudatæ Postcommunio cum ejusdem Actis (quæ, licèt mutila, vide tom. III Augusti pag. 209) collata. Postcommunio quidem sic habet: Deus, qui sanctum Pontificem nostrum Macalinum glorificâsti in conspectu regum, da, ut, qui eodem Pane cælesti nutrimur, quo vegetatus delicias præbuit, & omnibus Christi tui bonus odor fuit, ipsi nos quoque veritate & sapientiâ pleni placere tibi possimus, & ad ædificationem totius Ecclesiæ tuæ fidei & virtutum exemplis clarescere. Per eundem Dominum nostrum &c. Cùm autem hìc S. Macartinus in conspectu regum glorificatus dicitur, videtur allusio fieri ad ea, quæ in ejus Actis num. 2 & 3 apud nos de Echodio rege narrantur, quem S. Maccartinus, priùs sibi infestum, prodigiorum signis amicum sibi & beneficum reddidisse ibidem dicitur. Rursus cùm Christi bonus odor fuisse dicitur, digitus intendi videtur in prodigium F illud, quo ibidem num. 2 mortis periculo eripuisse dicitur regis filium, qui sopore oppressus humi alicubi jacens, & ab equorum ungulis servatus illæsus, postridie, somno excitatus & ad patrem reversus incolumis, testatus fuerit, se apud Episcopum sanctum sub vestimento suo esse (seu latitare sibi visum esse) & optimum odorem naribus percipere putat, seu, ut interpretor, se sub episcopi veste latitantem optimum odorem naribus percepisse. Denique num. 4 cùm aliquando nec panem, nec aquam Maccartinus haberet, quibus hospites exciperet, vi precum suarum obtinuisse fertur, ut frumentum è cælo pluerèt, & limpidus aquæ fons è solo erumperet. Denique, inquiunt Acta, ex manna cælitus data viri Israëlitæ reficiuntur, atque ex aqua mirabili refocillantur. Panis saporem mellis, & aqua vini dulcedinem prætendebat. Quò spectare videntur illa Postcommunionis verba:

A Da, ut qui eodem Pane cæleſti nutrimur, quo vegetatus delicias præbuit. *His de cauſis lectorem ad S. Maccartini ſeu Marcarthenni Acta remittimus, dum aliter inſtruamur, ſi forte à vero conjectura noſtra deſciſcat. Vide* xv Auguſti.

Balduinus, *ex Ciſtercienſi monacho S. R. E. Cardinalis & archiepiſcopus Piſanus, hodie legitur in Calendario Ordinis Ciſtercienſis: conſentiuntque Chalemotus in Serie Sanctorum &c ejuſdem Ordinis, & Henriquezius in Menologio, eumdem cum* Beati *titulo* Piſis in Tuſcia *annuntiantes, addenteſque, fuiſſe S. Bernardi diſcipulum. Idem Henriquezius ad diem* 15 *Julii* Balduinum *alterum, Clarævallis monachum, ſanctique Bernardi diſcipulum, ac deinde cœnobii Reatini abbatem, annuntiaverat. Ac rectè quidem hunc à Piſano archiepiſcopo diſtinxit; at non rectè utrumque honoravit* Beati *titulo, qui ſoli Reatino abbati debetur. Minùs etiam rectè laudatum Calendarium & Chalemotus,* Balduino *abbate Reatino penitus prætermiſſo,* Balduinum *Cardinalem archiepiſcopum Piſanum memorârunt. Non alio enim ex capite* Beati *titulus Cardinali archiepiſcopo Piſano additus fuiſſe videtur, quàm quòd aliqui (inter quos fuit Cardinalis Baronius) geminum* Balduinum *confuderint. Adi ergò Commentarium hiſtoricum de* B. Balduino, *abbate Reatino in Italia, ad diem, quo hic Reate publicè colitur,* xxi Auguſti.

S. Frontinianum, *Albæ Pompeiæ in Italia velut martyrem cultum, Caſtellanus in ſuo Martyrologio Univerſali, in quo illum ad diem* vi *Septembris jam memoraverat, hodie repetiit. De eodem breviter egimus dicto die* vi Septembris.

S. Liberius P. Romanus *hodie annuntiatur in Faſtis Coptitarum Ægypti & Æthiopiæ apud Jobum Ludolfum. Verùm de ſancto hoc Romano Pontifice in Opere noſtro actum jam eſt ad diem* xxiii Septembris.

Octava ſancti Michaëlis & omnium Angelorum *ſignatur hodie in Uſuardini Martyrologii auctì editionibus Lubeco-Colonienſi & Greveni, ac in Ms. codice Bruxellenſi. De his omnibus prolixè actum apud nos eſt die, quo ejuſdem ſancti Archangeli eccleſiæ Dedicatio in monte*
C *Gargano recolitur,* xxix Septembris.

Treviris commemoratio innumerabilium penè martyrum, qui in perſecutione Diocletiani ſub Rictiovaro præſide ob Chriſti fidem vario mortis genere necati ſunt. *Ita poſt plura alia vetuſta Martyrologia Romanum ad hunc diem. Verùm de hiſce Trevirenſibus Martyribus partim egimus in SS. Tyrſo, Bonifacio & Sociis* iv Octobris,

partim in SS. Palmatio & Sociis v Octobris.

Conſtantis & Alexandri *martyrum memoriam Curiæ in Rhætia hodie ſignant Galeſinius in ſuo Martyrologio Romano, laudans Calendarium eccleſiæ Curienſis: at Ferrarius in Catalogo Generali eoſdem pridie referens, ex ejuſdem eccleſiæ tabulario monet, eos die* 5, *non* 6, *Octobris ibidem coli. Utut ſit, cùm, eodem Ferrario teſte, ambo* paſſi *credantur* Treviris cum Palmatio, *liquet, eoſdem coli Curiæ ob duo corpora vel reliquias Trevirenſium Martyrum illuc tranſlata. Conſule ergò Commentarium de ſanctis Martyribus Trevirenſibus die* iv Octobris.

S. Failbeum abbatem in Scotia *hodie annuntiat Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non ſunt, quem* D *in Annotatis ſcribit, claruiſſe* viſionibus & ſpiritu prophetico, *vixiſſeque* circa annum dcxx. *Pro hiſce autem laudat Kalendarium Scoticum & Breviarium. Per* Kalendarium *indicat Thomæ Dempſteri Menologium Scotorum, per* Breviarium *verò laudatum à Dempſtero* Breviarium Scoticum, maximè Aberdonenſe. *Porrò Dempſterus ad hunc diem ſic habet:* Failbei abbatis viſiones ſupernaturales de futuro Scotiæ ſtatu. *At quis hic* Failbeus *eſt? Colganus in Actis Sanctorum Hiberniæ, pag.* 576 *refert, quatuor* Failbeos, *ſeu* Falveos *pronuntiandi more Hibernico, ſeculo* viii *floruiſſe virtutum ac ſanctimoniæ laude conſpicuos, ac præterea unum, iſtis antiquiorem, nimirum ſeculo* vii; *verùm horum omnium nullum hoc die coli memorat. Nullum quoque* Failbeum *aut* Falveum *in Sanctorum Hiberniæ Catalogis Patris Henrici Fitzſimon, nullum in Breviario Aberdonenſi, quod Ms. habemus, ſignatum reperio. Cogor igitur hunc quoque prætermittere, donec certiora de ipſo habeamus, uti* E *facere coacti ſunt in ſynonymis Majores noſtri ad diem* 3 *Junii &* xi *Julii.*

S. Cominum, *de quo Leſlæus de Rebus geſtis Scotorum lib.* 4, *ubi de Aidano, & Hector Boëthius Scotorum Hiſtoriæ lib.* 9, *ad hunc diem referunt Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, Martyrologium Anglicanum, Camerarius de Pietate Scotorum, uti & Catalogus Fitzſimonis Sanctorum Hiberniæ: verùm, non apparere ullum antiquæ venerationis monumentum, jam pridem obſervatum fuit in Opere noſtro ad diem* xxiv *Februarii in Prætermiſſis, ubi de illo dicta conſule. Volumen quidem alterum Monaſtici Anglicani fundationem Prioratûs de Kilcunnyn, in Tipperarienſi comitatu provinciæ Momoniæ in Hibernia ſiti, exhibet pag.* 1023, *in qua is* in honorem ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi atque ſancti Cumini *conditus dicitur: at quo de* Cumino, *ſeu* Comino *illic ſermo ſit, nobis haud liquet.*

Aptæ Juliæ in Gallia Amanrueſii confeſſoris, *inquit hodie Ferarius in Catalogo Generali Sanctorum, quorum non ſit memoria in Martyrologio Romano, notatque ſequentia:* Ex Tabulis eccleſiæ Aptenſis nuper ad nos tranſmiſſis. F Ibi corpus, & colitur hac die. Cetera mihi ignota. *In Indice autem Sanctorum ait, eumdem aliàs etiam* Omanrueſium *appellari. Non plura de eodem novit Sauſſayus, apud quem in Supplemento Martyrologii Gallicani hoc pariter die de illo ſolùm hæc leguntur:* Aptæ Juliæ ſancti Amanrueſii confeſſoris præclari, cujus ſacrum corpus in majori illius epiſcopalis civitatis eccleſia magno cum cultu conſervatur, hodiéque ibidem beata ejuſdem depoſitio recolitur. *Neſcio, an hæc Sauſſayus ex Ferrario accepta ſuo modo expoſuerit, an aliunde didicerit, quámque certæ ſint Tabulæ ab eodem Ferrario laudatæ. Verùm* Amanruëſius, *æquè ac* Omanruëſius, *omninò ignotus eſt ceteris martyrologis, etiam Caſtellano, diligentiſſimo Sanctorum ac Beatorum Galliæ indagatori. Nullum verò de* Amanruëſio *vel* Omanruëſio *Officium aut commemorationem hoc vel alio die fieri in eccleſia Aptenſi, ſuadent mihi tum Breviarium Aptenſe, quod habeo anno* 1532 *typis editum, tum ejuſdem eccleſiæ cathedralis Officia propria, anno* 1664

Aquis

A *Aquis Sextiis prelo pariter vulgata, in quorum nullo* Amanruësii *vel* Omanruësii *Officium vel Commemoratio hoc aliove die comparet. Quapropter ipsum hîc inter Sanctos Beatosve recensere non possumus; si tamen quis certiora nos docuerit, de eodem agi poterit in hujus mensis Octobris vel totius Operis Supplemento. Interea hîc habet lector pauca, quæ de ipso ex Ferrario ac Saussayo novimus.*

Odo, *S. Roberti abbatis Molismensis, ac fundatoris Ordinis Cisterciensis, monachus inter ejusdem Ordinis Beatos hodie recensetur ab Henriquezio in Menologio, Chalemoto in Serie Sanctorum &c & Sigismundo Alberti in Catalogo chronologico Sanctorum &c dicti Ordinis. Ut Virum cognoscas, elogium illius ex laudato Chalemoto transcribo.* In Burgundia beatus Odo, Molismi monachus & S. Roberti abbatis discipulus, qui cum eo & aliis primis Ordinis patribus è Molismo in Cistercium transiens, ut strictam Regulæ observantiam amplecteretur, suis piis operibus novellam plantationem illustravit; annotatus inter Sanctos Ordinis, & in rescripto Hugonis,

B Lugdunensis episcopi & legati Apostolici, memoratus. *Plura de illo non habet Henriquezius in Menologio, nisi quòd ex Philippi Seguini lib. 3 Sanctorum Ordinis Cisterciensis cap. 7 tit. de S. Odone monacho simile ipsius elogium recitet. S. Roberti primi Molismensis abbatis Ordinisque Cisterciensis fundatoris gesta exposuimus ad diem 29 Aprilis, ibidemque in Commentario prævio num.* XI *recensuimus laudati Hugonis diploma,* Odoni *inter ceteros S. Roberti socios inscriptum. At Odonis cultum nec à memoratis scriptoribus, nec ab aliis probatum comperimus, ut proinde eidem* Odoni *inter Sanctos Beatosve in Opere nostro locum concedere nequeamus, donec aliter fuerimus edocti.*

Franciscum Mirambellum, *Ordinis Minorum, apud Santones in Gallia pro Catholica fide ab hæreticis occisum, cum* Beati *titulo hodie laudat Arturus in Martyrologio Franciscano. Cum eodem titulo ibidem recensetur*

Joannem à Populâ, *aliàs* de Soto-majore *in Hispania,*

Franciscum à Luceria *in Apulia,*

C Julianum Salodiensem *Capucinum Romæ; verùm nullius horum cultum probat, tresque primos ad hunc diem, quartum verò ad 23 Februarii sine isto titulo cultûsque mentione memorat Hueberus in Menologio Franciscano. Præterea quidam etiam alii utriusque sexûs Regulæ S. Francisci alumni, qui cultum non habent, apud laudatum Hueberum legi possunt.*

Claram Builiam, *virginem abbatissam monasterii Conceptionis Valentiæ in Hispaniâ, anno* 1510 *mortuam, ac veluti ibidem cultam, cum titulo* Beatæ *hodie annuntiat Arturus à Monasterio in Martyrologio Franciscano & Gynæceo sacro. At Hueberus in Menologio, item Franciscano, ad eumdem diem à titulo* Beatæ *abstinet, nec publicum ipsius cultum esse, indicat his verbis:* Privata devotione, ut Beata, colitur.

Stephanus Basilidis F. *hodie memoratur in Kalendario Æthiopum apud Jobum Ludolfum. Verùm* Stephanus *ille nobis satis notus non est, ut in Opere nostro inter Sanctos locum obtineat.*

Lucæ in Tuscia Consecratio majoris ecclesiæ, *inquit hodie Ferrarius in Catalogo Generali.* D

S. Marci episcopi *depositionem hodie memorat vetustius Martyrologium Florentinii; at in aliis pariter vetustis & in Romano Baronii sanctus iste summus Pontifex recolitur postridie, quando in eodem vetustiori repetitur. Vide ergo dicenda die* VII Octobris.

S. Justina *virgo & martyr Patavina hodie legitur in nostro Ms. Florario Sanctorum & in Viola Sanctorum typis edita: in aliis Martyrologiis & in Romano die, quo dabitur,* VII Octobris.

S. Adalgisum, *Novariensem in Insubria episcopum, Philippus Ferrarius utrique Sanctorum Catalogo, tum Italiæ, tum Generali, hoc die ex Tabulis (ut ait) ecclesiæ Novariensis inseruit, uti & Castellanus Martyrologio suo Universali, Ferrarium verisimiliter secutus. At ex Ughello tom. 4 Italiæ sacræ auctæ, & ex Carolo ejusdem sedis episcopo lib. 2 Ecclesiæ Novariensis pag. 280 habemus, illum coli Nonis Octobris: quorum cùm potior hîc fides esse videatur, de eodem agemus sequenti die* VII Octobris.

B. Benedictæ virginis martyris *translationem in Auriniani monasterio, territorii Laudunensis, hodie annuntiat Saussayus in Martyrologio Gallicano, & post hunc Arturus in sacro Gynæceo; cujus in cœlo natalem cùm horum prior ad 8 hujus mensis diem referat, vide dicenda ad citatum diem* VIII Octobris. E

Festum patriarcharum summorum, Abraham, Ysaac & Jacob, *hoc die his verbis celebrat nostrum Ms. Florarium Sanctorum. Paulò prolixiùs de iisdem apud Sollerium inter Auctaria Usuardina eodem die sic habet Codex Florentinus:* In Judæa civitate Ebron metropoli, depositio sanctorum patriarcharum, Abrahæ, Isaac & Jacob. Quorum corpora in eadem ecclesia, in spelunca duplici, divina revelatione inventa sunt à Latinis canonicis ejusdem ecclesiæ, anno Domini MCXX. *Eosdem Patriarchas etiam memorant Usuardinæ editiones Lubeco-Colonienses & Greveni, uti & Martyrologium Germanicum, vulgò Canisii, ac singulorum elogia exhibet: at solum* Abraham *hodie habet codex Usuardinus Hagenoyensis. Porrò cùm de iis solis Veteris Testamenti Sanctis in Opere nostro agere soleamus, qui in* F *Romano Martyrologio annuntiantur, prætermissis* Isaaco & Jacobo, S. Abrahamum *dabimus eo, quo in laudato Romano recolitur, die* IX Octobris.

S. Brunonem *archiepiscopum Colonicnsem hodie habet Ferrarius in Generali Catalogo Sanctorum, observans simul, illum ab aliis reponi ad diem* XI *hujus mensis, ad quem illum tum ipse Ferrarius repetit, tum Usuardinus Codex Bruxellensis, Gelenius, Grevenus, Molanus ac Martyrologium Germanicum commemorant. Idem ipse* Bruno, Bruni *nomine, in Additionibus Cartusiæ Bruxellensis recensetur ad diem* 18 *Julii, quo Officium proprium habet in ecclesia Cathedrali & diœcesi Tornacensi in Belgio. At ibidem in Prætermissis dilatus est ad diem* XI *Octobris, ad quem ejusdem Vitam etiam exhibet Laurentius Surius. Vide ergò dicenda die* XI Octobris.

Dulcidii, *Agennensis, seu Aginnensis in Aquitania episcopi, hodie meminerunt Grevenus, Martyrologium Germanicum, Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, & Florarium nostrum*

A *ſtrum Ms., in quo tamen poſteriori* Dulcis *vocatur &* Agannenſis *epiſcopus corruptiùs ſcribitur. Porrò hunc* S. Dulcidium, *ab aliis etiam* Dulcium, *Gallicè* Doucis *dictum, Caſtellanus in Martyrologio Univerſali annuntiat die, quo ejuſdem feſtivitas Aginnæ agi dicitur tom. 2 Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 897, XVI Octobris.

SS. Capraſius, Primus *&* Felicianus, *velut S. Fidis Aginnenſis virginis martyris ſocii, recenſentur hoc die in S. Bedæ Martyrologii apographo Tornacenſi, noſtroque Ms. Florario Sanctorum. Solum cum Fide* Capraſium *memorant Matricula Cartuſiæ Ultrajectinæ & editio Lubeco-Colonienſis: contrà ſolos* Primum *&* Felicianum *Grevenus & Philippus Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano. Accepta hæc ſunt ex ejuſdem S. Fidis Actis interpolatis, quibus puriora hoc ipſo die dabimus. Porrò an* SS. Primus *ac* Felicianus *revera Agennenſes, & non potiùs Romani martyres ſint, de quibus apud nos die* IX *Junii actum eſt, multùm ibi dubitat Papebrochius. Controverſia hæc in Commentario S. Fidis attingetur & definiri fortè poterit die,*

B *quo & Acta* S. Capraſii, *Aginnenſis martyris, examinabuntur* XX Octobris.

SS. Cæſarii, Veronæ & aliorum *è Societate S. Urſulæ Tranſlatio in Schönaugienſi monaſterio hoc die ſignatur in noſtro Ms. Florario Sanctorum verbis, quæ ſubjicio:* In Monaſterio Sconaugia tranſlatio ſanctorum Ceſarii & Veronæ virginis, & aliorum de Societate XIM virginum. *Conſonat Uſuardina editio Lubeco-Colonienſis, ſed pro* Verona Verenam *nominat,* In monaſterio Sconaugia, *inquiens,* tranſlatio ſanctorum Cæſarii & Verenæ virginis, & aliorum ſociorum eorum martyrum de ſocietate undecim millium. *Conſentit & Martyrologium Germanicum,* Caniſii *vulgò appellatum, ſed pro voce* Tranſlatio *habet* Elevatio. *Porrò Gabriel Bucelinus tom. 2 Germaniæ ſacræ quatuor nominis Schönaugiæ cœnobia memorat; quodnam horum hîc indicetur, fortè examinanari poterit in Actis SS. Urſulæ & Sociarum ejus die* XXI Octobris.

Raphaëlis archangeli apud aliquos hîc ſervatur memoria, *inquit hoc die Grevenus. Molanus de quadam ejuſdem ſancti Archangeli memo-*

C *ria loquitur ad diem* 20 *Novembris, ſic breviter inquiens:* Beati Raphaëlis archangeli feſtivitas; *Strozzianus verò codex Ms. inter Auctaria Uſuardina apud Sollerium, ad* 29 *Decembris, his pariter paucis verbis:* Item feſtum Raphaël archangeli. *Ad hæc Sacra Rituum Congregatio Decreto, anno* 1683 *edito, conceſſit omnibus ditionibus regi Hiſpaniarum ſubjectis annuum Officium & Miſſam propria de eodem Sancto, die* 24 *Octobris ritu duplici minore celebranda. Porrò, quæ de* S. Raphaële *ex ſacra Scriptura nota ſunt, jam recenſuit Stiltingus noſter piæ memoriæ ad diem* 29 *Septembris in Commentario Hiſtorico de S. Michaële archangelo & omnibus angelis,* § III. *Vide igitur dicta die* XXIX Septembris *& dicenda* XXIV Octobris.

Frontonis Petragoricenſis epiſcopi *Tranſlationem hodie refert noſtrum Ms. Florarium Sanctorum. De hoc ſancto Epiſcopo agemus cum Martyrologio Romano* XXV Octobris.

S. Modeſtam virginem *Treviris hodie habent Petrus Galeſinius, Philippus Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano, & Sauſſayus in Gallicano,* D *de qua illuſtriſſimus Joannes Nicolaus Hontheimius part.* 1 *Prodromi Hiſtoriæ Trevirenſis pag.* 367 *ad præſens propoſitum ſequentia annotavit:* Modeſta virgo, tertia abbatiſſa monaſterii Horraënſis, ... in Calendariis noſtris (*Trevirenſibus*) ſeculi XV & ſequentis notatur ad diem quintam Novembris, quanquam in moderni Breviarii Lectione quinta die XX Julii ad Sponſum migrâſſe (perperàm, uti puto) dicatur. Ex auctariis Uſuardinis eam plura ad quartam Novembris, unum ad quintam Novembris referunt. Antiquiſſimum Sanctæ cultum probat Litania ſæculi X, quam primo noſtro Calendario ſubnectimus. Ejus ſepulchrum hodiéquè in ſeparato ſacello abbatiæ S. Irminæ ad Horrea cum veneratione viſitur. *Hactenus illuſtriſſimus Hontheimius. Porrò hæc ſancta Virgo ſuum inter Officia propria inſignis eccleſiæ S. Petri Romarici-montis habet, Romanoque inſcripta Martyrologio eſt, ac proinde apud nos dabitur, die* IV Novembris.

S. Hugonis *Lincolnienſis in Anglia epiſcopi & confeſſoris Tranſlatio hoc die in aliquot Uſuardini Martyrologii Auctariis apud Sollerium* E *memoratur, uti & in noſtro Ms. Florario Sanctorum, in quo tamen pro* Lincolnienſi *perperam* Lingonienſis *ſcribitur, & ejuſdem tranſlationis annus non rectè exprimitur hoc modo:* Tranſlatio beati Hugonis Lingonenſis epiſcopi & confeſſoris anno Salutis MCLXXX. *Fortaſſe legendum eſt* MCCLXXX; *nam & certum eſt, S. Hugonem ultra annum* 1180 *vixiſſe, & Bailletus aſſerit, ejuſdem tranſlationem anno* 1280 *vel* 1282 *ſolere illigari. Sanctus hic, ex Cartuſiano epiſcopus Lincolnienſis, Romano Martyrologio inſcriptus eſt die, quo de eo atque de hac ipſa Tranſlatione ejuſdemque tempore agendum apud nos erit,* XVII Novembris.

S. Joannis martyris *corpus hoc die* 6 *Octobris anni* 1637 *vel ſequentis inventum fuiſſe, diſcimus ex epiſtola ad Majores noſtros hac ſuper re data, ex qua ſequentia accipe.* Cùm Joſephus Photius, Rheggynus (*in Calabria*) Societatis noſtræ ſacerdos, archiepiſcopi Rhegyni nomine facultatem impetrâſſet à ſummo Pontifice Urbano VIII S. Sebaſtiani cryptas, ubi cœmeterium eſt Calixti, ingrediendi, indéque à peritis foſſoribus aliquod corpus ſancti cujuſdam martyris, quod primum inveniretur, extrahendi, poſt aliquot inſumptos dies ſepulchrum tribus opertum deforis lateribus prægrandibus inventum eſt, calce oblinitis. Ea in calce exſculpta videbatur palma ex una parte; in alia propè in medio nomen hoc inſcriptum erat IOUANES. Habetur ex decreto ſacræ Congregationis palma pro inſigni martyrii; ideóque inde extractæ ſacroſanctæ reliquiæ arculâ quadam cryſtallinâ, affabrè elaboratâ, incluſæ cum ſuis ſigillis patri Joſepho prædicto traditæ ſunt, ut ille ſuam patriam, Rhegynum nimirum Calabriæ, tanto ditaret theſauro. *Tranſlatio hæc in iiſdem litteris illùc facta dicitur, ſacraque reliquiæ ibidem in templo tunc Societatis noſtræ ſolenniter depoſitæ, non ſine miraculis, Kalendis Decembribus, annuumque hujus feſtum ab eodem archiepiſcopo Annibale de Afflicto decretum. Neſcitur, quis hic* Joannes *ſit, qua de re ſi quis nos inſtruxerit, de eodem latiùs agi poterit ſive alibi, ſive aſſignato die* I Decembris.

S. Nicetium *Trevirenſem archiepiſcopum hodie habet*

habet Bucelinus in Martyrologio Benedictino : at in Romano ad diem, quo dabitur, v Decembris.

S. Cunthildis abbatissæ monasterii, quod dicitur Strenneshem *vel* Srennesheym, *hodie legitur in apographo nostro Kalendarii Ms. Sanctorum Ordinis S. Benedicti abbatiarum S. Michaëlis & S. Salvatoris Antverpiæ. Hugo Menardus lib.* 2 *Observationum ad Martyrologium Benedictinum & Arturus in Gynæceo illam ad diem* 8 *Decembris reponunt, &* Chunhildem, Cunhildem *ac* Guntildem *etiam appellari observant, eamdemque esse, quam Othlonus in Vita S. Bonifacii archiepiscopi Moguntini lib.* 1, *cap.* 38 *cum aliis feminis ab illo ex Anglia in Germaniam evocatam fuisse, scribit. Ambo addunt, eamdem inter sanctos ecclesiæ Exstadiensis patronos recenseri. Verumtamen nullam ipsius mentionem reperio in ejusdem ecclesiæ Officiis propriis anno* 1629 *Ingolstadii typis excusis. Quamobrem, si de ejusdem cultu melius fuerimus instructi, agi de ipsa poterit dicto die* VIII Decembris.

S. Thomas Apostolus *omnibus ferè Fastis sacris tam Græcorum quàm Russorum hodie inscribitur; inscribitur & Kalendario Æthiopum apud Jobum Ludolfum. Verùm in Opere nostro de hoc sancto Apostolo agendum non est ante diem, quo in Romano hodierno signatur,* XXI Decembris.

S. David *rex hodie signatur in Kalendario Æthiopum apud Jobum Ludolfum. Sermo est, quantum opinor, de Davide rege & propheta, qui in Opere nostro dandus est ad diem, quo in Martyrologio Romano hodierno annuntiatur,* XXIX Decembris.

DE S. SAGARI EPISCOPO MARTYRE

LAODICEÆ IN PHRYGIA.

SYLLOGE.

ANNO CIRCITER CLXXV. *Sanctus, qui à Martyrologis classicis hodie celebratur,*

QUatuor martyrologi antiquiores seu classici, nimirum Romani parvi seu veteris auctor, Ado, Usuardus & Notkerus, hodie S. Sagarim *episcopum annuntiant. Et id quidem Romani Parvi auctor his verbis facit :* Sagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli Apostoli discipulis; *huic autem annuntiationi Viennensis martyrologus, quem deinde Usuardus & Notkerus sunt secuti, titulum* Martyris *adjecit, Sanctum ita commemorans :* Beati Sagaris Martyris & episcopi Laodicensis, qui unus fuit de antiquis S. Pauli Apostoli discipulis. *Apud Eusebium, tam purum quàm interpolatione à Rufino mutatum, lib.* 4, *cap.* 26, *iterumque lib.* 5, *cap.* 24 S. Sagaris *mentio occurrit; atque hic Sanctus noster subiisse martyrium, priori quidem è binis illis Eusebii locis disertè asseritur; posteriori verò* martyr & episcopus *vocatur, à Polycrate, Ephesiorum episcopo, inter clarissimos Asiæ viros, qui Paschale festum lunâ decimâ quartâ olim celebrare soluissent, in exaratis pro antiqua hac Asianorum consuetudine tuenda ad S. Victorem I Papam litteris recensitus his verbis :* Quid Sagarim episcopum, eundemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus ? *Vel ex hoc vel ex altero jam memorato Eusebii loco, aut fortè etiam ex utroque, Romani parvi auctor Sancti annuntiationem, Adoque, quem huic addidit,* Martyris *titulum verosimillimè hausit, uti etiam,* Sagarim *fuisse episcopum.*

quique ab his S. Pauli Apostoli discipulus fortè perperam vocatur.

2 *Porrò non tantùm Sancti episcopatus & martyrium, verùm etiam palæstra è proximè recitatis Polycratis verbis, utpote quibus* Sagaris *Laodiceæ obiisse tradatur, innotescit; ut hunc adeò Laodiceæ, quæ primaria Phrygiæ Pacatianæ ad Lycum fluvium urbs est, Romani hodierni reformatores, aliique recentiores martyrologi, quos omnes hîc enumerare necessum non est, rectè hodie in Fastis sacris à se concinnatis consignent, utque etiam Romani parvi auctor, Ado aliique hos secuti tam antiquiores quàm recentiores hagiologi, eumdem Sanctum nostrum, cùm ibi, ubi obiit, episcopum egisse videatur,* episcopum Laodicensem *rectè appellent, etsi interim Laodicenamne, an aliam ecclesiam episcopi munere* Sagaris *administrârit, nuspiam edicat Eusebius. Verùm anne iidem duo martyrologi classici, Ado videlicet & Romani parvi auctor, aliique, qui horum vestigia legêre, rectè etiam Sanctum nostrum faciunt antiquum S. Pauli Apostoli discipulum? Id sanè mihi admodùm dubium apparet. Fuisse enim* Sagarim *è Pauli Apostoli discipulis, Eusebius, sive genuinus, sive à Rufino interpolatus, nec apertè edicit, nec quidquam, unde hanc prærogativam Sancto vindices, uspiam suppeditat. Adhæc, ut* Sagaris *fuisse queat S. Pauli Apostoli discipulus, necesse est, ut Æræ Christianæ anno* 65, *quo hic martyrium subiisse, apud nos tom* 5. *Junii, pag.* 403 *ostenditur, annorum ut minimùm sedecim circitèr exstiterit; unde consectarium fuerit, ut, quod ægrè absque auctoris synchroni aut supparis testimonio, quo destituitur, fidem inveniet, centenario longè major obierit, utpote martyrio è vivis anno circitèr* 175 *sublatus, uti ex jam nunc dicendis intelliges.*

anno circitèr, uti hic,

3 *Cùm epistolam, num.* 1 *memoratam, quam ad Victorem Papam dedit Polycrates, anno circitèr* 196 *scriptam esse, inter eruditos conveniat,* Sagarisque *in ea, veluti vitâ functus, memoretur, dubitandum non est, quin hic ante annum illum fuerit martyrio coronatus. Verùm quanto quidem tempore citiùs id evenit ? Fuisse Sanctum sub Marco Aurelio Antonino, qui ab anno* 161 *ad annum usque* 180 *imperii Romani habenas moderatus est, martyrio coronatum, communis est eruditorum opinio, ut ante annum* 181, *fuso pro Christo sanguine, martyribus fuisse adjunctum, credendum appareat. Atque id quidem anno circitèr* 175 *verosimiliter evenisse, ita modò ostendo :*

AUCTORE C. B.

Polycrates Epheſiorum epiſcopus, dum apud Euſebium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 5, cap. 24 clariſſimos aliquot Aſiæ viros, feſtum Paſchale lunâ decimâ quartâ celebrare olim ſolitos, recenſet, id eo, ut apparet, facit ordine, quo hi felici è vivis exceſſu ad Superos migrârunt. Etenim in medium adducit primo loco Philippum Apoſtolum, ſecundo Joannem Apoſtolum & Euangeliſtam, tertio Polycarpum Smyrnenſem epiſcopum, quorum prior ſub Domitiano anno circitèr 87, ſecundus ſub Trajano anno 100, ac tertius denique ſub Marco Aurelio anno circitèr 166 ad Superos conceſſit. Ad hæc Thraſeæ, de quo ad diem præcedentem jam egimus, & Sagari, *de quo nunc hîc, Melitonem Sardenſem epiſcopum ſubjungit, qui, cùm in Opere, quod de Paſcha elucubravit, martyrii, (Adi Euſebium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 4, cap. 26) à* Sagari *tolerati, mentionem fecerit, certiſſimè poſt hunc è vivis exceſſit. Jam verò cùm hæc ita ſint, Polycrateſque in recenſendis aliis, quos profert, clariſſimis Aſiæ viris à præmemorato ordine declinare non deprehendatur, ubique hunc cit. Euſebii loco abs illo obſervari, veroſimillimum apparet; unde conſequitur,*

B *ut Sanctus noſter, utpote ibidem à Polycrate poſt Thraſeam, anno circitèr 171 ſecundum dicta ad diem præcedentem martyrio coronatum, clariſſimis Aſiæ viris accenſitus, à felici Thraſeæ obitu vel ipſo anno 171 vel altero, qui Thraſeæ mortem exceperit annumque 181 præceſſerit, martyrii coronam ſit adeptus.*

contrà ac contendi poteſt,

4 *At verò, inquies, Euſebius ex interpretatione Valeſii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 4, cap. 26, Opera, à Melitone Sardenſi epiſcopo elaborata, enumerans, ſic ſcribit :* Poſtremus omnium (*librorum ſcilicet à Melitone ſcriptorum*) eſt libellus (*ſupplex nimirum pro Chriſtianis*) ad imperatorem Antoninum. Ceterùm in libro de Paſcha tempus ipſum, quo ſcribebat, in principio Operis ſui (*Melito*) deſignat his verbis: "Ser„ vilio Paulo„ inquit, "Aſiæ proconſule, quo „ tempore Sagaris martyrium perpeſſus eſt, ma„ gna controverſia Laodiceæ excita eſt de ſo„ lemnitate Paſchali, quæ tempeſtivè in illos dies „ inciderat; quibus etiam diebus hæc à nobis „ perſcripta ſunt.„ *Martyrium ergò, uti è verbis hiſce patet, paſſus eſt* Sagaris *eo tempore, quo ſuum de Paſcha Opus Melito elucubravit; id autem hic ante annum 171 indubiè fecit. Etenim ex omnibus Melitonis Operibus poſtremum vocat verbis recitatis Euſebius libellum ſupplicem, pro Chriſtianis Marco Aurelio Antonino imperatori oblatum; illum autem anno 170 fuiſſe huic à Melitone traditum, Euſebius, ſibi etiam Chronicam Alexandrinam ſuffragantem habens, in Chronico affirmat; ut proinde ante annum 171 & Melitonis de Paſcha Opus, utpote quod ſupplici ad Marcum Aurelium libello præiverit, indubiè fuerit concinnatum, & Sanctus noſter pro Chriſto ſanguinem effuderit. Ita pro* Sagaris *martyrio ante annum 171 collocando poteſt argui.* D

ſtatuitur, 175 ſubiit martyrium.

5 *Verùm præterquam quòd, ut Tillemontius tom. 2 Monument. in ſuis de Melitone Annotationibus pag. 663 & ſeq. rectè docet, dubitandum admodum ſit, an etiam poſt annum 175, quidquid contrà Euſebius & Chronica Alexandrina notent, ſupplex ad Marcum Aurelium libellus ſcriptus non ſit, ultimum hunc librorum, à Melitone elucubratorum, vocare poteſt Euſebius, non ſpectato ordine, quo ſcriptus eſt, ſed quo eum recenſet, ſeu quo ſibi in enumerandis Melitonis Operibus occurrentem habuit. Adhæc Græca hæc Euſebii verba,* Ἐπὶ πᾶσι καὶ τὸ πρὸς Ἀντωνῖνον Βιβλίδιον, *quæ Valeſius Latinè vertit,* poſtremus omnium eſt libellus ad imperatorem Antoninum, *Chriſtophorſonus ita reddit :* Poſtremò liber ad Antoninum ſcriptus; *quæ interpretatio ad mentem Euſebii, auctorum Opera eo ordine, quo ſcripta ſunt, recenſere plerúmque non ſoliti, omnino videtur exacta, neque, ut conſideranti patebit, ullo modo exigit, ut Melitonis ad Marcum Aurelium libellus poſt ſcriptoris ejuſdem de Paſcha Opus fuerit conſcriptus. Quod cùm ita ſit, fuiſſe hoc ante annum 171 à Melitone concinnatum, è tempore, quo ſupplex ad Marcum Aurelium libellus fuit confectus, neutiquam probatur, manetque proinde, Sanctum noſtrum, ut num. 3 docui, poſt S. Thraſeam vel ipſo anno 171 vel altero, qui hunc inter & annum 181 interceſſerit, martyrio fuiſſe coronatum. Atque hinc eſt, cur, ſuprà ad marginem* anno circitèr CLXXV *adſcripto, accidiſſe illud hoc circitèr anno deſignârim; quod perinde rectè factum fuerit, ſive Sanctus duobus tribuſve annis ante, ſive totidem annis poſt eam epocham pro Chriſto ſanguinem effuderit.* E F

C

DE

AUCTORE J. G.

DE S. FIDE V. ET MARTYRE AC SOCIIS MM.

AGINNI IN AQUITANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Actorum sanctæ Martyris notitia horumque diversitas: edendorum antiquitas & fides adversus adversarios vindicata.

VERISIMILITER SUB ANNUM CCLXXXVII. *Varia nec omnibus probata S. Fidis Acta,*

B

QUàm verum sit, quòd infirma mundi sæpe eligat Deus, ut confundat fortia, præter alias è fœmineo sexu martyres, documento ex infrà dicendis erit S. Fides *Aginnensis*, tam illustri nomine ob invictam in Christiana fide constantiam dignissima virgo, & populariorum suorum, quos suâ in tormentis fortitudine Christianos fecit, fœcundissima in fide parens. Hanc ab homonyma virgine, quæ probabilius Romæ cum sororibus Spe & Charitate matreque Sophia martyrio coronata est, omnino diversam esse, ut per se patet, ita probatione non eget. Illius, sororumque ac matris gesta Commentario critico ad diem 1 Augusti prosecutus est Sollerius noster, censuitque earum Acta, ut passim circumferuntur, digna non esse, quæ in nostro Opere recuderentur. Proin erit fortassis, qui, lectâ criticorum quorumdam minimè favorabili de Actis Martyris nostræ censurâ, ea etiam indigna censeat, ut in eodem Opere locum habeant, utpote quæ horum judicio nihil minùs quàm primigenia, at contrà popularibus traditionibus, adjunctis minùs probabilibus, imò & historicæ veritati contrariis, infecta sint, eoque præterea stilo conscripta, qui primorum Ecclesiæ seculorum simplicitatem minimè redoleat. Atque hæc quidem vitia aliaque subleste fidei indicia in sanctæ Martyris nostræ Actis reperiri, asseveranter tradunt scriptores Historiæ litterariæ Franciæ tom. 3 pag. 273 & 274; quamquam tamen iisdem Actis, quantùm ad martyrii substantiam, non omnem fidem denegandam esse, postmodum etiam edicant. Præiverant illis Tillemontius tom. 4 Monument. Eccles. pag. 543 & pag. 752, Notâ 1, ac Bailletus in Tabula critica ad hunc diem, qui simili censura, at paulò mitioribus verbis, Acta S. Fidis universim perstrinxerunt. Hæc num æqua, num iniqua sit, ex subjecta Actorum notitia nostrisque ad singula objecta responsionibus dijudicabit eruditus lector.

C

quorum alia impressa, alia Mss. exstant, recensentur,

2 Dum Actorum, quæ ad manum habuerunt, notitiam subministrant laudati scriptores Historiæ litterariæ, rectè pag. 273 observant, Acta, seu potiùs Martyrium SS. Caprasii & Fidei (*sic enim apud Surium inscribuntur*) ex pervetustis Mss. codicibus priùs typis prodiisse, quàm Labbeus, quem prior illa editio verisimiliter latuit, ea sub nomine Actorum S. Fidei ex quámplurimis, *ut ait*, calamo exaratis codicibus *tom. 2 suæ Mss. Bibliothecæ à pag.* 528 *vulgaret. Porrò utramque illam editionem, si voces aliquot, pro librariorum arbitrio mutatas, excipias, nihil inter se differre, iidem rectè etiam advertunt. At facilem nimis Bailleto, quem in margine laudant, viri eruditi fidem habuerunt, asserenti, edita à Mombritio Acta etiam nulla in re, nisi penes voces aliquot, pro librariorum judicio commutatas, à jam memoratis discrepare. Etenim, si ipsum Mombritii Opus, Cicho Simonetæ Mediolanensium ducum, ut aiunt, secretario inscriptum & ante annum* 1480 *Italicis typis excusum, cum Surianis Labbeanisque Actis contulisset, vidisset primo oculorum conjectu, Mombritiana Acta sextuplo circitèr aliis contractiora, eorumque meram esse synopsim, qualis etiam reperitur in Moyssacensi & in nostro codice ✠ Ms.* 36, *qui olim fuit conventûs sanctæ Cæciliæ in Trajecto; ut adeò non majori jure Mombritiana lucubratio inter impressa sanctæ Martyris nostræ Acta computetur, quàm quæ apud Petrum de Natalibus lib.* 9, § 26, *& apud Antoninum* 1 *parte Histor. tit.* 8, *capitulo* 1, § 24, *ante Surianam Labbeanamque editiones typis vulgata fuerant mera Actorum compendia, quæ nos propterea Actorum nomine non comprehendimus, dum de horum antiquitate ac sinceritate infrà disputamus. Sed neque his accensemus peractam Lovanii anno* 1485 *à Joanne de Westphalia Actorum* S. Fidis *editionem, laudatis scriptoribus omninò incognitam; quandoquidem hæc Actorum veterum paraphrasim recentem potiùs exhibeat, quàm veteris cujusdam biographi lucubrationem, uti ex ipso stilo omnino liquet.*

D

& in quibus inter se differant, exponitur.

3 *Præter typis vulgata, varia mihi ad manum sunt Actorum Mss. apographa, quorum unum exstat in nostro codice O Ms.* 19, *judice Henschenio nostro, ante annos* 900 *aut certè* 800 *manu exarato; alterum in grandiori nostro codice pergameno, signato P. Ms.* 159, *qui olim abbatiæ Vallicellensis Ordinis Cistercienſis fuit. Adhæc desumpta ex Mss. codicibus Rubeæ Vallis, Conchensis monasterii in Rhutenis & S. Cucuphatis de Valle in Hispania, Actorum exemplaria stilo soluto conscripta habemus, nec non stilo ligato ab Hildeberto Cenomanensi fortassis compositam* S. Fidis *Passionem; quæ omnia, uti faciunt Acta excusa, non tantùm SS. Caprasii, Primi ac Feliciani pro Christi fide certamen eodem, quo Martyr nostra passa est, tempore ac loco constituunt, sed etiam de horum omnium translatione corporum, per S. Dulcidium Aginnensem*

E

F

AUCTORE J. G.

nensem episcopum peracta, deque exstructa ab eodem S. Fidis *nomini ecclesia expressim faciunt mentionem. Penes nos insuper est deprompta ex Ms. Sanmaximini Trevirensis codice* Passio SS. Caprasii & Fidei, *in qua quidem S. Caprasius unà cum* S. Fide *eodem die & loco pro Christo occisus dicitur, at sine ulla SS. Primi & Feliciani, eorumque cum ceteris translationis, ac erectæ à Dulcidio ecclesiæ commemoratione. Denique Actorum Martyris nostræ Ms. ecgraphum habemus, ex Ms. codice reginæ Sueciæ signato num.* 863 *desumptum, in quo quidem iisdem ferè verbis, quibus id in ceteris fit,* S. Fidis *martyrium refertur, at de Caprasii martyrio ceterisque rebus suprà memoratis verbum planè nullum occurrit. Quæ Actorum discrimina sedulò observata velim, prinsquam hìc, uti Sollerius in Usuardo illustrato pag.* 582 *spopondit, de censuræ, quâ eruditi critici Acta* S. Fidis *universim perstringunt, æquitate, an iniquitate, disputare exordiamur.*

Non omnia S. Fidis Acta juniora esse medio sec. VI, B

4 *Si laudatis Historiæ litterariæ scriptoribus, illisque, quos hi duces sequuntur, dum Acta* S. Fidis *multò ejus ætate juniora minúsque sincera statuunt, de illis tantùm seu excusis, seu Mss. Actis sermo fuerit, quæ nos num.* 3 *primo loco recensuimus, ab iis ego non omni ex parte dissentio, cùm indubitatum sit, ea certè S. Dulcidio, cujus expressè meminerunt, posteriora esse, ac proin sive cum Gallia Christiana aucta tom.* 2, *col.* 897, *sub annum Christi* 405, *quod mihi probabilius videtur, sive sesquiseculo pòst cum laudatis Historiæ litterariæ scriptoribus, ejusdem Dulcidii episcopatum statuas, Acta hæc minimè coæva seu primigenia, ac ne supparia quidem sanctæ Martyri nostræ dici possunt. Fateor quoque, in his Actis, uti & in recensita secundo loco* Passione SS. Caprasii & Fidei *nonnulla tradi, quæ mihi haud multùm placent, medicamque manum exigere videntur, qua de re in Opere nostro, si Superis placet, fusiùs agendum erit die* XX *Octobris, quo in Ecclesiasticis Fastis hic sanctus Martyr passim celebratur. Verùm, si iidem eruditi viri, uti quidem ex generali eorum assertione apparet, Acta omnia* S. Fidis *nullo discrimine ad seculum* VI, *idque non parùm provectum, ableganda censuerint, eâdemque adeò censurâ etiam memorata à nobis tertio loco* S. Fidis *Acta infráque à nobis edenda, perstricta voluerint,* C *eorum ego judicio subscribere nequaquam possum. Etenim, cùm in his, ut pervolventi patebit, nulla de facta à S. Dulcidio* S. Fidis *translatione, nulla de exstructa ei ecclesia mentio fiat, quæ tamen hujusmodi sunt, ut à biographo his juniore, uti ex Surianis, Labbeanis ceterisque his affinibus Mss. liquet, commemoranda fuissent, facit hoc Actorum nostrorum silentium, tum ut ea ante ejusdem Dulcidii tempora conscripta fuisse, non temerè censeri queant, tum certè ut adversariorum corruat fundamentum, quo universim juniorem Actorum ætatem stabilierunt.*

& edenda hic antiquitate præstare jam vulgatis, ostenditur.

5 *Accedit, quòd si cum Surianis aliisque his affinibus Acta nostra attentè conferantur, continuò sat manifestè appareat nostrorum antiquior ætas, utpote à quibus illa partim promanârunt, tum nempe, ut conjicere lubet, cùm, factâ per S. Dulcidium corporum* SS. Fidis, *Caprasii aliorumque Aginnensium martyrum translatione, credi vulgo cœpit, eos planè omnes, quorum corpora eodem tempore transferebantur, etiam* unius diei horâ, *ut Suriana aliaque scribunt, pro Christo mortem diu antè oppetiisse; qua quidem opinione duEtis pronum fuit, antiquioribus Actis nostris, in quibus de Caprasio aliisque martyribus nominatim nullus sermo fiebat, eorum gesta, ubicúnque locus patiebatur, intermiscere, quod tamen haud usque adeò prosperè ipsis cessit, quin se interpolatio subinde prodat, ac vel in primis post numerum ex nostra partitione quintum, ubi cùm dictum esset, eorum complurium, qui cum* S. Fide *coronam martyrii adepti erant, ignorari nomina, mox subditur nominatissimi Caprasii ac deinde Primi & Feliciani pro Christi nomine martyrium; & illud quidem his apud Labbeum verbis:* EO NAMQUE tempore ... à Deo electus martyrque futurus sanctus Caprasius *&c; hoc verò non minùs disertis:* Duo fratres NOMINE & meritis Primus & Felicianus *&c, quæ quidem non satis aptam cum prioribus dictis connexionem faciunt & interpolationem indicant. Denique tametsi, non diffitentibus scriptoribus Historiæ litterariæ, Suriana Acta sub S. Dulcidii Aginnensis tempora conscripta fuerint, magnaque adeò antiquitate gaudeant, nostra tamen, in quibus de Caprasio aliisque veluti* unius diei horâ *cum* S. Fide *mortuis, deque eorum corporum translatione mentio nulla fiebat, antiquitate ac fide non parùm potiora crediderint martyrologi classici, utpote qui, si pauciss ima excipias apographa,* S. Fidem *sine Caprasio aliisque* E *hoc die annuntiârunt, quod verisimile non est, eos, reclamantibus Actis Surianis, facturos fuisse, nisi nostra Acta, in quibus S. Caprasius aliique nominatim martyres Aginnenses prætermittuntur, majori antiquitate & fide pollere, perspectum habuissent.*

Contra eorum antiquitatem non multùm facit eorum stilus,

6 *At, inquies, sint ceteris Acta nostra vetustiora, sintque ex nostris illa, non ex illis nostra derivata; attamen, cùm stilo nostra ab aliis non discrepent, sitque hic judicio scriptorum Historiæ litterariæ tom.* 3, *pag.* 273 *argutior exquisitiorque, quàm qui prioribus æræ Christianæ seculis conveniat, non altior medio seculo* VI *ætas adscribi nostris etiam Actis potest. Haud dubium quidem est, quin præsidialibus, ut vocant, Martyrum Actis nostra nativæ simplicitatis palmam concedant; verùm ab horum stilo obesse nihil video, quo minùs saltem sub SS. Ambrosii & Augustini tempora à viro quodam gravi conscripta dicantur, utpote cujus dicendi ratio ab eorum stilo non minùs subinde arguto exquisitoque haud ita abludit, prout Ambrosianam martyrii S. Agnetis narrationem apud Ruinartium in Actis sinceris edit. secundæ pag.* 460 *& Augustini varios sermones ibidem pag.* 365 *relatos cum Actis nostris conferenti patescet. Quin imò si hæc inter & S. Vincentii Cæsaraugustani martyris Acta, jam tum sub Augustino legi in ecclesiis solita, comparationem instituas, nescio, an quidquam à stilo obesse censeas, quo minùs nostra haud secùs, atque illa statim post redditam Ecclesiæ pacem conscripta dicantur. Nimirùm, cùm, ut ejusdem S. Vincentii Acta testantur,* litterarum apicibus annotari *Martyrum sub se passorum gesta acerrimè cavisset Dacianus præses, fecerit Aginnensium erga illustrissimam Christi Martyrem religio, ut opportuno primùm tempore cessantibusque persecutionibus illius pro fide certamen, ne aliàs ejus memoria interiret, litteris mandaretur; idque reipsa etiam hìc contigisse, eò fidentiùs adstrui potest, quòd, teste Pontio in Vita S. Cypriani, jam pridem solerent Christiani vel de ipsorum plebeiorum & catechumenorum passionibus multa aut penè cuncta describere, uti apud nos tom.* 4 *Septembris pag.* 325 *videre est. Qua in re Afris Hispanisque concessisse Aquitanos, haud facilè putem.*

F

7 *Sed,*

AUCTORE J. G.

A *nec quæ contra hæc perperam à cælestibus visionibus prodigiisque*

7 *Sed, uti suprà laudati scriptores asserunt, quæ in Actis* S. Fidis *memorantur visiones cælestes, prodigia varia adjunctaque parùm probabilia, imò antiquitatis testimonio adversantia, ea altiorem medio seculo* VI *antiquitatem Actis adscribi omninò vetant. Audio, & quantùm ad visiones illas attinet, respondeo, censuram hanc nequaquam in Acta nostra cadere, cùm in his, ut consideranti patebit, ne verbulo quidem de ulla cælesti visione mentio fiat; &, ut fieret, non continuò ex hoc capite ad seculum* VI *media sui parte provectum reducenda forent, uti ex antiquis sinceriſque SS. Ignatii martyris, Polycarpi, Cypriani aliisque apud Ruinartium Actis videre est, quo etiam teste in Notis ad ejusdem S. Cypriani Acta editionis secundæ pag.* 212, Pauca sunt ex antiquioribus & sincerioribus Martyrum Actis, in quibus ejusmodi visiones non habeantur. *De prodigiis variis, quæ in Actis nostris etiam in vanum quæras, eadem esto sententia nostra, simileque Ruinartii responsum in Notis ad Acta Martyrum Palæstinæ pag.* 328: Ex hoc aliisque portentis, *inquit*, quæ passim Eusebius narrat, collige rejicienda non esse, *seu ut falsa, seu ut juniora*, Martyrum Acta eo nomine, quòd quandoque in eis ejusmodi insolita miracula à fidelibus interserta sint. *Quamquam interim, quo loco habenda sint singula, quæ in Surianis aliisque* SS. Fidis *& Capraſii Actis referuntur prodigia ac visiones, hîc non definio, cùm ea res, ut jam monui, ad diem* XX *Octobris S. Capraſio sacrum pertineat. Venio nunc ad adjuncta illa, laudatorum scriptorum judicio parùm probabilia ipsique historicæ veritati etiam repugnantia, quæ altiorem seculo* VI *antiquitatem etiam Actis nostris adscribi prohibeant. Atque utinam quidem ipsimet viri eruditi singillatim, quæcúmque sibi tantoperè displicent, recensuissent, cùm Bailletus, quem in margine effati sui vadem constituunt, nihilo distinctiùs enucleatiúsve, quàm ipsi, edisserat, quænam particulatim pro suspectis falsisve habeat. Restat igitur solus Tillemontius, ab iisdem in margine laudatus, ex quo illa utcúmque discere possimus.*

aut assertis improbabilibus falsisve argumenta producuntur, C

8 *Atque hujus quidem judicio tom.* 4 *Monum. Eccles. pag.* 752 *Notâ* 1 *in Acta* S. Fidis, *parùm probabile, imò & veritati historicæ, uti innuit, contrarium est, quòd Daciani præsidis crudelitatem Aginnensis populus injustitiæ impietatisque nomine traduxisse narretur, cùm ex adverso à magistratibus adversus Christianos populus pro suo more staret, ac præ ipsis infensior Christi fidelibus esset. Fateor, etiam in Actis nostris, æquè ac in ceteris, hæc verba legi:* Videntes (*atrocissima, quæ Daciani jussu sanctæ Martyri inferebantur, supplicia*) qui aderant, una voce clamaverunt, dicentes: O impietas! O injusta judicia! Innocens & Dei cultrix & primæ dignitatis honore præfulgens (*S. Fides*) cur absque ullo facinore gravissimis suppliciis mancipatur? *Verùm hæc parùm probabilia vel historicæ veritati absona esse, Tillemontio fatebor minimè, tametsi ad assertionis suæ confirmationem ad Acta Martyrum Lugdunensium, S. Polycarpi, aliaque, quæ nominatim exponenda non censuit, confidenter is provocet. Etenim, ut est instabile vulgus, nec in omnibus urbibus sibi simile, non magis incredibile est, una in urbe, visis atrocissimis, quæ nobilissimæ Virgini inferebantur, suppliciis, commiseratione in eam, atque indignatione in judicem commotum fuisse, quàm in alia, seu sacrificulorum instigatione, seu sparsis adversus Christianos atrocibus calumniis delusum, in Christi athletas sæviisse. Quid enim? quia Lugdunensis populus anno* 177 *Christianos ad necem depoposcit iisque petulanter insultavit, quia de Thyesteis cœnis incestisque OEdipi nuptiis à gentilibus servis suis accusatos, tantis spurcitiis re ipsa constrictos, existimabat; aut quia Judæi ethnicique Smyrnenses anno* 166 *S. Polycarpum, quòd Judaicæ superstitionis idolorumque destructor fuerat, neci addictum, aliquamdiu gavisi sunt, certumne ideò indubitatumque fiet, Aginnensem populum, sub seculi* III *finem non exigua fortassis ex parte jam tum bene erga Christianos affectum, nec commiseratione in tenerrimam Civem suam, nec indignatione in tyrannum duci potuisse, cùm eam non alia de causa, quàm quòd Christo nomen dedisset, in lecto æreo divaricatis membris extendi, vinculis ferreis coarctari, per candentem craticulam provolvi & atrociter comburi latera, conspiceret?*

quorum unum à Tillemontio objectum, E

9 *Sanè, si sincera Martyrum Acta apud Ruinartium inque nostro Opere consulamus, non tam semper ac obstirmatè à magistratibus vulgus stetit, ipsisque, ut Tillemontius contendit, iniquius in Christianos fuit, ut potiùs non rarò in ipso judicum conspectu abhorrentis ab eorum crudelitate, Christianosque commiserantis animi apertissima signa ederet, gemitus lacrymasque funderet, ipsumque etiam judicem, uti & infrà patebit, injustæ severitatis publicè incusaret. Eadem illa testor, ad quæ Tillemontius provocavit S. Polycarpi & Sociorum Acta, in quibus illud ipsum vulgus, quod eorum necem antea expetierat, mox, visâ tormentorum atrocitate, non sine lacrymis aspicere potuisse, quod fieri antea voluerat, disertis verbis traditur. Flevisse populum, horruisse, nec vulgaris commiserationis indicia dedisse, cùm Cyrillum puerum, Paulum Palæstinæ martyrem, virgines septem S. Theodoti Ancyrani socias, infantem S. Romani comitem, Perpetuam & Felicitatem, Agnetem virginem aliosque martyres diris suppliciis aut morti tradi cerneret, eorum apud Ruinartium Acta apertissimè testantur. Quin & judicum in Christianos sententiam crudelitatemque publicè detestatos, fuisse legimus, Cassianum Tingitanum, Genesium Arelatensem, Valentinam Gazensem mulierem, Philemonem S. Apollonii socium, aliosque martyres, quos ex eorum apud Ruinartium Actis sinceris enumerare longius esset.* Quò usque tandem, *ex media turba adversus judicem laudata mulier inclamat*, quò usque tandem adeò crudeliter meam torquebis sororem? *Neve putes, id à paucis dumtaxat factum fuisse, audi, quid Acta SS. Tarachi Sociorumque, à testibus oculatis fideque dignissimis conscripta, ad rem nostram disertè loquantur:* Et cùm (*Anazarbi in Cilicia tempore Diocletianæ persecutionis*) introducti fuissent (*præfati martyres*) in medio amphitheatri projecti sunt, & factus est timor magnus & murmur populi dicentium: INJUSTUS JUDEX, QUI SIC JUDICAVIT. Nam & multi spectaculum dimiserunt, atque contemnentes ibant murmurantes adversus Maximum. Maximus autem mandavit militibus suis, ut eos, qui discedebant, notarent, ita ut postmodùm eos audiret. *Hactenus memorata Acta apud Ruinartium pag.* 445. *Quo vel solo exemplo evidens fit, nihil à veri specie alienum, nedum apertè falsum in Actis nostris adstrui, cùm Aginnenses nonnulli Dacianum, atrocissimè in tenellam Virginem*

F

AUCTORE J. G.

ginem ſævientem, impiæ crudelitatis injuſtitiæque arguiſſe narrantur, quos & propterea, ac præſertim, quòd Chriſtum Dominum publicè profiterentur, neci etiam addixit, uti Acta noſtra etiam tradunt.

uti & alia ab eo aliiſque oppoſita refelluntur.

10 *Quam eâdem pag.752 univerſim adverſus Actorum* S. Fidis *antiquitatem ſinceritatemque Tillemontius difficultatem movet, eam ego idcircò hîc non attingo, quòd hæc tanti momenti non ſit, &, ut eſſet, contra Acta noſtra nihil faceret, in quibus utique de Capraſii baptiſmo inditoque ei à ſacerdote nomine ne verbum quidem unum occurrit. At, inquit pag. ſeq. idem ſcriptor, ab imperatoribus Diocletiano & Maximiano Dacianum, poſtquam Hiſpanias Chriſtianos perſequendi causâ peragrâſſet, Aginnum in Aquitania eamdem ob rem directum fuiſſe, illa Acta narrant, ex quo meritò exiſtimes, ea non à ſcriptore ſeculi* IV *aut paulò juniore, ſed ab iis concinnata fuiſſe, qui cùm Aquitaniam ſeculo* V *&* VI *Gothorum in Hiſpania regnantium dominio adjectam viderent, eam pari modo Romanorum ſeu Diocletianæo tempore Hiſpaniæ præſidibus parniſſe, crediderunt, quo tamen tempore nullum ipſis in Aquitanos jus erat; ut adeò non ſatis fundatè, nec à ſatis antiquo ſcriptore Daciano, Hiſpaniarum præſidi, martyrium* S. Fidis *adſcribatur. Ita ferè Tillemontius, cujus ratiocinationem ſi tantiſper pro undequáque certa habeamus, vel hinc contra ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ conſequens fiet, Acta noſtra non poſt medium ſeculum* VI, *prout citatis locis ipſi contendunt, ſed multò antè ab Aquitano aliquo conſcripta fuiſſe, nimirùm vel paulò poſt annum* 416, *quo Walliæ, Gothorum in Hiſpania principi, teſte Iſidoro Hiſpalenſi, Aquitania ſecunda, atque adeò Aginnum ceſſit, vel certè ante annum* 507, *quo Gothis Aquitaniam, teſte Adone aliiſque, Clodoveus I Francorum rex eripuit, ſuoque imperio adjunxit. Sed ad rem ipſam nunc veniamus. Nuſquam in Actis noſtris, ſed nec in Surianis aliiſque legitur Dacianus, cùm Aginnum appulit, Hiſpaniam priùs, quàm Aquitaniam Chriſtianorum ſanguine rigâſſe, atque utrique regioni eodem ſimul tempore præſidis titulo præfuiſſe, ut proinde Tillemontii conjectatio, quæ hoc fundamento nititur, omni ex parte corruat. Quin imò nec eam ipſe adeò bene ſtabilitam credidit, quin mox faſſus ſit, fieri potuiſſe, ut Dacianus ſub annum* 290 *Aquitaniam gubernârit, ac deinde, hâc præfecturâ poſitâ, anno nempe* 303 *&* 304 *Hiſpaniæ præſes exſtiterit.*

C

aliiſque difficultatibus,

11 *Denique, tametſi Acta noſtra Dacianum, quem in Aquitania jure gladii in Chriſtianos ſævientem exhibent, Hiſpaniæ præſidem eodem tempore feciſſent, quid, quæſo, in eo à Maximiani Herculii, tunc in Occidente degentis, moribus adeò alienum adſtruerent, ut vel propterea non ante provectum ſeculum* VI *ſcripta fuiſſe, conſequens fieret? Certè, etiamſi ſub annum* 287 *Dacianus Hiſpaniæ præſes ordinarius fuiſſet, potuit, uti Antonius Dadinus Alteſerra lib.* 4 *Rerum Aquitanicarum cap.* 17 *rectè advertit, extra ordinem in Aquitaniæ provinciam tantiſper ab Herculio deſtinari, ut Chriſtianos illic inſequeretur, latiſque antea adverſus eos decretis quacúmque viâ parêre cogeret, relictâ interim ordinario hujus præſidi (ſi tamen hic ab imperatore alterutro aliò evocatus aut mortuus non erat, quod ita mirum non foret) ceterarum ſuæ provinciæ adminiſtratione rerum. Nec habet ejuſmodi Aquitaniæ gubernatio, cur à vero aliena videri debeat. Etenim, præterquàm quòd ex Lactantio cap.*7 *de Mortibus Perſecutorum certum ſit, ſub Diocletiano ordinariam provinciarum adminiſtrationem inverſam fuiſſe, nihil eſt, cur Maximiano Herculio, ut erat, teſte Juliano imperatore libro de Cæſaribus, rerum novarum cupidus, perfidiæ plenus, ipſoque Diocletiano, ut Lactantius teſtatur, ad malè agendum promptior, illa in Galliis immutatio adſcribi non poſſit, aſſerique idem imperator, modò ut pro votis ſuis omnia in Galliis terrore compleret, nihil penſi habuiſſe, ſi propterea ordinariam provinciarum adminiſtrationem tantiſper inverteret, pluresve præter antiquum morem uni provinciæ pro arbitrio ſuo præficeret, quibus nempe civiles actus admodùm raros, condemnationes verò & proſcriptiones frequentes fore judicabat, qualis indolis hominem Dacianum eſſe, probè ſcire poterat, uti & eventus etiam conſtanter monſtravit. Utut hæc ſe habeant, non video, cur* S. Fidis *Actis, vel ipſo Tillemontio fatente, Gothorum Aquitaniæ dominantium tempore, atque adeò certè ante annum* 507 *conſcriptis, haberi fides nequeat, dum Dacianum Aginni Chriſtianos proſequentem ſiſtunt, aut cur propterea, quia id aſſerunt, poſt medium ſeculum* VI *concinnata fuiſſe, dici debeant.*

D

E

quæ opponi poſſunt, occurritur.

12 *Neque verò adverſus eam, quam nos Actis noſtris antiquitatem ſinceritatemque adſcribimus, multùm faciunt aſſerta in iis ſubita Aginnenſium quorumdam ad Chriſti fidem converſio, promiſſa ſacrilegis, qui Romanorum diis ſacrificarent, præmia, atrociaque id detrectantibus illata ſupplicia, quæ omnia Tillemontius tom.* 2 *Monum. Ecc. pag.*698 *& tom.* 4, *pag.* 732 *pro ſubleſtæ fidei indiciis in ſanctorum Martyrum Actis habet, atque, uti videtur, inter facta ſibi parùm probabilia, quæ in Actis* S. Fidis *reperiri ait, comprehenſa voluit. Etenim non minùs credibile eſt, occaſione martyrii* S. Fidis *converſos ad Chriſti fidem fuiſſe Aginnenſes nonnullos, quàm jure merito credamus, tres milites, martyrii S. Victoris teſtes, cuſtodes item carceris, quo S. Vincentius detinebatur, eos pariter, qui antea in eum graſſati fuerant, ac denique judicem populumque occaſione martyrii S. Apollonii diaconi, alioſque complures, visâ Martyrum conſtantiâ prodigiove aliquo cæleſti, etiam ſubitò Chriſto nomen dediſſe, uti ſincera eorum Acta apud Ruinartium indubitatum faciunt. Quod attinet ad promiſſa iis à Daciano præmia, qui Chriſto nuncium remitterent, diiſque litarent, etiam Publium, Urbis præfectum, S. Januario, S. Felicitatis filio,* infinita promiſiſſe dona, *Lyſiam præſidem* honores & munera *imperatorum juſſu S. Claudio ejuſque ſociis pollicitum fuiſſe, alios denique præſides Chriſtianis aliis, qui diis ſacrificarent, peramplа bona, honores dignitateſque addixiſſe, ex eorum apud jam ſæpe laudatum Ruinartium Actis compertum eſt, ut proinde nihil Actorum noſtrorum fidei antiquitatique decedat, quòd Dacianus ſacrilegos beneficiis remuneraturus fuiſſe, in illis dicatur. Denique utut atrocia ſint, quæ Martyri noſtræ illata fuiſſe tormenta, in iiſdem narrantur, hæc tamen humanam fidem ſuperare, aut improbabilia eſſe, nemo dicet, qui multò atrociora aliis martyribus illata fuiſſe, apud Lactantium, Euſebium, Auguſtinum, alioſque ſanctos Patres legerit, ad quæ mirum eſt, cùm tam obvia horum eſſent exempla, non ſatis animum advertiſſe criticos illos, qui eo ex capite antiqua martyrum Acta arrodunt aut repudiant.*

F

§ 11.

§ II. Sanctæ in Martyrologiis classicis annuntiatio : ejus patria Aginnum. An SS. Sabinam & Alvertam habuerit sorores ; an martyrii eodem die comites SS. Caprasium, Primum & Felicianum, & quo tempore ac die passa sit, inquiritur.

Sancta in Epternacensi Hieronymiano Ms. non rectè expressa

QUæ hactenus disputata à nobis sunt, ea sufficere arbitror, ut, quæ edituri sumus S. Fidis *Acta, non parùm, quàm scriptores Historiæ litterariæ Franciæ tom.* 3, *pag.* 273 *universim definiunt, antiquiora sincerioraque statuamus, proindeque eam his habeamus fidem, quæ aliàs tribui Martyrum Actis solet, quæ à viro gravi tunc temporis conscripta fuerunt, cùm vel martyrii testes adhuc in vivis superfuisse, vel certè constans illius memoria publicaque fama adhuc illibatæ viguisse potuerunt. Ad alia igitur nunc progredior, quæ circa Martyrem nostram in disceptationem veniunt. Ac primò quidem, quod ad ejus in sacris Fastis annuntiationem attinet, si antiquissimi Epternacensis codicis lectioni insistamus, abesse ab Hieronymianis* Fidem *Aginnensem martyrem, ejusque loco Felicem aliquem, Genuæ passum, substitui debere, continuò pronuntiabimus. Verùm si cetera Hieronymiana apographa, classicosque, quibus tum hæc, tum Acta nostra præluxisse videntur, martyrologos consulamus, non abs re cum Sollerio in Observationibus ad Usuardum & Dominico Georgio in Adnotationibus in Adonem, asseveranter statuemus,* Fidem *nostram hoc die in Hieronymianis coli, viderique Epternacensis codicis scriptorem Laurentium, perperàm* Fidem *in* Felicem, *&* Agennum *in* Genuam *immutâsse, uti etiam Florentinius in suis ad hunc diem Notis pag.* 900 *suspicatur. Et sanè ipsa nominum affinitas aut perturbata fortassis codicis, qui Laurentio præluxit, scriptio facilè huic sphalmati ansam dederit, prout re ipsa contigit Ottoboniani apud laudatum Georgium Martyrologii scriptori, qui retentis vocibus* in Gallia, *nihilominus* rò Genua *pro* Agenno *exaravit. Certè, cùm de Felice illo Genuensi martyre aliunde non constet, nec ejus nomen apud martyrologos, qui Hieronymianas annuntiationes in suum quique Opus transtulerunt, uspiam hoc die compareat, asseri non temerè potest, eum in Hieronymianis illorum codicibus repertum non fuisse, sed ejus loco* Fidem *Aginnensem martyrem ; aut, si in illis* Felicis *nomen legerint, id pro mendo illos habuisse, ac propterea, omisso hodie Felice, annuntiâsse* S. Fidem, *uti ex Hieronymianis apud Florentinium, Acherium tom.* 2 *Spicilegii edit. anni* 1723, *pag.* 19 *& Sollerium tom.* 7 *Junii aliosque videre est.*

& alibi minùs accuratè designata,

14 *At, inquies, Hieronymianum apographum Lucense, à Florentinio editum, non virginem martyrem, sed virum Sanctæ nostræ cognominem suis his verbis designare videtur :* In Gallia civitate Agenno natalis sancti Fidis martyris, *consentitque etiam Rabanus apud Canisium ita scribens :* In Galliis civitate Agenno natale sancti Fidei martyris. *Accedunt Autissiodorensis S. Germani, Gellonensis ac Labbeani Martyrologiorum annuntiationes, his verbis conceptæ :* Agenno Fidis martyris, *similisque, quæ in Bedæ auctariis Atrebatensi, Tornacensi & Barberiniano tomo* 2 *Martii præfixis legitur, ubi nec* virginis *nomen, nec ullum feminei sexus indicium reperire est, ut proin, cùm passim in Fastis sacris tam virginibus debitus sibi titulus, quam matronis sui sexus indicium adscribatur, hîcque neutrum fiat, nequeat* Fides *virgo designata his Fastis dici. Verùm enimverò, cùm Acta nostra admodùm, ut vidimus, antiqua,* Fidem *virginem hoc die Aginni passam tradant, altissimumque tum hæc, tum cetera monumenta historica, de homonymo viro martyre sileant, vix dubium est, quin martyrologi omnes non virum nomine* Fidem, *sed puellam, notissimam sibi martyrem, suis Fastis hodie inscripserint, solâque amanuensium incuriâ factum sit, ut in illis unius litteræ immutatione, in his verò unius vocis omissione vir aliquis martyr annuntiari videatur. Actorum, quæ jam laudavi, disertissima verba, quæ infrà num.* 1 *aliisque habes, hîc prætermitto, manifesta martyrologorum testimonia producere contentus, quibus priores illas* S. Fidis *annuntiationes minùs accuratas plenissimè emendes.*

AUCTORE J. G.

ut Virgo & Martyr in optimis Mrll. classicis,

15 *Quod tom.* 2 *Spicilegii Acheriani edit. anni* 1723 *exstat Martyrologium, S. Hieronymi nomine insignitum, tam manifestè non virum, sed virginem, eamque Martyrem nostram exprimit, nullum ut hac de re dubium supersit. Ejus verba audi :* Pridie Non. Oct.... Agenno civitate natalis sanctæ Fidis VIRGINIS & martyris. *Richenovienſe, à Sollerio tom.* 7 *Junii editum,* virginis *titulum pariter exprimit in hunc modum :* In Gallia civitate Aginno Fidis VIRGINIS. *Consonat Wandelbertus hoc unico metro Martyrem nostram canens :* VIRGO Fides pridie hinc felici morte triumphat ; *Ado verò Viennensis his verbis :* In Galliis, civitate Agenno natalis sanctæ Fidis VIRGINIS & martyris, cujus exemplo beatus Caprasius ad agonem martyrii animatus est. *Usuardi, Notkeri, Martyrologii Autissiodorensis ecclesiæ apud Martene tom.* 6 *Collectionis amplissimæ col.* 724, *antiquissimi ecclesiæ Romano-Gallicæ apud nos Ms. Martyrologii, aliorumque multorum testimonia, cùm jam productis vel sensu vel ipsis verbis consentiant, parco hîc recitare, quandoquidem ex prioribus satis superque pateat,* Fidem *Aginnensem martyrem, quam Hieronymiana ex nostris, ut apparet, Actis, & ex utrisque præstantiores martyrologi annuntiârunt, non virilis, ut nonnulli iique minùs accurati Fasti insinuare videntur, sed feminei sexus exstitisse, eamdemque illam esse virginem, cujus elogium, ex Adone verbatim ferè desumptum, hodiernum Romanum ita hoc die exhibet :* Agenni in Gallia natalis sanctæ Fidei virginis & martyris, cujus exemplo beatus Caprasius ad martyrium animatus agonem suum feliciter consummavit.

at sub diversa in nonnullis nominis inflexione annuntiari ostenditur.

16 *Est & inter martyrologos, uti vel ex hoc aliisque suprà transcriptis elogiis patet, de inflectendo Martyris nostræ nomine dissidium aliquod, quod Florentinii verbis in suis ad hunc diem Notis referam.* Non FIDIS, *inquit pag.* 900, sed FIDEI nomen sanctæ Virgini ac Martyri Agennensi Martyrologium Romanum tribuit cum

AUCTORE J. G.

cum Beda, Usuardo & Adone, ut ibi notat Baronius: sed FIDIS ubique nomen scriptum invenio, non FIDEI, ut amanuensis aut typographi errore apud alios legitur: nec diversimodè scribit Notkerus; *subditque, apud antiquos omnes, præterquam apud Rabanum,* Fidis *vocabulum reperiri. Hæc Florentinius, & rectè quidem, si illud excipias, quod de Baronii annotatione adstruit. Quippe, tametsi eruditissimus Cardinalis nomen* Fidei, *ut Grammaticæ regulis conformius, adhibeat, inque suis ad Martyrologium Romanum Notis vulgatum suo tempore Bedam, Usuardum, Adonem aliosque laudet, nusquam tamen, contrà ac Florentinius adstruere videtur, Baronius affirmat, illud ipsum* Fidei *nomen apud martyrologos illos legi. Et verò, uti Sollerius in suo Usuardo illustrato pag.* 582 *advertit,* FIDIS non FIDEI virginis disertissimè meminerunt Hieronymiana, Ado, Usuardus & Notkerus sub eadem inflexione, & solus Rabanus legit FIDEI. *De Beda à Baronio ante alios laudato tacuit Sollerius, quia genuinus de* S. Fide *non meminit, quamquam & Bedæ auctaria suprà laudata* Fidis *nomen hoc die pariter adhibeant, qua etiam nominis inflexione nos veterum martyrologorum exemplo jam antè usi ac porrò usuri sumus.*

B

17 *Venio nunc ad eam, quæ Aquitanos inter & Hispanos complures est de nostræ Martyris patria, controversiam. Et illi quidem, non tantùm Aginni passam, sed & natam esse* S. Fidem, *antiquis ejus Actis nixi, confidenter pronuntiant; hi verò, quibus & Sammarthanos fratres in Episcopis Aginnensibus partim consentire, meritò miraberis, de martyrii loco nihil dissentientes, eam & domo & gente ortuque Hispanam nihilo minùs confidenter faciunt, de eo solùm ambigentes, an in urbe Emeritensi, an verò in Civitatensi, mundo data sit. Si Tamayo, Hispanarum partium acerrimo defensori, credas, opinionem hanc pari veterum ac recentiorum consensu firmatam dixeris. At si testium, quos laudat, antiquitatem fidemque expendas, ex his nullum invenies, cui tutò haberi fides in hac re possit. Etenim Flavii Dextri & Epigrammatarii, ut vocat, antiquissimi testimonia pura puta esse figmenta, à recentiore aliquo minimè dextro scriptore consarcinata, tam est eruditis exploratum, quàm quod maximè. Perezii verò, Vassei, aliorumque, quos adducit testes, nullam de re tam antiqua, præsertim reclamantibus vetustis Actis, auctoritatem esse posse, nemo eruditus non videt. Quapropter Tamayo ceterisque, quos hic sequitur, prudentior Florez tom.* 13 *Hispaniæ Sacræ pag.* 306 Fidem *virginem, quam renitentem multi Hispanæ gentis scriptores omni vi in Hispaniam traxerant, tam certo jure atque ex ipsa veterum Breviariorum Toletani & Hispalensis fide Aginnensibus restituendam censuit, ut de eo ultrà contendisse, ipso judice, frustra contrivisse tempus sit.*

Non in Hispaniâ, sed Aginni nata est,

C

18 *Est & aliud, in quo Tamayum meritò reprehendas, dum nempe Baronium, quòd hic in Romano hodierno* S. Fidi *Sabinam, Emeritensem virginem, martyrii sociam non dederit, in suis ad Martyrologium Hispanum Notis censoriâ virgâ perperam notat. Etenim, quod Tamayus ex perspectissima nunc fabularum farragine adstruit,* procul dubio constare, eas (Fidem & *Sabinam Emeritensem*) junctim hoc die... passas pro Christo in Gallia, *id procul omni dubio tam est incertum, ut meritò ambigas, an vel unquam in rerum natura exstiterit illa Sabina Emeritensis, nedum Aginni cum* S. Fide *indubiè passa sit. Hujus certè Sabinæ nec Acta nostra, nec Suriana aliaque his affinia, nec martyrologi seu classici seu recentiores, si pseudo-Dextri sequaces excipias, nec ulla, quæ nôrim, monumenta vetera sinceraque meminerunt, ut proin jure meritissimo eam Baronius hoc die etiam prætermiserit. At, inquies, Sabinæ, civis Emeritensis in Hispania & martyris Aginnensis in Gallia, sacrum corpus seculo* XI *Aginno in Agerensem S. Petri basilicam in Cathalonia translatum fuisse, Tamayus ad diem* XXVIII *Octobris ex Antonio Domenecco, qui translationis hujus Acta ex antiquis Mss. deprompsit, asseveranter tradit; ut adeò illa verè in rerum natura exstiterit, & Aginni, unde ejus sacræ exuviæ in Cathaloniam translatæ sunt, unà cum* S. Fide *pro Christo mortem oppetierit. Ita quidem, fateor, Tamayus ad præfatum diem pag. 666 rursus sentit. At videris, quàm nullo rursus fundamento. Quippe si ipsum Domeneccum, cujus verba Hispanica Tamayus Latina fecit, à capite ad calcem pervolvas, miraberis, ne unum quidem verbum illic reperiri, unde Sabinam virginem & martyrem, cujus translationem refert, Emeritensem civem fuisse, aut Aginni passam, aut inde in Hispaniam translatam dicas. Hæc de quo penu deprompserit Tamayus & Domenecci verbis inseruerit, edicere nequeo, nec an id eo consilio fecerit, ut iis, quæ ad diem* VI *Octobris retulerat, pondus aliquod adjiceret, suamque ita firmaret sententiam.*

D

E

Sororem non habuit Sabinam Emeritensem,

19 *Sed de his jam satis. Ad alia, quæ ad* S. Fidem *attinent, disceptationis capita me nunc converto. Ac primò quidem dispiciamus, an utcúmque certum sit, germanam illi sororem fuisse, nomine* Alvertam, *quæ in eadem etiam, uti insinuatur, persecutione pro Christo occisa sit. Ita inprimis Sammarthani fratres sentire videntur, dum in sua Gallia Christiana tom.* 2, *pag.* 70 *de S. Phœbadio, Aginnensi episcopo, agentes, S. Alvertam disertis verbis statuunt germanam* S. Fidis *sororem, itidemque Aginnensem martyrem. Hos, subtimidè tamen, sequitur Henschenius tom.* III *Aprilis pag.* 366 *ita scribens:* Fuit S. Phœbadii corpus multo tempore apud Petrocorios cum reliquiis S. Alvertæ virginis & martyris Aginnensis, quæ germana fuit S. Fidis & cum hac potest referri ad VI Octobris, nisi sit S. Alvera virgo in Martyrologio Ms. monasterii S. Sabini in agro Tarbiensi apud Saussayum ad XXV Augusti relata. *Consentit Gallia Christiana aucta tom.* 2, *col.* 896, *Alvertam virginem sine ullo hæsitationis indicio &* S. Fidis *germanam sororem & Aginnensem martyrem pariter definiens. Verùm cùm scriptores illi nullum ex antiquis suæ assertionis testem laudent, eorum, tametsi aliàs magna sit, efficere hîc non potest auctoritas, ut Martyri nostræ sororem germanam pariterque Aginnensem martyrem sat certò adscribamus, ac vel ideò maximè, quòd nec in Actis nostris, sed nec in ipsis Surianis aliisque his affinibus ullus de sorore* S. Fidis *pariterque martyre sermo fiat. Accedit, quòd neque in Actis translationis infrà edendis, ulla de corpore S. Alvertæ, nedum ut germanæ sororis* S. Fidis, *mentio habeatur, quódque etiam credibile non sit, S. Dulcidium, uti in his narratur, ejusdem* S. Fidis *corpus seorsum ab exuviis ceterorum martyrum mausoleo inclusurum fuisse, si hos inter germana ejus soror erat, ab illa utique non sejungenda tumulo, cui & sanguinis vinculo & martyrii societate tam arctè constricta fuisset. Ceterùm laudata jam mox Henschenii verba,*

sed nec sat certò S. Alvertam,

F

A *verba, eaque, quæ deceſſores noſtri ad diem* XXV *Auguſti inter Prætermiſſos pag. 6 de S. Alvera & Alverta protulerunt, hîc me tantiſper ſubſiſtere cogunt, ut datam ab iis fidem liberem.*

de qua nonnulla diſſeruntur.

2o *Citatâ pag. 6 Majores noſtri ſua vota ſignificârant, ut major, quàm ipſi tunc nacti erant, notitia de hoc argumento ante diem* VI *Octobris, ad quem rem illam remittebant, alicunde ſubminiſtraretur; at irrita eorum fuiſſe vota, dolens experior. Hîc ergò rurſus, uti antè, indulgendum conjecturis eſt, cùm poſt ſedulam rei inveſtigationem, non mihi nunc, quàm illis, magis certò conſtet, an, & quot ſint diſtinguendæ virgines, quibus* Alveræ *ſeu affine huic nomen fuit. Quæ tamen in hac re propiora vero mihi viſa ſunt, lubet proferre, quibus ut lucem eruditus quis afferat, dubiaque ab indubiis ſegreget, avidè etiam exopto. Alveram virginem, cujus tranſitus in laudato ſuperiori num. Martyrologio ad diem* XXV *Auguſti admodùm jejunè ac ſine ulla epochæ locique nota refertur, eamdem eſſe cum S. Alvenera ſeu Alvera virgine, quam Caſtellanus die* IX *Martii apud Petrocorios coli aſſerit, ſuadet nominis ſimilitudo, nullaque urgens in con-*

B *trarium ratio. Alveneram autem ſeu Alveram virginem, cujus* in Petrocorienſi provincia caput honoratur in eccleſia ſui nominis prope locum, *vulgò* Limeil, *uti Caſtellanus citato die* IX *Martii ſcribit, diverſam non eſſe ab ea, de qua agit Joannes du Puy pag. ſecundò 62 Operis, cui Gallicè titulum fecit* Status eccleſiæ Petrocorienſis, *ipſa ejus verba, quibus itidem in Petrocorienſi eccleſia, S. Alveræ ſeu Alveneræ ſacra, ejus caput honorificè ſervari, tradit, ſat manifeſtè innuunt. Cùm itaque hæc, uti ex ſacro ejuſdem capite, acinacis ictu quatuor digitorum ſpatio diſſiſſo, conſtare idem auctor aſſerit, martyrio coronata fuerit, fallor, niſi illa ipſa etiam ſit, quam Sammarthani aliique ſub Alvertæ virginis & martyris nomine indigitârunt. Et ita quidem exiſtimem, quòd in tranſcribendis his nominibus propriis facilis ſit unius litteræ ſeu omiſſio, ſeu additio, quódque Alvera æquè ac Alverta illa virgo & martyr dicatur, ac denique, quòd tam S. Alvertæ, quàm, teſte eodem Joanne du Puy, S. Alveræ Acta interierint. Ubinam verò loci, quove tempore paſſa pro Chriſto ſit S. Alvera ſeu*

C *Alverta, an in Aginnenſi aut huic vicino tractu ac ſub eodem præſide Daciano, propter quæ Aginnenſis Martyr habita fuerit, an contrà ſeu tempore ſeu loco planè diverſo, quis, deperditis martyrii Actis, vel conjectando ediſſerat? Utut hæc ſe habeant, nihil certè eſt, cur Alvertam ſeu Alveram illam* S. Fidis *germanam ſororem martyriique ſociam certò ſtatuamus.*

An cum S. Fide eodem die S. Capraſius paſſus,

21 *Nunc illud de* S. Fidis *commilitonibus inquirendum reſtat, ſintne præter anonymos illos, numero, ut Sauſſayus vult, quingentos, qui, visâ ejus in fide conſtantiâ,* crediderunt in Dominum Jeſum Chriſtum, & *cum ea* glorioſam ſunt coronam martyrii conſecuti, *eidem etiam adjungendi SS. Capraſius ac Primus & Felicianus fratres, tamquam* unius diei horâ *eodemque loco pro Chriſto paſſi. Affirmant Acta Suriana aliaque his affinia, de quorum antiquitate num. 5 & 26 à nobis hîc agitur. Adhæc Capraſium, ut die* VI *Octobris cum* S. Fide *paſſum, Martyrologium ſeu Calendarium Stabulenſe à* 700 *circitèr annis conſcriptum, apud Martene tom.* VI *Ampliſſimæ Collectionis col. 676, & Calendarium Vaticanum, initio ſeculi* XI *exaratum, apud Dominicum Georgium pag.* 701, *diſertè commemorant; Tornacenſe verò Bedæ auctarium, tomo 2 Martii præfixum, præter Capraſium,* S. Fidis *ſocios adſcribit Primum & Felicianum; quibus addc Sarlatenſe aliaque Galliæ Breviaria & Sauſſayi Martyrologium, ubi eadem aſſeveranter traduntur. Verùm, quod attinet ad S. Capraſium, mihi tanti non ſunt adducta teſtimonia, ut illum eodem die, quo* Fidis *exemplo ad martyrium animatus fuit, etiam agonem ſuum crudeli morte conſummâſſe, indubitatum habeam. Meo quidem judicio obſtare videtur Actorum noſtrorum ſummum de illo ſilentium, ac præſertim, quòd eorum, qui eodem die cum* S. Fide *martyrium conſecuti ſunt,* ignorari nomina, *eadem Acta tradant. Accedit, quòd Martyrologia præſtantiora, puta Hieronymiana, Adonis, Uſuardi, Wandelberti, Romanum hodiernum aliaque multa, quæ Capraſium die* XX *Octobris annuntiant, eum poſtremo hoc die agonem ſuum, ad quem die* VI *Octobris* S. Fidis *exemplo animatus antè fuerat, pari triumpho conſummâſſe inſinuent. Denique, ut ipſiſmet Actis Surianis iiſque affinibus inſiſtamus, ſi* ſub ejuſdem diei VI articulo, *id eſt, ut ego exponendum arbitror, ſi* ſub veſperam *S. Capraſius è ſua rupe, ubi latitabat, eminus vidit generoſum Virginis noſtræ pro Chriſto certamen, eoque ad agonem animatus fuerit, haud facilè tantum temporis eo die reperies, ut is iteratas preces fundere, cæleſtibus viſis recreari, fontem è rupe elicere, in urbem ſe conferre, judici ſe ſiſtere, ab eo ritè interrogari, blanditiis ab eo ad idololatriam allici, minis terreri, à tortoribus laniari, Chriſti nomen populis prædicare, ex ſententia judicis ad delubra adduci, ad ſacrificandum rurſus impelli & litare renuens capite truncari, ſalva veri ſimilitudine, potuerit. Sed de horum, quæ Suriana aliaque Acta narrant, fide, deque martyrii ejus die latiùs agendum ad diem* XX *Octobris, quo Capraſium coli, antè monuimus, ubi & examinabitur, an, uti in ſuis Vindiciis D. Labenazie, canonicus S. Capraſii Aginnenſis, contendit, reipſa S. Capraſius Aginnenſis epiſcopus fuerit, contrà ac multi ſentiunt.*

& SS. Primus & Felicianus martyrio tunc etiam aſſecti fuerint,

22 *Atque hæc, quæ de Capraſio dicta ſunt, multò preſſiùs urgent, ut ne eodem die Primum & Felicianum unà cum* S. Fide *Aginni martyrio coronatos ſtatuamus. Etenim, præterquam quòd de his ac de Capraſio par ſit in noſtris Actis ſilentium, nulla ſunt utcúmque præſtantia Martyrologia, ſi unum Bedæ Auctarium Tornacenſe excipias, quæ etiam, ubi* S. Fidis & *S. Capraſii præſertim agonem pleniore elogio deſcribunt, illos martyres hoc die Aginni una paſſos narrent. Adde, quòd ſi conceptu difficile eſt, quî Capraſius, ut jam mox diximus, potuerit eodem die cum* S. Fide *martyrio affici, multò difficilius creditu ſit, eodem etiam die illi adjunctos fuiſſe Primum & Felicianum, qui Chriſti nomen non antè publicè profeſſi & à militibus comprehenſi fuerunt, quàm Capraſius poſt juridicam interrogationem ſpretaſque judicis & minas & blanditias gravibus tormentis cruciatus fuiſſet. Sed alia hîc ſuboritur quæſtio, an nempe Aginni umquam paſſi fuerint Primus & Felicianus fratres, ut Acta Suriana aliaque documenta tradunt. Affirmantibus haud multùm favet Papebrochius noſter tom. 2 Junii pag.* 150, *conjiciens, hinc arreptam fuiſſe occaſionem dicendi, eos cum Capraſio Aginni paſſos fuiſſe, quòd SS. Primi & Feliciani martyrum Romanorum reliquiæ aliquot in ejuſdem Capraſii eccleſia aſſervatæ fuerint, minimè novo, inquit, exemplo, ut per errorem dicantur ibi paſſi martyres,*

AUCTORE J. G.

D

E

F

AUCTORE J. G.

tyres, ubi eorum exſtant reliquiæ, quod & ex Gregorio Turonenſi lib. 1 Miraculorum cap. 47 probat, ubi SS. Nazarius & Celſus apud Ebredunum, Galliarum urbem, paſſi & ſepulti narrantur; cùm certò tamen Mediolani gladio ſublati fuerint, eorumque Ebreduni reliquiæ tantùm ſerventur.

uti & an duo poſtremi verè Aginnenſes martyres ſint, inquiritur.

23 *Verùm, ut & quæ contra Papebrochii opinionem faciunt, candidè depromam, cùm SS. Primi & Feliciani Romanorum martyrum corpora, quæ erant in Arenario ſepulta viâ Nomentanâ, ſub annum* 648 *primùm revelata fuiſſe videantur, uti Anaſtaſius Bibliothecarius, cujus verba citatâ pag.* 150 *legeſis, in Vita Theodori Pontificis ſat manifeſtè innuit; atque ex adverſo in Surianis aliiſque Actis, judicio ſcriptorum Hiſtoriæ litterariæ poſt medium ſeculum* VI, *imò, ut num.* XI *& alibi oſtendimus, multò antè conſcriptis, de Primo & Feliciano, ut Aginni aliquando paſſis ſepultiſque, expreſſa mentio fiat, haud ita liquet, hoſce diverſos non eſſe à Primo & Feliciano, Romanis martyribus, quorum Acta die* IX *Junii Papebrochius & Henſchenius illuſtrârunt. Adſtruendæ horum martyrum diverſitati etiam favet, quòd, uti citato loco refertur, S. Primi corpus & reliquiæ S. Feliciani, Romæ paſſorum, adhuc anno Chriſti* 846 *ibidem exſtiterint, quo tempore Acta* SS. Fidis *& Capraſii à Surio Labbeoque edita, quæ de martyrio ac ſepultura Aginnenſium Primi & Feliciani meminerunt, certò certiùs conſcripta erant, uti ex Actorum exemplaribus, quæ, teſte Ruinartio in Præf. pag.* 67, *in codicibus ab annis* 900 *exaratis habentur, liquidò patet. Ceterùm, cùm res hæc die* XX *Octobris in Vita S. Capraſii rurſus diſcutienda ſit, nihil hîc definire volo, ſi fortè ante hunc diem, quod vehementer exopto, ſuppeditentur documenta, quibus & de natali die S. Capraſii deque Primo & Feliciano Aginnenſibus, ut quidam volunt, martyribus, undequáque tandem ſe veritas manifeſtet, pateatque, an, & qui, præter Aginnenſes anonymos, qui, credentes in Dominum Jeſum Chriſtum, capitibus cæſis, unius dici horâ cum triumpho martyrii ad coronam gloriæ cum* S. Fide *pervenerunt, eidem Martyri adjungi comites debeant.*

B

C

Martyrii S. Fidis epocha

24 *Reliquum eſt, ut, quæ circa martyrii* S. Fidis *epocham in controverſiam cadunt, paucis expediamus. Ex omnibus, qui id argumenti tractârunt, ſolus eſt Ms. noſtri Florarii auctor, qui illius martyrium poſt Diocletiani mortem collocavit, errore utique manifeſtiſſimo, & contradicentibus tum Actis omnibus, tum ſcriptoribus ceteris. At, licèt hos inter omninò conveniat,* S. Fidis *martyrium temporibus Diocletiani & Maximiani illigandum eſſe, non invicem iidem conſentiunt, an durante atrociſſima perſecutione, anno* 303 *adverſus Chriſtianos incentore Galerio Maximiano commota; an verò ſub Diocletiani & Maximiani Herculii imperatorum initia, quibus peculiares in quibuſdam provinciis excitatæ fuerunt perſecutiones, idem illud martyrium ſtatuendum ſit. Priorem ſententiam ſequitur Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti* 303, *conſentiuntque præter alios multos Antonius Dadinus Alteſerra lib.* 4 *Rerum Aquitanicarum cap.* 17, *pag.* 297, *Joannes Baiole in ſua Hiſtoria ſacra Aquitaniæ lib.* 2, *cap.* 4, *pag.* 70, *& Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 893. *Verùm, cùm eo tempore in Gallis imperârit Conſtantius Chlorus, qui, teſte Lactantio cap.* 15 *de Mortibus perſecutorum,* ne diſſentire à majorum præceptis videretur, conventicula, id eſt, parietes, qui reſtitui poterant, dirui paſſus eſt, verum autem Dei templum, quod eſt in hominibus, incolume ſervavit; *hinc multò probabilius eſt, non ſub annum* 303 *aut* 304, *ſed ſub finem ſeculi tertii in peculiari quadam perſecutione, à Maximiano Herculio excitata,* S. Fidem *martyrio coronatam fuiſſe, tunc nempe, cùm, Bagaudarum ducibus Æliano & Amando, qui in Galliis imperium occupârant, uno ferè impetu anno* 286 *oppreſſis, Maximianus Herculius ad uſque annum* 292 *in Galliis plerúmque moratus eſt, ſuamque in Chriſtianos rabiem ſæpe exercuit, uti Tillemontius tom.* 4 *Monument. Eccleſ., Fleury tom.* 2 *Hiſt. Eccleſ. lib.* 8, *Longuevallius tom.* 1 *Hiſt. Eccleſ. Gallicanæ pag.* 143, *aliique paſſim exiſtimant, qua de re plura etiam apud nos vide tom.* 2 *Octobris pag.* 354 *&* 355 *ac ſæpe alibi; quapropter & ego hujus Commentarii initio ſub annum* 287 S. Fidis *martyrium veroſimiliter ſtatuendum duxi.*

D

E

dieſque emortualis inveſtigatur.

25 *Porrò eodem die, quo* S. Fidis *Paſſio colitur, reipſa etiam illius Sociorumque anonymorum martyrium contigiſſe, Acta noſtra inſinuant, dum, poſtquam narrâſſent, eam Socioſque, capitibus cæſis, unius dici horâ cum triumpho martyrii ad coronam gloriæ ſimul perveniſſe, diem illum ita mox exprimunt:* De quorum paſſione SECUNDA NONAS OCTOBRIS nos gaudere & illuſtrare voluit, qui gloriatur in Sanctis, Dominus noſter Jeſus Chriſtus. *Conſentiunt non modò recentiores, ſed & martyrologi antiqui, quos Claſſicos vocamus; nec diſſonat Wandelbertus, tametſi hoc die ſcribat* S. Fidem pridie *hinc felici morte triumphâſſe; quippe qui per vocem* pridie *non alium diem, quàm qui* PRIDIE Nonas Octobres *ſeu ſextus dicitur, pro ſuo more deſignet, uti ex ſimili ejus loquendi modo in menſibus Martio, Aprili, Maio, Junio aliiſque manifeſtum ſit. Bulla quoque Paſchalis PP. II ad Begonem abbatem Conchenſem data, quam infrà habes ex tom.* 1 *Anecdotorum Edmundi Martene col.* 337, *nihil adverſus nos facit: cùm hæc Pontificis verba* ante ſecundum Nonas Octobris *ad vigilias jejuniumque, pridie feſti* S. Fidis *apud Conchenſes ſervari ſolita, referenda ſint, minimè verò ad ipſum emortualem* S. Fidis *diem, qui pridie Nonas ex ſcriptis antiquis, eodem etiam Pontifice judice, ſtatuendus eſt.*

F

§ III. Anonymi, qui S. Fidis ſepulturam, corporis inventionem & eccleſiæ in ejus honorem erectionem deſcripſit, antiqua ætas oſtenditur, & illæ ex hoc recitantur: eccleſiæ illius ſitus & ab altera diſtinctio.

Ex anonymo altero, qui coævus videtur S. Dulcidio.

Diſcuſſis, quæ circa S. Fidis *in Eccleſiaſticis Faſtis memoriam, natale ejus ſolum, variaque martyrii adjuncta moveri natæ ſunt, quæſtionibus, ad ejus corporis ſepulturam, primamque tranſ-*

A *tranſlationem nunc progredior; de quibus cùm nihil diſcere ex Actis illis valeamus, quibus nos antiquitatis palmam dedimus, in ſubſidium vocanda hìc ſunt Labbeana, aliaque his affinia* SS. Fidis *& Capraſii Acta, quæ, uti antè monuimus, præter Martyris noſtræ ſepulturam, ejuſdem à S. Dulcidio, Aginnenſi epiſcopo, factam tranſlationem eccleſiæque erectionem diſertè commemorant. At priùs de eorum hac in re auctoritate & fide quædam obſervâſſe juverit. Acta illa, utut noſtris, ex Ms. codice reginæ Sueciæ infrà edendis, juniora; tamen ſub S. Dulcidii tempora conſcripta fuiſſe, ipſa horum auctoris verba, inferiùs expendenda, inſinuant, ſuadentque antiquiſſimi codices Mss., nec ipſi diffitentur Tillemontius & Hiſtoriæ litterariæ Franciæ auctores jam ſæpe laudati. Ex quibus conſequens eſt, horum ſcriptorem, utpote S. Dulcidio ſynchronum, ac fortaſſis oculatum tranſlati ab eo præſule* S. Fidis *corporis, erectæque eccleſiæ teſtem, magnam in hiſce rebus mereri fidem. Et quamquam ſcriptoris hujus, ſepulturam ſanctæ Martyris, cui ne quidem ſuppar vixit, enarrantis, auctoritas non paris momenti ſit,*

B *hæc nihilominùs tanti habenda eſt, ut ejus dictis fidem non abnegemus. Etenim, utut in recenſendis martyrii S. Capraſii adjunctis aliquot minoris momenti, & quorum proin lapſu temporis facilè aliqua ex parte vitiatur memoria, auctor ille minùs accuratus videatur, in iis tamen, quæ de humatis* SS. Fidis *& Capraſii corporibus tradit, accuratior fuiſſe, non immeritò cenſeri poteſt, cùm & ſuis ipſe oculis locum, ubi horum corpora jacuerant, videre, ceteraque huc ſpectantia ex iis facilè intelligere potuerit, qui tinctos horum Martyrum ſanguine pannos, ſibi à majoribus traditos, unà, ut credibile eſt, cum tota ſepulturæ ſerie, ut rem ſacram, diligentiſſimè aſſervârant.*

cujus epiſcopatûs epocha

27 *Supereſt tamen, ut, priuſquam ſepulturæ* S. Fidis *primæque tranſlationis narrationem ex hoc ſcriptore recitamus, non levem de ejuſdem tranſlationis, ceterorumque, quæ hinc dependent, epocha controverſiam diſſolvere tentemus. Tranſlata à S. Dulcidio, Aginnenſi epiſcopo, fuiſſe ſanctæ Martyris noſtræ ac ſociorum corpora, conceptis quidem verbis laudatus Actorum ſcriptor affirmat, quem & eruditi, uti antè monuimus, ſub hujus Præſulis tempora floruiſſe, non negant; verùm cùm nec ipſe, nec alii auctores ſynchroni epiſcopatui S. Dulcidii adjecerint notam chronicam, unde vel ipſum ſeculum, quo is ſederit,*

C *indubiè dilucidéque definias, non una eſt de tempore, cui tum corporis* S. Fidis *tranſlatio, tum alia, quæ huc ſpectant, illiganda ſint, eruditorum opinio. Ac Tillemontius quidem tom.* 4 *Monum. Eccleſ. pag.* 543 *Dulcidii epiſcopatum, atque adeò & cetera, quæ hinc conſequuntur, initio ſeculi* V *innectit, non tamen ita confidenter, quin eadem etiam ſeriùs figi poſſe, mox aſſerat; cujus poſterioris ſententiæ ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 3, *pag.* 273 *non modò ſubſcribunt, ſed & epiſcopatûs, judice Tillemontio, fortaſſis differendi, ſpatium ad uſque ſeculum* VI, *media ſui parte evolutum, determinatè extendunt, quo circitèr tempore, ex eorum opinione* S. Fidis *aliorumque Aginnenſium martyrum tranſlatio facta, eorumque Acta conſcripta fuerint. Contrà verò Sammarthani fratres ac poſt eos Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 897 *S. Dulcidium, non ſolùm S. Phœbadii Aginnenſis epiſcopi, ſub ſeculi* IV *exitum defuncti, diaconum ac diſcipulum, ſed & ab eo jam ſeneſcente ſucceſſorem deſignatum fuiſſe, tradunt, laudantque Aginnenſis eccleſiæ Proprium, in quo S. Dulcidius, defuncto magiſtro,* Deo volente, omnique populo acclamante, in epiſcopali (*Aginnenſi*) cathedra conſtitutus *legitur, nimirum ineunte ſeculo* V, *cùm, teſte utrâque Galliâ Chriſtianâ, eam anno* 405 *S. Dulcidius tenuerit. Ex qua opinione conſequens fit, etiam reliqua, quæ ab epiſcopatûs ejus epocha dependent, ineunti ſeculo* V *illiganda eſſe.*

AUCTORE J. G.

ſub ſeculi V *initium. probabilius ſuſtinenda eſt,*

28 *At, ſciſcitaberis, utri potiùs ſententiæ adhærendum? Reſpondeo, neutram quidem mihi omninò certam videri, at poſteriorem multò præplacere, tum quòd priori nullius itcúmque vetus auctor nullaque urgens ratio ſuffragetur, tum quòd poſterior antiquior communiorque ſit, ac præterquàm quòd Aginnenſis Breviarii, aliorumque auctoritate nitatur, aliunde etiam firmari queat. Etenim, cùm Aginnenſis baſilica S. Capraſii, ad quam anno* 581 *Ragnovaldi uxorem, tamquam ad antiquâ religione, uti apparet, venerandum tutiſſimumque aſylum confugiſſe, Gregorius Turonenſis lib.* 6, *cap.* 12 *Hiſt. Francorum ſcribit, jam tum ſeculo* VI *celeberrima fuerit, imò ex conſtanti Aginnenſium traditione, cui monumenta, tredecim ſeculis vetuſtiora, patrocinari aſſerit dominus Labenazie pag.* 12 *Diſſertationis de epiſcopatu S. Capraſii, eadem hæc baſilica vel ſub ſeculi* IV *exitum exædificata paſſim credatur, conſequens hinc ſit, ac, ſi Aginnenſium traditio undequáque ſubſiſtat, indubitatum evadit, epiſcopatum Dulcidii à ſeculi* V *initio dimoveri non poſſe, cùm eccleſia illa condendis S. Capraſii reliquiis à præfato præſule erecta fuerit, uti etiam Tranſlationis S. Capraſii auctor his verbis teſtatur:* Tandem S. Dulcidius, Agenenſis epiſcopus, ad hoc opus ſe dedit, ut pulchram eccleſiam ad recondendum ſancti martyris (*Capraſii*) corpus fabricaret, quam ejus meritis adjutus celeri inſtantia conſummavit. *Denique opinioni noſtræ etiam patrocinatur Actorum, quæ apud Labbeum alioſque exſtant, antiquus auctor ſuprà laudatus, dum in ſuo Prologo, qui in noſtro codice Ms. olim Vallicellenſi, inque apographis Mss. San-Maximini Trevirenſis, Ultrajectini S. Salvatoris & Rubeævallis reperitur, ſe eo tempore Martyrium* SS. Fidis *& Capraſii conſcripſiſſe dicit, quo* per ſuccedentium relationem rei geſtæ (*Paſſionis eorum*) memoriam nondum intercepit oblivio. *Quippe, cùm verba hæc non, niſi minùs aptè, ad trium ferè ſeculorum ſpatium extendi queant, atque ex adverſo multò aptiùs de uno ſeculo pauciſque ſuperadditis annis exponantur, quo nimirum temporis ſpatio per quatuor aut quinque ſibi ſuccedentium generationum relationem ipſius martyrii præcipuorumque adjunctorum memoria facilè adhuc viguiſſe potuit, hinc mihi etiam vero propius videtur, S. Dulcidium, cujus tempore auctor ille ſcripſit, ſub ſeculi* V *initium, atque adeò centum circitèr & quatuordecim annis poſt* S. Fidis *martyrium Aginnenſem ſedem tenuiſſe, eoque proin tempore tranſlationis, qua de agimus, figendam eſſe epocham.*

E

F

tametſi nonnulla, quæ hic refelluntur,

29 *Neque opinionem hanc graviter quatiunt ejuſdem auctoris verba, quibus Dulcidium ſediſſe innuit, cùm jam frequentes in Aquitania monachi eſſent, aut contra ejuſdem anonymi ſtatutam à nobis ætatem multùm faciunt, quæ de innumeris ad* S. Fidis *ſanctique Capraſii decentiores tumulos patratis deinde miraculis ſcribit. Nam quod ad primum attinet, eccur non potiùs ſeculi* V *initio frequentes in Aquitania monachi fuiſſent, quo tempore imperatori Honorio, Eccleſiaſtico ordini*

AUCTORE J. G.

dini propensè dedito, hæc provincia ſuberat, quàm ſub medium ſeculum VI, *quo tempore Gothorum principum, Arianorum & Orthodoxis infeſtorum, dominio erepta quidem per Francos erat, at non ita pridem, ut, cùm ſub Gothis, vel ipſa, ut Sidonius lib.* 7, *epiſt.* 6 *teſtatur, clericalis diſciplina, imò & memoria illic periiſſet, monachorum inſtitutum latiùs tunc reſtauratum, quàm ineunte ſeculo* V *propagatum in Aquitania credi debeat. Utut id eſt, certè ſub ſeculi* V *initium ac non pauco antè tempore ſat frequentes in Galliis fuiſſe monachos, S. Gregorius Turonenſis variis locis & auctor Carminis de Providentia divina, S. Proſpero à quibuſdam adſcripti, non obſcurè oſtendunt. Denique ut teſtimonia varia, quæ in Præfatione Mabillonii in Sæculum* I *Benedictinum à num.* 17 *recitantur, hîc prætermittam, ad S. Martini, Turonenſis epiſcopi, ante ſeculi* IV *exitum defuncti, exequias monachorum duo ferè millia, ut Sulpitius Severus ſcribit, convenisse dicuntur. Quidni ergò etiam paulò pòſt in Aquitania Secunda ſat multi exſtiterint monachi, ut eorum turbas aliquot convocare S. Dulcidius potuerit, quæ transferendis in decentiorem locum* S. Fidis *aliorumque Aginnenſium Martyrum corporibus unà cum ceteris clericis ſolemni ritu aſſiſterent ?*

B

contra eam opponi poſſint,

30 *Quod verò ad innumera illa miracula pertinet, quæ jam antè, quàm anonymus ſcriberet, ad* S. Fidis *ſepulcrum patrata erant, hinc minimè conſequens eſt, eum non niſi diu poſt ejus corporis revelationem ſuum Opus inchoâſſe, cùm, teſte auctore ſecundæ ejus Tranſlationis, ſtilo ſoluto conſcriptæ, illicò, ut* S. Fidis *corpus honorifico loco à S. Dulcidio conditum fuit*, cœperit prælibata Chriſti Sponſa & Martyr tantis miraculorum ſignis præfulgere, ut cæcos illuminaret, ſurdis auditum redderet, energumenos curaret, & omnia infirmitatum genera à variis languidis depelleret, *cui & auctor ejuſdem ſecundæ Tranſlationis, metricè conſcriptæ, conſentit, ita canens :* Poſt revelatum corporis theſaurum Fidis martyris, virgo ſacra prodigiis cœpit clarere plurimis. *Neve dubites, quin de tranſlatione, à S. Dulcidio facta, uterque ſcriptor agat, hujus antiſtitis nomen prior ſcriptor diſertè præmittit,*

* S. Fidis

alter verò mox ſubdit : Sub ejus * quidem nomine eccleſiam mirificè Dulcidius erexerat, qui

C

præſul urbis aderat, *ac paulò pòſt de eodem agens ita pergit :* Solius autem Virginis corpus ſeorſum condidit in quodam ædificio, conſtructo in ſuburbio. Illo in loco Dominus tribuebat petentibus, quæ erant neceſſaria, per ejus patrocinia. Ægris namque remedium, mutis linguæ officium, cæcis præſtabat lumina, functis vitæ ſpiramina &c. *Quæ omnia cùm vel ipſo primæ tranſlationis anno vel paucis ſubſequentibus contigiſſe videantur, non eſt, cur ob miraculorum, ad* S. Fidis *tumulum patratorum, multitudinem præfatum ejus Martyrii ac primæ Tranſlationis auctorem à ſeculi* V *initio multis annis removeamus, aut primæ tranſlationis minùs, quàm eorum, quæ hanc mox conſecuta narrat, idoneum ſynchronumque teſtem habeamus. Atque hæc paulò fuſiùs diſputare libuit, quo primæ* S. Fidis *tranſlationis ejuſque ab hac inchoati ſolemnioris cultûs hiſtoria ipſaque epocha certiores manifeſtioreſque evadant.*

recitatur S. Fidis ſepultura,

31 *Nunc ergò ex hoc ſcriptore, cujus de hoc argumento dictis & Vitæ metricæ* S. Fidis *auctor, fortaſſe Hildebertus, Cenomanenſis epiſcopus, &*

antiquæ Breviaria, interque recentiores Tillemontius, Bailletus, Longuevallius aliique ſuum calculum adjecerunt, ſepulturæ primæque tranſlationis narrationem hîc ſubjicimus. Ita ille apud Labbeum tom. 2 *Bibliothecæ Mss. pag.* 530 : Horum ergò (S. Fidis *& Aginnenſium Martyrum*) corpora, tormentis miſerabilibus laniata, cæſiſque capitibus obtruncata, infidelis gentilitas in plateas * tamquam neglecta reliquit : quæ devota Chriſti plebecula latenter cum ſumma veneratione colligens, & ſacri effuſionem cruoris mundiſſimis pannis extergens, indigno tantæ ſanctitatis in loco ſepulturæ commendârunt ; ubi non tam ſepeliſſe, quàm recondidiſſe viderentur. Gravi enim percuſſa pavore verebatur, ne Sanctorum corpora malignorum invidiâ aliàs transferrentur ; aut, quod nefarium eſt, tetris vicini gurgitis fluminibus * mergerentur, & ſic ſanctæ Chriſtianitati malitiosè abnegarentur. Sed Dei providentiâ à Fidelibus actum eſt, ut urbs, quæ eos habuit inquilinos, tripartito, ortûs videlicet, paſſionis & ſepulturæ honore ditata, eoſdem ad promerendam omnipotentis Dei gratiam habere mereretur & patronos. *Hactenus anonymus ſcriptor antiquus, ac Lactantio quidem & Euſebio admodùm in iis, quæ primo loco narrat, conſentaneè, quorum nempe teſtimonio conſtat, tyrannorum juſſu ſacra Martyrum corpora in flumina vel maria jactata ſæpe fuiſſe, aliove modo Chriſtianis, ne hæc in veneratione ipſis eſſent, ſubducta, ut proin ſimilem ſuorum Martyrum corporibus ſortem metuere abs Daciano jure meritò potuerint Aginnenſes, atque adeò magis de illis, ut poterant, illicò recondendis, quàm utcúmque honorificè tumulandis ſolliciti eſſe debuerint. Porrò locus ille, ubi horum corpora congeſta fuerant, hodieque Aginnenſibus in veneratione eſt & à repoſitis Martyrum exuviis* Martyrii *nomen obtinuit, quod & etiamnum ſervat, uti Cheſnius in Antiquitatibus Galliæ pag.* 797 *& Sauſſayus ad hunc diem pag.* 695 *teſtantur.*

D

* *al.* in platea

* *al.* fluminis gurgitibus

E

dein corporis inventio & elevatio.

32 *Jacuerant obſcuro illo loco coacervata potiùs, quàm ſepulta* S. Fidis *aliorumque Aginnenſium Martyrum corpora, cùm S. Dulcidius, Aginnenſis epiſcopus, per noctis quietem divinitus admonitus, transferendis in decentiorem locum ſacris exuviis manum admovit. Quo pacto hæc contigerint, ſuis anonymum verbis narrantem audiamus :* Quo in loco (*primæ nimirum ſepulturæ*) multis annorum recurſibus ſancta jacuerunt corpora, donec, ablata omni gentilitatis prophanitate, S. Dulcidius epiſcopatum ſuſciperet, & paſtoralem curam gerens pro omnium ſalute vigilaret. Cui præſuli ante omnia placuit, ut Sanctorum reliquias ab indecenti elevans loco, in eorum veneratione, novâ conſtructâ baſilicâ, in lucem efferret, eccleſiâ ipsâ ſanctæ Virginis titulo dedicatâ. Qui cùm tantum theſaurum aperiret, non tamen incredulus, ſed metu & reverentiâ territus, diutiùs dubitaret ; ad ultimum per noctis quietem admonitus, ne negligenter dimitteret, quod fideliter cœperat, convocatis monachorum turbis, ac cæteri ordinis prælatis, ſecretum ſuum omnibus detegit, quorum conſilio adjutus ad effectum uſque perduxit. Eorum autem votis cætera plebs concordans Sanctorum reliquias de loco ignobili honorificè erigunt, & in locum ſacrum ſtatuunt, quorum meritis ad ſalutem omnium innumera cælitus patrantur miracula, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit & regnat per omnia

F

omnia fæcula fæculorum. Amen. *Ita rurſus laudatus anonymus, cujus tamen verba, cùm non ſatis diſtinctè* eccleſiæ, ſanctæ Virginis *noſtræ* titulo dedicatæ, *ſitum exponant, atque in una eâdemque à Dulcidio conſtructa baſilica tam* S. Fidis, *quàm aliorum Aginnenſium Martyrum corpora honorificè condita fuiſſe, aſſerere videri poſſint, clarioribus alterius anonymi dictis excipere placet, illius nempe, qui factam ex Aginnenſi urbe ad Conchenſe monaſterium* S. Fidis *tranſlationem ſtilo ſoluto complexus eſt, de quo ſuus infrà erit dicendi locus.*

eccleſia in ejus honorem erectio

33 *Ita hic num.* 5: Poſt multa autem annorum curricula, omni gentilium furore remoto, quidam vir ſanctus, cui nomen DULCIDIUS, ad pontificatûs dignitatem provectus, omnibus poſthabitis, eccleſiam foris murum ejuſdem urbis (*Aginnenſis*) ad Septentrionale clima in ſuburbio conſtruxit, eandemque ſub ſacræ Virginis (*Fidis*) veneratione cæleſti Sponſo conſecravit. *Hoc ergò teſte, dicata* S. Fidis *titulo eccleſia extra urbis muros erat, atque, uti mox ſubdit,* Beatiſſimam . . . virginem Fidem, quæ cæteros (*Aginnenſes martyres*) in palma martyrii præcellit, in baſilicam eamdem cum maxima honorificentia mauſoleo precioſo marmore exciſo (*S. Dulcidius*) commendavit, in quo, ut rei geſtæ uſque hodie prodit veritas, litterarum anaglipha *, titulus paſſionis ejus ſub faſtigio brevitatis inſcriptus eſt. *Porrò non in hac, ſed in eccleſia omnino diverſa, S. Capraſii, ac reliquorum fortaſſis Aginnenſium Martyrum corpora à Dulcidio condita fuiſſe, apertiſſimè declarat idem ſcriptor, ita pergens:* Sanctum verò Capraſium intra muros urbis ad eccleſiam, ibidem (*ab ipſo Dulcidio, ut fert antiquiſſima traditio*) fundatam, detulit, eumque conſimili honore in ſarcophago item marmoreo diligentiſſimè depoſuit. *Conſentit, qui & fortaſſis, uti infrà dicetur, anonymo illi præivit, Tranſlationis ſecundæ, metricè conſcriptæ, auctor, duaſque pariter adſtruens eccleſias, in quarum altera* S. Fidis, *in altera verò S. Capraſii corpus conditum fuit, juniorem ab antiquo anonymo in ſpeciem diſſentientem conciliat, dictiſque lucem affundit, dum in una quidem eademque baſilica* SS. Fidis, *Capraſii aliorumque Martyrum exuvias in lucem elatas decenterque compoſitas à Dulcidio fuiſſe, at ſanctæ Martyris noſtræ corpus deinde in ſuburbana eccleſia, aliorum verò corpora in ipſius urbis majori baſilica decenter tumulata fuiſſe inſinuat, ita de Dulcidio canens:* Iſte diu abſconditas invenerat reliquias Fidis, præclaræ martyris, unà cum ſuis Sociis, quas intra urbis mœnia in majori eccleſia, quæ capitalis aderat, decenter compoſuerat; ſolius autem Virginis corpus ſeorſum condidit in quodam ædificio, conſtructo in ſuburbio.

**ſupple & vel forte leg.* anaglypho opere

& hujus ſitus atque ab altera diſtinctio.

34 *At, inquies, cùm ſaltem Tranſlationis ſecundæ, ſoluto ſtilo conſcriptæ, auctor de Stephano II, ſub annum Chriſti* 937, *uti ex tomo* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 255 *patet, Arvernenſi ſeu Claromontano antiſtite conſecrato, expreſſam fecerit mentionem, atque adeò plùs quatuor ſeculis à prima* S. Fidis *tranſlatione remotus vixerit, impar ejus habenda eſt auctoritas, ut primæ tranſlationis adjunctis, quæ ipſe ſuggerit, ſat certam fidem faciat. Fateor, nihil eum ab ætate habere, unde fidem ſola ſua aſſertione hîc extorqueat: verùm, cùm idem ipſe, fidem verbis ſuis facturus, ad mauſoleum* S. Fidis, *ſuo etiam tempore in ea exſtans eccleſia, ad ipſumque paſſionis ejus titulum, eidem inſcriptum, confidenter provocet, non eſt, cur ei duas adſtruenti eccleſias, in quarum altera* S. Fidis, *in altera verò S. Capraſii corpus, teſte etiam Tranſlationis metricè conſcriptæ auctore, honorificè conditum fuit, deneganda fides ſit, præſertim, cùm & aliunde, nimirùm ex anonymo primæ Tranſlationis auctore coævo, manifeſtum ſit, S. Dulcidium, Aginnenſem epiſcopum, eccleſiam aliquam ſanctæ virginis* Fidis *titulo conſecrâſſe, quam eamdem cum illa fuiſſe, cui Ragnovaldi uxor ſeſe aſyli loco commiſit, non modò non innuit laudatus num.* 28 *S. Gregorius Turonenſis, ut contrà, dum baſilicam, ad quam hæc mulier confugit, nudè ſimpliciterque* S. Capraſii baſilicam *compellat, ab illa, quæ* S. Fidis *titulo decorata erat eccleſia, omninò diverſam ſtatuere videatur. Ceterùm, teſte Cheſnio in Antiquitatibus Galliæ pag.* 797, *præter eccleſiam S. Capraſii, Aginni etiamnum exſtat ſub* S. Fidis *nomine dicata Deo eccleſia, eademque, uti opinor, de qua mox laudatus uterque anonymus ſermonem fecit, olim quidem Aginnenſi ſuburbio, poſtea verò, dilatatis urbis pomœriis, ipſi urbi innexa.*

AUCTORE J. G.

E

§ IV. Auctorum, qui de tranſlato ex urbe Aginno ad Conchenſe monaſterium S. Fidis corpore egerunt, ætas & fides: hujus tranſlationis, cujus epitome datur, epocha diſcuſſa & ſat propè definita. An eodem tempore illuc inde delatæ ſint S. Vincentii Aginnenſis M. reliquiæ?

Ætas fideſque auctoris, qui tranſlationem hanc ſtilo ſoluto,

F

ACturo nunc *de variis corporis* S. Fidis *tranſlationibus, atque hoc quidem* §. *de celeberrima illa, quæ olim Conchenſi in Rhutenis Ordinis S. Benedicti cœnobio, nunc ſeculari canonicorum collegio, ſplendorem plurimum ampliſſimaſque opes contulit, non modò de utriuſque paulò antè laudati anonymi ætate paulò enucleatiùs diſſerere, ſed & in Chronographi Conchenſis, quatenus idem argumentum tractavit, auctoritatem inquirere idcircò viſum eſt, ut hinc, quam infrà dicenda fidem mereantur, prudens lector diſpiciat. Ab anonymo, Conchenſi, ut apparet, monacho, qui* S. Fidis *Tranſlationem ſecundam, ſeu Conchenſem, ſtilo ſoluto proſecutus eſt, exordium propterea duco, quòd is multò uberiùs, quàm alter, tranſlationem illam expoſuerit, nec ſubſequentem reliquerit intactam. Eum, utpote qui Stephani II, Arvernenſis ſeu Claromontenſis epiſcopi, apertè meminit, certiſſimè non ſcripſiſſe ante annum Chriſti* 937, *num. ſuperiore diximus; quin imò, cùm de iſto præſule anonymus ſermonem inſtituens, hiſce verbis utatur:* In diebus quoque Stephani, *ac præterea de Codice miraculorum* S. Fidis, *eo nimirum, uti videtur, quem Bernardus, Andegavenſis ſcholæ magiſter, uti infrà dicemus, anno Chriſti* 1020 *partim concinnavit, tamquam ſuis temporibus apprimè cognito, men-*

C

AUCTORE J. G.

tionem inferat, hinc non absimile vero sit, eum Opus suum non nisi seculo XI *elucubrâsse, eo tamen non ultra annum sexagesimum progresso, quandoquidem de facta ab Odolrico II, Conchensi abbate, sub Henrico Francorum rege* S. Fidis *translatione anonymus ille, qui tamen singulas ante sua tempora factas translationes commemorat, altissimùm siluerit. At quid de altero anonymo, Conchensi itidem, ut apparet, monacho, qui, usitato jam tum à seculo* IX, *uti apud Muratorium tom.* 3 *Antiq. col.* 693 *& seq. videre est, rhythmico carmine seu hymno homotono translationem eamdem celebravit? Hunc ego quidem uno circitèr seculo indubiè antiquiorem altero esse, asseverare non ausim; est tamen, cur id à vero alienum mihi non videatur.*

uti & alterius, qui stilo ligato hanc descripsit,

36 *Etenim hic non modò de Odolrico II, deque præfato Stephano II, ac peracta per hunc, de qua infrà num.* 56 *sermo erit, translatione capitis* S. Fidis, *sed & de miraculorum Codice suprà memorato, ac denique de ipsis miraculis, quæ Bernardi Andegavensis ætatem præcesserunt, altissimùm situit; unde cum etiam ante annum Christi* 937, *seu antè, quàm Stephanus ex abbate Conchensi Claromontensis episcopus creatus fuit, ac dein magnificentissimo apparatu in* mirificæ machinæ thecam *partem capitis* S. Fidis *intulit, rhythmicam suam lucubrationem absolvisse, conjicias, quam proin sibi prælucentem, tametsi hoc non fateatur, habere potuerit alter ille anonymus, qui memorabilia quæque, quæ ad* S. Fidis *reliquias attinebant, ad sua usque tempora stilo soluto complexus est. Si conjectare fas sit, fortassis hicce scriptor, cùm Acta martyrii ab antiquo anonymo, præcipua verò aut certè celeberrima ineunte* XI *seculo* S. Fidis *miracula à Bernardo, Andegavensis scholæ magistro, solutâ oratione adornata videret, suam quoque qualemcúmque symbolam voluerit conferre, ut non dissimili oratione etiam translationum corporis* S. Fidis, *atque adeò ad sua usque tempora integra ejusdem Sanctæ historia transmitteretur posteris, ut & propterea Conchensis translationis Actis metricè conscriptis sua, liberiore stilo exarata, substituenda duxerit. Quocúmque hæc se modo habeant, cùm anonymis illis nemo, qui argumentum, quo de agimus, ex professo, ut aiunt, pertractárit, antiquior hactenus inventus sit, atque etiam dato, quòd scriptor metricus Conchensi translationi, ante annum Christi* 889, *ut infrà ostendetur, peractæ, synchronus non fuisset, nihilominùs tamen ambo non tanto certè temporis intervallo remoti ab ea vixerint, quin per paucorum sibi succedentium monachorum relationem, aut ex cœnobii monumentis rem adeò memorabilem ac partim domi à suis gestam, illibata veritate intelligere facilè quiverint, non abs re eorum narratione, dum nihil aliunde obest, hîc standum esse videtur.*

B

nec non Chronographi Conchensis inquiritur.

37 *Venio nunc ad auctorem Chronici Conchensis, qui non solùm de secunda tertiaque reliquiarum* S. Fidis *translatione, sed & de quarta, sub Odolrico II, Conchensi abbate, fortassis sub annum Christi* 1040 *peracta, mentionem fecit. Auctor ille, uti ex Conchensium abbatum serie, quam ultra Begonem, ante annum* 1108 *defunctum, non produxit, colligi datur, ineunte seculo* XII *Chronicon suum, quod ex archivis Conchensis monasterii tom.* 3 *Anecdotorum à col.* 1387 *edidit Marteneus, partim ex diplomatis chartisque sui cœnobii, partim ex traditione communique apud suos fama composuit; atque hinc varia pro rebus variis, quas recenset, ejusdem est auctoritas,*

C

nulla quidem, dum sine probatæ fidei testimonio res multis seculis à se remotas narrat, at contra minimè contemnenda, dum monumentis antiquioribus consona tradit, aut ea facta recenset, quorum in religiosa domo etiam sine instrumentis authenticis constans veraxque vel ultra unius seculi decursum memoria esse solet. Quapropter, etsi chronographus ille in ordinanda antiquiorum abbatum serie, imò & in referendis rerum diu ante se gestarum adjunctis subinde lapsus fuerit, non idcirco ea ipsa facta, quæ vel ex recenti aut certè constanti adhuc memoria retulit, quale est peracta sub Odolrico II reliquiarum S. Fidis *in novam basilicam translatio, vocanda in dubium sunt, ac ne ipsa quidem, quæ seculo* IX *ac* X *gesta recenset, utpote quorum substantiam vel ex authenticis translationum Actis, vel procul dubio ex ambobus vetustioribus anonymis haurire atque in suum Chronicon inferre potuit, prout reipsa fecisse, censeri jure potest. Nunc singulas, ut res fert, translationes illas illustrare aggredior.*

D

E

Hujus translationis epitome

38 *Ex quo* S. Fidis *corpus à S. Dulcidio, ineunte, ut antea diximus, seculo* V, *honorifico mausoleo in suburbana Aginno ecclesia conditum fuerat, illicò tantis miraculorum signis fulgere cœpit, tamque ingenti assiduoque deinceps populorum concursu frequentari, ut mirum videri non debeat, haud multò pòst, quàm Ludovicus Pius, adhuc Aquitaniæ rex, in Ruthenensi diœcesi Conchense cœnobium, ut Ermoldus Nigellus lib.* 1 *de Rebus Ludovici Pii testatur, instituerat, hujus incolas monachos tam celebris reliquiarum thesauri, quo suam maximè illustrarent ecclesiam, acquirendi desiderio actos fuisse vehementissimo, ac tum præsertim, cùm Audaldi, Conchensis monachi, anno* 855 *Valentiam Hispaniæ ad transferendum illinc Conchas S. Vincentii levitæ & martyris corpus profecti, conatum omnem nil sibi profuisse cernerent. Habito igitur sæpissime inter se concilio, quo pacto sacra* S. Fidis *pignora ad se transferrent, Conchenses tandem unum è suis, nomine* Ariuisdum *vel* Arivisdum, *hominem consilio manuque promptum, cum itineris duce Aginnum dirigunt, qui quacúmque arte* S. Fidis *reliquias nanciscatur, inque suam asportet ecclesiam. Ariuisdus ergò, quorsum Aginnum venisset, minimè immemor, primùm studuit, ut quà ficta pietate, quà blanditiis & assentationibus, in clericorum, quibus custodiendi corporis* S. Fidis *cura incumbebat, consuetudinem amicitiamque se penitus immergeret, eosque tam bene inescare novit, ut ipsi, nihil tale opinantes, ovem, ut aiunt, lupo, seu thesaurum suum callidissimo furi consensu unanimi tandem commiserint. Re aliquamdiu, quò magis suum celaret consilium, apprimè gesta, sedulique custodis famam nactus, opportunam denique auferendi sacri corporis occasionem arripuit.*

F

ex his submi-nistratur;

39 *Peractis Epiphaniæ festo Missarum solemniis, collegas suos orat, ut, dum hi solito diutiùs ob diei solemnitatem accumberent mensæ, ipse, ne quid detrimenti caperet ecclesia, tutelam ejus sedulò gerat. Ultrò assentiunt improvidi; nec mora, his jam securè vescentibus, ipse etiam omnium jam securus, ad* S. Fidis *mausoleum convolat, cúmque hujus operculum præ sigillis ferreis integrum erigere nequiret, in inferiori parte mausoleum vi perfringit, & quâ data via, perque patefactum aditum sanctæ Martyris exuvias extrahens, mundissimâ perâ condit, vocatoque itineris socio, ut primùm per tenebras licuit,*

A *licuit, cum ſacra præda abſcurrit. Igitur cùm poſtero die nuſpiam Ariniſdus appareret, ac* S. Fidis *ſepulcrum perfractum vacuumque ſacro corpore fuiſſet repertum, vehementer turbari omnes, dolêre, ſuam lamentari imprudentiam, & ſi quo modo è fuga retrahi cum theſauro illo Ariniſdus poſſet, nihil intentatum relinquere; at nihil non irrito conatu ab iis factum. Itaque poſt varios caſus, qui in edendis infrà Tranſlationis Actis fusè recenſentur, Ariniſdus ejuſque comes nono itineris ſui die incolumes ad Conchenſis cœnobii viciniam pervenerunt, ubi ab hujus incolis ſummo gaudio plauſuque excepti ſunt, delataque non minori apparatu lætitiâque in Conchenſem eccleſiam ſacra Martyris noſtræ pignora, ibique decentiſſimo, ut per tempus licebat, loco ſub diligenti cuſtodia collocata die* XIX *Kalend. Februarias, quo die hujus tranſlationis memoria celebrari etiam ſolet. Ita ferè, at multò uberiùs ambo anonymi, ſuprà laudati, quibus Conchenſis chronographus etiam conſentit, ita paucis ſcribens:* Ab urbe Aginnenſi cum corpore beati Vincentii
B furtim ſublatum eſt corpus glorioſiſſimæ virginis & martyris Fidis, & ad illud Conchenſe cœnobium tranſlatum, ubi dignè & honorificè prope altare Salvatoris Domini eſt reportatum. *His adde, quod in Adonis Chronici ſat antiquis codicibus Mss. ad annum Chriſti* 288 *teſtimonium exſtat, quo* S. Fides *apud Aginnum paſſa,* poſtea Conchis* tranſlata *fuiſſe, diſertè etiam aſſeritur.*

*Conchas

de cujus epocha diſcrepantia inter ſe Adoniani Chronici,

40 *Verùm de tempore, quo hæc corporis* S. Fidis *tranſlatio ſtatuenda ſit, non ita inter antiquos recentioreſque ſcriptores convenit, ut contrà, ſi ſingulorum verba expendantur, nec cum Adoniani Chronici teſtimonio ambo anonymi Tranſlationis ſcriptores ſuprà laudati, nec hi cum Chronographo Conchenſi, nec inter recentiores Henſchenius noſter cum anonymis illis, ac multò minùs cum his Dionyſius Sammarthanus, qui etiam ſecum pugnat, conciliari ex omni parte queant. Quippe, cùm S. Ado, uti ex Mabillonio ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 5, *pag.* 465 *oſtendunt, anno Chriſti* 875 *ad meliorem vitam tranſierit, ac ſub annum* 874 *extremam Chronico ſuo manum admoviſſe videatur, conſequens fit, ut Opus illud vel eo loco, ubi de* S. Fidis *martyrio eaque occaſione de tranſlato ad Conchenſe cœnobium ejus corpore mentio fit, à deſcriptoribus corruptum ſeu potiùs interpolatum fuerit,*
C *quod tamen nemo hactenus, quem nôrim, ſuſpicatus de hoc determinato loco fuit, nedum ſatìs probabile reddidit; vel, ſi genuinum eo loco ſit, neceſſe eſt, ut, quæ illic memoratur, tranſlatio non ſeriùs certè, quàm anno Chriſti* 875 *collocari queat, cùm evidens ſit, ab Adone, ſi ſuo tempore necdum facta erat, referri in Chronico non potuiſſe celebrem illam* S. Fidis *tranſlationem. Imò verò eam non parùm ante Adonis tempora contigiſſe, innuit Carnutenſis de Miraculis* S. Fidis *manu exaratus codex, de quo Mabillonius in Annal. Bened. ad annum* 1010, *num.* 42, *pag.* 215 *meminit, ubi de donata* Conchenſibus, ut fertur, à Carolo Magno, *ac proin ante annum* 814 *aurea* S. Fidis *capſa diſertus ſermo eſt.*

utriuſque anonymi, Tranſlationis auctoris,

41 *At ex adverſo, ne tranſlatio illa jam ante Adonis obitum facta credi poſſit, obſtant ambo Tranſlationis auctores jam ſæpe laudati, qui eam illigant temporibus Caroli Minoris, Francorum regis, ejus nempe,* Quem, *uti unus ait,* pòſt Franci de ſolio depoſuerunt regio, *ſeu, uti alter loquitur,* Quem ſuæ ditionis principes, iniquè adverſus eum conjurantes, à ſolio regio dejecerunt, & *cujus loco* Ottoni *ſeu Odoni,* Aquitanorum duci, *Roberti Fortis filio,* coronam regni impoſuerunt & illum pro eo regnare elegerunt; *qui Carolus Minor, cùm ab eo, cui* Craſſò *cognomen fuit, diverſus eſſe non poſſit, utpote quem Franci, poſtquam ſe hujus imperio anno Chriſti* 885 *ſubjeciſſent, ante diem* XII *Januarii anni* 888 *de ſolio ejecerunt, cujuſque loco* Odonem, ducem Aquitaniæ, *uti Ademarus Cabannenſis in Chronico apud Bouquetum tom.* 8, *pag.* 232 *teſtatur,* in regno elevaverunt; *neceſſe eſt hinc contra Adoniani Chronici teſtimonium conſequi, ut ſub hoc Carolo rege* S. Fidis *tranſlatio facta ſit, eaque inter annum* 885 *&* 888 *collocari debeat. Huic certè tranſlationis epochæ patrocinantur diplomata complura, in favorem Conchenſis cœnobii data, quæ tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ aucta à col.* 236 *& in Inſtrumentis ibidem, uti & tom.* 2 *Hiſtoriæ Occitaniæ à col.* 21, *& apud Baluzium in Inſtrumentis domûs Arverniæ habes, in quibus nulla ante Caroli Craſſi tempora de* S. Fide *mentio fit, cùm tamen in iis, quæ vel Caroli ejuſdem tempore vel deinde edita ſunt, de* S. Fidis *reliquiis, veluti in Conchenſi eccleſia conditis, diſertiſſima verba legantur, quod non leve indicium eſt, vivente Carolo Craſſo rege, ſanctæ Martyris noſtræ corpus ex Aginnenſi eccleſia ad Conchenſem tranſlatum fuiſſe.*

Conchenſis Chronographi,

42 *Verùm adverſus hanc epocham omnino pugnare videntur laudati chronographi Conchenſis verba, quibus tom.* 3 *Anecdotorum Martene col.* 1387 *tranſlationem illam quidem innectit temporibus cujuſdam Caroli Minoris, ſed quem à Carolo Craſſo diverſum eſſe, mox innuit col.* 1389, *dum* prædictum *Minorem Carolum regnum Franciæ recuperâſſe, ac Rodulphi, Conchenſis ſub annum Chriſti* 910 *abbatis, petitionibus annuiſſe, ſcribit, quæ nulla planè ratione in Carolum Craſſum cadunt, uti ex luctuoſo ejus à ſuis deſerti boniſque omnibus exuti obitu, de quo Mariani Scoti Chronicon pag.* 270 *ad annum* 887 *alioſque ad annum ſequentem apud Bouquetum tom.* 8 *ſcriptores conſule, meridiana luce clarius eſt. Quapropter, ſi poſtremis Conchenſis Chronici verbis, prout edita ibi ſunt, ſtandum ſit, tranſlatio illa contigerit inter annum* 893 *&* 923, *nempe regnante Carolo Simplice, qui Rodulpho, Conchenſi abbati, donariorum, quæ deceſſores hujus à regibus obtinuerant, confirmationem regio præcepto, uti ſcribit chronographus ille, enixè poſtulanti munificè conceſſit. Atque ita ex recentioribus Dionyſius Sammarthanus tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 239 *etiam cenſuit, laudati chronographi verba, quibus hic tranſlationem illam ſub* Carolo Minore, Ludovici filio, in regnum Francorum ſublimato, *ſtatuit, hac adnotatione in margine excipiens:* Dicto SIMPLICI, filio Ludovici Balbi poſthumo, *cujus regni anno tertio, uti mox ſubdit, Avernæ cujuſdam filiorumque ejus liberalitate Conchenſis abbatia bonis aucta fuit; ut adeò ex laudati Sammarthani ſententia tranſlatio, de qua hîc quæſtio eſt, anno* 893, *quo Carolus Simplex die* XXVIII *Januarii in* Remorum civitate, *teſtibus Annalibus Mettenſ. apud Bouquetum tom.* 8, *pag.* 73, in regno elevatus *fuit, aut poſterior fuerit, aut certè non prior conſtitui poſſit.*

Dionyſii Sammarthani,

43 *Reponi tamen planè non immeritò hîc poſſet, laudatum Sammarthanum paulò antè, videlicet col.* 236, *tranſlationem illam innexuiſſe tem-*

AUCTORE J. G.

E

F

AUCTORE J. G.

poribus Caroli Calvi, ac proin medio tempore inter annum Christi 838, *quo is ab imperatore Ludovico Pio armis, coronâ & quadam regni portione donatus fuit, interque annum* 877, *quo, teste Chronico Virdunensi apud Bouquetum tom.* 7, *pag.* 248, *pridie Nonas Octobris vitâ functus est. Ipsa, quibus id Sammarthanus facit, hæc verba sunt:* Tempore Caroli Calvi, filii Ludovici, corpus S. Fidis, eò (*ad Conchense cœnobium*) fuit delatum, cujus nomen huic cœnobio quandoque accommodatum. *Accedit, quòd chartam Sigaldi seu Signaldi ejusque uxoris Aigæ seu Aiguæ, anno* 888 *editam, in qua de translatis jam tum ad Conchense cœnobium* S. Fidis *reliquiis, deque hinc indito sacræ edi ejusdem Sanctæ nomine manifesta mentio fit, idem vir clarissimus col.* 239 *laudet, ut proin ante Caroluni Simplicem, seu ante annum* 893, *hanc translationem statuisse, potiùs dicendus sit. Fateor, ita locis citatis Sammarthanus habet, nec, quo pacto conciliari secum possit, aut utram ex his sententiam probabiliorem ipse habuerit, ego satis perspicere queo. At quocúmque hæc se modo habeant, certè ejus opinio, quæ sub Carolo Simplice translationem illam statuit, non modò Adoniani Chronici testimonio & utrique Translationis auctori, sed & jam laudatæ Signaldi chartæ aliisque, quas sub finem num.* 41 *indicavimus, omninò adversatur; altera verò, quæ eam sub Carolo Calvo collocat, cum utroque anonymo Translationis auctore non minùs apertè pugnat; ut adeò, contrà ac col.* 1330 *illic asseritur, aliquid certè, quod à vero aberret, corrigendum in co Galliæ Christianæ tomo fuerit.*

& Henschenii verba recitantur;

44 *Quod verò ad Henschenium nostrum num.* 40 *laudatum attinet, diversam is ab hactenus recensitis opinionem tuetur, dum tom.* 2 *Junii inquirens, an S. Vincentii, Aginnensis martyris, reliquiæ unà cum lipsanis* S. Fidis *Conchas translatæ fuerint, in hæc verba pag.* 165 *scribit:* Quod autem potissimùm huc spectat, non sunt ejus(*S.Vincentii*)reliquiæ ad cœnobium Conchense unà cum S. Fidis pretiosis pignoribus translatæ: hæc enim fuerunt quâdam furtivâ industriâ ab Aronisdo monacho Conchensi è propria ecclesia sublata & Conchas circa annum DCCCXC devecta, cùm loco Caroli Simplicis regno Franciæ præesset Odo Aquitanus, uti accuratè indicant Acta Translationis, quæ habemus & solutâ & strictâ oratione conscripta; UNDE ET S. FIDIS DE CONCHIS MONASTERIUM NUNCUPARI docent Sammarthani. *Itaque, judice Henschenio, ante annum* 893, *qui Caroli Simplicis, Francorum regis, primus fuit, nec tamen priùs, quàm anno* 888, *quo Odo Aquitanus Francorum regnum moderari cœpit, hæc corporis* S. Fidis *translatio statuenda est. Mitto alios magni nominis auctores hisce adjungere, propterea quòd vel nulla assertionis suæ documenta in medium protulerint, vel non, nisi latiori modo, translationis hujus epocham definiendam duxerint. Nunc, quænam ex tam inter se discrepantibus sententia veritatem propiùs attigisse, dici possit, quantùm res adeò implexa sinit, discutere, eâdemque operâ certò falsa à veris aut saltem verosimilibus secernere aggredior.*

ostenditurque, non seriùs anno 888 statui posse.

45 *Ac primò quidem, ut inter tot utrimque controversa indubitatum quid proferam, certumque limitem, extra quem translationis epocha figi nequeat, simul constituam, sic planè existimo asseroque, translationem illam, de qua hìc quæstio, non posse anno Christi* 888 *posteriorem statui, ac proin illam, contrà ac chronographus Conchensis col.* 1389, *& Dionysius Sammarthanus col.* 239 *statuisse videntur, non contigisse temporibus Caroli Simplicis, in Francorum regnum primùm evecti anno* 893, *uti suprà num.* 42 *dictum fuit. Quippe, cùm in laudata Signaldi & Aiguæ uxoris charta,* in mense medio (*Maio fortasse*) anno 1 regnante Odone rege, *seu anno Christi* 888 *data, quam habes tom.* 2 *Historiæ Occitaniæ inter Instrumenta col.* 23, *de reliquiis* S.Fidis *in Conchensi cœnobio jam tum quiescentibus ac reconditis, deque indito illi monasterio* S.Fidis *nomine, quemadmodùm num.* 43 *& 44 etiam dictum est, disertis verbis mentio habeatur, meridiana luce vel hinc clarius est, translationem illam temporibus Caroli Simplicis, anno dumtaxat* 893 in Francorum regnum sublimati, *affigi nulla ratione posse. Quapropter Conchensis chronographus, dum col.* 1389 *Carolum illum regem, quem Rodulphus Conchensis abbas sub annum* 910 *adiit, eumdem cum illo facere videtur, sub quo reliquiarum* S. Fidis *translationem factam scripserat, Carolum Simplicem cum alterutro ex homonymis hujus decessoribus perperam confudisse, omninò dicendus est, nisi potiùs eâdem illâ columnâ, perinde ac alibi desiderari aliquid in hujus Chronici editione dicamus, puta ejusdem Caroli Simplicis inaugurationem regiam, aut simile quid, quocum chronographi verba hæc:* PRÆDICTUS Minor Carolus *connexionem habeant; atque ita inhærendo prioribus ejus verbis, quæ tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1387 *habes, ante Odonis, Aquitaniæ ducis tempora, seu ante annum Christi* 888, *utpote quem principem, non nisi jam antè relata* S. Fidis *translatione, in regnum Francorum subintrâsse scribit, etiam ex illius mente collocanda hæc foret. Utut hæc habeant, certè chartæ Signaldi duorumque anonymorum auctoritas potiori loco quam Conchense Chronicon, saltem, uti editum typis est, omni jure haberi debet.*

nec sub regimine Odonis Aquitani;

46 *Ex his consequens etiam fit, ut Henschenius noster, tametsi sub annum* 890 *translationem illam collocans, propiùs, quàm Sammarthanus, ad anonymos Translationis auctores accedat, nihilominùs tamen non omninò horum dictis consona scribat, dum translationis tempore Odonem Aquitanum loco Caroli Simplicis regno Franciæ præfuisse subdit. Quippe cùm ante Caroli Crassi obitum, qui Pridie Idus Januarias anni* 888 *contigit, aut certè ante mensem Novembrem anni* 887, *quo Carolus Crassus, adhuc imperator & Francorum rex, in Triburia villa regia generalem optimatum conventum convocavit, neque regis titulo, neque, ut quidam volunt, tamquam Caroli Simplicis tutor regnive gubernator, Francis præfuerit Odo Aquitanus, non potest, quæ, utroque anonymo teste, die* XIV *Januarii facta est translatio, sub ejus administratione statui, nisi vel ipso anno* 888 *aut uno ex sequentibus: atqui, ut ex charta Signaldi patet, certè non anno* 889 *aut* 890, *imò ne ipso quidem anno* 888 *die* XIV *Januarii contingere hæc translatio potuit, utpote ex utriusque anonymi testimonio facta* Carolo Minore Francorum rege, *adhuc* imperante, quem *procul dubio non, nisi exeunte anno* 887, suæ ditionis principes ... à folio regio dejecerunt & *cujus loco postea* Ottoni *seu Odoni*, Aquitanorum duci, coronam regni imposuerunt; *itaque & citiùs, quàm anno* 888, *atque adeò & ante Odonis administrationem regiam, illa, de qua hìc quæstio est, translatio figi debet. Suadet & id laudata jam sæpe Signaldi charta, anno*

888

888 menſe medio, *ſeu Maio fortaſſe data, in qua, ubi de reconditis in Conchenſi cœnobio* S. Fidis *reliquiis ſermo eſt, nuſpiam inſinuatur, eas tum non niſi à tribus quatuorve menſibus eò adductas fuiſſe, quod tamen ſi factum fuiſſet, ſilentio non prætereundum fuiſſe videtur.*

ſed nec multis annis citiùs anno 887,

47 *Atque ita quidem, quo ſeriùs hæc tranſlatio figi non poſſit, definitum tempus habemus. Verùm anne, uti aſſerunt ambo anonymi Tranſlationis auctores, tempore Caroli Craſſi, & anno quidem, uti ex his conſequens fit,* 886 *vel* 887; *an potiùs, uti ex Carnutenſis codicis Ms., num.* 40 *laudati, & Adoniani Chronici teſtimonio conſequitur, ea annis aliquot citiùs, imò multò ante Adonis emortualem annum, qui Chriſti octingenteſimus ſeptuageſimus quintus fuit, tranſlatio ſtatuenda eſt? Reſpondeo, præterquam quòd dubium mihi ſit, an illa codicis Carnutenſis verba, quibus Carolus Magnus capſam auream* S. Fidi donaviſſe fertur, *revera ſint Bernardi, qui ſanctæ Martyris noſtræ miracula, ſuo tempore patrata, partim anno Chriſti* 1020 *litteris complexus eſt, utpote quæ nec in Ms. noſtro nec in Labbeano reperiuntur,* B *ſtandum potiùs eſſe diſertiſſimo amborum Tranſlationis auctorum & Chronographi Conchenſis teſtimonio, quo hi ſub quodam Carolo Minore, & adulto jam ſeculo* IX, *furtim ad Conchenſem eccleſiam* S. Fidis *corpus delatum aſſeverant, quàm incerto rumori, poſt duo fermè à peracta tranſlatione ſecula apud exteros ſparſo, & cujus præfati codicis auctor ſe minimè vadem ſcribit, dum ita loquitur:* Capſa aurea (*S. Fidis*) quam fertur donaviſſe Carolus Magnus. *Accedit, quòd diplomatum ſub Ludovico Pio ejuſque poſteris in Conchenſis cœnobii favorem conceſſorum perpetuum ad uſque Caroli Craſſi tempora de corpore* S. Fidis *ſilentium non facilè credi permittat, jam tum ſub Carolo Magno hujus Martyris exuvias ad Conchenſem eccleſiam delatas fuiſſe, quemadmodùm num.* 41 *ſub finem innui.*

licèt codices Chronici S. Adonis, qui hoc loco corrupti vel interpolati fuiſſe

48 *Quod verò attinet ad Adonem, cujus omni ex parte præſtantior illo codice auctoritas eſt, reſpondeo, ſi illud, quod ſub ejus nomine laudatur teſtimonium, revera ipſius eſſe, ſatis conſtaret, eo potiùs, quàm anonymorum teſtimonio ſtandum fore, quo hi Caroli Craſſi temporibus tranſlationem illam ſtatuunt, ac proin hoſce de memoriæ lapſu vel indiligentia hîc arguere non dubitarem. Verùm cùm Adoniani Chronici editiones*
C *omnes, teſte Labbeo tom.* I *de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag.* XI, *innumerabilibus ſcateant mendis, codiceſque, à quingentis & ultrà annis manu exarati, non modò imperiti continuatoris operâ certiſſimè ſub finem aucti fuerint, ſed & alibi, ſeu ejuſdem, ſeu deſcriptorum aliorum vitio, adulterati fuiſſe, veriſſimè dici queant, uti ex adductis à Labbeo loco cit. exemplis, & Tillemontii in Acta S. Irenæi Notis tom.* 3 *Monument. Eccleſ. pagg.* 621 *&* 622, *ac denique ex tom.* V *Hiſtoriæ litterariæ pag.* 470 *evidenter oſtenditur, dubitari non immeritò poteſt, an determinata illa Chronici Adoniani verba, ex quibus tranſlationem illam ante annum* 875 *contigiſſe, contra expreſſum utriuſque anonymi teſtimonium conſequens foret, computanda non ſint inter innumerabiles illas mendas, de quibus apud Labbeum, atque etiam inter continuatoris aut deſcriptorum interpolationes, de quibus apud alios ſermo eſt. Sanè ſi Tillemontio Notâ* 3 *in Acta S. Irenæi tom.* 3, *pag.* 622, *vel idcircò, quòd S. Ado in ſuo Martyrologio S. Verum, tamquam Viennenſem epiſcopum, non retulerit, ſuſpicari licuit, Adonianum Chronicon ad annum Chriſti* 101, *ubi de illo mentio fit, interpolatum fuiſſe, ſeu Adonis re vera verba non eſſe, quæ illud Chronicon citato loco exhibet; profectò multo majori jure idem de eo loco, quo ad annum Chriſti* 288 *de Conchenſi, qua de agimus, tranſlatione ſermo fit, ſuſpicari licebit.*

AUCTORE J. G.

oſtenduntur, contrarium innuant;

49 *Etenim cùm ſanctus Chronographus celebrem illam corporis S. Mauritii revelationem, S. Theodoro epiſcopo factam, ipſamque etiam ſacri iſtius corporis tranſlationem, Sigiſmundi Burgundionum regis voluntate de conſilio* 60 *epiſcoporum peractam, cujus etiam in ſuo Martyrologio partim meminit, altiſſimo ſilentio in ſuo Chronico, utpote ad perſecutionem Diocletiani & Maximiani, quam illic enarrat, nihil attinentem, involvendam duxerit, quî, quæſo, furtivam corporis* S. Fidis *tranſlationem eodem loco commemorâſſe credi poteſt, cùm hæc alterâ multò minùs celebris fuerit, nullaque planè ratione ad rem, quam S. Ado agebat, pertinere poſſet? Accedit, quòd hîc Chronici locus exigere videatur, ut neii, quos eadem profeſſione, eadem legione,* E *eâdem mortis causâ, eodemque fermè tempore junctos credidit auctor, ab ſe invicem ſejungerentur. Et ecce tibi hoc Chronici loco Gereonem inter ac Victorem & Mauritium cum ſociis Thebæis mediam* S. Fidis *tranſlationem ad Conchenſe monaſterium! Quid Aginnenſi Virgini præter martyrium commune cum militibus Thebæis? Quid hujus corporis tranſlatio ad perſecutionis atrocitatem, quam* ita crudelem & crebram flagrâſſe *ſubdit,* ut intra unum menſem decies & octies millia Martyrum pro Chriſto paſſi inveniantur? *Hæc mihi quidem interpolati à quodam minùs perito, fortaſſe Conchenſi monacho, Adoniani Chronici ſuſpicionem ingerunt, eamque etiam ex hoc capite non infundatam, quòd Chronici narratio cum Adoniani Martyrologii annuntiatione, quæ* S. Fidis *Socios martyres, ipſamque illius tranſlationem prætermittit, haud ſatis rectè conveniat, quódque in Chronico eodem ipſo loco trecenti & viginti octo S. Gereoni ſocii adjungantur, qui in ejus Martyrologio trecenti & octodecim dumtaxat fuiſſe traduntur.*

ac denique ex utroque Tranſlationis auctore ſtatuitur anno 886 *vel* 887.

50 *Quæ cùm hunc Adoniani Chronici locum vix non indubitatè interpolatum oſtendant, anonymorum potiùs auctoritate, quorum alter fortaſſe tranſlationi ſynchronus, uterque ſaltem non adeò remotus tempore ab ea vixit, quin vel ex conſtanti domeſticorum traditione cœnobiive monumentis certa litteris commendare quiverit, hîc ſtandum reor, ac præſertim, quòd neuter obiter, ſed ex profeſſo ſummoque conatu ac enucleatè ſingula, quæ ad hanc Tranſlationem faciunt, uterque proſecutus fuerit. Juverit eorum verba hîc repetiiſſe, ut, quàm propè fieri poteſt, hujus tranſlationis epocha ex iis tandem figatur. Ita ſcriptor metricus de Conchenſibus monachis, Ariniſdo cum ſacris* S. Fidis *reliquiis Aginno adventanti occurrentibus, canit:* Cui turba Conchacenſium, Dei laudes ſonantium, pro tanta illi gloria gaudens proceſſit obvia, acceptiſque reliquiis, divinis cum obſequiis, ut dignum erat facere, curârunt has reponere. Tunc in Francorum partibus regnabat Minor Carolus, quem pòſt Franci de ſolio depoſuerunt regio. Facta eſt hæc tranſlatio beatæ Fidis martyris, in die nonodecimò Kalendis Februariis. Hinc apud Conchas agitur hic dies celeberrimus, in quo Chriſto ſit gloria per infinita ſecula. Amen. *Alter verò Tranſlationis ſcriptor de iiſdem monachis agens, in hæc verba*

AUCTORE J. G.

verba loquitur : Cum hymnis letaniarumque canticis rediverunt & beatiſſimæ Chriſti Martyris corpus cum ſumma honorificentia & gloria in templum, ſub titulo ſancti ac ſummi Salvatoris Jeſu Chriſti ſpecialiter dedicatum, intulêre, & cum maxima cautela in loco decentiſſimo ſub diligenti cuſtodia XIX Kal. Februariarum die venerabiliter ſtatuerunt ; eodem quippe tempore Carolo Minore Francorum rege imperante, quem ſuæ ditionis principes, iniquè adverſus eum conjurantes, à ſolio regio dejecerunt, & Ottoni *, Aquitanorum duci, coronam regni impoſuerunt & illum pro eo regnare elegerunt. *Ex quibus conſequitur, ut, cùm anno Chriſti* 885 *ante diem* XIV *Januarii Franci ſe non ſubmiſerint Carolo Craſſo, uti varios ſcriptores apud Bouquetum tom.* 8 *conſulenti pateſcet, tranſlatio hæc eo anno facta non fuerit, neque etiam, uti ex num.* 46 *patet, die* XII *Januarii anni* 888 ; *ut propterea ex horum teſtimonio die* XII *Januarii vel anni Chriſti* 886, *vel* 887 *neceſſariò ſtatuenda ſit.*

*Odoni

B

Sub illud tempus S. Vincentii Aginnenſis M. reliquiæ

51 *Supereſt, ut, quæ hujus tranſlationis occaſione de tranſvectis etiam ad Conchenſe cœnobium S. Vincentii Aginnenſis martyris reliquiis num.* 39 *à Conchenſi chronographo dicta ſunt, nonnihil illuſtremus, ac vel idcirco potiſſimùm, quòd hæc ab Henſchenio noſtro tom.* 2 *Junii ex monumentorum defectu paucioribus perſtricta fuerunt. Quippe cùm in Tranſlationis corporis* S. Fidis *Actis, infrà edendis, nullam de S. Vincentii hujus reliquiis, veluti Conchas eodem tempore delatis, mentionem fieri, Henſchenius cerneret, nec documenta ſatis antiqua, quæ utriuſque corporis tranſlationem eidem tempori innectebant, præ oculis haberet, primò quidem pag.* 165, *col.* 2 *negavit, ejus reliquias ad Conchenſe cœnobium* unà cum S. Fidis pretioſis pignoribus tranſlatas *fuiſſe, ac paulò pòſt, an eæ vel umquam Conchas delatæ fuiſſent, ſubdubitâſſe viſus eſt, moneri de cetero ab eruditis hagiophilis exoptans, ſi aut eò tranſlatas, aut ibidem aſſervatas illas eſſe, alicunde conſtaret. Nihil ego in ſupellectili noſtra litteraria inveni, unde juſto ejus deſiderio factum ſatis ſuiſſe, liqueat ; at, quæ poſt annum* 1698 *typis edita fuerunt Conchenſe Chronicon & Signaldi charta, defectum hunc veatenus ſupplent, ut Vincentii hujus reliquias etiam ante annum Chriſti* 888 *ad Conchenſem eccleſiam tranſvectas fuiſſe, manifeſtum reddant.*

C

Conchas etiam delatæ fuerunt.

52 *Ita enim ille ſcribit :* Carolo Minore, Ludovici (*nempe, uti ex jam dictis conſequens eſt, Germaniæ regis*) filio, (*cui* Craſſo *cognomen fuit*) in regnum Francorum ſublimato, ab urbe Aginnenſi EUM CORPORE BEATI VINCENTII furtim ſublatum eſt corpus glorioſiſſimæ virginis & martyris Fidis ; *in illa verò Signaldi charta* ſancti Vincentii & ſanctæ Fidis martyris reliquias *in Conchenſi eccleſia* requieſcere *& huic ab his nomen inditum eſſe, diſertè etiam traditur ; ut adeò de tranſlatis eò aliquando S. Vincentii reliquiis ambigendum amplius non videatur. At, ſintne hæ* ab Aginnenſi urbe, *ut Chronographus Conchenſis ſcribit, an potiùs, ut Acta Martyrii ejus, ex antiquis eccleſiæ Aginnenſis Lectionibus tom.* 2 *Junii edita, affirmant, ex Pompejaco, Aginnenſis diœceſis loco, Conchas tranſlatæ, atque ita quidem, ut priori loco nulla ſacri corporis relicta pars fuerit, non habeo, quod ediſſeram, uti nec cujus operâ hæc facta fuerit tranſlatio. Credibile eſt, Conchenſes monachos, cùm quavis viâ Sanctorum reliquiis eccleſiam ſuam ditare vellent, uti Ariniſdum ad comparandas ſibi* S. Fidis *reliquias Aginnum direxerunt, ita alium quemdam è ſuis ſeu Aginnum, ſeu potiùs Pompeacum, Aginnenſis pagi locum, miſiſſe, qui pro corpore S. Vincentii levitæ & martyris Valentini in Hiſpania, quod Audaldus, anno* 855 *inventum, ad ſuum uſque Conchenſe cœnobium perducere non potuit, alterius S. Vincentii, Aginnenſis nempe martyris, reliquias ad ſe transferret, quæ res vel eodem vel vicino tempore, quo facta eſt reliquiarum* S. Fidis *tranſlatio, ei tandem ſucceſſerit, uti Conchenſis Chronographus memoriæ tradidit.*

D

§ V. Fruſtra tentata à Conchenſibus totius corporis S. Fidis in novam baſilicam tranſlatio : pars capitis ejus magnificentiſſimè collocata. Peracta tandem corporis in novam baſilicam tranſlatio. An & quando S. Fidis reliquiæ aliquæ in Hiſpaniam tranſlatæ ſint ?

E

In recèns ædificatam baſilicam divinitus nequit transferri

DElato, *ſub annum Chriſti* 886, *uti præcedenti § probare conati ſumus, per Ariniſdum monachum ex Aginnenſi ad Conchenſem eccleſiam* S. Fidis *corpori, non ab incolis modò accoliſque illico, ac dein anniverſario tranſlationis die impendi ſolennis cultus cœpit, ſed & ad venerandas haſce ſacras reliquias ſepiſſime aliàs atque undequáque confluxit piorum hominum multitudo, eaque ſubinde tam ingens, ut monaſterii Conchenſis, licèt jam tum ampliſſimi, ſepta eam minimè caperent, atque adeò confertæ advenarum turbæ & ſibi invicem & monachis moleſtæ acciderent. Quæ cùm cerneret Stephanus, vir egregiæ ſanctitatis, qui, uti Galliæ Chriſtianæ auctæ tom.* 2 *à col.* 255 *videre eſt, Conchenſem abbatiam ſimul & Claromontenſem epiſcopatum ab anno Chriſti* 937 *tenebat, condendæ novæ baſilicæ in eamque inferendi corporis* S. Fidis *Conchenſibus monachis auctor fuit, eo nimirum conſilio, ut* facilior aditus cunctis illuc confluentibus illudque viſentibus aſſiduè pateret, *prout anonymus Tranſlationis ſtilo ſoluto conſcriptæ auctor teſtatur, atque etiam, uti idem innuit, ut hoc pacto ex frequenti turbarum acceſſu tum monaſtica diſciplina, tum Officii divini peragendi ratio eò minus detrimenti caperet. Perſuaſit monachis ſolertiſſimus præſul Stephanus, ac brevi pòſt admota operi diligentiſſima manu,* maximæ pulchritudinis baſilica, *ut idem rurſus anonymus ſcribit,* à fundamento ... conſtructa eſt, in qua ſacræ Virginis corpus tumulationi commendaretur.

F

integrum S. Fidis corpus, cui ſuperſtruitur magnifica theca ;

54 *Jam eccleſia illa ritè juxtà ac magnificè conſecrata erat, delectique ſublimis meriti viri, qui præ ceteris* idonei forent ad ſanctam Chriſti Martyrem à loco ſubmovendam ad eccleſiamque noviter ædificatam cum ſumma humilitate deferendam, *prout conceptis verbis anonymus noſter ſubdit ; jamque illi ſacrum corpus, omni, quâ decebat, religione ſublevatum ibant, eùm illud divinitus* tanto pondere fixum permanſit, ut (*verba rurſus anonymi ſunt*) ad montis cujuſdam

A jusdam modum immobile persisteret. *Ergò verentes delecti bajuli, ne non satis dignè sacrum illud pignus attigissent, jejunia precesque sibi, priusquam alterum conatum faciant, ultrò indicunt, quibus expletis, rem sibi commissam rursus aggrediuntur; at pari, seu irrito eventu. Quapropter acriorem jam diuturnioremque carnis macerationem, ut sibi tertius conatus melius succedat, subire statuunt: at inscrutabili Dei judicio, movere loco rursus conantibus immobile ut prius, sacrum corpus perstitit. Igitur* incœptum suum illicitum & à Dei nutu, *quemadmodùm idem anonymus inquit,* vetitum sibi cognoscentes, juxta prædicti sancti ac summi Salvatoris Jesu Christi altaris latus posterius ex omni rutilantis auri gemmarumque coruscantium pompa mirificæ machinæ thecam fabricari conati sunt, sub qua dignissima Virgo (*cujus corpus in recens exstructam ecclesiam transferre nequierant*) obsigillata feliciter in Christo requievit.

idque factum videtur sub annum 940,

55 *Hactenus jam sæpe laudatus auctor; qui tamen, quoto Stephani II episcopatûs anno hæc facta sint, nusquam sat propè indicat. Si tamen aliunde conjecturam ducere liceat, putem, præsulem illum, qui, teste Gallia Christiana tom.* 2, *col.* 255, *anno Christi* 937 *ad Claromontensem sedem evectus, Conchensem abbatiam sibi antè commissam aut saltem abbatiæ partem numquam dimisisse videtur, ut erat vir, teste Chronographo Conchensi,* egregiæ sanctitatis, *priùs de Conchensis cœnobii, cujus regimen susceperat, utilitatibus, quàm de exterorum commodis sollicitum fuisse, atque adeò tum novæ basilicæ, in quam corpus* S. Fidis *transferretur, tum tentatam hujus in illam translationem sub annum Christi* 940 *statui posse, aut saltem aliquantò priùs, quàm Liziniacense apud Arvernos monasterium inchoaret, quod, uti cit. tomo Galliæ Christianæ auctæ videre est, anno Christi* 945 *contigit. At quid hîc sibi vult paulò antè laudatus chronographus, dum de eodem Stephano in hæc verba scribit:* Hic denique ecclesiam de Roffiaco cum suis pertinentiis & plures alias villas in pago Arvernico beatæ Fidi concessit, atque ejusdem gloriosæ Virginis & Martyris ... (ut fertur) auctor exstitit. Ubi quoque partem ipsius capitis venerabiliter reposuit, multaque alia beneficia, ut legitur, monasterio suo contulit?

C *quo fortè tempore constructa fuerit jussu Stephani II aurea statua,*

56 *Conjicit Edmundus Martene ejusve socius Ursinus Durand tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1389, *lacunam, quæ post* TO martyris *est, voce* translationis *aut huic affini nomine explendam esse; at id mihi quidem non admodùm placet, cùm* gloriosa, *ut Chronographus loquitur,* Virgo & Martyr, *sub Stephano II re ipsa, uti vidimus, in recens exstructam basilicam translata non fuerit, ut proinde is translationis* S. Fidis *auctor fuisse, credi vulgo Chronographi ætate non potuerit, nisi fortè hic scriptor suis hisce verbis aliud nihil indicatum voluerit, quàm quòd Stephano hortatore tentata, non verò peracta corporis* S. Fidis *translatio fuerit. Verùm, quæ lacunam subsequuntur verba hæc:* Ubi quoque partem ipsius capitis (*S. Fidis*) venerabiliter reposuit, *potiùs indicare videntur, Stephanum ejusmodi rei, ubi partem capitis* S. Fidis *venerabiliter reponeret, puta statuæ seu iconis pretiosæ, quàm quidem translationis corporis* S. Fidis, *auctorem creditum fuisse. Utut hæc sint, certè non video, cui rectiùs, quàm Stephano II, attribui possit veneranda nonnullis* S. Fidis *pignoribus statua, quæ ante peractam ab Odolrico, Conchensi abbate, corporis translationem infrà recensendam, imò jam tum anno* 1010, *quo* AUCTORE J. G. *circiter tempore Bernardus, Andegavensis scholæ magister, librum Miraculorum* S. Fidis *conscribere cœpit, solenni supplicantium agmine deferri aliquando solebat.*

in qua ipse partem capitis S. Fidis honorificentissimè reposuerit.

57 *Etenim cùm tentatam sub Stephano II corporis* S. Fidis *translationem nulla, ex quo illud Conchas delatum erat, præcessisse, aut ad usque medium circiter seculum* XI *nulla subsecuta fuisse, seu integri corporis seu partis ejus, translatio memoretur, consequens fit, ut, quæ vel ante annum* 1010 *in auream* S. Fidis *statuam illata erant nonnulla ejus pignora, non alio tempore, quàm quo sub Stephano II integrum corpus in novam ecclesiam deferre Conchenses frustra conati sunt, in eamdem illam capsam translata fuerint. Cui quidem opinioni omninò suffragantur Conchensis chronographi verba, quibus Stephanum II partem capitis* S. Fidis *venerabiliter alicubi reposuisse scribit. Voluerit nimirum antistes ille, monachisque suis persuaserit, ut, cùm a latere altaris S. Salvatoris dimoveri integrum* S. Fidis *corpus non potuisset, splendidissimam illic ipsi thecam exstrui curarent, ipse verò in se conficiendæ pretiosissimæ ejus statuæ curam susceperit, in quam ad excitandam augendamque populorum pietatem, annuente Numine, capitis* S. Fidis *partem aliquam inseruit. At, inquies, in Carnutensi Ms. codice Miraculorum* S. Fidis, *ubi de miraculis ejus, in Arvernica processione factis, sermo est, hæc verba leguntur:* Imago sanctæ Fidis & capsa aurea, quam fertur donavisse Carolus Magnus. *Respondeo, uti jam antè num.* 47, *hæc neque in nostro apographo Ms. antiqui reginæ Sueciæ, neque in eo veteri, quo Labbeus usus est, uspiam reperiri, & utut utrobique reperirentur, potiorem utrique anonymo Translationis auctori atque item Conchensi Chronographo, celebrem* S. Fidis *ad Conchense cœnobium translationem sub Carolo aliquo ex Caroli Magni posteris asseveranter statuentibus, habendam esse fidem, quàm vulgi seculo* XI *incerto rumori, quo Conchensis aurea* S. Fidis *capsa vel imago liberalitati Caroli Magni perperam adscribitur.*

Peracta tandem corporis S. Fidis translatio

58 *Venio nunc ad corporis* S. Fidis *translationem, uno ferè seculo post tentatam sub Stephano II, tandem feliciter sub Odolrico II Conchensi abbate peractam, de qua ne ipse quidem Translationis stilo soluto conscriptæ auctor anonymus, utpote eâ antiquior, nihil in sua lucubratione meminisse potuit. Ejus igitur loco Chronographum Conchensem, plùs semel antè memoratum, hîc loquentem audiamus: ita ipse cit. tomo* 3 *Anecdotorum col.* 1390: Odolricus (*nempe II hujus nominis Conchensis abbas*) virtute ac moribus ornatus.... Conchense monasterium nobiliter rexit, basilicam ex maxima parte consummavit, honoresque plures circumquæsivit, augmentavit, corpus beatæ Fidis de veteri ecclesia in novam basilicam transtulit. *Hactenus ille, at non satis enucleatè, ut ex his ejus verbis translationis epocham sat propè definias. Pauca igitur ad illa observemus. Odolricum II sub Henrico Francorum rege, qui Roberto patri suo anno Christi* 1031 *successit & usque ad annum* 1060 *Gallis præfuit, Conchense monasterium administrâsse, eodemque rege adhuc vivente, translationem illam peregisse, alibi binis locis insinuat laudatus chronographus, ut proin seriùs, quàm anno* 1060, *hæc statui translatio non possit; cúmque non priùs, quàm anno* 1031 *Henricus Gallorum rex creatus fuerit, eodemque circiter tempore Odolricus, quem anno circiter*

E

F

AUCTORE J. G.

1035 *Gallia Chriſtiana aucta tom.* 1, *col.* 242 *ſediſſe ſcribit, Conchenſis cœnobii regimen adierit, conſectarium ſit, ut nec priùs, quam anno* 1031 *tranſlatio illa contigerit, ſitque adeò illa medio iſto tempore procul dubio ſtatuenda, ac fortaſſis ſeculari anno, quo ſub Stephano II incaſſum tentata fuerat.*

in novam baſilicam, cujus qualiſcúmque deſcriptio datur.

59 *Cetcrùm an per* novam baſilicam, *in quam Odolricus* S. Fidis *corpus tranſtuliſſe narratur, ea intelligenda ſit, cujus Stephanus II exſtructionem curavit; an verò Odolricus etiam novam exſtruxerit,* (*nam, teſte Carnutenſi codice Miraculorum* S. Fidis, deforis tectorum dimenſione *Conchenſis* baſilica triformis *erat*) *non mihi ſuppetunt teſtimonia, quibus alterutrum certò definiam. Mirum tamen non foret, ſi & Odolricus non modò baſilicam integram ex maxima parte conſummâſſet, ſed unam quoque ex tribus ejus partibus à fundamentis erexiſſet, utpote his vivens temporibus, quibus, ſeu occaſione miraculorum frequentium* S. Fidis, *ſeu ſingulari tum nobilium, tum plebeiorum, in ſanctam Martyrem pietate non poterat non opibus affluere Conchacenſis eccleſia, uti ex diplomatis donationum quàm plu-*
B *rimis tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ à col.* 240 *recenſitis & vel ex Odolrici ſucceſſore patet, qui, eodem Chronographo teſte, ſat opum habuit, ut cœnobii* clauſtrum conſtrueret, multas reliquias in auro poneret, textus Euangeliorum fieri faceret, & multa bona monaſterio faceret. *Verúmtamen, uti ſuprà dixi, neque ex Chronographi verbis, neque aliunde indubium ſit, reipſa ædificatam de novo ab Odolrico fuiſſe eam eccleſiæ Conchenſis partem, in quam beatæ* Fidis *corpus tranſtuliſſe narratur. Habe modò Conchenſis eccleſiæ, qualis ætate ſcriptoris codicis Carnutenſis ſuprà citati erat, deſumptam ex Annalibus Benedictinis tom.* 4, *pag.* 215 *qualemcúmque deſcriptionem:* Eſt deforis, *inquit*, tectorum dimenſione baſilica triformis, quæ interiùs propter mutuam tranſeundi amplitudinem in unum corpus coït eccleſiæ. . . . Dextrum latus ſancti Petri Apoſtoli, læva ſanctæ Mariæ; medietas autem ſancti Salvatoris titulo dedicata eſt. Verùm quia eadem medietas pſallendi aſſiduitate frequentata habetur, illuc ex proprio loco ſanctæ Martyris (*Fidis*) pretioſa tranſlata ſunt pignora, *nimirùm vel ſub Odolrico II, Conchenſi abbate, ſi de integro*
C S. Fidis *corpore hîc ſermo eſt; vel potiùs ſub Stephano II, ſi hîc per* pretioſa S. Fidis pignora, *nîl aliud, quàm ejus capitis parte ditatam ſtatuam indicare ille ſcriptor voluit, uti omninò indicare voluiſſe cenſendus eſt, ſi Bernardus, Andegavenſis ſcholæ magiſter, re vera hæc ſcripſerit.*

S. Fidis reliquiæ aliquæ in Hiſpaniam, non ſeculo VIII,

60 *Reliquum eſt, ut, quæ de tranſlato ex Gallia in Hiſpaniam* S. Fidis *corpore Hiſpani quidam ſcriptores adſtruunt, in examen pariter vocemus, atque ita prolixo de ſanctæ Martyris tranſlationibus argumento finem imponamus. Ac primò quidem Bivarius, pſeudo-Dextri interpres, ad annum Chriſti* 300, *pag.* 317 *de* S. Fide *agens, ea tradit, aſſeveratque, ex quibus incautus quilibet, vetera ab eo monumenta laudari audiens, ſibi facilè in animum inducat, labente ſeculo* VIII, *ac multò antequam ad Conchenſem eccleſiam Sanctæ corpus deferretur, illud ex Galliis in monaſterium S. Cucuphatis de Valle in Cathalonia adductum fuiſſe, ibique ab eo tempore honorificè fuiſſe conditum; ita enim citato loco ſcribit:* Ad Hiſpanias adductum ſacrum (*S. Fidis*) corpus, in monaſterio S. Cucuphatis principatûs Cathaloniæ honorificè conditum eſt, ut ex VETERIBUS MONUMENTIS tradit Yepius in D
Chron. Benedictinis AD ANNUM DCCLXXVIII. *Verum enimverò, ſi jactata à Bivario vetera monumenta apud Yepezium ipſum ad annum Chriſti* 778 *quæras, unum ibi laudari invenies Antonii Vincentii Domenecci, ineuntis ſeculi* XVII *ſcriptoris, Opus, qui tametſi ad diem* VI *Octobris fol.* 96 *verſo* S. Fidis *elogium ex Beda, Uſuardo, Adone, S. Antonino, aliiſque gravibus auctoribus, uti & ex Lectionario Ms. valdè antiquo cœnobii S. Cucuphatis ſe concinnâſſe dicat, nuſquam tamen pro Hiſpanica illa tranſlatione, tamquam jam tum ſeculo* VIII, *ut Bivarius inſinuat, peracta, vel unum producit teſtem, ac ne ſeculum quidem, quo illa contigiſſet tranſlatio, utcúmque deſignavit; ut proinde confutando Bivarii aſſerto non veteribus, contrà ac ſibi is blanditur, monumentis nixo, immorari longiùs neceſſe non ſit, cùm, uti evidens eſt, monumentorum reipſa veterum defectu illud ex ſe planè corruat.*

nec ſat diu poſt, uti ex Ms. Catalog abbatum S. Cucuphatis

61 *At, ſciſcitaberis, an non ſaltem aliquando, licèt multò ſeriùs, quàm ſeculo* VIII, *in illud S. Cucuphatis monaſterium tranſlatæ fuerint* S. Fidis *reliquiæ, quemadmodùm ex Hymno ad Laudes, qui in Ms. illius monaſterii Breviario, à Tamayo ad hunc diem pag.* 427 *aliiſque laudato, exſtat, manifeſtè his verbis aſſeritur:* Nunc cantemus ſolemnius humiliter Officium, cujus ſacrata pignora veraciter cuſtodimus? *Reſpondeo, cùm ad calcem apographi Actorum* S. Fidis, *quod ex Ms. codice S. Cucuphatis habemus, nullam de tranſlato illuc ſanctæ Martyris corpore* E *mentionem adjectam viderem, nec, adhibitâ quantâlibet diligentiâ, in excuſis codicibus tranſlationis illius epocham ceteraque adjuncta memorari cernerem, me vehementer primùm dubitâſſe, an ſanctæ Virginis noſtræ, & non potiùs homonymæ martyris, lipſana in Hiſpaniam ad S. Cucuphatis cœnobium tranſlata unquam fuiſſent, eóque etiam vehementiùs ambigendum de eo cenſebam, quòd veriſimile non eſſet, Conchenſes incolas tam liberales in exteros exſtitiſſe, ut corpus* S. Fidis, *cui ſua eccleſia omnem ſplendorem debebat, ad Hiſpanos tranſmitterent. Erat proinde, cur certa fides adjungenda non videretur conſtanti, quam Tamayus ſine documentis adſtruit, traditioni Hiſpanicæ, quâ* S. Fidis *noſtræ corpus in S. Cucuphatis eccleſia adſervari fertur. Verùm, cùm tandem incidiſſem in Catalogum Ms. abbatum* F *monaſterii S. Cucuphatis Vallenſis, quem ad nos tranſmiſit R. D. Joannes Baptiſta de Caſtelarnau, S. Cucuphatis monachus & vicarius generalis, atque in ejus Prologo inter Sanctorum corpora, quæ in hoc monaſterio ſervantur, illud* S. Fidis *etiam annumeratum invenirem, pervoluto integro illo Catalogo alioque prolixo ejus Ms., quo varia ad cœnobium illud ſpectantia recenſentur, habui tandem, unde de tranſlatis in Hiſpaniam* S. Fidis *reliquiis aliquid ſtatuere poſſem.*

alioque tranſmiſſo ex Hiſpania Ms. probatur,

62 *Ac primò quidem ex publico inſtrumento, anno Domini* 1256 *Pridie Kal. Julii tempore Petri de Turricella abbatis confecto, quod laudatus D. de Caſtelarnau in prolixo illo Ms. fol.* 8 *exhibet, & in quo Sanctorum, qui nominetenus noti erant, aſſervata illic corpora enumerantur, ſat manifeſtè conficitur, eo ſaltem tempore nondum ad S. Cucuphatis monaſterium* S. Fidis *lipſana tranſlata fuiſſe, quandoquidem nulla de iis mentio in illo inſtrumento ſit, cùm tamen Sanctorum, eâ minùs inſignium, nomina illic recenſeantur; ut adeò, quod Domeneccus laudat* valdè antiquum

Le-

A Lectionarium *S. Cucuphatis, quo* S. Fidis *Hiſpanica tranſlatio ſtabiliretur, anno Chriſti* 1256 *recentius eſſe, omninò dicendum ſit, nec ex eo contra epocham tranſlationum Conchenſium, de quibus antea actum à nobis eſt, quidquam ſolidi opponi queat. Quo igitur tempore, inquies, in Hiſpaniam* S. Fidis *pignora delata fuerunt? Ad hoc pro reſponſo ſit, teſte laudato D. de Caſtelarnau, qui in Abbatum S. Cucuphatis Catalogo ſui cœnobii Manuale aliave monumenta tum hìc, tum alibi paſſim citat, tranſlationem lipſanorum* S. Fidis *ad illud S. Cucuphatis monaſterium peractam fuiſſe ſub Petro de Buſqueto, qui, cùm antè cœnobii Prior & ſacriſta major fuiſſet, abbas electus eſt anno* 1351, *uti ex fol.* 112 *laudati Manualis conſtare, idem Caſtelarnaus ſcribit. Juverit, quæ ad abbatem hunc, factamque ſub eo tranſlationem* S. Fidis, *ac erectum in hujus honorem à cœnobii præpoſito beneficium attinent, propria ejus verba huc tranſcripſiſſe.*

ſed ſeculo ſantiùm XIV

63 *Ita habent:* Petrus de Buſqueto, gratiâ divinâ abbas (*hunc Caſtelarnaus quadrageſimum quartum ponit*) electus anno 1351, fuit monachus, Prior & ſacriſta major; conſtat in Manuali 1356, fol. 112, & à pueritia optimè inſtructus, ita ut Decretorum doctor decoratus extitit, & conſtitutiones provinciales totius Religionis (*Benedictinæ*) pulchrè recompilavit ac in ordinem redegit; videnſque Sarracenos ſæpe hàc vel illàc inſurgere, & in multis Cathaloniæ partibus in pluribuſque locis, villis, eccleſiis & in monaſteriis ingentem perditionem & vaſtationem eſſe, ideò monaſterium de bonis ipſius circuire & munire curavit. Hic ſemper ad commodum & magnificentiam (cœnobii *ſupplendum puto*) pecuniis uſus fuit, totum enim caſtrum del Vendrel cum juriſdictione & etiam juriſdictione villæ Sti Cucuphatis à domno Petro, rege Aragonum, emit, ſcriniumque ſcripturarum monaſterii ex ſuis ſumptibus conſtruxit. Hoc tempore, videlicet circa annum 1365 fuit tranſlatum corpus S. Fidei in hoc monaſterium, conceſſum ab Urbano V Pontifice Romano, ubi in pace requieſcit: ſub cujus invocatione Bernardus de Valenca, monachus & tunc præpoſitus major, beneficium de bonis ipſius præpoſituræ inſtituit, deinde vitam finivit VIII Februarii anno 1381. *Hactenus ille, qui non de alterius, quàm de noſtræ* S. Fidis *corpore ſe agere, ſatis in Prologo indicat, dum eam* in civitate Agen VI Octobris circa annum CCC paſſam *ſcribit.*

B

C

dono Urbani PP. V tranſmiſſa fuerunt.

64 *Verùm, tametſi hæc ſeu ex Manuali cœnobii, ſeu ex aliis ejuſdem abbatiæ authenticis documentis hauſerit Caſtelarnaus, atque adeò inſignia* S. Fidis *lipſana ad S. Cucuphatis cœnobium dono Urbani PP. V tranſmiſſa fuiſſe, fidem faciat; tamen vix mihi inducere in animum poſſum, Pontificem illum integrum ſanctæ Martyris corpus à Conchenſibus impetrâſſe, ut illud Hiſpanis donaret. Neque vox* corpus, *quâ iſte utitur, id omninò perſuadet, cùm aliàs ſæpiſſime ſub hoc nomine veniant inſignes Sanctorum reliquiæ, quæ totum hominis corpus nequaquam conſtituunt. Et ſanè non poſſe aſcetas S. Cucuphatis meritò gloriari de tranſlato ad ſe verè integro* S. Fidis *corpore, vel ex eo etiam oſtenditur, quòd, teſte Monaſtico Anglicano tom.* 1, *pag.* 6, *in Glaſtonienſi eccleſia antiquitus os unum* S. Fidis *honorificè aſſervatum fuerit, unà cum aliarum inſignium virginum lipſanis, uti curioſus lector videre illic poteſt. Ceterùm, qua occaſione quove modo Urbanus V à Conchenſibus monachis, quibus etiam diu ante Pontificatum, utpote in vicino comitatu Gabalitano ac tredecim dumtaxat leucis Gallicis à Conchis diſſito ortus, ejuſdemque Ordinis antea abbas, apprimè notus charuſque eſſe potuit, ſacra* S. Fidis *lipſana ſaltem ex parte impetrârit, uti & quam ob cauſam inſigne S. Cucuphatis in Cathalonia monaſterium iis nobilitare voluerit, nulla, quæ mihi quidem præluxêre, ſat probatæ fidei documenta tradunt. Fortaſſis hic Pontifex, cùm Petrum de Aragonia, Jacobi II regis filium, brachium S. Ludovici, epiſcopi Toloſani, quo hic Cathaloniam ditare velle videbatur, Montiſpeſſulanis, teſte Waddingo ad annum* 1366, *reſtituere juſſiſſet, loco præfati pignoris ſacris* S. Fidis *reliquiis Cathaloniam illuſtrare voluerit, quibus laudati Petri animum ſibi conciliaret, eumque devinciret in perpetuum. Sed hæc intra conjecturæ limites conſiſtant. Erit fortè, & ut fit, vehementer exopto, qui Hiſpanicæ huic* S. Fidis *tranſlationi majorem afferat lucem, quique ſua ſponte, cùm nobis hiſce temporibus per litteras, ſeu ad Cathaloniam, ſeu ad Rhutenos, facilis non ſit aditus, benignè nos de ea edoceat, quæ in S. Capraſii Commentario ad diem* XX *Octobris, ſi Superis placet, opportuno inſeri loco queant, atque ita, ſi qua minùs rectè à nobis hìc dicta eſſent, accuratè emendentur.*

AUCTORE J. G.

D

E

§ VI. Celebritas cultûs S. Fidis in Aginnenſi, & præſertim in Conchenſi eccleſia: erectæ ejus nomini variæ ædes ſacræ in Galliis, & una inſignis, tum in Aragonia, tum in Anglia.

Inſignis S. Fidis cultus in Aginnenſi eccleſia

EX *iis, quæ à num.* 32 *de elevatione ſeu prima corporis* S. Fidis *per S. Dulcidium facta tranſlatione, ac de aliis dein tranſlationibus diſſeruimus, tam manifeſtè unicuique patere arbitror exhibitæ ei tum Aginni, tum in Conchenſi cœnobio eccleſiaſticæ venerationis antiquitatem, ut aliis hanc argumentis confirmare minimè neceſſe ſit. Quapropter, ut, quæ ad ſanctæ Martyris noſtræ cultum attinent, proſequamur, præter dicenda in ipſis, quæ edituri ſumus, Actis, ea dumtaxat hoc § referam, quæ ad ejuſdem Eccleſiaſticæ venerationis celebritatem faciant, quæque hanc per Chriſtianum orbem latiſſimè propagatam fuiſſe, luculenter oſtendant. Ac primò quidem non modò, cùm Aginni adhuc ſervaretur* S. Fidis *corpus, celeberrimus illic ſanctæ Martyri delatus eſt cultus; ſed etiam, avecto inde anno, uti oſtendimus,* 886 *vel* 887 *hoc ſacro theſauro, inchoata à S. Dulcidii temporibus Eccleſiaſtica ejus veneratio minimè intermiſſa eſt, uti ex eccleſia antiqua, quæ ejuſdem Virginis Martyriſque nomen ſemper ſervavit, atque ex Officio ejus Eccleſiaſtico, quod, teſte Simone de Peyronet pag.* 478 *Catalogi Sanctorum, Toloſæ anno* 1706 *editi, ſub ritu duplici quotannis celebrari aſſolet, omninò manifeſtum evadit. Exſtat & in Aginnenſi diœceſi vicus, Duranio amni adjacens, cui in honorem Virginis noſtræ inditum* S. Fidis *nomen jam pridem fuit, eſtque itidem ex duodecim, in*

F

AUCTORE J. G.

quos diœceſis illa dividitur, archipresbyteratibus unus, prout tom. 2 Galliæ Chriſtianæ auctæ col. 894 aſſeritur.

& in Conchenſi, Apoſtolicis

66 *Venio nunc ad celeberrimi ejuſdem Martyris cultûs incrementum, Apoſtolicis Paſchalis II litteris firmatum, quibus hic Pontifex Conchenſibus indulget, ut jejunio ſolemni vigilia* S. Fidis *celebretur, ut in ordine Miſſæ, ſeu Canone, ipſius Martyris nomen inter alias virgines habeatur, atque pro reverentia ejuſdem Sanctæ abbas Conchenſis ad electionem epiſcopi Rhutenenſis ſemper advocetur. Bullam ipſam Pontificiam, quam ex ſchedis Colbertinis editam habes tom. 1 Anecdotorum Martenei & Durandi col. 337 & ſeq., integram huc tranſcribere viſum eſt. Ita habet:* Paſchalis epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio Begoni, monaſterii beatæ Fidis Conchenſis abbati, ejuſdem loci fratribus omnibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licèt Eccleſiaſticorum Officiorum tenor in Eccleſiaſticis libris legitimo habeatur ordine conſti-

* *lege* immò

tutus; nihil tamen religioni (obeſſe) nimiò * prodeſſe plurimùm credimus, ſi quis eiſdem Officiis rationabiliter obſervantiæ quidquam & devotionis adjecerit. Samaritanus etenim noſter, cùm duos denarios ſtabulario ad infirmi curam protulit, ait: "Si quid ſupererogaveris, ego, cùm „rediero, reddam tibi.„

B

Paſchalis II PP. litteris

67 In Rhutenico igitur pago, præſertim apud Conchenſe veſtrum monaſterium, ubi beatæ Fidis corpus requieſcere creditur, ante ſecundum Nonas Octobris, quibus eadem Virgo martyrium conſummâſſe legitur, ſicut ex more vos devotiſſimè agere audivimus vigilias, & ſolemne jejunium celebrari annuimus & decreti præſentis auctoritate firmamus: ubi enim beati martyres corporali præſentia requieſcunt, dignum profectò eſt, & Eccleſiaſtica conſuetudine confirmatum, ut celebrioribus Officiis honorentur. Unde etiam concedimus, ut in Ordine Miſſæ inter alias virgines ejuſdem ſanctæ Virginis ac Martyris memoria ex nomine celebretur, Paſſionem quoque ſeu miracula, quæ de eadem ſancta Virgine à Catholicis viris ſcripta creduntur, in eccleſia pro ejuſdem reverentia Virginis adprobamus; ſiquidem ipſius glorioſæ Virginis ac Martyris natalitia, tam in noſtra ſacro-ſancta

C

Romana Eccleſia, quàm in aliis mundi partibus ad honorem Dei & communem ſalutem, cum magna optamus devotione & reverentia celebrari.

firmatus & ampliatus,

68 Ad devotionem quoque ſupradictæ Martyris & monaſterii Conchenſis honorem adjicimus, ut ad Rhutenenſis epiſcopi electionem Conchenſis abbas ſemper debeat advocari: quia & in urbe ipſa electio ſolet citra ordinem plerúmque præſumi, & Conchenſis locus adeò habetur proximus urbi, & tanta perſona cenſetur abbatis, ut præcipuè tanto eccleſiæ negotio debeat intereſſe. Cetera monaſterii veſtri negotia, tamquam ad nos ſpecialiùs pertinentia, legatis noſtris, ſive qui nunc ſunt, ſive qui pòſt futuri ſunt in Galliis, ſollicitiùs definienda mandamus. Veſtrum enim cœnobium & omnia ad idem pertinentia, quieta, libera & integra cum ſuis ſemper volumus privilegiis permanere. Omnipotens Deus ſuâ vos gratiâ benedicat, & per ſanctæ converſationis inſtantiam ad vitam æternam perducat. Amen. Datum Laterani, nono Calendas Januarii. *Hactenus Bulla Pontificia Paſchalis II, ad quam nonnulla obſervâſſe juverit. Apud laudatos Marteneum & Durandum notæ chronicæ, ex quibus hujus Pontificii diplomatis annum ſtatim definias, omninò deſiderantur; eſt tamen aliunde, unde ſat propè is ſtatui poſſit. Etenim cùm hanc à Paſchale PP. II obtinuerit Bego, Conchenſis abbas, qui ultra annum Chriſti 1107, uti ex ejus ſucceſſore Bonifacio, tom. 1 Galliæ Chriſtianæ auctæ col. 245 ad eumdem annum memorato, eruitur, vitam non protraxit, conſectarium fit, ut medio tempore inter hunc interque annum 1099, qui Pontificatûs Paſchalis primus fuit, hæc Bulla Conchenſibus conceſſa fuerit, deindeque ab ipſis unà cum Apoſtolorum inſignioramque Sanctorum nominibus illud* S. Fidis *in Miſſæ Canone legitimè recitatum ſit, quod ſanè, etiamſi cetera abeſſent, eximii cultus certiſſimum documentum eſt.*

D

uti & Innocentii PP. IV

69 *Sed quoniam nunc ad ſanctæ Martyris cultum, Pontificia auctoritate confirmatum, nec vulgari modo ampliatum, devenimus, lubet & illud Pontificium diploma hic recitare, quo Innocentius Papa IV in honorem* S. Fidis *Conchenſis eccleſiæ abbati Umberto ejuſque ſucceſſoribus mitræ & annuli uſum anno 1245 conceſſit. Ita illud habet tom. 1 Galliæ Chriſtianæ auctæ inter inſtrumenta eccleſiæ Rhutenenſis pag. 55:* Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Umberto, abbati ſanctæ Fidis de Conchis, Ordinis S. Benedicti, Ruthenenſis diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ante tribunal omnipotentis Judicis & æterni, ac per hoc omnibus metuendi, Sanctorum adjuvari precibus & patrociniis confidentes, ipſis nimirum placere depoſcimus, eorum benevolentiam mo-

E

dullitus flagitamus, utque favorem valeamus ipſorum merito promereri, locorum miniſtris, quæ illis adſcripta ſunt titulis, ex collata nobis cælitus poteſtate libenter gratias impertimur, alios privilegiis muniendo, alios honoribus ampliando & terminis, alios etiam inſigniis decorando, prout Sancti alicujus & loci eo præditi excellentiæ nobis exigentia innoteſcit. Hinc eſt, quòd, expoſitis nobis beatæ Fidis virginis & martyris, cujus præes monaſterio, meritis glorioſis, quæ adeò virtute fidei dicitur claruiſſe, adeò fidem ſuam tenuiſſe conſtanter, numquam à Domino mutans eam, quòd pro amore ipſius, flore virginitatis ſervato, in quem credidit, quem dilexit, aſſata & fecta totum corpus ſuum ſanguine proprio rubricavit. Unde, ut piè credendum eſt, ab ipſius fidei eſt agnominata vocabulo & FIDES proinde nuncupata.

F

Pontificio diplomate, exponitur.

70 Nos ob ipſius reverentiam ex conſortio nominis occaſionem trahentes, ad compendium pietatis, præfatum ejus monaſterium mitrâ & annulo, quæ ſunt inſignia fidei, miſtica ratione duximus decorandum. Sicut mitra nempe caput geſtantis exornat, ſic utique fides mentem, quæ, dum per dilectionem, juxta verbum Apoſtoli, operatur, quaſi duobus cornibus, Dei ſcilicet dilectione ac proximi, ventilat inimicum. Annulus etiam fidei eſt ſignaculum, quo fidelis anima Domino deſponſatur, qui ex auro conſtat & gemmâ & digitum illum ambit, ex quo vena dicitur ad cor mitti; in quo notari videtur, quòd fides, cùm cor fidelis ambit & ornat, ipſum & actione ſtrenuum & ſapientiâ efficit eruditum. In ambitu quoque digiti diſcretio commendatur, qui etiam ſua rotunditate deſignat, ut cuncta, quæ agit, ad æternam beatitudinem referat obtinendam. His igitur inſigniis pretioſis tibi & tuis ſucceſſoribus utendi perpetuò, ob devotionem dictæ Virginis, concedimus poteſtatem. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam

A nam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni VI Nonas Octobris, Pontificatûs noſtri anno tertio, *atque adeò, anno Chriſti* 1245, *& paulò antè, quàm Innocentius Lugduno, ubi concilium celebraverat, Cluniacum contendit, prout apud Franciſcum Pagi tom.* 3 *Breviarii Pontificum Romanorum pag.* 301 *&* 309 *videre eſt.*

Præter varias donationes in ejus honorem, eccleſiarumque erectiones in Galliis

71 *Atque hæc de* S. Fidis *apud Conchenſes cultu, Apoſtolica auctoritate ſtabilito atque non mediocriter ampliato, dicta ſufficiant. Ad alia nunc procedo venerationis, ſanctæ Martyri in Galliis paſſim exhibitæ, inſignia documenta, quæ, ne ſingula illuſtrando infinitus ſim, paucis dumtaxat indicabo. Præter donationes in* S. Fidis *honorem à Sigualdo anno Chriſti* 888, *à Stephano Arvernenſi epiſcopo ſimul & Conchenſi abbate aliiſque deindè factas, de quibus jam antè egimus, præterque alias multas bonorum eccleſiarumque peractas conceſſiones, quæ tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ auctæ à col.* 240, *inque Inſtrumentis Rhutenenſis eccleſiæ, & tom.* 2 *Hiſtoriæ Domus Arvernicæ, à Baluzio conſcriptæ, pagg.* 36, 37, 483, 484 *aliiſque locis, ac tom.* 2 *Hiſtoriæ Occitaniæ inter Inſtrumenta coll.* 6, 21, 112, 160, 161, 217 *& alibi memorantur, & ex quibus, quanta omnium ordinum hominibus inſederit in* S. Fidem *religio veneratioque, facilè colligas; præter hæc, inquam, omnia, non paucæ in ejus honorem, ſeu ante ſeculum* XI *ſeu deinceps, erectæ eccleſiæ in Galliis fuerunt; quas qui noſcere exoptat, laudato tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ auctæ à col.* 241, *& tom.* 2 *Ann. Bened. pag.* 401, *num.* 2 *ſub finem de nomine deſignatas reperiet non in Rhutenenſi dumtaxat, ſed & in Agathenſi in Occitania, in Meldenſi, quæ Pagi Brigenſis eſt, in Narbonenſi, in Toloſana, aliiſque diœceſibus, quibus ex tom.* 3 *Monaſtici Anglicani pag.* 111 *nominatim ſubdo, quam & Valeſius in Notitia Galliarum* Veterem *vocat, eccleſiam* S. Fidis *de Longavilla in Normannia, cui poſtea Walterus Giffard, comes Buckinghamiæ, quàmplurima bona conceſſit, uti ex edito iſtic diplomate abundè liquet. Atque hæc pro* S. Fidis *cultûs longè latéque per Gallias egregiè diffuſi ſpecimine qualicúmque ſufficiant.*

B

C

una inſignis, quæ in Aragonia

72 *Nec illa in* S. Fidem *religio magnatumque in erigendis ejus nomini eccleſiis ardor ſe Galliæ finibus continuit, quandoquidem, ut minùs illuſtria prætermittam, jam tum anno Chriſti* 1101 *à Petro Sancii, Aragonenſium rege, in Barbaſtro, ſui regni oppido, fundatum in* S. Fidis *honorem monaſterium fuit, quo rex ille de victoria contra Mauros, ſibi à Deo conceſſa, debitas gratias referret, ac* per meritum ipſius glorioſæ Virginis (*S. Fidis*) regnum ſuum ſalvum & incolume conſervaretur, *ipſeque hoſtes ſuos debellare etiam deinceps poſſet. Diploma, ex quo hæc liquidò conſtant, ne longior ſim, integrum non deſcribam; at ea dumtaxat hujus verba, quæ ad rem noſtram potiſſimùm faciunt. Ita tom.* 1 *Galliæ Chriſt. auctæ inter Inſtrumenta eccleſiæ Rhutenenſis pag.* 54, *col.* 2 *ſe illius exordium habet:* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, hoc eſt teſtamentum firmum & ratum, quod facio ego Petrus Sancii, Dei gratiâ rex Aragonenſium & Pampilonenſium, de conſtituenda & ordinanda eccleſia S. Fidis, glorioſæ virginis, apud civitatem Barbaſtrum, cum affirmatione & auctoritate domini Pontii ipſius ſedis venerabilis epiſcopi & clericorum ſuorum immenſis miſerationibus. Deo multiplices gratiarum debemus actiones, qui noſtris temporibus, collatâ cælitus victoriâ, dedit nobis facultatem adjutandi ſuam ſanctam Eccleſiam, ac de terris, diu à Mauris detentis, nonnulla Religioſorum noſtrorum dotare loca & monaſteria. Unde inter cetera notum ſit tam præſentibus, quàm futuris Dei fidelibus, me, antequam Barbaſtrum civitas ſanctæ Chriſtianitati reſtitueretur, dediſſe ſancto Salvatori & ſanctæ Fidi de Conchis, atque Begoni, venerabili abbati, ejuſdemque loci monachis unam mechitam, meliorem ſcilicet, (*id eſt, unum è præſtantioribus templis Mahumetanorum, quæ Hiſpanicè* Meſquitas, *& Gallicè* Moſquées *vocantur*) quæ eſſet in Barbaſtro, excepto de ſede epiſcopali, ad conſtruendum ibi monaſterium. . . .

AUCTORE J. G.

facta eſt, recenſetur,

73 *Et poſt nonnulla ſic pergit rex:* Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo primo captâ Barbaſtro, . . . cum conſilio & affirmatione domini Pontii . . . monaſterialem eccleſiam S. Fidis poſt multas examinationes taliter pacificè ordinavimus, ut videlicet de propriis terris meis & vineis . . . eccleſiæ S. Fidis decimæ & primitiæ integerrimè perſolvantur. . . . Præterea damus ſanctæ Fidi, glorioſæ virgini, molendinos cum aquæductu ſuo; & hortos ad ipſam portam cum balneis & furno, quæ fuerant de ipſa mechita. Concedimus etiam cum aſſenſu & favore prædicti epiſcopi & clericorum ſuorum eccleſiam de Allinces cum omnibus eccleſiaſticis rebus ad ſe jure pertinentibus. Hæc omnia ſuprà ſcripta Domino Deo & ſanctæ Fidi laudando & confirmando, ut ipſe Deus ac Dominus Jeſus Chriſtus per meritum ipſius glorioſæ Virginis regnum noſtrum ſalvum & incolume conſervet, & ad honorem & gloriam nominis ſui, inimicos pacis deſtruendo, amplificet: ſicque nos & omnem progeniem noſtram tranſire per bona temporalia ſibi ſerviendo faciat, ut poſt iſtius vitæ decurſum ad æternam gloriam perducat. Quòd ſi etiam Deus dederit nobis, ſeu poſteritati noſtræ Ylerdam ac Cæſarauguſtam; donamus inibi beatæ Fidi hereditatem unius Mauri de melioribus, domos videlicet, terras, & vineas, hortos cum omnibus pertinentiis ſuis, ut ipſe Deus per meritum ipſius urbes ipſas ſanctæ reſtituat Chriſtianitati. Amen.

E

F

aliaque in Anglia à Roberto, Walteri filio,

74 *Ex Hiſpania ſi in Angliam tranſeamus, illic inſignia pariter cultûs* S. Fidis *documenta reperiemus. Unum pro reliquis ſit fundatio prioratûs de Horsham in agro Northfolcienſi, in ſanctæ Martyris noſtræ honorem facta à Roberto Fitz-walter, ſeu Walteri filio, ejuſque uxore Sibilla, quorum hac de re diploma ex tomo* 1 *Monaſtici Anglicani pagg.* 415 *&* 416 *huc tranſcribere libuit. Ita illud ſonat:* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Notum volumus ſi ſi omnibus fidelibus Chriſti, tam preſentibus, quàm futuris, quòd ego Robertus, Walteri filius, & uxor mea, nomine Sibilla, edificavimus eccleſiam de Horsham, in propria terra noſtra, in honore Dei & ſanctæ Fidis virginis & martyris, pro remedio & ſalvatione animarum noſtrarum & filiorum noſtrorum & omnium fidelium viventium ſive defunctorum. Concedimus eamdem eccleſiam Deo & monachis de Conchis de eccleſia ſanctæ Fidis virginis & martyris. Et huic à nobis edificate eccleſie concedi-

AUCTORE J. G.

mus ecclesiam de Horsford, ecclesiam de Reydone, ecclesiam de Mor, ad faciendum anniversarium Sibillæ uxoris mee; Decimam de Alreton, & de Wibetone, & de Wilverdeston, & de Helmingham, & de Flemeworth, & de Woodetone, & de Semer, & de Bikebrom, & de Resham, & de Forle, & de Walingo, & de Shanton, & de Surlingham, & de Stokes, & de Hertham, & de Hoa, & de unoquoque manerio unum agrum terræ ad congregandam decimam. Et concedo de omnibus procurationibus meis, quas fecero in Anglia, semper decimas huic ecclesie.

& Sibilla ejus uxore,

75 Sciatis insuper, quòd prædicta Sibilla eisdem concessit terram suam de Rudham, quam pater suus dedit in liberum maritagium. Sciatis insuper, quòd ego Robertus, filius Walteri, Sibillâ, uxore mea, Rogerio & ceteris meis filiis volentibus & in hoc bono operantibus, predictam ecclesiam de Horsham & supradicta omnia Deo & beate Fidei & Conchis & monachis ejus concessimus & dedimus, ut à Deo, ipsa beata Virgine (*S. Fide*) intercedente, peccatorum nostrorum nobis detur venia, & illa, quæ promisit fidelibus suis, que nec oculus vidit, nec auris audivit, assequamur gaudia. Hec carta facta fuit permissione & affirmatione domini Anglorum regis Henrici, & ordinatione & consensu Herberti episcopi. Si quis autem generis vel successionis mee, vel aliquis alius huic donationi voluerit obesse, noverit, se Deo & Sanctis suis, & Anglorum regi contrarium, nec Christianum, sed ante-christum esse. *Hactenus laudatum diploma, non seriùs anno* 1107 *editum, cui anno Christi* 1163 *accessit Alexandri PP. III Bulla Pontificia, quâ tum præfatam bonorum concessionem, tum alias factas, ac deinceps justè faciendas, pro firmis & illibatis habendas esse statuit, ipsumque* S. Fidis *de Horsham monasterium sub beati Petri suaque protectione suscipit. Illud curiosus lector integrum videre potest cit. tom.* 1 *Monastici Anglicani pag.* 416, *ubi ex ipso autographo bibliothecæ Cottonianæ typis editum fuisse asseritur.*

B

cui factum à S. Fide miraculum occasionem dedisse fertur.

76 *Ceterùm an re vera patratum à* S. Fide *insigne miraculum Roberto & Sibillæ occasionem præbuerit erigendi huic sanctæ Martyri Horshamense monasterium, uti quidem ex antiqua membrana, Anglicè conscripta, tom.* 1 *Monastici Anglicani pag.* 414 *narratur, utcúmque dubium me reddit, utriusque conjugis de tam insigni sibi præstito beneficio altissimum in ipso fundationis diplomate silentium; tum quòd in ea, quæ ad hujus confirmationem ibidem subditur, Pontificia Bulla, nulla pariter de eo prodigio mentio fiat. Quia tamen ejusdem generis patrata à* S. Fide *miracula, & planè insignis Roberti & Sibillæ in sanctam Martyrem munificentia illud aliunde verisimile reddunt, ejus qualemcúmque epitomen hic subdam. Redeuntes à suscepta ad Apostolorum limina & dein ad fanum S. Ægidii in Occitania peregrinatione in suam patriam Robertus & Sibilla in prædonum manus inciderant, vinculisque constricti ferreis, castro quodam detinebantur, cum pii conjuges* S. Fidis, *cujus miracula ubique celebrabantur, opem subsidiumque supplices implorârunt, ut sibi liberis abire in patriam liceret. Postulantium votis adfuit piissima Martyr, eisque apparens, ferrea dissolvit vincula & è custodia salvos eduxit. Quare Conchas profecti, dies aliquot illic agendis* S. Fidi *gratiis impenderunt, ipsaque, quibus constricti fuerant, vincula in rei gestæ testimonium secum eò detulêre, ac condendi in honorem* S. Fidis *in suis terris monasterii emisêre votum. Quod ut reipublicæ monasticæ bono melius persolverent, è Conchensi monasterio secum deinde deduxerunt in Angliam Bernardum & Girardum monachos, qui novæ prospicerent coloniæ, & Conchensis cœnobii nomine condendi novi prioratus bonorumque ejus possessionem adirent.*

C

D

Varia ad hanc S. Fidis ecclesiam

77 *Singularia pariter sunt, atque ad elucidandam fundationis hujus prioratûs epocham etiam conducunt, quæ laudatus jam sæpe Dionysius Sammarthanus tom.* 1 *Gallia Christiana col.* 245 *in hæc verba scribit:* Henricus (*nempe hujus nominis I*) rex Anglorum, degens in Normannia in Foreste supra Bonamvillam, abbati Bonifacio (*qui Conchensibus, ut ibidem etiam testatur Gallia Christ. aucta, anno Christi* 1107 *præerat*) privilegium, quod concesserat sanctæ Fidi de Horsans (*seu potiùs de* Horsham) confirmavit, feriam scilicet unoquoque anno trium dierum in vigilia festi ejusdem Virginis, in die festi & secunda die festi. Hanc ecclesiam de Horsans Herbertus Norvicensis episcopus (*de quo vide Alfordum tom.* 4 *Annal. Ecclesiæ Anglicanæ ad annum Christi* 1093, *num.* 40, *& ad annum* 1101, *num.* 38) consecraverat in honorem S. Mariæ Virginis sanctæque Fidis, & Eberardus (*seu Evrardus, de quo eumdem Alfordum ad annum* 1119, *num.* 19, *& ad annum* 1121, *num.* 7 *consule*) in Norvicensi sede successor, Bonifacio abbati hanc eamdem ecclesiam confirmavit, & eam visitantibus indulgentias concessit, *non communi utique tum temporis episcopis liberalitate, & ex qua specialem in sanctam Martyrem Anglorum pietatem non immeritò eruas. Ceterùm, num per vocem* Feriam, *quam laudatus Sammarthanus ex antiquo indubiè instrumento, quod sibi præluxerat, deprompsit, ternum festivum diem in* S. Fidis *honorem indicatum voluerit, quo sensu vox illa non rarò adhibetur; an verò triduanas nundinas, quæ, teste Cangio in Lexico,* Feriarum *nomine sæpe veniunt, atque* ita porrò appellatæ *sunt*, quòd ut plurimùm in SS. Patronorum festivitatibus vel ecclesiarum encœniis & dedicationibus institutæ fuerint, cùm scilicet vicinorum populorum ad illas frequens fit concursus, *non satis ipse seu citatâ col., seu in suo Glossario vocum corruptioris Latinitatis, sub finem tomi addito, declarandum censuit. Cùm tamen, uti videtur, regia Henrici I confirmatione, potiùs ad nundinas, quàm ad festas dies celebrandas, opus fuerit, de illis rectiùs, quàm de triduano festo* rò Feriam *exponi, ego arbitror.*

E

F

celebremque ejus cultum spectantia.

78 *Præter hanc, aliamque* S. Fidi *erectam pridem in Anglia ecclesiam, de qua etiam meminit Guilielmus Dugdale in Historia cathedralis ecclesiæ Londinensis pagg.* 232 *&* 273, *alias etiam in aliis regionibus, in quibus jam pridem viguit sanctæ Martyris nostræ cultus, sub ejus invocatione Deo consecratas esse, nullus dubito; sed in horum situm operosiùs inquirere non vacat, nec tam molestæ operæ pretium videtur singulas,* S. Fidi *dicatas, per Christianum orbem ædes enumerare. Suffecerit, unam adhuc indicâsse, quæ ei Placentiæ in Italia jam pridem sacra fuit, de qua in Vita S. Francæ mentionem fecit Petrus Maria Campi pag.* 67, *quæque ab Umberto Locati libro de Placentinæ urbis origine tom.* 3 *Thesauri Historiarum Italiæ parte* 2, *col.* 96, *& à Papebrochio nostro tom.* 3 *Aprilis pag.* 399 *in Annotatis recensetur. Quæ sanè minimè mediocrem Fidelium in* S. Fidem *venerationem latissi-*

A *latissimè jam pridem sparsam fuisse, apertissimè demonstrant. Reliqua, quæ ad ejus cultûs celebritatem faciunt, sequenti § absolutum eo.*

§ VII. S. Fides Officio Ecclesiastico, ei proprio, in variis regionibus culta. Codicis miraculorum ejus, infrà edendi, auctor, hujusque fides, & cur non omnia miracula edenda.

Pro reliquis ex veteri Rhotomagensi Missali

PRæter complura provinciæ & diœcesis Tolosanæ, Galliæque universæ loca, quæ, teste Simone de Peyronet in suo Catalogo Sanctorum pag. 478, à S. Fide *nostra nomen habent, eamque ut tutelarem venerantur, tot sunt in Galliis ecclesiæ, quæ vel solemni in Sacrificio Missæ commemoratione, vel Officio Canonico sanctam Martyrem jam pridem coluerunt, ut, si de singulis vel paucissima proferrem, infinitus forem. Quapropter*
B *speciminis loco unam dumtaxat pro reliquis hìc describam, quæ in Missali Rothomagensi, anno 1585 edito, exstat, propriam* S. Fidis *Missam. Ita fol. 49 hæc se habet:* Sanctæ Fidis virginis & martyris festum trium lectionum. Officium (*nempe Missæ.*) Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliâsti me, confige timore tuo carnes meas, à mandatis tuis non me repellas. ℣. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Oratio. Quæsumus, Domine, Deus noster, ut nobis beatæ Fidis, virginis & martyris tuæ, hodierna festivitas salutis prestet incrementum: cujus admiranda vita salutare prebet exemplum. Per Dñum. Epistola. Domine, Deus meus, exaltâsti. Graduale. Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere procede & regna. Ver. Propter veritatem & mansuetudinem & justitiam & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. Ver. Adducentur regi virgines post eam, proxime ejus afferentur tibi in lætitia. Euangelium. Simile est regnum cælorum decem. Offer. Offerentur regi virgines post eam proxime ejus: offerentur tibi.

C *Missa propria,*

80 Secreta. Deus, qui semper es gloriosus in Sanctis tuis, qui, ut mundi fortia queque confundas, in minimis quoque virtutem potentiæ tuæ demonstras: suscipe hanc oblationem, quam tibi pro commemoratione sancte Fidis, virginis & martyris tue, offerimus: & præsta, ut apud te nos adjuvet ejus oratio, cujus tibi placuit vita sancta & glorioſa passio. Per Dominum. Communio. Feci judicium & justitiam, Domine, non calumnientur michi superbi, ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui. Postcommunio. Prosit nobis, Domine, quæsumus, hujus Sacramenti libatio, & beatæ Fidis virginis & martyris tuæ nos apud te glorioſa sublevet intercessio. Per Dominum nostrum. *Hactenus laudatum Missale Rothomagense, cui ex Meldensi Breviario, anno 1640 edito, proprias Officii Canonici Lectiones, ac vel idcircò, quod hæ Actorum, quæ edituri sumus, compendium sint, ipsaque etiam singularum Responsoria subjicere lubet, ut ex iis qualemcúmque cultûs, in Canonico Officio* S. Fidi *delati, notitiam lector habeat.*

81 *Hisce verbis pag.* 748 *ad diem* VI *Octobris concepta sunt:* Lectio IV. Fides, Agenni in Aquitania ex clarissimis orta parentibus, à teneris annis Christo virginitatem vovit, & eam post aliquot annos proprii sanguinis effusione nobilitavit: siquidem Maximiano in Christianos sæviente, cùm præses Dacianus Agennum venisset, ut imperatoris impiæ crudelitati serviret, Fidei nomen (quòd Christiana esset) ad præsidem continuò delatum est. Quod ubi rescivit illa, & satellites instare sensit, Sponsi sui opem deprecata & crucis signo armata, obviàm illis perrexit intrepida. *Hactenus secundi Nocturni prima Lectio, cui subditur hoc Responsorium:* Non eris inter virgines fatuas, dicit Dominus, sed eris inter virgines prudentes, accipientes oleum lætitiæ cum lampadibus suis * Obviantes obviaverunt Sponso cum palma virginitatis. ℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Obviantes.

AUCTORE J. G. *& ex Breviario Meldensi Lectiones*

82 Lect. v. Hanc Dacianus blanditiis primùm, postea minis à veri Dei cultu tentavit abducere, Dianam proponens, cui sacra faceret. Sed tentationes illæ gloriosiorem confessionem expresserunt. Affirmavit nimirùm, sibi in animo esse, quævis tormenta pro Christo perpeti & mortem in ejus confessione subire. Quapropter iratus præses Virginem in cratem ferream conjicit, catenis ferreis colligat, in quatuor partes distrahit, ignemque supponit cum adipe: atrox certè teneris membris supplicium. Nec tamen vincitur Fides, sed divina virtute, cùm pateretur, non lædituꝛ. *Post hæc, quæ, quo modo intelligenda sint, in Annotatis pag.* 289 *dicemus, sequitur Responsorium in hæc verba:* Simile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, * exierunt obviàm sponso & sponsæ. ℣. Prudentes autem virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

ei propria

83 Lectio VI. Plurimi invictum Virginis animum admirati, fictiles deos colere desierunt, in unum Deum credentes, & oblatis idolis thus adolere recusârunt, idcircò, latâ in eos sententiâ, simul cum beata Fide capite minuti sunt. Fuerunt autem eorum corpora Agenni sepulta uno in tumulo, atque inde post multum tempus levata, in basilica, sub titulo sanctæ Fidei, tamquam primariæ Agennensium patronæ, constructa, posita sunt. *Hisce subditur hoc Responsorium:* Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit, quæ, accepta lampade, sumpsit secum oleum, * &, veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias. ℣. Inventâ bonâ margaritâ, dedit omnia sua & comparavit eam. Et veniente. Gloria Patri. Et veniente. *Tum pro tertio Nocturno assignantur Homilia in Euangelium:* Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, & *Responsoria de communi virginum, ex quo & Nocturnorum psalmi ceteraque desumenda præscribuntur. Orationem, quæ de communi virginis & martyris in hoc Breviario est, quæque incipit:* Indulgentiam nobis, quæsumus, Domine *&c, huc pariter transcribere necessum non est. Ceterùm, an non potiùs in basilica S. Caprasii, quàm in* S. Fidis, *à S. Dulcidio honorificè posita fuisse Sociorum* S. Fidis *corpora, dicenda sint, vide disputata à num.* 33.

exhibentur,

84 *Qui in ecclesiarum Galliæ Officiis de* S. Fide *ex communi Virginum Martyrumque desumpti fuisse videntur Hymni, ii in Officio, quod S. Cucuphatis in Hispania monachi ex Breviario Ms. recitare consueverunt, ex omni parte pro-*

& ex Ms. Breviario S. Cucuphatis Hymni ad Vesperas,

AUCTORE J. G.

prii ſunt, atque idcircò eos Miſſæ propriæ, propriiſque Lectionibus Gallicanis ſubnecto. Ita Hymnus ad Veſperas habet :

Adeſt dies lætitiæ,
Sanctæque Fidis gaudium,
Quam vocavit Rex gloriæ
Ad ſummum cæli præmium.
Hæc eſt Virgo ſanctiſſima
De numero prudentium,
Sancta Fides clariſſima
Inter choros lætantium.
Fulſit Fides martyrio
Servans corpus virgineum,
Salutis deſiderio
Regnum optans æthereum.
Virgo Fides egregia,
Ora pro nobis Dominum,
Ut det per tua merita
Cælorum plenum gaudium.
Gloria Patri Domino,
Filio & Paraclito,
Qui vitam ſine termino
Det nobis cæli ſolio. Amen.

B *ad Matutinum,*

85 *Hymnus ad Matutinum in eodem Ms. Breviario his verbis concipitur :*

In matutinis cantemus
Sanctæ Fidis præconia,
Filium Dei laudemus,
Qui det nobis cæleſtia.
Agenna gaude civitas,
Age Fidis memoriam,
Quam decoravit ſanctitas
Propter ſuam victoriam.
Laudemus tantam Virginem,
Nec non ejus martyrium,
Ut ad beatitudinem
Veniamus cæleſtium.
Cantemus omnes hodie
Sanctæ Fidis memoriam,
Quam vocavit Rex gloriæ
Ad paradiſi gloriam.

& ad Laudes recitantur,

86 *Denique, qui ad Laudes canitur, Hymnus hæc habet :*

Ad Laudes hujus Virginis
Cantemus omnes dulciter,
Ut ad fructum dulcedinis
Veniamus alacriter.
Clara voce cantemus
Sanctæ Fidis victoriam,
Omnipotentem laudemus
Per fidei conſtantiam.
Gaudeat præſens concio
De ſancta Fide virgine,
Quæ gaudet cæli ſolio,
Splendens cæleſti lumine.
Nunc cantemus ſolemnius
Humiliter Officium,
Cujus ſacrata pignora
Veraciter cuſtodimus.

C

87 *Quod verò ad hujuſmodi cultum attinet, quo in Anglia olim* S. Fides *gaviſa fuit, teſtatur Breviarium ſecundùm uſum eccleſiæ Sarum, quod anno Chriſti* 1499 *Lovanii excudit Theodoricus Martini Aloſtenſis, præter orationem, his verbis conceptam :* Deus, qui præſentem diem beatæ Fidis virginis martyrio facis eſſe ſolennem, preſta eccleſiæ tuæ, ut, cujus merito gloriatur, ejus precibus adjuvetur, *tres Lectiones*, S. Fidi *proprias, quas ſtudio hîc non deſcribo, recitatas olim in Eccleſiaſtico ejus Officio fuiſſe. Quin imò etiam poſt lugendum Angliæ ſchiſma ſanctæ Martyris noſtræ nomen in Anglicanæ liturgiæ Calendario ſervatum fuiſſe, ſcribit Bailletus ad hunc diem pag.* 94, *& liquet ex Commentario hiſtorico in Breviarium Romanum, auctore J. Grancolas, edito, ubi pag.* 25 *inter S. Remigium ſanctumque Dionyſium* S. Fidis *nomen medium ponitur. Mitto enumerare cetera, ſeu Anglica, ſeu Belgica, ſeu Germanica, aliaque Calendaria antiquiſſima, ex quibus in regionibus illis tam in Miſſæ Sacrificio, quàm in aliis Eccleſiaſticis Officiis celebrem olim* S. Fidis *cultum fuiſſe, & in nonnullis hodiedum eſſe, nemo non perſpicere queat.*

D

ceteraque perſtringuntur, ex quibus cultûs ejus amplitudo patet.

88 *Reliquum eſt, ut de Codice Miraculorum* S. Fidis, *quem poſt Martyrii & Tranſlationum ejus Acta edemus, nonnulla hîc diſſeramus. Hunc, ex veteri Ms. Codice Biſontinæ Chiffletiorum bibliothecæ deſcriptum, & à R. P. Petro Franciſco Chiffletio, S. J. theologo, ad ſe miſſum, Philippus Labbeus S. J. itidem theologus, primus omnium publici juris fecit tom.* 2 *Novæ Bibliothecæ Mss. à pag.* 531; *cúmque, qui in noſtro codicis Ms. reginæ Sueciæ apographo, inque Carnutenſi, à Mabillonio tom.* 4 *Annal. Benedictinorum laudato, Codice Ms. exſtat, Bernardi ſeu Barnardi, Andegavenſis ſcholæ magiſtri, Prologus in Chiffletiano Codice deſideraretur, totius Operis auctorem Labbeus anonymum dixit, at antiquum, quique undecimo poſt Chriſtum ſeculo vixiſſe, ex hiſtoria ſua deprehenditur. Et hoc quidem, uti ex dicendis apertiùs etiam patebit, omninò rectè ſtatuit Labbeus ; verúmtamen Libri Miraculorum* S. Fidis *auctorem, non anenymum, ſed memoratum antè, cujus Prologus Operis verè eſt, Bernardum, Andegavenſis ſcholæ magiſtrum, eſſe, Albericus in Chronico ad annum* 894 *his verbis teſtatur :* Ad ſanctum Fulbertum, epiſcopum Carnotenſem, Bernardus, ſcholaſticus Andecavenſis, (écolâtre *Gallicè vocant*) edidit Libellum Miraculorum ſanctæ Fidis de Conchis, quæ paſſa eſt Aginno ſub impio Daciano cum beato Capraſio, *at die probabiliùs diverſo, uti num.* 21 *oſtendimus, quem proin conſuleſis.*

Codicem miraculorum S. Fidis non anonymum.

ſed Bernardus, Andegavenſis ſcholæ magiſter.

89 *Alberici teſtimonio, ut laudatum Bernardum præfati Operis auctorem eſſe, omninò liqueat, addo ipſum ejuſdem titulum, in noſtro Codicis Ms. reginæ Sueciæ apographo his verbis conceptum :* Incipit Liber Miraculorum S. Fidis, virginis & martyris, editus à Barnardo, Andegavinæ ſcholæ magiſtro, *cui verbotenus fermè conſonat, qui in Carnutenſi codice memorato reperitur, quemque Mabillonius cit. tomo Annal. Benedictinorum pag.* 214 *ad annum Chriſti* 1010, *num.* 42 *recenſet, ubi & laudatus Annaliſta exponit, tum cui hunc librum Bernardus dicârit, tum quæ hujus conſcribendi occaſio data fuerit ; ſed hæc ipſummet Bernardum dicentem audiamus :* Sanctiſſimo, *inquit*, atque hominum doctiſſimo Fulberto, Carnotano epiſcopo, Barnardus, ſcholaſticorum minimus, ſummæ beatitudinis donum. Cùm dudum Carnoti veſtra ſincera converſatione fruerer, accidebat crebriùs, ut vel ſcribendi causâ vel orandi, S. Fidis martyris, quæ extra muros ejuſdem urbis ſita eſt, eccleſiolam adirem. Qua de re memini, nos aliquando inter confabulationis colloquia incidiſſe in mentionem S. Fidis miraculorumque ejus, quæ in loco Conchacenſis cœnobii, ubi ſacroſanctum corpus illius veneranter excolitur, omnipotentis Chriſti munere fiunt aſſiduè. Quæ, quia partim vulgarium famâ celebrari videbantur, partimque inaudita habebantur, haud aliter, quàm inanis fabulæ commenta à fide rejiciebantur. Et tamen cùm, quod verum erat, per volun-

E

F

AUCTORE J. G.

* *an fieri?* luntatem Dei ſilere* non poterat, verique opinio penè per univerſam Europam jam diſcurreret, paulatim ſubiit mihi in corde tacita & oblivionis impatiens cogitatio, uti ipſum ſanctæ Martyris habitaculum eadem ſtudio diſcendi adirem. Poſtremò adeò res rediit huc, ut voti, inde facti, tempus diemque, ne daretur oblivioni, in manuali codicello notaverim.

partim anno 1020 *compoſuit,* 90 *Hactenus Bernardus, qui tandem, exacto triennio, quo fruſtra opportunam Conchas adeundi occaſionem exſpectârat, eò ſe primùm contulit, tum ut de* virtutibus *ſeu miraculis* S. Fidis *ſollicitè per ſe ipſe inquireret, tum ut ea dumtaxat prodigia litteris commendaret, quorum teſtes in promptu habuiſſet, quæque vera eſſe, certiſſimè comprehendiſſet, prout ipſe in eodem Prologo exponit. Neque ſemel tantum iterumque, uti ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom. 7, pag.* 308 *&* 309 *volunt, eam ob rem Conchas profectus fuit, ſed ſe tertiò id feciſſe in noſtro codicis Ms. reginæ Sueciæ apographo cap.* 15 *his verbis affirmat Bernardus:* Anno igitur ab Incarnatione Domini milleſimo vigeſimo, Indictione tertia, tam S. Fidis amore motus, quàm Witberti illuminati gratiâ reviſendi (*ejus nempe, cujus initio ſui Operis meminerat,*) tertiò ad Conchas repedavi. *Quibus ex verbis etiam ipſum tempus, quo citius hoc ejus Opus abſolutum non fuerit, definitum habemus. An autem, uti Mabillonius in Annalibus Benedictinis loco citato & ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ pag.* 309 *ſcribunt, ſub annum Chriſti* 1010 *vel* 1012 *manum Operi primùm admoverit Bernardus, exactè definire nequeo. Id tamen ex Bernardi verbis certum, inter primam ejus ad Conchenſe cœnobium profectionem, interque ſecundam* aliquot annorum intervalla exſtitiſſe, *uti cap.* 13 *in noſtro laudato apographo ipſe teſtatur; inter hanc autem & tertium, quod anno Chriſti* 1020 *inſtituit, Conchenſe iter, annum ſaltem & medium interfluxiſſe, prout cap.* 14 *illic etiam inſinuat. Itaque, tametſi non omninò indubium, certè admodùm probabile eſt, Bernardum ſaltem non priùs, quàm anno* 1010, *ſuum de miraculis* S. Fidis *Opus conſcribere cœpiſſe, quod dein Fulberto, qui ab anno Chriſti* 1007 *ad uſque* 1027 *vel* 1029 *Carnotenſem ſedem ſummâ eruditionis & ſanctitatis famâ tenuit, conſcripto, uti antè diximus, Prologo dicavit.*

inque tres libros diviſit; C 91 *Fuiſſe illud Bernardi Opus in tres libros diviſum, tum ex Fragmento aliquo libri tertii, quod ſcriptores Hiſtoriæ Occitaniæ tom.* 2 *inter Inſtrumenta col.* 6 *producunt, tum potiſſimùm ex ipſis Bernardi verbis, quæ in laudato jam plùs ſemel apographo noſtro cap.* 16 *exſtant, indubitum evadit. Illic enim, cùm antè Bernardus dixiſſet, ſe tertiò ad Conchas repedâſſe, ita ſcribit:* Poſt hæc autem, ritè completâ ſolemni orationum celebritate, volentem protinus (*ex Conchenſi cœnobio Andegavum*) redire, cœperunt (*Conchenſes*) inſtanter interpellare, atque obteſtari, uti tertium S. Fidis miraculorum adderem librum, *quem re ipſa eum conſcripſiſſe, liquet ex variis, quæ poſt enarrat,* S. Fidis *patrocinio patratis miraculis. Ceterùm quot capita ſinguli ejus libri complexi fuerint, haud facile mihi dictu eſt, tum quòd Bernardus ipſe id nuſquam indicat, tum quòd integrum ejus Opus, eo ordine, quo compoſitum ab eo fuit, necdum in publicum prodiit. Illud multò amplius fuiſſe, quàm quidem Labbeana editio noſtrumque codicis reginæ Sueciæ apographum præ ſe ferant, indicio eſt, quod tom.* 2 *Hiſtoriæ Occitaniæ ex Bonalii, montanorum loco-*

rum in Ruthenis judicis, Ms. Hiſtoria Comitatûs & Comitum Rhutenicorum laudatur caput 30 *libri* 1, *quod in editione Labbeana inque noſtro apographo octavum dumtaxat eſt.*

at non omnia, quæ ſub ejus nomine venditari ſolent, 92 *At num ad unum omnia, quæ tum in apographo noſtro laudati codicis Ms. reginæ Sueciæ, tum in editione Labbeana referuntur miracula, reipſa à Bernardo conſcripta, & ſui temporis doctiſſimo Galliarum epiſcopo, Fulberto, nuncupata fuerunt? Reſpondeo, meo judicio in noſtro apographo nonnulla eſſe, quæ potiori jure Conchenſi cuidam monacho, quàm Andegavenſis ſcholæ magiſtro adſcriberentur; atque in Labbeana etiam editione eſſe, quæ Bernardo probabiliùs adjudicari nequeunt. Quod ad priora attinet, ſcriptor capitis, quod in apographo noſtro eſt vigeſimum tertium, ac de puella, meritis* S. Fidis *à dæmonio liberata, agit, ejuſmodi verbis paſſim hîc utitur, quibus ſe Conchenſem monachum non obſcurè prodat; quippe de puella iſta, quæ ad Conchenſe monaſterium adducta fuerat, ſic loquitur:* Ad NOS eſt uſque perducta, ad expetenda NOSTRÆ Virginis ſuffragia; *& paulò poſt:* Conclamatur à NOBIS, S. Fidis interventu ſaluti eſſe reſtitutam. *Denique ita caput illud concludit,* Quam etiam, dum ſcribo, NOSTRO IN VICO morari non dubito. *Quæ quidem verba, niſi vehementer fallor, nemo Andegavenſis ſcholæ magiſtro attribuet; & cap.* 24, *poſtquam de milite, ſagittâ vulnerato, & per* S. Fidem *ſanato, ſat prolixum texuiſſet ſermonem, idem, uti apparet, qui caput præcedens ſcripſit, hæc addit:* Quid opus eſt verbis? ſanitati confeſtim redditur (*miles,*) iter Conchacenſe carpitur, ad NOS uſque veniens lætatur, ab eodem ipſo NOBIS refertur, *quæ etiam monachum ſuo ſuorumque collegarum nomine ſcribentem potiùs, quàm Bernardum, Andegavenſis ſcholæ præceptorem, indicant, præſertim cùm hic de ſe paſſim in ſingulari, ut vocant, numero loquatur, & Conchenſe cœnobium, non* ſuum, *ſed monaſterium* S. Fidis *vocare ſoleat. Adhæc, cùm ipſum etiam caput* 22 *apographi noſtri meo quidem judicio non ſatis ſtilum Bernardi ſapiat, & præter hujus ſcriptoris morem implexam, nec ſecum bene cohærentem narrationem præferat, hoc itidem nec ab eo ſcriptum, nec Fulberto dicatum fuiſſe, mihi multò probabilius videtur.*

revera ab ipſo conſcriptæ fuerunt. F 93 *Pergo nunc, ut reliqua, de quibus in Annotatis noſtris ſermo erit, omittam, ad inſolitum illud, quod in editione Labbeana cap.* 21 *refertur miraculum. Hoc Tillemontius, Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores, aliique non modò Bernardo adſcribunt, ſed propter illud reliqua, quæ ipſe recenſet, prodigia in ſuſpicionem falſi vocari poſſe, inſinuant. Ego contrà, judicet lector, uter ex nobis rectiùs hîc ſentiat, aſſero, illud à Bernardo conſcriptum nullo fundamento aſſeri poſſe, atque adeò tum Labbeanam editionem, tum ipſum etiam Carnutenſem Miraculorum Codicem, ſuprà laudatum, ſi hic illud quoque miraculum contineat, purum putumque Bernardi Opus non eſſe, ac proin conſcriptis à Bernardo tribus Miraculorum libris, à neſcio, quibus minùs emunctæ naris viris, intruſa fuiſſe nonnulla, quæ Bernardi auctoritati non parùm nocent. Aſſertionem meam ita probo: Bernardus in ſuo ad Fulbertum epiſcopum Prologo ſcribit, ſe ea tantùm litteris complexum eſſe* S. Fidis *miracula,* quæ ætate ſua non ſunt antiquiora, quorumque teſtes in promptu non fabuloſam, ſed evidentiſſimam veritatem elicuerunt. *Itaque, ſi Labbeanæ editionis caput* 21

auctо-

AUCTORE ANON.

auctorem habeat Bernardum, necesse fit, ut Rodbertus, seu Robertus, Cantoiolensis monasterii abbas, qui illic in prodigii testem publicum vocatur, in vivis adhuc fuerit. Atqui tamen, si anno 1020, *imò etiam, ut liberalis sim, si anno* 1010 *hoc caput* 21 *conscriptum statuamus, fieri nequit, aut saltem minimè credibile est, ut Robertus ille vocari tum in testem potuerit, utpote qui vel anno Christi* 1010 *non tantùm* reverendâ canitie SATIS honestus, *qualis illic vocatur, sed centenario longè major exstitisset, quandoquidem jam tum ab anno* 945 *à Stephano II, Claromontensi episcopo, Cantoiolensi monasterio præfectus fuerat, postquam, jam antè maturus ætate vir, Brivatensis abbas seu præpositus fuisset, quemadmodùm tom.* XI *Spicilegii Acheriani editionis primæ pag.*285 *ex fundationis diplomate & apud Mabillonium in Annal. Bened. ad annum Christi* 945 *num.* 79 *videre est. Igitur caput illud* 21, *prodigium illud complectens, Bernardum, qui sua dumtaxat ætate gesta, & quorum testes in promptu essent, conscribere voluit, nulla veri specie auctorem habere, dici potest. Hisce adde, quòd hujus capitis auctor suo loquendi modo se tum suo, tum collegarum suorum nomine, loqui, ut suprà de alio diximus, satis prodat, ut adeò eum diversum à Bernardo esse, vel ex hoc capite non temerè asseri posset.*

B

Cur non omnia miracula S. Fidis à nobis edenda.

94 *At, quorsum hæc, inquies, tam diffusè disputata? Respondeo, ut causam reddam, cur non omnia, quæ tum in apographo nostro, tum in editione Labbeanâ referuntur miracula, hîc recudenda censuerim, eorumque habuerim delectum, quorum potior esset fides, tum ab ipsius Bernardi auctoritate, tum à testium, quos hic laudat, relatione. Ceterùm, vel inter hæc nonnulla sunt, quibus, nisi mirabilem in Sanctis suis omnibusque operibus Deum esse sciremus, eaque hîc ab erudito & ecclesiastica dignitate prædito sacerdote memoriæ commendata essent, haud adeò integram, nedum facilem haberemus fidem. Ipsa nunc Martyrii* S. Fidis *Acta habe: quibus Translationum corporis ejus documenta, hisque Miraculorum libros tres, pro nostro more in capita divisos, appositisque in margine veterum capitulorum nostri apographi numeris, ex parte saltem post subjiciam, & Annotatis illustrabo.*

c

ACTA,

Auctore anonymo perquàm antiquo *a*,

a

Ex codice Ms. reginæ Sueciæ signato 863.

S. Fides, adhuc juvenis virgo. b c

SAncta igitur *b* Fides Agennensium civitate *c* oriunda fuit, & ex parentibus clarissimis splendidissima proles procreata, alumna loci ipsius in ortu, facta est patrona in passionis obitu; nobilis quoque veterum & generosa stirpe parentum, sed facta est Christi munere nobilior, quæ stolâ virginitatis candidâ induta, fulgens fidei * in Domino Jesu Christo, odorem suavitatis protulit. Hæc namque prima in civitate Agenno *d* decus & exemplum magni martyrii cunctis Christi fidelibus fuit; vitam namque temporalem perdere voluit, ut possideret æternam, quia ab ipsis incunabulis infantiæ Dominum Jesum Christum dilexit & suum Deum esse authorem *. Juvenis quidem tempore passionis erat ætate *e*, sed sensu & opere senex manebat; pulchra erat facie, sed pulchrior mente; virginitatis quoque candore formosissima, vultûsque hilaritate serena.

*l. fide, vel adde lumine

d

D

* *l.* ut suum Deum & Authorem

e

2 Igitur cùm eodem tempore præses sceleratissimus, nomine Datianus, directus à profanis Diocletiano seu Maximiano imperatoribus, qui tunc Romanæ arcis primatum regere videbantur *f*, Agennum urbem ingrederetur, dolo instigatus diaboli, quatenus sacrilegos beneficiis remuneraret *g*, atque Christianis, ibidem metu ipsius latentibus, atrocissimas pœnas inferret; continuò beatissimam virginem Fidem accersiri jussit & suis conspectibus duci præcepit. At illa se sponte ministris offerens *h*, corpusque suum undique signo sanctæ Crucis *i* muniens, orabat ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, qui tuos semper in omnibus adjuvas, adesto nunc famulæ tuæ, & præbe ori meo sermonem acceptabilem, quem in conspectu tyranni hujus respondeam; & armata sanctæ crucis vexillo, fronte, ore pectoreque, sancto roborata spiritu, hilari animo perrexit.

à Daciano præside accersita, & ad martyrium parata,

f

g

h

i

E

3 Cùm autem adstaret coram præside, blando sermone ait ad eam: Quod est vocabulum nominis tui? Cui consequenter sancta Fides, nullo metu perterrita, respondit: Fides nomine & opere vocor. Præses dixit: Qui cultus, inquit, religionis ac fidei tuæ? Ad hæc sancta Fides respondit: Ab exordio juventutis meæ Christiana sum, & Domino Jesu Christo tota mentis devotione deservio, illiusque nomen confiteor; illi me tota devotione committo. Præses verò callidissimus, simulata tranquillitate, paulò indulgentiùs respondit: Accipe, inquit, ô juvenis puella, consilium, pulchritudini atque juventuti tuæ necessarium, & cessa ab hac confessione, & sanctissimæ Dianæ *k* sacrifica, quia ipsa est sexui vestro consimilis, & multis te muneribus faciam ditiorem. Quam promissionem Christi Virgo, velut nihilum deputans, ita respondit: A Patrum traditionibus cognovi, quia omnes dii gentium dæmonia sunt *l*, & tu mihi persuadere vis blanditiis, ut eis sacrificare debeam? Præses verò, irâ commotus, ait ad eam: Ut quid deos nostros dæmonia esse, dicere præsumpsisti? Aut, prostrato, inquit, corpore, diis sacrifica, aut diversis te faciam interire tormentis.

imperterrita Christum confitetur, ac blanditias & iram præsidis contemnit;

k

l

F

4 Tunc sancta Fides, secura de præmio, exemplo magnorum martyrum roborata *m*, has audiens minas, desiderans à terrena vita ad supernam migrare gloriam, in hac vociferatione prorupit, dicens: Ego enim pro nomine Domini mei Jesu Christi non solùm pati diversa sum parata tormenta, sed & mortem in ejus confessione subire desidero. Tunc præses, magìs furore succensus, jussit satellitibus suis, ut sanctam Virginem inferrent in lectum æreum *n* & superpositam per quatuor partes extendi, ignemque supponi præcepit, ut ejus membra tam crudeli disrumperentur supplicio. Itaque candentem craticulam sanctissima Virgo ultro conscendens, divaricatis membris, per quatuor partes extenditur, lorisque *o* ferreis coarctata per flammeam cratem provolvitur; cui impii ministri ferreis bacillis

quare dirè ejus jussu torquetur;

m

n

o

* *ſupple &*

bacillis ardentes prunas ſubjiciunt* adipe flammis injecto, ad latera torrida incendia ſubvolare cogunt.

at ſuâ conſtantiâ multos ad Chriſtum convertit,

5 Quod videntes, qui aderant, una voce clamaverunt, dicentes: O impietas, & injuſta judicia! Innocens & Dei cultrix & primæ dignitatis honore præfulgens, cur abſque ullo facinore graviſſimis ſuppliciis mancipatur *p*? Multi enim ſunt, quorum ignoramus nomina *q*, qui ea die videntes ſanctæ Fidis conſtantiam à ſacrilego dæmoniorum jugo pia colla ſolventes, crediderunt in Dominum Jeſum Chriſtum & glorioſam ſunt coronam martyrii conſecuti, quos omnes ad jugulum mortis una conſpiratione conſertos mox ut vidit ſævus ille carnifex, blandimentis demulcere miniſque terrere eos cœpit: ſed nec ſic ullo modo flectere potuit, ſicque in ira commotus, quia ſe adverſus eos nullatenus prævalere ſenſit, ad ultimum datâ ſententiâ, omnes ſimul cum beata virgine & glorioſa martyre Fide duci ad delubra præcepit, ubi aut diis immolare, aut, capitibus amputatis, omnibus certum fieret vitam finire illorum.

P

q

quibuſcum tandem capite truncatur die VI *Octobris.*

6 Ducti ſunt ergò Chriſti Milites unà cum beata Fide ad prædictum locum; ubi, cùm nulla vi potuerunt compelli ad ſacrificandum, capitibus cæſis, unius diei horâ cum triumpho martyrii ad coronam gloriæ feliciter ſimul pervenire meruerunt. De quorum paſſione ſecundâ Nonas Octobris *r* nos gaudere & illuſtrare voluit, qui gloriatur in Sanctis Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cui eſt honor & gloria cum Patre & Spiritu Sancto, Deus per omnia ſæcula ſæculorum.

B

r

ANNOTATA.

a *De fide & antiquitate horum Actorum vide diſputata in Commentario, toto* § 1; *quale autem hæc inter & Suriana Labbeanave ac metrica martyrii Acta, quæ non edimus, diſcrimen ſit, notatum habes ibidem num.* 3.

b *Vox hæc* igitur *cum Prologo quodam, qui in apographo noſtro inque Conchenſi aliiſque nonnullis codicibus Mss. deſideratur, connexionem habet. Hunc porrò Prologum ab eo, quem Vallicellenſis codex Ms. & apographa Sanmaximinianum Trevirenſe, Rubeæ vallis & Ultrajectinum ſancti Salvatoris exhibent, diverſum fuiſſe, ex eo liquet, quòd in his de S. Capraſio æquè ac de* S. Fide *mentio fiat, in eo autem, qui Actis noſtris præfixus fuit, haberi talis mentio nequierit, cùm in ipſis Actis de S. Capraſio nullus ſermo fiat.*

c *De patria* S. Fidis *conſule Comment. num.* 17.

d *De hac urbe ita ſcribit Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 891 & 892: Aginnum ſeu Agennum caput Nitiobrigum eſt, & Aquitaniæ II ſecunda poſt metropolim Burdigalenſem civitas recenſetur in veteri Galliarum Notitia. Porrò Nitiobriges populi Toloſatibus, Petrocoriis & Cadurcis contermini ſunt, de quibus meminêre Cæſar lib. 7, cap. 75, Strabo lib. 7, Plinius lib. 4, cap. 19, Sidonius lib. 8, Epiſt. XI ad Lupum, Ptolemæus lib. 2, cap. 7 & Auſonius, Hieronymus, Gregorius Turonenſis, Fredegarius & alii. Inter claras Aquitaniæ urbes meritò laudatur, maximè quòd ſit ſita in regione pulcra, amœna, pingui ac fertili, cujus terra, ut in Deſcriptione Franciæ per flumina tradit Papyrius Maſſonus, felicibus glebis locupletatur, & quòd tribus amnibus, Olto, Duranio & Garumnâ irrigetur.

Plura qui de hac urbe nôſſe velit, adeat Sammarthanum loco cit., Hadrianum Valeſium in Notitia Galliarum pag. 376, *& Baudrandum in Lexico Geographico.*

e *De juniori Martyris noſtræ ætate agitur etiam in Libro* 1 *Miraculorum ejus, infrà edendo, capp.* 1 *&* 2, *quæ proîn adiſis.*

f *De Daciano præſide, deque martyrii* S. Fidis *epocha vide diſputata in Commentario numm.* XI *&* 24, *& ex his corrige errorem auctoris Hiſtoriæ Alſatiæ, anno* 1727 *editæ, qui ſub Decio* S. Fidem *paſſam ſcribit lib.* 16, *pag.* 181.

g *Promiſſa quandoque à Romanis præſidibus bona, honores dignitateſque fuiſſe Chriſtianis, qui Jeſu Chriſto nuntium remitterent, oſtendimus in Commentario num.* 12 *ſub finem.*

h *Cùm nempe miniſtrorum manus evadendi nulla ſpes tenellæ Virgini eſſet, forti animo ultrò ſe iis capiendam obtulit. Hinc mihi non undequáque placent Julii Cæſaris Scaligeri de* S. Fide *verſiculi, quibus facilè potuiſſe Virginem miniſtrorum manus evadere aſſerit, ita eam loquentem inducens:*

Si nolim, fruſtra quæretis: tuta latebo.
Terrarum Domino quæ loca terra neget?
Sed volo: quin cupio, fruſtra ergò quæritis inter
Teſqua, & inhumanis per loca ſenta rubis,
Quæ vobis metus, at nobis victoria mors eſt;
Quæque tibi pretium eſt, eſt mihi pœna fuga.

i *Vide, quæ hoc tomo de ſigno ſanctæ Crucis diximus in Annotatis ad Acta S. Charitinæ virginis & martyris pag.* 27 *lit.* c.

k *De hoc falſo gentilium numine varia in Lexico Antiq. Rom. tradit Pitiſcus.*

l *Verba ſunt Pſalmi* 95, ℣. 5.

m *Quorum nempe in tormentis conſtantiam, vel ex parentibus, vel ex iis, à quibus Chriſtianam fidem edocta erat, unà intellexerat.*

n *Vide Gallonium tract. de Inſtrumentis Martyrum eorumque cruciatibus pag.* 91 *lit.* c.

o *Species vinculi pro genere hîc adhibetur. Lora enim propriè non ferrea, ſed confecta ex corio vincula ſunt.*

p *Vide, quæ in hanc rem diſputata à nobis ſunt in Commentario num.* 8 *& ſeqq. Ceterùm his ſuppliciis illæſam fuiſſe* S. Fidem, *quod tamen in Lectionibus propriis Meldenſibus traditur, Acta noſtra omninò non indicant.*

q *De anonymis ſanctæ* Fidis *Sociis martyribus adiſis, quæ diximus in Comm. numm.* 5 *&* 21.

r *Conſule, quæ de martyrii die in Commentario num.* 25 *diſſernimus.*

TRANSLATIO METRICA

S. FIDIS VIRG. ET MART.

AD MONASTERIUM CONCHACENSE,

Auctore Anonymo *a*.

Ex veteribus Mss.

A. ANONYMO.

a

Ad inventas S. Fidis reliquias,

POſt revelatum corporis
Theſaurum Fidis martyris *b*,
Virgo ſacra prodigiis

b

A. ANONYMO.

Cœpit clarere plurimis.
Sub ejus quidem nomine
Eccleſiam mirificè
Dulcidius erexerat,
c Qui præſul urbis aderat *c.*
Iſte diu abſconditas
Invenerat reliquias
d Fidis, præclaræ martyris *d*,
Unà cum ſuis ſociis.
2 Quas intra urbis mœnia
& à S. Dulcidio honorificè conditas, miraculiſque claras, In majori eccleſia,
Quæ capitalis erat,
Decenter compoſuerat.
Solius autem Virginis
Corpus ſeorſum condidit
In quodam ædificio,
e Conſtructo in ſuburbio *e.*
Illo in loco Dominus
Tribuebat petentibus,
Quæ erant neceſſaria,
Per ejus patrocinia.
Ægris namque remedium,
B Mutis linguæ officium,
Cæcis præſtabat lumina,
Functis vitæ ſpiramina.
Infirmi, prout cuique
Opus erat juvamine,
Convaleſcebant protinus
f Sanctæ Fidis virtutibus *f.*
Nullus orans corde tenus
Revertebatur vacuus,
Sed impetrabat facilè,
Quod erat illi utile.
3 Ex tota Aquitania *g*
magni concurſus, & hinc urbis Aginnenſis gloria. Ad tanta mirabilia,
Quæ fiebant quotidie,
Plebs cœperat confluere.
g Tantus fragor de Virginis
Intonabat miraculis
Per partes quoque Galliæ
h Et per oras Hiſpaniæ *h.*
i Urbs ipſa Agennenſium *i*
Condecorata plurimùm,
Inter urbes finitimas
k Caput ſuum extulerat *k.*
Nam exaltata ſplendidè
Horum ſignorum munere,
Per multa terræ ſpatia
Fulgebat celeberrima.
C Sed quantùm crevit altior,
Dejecit vultum mœſtior,
Remanſit atque vidua
l Tantâ orbata gloriâ *l.*
4 Nam Conchacenſes monachi,
Conchenſis monaſterii ſitus & exordia In ſomnis ſæpe moniti *m*,
m De transferenda Virgine
Loquebantur creberrimè.
Eſt iſtud monaſterium
Inter prærupta montium
Conſiſtens in ſuſpendio,
n Quod reſpicit Septentrio *n.*
Sed quando huc pervenimus,
Placet nobis expreſſiùs
A primo quidem tempore
Loci ſitum exponere.
Iſtic quædam eccleſia
Primùm fundata fuerat,
Quam devaſtavit funditus
o Saracenorum impetus *o.*
Sed, evoluto tempore,
p Illic vir, Dado nomine *p*,
Præclarus ipſe moribus,
Vivebat ſolitarius.
D
5 Hujus precatu Carolus
ejuſdemque reſtauratio per Ludovicum Pium. Magnus rex eſt ſubmonitus,
Ut Conchas monaſterium
Repararet potiſſimùm.
Cujus rex favens precibus,
Præcepit diligentiùs
Natum ſuum ſummoperè
Hoc Ludovicum facere.
Tunc Ludovicus maximè
Cœpit curam impendere
Ad reſtauranda omnia,
Quæ ibi erant perdita.
Sic regum juvaminibus
Jam reparatum funditus,
Id cœpit monaſterium
Haberi præclariſſimum *q.*
q *Conchenſes, moti deſiderio acquirendi S. Fidis reliquias,*
6 Iſtius loci incolæ,
Ut dictum eſt ſæpiſſime,
Admirabantur talia
Sanctæ Fidis magnalia.
Cœperunt ergò dicere,
E Seſe beatos affore,
Si hujus almæ Martyris
Ditarentur reliquiis.
Omnes ergò egregio
Succenſi deſiderio,
Artificantur providè *r*,
r Quod mens tractabat cupidè.
Inter quos quidam aderat,
Qui Ariviſcus *ſ* fuerat
ſ Vocatus, honeſtiſſimè
Res cunctas cautus agere;
Is rerum ſecularium
Procurare officium
Sciebat ſolertiſſimè
Abſque reatu Regulæ.
Cúmque, peracto ſubitò
Conchacenſes colloquio,
Exploratorem properè
Statuerent huc mittere,
Agennum ut accederet,
Et, ſi qua ſors permitteret,
Quibuſcúmque ingeniis
Transferret glebam Virginis.
7 Tali fretus conſilio,
Ariviſcum mittunt Aginnum, Cum quodam pergens ſocio,
Viam conſtanter partium
Tenebant Agennenſium;
Spemque habens haud dubiam,
F Pervenit ad eccleſiam,
Ubi Fidis ſanctiſſimum
Corpus erat repoſitum.
Tunc ſtationem equidem
Finxit ibi diutinam,
Se gerens honeſtiſſimè
Totius vitæ ordine.
Quid verbis opus ampliùs?
Cunctis factus notiſſimus
Fuit in brevi tempore
Et patriâ & nomine.
Intentus ſanctimoniæ,
Receptus libentiſſimè
Eſt fratrum in conſortio
Parvo dierum ſpatio.
Sub diligenti ſpecie
Religionis ſplendidæ
Severum geſtans animum,
Juſſis parebat omnium.
8 Et dum, quæ illi omnia
qui ibi cuſtos eccleſiæ conſtitutus, Erant injuncta, munia
Fideliter excoluit,

Fidem

A Fidem ſibi adhibuit.
Inde pòſt pauco tempore
Cunctarum eſt eccleſiæ
Rerum ei cuſtodia,
Tamquam fideli, credita.
Placebat ſimul omnibus,
Ibidem habitantibus,
Hujuſmodi officium
Illi eſſe impoſitum.
Sed Ariviſcus providus,
Deſidiæ non deditus,
Explorabat & temporum
Vices, & rei aditum.
Nec ob quam cauſam venerat,
Oblivioni dederat,
Manens licèt cum fratribus
Decem annorum curſibus.
Sed tanta exſpectatio,
Nullo confuſa tædio,
Ad tempus ſibi licitum
Talem invenit exitum.
9 Dum die Thoophaniæ *t*,
tandem furtim aufert corpus S. Fidis, Miſſæ peracto ordine,
Divinum poſt Officium
Venitur ad convivium.
B Tunc Ariviſcus deerat,
Cunctos namque rogaverat,
Curaret horâ prandii
Res ſui monaſterii.
Cùm pranderent alacriter,
Cuſtos ipſe ſuaviter
Ad tumbam ſanctæ Martyris
Suſpenſis it veſtigiis.
Et quia opertorium
Erat ſignatum nimiùm,
Sigillis ſtrictum ferreis,
Surſum nequivit erigi.
Quare, ſi fas eſt dicere,
Omni ſtudens verſutiæ,
Tumbæ pedes marmoreæ
Auſus fuit collidere.
Patefacto foramine,
Collectum corpus properè,
Inde totum extrahitur,
Et in pera reconditur.
Confecto hoc negotio,
Facto noctis ſilentio,
C Ariviſcus ſuburbium
u Reliquit Agennenſium *u*.
10 Tranſactis verò tenebris,
& cum eo fugam arripit, jacturam miſerè deflentibus Aginnenſibus, Cunctis à ſomno excitis,
Cùm craſtina lux ſplenduit,
Cuſtos nuſquam comparuit.
Huc atque illuc curſitant,
Seſe illuſos cogitant,
Inquiruntque per omnia,
al. Quid Quî * abſit de eccleſia.
Ad ſepulchrum marmoreum
Stupentes jam perveniunt,
Quod vident Fidis martyris
Vacuatum reliquiis.
al. Poſtquam verò quid accidit, Quod poſtquam quî acciderit *,
Satis compertum ſonuit,
Nullum ſolamen miſeris,
Modus nec erat lacrymis.
Nec minor fit commotio,
Mixto clamore vario,
Quàm ſi à ſævis hoſtibus
Urbs periiſſet funditus.
11 Capto tandem conſilio,
Clerus cum omni populo

Conſtituerunt * inſequi
Terga prædonis rapidi.
Perſequutores ſiquidem,
Conchas quæ ducit ſemitam,
Putantes ſequi, per viam
Pervenerunt Waſconiam *x*.
Sed cognoſcentes primitus *,
Se deviâſſe longiùs,
Domum reverti properant,
Seque errâſſe nunciant.
12 Recentiores denique
Recto miſſi ſunt tramite,
Cum equis velociſſimis,
Nullis fruſtrati deviis.
Ab his cujuſdam itaque
Orto diei jubare,
Uſque ad locum curritur,
Qui nunc Albeſca *y* dicitur.
Ibi ſub quadam arbore,
Quem quærebant, quieſcere
Vident defeſſum penitus,
Sed non eſt illis cognitus.
Nec, quem per annos noverant,
Recognoviſſe poterant
Veri vultus notamine
Neque ſimilitudine.
Tantùm illum interrogant,
An pertranſiſſe quempiam
Vidiſſet tali ſpecie,
Qualem ſe dicunt quærere.
Ille reſpondit equidem,
Prorſus vidiſſe neminem
Tranſiſſe illo tramite,
Poſtquam ſedit ſub arbore.
13 Relicto eo, milites,
Aginnum, re infecta, revertuntur. Nullius voti compotes,
Ad urbem Conchacenſium *z*
Nil reſpirantes tranſeunt.
Sed poſtquam deſiderii
In urbe illa proprii
Signa nulla percipiunt,
Agennum iterum redeunt.
Pro certo Agennenſibus,
Omninò deſperantibus,
Decreverunt obtegere
Hunc caſum contumeliæ,
Sed illis contriſtantibus
F Ariviſcus promptiſſimus,
Evadens manus hoſtium,
aa Lætus venit Figiacum *aa*,
Quem locum procul dubio
Concharum ſub dominio
Pipinus rex qui fuerat,
bb Olim conſtrui juſſerat *bb*.
14 Illo in loco tunc erat
cæcus, divinitus præmonitus, viſu donatur. Quidam, qui cæcus manſerat,
Qui tunc recepit lumina
Per ſanctæ Fidis merita.
Hic diu exſpectaverat,
Quod in ſomnis didicerat,
Se in tranſlatu Virginis
Laturum dona luminis.
Ergò dum vector corporis
Tranſiret Fidis martyris,
Exhortatus divinitus,
Fortè advenit obvius.
Procedens peram tetigit,
Tangenſque viſum recipit,
Videns laudare incipit,
Fama paſſim perſonuit.
Fidis mater* quamplurima

A. ANONYMO. *quorum aliqui fugientem inſequuntur, ſed viâ contrariâ,* *al.* Propoſuerunt
x
al. protinus
& tandem alii rectâ inſecuti, at præſentem non agnoſcentes,
y
E
z
**an martyr?*

A. ANONYMO.

Tunc fecit mirabilia,
Quæ modò prætermiſimus,
Ad alia nunc tendimus.
Nil Ariviſcus remorans
Cœptum iter accelerans
Prope ſua confinia *cc*
Jam defixit veſtigia.
Cui turba Conchacenſium,
Dei laudes ſonantium,
Pro tanta illi gloria
Gaudens proceſſit obvia.
Acceptiſque reliquiis,
Divinis cum obſequiis,
Ut dignum erat facere,
Curârunt has reponere *dd*.
Tunc in Francorum partibus
Regnabat Minor Carolus,
Quem pòſt Franci de ſolio
Depoſuerunt regio *ee*.
Facta eſt hæc tranſlatio
Beatæ Fidis martyris
In die nonodecimo
Kalendis Februariis * *ff*.
Hinc apud Conchas agitur
Hic dies celeberrimus,
In quo Chriſto ſit gloria
Per infinita ſecula.

Conchas deſeruntur reliquiæ XIV *Januarii, regnante quodam Carolo Minore.*

cc

dd

ee

B

* *l.* Kalendas Februarias

ff

ANNOTATA.

a *Cùm auctor anonymus, qui rhythmicos hoſce verſus de tranſlatione corporis* S. Fidis *conſcripſit, altero, de quo num.* 34 *&* 35 *in Commentario diſſeruimus, antiquior nobis videatur, lucubrationem ejus hîc ante alterius Opus edendam cenſuimus. Porrò hujuſcemodi verſus jam tum à ſeculo* IX *compoſitos curioſus lector videre poteſt apud Muratorium tom.* 3 *Antiquitatum col.* 693 *& ſeq., ac tom.* 7 *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 306.

b *De epocha inventi tranſlatique à S. Dulcidio corporis* S. Fidis, *deque hanc conſecutis miraculis conſule Commentarium noſtrum num.* 27 *&* 5 *ſequentibus.*

c *S. Dulcidius, Aginnenſis epiſcopus, probabiliùs ſedit ineunte ſeculo* V, *uti in Commentario num.* 27 *& ſeqq. docuimus; colitur autem die* XVI *Octobris. Vide, quæ de eo ad hunc diem* VI *dicta ſunt in Prætermiſſis.*

C

d *Conſonant hæc anonymi, S. Dulcidio, uti à num.* 26 *oſtendimus, coævi, diſertis verbis, quæ habes in Commentario num.* 32.

e *Tam* S. Fidis, *quàm Sociorum martyrum reliquiæ in majori Aginnenſi eccleſia in lucem elatæ decenterque à S. Dulcidio compoſitæ fuerunt; verùm, uti & mox ſubdit auctor rhythmicus, non in eadem eccleſia, ſed in ſuburbana, de qua in Commentario num.* 33 *& ſeq. egimus, ſanctæ Martyris noſtræ corpus honorifico mauſoleo conditum ab eo fuit.*

f *Ita etiam teſtatur auctor, S. Dulcidio ſynchronus, cujus narrationem dedimus in Commentario num.* 32, *ſcribens,* SS. Fidis *Sociorumque ejus* meritis ad ſalutem omnium innumera cælitus patrari miracula.

g Aquitaniam ſæpe à Gallia diſertis verbis diſtinctam reperias apud priſcos auctores, *inquit Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum, quod & ex anonymo noſtro patet, qui eam à* Galliæ partibus *mox diſtinguit. Multa eruditè de Aquitania diſſerit laudatus Valeſius, ex quo hæc ſaltem deſcribere viſum eſt.* Et primò quidem, *inquit pag.* 33, una & ſimplex fuit Aquitania inter Pyrenæum & Garumnam ac Oceanum, qualis à Julio Cæſare deſcribitur: deinde etiam diu poſt prolatos ab Auguſto ejus terminos uſque ad Ligerim, una eſſe perſeveravit provincia Aquitania.... Poſtea Conſtantini Maximi ordinatione, ut puto, ex una provincia duæ factæ, AQUITANIA altera, altera à Novem populis NOVEMPOPULANA dicta.... Demum, remanentibus Novempopulis, Aquitania bifariam diviſa eſt in Aquitanicam primam & Aquitanicam ſecundam: provinciæ Aquitanicæ primæ metropolis facta Biturigæ, ſecundæ Burdigala. Unde Rufus Feſtus in Breviario Rerum geſtarum populi Romani & veteres Notitiæ provinciarum Galliæ tres provincias Aquitanis attribuunt, AQUITANIAM PRIMAM, AQUITANIAM SECUNDAM & NOVEMPOPULANAM: quas tres provincias ab Auguſto conſtitutas eſſe, falsò Joſephus Scaliger affirmat.

D

h *Notiſſima ſunt hæ Europæ regiones.*

i *Ab hoc verſu incipit rhythmicæ hujus lucubrationis caput ſecundum, & tota hæc dividitur in capita quinque.*

E

k *Vide, quæ de Aginnenſi urbe diximus in Annotatis ad Acta martyrii* S. Fidis *lit.* d.

l *In hanc rem lubet tranſcribere, quæ Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 896 *Bernardi, Andegavenſis ſcholæ magiſtri, in Commentario à num.* 88 *ſæpe laudati, verba eſſe affirmat.* Urbs Aginnum, *inquit*, ſuper omnes urbes Aquitaniæ multis olim Sanctorum patrociniis illuſtris emicuit, quibus penè omnibus temporum proceſſu, ignoto, quo neſcio, ſuo peccato, viduata remanſit, partim vi, partim furto ſublatis. Invenies, Aquitaniæ viator, quod ipſe experimento comperi, diverſis in locis, qui tibi dicant: hoc eſt corpus illius martyris ab Aginno tranſlatum; hîc illius virginis vel confeſſoris, vel tanta portio illius Sancti, quorum unus Phœbadius habetur Petragoras allatus.

m *Fieri quidem potuit, ut de transferendis ad cœnobium ſuum nonnullis* S. Fidis *reliquiis Conchenſes aliqui divinitus moniti fuerint; at certè à Deo non fuit fraudulentus ille modus, quo ſanctæ Martyris corpus Aginno Conchas delatum fuit, uti infrà narrabitur. Ceterùm Sanctorum reliquias furto auferre, non nefas, ſed pium opus, tunc temporis monachi quidam, at plùs æquo ſimpliciores, ſibi in animum inducebant.*

F

n *Conchenſe monaſterium ſitum eſt in diœceſi Rhutenenſi inter fluvios Oltum & Avarionem, diſtatque Segoduno ſeu urbe Rhutena ſex ferè leucis Galliæ communibus Septentrionem versùs; rivulus, cui in diplomate Ludovici Pii tom.* 1 *Gal. Chriſt. auctæ col.* 236 Dorduni, *vulgò* Dordogne, *nomen eſt, montis ſeu collis, cujus clivo ad Septentrionem Conchenſe monaſterium impoſitum eſt, radices alluit, uti in Tabula Geographica Albienſis provinciæ eccleſiaſticæ eodem tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ auctæ ante pag.* 1 *videre licet. Teſte Cointio in Annal. Eccleſiaſt. Franc. ad annum* 812, *num.* 33, *in pleriſque chartis, ad Conchenſe monaſterium ſpectantibus, commendatur locus ille* ſacer ſanctæ Dei eccleſiæ, qui eſt ſitus in pago Ruthenico, in vicaria Farracenſe, ſuper alveum Dordonis, fundatus in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeu ſanctæ Mariæ Virginis, & ſancti Petri, principis Apoſtolorum nec non & clavigeri, ubi ſanctus Vincentius & ſancta Fides conſiſtunt, *nempe, poſtquam anno* 886 *vel* 887 *Ariniſdus monachus*

A *nachus* S. Fidis *corpus eò attulisset, de quo vide, quæ diximus in Comm. à num.* 45 *& infrà litt.* ee.

o *De Conchensis cœnobii exordiis hæc tom.* 1 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 235 *refert Dionysius Sammarthanus:* Hujus monasterii exordia, si ejus Chronico fas est credere, referenda sunt saltem ad annum CCCLXXI, quo mille monachi ab idolorum cultoribus, vel potiùs ab Gothis Arianis, interfecti dicuntur. Tunc ex eodem Chronico destructum est monasterium; sed Chlodoveus Magnus pergens adversus Alaricum, Gothorum regem, illud restauravit & munivit; posteaque sub Regula S. Benedicti cœpit florere. Iterum tamen evertitur anno circitèr DCCXXX in Saracenorum incursione, qui & monachos occiderunt, & chartas omnes abstulerunt, aut consumpserunt flammis. Iterum verò è ruinis excitatur à Pipino rege, qui accersivit Dadonem, miræ sanctitatis virum. Hic monachorum congregationem apud Conchas instituit, quibus ex ærario regio necessaria suppeditabantur. Carolus Magnus multis donis & privilegiis Conchas ditavit, uti Ludovicus Pius, & Pipinus Aquitaniæ rex. *Verùm hæc omnia, quæ ex Conchensi Chronico hausta videntur, non æquè certa habet*

B *laudatus Sammarthanus, ut contrà Conchense cœnobium paulò ante Ludovicum Pium non restauratum, sed primùm conditum fuisse, potiùs adstruat, atque ex præfati imperatoris diplomate probare nitatur. Fieri tamen potuit, ut ante Saracenorum irruptionem Conchense cœnobium exstiterit, eoque ab iis in una ex prioribus incursionibus funditus subruto, Christiani deinde, cùm in devastata circumcircà regione adhuc aptior locus se non offerret,* permodicum *illic* construxerint oratorium, *uti Ludovici Pii diploma tradit, quod dein ab hoc principe, uti Ermoldus Nigellus, num.* 38 *in Commentario laudatus, scribit, in monasterium erectum fuit.*

p Dado vir religiosus, *inquit citatus Sammarthanus col.* 237, sanctitate conspicuus, propriis manibus locum, dictum CONCHAS, mundavit, stirpavitque, ut ibi contemplationi vacaret. Sed ad eum accessit Madraldus, & post ipsum plurimi, quos odor & fama sanctitatis attraxérat; utque paulatim congregatio crevit, ecclesiam ibidem in honore Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi construxerunt. Tunc Dado, quietis & solitudinis studiosissimus, remotiorem

C locum, qui dicitur GRANDEVABRUM, petiit, designato priùs Medraldo, qui ut abbas nascenti congregationi præesset.

q *Non habeo aliunde, quibus integram hanc anonymi narrationem confirmem. Id tamen ex diplomate Ludovici Pii, citatâ col.* 236 *edito, indubium est, Conchense cœnobium multis bonis ab eo auctum & in tutelam ejus receptum fuisse. Porrò desinit hîc in apographo nostro caput* 2*dum.*

r *Vide Annotata hîc lit.* m.

s *Variè hoc nomen scriptum invenitur. Alibi* Aronisdus, *alibi* Arinisdus *vocatur. Consule, quæ de callidissimo hoc viro, deque patrato ab eo furto diximus in Commentario num.* 38.

t Theophaniæ dies, *idem qui* Epiphaniæ, *celebraturque die* VI *Januarii. Varia de hoc festo fusè juxtà ac eruditè disputata vide apud Benedictum PP. XIV lib. de D. N. Jesu Christi Matrisque ejus festis parte* 1, *num.* 26 *& seqq.*

u *Sitam in suburbio Aginnensi fuisse* S. Fidis *ecclesiam, docuimus etiam in Commentario num.* 33 *& seq. Ceterùm in apographo nostro hîc clauditur metricæ hujus lucubrationis caput tertium.*

x Wasconia, *seu potiùs* Vasconia, *sic dicta est* A. ANONYMO. *à Vasconibus, Hispaniæ populis, trans Pyrenæos antea degentibus, qui à regibus Visigothorum bellis exagitati, quòd imperata facere, situ locorum confisi, nolebant, crebrò sese effudêre in Novempopulanam &, occasione bellorum civilium inter Francos usi, paulatim ibi sedem cepêre, totamque tandem obtinuêre, uti scribit Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum pag.* 381. *Est autem Vasconia sita inter Oceanum Aquitanicum, Garumnam fluvium & Pyrenæos montes, uti apud Baudrandum aliosque videre licet. Oportet itaque, ut, qui Arinisdum insequi in mandatis habebant, mente capti fuerint, dum Garumnam fluvium transierunt, itáque in Vasconiam properârunt; dum oppositæ viæ, quæ per Cadurcos Conchas ducit, insistere debuissent. Id nutu Dei factum fuisse, scribit alter anonymus Translationis auctor, penes quem fides sit.*

y Albencam, *seu Gallicè* l'Albenque, *vicum medio itinere inter Aginnum & Conchas situm, reperio in mappa geographica Aquitaniæ apud Blaevium, utrimque distantem quindecim ferè leucis Gallicis, estque, nî fallor, locus, qui ab anonymo nostro indicatur, & ubi sub arbore sedens Arinisdus defessus, ab Aginnensibus, seu* F. *quòd alienam vestem induisset, seu quòd ab iis interrogatus, statim, ne agnosceretur, vultum ad terram convertisset, minimè agnitus fuit.*

z *Discrepare hîc videtur anonymus metricus ab altero. Hic Aginnenses equites Cadurcum urbem, noster Conchas properâsse scribit, ut, si eò delatum jam fuisset* S. Fidis *corpus, illud vendicarent: verùm utróque eos divertisse, facile intellectu est; primò quidem Cadurcum, ac dein, cùm nulla hîc quæsiti pignoris indicia invenirent, Conchas sese contulerint, unde, re infecta, Aginnum repetierunt.*

aa Figiacum, *quò Arinisdus se statim contulit, quandoque* Fiacum *dictum, est* monasterium Ordinis S. Benedicti antiquum & illustre in diœcesi & pago Caturcensi ad Sellam amnem, qui influit in Olitim (le Lot) non longè à Divona Cadurcorum, situmque est versùs Orientem; ubi propter celebre hoc cœnobium populorum frequentia condendæ urbis non ignobilis occasionem præbuit. *Ita tom.* 1 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 171. *An verò à Pipino Seniore, patre Caroli Magni, an contrà à Pipino Juniore, Aquitaniæ rege, conditum fuerit, hujus loci non est definire.*

bb Figiacenses, qui se dicunt fundatos à Pipino Seniore, negant, se Conchensibus ab exordio fuisse subjectos, *inquit Sammarthanus laudatus tom.* 1 *Galliæ Christ. auctæ col.* 235. *Contrà Conchenses, jactatum à Figiacensibus privilegium Pipini,* quo Figiaco cœnobium Conchense tamquam membrum suo capiti unitur & subjicitur, ... adulterinum putant, contenduntque, Figiacum à Pipino, rege Aquitaniæ, fundatum fuisse, ut perpetuò sub abbatis Conchensis jure permaneret; ideóque illud voluit appellari NOVAS CONCHAS. *Ita rursùs laudatus Sammarthanus col.* 238, *qui in Instrumentis Rhutenensis ecclesiæ pag.* 52, *col.* 2 *chartam exhibet, quâ Conchensium de hac re opinio nostrique anonymi assertio non parùm stabiliuntur. Plura de his vide laudato tom. Galliæ Christianæ & tom.* 2 *Annal. Bened. à pag.* 401. *Porrò in apographo nostro desinit hîc caput* IV.

cc *Cùm Figiacum novem circitèr leucis communibus Gallicis à Conchensi cœnobio distet, potiùs*

A. ANONYMO. *tuit inde Ariniſdus uno die Conchas pervenire, unà cum ablato* S. Fidis *corpore.*

dd *Vide, quæ ea de re in Commentario diximus num.* 39 *&* 46.

ee *De tempore hujus tranſlationis, deque hoc Carolo Minore vide diſputata à num.* 40. *Ceterùm non eſt, quòd contra fixam à nobis hujus tranſlationis epocham objiciantur verba Mabillonii tom.* 2 *Annal. Benedict. pag.* 401, *ubi cùm dixiſſet, Conchenſe monaſterium exſtitiſſe anno vigeſimo primo Ludovici, tum Aquitanorum regis, id eſt, anno octingenteſimo primo, mox ſubdit:* In pleriſque chartis ejus loci, quas Cointius vidit, ſitus dicitur in pago Rhutenico... fundatus in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ Mariæ Virginis, ac ſancti Petri, Apoſtolorum principis, ubi SANCTUS VINCENTIUS, MARTYR AGINNENSIS, ET SANCTA FIDES REQUIESCUNT, unde monaſterium S. FIDIS non rarò appellatur. *Etenim, tametſi veriſſimum ſit, poſt tranſlatas ad Conchenſe cœnobium* S. Fidis *reliquias, illud paſſim ſub nomine* S. Fidis *veniſſe, nuſquam tamen ſeu Cointius, ſeu Mabillonius chartam aliquam produxit, ex qua liqueat, ante*
B *annum Chriſti* 886 *vel* 887 *hoc ei nomen fuiſſe inditum.*

ff *Conſule Commentarium num.* 39 *&* 46.

TRANSLATIO ALTERA

S. FIDIS VIRG. ET MART.

AD MONASTERIUM CONCHENSE,

a Auctore anonymo *a.*

Ex veteri Ms. reginæ Sueciæ in pergameno, ſignato num. 744.

C

PROLOGUS.

Anonymus, licèt inter Sanctorum biographos

MAgnificus & perpes Rex cælorum, ſicut ante mundi exordium Patris inextricabilis ſapientiæ monarchiâ ſolus omnium creaturarum finem unà cum initio, dum adhuc non eſſent, mirificè proſpexit, non ſecùs Chriſtos *b* ſuos poſthæc futuros elegit, qui propoſitum ſanctitatis a primis cunabulis aſſumpsêre, qui & ſola theorica *c* interioris hominis oculo intuentes, adeò privilegio fidei præpolluêre & in conſtantia agonis incœpti fixi perſtitêre, ut tyrannica juſſa gentiliumque vafra lenocinia inſupérque omnia tormentorum genera aſpernantes, ad idola vana & damnoſa à cervicoſis perſecutoribus, mortem minitantibus, inflecti blandè aſpereve nequivêre; ſed potiùs pro nomine Jeſu, propugnatoris eorum, agoniſtæ *d* fortiſſimi in hujus peregrinationis prælio perſeveravêre, & cum inſigni trophæo ad patriam redeuntes, militiæ peractæ bravia à Domino ſuo receperunt. Quorum victoriæ mentio ut penès terrigenas, veluti cælicolas, ſolemnis conſtaret, pari providentia idem mirabilis Diſpoſitor, exordii expers, ſucciduos fideles, librarioſque Philochriſtos *e* deeſſe renuit, qui eorum egregium triumphum & palmam martyrii, ſive miracula, litteris traderent, quas ſequacibus ſuis ad themata *f* rectè vivendi & prærogativam doctrinæ reliquerunt.

2 Inter quos tam præclari negotii viros unus quidem ego ex modernis *g* rudis, omniumque infimus, nec in numero tantorum ſcilicet habendus, &, licèt nullius ſophiſmatis ſtemate vel virore fulcitus *h*, tamen benevolentiæ profuſiùs, quàm poſſibilitatis gratiâ, coactus, unius Chriſti virginis martyriſque, nomine Fidei, quæ etiam tam opere, quàm vocamine Fidei nobilis *, tranſlationem ſtilo prætitulare præſumo: & ne fortè aridioris ingenii culpâ attritâ attonitus *i*, paulò tardiùs accedo, verúmtamen, opitulatione contemplativa aſpirante, pro viribus ordiendo ſcribere eandem aggrediar; pro viribus, inquam, non ad comparationem, utpote illuſtrium, qui trigeri *k* immani in pelagus voluminum tam innumerabilium, carbaſis ſinuoſis flatibus Auſtri extenſis, in altum tanti freti protendere non metuunt, quos nec Boreæ efferi ſpiramina, execrabiliter flantia, infeſtant, nec minaces fluctus tumidi maris terrificant.

3 Sed quò animus tendit rapido ventorum curſu, ut velox ſagitta *l* celeumata *m* exercendo antevolans? Quin imò parvo lembulo *n* littus contis tangens, velis carens, proprioque ſudore navaliis remigans, minores undas tutiùs ſulco, ſicque paulatim prodeundo ad iam præ-
d deſtinatam metam, tum demum fatigatus quandoque perſtringo *o*. Itidem hîc Opus lector artificioſum ne quærites, non facetæ urbanitatis locutionem, non rhetorum eloquentiæ profunditatem, ſed arctiùs vacillantis ingenii paupertatem adeſſe cognoſcas, qui, ut ſuperiùs prætexui, ampliùs benignitatis quàm auctoritatis causâ, exercitio huic implicitus*. Præter hæc tamen, ſummo cooperante Opifice, ipſaque Dei pietate magiſtra, opemque rorante, ad vota ſpontanea perveníre uſque deſidero, eaque perſolvere, prout pollicitus ſum, non recuſabo.

D

c

f

ſe minimum & indiſertum eſſe, ſciat,

g

h

**ſupple* fuit

i

k

E

tamen Tranſlationem S. Fidis rudi ſtilo ſcribere aggreditur.

l *m*

n

o

**fortè ſuppl.* fui

ANNOTATA.

a *Conſule, quæ de hujus anonymi ætate & fide diſputavimus in Commentario à num.* 34.

F

b Unctos *ſeu chriſmate ſalutis in Baptiſmo, ſeu Chriſmate Confirmationis, ac, ut verbo uno dicam, Chriſtianos anonymus hîc ſignificat.*

c *Videtur anonymus hac voce indicare voluiſſe res divinas, factaſve à Deo myſteriorum revelationes; quo ſenſu tamen hanc vocem alibi non reperi.*

d *Id eſt,* pugiles *ſeu* athletæ *pro Chriſti nomine. Eadem voce utitur Arnobius in Pſalmum* 93: Quæſo te, agoniſta fortiſſime, indica mihi, quo ordine hoſtium impetus evaſiſti.

e *Seu Chriſti amantes ſcriptores, qui martyrum certamina litteris commendarent.*

f Thema *hîc pro* norma *ſeu* exemplo *ſumitur.*

g *Cùm hic auctor poſt annum Chriſti* 1020, *uti num.* 35 *in Commentario diximus, Opus ſuum conſcripſiſſe videatur,* modernum *Martyrii* S. Fidis *ſcriptorem meritò ſeſe vocavit.*

h Sophiſma *hîc pro rhetorica & elegantiori dictione,* ſtema *verò pro* ſchemate, fulcitus *autem, antiquatum participium, pro* fultus *adhiberi videntur. Sic apud S. Auguſtinum lib.* 2 *de Doctrina Chriſtiana ſermo, non captioſus, ſed tamen abun-*

A *abundantiùs, quàm gravitatem decet, ornamenta consectans*, sophisticus *dicitur. Videas quoque apud Cangium in Lexico* stema *pro* schemate. *Itaque, si benè anonymum nostrum capio, indicat, se elegantis dictionis exemplar, quod imitarctur, ante oculos non habuisse, cùm Translationis historiam conscripturus erat.*

i *Videntur hîc voces quædam deesse, quæ sensum compleant; vel fortassis pro* ne *legendum est* nec, *ut sensus ejus sit*, & nec ob eloquentiæ imperitiam tardiùs ad hoc Opus accedo, sed pro viribus scribere aggredior &c.

k Trigeri immani, *id est*, triremi magna. *Sic Ariulfus de Miraculis S. Richardi cap.* 3: Fuit quædam trigeris magna & fortis, quæ plena hominibus armatis cursu vèloci tendebat properare in Hierusalem.

l Sagitta, *inquit Cangius in Lexico*, navigii species... sic dicta, quod velox sit. *Adhibetur in* charta Guillelmi II, regis Siciliæ, in Bullario Casinensi tom. 2, pag. 191: "Concedimus etiam prætaB „xato monasterio liberam potestatem semper „habendi quinque sagittas in portu Panormi & „mari, eidem civitati adjacenti.„ *Plura vide de hoc navigii genere apud laudatum Cangium.*

m Celeumata *pro* celeusmata, *quæ vox Græca est, significans cantum nautarum, quem in prosperis præsertim concinebant, de quo vide Cangium in Lexico.*

n Lembulus *est scapha exigua, quæ conto seu longâ perticâ protrudi, vel remis agi solet.*

o *Quid sibi velit allegorico hoc sermone anonymus, nox verbis propr.is exponit, dum ait, sermonis sublimioris elegantiam in hac sua lucubratione à lectore quærendam non esse; quod verissimè ab eo dictum fuisse, nemo non judicabit.*

CAPUT I.

S. Fidis Sociorumque martyrium, sepultura, ac dein corporum inventio & elevatio: patrata Aginni à S. Fide miracula: Conchensis cœnobii situs: Arinisdi, Conchensis monachi, artes ad auferendum S. Fidis corpus.

C

Cùm S. Fidis Sociorumque martyrum corpora

TEmpore igitur Diocletiani & Maximiani *a* Romulei regni sceptra regentium tanta rabies tyrannidis eorum in Christianos furuit, ut per omnes terminos imperii illorum, scilicet à mari Orientali usque ad Occidentale, à Daciano *b* sceleratissimo, ab edictu ipsorum directo, per singulas civitates persecutio fidelium crudeliter exerceretur. Accidit ergò ea tempestate, ut idem prophanus præses ad Occiduas oras transiens, Agennum urbem ingrederetur; dumque ferox Christicolarum quæstio facta fieret*, generosissima virgo genere, sed generosior sanctitate, Dei ancilla, Fides, ejusdem loci incola, pollutis scelestissimi tortoris manibus primùm allata est; quam cùm ad simulacra compellere non prævaleret, post cratem ignitam prunarumque ambustionem cum Caprasio, Primo atque Feliciano *c* cæterisque compluribus spiculatoris gladio martyrium feliciter consummavit.

a

b

**l.* fuisset

c

A. ANONYMO.

5 De eorum verò Martyrum corporibus, parvulus adhuc mitis Christi grex, sollicitus, clàm præ metu diræ gentilitatis sacrosanctum [corpus] colligens cum diligentissima cura, non condecenti in loco sepulturæ tradidit *d*. Post multa autem annorum curricula omni gentilium furore remoto, quidam vir sanctus, cui nomen Dulcidius *e*, ad pontificatûs dignitatem provectus, omnibus posthabitis, ecclesiam foris murum *f* ejusdem urbis ad Septentrionale clima in suburbio construxit, eandemque sub sacræ Virginis veneratione cælesti Sponso consecravit. Sanctorum quoque corpora cælitus per visionem somni admonitus ab inculto & minùs religioso loco cum summo condigni honoris officio ad locum, Domino dicatum, transferre non distulit, ipsaque ab invicem sejunxit, beatissimam namque virginem Fidem, quæ cæteros in palma victoriæ præcellit, in basilicam eamdem cum maxima honorificentia mausoleo precioso, marmore excisо, commendavit, in quo, ut gestæ rei usque hodie prodit veritas, litterarum anaglypha*titulus passionis ejus sub fastigio brevitatis inscriptus est; sanctum verò Caprasium intra muros urbis ad ecclesiam ibidem fundatam detulit, eumque consimili honore in sarcophago, item marmoreo, diligentissimè deposuit *g*.

Aginni sepulta, ac dein inventa elevataque fuissent,

d

e

f

F

**supple* & *vel fortè leg.* anaglypho opere

g

6 Cœperat enim prælibata Christi sponsa & martyr Fides tantis miraculorum signis præfulgere, ut cæcos illuminaret, surdis auditum redderet, energumenos curaret, & omnia infirmitatum genera à variis languidis depelleret. Tanta verò claritate eadem regina virtutis Fides à Domino coronata, illicò fama ejus non tantummodò per finitimas civitates & regiones intonuit, sed etiam per quadrilateras mundi plagas ipsa filia cæli & virgo sacratissima Fides ab omni gente longè latéque famosissima atque glorioſissima, per virtutum insignia prædicabatur *h*. Post aliquantulum ergò temporis devotus populorum concursus ad tumulum illius frequenter confluebat, plurimaque diversè ægrotantium multitudo circumquáque deferebatur, per quos ipsa maxima Martyr mirabiliter à Deo clarificata*, omnes, sanitate recepta, læti & incolumes magnalia Dei Virginisque annunciantes, inde regressi sunt.

& ad S. Fidis mausoleum miracula multa patrarentur,

h

F

**supple* fuit, &

7 Sita est ergò supradicta urbs in Gallia Inferiori, quam præterluit fluvius, videlicet Garonna *i*, sed in trina Galliæ divisione hæc quidem tertia ad differentiam duarum, Gallia Comata & Inferior cognomine vocitatur *k*. Est item ejusdem Galliæ provinciæ monasterium quoddam, quod dicitur Conchas *l*, in quibusdam convallibus statutum, undique præruptis montibus circumclusum ad Meridianum polum nemorositate opacum, duorum stadiorum spatio in longitudine extensum, quod in ambitu qualitatis loci ad instar Conchæ videtur formatum, indéque vocabuli originem traxisse cognoscitur. Denique id ipsum quondam ab exercitu Saracenorum, quando hostilibus armis ad omnem penè Europam devastandam egressi sunt, funditus destructum est *m*, ita ut regalia chirographa, ad diœcesim ipsius se habentia, dispersa perirent. Evolutis quoque pòst aliquantulis annis, Carolo summo imperatore jubente, à Ludovico, filio ejus, qui sub ipso patre, adhuc vivente, coronatus & in regnum sublimatus est, cum privilegiis, præcepto illius iterum reseriptis, ab imo funda-

Conchensis cœnobii, cujus situs & exordia referuntur,

i

k

l

m

A. ANONYMO.

fundamento honorificè reſtauratum eſt *n*; habetur ſiquidem uſque nunc in eodem cœnobio venerabilis monachorum congregatio, cujus anteceſſores arduæ religioſitatis more tenebantur, qui in ſucceſſoribus, ut adhuc patet cernentibus quotidiè, bonarum virtutum augmentis ſtudiosè dilatatur.

n

8 Hi tanti honoris viri, dum ſæpiùs de ſuprà taxatæ Virginis prodigiis ad invicem ſermones conferrent, dextra interim ſuggeſtione excitati, ex improviſo cauſa conſilii apud eos extitit, quonam modo eventus rei examinaretur, ut ſanctiſſimæ Martyris corpus in ſalutem patriæ & in redemptionem multorum ad ſe transferretur *o*. Accerſito igitur quodam monacho, nomine Ariniſdo *p*, qui in parrochia ejuſdem monaſterii pro patrum communi utilitate ad cujuſdam eccleſiæ curam agendam conſtitutus fuerat, qui in concilio providus, in prudentia ſtrenuus & in omni morum habitudine erat præclarus; cum quo verò totius commoditatis viro omnem propoſitæ rei ſeriem diſponentes, atque, prout neceſſitas exigebat, quomodò, ſi fors concederet, apertè perficeretur, artificantes, cum itineris duce poſt peractum conſilium Agennum direxerunt.

aſcetæ, ut reliquias S. Fidis nanciſcantur, Ariniſdum,

o

p

B

9 Cùm utique talis ſecreti legatus illò perveniſſet, mentemque in diverſa verſaret, ut res poſtulaverat, cuncta ſecum ſolerter perſpexerat, ſub peregrinique habitu ibidem degens, ut proſelitum decuit, ſe ſuaque cuncta cautè habuit, quantùm ad rem pertinuit, modeſtè ſe occultare ſtuduit, perpetuam ſtationem permanendi ſub ſpecie ſimplicitatis finxit, bonæque converſationis ſtudium veraciter omnibus præbuit. Qui verò, dum talis exempli formâ fulſiſſet, amabillimus extemplò ſubinde inquilinis pro viſibili corporis caſtimonia extitit, eiſque notus fieri & moribus & patriâ incepit. A clericis verò non ſolùm in amicitiam, ſed etiam in conſortium receptus eſt. Cùm rurſus inter eos ſolito more omnigena virtute claruiſſet, callentiſque ingenii exercitio floruiſſet, divinæ legis amator haud iners extitit, ubique proficuus fuit, patientiâ & humilitate omnes antecellebat, & per omnia omnibus obedivit. Hæc morum laudabilis concordia cùm cunctis pleniter complacuiſſet, poſt aliquos dies ad cuſtoditorium ejuſdem monaſterii *q* officium aſſenſu omnium non immeritò promotus eſt.

mittunt Aginnum, ubi callidus ille vir,

q

C

10 Porrò cùm hoc eccleſiaſticum negotium ritè ordinabiliterque tractaret, curamque illius decenter gereret, magis magiſque in bonis operibus tam ipſe faciendo, quàm alios docendo procederet, tamen eò minùs arcanum, cujus causâ aderat, ullis proſperis adverſiſve interceptum, à pectoris ſuis antro non dilapſit *; ſed quia in brevi temporum intervallo ad hoc deſiderabile theſaurum *r* acquirendum facultas oportunè accedendi pro metu adverſæ fortunæ non data eſt, effectum voti ſuſpendit, manens inter fratres locum opportunitatis expectando ſub diuturno quoque tempore.

eccleſiæ S. Fidis cuſtos conſtitutus,

*non dilabi ſivit

r

11 Interea dum anxia mens perſæpe laboraret, curaque intima cordis ureret, quo ordine ad tam arduum opus perpetrandum aditum arriperet, quadam die orbitam annuam magnæ feſtivitatis Apparitionis Dominicæ *ſ*, ſole revehente, poſt divina Miſſarum peracta ſolemnia cùm omnes ad communem refectionem ſumendam ſolemniter convenirent; ipſe pro occaſione

integrum ejuſdem Martyris corpus furto auſert.

ſ

cuſtodiendæ eccleſiæ, ne fortè, ut fieri ſolet, in tanta lætitia dici feſti aliquid ſiniſtri accideret, licentiam ad quæque monaſtica juris miniſteria providenda obnixè ab omnibus poſtulaverat, qui hoc ſuo arbitrio uno ore unanimes conceſſerant, & prudenter in hoc agere dijudicaverant. His vero in feſtiva menſa epulando diu commorantibus, ille autem non in ſe, ſed in Domino confiſus, Poliandrum *t* ſacræ Virginis adire non hæſitavit. Sed quia lapis coopertorius præ ſigillis ferreis, quibus ad ſubteriorem firmiter ſe tenuit, immobilis manſit, & erigi ab eo integer nequiverat, ex parte pedum colliſus eſt, tumuloque partim aperto ſacratiſſimum corpus diligentiſſimè collegit, indeque illud venerabilliмè ſublevans, ſacculo mundiſſimo, ovans Deumque magnificans, intulit.

D

t

E

F

ANNOTATA.

a *Vide dicta in Commentario de epocha ejus martyrii num.* 24.

b *Dacianum non tantùm in Hiſpaniis Galliiſque, ſed etiam in Oriente ſæviiſſe in Chriſtianos, nec Acta martyrii antiqua, quæ ſuprà edidimus, nec alii veteſti ſcriptores tradunt.*

c *Capraſium, Primum & Felicianum probabiliùs non eodem die cum* S. Fide *paſſos fuiſſe, in Commentario num.* 21 *&* 22 *docuimus, quos proîn adiſis.*

d *Ita etiam teſtatur anonymus, S. Dulcidio coævus, cujus verba dedimus in Commentario num.* 31.

e *Vide Annotata ad Tranſlationem, metricè conſcriptam, lit.* c.

f *Conſule Commentarium num.* 33 *& ſeq.*

g *Vide dicta in Commentario loco mox citato.*

h *Adi Annotata ad Tranſlationem metricè conſcriptam lit.* f.

i *Garumna eſt Galliæ fluvius, de quo & infrà. De ſitu Aginni vide Annotata pag.*289 *lit.*d.

k *Galliam olim in partes tres diviſam fuiſſe, ſcribit etiam C. Julius Cæſar Commentariorum de Bello Gallico lib.* 1, *ita inquiens:* Gallia eſt omnis diviſa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipſorum linguâ Celtæ, noſtrâ Galli appellantur. Hi omnes linguâ, inſtitutis, legibus inter ſe differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona & Sequana dividit. *Et poſt nonnulla ſubdit:* Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & eam partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet, ſpectat inter Occaſum ſolis & Septentriones. *Verùm fallitur anonymus noſter, dum Aquitanicam ad differentiam duarum* Galliam Comatam *tunc dictam fuiſſe innuit; id enim nomen toti Galliæ, quæ Romanis tranſalpina erat, commune fuit, uti apud Bouquetum tom.* 1 *variis locis videre eſt. Porrò Aquitaniam tempore Julii Cæſaris* Inferiorem *Galliam vocatam fuiſſe, nuſpiam invenio.*

l *Conchenſe monaſterium ſitum quidem eſt in Aquitania, at in ea, quæ* Prima *vocatur; Aginnum verò, ut antè dictum fuit, ſitum eſt in Aquitania* Secunda. *Ceterùm Conchenſem locum in quibuſdam convallibus ſitum eſſe, anonymus tradit; cùm tamen mappa geographica provinciæ eccleſiaſticæ Albienſis tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ auctæ Conchenſe cœnobium colli impoſitum exhibet. Fortaſſis uterque auctor ita conciliandus eſt, ut, habitâ altiorum montium, quibus Conchæ cin-*

A *cinguntur, ratione, in convallibus ſitæ, ſeu, ut Hermoldus Nigellus ſcribit,* valle ſedere magna *dicantur, cùm tamen cœnobium in loci editi declivitate exſtructum ſit, cujus radices rivulus Dordunus ſubluit, & eo fortè ſenſu alter anonymus utitur voce* ſuſpendio, *quo & nunc adhibetur vox Gallica* pente.

m *Vide Annotata pag.* 293 *lit.* o.

n *Vide rurſus Annotata pag.* 293 *lit.* o *& lit.* q.

o *Nihil hîc de admonitione Conchenſibus in ſomnis facta, de qua alter anonymus num.* 4.

p *Conſule rurſus Annotata pag.* 293 *lit.* ſ.

q *Univerſim eccleſiæ* Monaſteria *olim dicta, eaque præſertim, quarum presbyteri communi utebantur domicilio, uti à clericis hujus eccleſiæ fiebat.*

r Theſaurum neutro genere uſurpant *etiam* Alcuinus Epiſt. 49 & Poëmate 105, Folcardus lib. 1 Miracul. S. Bertini cap. 8, & alii ſcriptores ævi medii, *inquit Cangius in Lexico.*

ſ *Vide Annotata pag.* 293 *lit.* t.

t Polyandrum *ſeu* Polyandrium, *Latinè* cœmeterium *ſeu* tumulum mortuorum *ſonat. At* interdum & ſæpius apud ævi inferioris ſcriptores (*uti hoc loco*) ſumitur pro monumento aut
B ſepulcro unius hominis; *ita Cangius in Lexico, apud quem plura vide.*

CAPUT II.

Aginnenſes fugientem cum corpore ſanctæ Fidis Ariniſdum fruſtra inſequuntur: factum Figiaci miraculum: corpus ad Conchenſe monaſterium perfertur: magnus ad illud concurſus: tentata fruſtra totius corporis tranſlatio: S. Fidis elogium.

Ariniſdum cum corpore S. Fidis fugientem

C POſthæc ſcilicet nulli quieti deditus, noctis ſilentium præſtolans, advocatoque itineris ſocio, recidivo tramite ad patriam læto animo cum munere deifico veloci curſu tetenderunt. Craſtino autem die illuceſcente, dum cuſtos requiſitus abfuiſſet, & monumentum viſitatum, vacuum corpore foret, & tam pretioſo theſauro careret, facto etiam tumultu permaximo in plebe, omnes obſtupefacti concurrentes, caſumque rei in alterutrum ſciſcitantes, quem raptim, ut in ardua re fieri ſolet, fama vulgo dilatavit, & cuncto populo regionis illius notum fecit. Ad ſepulchrum ergò Virginis univerſa civitas conveniens ſacraſque reliquias non reperiens, immoderato dolore cordis omnis ætas intrinſecus tacta, ita ut nulla ſolamina tantæ mœſtitiæ in animis eorum ſederent; ſed quamvis tanto mœrore ſui infortunii coacti, tamen non immemores faciundæ rei, quoſdam ex equeſtri ordine commilitones ad iter præparaverunt, qui terga fugientium, illud ſecretum ſacroſanctum ferentium, celeri properatione inſequerentur.

13 Multis enim opprobriis omnis ejuſdem loci clerus hanc culpam ſibimet non minùs improperabat, quàm à cætero populo illis inſultabatur, quòd alienigenam, ex longinquo terrarum intervallo ſupervenientem, ſibi præfecerint, & tot indigenis, ad hoc miniſterium aptis, poſthabitis, eum præferrent. Poſt infinitas autem verborum ambages, & plurimas lamentationes inito conſilio, unanimiter conſpiravêre, ut, ſi ſors fugitivos reduces daret, aut patibulo ſuſpenderent, aut oculorum lumine extingverentur. Miſſis itaque exploratoribus validis per viam, quæ ducit ab Agenno in partes Conchacenſes, Dei clementiâ pro defenſione ſervorum ſuorum, ne totale exitium incurrerent, volente, relictâ ab ipſis inſequentibus rectâ itineris lineâ, fluminèque Garonnæ naviter quoque tranſmiſſo, ad fines Waſconiæ *a* regionis feſtinanter tranſiêre. *a* Hi equidem nutu Dei tam immenſâ cordis ignorantiâ dediti fuêre, ut, ſicuti feroci animo in aufugientes appropiando irruere æſtimavêre, ita ab eis retrogrado tramite recedendo ſeſe elongavêre.

14 Poſtquam autem in ſe reverſi, illuſoſque ſe à tranſitu ſiniſtro & in vanum laboràſſe noverunt, nimiâ mœſtitiâ perturbati Agennum repedavêre, & qualiter eis in via acciderit, per ordinem recitaverunt; habitatores namque urbis, rurſus ſuper hoc caſû commoti, iterato itinere poſt E fugâ lapſos indagantes direxerunt, ſi fortè concitato ſonipede moram, quam priùs fecerant, complere ullo conamine prævalerent. Qui ſanè, dum improba agilitate itinera agerent, quadam illuceſcente die contulit utroſque inopia* fortuna in loco, ALBENCA *b* proprio vocabulo nuncupato. Ibidem ſacri corporis vectorem, cum ſocio ſub frondoſo reſidentem arboris tegmine causâ reſpirationis, repererè. Ipſi enimverò, quamvis infixa oculorum acie eum intuerentur, ita tamen mira Dei fortitudo affuit *c*, quem non modò compatriotam, quin etiam civem atque clientulum indies domi conſpexerant, & cui dietim conſermocinaverant, quaſi videntibus oculis excœcati, neque ſaturâ eum inſpiciendo, neque vocis proprietatem audiendo agnoverunt.

an inopinata *?*

b

c

15 Is ergò, dum tanquam extraneus attentiùs rogitaretur, ſi talis formæ homo, uti ſibi notificaverant, ei viſus fuiſſet, ſe prorſus nuſquam talem aliquem vidiſſe, verbis mendoſis fidem eis fecerat. De hac nempe interrogatione idem vir Dei nimio timore perterritus oppidò ſe feſſum, ſupra id, quod fuit, fingens, fatigata membra veluti pro quiete, ob hoc, ne dignoſceretur, humo proſtravit, & vultum ad terram convertit, ac, conſodali relicto, ſolitarius per Caturcenſes *d* fines cum ſacris reliquiis iter carpſit. Perfugæ * autem Caturcum urbem intrantes, unius diei ſub ſpatio ibi manſerunt, omnibus modis hujus rei veſtigia perſpicaci induſtria inveſtigantes, ſi fortuitò aliqua indagatio illis occurreret, quæ notitiam deſideratæ rei inferret, quatenus quam viam inſiſterent, vel quò perquirendo tenderent, non ignorarent. Poſtremò igitur ſcrutando, ſe fruſtra elaborare ſentientes, quid agendum in hac re ambigua foret, ſolliciti conjicientes, tandem ſuper omnia Agennum recidivare proficuoſius intra ſe dicentes elegerunt. Revertamur ergò, forſitan, ut creditur, licitum ſibi pro Virginis meritis abire non eſt, quæ nobis abſtuli & aliorsùm transferri non patitur. Eo videlicet pacto remeantes, & cùm aliter, quàm ſperarent, propoſitum eorum proveniret, ſaltem in omni exquiſitione & ſpe ſua fruſtrati

qui proin, re infecta, Aginnum reverti coguntur,

F

d

**i. e.* perſecutores

**l.* quam nobis abſtulit, & quæ

A. ANONYMO. *Agimenſes e quites inſequuntur, at contrariâ viâ;*

A. ANONYMO.

domum pervenerunt.

16 Optimates quoque Aginnenſes, cùm rumor tam inauditus, ab advenientibus miſſis relatus, ſuis intonaret auribus, quòd ſanctæ Martyris corpus ulteriùs non recuperarent, poſt hanc moleſtiſſimam jacturam ſibimet nil utilius cenſuêre, quàm calamitatis ſuæ caſum ſilentio tegere, ne ſui infamia dedecoris proprii in populo divulgaretur & culpa ipſius infortunii eorum imperitiæ atque ignaviæ reputaretur. Cumque idem felix hoc, ſi dici fas ſacrilegium eſt, celari diu non poſſet, paulò pòſt proditum eſt & ubique per latitudinem terrarum propalatum. Fidelis autem ſuprà taxatus vir præ formidine perſequentium fugam anxius acceleravit, quominus * cruentas æmulorum manus, Dei miſerationis clipeo protectus, evadere ſibi licuiſſet.

dum interim Ariniſdus, iter ſuum proſequens,

**forte quatenus*

17 Obtigit ſiquidem, cùm vicum quemdam, Figiacum *e* vocatum, aſſidua feſtinatione immaniter agitatus, idem pertranſiret, cæcus quidam, cui jam pridem divinitus in ſomnis revelatum fuerat, quòd in ejuſdem ſanctæ Virginis tranſmigratione illuminaretur, adventûs item corporis illius, ut à Deo præſagium hoc percepit, gnarus, audacter id ipſum, lucem diei poſtulando, petiit, & ut velamen, quo obſtitum fuit, tetigit, repentè oculorum lumen recepit. Sed non in hoc verò eadem maxima Virgo tantùm, quin etiam in aliis pluribus mirandiſque ſignis in tranſitu à Domino ſublimata eſt, quæ propter ſtili prolixitatem devitamus, &, ut ita dicam, plura per eam fierent, ni terrore portitor nocivo circumcinctus, quò adverſantium manus delituiſſet, ſedulâ fugâ ab omni loco præceps abiret.

Figiacum venit, ubi cæcus aliquis divinitus illuminatur;

e

B

18 Is autem, qui ſanus effectus eſt, ab ipſo ſacrarum reliquiarum portitore, qui tanti theſauri damnum cum ſui corporis pœna ſe incaſſum incurrere metuit, præcipuè rogatus eſt, ne ſubitò eum prodere vellet, & qualiter erga ipſum peractæ rei veritas ſeſe haberet, nequaquam diffamaret, quoadusque ad propria pertenderet, ne fortè alicujus injuriæ offendiculum à quoquam oboneret *. Sed & hic, qui visûs donum accepit, præ gaudio Deum Virginemque laudans ac magnificans, facilis ſe flagitantis precibus annuit. Hoc namque colloquio finito, ſervus Chriſti, quàm celerrimè potis fuit, ad jam ſupramemoratum locum, ſcilicet Conchas, iter intentus omni niſu peregit, qui haud longo terrarum intervallo, ſed quaſi duodenis uſualibus miliariis *f* ab eodem vico avulſus eſt.

inde Conchas versùs Ariniſdus cum ſacro corpore tendens,

**opponeretur*

C

f

19 Omnis autem monachorum Conchacenſium chorus, cùm idem ſacramenti allator vicinitati eorum appropinquaret, audita videlicet adventatione ipſius, procul in occurſum ejus ſpatiabantur, ex congrua proceſſione ſanctiſſimæ Martyri cum cætera fidelium turba obviantes, * cruce, thuribulis, aromatum odore redolentibus, cæteriſque divinis obſequiis Virgo beata honore digno, corde jocundiſſimo, menteque benigna ab omnibus ſuſcepta eſt. Poſt ea quoque præconiorum munia ritè religioſéque peracta, cum hymnis lætaniarumque canticis rediverunt, & beatiſſimæ Chriſti Martyris corpus cum ſumma honorificentia & gloria in templum, ſub titulo ſancti ac ſummi Salvatoris Jeſu Chriſti ſpecialiter dedicatum, intulêre, & cum maxima cautela in loco decentiſſimo ſub diligentiſſima cuſtodia XIX Kal. Februariarum die venerabiliter ſtatuerunt; eodem quippe tempore Carolo Minore, Francorum rege, imperante, quem ſuæ ditionis principes iniquè adverſus eum conjurantes, à ſolio regio dejecerunt, & Ottoni *, Aquitanorum duci, coronam regni impoſuerunt, & illum pro eo regnare elegerunt *g*.

ſolenni ritu ſummaque cum lætitiæ à monachis recipitur,

**ſupple & cum*

D

**lege Odonem*

g

20 Supradictum verò Tranſlationis diem devotiſſima Chriſti plebs pro Virginis veneratione æternaliter ſibi celeberrimum & in omni veræ fidei lætitia præcipuum elegit, quem annuâ obſervantiâ univerſalis terræ illius Chriſtianitas ex tunc, & modò, & in futurum in Dei laudibus, totoque ſpirituali tripudio, omnigenis deifici cultus ornamentis ornant, atque feſtivum recolunt *h*. Ab illo ergò die uſque hodie quamplurima populorum multitudo ad limina præfati templi pro ſanctæ Chriſti Martyris reliquiis viſitandis creberrimè undique conveniunt *i*, ita ut difficulter, niſi propriis obtutibus pateat, alicui credibile memoratum* eſt, qualiter obſtipantibus phalangibus adveniunt & redeunt, quos nec interdum aptè quantitas monaſterii, quamvis nimiæ magnitudinis in ſtructura ſit, capere ſufficit, ibidemque lucubrantias nocturnas ex more cum luminariis exercentes poſt orationum divinorumque myſteriorum expletiones cum gaudio ad propria remeant.

ac mox frequentes populorum ad ſacrum corpus concurſus fiunt.

h

i

**an memoratu?*

E

21 Cùm enim pium & mite monachorum ovile tam populoſum turbarum frequentium acceſſum præ ſervitutis Chriſti inſtantia ſanctique patris Benedicti traditione ſufferre non oporteret, ipſique pro gravi moleſtia & inquietatione popularium crebrum favorem ducerent, in diebus quoque Stephani *k*, Alvernenſium venerabilis præſulis, qui & unus ex ſolertiſſimis, ipſo conſulente, atque ſummopere inſtigante, maximæ pulchritudinis baſilica ipſo monaſterio adjungata *l*, à fundamento poſt paululum temporis conſtructa eſt, in qua ſacræ Virginis corpus tumulationi commendaretur, quò facilior aditus cunctis illuc confluentibus illudque viſentibus aſſiduè pateret. Oratorii igitur ædificio plenaria machinatione architecti conſummato, atque legitima benedictione archimandritæ conſecrato, primatibus equidem ſapientibuſque terræ illius in unum convenientibus, ſimpliciores dignioreſque elegerunt, qui idonei forent ad ſanctam Chriſti Martyrem à loco ſubmovendam, ad eccleſiamque noviter ædificatam cum ſumma humilitate deferendam.

hinc in exſtructam novam baſilicam illud transferre

k

l

F

22 His quoque ſublimis meriti viris ſollicito animo ad almificum corpus accedentibus, atque omni conamine religionis illud ſublevare incipientibus, ſupremi opificis Chriſti mirificatione aſſiſtente, tanto pondere fixum permanſit, ut ad montis cujuſdam modum immobile perſiſteret. Illi profectò, non ſat condignè hoc ſacramentum attigiſſe reverentes, in jejuniorum orationumque afflictione conſtituti, iterumque aggredientes, nec ita operis incœptio ad votum provenit. Adulterinum verò adhuc culpæ fragilitatis eorum, ne ad effectum perduxiſſent, reputantes, diuturnæ rurſus parcimoniæ macerationi dediti, tertióque probantes, ſed minimè labor in actu peragendæ rei proficiebat. Ne autem tot famoſi atque ardui nominis hujuſce monaſterii viri, inſulſi, ſive eorum ſcientia inepta à quoquam deputaretur, vel neu caſu ſuper hac protervia, ſi tertium aditum tranſcenderent, ex qualibet parte plecterentur, ſacrificium *m* idem ad prælibatum locum deportare ulteriùs tentare ſeſe penitus deſierunt.

Conchenſes monachi parant, ſed irrito conatu;

m

23 Deinceps videlicet incœptum ſuum illicitum & à Dei nutu vetitum ſibi cognoſcentes

quapropter corpori superstruunt thecam magnificam, miraculis postea claram.

tes juxta prædicti sancti ac summi Salvatoris Jesu Christi altaris latus posterius ex omni rutilantis auri gemmarumque coruscantium pompa mirificæ machinæ thecam fabricari conati sunt, sub qua dignissima Virgo obsigillata feliciter in Christo quiescit, ibidemque haud dubiò ab innumerabili populo frequentatur. Quæ equidem adeò multipliciter hoc in loco à Domino per meritorum insignia mirificatur, ut salutaris illius opera in cunctis languidis, diversisque malis afflictis ostendatur, taliterque cælitus glorificata, quotidie de virtute scandit in virtutem; hujus namque prudentissimæ Virginis egregia gesta atque prodigia, eò quod multimoda, summotenúsque perstringi nequeunt, non hîc asserenda assumimus, quin potiùs idcircò, quòd scripta sunt, omninò prætermittimus. Sed si quispiam avidus voluminum scrutator est, qui horum notamina adipisci deglíscat, Codicem Miraculorum *n* ejus perlegat.

n

Elogia **suppl.* prodigia *vel simile quid*

24 Quæ lingua, ô lector amande, quod pondus elegantiæ sufficit sat condignè promere Martyris Christi tam inclitæ * ? quisve efficax philosophus mille modis carminum expediet ad integrum laudes ejus meritorum ? Cedat nempe Achademicum *o* suæ virtuti potens studium; nam omnis ars sophistica *p* non prævalet exprimere culmen ejus gloriæ. O per omnia Virgo beata, paradisi incola, Angelorum socia, quæ in carne posita, pectore anhelanti Christum sitîsti, cui militaliter pugnando bellicoséque triumphando, hostem devicisti, trophæumque nobile super astra revexisti, & quem sitiens desiderâsti, eundem sponsum accepisti. O felix hujus margaritæ meritum, & ô magnum atque inæstimabile jam dictum miraculum! Cujus anima Dei Filium amplecti meruit in cælis, hujus reliquiæ aliunde advectæ, domum, suo nomini specialiter adsignatam, possidere cupiebant in terris, ut mysticum hoc non vacaret; quia sicut sponsa in aula siderea Sponso cælesti juncta est in excelsis, ita in ejus habitaculo sibi copularetur in imis, quò dilecta dilectum nusquam defereret, neque ullus locus dilectionis eorum vacuus constaret.

o

p

B

25 Salve, inclita filia Syon, Fides ô alma, Hierusalem supernæ alumna, inter choreas coruscans Virginum, ceu rosa & lilium. O dies veneranda, dies colenda, dies prædicanda, quæ talem florem in hujus mundi protulit lucem. O nimium felix tellus Conchacensis, talis gemmæ adornata pignore, talisque lucernæ, quæ resplendes fulmine, gaude & plaude, compta tali lumine, quod fulget super æthera, ceu sol inter sydera. O decus sublime polorum, corona Martyrum, lampas Virginum, facie renitens formosa, ut stella lucidissima, de thalamo Regis procedens decora, ut admodùm rutilans aurora, lætare puella generosissima, pulchritudo enim tua meruit Amatorem Christum, verum Solem, cujus splendor & speciositas cæli superat fulgorem, omnemque æstuantis diei serenitatem. Ipsi quoque Ingenito, Filioque ejus Unigenito cum Pneumate Paraclyto honor doxaque *q* compar per immortalia sæcula sæculorum. Amen.

varia

C

q

de S. Fide, *r* **l.* & hymnus

26 Omnium Alpha *r* Deus, quæ sunt, tibi doxaque limbus *,
Orbis qui globulum finxisti, qui vel abyssum,
Pulcher cunctigenis nam cerneris in creaturis,
Haud secùs in Sanctis mirus fulges & enormis;
Pro te virgo Fides sæcli contempsit opima,
Flagris, ense, crate, victrix spreto Daciano,
Nobile vexillum revehens super æthra triumphi.
Urbs Agenna rosa undâ profusa cruoris,
Primò fovens corpus, sed pòst gemuit sibi demptum;
Nunc fruitur membris humus his Conchas quoque sacris,
Luciferi & talis radiis micat inclita tellus.
Et jubilat Christo, geminis ter laudibus, Agno,
Qui decus hoc summum meritis concessit eorum.
27 Chere ſ stella, Fides, Superûm tu maxima cives *,
O spes, pompa, salus, virtus, flos, gloria, luxque
Astrifera, quæ cum Domino regnâris * in aula,
Erige tu mundum precibus, sua noxa caducum *t* . . . .
Quocircà, pia Virgo Dei, succurre pusillo
Plasmate mortalis sexus is est, quia pulvis,
Pondere neu carnis Christi superetur imago.
Spiritus ætherea redeat sed victor ad astra,
Pax ubi, perpetua lux & sine tempore vera,
Sceptriger Altitronus regit & quâ cælica regna,
Hæc pie nos facias, Rex regum, scandere celsa,
Quo tibi magnifica modulemus laude per ævum;
Hoc Pater, hoc Genitus, hoc Spiritus annuat almus *u*.

A. ANONYMO.

at ineptè vel concinnata vel descripta.

ſ

**an* civis?

**an* dominaris?

t

E

u

F

ANNOTATA.

a *Vide, quæ suprà diximus in Annotatis pag.* 293, *lit.* x.

b *Adi rursus Annotata ibidem.*

c *Prodigio adscribere videtur anonymus, quòd Aginnenses non agnoverint Arinisdum; at facilè fieri potuit, ut personam mentitus sit callidus ille & versipellis homo, & mox se oppidò defessum fingens, faciem in terram converterit, ut vix uno momento Aginnenses vultum ejus considerare quiverint.*

d *Consule Annotata pag.* 293 *lit.* z *&* aa.

e *Vide, quæ de Figiaco diximus in Annotatis pag.* 293 *litt.* aa.

f *Minorem utriusque loci distantiam exhibet mappa geographica tom.* 1 *Galliæ Christianæ auctæ. Verùm anonymus noster minores duntaxat leucas Gallicas designat, vel, computatis viarum anfractibus, loci utriusque distantiam metitur.*

g *Vide, quæ de epocha translationis in Commentario à num.* 40 *disputata à nobis sunt.*

h *Vide in Commentario Bullam Pontificiam Paschalis II à num.* 66.

i *Adi dicta in Commentario num.* 53.

k *Consulesis, quæ de Stephano II diximus in Commentario à num.* 53.

l *Legendum puto* adjuxtata, *quæ vox medio ævo pro* juxtà posita *adhibita fuit. Porrò vide rursus dicta in Commentario num.* 53 *&* 55.

m Sacrificium *hîc, uti & alibi* sacramentum, *pro re sacra seu sacro* S. Fidis *corpore sumuntur. Cæterùm de frustra tentata hac integri corporis e-*

A. ANONYMO.

jus translatione adi Commentarium à num. 54.

n *Consule, quæ de hoc, uti videtur, Miraculorum codice disputavimus in Commentario à num.* 88.

o *Per* Academicum *studium intelligit artem rectè copioséque differendi. Fortè anonymus noverat illud Ciceronis:* Ego autem fateor, me oratorem, si modò sim, aut etiam quicúmque sim, non ex Rhetorum officinis, sed ex ACADEMIÆ spatiis exstitisse.

p *Vide Annotata pag.* 294, *lit.* h.

q *Id est*, & Spiritui Sancto honor & gloria.

r Alpha, *id est*, principium *juxta illud Apocalypseos cap.* 1, ℣. 8: Ego sum Alpha & Omega, principium & finis.

s Chere *à voce Græca* χαῖρε *pro* salve, ave, *adhibet anonymus.*

t *Quinque versus, qui in apographo nostro subsequuntur, vel anonymi inscitiâ adeò malè tornati & implexi, vel descriptoris vitio adeò luxati ac deformati sunt, ut nulla ratione ad metri syntaxeosque leges reduci à me quiverint. Quapropter eos hîc omittendos censui, & vel ideò præsertim, quòd nihil notatu dignum indicare videantur.*

B u *In fine apographi nostri ponitur oratio, quæ, uti arbitror, eadem est, quam Tillemontius tom.* 4 *Monum. Eccles. pag.* 753 *Notâ* 1 *satis pulchram vocat. Integram hîc subdere visum est, quòd non parùm ad posthumam* S. Fidis *gloriam faciat, & miraculis jam nunc edendis fidem etiam conciliet. His verbis concepta est:* Sancta & benedicta Fides, virgo preciosa & martyr glorioſa, honor cæli, decus paradisi, cælestis Hierusalem margarita, Christi sponsa, dulcis ac dilecta Dei amica, quæ, postpositis sæcularium voluptatum illecebris, Christum tantùm concupîsti, sitîsti, desiderâsti, nec unquam desiisti, donec per martyrii gratiam ipsum invenisti, nunc habes, nunc tenes, nunc vides, quem desiderâsti, visoque sine fastidio satiaris. In illo delectaris, illum amplexaris, sub umbra illius, quem desiderâsti, sedes, & fructus ejus dulcis gutturi tuo. Illi vox tua dulcis & facies tua decora. Ipse tibi imperat ut ancillæ, sublimat ut reginam, fovet ut filiam, coronat ut amicam, valida ut mors, vestra fuit dilectio. Et quomodò majorem hac dilectionem haberetis, quàm ut pro invicem animas poneretis; & ideo indissolubili modo nexa, totiusque felicitatis plena vestra est caritas,
C spirans odorem æternæ vitæ. Oramus ergò te, inclita & cælestis femina Fides, quam post incomparabilem & deificam Dei Genitricem Mariam penè omnibus sanctis Virginibus miraculorum præferunt insignia, ut nobis peccatoribus in præsenti vita subvenias, atque apud piissimum Redemptorem tuum, cui in hac vita placere studuisti, & in quem nunc & semper inter angelos cernere cupis, peccatorum nostrorum veniam impetres, & in supremo judicii die venturi Judicis iram tuis sanctis precibus in maximam lenitatem ac bonitatem contra nos miseros convertas. Quatenus ab æternis gehennæ incendiis liberati, & Beatorum consortio conjuncti tecum fæliciter æternare mereamur in cælis. Amen.

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

D

MIRACULA,

auctore Bernardo, Andegavensis scholæ magistro, conscripta *a*. a

Ex antiquo Ms. reginæ Suecia, signato 744, *partim collato cum editione Labbeana tom.* 2 *Novæ Bibliothecæ Mss. à pag.* 531.

PROLOGUS AUCTORIS *b* b

Collatus cum editione Mabilloniana tom. 4 *Annalium Benedictinorum pag.* 703. E

Quæ fuerit sibi data occasio scribendi miracula S. Fidis,

Sanctissimo atque hominum doctissimo Fulberto *c*, Carnotano episcopo, Bernardus, scholasticorum minimus, summæ beatitudinis donum. Cùm dudum Carnoti vestra sincera conversatione fruerer, accidebat crebriùs, ut vel scribendi causâ vel orandi S. Fidis martyris, quæ extra muros ejusdem urbis sita est, ecclesiolam adirem *d*. Qua de re memini, nos aliquando inter confabulationis colloquia incidisse in mentionem S. Fidis miraculorumque ejus, quæ in loco Conchacensis * cœnobii, ubi sacrosanctum corpus illius veneranter excolitur *e*, omnipotentis Christi munere * fiunt assiduè. Quæ quia partim vulgarium famâ celebrari videbantur, partimque * inaudita habebantur, haud aliliter, quàm inanis fabulæ commenta à fide rejiciebantur. Et tamen * cùm, quod verum erat, per voluntatem Dei silere * non poterat, verique opinio penè per universam Europam jam discurreret, paulatim subiit mihi in corde tacita & oblivionis impatiens cogitatio, uti ipsum sanctæ Martyris habitaculum eadem * studio discendi adirem. Postremò adeò res rediit huc, ut voti inde facti tempus diemque, ne daretur oblivioni, in manuali codicello notaverim *f*.

c

d

Mabil. Conchatensis

e

Mabil. omnipotentiâ Christi

Mabil. partim quia

Mabil. Et tum

an fileri *?*

F

2. Interea causa extitit, quâ ad urbem Andegavum * ab ipsius urbis episcopo *g* exoratus transmigrarem, ubi ferè per triennium per inanes nugas, ut verum confitear, tempus studii conterens, excessi terminum voti *; quippe bonam opportunitatem expectabam, quæ, succedentibus multiplicis curæ occupationibus, adeò me falsa expectatione reddidit delusum, ut veluti piscis intra linea claustra captus, quò magis expediri conabar, eò gravioribus malis implicarer. Tandem verò ne sub specie * adversitatis desidiæ meæ viderer consulere, cùm etiam occultos & penè inextricabiles diabolica fraude mihi persentiscerem* parari laqueos, prorsusque arte inimica à cœptis cogitantem de bonis absterreri, postpositis repentè rebus, ad desideratum glo-

& quo modo eorum veritatem indagârit,

f

Mab. Andegavensem

g

Mab. excessi tamen voti

Mabil. sub spem

Mabil. præsentirem

A

h

*Mab. poſtquam

*Mab. ultione

*Mab. fuerant

i

*Mabil. reliquorum vero

*Mab. liquerint

k

*an ferenda?

B

uti & cur præ aliis ipſe eâ ſtribat,

glorioſæ Martyris mauſoleum, Domino ducente, perveni. Hîc ergò de virtutibus *h* S. Fidis priuſquam * ſollicitè cœpi inquirere, tanta à diverſis relatoribus miraculorum affluentia abundavit, ut, niſi audiendi eſſet ardens animus, nimio tædio afficerent cerebrum. Verùm, quia ipſum hominem, cujus oculi violenta avulſione * radicitus abſtracti fuerunt *, & poſtmodùm ſalva naturæ integritate reformati, ipſe videre merui, & nunc in hac etiam hora dictandi video, eodemque prodente, univerſa atteſtante provincia, novi *i*, primum id, tamquam miraculorum fundamentum cæterorum, lectioni inferendum puto, non ſolùm ſenſum è ſenſu, ſed etiam verbum è verbo, ut ab ejus ore audio, brevitatis alienus, longam ſatis lineam narrationis exordiens. Poſthæc verò pro redeundi feſtinatione perpauca adjicere miracula reliquorùm* pulchriora, ſumma brevitate curſimque notata, & quidem, quæ ætate noſtra non ſunt antiquiora, quorumque teſtes in promptu, non fabuloſam, ſed evidentiſſimam veritatem elicuerunt * *k*, mecum in patriam, Deo duce, ferendum * delibero; quò videlicet diligentiori datus otio abundantiorem lectoris faciam lectionem.

3 Hæc ergò, mortalium doctiſſime, cùm acceperis, artis tantùm poſitionem corrige; nam quidquid mihi narratum fuerit, quamvis indoctus & rectè dictandi imperitus, non tamen ſimplex ad audiendum, nec facilis ero ad credendum; aut potiùs, ſi fœdum tibi videtur, ſtilum imparem materiæ materiam polluiſſe, tute tibi, ſalvâ benevolentiâ meâ, quem conſtat unicè in altiorem ſapientiæ gradum evaſiſſe, tam nobile tamque glorioſum thema nobili glorioſoque ſtilo decoraturus ſume, ne veritas malo ſtilo corroſa legentibus horreat, ac per hoc res optima vileſcat; nam tantam talemque hiſtoriam, tamquam abjectis ſapientibus, occupâſſe, præſumptoris potiùs erit improbitas, niſi, quia cauſa in medio prolata me ab hac audaciæ noxa facit immunem; quoniam *, ut manifeſtiùs edicam, melius eſt, cæleſtia miracula, nunc dum ſunt nova * & indubia, à ſcholaſtico, quámlibet indocto, ſalva veritate uteúmque tradi litteris, quàm ab ignotis mundi partibus oſcitantem ſpe dubia oratorem expectari.

*Mab. quam ut

*Mab. neccdum ſicut

C

exponit Bernardus, dictiſque ſuis fidem haberi poſtulat.

4 Ergò non adeò culpandus mihi videor, ſi divinæ gratiæ munera pro viribus exprompterare * contendo, cùm ipſa ſcriptorum inopia, ut id agam, vehementer expoſtulat. De cætero, qui hoc lecturi eſtis, moneo, ne in hujus ſcripturæ concordia ſcandalizemini, conſequentiam temporum quærentes *l*; non enim permittit me inſtans redeundi neceſſitas ad purum inveſtigare, niſi ea, quæ ſine detrimento fructûs * minimè ſunt prætermittenda. Unde non hic in hac ſcriptura libri, quem de virtutibus S. Fidis, Deo cooperante, exordior componere, annorum ordo, ſed miraculorum concordabit ſimilitudo, quorum inviolabili veritate diligentiſſimè à me exquiſita, quia nihil verius, precor, ut fidem relatui pleno corde accommodetis, ne vobis ſanctæ Martyri poſtmodùm minùs derogâſſe ſit ſatius, aut potiùs, ſi rei prodigioſæ inuſitata novitas vos perturbat, id ſuper omnia coram * fraternitate *m* procumbens terratenus peto, uti noſtro tempore non tam orationis, quàm cauſâ experientiæ, & vos quoque, me regreſſo, huc veniatis, ne intempeſtivè falſum judicetis inexperti, cujus veritatem ultrò propalabitis experti *n*.

*Mabil. propalare

l

*Mabil. addit miſericordiæ

*Mab. à veſtra fraternitate

m

n

ANNOTATA.

A. BERNARDO

a *Apographum noſtrum antiqui codicis Mſ. reginæ Sueciæ hunc præfert titulum:* Incipit Liber miraculorum S. Fidis, virginis & martyris, editus à Barnardo, Andegavinæ ſcholæ magiſtro. *Hunc porrò Barnardum, ſeu Bernardum, non fuiſſe vulgarem ludi magiſtrum, ſed epiſcopalis ſchola præpoſitum, in Commentario num.* 88 *&* 94 *monuimus.*

b *Idem apographum noſtrum ſic habet:* Incipit epiſtola ad domnum Fulbertum, Carnotanum epiſcopum. *Mabil. verò legit* Carnotenum.

c Fulbertus, *cui ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 7, *pag.* 261 *& ſæpe alibi* Sancti *titulum adſcribunt, vario nomine in variis Mſs. appellatur; alibi* Folbertus, Fulpertus, Ulbertus *&* Umbertus, *alibi* Wlpertus, Wlbertus, *imò &* Wilbertus *dicitur, uti teſtantur laudati ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ pag.* 261 *Notâ* 1. *Fuit ſanctitate non minùs, quàm doctrinâ illuſtris antiſtes, ut meritò clariſſimum ſui temporis eccleſiæ Gallicanæ lumen paſſim vocetur, atque in ejus morte ſtudium philoſophiæ humanorumque ac* E *divinorum dogmatum in Francia periiſſe & gloria ſacerdotum pænè cecidiſſe dicatur. Etiam tum, cùm epiſcopalem gradum anno Chriſti* 1007 *aſſecutus eſſet Fulbertus, à docendo non deſtitit, ſcholamque habuit diſcipulorum undequáque confluentium frequentiâ pernobilem, quos inter fuit Bernardus noſter. Qualis in docendo fuerit Fulbertus, ejus diſcipulus Adelmannus laudatus tom.* 7 *Hiſtoriæ litterariæ pag.* 14 *his verſibus indicat:*

Heu! quanta dignitate moralis induſtriæ,
Quanta rerum gravitate, verborum dulcedine
Explicabat altioris arcana ſcientiæ.
Floruêre, te fovente, Galliarum ſtudia;
Tu divina, tu humana excolebas dogmata,
Nuſquam paſſus obſcurari virtutem deſidiâ.

Præter dicta tom. 1 *Aprilis in Prætermiſſis pag.* 856, *inſignia hujus viri elogia vide tom.* 8 *Galliæ Chriſtianæ auctæ à col.* 1113 *&* *laudato tom.* 7 *Hiſtoriæ litterariæ à pag.* 261; *ex quibus etiam facilè judicium feras de diſcipuli ejus Bernardi meritis ac doctrinâ, qui tali tantoque præſuli familiaris præ cæteris fuit.*

d *Habes hîc, quam ſtudio nominatim non recenſui num.* 71 *Commentarii, aliam* S. Fidi *erectam in Galliis eccleſiam.* F

e *Vide dicta in Commentario à num.* 53.

f *Non tantùm* quaſi voto, *ut innuunt ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 7, *pag.* 308, *ſed voto ſtrictè dicto ſeſe Bernardum ad id obſtrinxiſſe, ipſa ejus in annotando emiſſi voti tempore dieque ſumma diligentia ſatis denotat.*

g *Laudati ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ibidem cenſent, Bernardum ab Andegavenſi epiſcopo evocatum fuiſſe, ut Andegavenſi ſchola epiſcopali præeſſet, eumque ferè per triennium hoc munere fuiſſe functum; quæ quidem ipſius Bernardi dictis conſona ſunt, verùm quod addunt, Andegavenſem præſulem illum fuiſſe Hubertum Vindocinenſem, qui nempe, ut Sammarthani fratres tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ pag.* 123 *ſcribunt, anno* 1010 *Andegavenſi eccleſiæ præfectus fuit, id mihi quidem omninò certum non videtur, niſi vel citiùs, quàm anno* 1010, *Hubertus ille Andegavenſem ſedem tenuerit; vel ſeriùs, quàm anno* 1010, *imò &* 1012, *manum Operi admoviſſe Bernardus ſtatuatur; quandoquidem trien-*

A. BERNARDO.

nium ferè Andegavi exegerat, priusquam se Conchas hic scriptor contulerit.

h *Id est*, de miraculis S. Fidis, *de quibus priori num. locutus erat.*

i *Non vulgi rumoribus motum, non credulum levemque hominem fuisse, at contrà viri gravis, cauti, prudentisque partes omnes hîc expleviſſe Bernardum, ex his satis supérque liquet.*

k *Et hæc rursus aliaque, quæ subduntur, ejusmodi sunt, ut iis, quæ auctor ille refert, meritò habeamus fidem.*

l *Ordinem chronologicum, seu, ut subdit*, annorum, *quibus miracula illa facta sunt*, ordinem *non observavit Bernardus, sed miraculorum similitudinem, quorum certa exploratæque esset veritas.*

m Fraternitas *est titulus honorarius, quo reges, cùm ad invicem scribebant, antiquitus etiam utebantur, uti & episcopi cùm ad episcopos, & clerici cùm ad clericos litteras dabant. At titulum illum episcopo à simplice sacerdote attributum etiam quandoque fuisse, vel hinc manifestum sit.*

B n *In apographo nostro additur:* Explicit epistola; *ac dein subditur:* Incipiunt capitula libri sequentis, *de quo vide à nobis dicta in Comment. numm. 90 & 94. Porrò ita se capitulorum elenchus in nostro apographo habet:*

CAP. 1. De Witberto, cujus oculos radicitus evulsos S. Fides redintegravit.

CAP. 2. De Gerberto simile miraculum.

CAP. 3. De eo, qui irruens in monachum S. Fidis, occubuit præcipitio.

CAP. 4. De ea, quæ sacræ imagini assurgere contempsit.

CAP. 5. De filia viduæ cæca.

CAP. 6. De muliere, quæ usurpavit annulum, quem altera moriens S. Fidei reliquerat.

CAP. 7. De improbo mercatore.

CAP. 8. De puero, in quo quadripartitum gestum est miraculum.

CAP. 9 Item de cæco & claudo.

CAP. 10. De eo, qui à suspendio furcarum S. Fidis auxilio liberatus est.

CAP. 11. De eo, cui ad conterendos ferreos compedes S. Fides martellum attulit.

C CAP. 12. De eo, qui præmonitus à S. Fide per fenestram turris saltu evasit, & de mirabili asino.

CAP. 13. Iterum de Gerberto miraculum.

CAP. 14. De peregrino captivo & vinculato subitóque S. Fidis auxilio liberato.

CAP. 15. Reversio tertia Barnardi ad S. Fidem & quòd Witbertus illuminatus jam obiisset.

CAP. 16. De eo, quem S. Fides gladio percussum mirabiliter sanavit.

CAP. 17. De quodam Bernardo de morte suscitato, & de mirabilibus ipsi ad S. Fidem venienti in via ostensis.

CAP. 18. De mulo à morte resuscitato.

CAP. 19. De reperto accipitre.

CAP. 20. De puella contracta.

CAP. 21. De contracto directo.

CAP. 22. De rustico à dæmonio liberato.

CAP. 23. De quadam puella simile miraculum.

CAP. 24. De milite sagittâ vulnerato & per S. Fidem sanato.

D

MIRACULORUM LIBER I

CAPUT I.

De Witberto, cujus oculos radicitus evulsos S. Fides redintegravit.

CAPIT. 1. *A susceptâ ad S. Fidem peregrinatione revertenti*

IGitur adhuc in pago Rotenico *a*, ubi & beatissima virgo requiescit Fides, in vicinia vici Conchacensis presbyter quidem *, Geraldus nomine, superstes habitat, qui habuit consanguineum ac in Pontificali Confirmatione *b* filium, nomine Witbertum, suæ domus vernaculum, rerumque suarum procuratorem strenuum. Hic aliquando Witbertus festivitatis gratiâ ad Conchas * perrexerat, completaque de more solenni lucubratione vigiliæ *c*, in crastino, id est, in ipso solemnitatis die, recidivo redibat tramite, cùm offendit sinistrâ fortunâ præfatum dominum suum, occulto zeli odio adversus se commotum. Hunc presbyter cùm peregrino habitu cominus cerneret, & * verbis pacificis in primo aggressu ita affatus est: Ecce, Witberte, Romeus *d*, ut video, effectus es; (sic enim in eadem patria Sanctorum peregrini appellantur) & respondit: Etiam, domine, à festivitate S. Fidis revertens. Tum verò de cæteris quasi amicabiliter exquisito dat licentiam abeundi. At cùm paululùm sese præterirent, respiciens post tergum Judaicæ proditionis sacerdos *, (si tamen sacerdotem, qui sacrilegio sacerdotium contaminat, vocari fas est) jubet homini, ut paulisper opperiatur se; quem consecutus mox à suis utrobique vallatum teneri præcepit.

a

* *an* quidam?

b

F

* *Lab.* Concham

c

* *Lab. omittit* &

d

* *Lab. malè* sacerdotes

F

6 Quod cùm ille vidisset, nimio metu intremiscens, summam * cujus criminis arguatur, percontari cœpit. Cui vir perfidus hujuscemodi * dedit responsum: Malum mihi feciſti & pejus factum ire paras, & ideò non aliter, quàm ipsis tuis oculis satisfaciens mihi supplicium dabis. Nec tamen apertiùs, quasi præ pudore, designavit modum culpæ; namque est sacerdotibus inhonestum de zelotipio *e* suo agere judicium; siquidem hujus mali causa de suspicione stuprandæ mulieris erat exorta. Ille verò, ut erat rei ignarus, omnigenæ culpæ purgationem satis confidenter profert. Ecce, inquiens, domine, omne nefas, quo tibi suspectus habeor, si est, ut palam detegas, legaliter refellere paratus, non æstimo inveniri posse, quo pacto iram tuam tuorumque fidelium incurrere debeam. Ad quem ille: Cessent, inquit, cessent superfluæ excusationis ambages; jam enim dudum conclamatum est, data sententia, ut oculis careas. At ille gladiatorio sibi animo illum* insistere, irreparabilemque suæ destructionis horam imminere, nec ullum preci locum fore ulteriùs cernens, adhuc tamen, quamvis de præsenti diffidens salute, hujusmodi clamorem addidit: Domine,

Witberto, ab hero suo, cui de crimine falsò suspectus erat,

* *Lab.* summâ

* *Lab. addit* minaciter

e

* *Lab. omittit* illum

A mine, indulge, quæſo, veniam, & ſi non propter innocentiam meam, ſaltem pro amore Dei & S. Fidis, cujus amore in præſentiarum geſto ſacrum peregrini habitum.

ambo oculi radicitus evelluntur,

7 Ad hæc torva bellua nec Deum, nec Sanctam ejus magni pendens, effero furoris rugitu frendens, diu conceptum blaſphemiæ venenum, ita verbis evomit ſacrilegis. Nec Deus, nec S. Fides hodie, inquit, te liberabit, neque eos invocando proficies, ut à manibus meis impunitus abeas, neque eò confugies, ut ob peregrini habitus reverentiam, cùm ſis mihi iniquiſſimè injurius, te incontemptibilem inviolabilemque habeam perſonam. His dictis, jubet hominem dari præcipitem, oculoſque innocentis violenter eripi. Sed cùm nullum ſuorum (qui tres tantùm erant, quorumque* nomina propter barbariſmi prætermittimus horrorem) ad tantum facinus impellere potuiſſet, illum ab eiſdem ſaltem gravari impetrans, repentè idem elapſus ab equo, digitis, quibus ſacroſanctum Chriſti corpus contrectare* conſueverat, ſui filioli oculos violenter abſtraxit, humique negligenter projecit. Non ſine ſupremæ virtutis præſentia, quæ non ſinit homines divinæ curæ exortes, & ſemper adeſt propè invocantibus ſe in veritate, facitque judicium injuriam patientibus.

**Lab.* quorum

**Lab.* contractare

B

quos avis Conchas deferre viſa eſt.

8 Nam, qui tum ibidem affuêre, cernere continuò niveam meruêre columbam; aut certè, ut ipſe adhuc patrator ſceleris ſolet aſſerere, pica extitit, quæ pica, id eſt *, columba, ocellos miſeri, recenti cruore illitos, in ipſa hora ſuſcepit ab humo, ſupraque montuoſæ telluris altitudine elevata, ad Conchas deferre viſa eſt *f.* Nec mirum, ſi Deus aliti picæ oculos ad tempus ſervandos credidit, qui per corvos olim victum Heliæ in deſerto præbuit; vel fortè, ut Divinitas voluit, ales dubia venit, quæ nec bene pica, nec bene columba, animadverti potuit, verùm inter utriuſque avis qualitatem non ambigua fuit diſcretio, cùm hi quidem candidatam columbam, ille verò non aliud ſe vidiſſe perhibet, quàm picam nigro diſtinctam & albo. Sed quia Deus impiis terribilis, mitis verò apparebit juſtis, fieri potuit, ut inſontibus quidem ac pro viſo ſcelere tacita conſcientia ingemiſcentibus candida ſpecies viſa fuerit, ſcelerato verò confuſa. Quod tamen idem cùm vidiſſet ſacrilegus, pœnitudine ductus, lacrimari cœpit profuſiùs. Cui ab uno ſociorum ejus idem facere incaſſum tardéque, dictum eſt. Indeque abiens ſacram Miſſæ celebrationem poſtea, aut propter perpetratum ſcelus non præſumpſit, aut (quod verius videtur) propter rem ſæcularem omninò neglexit.

f

C

Curatis vulneribus ei S. Fides

9 At verò mater hujus Geraldi, læſæ innocentiæ vehementi affectu compaſſa, prædictum Witbertum domi receptavit, cunctaque ſibi neceſſaria, donec ſanus factus eſt, benigniſſimè ſuppeditavit. Cum qua etiam eadem tempeſtate obverſatus fuerat, non tam ex præcepto ſui ſenioris *g*, quàm declinando atrocitatem ipſius, quam in illum idem ſenior, ſævior ſolito exercuiſſet, ex quo falſi zeli vulnus in corde percepiſſet. Iſdemque * ſanus effectus, eodem anno arte joculari *h* publicum quæritavit victum, indeque quæſtum occæpit *; adeò ut (ſicut modò aſſolet referre) oculos ultrà habere non curaret, tanta eum & lucri cupiditas, & commodi jocunditas delectabat.

g

**Lab.* Is denique

h

**Lab.* accepit

10 Evoluto itaque anno, impendente ſolemnitatis die, dum pridie ante vigiliam mem-

bra ſopori dediſſet, aſtitiſſe ſibi inenarrabilis elegantiæ viſa eſt puella, aſpectu angelico atque ſereniſſimo, facie candida, roſeoque rubore guttatim reſperſa, quæ inæſtimabili vultûs vigore omnem humanum ſuperexcellebat decorem. Quantitas verò non alia erat, quàm ea, quæ paſſionis tempore fuiſſe legitur, id eſt, ſtatura puellaris, necdum provectæ ætatis *i*; veſtes erant ampliſſimæ, auroque per totum intextæ mundiſſimo ac ſubtili picturæ varietate circumdatæ. Manicarum verò quantitas ad veſtigia uſque dependens, in minutiſſimas rugas præ ſui magnitudine ſubtiliter contracta; ſed & ligatura capitis in orbem complicata bis binis perſpicui candoris emicabat margaritis. Verùm puſilli corporis habitudo nihil aliud mihi ſignificare videtur, quàm quòd paſſionis tempore (ſicut diximus) juvenis legitur fuiſſe *k*.

A. BERNARDO. *poſt annum apparet;*

i

k

mirabili forma, cujus expoſitio datur,

11 Oris autem qualitas, quantùm fas fuit huic, cui hæc viſio apparuit, diſcernere, ſive mirabilis habitus, non, ut reor, ſine cauſa extiterunt; nam præclarum in ſe hæc eadem gerunt portentum; ſiquidem veſtes menſuram perſonæ excedentes, armaturam, ſive protectionem exuberantis fidei poſſumus accipere, quarum aureus fulgor ſpiritualis gratiæ illuminationem apertè figurat. Quid ſubtilitas picturæ, manicarumve rugoſitas, niſi divinæ ſapientiæ indaginem præfert? Et meritò in principali corporis parte, id eſt capite, ſunt viſæ quatuor gemmæ, per quas liquidò principalium virtutum, prudentiæ, juſtitiæ, fortitudinis ac temperantiæ poſſumus advertere quadruvium *l*. Quarum S. Fides, quia notitiam perfectionemque habuit, ac penitus Sancto afflata Spiritu, cæteras quoque, ab his derivatas, intra viſcera amoris perfectiſſimè coluit, omnimodis Altiſſimo placuit; ac proinde non ignara ſummi boni, ſacro martyrio immolandam ſemet ultroneam, curamque Chriſto obtulit holocauſtam *m*. Reſtat faciei qualitas, quam licèt primam, ut à relatore didicimus, præmiſiſſemus, ultimam tamen in expoſitione noſtra ponemus; quia in eadem, quæ eſt totius vitæ ſumma finiſque, caritatem ſignificare ſentimus, per candorem videlicet faciei; bene etenim per candorem, qui nitore ſui alios colores vincit, caritas intelligitur, virtutum perfectiſſima, quem nos ante ruborem, qui martyrium

E

l

m

F

inſinuat, non abſurdè, ut à noſtro relatore accepimus, præmiſimus, quia ad martyrii gratiam abſque charitatis eminentia nequaquam pervenitur. Hanc itaque virtutem Deo gratiſſima cariſſimaque Fides inviciabiliter *n* ſervavit, quando pro illius amore intempeſtivam mortis acerbitatem inhianter expetiit.

n

ſpondetque, eum oculos ſub certa conditione recepturum,

12 Mox verò, ut ad incœpta redeam, eadem Beatiſſima, fulcro cubilis innixa, ſupra dextram dormientis malam leniter ſuaviterque manu admota, ſic infit: Dormiſne, Witberte? Cui ille ait: Quis es, qui me vocas? At illa reſpondit: Ego ſum S. Fides. Ad quam ille: Quid cauſæ accidit, Hera *o*, ut ad me venires? At illa reſpondit: Nihil aliud, niſi ut te viſam. Witberto verò gratias agente, ipſum rurſus S. Fides interrogat: Cognoſciſne me? At ille eam, ac ſi jam dudum viſam, recognoſcens, ſic viſus eſt reſpondere: Etiam bene te video, Hera, & optimè agnoſco *: Dic etiam mihi, quomodò te habeas, inquit? quámque proſpere tua res agatur? Ille reſpondit: Optimè, Hera, rebus meis ſuccedit fortuna, cunctaque Dei gratiâ ſunt erga me proſpera. Cui illa: Et quomodò, ait, pro-

o

**ſuppl.* & illa

A. BERNARDO.

prospera, quia lumen cæli non vides? Ille enim, ut fit in somnis, aliter de se *, quàm res erat, videre putaverat. Qui mox ad hunc finem interrogationum, oculorum reminiscitur amissorum, Et quomodò, inquiens, videre possim, qui anno præterito à tua festivitate remeans, injusti domini violentiâ oculos miser perdiderim? Et illa: Nimiùm, inquit, Deum offendit, graviterque summi Artificis iram irritavit, qui te immeritum corporis detrimento damnavit; verùm si crastina luce, quæ erit martyrii mei vigilia, Conchas perrexeris, emptasque duas candelas, unam quidem ante aram S. Salvatoris, alteram verò ante aram, ubi gleba corporis mei condita est *p*, appositeris, oculorum de integro reformatorum decore mereberis gaudere, si quidem pro illata tibi injuria cælestis Judicis pietatem ingenti clamore ad misericordiam promovi, Deumque pro salute tua sedulæ precis instantiâ tandiu fatigavi, quandiu ipse impetratæ optionis effectum facilem exorabilemque redderet.

*Lab. omittit de se

p

B

13 Hæc ubi dicta dedit, cœpit iterum atque iterum abituro instare, &, ut celerrimè pergeret, obnixiùs monere, imò de pretio emendæ ceræ hæsitanti, ita consulere: Mille homines, quos nunquam vidisti, inquit, tibi sunt daturi; præter hæc tamen, ut tuum negocium faciliùs peragas, perge festinus præsenti* diluculo ad ecclesiam hujus parochiæ (sanè hæc erat, apud quam oculos amiserat, quæ ab antiquo SPARIACUS *q* vocabatur) ibique Missam audiens sex denariorum *r* reperies datorem. At ipso pro consolationis beneficio condignas grates rependente, virtus cælestis rediit. Continuò ergò experrectus, præfatam petiit ecclesiam, ubi cùm universis omnem hanc visionem exposuisset ordine*, omnes pro deliramento reputârunt. Nec tamen cœptis desistens, cùm singulos singillatim supplicando circumfusam rogitaret multitudinem, quærens duodecim oppignerare denarios, è cæteris tandem quidam Hugo se proferens huic apertâ crumenâ gratis sex nummos cum obolo porrexit, qui tantum, quem in visione acceperat, excellit numerum; tunc ille, non immemor visionis divinæ, fit certior de futura promissione. Quid verbis opus est? Adit locum, visionem prodit senioribus, emit cereos, apponit altaribus, excubat coram aurea sacratissimæ Martyris imagine *s*.

quam cùm implevisset,

*Lab. præsens

q

r

*Lab. per ordinem

s

C

14 Circa autem medium noctis videtur videre in oculorum sibi exciforum locellos, geminas fulgoris quasi baccas *t* haud * plus quàm lauri arboris magnas, desursum immitti, penitus * infigi; qua statim reverberatione confusus cerebrum, versusque in stuporem, obdormivit. Cùm autem matutinæ laudes agerentur, propter concentum & vociferationem psallentium experrectus, videtur sibi fulgentium luminarium, hominumque sese motantium quasi umbram conspicari. Verùm pro interno cerebelli dolore, sui penè oblitus, quod rei veritas erat, minimè credulus, somniare potiùs arbitrabatur. Tandem cùm paulatim, quem intra tempora conceperat, stupor desineret, cœpit jam apertiùs rerum formas discernere, atque in se vix reversus, recoliţ visionem, manibusque appositis contrectat redivivæ lucis fenestras, carnes* integerrimè pupillis in fronte reformatas. Ac * continuò, adhibitis testibus, immensam Christi magnificentiam immensis prædicavit laudibus. Fuit igitur ineffabile gaudium, inaudita lætitia, incredibilis stupor, dubium penè discrimen, utrùm somnii imaginatione, an rei veritate tam inauditum miraculum cernerent, præcipuè his, qui priùs eum noverant.

singulari prodigio oculos recuperat,

t

*Lab. malè aut *Lab. penitusque*

*Lab. carneis

*Lab. At.

D

15 Inter hæc res ridicula plausuque dignissima accidit. Nam, ut erat homo purissimæ simplicitatis, irreplit eum * corde superflua timoris trepidatio; fortè illum Geraldum, qui sibi dudum oculos evulserat, ad publicam, ut fit, solemnitatem adventâsse, sibique denuò, si casu obvium haberet, fretum majore manu, renovatum oculorum decus excisum ire. Idcircò ergò inter confusum promiscuæ turbæ strepitum, quò potuit, occultiùs elabitur, nondum tamen ad unum* de recuperati luminis dono erat certus; tantus eum rei stupor invaserat, cùm fortè inter angustias turbarum, ad ecclesiam concurrentium, jam claro die asinum offendit oppositum; quem cùm fuisset intuitus, virili severitate increpitans sic infit: Heus tu, homo, quisquis es, inepte, abige asinum tuum, ne fiat viatoribus offendiculum. Hîc primùm de veritate facti factus certissimus, fecellit præpete fuga ad quemdam notum sibi militem *x*, cujus municipium in eminenti rupe situm, ita naturâ rerum undique muniverat, ut omnimodis machinis inaccessibile videretur, non à Conchis longiùs quàm sexdecim millibus. Ad id ergò propter inexpugnabilis valli tuitionem confugiens, vix aliquando à monachis multa prece exoratus, multaque securitate donatus rediit. Quod cùm plerique omnes, tam ex longinquis, quàm proximis regionibus, confluentes, pro inaudito miraculo* cum certatim videre festinant, nonnulla ei beneficia indulsisse abeuntes gratulantur *x*: Et hoc est, quod sibi in visu S. Fides, ut diximus, dixerat: Mille homines, quos nunquam vidisti, tibi sunt daturi, finitum numerum, ut mos est in Scripturis, pro infinito ponens.

*& sibi ab hero suo rursus malè metuens mox aufugit, *Lab. ei in corde

*Lab. ad plenum

*fortè suppl. haberent,

x

16 Porrò denique, ut fiat notior locoque stabilior, dudum bonæ memoriæ Arlaldus *y* abbas defunctus, concorsque fratrum sententia distrahendæ ceræ, quæ ibidem copiosiore Dei manu superabundat, eundem præficiunt. Unde cùm multiplicem quæstum coëgisset, cœpit, ut est humanum ingenium, insolescere, nactusque sui animi incestam mulierem, continuò facti in se miraculi dignitatem oblivioni dedit: sed &, ne id inultum auferret, repentè sanctæ Virginis ultrix affuit damnatio, quæ unò oculorum hominem cæcato, non tamen penitus eradicato, ad pœnitentiæ reduxit remedium, lumini de integro restituens. Mox verò idem, ubi iterum atque iterum in consuetum relaberetur volutabrum, divino ultimine * consecuto, unius oculi lumen amittebat, pœnitensque recuperabat, quod quoties jam evenerit, totidem miraculorum capitula, nisi fuisset nobis studium vitandæ nimietatis, prænotare potuissemus. Ad postremum verò, cùm in idipsum sine intermissione incidisset, utriusque oculi officio caruit. Quocirca ut perfectiùs delicta pœniteret *z*, attonsâ barbâ, coronato capite, clericatûs se mancipavit ordini *aa*; quam rem licèt idiota & illiteratus feciſſet, tamen id ita divinæ pietati sedit, ut oculorum visum resumere meruisset. Idem tamen, post tot castigationum flagella impatiens libidinis, in idem cœnum corruisse dicitur, nulla tamen corporali succedente vindicta. Is igitur jam senex, ob turpis actionis facta ad summam vilitatem inopiamque redactus, nunc fratrum

at Conchas dein reducitur, ubi varia in eo fiunt miracula.

y

F

*i.e. divina ultione

z

aa

A trum publicâ alitur alimoniâ, contentuſque modico & plerumque veſpertino ſalario, gaudet famis tantùm refocillatione, totius levitatis moleſtiâ ſecurus.

Nihil in hac narratione à ſe confictum, at multis gentibus comperta

17 Teſtor itaque divinæ providentiæ veritatem, abſque ullo mendacii fuco, ut in hac continetur ſcriptura, ab ipſius Witberti ore accepiſſe, neque me decoris causâ plus æquo addidiſſe, neque reor inſuper, me inultum poſſe abire, ſi ipſam Dei dilectam & perpetuam amicam S. Fidem mendacis favore ſtili gaudere puto, quam conſtat pro veritate, quæ Chriſtus eſt, funeſtam martyrii ſubiiſſe ſententiam. Denique cùm conſtat, nonnullos, quorum auctoritas ſatis recipitur idonea, res prodigioſas, quamvis ſua ætate multò antiquiores, unius tantùm relatoris, qui rei geſtæ tamen non interfuerit, ore contentos ſolertiſſimâ deſcripſiſſe curâ, cur ergò rem, mea ætate actam, quam & ipſe oculis vidi, cuique

bb cc dd Arvernia *bb*, Rotenica *cc*, Toloſanaque *dd* patria cæterique id locorum populi teſtimonium præbent invincibile, quantùm ad noſtræ profeſſionis officium à perpetua memoria vacare patiar?

B præſertim cùm ipſa, ut dudum præmiſiſſemus, ſcriptorum negligentia, ut tantillus homunculus tam periculoſam tamque arduam præſumat materiam, penè violenter cogat.

ſe ſcripſiſſe, proteſtatur Bernardus.

18 Nam ſicubi in hac patria vel rarus divulgaretur grammaticus, neſcio, pigritiæne ignaviâ, an dictandi ignorantiâ (ſi quidem artis profeſſione permulti gloriantur, qui ſe tales ipſo effectu minimè produnt) tale quid deſcribere vel ſponte neglexit, vel ignorat omninò ſui ingenii ingratus. Idcircò ego decrevi potiùs inſimulari audaciæ, quàm negligentiæ incurrere noxam, dum id modò recenti veritate ſtudeo annotare litteris, quod nullatenus potuiſſet, ſi ſcribendum poſteritati ſervaretur, abſque calumnia dubietatis vel damno veritatis haberi: quæ res ut ex omni parte dubietate careret, non ſtatim, ubi ſæpe dictus Witbertus oculis privatus extitit, illum divina miſeratio ſanavit, verùm, ut ſupradictum eſt, toto anno à ſalute ſuſpendit, arteque etiam ſcurrilitatis compluribus ſuis provincialibus oculis captum notavit, notatumque cunctis ad ultimum ſanavit; in quo nihil eo inferius geſtum eſt miraculum, quod in Euangelio de cæco nato legitur, & etiam multò mirabilius; ſiquidem ipſa Veritas ſequaces ſuos

C majora utique, quàm ſe, facturos eſſe, promiſerit, inquiens: "Qui credit in me, opera, quæ ego „facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet,

ee „quia ego ad Patrem vado *ee*.„

ANNOTATA.

a Pagus Rutenicus, *ſeu, uti Bernardus ſcribit*, Rotenicus, *teſte Valeſio in Notitia Galliarum pag.* 492, nunc duas diœceſes continet, Segodunenſem veterem ac Vabrenſem recentiorem; & in Superiorem Inferioremque dividitur, ſive in montanum ac planum. Superior vocatur LE HAUT ROUERGUE, Inferior LE BAS ROUERGUE. *Porrò Conchenſem locum in Rutenica, ut vocant, Marchia Inferiori ſitum eſſe, ſcribit in ſuo Lexico Geographico Bruzen la Martiniere tom.* 7, *pag.* 223.

b *Sacramentum Confirmationis indicat Bernardus. Fuit itaque Geraldus ille Witberti ſui conſanguinei in Confirmationis Sacramento patrinus; unde & infrà Witbertus illius* filiolus, *Gallicè* filleul, *nuncupatur.*

c Vigilia, *inquit apud Cangium Joannes de Janua*, dicitur dies profeſtus, ſcilicet dies primus ante feſtum, quia tunc in ſero vigiliæ vacamus; *imò tota etiam nocte populum in ſolemnioribus vigiliis vigilare in Dei laudibus ſoluiſſe, ibidem tradit Honorius Auguſtodunenſis. Addit verò Bernardus* τὸ lucubratione, *ut ſignificet, non ſine luminum ſplendore* S. Fidis, *uti & aliorum Sanctorum, vigilias celebratas fuiſſe.*

A. BERNARDO.

d *Non tantùm ii, qui ad ſanctum Petrum piæ peregrinationis causâ Romam tendebant, ſed quivis peregrini, olim hac voce deſignabantur. Ità etiam Vaſconum linguâ* Romin *vocatur, qui Gallicè* pelerin; *&* Rominage *eodem idiomate pro* pelerinage *adhibetur. Plura de hac re vide apud Cangium verbo* Romeus.

e *Vide Calmeti Dictionarium Biblicum verbo* Zelotypia *& verbo* Adulterium.

f *In editione Labbeana deſunt ſequentes* 14 *lineæ ad uſque* Quod tamen.

g *Id eſt*, heri *ſeu* domini *ſui Geraldi. Frequenter autem à medii ævi ſcriptoribus heros ſeu dominos* ſeniorum *nomine deſignatos fuiſſe, ex Lexico Cangii, verbo* ſenior, *ſatis ſuperque liquet.* E

h *De* arte joculari *ſeu potiùs de* jocularibus, *qui mimi ſeu hiſtriones erant, vide Cangium hoc verbo, ejuſque Supplementum à Carpenterio editum. Porrò, cùm Witbertus ille tùm oculis careret, haud facilè alias, quàm cantoris partes, inter hujuſmodi homines agere potuit. Quàm verò quæſtuoſum olim hoc fuerit officium, ex Lexico Cangii, verbo* Miniſtellus *col.* 771 *facilè conjicias.*

i *De juniori noſtræ Martyris ætate agunt antiqua ejus Acta pag.* 288, *& rurſus hîc infrà de ea ſermo eſt, uti & cap. ſeq., ubi* S. Fides *ſub forma decennis puellæ apparuiſſe narratur.*

k *Sequens numerus totus abeſt à Labbeana editione, fortaſſis ſtudio prætermiſſus, quòd nihil hiſtorici contineat. Ceterùm videtur Bernardus S. Gregorium Magnum imitatus hîc fuiſſe, qui ſimili ferè modo in Homilia* XXXI *in Euangelia de angelo, ſtolâ candidâ cooperto & in dextris ad ſepulcrum Domini ſedente, ratiocinatur.*

l Quadruvium *ſeu* Quadrivium *eodem omninò ſenſu adhibet S. Hieronymus Epiſtolâ* 25; P *cap.* 1.

m *Legendum puto:* puramque Chriſto obtulit holocauſtam hoſtiam, *vel* purumque Chriſto obtulit holocauſtum.

n *Id eſt*, ſine vitio, ſine defectu; *niſi fortè legendum ſit* inviolabiliter.

o *Uſitatiſſimum Gallis fuit, ut Sanctas* dominæ *aut* heræ *nomine, Sanctos verò* Domini *titulo compellarent; idemque mos necdum ubique exolevit.*

p *Mirificæ machinæ theca, de qua in Commentario num.* 57 *egimus, fortaſſe pro altaris tabula tunc fuit, in qua ſacerdos celebrabat.*

q Parochiam *ſeu vicum nomine* Spariacum, *Conchenſi cœnobio ſat vicinum, neque apud Hadrianum Valeſium in Notitia Galliæ, neque in Indicibus geographicis Bouqueti aliorumque, neque in geographicis Tabulis, quas habemus, invenire potui.*

r Denarium & nummum *promiſcuè quandoque ſumi, rectè Cangius in Lexico, verbo* Denarius, *animadvertit, confirmaturque Bernardi noſtri teſtimonio, quo mox ſubdit, prolatos* ſex nummos cum obolo *eum, quem in viſione Witber-*

A. BERNARDO.

tus acceperat, denariorum numerum uno obolo superâsse. Plura de Denariis oboliſque vide apud laudatum Cangium.

f *Auream* S. Fidis *imaginem, de qua in Commentario num.* 56 *&* 57 *egimus, Bernardus hîc designat; quæ fortaſſis feſto ſanctæ Martyris die ſupra altare, ubi reliqua corporis ejus pars condita erat, fidelium venerationi exponi ſolebat.*

t Baccæ lauri *ſunt minutiores lauri fructus, ejuſdem ferè magnitudinis ac ceraſa minora.*

u Miles, *id eſt*, vir nobilis, *uti ex ſubſequentibus abunde patet. Plura de hoc nomine videat curioſus lector apud Cangium in Lexico.*

x *In editione Labbeana deſunt ſequentia uſque ad voces* Quæ res *ſub medium num.* 18.

y Arlaldus *is idem eſt Conchenſis abbas, qui tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 240 Arnaldus *vocatur, qui, uti ex Bernardi verbis colligi datur, ante ſeculi* x *exitum defunctus fuerit.*

z *Ita etiam Arnobius verbo* pœnitere *perſonaliter utitur, ita loquens in Pſalmum* 37: In quo (*Domino*) præterita pœnitemus, præſentia corrigimus.

aa *Suſcepto, ut conjicio, Oſtiariatûs aliove ex Minoribus Ordine.*

B

bb Arvernia patria *ſeu Alvernia, Gallicè* l'Auvergne, *eſt* provincia ampla regni Franciæ, ubi aliàs Arverni, populi Aquitaniæ, ferè in regni meditullio, habens à Septentrione Borbonenſem provinciam, ab Oriente Foriſienſem comitatum, ab Occidente Marchiam & Lemovicenſem provinciam, & à Meridie Ruthenenſem cum agro Gabalitano. *Ita Baudrandus in Lexico Geographico, apud quem plura de ea regione videſis.*

cc *Vide, quæ ſuperiùs lit.* a *de pago Rutenico diximus, quibus ex Baudrando hæc addere placuit:* Rutenenſis provincia terminatur à Meridie Occitaniâ, ab Ortu Gabalis, à Septentrione Alvernia Inferiori, & ab Occaſu Cadurcenſi provincia.

dd *An Bernardus per* Toloſanam patriam *indicare voluerit Vaſconiam Toloſanam, de qua Baudrandus tom.* 2, *pag.* 361; *an ipſam Toloſam, celebrem Galliæ Narbonenſis urbem, indubitanter edicere non audeo; quamquam inclinet animus, ut credam, Toloſanum ſeu agrum, ſeu comitatum potiùs, quàm ſolam urbem, ab eo hîc deſignatum fuiſſe. Ceterùm, cùm non tantùm ex ipſo Witberto, in quo prodigia hæc facta ſunt, Bernardus ea, quæ refert, acceperit, ſed etiam ad trium provinciarum aliorumque populorum, quibus Witbertus notus fuit, teſtimonium provocet, atque inſuper Deum teſtem appellet, ſe* abſque ullo mendacii fuco, *rem, ut audivit, enarrâſſe, non video, cur illi, tametſi mira inſolitaque narranti, fidem denegemus, uti & in Commentario num. ultimo monui.*

C

ee *Verba ſunt Chriſti apud Joannem cap.* 14, ℣. 12.

D

CAPUT II.

De Gerberto ſimile miraculum a.

a

CAPIT. II. *Narratione ſua fidem*

ET quia bonitas Dei recta deſideria perficit, votaque fidelium ſemper accumulat, evenit, divina diſponente providentia, ut, quod in uno dudum videndi cupidus expetieram, nunc quoque idem incredibile dictu etiam præter ſpem in duobus videam. Video, inquam, Gerbertum paris miraculi novitate mutilata ora reformatum, cujus mentionem ſi in præcedenti epiſtola non fecerim, nullum ſcrupulo pungat; nam cùm de Witberto, mihi nominatim quæſito, primùm dictarem, neque prorſus ullo modo, donec exoccupatus eſſem ex uno, miraculum aliud audire decreviſſem, accidit, uti in clauſula jam penè exacti miraculi ignotum inopinatumque mihi offerrent & hunc Gerbertum; ſcilicet ille prior multò celebriore fama divulgatus habetur, utpote tranſmiſſis jam circitèr ſex luſtris *b*, ex quo ſibi juveni res hujuſmodi acciderit. Alter verò, de quo nunc ſermonem præ manibus habemus, non plùs triennio ſibi præteriiſſe aſſerit.

E

b

variis titulis conciliat Bernardus.

20 Hujus rei veritatem quot argumentis ſollicitus indagaverim, tædioſum nimis eſt revolvere; nam præter teſtimonium illorum, qui mihi parati vel ſuper ſanctæ Martyris pignora jurare, vel judicium ignitum *c* gerere adſiſtunt, videas adhuc antiquas ſtigmatum cicatrices ſciſſæque cutis circa oculos deformitatem horrere; ſcilicet & res obſcuro noctis initio geſta fuerat, & ipſe caput improborum manibus ſubducens hàc illácque agitabat; unde illæ plagæ, quas tunc ante oculorum effoſſionem ſuſcepit, prædictorum teſtium dictis fidem dant ampliorem. Nulli ergò de veritate ambigendum, nec æſtimet quis, inexquiſita narrare me, ſive de corde meo quidquam falſi excogitare, nec* fantaſticum ſpiritum imitari, ubi Deus debet nominari: alioquin ſatius mihi eſſet omninò ſilere, quàm verbum Dei fallaciâ adulterare. Quod autem propoſui, hujuſmodi eſt.

c

* an vel?

F

Dum Gerbertus tres viros, injuſtè detentos,

21 Erat quidam Unigo *d* in pago Anicienſium, regens caſtrum, vocabulo Calmilliacum, vir inhumaniſſimus, ingenioque ferociſſimo. Hic cùm aliquando conſuetæ crudelitatis tyrannide tres viros de terra S. Mariæ Anicienſis eccleſiæ *e* indigna captione teneret, neque eos jam, niſi ſuſpendio, inde evaſuros, obnixè protervo dejeraret juramento, vel potiùs, ut rei mox docebit exitus, pejeraret, accidit, ut quidam Gerbertus, pro ordine ſuo haud obſcura opinione, ante nervum *f*, quo pedibus tenebantur, pertranſiret ſolus; quem quia virum miſericordiæ noverant, utpote qui jam aliquot hujuſmodi ob ſolius Dei amorem propriis pecuniis redemiſſet, una voce exclamantes efflagitant, uti pro amore Chriſti ſanctæque ejuſdem Genitricis Mariæ unáque S. Fidis martyris ſibi quantociùs, ne perirent, ſi qua poſſet, ſubveniret. Is autem jam tunc anno tranſacto, dum per pagum Rotenicum in expeditione pergeret, per ſanctam Fidem, non quidem

d

e

f

A dem orationis causâ, sed ut Witbertum illuminatum videret, diverticulum fecerat, cujus opinione jam à multo tempore audita, non tamen ipsum eatenus vidisset, eumque nummis, ut possibilitas arrisit, donaverat.

pro amore S. Fidis liberare nititur, ipsemet, tamquam proditor, oculis mulctatur,

22 Itaque deinceps S. Fidem intra viscera amoris super omnes Sanctos speciali amore coluit. Unde his ad se tam anxiè clamantibus, sanctæque Fidis mentionem facientibus, non potuit pati, etiam pro permutatione vitæ, quin eis, quantùm posset, succurreret (tantus melliflui nominis affectus intra cordis ejus subit penetralia) nam statim totus commotus pietatis visceribus lacrymisque ora madidus, quod potuit festinans, pares cultellos quæsivit acutissimos, eisque bitro *g* occultatos attulit, datis etiam funibus murali altitudini cohærentibus, ea lege beneficia coërcens, ne se, si rursus caperentur, confitentes perderent. At hi continuò, moræ impatientes, antequam furti amica nox incumberet, intempestivè maturantes, præciso nervo, incautiùs capitis fugam corripiunt, sed rursus inimica luce manifestati captique, cùm, quis eorum esset libertatis auctor, districtiùs inquirerétur, Gerbertus fit manifestus. Itaque, ut meo more loquar, in bono scelere deprehensus, etiam futurus castelli deditor, ab impio domino arguitur. Quid plura? Nec passus ipse crastinum diem expectare, in ipso diei noctisque confinio minaciter inexorabiliterque ejus oculos violentissima evulsione excidi jubet. Nec mora, vallatus ab invitis commilitonibus, solotenúsque præcipitatus, diu renitens, ut erat præstantissimis viribus, caputque viriliter detorquens, cum multa tandem difficultate mutilatur oculis. In qua reluctatione tanta sibi nutantibus digitis circa oculos inflicta sunt vulnera, ut hoc solo testimonio quis contentus facilem præbeat fidem.

g

B

at hos recipiendi, sibi apparente S. Fide, spem concipit,

h

23 Porrò autem hi, qui in captionem redacti fuerant, nullam sui Dei gratiâ detrimenti experti sunt jacturam; quod ita bene sibi accidisse, per merita S. Fidis nolite ambigere. In illa hora ille miser propriam vitam omnino exosus, adit rus, lac caprinum *h* bibiturus (fertur enim, quod, si quis id recenti plaga affectus sumpserit, illicò morte resolvetur) quod cùm dare nullus ei præsumeret, & idcircò ut fame deficiens periret, octo continuis diebus noctibusque alio etiam cibo jejunus pernoctaret, novissimâ noctium velut in extasi, sui paulò oblitus, cernit, acsi decennem *i* apparere virginem aspectu jocundo, indicibiliterque venusto, in vestitu deaurato, atque inæstimabilis artificii varietate circumdato; quæ propiùs illum intuita, extinctæ fronti oculos infigere visa est dextrâ, manu sinistra cervicibus supposita. Ille continuò somno excitus, præpropero saltu de lecto exiliens, nititur ad sacra vestigia præsentialiter procidere. Qua evanescente minimé-que inventa, se miserum protestatur, ingenti clamore totum opplet diversorium. Experrectis ergò duobus suis servitoribus *k*, &, quidnam sibi vellet hujuscemodi querimonia, percontantibus, indicat, se herilem Virginis formam vidisse, eamque sibi oculos reformâsse, seque ob hoc Conchas extemplò profectum iri*. Ipsi verò in cachinnum subitò elati, senioris *l* conceptionem summæ stultitiæ deputant, qui more illuminati Witberti se quoque æstimet illuminandum. Ille tamen crastino exurgens diluculo, ita, totius mœstitiæ pulsatâ nebulâ, hilaris factus est, gaudensque, ut facilè hunc divinitus relevatum adverteres, statimque poscens cibum, recreatus est.

C

i

k

**an* profecturum *l*

l

A. FERNARDO.

24 Post dies autem nonnullos, hujus apparitionis haud immemor, ad sacrum Conchacensis cœnobii monasterium se duci præcepit. At verò, ut dictum est, servitores incepta senioris deliramento deputantes, vel potiùs dedignati, jussa cœci habentes neglectui, ita demùm ab illo discedunt, ut qui, fugiente fortuna, cadit. Verum itaque est, quod adversa fortuna falsos amicorum vultus detegit. Ille tamen nequaquam Dei misericordiæ diffidens, quorumdam amicorum sustentatus adminiculo, optatum iter exequitur. Pervenienque ad monasterium, Omnipotentis ibidem invocat adjutorium, atque reversus in hospitium, cœpit jam aliquantùm videre. Ille verò sentiens miraculum, cùm se indiscretè de Dei munere jactat, tenebris denuò involvitur, nondum prandio peracto. Posthæc aliquot diebus orationi vacans, S. Fidis benignissima interventione, visumque oculosque integratus, pristinum oris decus perfectissimè meruit recipere: qui deinceps, iterum iterumque ad pristinam militiæ vitam redire summo enitens conamine, divinitus statim impediebatur.

uti re ipsa post dies aliquot oculos recepit,

E

ac dein in S. Fidis monasterio Deo servivit,

m

25 Postremò cùm ab inclyta Theotberga *m*, Pontii comitis conjuge, sibi aliquando persuasum fuisset, ejusque servitutis jugum detrectaret, cùm sit manifestum, inquit, S. Fidem in te non ad hoc tantum peregisse miraculum, ut inter mundanæ militiæ fluctus iterum periclitaturus redeas, sed ut ei perpetua familiaritate adhærens, ad perpetuæ gloriæ portum salvandus emergas, nequaquam ultrà rebellis extitit, nec divinæ voluntati contraire incœptavit, à sapiente matrona vehementer increpitus, salubriterque ædificatus. Quam ob rem Deo Sanctæque ejus nunc in eodem loco devotissimo famulatur obsequio, monachorum præbendâ *n* contentus pro modulo, ac tempore nostro vir compositis moribus ac sinceræ conversationis. Unde hactenus illo seniores loci bene usi sunt, quos per omnia obsequens nimio amoris colit affectu. Cerneres inter antiquas stigmatum cicatrices pupillarum micare gemmas, inque prioris naturæ modum restitutos contra naturam oculos, non vitreos, sed carneos resplendere. Verúmtamen ne insolentiâ vel malesuado propinquorum consilio, ut est humana fragilitas, aliquando fortè corruptus, inter sæculares reverti velit, oculorum sinister divina voluntate postea cœpit defluere, fugato tantùm lumine.

n

F

curante S. Fide, ne redeundi ad secularem militiam occasionem haberet.

26 In quo, ô S. Fides, tuæ bonitatis laudabilis apparet compassio, quæ, quos in corpore sanas, eisdem in anima nihilominus mederi sollicita es; ideóque exteriorem corporis oculum lumini subducis, ut interior animæ fiat lucidior. Hoc quoque, fideles, miraculum in tabulis cordis vestri exarate, sanctæque Fidis martyris merita laudate atque bonorum operum exhibitione quantopere imitari satagite, ad sepulchrum ejus concurrite, salutemque animarum vestrarum fideliter postulate. Nam non latet humanæ rationis intellectum, eam, quæ salutis beneficium in inferiori hominis parte, id est, in corpore, sic indulget copiosè, copiosiùs etiam in excellentiore, id est, in anima, si quis rectè petit, largituram.

A. Bernardo.

ANNOTATA.

a *Totum illud caput abeſt ab editione Labbeana; illud autem à Bernardo conſcriptum fuiſſe, ipſe, quo utitur auctor, loquendi modus, ſatis oſtendit.*

b *Id eſt*, à triginta circitèr annis; *eſt enim* luſtrum, *teſte Feſto, quinquennale ſpatium; quod ſexies repetitum triginta facit.*

c Judicium ignitum gerere *eſt ferrum candens nuda manu portare. Fiebat id olim ſat frequenter ab iis, qui aut innocentiam ſuam, aut rei, quam aſſerebant, veritatem probare vellent. Plura hac de re vide apud Cangium, verbo* Ferrum candens, *& verbo* Ignis judicium.

d *Quis fuerit ille Unigo, fruſtra apud Baluzium & ſcriptores Hiſtoriæ Occitaniæ, alioſque multos indagavi; nec mihi notius eſt Camilliacum caſtrum in pago Anicienſi, Gallicè* le Volay *dicto, ſitum. Exſtat illic quidem* Calmeliacum *ſeu* Calmiliacum, *quod eſt S. Theofredi inſigne & vetus Ordinis S. Benedicti monaſterium; at Unigonis caſtrum à Calminiaco omninò diverſum fuiſſe, ipſa res loquitur. Quid ſi fortaſſe legendum ſit* Podemniacum *pro* Camilliacum? *Potuit eo caſu Unigo ille ex proavis illorum fuiſſe, qui Anicienſis* eccleſiæ terras, villas & caſtella vaſtârunt & incenderunt, prædas abduxerunt & homines interfecerunt, *uti videre eſt tom. 2 Hiſtoriæ Domus Arvernicæ pag. 66, quique etiam, uti tom. 2 Hiſt. Occitaniæ pag. 492 aſſeritur, peregrinos, ad Anicienſem eccleſiam proficiſcentes, capi juſſos, dein pecuniâ redimi cogebant.*

e *Anicienſis ſeu Podienſis in Velaunis S. Mariæ eccleſia ob imaginem Deiparæ miraculis claram, quæ illic aſſervatur, in primis celebris eſt. De ea ſatis prolixum Opus conſcripſit Odo Giſſeyus S. J., quem curioſus lector conſulat.*

f *Per* nervum *hîc deſignari puto* truncum ligneum, quinis hinc & inde foraminibus, *teſte Valeſio apud Cangium,* certo invicem ſpatio diviſis excavatum, in quæ foramina, tamquam in ocreas quaſdam, pedes inferebantur noxiorum & vinculis ſeu nervis aſtringebantur.

g Birrus *hîc adhibetur pro* veſte, *ſeu* tunica, *vel* chlamide, *quâ bonus ille vir cultellos occuluit.*

h *Seu* lac caprarum. *An autem caprinum lac, à recèns vulnerato hauſtum, ei mortem re ipſa inferat, definiendum medicis relinquo. Utut ſit, certè Archelaus, in Veneta noſtra Caii Plinii editione in pergameno anno Chriſti* 1469 *peracta, lib.* 8, *cap.* 58 *laudatus, auctor eſt, capras numquam febri carere; & comitiali morbo obnoxias eſſe, Pitiſcus in Lexico Antiquitatum tradit; unde facilè invaleſcere potuit opinio, recèns laſos, hauſto caprino lacte, mox etiam febri vel comitiali morbo corripi, indeque quàm primùm extingui.*

i *Vide, quæ ſuperiùs de juniori ætate ſanctæ Martyris noſtræ dicta ſunt. Ex eo tamen, quòd Gerberto viſa ſit decennis puella fuiſſe, conſequens non ſit, ut re vera non fuerit annis aliquot ætate provectior.*

k Servitores *medio ævo dicebantur, qui bene Latinè* ſervi *ſeu* famuli *vocantur.*

l Senioris, *id eſt*, heri *ſeu* domini *ſui. Vide etiam dicta pag.* 305, *lit.* g.

m *Theotberga illa fuit Pontii, comitis Gabalitani & Forenſis, uxor, de qua Baluzius tom.* 1 *Hiſt. Domûs Arvernicæ pag.* 43 *&* 44, *ac tom.* 2, *pag.* 49, *ubi diploma anno Chriſti* 1010 *editum, aliaque dein, quæ ad Theotbergam & Pontium attinent, pro ſuo more ex documentis certis exhibet. De his videſis etiam tom.* 2 *Hiſtoriæ Occitaniæ pag.* 145 *&* 146.

n *Seu* monachorum diurnâ cibi potûſque portione. *Adi Cangium verbo* Præbenda.

CAPUT III.

Injuſtè irruens in monachum S. Fidis, præcipitio & morte punitur: puella renuens imagini S. Fidis aſſurgere, membris contrahitur, facti pœnitens ſanatur. Filia viduæ cæca divinitus viſu donata a.

CAPIT. III. *Dum in monachum S. Fidis, qui negotiorum causâ iter agebat,*

ESt etiam fidelibus valdè recolendum & inimicis Dei formidandum, quod ſum ſcripturus miraculum. Monachus ejuſdem Congregationis quidam, nomine Bergandus *b*, Deo ſanctæque Fidei, priuſquam ſacroſanctum habitum aſſumeret, patrimonium ſuum jure hæreditario conceſſerat. Quam ob rem cùm nuper, ut cuidam nequam pervaſori ex præfata ceſſione legaliter contradiceret, in hoc ſcilicet anno, inſtanti tempore meſſis eò pergeret, accidit, ut quidam Raieno de caſtro Albino *c*, quod eſt ſitum in pago Rutenico, neſcio, quo neceſſitudinis impulſu, cum triginta profiliret equitibus, atque ab eodem bis ternis jam milliariis motus, monachum, fortè cum ſuis equitantem comitibus, eandem viam, cui inſiſtebat, in tranſverſo præterire eminus cerneret. Cúmque à circumſtantibus ſciſcitatus, quinam eſſent illi pertranſeuntes, reſciret, mox, fictâ causâ, equos auferre, ore frendens, colore exanguis, quàm protervè minitatus eſt. Sanè is à prædicta monachorum congregatione ob malorum immanitatem, quæ illis irrogaverat, jam diu excommunicatus fuerat *d*, cujus maledictionis nexu ligatus adhuc permanebat. Quid te protervitatis ejus verbis, quid minarum procellis narrando detineam, cùm jam dudum ætatem, eventum rei, quis fuerit, audire expectas?

b

c

d

28 Continuò infelix miſeraque cupiditate excæcatus, elatus faſtu ſuperbiæ, furoriſque æſtu irrationabiliter debacchatus, nec Deum, nec Sanctam ejus reveritus, effrenis velocitatis belluam vehementiſſimè calcaribus urget, curſuque præcipiti violentiſſimus in inſontes, quàm mox irruere feſtinat, cùm, divina præveniente vindicta, equus clunes elatus ad ſydera, colla depreſſus ad ima, caſu funeſto corruit. Seſſor verò, non minimo ſpatio antevolans ex torto collo, atque in fruſta capite diminuto, periit; &, qui bonæ obedientiæ fratrem nocere vel penitus excidio anticipare feſtinabat, ipſe prior, divino judicio mortis ſententiam excipiens, remittitur orco, comes inferorum factus, vel præda dæmonum, quem alter conſodalis ejus perniciter conſecutus, volens tamen, ut aiunt, futurum congreſſum dirimere, in eodem quoque loco, quamvis in planicie, ſatis periculosè labitur, fractoque tantùm mucrone, ipſe cum equo cæleſti diſcretione illæſus evaſit. Gauderes, ſcholaſtice, ſuperbiam non jam imaginaliter, ut in libro

F

quidam, nomine Raieno, injuſtè irrueret, hic, equo lapſus, interit.

Pru-

Prudentii de Pſycomachia *e* legiſti, ſed præſentialiter, corporaliterque propriæ velocitatis turbine tunc ibidem jacere obrutam, ac de ſublimi gloriæ ſuæ faſtigio præcipitatam in infinitam voraginis foveam, quam fraus peccati occultè paraverat, irreparabiliter eſſe demerſam.

e

ejuſque frater, extincti mortem ulciſci volens, repente bello perit.

29 Porrò monachus ille conſpicatus quidem de longè caſum, ſed cauſam finemque rei ignorans, quò abiturus erat, ſecurus abiit, ac, ſtrenuè peracto negotio, retrò, unde venerat, domum revertitur. Hunc denique præfati Raienonis frater, nomine Hector *f*, tanquam homicidii reum ulciſci quærebat, membratimque diſcerpere inexorabilis minitabatur. Sed cœleſti præventus vindicta repentè bello occubuit. Intelligite hæc, qui ſuperbi eſtis corde, atque à malignitate veſtra aliquando reſipiſcentes diſcite recta facere, ne vos judicii hora intempeſtivè præoccupet, neve incorrectos repentinus obruat interitus. Non enim ſemper injuſtitia prævalet, nec eſt vilis res divinum judicium.

f

B

CAPIT. IV. *Puella quædam, antea per S. Fidem divinitus ſanata,*

30 Neque omninò debemus omittere vel de potioribus infirmantium miraculis plura adjicere. Nam quoniam multiplex geſtum eſt miraculum in ea *g*, ideò dicamus de quadam paupere puella, quæ omnium membrorum compage debilitata, in monaſterium S. Fidis fuerat allata, ubi ita integriter artuum ſoliditatem receperat, ut in ea penitus nullum contractionis veſtigium remaneret. Hæc poſtea, in eodem vico aliquandiu degens, uſu laborandi, utpote pauper, proprium redimebat victum; nec multò pòſt opus miſericordiæ ſubſequitur ſeveritas vindictæ, ulciſcitur ſuperna veritas, quod deliquit ſuperba contumacitas. Non ergò ſuperiùs præmiſſis de vindicta & hoc tale diſſonat.

g

dum imagini S. Fidis aſſurgere renuit, iterum membris contrahitur,

31 Interea namque, cùm in quodam indictæ afflictionis jejunio venerabilis imago *h* cum enormi conſtipatione promiſcui ſexus proceſſionaliter foràs quoque veheretur, cunctique de more, de propriis ædiculis proſilientes, obviàm ei procederent, nec non è vicino plerique in occurſum ejus convolarent, cœpit ſupradictæ puellæ domina, cujus textrino deſerviebat, hanc, ut, relicto officio, proceſſioni aſſurgeret, obnixiùs monere, atque inſtanter increpitare. Illa verò, nec timore Domini compuncta, nec divinas laudes canentium ſonoritate delectata, vocem dominæ monentis, velut pro nimio operis ſtudio, prorſus neglexit, ſtatimque in ipſa hora cœleſti feriente indignatione per omnia membrorum ſpatia diſtorqueri fœmina miſerabiliter cœpit; adeò ut, ſicut reſidens complicata erat & incurva, tota penitus contraheretur nervorum officiis deſtituta, nec telæ utenſilia abjicere valens, cui ipſe ſtricto pugno radiolus *i* inhærebat.

h

C

i

ac denique, facti pœnitens, divinitus curatur.

32 Tum ipſa, quæ præ magnitudine divini beneficii inſoleſcens ſuperbierat, continuò præ nimia anguſtia voce, quâ poterat, raucitans, S. Fidis ream ſe humiliter fatebatur, nec tamen tormenta vel ad modicum ſpatium ceſſare potuerunt, quò uſque ipſa, per univerſam proceſſionis viam portitorum labore poſt capſam auream devecta, in monaſterium rediret; ubi aliquot noctibus ſacris excubiis invigilans, gloriosæ Martyris ſuffragantibus meritis, meruit iteratò de contractione fieri erecta. In qua re omne illius imaginis ſcandalum evacuatum eſt, quam nemo dehoneſtare potuit abſque detrimento ſui. Nec mirum, ſi loculus ille ob tantæ Martyris pignorum reverentiam dignus habeatur honore, quæ ſacræ mentis dignitate convenuſtat etiam angelorum ordinem.

A. BERNARDO.

CAPIT. V. *Filia vidua cæca ſubitò viſu donata,*

33 Et quia aliquid, ut dictum eſt, in memorato monaſterio divinitus patrari, Dòmino annuente, videre merui, libet id ipſum perducere ad medium. Mulier quædam vidua inter cæteros peregrinos, qui de diverſis partibus eò confluxerant, pro ſalute filiæ cœcæ ibidem pernoctabat. Cui filiæ, unà cum matre vigilanti, lumen, quod amiſerat, in prima vigilia noctis S. Fidis virtute reparatur integerrimè. Quod cùm cuſtodes & monachorum aliqui, qui illic pro conſuetudine vicis ſuæ excubabant *k*, factum cernerent, continuò ad hoſpitium meum incipiunt pariter pernici accurrere curſu. Et quia me noverant novi miraculi cupidum videndi, idem certatim alius, alium enecans, referre geſtiunt. En tibi, felix Barnarde, miraculum, quod tibi à S. Fide, inquiunt, ſummis votis monſtratum iri optabas ante diſceſſum; indignum quippe judicans, ut, qui miracula ſcripturus de longinquo adveneras, miracula ipſe non videres. Nam ipſimet monachi exponentem peregrinationis cauſam decenti hoſpitio exceperant, cuncta ad votum neceſſaria ſuppeditantes, ſervitores etiam ſtrenuos deputantes, qui meis, donec adeſſem, monitis obtemperarent.

k

E

aliique à variis infirmitatibus curati.

34 Mox ergò de lecto, in quo tunc accubare cœperam, velociter reſiliens, fateor, vix præ gaudio apud me, non lento inceſſu intro monaſterium, & video virginem videre, candelarumque lumina diſcernere, ſed & manum meam, denarium ſibi pauperrimæ erogantem, quem conſpicata, cum gratiarum actione ſuſtulit. Quanta & qualia ſuper diverſis infirmitatibus illic aſſiduè divina fiunt miſeratione, non eſt noſtri operis exprimere, cùm paulò ante adventum meum, undecim morbidi, diverſis malis graviter afflicti, unius noctis ſolummodò tempore ſaluti ſunt reſtituti integerrimæ, neque nos id damus operam, ut de his, quæ de infirmis ibi geruntur quotidie, immenſam conficiamus bibliothecam, ſed quæ vel ad vindictam malorum geſta, vel quomodò habentur inaudita, eorumdem etiam grandi parte reſecta, parvum ac precioſum edamus volumen *l*. Verùmtamen eorum, quæ brevitatis ſtudio ſponte deſero, ſive adhuc auditurus ſum, ſi pòſt conſuluerint, adjiciam ad ſecundum libellum.

l

F

ANNOTATA.

a *Caput hoc, quod ex tribus noſtri apographi capitulis conflatum eſt, totum, quantum eſt, à Labbeana editione abeſt.*

b Bergandus *ſeu* Bergaudus *ille mihi aliàs ignotus eſt.*

c *Hic* Raieno de caſtro Albino, *fortaſſe Rainonis vicecomitis, tom. 2 Hiſtoriæ Occitaniæ in Inſtrumentis col. 71 memorati, nepos fuit; vel, quod malim credere, Raimundi I, comitis Rutenenſis & marchionis Gothiæ ex Odoini filia Nothus, aut hujus filius, ſi junior adhuc fuerit. Porrò per* Caſtrum Albinum *hîc intelligi puto idem illud, quod in Teſtamento ſeu Codicillo Raimundi, ſuprà citati, vocatur* Caſtellum de Albinio, *quodque Gallicè vocatur* Albin en Rouergue, *uti tom. 9 Scriptorum Rerum Gallicarum pag. 727 aſſeritur.* Albinium *autem, ſeu* caſtrum

A. BERNARDO.

strum Albinum, *à Conchenſi monaſterio tribus ferè leucis Gallicis diſtat, ſitumque eſt ad rivulum, qui ſe in Oltum ſeu Oldum fluvium exonerat.*

d *Cùm olim, uti apud Cangium verbo* excommunicatio *oſtenditur, ob ſola debita non ſoluta inflicta interdum fuerit excommunicatio, mirum adeò videri non debet, Raienonem illum, Conchenſi cœnobio injurium infeſtumque eccleſiaſtico anathemate percuſſum fuiſſe.*

e *In ſuo de* Pſychomachia *ſeu de* Compugnantia animi *libro Aurelius Prudentius Clemens cap.* 3 *Superbiam effreni equo inſidentem deſcribit, quæ, dum in Humilitatem rapido curſu invehitur, unà cum equo in foveam cadit, &* prona ruentis equi cervice involvitur ac ſub vectoris preſſu fracta inter crura rotatur.

f Hector *ille mihi etiam aliàs ignotus eſt. Vide, quæ de ejus fratre ſuprà diximus lit.* c.

g *Ex his ac præcedentibus verbis colligo, num alterumve, à Bernardo conſcriptum, miraculum in apographo noſtro hîc deſiderari.*

h *Vide dicta de imagine* S. Fidis *pag.* 279 *& pag.*306 *lit.* f. *Porrò imago illa infrà* capſa aurea B *vocatur, quòd aliquæ* S. Fidis *reliquiæ huic inſertæ eſſent.*

i Radiolus *ſeu* Radius *eſt textoris inſtrumentum, quo telæ annectuntur; Gallicè* navette *vocatur, inquit Cangius, qui ex lib.* 2 *Miraculorum S. Dionyſii epiſc. Pariſini cap.* 36 *mox hæc ſubdit:* Adoleſcentula... textrili opere laborabat, cùm repentè ferrum radioli... manui ejus adhæſit.

k *Erant hi nocturnas vigilias in* S. Fidis *eccleſia agentibus præfecti, tum ut nocturno tempore nullum eccleſiæ damnum inferretur, tum ut nihil præter decorum ab iis fieret, qui illic ad* S. Fidis *corpus ejuſve imaginem pernoctabant.*

l *Quòd hocce loco Bernardus de ſe in numero, ut vocant, plurali, loquatur, non obeſt iis, quæ in Commentario num.* 92 *docuimus; cùm mox rurſus ſingulari numero, de ſe agens, utatur, & verba hæc:* En tibi, felix Barnarde, *aliaque, quæ ſubſequuntur, manifeſtiſſimè oſtendant, non alium, quàm Bernardum, Andegavenſis ſcholæ magiſtrum, hujuſce, ac præcedentium capitum, verè auctorem eſſe.*

c

LIBER II.

CAPUT I.

De muliere, quæ uſurpavit annulum, quem altera moriens S. Fidi reliquerat: de improbo mercatore punito: de puero, in quo quadripartitum geſtum eſt miraculum: de cæco & claudo divinitus ſanato.

CAPIT. VI. EST quoddam oppidulum, vico Conchacenſi contiguum, quod ſub ditione monachorum quidam Auſtrinus præſidebat, dudum cujus nos ſucceſſorem vidimus; nec tamen miraculum, quod dicere inchoamus, noſtra ætate fuit antiquius. Hic Auſtrinus anulo, quem ejus uxor, nomine Stephana *, moriens S. Fidi promiſerat, alteram, nomine Avigernam *a*, ſponſavit, prorſus prioris conjugis dicta, tanquam delirantis reputans. Verùm poſtmodùm protervæ negligentiæ digitum, qui alieni juris auro depictus oſtentabatur, intolerabilis tumore doloris cœleſtis damnavit juſtitia; uſque adeò, ut totum penè anulum turgens puſtula ſuperaccreſcente carne contegeret, ita videlicet, ut anulus adacto ferro non poſſet ſecari ſine digiti detrimento. Cúmque ad hanc vim mali compeſcendam arceſſitorum medicorum remedia deſperarent, neque ullo modo paſſionis efficacitas jam tolerari poſſet, ad divini juvaminis recurritur auxilium; fit palàm injurioſæ culpæ confeſſio, deducitur debilis mulier ad ſacrum ſanctæ Martyris mauſoleum.

Anonlum, S. Fidi antè promiſſum, mulier quædam geſtans dirè torquetur, *apud Lab. deeſt* Stephana

a

36 Ibi cùm geminas noctes aſſiduis excubiis continuat, tertia, quæ fuit Dominica, adjicitur; in qua vis doloris ita ſævior dolentem vexavit, ut vociferatæ fœminæ miſerrima vox per totum noctis ſpatium non ceſſaret. Ad poſtremum cùm jam matutinarum laudum intonarent præconia, ab altithrona ſummæ Majeſtatis ſede benignæ compaſſionis viſitatio deſcendit. Non paſſà diutiùs in humana carne tam graves pœnarum deſævire cruces, nec lacrymas pœnitentis uſque ad deſperationem pervenire. Nam cùm fortè luctuoſa matrona nares emunxiſſet, anulus, quem ſuprà diximus, inviolata digitorum ſalute, tanquam validiſſimâ arcitus baliſtâ *b* crepitum longè in pavimento dedit. Et ideò cum ingenti gaudii tripudio dies illa Dominica ab omni illius vici populo celebrata fuit; quippe qui patrioticam ſuam ac vicinam S. Fidis auxilio ereptam à funeſto tormento cernerent. Et certè multa & innumera hujuſmodi, etiam per diverſa terrarum loca * de S. Fide referuntur, quæ jam non ſolùm ſcribere, ſed etiam dicere nemo ſufficiet; eſt enim impoſſibile, univerſa S. Fidis magnalia vel explicare verbis vel deſignare litteris.

at tandem, invocato ſuppliciter S. Fidis auxilio, ſuo malo liberatur.

E

b

Lab. ſpatia

37 Mercator, Alvernenſis * pagi *c* incola, ad S. Fidem orationis causâ venit; hic cùm vidiſſet facillimum ceræ commercium, (nam propter peregrinorum frequentiam, offerentium cereos, multò vilior habetur) illicò notam ſuæ artis peritiam revocat ad memoriam, ſic intra ſe cogitans: Quàm facili quæſtu, ſi hæc ſtultus reſciviſſem, divitem me potuiſſem facere, ac meam rem conſtabilire. Sed quod hactenus ignorantia diſtulit *, hoc amodò pervigil recurſus frequenſque repetiti itineris reditus brevi temporis ſpatio perficiet; accingar ergò viriliter, reique exordium aggrediar. Hoc itaque diſpoſito, aditoque venditore, plurima ceræ pondera diligentiſſimè taxat, decemque dinumeratis ſolidis *d*, comparat maſſam ingentem, atque in ſacculis recondidit; & jam gaudens, minimo ſeſe vel quadruplum lucraturum, ſic apud ſe cogitabat: At, at, bene ſe habet principium, quid tum, ſi plures vices redeo? Sed jam exitus rei non debet nos remorari. Igitur ſuperfuit pulcher cereus, qui *e* non potuit intra reliquum capere acervum. Hunc vir cupiditatis in ſinum applicuit, eo videlicet modo, ut quantitas quidem habitior *f* ſubter cingulum cohiberetur, gracilior verò per feneſtram veſtis uſque ad barbam prominеret. Verùm ſuperni Speculatoris vindex omni-

CAPIT. VII. *Mercator, injuſtè auferens cereum, S. Fidi antea oblatum,* *Lab.* Arvernenſis

c

F

Lab. diſtulerit

d

e

f

A omnipotentia non tulit, ulteriùs raptoris latère audaciam. Nam cereus, quem dixi, ignis divini repentino ſuccenſus fervore, clauſtra ipſa, quibus incluſus tenebatur, cœpit vehementer adurere, vaporeſque flammivomos unà cum fumiganti turbine foràs emittere; adeò ut, micantium ſcintillarum globo vibrante, illi barba reluceret, ſuperiuſque capillitium* crepitanti amburetur ſonitu, nec linea interula* ventris protexit tergora, cùm etiam poſteriores partes gyrantibus flammis arderent.

*Lab. caputium
*Lab. in tela

eo divinitus accenſo, tamdiu amburitur, donec tenam refundat.

38 Stuperes inſanientis horribiles mugitus, calcitrantis ſtrepitum, dentium ſtridorem, oculorum vertiginem, totiuſque immoderatam corporis diſtortionem, cùm miſer intolerabiliter paſſus hàc illàcque præceps ferebatur, ac ſi de improviſo percuſſus coluber, qui ſinuato globo nunc ſe in ſphæram colligit, nunc pernici tractu fulminat, ac tortile collum porrigit, captans fugam; ſed debilitatus non valens, rurſus percuſſori infeſtus, intorquet ſanguineos oculos, & ſibilat ore; haud ſecùs iſte miſer, hùc illucque curſitans ſe impellit & repellit, modò pronus,

B modò reſupinus; nec ullo modo reſpirare poterat, quem vis major exagitabat; ſed tantùm* humani ſenſus reſidua vena miſerum redegit ad pœnitentiam, qui ſtatim ad ſepulchrum piiſſimæ Martyris cum ingenti clamore currens univerſam inibi ceram non celeriùs refudit, quàm pœnale incendium evanuit. Neque homo queritur de damno pecuniæ, dummodò à tormento poſſit evadere. His itaque geſtis, nequaquam offendere putaverim, ſi bonitatem S. Fidis laudabilem, mirabilemque in hoc quoque prædico, quòd, ne commercii vilitas deficeret peregrinis, improbitatem avaritiæ caſtigavit.

*Lab. tamen

CAP. VIII. *Ad imaginem S. Fidis puer à nativitate*

39 Nec illud prætereundum arbitror, quòd inter multa Sanctorum corpora, quæ ſecundùm morem illius provinciæ *g* feruntur ad concilia *h*, ſancta Fides, quaſi principatum tenens, miraculorum effulget gloriâ, quorum cùm ſint multa, duo tantùm, ne nimis odioſum* volumen contexere videamur, annotare ſatis eſſe putamus. Reverentiſſimus igitur Arnaldus *i*, Rotenenſium epiſcopus, ſuis tantùm parrochianis *k* conflaverat ſynodum, quò de diverſis monachorum aut canonicorum congregationibus in capſis vel imaginibus aureis Sanctorum corpora ſunt evecta: erat autem * diſtributa Sanctorum acies in tentoriis & papilionibus, in prato S. Felicis *l*, quod diſparatur ab urbe quaſi uno tantùm miliario *m*, erantque ibi præter hæc multa Sanctorum pignora, quorum numerus non commendabitur in præſenti pagina.

g h
*Lab. ociosum
i
k

C *apud Lab. deeſt autem
l
m

cæcus, claudus, ſurdus & mutus divinitus curatur.

40 Ibi inter cætera quodam inſigni mirabilique * Omnipotentis dignata eſt Famulam ſuam glorificare bonitas. Puer à nativitate cœcus & claudus, ſurdus & mutus à parentibus bajulatus, ſubterque imaginem, quæ in ſublimi honorabiliter habebatur, poſitus, quaſi horæ unius intervallo ibidem demoratus, divinam meruit medicinam; atque integerrimæ ſoſpitatis donatus gratiâ exurrexit loquens, audiens, videns & etiam inoffenſo pede feliciter deambulans. Cúmque ſtrepitus vulgi ſuper tali reſonaret prodigio, ſeniores concilii, qui conſidebant paulò remotiores, cœperunt inter ſe conquirere, dicentes: Quid ſibi vult iſta popularis conclamatio? Quibus Bertildis *n* comitiſſa reſpondens, Quid, inquit, aliud hoc eſſet, niſi quia S. Fides joculatur*, ut ſolet? Tunc omnes, re exquiſita, tam ſtupore, quàm gaudio, repleti, totam concionem ad divinas laudes excitârunt, illud frequenter præ nimia lætitia recolentes, quòd jocari S. Fidem, venerabilis matrona dixiſſet.

*supple prodigio

n

*Lab. jocatus

41 Rurſus quidam cœcus & claudus, ut ſanitatem reciperet, ante imaginem S. Marii *o* confeſſoris pernoctabat, cujus virtutes, mirificè latéque diſperſæ, à multis populis habentur famoſiſſimæ. Cumque jam diluculeſceret*, repentinus ei ſopor irruit, viſuſque eſt ſibi vocem audire dicentis: Vade ad S. Fidem, non enim datum eſt, ut à tua infirmitate, niſi per merita illius, ſalvari poſſis. Hoc reſponſo excitatus æger, illuc, quâ poterat, virtute repere cœpit; cúmque* perveniſſet ad locum, extemplo ſanctæ Martyris oblationis aliena affuêre ſuffragia *p*. Nam ubi homo ad* ipſum aditum papilionis ſeſe ingeſſit, illico virefcentibus venis ac vegetatis nervis, meruit de curvo fieri rectus*: nam & velamento pupillarum diſrupto, præcedentem ſanguinis eruptionem ſubſequitur lux ſereniſſima, nec ei quiddam ſanitatis defuit, cujus membra cœleſtis Medici dextera pertrectavit.

A. BERNARDO. CAPIT. IX. *uti & alius cæcus & claudus.*

o

*Lab. diluceſceret

*Lab. cùm

p

*Lab. in
*Lab. erectus

ANNOTATA.

E

a *De Auſtrino ejuſque priore conjuge Stephana, deque altera, nomine* Avigerna, *nihil alibi litteris proditum inveni, nec divinare poſſum, quodnam nominatim ſit illud oppidulum, vico Conchenſi contiguum, cujus nomen Bernardus non expreſſit.*

b Baliſta *eſt machina jaculatoria, quâ ſagittæ, aliave miſſilia magna vi emittuntur, non ſine nervi valido ſtrepitu. Adhibet autem Bernardus obſoletum participium* arcitus *loco vocis* emiſſus *vel* expulſus.

c Alvernenſis *ſeu* Arvernicus *pagus ea regio eſt, quæ Gallicè* l'Auvergne *dicitur, de qua plura vide apud Hadrianum Valeſium in Notitia Galliæ à pag.* 45.

d *Vide, quæ de* ſolidis *dixi in Annotatis ad Vitam S. Apollinaris, epiſcopi Valentini, pag.* 64, *litt.* cc; *& de eorum valore ac diverſitate conſule Cangium eodem verbo.*

e *Legendum puto:* QUEM non potuit intra reliquum capere acervum, *quòd nempe eum legitimè non emiſſet, ut proin cælitus punitus fuerit nimiùm lucri cupidus mercator, qui emptæ cereæ non emptum cereum, invito venditore, auctarii vice addiderit.*

F

f *Per vocem* habitior *intelligitur hîc pars* craſſior *cerei, ſeu inferior.*

g *Nempe Rutenenſis.*

h *Concilia illa ex iis fuiſſe arbitror, ad quæ ſingulis annis ab epiſcopo convocabantur presbyteri ſuæ diœceſis, quæ, quòd plerúmque in ipſâ epiſcopali* civitate *celebrarentur,* concilia civilia *dicta fuerunt. De hujuſcemodi conciliis plura vide apud Thomaſſinum parte* 2 *Veteris & Novæ Eccleſiæ diſciplinæ cap.* 74, *pag.* 788 *& cap. ſeq.*

i Arnaldus *ille ab ineunte ſeculo* XI *cerè ad uſque annum* 1028 *Ruthenenſem ſedem tenuit, uti liquet ex tom.* I *Galliæ Chriſtianæ aucta col.* 203.

k *Per* parrochianos *intelligendos hîc eſſe, arbitror, parochos alioſque clericos etiam Regulares diœceſis Ruthenenſis, ut ſuprà etiam innui. Porrò ad diœceſanas ſynodos Sanctorum lipſanothecas advehendi morem jam tum à ſeculo* X *invaluiſſe, parte* I *Saculi* IV *Benedictini pag.* 434 *rectè obſervus*

A. BERNARDO.

ſervat Mabillonius. Num verò id ſplendoris, an religionis ergô, factum ſit, non edicit idem ſcriptor. Vide Cangium verbo Collatio Reliquiarum.

l Pratum S. Felicis, *uno milliari Segoduno ſeu Rhutena urbe diſtans, à quo ex compluribus hujus nominis Sanctis ita appellatum ſit, non ſatis exponit Bernardus. Si conjectare liceat, fortaſſis à Felice, quem vetus liber Ms., tom. 2 Bibliothecæ novæ Mss. à Labbeo cum Notis Joannis Savaro à pag.* 707 *editus,* Sanctum *pag.* 717 *vocat, quemque laudatus Savaro pag.* 718 *Claromontanum epiſcopum facit, hoc ei nomen inditum fuerit; niſi malis à S. Felice Bituricenſi epiſcopo, qui die* I *Januarii colitur, pratum illud ſuum nomen accepiſſe. Utut hæc ſe habeant, ſignatur in Mappa geographica Blaeviana locus, Segoduno mediâ tantùm leucâ Gallicanâ diſtans, cui à S. Felice nomen eſt, & cui pratum S. Felicis, ubi ſanctorum corporum acies diſtributa, habitumque concilium illud fuerit, vicinum fuiſſe arbitror.*

m *In editione Labbeana adduntur hîc ſequentia:* Hunc locum præcipuè ſancti Marii confeſſoris aurea majeſtas & ſancti Amantii æquè

B confeſſoris & epiſcopi aurea majeſtas, & ſancti Saturnini martyris aurea capſa & ſanctæ Mariæ aurea imago, & ſanctæ Crucis aurea crux, & ſanctæ Fidis aurea majeſtas decorabant; *ac dein ſubditur:* Erant præter hæc Sanctorum multa pignora *&c, uti in apographo noſtro. Intelligit autem Bernardus per* ro aurea majeſtas *auream aut ſaltem deauratam S. Marii ac S. Amantii Conff. imaginem ſeu ſtatuam, ſacris eorum reliquiis nobilitatam; uti ſatis ex eo patet, quòd ſcriptor ille, quam antè vocavit* auream S. Fidis majeſtatem, *mox ejuſdem* imaginem *appellet. Porrò de illo S. Mario confeſſore hîc agi putem, de quo deceſſores noſtri die* VIII *Junii pag.* 112 *egerunt; Amantius verò ille idem mihi eſſe videtur epiſcopus, qui die* IV *Novembris Segoduni in Rhutenis annuntiatur, quique tom.* I *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 197 *primus Rhutenenſis antiſtes ponitur; Saturninus autem martyr, ille, nî fallor, eſt, qui Claromonte in Arvernia eccleſiam, ſub ſuo nomine Deo dicatam, habet, de qua meminit vetus liber* de eccleſiis & altaribus, quæ in Claromonte conſiſtunt *tom.* 2 *Novæ Bibliothecæ Mss. pag.* 720.

n *Labbeus legit* Bertillis. *Ego nihil alibi de*

C *ea, etiam ſub hoc utroque nomine, memoriæ traditum inveni; nec præter nudum ejus nomen quidquam de ea produnt eruditi editores tomi* X *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 380.

o *Vide dicta de S. Mario lit.* m.

p *Labbeus legit:* dilationis aliena affuêre ſuffragia, *& ſenſus eſt, ſine dilatione affuiſſe* S. Fidis *ſuffragia, quibus cæcus & claudus ille tum viſum, tum greſſum divinitus recepit, quæ lectio planior eſt.*

D

CAPUT II.

De eo, qui à ſuſpendio furcarum S. Fidis auxilio liberatus eſt: de eo, cui ad conterendos ferreos compedes S. Fides malleum attulit.

CAPIT. X. *Vir quidam ob furtum, à ſe non perpetratum, ad patibulum damnatus,*

INter cætera, quæ mihi de S. Fide adhuc pergenti, à diverſis relatoribus, ſicut ſummo deſiderio indaganti, dicebantur, iſtud, quod nunc aggredior, in ore * totius populi feſtivo atque celeberrimo reſonabat præconio; quod poſtea certiùs ab his, qui rei geſtæ interfuerant, exquiſitum, altæ memoriæ tradidimus *. Nobiliſſimus quidam, nomine Hadimarus de Avallena *a* cognominatus, (eſt enim regio Lemovicenſis pagi montuoſa ita nuncupata) inter numeroſam familiam clientem habuerat, qui, equorum ſibi aliquos furatus, effugerat. Hunc denique, alia tempeſtate cùm caſu inopinato offendiſſet, ſtatim ei prunulis oculorum revulſis, liberum deinceps abire permiſit, alterum verò jure ſodalitatis huic adhærentem, nec tamen præfati latrocinii cooperatorem acſi reum paris facinoris, nodis miſerabilibus nectit; cui renitenti, atque inficianti conſcientiam furti, nihil profuit; imò per S. Fidem reclamanti, tale reſponſum vir crudelis edidit: Quid ultrà aliud ſcelerati faciant, niſi, ſi, cùm fuerint deprehenſi, * S. Fidem ſibi advocent patronam? Sed procul dubio clamor iſte ſupplicio puniendus erit. Junctum ergò curſui caballino agit domum, inque ſubterraneo ac tenebroſo profundi penoris ergaſtulo cuſtodiæ mancipat, futurum ſanè, ut in craſtinum furcis appendendum tradat.

**Lab.more*
**Lab.tradimus*
a

**Lab.addit* ſtatim

43 Quid igitur faceret miſer? Tota nocte in illo horrore tenebrarum timidus ſuſpectuſque à ſomno manſit alienus, verbis, quibus ſapiebat, Deum Sanctamque ejus interpellare non ceſſans. Circa medium noctis aſpicit de parte oſtii ineffabilis ſpeciei venire ſibi puellam, ratus aliquam* eſſe cubiculariam, niſi quia, quâ erat circundata, non candela, non aliquod lucernæ inſtrumentum lucem præferebat. Hæc accedens, cœpit illum veluti ignara, qua de cauſa carceratus tenebatur, rogitare. Cui omnia exponenti, ac poſtmodùm voce * tamen percontanti, ſanctam Fidem ſe eſſe, ipſa reſpondit. Et noli, inquit, cœptis deſiſtere, nec diffidentiam ullam habere; ſed ſemper, & nomen, & clamorem S. Fidis habeto in ore: verúmtamen, quod tibi interminati ſunt, cras ſubibis patibulum: ſed vivit Omnipotens, qui te ab ipſis faucibus hiantis mortis revocabit. Hæc & hujuſmodi proſecuta virtus cœleſtis rediit: ille verò reliquum noctis ob inſolitam Numinis viſionem in grandi tremore tranſegit. Sed quem bona pars viſitaverat, mens illi turbari non potuit.

à S. Fide, cujus auxilium implorârat, ſe eo ſupplicio non moriturum, intelligit;
F
**Lab.denique*

**Lab.voci*

44 Facto manè, eductus inde, ſiſtitur ante tribunal: ſed quantò crebriùs homo ſanctam Fidem nominabat, tantò feſtinantiùs mens malitioſa patibulum accelerabat. Itur ergò ad locum ſupplicii; nec ſatis fuit ſeniori *b* fervis ſuis im-

ac re ipſa tertiò ſuſpenſus toties à patibulo ſolvitur divinitus incolumis;
b

pe-

perare ſcelus *, niſi & ipſemet, magno comitante equitatu, abiſſet*. Neque* umquam, qui nexus ducebatur, nomen S. Fidis, ut erat præmonitus, deſeruit, donec via vocis, lineis* coarctata laqueis, ſuffocato gutture, intercluderetur; mox deinde pendentem deſerunt; & cùm jam paululùm in revertendo elongarentur, reſpiciunt, furcas vacuas cernunt. Tunc cum magno ſtrepitu regreſſi, hominem, duriùs ligatum, relevant ſurſum; rurſus quoque, cùm revertentes retroſpicerent, humi ſecundò furciferum elapſum hauriunt. Et jam aliqui virtutem S. Fidis eſſe dicebant, cùm crudelis bellua eos minaciter cum exprobratione increpitans, reticere coëgerit. Tum multò duriùs atque immaniùs hominis guttur, ut fertur, renovatis angens retortis *c*, tandiu pendentem obſervavit, quandiu ſtrangulatum incunctanter putaverit. Et tamen, cùm per clivum montis jam revertens* deſcendere cœpiſſet, non potuit pati malè ſollicitus, quin torva lumina retorqueret, viſoque miraculo, recurrit, reperienſque hominem ſolutum & incolumem, hæſitabat, quid faceret: cæteri verò, jam manifeſtè S. Fidis virtutem unanimes prædicantes, ſceleſtiſſimi facti dominum ſuum reum eſſe, conclamant, nec ſe ultrà tam indignum facinus paſſuros.

*Lab. ſolus
*an adfuiſſet?
*Lab. Nec
*Lab. ligneis
c
*Lab. malè revertentes
B

45 Videns ergò ſenior miraculum, quod eſſet factum *, ductus pœnitudine, cœpit illum obſecrare, ut ſibi ignoſceret. Ille nequaquam acquieſcens, ad S. Fidem potiùs itum ire, ut injuriam hanc exponat *, ait. Tum præfatus Hadimarus cernens viri obſtinationem, & ipſe quoque cum quindecim ſuæ domus Ephœbiis* nudis pedibus & inermis ad ſanctam Virginem feſtinavit. Cerneres ambos Hadimaros (nam utrique id nomen erat) ante ſacram imaginem tanquam ante tribunal concertare, hunc accuſantem, illum ſuum peccatum confitentem & emendationem proferentem. At verò ſeniores loci intercedentes, dictata pro leto* hominis legali emendatione, inter eos concordiam fecerunt. Hoc miraculum plebeio relatu, ut dixi, jam paſſim auditum, concors monachorum ſententia poſtea mihi veriùs retulit *d*. Utque dictis fidem facerent ampliorem, quemdam juvenem, Gerbertum nomine *e*, memorati Hadimari conſobrinum, in teſtimonium accerſunt, qui cum illo ad Conchas poſt ereptionem à ſuſpendio venerat; ſed & ipſum Hadimarum, ſi mihi fuiſſet ſpatium, vel per legatos vocatum expectare, vel iter ad ipſum extendere, potuiſſem videre; nec tempus plus quinquennio dicebant, ex quo id evenerat, defluxiſſe, ipſumque ſuperſtitem eſſe.

*quo viſo, injuſtus judex, facti pœnitens, ad S. Fidem proficiſcitur.
*Lab. dignum
*Lab. exponens
*Lab. Ephœbis
*Lab. letho
d
e
C

46 Rurſus de alio homine rem mihi opinatiſſimam unanimes retulêre, qui cùm diutinâ carceris cuſtodiâ affligeretur, atque inceſſanter ad S. Fidem exclamaret, mox ei S. Fides vigilanti apparuit; quæ eùm rogata, S. Fidis * vocabulo ſe nominaret, protinus marculum *f* veuſtiſſimum ſcabraque rubigine obductum præbens, jubet illo compedes feriri *, dein ferri fragminibus onuſtum, ad Conchas celeriter proficiſci; cujus monita ille perficiens, pervio carceris obſtaculo, abſque humano impedimento, divino fretus munimine, ad S. Fidem rectà tetendit *, & pro magno beneficio magnas gratias Deo Sanctæque ejus non ingratus reddidit. Fuit ibidem marculus circitèr tres annos appenſus, ut inſigne tanti miraculi peregrinantibus non deeſſet. Id nimis ſuccenſui, quòd in memoratum opus marculum etiam deſtruxerunt*. Mirum di-

CAPIT. XI. *Captivus aliquis miro modo carcere liberatus.*
*Lab. ſancta Fides
f
*Lab. ferire
*Lab. recto tetendit tramite
*Lab. deſtruxerant

ctu! Unde putas, ſancta Fides corporeum marculum habuerit? Sed non debemus ratione humana divinum opus æſtimare, ſed factum fideliter credere. A. BERNARDO.

ANNOTATA.

a Hadimarum *hunc ab Ademaro, vicecomite Lemovicenſi, qui tom. 2 Hiſtoriæ Domus Arvernicæ pag. 47 diplomati ſubſcriptus invenitur, diverſum eſſe, ſatis mihi quidem videtur indicare Bernardus, dum Hadimarum* virum *quidem* nobiliſſimum, *at minimè* Lemovicenſem vicecomitem *vocat. Fortaſſis* Hadimarus *iſte unus ex* Ademaris *eſt, qui à Gaufredo in Chron. tom. 2 Biblioth. Mss. pag. 283 ad annum 1028 recenſentur. Porrò de provincia Lemovicenſi conſule Hadrianum Valeſium & Baudrandum.*

b Senior, *id eſt*, dominus. *Conſule dicta ſuperiùs pag. 305 lit. g.*

c Retortæ *hîc pro vimineis vinculis, aut funibus ſumuntur. Præter alia, quæ Cangius ad hanc vocem obſervat*, olim, ut & apud Hibernos, *ejuſmodi* vimineo vinculo ſtrangulatos patibulis affixos *fuiſſe, conſtare aſſerit.*

d *Labbeus ita legit:* Plebeio relatu, ut dixi, jam paſſim relatum, concordi monachorum ſententiâ poſtea relatum eſt. E

e *Apud Labbeum deſunt hæc:* Gerbertum nomine. *Is mihi aliunde notus non eſt.*

f Marculus *eſt puſillus malleus, teſte Iſidoro lib. 19 Orig. cap. 17. In titulo verò capituli apud Labbeum legitur* martellum, *qui eſt malleus mediocris, de quo plura vide in Lexico Cangii, verbo* Martus & Martellus.

CAPUT III.

De eo, qui præmonitus à S. Fide per feneſtram turris ſaltu evaſit: & de mirabili aſino.

CAPIT. XII. *In Ruthenico tractu,*

REm mirabilem, cunctiſque ſæculis memorabilem, & etiam faſtidioſis lectoribus ſuccinctam narraturus, Deum, fontem ſapientiæ vivum, fideliter deprecor, ut divinæ ſapientiæ affluentiam intra pectoris mei arcana infundere, Sanctique Spiritus rore ſenſûs mei ariditatem dignetur irrigare, quatenus ea, quæ vera ſunt, ad utilitatem audientium * congruo rectoque ſermone valeam expromere, ne * ſententia mea à recto tramite exorbitando per inanes res, ſecùs quàm veritas habet, deviare inceptet. Miles quidam, qui erat in captione in pago Rotenico, caſtro Perſo, ſub dominio Amblardi cujuſdam nobiliſſimi viri *a*, datis pro ſe obſidibus, ad S. Fidem, quaſi aliud negotium acturus, quod * potuit, occultus venit. Deinde ſtatuto placito ſeſe in captionem recepit, unde qualiter poſt aliquantum temporis divina viſitatione evaſerit, dicendum erit. Sed primùm terræ illius ſitus & qualitas paucis verbis repetenda.

*apud Lab. deeſt audientium
*Lab. nec
a
*Lab. quò

48 Eſt patria per omnia montuoſa & etiam per loca horridis ſcopulis adeò edita, ut vix viſus altitudinis vaſtitate queat exſaturari; ſed inter hæc ubi fortè planicies occurrit, frugum proventibus adeò fœcunda, ut pinguis Cereris

cujus deſcriptio datur,

A. BERNARDO.

Bacchique optimi *b* nulla terra feracior mihi fuiſſe videtur*. Hanc illi ingenuitatem ex eo accidiſſe opinor, quòd ſit his noſtris regionibus editior & ideò hiberni frigoris immanitate rigidior, ſitque ſolis* vicinior, utpote ad Auſtralem plagam ſita, & ideò æſtivo fervore calidior, in æſtate videlicet, propter vicinitatem ſolis torrenti calore nimis exæſtuat; in hyeme verò propter altitudinem terræ nimiis frigoribus riget, ſicut ubi Auſter liberioribus habenis regnat. Igitur repugnantiis diverſæ naturæ, quantò magis tellus illa urgetur, tantò magis excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor, ac per hoc facta eſt lætioris dulcioriſque germinis terra genitrix: ſed quia, ut diximus, montium ſcopulorumque diſſimilitudine à noſtro ſolo diſcrepat, ideò contigit, ut prænominati oppidi ſtructura, ſuper excellentiſſimæ rupis ſoliditate fundata, per ſpatioſum aëris inane longè eminentior exurgat. Porrò oppidanorum manſio de parte illa habetur, quæ planior habitabiliorque videtur, habens arcem erectam in editiore* loco, ad illam videlicet plagam, quâ* altiore ruitur præcipitio; de qua etiam parte in ſummo turris ſolario herilis camera erat, ubi ipſe ſenior* heros cum familiaribus ſopitus placidum carpebat pectore ſomnum. Extra quam cameram in eodem ſolario de parte reliqui municipii captivus, quem dixi, ponderoſa mole ferri cruribus innexus, trium vernaculorum cuſtodiâ ſervabatur.

b *Lab.* videretur
* *Lab.* ſoli
* *Lab.* mediocri
* *Lab.* quæ
B
* *apud Lab. deeſt* ſenior

quidam in alta turre vinculis detentus, monente S. Fide,

49 Huic S. Fides jam dudum ad ſe querelosis vocibus exclamanti, jamque penè deſperanti, ſopitis cuſtodibus, corporali ſpecie conſpicabilis apparuit. Quæ cùm rogata ab illo, quænam eſſet, ſanctam Fidem ſe eſſe, reſponderet, protinus inſtantiâ precum illius ſe eſſe fatigatam, adjecit, imò etiam diutino clamore coactam, à Deo tamen miſſam, ut eum abſolvat, veniſſe. Quare igitur, inquit, longas moras innectis? Perrumpe per medium cameræ ac per ſummas turris feneſtras elabere. Cúmque ad vocem monentis reptare cœpiſſet, evigilans ſenior malè ſolicitus, ferri tinnientis advertit motum. Dein excitatæ cubiculariæ, ut tardos cogat cuſtodes, minaci auctoritate jubet. Quod cùm illa perfeciſſet, &* clauſo oſtiolo, in conclave ſe recepit. Poſt aliquot horarum excurſum, ecce, de integro S. Fides apparens hortatur hominem, ut rem aggrediatur; quod * ille ſtatim faciens, reperto oſtio clauſo, in lectum vacuo conatu regreditur. Rurſus quoque ſenior, ferrea colliſione experrectus, pediſſequam, ut priùs, remiſit. Illa, peracto herili præcepto, regreſſa, oſtium cubilis per voluntatem Dei apertum dimiſit.

* *apud Lab. deeſt* &
* *Lab. addit* cum
C

inde deſilit ſine ulla ſui Læſione,
* *apud Lab. deeſt* ille

50 Poſt hæc omnibus multò graviori ſopore oppreſſis, ecce S. Fides tertiò manifeſtata duriùs ſeveriúſque hominis arguit ignaviam; cúmque ille* impedimentum oſtii objiceret, ſeſeque jam bis deluſum, quàm graviter ferret; Noli, inquit illa, dubitare, quia habebis pervium iter, & Deus adjuvabit te. Ille verò, confidens in Deo, greſſu, quo poterat, cœpit motare ſe, & ſic tandem cum magna difficultate penetrato cubili, ad ipſas feneſtras ſubſiſtit*, casûs altitudinem vehementer expaveſcens. Tunc S. Fides, adhuc labantis animi hominem comitata, & quaſi viam aſſectando * præcedens, illum viriliter exhortari cœpit: Age, inquiens, fiducialiter: non alio modo jam evadere poteris. Similiter olim Iſraëliticus populus in ultionem ſceleris urbis Gabaa, tribum Benjamin debellans, antequam triumphum obtinuiſſet, divino monente oraculo, uſque ad trinum conatum laborâſſe legitur *c*. Ad extremum ille in miſerabili poſitus diſcrimine, aſſumptâ audaciâ, ac poſito *d* corde in periculo, pedes primùm per feneſtram emittens foras, ſe totum vaſto credit præcipitio, ſed nunquam molliùs ſuaviúſque ſua penſilis pluma Sardanapalum fovit *e*, quàm hunc duriſſima rupes excepit; adeò divina ſupportante virtute, ut, cui natura negaverat alas, hic planè volare, non cadere videretur. Quo miraculo factus ſecurior, etiam multò profundioris præcipitii ſaltum addere non dubitavit; nam de ſummis ſcopulis, ſuper quos arcis tota moles innitebatur, ſuper inferiores ruens, ad certiſſimum terræ ſolum tertio ſaltu perlabitur.

* *Lab.* contuſarum
f
E

ac reperto prater exſpectationem aſino

51 Mirum dictu & terribile auditu, quo auſu mens humana tantum periculi invadere unquam potuerit; nam & ipſe talia narrando, fateor, nimio horrore totus intremiſco. Sed, qui Sanctam ſuam voluit glorificare tali miraculo, dedit huic non terreri tanto præcipitio, in quo, licèt nihil læſionis receperit, crepitus tamen contonſarum* bodiarum *f* in primo quidem ſaltu uſque ad aures dormientis pervenit. De qua re miles expergefactus, nimio furore ſuccenſus, ſervis ſuis rem prænunciat, reos culpat, furciferos judicat; poſtremò minaciter imperat, ut quamprimùm fugientem inſequantur. Illi, ſenioris monita ridiculo habentes, attriti cadaveris fruſta ſe in craſtinum lecturos ſatis in tempore, promittunt. Illis tamen nequaquam acquieſcens faces, lampadeſque accendi, atque per aliam partem, quâ facilior erat deſcenſus, curſores velociter præcedere, hominemque comprehendere præcepit. Ille tædarum hauriens fulgorem, unáque ſeſe perſequentium vociferationem jam in proximo audiens, incertus, quid ageret, utpote gravatus utraque veſtigia maximo pondere ferri, ad effugium* tamen parvæ ſylvæ, quam per providentiam Dei oppidi vicinam natura perduxerat *, vi, quâ poterat, reptans, ſeſe totis annixus* viribus contrahere contendit; nec ab aliquo cogi opus erat, cui ipſa neceſſitas imperabat, nec reprehendenda tarditas, qui, ut ſibi videbatur, ſegnior incedebat teſtudine.

* *Lab.* effigiem
* *Lab.* produxerat
* *Lab.* anniſus

inſidens fugâ elabitur,
* *Lab.* omittit ſe
g
F

52 Cúmque in hujus anxietatis laboraret diſcrimine, & jam ſe* intra condenſa arbuſcularum aliquantulùm colligeret, mirum in modum offendit aſinum *g*, in cujus faucibus nodata zona pro capiſtro, aſinino tergo more inſedit fæmineo, verſis ex uno latere cruribus, propriique commodi potiùs rationem ducens poſthabuit honeſtatem virilem. Actum erat procul dubio, ſi unius puncti ſpatio fugientem hic aſinus fuiſſet remoratus. Nunquam expeditiore blandioreque tolutatura *h* campitor *i* equus aut * regalis ineeſſit, quàm per mediam regionem aſinus in eam partem, quâ fugitivus minùs quærendus putaretur, tranſabiit. Interea ſeſſor, non adeò ſecuritate fretus, ſubinde aurem arrigit, animamque reprimit, ſubinde reſpectat, & retorquet aciem, ſi fortè aliquem vel audire, vel videre poſſet, donec, jam octo penè peractis millibus, ſe ſatis in tuto videret. Et jam dieſcebat, & jam mortales ægros aurora promicans ad laboris exercitium cogebat. Tunc ille, alligato ad quoddam virgultum aſino, ubi ſilices duriores vidit, paululùm à ſemita ſe detorſit; quorum ictum ferreus rigor excipiens in modum glaciei facilem ſui reſolutionem dedit *k*. Inter agendum verò cœleſtis aſinus evanuit; nam reſpiciens ille, neque animal ipſum vidit, neque etiam animalis veſti-

h *i*
* *Lab.* capitor equus ac

k

A vestigium, quantalibet investigatione insistens, in aliquo penitus invenire potuit; cingulum verò ad argumentum miraculi, ubi ipse nexuerat, reperit.

& rectà ad S. Fidis monasterium cum ipsis vinculis suis tendit.

53 Ergò ad S. Fidem pedestri itinere rectà tetendit*. Nullum pulchrius basilicam S.Salvatoris aut speciosius spectaculum intravit ante hunc diem, neque aliquid libentiùs populus Conchacensis aliquando aspexit, quàm quòd nobilis viri clarissima persona* ac procera pulcherrimi corporis statura, ponderosam ferri massam gestans humeris, per circumfusas solemnizantium turmas* perrumpit, tanquam leo, qui, fracto carcere, grandi mole catenarum oneratus colla, nativum sylvæ repetit refugium. Tunc homo coram omni populo, ibidem deposito onere, hostilem sarcinam, quam captivam collo advexerat, libertate donat, ac felici postliminio redux seniores cum omni populo tanti miraculi novitate lætificat. Dein amicorum animos diu in mœrore suspensos explet inopinæ reversionis gaudio, nec aliquid tristitiæ captivitas illa post hoc* intulit, cui nec damnum pecuniæ successit, nec detrimentum corporis.

*Lab. intendit
*Lab. omittit persona
*Lab. addit ad sepulchrum prorupit
*Lab. hæc

B *Auctoris de hoc miraculo observatio.*

54 Sed quid putas, de illo asino conjiciendum esse, nisi benignæ virtutis angelum fuisse, in figuram humilioris jumenti manifestatum? Super quod etiam ipse Salvator residens, ut sæcularis pompæ contumacitatem humiliaret, viliori gestamine vehi potiùs voluit, cùm tamen esset ille excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria ejus. O magnum meritum unius Puellæ! O admirabile donum uni Fœminæ concessum! O admirabilis & ineffabilis gratia uni Virgini præstita, cujus virtutes nec calamo notari, nec etiam linguâ humanâ jam expediri poterunt; non enim ibi S. Fides tantummodò, ubi corpore requiescit, miraculis pollet, sed etiam, sicut ab his, qui quotidianis ejus interfunt virtutibus, didici, in terra, in pelago, in carcere, in infirmitatibus, in periculis multis, &, ut ipse jam ex parte probavi, in necessitatibus variis, si quis eam recto corde interpellaverit, præsentem sentiet, & ubicúmque S. Fides habet nomen, ibi quoque habet virtutem ad laudem & gloriam Christi Dei omnipotentis *l*.

l

ANNOTATA.

C

a *Hujus castri hodiernum nomen Gallicum nusquam invenire potui. Illud etiam eruditis editoribus tomi* x *Scriptorum Rerum Gallicarum ignotum fuisse, ex eo conjicio, quòd tum in Indice geographico, tum in ipso Opere pag* 380 *nihil præter nudum ejus Latinum nomen expresserint. Neque Amblardus ille, vir nobilissimus, mihi magis, quàm illis, aliunde notus est.*

b *Per* Cererem *frumentum, per* Bacchum *vinum intelligit scriptor noster.*

c *Hac de re consulesis Lib. Judicum cap.*20.

d *Fortasse supplendum* timido; *nisi per* cor in periculo ponere *Bernardus significare voluerit* animos in periculo sumere.

e *Sardanapalus, Assyriorum rex, utpote omni mollitiei genere effæminatissimus, molli certè, ut cetera taceam, lecto usus est.*

f Bodiæ *seu* Boiæ *sunt compedes aut torques vinctorum.* S. Hieronymus lib. 5 in Hieremiam cap. 27 in hæc verba: FAC TIBI VINCULA ET CATENAS, addit: SIVE χλοιοὺς, qui Hebraicè appellantur MOTOTH, & sermone vulgari BOIAS vocant. *Ita Cangius, apud quem plura vide verbo* Boia.

A. BERNARDO.

g *Hunc non fuisse brutum animal, sed benignæ virtutis angelum, infrà conjectat Andegavensis scholasticus, cui hac in re fidem, qui vult, habeat.*

h Tolutatura *vox est derivata à verbo non satis Latino* tolutare. *Dicuntur autem equi* tolutare *seu* tolutim *incedere, cùm crura altiùs in currendo tollunt & subsultim incedunt. Gallicè* troter *dicitur. Adisis Menagium in Lexico Etymologico eodem verbo* troter.

i Campitor equus, *inquit Cangius in Lexico, est* cursor, stadiodromus equus, *Gallicè* cheval de manege, de course.

k *Durioribus silicibus vincula disrupta fuisse, indicat Bernardus.*

l *Labbeus addit:* Qui omnipotentiæ suæ habenis cum Patre & Spiritu Sancto coæterna unitate regnat per sæcula æternaliter manentia. Amen.

E

CAPUT IV.

Aliud de Gerberto miraculum. Item de peregrino capto & vinculato subitoque S. Fidis auxilio liberato.

CAP. XIII. *Dum Gerbertius, uno jam captus oculo,*

RE vocetur ad memoriam ille Gerbertus *a*, cujus mentionem jam dudum in superiore libro fecimus, quemque post evulsionem oculorum, more illuminati Witberti *b*, illuminatum diximus, provida videlicet mirabilique summi Artificis dispensatione, ut virtutem, cui in alio congratulatus fuerat, atque, cui acciderat ultra omnia, quæ in mundo felicia putantur, beatificaverat, ut ipse aiebat, cùm primùm sibi accidisset videre prædictum Witbertum, hanc demum in semet ipso factam cerneret, ac præter spem simili felicitate gauderet; deinde tamen, ne insolentiâ quandóque elatus ad desertæ militiæ malum reverti ultrà præsumeret, justo Dei consilio unius restauratorum oculorum lumen amisisse, reliquâ oculi substantiæ salva integritate, dextrum verò integrum retinuisse & ita deinceps vitam sinceram in tranquillo, & absque remeandi sollicitudine egisse scripsimus. Hujus miraculi certitudinem, sicut ipsi in priore itinere audivimus & vidimus, inter cætera compendiosissimè litteris designatam, pòst in patriam regressi latiùs emendati usque digessimus. At verò dum aliquot annorum, ut paulò antè dixi, intervalla extitissent *c*, quibus neque Conchas rediissem, nec legationem misissem, de hoc Gerberto haud impar priori accidit miraculum.

a
b

F

c

à furibundo viro, tamquam fur, invaditur, alterum sanum amittit;

56 Nam cùm ipse quadam die ante plateam templi spatiaretur, pellemque agniculi, veluti gratiâ ludendi, in manu ventilaret, mox ei quidam Burgensis *d* illius villæ Barnardus (Porcellum cognomine dicunt) furibundus insilivit, & quia consimile tergus transacta die perdiderat, ipsum fore *, falsa opinione delusus, non dubitavit; unde, sicut erat temulentus ac sobrietatis impos,

d

**supple furem*

A. BERNARDO.

pos, absque ulla præmeditationis discretione statim illum ille nequissimus convitiis appetit, suæque rei furem compellans, etiam legali comprobatione latrocinii inpræsentiarum tentat vindictam. Alter verò objecti injustè convitii impatiens (nam rari perpauciquæ sunt mortales, qui non commoveantur, si etiam meritò dehonestantur) par pari respondere, neque in aliquo verbis illius cedere; ita utrinque intractabilis rixæ conflictu audire erat omnigena convicia in alterutrum objectari, quousque ad pugnos ventum est; dum ergò aliquandiu æquo marte dimicarent, & neuter cederet, ille Barnardus, quem sævior instigabat furia, è commisso certamine se proripiens raptim ad arma recurrere cœpit. Verùm ut in hujusmodi festinationis articulo solet obtingere, non fuit opportunum arma suppetere ad manum, sed tantùm veru reperto, in quo caro assata decocta fuerat, oculum illum sanum repetito conflictu penitus inspicat *e*, pupillàque terebratâ *f*, reliquum ocelli in particulas disjicit violentus. Postremò vicinorum concursu dirimuntur.

e

f

B

57 Tum Gerbertus, recenti cruore vestem notatus geminâque lucernâ captus, in ecclesiam ductu alieno festinare, clamoresque ad cœlum ingeminare, ac S. Fidis auxilium invocare. Denique totos tres menses continuos per singulas noctes coram sanctuario excubavit, omnia invictis clamoribus fatigans, sanctamque Fidem instantiùs increpitans. O S. Fides, Conchacensium domina, quare, inquit, non tuebaris oculum, quem olim eradicatum reddidisti? Quare non defensabas misellum, quem tuo beneficio servum tibi peculiarem acquisivisti? Hæc & similia assiduis vocibus repetere non cessavit, quoadusque festivitas S. Michaëlis *g* instaret. Nocte itaque illa, quæ præcedit vigiliam, ecce in somnis S. Fides apparens sic sibi visa est dicere: Vade crastina die post Vesperas cum processione monachorum ante altare S. Michaëlis, & ibi Deus tibi restituet oculum. In crastinum ergò ad horam, quâ sibi jussum fuerat, homo divinæ visionis haud immemor, in oratorium S. Michaëlis processionem comitatus est, ubi cùm pro honore futuræ celebritatis antiphonam super Euangelium concinerent, cœlestis Artifex, cujus sapientia nihil repperit difficile, detrimentum proprii figmenti supplere dignatus, non est passus ultrà diutinas lacrymas dolentis ac supplicia vota inaniter fundi, unius oculi substantiam jam bis conditam tertiò reformans, quater etiam in novissimo magnæ resurrectionis die reformaturus; nec tamen plures oculos, quàm reliquis mortalibus natura dedit, hic in illa ultima regeneratione credendus est habiturus.

at hunc ei restitutum iri, S. Fides pollicetur, quæ re ipsa recepto,

g

C

58 Cúmque ergò novi oculi acies cuncta circa se intuens circumpositorum formas jam clarè discerneret, antequam in vocem tanti gaudii erumperet, ipse primus omnium ad campanarum funes indomito cursu per gradus solarii præcipitavit, quod in aditu monasterii arcuatâ macerià *h* sustentatum jam dicto altari subjiciebatur. Quem protinus insequentes ministri, huic officio dediti, nil jam de ostensa cœlitus virtute cunctati, universam signorum classem exagitant, pariterque TE DEUM LAUDAMUS omnis chorus divinasque laudes intonant; fit clamor & ineffabile gaudium, cui in rebus humanis nihil æquè conferri potest. Ille denique, interjecto parvi temporis spatio, cum tanto gaudio bonoque testimonio ineffabilibus mirabilibus glorificatus, vitæ metas consequitur, ad illam procul dubio interminabilem vitam translatus, in qua sancta virgo & gloriossima martyr Fides perenni lætitia fruitur, habens & ibidem Garberti consortium, cujus in hoc sæculo post reparationem mutilati capitis non est passa dissidium.

gratias ille S. Fidi refert, ac non diu post piè moritur,

h

D

59 Hunc ergò secundo itinere, quia excesserat, videre non potui, illum verò antiquiorem Witbertum, qui cognomen Illuminati ex eventu habuerat, adhuc Dei gratiâ vidi admodùm senem multùmque super reditu meo flentem ac dicentem: Nunc reverteris, domine pater, meusque & re & consilio adjutor; ego, jam plenus ævi senioque confectus, scio, me satis non te in hac vita posthac visurum: Deus & S. Fides reddat tibi meritum, qui de longinquo solus hanc curam cepisti, ut virtutes ejus audire ac retinere venires; cujus ego oculos ob dignitatem insignis miraculi terque quaterque deosculatus ei vale dicens abscessi. Porrò si Deus ad Conchas me per suam misericordiam quandóque reduxerit, adhuc eodem superstite, illud jam non habebo tantæ vilitati, nec à pectore alienum, quominùs celeberrimis scriptis perpetuæ tradam memoriæ, faciamque cunctis sæculis memorabile. Quidni faciam, cùm constat, hanc pessimam ætatem non alibi audisse nos tanto glorificatam miraculo. Sed jam prolixus sermo, ab his, quæ restant, nimia dilatione nos suspendens, maturo claudatur fine.

superstite etiamnum Witberto, de quo Bernardus nonnulla addit.

E

CAPIT. XIV.

Peregrinus quidam, injustè compedibus funibusque constrictus,

60 Peregrini quidam, Lemovicensis pagi indigenæ, abeuntes ad S. Fidem, transibant* prope castellum Oëbali *i*, quod dicitur Torena *k*, quibus fortè fuit obvius quidam ejusdem oppidi municeps, eorum inimicus, Gosbertus nomine, clericus quidem solo cognomine, sed actu terrenus miles, qui, statim inventâ causâ, redegit omnes in captionem. Domnus Oëbalus* fortè aberat*, cujus conjux tunc, sed mox per divortium ab eodem deserta, domna Beatrix *l*, hoc audito, mandat militi, ut, si se unquam velit habere benevolam, Romeos *m* statim abire sinat, nec prorsus unius horæ spatio intra septa municipii detineat coactos. At ille, non audens ex toto dominæ mandatis contraire, Hos, inquit, pro imperio dominæ dimittam, retento hoc solo, qui mihi injuriosior extitit, quem impunitum abire difficile est; quod si ita sibi non sufficit, noverit non improperaturam*, quod etiam pro S. Fide certus sum nunquam me facturum; & ita, dimissis cæteris, illum unum jubet compedibus constringi, quos rustica lingua BODIAS *n* vocat; quorum clavi, martello duriter obtusi, ut inextricabilis illa fieret connexio, ultrò franguntur, ipsis etiam frustatim compedibus conquassatis. Denique alteris compedibus mutuò petitis itidem actum est. De tertiis quoque eadem jactura accidit, & ait: Ut video, S. Fides, nisi astu caveo, meum mihi inimicum vi auferet; verùm annitar ego, uti res secùs, quàm autumat, possit evenire.

i *k*

**Lab.* transierant

**Lab.* Oëbalius

**Lab.* abierat

l

m

F

n

**Lab.* improperaturam

illis patrocinio S. Fidis miro modo eximitur,

61 Tunc verò arctis chordarum voluminibus lacertis in crucem ante pectus constrictis, post hæc utramque palmam, circa collum utrobique circumactam, inter humeros violentissimè revincire fecit, sicque subter ascellas regyrantibus ligaminibus ventrem crudis nodis coarctari, adeò ut ipsius inauditæ connexionis modo sic miser constrictus suffocaretur, ut anhelitus gracili spiraculo vix sibi sufficeretur* vita. Cui ita in solitario conclavi clauso duodecim lanceatos viros, quos æquè vesanæ mentis expertus erat, in-

**Lab.* sufficeret

Lab. illum instanter adstare jubet. Qui, si viderent ipsum * divina solvi virtute, illicò, ne vivus evasisse gloriaretur, omnes uno ictu pariter transverberatum obtruncarent. At post modicum intervallum, ille miserabili adductus angustia, sitiens, difficilè verbis id exprimere potuit; tanta vinculorum duritia organales fibras obstruxerat. Tunc unus, quos dixi, satellitum, petitâ aquâ, cùm deprimeret illaqueatos sub gutture cubitos, ut laxato mento haustum ori ejus aptare posset, illa nodorum difficultas sese absolvit ultrò, ipsis tantùm resticulis hærentibus brachiis ipsis, quibus fuerant appositæ.

& incolumis è carcere elapsus, ad S. Fidem tendit.

62 Ipse verò, sentiens se divinitus solutum, cœpit illinc præstrenuus effugere. At illi, statim ex præcepto senioris ipsum mucronibus adorsi confodere, tanta continuò divinæ virtutis vi obstricti in loco hæsere, ut nec moveri quidem quisquam eorum posset, nec penitus verba ad alterutrum dare. Sicque repentè angelus Domini coarctavit eos, ut, acsi lapidea simulachra, immobiles permanerent. Unus tantummodò, inter suffocationis angustias obscœnæ interjectionis dans mugitum, cum grandi difficultate in hanc
B vocem erupit: Vah, jam pergit; cætera, fixus immotusque tamdiu perstitit, quoad ille alter
Lab. transfugit ad domnam Beatricem transfuga * sese in tuto reciperet. Cui illa in crastinum duces delegavit, quandiu fines castelli longè excederet, tutumque iter carperet, cui erat Petrus vocabulum. Denique cum sociis ad Conchas attingens & pro absolutione sua grates inibi Domino persolvens, pòst inde lætus est ad propria reversus, ligaminibus relictis in testimonium virtutis, quæ remansisse dixi laxis nodis pendentia brachiis. Anno ferè & dimidio post secundam à Conchis reversionem accidit mihi certo negotio
o domni Willelmi *o*, Pictavorum comitis, adire
p curiam, in qua cùm domnam Beatricem viderim, à Richaredo *p* fratre suo, Rotomagensium comite, illuc missam, ardenter ejus colloquium aggressus, illicò rogitare cœpi super hoc miraculo. Cujus verba, per omnia monachorum Conchacensium concordantia, esse poterat probabile argumentum, si quis dubitaret in aliis etiam mihi ab eisdem narratis.

ANNOTATA.

C a *Aliud hoc de Gerberto, libro* 1 *Miraculorum cap.* 2 *memorato, miraculum abest ab editione Labbeana jam sæpe laudata. Porrò ex infrà dicendis patebit, illum, tametsi pag.* 307 monachorum præbendâ, *seu monachorum cibi ac potûs portione diurna contentus in cœnobio Conchensi Deo serviisse dicatur, strictè tamen monachum non fuisse.*

b *De Witberto illo adisis caput* 1 *libri* 1 *Miraculorum à pag.* 302.

c *Adi Commentarium num.* 90.

d Burgensis *apud Cangium hoc verbo, uti etiam apud Bernardum hîc, est burgi seu villæ clausæ incola seu municeps.*

e Inspicare *hoc loco idem sonat, quod* invadere; *utitur autem priori verbo Virgilius, sed sensu diverso, lib.* 1 *Georgic. versu* 292 *ita canens:* Ferroque faces inspicat acuto.

f Terebrare *idem quod* perfodere. *Unde terebratâ oculi pupillâ, necesse fuit, ut non tantum videndi facultate privaretur Gerbertus, sed, uti Bernardus mox etiam subdit, ut ejusdem oculi, crassiori veru cuspide perfossi, reliqua pars in particulas dissilierit.*

g *Colitur hic sanctus Archangelus præcipuè die* xxix *Septembris, quo de eo aliisque Angelis à decessore nostro P. Stiltingo fusè actum est.* A. BERNARDO.

h *Per* arcuatam maceriam *Bernardus* fornicem *indicat.*

i Oëbalus *ille idem est, qui in Chronico Gaufredi, Prioris Vosiensis, tom.* 2 *Novæ Bibliothecæ Mss. pag.* 290 Ebolus *vocatur. Fuit Gulpherii de Turribus,* Archambaldi & Cambæ Putridæ *cognominati, filius, genuitque* Archambaldum, cujus matre legitima (*hanc Bernardus* Beatricem *vocat*) adhuc vivente, non legitimè aliam duxit, de qua genuit Guillermum & Robertum. *Hic Oëbalus castrum de Torenna, quod pater suus, teste laudato Gaufredo, acquisisse dicitur, Guillermo filio cum consensu Archambaldi postmodum dedit. Plura de eo curiosus lector cit. pag.* 290 *videat.*

k *Labbeus cap.* 14 Torennam *vocat. De hoc autem castro multa tradit Valesius in Notitia Galliarum pag.* 557, *unde nonnulla huc transcribo.* Torinna, *inquit, seu* Turenne, castrum est veterrimum, vicecomitatûs titulo insigne, cujus mentio fit in veteribus nostris Annalibus, atque etiam apud Eginhardum in rebus gestis Pippini, Francorum regis, in anno Christi DCCLXVII. *Et*
E *post nonnulla subdit:* TORINNA ergo primùm dicta est sincero nomine ante annos DCCCC; postea TORENNA, I in E mutato; deinde TORENA, sublatâ N litterâ; ac demum TURENA, ex quo vocabulo factum est vulgare nomen TURENE: quod est castrum summo monti impositum. *Torinensem autem vicecomitatum partem agri Lemovicini, Cadurcini & Petrocorici obtinere, atque à Sarlato, Petrocoriorum urbe, usque ad Novum Vicum* (*Gallicè* Neuvic) *leucas Francicas amplius* 30 *in longitudinem patere, ibidem laudatus Valesius scribit.*

l Beatrix *illa infrà dicitur Richaredi seu Richardi, nempe II hujus nominis Rotomagensium comitis, soror.*

m *Adisis dicta de hac voce pag.* 305 *in Annotatis lit.* d.

n *Vide Annotata pag.* 315 *lit.* f. *Per* rusticam *autem* linguam *hîc intelligi debet* vulgare *Francorum tum temporis* idioma; *de cujus à Latina lingua distinctione vide Cangium in Præfatione ad Glossarium suum num.* XIII, & *Annotata in Vitam S. Beregisi tom.* 1 *Octobris pag.* 523 *lit.* u.

F o *Est is Willelmus IV, Pictavensis comes & dux Aquitaniæ,* Ferabrachia *dictus, qui Fulbertum, Carnotanum episcopum, Bernardi nostri olim magistrum, impensè coluit ac dilexit. De eo consulat curiosus lector tomum* X *Scriptorum Rerum Gallicarum locis vix non innumeris.*

p Richaredus *ille est Richardus, Normannorum princeps, ad quem Fulbertus, Carnotensis episcopus, suprà plus semel laudatus, epistolam dedit, quam videsis tom.* X *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 451.

A. BERNARDO.

LIBER III.

CAPUT I.

Bernardo, tertia vice Conchas profecto, tertium de miraculis S. Fidis librum conſcribendi occaſionem præbet prodigium, quo S. Fides gladio percuſſum mirabiliter ſanavit.

B

CAPIT. XV. *Anno Chriſti* 1020 *Bernardus, tertiùm Conchas profectus,*

ANno igitur ab Incarnatione Domini milleſimo vigeſimo *a*, Indictione tertia, tam S. Fidis amore motus, quàm Witberti *b* illuminati gratiâ reviſendi, tertiò ad Conchas repedavi; quem ſuperſtitem non reperiens, admodùm ægrè tuli, licèt ipſum, ut confido, pax bona in terra viventium habeat, quem hic Dominus tanto miraculo glorificaverat; nec de ſalute ejus deſperant, qui in hora exitûs & confeſſionem illius integram, obitumque facilem viderunt; nec tamen ſubitaneum, quia præſenſiſſe horam ipſum aiunt, quamvis nulla dolorum anguſtia prænunciante.

CAPIT. XVI. *Tertium de miraculis S. Fidis librum conſcribere aggreditur occaſione miraculi,*

64 Poſt hæc autem, ritè completa ſolemni orationum celebritate, volentem protinus redire cœperunt inſtanter interpellare, atque obteſtari, uti tertium S. Fidis miraculorum adderem libellum. Ego verò ſumma vi facturum abnegare; neque enim eſſe neceſſe; cùm prioribus non modò potiora, ſed nec ſimilia nequeant inveniri; at illi inſtare, facto peropus eſſe, neque me in eo cauſam captare poſſe, quòd neſciant tale aliquid, cui nihil præferendum in divinis operibus ipſe judicem; quod mihi ardenti ſollicitoque animo percontanti, veniſſe dudum ad S. Fidem, aiunt, quemdam Petrum ex Arvernia *c* clericum, genere clariſſimum, dignitatibus præpotentem; cui cùm novellum primæ editionis noſtræ codicellum exhibuiſſent, auctoremque nomine deſignâſſent, nimiùm conqueſtum eſſe, vel defuiſſe adventui meo, vel me per fines ſuos non divertiſſe, cui quoddam narraret inſigne & inter præcipua ponendum, perhibent.

quo quidam miles horrendè vulneratus

65 Dicebat enim, militem ſe habere, Raymundum nomine *d*, virorum quinquaginta potentem, de vicò Valeriis *e* pluraliter nominato, qui aliquando in dirimendo tumultu fulminei gladii, ex adverſo librati, ictum adeò validum exceperat, ut naſus diviſus per malarum medium, mandibularum quoque una in duo defecta, alteraque ad medium ferè truncata, linguæ etiam radical gutturi disjunctum, hiatum ſub palpebris patefeciſſent in tantum immanem, ut diviſæ faciei offa horreret pendula, quem fidèles & amici domum referentes trium ferè menſium ſpatio obſervant ſemivivum, cujus vita, inſanabili vulnere faucia, amicis plùs tædio erat, quàm gaudio, cùm nec buccæ uſus ad capiendum cibum eſſet utilis, ſed per hiatum, quem dixi-

C

a

b

c

d

e

f mus, defruta *f* duntaxat diſtillarentur pinguia. Ita miſer, odibilis vitæ morâ diu protractus, cœpit jam intra ſe cogitare, ut ad S. Fidem ſe deportari craſtina luce, nutu, quo poſſet, innueret, non tamen eo voto, ut de ſalute corporea, quæ irreparabilis videbatur, ultrà cogitaret; ſed ut animæ, vel inter vias, vel ad S. Fidem obeuntis ſuperna miſeratio ſuccurreret. D

à S. Fide, ei apparente, ſubitò ſanatus fuit,

66 Ita fixâ ſententiâ, cùm nocte ſecuta inter anguſtias mœroris & triſtitiæ graviùs obdormiret, &* ecce, ſibi S. Fides apparere viſa eſt, forma puellari & eleganti, adeò venuſta, adeò decora, ut nihil illi in humanis formis poſſet comparari; quæ ubi proprii nominis notitiam roganti intimaverat, illicò eadem, ſeſe à Deo veniſſe, adjecit, ut volentis, nec valentis ad S. Fidem tendere, ſuccurrat votis. Et poſt hæc dilucidè & apertè pro eo data oratione, PATER NOSTER adjecit in fine, finitoque capitulo, putrefacto ori ſagax Medica digitos ingerere, ſicque dentes ſingulos jam exhalante tabo labefactos infigere ac reformare viſa eſt, deinde palmâ ſubjectâ mentum erigens illam hiulcam rimam rejunxit, ac præmortuam penduli vultus offam mirificè ſpiritu divinæ vivificationis animat. Et ita ſaluti reſtitutum imperat, ut S. Salvatori grates agat, ad Conchas properare. **& redundat* E

non ſine ſuo ſuorumque famulorum ſtupore.

67 Cumque aurora diei ortum præſignaret, experrectus ora manibus contrectata reperit redintegrata. Cujus miraculi certitudinem ut planiore argumento addiſceret, tentat, an poſſit uſum exercere loquendi; primitus excelſo clamore vocat famulos, & quia longè famis paſſus inediam fuerat, voce improba poſcit cibum. Illi evigilantes, & veſanum aliquem, qui tam manè cibum roget, exiſtimant, & ſuper ſono herilis vocis hærent ſtupefacti; quà tamen vox illa reſonat, curſum intendentes, accenſis luminaribus, præter ſpem inveniunt hominem ſalvum & incolumem. Quibus mirantibus & heſternum propoſitum & divinæ viſitationis narrat ſomnium. Refocillatus ergò recreatuſque edulio pergit ad S. Fidem, reditque feſtinus, ignarus idem, ut laïcus & indoctus, narrandum eſſe monachis tam grande miraculum; ſed poſtquam domnus Petrus hæc eadem narraverat, remiſſus ab ipſo non modò ſolâ, ſed pluribus pòſt vicibus repedavit. Teſtantur, qui ſæpius ipſum viderunt, in modum tenuiſſimi fili veſtigia ferri rubra videri.

F

ANNOTATA.

a *De anno, quo Bernardus tertiùm Conchas adiit, actum etiam eſt in Commentario num.* 90. *Porrò tum hoc, tum ſequens capitulum ab editione Labbeana abeſt.*

b *De Witberto actum eſt lib.* 1, *cap.* 1, *& cap.* 4, *lib.* 2, *num.* 55.

c *De Arvernia vide dicta ſuperiùs pag.* 306 *litt.* bb. *Porrò is Petrus mihi aliàs ignotus eſt.*

d *De Raymundo illo nihil alibi inveni.*

e *De vico* Valeriis *tacent Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum, aliique geographi, quos conſului.*

f Defruta *ſunt vina cocta uſque ad conſumptionem mediæ partis, à defervendo ſic dicta. Ita Columella lib.* 12, *cap.* 21 *apud Robertum Stephanum:* Muſtum quàm dulciſſimum decoquitur ad tertias; & decoctum, ſicut ſuprà dixi, Defrutum vocatur. *Virgilius* 4 *Georgic. verſu* 269 Pinguia defruta *memorat.*

CAPUT

A

CAPUT II.

De quodam Barnardo de morte ſuſcitato, & de mirabilibus in ipſo, ad S. Fidem veniente, in via patratis.

CAP. XVII. *Scriptor ſibi poſtulat S. Fidis patrocinium,* *a*

QUoniam *a* quidem flagranti amore glorioſiſſimæ virginis & Chriſti athletæ inſuperabilis Fidis nimiùm ſuccenſi intermiſſa diu ſcribendi otia rurſus repetere cogimur, illius ſacratiſſimæ ac dilectiſſimæ Martyris efflagitamus magnificis juvari ſuffragiis, quæ, cœli in arce civibus juncta Angelicis, per virtutum præclara magnalia, nobis tacentibus, totum per orbem

B ſuæ potentiæ prædicatrix coruſcat; hæc enim, licèt corporali ſpecie populis ſeſe offerre nequeat, jugiter tamen patefactis miraculorum portentis ſe manifeſtat; nec jacet uſquam terra polis ſub ambobus, quæ ſui nominis laude & famâ carere dignoſcatur, nec immeritò, quæ, primis ſub auſpiciis Virgo præclaræ indolis in omni pudicitiæ honeſtate florens, cunctiſque in actibus auro puriùs fulgens, illud in ſeſe conſertum retinuit, in quo dicitur: Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea ſuavem dedit ei odorem *b*.

b

idque multis titulis extollit.

69 Verè ſuperno Regi in alto cœlorum throno reſidenti nardus ejus ſanctitatis & vitæ cœlibis dulcem halavit fragrantiam; quia tota odor bonus erat Domino juxta Apoſtolicam ſententiam *c*, quæ denique in paſſionis torrido incendio vaporata, fracto pœnis acerrimis corporis alabaſtro, myrrha facta eſt electa, cujus virgulas ſuaviſſimæ dulcedinis per diffuſos mundi emittit cardines, in quibus glorioſæ Virginis & magnificum nomen pio amore excipitur, & æternum memoriale digna veneratione commendatur. Hæc, ſicut mira ejus virtutum teſtantur inſignia, dum morti debita in tormentis exuit membra, liberiorem mutata eſt in huſiam *d*, per

c

d

C quam vehementiſſimo in momenti puncto, per vacuos aëris campos diſcurrens ubique terrarum in neceſſitate ejus ſuffragia poſcentium auribus adſiſtit præſens, nec habet jus lædendi quilibet morbus, ad ejus invocationis malachmata *e* delendus; mors quoque ipſa, quæ nemini parcere didicit, jam dedocetur miſero pallore ora inficere, quæ ſancta Virgo, ſupplicibus votis conducta, priſtino rubore velit accendere. Quin etiam inuſitato more voraciſſimus orcus ab ore cruento intactas cogitur reddere animarum offas *f*, quibus inſatiabilem cupiens lenire famem harpialem *g* ſemper inhiat infarcire ventrem. Tanti honoris præmiis ditatur à Domino clariſſima Virgo, pro cujus amore diverſis tormentorum ſuppliciis excruciata, mortis non timuit perpeti extrema, cujus præclara fama, inremiſſis aliquando pennis loca quæque oberrans, cunctos, ut diximus, anguſtiâ quâlibet oppreſſos, ad ejus patrocinii beatiſſimum aſylum invocandi hortatur, quia & auditu eſt facilis, & prodiga muneris.

e

f

g

70 Unde * contigit, quemdam nomine Hu-

A. BERNARDO. *Juvenis*

naldum *h* Toloſanis *i* in partibus ſanctæ Martyris admirandum promeruiſſe beneficium, uſuque* & opere inopinatam * experiri ejus magnificentiam virtutum; habebat enim filium, nomine Barnardum *, quem de more miſit ad armentum in paſcuis ſervandum. At ille, paſtorali cura ſuſcepta, die quadam, ſurgente heſpero *k*, armenta domum reducens, per negligentem incuriam bovem unum inter fruteta dimiſit, reliquos verò boſtaris præſepibus *l* inſeruit. Cernens igitur, vacuo loco unum abeſſe animal, paſcua per furvas noctis tenebras ſolivagus repetiit, ſed magna parte noctis illius jam elapſa, caſſo labore quæritandi, ſine bove triſtis ac mœrens rediit. Quid ageret, quò ſe verteret, nulla ei ratione paret? Improbiſſima enim patris ſeveritate perterritus, eo ſciente, tectum non audet ſubire, neque, quid ei acciderit, ullatenus intimare. Tandem verò, ſopitis omnibus, lectulo ſe contulit clanculùm*; ubi cùm membra amiſſi bovis indagine admodùm defeſſa jactaret, illicò tanto dolore corripitur, ut penè omni oſſium compage reſolutus crederetur, quo dolore

E nimiùm invaleſcente, & motu artuum fraudatur & rationis officio privatur.

Lab. omittit Unde

h *i*

**Lab.* viſque

**Lab.* inopinam

**Lab.* filium, quem

k

l

**Lab.* clanculus

paſtor, defunctus & ſepulcro condendus,

71 Manè autem facto, ut eum pater tanto conſpexit correptum languore, depoſito furore, mox ſuper imminentem nati interitum flebilibus cœpit gemitibus dolere. At * dum vaſtis ſingultorum quateretur ictibus, S. Fidis ſalutiferam opem magnis implorat clamoribus, ut priſtinæ incolumitati ejus reſtituatur filius. At ille, toto corpore manens immobilis, ſummo duntaxat in pectore videbatur ei palpitare* calor vitalis, atque tali in ſtupore membrorum dies peregit novem, extinctis lucernis oculorum. Decimo autem die, quæ Dominica habebatur, ut viderunt pupillas * luminum in morte contabeſcentes, gelidoque ſudore frontem ac genas rorantes, appoſita lævo lateri manu nihil vivum ſalire ſentiunt, ſed omnia æterno ſopori dedita evidentiſſimis ſignis agnoſcunt. Quid plura? funus parant, exanimeque cadaver ſandapilæ impoſitum ululantibus lamentis celebrant.

**Lab. omittit* palpitare

**Lab.* pupillas

ad invocationem S. Fidis

72 Sed cùm luce craſtina ad defoſſum ſepulturæ ejus locum veheretur, pater impatientis amoris affectu extincti gelidum nati corpus amplexatur, oculoſque ac vultum omnem irriguis lacrymis humectans locum omnem amaris implet clamoribus, inter quos inſolabiles gemitus crebris vocibus ſanctam Dei martyrem Fidem clamat, ac lacrymoſis obſecrationibus, ut ſibi filium reddat, ter & quater ingeminat, dicens *m*:

F

m

Virgo Fides, dilecta Deo, lux inclita mundi,
Auxilium miſeris quæ cita ferre ſoles,
Supplicis exaudi, Martyr ſanctiſſima, vocem,
Quamque potes, poſco, defer opem miſero.
Munere nemo tuo, petiit ſi fortè coactus,
Diſceſſit vacuus, te retinente manus.
Credo quidem, neque vana fides, te poſſe, quod opto,
Cœlitus à Domino promeruiſſe tuo.
Unicus eccę mihi natus, mea ſola voluptas,
Occidit, una mei ſpes & amor generis.
Quo pereunte modò, mihi cætera vita ſuperſtes
Protrahet ingratas fine carendo moras.
Sed ſi, Virgo Dei, miſerorum queſtibus ullis

Flecte-

A. BERNARDO.

Flecteris, & lacrymis vinceris irriguis,
Funere ſopitos nati, quos cernimus artus,
Ad priſcam vitam, te rogo, nunc revoca.

vita reſtituitur.

73 Cumque his & hujuſmodi quàm plurimis querelis ſuper defuncti corpus incumbens pater cum magno ejulatu quereretur, omnes, qui ad ultimum exequiarum obſequium aderant, deflentis pietate moti, fletibus ora rigabant, ac piiſſimam Virginem, ut ad invocationem ſui ſancti nominis propitio vultu reſpicere dignetur, unanimes mixtis lacrymis precibus exorant *n*:

n

Sic quoque continuò, ſed & (ô mirabile dictu!)
Mors tetra verſa retrò, prædam fugitiva reliquit,
Evomuitque vorax avida de fauce rapinam.
Protinus atque caput lento nutamine functus
In partes verſat, gelidas recalente medullas
Fomite vivifico; ſubitóque per algida membra
Spiritus infuſus totum dat vivere corpus,
Erigiturque jacens, trepidantia lumina vixdum
B Attollens, ac mox totos ſimul erigit artus
Et ſtetit in propriis membrorum machina plantis.
Inde domum repetit redivivo tramite patris.

quæque ſibi in exceſſu mentis oſtenſa fuerint, enarrat;

74 Quo viſo, cuncti in gratiarum actionem verſi præ gaudio tanti miraculi lacrymas fundunt, ſanctæque virginis & martyris Fidis virtutem glorificantes votis & muneribus ſeſe ac ſuos ei ſupplices devovent; ſicque ab eccleſia S. Georgii *o*, ubi humandi juvenis gratiâ convenerant, regreſſi ad propria, pater poſthumi filii ac reliqui contubernales diligenti perſcrutatione * die quadam ab eo ſciſcitari ſtuduerunt, quid ſibi viſum fuerat illis novem diebus, quibus in exceſſu animæ poſitus, quaſi mortuus, jacuerat, ac quomodò, vel cujus auxilio, ad ſepeliendum poſtmodùm delatus ad vitales auras redierat. At ille, adhuc trepidantia pectora gerens, ab imo ſpiritu longa ſuſpiria ducens, ſic percontantibus actutùm reſpondere exorſus eſt: Ut cætera nunc ad præſens ſilentio prætereantur, quæ mihi fine ſub extremo contigerint, certiſſimò & ſine ullius falſitatis ambiguo brevi expedire non differam. Corporeis vinculis ſpiritus meus reſolutus teterrimis quibuſdam miniſtris

o

**Lab. malè perſecutione*

C traditur, quorum crudeliſſimo ducatu ad hiatum uſque vaſtiſſimi præcipitii protrahitur, in cujus horridam voraginem dum jactari inenarrabili metu formidarem, (eloquar an ſileam?) ecce vir ſplendidiſſimi decoris advenit, quem, ut poſtea didici, paradiſi præpoſitum fuiſſe Michaëlem archangelum, liquidò patuit, cujus placidi itineris glorioſiſſima virgo Fides comes adſtitit, quæ ſuper ſolis jubar emicabat ſplendore mirabili.

oſtenſa fuerint, enarrat;

75 Hîc verò cœlorum præpoſitus, ut more carnificum eos, quibus ad torquendum deputatus eram, conſpexit, in verbera mea irremediabiliter furere, quid, inquam, malorum artifices in hujus tironis tormenta tanta deſævitis crudelitate? Quid animam, à ſummo Deo creatam, perditum itis abſque ulla miſeratione? Sinite jam nunc ab ejus gravi laceratione; quia, Deo permittente, per hanc ſanctiſſimam virginem Eidem proprio refundetur in corpore, à veſtra erepta poteſtate. Ad hanc vocem tartarei miniſtri, intolerabili formidine correpti, manus ſemper in malum pronas continuerunt, cœleſtibuſque nunciis inſolito timore tremebundi paruerunt. D Nec mora feliciſſima virgo Fides concito impetu medios cuneos irruit, animamque meam ab eorum manibus violenter abſtraxit, atque ita corpori humo tradendo, ſicut nôſtis, mirabiliter refudit. Poſtquam verò hujus non tantùm viſionis, quàm etiam rei geſtæ veritatis *p* textum ille ordine eſt proſecutus, pater atque vicini iter inſtituunt, ſanctæque Virginis ad monaſterium cum eodem reſuſcitato debitas laudum gratias redditurі greſſus dirigunt *q*.

p

q

dein ad S. Fidem proficiſcens bis ejus patrocinium experitur.

r

76 Quibus per devexum latus montis, ab alveo Dordonii *r* fluvii ad nubila caput porrigentis, deſcendentibus, quodam in procliviori lubrico animal, cui inſidebat, quia nondum bene ab infirmitate convaluerat, pede lapſo nutavit, & diu reſurgendo hærens ipſum cum ingenti fragore dorſo deturbavit, & quoniam ſemita nimiùm anguſta in præcipitio montis patebat, virtute Dei ac cuſtodia ſanctæ Martyris protectus continuò ſurrexit illæſus. Denique baſilicam expetentes pro reſurrectionis beneficio, propter quod venerant, omnipotenti Deo laudes exultantibus animis referunt, Sanctamque debitis muneribus venerantes adorant, benedicunt, atque in virtutum mirabili potentia coruſcantem prædicant. Oratione autem expleta, hoſpitio ſe conferunt, unde luminaribus compoſitis, dum ruente nocte ſacras vigiliarum excubias ante ſanctam Virginem celebraturi procederent, ille ſæpedictus virbius *ſ*, Barnardus nomine, antiquo hoſte captentularum *t* inſidias tendente, per hiantia tabulati operta ab exedris deorſum improviſo caſu ruit. Ad quem citato curſu comites pervolantes, ita ſancta Martyre manum ſupponente, incolumem repererunt, acſi pulvillorum fuleris receptus fuiſſet à proximo lapſu. Craſtina verò die venerabiles hujus cœnobii fratres prioris miraculi virtutem parùm edocti, ſeorſum illum faciunt, omnemque viſionis ſeriem ſagaci induſtria perquirunt. At ille Deum, quem nullum latet ſecretum, teſtans, ita omnia extitiſſe aſſerit *u*, veluti in narratione continetur ſuperiori.

ſ

t

u

Ablatam furto telam miro modo reddi ſuo domino S. Fides curat.

77 Neque illud prætereundum ſilentio dignum ducimus, in quo magnificæ Virginis & omnium Sanctorum comparandæ meritis patronæ noſtræ Fidis admirabilis ſanctitas fulget, & ab illicitis conatibus, ne perpetrentur, temerarios cohibet. Evoluto quidem, ut putabatur, unius anni circulo, idem reparatus debito ſuſcepti beneficii obſequio ad S. Fidis oratorium repedabat, comitante quodam Garſia *x* ex vico S. Orientis, qui vulgò Marciacus *y* fertur, oriundo. Hic Garſias, qui Vuaſconum more tali inſignitur nomine, dum quæſtûs causâ, ut ſæpe fit, neque enim ab eo incipitur, telam ſecum deferret, Lucaſinam *z* eccleſiam greſſu attingens à raptoribus invaditur, & amiſſæ telæ damna pati cogitur; ſed illo amore ſanctarum orationum hoc raptum vilipendente, & cœptum iter peragente, prædo ille pannatrices *aa* convocat, & ut ſibi inde braccas *bb* faciant, alacri animo incitat. Sed quid plura? Divina illicò non defuit potentia, pannum in ſiliçis mutans duritiem, aciemque forficum, velut ligneum, hæbetavit ſurculum. Quo miraculo ſemel ac bis oſtenſo, Dei ac ſanctæ Martyris virtutem reminiſcuntur adeſſe præſentem, quæ eas prohibebat raptam incidere ſindonem. Cujus prodigii terrore pervaſor nimiùm exterritus linteamen illud reſervavit, atque redeuntibus peregrinis veniam ma-

E

x

y

z

aa

bb

lefacti

A lefacti petiit ac ſupplex reddidit. Qui ſanctæ Virginis hac in re virtutem prævaluiſſe agnoſcentes cum gratiarum actione ad propria redierunt gaudentes.

ANNOTATA.

a *Apud Labbeum cap.* 18 *hæc & ſequentia ad* æſque *num.* 70 *edita non ſunt.*

b *Verba ferè eadem ſunt, quæ leguntur in Canticis Canticorum cap.* 1, ℣. XI.

c *Apoſtoli Pauli verba in Epiſtola* 2 *ad Corinthios cap.* 2, ℣. 15 *hîc intelligit auctor noſter.*

d *Per* huſiam *denotat* ſubſtantiam, *quæ Græcè* οὐσία *vocatur.*

e *Malachmata, quæ vox derivatur à verbo Græco* μαλάτ῾ω, *quod* mollio *Latinè ſonat, propriè ſunt fomenta ad rem duram emolliendam corpori ſuperpoſita; hîc autem vox illa adhibetur pro* remedio, *ſeu* patrocinio S. Fidis. *Conſuleſis Cangii Lexicon verbo* Malachma.

f *Hæc non ita intelligi velim, acſi ex inferno, ſeu orco ſtrictè dicto, erepta* S. Fidis *patrocinio fuiſſet Barnardi iſtius anima; ſed quòd præſervata ſeu ab inferni ſeu à piacularis loci ſuppliciis*
B *fuerit.*

g *De Harpyiarum voracitate adiſis Virgilium lib.* 3 *Æneidos à verſu* 216.

h *Hunaldum illum ejuſque filium Barnardum aliunde non novi.*

i *De* Tholoſanis partibus *ſeu Tholoſano tractu actum in Annotatis pag.* 306 *litt.* dd.

k *Id eſt*, Veſperi.

l Boſtar, boſtarium & præſepe boſtaris *idem apud mediæ ætatis ſcriptores ſonant, quod* ſtabulum boum, bovile, & ſtatio boum; *adiſis Cangium verbo* Boſtar.

m *Scriptoribus ſeculi* XI *admodùm familiare fuiſſe, ſolutæ orationi carmina intexere, tum ex hoc loco, tum ex Vita S. Gerardi Bronienſis tom.* 2 *Octobris, aliiſque abundè patet.*

n *Labbeus hæc ita edidit:* Ac glorioſiſſimam virginem Fidem mixtis lacrymis precibus, ut ad invocationem ſui ſancti nominis propitio vultu reſpicere dignetur, unanimes exorant.

o *Fortaſſe illius S. Georgii, qui* X *Novembris à Caſtellano annuntiatur.*

p *Si per* vaſtiſſimi præcipitii horridam voraginem, *ſuprà memoratam, deſtinatum perpetuò*
C *damnatis locum, ſeu infernum ſtrictè dictum, potiùs quàm piacularem locum, deſignare, in eumque jam ſuam animam re ipſa detruſam fuiſſe, aſſerere voluerit redivivus ille Barnardus, certiſſimè in eo falſus fuit, cùm fide certum ſit, nullam eſſe ex illo ſtrictè dicto inferno damnatorum redemptionem. Porrò haud ita mirum eſt, ut, quæ ſibi in viſione exhibita fuerint, bonus ille juvenis re ipſa ſibi contigiſſe crediderit.*

q *Labbeus hæc ita edidit:* Pater & vicini iter inſtituunt ad ſanctam Fidem gratias reddituri, *& reliqua, quæ hocce capite ſequuntur, prætermiſit.*

r *De Dordonio fluvio vide dicta in Annotatis pag.* 292 *lit.* n.

ſ Virbius, *quaſi diceres* bis vir, *vocatur, quia reſuſcitatus à mortuis. De hac voce ita Joannes de Janua apud Cangium in Lexico:* Virbius, Bis vir exiſtens, à Bis & Vir: ſeu qui binas habuit vel habet uxores: vel etiam, qui bis fecit facta viro digna: vel qui reſuſcitatus eſt, ut Lazarus & Hippolytus.

t Captentula *ſeu* captenſula *pro* captione & muſcipula *adhibetur etiam apud Cangium verbo* Captenſula; *hîc autem* captentularum inſidias ſtruere *ſumitur pro* moliri fraudem *ſeu* inſidias. A. BERNARDO.

u *Vide tamen hîc dicta lit.* p.

x *Miraculum hoc abeſt ab editione Labbeana. Porrò ignotus mihi aliunde eſt iſte Garſias.*

y *Vicus ille ita dictus eſt, ut arbitror, à S. Oriente, ſeu potiùs Orientio, Auſciorum in Novempopulania epiſcopo, de quo* 1 *Maii pag.* 60 *à deceſſoribus noſtris actum eſt. Ceterùm, cùm hic S. Orientis vicus, vulgò* Marciacus *vocatus, à Marciliaco, nunc* Marcillac *dicto, & à Figiacenſi cœnobio quatuor ferè leucis diſſito, diverſus videatur, cúmque etiam* Marſiacum *vel* Marciacum, *vicum in Aſtaracenſi tractu ſitum, nuſpiam ſub* S. Orientis *nomine ſignatum reperirim, haud facilè* Marciaci *iſtius ſitum determinavero.*

z Lucaſinam *eccleſiam, ſeu* Lucaſinum *vicum fruſtra apud geographos quæſivi.*

aa *Per* pannatrices *intelliguntur hoc loco mulieres artis conficiendarum veſtium peritæ.*

bb *Femoralia, ſeu potiùs ſagum, ad inſtar tunicæ manicatum, olim etiam* Braccæ *dictum,* E *hîc deſignari videntur. Vide Cangium in Lexico verbo* Bracæ.

CAPUT III.

De mulo à morte reſuſcitato: de reperto accipitre: de puella contracta & de contracto directis.

CAP. XVIII. *Mulum exanimatum, ad invocationem S. Fidis*

Milles quidam Geraldus *a*, haud obſcura perſona, morabatur in pago Rotenico *, in villa videlicet, quæ Villaris *b* nuncupatur, diſtans à Conchis ferè ſex paſſuum millibus. Hic cùm Româ aliquando rediret, accidit, ut mulus, quem à fratre ſuo Barnardo *c* clerico acceperat mutuò, neſcio, quo vitio fractus, deficere cœpiſſet. At ipſe S. Fidis, quam ut vicinam habebat, miraculorum recordatus, vovit eidem pro ſalute animalis candelam, longitudinem animalis habituram, nec tamen convaleſcens mulus, verùm multò magis gravatus occidit; quod videns homo hoſpiti ſuo venundat corium, cui cùm nequiſſimus hoſpes quàm minimum precium porrigeret, ratus, quia, etſi nihil daret, itidem tamen haberet, ille Geraldus, valdè indignatus, per varias cæſuras in longo & in tranſverſo ſulcat cadaveris latus, no videlicet, ſe inde abeunte, infidelis hoſpes integro tergore gauderet. Denique, arrepto ſuæ peregrinationis bacillo, extincti jumenti oculum cuſpide perfodiens, caudamque percutiens, ita furibundus infit: Quid nunc detrimenti ſancta Fides pateretur, ſi inter alia ſanitatum dona huic etiam mulo ſanitatem reddens, tam longam candelam ſibi fortiretur? Modò miſer duplici diſcrimine ferior, inter vias pedeſter remanendo, & in patria decies denos ſolidos fratri perſolvendo; tanti enim ambo invicem germani de mulo illo convenerant, ſi fortè mortis periculum incurriſſet.

a

**Lab.* Rhutenico

b

c

F

79 Et vix ille hæc pauciſſima verba compleverat, cùm revivens mulus ſaltu citiſſimo conſtitit quadrupes. Et ne quis, niſi à vera morte illum æſtimaret exilire, in ipſo puncto tempo- *vita redditum fuiſſe, variis teſtimoniis*

A. BERNARDO

ris, quo id actum est, vernabant in modum picturæ universa detruncatæ cutis stigmata, non jam perfusione cruoris recentia, sed, ut de alio dixi *d*, quodam nitore lanuginis seu * veternosa. Quo facto, memoratus Geraldus maximè gavisus redit domum, Deoque ac Sanctæ ejus gratias egit ingentes, factique miraculi novitatem passim disseminavit. Nota nobilitas viri pariter & fides omnibus erat, qui ne temerè vel garrulè quidquam videretur referre, mulum vulneribus notatum habuit in præsentiarum. Hoc ipsi monachi, sed & alii complures, qui ipsum Geraldum postea plùs millies viderunt *e*. Verumtamen horum relatu, licèt satis certus, non ita contentus, si adviveret, essem, quin per eundem digressionem in revertendo facerem, cùm ipse hujus viciniæ incola parùm me ab itinere detorqueret.

d **Lab.* ceu

e

probat Bernardus, qui & causam aperit, cur ejusmodi prodigia scribat,

80 Quamvis enim & sensu debilis & peccato gravatus hoc officio sim indignus, sed non ita falsus, ut sponte prædicem falsa, nec tam prodigiosæ rei relatione multorum obtrectationem incurrere tulissem, nisi indubitatam veritatem inesse nôssem. Est enim humano terrore B Christi veritatem nefas occulere, quod, qui faciunt, valde metuo, ne eosdem Christus apud Patrem in cœlis tradat oblivioni; ipse enim dicit: Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis. Idem alibi iterum: Qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in majestate sua & Patris & sanctorum Angelorum *f*. Absit, ut erubescam veritatem tuam, Christe, confiteri hominibus & in libro meo scribere, ne & tu ipse coram Patre tuo, qui est in cœlis, me confiteri erubescas, & de libro tuo, quem scripsisti, deleas, sed ut ad finem verborum properemus, quis insanus ultrà hominum resurrectionem fore dubitat in futuro, quando jam in præsenti resurgunt etiam animalia?

f

CAPIT. XIX. *tametsi apud nonnullos fidem inventura non esse, suspicetur.*

g

81 Sed *g* & de minimis causis, quas incolæ loci, ut est rusticus intellectus, Joca S. Fidis appellant, tanta ibidem miracula, Christo cooperante, facta sunt, ut & eorum multiplicitas relatore careat, nec facilè pro sui novitate, siqua narrentur, credi possunt. Sed res veritatis non potest citò suffocari aut extingui, verùm quantò acriùs incredulorum dilaceratur perfidiâ, C tantò efficaciùs vim vigoremque perseverandi retinet, ac velut ardens lucerna, quæ inter sævientis procellæ impetus pulsa, majore radiorum crine emicat, sic quoque veritas inter obtrectantium strepitus recto incedit vertice, & quò magis detrahitur, eò vehementiorem capit causam, quâ munita aut defensa in apertiorem humanæ notitiæ lucem evadat. Verùm si tales extiterint, qui hæc credere nolint, quid meâ refert? Scit Deus, qui operatur, & qui me ad hoc officium animavit, qui & ubi, & quando fuerint, quibus ista credere datum sit & credendo proficere. Et quamvis à priscæ religionis statu hac pessima ætate plerique omnes deviârint, utpote post desideria sua quisque aberrant, nulla tamen sæcula vel tempora omnium bonorum Artifex absque testimonio bonitatis suæ sinit præterire, atque adhuc per Sanctos suos, etsi propter peccata hominum rariùs, magnalia tamen virtutis suæ aliquando non destitit exercere, & sicut ille est investigabilis sapientiæ atque inexhaustæ, sic etiam virtutum suarum qualitas à quolibet comprehendi non poterit, quin si velit, nova faciat & inaudita; neque enim fas est, ut Boëtius ait *h*, cunctas divini operis machinas vel ingenio comprehendere vel explicare sermone. At nos dicturi de minimis, vel, si fas est dicere, de jocis S. Fidis, diversum calamum reflectamus ad incœptum.

D

h

Accipiter, què summo pretio accommodatus fuerat,

82 Quidam miles, Geraldus nuncupatus, Concharum vicinus, cujus mentionem cùm de mulo loqueremur, dudum fecimus, cùm esset ad omnes artes militares aptissimus, accipitrem optimum apud urbem Rotenicam à seniore suo poposcit mutuò; cujus petitioni senior statim favere non distulit. Facto tamen & affirmato conventu, ut, si fortuitu ille Geraldus illum acceptorem *i* perderet, beneficio ejus toto privaretur. Placuit utrique istiusmodi conditio, illi quidem callidiori, ut alienorum bonorum pervasione per talem occasionem insatiabilem suæ avaritiæ gulam compleret; huic verò ut tanti alitis honore vel ad tempus frueretur *k*. Sed antequam hic Geraldus jam revertens ad domum suam perveniret, causa extitit, ut in pagum Albigensem *l* diverteret. Ibi cùm ipsum accipitrem semel emisisset, avis illa cassato jactu per vasta aëris spatia evagata disparuit. Hanc ille E diu insecutus nullo pacto revocare valens, nimio jam fessus labore, domum secessit nimiùm mœstus atque triste ferens; nimirum nota sibi dudum immisericordis domini crudelitas fuerat, * implacabilis ira. Heu me miserum, inquit, quàm infelici sorte astrictus angustior, & quàm intractabilis domini ferociam pati cogor? Quid jam restat, ô pudor, ô dedecus! Quin ad summam ignominiam bonis exutus redeam? Quin etiam miser videre jam illum diem videor, cùm inops rerum ab his, qui mihi mala volunt, reputer mendicus. Cumque domestici ejus undique accedentes, ut ejus levarent ægritudinem, consolationis verba diu profunderent, non eos audivit, nec in aliquo penitus acquievit, sed multò ægriùs conquestus usque ad vesperam, spreto edulio, mansit incibatus.

i

k

l

**supple &c.*

à Geraldo quodam deperditus, invocatione S. Fidis

83 Ad ultimum bona conjux viriliter accedens, Quid, inquit, anime mi, te excrucias? quidve maceras? Quid tanto mœrore afficeris? Cur tuæ jocunditatis vultum luctu exterminas? Quare inaniter super re irrecuperabili tantos querimoniarum planctus exaggeras? Tamen si voto te alligaveris, crastino manè ad S. Fidem nudis pedibus cum oblatione ceræ processurum, spero in hac re Deum adjutorem fore; age ergò viriliter & confortetur cor tuum, neque diffidas per suffragia S. Fidis Dei misericordiam posse consequi, exporge frontem, exhilara vultum, ac solitâ lætitiâ inter tuos discumbe ad cœnam; non enim est Deo difficile, ut lætior inde surgas, concedere. Nonne videtur rectè sapiens fœmina monuisse, siquidem in angustia nihil gravius diffidentiâ?

F

miro modo ad eum revertitur.

84 His verbis homo valde confortatus relevatusque ita magnificè, voto prius dictato, ad epulas residet, acsi nihil mœstitiæ pertulisset, jam se nutu divino exhilaratum quodammodò sentiens, imminensque gaudium præsagiens; inter agendum verò (dictu pulcherrimum) auca domestica *m*, foris de improviso advolans, convivas turbat, quam statim consecutus accipiter, qui fuerat perditus, intra cœnaculi ambitum super ipsam rapidissimo irruit impetu. Et hoc fuit insigne nobilis miraculi, quod ab alio pago ales tanquam ex industria ad locum redierit, quem non noverat. Quod gaudium, quæ lætitia

m

A tia fuit, quot grates in excelsa porrectæ, cùm nec opinanti seniori & spes recuperandi beneficii recreatur, & glorificatio miraculi augetur? Unde in crastinum, pro bonitate Dei gratias habiturus, Deo ac S. Fidi persolvere vota cucurrit.

CAPIT. XX. *Puella, horrendè contracta, divinitus per S. Fidem erecta;*

85 Alio quoque tempore *n* ad promerenda per S. Fidis inclita merita divinæ pietatis beneficia puella, omnium membrorum officiis dissoluta, Cassiaco *o* ex vico advehitur, quæ incuriâ bajulorum trans ripam fluminis, littoreos scopulos Conchacensis vici lambentis, dimissa à prætereuntibus eleëmosinam petebat, cujus inhospita facies & membra, quia eas manu neque baculo arcere valebat, de nocte à feris sæpissimè, ut ipsa postea testata est, lambebantur. Nullius sanè miseratu ad monasterium sublata plurimis diebus in tali mansit miseria, nutu tandem Dei seniores loci misericordiâ moti ad monasterium jubent eam in grabato deferri. Ante cujus primum vestibulum diu excubans videbatur ad speciosam portam templi, ut dodus *p* quondam Petri, eleëmosinam petere ab introëuntibus gratiâ orationis. Tandem verò sancta Dei virgo Fides, alter cœlo facta Petrus, advesperascente die, quam frondicomorum gloria ramorum ac palmarum decoraverat *q*, ab humo erigitur & ad sacratissimæ Virginis mausoleum, consolidatis plantis, tota incolumis progreditur. Ob quod mirè factum astantes, ingenti gaudio profusi, Deum cunctipotentem unanimes collaudant, qui tantam suæ militi Fidi conferre est dignatus in omni virtutum splendore potentiam.

CAPIT. XXI. *Item vir à nativitate claudus.*

86 Non multùm huic dissimile aliud restat miraculum, quod expectanti paginæ nobis videtur inferendum. Ad sanctæ Virginis promerenda beneficia quidam ex territorio Agennensium *r*, nomine Humbertus *s*, ope parentum advehitur, quem à renibus usque deorsum livida natura matris ab alvo exposuerat præmortuum, qui cùm devotorum misericordiâ plurimis annis ibi sustentaretur, tandem divina pietate visitatus, post celeberrimum sanctæ Dei Genitricis Assumptionis diem subsecuta nocte, dum ante gloriosæ Martyris propitiatorium in vigiliis cum multis aliis pernoctaret, dolore nimio per languida membra corripitur, atque cum ingentibus cœpit clamoribus emittere planctus, quos inter dolores S. Fidis non desinit conclamare suffragia, & C, ut ei propitietur, cum lacrymis exorat. Inde subito fragore contracta in directum extenduntur membra, & quæ maternis à visceribus traxerat debilia, per sanctæ Virginis invocationem suscepit valida, sicque, spretis scabellis, quibus locusteos saltus, siquando aliàs tenderet, per terram emittere solebat, solidis gressibus inter cœteras turbas discurrere congaudet *t*.

ANNOTATA.

a *De Geraldo hoc, tom.* X *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 380 *memorato, nihil notârunt eruditi illius editores; nec ego de eo quidquam notatu dignum inveni. Porrò hoc apographi nostri capitulum* XVIII *rectiùs in editione Labbeana ordine tertium esse, Bernardi verba num. seq. satis ostendunt.*

b *Villa*, Villaris *dicta, illa fortassis est, quæ in Mappa geographica Aquitaniæ apud Blaëvium* Ville comtal *vocatur, distans à Conchensi loco duabus ferè leucis hodiernis Gallicis communibus cum dimidia.* A. BERNARDO.

c *Labbeus legit* Barnadus, *qui mihi etiam sub hoc nomine haud satis notus est.*

d *Nempe capite* 2 *editionis Labbeanæ; de quo infrà agetur pag.* 325, *num.* 5 *&* 6.

e *Labbeus his rectè addit hæc:* mihi narraverunt, *&, omissis iis, quæ in nostro apographo mox sequuntur, his num. sequentis verbis capitulum* III *concludit:* Sed, ut ad finem verborum properemus, *&c, uti etiam in apographo nostro exstant.*

f *Nempe Matthæi cap.* X, ℣. 33, *& Lucæ cap.* IX, ℣. 26.

g *Totum hoc capitulum ab editione Labbeanâ abest.*

h *Verba hæc exstant lib.* 4 *de Consolatione Philosophiæ, Prosâ* 6 *sub finem. Consulesis, quæ de egregio hoc scriptore retulimus hoc tomo pag.* 150, *& plura tom.* VI *Maii à pag.* 704.

i Acceptor *apud Cangium hoc verbo est* accipiter, quem vulgò SPARVARIUM reddimus. *Et post nonnulla hæc subduntur, quæ ad rem nostram faciunt:* Acceptor, qui aucam mordet in Lege Alaman. tit. 99, § 20 in capit. ad eamdem legem cap. 36 GANSHAPICH dictus in Lege Bajuvar. tit. 20, § 2. *Talem hunc fuisse ex infrà dicendis patebit.* R

k *Notat Cangius verbo* Acceptor *col.* 79, *accipitrem fuisse primæ nobilitatis insigne præcipuum, quod & pro suo more erudite mox probat.*

l Pagus Albigensis, *seu Albigensis tractus, Gallicè* l'Albigeois, *teste Baudrando*, provincia parva Galliæ in Aquitania, ubi aliàs Heleuteri populi, nunc autem est pars Occitaniæ Superioris & terminatur à Septentrione & ab Ortu Rhutenensi provincia, ab Occasu Cadurcensi ex parte, ex alia verò & à Meridie Occitaniâ.

m Auca, *inquit Cangius hoc verbo*, ANSER, Occitanis AUC, AUCO, AUQUETO; Italis OCA; nostris OYE; *addo, Belgicè* Gans *vocari. Hoc tamen loco fortassis pro qualibet avi domestica sumitur. Plura de hac voce vide apud laudatum Cangium.*

n *Ab editione Labbeana tum hoc tum sequens capitulum abest.*

o Cassiaci vici *situm, nisi fortè sit locus, Gallicè* Cassagnes *dictus, quatuor leucis Gallicis communibus à Rutena urbe Meridiem versùs distans, definire nequeo.* E

p Dodus, *uti &* Clodus *pro* Claudo *media ætate quandoque scripta inveniuntur. Adisis Cangii Lexicon, & Actus Apostolorum cap.* 3.

q *Dominicâ Palmarum sub vesperam id contigisse, significat.*

r *De Agennensi urbe & tractu vide dicta pag.* 289 *lit.* d.

s *De Humberto illo nihil alibi inveni.*

t *Quam ob rem ex nostro Ms. codicis reginæ Suecia apographo hîc etiam non edam capitulum* 22, *quod* de rustico à dæmonio liberato *inscribitur, sequensque, quod de puella dæmone etiam liberata agit, ac denique capitulum* 24, *quod* de milite sagittâ vulnerato & per S. Fidem sanato *titulum habet, cur ea, inquam, hîc præterminenda censuerim, in Commentario à num.* 92 *aperui. Porrò tria illa capitula excipit in nostro apographo concinnatum à Bernardo* S. Fidis, *seu potiùs miraculorum ejus elogium, quod hîc sub* Epilogi *nomine jam editis adjungere visum est.*

A. BERNARDO.

EPILOGUS.

Omnis generis miraculis celebrem

SUnt namque hujus Virginis tanta virtutum insignia, ut nec sparsa per quadrifidi mundi cardines colligi possint verbis, nec tam infinita recondi paginis. Hæc enim æquora omnia, velificante Deo, permeat, hæc regiones universas lustrat, hæc se Sanctorum omnium meritis, in admirabili virtutum claritate comparat, hanc deciduo jam mundo splendidum sub ambobus polis solem Dominus ad ortum produxit, de cujus præfulgidis radiis per signorum incrementa tellus omnis irradiatur, plebs universa quotidianis beneficiis attollitur, herebi etiam egredientibus, ea duce, animabus patent recessus *a*. Hujus largissima beneficia diversis crebrescunt in patriis uberiora *b*, quàm illo in loco, ubi sanctissima ejus corporis celebrantur pignora. Ad ejus tamen sacrum oratorium ægri frequentiùs venientes optatam promerentur salutem, cœci lumen, vexati liberationem, aridi quietem, sciatici *c* erectionem, chiliaci *d* medicamen, æpileptici *e* salutem, vitæque desperati celerem reparationem.

a

b

B

c *d*

e

S. Fidem prædicat Bernardus,

88 Hæc invocata bellorum frangit vires, sibi devotis triumphos parat insignes, armis meliùs pugnat, viribus fortiùs dimicat; hæc, siquando, culpis exigentibus, cælum clauditur, ut Helias referat; claudos à grabato, ut Petrus elevat; tetra maris nubila, ut Paulus, serenat; turbidas procellas, ut Nicolaus, tranquillat; mortuos, ut Martinus Sabariensis, suscitat *f*. Hæc in nulla virtutum potentia, cuiquam supernorum civium dignoscitur impar, in qua totius sanctitatis summa coruscat; hæc sine ambiguo Dei Genitrici familiariùs assistit, quia & virginitatis candore eminet felix & potens Virgo, pretiosa paradisi margarita cœlestis Sponsi thalamo casto corpore juncta, clara mundi lucerna, tutissima populi patrona, decus Virginum, flos martyrum, laus angelorum, ornamentum cœlorum, salus patriæ, vigor Ecclesiæ, prædo gehennæ, janua supernæ aulæ, curandorum corporum validissimum agridium *g*, suavissimum languentium anthidotum, tribulatorum invictissimum præsidium. Hæc non solùm membra debilia roborat, sed, quod his omnibus præcellit, culparum sordes tergit, veniam reatuum à Domino cœlitus impetrat, precesque supplicum, fida interpres, auribus divinæ pietatis intimat.

f

g

C

ejusque patrocinio homines salvari postulat.

89 Cujus virtutes glorioſissimas devotis mentibus exoramus, ut, quæ talia præstat ex terreno hospitio, nos jam penè pro peccatis Deo mortuos suscitare dignetur à vitiorum sepulchro, ut in illo resurrectionis tremendo articulo exutos miserorum sagulis hircorum *h*, de læva in vellere candido mutet ad dextram, ubi illa provehetur ad coronam, faciatque nos in veste nuptiali illius cœnæ acciri convivio, ad cujus epulas ipsa prudens Virgo cum oleo exultationis intrabit regnatura cum Christo, cui cum Patre & Sancto Spiritu est honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen *i*.

h

i

ANNOTATA.

a *Per* herebi, *seu potiùs* erebi, recessus *faucες mortis, nî fallor, designare voluit Bernardus, intelligitque mortuos patrocinio* S. Fidis *vitæ restitutos. Utut sit, adisis, quæ pag.* 321 *in Annotatis lit.* p *docuimus.*

b *De his ego nihil alibi literis proditum inveni.*

c Sciaticos *Bernardus vocat ischiade morbo seu coxendicis dolore ita graviter affectos, ut erecto corpore consistere nequeant.*

d *Hujus nominis morbum nusquam declaratum inveni. Si tamen conjectare fas sit, fortassis* chyli, *malè elaborati, vitio, seu corruptâ sanguineâ massâ laborantes intellexit Bernardus, nisi malis credere, descriptoris vitio rò* chiliaci *loco vocis* chiragrici *expressum fuisse.*

e Æpileptici, *seu rectiùs* epileptici, *sunt comitiali morbo, seu vulgò malo caduco, laborantes.*

f *Notiora passim sunt hæc facta, quàm ut de singulis nonnulla annotari debeant. Dicitur autem S. Martinus* Sabariensis, *quòd Sabariæ in Pannonia natus sit. De eo agendum, si Superis placet, die* XI *Novembris.*

g Agridium *pro* auxilio, *seu cælesti* medicamine *hîc sumitur.*

h *Per* sagula hircorum *vellera hircorum designat, alluditque ad verba Christi apud Matthæum cap.* 25, *V.* 32 *&* 33.

i *Subditur in apographo nostro oratio ad* S. Fidem, *quæ* Benedictio ad episcopum *inscribitur, hisque verbis concepta est:* Benedicat vobis Redemptor humani generis, Filius Virginis, beatissimæ Fidis intercedentibus meritis, quique eam ad exemplum veræ fidei voluit martyrio decorari, ita vos faciat sibi famulari, ut inter cœlorum cives mereamini connumerari, & qui ad Virginis sacræ vos fecit celebritatem convenire, dignetur sua vos benedictione perfundere, & ad spiritualium præmiorum gaudia perducere, quod ipse præstare &c.

D

E

APPENDIX
MIRACULORUM.

§ I. Cur hæc miracula edantur. Invocans S. Fidem subitò convalescit: auctoris frater invocatione S. Fidis gravi morbo mox curatur: mulus, invocato ejusdem patrocinio, vitæ redditus: mulier, ei annulum offerre subterfugiens, divinitus punita; facti pœnitens curata: mulier sterilis ejusdem patrocinio fœcundata.

F

Cur alia à Bernardo scripta miracula hîc edantur.

QUamquam, quæ ex apographo nostro Ms. codicis reginæ Sueciæ jam nunc edidi, conscripta per Bernardum, Andegavensem scholasticum, Miracula abundè comprobent, sanctissimam Martyrem nostram virtutum signorumque gloriâ vix uni è celeberrimis virginibus concedere, ac proîn nonnulli, iique præsertim, quibus prolixa mirabilium narratio arridere non solet, minimè mihi succenserent, si alia quædam, quæ tum apud Labbeum in Nova Bibliotheca Mss. tom. 2, *tum*

A *tum alibi ab eodem Bernardo litteris consignata exstant, hîc prætermitterentur; tamen, cùm & alii, iique maximè, quibus Labbeanum illud Opus ad manum non est, non immeritò ægrè ferrent, si quæ ab eodem scholastico conscripta fuerunt, quæque insuper partim ad illustrandam utcúmque Aquitaniæ historiam conducunt, deditâ operâ à me silentio obvolverentur, hisce potiùs, quàm prioribus facere satis, vel etiam idcircò mihi visum est, quòd & opera Dei revelare non minùs hisce nostris, quàm Tobiæ temporibus, honorificum censeri debeat, ac fragmenta historica primùm edidisse, aut alibi edita suo loco recudisse, quàm plurimos minimè pœnituerit. Exordior itaque ab Operis suprà excusi fragmento, mea quidem opinione inedito, quod ex Vita Ms.* S.Fidis, *in Argentinensi Carthusia servata, describi nobis curavit, cum eaque die* XXI *Septembris anno* 1663 *contulit R.P. Joannes Gamans S.J., sæpissimè de Museo nostro benè merutus, nec minùs frequenter à nobis laudatus theologus.*

Sigebaldus, miserè ægrotans. S.Fidis patrocinio subitò convaluit,

2 *In præfata Gamansii schedula post duo illa miracula, quæ in apographo codicis reginæ Sueciæ capitulo* VIII & IX *recensentur, sequitur unum, cui titulus est:* De eo, qui invocans sanctam Fidem mira celeritate convaluit, *ac mox alterum sub hoc titulo:* Quòd fratrem ejus (*nempe Bernardi*) sancta Fides à contorsione membrorum mirabiliter liberavit. *Porrò his Bernardi verbis prius prodigium refertur:* Sed & iste meus Sigebaldus, secretorum meorum minister, scholasticus & consacerdos, qui mecum ad sanctam Fidem præsenti anno (*fortasse secundæ ad* S. Fidem *peregrinationis*) peregrinatus fuit, nuper cùm atrociter miserabiliterque ægrotaret, subitaneis pervasus doloribus, ita ut præ nimio tumore cerebri etiam oculi caligarent, quodque intolerabilius fuerit, venenato humore circa præcordia cordisque receptacula grassante, animam penè suffocatam dimitteret; subiit ejus animum memoria S. Fidis, ad quam pergere promittens, in ipsa hora respiravit, miraque celeritate convaluit, usque adeò ut nihil dubii relinqueretur, per sanctam Fidem ipsum fuisse liberatum. *Ceterùm num Sigebaldus ille, quem Bernardus* scholasticum & consacerdotem *vocat, idem sit, qui Sigo Carnutensis, tom.* 7 *Historiæ litterariæ Franciæ pag.* 57 *laudatus, ut Bernardi in Carnotensis scholæ præfectura successor,*

C *definiendum aliis relinquo, & ad miraculum alterum progredior.*

qui se frater asserit,

3 *Illud his verbis concipitur:* Quid igitur nuperrimè mihi immeritissimo pro sancta Fide summi Patris clementia [dignata] est facere, quisque me vanum ducat, non gravabor dicere, cùm maximum debitum sit, ut absolvam atque patefactum reddam. Habebam germanum (*fuit is, ni fallor, qui tom.* 4 *Annal. Benedict. pag.* 547, *num.* 58 Robertus *appellatur, dein factus Cormeriacensis abbas*) gravi incommodo laborantem, qui, jam dudum transacto die, quo terminanda exspectabatur infirmitas, inciderat jam in tam graves corporis horribilesque cruciatus (aliud enim erat, quàm putabatur) ut immanis artuum contortio visibus humanis cum dolore pariter & horrorem incuteret, quem etiam cerebelli interna confusio eò stupidum reddiderat, ut vix quippiam humanæ rationis responsum, diutina vocatione fatigatus, ederet. Deinde cùm jam omninò desperantes à salute recuperanda nihil aliud, quàm ipsam penè mortem intuebamur, quippe qui eodem anno similibus tormentis aliquos defecisse, videramus, occæpi super fraterna pœna commotus viscera circumstantes efflagitare, meis meritis diffisus, uti sanctæ Fidis exoraretur auxilium. AUCTORE J. G.

emisso ab hoc voto eundi nudis pedibus ad Sanctæ sepulcrum.

4 Quibus id prorsus inutile putantibus, in hanc vocem ipse erumpo: Sancta Fides, quid confert mihi virtutes tuas ubique prædicare, si & ipse circumdatus angustiâ à beneficio adjutorii tui alienus relinquor; redde fratrem, obsecro, &, ne per te convaluisse dubitetur, fac, precor, ut infra crastinum diem hæc intolerabilis passio allevetur. Quod si feceris, voto illum nudis pedibus tibi ducendum promitto. In quo me stultè egisse, confiteor; nam ponere tempus miserationis Domini & in humanum arbitrium diem constituere ei, potiùs est divinæ iræ & furoris provocatio quàm misericordiæ. Tamen confisus in patientia ejus, sic feci, & sic dato pignore in manu assistentis diaconi sponsionem firmavi. Tam valida, tamque efficax sanctæ Martyris statim affuit intercessio, ut in eadem die, non, ut reor, plùs duabus horis excursis, illa atrocium dolorum tempestas sedata conquieverit. Nam somnus repentinus hominem invasit, salubremque sudorem pervii fluxêre pori, atque paulatim moribundus, revivisentibus membris, paucis interpositis diebus, convaluit. *Hactenus Argentinensis codicis Ms. fragmentum nostrum itidem manu exaratum, de quo suprà sermo fuit. Subdo hisce ex laudato tom.* 2 *Novæ Bibliothecæ Mss. miraculum, quod illic editum est pag.* 534, *cap.* 2, *atque à Bernardo præmissum illi fuit, quod in apographo nostro codicis Ms. reginæ Sueciæ capitulo* XVIII *refertur, prout ex ejusdem scriptoris verbis hisce,* Ut de alio dixi *&c, abundè patet.* E

Mulus cujusdam Tholosatis, fusis ab eo

5 *Porrò illud apud Labbeum citato loco ita refertur:* Veniens quidam miles de pago Tolosano, Bonusfilius nomine, cujus filius adhuc superstes eodem censetur vocabulo, ad sanctum Virginis locum, cùm jam non longiùs à vico Conchacensi, quàm duobus fermè abesset millibus, jumentum, cui insidebat, nescio, quo morbo percussum, repentè fit exanime. Conductis ergò rusticis, ut cadaver corio detegerent, præcepit. Ipse verò, pro cujus amore iter egisset, ad sanctam processit Virginem, soloque decumbens fundit preces, expromit vota. Postremò ante auream sacratissimæ Martyris imaginem de amissione muli conquestus est. Nam quia idem mulus præstantissimus, pænéque incomparabilis fuisset, propterea nimis graviter triste tulerat amissum: præsertim cùm in bono opere desudanti inimicus prævalens damnum sibi intulisset. Cujus fidei soliditas non parva laude videtur extollenda, nam, ubi ab oratione desiit, mulus pedibus, quibus jam tenebatur excoriandus, utrumque rusticum calcitrando longiùs arcens (mirum dictu!) redivivo prosiliit saltu, atque per media montium cacumina sociorum animalium inhians vestigiis prorumpit ad vicum. F

ad S. Fidem precibus, revivisset.

6 Cerneres animal, ut hi, qui præsentes affuerunt, persæpe nobis testantur, juxta modulum bruti sensus recuperatæ vitæ gaudio fluitare, coramque ecclesia cursitando per plateam quodammodò Factoris bonitatem sentire, ac proinde crebro hinnitu grates Deo referre, qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum, quem præcipites rusti-

AUCTORE J. G.

ci insecuti, cruentatos adhuc gestantes cultros, visum prodigium super mulo adhuc dubitantibus enarrant. Et ut certa opinio non modò videntium ore esset contempta*, sed etiam quâdam expressâ scripturâ omnem ambiguitatis evacuaret errorem; hic in utroque posteriore crure* recentium plagarum sulcos, instar vetustissimarum cicatricum, pilis etiam canescentibus, eâdem horâ solidâ junctură reformatos, donec superfuit mulus, resurrectionis indicium. Miles verò, Deo Sanctæque ejus pro gratiarum actione unum aureum offerens, retrò, unde venerat, revertitur ad patriam: ipsoque animali sanctæ Fidei remisso, plurimis postinde annis plurima ei donaria delegavit.

* *an* contenta

* *fuppie* retinuit

Mulier, promissum, uti videtur, S. Fidi annulum offerre subterfugiens,

B

7 *Porrò cùm illud, quod in editione Labbeana cap.* 3 *refertur, miraculum ex apographo nostro, jam sæpe laudato, à pag.* 321, *num. verò* 78, *editum à nobis fuerit, transeo ad aliud, quod apud præfatum Labbeum pag.* 535, *cap.* 4 *hunc titulum habet:* De anulo negato & postea sanctæ Fidi reddito. *At pauca tamen huic præmisisse juverit. Ut est muliebre ingenium plerúmque plùs æquo credulum, haud adeò mirum foret, si memoranda infrà matrona rumori illi fidem habuerit, quo peregrinantium annulos* S. Fides *in somnis passim quæritare ferebatur. Verùm tametsi etiam re ipsa, quod tamen nec Bernardus indubitanter tradit, nec ego spondere ausim, se* S. Fides *in somnis spectandam multis mulieribus obtulisset, ut nempe vel earum annulos aliasve res pretiosas sibi ab iis dono dari postularet, eratne propterea crimen, idque triduano supplicio dignum, postulanti non statim obsequi, eave sibi servare, quæ ad decentem honestumque corporis ornatum spectabant? Id ego quidem induci non possum, ut credam; ac propterea censeo, non alia de causa triduanis febribus afflictam divinitus fuisse illam mulierem, quàm quòd annulum, priùs* S. Fidi *ultrò à se promissum, voti rea offerre subterfugerit; idque etiam sub finem innuisse mihi videtur Bernardus, cùm eam* culpæ *suæ recordatam, &* negligentiam *suam confessam fuisse, affirmat. Nunc Bernardi integram narrationem audi.*

febri corripitur, & facti pœnitens, S. Fidis patrocinio curatur.

C

8 Quædam nobilis matrona, auditâ famâ de virtutibus sanctæ Fidis, illuc abire paravit. Quæ, cùm iter inceptaret, recordatur jam aliquantulùm à limine progressa, quòd peregrinantium anulos sancta Fides in somnis quæritaret; mox ergò retrò facit pedem, propriumque anulum, de digito detractum, arcessitæ cubiculariæ custodiendum committit. Cape hunc, inquit, atque servato, dum redeo, ne fortè sancta Fides quæsitum, si detulero ad Conchas, mihi auferat. Nempe hæc astutè, tanquam alicujus cautela declinare possit illius providentiam, qui, antequam fiant, prævidet omnia. Quid plura? It mulier, solvit orationum debita, atque redit cum pace. Nocte confecutâ virginea species somnianti apparet, quæ cùm rogata, sanctæ Fidis vocabulo suam notitiam innotescceret, protinus ut sibi detur imperiosa auctoritate anulus, monet. Mox mulieri se anulum habere dissimulanti suggerit Hera, ipsum esse, quem abiens ad Conchas, ne sibi daret, cubiculariæ commisisset. Manè facto experrecta mulier divinam visionem, velut fantasticum vel inane somnium, reputat. Sed finem rei quare diutiùs immorer? Illicò mulier tam efficaci febris igne per universum corporis spatium æstuare incipit, ut vix unâ horâ consistere posset. Ita tamen triduo passa rediit in se, reminiscitur culpæ, confitetur negligentiam. Mox ergò, ut præcepit equum sterni, ut videlicet recidivo tramite ad sanctam Fidem remearet, nimius ardoris remittitur æstus: sicque sana it, & gavisa redit, non modicum luerum reputans permutare anulum pro salute. *Haclenus Bernardus.*

D

Arsindis, Tolosani comitis uxor,

9 *Idem auctor editionis Labbeanæ cap.* 5, *quod* De manicis aureis *inscribitur, narrare instituit, quo pacto Arsindis, seu Arsendis, Wilhelmi, Tholosani comitis, uxor, de qua curiosus lector tom.* 2 *Historiæ Occitaniæ pagg.* 105, 115 *& alibi varia videre potest,* S. Fidis *patrocinio masculâ prole non unâ, cùm antea, uti scriptores Historiæ Occitaniæ pag.* 105 *censent, omnino sterilis fuisset, fœcundata fuerit. Ipsummet Bernardum hæc narrantem sisto.* Jam verò, *inquit,* quanta per sanctam Fidem hujusmodi miracula Dominus operari dignatus est, nemo potuit omnia retinere, neque ea, quæ retenta sunt, ulli vacat scribere; pauca tamen de his, quæ audivi, præfatis volo subnectere; ita quidem ut nec nimiò silentio taciturnus, nec nimia verbositate odiosus videar. Scio, ante nos dictum, Omne rarum pretiosum, & ideò ad comparationem reliquæ universitatis scribo rara, ut sint pretiosa. Indulgebit ergò Christus veniam, quòd sciens prætereo plurima. Arsendis, uxor Willelmi, Tholosani comitis, (fratris illius Poncii, qui ab Artaldo posthæc privigno suo, dolo interfectus fuit) habebat armillas aureas, vel potiùs (quod usque ad cubitum continuabantur) manicas mirifico opere gemmisque pretiosis insignitas.

E

oblatis S. Fidi pretiosis manicis, duplici prole masculâ fœcundatur.

10 Hæc cùm in suo nobili stratu aliquando sola accubuisset, videt per somnium ante se assi speciosissimæ puellæ formam pertransire: quam cùm præ nimia miratur elegantia, tali rogitatione aggreditur; Die, inquiens, Hera, quænam esse videris. Sancta Fides humili respondit voce roganti: Sancta Fides ego sum, noli dubitare, virago. At illa contrà admodùm supplicans, ait: O sancta Hera, utquid ad peccatricem accedere es dignata? Tunc in eadem hora negotium adventus sui sancta Fides intimat percontanti. Da mihi, inquit, manicas aureas, quas habes, pergensque ad Conchas aræ sancti Salvatoris superponito eas; hæc enim est causa, quamobrem tuam expetierim præsentiam. Ad hæc prudens matrona, non tantum munus absque fœnore passa abire, sic ait: O sancta Hera, si per te Deus me masculâ prole fœcundari dederit, id libenti animo, quod jubes, exequar. Ad quam sancta Fides: Hoc omnipotens Creator, ait, pro famula sua facillimè faciet, si, quod postulo, non negaveris. In crastinum mulier hoc responso sollicitata perquirit studiosissimè, quo in pago vicus, qui Conchas vocitatur, situs sit (nondum enim Conchacensium virtutum novitas, nisi rarò, fines suos excesserat.) Quo ab his, qui compererant, comperto, ipsamet, peregrini functa officio, aureos eò brachiolos cum summa devotione detulit, Deoque ac Sanctæ ejus obtulit. Ibique venerabilis matrona, aliquot Dominicæ Resurrectionis dies honorabiliter agens, suâque præsentiâ solemnitatem honorans, deinde ad propria rediit. Quæ juxta divinæ visionis promissionem concepit & peperit masculum, rursusque gravida facta enixa est alterum, quorum nomina, primogeniti Raymundus, secundi Henricus. Hæ postea manicæ in opus tabulæ fuerunt consumptæ.

F

11 *Ad aliud conscriptum à Bernardo miraculum, quod in nostro apographo desideratur, priusquam*

Observatio ad illius miraculi narrationem.

quam procedamus, sistendum hîc paululùm, ut, quem Bernardi verba, ultimæ parenthesi præmissa, injicere possent, scrupulum avertamus. Jam tum, Stephano II Conchensem abbatiam moderante, seu anno circiter 940, *uti in Commentario à num.* 53 *docuimus, frequens hominum undequáque adventantium ad* S. Fidis *sepulcrum concursus fiebat, ac, teste anonymo Translationis, soluto stilo conscriptæ, auctore num.* 23, *ipsoque Bernardo teste in suo Prologo, multa sua ætate antiquiora facta sunt ibidem miracula; quî ergò, inquies, anno* 975, *aut verisimiliùs annis etiam aliquot post, Arsindi Conchensis locus & patrata illic prodigia ignota fuisse, à Bernardo adstrui possunt. Respondeo, hanc feminæ principis in locis, à Conchensi cœnobio non parùm dissitis, enutritæ, ac domesticis aut certè suæ ditionis negotiis potiùs, quàm rebus alibi gestis intentæ, ignorantiam vero absimilem videri non debere, eo præsertim tempore, quo necdum ab auctore fide digno conscripta sparsaque per Gallias erant* S. Fidis *miracula, aut fortassis necdum adeò illustria facta erant, quæ non poterant non ad omnium, etiam exterorum, notitiam pervenire.*

B *Porrò quæ ad Willelmum Tholosanum comitem, fratremque ejus Pontium, & Arnaldum suprà memoratos attinent, videat curiosus lector laudato tom.* 2 *Historiæ Occitaniæ, ubi & reliquam Arsindis prolem pag.* 538, *columnâ ultimâ enumeratam inveniet. Ceterùm, cur duobus hisce postremis editionis Labbeanæ capitibus hoc loco non subjungam, quod tom.* 2 *Historiæ Occitaniæ inter Instrumenta col.* 6 *exhibetur veluti libri* 3 *caput* 5, *in causa est, quòd factum, ibidem relatum, præter* S. Fidis *apparitionem, eamque quidem non satis firmè assertam, nihil contineat, quod fieri casu fortuito facilè non potuerit.*

§ II. De quodam Raimundo, naufragium passo & S. Fidis auxilio liberato: cur hîc quædam S. Fidis miracula ex Labbeo non edita.

Præmittuntur nonnulla, quæ ad intelligentiam

C *Progrediens ad ea, quæ apud Labbeum cap.* 13 *à Bernardo recensentur, patrata per* S. Fidem *prodigia, seu, si mavis, concessa cuidam Raimundo Tholosati beneficia, haud abs re fore arbitror, ne alioquin frequentiùs, quàm par sit, scriptoris narrationem interrumpere cogamur, nonnulla, quæ ad capitis illius intelligentiam faciunt, hoc loco præmisisse.* Boschitum, *quod in Tholosano pago Raimundus ille possedisse narratur, censet Carpenterius in novo Cangiani Lexici Supplemento, parvam silvam fuisse; editores verò tomi* x *Scriptorum Rerum Gallicarum, locum seu municipium sic proprio nomine compellatum existimant, quod fortassis à loco,* le château du Bousquet *dicto, diversum non est. Clarior est, ex qua Hierosolymam versùs Raimundus solvit,* urbs Lunæ, *à Cellario lib.* 2 *Geographiæ antiquæ cap.* 9, *pag.* 417 *plùs semel laudata, quam sic Baudrandus describit:* Luna *est* urbs Hetruriæ in Liguriæ confinio Straboni, Plinio & Livio, una ex duodecim primis Tuscorum coloniis, nunc excisa, & ejus rudera LUNA DISTRUTTA dicuntur, ad ostia Macræ fluvii, cui Serezana, quæ NOVA LUNA dici potest, ad 3 millia passuum in episcopali sede successit, 30 milliaribus distans à Luca, in Occasum Genuam versùs 60, cum portu; hinc Lunensis tractus adjacens.

AUCTORE J. G. *sequentis miraculi faciunt.*

13 *At quænam illa est, quam Bernardus mox recenset,* Turlanda *regio, unde advecti piratæ circa Africæ partes luctantem cum fluctibus Raimundum in captivitatem redegerunt? Rursus, quinam* Barbarini *illi, qui, victis piratis istis,* Raimundum... duplicìter captivum abegerunt, *quique & ipsi à Saracenis Cordubensibus superati captivum suum amiserunt? Denique quinam* Alabitæ *sunt, qui ereptum Saracenis Cordubensibus Raimundum devicti à Sanccione seu Sancio, Castellæ comite, & ipsi demum amiserunt?* Barbara hæc gentium vocabula non sic ab antiquis usitata fuisse, *fatetur quidem Bernardus, at nihil aliunde suggerit, unde gentium illarum notitiam haurire queas. Si in re adeò obscura conjecturis locus sit,* Turlanda *regio à Tunetana, piraticâ jam pridem infami, diversa non fuerit, cui à loco, apud Ptolemæum* Turzo *dicto,* Turzolandæ *ac* Turlandæ *regionis nomen aliquamdiu fortassis permanserit;* Barbarini *verò, suprà memorati, fuerint vel regionis,* Barbariæ *dictæ, longiùs ad Occidentem extensi populi, aut fortè* Barbarii, *quod Lusitaniæ promontorium est, vulgò* El Cabo de Espichel *dictum, degentes Mauri, qui à Saracenis Cordubæ dominantibus (nec enim, uti apud Ferreras aliosque Hispanicos scriptores videre est, inter barbaros illos, nisi cùm adversus Christianos res erat, apprimè conveniebat) prælio, nescio quo, victi fuerint, quo & suum captivum amiserunt. Ceterùm* Alabitas *haud alios esse censeo, quàm Saracenos Cordubenses, qui Almahadi tyranni partes contra Sulcimanum secuti fuerunt, quique à Sancio, Castellæ comite, anno Christi* 1008, *ut Ferreras ad hunc annum tradit, haud procul à Cordubensi urbe, desideratis triginta suorum millibus, turpiter fugati devictique fuerunt.*

Dum Raimundus, vir nobilis, naufragium passus,

14 *Utut hæc se habeant, nam haud adeò laboris pretium videtur operosiùs in eas gentes indagare, habe nunc Andegavensis scholastici narrationem.* Dicere etiam, *inquit,* opportunum videtur de aliquo Raimundo, Tholosani pagi oriundo, genere, divitiisque clarissimo, qui municipium, quod BOSCHITUM rustici vocant, in eodem pago possidet. Hic aliquando Hierosolymitanum iter aggressus, jam maxima Italiæ parte emensa, apud urbem, LUNÆ vocabulo ab antiquis celebratam, Mediterraneo pelago sese classe apparata credidit, ut per marinum cursum citiùs rectiúsque Hierosolymæ partes accedere posset. At verò cùm jam, æquoris pergrandi parte trajecta, sulcarent cærula, ortâ subitò tempestate, navis illa scopulis illisa incidit in naufragium, disjectaque in partes ipsum gubernatorem cum reliquis vorticibus absorptos reliquit, vix duobus reservatis, Raimundo videlicet, servoque uno, quem fidum adduxerat secum: quorum servus ille, perparvæ navigii particulæ hærens, ad Italica littora projectus est, ratusque, dominum suum procul dubio marinis fluctibus esse necatum, repetit hospitem, cui idem dominus suus (ut mos est peregrinis) partem pecuniæ crediderat. Quam receptam cui, quàm herili conjugi, digniùs referret? Cui casus suos exponens etiam fatalem domini sui sortem intimat.

ac proin ab uxore sua interim pro mortuo habitus,

15 Illa verò, simulato aliquandiu dolore, non in graves lacrymas, aut longa suspiria (ut mos est bonarum feminarum) rem vertit, sed illicò elegans virorum spectatrix effecta infidum, variumque amorem effrena libertate per varias formarum injectat species, & sic, quem præ cæteris egregiè reperit, nanciscitur virum, quòd potuit,

AUCTORE J. G.

potuit, suæ libidini opportunum, cui & castellum dedit, & reliquum honorem sic fecisset, & etiam filias, quas Raimundo pepererat, ab paterno beneficio, cœco cupidine perdita, alienâsset, nisi quidam cognomine Excafridus Hugo, antiquus præfati Raimundi amicus, pro puellis sese maternis injuriis objectâsset, atque, ne ipsæ indotatæ ad ignominiam redigerentur, authoritate sui industriâque totius honoris medium præter castrum subsidiis auctum recuperaret, ac retineret: nec de maritandis virginibus longa erat ambiguitas, cùm utramque germanam suis liberis nubere consensit.

captus demum à Sancio, Castellæ comite, libet in patriam redire.

triduo cum fluctibus luctatur & S. Fidem constanter invocat, à piratis

16 Raimundus verò (ut ad superiora redeam) unam disjectarum trabium similiter amplexus, non ad Italiæ, sed Africæ partes pulsus est, sanctæ Fidis auxilium incessanter invocans, nec unquam nomen ejus ab ore rejiciens. Et jam tertia lux fluxerat, ex quo nec hominem, nec monstrum vidisset, ita marinis debaechationibus attonitus, stupefactusque, ut præter naturalem tutandæ vitæ intentionem, brutis etiam animalibus insitam, nihil prorsus jam saperet, cùm ecce de improviso obvias habuit piratarum phalanges, de Turlanda regione venientes, sagenarum * bellicarum classe, telis, spiculis, clypeis & armis multipliciter instructas, & jam dudum prædam sitientes, ipso die jactata sorte, invenerant, sese statim prædam inventuros. Itaque repertùm hominem, captumque barbarico fremitu circumstrepunt, genus conditionemque interrogant. De fortuna autem non quisquam movebatur, quippe cùm illum planè naufragum cernerent. At ille insolentiâ fluctuum (ut dixi) sui oblitus, penitusque rigore membra correptus vix se hominem esse recordabatur, nedum ad inquisita daret responsum, cùm præsertim nec linguam eorum, nec mores eorum aliquando didicerat, postea verò, peracto cursu, in patriam reversi sunt.

B

**seu* myoparonum

mari eripitur, ac dein à variis barbaris in militarem ordinem adscriptus,

17 Quibus iterum interrogantibus, jam cibo otioque paululùm recreatus Christianum se respondit: decus verò generis, professionemque officii prorsus abnegans, agricolam se fuisse, mentitus est. Unde, sibi dato in manibus fossorio, fodere ei imposuerunt. Quod cùm præ nimia liberalium manuum teneritudine, ignotique laboris impatientiâ minùs pleniter perfeciset, ipsum jam impiè tractare, flagrisque inhumanè cædere adorsi sunt. Ita demum invitus, coactusque seipsum aperit, nihilque præter militiæ artes se olim exercuisse, professus est; de qua re facto illicò examine, armorum peritissimum experiuntur, qui præter cæteram hujus artis industriam ita se sub arma colligere, clipeoque protegere perhibetur ingeniosè, ut abs quolibet difficilè possit feriri. Jam ergò illum in ordinem militarem constituentes sæpius in expeditionibus ducunt, in quo cùm egregiam laudis gloriam brevi obtinuisset, jam in provectiorem honoris gradum promovent. Interea verò inter hos atque Barbarinos acto prælio, Barbarini superiores Raimundum, cæteris interfectis, sparsisque, dupliciter captivum abigunt; dein inquisitum & ipsi quoque honorabiliter eum habere cœperunt, sæpiusque in pericula ducere, ad postremum, à Sarracenis Cordubæ victi, ipsum rursus amiserunt.

C

18 At ubi & isti acerrimum strenuumque militem diversis periculis experti sunt, ingenti lætitiâ gaudioque tanto milite congratulantur: nimirum quibus omnia ex voto, nec unquam incassum hoc socio contingebant; verùm subiti gaudii indiscreta elatio subiti infortunii interruptione interdum castigatur: nam, prœlio commisso inter se & Alabitas, victores tanto milite remanserunt orbati. Postremò bellum fuit his cum Sancione, comite de Castellis, viro potentissimo militiæque peritissimo, à quo Christi auxilio superati, non modò Raimundum, sed etiam enormem Christianorum captivitatem amiserunt; sed hæc barbara gentium vocabula non sic ab antiquis usitata fuisse videntur, quorum industriâ per negligentiam ignaviæ* posteritatis pereunte, etiam gentium plerarumque nomina, aut penitus oblivione deleta, aut barbarie ingruente transmutata habentur. Igitur Sancio comes cùm accepisset, hunc non solùm Christianum esse, sed etiam nobilitate generis pollere, miratus fortunas illius, quibuslibet donis remuneratum libertate etiam cum reliquis Christianis donavit: sed antequam discederet ab eo, sancta Fides ei dormienti apparuit: Ego sum, inquiens, sancta Fides, cujus nomen naufragus tam constanter invocâsti; vade securus, quia amissum honorem recuperabis. Surrexit ergò, atque in patriam rediit, castroque suo jam propinquans, audito, quod conjunx alii nupserit marito, illic manifestè apparere metuit, atque ob id intra domesticum pauperis tegetem aliquamdiu latuit, expectans, quid per providentiam Dei de se futurum erat, partim peregrini habitu, partim ætate deformatus; nam tria annorum lustra abierant, ex quo à patria exulaverat, propter quod etiam ipsum ultrà rediturum esse, omnis spes interierat.

**an* ignaviæ?

E

ubi à mulierecula agnitus,

19 Tamen, cùm una dierum quædam mulierecula, ejus olim concubina, in superfusione balnei ei casu obsequeretur, ad notas nudi corporis ipsa ipsum recognoscens: Tune es, ait, ille Raimundus, qui dudum, Hierosolymam tendens, æquore mersus credebaris? Quo negante, illa adjecit: Hoc, inquiens, verum est, nec me tuam præsentiam celare poteris, cum qua olim consueviti. Denique clanculùm, & quò potuit, occultiùs festinavit ad dominam castri, nuncians invisum rumorem; ita primùm per vile scortum adventus illius emersit. Illa, reducis viri postliminio consternata, cœpit maturare quantocyùs, quâ viâ sibi * mortem occultam, ac sine infamia inveniret. At verò dum causa lethi excogitando differtur, nec ad id sceleris opportunitas satis efficax reperitur, voluntate scilicet, & fortunâ discordantibus, ammonitus in somnis cessit periculo, vitæque tutamentum quæsivit. Quod paulò ipse antè fecisset, nisi sancta Fides ad suum castrum eum nominatim venire jussisset; sed credo, divino nutu ita esse factum, ut perfidiam conjugis ad liquidum deprehenderet.

** i. e.* illi

F

tandem suæ bona recuperat, multiplici beneficio S. Fidis.

20 Ut ergò comperit, filias suas claro matrimonio nupsisse, generorum petiit genitorem, casus narrat, uxoris noxam detegit. Porrò Hugo Excafridus fidelium amicorumque auxilio, liberorum, socerorum, antiquumque amicum (pulso mox rivali) in honorem restituit. Præterea decretum est, uti conjugem recipiat; sic enim posse fieri juxta majorum instituta; nec prorsus ullum esse dedecus: nam ille, qui hanc habebat, simul ac vidisset, commune sibi judicium incumbere, cesserat justo rectoque, alienum jus deferere paratus. Alter tamen pro nota homicidæ voluntatis, ipsam ab animo respuit. Prorsus cui prava conscientia majus vul-

A nus intulisset, quàm corporeæ castitatis violatio. Ut autem in superioribus paucis suppleam, addunt etiam, illum à primis piratis potionem herbæ potentem assumpsisse, & ita magicis præcantationibus tactam, ut semel ex ea bibentes, adeò lethea oblivione hebetentur, ut nec genus ultrà, nec domum meminisse possint; dein superna sibi miseratione sanctam Fidem apparuisse, & à stupore illius oblivii excitâsse, atque in mentem revocâsse, & tamen post illa memoriam habuisse tardiorem, disponente Deo scilicet, ut antiquæ correptionis vestigiis adhuc testificantibus, perpendant alii, quantis de malis eum Dominus absolverit.

AUCTORE J. C. *Cur hic quædam S. Fidis miracula ex Labbeo non recusa.*

21 *Hactenus jam sæpe laudatus Andegavensis scholasticus. Cæterùm, cùm ea, quæ apud Labbeum sequuntur octo miraculorum capita, partim ex apographo nostro codicis Ms. reginæ Suecia jàm antè edita fuerint, partimque, meo quidem judicio, Bernardum, Andegavensem scholasticum, uti ex variis loquendi modis illic adhibitis colligo, auctorem nequaquam habeant, ea in hac Appendice, non invitis pluribus, prætermitti posse censui. Videat ea, si quis horum etiam avidus est lector, citato jam sæpe tomo 2 Novæ Bibliothecæ Mss. à pag. 543, consulatque à me dicta, quibus Commentario finem imposui.*

DE SS. MARCELLO, CASTO, ÆMILIO ET SATURNINO MM.

FORTE CAPUÆ IN CAMPANIA FELICI.

B

EX MARTYROLOGIIS.

E J. B.

Sanctorum Martyrum in Martyrologiis annuntiatio: variæ variorum de iisdem conjecturæ.

SECULO INCERTO. *Sanctorum Martyrum varia apud veteres*

DE *sanctis Martyribus agimus, quorum quidem apud martyrologos, veteres juxtà ac recentiores, hoc die frequenter occurrunt nomina; sed ætas, palæstra, ceteraque vitæ martyriive adjuncta vel dubia omninò sunt, vel penitus in occulto latent: conservatam utcúmque illorum ad nostram ætatem usque memoriam Hieronymianis codicibus, unde ad alios martyrologos derivati videntur, potissimùm debemus. Quid hi de Martyribus nostris memorent, primùm audiamus: sic habet codex Epternacensis antiquissimus:* In Apulia natalis Casti & Emeli, Marcelli, Saturnini. *At codex Lucensis Florentinii geminam homonymorum Martyrum annuntiationem exhibet; alteram quidem Capuæ, quæ Campaniæ Felicis civitas est; alteram in Apulia, omisso tamen hîc* Marcello, *additoque Ammono. Verba illius sunt:* In Capua natalis sanctorum Marcelli. Casti. Emili. Saturnini. *Et paulò infrà:* In Apulia Casti. Emili. Saturnini. Ammoni presbyteri. *Lucensi Corbeiensis apud Acherium tom. 4 Spicilegii pag. 676 editionis antiquioris consonat; addit tamen* Marcello *& Sociis Donatellum. Contrà Epternacensi partim consonat Corbeiensis brevior, apud nos tom.* VII *Junii excusus, qui unam hanc habet annuntiationem:* Capuâ natalis sanctorum Marcelli, Casti, Emeli. *Addo & Richenoviensem, cujus verba sunt:* Et in Apulia, Casti, Marcelli, Emili, Saturnini. *Hic quidem ad diem sequentem Marcellum Capuæ annuntiat, sed alterum ab eo, quem hodie unà cum* Casto, Emilo & Saturnino *memorat, ut infrà videbitur. Spectatis itaque citatorum codicum verbis, dubium est, tum duplexne, an una tantùm homonymorum Martyrum classis sit admittenda; tum, si una tantummodò admittatur, Capuæne in Campania, an in Apulia, alibive fortassis martyrii palmam promeruerint. At priusquam de his differamus, reliquos martyrologos consulamus, lucis forsan aliquid allaturos.*

C

2 *Ex veteribus martyrologis Bedam, Usuardum, Adonem, Notkerum & Rabanum in suis ad hunc diem Annotatis Baronius citat: Beda autem purus, tom. 2 Martii præfixus, vacat hoc die: at inter Bedæ auctaria Martyrum nostrorum meminêre Barberinianum & Divionense in hunc modum:* Apud Capuam sanctorum Marcelli, Casti, Æmilii, Saturnini. *Verbis penè iisdem, nullo quoad rem discrimine, Ado, Usuardus & Notkerus utuntur. Rabani annuntiatio, ut apparet, mutila sic habet:* Et in Apulia Casti & Emili. *Itaque hos inter martyrologos convenit, si Rabanum excipias, de numero & nominibus Martyrum, de Capua civitate Campaniæ, martyrii vel cultûs loco, de una denique, quantùm quidem apparet, martyrum classe. Unde conjicere licet, Donatellum, quem codex Corbeiensis Acherii ceteris adjicit, ad memoratos Martyres verosimiliùs non pertinere. Similiter Ammonus, quem ceteris codex Lucensis addit, aliò verosimiliùs spectat: nec enim infrequens in his codicibus est, ut Sancti, licèt locis passi diversis, uni tamen loco videantur adscribi. Romæ præterea codex Epternacensis Ammonum videtur adscribere, verbis suprà citatis mox ista subjiciens:* Romæ Januarii, Ammoni presbyteri. *Hæc martyrologi veteres: quid recentiores? Plerique Romano Martyrologio consonant, quod ita habet:* Capuæ natalis sanctorum martyrum Marcelli, Casti, Æmilii & Saturnini. *Plura Galesinius, cujus propterea huc verba transcribo:* Capuæ sanctorum martyrum Marcelli presbyteri, Casti, Æmilii, Saturnini, Rogati, Antonii & Aviti. *Ita ille ex libro quodam scripto, ut in Annotatis ad diem* VI *Octobris habet.*

recentioresque martyrologos

F

3 *Quis, qualisve fuerit liber scriptus, unde ista*

AUCTORE J. B.

memoria ; quorum numerum plùs, quàm par est, Galesinius auxit :

ista in Martyrologium suum Galesinius intulit, non prodit : verùm si illius dicta cum Martyrologiis jam laudatis conferantur, depravato illum codice, in quo ad hunc diem variorum martyrum nomina confusè in globum congesta fuerint, usum fuisse, verosimillimum fiet. Sanè Avitum nullus è martyrologis, suprà laudatis, cum Marcello *ac illius Sociis conjunxit : Antonius Galesinii, idem videtur, qui* Ammonus, *de quo num. superiore : Rogatus verò ad martyrum Africanorum classem remittendus, de quo hoc die etiam agetur. Ejusdem notæ codex, in quo fortè* Cassius *pro* Casto *legebatur, Ferrarium movit, ut in Topographia in Martyrologium Romanum ad vocem* Capua, *enumeratis* Marcello, Casto, Æmilio *&* Saturnino, *diceret :* Cassius in Rom. omissus : *sed nihilo magis audiendus, quàm Galesinius. Hic præterea ex eodem, ut apparet, Ms. codice* S. Marcellum *presbyterum dixit, qua de re citati suprà martyrologi universi silent. Idem ante Galesinium Petrus Equilinus fecit in Additamento ad lib.* XI, *num.* 275 *his verbis :* Marcellus presbyter, Castus, Emilius : & Saturninus martyres eodem die (*pridie Nonas Octobris*) apud

B Capuam passi sunt. *Petrus eo libro eorum Sanctorum Catalogum ex Martyrologiis Hieronymi, Usuardi & Adonis texit, de quibus pauca tantùm invenit, ut ipsemet ait Catalogi principio. Cùm itaque* Marcellum *presbyterum fuisse, nec Ado, nec Usuardus dicat, verosimile fit, Petrum ex Hieronymiano quodam codice id transcripsisse ; qui codex, cujus ætatis meritique fuerit, ignoro, ac proin, fueritne* Marcellus *presbyter, nec ne, in dubio sum.*

illos Capuæ assignandos,

4 *Excusis à Martyrum nostrorum numero Donatello, Rogato, Antonio seu Ammono, Cassio & Avito, reliquum est, ut ea nunc attingam, quorum sub finem num.* 1 *mentionem feci. Porrò in varias hîc sententias, ut fieri in rebus incertis solet, eruditos abiisse comperio. Michaël Monachus parte* 1 *Sanctuarii Capuani pag.* 74 *vult,* S. Marcellum *presbyterum fuisse, & unà cum* Casto, Æmilio & Saturnino *Capuæ martyrium subiisse, & quidem sub Antonino imperatore secundùm Galesinium, quem citat ; apud quem tamen hæc nec in Martyrologio ad hunc diem, nec in Annotatis invenio.* Marcelli *& Sociorum martyrium Capuæ contigisse, ex Romano Martyrologio sibi sumit : presbyterum fuisse (cùm nihil de illo in Tabulis ecclesiæ Capuanæ, ut fatetur ipse Michaël, legatur) ex Petro Equilino & Galesinio probare contendit. Verùm* Marcellum *& Socios non ita Capuæ Martyrologium Romanum, ut infrà videbitur, annuntiat, quin alibi pati potuerint : Petrus verò Equilinus & Galesinius non ii sunt, ut rem ab eorum ætate adeò remotam atque incertam, aut ipsi, aut monumenta ab illis citata, sua auctoritate decidant. Neque verò id Michaëlem Monachum latuit : quapropter aliò se vertit, & ex antiquissima pictura quadam ecclesiæ S. Prisci propositum suum conficere voluit. Quid verò is porrò afferat, audiamus.*

Michaël Monachus,

5 *Passibus circitèr bis mille quingentis Capuâ distat vicus quidam, Maceratæ vicinus,* S. Prisci, *à primo Capuanorum episcopo, ibidem, ut creditur, passo ac sepulto, dictus, in quo S. Prisco ecclesiam condidit anno* 506 *S. Matrona, si vera est Epigraphe in templo posita. De hac ecclesia ita Michaël Monachus pag.* 132 : In ecclesia S. Prisci Capuanæ diœcesis extat pars antiquæ basilicæ, quam S. Matrona in honorem S. Prisci construxerat : est opus rotundum testudinatum,

TRIBUNA VETUS appellatur. Habet illa tribuna D
hemicyclum in fronte (seu dicamus absidem) in quo sexdecim ex opere tessellato sunt Sanctorum imagines. In medio hemicyclo à dextris aspicitur S. Petrus, & à sinistris S. Priscus. Post S. Petrum S. Laurentius, S. Paulus, S. Cyprianus, S. Susius, S. Timoteus & S. Agne : Post S. Priscum S. Lupulus, S. Sinotus, S. Rufus, S. Marcellus, S. Augustinus & S. Felicitas. Spatium subtus brachia sanctorum Petri & Prisci duas habet imagines, breviores tamen, cum inscriptione SANCTUS QUARTUS ET QUINTUS. *Ex his, qui à sinistris sunt, pallio induti coronam manibus gestant Priscus, Sinotus, Rufus, Augustinus, uti & Felicitas ; quemadmodùm & à dextris Petrus, Paulus, Cyprianus, Timoteus, Agne. Cùm verò Priscus Capuanus fuerit episcopus, similique habitu, ac ille, induti sint Sinotus, Rufus & Augustinus, hos quoque Capuanos episcopos fuisse, affirmat Michaël : Lupulum verò, qui post Priscum & Sinotum conspicitur, uti & Marcellum, qui post Rufum & Augustinum locum habet (terni enim & terni depicti sunt) presbyteros ; Quartum & Quintum, contractiori forma expressos, vult fuisse acolythos ;* E *Felicitatem denique Augustini, Capuani episcopi, matrem.*

cujus explicatur

6 *S. Priscus, ùt unus è Christi discipulis, ùt Capuanus episcopus & martyr memoratur in Martyrologio Romano die* 1 *Septembris ; nec id de illo negatur in Actis nostris ad eumdem diem, quo de illo actum est. S. Sinotus, quem pariter Capuanum episcopum Michaël facit, aliunde, quàm ex hac pictura illi notus fuisse non videtur : meminit tamen illius Epternacense Martyrologium ad diem* VII *Septembris inquiens :* VII Idus Capuâ natalis Sinoti. *Fieri facilè potuit, ut primis Ecclesiæ seculis hujus nominis episcopus Capuanis fuerit, cujus nomen, ùt & aliarum antiquissimarum ecclesiarum vetustioribus episcopis frequenter accidit, temporum diuturnitate & perturbationibus fuerit apud Capuanos oblivione deletum. Pro S. Augustino & matre ejus S. Felicitate pag.* 135 *citat Martyrologium Ms. monasterii S. Petri apud Beneventum (quò eorum corpora ab Arichio principe translata, opinatur) quod ita habet :* XVII Kal. (*Decembris*) natale S. Augustini, Capuani episcopi, & Felicitatis, matris F
ejus ; *Martyrologium item S. Sophiæ ejusdem civitatis, è quo hæc verba transcripsit :* Natale S. Augustini, Capuani episcopi, & S. Felicitatis, matris ejus, quorum corpora hîc habentur. *Citat præterea & alia quædam Martyrologia, quibus addo Epternacense S. Hieronymi Martyrologium vetustissimum, quod ad diem* XVI *Novembris à Capuanis martyribus illius diei Fastos hoc modo exorditur :* In Capua Augustini & Felicitatis. *De S. Rufo Syllogen habes historico-criticam tom.* VI *Augusti à pag.* 9, *auctore Stiltingo, ubi plura Martyrologia, quæ S. Rufum martyrem Campaniæ Capuæve adscribunt, videre licet, & S. Rufi episcopatus admittitur, saltem ùt probabilis.*

opinio,

7 *S. Lupuli Idibus Octobris meminêre Kalendaria ecclesiæ Capuanæ tertium & quartum apud Michaëlem Monachum pag.* 420 *&* 433. *Codices item Hieronymiani à Florentinio ad suprædictum diem citati Capuæ S. Lupulum, licèt corrupto nonnihil nomine, annuntiant, è quibus Lucensis ita habet :* In Capua Lupibli : *unde verosimile fit, quidquid sit de ejus presbyteratu, à Michaële Monacho asserto, S. Lupulum etiam Capuæ*

A *pus paſſum fuiſſe. De SS. Quarto & Quinto Martyrologium Romanum ad diem* x *Maii ita loquitur* : Item Romæ viâ Latinâ ad Centum aulas natalis ſanctorum Martyrum, quorum corpora Capuam tranſlata ſunt. *Hos quidem Romæ paſſos fuiſſe, fatetur Michaël Monachus ; ſed Capuâ à præfecto provinciæ, quod fieri de nobilioribus Chriſtianis, quos præfecti provinciarum comprehenderant, ſolebat, Romam miſſos, indeque poſtea in patriam revectos ait.* At verò Quartus & Quintus, *inquit pag.* 35, Romano adſcripti Martyrologio, fuerunt clerici Capuani, martyres, paſſi Romæ in via Latina. Neque id gratis aſſerimus : in cappella, quæ nunc dicitur S. Francisci, erat antiquum altare, quod appellabatur Sanctorum Francisci, Quarti et Quinti : voluit cappellæ patronus, permittente archiepiſcopo Cæſare Coſta, illam marmoribus, marmoreiſque ſanctorum Franciſci, Quarti & Quinti ſtatuis exornare : ideircò antiquum altare dirutum eſt : inventus ſub eo loculus, duo condens corpora, cum inſcriptione, quæ propter antiquitatis ſitum tota non legebatur : quod autem legi potuit, ita ſe habet : Corpora sanctorum Clericorum cap. hic sita sunt.

B *Verùm, inquit Henſchenius in hanc rem tom.* 2 *Maii pag.* 556, *ex tribus iſtis litteris* cap. *ægrè, SS. Quartum & Quintum Capuâ oriundos fuiſſe, extundas.* Quid enim ſi capite plexos illæ ſignificent ? *Neque tamen id omninò negat Henſchenius : ſic enim pergit :* Demus autem Capuanos indicare : an ideò conſequetur, illos Capuâ ad martyrium Romam miſſos fuiſſe ? Non exiſtimo.

non omninò improbabiliter contendit :

8 *Ex egregio illo venerandæ antiquitatis monumento, uti id Henſchenius vocat, & illi adſtipulantibus Martyrologiis, quæ duobus ſuperioribus numeris adduxi, veroſimile ſit, SS. Priſcum, Auguſtinum, Felicitatem, Rufum, Lupulum, imò fortè Quartum & Quintum* (nec enim ſcio, *an inter litteras* cap. *& vocem* hîc *in inſcriptione, de qua num. ſuperiore, relictum ſat ſpatii ſit, ut inter illas vox* plexorum *aliave ſimilis collocari potuerit*) *veroſimile, inquam, ex his ſit, omnes illos Sanctos, vel Capuæ natos, vel ibidem martyrium ſubiiſſe. Porrò cùm inter illos S. Marcellus, habitu clericali indutus, conſpiciatur, ac præterea Capuæ in optimæ notæ Martyrologiis aliquot, num.* 1 *&* 2 *adductis,* Marcellus *noſter paſſus dici videatur, omnem ego Michaelis Monachi ſententiæ ſeu conjecturæ probabilitatem detrahere nolim. At, inquies, ſi* S. Marcellus *Capuæ martyrium paſſus eſt, quî factum eſt, ut nulla ejus mentio in antiquis eccleſiæ Capuanæ tabulis habeatur, ejuſque nomen Capuæ penitus fuerit ignoratum, ùt Michaël Monachus ſcribit ? Reſpondeo, Capuæ ad diem* vii *Octobris S. Marcellum militem cultum obtinuiſſe, ex quo veroſimiliter factum eſt, ut utrumque in unum confuderint Capuani, & Marcellus miles alterius* Marcelli, *ùt idem Monachus pag.* 74 *opinatur, nomen ac memoriam obſcurârit. Adhæc Antonius Caracciolus de eccleſiæ Neapolitanæ Monumentis cap.* 2, *ſect.* 4 *unà cum Baronio in Annotatis in Martyrologium Romanum ad diem* iii *Septembris, nobiliſſimæ Capuanæ eccleſiæ monumenta ob multiplicium bellorum turbines deperdita fuiſſe, multùm conqueritur, & multas eodem cap., ſect.* 1 *Mss. codicum clades ſub Diocletiano, barbaris, Juliano, Geiſerico, aliiſque illatas refert, quibus fortaſſe* SS. Marcelli *& Sociorum pro fide certamina involuta fuêre.*

AUCTORE J. B. *& unica tantùm eorum claſſis*

9 *Verùm quid de* Marcello, Caſto, Æmilio & Saturnino *in Apulia annuntiatis ? Diſtinctine ſunt à ſanctis Martyribus homonymis Capuanis ? Quamquam in re dubia nihil certi polliceri auſim, eò tamen magis propendeo, ut eoſdem Martyres credam, tum qui in Apulia, tum qui Capuæ annuntiantur. Qui enim Hieronymianis codicibus ſanctos Martyres inſeruerunt, & in Apulia tantùm annuntiârunt, vel per errorem ſignare Apuliam, vel Apuliæ nomine Campaniam, ab illa non admodùm remotam, annumerare potuerunt, maximè, ſi verum eſt, quod cap.* 26, *ſect.* 2 *Antonius Caracciolus ſuprà laudatus tradit, Apuliæ nomine partem Samnii & Campaniam totam apud quoſdam ſcriptores comprehenſas fuiſſe. Sanè equidem ſecundùm Caracciolum ſub Apuliæ nomine Campaniam etiam intellexiſſe videtur Victor Vitenſis, cùm de Geiſerici, quem Capuam igne ferroque abſumpſiſſe, tradit Capacius in Antiquitatibus & Hiſtoriis Campaniæ Felicis cap.* 27, *in Chriſtianos ſævitie ſcripſit lib.* 1 *de Perſecutione Vandalica ſub finem :* Quæ verò in Hiſpania, in Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Bruciis, Lucania, Epiro vel Hellada geſſerit (*Geiſericus, Vandalorum rex*) meliùs ibi ipſi, qui paſſi ſunt miſerabiliter, lugenda narrabunt. *Verùm id ego cum Caracciolo aſſerere nolim : Victoris enim Vitenſis editiones quatuor conſului, in iiſque non modò Apuliam, ſed & Campaniam nominatim expreſſam inveni. Malim itaque opinari, ſanctos Martyres per errorem Apuliæ in quibuſdam Hieronymianis codicibus fuiſſe adſcriptos, maximè, quòd Ado & Uſuardus, inter antiquos martyrologos accuratiſſimi, licèt Hieronymianis codicibus non deſtituti, ſoli tamen Capuæ ſanctos Martyres adſcripſerunt.*

E

admittenda videtur.

10 *Hinc porrò facilè accidere potuit, ut aliqui ex his, qui codices Hieronymianos deſcripſerunt, cùm in his illorum exemplaribus Martyres Capuæ, in aliis verò Apuliæ adſcriptos viderent, duplicem Martyrum claſſem ſignârint, alteram in Apulia, alteram Capuæ. Una ac eadem utrobique Martyrum claſſis ſignari Florentinio etiam viſa eſt in Annotatis ad diem* vii *Octobris ; ſic tamen, ut in Apulia quidem paſſos* Marcellum *& Socios, ſed deinde Capuam fuiſſe tranſlatos ſuſpicetur : ſuſpicionem ſuam proponit & utcúmque probare nititur his verbis :* Suſpicionem tamen noſtram objicimus ex M. vetuſtiſſimo (*Epternacenſi, ſeu, ut ille vocat,* Antverpienſi) nempe eoſdem facilè eſſe ſanctos Martyres, qui Capuæ in libris noſtris recoluntur, cum his, qui Apuliæ. Daunia enim Apulia non longiſſimè in regno Neapolitano diſtat à Capua, faciléque Capuam inſignem urbem potuiſſent transferri ſancti Martyres in Apulia coronati ; iiſdem quippe nominibus in Martyrolog. ſancti Cælites Apuliæ tribuuntur, quàm in libris noſtris, & Corbeienſi Capuæ. Quin imò Caſtum, Emilium & Saturninum iiſdem etiam nominibus ſignatos exhibent in Apulia, quibus & Capuâ conſignant, præter Ammonium presbyterum, Romæ, non in Apulia veneratum, ùt addit M. vetuſtiſſimum ; cui propter majorem in locis diſtinguendis diligentiam magis etiam in hoc inniti libuit. *Nomina Martyrum utrobique eadem iis perinde favent, qui Martyres Capuæ paſſos volunt, ac Florentinio : licèt autem majoris paſſim codici Epternacenſi in deſignandis locis*

F

AUCTORE J. B.

cis accurationis palma concedatur, non propterea fit conſequens, nihil hìc in illum mendi irrepſiſſe: neque igitur, quæ hìc Florentinius tradit, conjecturæ vim excedunt.

Aliorum de eijdem

11 *At longè alia eſt Baronio de ſanctis Martyribus conjectura, quæ tamen, niſi fortè Hieronymiani puri ſint, ſua pariter probabilitate non caret. Suſpicatur is in Annotatis ad Mrl. Romanum hoc die, paſſos illos in Africa fuiſſe, Capuæ verò celebrari ob tranſlatas eò olim eorum reliquias. Primùm enim Marcellus, Caſtus, Æmilius, Saturninus martyrum ſunt Africanorum nomina. Paſſi in Africa ſunt circa annum 250 Caſtus & Æmilius, ad diem* XXII *Maii, tum in Martyrologio Romano, tum in Actis noſtris memorati. Item Marcellus, de quo Martyrologium Romanum ad diem* XIX *Februarii. Saturninos denique non paucos in Africa paſſos fuiſſe vel ſolus abundè oſtendit Martyrologii Romani Index. Horum verò reliquias in Campaniam ex Africa fuiſſe deportatas, probabiliter conjici poteſt ex iis, quæ Victor Vitenſis narrat lib.* 1 *de Perſecutione Vandalica; ſcilicet Geiſericum, Vandalorum regem, expugnata Carthagine, juſſiſſe, ut epiſcopi & nobiles laïci,*

B *vel exſules, vel Vandalorum ſervi eſſent; Quodvultdeum Carthaginenſem epiſcopum cum maxima clericorum turba fractis navibus imponi juſſiſſe, qui feliciter Neapolim Campaniæ appulerunt; ſenatorum multitudinem in partes tranſmarinas projeciſſe. Sub Hunerico quoque Geiſerici ſucceſſore Africæ complures epiſcopos in Corſicam relegatos fuiſſe, idem Victor ſcribit lib.* 4. *Traſamundus denique multos eorum in Sardiniam exſules miſit, ad quos exſtat apud Ennodium lib.* 2 *Symmachi Papæ Epiſtola conſolatoria.*

conjecturæ.

12 *Jam verò, quemadmodùm ſævientibus his Wandalorum in Catholicos Afros perſecutionibus, ex Africa in Sardiniam ab exſulibus Afris tranſlatum creditur B. Auguſtini corpus; ita Baronius conjicit, eadem tempeſtate, fuiſſe ex exſulum confeſſorum, hinc atque illinc diſperſorum, numero, qui abductas ſecum ſanctorum Martyrum reliquias in Campaniam detulerint, Capuaniſque conceſſerint. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad diem* VI *Octobris, Baronium ita interpretatur, quaſi is dixerit,* Marcellum *& Socios ex ipſorum Africanorum confeſſorum, qui perſecutione Africâ pulſi in Campaniam venerunt, numero fuiſſe: addit etiam, ſecundùm Baronium de illis agi in Tabulis eccleſiæ Capuanæ, quod falſi arguit: ſed Baronium neutrum dixiſſe, illius in hunc diem Annotata inſpicienti, manifeſtum eſt. Ceterùm quod de S. Auguſtini corpore creditur, aſſerere videtur Beda ad diem* XXVIII *Auguſti ita ſcribens:* In Africa S. Auguſtini epiſcopi: qui primò de ſua civitate propter barbaros Sardiniam tranſlatus, nuper à Luitprando, rege Longobardorum, Ticinis relatus & honorificè conditus eſt. *At ſimile teſtimonium pro tranſlatis ex Africa* SS. Marcelli *& Sociorum Capuam reliquiis non habemus. Alteram Florentinius conjecturam ſuggerit ad diem* XVI *Novembris, quæ fortè* Marcello *& Sociis applicari poſſet: ibi enim de SS. Vitale, Januario, Juſto, aliiſque, Capuæ annuntiatis, agens, ex Actis S. Sebaſtiani (quæ conſule tom.* 2 *Januarii pag.* 275 *& ſeq.) refert, Chriſtianorum quàm plures, ſæviente Romæ Diocletiani perſecutione, duce Chromatio, & ex Caji Papæ conſilio ex Urbe in Campaniam ſeceſſiſſe; horum multos Capuam divertere potuiſſe, & aliquos ibidem martyrio fortè coronatos; quod ſimiliter de* SS. Marcello, Caſto, Æmilio *&* Saturnino *ſuſpicari quis poſſet. Sed divinationum jam ſatis eſt.*

DE SS. ROGATO, SATURNINO, FAUSTINO ET MARTIALE MM.

IN AFRICA.

C

ITEM DE SS. JANUARIO ET AMMONO MM.

FORTE ROMÆ.

J. B.

EX MARTYROLOGIIS.

SECULO INCERTO.

Quos primo loco nominavi Martyres, Lucenſis & Corbeienſis apud Florentinium Hieronymiani codices Africæ adſcribunt: præterit verò Epternacenſis. Lucenſis ſic habet: In Africa Rogati. Saturnini. Fauſtini. Januarii. & Marcialis. *Sic Corbeienſis:* In Africa Rogati, Saturnini, Januarii, Fauſtini, Martialis. *Hùc accedunt inter Auctaria Bedæ codices Vaticanus & S. Cyriaci tomo* 2 *Martii, qui ſic habent:* Et in Africa Rogati, Saturnini, Januarii, Fauſtini * & Martialis. *Solius Rogati (neſcio, ejuſdem, an diverſi) meminêre ad hunc pariter diem, ſed ſine loco, apud Sollerium Uſuardina Auctaria Aquicinctinum, Cluniacenſe, Altempſianum & Lubeco-Colonienſe: Belinus verò & Molanus* Rogato epiſcopi *titulum tribuunt:* Martyris *Altempſianum & Lubeco-Colonienſis Uſuardi editio. Sed Aquicinctinum & Cluniacenſe nudum* Rogati *nomen referunt. Quod autem ad illos ſpectat, quos ſecundo loco nominavi, ex his* Januarius *in Martyrologiis Lucenſi & Corbeienſi Africæ quidem adſcribitur unà cum* Rogato *aliiſque primo loco ſignatis;*

* Fausti

A *tis ; ſed utrùm Africæ cum illis, an Romæ cum* Ammono *adſcribendus ſit, dubitare me cogit codex Epternacenſis, in quo unà cùm* Ammono *Romæ annuntiatur hoc modo :* Romæ, Januarii, Ammoni presbyteri. *Porrò* Ammonum *Lucenſis & Corbeienſis codex Marcello, Caſto, Æmilio & Saturnino in Apulia conjungunt ; ſed cùm in his* Apulia *per errorem videatur poſita pro* Capua, *ut ſuprà dictum eſt,* Ammonum *probabiliùs Romæ ſecundùm codicem Epternacenſem paſſum fuiſſe, exiſtimo. Id certum, nullum ex citatis Martyrologiis* Ammonum *cum Marcello & Sociis Capuæ annuntiare ; proindeque Galeſinius, dum* Ammonum *ſub* Antonii, *ut apparet, nomine, & Avitum, qui hodie in codicibus noſtris Hieronymianis non comparet, cum martyribus Capuanis conjunxit, depravatis codicibus veroſimillimè uſus fuit.*

AUCTORE J. B.

DE S. PRUDENTIO MARTYRE

BESUÆ IN BURGUNDIA CULTO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. B.

§ I. S. Prudentii apud martyrologos mentio, tempus necis incertum, palæſtra & cultus antiquus.

B

SECULO INCERTO. *Beſuenſis monaſterii*

Beſuenſe Ordinis Benedictini cœnobium in Burgundia, à fonte ſeu fluviolo Beſua ſic nuncupatum, Ararim inter & Tilam fluvios ſitum eſt in finibus Lingonum, diſtatque Divione leucis circitèr quatuor. Condidit id, largiſſiméque ditavit Amalgarius, amplæ in Burgundia provinciæ dux, Anno, *inquit Chronicum Beſuenſe tom.* 1 *Spicilegii Dacheriani primæ editionis, quâ hîc perpetuò utar, pag.* 490, ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo, Indictione tertia, præſidente ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Gregorio Papa, Mauricio verò cæſare imperante in Repub., beato Columbano commorante in Burgundia. *Et hæ quidem temporis conditi Beſuenſis monaſterii notæ chronicæ ſibi congruunt : ſed addere videtur Clotarii II, Chilperici filii, in Burgundia regnantis tempore id accidiſſe ; quem anno regni ſui trigeſimo labente, mortuo Sigeberto, Auſtraſiæ Burgundiæque dominum, ac totius Franciæ regem evaſiſſe, Fredegarius ſcribit cap.* 42 *& ſeq., quod alii ad annum Chriſti* 613, *alii ad ſequentem referunt. Seriùs itaque condi monaſterium Beſuenſe cœperit, cujus quidem primordia Cointius anno* 616 *affixit ; at Mabillonius in Annalibus Benedictinorum ad annum* 629, *num.* 14 *vix ante annum* 630 *condi potuiſſe propterea exiſtimat, quòd primus illius abbas Waldalenus, S. Columbani diſcipulus, quem non ante annum* 30 *ætatis ſuæ abbatiæ regimen ſuſcepiſſe ponit, ad annum quartum Theodorici, Chlodovei Junioris & Bathildis reginæ filii, id eſt, uſque ad annum circitèr* 680, *ex relato in Chronico Beſuenſi Theodorici diplomate tom.* 1 *Spicilegii laudati pag.* 501 *& ſeq., vitam protraxiſſe noſcatur ; nec admodùm credibile appareat, Waldalenum annum ætatis ſuæ* 110 *tum aut numerâſſe aut etiam ſuperâſſe.*

C

notitia, in quo

2 *Stetit porrò incolume Beſuenſe monaſterium uſque ad Pipini Francorum regis tempora ; quibus id monachis Benedictinis ereptum fuit uſque ad annum* 830, *quo, agente Alberico Lingonenſi epiſcopo, & annuente Ludovico Pio, ad Benedictinos rediit, ut habetur in utriuſque diplomate apud Acherium citatum à pag.* 507. *Inſigne quoque eodem ſeculo Beſuenſe monaſterium à Geilone, altero Lingonenſi epiſcopo, munus accepit, qui advectum illuc peregrè* S. Prudentii *martyris corpus, ut infrà fuſiùs dicetur, in Apoſtolorum Petri & Pauli templo honorificè collocavit. Sanctus hic Martyr ante ſeculum nonum, quæ temporum iniquitas fuit, parum aut nihil habuit celebritatis & famæ : ut mirum minimè ſit, illius mentionem in antiquis & claſſicis Martyrologiis non reperiri, licèt non omni omninò cultu, ut ſuo loco obſervabitur, antiquitus caruiſſe videatur. Factus à ſeculo nono celebrior, in Faſtis ſacris apud recentiores martyrologos locum invenit, licèt, quantùm quidem detegere mihi licuit, paucos, & inter ſe non parùm ſubinde diſſidentes. Quos reperi, profero.*

E

martyrologi aliquot recentiores

3 *Sollerius ad diem* VII *Octobris in Auctariis Uſuardinis ex duplici Martyrologio ſeu Kalendario, altero Bizunticenſi, Salinenſi altero Franciſcanorum hæc recitat :* In Bezua monaſterio, exceptio corporis S. Prudentii martyris. *Bucelinus Menologio Benedictino aliquot Sanctorum catalogum, per ſingulos anni menſes diſtributum, ſubjicit, iis Sanctis enumerandis deſtinatum, quos, licèt Benedictini Ordinis alumni certò non fuerint, ad illum tamen peculiari quadam ratione pertinere ratus eſt, quòd in Ordinis ſui cœnobiis eorum corpora hoſpitentur : ibi autem ad diem* VI *Octobris lego, quæ ſequuntur :* In monaſterio Atornenſi (*nam & ſic olim appellatum fuit, quod modò paſſim* Beſuenſe *audit*) juxta flumen Bezuæ, natalis S. Prudentii martyris. Ejus ſacrum corpus ibidem reconditum eſt à Gerlone (*lege* Geilone) epiſcopo Lingonenſi. *Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ad diem* VI *Octobris ita paulò uberiùs ſcribit :* In territorio Lingonenſi natalis ſancti Prudentii martyris, ibi à Wandalis pro teſtimonio Jeſu trucidati. Hujus corpus in tumulo glorioſum diu poſt agonem Gerlo, piiſſimus epiſcopus Lingonenſis, in Atornenſe monaſterium ad fontem Bezuæ tranſtulit, condigna veneratione percolendum. *Caſtellani in Martyrologio Univerſali verba ſunt ad diem* VI *Octobris :* Apud Pictavos, S. Prudentius (*Gallicè* S. Prouënts *illum nominat*) cultus velut martyr Beſuæ in Burgundia, ubi ex ejus reliquiis : *qui pag.* 1200 *recitatæ modò* S. Prudentii *annuntiationi hæc addenda monet :* Quas

F

AUCTORE J. B.

(S. Prudentii *reliquias*) anno DCCCLXXXV die IV Septembris Geilo episcopus attulit, & Sanctum hunc Narbonensem fuisse archidiaconum, monachis Besuensibus dixit. *Addi præterea ibidem vult* S. Prudentio *ad marginem, quo loco annum Sanctorum emortualem solet exprimere, annum* 613, *ut adeò hoc anno* S. Prudentium, *nisi in his fortè numeris mendum cubet, obiisse Castellanus velit, qua de re infrà agetur.*

ad VI *vel* VII *Octobris annuntiant*

4 S. Prudentium, *quem, ut suprà dixi, Sollerius ex Martyrologiis seu Kalendariis Bizuntinensi & Salinensi Franciscanorum ad diem* VII *Octobris retulit, Bucelinus, Saussaius & Castellanus ad diem* VI *ejusdem mensis retulerunt. Sed è Majoribus nostris* S. Prudentium *die* VI *Octobris coli, antè Sollerium dixêre Bollandus tom.* 3 *Februarii in Commentario prævio ad Vitam S. Silvini episcopi num.* 28, *& Papebrochius tom.* 2 *Junii, parte* 1, *pag.* 95, *num.* 2 *agens de S. Medardi corpore Divionem translato: hujus verba describo:* Bezuenses credo ipsosmet patronum suum S. Prudentium, martyrem Lingonensem, qui VI Octobris colitur, Divionem detulisse ante vel post monasterii vastationem. *Verùm pro die, à Sollerio assignata, apertè liber* I *Miraculorum* S. Prudentii *militat, sub cujus finem hæc disertè leguntur:* Depositio ergò Besuæ glorioſissimi Martyris corpore Nonas Octobris, eodem die annuatim decernitur lætitia pro tanti exceptione Patroni. *Diem hunc in* VI *Octobris mutâsse videntur Besuenses: quod quidem existimo, non ob Saussayi, qui librum Miraculorum anno* 1657 *à Labbeo editum non vidit, nec ob Papebrochii dictum, cùm Saussayum incautè secutus,* S. Prudentium *verbis mox citatis martyrem etiam faciat Lingonensem, quod non modò laudato Miraculorum* S. Prudentii *libro, sed & veritati contrarium esse, infrà mox ostendam; sed ob Castellani in his rebus non mediocrem diligentiam & accurationem. En primum martyrologorum inter se dissidium: sequitur alterum.*

S. Prudentium martyrem;

5 *Ex verbis libri mox citati liquet, diem (sive is* VI *Octobris fuerit, sive* VII) *quem patrono suo* S. Prudentio *Besuenses sacrum esse voluerunt, non fuisse diem Sancti natalem, seu quo martyrium passus est; sed, quo sacra illius pignora in Besuensi monasterio fuêre excepta, ut rectè Sollerius scribit: unde Saussayum & Bucelinum arguas, qui pro die exceptionis reliquiarum* S. Prudentii, *diem ejus natalem consignârunt. Quòd si dies Sancti natalis quæritur, fuit is (si quidem libris Miraculorum Sancti Martyris sat tutò ea in re fidi potest) dies Novembris* IV: *ita enim infrà legitur num.* 6: Sacratissimæ passionis palmam promeruit, martello contusus demurario, quarto die noni mensis, hoc est, pridie Nonas Septembris; *si nonum anni mensem, ducto à Martio mense initio, numerârit libri* I *auctor Teobaudus: vel dies* IV *Septembris, si voces illæ* Hoc est, pridie Nonas Septembris *pro recentioris alicujus additamento, quod fortè sunt, non sint habendæ. Refello nunc alterum Saussayi errorem, de quo num. superiore mentionem feci, quemque ex illo Papebrochium adoptâsse dixi. Refert is (vide ejus verba suprà num.* 2) S. Prudentium *apud Lingones pro fide occisum: Sed lib.* 1 *Miraculorum (vide infrà num.* 7 *&* 8) *apud Narbonem pro fide occisus, ibique sepulcrum atque ecclesiam suo dicatam nomini nactus legitur: quodque Saussayum magis ferit, ipse auctor libri* I *Miraculorum* S. Prudentii *illum ex Agrimo, Geilonis, qui* S. Prudentii *reliquias Besuam attulit, paulò pòst successore validè refellit num.* 19, *allatis ipsius Agrimi in quodam suo diplomate verbis:* Ad multorum constat pervenisse notitiam, qualiter Geilo piæ recordationis episcopus prædecessor noster, sanctum Prudentium ab Aquitania transferens, in nostrum episcopium Lingonense detulit, & in Besua monasterio ad laudem & gloriam nominis Dei solemniter collocavit. *Exstat Agrimi diploma tom.* 1 *Spicilegii Dacheriani pag.* 529 *& seq., quod integrum dabitur infrà. Datum fuit anno Odonis, Franciæ & Aquitaniæ regis, secundo, id est, anno Christi* 889, *paucis annis ab allatis Besuam* S. Prudentii *reliquiis.*

alium à Prudentio

6 *Sed an rectè* S. Prudentium, *Besuæ cultum, laudati martyrologi tanquam singularem Sanctum annuntiârunt, qui fortè idem fuerit, ac S. Prudentius Hispanus, cujus corpus in spelunca ad radicem montis Laturci haud procul Juliobrigâ ad Castellæ veteris fines sepultum fuisse dicitur, ubi & Cisterciense monasterium est,* S. Prudentii *dictum? Videtur enim ea de re subdubitare Mabillonius in Annalibus ad annum* 950, *num.* 40 *his verbis:* Quis sit iste S. Prudentius (*à quo Laturcense monasterium nomen accepit*) an is, cujus corpus è Gallia Narbonensi ad Besuense monasterium, Carolo Calvo regnante, à Geylone, Lingonensi episcopo, translatum est, aliis examinandum relinquo. *Et post illum in Historia Occitaniæ lib.* 3 *ad annum* 257, *num.* 48 *de* S. Prudentio *Claudius de Vic & Josephus Vaissete Benedictini, quorum verba Latinè reddo, ita scripserunt:* Fieri potest, ut cum aliquo cognomine Hispaniæ Sancto confusus fuerit. *Sed iis uterque Prudentius characteribus insignitur, ut dubium non sit, quin alter ab altero distinguendus veniat. Hispanus quidem confessor fuit, & Turiasonensis in Aragonia episcopus: vide tom.* 3 *Aprilis pag.* 587, *ubi Acta ejus à Papebrochio illustrata invenies. At* Prudentium, *Besuæ cultum, qui illius miracula scripsit, Teobaudus, Besuensis monachus, martyrem & archidiaconum Narbonensem facit; nec quidem immeritò, quod ad illius martyrium spectat.*

Turiasonensi episcopo,

7 *Etenim duo passionis* S. Prudentii *Teobaudus indicia affert, quorum alterum suis ipse oculis vidisse potuit; alterum verò ex iis audivit, qui viderunt; atque fidem meretur in utroque. Teste quidem Teobaudo num.* 6, *Besuense monasterium suas inter reliquias* S. Prudentii *caput numerat, in eoque, quod primum passionis* S. Prudentii *indicium est, Teobaudi ætate fracturæ apparebant: verba auctoris hæc sunt:* In osse quoque sacri capitis hactenus fracturæ apparent, *puta non quales subinde sola vetustas facit, sed illatæ Martyri violentæ necis indices; quapropter mox addit:* Scilicet passionis vestigia. *Alterum passionis* S. Prudentii *indicium in eo situm est, malleolum, unà cum* S. Prudentii *reliquiis, fuisse aliquando inventum, cùm* S. Prudentii *reliquiarum sub Stephano, Besuensi abbate, translatio fieret;* ut perhibent, *inquit,* qui viderunt: *ut adeò non modò* S. Prudentii *martyrium, sed etiam martyrii genus colligi ex duobus hisce indiciis non obscurè possit. Stephanus (pro quo Sammarthani perperam habent Gaubertum seu Josbertum) Besuensis abbas factus est anno* 1088, *ut in Besuensi Chronico legitur apud Acherium suprà citatum pag.* 606. *Superstes verò & abbas fuisse saltem ad annum usque* 1119 *ibidem pag.* 662 *& seq. legitur in Charta Joceranni, Lingonensis episcopi, anno mox dicto data. Teobaudus autem, cùm eodem seculo* XII *fuerit, ut infrà videbimus,*

AUCTORE J. B.

A mus, quid nî ex illis, qui reliquiarum S. Prudentii sub Stephano abbate translationi interfuerant, quæ hîc narrat, audire potuerit? Dubium itaque non videtur, quin Prudentius, Besuensium patronus, à Prudentio, Turiasonensi episcopo, distinguendus sit, quamquam olim idem atque ille creditus fuerit, ut num. 9 dicetur.

ceteris que homonymis, quos Tamayus enumerat.

8 Tamayus in Martyrologio Hispano ad diem XXVIII Aprilis Prudentios Hispanos quinque enumerat doctrinâ & sanctitate illustres: ex his primus illi est Prudentius, cujus in Actis S. Encratidis ad XVI Aprilis mentio fit, sed quem non diaconum & martyrem, sed episcopum tantummodò nominat. Secundus est Prudentius poëta Christianus, scriptis suis orbi notissimus. Tertius Prudentius Turiasonensis episcopus, de quo suprà. Quartus Prudentius, Tricassinus episcopus & confessor; quintus denique Prudentius alter, Turiasonensis item episcopus: ita, inquam, Tamayus in adscribendis Hispaniæ Sanctis minimè scrupulosus aut parcus; num ubique rectè, non inquiro; id solum dixisse sufficiat, nullum ex his omnibus esse, qui characteres S. Prudentio, Besuensium patrono, proprios & numero superiore memoratos habeat, atque adeò non esse, cur unus ex illis fuisse dicatur. His igitur missis, ad Sanctum nostrum revertor, quæque illius vita fuerit, ex Teobaudi fide breviter refero.

B

Martyrium passus dicitur;

9 Natus in Narbonensi provincia, nobilissimo genere, à puero unà cum litteris Christianam pietatem edoctus, eum in utrisque progressum fecit, ut Narbonensis archidiaconus constitueretur: quo in munere ita versatus est, ut doctrinæ laude nemini suæ ætate secundus haberetur, licèt in Galliis & Hispaniis tunc multi ea laude florerent. Quin & prodigiis, iisque magnificis, claruit. Variis præterea naturæ donis ornatus, uberrimum, dum licuit, animarum fructum Christo collegit, fidemque Christianam inter suos feliciter propagavit, dum tandem labores suos felici pro Christo morte terminavit, Martello, inquit num. 6, contusus demurario quarto die noni mensis, hoc est, pridie Nonas Septembris. Hæc ferè Teobaudus, qui cùm meminerit sub lib. 4 principium Anserici, Vesontionensis episcopi, & anni 1120, ante seculum XII non scripsit, nec fidem indubiam meretur, cùm de rebus, multis seculis ab ætate sua remotis, scribit. Lucubrationis cujusdam, à monacho Besuensi multò se antiquiori adornatæ, meminit num. 19 & 20: sed illa tantummodò ista miracula videtur fuisse complexa, quæ Teobaudus ex illo ferè descripta de S. Prudentio narrat lib. 2. Hujus apographum habemus, ex Ms. à sexcentis vel septingentis annis judicio patris Chifletii exarato: at narrationis illius auctor seculo nono non fuit antiquior, cùm scripserit post allatas Besuam S. Prudentii reliquias, quod eo seculo contigisse infrà videbimus; fidem itaque meretur quoad miracula; sed cùm credidit, S. Prudentium Turiasonensem fuisse episcopum, ut ex Hymno sub finem Commentarii dando, si illius sit, colligitur, fidem indubiam, utpote à S. Prudentii ætate nimiùm remotus, non meretur.

C

sed seculum

10 Antiquiores, qui nos de rebus S. Prudentii, cùm in vivis existit, instruant, desiderantur auctores; hinc effectum, ut ne seculum quidem, quo passus est, certò sciatur. Teobaudus id contigisse censuit, cùm edictis publicis per Romanum imperium fides Christiana, jam propagata, petebatur, & martyrum agmina neci dabantur. Edicta publica imperatores ethnici adversus Christianos varii varia proposuêre, & in illos sævière jam inde à Nerone. Unde quidem dici potest ex mente Teobaudi, S. Prudentium è primis Ecclesiæ seculis aliquo martyrium passus, verùm quo determinato seculo, aut sub quo imperatore Romano, colligi ex ejus verbis nequit. Saussayus, cujus verba num. 3 habes, sub Wandalis passum ait, fontem non indicans, unde id hauserit, sic fortè non nisi ex conjectura locutus. Vandali porrò sub initium seculi quinti, anno 406, Arcadio & Probo coss. secundùm Prosperum, aut anno 408 secundum Marcellinum, superato Rheno, in Gallias primò, inde in Hispaniam & Africam irrupêre. Galliarum civitates præcipuas tunc excisas aut direptas Hieronymus in Epistola 91, aliàs XI, ad Ageruchiam hoc modo enumerat: Maguntiacum, nobilis quondam civitas, capta atque subversa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti, Remorum urbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetæ, Argentoratus translati in Germaniam. Aquitaniæ, Novemque populorum, Lugdunensis & Narbonensis provinciæ, præter paucas urbes, populata sunt cuncta. Quas & ipsas foris gladius, & intùs vastat fames. Non possum absque lachrymis Tolosæ facere mentionem, quæ ut huc usque non rueret, sancti episcopi Exuperii merita præstiterunt.

D

quo id contigit.

11 Vastatas hîc habes sub initium seculi V Galliæ civitates & provincias, quibus Narbonensis provincia nominatim ab Hieronymo accensetur; quò fortè respexit Saussayus, cùm S. Prudentium sub Vandalis apud Lingones passum scripsit. Sanè Ruinartius Historiæ Persecutionis Vandalicæ parte 2, cap. 1 non paucos Galliæ martyres recenset, quos hac tempestate à Vandalis, Ariana labe infectis, nec omninò gentilium superstitionum alienis, occisos passim ferunt; & de S. Prudentio quidem ita habet: Passi quoque iisdem temporibus dicuntur Valerius Desiderii (*Lingonensis episcopi*) archidiaconus & Prudentius martyres, quorum Martyrologium Gallicanum, prioris quidem die XXII Octobris, alterius verò VI ejusdem mensis, festum commemorat. Nec aliter fortè Castellanus sensit, quamvis apud illum, ut num. 3 dixi, S. Prudentius anno 613 passus legatur: cùm enim Gothi, quorum pars Vandali erant, decennio seculi V initio Gallias afflixerint, teste auctore carminis de Providentia divina, sub Prosperi nomine vulgati, in Prologo ejusdem carminis; iidemque ex Idatio Olympiade 298, sub annum Christi 413 Narbonam ingressi sint Vindemiæ tempore, forsitan Castellanus hunc annum martyrio S. Prudentii assignare voluerit, mendoséque expressus apud illum fuerit annus 613: nec enim ullam rationem reperire uspiam potui postremo anno S. Prudentii martyrium illigandi, nec auctorem alium, qui id fecerit.

E

incertum: fortè sub Vandalis

12 Hanc Vandalorum in Galliam irruptionem sub Croco, illorum rege seu duce, contigisse, volunt Historiæ Occitaniæ Benedictini auctores suprà laudati: at alii longè antiquiorem Croci Alemannorum, aut, ut alii vocant, Vandalorum regis, in Gallias irruptionem memorant; de qua Bosquetus lib. 3 Historiarum Ecclesiæ Gallicanæ num. 39 sic scribit: Plures leguntur Alemannorum in Gallias irruptiones, sub quibus Christiani passi sunt. Inter alias illustris est Chroci, eorum ducis, depopulatio, cujus tempus apud authores varium est. Nam Sigebertus Chroci, quem

F

AUCTORE J. B.

quem Chroſcum vocat, vaſtationem ad annum Chriſti CCCCXII, & paſſos ſub eo Florentium, Hilarium, Deſiderium Lingonenſem, & Antidium Veſontionenſem ſcribit. Cui conveniunt Acta manuſcripta Deſiderii & Antidii, quæ ad Honorii & Theodoſii tempora referunt. At Gregorius & alii plurimi, Valeriano & Galieno imperatoribus, Chrocum Gallias ingreſſum, in Privatum Gabalitanum & alios ſæviiſſe ſcribunt: *Tum aſſignatis variis nominibus, quibus apud auctores Crocus ſubinde venit, mox ita pergit:* Quem ſub Valeriano & Galieno Gallias pervagatum fuiſſe, ampliùs dubitandum non videtur, vel ante Valerianum captum, vel, capto Valeriano, ſub Galieno, vel Poſthumio demum cæſo, ſub tyrannis. *Deſiderii æquè ac Antidii Acta Commentario illuſtravit Henſchenius; illius quidem tom.* V *Maii ad diem* XXIII *à pag.* 242; *hujus verò tom.* V *Junii à pag.* 39. *Quamquam autem uterque in Actis ſub Croco paſſus legatur, Deſiderium tamen circa annum* 264, *Antidium verò circa annum* 411 *martyrium ſubiiſſe cenſuit, admiſſo duplici Croca, duplisique ſub Croco Vandalorum rege in Gallias irruptione: Privati vero Gabalitani Acta, quæ, illum ſub Croco paſſum, pariter aiunt, tom.* IV *Auguſti pag.* 436 *illuſtrans Cuperus, opinionem eorum, qui Croci in Gallias irruptionem ſub Valeriano & Gallieno factam ſtatuunt, communiorem quidem vocavit, in eamque propendet, non tamen ſat certam arbitratus eſt, ut Privati martyrium Valeriani & Gallieni temporibus determinatè illigaret; quapropter ſeculum* III *media ſui parte elapſum, aut ſeculi* V *initium cum illius martyrio ſub disjunctione copulavit.*

B

C

ſeculo tertio vel quinto

13 *Non deerit fortaſſe, qui ſub Croco, Vandalorum duce,* S. Prudentii *martyrium contigiſſe conjiciat; verùm, illo etiam conceſſo, contigeritne ſeculo* III, *an* V, *perinde incertum manebit. Hiſtoriæ Occitaniæ auctores ſuprà citati,* S. Prudentium *in perſecutione, à Valeriano circa annum* 257 *excitata, martyrium ſubire potuiſſe, aiunt: quod quidem fieri potuit; minùs tamen veroſimile, à Romanis præfectis* S. Prudentium *interfectum. Sæviit quidem Valerianus in Chriſtianos per Ægyptum, Africam, Numidiam & alibi; imò & in Galliis, illo imperante, Gregorius Turonenſis martyres aliquot recenſet lib.* I *Hiſtoriæ cap.* 31 *& ſeq., tom.* 2 *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 148, *ut Caſſium & Victorinum; Antolianum & Liminium; & Privatum, de quo ſuprà: ſed hos omnes non Romanorum, ſed barbarorum furori litatos ſcribit. Accedit & altera eorumdem ſcriptorum de* S. Prudentio *conjectura; nimirum fuiſſe illum fortaſſis S. Pauli, primi Narbonenſium epiſcopi, diſcipulum, ſi quam ejus Acta auctoritatem haberent: at cùm illâ ſint penitus deſtituta, & ne ſeculum quidem, quo* S. Prudentius *in vivis fuit, exploratum ſit, hæc in medio relinquimus, illius martyrium Cuperi ſuprà laudati exemplo vel medio ſeculo* III *jam elapſo, vel* V *initio, idque ex mera conjectura, adſcripſiſſe contenti.*

prope Narbonem in Gallia, ubi eccleſiam ſibi dicatam habuiſſe fertur.

14 *Veriſimilior eſt Sancti palæſtra, nempe Narbo, non modò ex his, quæ jam dicta ſunt num.* 5 *ex Agrimi Charta, verùm etiam ex iis, quæ Teobaudus num. eodem laudatus ſcribit; ex quo etiam antiquus* S. Prudentii *apud Narbonenſes cultus colligi poteſt: etenim, ut narrat num.* 7 *& ſeq., occiſo Martyre, primò quidem ob metum gentilium corpus ejus prope Narbonem ſepultum, ſed deinde erutum avibuſque expoſitum, iterum clam gentilibus ipſo, quo paſſus fuerat, loco, vili datum eſt tumulo; in quo din, ait, latuiſſe Sancti corpus, non tamen ſine fidelium veneratione ad id orationis causâ clanculùm & frequenter accedentium; dum, tranquillitate reducta, eodem loco eccleſia (ſancto Martyri, ut clarè num.* 9 *habet, dicata) etſi non admodùm magna, illius conſervandis exuviis fuit exſtructa. Dictis ejus fidem utcúmque addunt, quæ his ſubjungit:* Denique ſarcophagum ipſum, in quo poſitum primitus funus beatum fuerat, apud Narbonam adhuc tantæ reverentiæ, tantæque habetur formidini (*licèt, cùm ſcribebat,* S. Prudentii *exuviis vacuum*) ut nemo prorſus tangere audeat, ſciens pro certo, ſe non impunè laturum. *Si Teobaudi ætate, ſeu ſeculo* XII, *tantus ejus ſepulcro, tranſlatis etiam aliò* S. Prudentii *reliquiis, eſt habitus honor, quod affirmanti ac dudum, ut ait in Prologo, in Aquitania verſato refragari non auſim; ſanè veroſimillimum fit, vitæ olim ſuæ illic curriculum, & quidem martyrio, ut num.* 7 *dictum eſt, finiviſſe & ſacris honoribus fuiſſe affectum. At quo loco apud Narbonem ſitus fuerit ſancti Martyris tumulus, reperire potui nuſpiam.*

D

E

§ II. Narbonenſis provincia variis cladibus attrita: his ſuperſtites S. Prudentii reliquiæ Beſuam delatæ, & facer illius cultus ibidem inchoatus.

S. Prudentii reliquiæ,

Rodigio ſimile viſum eſt Teobaudo, S. Prudentii *tumulum, poſt multiplices Narboni & vicinis regionibus à barbaris illatas clades, ſemper tamen manſiſſe illæſum. Occupatum fuiſſe à Gothis Narbonem Olympiade* 298, *ſub annum Chriſti* 413, *ex Idatio jam vidimus ſuprà. At rurſus ſub annum* 436 *à Gothis obſeſſum Olympiade* 303; *ſequenti verò, Aëtio duce & magiſtro militum, obſidione liberatum idem auctor ſcribit, uti & Iſidorus Hiſpalenſis; ſed hic Gothos, ſub Theodorico Narbonem obſidentes, fugatos à Litorio prodit: Narbonem verò rurſus traditum Gothis fuiſſe ab Agrippino comite (anno* 464, *ut notat Bouquetus) & à Gundebaudo Burgundionum rege (anno* 508) *dein fuiſſe direptum. Nondum abierat ſeculum ſextum, cùm ſub Reccaredo inſigni iterum ab Arianis clade affectus eſt, de qua audi Paulum, diaconum Emeritenſem, in Vitis Patrum Emeritenſium cap.* 19. Ea igitur, *inquit,* tempeſtate apud Galliarum eximiam urbem Narbonam hujuſcemodi contra fidem Catholicam diabolus excitavit ſeditionem, cujus cauſſæ ſeriem enarrare perquam longum eſt. Nam ſi hoc per ordinem perſequi voluerimus, tragœdiam magis, quàm hiſtoriam texere videbimur. Sed breviter ſummatimque exiguam particulam enarremus. Duo denique comites, inclyti licèt opibus & nobiles genere, profani tamen mentibus & ignobiles moribus, Graniſta videlicet & Wildigernus, cum Ariano epiſcopo, nomine Athaloco, vel alii plures compares errorum ſuorum, graviorem in eandem regionem fecerunt turbationem.

F

poſt varias

16 Nam reſultantes adverſus fidem Catholicam, infinitam multitudinem Francorum in Galliis

A iis introduxerunt, quatenus vi pravitatem Arianæ partis vindicarent, &, si fieri potuisset, regnum viro Catholico Reccaredo (*regnavit ab anno 586 usque ad annum 601 tam in Hispaniis, quàm in Gothia Gallica*) præriperent. Interim per idem tempus innumerabilem clericorum, religiosorum & omnium Catholicorum interficientes multitudinem, immensam fecerunt stragem.... Posthæc igitur, nulla mora interveniente, sublimis atque omnipotens Deus, hostibus suis superno brachio repugnans, precibus excellentissimi Reccaredi principis sanguinem innocuum ulciscens, romphæali judicio protinus de inimicis fecit ultionem. *Seculo verò septimo belli facibus exarsisse sub Wamba, Pauli verò rebellione, Julianus, Toletanus archiepiscopus, scribit, tom. 2 Scriptorum Rerum Gallicarum à pag. 707; ex quibus quoque Idatium & Isidorum citavi suprà. Sufficiunt sanè tot bellici motus cladesque, Narbonensi provinciæ illatæ, ut mirum videatur,* S. Prudentii *ecclesiam his permansisse superstitem. Nunc aliam audi ex Teobaudo, quâ quidem* S. Prudentii *ecclesia igne vastata fertur, sed integro tamen Sancti tumulo permanente.* Tempore siquidem, *inquit num. 8 & 9, lib.**, Dagoberti, filii Childeberti

B regis Francorum, jam abundante iniquitate, & refrigescente charitate multorum, gens Saracenorum ex Africa transiens per angustias freti Athlantici, quod, Septe vocitatum, Africam secernit ab Europa, totam pervadit Hiberiam. Post annos verò decem, anno scilicet à Verbo humanato DCCXXXIII, cum uxoribus & filiis rebusque familiaribus transcenso Pyreneo, Citeriorem Hispaniam & Aquitaniam ùt habitaturi perpetuò ingrediuntur: urbes, oppida, castella, villas quaquaversùm depopulantur: ecclesias ubique & sacra loca incendunt vel diruunt, inter quæ etiam beatissimi Prudentii ecclesiam edax consumpsit incendium, nec tamen sacrum contingitur lipsanum.

17 *Vera quidem hic Teobaudus refert, sed, confuso rerum tunc gestarum ordine, malè combinata: dum enim Saracenorum in Hispaniam ingressum anno decimo ante annum Christi 733, Dagoberto, Childeberti Francorum regis filio, in Francia regnante, affigit, anno 723 aut sequenti Saracenorum indicat in Hispaniam adventum contigisse. Atqui secundùm Chronicon Moissiacense, quod ab initio regni Francorum usque ad annum 752* **Narbonensis provincia**

C *extenditur, Gothorum in Hispania regnum, devicto Roderico rege, ad Saracenos anno circiter 715 devolutum est, postquam biennio antè pedem in Hispania Saraceni fixerant; quod quidam ab anno 711 factum volunt: neque Dagobertus anno 723 Francis imperabat, quem idem Chronicon, consentientibus Annalibus Francicis Nazarianis, ab anno 707 usque ad 790 productis, obiisse ait sub annum 715. Non multùm à citatis Annalibus Rodericus Toletanus discrepat, qui Saracenos Hispaniam invasisse scribit lib. 3 de Rebus Hispaniæ cap. 19, currente æra 751, id est, anno 713, æra verò proximè subsequente, occiso Roderico, Gothorum in Hispania regnum evertisse. Nec rebus tunc gestis congruentiùs loquitur Teobaudus paulò infrà, cùm ait, post cæsa anno 733 à Carolo Martello trecenta septuaginta quinque Saracenorum millia, Abderaman, regem Cordubensem, Aquitaniam invasisse, Narbonem obsedisse, actum denuò Saracenos ab eodem Carolo fuisse ad internecionem usque deletos.*

18 *Carolus quidem Saracenos bis insigni cla-*

de prostravit; at primò quidem anno 732 aut sequenti in suburbio Pictavensi: Chronici Moissiacensis verba sunt: Anno DCCXXXII Abderaman rex Spaniæ, cum exercitu magno Sarracenorum per Pampelonam & montes Pireneos transiens, Burdigalem civitatem obsidet. Tunc Eudo princeps Aquitaniæ, collecto exercitu, obviàm eis exiit in prælium super Garonna fluvium. Sed, inito prælio, Sarraceni victores existunt: Eudo verò fugiens maximam partem exercitus sui perdidit: & ita demum Sarraceni Aquitaniam deprædare cœperunt. Eudo verò ad Karolum, Francorum principem, veniens, postulavit ei auxilium. Tunc Karolus, collecto magno exercitu, exiit eis obviàm, &, inito prælio in suburbio Pictavensi, debellati sunt Sarraceni à Francis: ibique rex Abderaman cecidit cum exercitu suo in prælio. *Dein iterum anno 737 Saracenos prælio fudit:* Posthæc præfatus princeps, *inquit idem Chronicum*, audiens, quòd Sarraceni provinciam Arelatensem vel cæteras civitates in circuitu depopularent, collecto magno exercitu Francorum vel Burgundionum vel ceterarum in circuitu nationum, quæ dominationis illius erant, Avinionem civitatem bellando inrupit, Sarracenos, quos ibi invenit, interemit, &, transito Rodano, ad obsidendum civitatem Narbonam properat. Quam dum obsideret, Ocupa, rex Sarracenorum, ex Spania Amoribi-

E nailet cum exercitu magno Sarracenorum ad præsidium Narbona* transmittit. Tunc Carolus partem exercitus sui ad obsidendam civitatem reliquit, reliquam verò partem sumpta, Sarracenis obviàm exivit in prælio super Berre * fluvio. Et dum præliare cœpissent, debellati sunt Sarraceni à Francis cæde magna; maximaque pars ipsorum cecidit in gladio. *Primo itaque ex binis memoratis præliis, contrà ac Teobaudus scribit, Abderaman cecidit; atque adeò secundum inire non potuit; quod initum est sub Ocupâ: Narbonem verò tenebant Saraceni; obsidebat autem Carolus, cùm initum secundum fuit, qua in re Moissiacensi Chronico, cujus potior fides, iterum Teobaudus adversatur, quem vide num. 18.*

19 *Sed licèt nævis suis, ut vidimus, non careat Teobaudi de Saracenorum in Aquitaniam irruptionibus narratio, verisimilitudine tamen non caret, quod de combusta per illos* S. Prudentii *ecclesia, si tum superstes fuerit, perhibet: id enim illis non insolitatum fuisse, aliunde liquet: basilicam S. Hilarii Pictavis, seu in suburbio Pictavensi, igne concremâsse, & S. Martini eadem* F *incendio quoque destinâsse leguntur in Chronico Fredegarii continuato part. 2, & apud Burdegalim* ecclesias Dei concremâsse: *Ado quoque de Saracenis illorum temporum hæc habet in Chronico:* Sarraceni penè totam Aquitaniam vastantes, & latè alias provincias igne ferroque superantes, Burgundiam dirissima infestatione deprædantur. Penè omnia flammis exurentes, monasteria quoque ac loca sacra fœdantes &c; *quæ & alibi non rarò leguntur. Dixi,* Si tum superstes fuerit S. Prudentii ecclesia; *fieri enim facilè potuerit, ùt inter tot rerum vicissitudines, quæ Narbonensium à Saracenis cladem præcesserunt, jam priùs olim destructa fuerit; neque Teobaudus ullum hîc dicti sui testem laudat: ipse verò, cùm ante seculum XII non scripserit, non id habet auctoritatis & ponderis, ut rem certam suo testimonio faciat. Sunt & nonnulla alia hoc loci apud Teobaudum, quæ castigatione indigeant; sed de his in Annotatis. Habemus jam igitur ex Teobaudi*

AUCTORE J. B. *à variis gentibus*

* *i. e.* Narbonem

* *al.* Birrâ

illatas cladeſ

AUCTORE J. B.

dictis deſtructam quidem S. Prudentii *apud Narbonem eccleſiam, ſic tamen, ut ſanctus Martyr parem tumulo exuviiſque ſuis cladem inferri paſſus non fuerit hactenus. Quid porrò his acciderit, ex Teobaudo audiamus.*

adhuc ſuperſtites

20 *Erepto è vivis anno Chriſti* 840 *Ludovico Pio, Francorum rege, Caroli Magni filio, atque inter ſe decertantibus Lothario, Ludovico, & Carolo Calvo, Pii filiis, Normanni, Dani, Britones infeſtis armis Gallias identidem incurſârunt & modò has, modò illas civitates igne ferroque vaſtârunt. Ermentarius abbas, qui tum vivebat, in Præfatione ad librum* 2 *de Tranſlationibus & Miraculis S. Filiberti apud nos tom.* IV *Auguſti pag.* 92 *in hanc rem ita ſcribit:* Deinde (*mortuo Ludovico Pio*) inſurgunt fratres juniores, Ludovicus & Carolus, in Lotharium ſeniorem fratrem. Conglobantur horribilia bella veluti inteſtina: cedit victoria lugubris atque miſerabilis junioribus fratribus: illorum diſcordia addit vires extraneis. Relinquitur fas, pergitur per nefas; deferitur cuſtodia littorum maris Oceani: ceſſant bella extrinſecùs, graſſantur intrinſecùs; augetur numerus navium,
B creſcit innumerabilis numerus Nortmannorum: fiunt paſſim Chriſtianorum ſtrages, deprædationes, vaſtationes, incenſiones, ſicuti, quamdiu ſeculum ſtabit, manifeſtis patebit indiciis. Capiuntur, quaſcúmque adeunt, civitates, nemine reſiſtente: capitur Burdegalenſium, Petrocorium, Santonum, Lemovicenſium, Egoliſma, atque Toloſa civitas: Andecavenſium, Turonenſium perinde, & Aurelianenſium civitates peſſumdantur. *Eaſdem ferè civitates Teobaudus recenſet, ſed Narbonem, quem his adjicit, inter captas à Normannis, Danis, & Britonibus civitates apud auctores ipſo antiquiores numeratum nuſpiam inveni; ut fortè illum ex conjectura Teobaudus propterea addiderit aliis Aquitaniæ civitatibus, quòd ad argumentum, quod tractabat, propiùs pertineret; eóque mirabilius appareret,* S. Prudentii *tumulum, graſſantibus novis hiſce per Galliam, ipſamque Aquitaniam barbaris, illæſum ſalvumque manſiſſe uſque ad ſeculum* IX, *quo tandem ſeneſcente,* S. Prudentii *reliquiæ Beſuam fuêre allatæ; quod & à quo & quî factum fuerit, jam expono.*

C *Geilo Lingonenſis epiſcopus,*

21 *Ac primò quidem Teobaudi ætate pleriſque perſuaſum fuit, ipſoſmet Aquitanos Saracenorum in Gallias irrumpentium metu, atque adeò jam inde ab initio ſeculi octavi, Divionem, locum olim probè munitum & adverſus barbarorum incurſiones tutum,* S. Prudentii *corpus detuliſſe: ſed hos Teobaudus, ut diximus num.* 5, *inviclè refutat ex Agrimi, Lingonenſis epiſcopi, Charta anni* 889 *aut ſeq., ubi id Geiloni, deceſſori ſuo, diſertè adſcribit. Quis autem Geilo fuerit, Hugo Flaviniacenſis, ſeculi* XI *ſcriptor, in Chronico Virdunenſi apud Labbeum tom.* I *Bibliothecæ Mss. pag.* 122 *ita expoſuit:* Geylo ſuccedit (*Eygilo, Flaviniacenſi in Burgundia abbati*) in anno XXVI (*Caroli Calvi*) ab Incarnatione Domini DCCCLXVI in epiſcopatum Lingonenſem promotus, & ei Sigardus anno XXX Caroli ſuccedit. *Hunc igitur ſi audiamus, Geilo ex abbate Flaviniacenſi factus fuerit epiſcopus Lingonenſis anno* 870: *ſed fallitur Hugo. Nam apud Chiffletium in Hiſtoriæ Trenorcienſis Monumentis pag.* 235 *Charta occurrit, data, Iſaaco, adhuc Lingonenſi epiſcopo, anno ſecundo Ludovici Balbi, Chriſti* 878, *& in Charta Boſonis anni ejus* 1, *Chriſti* 879, *apud Petrum Juenin in Monumentis Hiſtoriæ Trenorcienſis pag.* 103 *Geilo Trenorcienſis abbas adhuc nuncupatur, ut ſub annum dumtaxat* 880 *illum ſedem Lingonenſem adiiſſe neceſſe ſit. Præterea Falco Trenorcienſis monachus, ſeculi* XI *pariter ſcriptor, apud Juenin citatum pag.* 18 *& ſeq. ſub Bernone, S. Philiberti abbate, vitam monaſticam inchoâſſe ſcribit, ac poſt annos aliquot abbatem renunciatum, deſtructa inſuia Hero, abbatiolam S. Fortiani, ac dein obtinuiſſe Trenorcium.* D

ex Hiſpania in Galliam redux.

22 *Geilo epiſcopatus ſui principio parùm gratus fortè Lingonenſibus fuit: turbas enim illi tempore Stephani V (nonnullis VI) quaſi invito clero populoque ordinatus fuiſſet, ſuſcitatas eſſe, ex Flodoardi Hiſtoriæ Remenſis lib.* 4, *cap.* 1 (*ubi* Egilo *nominatur*) *intelligimus. Atque ea fortaſſis de cauſa, ut aiunt Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores tom.* 4, *col.* 537, *Compoſtellam S. Jacobi reliquias veneraturus abſceſſit: at verò, ſive id dicta de cauſa, ſeu pietatis ergô præſtiterit, id equidem liquet, Geilonem, ex Hiſpania redeuntem,* S. Prudentii *reliquias alicubi in Aquitania repertas in Burgundiam attuliſſe, uti Agrimi, qui Geilonem in ſede Lingonenſi non diu pòſt excepit, verba, num.* 5 *tranſcripta, legenti non dubium fore exiſtimo. Modum, quo id factum eſt, pluribus narrat Teobaudus à num.* 12, *quæ ego compendio referam. Cùm ex Hiſpania in Aquitaniam Geilo veniſſet, ex itinere feſſus in villula quadam juxta viam publicam ſubſtitit, ibique apud eccleſiæ cujuſdam ſemirutæ* (*erat ea* S. Prudentii) *matricularium ſibi delegit hoſpitium. A cœna perunctatur hoſpitem, ecquis eſſet illius eccleſiæ patronus, quo is mortis genere obiiſſet.* S. Prudentius, *inquit ille, profeſſione martyr, cujus illic eſſent reliquiæ, ſed ob præteritorum temporum iniquitatem omni cultu ferè ſacro tunc deſtitutæ. Ingemuit ad hæc præſul, adhibitoque in conſilium capellano ſuo,* S. Prudentii *reliquias, noctu furtivè è tumulo, in quo jacebant, extractas, poſtridie clam hoſpite avexit in Burgundiam, majori illic in honore habendas. Ita quidem, ut dixi, Teobaudus: at iſthoc modo id contigiſſe, ſolo Teobaudi teſtimonio non certò propterea credo, quòd, licèt, Sanctorum reliquias furto non rarò fuiſſe ablatas, non ignorem, probè tamen etiam teneam, hujuſmodi furtum ſacrarum reliquiarum ſtudioſis falsò quandóque fuiſſe affictum ab iis, quos monaſteriorum ſuorum origines, reliquiarum acquiſitiones, aliaque hujuſmodi more poetarum* (*qualis videri Teobaudus cupit*) *fabulis ornare delectat. Quòd ſi eo, quo Teobaudus refert, modo* S. Prudentii *reliquias nactus ſit Geilo, tantùm abeſt, ut, quod Teobaudus facit, illius factum laudem, ut planè improbem.* E F

anno 883 *die* VII *Octobris Beſuam defert,*

23 *Satis igitur liquet, Geilonem, anno circitèr* 880 *ad Lingonenſem cathedram evectum,* S. Prudentii *reliquias in Burgundiam attuliſſe: verùm, quo id anno contigerit, non ita convenit inter auctores. Vignerius in Chronico Lingonenſi id illum epiſcopatus ſui principio feciſſe affirmat:* Una ejus inſignis, *inquit,* ac penè prima poſt initam poſſeſſionem actio fuit Compoſtellana peregrinatio, ex qua brachium S. Jacobi Apoſtoli, & corpus B. Prudentis, Narbonenſis olim archidiaconi ac martyris, aliaque ſacra lipſana ſecum detulit: *Caſtellanus, cujus verba num.* 3 *tranſcripſi, anno* 885: *Tillemontius tom.* XI *Monumentorum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ pag.* 546 *ſub annum* 887: *Gaultherotus de Civitate Lingonenſi Chriſtiana cap.* 4, *pag.* 215, *anno* 883. *Miror hic auctorum diſcrepantiam, cum Teobaudus ipſe, quem*

A *quem nec Caſtellanus, nec Tillemontius conſuluiſſe videntur, diſertè affirmet, Geilonem* S. Prudentii *corpus Beſuenſibus conceſſiſſe* anno ab æterno Verbo humanato octingenteſimo octogeſimo tertio. *Nec eſt, cur ea in re Teobaudo quis diffidat, cui Geilo ipſe in Charta, num. ſequenti recitanda, conſentiat. Rurſum Caſtellanus* S. Prudentii *reliquias Beſuam à Geilone allatas ſcribit die* IV *Septembris; Gaultherotus autem die* XX *Octobris; neuter, ut apparet, verè: nam Teobaudus* Nonas Octobris *ſeu die* VII *ejuſdem menſis ſancti Martyris corpus ſcribit Beſuæ fuiſſe depoſitum.*

locique monachis prædia quædam tribuit,

24 *Beſuenſes porrò monachi, ex quo* S. Prudentii *corpus poſſederunt, hunc ſibi patronum conſtituerunt, diemque, quo illius exuviis primùm potiti ſunt, quotannis feſtum agi voluerunt:* Depoſito ergò, *inquit Teobaudus*, Beſuæ glorioſiſſimi Martyris corpore Nonas Octobris, eodem die annuatim decernitur lætitia pro tanti exceptione patroni. *Geilo verò, ut ſuum erga* S. Prudentium *amorem venerationemque teſtatam faceret, Beſuenſibus monachis certos reditus conſtituit, alendis luminaribus deſtinatos, edito ea de re inſtrumento, quod ex Chronico Beſuenſi huc,* B *ut promiſi, tranſcribo.* Omnibus dignitatibus, ſublimibus ac mediocribus utriuſque ſexus & ordinis notum eſſe volumus, qualiter ego Geilo, Lingonenſis eccleſiæ humilis epiſcopus, Dei omnipotentis inſpiratione commotus, beatiſſimum Prudentium, martyrem Chriſti, Beſuenſi monaſterio, in honore ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli conſtructo, digno honore collocaverim. Qui beatus Martyr ante introitum atrii, & in ingreſſu templi, ac deinceps miraculis, ut omnibus Chriſti circumquaque fidelibus patefactum eſt, claruit. Nutu ergò divinæ Majeſtatis pulſatus, contuli illi aliquid ad luminaria præbenda ex redditibus S. Mammetis in Luco Superiori, capellam videlicet S. Marcellini, cum appenditiis ſuis & mancipiis utriuſque ſexus, quæ ab epiſcopo Virdunenſi ante paucos dies digna commutatione evindicavi.

edito inſtrumento,

25 Pontiliacum etiam cum adjacentiis ſuis & eccleſiam, in honore S. Hyppoliti in eodem loco conſecratam, eidem ſanctiſſimo martyri Prudentio contuli. Eccleſiam quoque de Chaſuit ad integrum cum omnibus appenditiis ſuis eidem Sancto delegavi; ita ut ab hac die has donationes habeat, teneat atque poſſideat in perpetuum, nullo contradicente. Hoc ſolum à ſucceſſoribus meis in Deum, & propter Deum obnixis precibus exorando depoſco, ut, ſi adjicere aliquid placuerit, faciant. Et ſi non, hæc parva à nobis tradita non demant, nec ſubtrahant. Quòd & ſi qui, tentati à diabolo, invadere hæc dona conati fuerint, nec permittatur eis locus in eccleſia cum cæteris Chriſtianis. Et, niſi citò reſipiſcant, maledictionibus cum Dathan & Abiron, & cum Juda, traditore Domini, pœnis gehennalibus ſubjiciantur. Inſuper & auri libras quinque in ultione rectoribus eccleſiæ Beſuenſis perſolvant. Ego Geilo humilis epiſcopus hanc traditionem in ſynodali conventu peregi, & confirmari rogavi. Anno ab Incarnatione Domini DCCCLXXXIII. Indictione I. Epactâ IX. Regnante Carolo Magno. Signum domini Geilonis epiſcopi, harum rerum donatoris. S. Heliæ. S. Oberti. S. Galcaudi. S. Helgaudi. S. Arnaldi. S. Guntardi. S. Odonis, & reliquorum omnium, qui illi ſynodo affuerunt, die Dominico menſis Octobris VIII. Idus ejuſdem menſis.

AUCTORE J. B.

aliqua tamen ex parte nunc depravato;

26 *Rectè ſe habent in Charta Indictio* I, *Epacta* IX, *veteri ſcilicet computandi more numerata, & annus Incarnationis* 883, *quo cyclus Lunæ fuit* X. *Pro* Regnante Carolo Magno *legendum eſſe* Regnante Carolomanno, *res ipſa clamat; ſatiſque perſpicuum eſt, hoc mendum non Geiloni, ſed eorum potiùs, qui Chartam deſcripſerunt aut interpolaverunt, imperitiæ vel oſcitantiæ tribuendum. Alter quoque error his in verbis latet:* Die Dominico menſis Octobris VIII Idus ejuſdem menſis; *quæ poſtmodùm Chartæ adjecta videntur: nam anno* 883, *quo littera Dominicalis fuit* F, VIII *Idus Octobris, ſeu dies* VIII *Octobris in diem Martis incidebat. Incidit autem in diem Dominicum annis* 881 *&* 887, *quibus littera Dominicalis fuit* A. *At anno* 881 *ex Teobaudo nondum in Burgundiam erant allatæ* S. Prudentii *reliquiæ, nedum in Beſuenſi monaſterio depoſitæ: anno verò* 887 *Carolomannus in vivis ſuperſtes non fuit, anno* 884 *menſe Decembri, die* VI *defunctus, ut Labbeus ſcribit in Concordia chronologica.*

quæ à Geilonis obitu Beſuenſibus

27 *Quæ pro ſua erga* S. Prudentium *veneratione Geilo Beſuenſibus dederat, eo mortuo, Vualtarius quidam invaſit; ſed ab Agrimo, proximo à Teutbaudo Geilonis ſucceſſore, legitimis ſuis poſſeſſoribus fuêre vindicata anno* 889. *Exſtat ea de re in Chronico Beſuenſi Agrimi Charta, quam, quòd reliquiarum* S. Prudentii *ex Aquitania in Burgundiam factam per Geilonem tranſlationem probat, & non dubiam Geilonis in Beſuenſes, quam jam diximus, liberalitatem confirmat, integram pariter huc tranſfero: ſic habet:* Agrinus, divina diſpenſante clementia, humilis epiſcopus. Omnibus Eccleſiæ Dei fidelibus utriuſque ſexus & ordinis, uſquam locorum degentibus. Ad multorum conſtat pervenſſe notitiam, qualiter Geylo piæ recordationis epiſcopus, prædeceſſor meus, ſanctum Prudentium de Aquitania transferens, in noſtrum epiſcopium Lingonenſe detulit, & in Beſua monaſterio ad laudem & gloriam nominis Dei ſolemniter collocavit. Ubi ob amorem Dei & reverentiam ejuſdem S. Prudentii quaſdam res eccleſiæ ſuæ, videlicet Pontiliacum cum adjacentiis ſuis, & eccleſiam, in honore S. Hyppoliti conſecratam, eidem monaſterio contulit, quatinus monachis & Dei ſervis, ibidem Domino famulantibus, futuris temporibus proficiant in augmentum. Quo quidem de hac vita ſublato, F ſicut reliquæ res eccleſiæ noſtræ irrationabiliter ad votum diripientium diſtractæ ſunt: ita quoque & Pontiliacus à loco, ubi fuerat à præfato præſule collatus, eſt à Vualtario, ſicut certiſſimum eſt, ſacrilegè invaſus & indebitè alienatus.

ab Agrimo, Lingonenſi epiſcopo, vindicanda fuerunt.

28 Unde Gualcaudus, abbas præfati monaſterii Beſuæ, cum confratribus ſuis monachis noſtram humilitatem adiens, præjudicium, loco injuſtè illatum, lacrymoſis queſtibus innotuit, &, ut noſtrâ munificentiâ ſublata indebitè redderentur, pro amore Dei & reverentia Petri & Pauli Apoſtolorum principum ſanctique Prudentii humiliter deprecatus eſt. Nos igitur, deprecationem illius paternè ſuſcipientes, eamque cum fidelibus eccleſiæ noſtræ clericis ac laïcis pertractantes, & juſtam rationabilemque & rectam proſpicientes, conſilio & conſenſu totius eccleſiæ noſtræ, ſicut præfatæ res ab anteceſſore noſtro ſæpe dicto loco conceſſæ ſunt, & nos quoque præſentialiter concedimus, & hac noſtra authoritate, regnante Domino noſtro, in perpetuum conſecramus. Ut

AUCTORE J. B. autem præſens noſtra reſtitutio futuris temporibus vigorem inviolabilem obtineat, & de cætero indebitam injuſtamque neſciat pati jacturam, manu propria roboravimus, fideliumque noſtrorum ſubſcriptionibus confirmare juſſimus, ſucceſſoribus noſtris per ſanctam & inextricabilem Trinitatem humiliter obnixeque ſuggerentes, ut, quæ à nobis piè ſtatuta ſunt, ab illis inviolabiliter conſerventur. Agrinus, ſanctæ Lingonenſis eccleſiæ humilis epiſcopus, in Chriſti nomine roboravi & ſignavi. Otbertus, Præpoſitus & archidiaconus, ſignavi. Bernardus arch. ſig. Madalgaudus diaco. ſig. Iſaac archid. ſig. Emmarricus archid. ſig. Euuardus diaconus ſig. Helgaudus presbyter ſig. Arnaldus arch. ſig. Fulculfus diac. ſig. Albericus diac. ſig. Acleuertus ſubd. ſig. Vulleus ſubdiac ſig. Siquinus ſubdiac. ſig. Joſſelmus acolithus ſig. Giſlerius acolit. ſig. Ego Brantio, indignus presbyter, hanc reſtitutionem ſcripſi & dictavi II Id. Apr. Indict. VIII*. anno II. regnante Odone rege; *à morte Caroli Craſſi, vel ipſius exauctoratione, anno* 887 *menſe Novembri, ut volunt, facta: obiit autem menſe Januario anni ſequentis.*

* *lege* VII

B *Coli S. Prudentius in Burgundia cæpit, ex quo Beſuam ejus reliquiæ delatæ fuerunt.*

29 *Quo loco* S. Prudentii *cultus facer ſeculo* IX *apud Burgundiones fuerit, colligi ex dictis poteſt; quem veroſimiliter non parùm auxêre miracula admodùm frequentia, quæ ad illius invocationem mox à tranſlato ipſius Beſuam corpore & deinceps, ut ex Charta Geilonis ſuprà recitata liquet, contigerunt, quæque Teobaudus tribus complexus eſt libris. Verùm de his & ſacri corporis tranſlationibus agam § ſeq.: quò priuſquam accedam, id præterea indictum non præteribo, Caſtellanum, verbis num.* 3 *tranſcriptis, indicare,* S. Prudentium *in diœceſi Pictavenſi cultum etiam ſacrum obtinuiſſe. Quo tempore is cœperit, quo loco viguerit vigeatve, quibus denique in rebus is ſitus ſit, nec Caſtellanus ſingillatim edixit, nec ego uſpiam reperi. An Geilo fortè* S. Prudentii *reliquiarum alicui Pictavenſi eccleſiæ partem conceſſit, ſicut à Vignierio dicitur cathedrali ſuæ eccleſiæ earum portionem impertiiſſe? Aut an eò tranſlatæ poſtmodùm, ut in vicum Villam Novam, de quo num.* 59, *aliquando fuêre delatæ? Geilonem cellam quamdam,* S. Prudentii *dictam & in Pictavenſi ſolo ſitam, acquiſiviſſe novi; at nondum ſedem tunc Lingonenſem adierat, ut liquet ex dictis de anno ſuſcepti à Geilone epiſcopatus, & ex Joannis VIII Papæ diplomate anno* 878 *dati, monumentiſque recentioris Hiſtoriæ abbatiæ S. Filiberti pag.* 99 *inſerti; neque tum temporis* S. Prudentius, *de quo agimus, apud Pictavos aut Burgundiones notus cultuſve fuiſſe videtur; ut adeò alterius hîc, homonymi tamen, mentionem fieri putem. Sed hæc monuiſſe ſufficiat.*

C

§ III. S. Prudentii miracula, Beſuæ patrata: tranſlatio corporis Divionem, & ejuſdem ad Beſuenſe monaſterium reductio.

S. Prudentius varia miracula,

EX *quo Beſuam* S. Prudentii *corpus allatum fuit, crebris ille fulgere miraculis continuò cœpit, quæ tribus Teobaudus, ut dixi, complexus eſt libris, quorum binos poſteriores ipſe concinnavit; primum verò (aliàs ſecundum) anonymus, Beſuenſis item monachus, Teobaudo antiquior, cujus lucubrationem Teobaudus ferè tranſcripſit, & concinnatis à ſe duobus poſterioribus præfixit. Docet id Teobaudus ad calcem libri primi, à ſe compoſiti, hæc de libri ſecundi auctore inquiens:* Quantis autem quibuſve ibidem, in baſilica videlicet beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, virtutum coruſcaverit radiis, à neſcio quo noſtratum ſatis plano expeditum ſermone, celebri effertur memoria, quæ etiam virtutum inſignia in hoc Opere noſtro dignum duximus inferere &c. *Et iterum principio lib.* 2 *ita loquitur:* In ſecundo nunc, quibus quantiſque ſeſe apud Beſuam declaraverit virtutibus, ut olim ſcriptæ ſunt, aſſignare rationis ordo poſtulare videtur, fides autem rerum ipſarum ad primum referatur authorem. *Neque verò hic auctor quoad ea, quæ de* S. Prudentii *miraculis prodit, exiguæ eſt auctoritatis, ſive res ab illo ſcriptas, ſive modum, ſive, quâ ſcripſit, ætatem conſideres. Etenim miracula quidem paucorum annorum ſpatio patrata ſatis multa, ſed in quibus nihil, quod aut incredibile, aut valde inuſitatum, aut ad augendum miraculorum ſplendorem excogitatum videri debeat, auctor ille congeſſit. Scripſiſſe verò videtur ſub annum* 921: *exorſus enim à miraculis, quæ anno* 883 *contigerunt, cùm ad annum* 921 *pervenit, finem ſcribendi fecit, ut nihil ſcripſerit, cui non videatur fuiſſe æqualis vel ſuppar. His adde, quæ de antiquo admodùm lucubrationis ejus apographo dicta ſunt num.* 9.

D

E

quæ, quoad fieri poteſt, ſuis annis illigantur, Beſuæ patrat,

31 *Porrò miracula, quæ refert, commentatione non indigent: ſatis igitur habuero, pleraque ad annorum ordinem, quo contigerunt, revocâſſe: ac primò quidem anno* 883 *à menſe Octobri uſque ad* XI *Novembris ejuſdem anni contigiſſe videntur ea, quæ à num.* 20 *uſque ad num.* 23 *enarrantur: quod enim num.* 20 *de Joanne opilione legitur, in ipſa* S. Prudentii *corporis tranſlatione contigit; quod verò num.* 23 *de Flaverta legitur, media nocte Vigiliæ S. Martini contigiſſe, ait anonymus. Quæ verò deinde ſequuntur, vel anno* 883 *Novembri & Decembri menſibus, vel ante Paſcha anni* 884, *hodierno annum computandi more, contigerunt: poſtremo autem contigit primò miraculum in puero Berienſis villæ, de quo num.* 25, *utpote factum* in die Paraſceves. *Secundò, quod in Emeſegando, utpote factum in Paſchate, in diem* XIX *Aprilis tunc incidente; tertiò, quod in Adiſindi infantula, quod ſub idem Paſchà accidit; quartò, quod in Ermenaldo,* factum die Aſcenſionis Domini *ſeu* XXVIII *Maii; quintò, quod in puella Gliſmode, factum* VI *Junii; ſextò, quod in puerulo Wlfranno, factum* Pridie ante Vigiliam S. Joannis Baptiſtæ, *cujus Nativitati dies* XXIV *Junii ſacer eſt; ſeptimò, quod in Heldeverta, factum* Dominico die ante Decollationem S. Joannis Baptiſtæ, *qui eo anno fuit* XXIII *Auguſti; octavò denique, quod in viro* Agnalays *dicto (quod enim de Germinio ſubdit, extra ordinem refert) in Arleverto, Moringo, Agelia & Ariſma ad eumdem annum referenda videntur.*

F

32 *Sed ad annum* 885 *refer primò miraculum, quod in Gantſelino num.* 31 *patratum dicitur, qui cùm, anno* 883 *vel ſequenti ex ſuprà dictis, alio jam fuiſſet à* S. Prudentio *affectus beneficio, ac propterea ejus ſervitio ſe addixiſſet, aliquanto pòſt Beſuenſibus ſeſe ſubduxit, &* anno *abhinc* ſecundo *mutus effectus eſt, eodemque anno die* VIII *Auguſti loquendi facultatem recepit, quæ ad annum* 885 *facilè deducunt. Ad annum autem*

886

A 886 *refer, quod num.* 34 *de Wlfaida habetur: contigisse enim illud anonymus scribit eo anno, quo feria* IV *post Pentecosten concurrebat cum* decimo quinto Kalendas Junii *seu cum* XVIII *Maii: anno autem* 886 *Pascha incidit in diem* XXVII *Martii, Pentecoste in diem* XV *Maii, as proinde feria à Pentecoste* IV *in diem* XVIII *ejusdem mensis, nisi malis ad annum* 897, *quo in* XXVII *Martii Pascha quoque incidit, id revocare. Ad suum igitur quodque annum revocatum est, quantùm quidem per anonymum licuit,* S. Prudentii *miraculum ab anno* 883 *usque ad annum* 886, *spectata Teobaudi narratione, excepto uno alteroque, de quo id non ita tutò facere licuit. Alterum ex his habes num.* 32 *de Pallio altaris, à combustione servato, quod quidem miraculo anni* 885 *proximè subjungit; sed cùm passim temporis ordinem anonymus servet, & hoc mense Augusto, pallii verò ab igne servati festo SS. Petri & Pauli seu* XXIX *Junii accidisse scribat, suspicatus sum, an non fortè id loco non suo retulerit: & verò Ms. Divionense antiquum, id contigisse, ait,* anno DCCCXCVIII, Indictione I, III Kal. Junii. *Alterum verò occurrit num.* 36, *quod quidem miraculo anni* 886 *vel* 897, *in Wlfaida facto, subnectit, sed præmissis his verbis:* Præterito verò

B tempore, *quæ annum facti miraculi omninò dubium faciunt. Ceterùm ab anno* 898 *usque ad annum* 921 *vix ullum miraculum* S. Prudentii *recensetur, præter unum, quod anno* 921 *die* XXIII *Septembris, ad calcem libri* 2 *accidisse memoratur; & alterum, quo cœcum Divione* S. Prudentii *meritis visum divinitus accepisse, anonymus memorat, postquam ejus corpus in Divionensem S. Stephani ecclesiam translatum ac depositum fuerat; qua de translatione nunc agendum.*

donec ob continuas 33 *Gallias ea tempestate assiduis incursionibus Normanni fatigabant; quibus cùm solemne esset in obvia quæque seu sacra seu profana igne ferroque sævire, coacti sunt locorum, ad quæ barbaris facilior expeditiorque patebat aditus, indigenæ tum sibi, tum Sanctorum reliquiis, quas penes se habebant, alibi præsidium quærere: itaque illorum maximè oppidorum delectus habebatur, quò vel barbarorum arma non existimabantur perventura, vel quæ validioribus munimentis septa spem faciebant fore, ut, si fortè vis hostilis ingrueret, repelli facilè posset. Besuâ haud procul aberat Divio, munitissimum id temporis in Burgundia oppidum, cui cis Ararim, ut scribit Vignerius in Chronico Burgundiæ, Richardus præerat, qui à fortitudine bellica ingens sibi nomen comparârat. Hùc itaque sub annum* 888 *Besuenses monachi, dum pacatiora redirent tempora,* S. Prudentii *corpus intulerunt, ut quidem Teobaudus ait, qui, dum translatas eò sancti Martyris reliquias narrat, & anonymo sibi prælucenti plura addit de suo, varia narrationi suæ tunc temporis gesta inserit; sed ita ut ex his nonnulla nec veritati, nec antiquis illorum temporum scriptoribus consona videantur. Priusquam Teobaudi verba adducam, quædam huc facientia ex illis delibabo, ut liqueat, quæ verè & contrà quæ falsò scripserit.*

C

Normannorum sub finem seculi IX 34 *Id verò constat in primis, Normannos sub finem seculi* IX *non rarò armis tentâsse Lutetiam Parisiorum: sed & aliis non paucis Franciæ Galliæque urbibus infestos fuisse, ex antiquorum scriptorum testimoniis compertum habetur. Annales Fuldenses ab anno* 882 *ad* 887 *continuati tom.* 8 *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 46 *sic habent ad annum* 886: Mense Februario exercitus Orientalium Francorum missus est contra Nordmannos in Galliam juxta Parisios consistentes. *Addunt paulò infrà:* Interea Sigifrid cum magna multitudine Nordmannorum cæteris, qui ibi residebant, auxilium laturus venit, ac Christianis magnum intulit metum. Unde imperator perterritus, quibusdam per Burgundiam vagandi licentiam dedit, quibusdam plurimam promisit pecuniam, si à regno ejus statuto inter eos tempore discederent. *Iidem Annales ab anno* 883 *ad annum* 901 *continuati tom. mox citato pag.* 50: Post Pascha, habito generali Papiæ conventu, imperator per Burgundiam obviàm Nordmannos in Galliam, qui tunc Parisiis erant, usque pervenit. Occiso ibi Henrico Marchensi Francorum, qui id tempus Niustriam tenuit, rex, parùm prosperè actis rebus, revertitur in sua. *Annales Mettenses eodem tom. pag.* 66 *ad annum pariter* 886: Nortmanni à Lovon recedentes, Sequanam ingrediuntur, & Parisiis applicantes castra ponunt, & civitatem obsidione claudunt: contra quos imperator Heinricum ducem cum exercitu vernali tempore dirigit; sed minimè prævaluit.

per Galliæ provincias 35 *Quod verò de Burgundia, per Normannos tunc vastata, suprà ex Annalibus Fuldensibus relatum est, innuunt & Mettenses his verbis:* Post hæc imperator, Galliarum populos perlustrans, Parisiis cum immenso exercitu venit, ibique adversus hostes castra posuit: sed nihil dignum imperatoria majestate in eodem loco gessit. Ad extremum concessis terris, & regionibus, quæ ultra Sequanam erant, Nortmannis ad depræ-

E dandum, eò quòd incolæ earum sibi obtemperare nollent, recessit & recto itinere in Alamanniam perrexit. *Jam itaque Parisiensem civitatem anno* 886 *seu* 887 *obsessam, eodemque Burgundiam habemus à Normannis fuisse vastatam. Utrumque iteratò fecêre anno* 888, *si modò ad illum annum iidem Annales proximè citati rectè loquuntur:* Eodem anno Nortmanni, qui Parisiorum urbem obsidebant, miram & inauditam rem non solùm nostra, sed etiam superiore ætate fecerunt. Nam cùm civitatem inexpugnabilem esse persensissent, omni virtute omnique ingenio laborare cœperunt, quatinus, urbe post tergum relicta, classem cum omnibus copiis per Sequanam sursum possent evehere, & sic Hionnam fluvium ingredientes, Burgundiæ fines absque obstaculo penetrarent. Civibus autem omni instantia prohibentibus ascensum fluminis, naves per siccum plus quàm duorum passuum millibus trahunt; & taliter declinato omni periculo, iterum eas Sequanæ fluentis immergunt. Et post paululùm Sequanam relinquentes, Hionnam, ut dispposuerant, & sub omni celeritate navigantes, Senonis applicuerunt: ibique castris positis, per continuos sex menses eandem urbem obsidione claudunt, totamque penè Burgundiam rapinis, cædibus ac incendiis demoliuntur.

F

irruptiones, de quibus non animodùm accuratè 36 *Dixi suprà,* Si modò ad illum annum (888) iidem Annales rectè loquuntur: *quæ enim ibidem referuntur, anno* 886 *contigisse videntur, ut ex ipsis Annalibus Mettensibus colligi potest: nam ad annum* 889, *à Normannis* denuò *Parisiensem civitatem oppugnatam, aiunt: ad annum verò* 890, *non quartò, ut aliàs dicere debuissent, sed* tertiò *id contigisse tradunt.* Per idem tempus, *inquiunt,* Nortmanni, à Matrona fluvio exeuntes, Parisiis revertuntur: & quia omnimodis descensus fluminis per pontem prohibebatur, tertiò castra locant, & iteratò certamine prædi-

AUCTORE J. B.

ctam urbem impugnant. "*Eadem tamen verbis iisdem, ad eumdemque annum Regino habet, qui tum temporis vivebat. Paulò aliter Annales Vedastini: secundùm hos prima Parisiensis obsidio cœpit anno* 885 *& ad sequentem protracta est, quo & Senonensem civitatem, relictâ Lutetiâ, obsedisse Normannos aiunt. Anno* 887 *Parisios regressi tributum exegêre & Burgundiæ partem populati sunt. Anno* 888 *Meldas ceperunt, sequenti verò rursus Parisios regressi sunt, &* more suo *Burgundiam igne ferroque vastârunt. Vedastinis Annalibus consonat Chronicon de Gestis Normannorum eodem tomo Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 95 *& duabus seqq. Mabillonius in Annalibus Benedictinis primam Parisiensem obsidionem ad annum* 886 *refert, secundam ad annum* 889, *tertiam ad annum* 890. *Pagius in Criticis primam pariter ad annum* 886, *num.* 8. *Regressos verò Normannos anno* 887 *scribit num.* 1 *ad eumdem annum, & rursum ad annum* 888, *num.* 8. *Sed secundò obsessam ad annum* 889, *num.* 3. *Denique tertiò obsessam ad* 890, *num. item* 3.

B *Teobaudus loquitur,*

37 *Utut. hæc sese habeant, Teobaudi verba, quibus eadem narrat, nonnulla continent, quæ cum recitatis modò auctoribus sive antiquioribus, sive recentioribus, non facilè componas.* Anno verò, *inquit*, ab Incarnatione Domini octingentesimo octogesimo septimo, ultimo Karolo puero, filio Ludovici imperatoris, regnante in Francia. Odone autem, filio Roberti Andegavorum comitis, tutore regni, Normannorum gens effera, immensis exercituum collectis copiis, Franciam ingrediuntur. Jam enim priùs Parisiacam urbem post septem annorum obsidionem captam & vastatam, Rothomagum, Ebroas, Bajocas & cæteras Neustriæ civitates atrociter depopulati fuerant. Tunc verò Belvacum, Carnotum, Meldis, Milidunum solo tenùs evertentes, totas longè latéque, nullo penitus obsistente, pervagantur Gallias, rapinis, incendiis, ferroque cuncta pessumdantes. *Carolum Crassum diem suum obiisse anno* 888 *mense Januario, habent Annalium Fuldensium continuatio altera, & Annales Mettenses, eodemque in ejus locum Odonem elegerunt Franci secundùm Annales Vedastinos, Chronicon de Gestis Normannorum, & Reginonem. Fueritne Odo regni Francici tantummodò tutor, an verè rex, non inquiro. Certè non ante*

C *annum* 888 *sive in regem, sive in regni Francici tutorem electus fuit; quòd si post mensem Aprilem contigerit, ut inquit Labbe in Concordia Chronologica, in cujus diem septimum eo anno Pascha incidit, certè Teobaudus auctoribus mox citatis hoc loco adversatur. Adhæc Parisiensem civitatem plus vice simplici vel obsidione cinctam vel certè excursionibus Normannorum fuisse tentatam, qui relata modò scriptorum monumenta legerit, non revocabit in dubium: at ab anno* 885 *usque ad annum* 887 *aut sequentem ne sufficiens quidem spatium reperiet, ut septem annorum obsidione premi potuerit. Multò utinùs eo temporis spatio captam fuisse à Normannis, putabit, cùm ejus obsidiones vel pretio redemptas, vel frustra fuisse tentatas, ibidem leget.*

sub annum 888, *ut quidem Teobaudus*

38 *Idem tamen ex parte habet & Hugo Flaviniacensis, cujus Chronicum in annum* 1102 *desinit, sic inquiens:* Carolus ergò adeptus imperium, postquam Normannos, qui Parisius septem annorum obsidione attriverant, sibi subdidit, (*imò cum illis pacem & quidem indecoram pepigit*) obiit anno Incarnationis Domini DCCC-LXXXVIII, Indictione IV, pridie Nonas Octobris, anno imperii sui IV; *verùs anno imperii sui octavo, pridie Idus Januarii. Eodem seculo, quo Hugo Flaviniacensis fuit, scripsit Teobaudus: Sed quorsum ista Teobaudus?* Quia, *inquit*, tunc sanctissimi corpus Prudentii Divioni propter metum eorum (*Normannorum*) translatum longis temporum illic permansit anfractibus. *Annus translationis apud Labbeum expressus est* 887; *sed malim annum* 888; *primò quia Teobaudus num.* 40, S. Prudentii *corpus anno* 921 *nono Kalendas Octobris Besuam relatum, scribit, postquam annis* 33 *Divione permanserat; à nono autem Kalendas Octobris anni* 888 *usque ad eumdem Octobris diem anni* 921 *anni excurrunt integri* 33. *Secundò, quia translationem illam contigisse ait, cùm jam Odo Francorum rex, vel Francici regni saltem tutor constitutus erat, quod ante annum* 888 *non accidit.*

D

39 *Eumdem quoque annum* (888) *signat auctor Chronici Besuensis tom.* 1 *Spicilegii Acheriani pag.* 526 *& duabus seqq., cujus verba, quòd varias Besuensis monasterii clades atque ipsam etiam corporis* S. Prudentii *aliorumque Sanctorum translationem, & subinde quidem distinctius, memorant, huc transcribere est visum:* Circa idem ferè tempus (*meminerat antè anni* 891 *& obitûs Geilanis episcopi*) secundùm quod scriptum est, risui nostro dolor admixtus est, & extrema gaudii nostri luctus occupavit. Nam venientibus per Franciam in Burgundia Nortmannis, monasterium istud Besuense penitus contigit desolatum iri. Et cùm septies, inveniamus, locum istum à perfidis Christianis seu à paganis violatum atque destructum, hæc ultima destructio non immeritò à nobis emphaticè dicitur "Desolatio desolationum.„ Dicamus igitur, sicut in antiquis membranulis nostris vix recolligere potuimus, quomodò & à quibus sexies devastatum sit, ut tandem ad hanc ultimam & atrocissimam desolationem paulò latiùs differendam accedamus. Prima vice à Christianis per intestina bella, qui hunc locum invadentes abstulerunt inde cum aliis rebus etiam omnes cartarum authoritates: unde jam in præcedentibus aliquantulùm mentionem fecimus. Alia vice à Vandalis, perfidis paganis. Tertia vice à Sarracenis, quando Augustidunum civitatem destruxerunt, anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXI. Fertur etiam, una vice à monachis hunc relictum fuisse locum ob metum cujusdam morbi, qui hanc vastabat regionem. Quarta vice tempore Remigii, fratris Pipini regis, Magni Caroli patris, per quamdam fœminam, nomine Angla, cui prædictus Remigius hunc locum donaverat: unde & nos in superioribus mentionem fecimus. Cujus rei ordinem, qui planiùs nôsse desiderat, ad eam descriptionis narratiunculam recurrat. Sed & hoc sciendum, quòd ex hoc tempore usque ad dominum Albericum, qui hunc locum reparavit, ab ordine monastico penitus cessavit.

& Chronici Besuensis auctor

E

F

40 Jam verò dicendum est de illa ultima desolatione (*unam è sex prioribus omisit*) quæ non solùm huic loco obfuit, verùm etiam totam Franciam ipsis Nortmannis vastantibus, neque uspiam Francis tutam resistendi firmitatem reperientibus, multa Sanctorum corpora Divioni castro invecta sunt, eò quòd firmissimum & inexpugnabile videretur, quorum quædam postea sunt relata, quibusdam ibi remanentibus, alia sunt ad alia loca translata. Delatum est à Suessionicis corpus beati Medardi episcopi. Delatum est

volunt;

AUCTORE J. B.

A est à Taruanensibus corpus beatissimi Silvini eorum episcopi. Nostri quoque patroni, beatissimi Prudentii, corpus eódem delatum & in basilica beati Stephani collocatum, multis annis permansit. Tandem Deo nobis propitio, paceque reddita, beatissimi Prudentii corpus inde delatum, & beati Silvini corpus cum beata Anglia, ejus familiarissima, nobis à Deo donatum. Sicque factum est, ut, cùm hujus loci protectionem principaliter habeat cum Paulo princeps Apostolorum Petrus, unum ipsius exornet latus beatissimus martyr Prudentius, alterum cum venerabili Anglia beatus Silvinus episcopus. Aliquantisper protelavimus desolationis nostræ narrationem, nolentes silentio contegi, qualiter nobis, qui putabamur nostro Patrono desolati, postmodùm à Deo sint pro uno duo procurati. Nunc ad ea, quæ omisimus, redeamus.

sed verìs fortè ex anonymi antiquioris mente

41 Audientes hi, qui hìc erant monachi, Nortmannorum adventum, quidam timore pœnæ ac mortis se occultaverunt, quidam ad alia monasteria demigraverunt. Nec mirum, quoniam qui hìc remanserunt, gladio interfecti sunt, quorum

B nomina hæc sunt: Ayrmannus monachus, Genesus monachus, Beraldus monachus, Sifardus monachus, Rodeo monachus, Ansuinus presbyter, Adalricus puerulus. Hi omnes, pro Christo piè jugulati talionem Deo reddentes, sacrificium Deo effecti sunt anno ab Incarnatione Domini DCCCLXXXVIII. *Nolim quidem affirmare omnia, quæ hìc Chronici Besuensis auctor scribit, eodem anno* 888 *contigisse: rationes enim non desunt, ob quas S. Medardi Divionem translatio usque in annum* 901 *differatur, uti apud Papebrochium tom.* 2 *Junii part.* 1, *pag.* 97 *videre est. Et Bollandus tom.* III *Februarii pag.* 27 *translationem S. Silvini ad Divionense castrum anno* 881 *videtur affigere. At anno* 888, *quo monachos Besuenses, qui suo in monasterio remanserant, à Normannis occisos ait Chronici Besuensis auctor, ab iis, qui Normannorum metu fugâ sibi consuluerunt, fuisse ablatum ac Divionem deportatum, tum ex jam dictis, tum ex rerum temporumque adjunctis verosimile quidem apparet: sed Ms. Divionensi, atque adeò anonymo antiquiori, si quidem illud incorruptum sit, contrarium: quo teste, ad annum usque* 898 S. Prudentii *corpus (vide num.* 32) *Besuæ remansit, ut secundùm anonymum translatio illa anno* 898 *vel* 999 *contigisse videatur.*

C

anno 898 vel seq.

42 *Neque verò anonymi hæc assertio à rerum tunc gestarum temporumque adjunctis minorem, quàm Teobaudi verisimilitudinem trahit: nam etsi anno* 888 *devastatum à Normannis Besuense cœnobium fuerit, jam inde tamen ab anno proximè insequenti rursus inhabitatum fuisse à monachis, ex Agrimi Charta, num.* 27 *& seq. recitata, conficitur. Porrò ingentem Burgundis metum anno* 898, *vel certè* 899 *à Normannis fuisse incussum, necesse est, quo illos Richardus, Burgundiæ dux, prope Argentolium in pago Tornodorensi ingenti prælio adortus, fudit. Sic enim ad illum annum apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ librorum Mss. pag.* 285 *Chronicum Andegavense, ex codice cœnobii Vindocinensis excerptum:* Prælium factum est à Richardo duce contra paganos in pago Tornodorensi apud Argentolium cum victoria & cæde paganorum. *Vero autem sit admodùm simile, monachos tum Besuæ superstites, imminentibus Burgundiæ Normannis,* S. Prudentii *reliquias, quod fortè anno* 888 *non fecerant, acceptæ tum cladis memores, Divionem transtulisse, ut adeò nihil admodùm urgeat, ut, relicto anonymo, Teobaudo adhærendum sit. Anonymus quidem æquè ac Teobaudus* S. Prudentii *corpus anno* 921 *Besuam reductum scribit; sed quot annis ibidem permanserit, silet: dixit Teobaudus annis* 33; *verùm fortasse de suo: sicut & alia multa in anonymum hìc videtur commentatus. Ceterùm de S. Silvino & Anglia à chronographo Besuensi memoratis ex citato Bollando pag.* 28 *obiter observa, Silvinum quidem à Gualtheroto, diœcesis Lingonensis reliquias enumerante, Tarbensem episcopum perperàm dictum, qui, si non Taruanensis episcopus fuerit, certè in districtu Taruanensi versatus aliquanto tempore, ibique mortuus est: Angliam verò, aliàs* Anegliam, *Gallicè* Ognies *dictam, fuisse Adalsquari uxorem, Siccidis virginis matrem, feminam quidem, olim fortè cultam ut Sanctam, sed cujus jam cultus obsoleverit.*

illius corpus Divionem translatum fuit:

43 *Vignerius in Chronico Besuensi pag.* 68 *Besuenses reliquias Divionem translatas & ejusdem loci monachos à Normannis occisos, scribit, anno* 891. *Verba ejus sunt:* Eodem (*Agrino*) cathedram (*Lingonensem*) occupante, nempe anno DCCCLXXXXI Besuenses monachi metu Normannorum omnia devastantium sacra tutelarium suorum lipsana Divionem transtulêre. . . . Interim sacrilegi prædones Besuam spoliârunt, & Dei famulos, ibi repertos, in odium sine dubio religionis trucidârunt. *Ita ille, fortè quòd in Chronico S. Benigni Divionensis (vide tom.* 1 *Spicilegii Acheriani pag.* 418) *verbis, quibus à Normannis Belvacum, Meldos, Melidunum & Carnotum capta narrantur, & Odo Francorum rex constitutus fuisse, subjiciantur hæc:* His temporibus Incarnationis Christi octingentesimus nonagesimus primus volvebatur annus: *sed perstringuntur eo loci, quæ à morte Caroli Crassi usque ad annum* 891 *contigerunt; ut hinc annus determinatus rei cujuslibet, quæ ibi narratur, & translationis reliquiarum* S. Prudentii *haberi nequeat, licèt Chronici Besuensis auctor, qui Chronici S. Benigni verba non rarò transcribit, earumdem urbium à Normannis captarum meminerit, ac mox* S. Prudentii *reliquiarum translationem enarret; quippe qui & ipse diversis temporibus gesta in unum congerat.*

E

F

unde sub abbate Besuensi Vualcado

44 *Erat tunc temporis Besuensibus abbas Vualcadus, qui dispersos monasterii sui monachos, abeuntibus Normannis, brevi collegisse videtur, cùm Agrini, seu Agrimi, Lingonensis episcopi, Charta, quâ hic Besuensibus, quod antè Geilo dederat, nuper autem Vualtarius invaserat, vindicavit, data sit, ut suprà num.* 28 *& seq. vidimus, anno insequenti seu* 889, *in eaque* Guaulcaudus abbas præfati monasterii Besuæ cum confratribus suis monachis *episcopum* adiisse *legantur. Scribit quidem Chronici Besuensis auctor (Joannes Monachus, ut apparet, cujus mentio habetur in Epitaphio Stephani abbatis pag.* 658) *de Abbatum Besuensium successione in hunc modum pag.* 531: Defuncto autem Vualcaudo abbate, Vualcadus successit, sed isto obeunte, Galcaudus successor efficitur, sed & isto defuncto, successit abbas, nomine Milo, postmodùm Matisconensis episcopus. *Unde videri posset Galcaudus, tertio hìc loco memoratus, tum Besuensibus præfuisse: verùm locus hic insignem corruptionem videtur passus, idemque abbas Vualcaudus ob varietatem nominis ab imperito interpolatore in duas treſve personas distractus. Consule potiùs Chartam de Luco pag.* 516

&

AUCTORE J. B.

& seq., in qua Vualcando Vuarinum, Vuarino Teutbertum succeſſiſſe reperies; ut Vualcado Warinus, Galcando verò ſubſtituendus ſit Teutbertus, cui tandem Milo ſucceſſit.

relatum fuit Beſuam

45 S. Prudentii *corpus Divionem delatum in eccleſia S. Stephani Protomartyris juxta hujus altare depoſitum fuit, ibique manſit uſque ad annum* 921, *ut legitur in Actis num.* 43. *Idem legitur quoque in Chronico Beſuenſi pag.* 531, *quod ita habet:* Defuncto igitur Agrimo epiſcopo ſucceſſit Vuarnerius epiſcopus. Hic, petentibus monachis hujus cœnobii, beatum Prudentium martyrem retulit de Divione, cum innumerabilibus clericis diverſi ordinis à plebe innumerabili utriuſque ſexus cum honoris tripudio ſuſceptus eſt. Denique monachis prædicti cœnobii cum infinito populo eminus à monaſterio ei obviàm occurrentibus, cum immenſis laudibus receptus eſt anno Verbi Incar. Divini DCCCCXXI, IX Kalen. Octobr. die, id eſt, XXIII Septembris. *Id ipſum tamen Chronicum laudantes Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores tom.* 4, *col.* 544 *Beſuam* S. Prudentii *corpus relatum aiunt, die quidem mox memorato, ſed anno* 922; *quod & ante ipſos Vignerius fecerat in Chronico Lingonenſi pag.* 71. *Sed utrique à vero aberrant; quod ita conficio. Gotſelmus Vuarnerio, Lingonenſi epiſcopo, ſucceſſit* anno I Roberti, *Francorum regis, ex chronographo Beſuenſi pag.* 532: *Robertus autem (Odonis, ſuprà memorati, frater) regnavit à menſe Junii anni* 922 *uſque ad Junium anni* 923. *Gotſelmus igitur anno alterutro Vuarnerium è vivis ſublatum in cathedra Lingonenſi excepit. At Vuarnerius ex Necrologio San-Benigniano, ut ipſi Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores col.* 545 *referunt, obiit* XIV *Kalendas Auguſti, ſeu die* XIX *Julii. Vuarnerius itaque vel Roberti regnum non vidit, vel, ſi vidit, ea illius regni parte obiit, quæ in annum* 922 *incidebat. Porrò verò, ſi anno* 921 *vel* 922 (*cùm ex dictis anno* 923 *obire non potuerit*) *obiit, & menſe quidem Julio, quî anno* 922 S. Prudentii *martyris corpus die* XXIII *Septembris Beſuam potuit retuliſſe? Ex quibus fit, ut hac in re à Beſuenſis chronographi verbis, anno* 921 S. Prudentii *ad Beſuenſe monaſterium relationem affigentis, diſcedere non ſit neceſſe.*

anno 921 C

46 *Itaque Galliæ Chriſtianæ noviſſimæ ſcriptoribus aſſentior, Vuarnerium ante annum* 923 *è vivis abiiſſe, contrà ac Vignerius ſcribit: verùm anno* 922 *Septembri menſe* S. Prudentii *corpus Beſuam reduxiſſe, illis itidem non dedero; uti nec id, quod iidem addunt, nempe anno* 922 *Robertum regem fuiſſe in prælio Sueſſionenſi occiſum; quod anno* 923, *menſe Junio contigiſſe, dixi num. ſuperiore. Verba eorum, ſeu potiùs unius ex illis, ſunt:* Succinit & Chronicum S. Benigni, cùm Gotzelini electionem factam ait, ſuperſtite Roberto rege, qui, & ex ipſo, uno tantùm anno regnavit, & reipſa anno CMXXII cæſus eſt. *Cæſum anno* 922 *fuiſſe Robertum, ſi quidem id à Chronographo Benigni dictum volunt, non video, quî id ex illius verbis poſſit extundi, qui tantùm ait, Robertum,* poſtquam regnavit anno uno, Sueſſonicis in campis *trucidatum fuiſſe. Efficitur verò aliunde, ad annum* 923 *referri id oportere. Ita enim Frodoardus in Chronico Remenſis eccleſiæ ad annum* 922. Rotbertus itaque rex Remis apud ſanctum Remigium ab epiſcopis & primatibus regni conſtituitur. Heriveus Remorum archiepiſcopus obiit tertia die poſt conſecrationem Rotberti regis, ſcilicet ſexto Nonas Julii, *id eſt, die ſecunda ejuſdem menſis. Ad annum verò* 923 B *ait:* Rotbertus verò, armatis his, qui cum eo erant, (ſub urbe Sueſſionica, *ut præmittit*) contra (*Carolum Simplicem, qui Robertum ſibi rebellem inopinatò aggrediebatur*) proceſſit, commiſſoque prælio, multis ex utraque parte cadentibus, Rotbertus quoque rex, lanceis perfoſſus, cecidit, die, *ut paulò antè dixerat,* Dominica; *quæ, teſte Odoranno in Chronico S. Petri Vivi Senonenſis, erat* XVII Cal. Julii *ſeu dies* XV *Junii; quod anno* 923 *congruit, quo littera Dominicalis erat* E. *Sed pauca, quæ de* S. Prudentii *Beſuam reductione dicenda ſuperſunt, expediamus.* D

die XXIII *Septembris.*

47 *Quâ viâ ſeu modo* S. Prudentii *corpus Beſuam reductum fuerit, quid id temporis actum ſit, pluribus verbis Teobaudus differit: ego rem omnem compendio tradam. Jam annis triginta & ampliùs* S. Prudentii *corpus in S. Stephani templo Divione remanſerat, cùm Beſuenſes monachi Guarnerium, Lingonenſem epiſcopum, adiêre, ac multis precibus egêre, ut is ſibi* S. Prudentii *corpus reſtitui à Divionenſibus juberet. Paruit his quidem Pontifex; at Divionenſes id ægrè habuit: itaque diœceſani ſui præſulis juſſis ſpecie tenùs obtemperaturi, dolum fabricati dicuntur hujuſmodi. Erat penes illos S. Silvini corpus è Belgio illuc olim delatum; quod Beſuenſibus monachis, quaſi* S. Prudentii *eſſet, ad monaſterium ſuum devehendum dedêre. Latuit fraus per dies aliquot; at his elapſis, Guarnerio, Divione tunc verſanti, in ſomno apparuit* S. Prudentius, *dolum detexit, monuitque, ut ſe Beſuam perferri curaret, quod Divionenſibus, licèt invitis, ſua tamen auctoritate extorſit. Revectum ergò, ſummoque omnium ordinum plauſu & pompa ſolemni exceptum eſt Beſuæ* S. Prudentii *corpus anno, ut diximus,* 921, *nono Kalendas Octobris, ſeu die Septembris vigeſimo tertio. Eorum, quæ de Divionenſium fraude, oblataque Guarnerio cæleſti viſione Teobaudus narrat, penes ipſum fides eſto: ſolebant enim illius ætatis ſcriptores, quid miri (verè, an falsò?) rebus maximè ſuis non rarò affundere. Miraculum unum aut alterum, quod ex anonymo Teobaudus refert, interim contigiſſe, nihil commentationis indiget. Itaque ad librum tertium miraculorum* S. Prudentii, *qui Teobaudum, perinde ac primus, habet auctorem, progredior.* E

F

§ IV. Variæ Beſuenſis monaſterii viciſſitudines, reliqua S. Prudentii miracula, quibus nonnulla ad ſacrum ejus cultum ſpectantia adjunguntur.

Poſt annum 921 *Beſuenſes*

Teobaudus, anonymi veſtigiis inſiſtens, S. Prudentii *miraculis, quæ ab anno* 1116 *uſque ad annum* 1124 *contigerunt, enarrandis librum tertium deſtinavit; at, quæres, nullane ab anno* 921 *uſque ad annum* 1116 *miracula* S. Prudentius *edidit? Haud equidem id affirmare auſim, licèt miracula eo temporis ſpatio, quod inter utrumque annum interceptum fuit, ab illo patrata invenerim nuſpiam: ſed potiùs ſuſpicor, ea litteris non fuiſſe conſignata, ut fieri calamitoſis temporibus & relaxatis religioſæ diſciplinæ inſtitutis non infrequenter ſolet. Utramque verò viciſſitudinem Beſuenſe monaſterium ſubiit: nam primò quidem chronographus Beſuenſis apud Acherium*

A *cherium pag.* 532 *miſerrimam fuiſſe, ſcribit, paſſim per diœceſim Lingonenſem monaſteriorum ſtatum, in rebus perinde ſpiritualibus ac temporalibus, cùm anno* 981 *Lingonenſem ſedem Bruno adiret; de Beſuenſi verò nominatim hæc habet:* Cùm verò de hujus Beſuenſis monaſterii multimodis deſolationibus diſſereremus, diximus, prout memoriæ occurrere potuit, ſecundùm quod in ſchedulis veteribus invenimus, ſexies deſertum, & ferè adnullatum fuiſſe. Verumtamen poſtea diligentiùs perſcrutantes invenimus, hunc eumdem locum ab Hungris combuſtum quinquies. (*Idem legitur infrà in Charta de Vetus-vineis anni* 1023, *pag.* 554) quippe cui nullum erat à terreno principe deffenſaculum, nec loci ad reſiſtendum inimicis munimentum. Harum combuſtionum duæ quo tempore evenerint, notum nobis eſt. Anno namque DCCCCXXXVI Incarnati Verbi venerunt Hungri menſe Julio.

variis viciſſitudinibus jactati uſque ad annum circitèr 1116,

49 Iterum anno DCCCCXXXVII Incarnati Verbi Lucdouuico, filio Karoli, uncto in regem; & nondum eo anno evoluto, Hungri venientes per Franciam & per Burgundiam atque Aquitaniam, devaſtaverunt omnia: quæ vaſtatio in tantùm huic B loco obfuit, ut per LI (*vel circitèr*) annos, uſque ad annum ſcilicet Incarnati Verbi DCCCCLXXXI, quo domnus Bruno Lingonenſi eccleſiæ præficitur epiſcopus, reſpirare ad priorem ſtatum non potuerit. *Brunone mortuo, rurſus Beſuenſis monaſterii bona fuêre direpta; ſic enim legitur in Charta mox citata:* Poſt cujus deceſſum, ſicut cætera loca Sanctorum, locus Beſuenſis in direptionem cecidit: tunc, qui videbantur pacifici, prædones ſunt effecti. *Rurſus pag.* 556 *& ſeq. Beſuenſis chronographus ſcribit, ab Hugone, Lingonenſi epiſcopo, per Halinardum, Divionenſem abbatem, monaſterium ſuum fuiſſe direptum & monachos inde vi expulſos, quod fieri deinceps non diu pòſt vetuit Leo IX, dato ad Olgericum, Beſuenſem abbatem, privilegio, quod idem chronographus pag.* 572 *& ſeq. exhibet. Datum id eſt* IV *Nonas Octobris anni* 1052. *Denique pag.* 604 *Josbertum, abbatem Beſuenſem, munere ſuo ceſſiſſe ſcribit*, exteriùs exiſtentibus innumeris raptoribus, interiùs periculis in falſis fratribus, *dum tandem, ut paulò pòſt ſcribit, Stephanus Josberti, anno* 1088 *ſucceſſor, cuncta reſtituit, qui ſaltem ad annum* 1119, *quo terram quamdam incultam* C *à Joceranno, Lingonenſi epiſcopo, accepiſſe legitur in confecto ea de re ab epiſcopo inſtrumento (quod vide apud Acherium pag.* 662 *& ſeq.) vitam protraxit. Fieri itaque facilè potuerit, ut tot rerum viciſſitudinibus acti Beſuenſes monachi Patroni ſui miracula, ſi quæ tunc patravit, vel ſcriptis mandare neglexerint, vel perierit ante Teobaudi tempora, ſi quid de illis fuerit litteris aliquando conſignatum.*

quæ interim S. Prudentius fecit miracula, fortè litteris non conſignârunt; at

50 *Teobaudus itaque, vel materiæ, vel documentorum ita cogente penuria, nihil de* S. Prudentii *miraculis, ab anno* 921 *uſque ad annum* 1116 *patratis, memoravit: at ab anno* 1116, *etiam noſtro numerandi more, quo* S. Prudentii *reliquiæ Beſuâ in villulam*, Lucum *dictam, tranſlatæ fuerunt, plura habuit enarranda. Tranſlationis occaſio fuit ſynodus, juxta dictam villulam eo anno celebrata, de qua ita Vignerius in Chronico Lingonenſi pag.* 104: Anno MCXVI gratiſſimus in amœniſſima planitie Lucum inter & Tilecaſtrum extitit conſpectus celebratus ſub dio ſynodi ſexto Idus Junias ab Guidone, Viennenſi archiepiſcopo, Sedis Apoſtolicæ legato, ab Gauceranno (*eodem, qui Teobaudo* Jocerannus *dictus eſt*) & à convocatis per edictum generale provinciæ totius abbatibus, cæteriſque capitibus eccleſiarum. Adfuit præterea nobilium populique penè innumerabilis multitudo, erectis in quamdam ſpeciem caſtrorum hìc, illic papilionibus, & è ramis arborum tectis viridantibus, diſpoſitiſque ſub ampliſſimo tentorio, velut portatili templo, diverſorum Sanctorum capſis aureis argenteiſque. Id genus comitiorum PLACITUM DEI, ſive SACRUM DICASTERIUM, dixêre Majores. Agitata ibi permulta de damnis & injuriis multorum: multa definita, nonnulla rejecta vel compreſſa; edita etiam in gratiam, qui accurrerant, miracula: ut abſque graviore caſu (quod rarò in hujuſmodi turbis accidit) imò plurimorum ſolatio finitus ſolutuſque receſſerit conventus. *Ita Vignerius ſynodum illam, quod & Teobaudus facit, anno* 1116 *innectens.*

AUCTORE J. B.

anno 1116

51 *At Galliæ Chriſtianæ noviſſimæ auctores quoad annum celebratæ ſynodi ſcrupulum injiciunt, dum anno* 1117 *eam celebratam, ſcribunt tom.* 4, *col.* 571, *adductis in eam rem ipſius Teobaudi verbis:* Anno itaque à Conceptu celeberrimo Virginis intemeratæ milleſimo centeſimo decimo ſeptimo E promoto cathedrâ (*Lingonicâ*) religioſi nominis viro Joceranno, ejuſdem præſulis pervolat edictum omnes invitans ad concilium VI Idus Junias. *Agnoſco, hìc equidem Teobaudi verba; ſed tom.* 2 *Bibliothecæ novæ Labbeanæ pag.* 619, *quam in ſerie abbatum Beſuenſium col.* 707 *laudant, ubi de Stephano, XV abbate Beſuenſi, non annum* 1117, *ſed* 1116 *lego. Neſcio, num fortè annum* 1117 *anno* 1116 *ſubſtituere illis viſum ſit ob diverſum, qui Teobaudi ætate in uſu fuit, & modò eſt, annum inchoandi modum; quòd hìc nimirum anni initium Teobaudus ſumpſerit à die* XXV *Martii, ut hæc ejus verba:* Anno... à Conceptu... Virginis, *quodammodò indicare videntur. At cùm ſynodus illa habita ſit ex Teobaudi verbis menſis Junii die* VIII, *retineri poteſt annus* 1116 *non modò veteri, ſed, ut ſuprà aiebam, hodierno etiam annum inchoandi numerandique more. Ceterùm diverſa hæc ſynodus eſt à duabus aliis, eodem anno apud Lingonas celebratis; quarum alia de more poſt Paſcha, ſeu poſt* 2 *Aprilis, altera poſt meſſem eſt habita. Meminit utriuſque Chronicon Petri Vivi Senonenſis hunc in modum:* Anno MCXVI abbas Arnaldus miſit Lingonas Walbertum monachum ad ſuprà memoratum epiſcopum Joſceranum in ſynodo, quæ ſecundùm conſuetudinem fit poſt Paſcha, cum litteris Daimberti archiepiſcopi deprecativis pro noſtra re. Unde reſpondit epiſcopus & mandavit abbati, ſe venturum Senonas ad curiam regis & ibi ſe locuturum cum abbate, quod & fecit. De Rainardo ſcilicet denominavit diem apud Retiacum poſt primam diem feſti ſancti Bartholomæi in Auguſto, ubi abbas ivit cum multa infirmitate corporis ſui, ſed neque judicem, neque reſponſorem invenit, & ſic deluſus venit ad ſua. Quapropter ad aliam ſynodum, quæ fuit poſt collectionem frugum, miſit iterum abbas ſupradictum Walbertum monachum cum litteris, quarum exemplar eſt: "Domino ſuo Joſceranno &c.„

F

in ſynodo Lingonenſi

52 *Ad ſynodum itaque primò memoratam, quæ ex dictis anno* 1116 *die* VIII *Junii eſt habita, non ad duas alias, quas mox attigi, refer Vignerii verba, cùm ait, ad illam diverſorum Sanctorum capſas aureas argenteaſque fuiſſe advectas.*

AUCTORE J. B.

vectas. In his porrò fuisse thecam, quæ S. Prudentii *exuvias continebat, ita Teobaudus narrat:* Illo verò in tempore (*nescio, qua de causa hunc hic titulum adhibeat*) S. Stephanus, abbas noster, vir sanè per omnia magnificus super omnium pastores Galliæ cœnobiorum egregium nomen sanctitatis & prudentiæ sæcularis obtinebat: de cujus solemnibus præconiis ne pauca dixisse videar, dum multis vix valeant comprehendi libris, justius arbitror nunc silere, quàm loqui. Hoc solum protulisse sufficiat, meritis ejus concessum fuisse, ut tempore suo tot tantisque beatus Prudentius micaret virtutibus. Is igitur gloriosus pater imaginem Clavigeri cœli & corpus almiflui Prudentii, quod ab eo mirificè argento & auro, lapidibusque pretiosis exornatum fuerat, ad idem concilium ferri fecit, nec non & Sanctorum aliorum pignora, quæ longum est referre, quæ, à conventu totius synodi devotissimè susceptа, cum hymnisono concentu in præparatis decenter collocantur tentoriis. *Atque hæc illa verosimiliter est* S. Prudentii *translatio, cujus idem Teobaudus lib.* 1, *num* 6 *meminit, cujusque occasione visa fuisse scribit, tum fracturam in capite* S. Prudentii, *tum malleum, passionis ejus, ut verosimile est, instrumentum. Quo fructu ad synodum Lingonensem* S. Prudentii *reliquiæ fuerint translatæ, paulò pòst dicetur: postquam tamen de Sammarthanorum insigni errore, quem in abbatum Besuensium serie admittunt, lectorem paucis monuero.*

B

aliquot ab illo edita miracula,

53 *Si ea, quam illi exhibent, Besuensium abbatum serie standum sit,* S. Prudentii, *de qua nunc agimus, translatio non sub Stephano, Besuensi abbate, sed vel Gauberto seu Josberto, vel Girardo, contigisse debuit: sic enim illi:* Gaubertus seu Josbertus creatur MLXXXVIII. Indict. II. Epacta XXV. à Roberto, Lingonensi præsule. Instaurator monasterii nominatur MCXI. & MCXIII. cum Valone, abbate Lotonensi. Girardus anno MCXVI, qui recensetur in Charta MCXVII, Villenci, Lingonensis antistitis. *Verùm ex jam dictis liquet, Gauberto seu Josberto successisse Stephanum, quem illi ignorârunt, eumdemque restituisse splendori suo monasterium Besuense, idque rexisse saltem ad annum* 1119; *ut adeò Sammarthani morari hîc neminem debeant. Porrò, ut, unde digressus sum, redeam, dum celebrabatur synodus Lingonensis in planitie quadam, inter Lucum* (*Gallicè* Lux) *& Tilecastrum* (*Gallicè* Trechateau *vel* Til le Chatel) *in Lingonum Burgundionumque haud procul Besuâ confiniis sita, tria ad* S. Prudentii *invocationem facta miracula singillatim Teobaudus refert; primum, quo puero, à nativitate cæco, oculorum lumen restitutum fuit; quod, cùm sinistris malevolorum calumniis peteretur, & à pueri parentibus jure jurando assertum fuisse, & à Burgundiæ duce* (*erat is tunc Hugo, qui Othoni fratri ab anno* 1102 *secundùm Vignerium in Burgundiæ Chronico successerat*) *examinatum, ait. Alterum, quo juvenis dæmone liberatus; tertium, quo manus per septennium arida & velut emortua vigori suo naturali & communi vitæ usui est restituta, quæ fusiùs à Teobaudo descripta habes num.* 47 *& sex seqq.*

C

ejusque reliquias in sibi dicatam eadem depositas legimus:

54 *Finita synodo, eorum, quos sanos effecit, humeris, comitante solemni pompa, Besuam relatus, eo cœpit hominum concursu frequentari, ut inde monasticæ quieti ac tranquillitati non parùm molestiæ crearetur: visum itaque est Besuensibus, alium in locum, ad quem citra monachorum incommodum liber esset multitudini accessus,* S. Prudentii *corpus transferre.* Est autem colliculus (*inquit Teobaudus num.* 55) Besuano supereminens burgo, ab ea scilicet parte, qua nox sydera condit, in summo vertice gestans ecclesiam, in honore ipsius Martyris consecratam; *in quam nimirum* S. Prudentii *corpus intulerunt, & in qua tot prodigiis nomen suum illustrâsse sanctum Martyrem, num.* 57 *Teobaudus ait, ut, quæ prætermittere, quæ contrà scriptis tradere deberet, sese ignorâsse, fateatur. Ecclesiæ istius Grimerium quemdam monachum, quem, id ut faceret, in somnis monuerat* S. Prudentius *ipse, sed ex suorum dumtaxat relatione, conditorem facit.* Hanc dudum, *inquit,* non multùm antiquis temporibus fertur quidam fecisse Grimerius; ut aiunt, vir per omnia religiosissimus. Cui longo tempore sub habitu monachico Christo militanti beatissimus apparuit Prudentius *&c. Cùm autem non ante seculum* XII, *ad annum* 1124 *saltem provectum, Teobaudus, ut ex num. sequenti colligitur, scripserit, laudata mox ejus verba, ecclesiam illam seculo* XI *fuisse* S. Prudentio *exstructam & consecratam, videntur innuere. Grimeius quidam in Chronico Besuensi apud Acherium pag.* 559 *occurrit, Donationi, quâ Milo de Beria prædia quædam Besuensibus concessit, subscriptus. Data quidem ea est anno* 1026; *verùm idemne sit, qui supradictæ ecclesiæ conditor, an alius, ad manum non est, unde definiam. Sequuntur apud Teobaudum* S. Prudentii *miracula è multis pauca, quæ prolixis admodùm verbis ille persequitur: sed quoniam vel nihil in illis peculiari observatione dignum occurrit, vel, si quid occurrat hujusmodi, in Annotatis notari facilè poterit, ad ea, quæ lib.* 4, *eoque postremo Miraculorum* S. Prudentii, *Teobaudus memorat, gradum facio.*

D

E

variis etiam deinceps claruisse miraculis,

55 *Teobaudus lib.* 4 *ea ex parte prosequitur* S. Prudentii *miracula, quæ ab anno* 1124 *ferè ad suam usque ætatem contigerunt:* ab anno, *inquam,* MCXXIV; *quippe quem disertè exprimit lib.* 4 *principio:* ad suam *verò* ferè ætatem, *quòd à num.* 91 *duplex miraculum referat; alterum num.* 91, *quo Simeon puer undis submersus vitæ fuit redditus, quem, cùm scriberet, ait in vivis adhuc fuisse superstitem: alterum num.* 93 *& seqq., quo ex febri mortuus ad vitam pariter revocatus est, quod ait, non uno dumtaxat, sed trecentis etiam testibus comprobari posse. Præter hæc alia quædam* S. Prudentii *miracula delibavit, quæ obiter perstrinxisse sufficiet. Sanctimonialis Vesontina, invocatis Sancti nomine ac ope, paralytico morbo semel iterumque liberata est. Puer quidam, cujus talus natibus inhærebat, incessu donatus abiit: alter item puer submersionis periculo ereptus, quod item accepisse se ait ab illis, qui viderant: captivus, solutis vinculis, patefacto carceris ostio, clam custodibus in libertatem assertus: cæci duo & paralyticus sub uno Missæ Sacrificio, ut monachus, cùm ista fierent, Besuæ habitans, Teobaudo jure jurando affirmavit, sospitatem adepti: duo præterea mortui vitâ redonati. Hæc Teobaudus fusè; contraxi ego, quòd nec in his quidquam discussione aut observatione dignum occurreret. Verùm his duo miracula præmittit, prope Vesontionem anno* 1124 *facta, de quibus, cùm his alia nonnulla Teobaudus immiscеat, quæ discussione aliqua aut observatione indigere videntur, paulò latiùs agendum.*

F

Teobaudus narrat, in cujus verba

56 *Quod ad miraculorum substantiam attinet, mulieri, uni quidem brachii, quem amiserat, usus*

A *ſuis eſt reſtitutus ; altori verò, pulſa paralyſi, ſanitas reddita. Ex adjunctis verò, quæ obſervatione aut diſcuſſione digna, ut dixi, judicavi, primum quidem, concilium, Veſontione ſub Anſirico archiepiſcopo anno* 1124 *habitum, nec alibi, quòd ſciam, memoratum ; alterum, S. Remigii reliquias ; tertium, tranſlationem quamdam* S. Prudentii *reliquiarum ſpectat. De concilio Veſontionenſi ita Teobaudus num.* 73 : Quapropter aliorsùm ſtylum convertere conſultius videtur, in primis verò congruum cenſeo, à placito Dei, quod apud Biſunticam urbem celeberrimum extitiſſe dignoſcitur, ſumere narrationis exordium. Igitur anno milleſimo centeſimo vigeſimo quarto à Puerperio Virginis illibatæ... venerabilis Anſiricus, archipontifex Chryſopolitanus, (*Chryſopolis etiam audiit olim Veſontio*) immenſum decrevit conflare concilium, quod "Placitum Dei,, vocant, in diebus (ni fallor) Pentecoſtes : *celebratum addit in planitie quadam*, Thiſia *incolis dicta, Veſontione paſſibus mille quingentis diſſita, juxta Duvium ſeu Dubim* (*Gallicè* le Dou *vocant*) *fluvium. Extraordinarium fuiſſe oportet, ſi, ut Teobaudus ait*, celeberrimum & immenſum *fuerit ; nec tamen, ut dixi, uſpiam alibi illius mentionem inveni. Harduinus tom.* 6, *parte* 2 *Conciliorum col.* 1117 & 1118 *ex Chronico Malleacenſi, cujus verba recitat, concilia quatuor Gallicana anno* 1124 *celebrata recenſet, nimirum Carnutenſe, Claromontanum, Bellovacenſe & Viennenſe ; quibus ex Teobaudo Veſontionenſe adjiciendum videtur.*

nonnulla hic 57 *At qualiſcúmque fuerit ea Veſontionenſis ſynodus, ad illam Beſuenſes monachi ſe contulerunt non ſine Sanctorum reliquiis* ; Inter quos, *inquit Teobaudus num.* 74, & janitoris cœli, Petri noſtri, pulcherrima yeona & capſa multarum reliquiarum cum brachio beati Remigii à noſtris devectæ ſunt, ac in papilione, ad hoc facto, honorificè depoſitæ. *Non unus Beatorum ſeu Sanctorum Faſtis Remigius reperitur adſcriptus. In Opere noſtro ad diem* XIX *Januarii actum eſt de S. Remigio, Rotomagenſi archiepiſcopo, ſub annum* 771 *defuncto : de S. Remedio, epiſcopo Vapinci in Gallia* (*ſeu fortè etiam Remigio*) *ad diem* III *Februarii ; de S. Remedio confeſſore in agro Tridentino tom.* 1 *Octobris à pag.* 36 ; *denique de S. Remigio, celeberrimo Francorum apoſtolo, eodem tomo à pag.* 59. *Quem hîc Remigium Teobaudus intellexerit, haud equidem ſcio. Minùs vero apparet ſimile, S. Remedii, in agro Tridentino culti, reliquias, quas quidem variis locis diſperſas eſſe ſcio, at, umquam in Gallias miſſas fuiſſe, non novi, Beſuenſibus obtigiſſe. Neque S. Remigii, Remenſis epiſcopi & Francorum apoſtoli, brachium vindicare ſibi Beſuenſes poſſunt ; cujus corpus non ſolùm anno* 852 *Hincmari tempore, verùm etiam anno* 1646 *omnibus ſuis partibus integrum fuit in gemina illius inſpectione inventum. Videſis Commentarii prævii ad Acta S. Remigii §§* 17 & 19. *Reſtat igitur, ut alterius cujuſdam S. Remigii brachium vel brachii partem Beſuenſes tunc poſſederint ; at cujus, viderint ipſi, quorum intereſt, & inſcium doceant.*

obſervanda occurrunt. 58 *Ex eodem denique Teobaudi loco intelligimus,* S. Prudentii *reliquias fuiſſe aliàs aliquando Veſontionem delatas, idemque iis ibi accidiſſe, quod ſeu priùs, ſeu ſeriùs, Divione illis contigiſſe, ſuprà vidimus ; nimirum Veſontionenſes allatas eò* S. Prudentii *reliquias vi detinuiſſe, ac ſibi retinere voluiſſe. Rem geſtam Teobaudus, ſed ex ſuorum relatione dumtaxat, num.* 74 *his verbis refert :* Videntes autem, qui confluxerant, argenteum brachium (*cui incluſæ erant S. Remigii reliquiæ, de quibus num. præced.*) quod ſæpenumerò apud Beſuam in eccleſia Prudentiana viderant, arbitrati ſunt adventâſſe Prudentium : & ob id conglobatim ad noſtrum proruebant tentorium : ſed ibi profectò nichil ejuſdem Sancti, niſi nomen & virtus, erat ; non ob aliud tamen, niſi uti ne violenter nobis auferrentur beatæ reliquiæ, ſicut olim factum conſtat. Nam fama eſt, illum quondam, à Beſuenſibus ad ipſum locum pro re ſimili delatum, multiſque ibi virtutibus declaratum, Chriſopolitanos vi detinuiſſe ; ſed poſtmodùm, Deo volente, coactos reddidiſſe. *Quod conſtare primò dixerat Teobaudus, mox ex fama tantùm accepiſſe ſe, innuit ; quæ utrùm à re geſta ad Teobaudum uſque non interrupta pervenerit, an ſerò pòſt tantummodò nata ſit, ignoro ; ac pro in dubia mihi auctoritatis eſt. Ad calcem lib.* 4 *Miraculorum* S. Prudentii *miraculum adjicitur, quod recentioris auctoris additamentum eſſe, Labbeus notat ; qua de cauſa, tum etiam quòd argumento ſit,* S. Prudentium *etiam poſt Teobaudi ætatem miracula edere non deſiviſſe, huc viſum eſt tranſcribere. Sic habet :* Anno MCCLV regnante domino Gaufrido (*ſeu, ut reor, Joffredo, Beſuenſi abbate*) puer quidam parvulus in aqua Beſuana cecidit, qui uſque ad mortem perductus eſt, & in eccleſiam B. Prudentii apportatus, ſanus & incolumis parentibus ſuis eſt redditus. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ergò Regi regum ſit decus & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

S. Prudentii reliquiæ Pauliaci, eccleſia in vico Villâ Novâ. 59 *Porrò ex auctore lib.* 2 *Miraculorum* S. Prudentii *num.* 36 *dubito, an non modò Beſuæ, ſed & Pauliaci miraculorum gloriâ ſanctus Martyr claruerit :* Eſt autem ibi, *inquit ille*, capella in honorem ſanctorum Apoſtolorum (*Petri & Pauli*) conſervanturque in eadem reliquiæ S. Prudentii martyris, qui miris in prædicto monaſterio jugiter virtutibus claret. *Dubium apparet, intelligatne monaſterium Beſuenſe, quod paulò antè, an capellam, quam proximè nominavit. Tum verò addit, Winegaudum quemdam, ceraſa prope dictam capellam, invito loci cuſtode Sigiberto, ſibi decerpere volentem, ab immani colubro fuiſſe conſtrictum, nec eo priùs fuiſſe liberatum, quàm, numquam ſe quid hujuſmodi deinceps admiſſurum, Deo voviſſet. Non procul Beſuâ is vicus ſitus eſt juxta Vigennam fluvium, Gallicè* Pouilli *dictus.* Pouilleyum *dicitur in Catalogo beneficiorum Lingonenſis epiſcopatus, anno* 1626 *Pariſiis edito, & in decanatu Beſuenſi collocatur. Hunc Beſuenſes Alberici, Lingonenſis epiſcopi, dono obtinuêre, ut liquet ex Charta Ludovici Pii, anno* 830 *data, apud Acherium tom.* 1 *Spicilegii pag.* 507. *Exiguo hinc intervallo ſitus eſt alter vicus* la Ville Neuve, *qui veroſimiliter idem eſt, qui in Charta, quæ apud Acherium mox citatum pag.* 538 *occurrit,* Villa Nova *nuncupatur ; quod ea de cauſa obſervo, quòd ibidem S.* Prudentius, *eccleſiam ſuo nomini dicatam habuiſſe, in eadem Charta dicatur : verba illius ſunt :* Per idem tempus, quo dominus Vuillelmus abbas Beſuenſe regebat monaſterium (*ſub finem ſec.* IX, *aut ſeq. initium*) miles quidam, nomine Gyrardus, cognovit, ſe non recta conſuetudine accipere decimas cujuſdam eccleſiæ, ad ipſum monaſterium pertinentis, quæ in comitatu Atorienſe, loco

AUCTORE J. B.

nuncupato "Nova Villa,, in honore S. Prudentii est consecrata.

Hymnique in ejus honorem

60 *Hymnos aliquot in honorem* S. Prudentii *recitari olim, ut apparet, solitos, ex codice perantiquo Divionensi, utpote quem à sexcentis aut septingentis annis exaratum, P. Chiffletius credidit, exceptos, in Mss. habemus; quos denique, licèt barbarè admodùm compositos, hùc transcribo, quòd inter antiqua cultûs* S. Prudentii *testimonia referri possint. Primus ex his ita habet:*

Justitiæ dono meruit qui jure vocari
Præpollens Domini martyr Prudentius, ipse
Auxilium nobis tribuat pietate rogatus,
Et secum faciat sanctam nos ducere vitam,
Quam meruit victor certans cum dæmone semper,
Nunc cælo residet cæli Domino sociatus.
Laus tibi semper, Trinitas, & gloria perpes,
Gaudentes laudant superi quam perpete cives. Amen.

Secundi binæ priores lineæ ita sunt depravatæ, ut ex illis sensum ullum elicere non potuerim: reliqua verò Hymni pars sic se habet:

B Honor quem sic sanctitatis plausu digno incitat, amor sanctus angelorum
Laudes Christo debitas perstringendo conresultat, jubilans in æthera.
Alma fides meritorum ægrotantes recreat, destitutos jam in mortem
*dæmonis Hos ad vitam revocat, zabulini * impeditos nexibus hic relevat.
Psallat pulcras chorus laudes summo Patri ingenito, canens simul...
Unicoque Filio, sanctum Pneuma venerando per æterna sæcula.

61 *Tertius his verbis concipitur:*

recitari olim soliti.

Festum sacrati Martyris
Indicit annus versilis,
Quo scandit ad cælestia
Martyr hic Prudens Dindyma.
Illustri fulgens dogmate,
Dictus Prudentius nomine:
inclytus Ex Calagurri præcluis
Enituit Prudentius;
Hic, postquam consul urbium
Frenos rexit nobilium:
Ad Domini vestigia
Mundi vertit fastigia;
C Relictis vanitatibus,
Se junxit spiritualibus,
Et monachilem gratiam
Suscepit per prudentiam,
Sacra tenens certamina
Sanctorum laude plurima.
Ad passionis gloriam
Hic venit per justitiam.
Nunc ergò, Martyr optime,
Ora pro nobis sedulè,
Ut Jesu Christi lumine
Tecum fruamur æthere.
Sit laus Patri cum Filio,
Et Flamini paraclito,
Virtus simul potentiæ
Omni sæculorum tempore. Amen.

Pleraque hoc Hymno contenta S. Prudentium, *Turiasonensem episcopum, indicare, liquidò apparebit Hymnum cum illius Actis, ad diem* XXVIII *Aprilis nostro in Opere excusis, conferenti: ut adeò à seculis septem circitèr* S. Prudentius, *Besuæ cultus, idem fuisse creditus sit, qui sanctus Prudentius Turiasonensis: at hanc opinionem num. 7 refutatam habes. His plura de* S. Prudentio *non inveni, & proin huic Commentario finem cogor imponere.* D

ACTA,

TRANSLATIONES ET MIRACULA

S. PRUDENTII MARTYRIS,

Auctore Teobaudo, Besuensi monacho *a*, a

Descripta ex Ms. codice Trecensi per Franciscum Chiffletium, & edita per Philippum Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Mss. à pag. 605. E

PROLOGUS.

S. Prudentii miracula Teobaudus scribere aggreditur.

GLoriosissimi athletæ Christi Prudentii præclara correcturus miracula, quæ olim adolescentulus sub ipsa studiorum & flagrantis ingenii acrimonia sparsim ederam, primò prælibare visum est, unde, & quando, & à quo delatus, Besuensi ecclesiæ tantus concessus sit thesaurus, corpus videlicet ipsius, sicut partim à majoribus, partim etiam in ipsa, in qua diutiùs obversatus sum, Aquitania, accepi à fide dignis & probatissimis auctoribus. Res quidem difficilis atque ardua, dum incomprehensibilem ipsorum miraculorum *b* numerositatem atque magnitudinem mecum ipse reputo. Verùm reticere de hujusmodi rebus infructuosum, Deoque valdè displicens probatur. Cùm deses servus pro talento humi defosso gravi sit addictus sententiæ. F Talium siquidem rerum promulgatione divina, quæ semper mirabilis est in Sanctis suis, prædicatur magnificentia, & fortissimorum Christi bellatorum per palmam magis magisque celeberrima coruscat gloria; auditoribus quoque sacræ devotionis vehemens inspiratur flamma ad eorum deposcenda suffragia, & robustissimæ stimuli virtutis suscitantur ad ipsorum (si res sese præbeat) beatissima imitanda vestigia; siquidem & ipse cælestis Imperator ad corroborandos in acie spiritali dimicantium animos memoriam fecit mirabilium suorum *c*, atque virtutem operum suorum annunciat populo suo, ut supernam nanciscantur hæreditatem *d*.

b

c

d

ne eorum memoria pereat.

2 Et ego quidem, ut jam præmisi, à primævo impuberis ætatis flore ad ea scedulis imprimenda, licèt temerarius, animum appuleram, sed hinc philosophicis occupatus studiis, inde verò universæ materiæ mole considerata & exilis ingenii, facundiæque tenuissimæ inopia, multis opus illud intermiseram lustris: at ubi, scholaribus omissis gymnasiis, desertor & transfuga

A fuga ſacratiſſimæ Chriſti me reddidi militiæ, efflagitatus ſum fraterna charitate, ut incepta perficerem, pueriliter edita corrigerem, omiſſa repeterem, involucris obſtruſa enuclearem, &, ſi quid minùs facetè prolatum fuerat, urbanæ comitatis lepori reſtituerem. Tandem aſſenſum præbui, ne videlicet beatiſſimi Martyris opera inſignia, temporum labentibus curriculis obſoleta, oblivione invida funditus interirent. Quapropter ad gloriam Regnatoris Olympi, ipſo Sancto amminiculante, conabor virtutum ejus, non omnia (cùm ſit impoſſibile) ſed de innumeris pauca retexere miracula, quæ vel celeberrima opinione, vel à veridicis comperi relatoribus, de quibus ambigere nefarium eſt. Quòd ſi fortè (ut fit) oratio incuriâ aut ignorantiâ aliquibus in locis ſuum nativum decus non videatur obtinere propter invenuſtioris eloquii inſulſam vapiditatem, id diuturnæ imputetur deſuetudini: Sancto ergò Spiritui devota committamus carbaſa, ut illæſus ſecundo ſucceſſu epi-
e f bata *e* jocundiſſimum canendo celeuma *f* ad optatum feliciter perveniat portum, invocata in auxilium Deitate.

B

ANNOTATA.

a *Nomen ſuum gemina acroſtichide Teobaudus ipſe expreſſit ad calcem lib.* 4 *Miraculorum* S. Prudentii: *monachum verò Beſuenſem fuiſſe, colligitur è num.* 19, *ubi* S. Prudentii *miracula*, à neſcio quo (*ut loquitur*) noſtratum, *ſeu monacho Beſuenſi prius deſcripta fuiſſe ait, quàm ipſe eódem animum appulit. Lib.* 4 *Miraculorum* S. Prudentii *num.* 73 *Anſirici, Veſontionenſis archiepiſcopi, & celebratæ ab illo anno* 1124 *ſynodi meminit; unde, non ante hunc annum elucubrationem ſuam ad finem perduxiſſe, evincitur; quam olim, cùm junior eſſet, ut ait principio Prologi, inchoârat. Beſuæ porrò notitiam habes à num.* 1 *Commentarii prævii.*

b *In his quidem, quæ de* S. Prudentii *miraculis narrat, fidem Teobaudus meretur: at præter ea, quæ ad* S. Prudentii *miracula, Beſuæ facta, ſpectant, varia de* S. Prudentii *genere, de virtutibus, quibus in terris fulſit, de geſtis ac martyrio narrat; à quibus cùm ſeculis aliquot remotus vixerit, nec pro illis auctores monumentave ſatis antiqua laudet, in his aliam non*
C *meretur paſſim fidem, quàm quæ vulgari hominum traditioni tribui poteſt & debet.*

c *Pſalm.* 110, ℣. 4.

d Virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo: ut det illis hæreditatem gentium. *Ibidem* ℣. 6 & 7.

e *A Græco* ἐπιβάτης, *qui navi ſe committit.*

f Κέλευσμα *ſeu* κελευσμὸς *exhortatio nautica eſt: ſumitur hic pro cautu nautico, à nautis in eventibus proſperis, & felici navigationis termino adhiberi ſolito.*

A. TEO-BAUDO.

MIRACULORUM LIBER I

CAPUT I.

Sancti Prudentii natales, geſta aliquot, martyrium & eccleſia prope Narbonem.

Creſcente Chriſtianorum numero;

POſtquam cæleſtis granum Frumenti, ſolo creditum, triduo cum multiplici animarum fruge à tartareis emergens umbris, ſydereis ſe reddidit horreis *a*, miſſo Sancti Spiritus imbre, ſparſoque divini verbi ſemine per orbem, aſſiduis incrementis fidelis cœpit ſeges ſucreſcere. Ardebat autem beata colonorum manus ſacris incumbere ſationibus, ut ante ſummi Patriſfamilias conſpectus laborum ſuorum inferret fructus. Sed quid humani generis antiquo hoſte malitioſius? Mox etenim, ut divinum animadvertit egregiè pullulare agrum, cuncta corrumpere, aut potiùs radicitus extirpare germina, cunctiſque cultoribus contendit ſupremi occaſus inferre exitia. More videlicet faciens ſuo, ut, qui dudum in Domini ſanguinem atrociſſimas invidorum armaverat dextras, in ſervos etiam totius nequitia machinantis impia effunderet robora. Verùm quia id per ſe ſolum, utpote longè alterius naturæ, quàm nos, & noſtris ab aſpectibus ſemotæ, perficere non poterat, per ſequaces pravitatis ſuæ principes adimplere ſatagebat: nàm ſicut in exortu ſynagogæ *b* ſceptriger Nilicola *c* in Hebraïcam deſæviebat infantiam per proceres, impiis obſequentes imperiis, ita & in exordio naſcentis Eccleſiæ diabolus, rector tenebrarum, per ſuos apparitores Chriſtianam moliebatur extinguere infantilem innocentiam: ſed, licèt lethifer adverſarius contra Chriſtianiſmum mille admoveret deceptionum machinas, tamen diffundebantur diatim Catholica ſemina, & inter vulniferos ſævientium perſecutorum mucrones ager Eccleſiæ fœcundabatur.

a

E

b

c

F

invidia dæmonis trovit & martyrum numerus;

4 Denique, proſtratis illis primis ſatoribus, quibus divini ab initio cura commiſſa ſeminis fuerat, ad devaſtandam Dominicam meſſem tota Romana reſpublica avidè conſpirat, &, veluti egregiis peremptis ducibus, atrocium hoſtium rabies non niſi multo mitiganda cruore in tota commilitonum offeratur * agmina, ineurſantur beatæ planè cohortes, æthereo Regi dignè militantes, & pro fide, quam ſub religionis vexillis profeſſi ſunt, millenis proterendæ ſuppliciis exponuntur: ubique locorum adverſum te, Chriſte, feralia pendent edicta, & Chriſtianum nomen, quod juxta Paulum ſuper omne nomen habetur *d*, non modò verbis, ſed etiam verberibus infectantur & gladiis, triumphant ſæri prælia-tores certaminis interfecti, meliúſque moriendo, quàm vivendo, hoſtiles devincunt cuneos. O nova ſanè & tranſactis ſæculis inaudita prælia! Victi, ut putabatur, coronantur athletæ Chriſti,

*efferatur

d

A. TEODAUDO.

& interfecti regnant. Sciendum tamen, quòd tripliciter antiquus hostis adversùs eos nefandam produxit aciem, spiritaliter scilicet & corporaliter: & spiritaliter quidem, quia pravis suggestionibus conabatur animos eorum à fidei tramite declinare: corporaliter verò gemino modo, quia aut prosperis aut adversis divinæ legis rebelles contra eos debacchabantur, ut, quos videlicet malesuada secunda non flexerant, immanium frangerent ad idololatriam acerba genera tormentorum. Sed quamvis ubique sine intermissione inenarrabilibus suppliciorum argumentis Christiana trucidaretur proles, oboriebantur tamen robustissimi proceres, qui titubantis statum Ecclesiæ documentis erigerent, æquissimis actibus consolidarent, ad ultimum etiam purpurea passione decorarent. Quorum celebria pro sacra religione confligia, quaquaversùm per orbem Christiani vocabuli titulus porrigitur, solemni cantitantur lætitia.

quos inter S. Prudentius Narbone, *c*

5 Inter quos insignis martyr Prudentius, juxta divinam vocem lux existens mundi *c*, egregiis victoriarum emicuit laudibus, qui, ab ipsis crepundiis Christianis redimitus sacramentis, adhuc tenerrimus litterarum imbuendus traditus est gymnasiis. In quibus quàm docilis, quàm sagax, quámque solers & efficax floruerit, res ipsa luce clariùs postmodùm assignavit: instruebatur profectò arcana Divinitatis dispositione, ut futuræ Christi lucernæ lumen sacræ doctrinæ affatim exuberaret, ad illuminanda incredulorum & corroboranda fidelium pectora proficiebat quotidiè sub tyrocinio Christi devotissimus Adolescens ætate, sapientiâ & egregiis moribus, ut jam Sacri Pneumatis domicilium esse ejus non ambigeres in pectore. Fuit autem, ut ipsius perhibent Gesta *f*, nobilissimâ oriundus prosapiâ, Narbonensium partium *g* indigena. Denique archidiaconus* urbis ejusdem decoratus apice, longè latèque salutiferâ doctrinâ, vitâ atque magnificis coruscabat miraculis. Tanto siquidem splendore divinæ, quod primum est, atque secularis radiabat philosophiæ, ut, quamvis ea tempestate multi doctissimi & facundissimi viri gloriosa prædicarentur laude, nemini prorsus in Gallicis vel Hispanis oris haberetur secundus.

B

f

g

*archidiaconatûs

Loci illius archidiaconus, passus quoque dicitur: C

6 Plurimus namque lepor & facetiarum nitor, jocunda & gratissima urbanitas ejus inerat eloquio, sapientiæ sale condita, per quod ipsius pectoris ager fecundus multarum fruges animarum placita ubertate Christo adquisivit. Denique qualis quantusque in divinis documentis atque virtutum fuerit exercitiis, ipse rationis ordo enucleare nunc exigeret, nisi textus Gestorum & passionis ejusdem *h* etiam curioso satisfacere videretur. Ideóque de his scribere diutiùs supersedeo. Itaque postquam Vir excellentissimus doctorque præcipuus sacrum ovile Christi plurimùm augmentavit, cum hoste ferocissimo acerrimo congressus duello, tandem pro beata fidei confessione, variis atque acerrimis furore gentilium attrectatus suppliciis, ut in cælestis Hierusalem aptiùs locaretur ædificio, sacratissimæ passionis palmam promeruit *i*, martello contusus demurario *k*, quarto die noni mensis, hoc est, pridie Nonas Septembris *l*. Qui videlicet martellus (ut perhibent, qui viderunt, dum sacerrimæ ipsius transferrentur reliquiæ à piæ recordationis abbate Stephano *m*) cùm beatis adhuc contineretur pignoribus*, in osse quoque sacri capitis hactenus fracturæ apparent, scilicet vestigia passionis *n*: taliter ergò robustissimus

h

i

k

l

m

**videtur desiderari aliquid.*

n

Athleta de hoste prostrato referens trophæa, æternâ donatus laureâ, cæleste capitolium ingredi promeruit, applaudentibus hymnidicis Angelorum choris. D

ubi clàm primò veneration. obtinuit fidelium,

7 Perempto itaque Christi milite Prudentio, cùm vesanâ persecutorum rabies, necdum satiata, immanè adhuc fureret, artus sacratissimos, mausoleo atrociter erutos, in quo à fidelibus furtim nocturno conditi fuerant silentio, feris avibusque diripiendos longiùsculè ab urbe sub divo exposuerunt. Tantâ enim furoris insaniâ diabolus gentilium exagitabat pectora, ut Christi militum punitorum membra, à suprema arcentes sepultura, bestiis & alitibus projicerent devoranda. Superna verò provisione servatum beatum funus (neque enim perire poterat, quod Omnipotentis dextera protegebat) à Christicolis noctu piâ rapinâ iterum abripitur, & pro tempore aggere in ipso, formidine paganorum, vili potiùs obruitur, quàm sepelitur tumulo: ubi etiam multis annorum latuisse dignoscitur curriculis, tametsi Christiana devotio clanculò venerabiliter locum orationis gratiâ frequentaret. Tandem superna Miseratione de cælo in terram aspiciente, ut audiret gemitus compeditorum, & solveret filios interemptorum *o*, sopitis persecutionum tempestatibus, Sponsa Christi respirare ad tempus radio tranquillitatis cœperat. E

o

dein publicè, excitatâ illi ecclesiâ, *p*

8 Quapropter à religiosis in loco fabricata est basilica *p*, non multæ capacitatis quidem, nec tanti Martyris dignitati responsura, sed tamen tali tempore fidelium devotioni opportuna. Denique sarcophagum ipsum, in quo positum primitus funus beatum fuerat, apud Narbonam adhuc tantæ reverentiæ, tantæque habetur formidini, ut nemo prorsus tangere audeat; sciens pro certo, se non impunè laturum. Quod jam sæpiùs quamplurimis probatum est experimentis *q*: fuit ergò in eadem ecclesia multis temporum evolutis discursibus, nec ab ullo gentilium vel Christicolarum (ut res ipsa declarat) prorsus tolli potuit; licèt id quamplures temptaverint, tam gentiles, quàm sacræ fidei homines, quod utique clarissimi vice posuerim miraculi. Nam sæpenumerò idem sacer locus, totaque circumjacens regio, venientibus hinc & inde barbaris, in heremi redacta est vastitatem *r*: nec tamen sacratissima pignora ab ullo contingi potuerunt. Tempore siquidem Dagoberti, filli Childeberti, regis Francorum *s*, jam abundante iniquitate & refrigescente charitate multorum, gens Saracenorum ex Africa transiens per angustias freti Athlantici, quod, SEPTE *t* vocitatum, Africam secernit ab Europa, totam pervadit Hiberiam *u*.

q

F

r

s

t

u

quæ sæculo VIII, *illæso tamen Sancti sepulcro,*

9 Post annos verò decem, anno scilicet à Verbo Humanato septingentesimo tricesimo tertio, cum uxoribus & filiis rebusque familiaribus transcenso Pyreneo, Citeriorem Hispaniam & Aquitaniam, ut habitaturi perpetuò, ingrediuntur: urbes, oppida, castella, villas quaquaversùm depopulantur, ecclesias ubique & sacra loca incendunt vel diruunt, inter quæ etiam beatissimi Prudentii ecclesiam edax consumpsit incendium *x*, nec tamen sacrum contingitur lipsanum. Tunc Carolus, agnomine "Tudites,, vel "Martellus *y*,, filius Pipini Brevis & Vetuli, metuens, ne fortè etiam Franciam pervaderent, adversus eos profecturus, utpote major-domus, maximas molitus est pugnatorum conflare copias: nam tunc regalia per proceres administrabantur.

x

y

A bantur. Cùm ergò, regali exhausto ærario, opes minimè suppeterent, quibus stipendia & donativa, ut moris est, regiâ munificentiâ largiretur, militibus, gravissima compulsus necessitate, decimas; & (quod dictu nefas est) ecclesias, ablatas sacris ministris, dedit eisdem militibus exercitus sui. Nec mora, facto impetu cum Eudone, duce Aquitaniæ, terga dant hostes. Cæsa sunt ibi trecenta & septuaginta quinque millia Saracenorum, mille quingentis tantummodò Francis
z occumbentibus z.

vastata fuit. 10 Exinde facer ille locus à militibus hæreditario jure per succedentia tempora possessus, ut ecclesiæ pleræque neglectui habebantur. Nec multò pòst Abdirama, rex Cordubensis, cum duodecim regibus Saracenorum, universis conflatis copiis, totam invadit Aquitaniam, ipsamque obsidens Narbonam, cuncta finitima rapinis & incendio pessumdedit, Sancto penitus (ut solebat) intacto. Quos iterum Carolus, conserto prælio, ita contrivit, ut vix aliquis evaserit *aa*. Quem verò exitum præfatus fortitus sit Carolus pro decimis & ecclesiis, quas militibus dederat, licèt digressionem præter rem facere videar, quia illud profuturum reor, paucis retexam. Defun-
B ctus enim acerbissima valdéque terribili morte, sepultus est in basilica beati Dionysii martyris. Quo sepulto, mox tantus fœtor, tamque pestifer aër ab ejus cœpit egredi mausoleo, ut etiam longè semotas tabo inficiens auras, multos leto dederit, & quamplures morbo gravissimo affecerit. Voces etiam lugubres, gemitus & ululatus miserabiles exinde creberrimè audiebantur. Quo comperto, Pipinus filius ejus jubet referare sarcophagum, eoque patefacto, draco miræ magnitudinis, ex cujus ore letifer ille procedebat halitus: de corpore verò Karoli nichil penitus
bb repertum est *bb*: hoc autem dictum sit ad sacrorum pervasores locorum, qui adhuc violenter sancta detinent loca, suisque hæredipetis hæreditates concedunt perditionis.

ANNOTATA.

a *Christum intelligit, qui tertia à morte die ad vitam rediens, triumphato diabolo*, vitæ æternæ, *ut canit sacro Resurrectionis die Ecclesia*, nobis aditum, devicta morte, reseravit, *& post dies quadraginta cælos vi sua ascendens, die Pen-*
C *tecostes in Apostolos, fidem Christi disseminaturos, misit Spiritum Sanctum.*

b Συναγωγή, *vox Græca, cœtum quemvis, vel locum, in quo cœtus colligitur, significat: priore modo accepta frequenter pro ecclesia Judæorum sumitur; Teobaudus verò hanc vocem ad significandum populum Hebraïcum sub Pharaonis, de quo mox, tyrannide constitutum, transtulit.*

c *Nimirum Pharao, Ægypti ad Nilum rex ille, de quo Exodi cap.* 1, ℣. 8: Surrexit interea rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph, *quique Hebræos, numero viribusque angeri cœptos, opprimere summo molimine studuit.*

d Propter quod & Deus exaltavit illum (*Christum*) & donavit illi nomen, quod est super omne nomen. *Ad Philipp. cap.* 2, ℣. 9.

e Vos estis lux mundi. *Matth. cap.* 5, ℣. 14.

f *Fuit ergò Teobaudo antiquior aliquis, qui* S. Prudentii *gesta scriptis est persecutus; sed scriptor ille, ac illius de* S. Prudentio *elucubratio hodie ignota sunt: quòd si laudatus hoc loco à Teobaudo scriptor idem sit (uti fortassis est) qui librum secundum Miraculorum* S. Prudentii *scripsit, nec ille satis antiquus est, ut dictis suis de rebus* S. Prudentii, *quas hic vivus gessit, fidem faciat certam. Vide Commentarium prævium num.* 30 *& Annotanda in cap.* 2, *lib.* 1 *litt.* ff. A. TEOBAUDO.

g Narbo (*vulgò* Narbonne) *Galliæ civitas in Occitania Inferiori.*

h *Vide Annotata ad lit.* f.

i *Quo tempore* S. Prudentius *martyrium subierit, Teobaudus fluit; ex modo tamen, quo num.* 4 *de Romanorum in Christianos persecutione, & num.* 5 *de* S. Prudentio *loquitur, censuisse videtur,* S. Prudentium *ethnicorum imperatorum, eorumve præfectorum in Christianos furori primis Ecclesiæ seculis fuisse litatum: at Romanorumne, an barbarorum manibus, quove tempore perierit, planè incertum est, licèt id Wandalis recentiores plerique tribuant. Videsis Commentarium prævium* § 1, *num.* 10 *&* 3 *seqq.*

k Demurare *idem valet, quod ædificii murum perfodere vel evertere:* martellus *itaque* demurarius *idem significare hîc videtur, quod malleus, perfodiendis evertendisve ædificiorum parietibus adhiberi tunc solitus.*

l *Rectè quidem hîc dies* IV *Septembris exprimitur, si Kalendas Januarii, aut* XXV *Decembris anni principium facias; at Teobaudus annis Incarnationis passim utitur, quos, teste Cangio ad vocabulum* annus, *Franci sub tertia regum suorum stirpe à* XXV *Martii inchoare sæpe solebant; quem morem Teobaudus fortè secutus est. Teobaudus enim, præterquam quòd annos Christi passim* Incarnationis *vocet, sub initium libri tertii Miraculorum* S. Prudentii, *de Lingonensi synodo agens, hanc celebratam ait anno* 1116, *nimirum, ut loquitur, à* Conceptu celeberrimo Virginis intemeratæ. *Atque hinc, ut opinor, Benedictini recentioris Historiæ Occitanicæ scriptores lib.* 3, *num.* 48, *hunc ipsum Teobaudi locum ex Labbeo laudantes,* S. Prudentium *migrâsse è vivis, aiunt, secundùm illius Acta, die* IV *Novembris; verba verò illa:* Id est, pridie Nonas Septembris, *vel pro corruptis, vel certè pro recentioris alicujus additamento habuerunt: quibus ego quidem procul dubio lubensque subscriberem, si annum tunc Franci à* XXV *Martii perpetuò inchoâssent, & unum eumdemque annum numerandi modum Teobaudus ubique retineret; quod non facit: nam principio lib.* 4 *Miraculorum* S. Prudentii *annum Vesontionensis synodi, sub Ansirico celebratæ, à Nativitate Christi deducere videtur, sic inquiens:* Igitur anno millesimo centesimo vicesimo quarto à Puerperio Virginis illibatæ *&c, ut adeò, cùm nullum hoc loco Teobaudus annum exprimat, certum mihi non sit, sitne* S. Prudentius *die* IV *Septembris, an Novembris, ex Teobaudi mente defunctus. Vide Commentarium prævium num.* 5.

m *Præerat Besuensibus Stephanus abbas anno* 1116, *quo* S. Prudentii *reliquiæ in villam Lucum, apud quem Jocerannus, episcopus Lingonensis, synodum indixerat, fuêre translatæ, teste Teobaudo lib.* 3, *num.* 44 *&* 47. *Cetertùm de hac ipsa* S. Prudentii *reliquiarum translatione Teobaudo hîc forsan sermo est.*

n *Ex his capitis* S. Prudentii *fracturis malleoque, anno* 1116 *visis, non leve ejusdem martyrii argumentum habetur; ex martyrio verò ejusdem ab aliis homonymis distinctio; de quibus vide Comm. prævii num.* 6 *& binos seqq.*

o *Psalm.* 101, ℣. 21.

p *Quo tempore ea condita fuerit, quis ex tam vagis temporum notis, ac silente præterea antiquitate, definiat?*

q *Teo-*

A. TEOBAUDO.

q *Teobaudo, res suâ memoriâ gestas narranti, ac in Aquitania dudum versato, quod ad venerationem* S. Prudentii *sepulturæ spectat, contradicere nec ausim, nec velim: vellem tamen, tum ut locum illum paulò enucleatiùs explicuisset, tum ut experimenta, quibus liquere ait, non impunè sacro ejus loculo violentas manus admoveri potuisse, singillatim adduxisset in medium, eaque debitis testimoniis roborâsset. Ceterùm, num apud Narbonenses hodieque* S. Prudentii *cultus vigeat, ac in eadem sepulturæ ejus locus, quâ olim, veneratione haberi pergat, nec ne, documentorum scriptorumque inopiâ in medio relinquo.*

r *Narbonensium varias vices vide in Commen. prævio num.* 15 *& seq.*

f *Obiit hic Dagobertus anno* 715 *ex Chronico Moissiacensi & Annalibus Francicis Nazarianis. Vide Comment. prævium num.* 17.

t *Fortè* Septem fratres, *seu totidem Mauritaniæ Tingitanæ ad fretum Gaditanum montes, quos* arcem Septensem *Procopius vocat, teste Ortelio.*

u *Hæc ex Paulo Diacono, qui lib.* 5 *de Gestis Longobardorum cap.* 46 *sic habet:* Eo tempore gens Sarracenorum in loco, qui SEPTEM dicitur,
B ex Africa transfretantes, universam Hispaniam invaserunt. Deinde post decem annos cum uxoribus & parvulis venientes, Aquitaniam, Galliæ provinciam, quasi habitaturi ingressi sunt. *Sarasenorum in Aquitaniam adventum Teobaudus num. seq. iisdem ferè verbis refert, aitque, illum anno* 733 *contigisse; unde anno circitèr* 723 *Saracenos Hispaniam occupâsse, necesse esset: verùm Hispaniæ regnum, devicto rege Roderico, jam Saracenis cesserat anno* 715. *Vide Comment. prævii num.* 17.

x *Non infrequens Saracenis fuisse, ut ecclesias igne ferroque diruerent, docent exempla num.* 19 *Comment. prævii allata: non tamen certum,* S. Prudentii *prope Narbonem ecclesiam ea tempestate fuisse combustam; ut dictum ibidem est.*

y *Carolus Tudites seu Martellus (sic dictus, ut aiunt, quòd hostes instar mallei conterere solitus erat) anno* 732 *aut seq. in suburbio Pictavensi plurima Saracenorum millia insigni prælio fudit, ut auctores Francici tradunt. Vide num.* 18 *Comment. prævii.*

z *Ingens Saracenorum eo prælio occisorum multitudo, Francorum autem paucitas faciunt, ut*
C *utramque ultra verum hîc exaggeratam fuisse, existimem.*

aa *Et hujus quoque prælii, à Carolo Martello cum Saracenis initi, ad annum passim* 737 *iidem scriptores meminerunt. Sed, Abderaman primo prælio cæsum, aiunt, non hoc secundo, contrà ac Teobaudus facit: neque tum Abderaman, aliusve Saracenorum rex vel dux Narbonem, sed Carolus ipse obsidebat, contrà ac iterum Teobaudus scribit. Vide Comment. præv. num.* 18.

bb *Hujus fabulæ ortum, progressum, & errores latè pertractatos habes tom.* III *Februarii in Commentario prævio ad Vitam S. Eucherii §§* 4 *&* 5. *Consule etiam, si lubet, Hadriani Valesii Rerum Francicarum lib.* 25. *Nititur ea revelatione quadam de Caroli Martelli ob distractas divisasque militibus suis ecclesiarum res damnatione, S. Eucherio, Aurelianensi episcopo, facta tempore Pipini regis, filiique Caroli Martelli: sed Pipinus sub annum* 752 *Francorum rex coronatus fuit; mortuo videlicet S. Eucherio jam inde ab anno* 743. *Plura non addo, ne actum agam: si quis tamen plura desideret, scriptores consulat jam laudatos.*

D

CAPUT II.

S. Prudentii reliquiæ Besuam allatæ.

ANno verò à Numine Incarnato octingentesimo quadragesimo primo, jam deficiente Caroli Magni prole sceptrigera *a*, exorta simultate gravissima in Francia inter fratres, filios videlicet Ludovici, filii Caroli Magni, de finibus regni, genitore jam defuncto, barbaræ gentes, Normannorum scilicet, Danorum & Brittonum cum copiosa multitudine Gallias depopulandas atrociter invadunt *b*. Fiunt itaque innumeræ strages Christianorum, ruina urbium, oppidorum, villarum & sanctarum exustiones ecclesiarum; denique rapiuntur inclytæ civitates Andegavis, Aurelianis, Lemovigas, Burdegala, Tolosa, Narbona *c*, totaque miserabili exitio
E traditur Aquitania, beatissimo Prudentio sua sibi defendente. Sed hæc hactenus: nunc verò, aliis omissis, ad gaudia nostra accedamus. Qualiter scilicet ipsum beatissimi Martyris corpus ad nos pervenerit. Aliquantis autem temporum elapsis voluminibus, regnante glorioissimo regum Carolo *d*, Ecclesiæ Christi longè latéque festiva per orbem pace floruerunt *e*. Invigilabant namque sacri pastores supra sibi commissa agalmata *f*; rationales quoque pecudes, justis pro posse insistebant actionibus: eodem itaque tempore, ut in Chronico *g* continetur, venerabilis Geylo Lingonensis urbis pontificalem gerebat insulam *h*, vir præclari stemmatis lineâ pollens *i*, sed illustrior animi virtutibus, quibus admodùm divinis præeminuit in rebus. Qui cùm inter cæteros bene moratæ mentis habitu orationi incumberet assiduus, etiam longinqua celebrium Sanctorum suffragia, paupere spiritu ditissimus præsulum, expectabat: legerat quippe, neminem per se posse salvari, ideóque dilectorum Domini supplex requirebat adjumenta. Unde factum est, ut, Jesu Domino disponente, tam fælicis viæ auspicia pro suorum abolitione peccaminum famosissimi per orbem Jacobi Apostoli adiret limina, in extrema penè parte telluris sita, juxa Oceani latus *k*.

12 Dum igitur, satisfacto votis, alacer repedaret religiosus pontifex, Aquitanicas tandem attigit oras, post multa terrarum transmissa spatia, nec multò pòst, Dei omnipotentis instinctu, cuncta clementer justéque disponentis, quadam die advesperascente, pervenit ad villulam in strata publica *l* sitam (ut præmissum est) penéque desolatam, in qua glorioissimus corpore quiescebat Prudentius, qui, lassitudine cogente & temporis instante densitate, hospitium metatus est cum suis apud ejusdem Martyris ecclesiæ matricularium *m*. Et poterat utique vir egregius & multarum copiis ditissimus rerum largioris nobilioriscue ædis potiri hospitio, nisi ei talis magìs placuisset mansio, quæ solito surgentis noctis conticinio ad divinos decantandos hymnos domo Domini esset propinquior. Susceptus itaque officiosè cum suis comitibus, prout possibilitas admisit, largis reficitur obsoniis. Ast ubi pulsa fames & surrexêre, relictis rite thoris, percunctatur beatus Præsul hospitem suum, quisnam diceretur, quoque honore finalis professionis,

Geilo, Lingonensis episcopus, ex Hispania in Gallias redicns,

a

b

c

d

e

f

g

h

i

F

k

ac prope Narbonem divertens, S. Prudentii reliquias ferè absque cultu

l

m

A nis, martyrii scilicet, an confessionis insigniretur is, cujus memoria in contiguo ab incolis venerabatur oratorio.

Ædituus consultus ait, Prudens vocitatur,
Martyrii titulo celebri famâ decoratur:
Qui primævus adhuc Christi documenta sequendo,
Jam Juvenis meruit palmam fidei moriendo:
Dansque polo flatum, tenet istic corpore stratum.
Nunc pia vota juvat ad corpus ferre beatum;
Quippe piis votis solet ipse favere precantûm,
Si perfecta fides flagret sub pectore tantùm.
Sed quia barbarici ruerant huc sæpe furores,
Ædibus eversis, nostri periêre priores.
Villam, quam cernis, credas nos destituisse:
Hanc quoque basilicam sine tunc cultore fuisse.

13 His & hujusmodi auditis, reverentissimus antistes profundo volvebat pectoris arcano, quod postmodùm, Deitate annuente, efficaciter mancipavit effectui. Quid multis moror? Nox terram solitâ totam contexerat umbrâ: traduntur placido B mortalia corpora somno. Medio verò noctis intempestæ silentio, religiosus pontifex de more ad cœlestes cum clericis suis consurgit laudes, juxta quod ait regius Psalmicen sub typo Ecclesiæ: "Media nocte surgebam ad confitendum tibi, *n* „Domine, super judicia justitiæ tuæ *n*.„ Ingressi autem basilicam divina dulciter concrepant cantica; deinde, dum sacra ab eis percelebrantur præconia, vir vigilantissimus dignusque episcopi etymologiâ *o*, curiosè perscrutans ecclesiolam, tandem ad ligneam pervenit capsam, quæ, retro altare posita, sacratissimi Martyris continebat soma *p*, & jam penè tota cariosa vetustate computruerat; quâ facilè patefactâ & illato lumine, sanctissima contemplatur ossa, vilibus & diuturnitate temporum consumptis pannis obvoluta. Qui, protinus evocato capellano suo, altaque ab imo pectoris ducens suspiria: Heu! inquit, quòd tam splendiflua lucis æternæ lucerna tam angusti offunditur tenebris modii, cùm potiùs orbem illuminatum* sublimissimo dignè foret imponenda candelabro. Proh dolor! Ecce topazion, ille lapidum pretiosissimus, cunctas repellens larvas, imperialique aptissimus diademati, humili diversatur in pulvere. Sed si fortè gratum nôssem beatissimo Martyri, sine dubio, Aquitaniâ nobis discedentibus, viduata remaneret urna tanti Patroni. O nos verè felices, si nobiscum, sancte Martyr, hinc abire velles!

14 Vix lacrymas reprimens hæc paucula dixerat heros; cui capellanus, vir eruditissimus urbanæque eloquentiæ, non multa pro tempore fans sic intulit: Mirari satis nequeo, honorificentissime pater, cur ille æquissimus Arbiter rerum, qui omnia in pondere, mensurâ & numero disponit, tam præclari meriti Virum, & Gallicana dignum amplitudine, tam exiguo, tamque neglecto contineri sinat domicilio: nam, quantùm præsentium rerum colligitur indicio, vix semel hîc Missa celebratur in anno. Hæccine, gloriose Martyr, placet mansio? Hoc recondi juvat angulo, dum populis benigno non vis opitulari suffragio? Sed absit à pio Viro livida invidia; melius sanè acceptiusque foret sydereo Regi, quantùm ad judicium meum spectat, si populosa constitutus in urbe supplices placita protegeres interventione, corporum morbos debilium propelleres, recidiva consequente sospitate. O utinam sempiterno liberet Numini, Lingonicæ te inferre civitati! Procul dubio sacerrima ossa hæc decorarentur auro vel fecundi honoris metallo, quæ hîc carioso non circumteguntur, sed potiùs deturpantur ligno. Age, tam copiosus, tantique pretii thesaurus lutulento eruatur loco, urbanisque inferatur gazophylaciis, haud est metuendum furtum, quod Omnipotenti probatur esse placitum, multisque mortalibus profuturum.

15 Talia dum dicunt, visus in Martyre figunt,
Vela revolventes & noscere cuncta volentes.
Mox breve, mox igitur, quod continet, hîc reperitur,
Discat, qui nescit, Prudentius hîc requiescit,
Qui Domini testis fuit indiciis manifestis.
Hæc ut legerunt *q*, ea tollere dispositerunt;
Sed paulò dubitant, quia Sanctum tangere vitant.
O bene devoti, culpæ formidine moti,
Quid formidatis? Nihil est hîc, quod paveatis. E
Non irascetur Martyr, quia mitis habetur;
Jam dudum siquidem remorari nollet ibidem.
Mitis inhumanos dimittere vult Aquitanos:
Vobiscum certè cupit ire, jubetque referre.

16 Postposito ergò religioso timore, auferunt beatas reliquias totius corporis, adeò ut nîl defertæ relinqueretur arculæ, continuóque Hispanicâ reverenter obvolutæ pallâ, celerrimè, priusquam discederet, capacibus infarciuntur crumenis: erat enim locus isdem penè habitatione humana destitutus, tam barbarica infestatione, de qua jam satis præfatus sum, quàm etiam indigenarum, eum sibi usurpare volentium, alterna pervasione, ideóque valdè opportunus ad tale peragendum negotium. Et ubi more suo de cardine surgit Eoo florigero curru tenebris aurora remotis, conscensis sonipedibus, redux ingrediuntur iter, nullo penitus accolarum animadvertente, quod factum fuerat. Quæ enim in viro tantæ gravitatis, tantæque authoritatis haberi suspicio furti poterat? Quis verò, ut alia omittam, pontificem quemlibet latrocinii F reum umquam audisse se, meminit, nedum virum præcelsa stirpe progenitum, & ob id latè notissimum, sanctitatisque non inopem? Sed, ô felix planè latrocinium, egregia laude per sæcula cuncta fruiturum & coram altithrona Majestate gratissimum! Dicat aliquis, præsulem sanctum tale quid attemptare, nullatenus debuisse. Sed multorum discimus exemplis, sanctos spiritus plerosque, Deo in superis jam post busta conjunctos, vel gratanter pati, corporum suorum reliquias ad uberiorem salutem, suique majorem venerationem ad alia deferri loca. Denique protomartyrem Stephanum ab Hierosolymis Constantinopolim *r*, Nicolaum à Mirea Barrum *s*, Magdalenam Mariam ab Aquensi regione Vizeliacum *t*, ipsum quoque monasticæ philosophiæ legislatorem Benedictum fideli furto vel rapina à Cassino in Gallicas delatum legimus oras *u*. O utinam tale mihi facinus, tantumque patrare contingeret furtum *x*!

17 Sed quid diutius gaudia nostra per plurima demoror? Ingressus itaque beatus pontifex Geilo Burgundiam cum ingente gaudio, Aquitaniâ spoliatâ,

illic servari, intelligit,

an illuminatura?

quæ, inita

cum suis consilio,

clàm nocte aufert,

ac Besuam defert anno 823.

A. TEOBAUDO.

q

r s

t

u

x

A. TEOBAUDO.

liatâ, grates referebat Majeſtati divinæ. Tandem verò ſuperna clementia ei Beſuam reduxit in memoriam, quam plurimùm in viſceribus Chriſti ſancta complexabatur charitate, ut eam pauperem & egenam tantâ ditaret opulentiâ. Ut autem epiſcopii ſui contigit terminos, tanta procerum, clericorum, monachorum atque populorum multitudo diverſi ſexus, conditionis & ætatis occurrerunt, ut conglobati confeſtim per ſemitas piâ violentiâ ipſum ſanctum præſulem remorari diutius compellerent, videntes miracula & ſanitates, quas beatus Martyr piè credentibus publicè conferebat. Quid plura? Tandem poſt multas difficultates cum onere illo ſacratiſſimo, copioſis ſtipatus agminibus, gratulabundus Beſuanos ſubintrat penates. Suſceptus verò officioſiſſimè, ut tantum decebat præſulem, peracti itineris accidentia (ut aſſolet fieri) refert, Prudentiique beatiſſimi glorioſam rapinam inter alia commemorat; qui, obnixè ab abbate fratribuſque exoratus, tantum, tamque incomparabilem Tyberianis gazis theſaurum Beſuenſi concedit eccleſiæ anno ab æterno Verbo humanato octingenteſimo octogeſimo tertio *y*. Nec hoc ſolùm, verùm etiam, ne Sancto deeſſet luminare interdiu & nocte, quaſdam epiſcopii eccleſias eidem loco dedit liberrimè, quæ nominatim exprimuntur in rerum datarum Codice, ipſo beato antiſtite hoc idem ubique diffamante. Quantùm autem Beſuanam dilexerit eccleſiam, qualiterve provexerit, in eodem libello benevolus & ſtudioſus lector copioſè reperiet.

y B

18 Depoſito ergò Beſuæ glorioſiſſimi Martyris corpore Nonas Octobris *z*, eodem die anguatim decernitur lætitia pro tanti exceptione Patroni *aa*; nec immeritò. Si enim olim Octaviani triumphi exceptio feſtivo quotannis recolebatur gaudio, qui animam poſt letum fævo tradidit orco, quantò magis beati Prudentii, æternâ in ſuperis gloriâ & honore coronati, jocundiſſimus ad nos adventus perenni (ſi poſſet fieri) mancipari deberet celebritati? Notandum verò, quod plerique arbitrantur, beatiſſimi corpus Prudentii non à venerabili Geylone ab Aquitania delatum, ſed ab ipſis Aquitanicis ob metum Saracenorum, ab Hiſpaniarum partibus, tranſcenſo Pyreneo, in Gallias ſæpius irrumpentium, allatum Divioni *bb* propter firmiſſimam loci munitionem; ſicuti corpus egregii doctoris Hilarii *cc*, & beatæ Radegundis à Pictavenſibus, aliaque perplura Sanctorum pignora ab aliis provinciis *dd*.

ibique depoſuit die VII Octobris, *z* *aa* *bb* C *cc* *dd*

19 Quod profectò non immeritò ut veriſimile credi poſſet, niſi venerandæ memoriæ Agrimus, præſul Lingonenſium, ſucceſſor ejus, in quodam ſuo dixiſſet privilegio *ee*: "Ad multorum, „ inquit, "conſtat perveniſſe notitiam, qualiter „Geylo, piæ recordationis epiſcopus, prædeceſſor „noſter, S. Prudentium ab Aquitania transferens, „in noſtrum epiſcopium Lingonenſe detulit, & „in Beſua monaſterio ad laudem & gloriam no„minis Dei ſolemniter collocavit.„ Ex quo liquidò perpendi poteſt, ab oris Aquitanicis pontificem ſæpefatum, noſtrum illuſtriſſimum detuliſſe Martyrem, & Beſuenſi contribuiſſe cœnobio. Quantis autem quibuſve ibidem, in baſilica videlicet beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli virtutum coruſcaverit radiis, à neſcio quo noſtratum *ff* ſatis plano expeditum ſermone, celebri effertur memoria, quæ etiam virtutum inſignia in hoc Opere noſtro dignum duximus inferere, ut vetera novis copulantes ſuperflua recidamus, hiantia ſuppleamus, minùs commodè dicta, veletiam vitioſè, ad gnormam dirigamus *gg*. Sed ne fortè aliena ſublegiſſe, & alterius gloriam in nos impudenter videamur transfundere, ipſis priſcis miraculorum ejus virtutibus ſubſequentem libellum dicabimus, ut, quid noſtrum, quidve alterius ſit, ſagax lector diſpiciat.

teſte Agrimo, qui fuit è proximis Geilonis ſucceſſoribus. *ee*

ff

D

gg

Explicit liber primus.

ANNOTATA.

a *Id eſt, Ludovico Pio, Caroli Magni filio, qui anno* 740 *è vivis abiit.*

b *Frequentes barbarorum in Gallias, eo tempore factas, irruptiones apud ſcriptores Francicos paſſim obvios deſcriptas invenies.*

c *Eaſdem civitates à barbaris captas (ſi Narbonem excipias) nominatim enumerat Ermentarius abbas, ſcriptor æqualis, in Præfatione ad lib.* 2 *de Tranſlationibus & Miraculis S. Filiberti. Verba illius dedi num.* 20 *Comment. prævii. Notitia provinciarum & civitatum Galliæ, Honorii Auguſti, ut videtur, temporibus condita, Andegavum* (Angers) *provinciæ Lugdunenſi tertiæ; Aurelianum* (Orleans) *Lugdunenſi Senonicæ; Lemovices* (Limoges) *Aquitaniæ; Burdelam* (Bourdeaux) *Aquitaniæ II; Toloſam* (Toulouſe) *& Narbonem Narbonenſi I adſcribit. Ex his Burdegala, Narbo & Toloſa civitates ſunt archiepiſcopales, reliquæ epiſcopales.* E

d *Legendum reor* Carolomanno, *Francorum ab anno* 879 *uſque ad annum* 884, *quo obiit, rege: Carolus enim Craſſus, anno* 880 *imperator coronatus Romæ à Joanne Papa, à morte tantùm Carolomanni, cùm Carolus Simplex, Ludovici Balbi filius, vix quinquennis eſſet, à Francis fuit evocatus. Carolus verò Simplex Franciæ rex coronatus eſt anno* 893. *Ex Labbeo in Chronologia Technica ad annos ſupradictos.*

e *Non tam pacata fuiſſe ea tempora, ac Teobaudus his verbis inſinuat, temporum horum Faſtos legenti manifeſtum erit.*

f Ἄγαλμα *Græcè ſimulacrum ſtatuamve ſæpe ſignificat: hîc autem ſumitur pro diœceſanorum multitudine ſeu grege, epiſcopi curæ commiſſo.*

g *Beſuenſe Chronicum jam ſæpe citatum Teobaudus intelligit, auctore Joanne monacho Beſuenſi, qui ſub Stephano abbate Beſuenſi fuit, de quo num.* 49 *Comment.* F

h *Iſaaco Lingonenſi epiſcopo ſucceſſit ſub annum* 880. *Ex Chronico Beſuenſi apud Acherium ſæpe laudatum pag.* 518. *Vide etiam num.* 21 *Comment. prævii.*

i *Comitis cujuſdam*, Geilonis *pariter dicti, filium vocat Falco in Chronico Trenorcienſi apud Petrum Jueninum in monumentis Hiſtoriæ Trenorcienſis pag.* 18.

k *Nimirum Compoſtellæ in Gallæcia, quam Oceanus Atlanticus alluit.*

l *Id eſt, in via publica.*

m *Infrà* ædituus *dicitur.*

n *Pſalm.* 118, ℣. 62: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper judicia juſtificationis tuæ.

o Ἐπίσκοπος *Græcis eſt, qui Latinis* inſpector, obſervator, explorator, *ſeu, ut etiam Teobaudi vocabulo utar,* perſcrutator.

p *Id eſt, corpus.*

q *Hinc videtur Geilo unà cum corpore ſchedulam aut inſcriptionem, quæ* S. Prudentii *nomen & martyrium teſtaretur, inveniſſe.*

r De

A r *De S. Stephani reliquiis, Hieroſolymis Conſtantinopolim (abſque furto tamen) allatis, Marcellinus ait in Chronico ad annum* 439 : Eudocia, uxor Theodoſii principis, ab Hieroſolymis urbem regiam remeavit, beatiſſimi Stephani, primi martyris, reliquias (*manum ſcilicet, ut aiunt*) quæ in baſilica S. Laurentii poſitæ venerantur, ſecum deferens. *Et Theodorus lector apud Henricum Valeſium pag.* 568 : Eo (*Theodoſio Juniore*) regnante, depoſitæ ſunt reliquiæ SS. Stephani, Laurentii & Hagnes in martyrio S. Laurentii, die viceſima prima menſis Septembris. Et eodem die celebratur illic eorum memoria uſque ad hodiernum diem. *At non hùc fortaſſe reſpexit Teobaudus; ſed fabulam illam, quæ apud Surium eſt ad diem* III *Auguſti; quâque S. Stephani corpus jam inde à Conſtantini Magni tempore Conſtantinopolim allatum dicitur per Julianam viduam, quæ viri ſui, juxta S. Stephani corpus & in ſimili tumulo ſepulti, corpus auferre ſe rata, non hujus, ſed S. Stephani corpus Conſtantinopolim detulerit; ſed fabula hæc ex Marcellino & Theodoro Lectore ſatis refellitur.*

f *Signatur ea S. Nicolai Tranſlatio in Martyrologio Romano ad diem* IX *Maii his verbis :* Barii quoque in Apulia tranſlatio S. Nicolai, epiſcopi ex Myra, civitate Lyciæ, *de qua Sigebertus apud Miræum ad annum* 1087 *hæc ſcribit :* In Italia Venetianis meditantibus auferre corpus ſancti Nicolai à Myrea Lyciæ, à Turcis deſolata, præoccupaverunt eos Varenſes cives, numero XLVII, & ab Antiochia Myream venientes à IV monachis, tantùm ibi inventis, extorſerunt ſibi oſtendi tumbam Sancti : quâ effractâ, oſſa Sancti in olei liquore natantia integro numero extraxerunt, & Varim (*Barium*) cum gloria attulerunt. Facta eſt hæc tranſlatio anno DCCXLV à depoſitione ſancti Nicolai. *Hiſtoriam Tranſlationis hujus ex Joanne archidiacono Barenſi, qui illam ſub annum* 1088 *ſcripſit, latiùs explicatam habes apud Surium ad diem* IX *Maii pag.* 116 *& ſeqq.*

t Vezeliacum (Vezelay) *Burgundiæ oppidum eſt in diœceſi Auguſtodunenſi : condidit illic ſanctimonialium monaſterium ſeculo nono Gerardus comes; ſed brevi à Saracenis everſum & à Gerardo inſtauratum monachi Benedictini incoluêre. Hujus loci monachum,* Badilonem *dictum, S. Mariæ Magdalenæ reliquias eò detuliſſe, aiunt : ſed unde acceptas? Id ipſos monachos Vezeliacenſes latuiſſe, ait Sollerius tom.* V *Julii pag.* 12; *ſed ſeculo duodecimo eam apud illos invaluiſſe opinionem, quam Teobaudus ſequitur, corpus S. Mariæ Magdalenæ ex Provincia, imò ex ipſa Aquæſextienſi urbe ad ſuum cœnobium delatum fuiſſe, furtim nempe à Badilone ſurreptum. Contrà Provinciales S. Mariæ Magdalenæ corpus penes ſe & fuiſſe, & remanſiſſe, contendunt; quorum ſententiæ ut veroſimillimæ Sollerius ſubſcribit, quidquid in contrarium varii ſcripſerint. Conſule, ſi lubet, illius Commentarium in Vitam S. Mariæ Magdalenæ, ubi hanc controverſiam §§* XI, XII, XIII *&* XIV *multis eſt perſecutus.*

u *Verùm & ea de re inter Benedictinos ipſos lis eſt non exigua : utut ſit, Tranſlationis hujus Hiſtoriam, auctore Adalberto Floriacenſi monacho, edidit notiſque illuſtravit Henſchenius tom.* 3 *Martii à pag.* 302.

x *Licitum id olim à nonnullis, ſed malè, putabatur.*

y *Hinc Caſtellanum, qui anno* 885; *& Tillemontium, qui* 887 S. Prudentii *corpus Beſuam delatum ſcribunt, corriges.* A. TEOBAUDO.

z *Id eſt,* VII *Octobris : perperam igitur ſignat hìc Caſtellanus* IV *Septembris,* XX *verò Octobris Gualtherotus. Vide num.* 23 *Comment. prævii.*

aa *Recentiores tamen, die* VI *Octobris* S. Prudentium *coli, ſcribunt. Vide num.* 4 *Comment. prævii.*

bb *Burgundiæ primaria civitas eſt.*

cc *De S. Hilario, Pictavienſi epiſcopo, actum eſt ad diem* XIII *Januarii, & tom.* VII *Maii à pag.* 594 : *verùm nihil ibi alibive inveni de tranſlatis Divionem ejus reliquiis.*

dd *De S. Radegunde regina pariter actum eſt in Opere noſtro tom.* III *menſis Auguſti ad diem* XIII *ubi in Commentario ad illius Acta prævio num.* 85 *S. Radegundis corpus uſque ad annum Chriſti* 1562, *quo Calviniſtarum rabie combuſtum fuit, Pictavii conſervatum fuiſſe dicitur; non ita tamen, quin ſubinde alibi delituerit, ut in Quintiniacenſi non procul Pictavio Benedictinorum monaſterio ob crebras ſubitaſque Normannorum irruptiones aliquando delituit. Ita fieri etiam potuit, ut, quod Teobaudus ait, fuerit aliquando ob imminentium barbarorum metum Divionem delatum. Triplex ejus tranſlatio ſignatur, una apud Sauſſayum ad diem* XXVIII *Februarii; altera in Florario noſtro Ms. ad diem* XI *Februarii; tertia ad* XXIV *Octobris in eodem. Verùm quo tempore, & quò factæ ſint binæ hæ tranſlationes, dictum Florarium non edicit.*

ee *Agrimi Chartam, unde hæc Teobaudus hauſit, integram habes ex Chronico Beſuenſi num.* 27 *& ſeq. Comment. prævii. Sedit Agrimus in Lingonenſi cathedra ſaltem ab anno* 889, *uti ex eadem Charta conficitur, monachus mortuus ſub annum* 910 *in S. Benigni monaſterio.*

ff *Hinc, Teobaudum monachum Beſuenſem fuiſſe, colliges, uti & auctorem libri ſecundi Miraculorum* S. Prudentii, *qui proximè ſequitur.*

gg *Ex his colligo, Teobaudum librum ſecundum Miraculorum* S. Prudentii *non tranſcripſiſſe ipſis auctoris ſui ubique verbis; ſed quædam in illo mutaviſſe, reſcidiſſe, ſupplêſſe, etſi non admodùm multa; licèt paulò infrà dicat, ſe dicto libro Miraculorum* S. Prudentii *ſecundo ejuſdem Martyris virtutes ſeu miracula aſſignare,* ut olim ſcriptæ ſunt. *Rem declarabunt uberiùs ea, quæ in librum* 2. *Miraculorum* S. Prudentii *ex Ms. Divionenſi, quod à ſexcentis aut ſeptingentis annis exaratum Chiffletius cenſuit, infrà annotabuntur.*

LIBER II.

CAPUT I.

Depoſitis Beſuæ S. Prudentii reliquiis, varia ibi miracula ad illius invocationem eduntur.

DEcurſis in priore volumine, qualiter ſacratiſſimus martyr Prudentius, hoſtibus evi-

A. ANONYMO.

S. Prudentius paralyticum & anum contractam sanat,

ctis, policam conſcenderit aulam *a*, quoque rerum ordine noſtras delatus ad oras, Beſuanos ſubierit lares; in ſecundo nunc, quibus quantiſque ſeſe apud Beſuam declaraverit virtutibus, ut olim ſcriptæ ſunt *b*, aſſignare rationis ordo poſtulare videtur: fides autem rerum ipſarum ad primum referatur authorem. Igitur dum ipſum corpus reverentiſſimum adhuc eminus à monaſterio eſſet in itinere *c*, quo deferebatur Beſuam, innumeris populorum vallatum catervis, homo quidam, Johannes nomine, qui quondam monachorum procurando ovilia, opilionis functus erat officio, aſello reſidens ei occurrit obvius, qui jam ab annis priſtinis paraliticam inciderat ægritudinem, adeò ut, membris inferioribus diſſolutis, nonniſi alieno vaderet adminiculo; moxque humi proſtratus, beati Martyris luctuosè invocando auxilium, tibiarum quidem extenſione potitus eſt, ita ut aliorum ſublevatus adjutorio erigeretur, denegato ſibi adhuc commeandi officio. In quo utique facto, quiddam minùs rectæ fidei creditur habuiſſe, dum, quod voluit, ex toto impetrare non potuit. At ubi templum ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Beſuenſe beatum corpus ingreſſum eſt, B anus quædam plebeia, nomine Chriſtina, quæ undecim annis contractionis laborabat incommodo, interventu B. Prudentii, cujus inceſſanter implorabat ſuffragia, eundi reparato officio, ſuis jam, non alienis, viribus loculum, quo beatus Martyr ferebatur, gaudens ſubſecuta eſt *d*.

a
b
c
d

cæcitatem, morbum lethalem, claudicationem, chiragram tollit,

21 Poſtquam autem in eccleſia Apoſtolorum Petri & Pauli ſancti Martyris corpus poſitum eſt, Martina quædam infantula octennis, ab alvo materna cæcitate damnata, dum à parentibus illò fuiſſet deportata, quò ſacer quieſcebat Martyr, divina in ſe operante virtute, ſubitò lucernarum rutilos cœpit intueri fulgores; &, ut nativus infantibus mos eſt, quò ſibi propiùs exhiberentur, veluti pulcherrimæ res & inſolitæ, quo valebat modo, cœpit deprecari. Proceſſu tempus effluxerat, & femina quædam, nomine Oſanna, adducitur, quæ ita diræ valetudinis angore fatigabatur, quippe membris omnibus ægritudinis lethali pondere preſſis, & * hominum etiam leviſſimos horreſceret tactus: quæ, dum limina almi Clavigeri Doctoriſque egregii tetigiſſet, omni propulſato dolore, priſtinam promeruit ſoſpitatem. Wichildis etiam nonagenaria, ut putabatur, quæ uſum pariter videndi atque incedendi perdiderat, tam ægritudine, quàm provectiori ætate defeſſa, dum ſuorum amminiculo devecta, fuiſſet ſacratiſſimo corpori [admota,] illicò diu negatum recepit viſum, &, greſſibus rigido angore ſolutis, ſuis jam gaviſa eſt vadere plantis. Nec diſſimili privilegio pollet, quòd Raynildis Solumgiaci ruris *e* annorum fermè xxv jam longo ævo ſiniſtri brachii chiragricum incurrebat morbum, ita ut manus ſibi pollice infixo, & cæteris digitis ſuperpoſitis pectori adhæreret, & nullo modo divelli poſſet; huic divini medicaminis mox virtus adfuit, & dum, fuſa oratione, limen oratorii, quo ſanctus quieſcebat Prudentius, fuiſſet egreſſa, priſtinæ reddita ſanitati, adſtantes grates reddere Conditori incitavit.

Ms. Divion. ut

C

e

greſſum contracto, cæca viſum, muto loquelam,

22 Gautſelinus quoque annorum decem & octo, villæ habitator, quæ vocatur Solumgiacus *f*, præſentiſſimam S. Prudentii virtutem expertus eſt: nam illius undique membra ſubteriora ita ſibi contractionis vendicaverat morbus, ut non eo * loco movere, nedum incedere poſſet. Contigit autem, ut, aliorum manibus lecticâ geſtatoriâ vectus, baſilicæ beatorum Apoſtolorum deferretur, quâ venerabilis Prudentius martyr miraculis publicabatur. Cúmque, peracto Officio, omnes eccleſiâ egrederentur, nullúſque adeſſet, qui juvamen egreſſionis ægroto tribueret, remanſit ibidem ſui poteſtate privatus; ſicque factum eſt, ut monachi advenientes eum, ſolitudinis & debilitatis causâ ingemiſcentem, reperiſſent. Quocircà adſtantes, miſeratione ducti, immò magìs divino inſtinctu, eo, quo fuerat lectulo deportatus, imponentes, ſancto Prudentio obtulêre curandum: qui pro ſui ſcientia, oratione fuſa, cum lacrymis Domino proſtratus, vires recepit, omnium membrorum ſolutionem promeruit; &, petito baculo, eorum, qui aderant, manibus erectus, pedibus rectus ſtetit, omnibus, ut par erat, laudes Domino referentibus. Pontivinceniæ *g* Vulfrada quædam adoleſcentula oculorum octennem lugebat caliginem, quæ, dum prælibatum adiit locum, velut quolibet imperfectæ gratiæ obice argueretur, ex parte illuminata receſſit. Dierum aliquorum evergente curriculo, puer quidam de villa, cui nomen eſt Flexo *h*, utriuſque officii, audiendi ſcilicet & loquendi, ſubierat infenſam; qui, dum limina SS. Apoſtolorum Petri & Pauli attigiſſet, ita curatus eſt, ut clarè audiret & loqueretur. Mater verò, ſuper mirifici operis ſpectaculo gratias agens Deo, cum gaudio remeavit ad ſua.

D

g

h

E

enervata vires, cæcis viſum reddit, dæmone obſeſſum liberat, aliaque

23 Flaverta, Lingonicæ urbis *i* indigena, decenni ætatis virore floreſcens, ſexto menſe fermè exacto, ſcapulâ cum brachio & manu ita fuerat enervata, ut nec quidem ea movere, nec contingere aliquid poſſet; hæc dum biduo, quod S. Martini præcedebat feſtivitatem, Beſuenſe cœnobium attigiſſet, ipſius vigiliâ memorati S. Martini *k*, dum media nocte in eccleſia quieſceret, ubi ſanctiſſimi Prudentii reverentiſſima gleba competenti frequentabatur honore, ipſo mediæ noctis articulo, omni levata dolore, ſanitati redintegrata eſt. Wandaldrudis quoque Adchiacenſis villæ *l*, octo quidem ætatis annos, cæcitatis verò tres & novem menſes expleverat: quæ ipſo die veniens, quo & ſuperiùs curata, Matutinorum ſolemnitate peracta, gratiâ medendi in domo orationis ſtans atque orationi incumbens, viſum recepit. Soror tamen ejus imparis ætatis & ipſa diu cùm eſſet cæca, aliquantulum luminis F promeruit, clarè tamen videre non poterat. Warneldis etiam de Mentuſca *m*, jam duodennis, nativo lumine fruſtrata fuerat; hæc ad præfatam contendens ſolemnitatem, ut debilium eſt conſuetudinis, candelam obtulit, atque è veſtigio clarè lumen promeruit, omneſque ad laudes perſolvendas Creatori perſpicuè incitavit. Ermenbertus plenæ indolis, utpote decem & octo annorum, Beriæ incola villæ *n*, immundo ſpiritu arreptus, illius acriter vexabatur inſtinctu *o*. Hic, dum à parentibus plauſtro vectus, loriſque fortiter adſtrictus, Eccleſiæ principum Apoſtolorum Petri & Pauli, in qua ſanctus quieſcebat Prudentius, præſentaretur, ſuffragantibus ſanctis Apoſtolis, immò beato Prudentio interveniente, immundi ſpiritus caruit fœditate. Et quia ingrati hoſpitis diro horrore obtritus fuerat, licèt ſanæ mentis, diutino tamen laboravit incommodo.

i

k

l

m

n

o

ſemiulta,

24 Alius quoque, nomine Winebaldus ex villa Burbureno *p*, eodem fatigabatur ſtimulo; hic, dum eidem baſilicæ ſiſtitur, humi proſtratus

p

A tus, orationem fudit, atque integerrimæ reſtitutus eſt ſanitati. Quædam etiam femina partium ſancti Sequani *q*, ut ipſa fatebatur, octo annorum expletione ita nervorum contractionem incurrerat, ut calcanei natibus hærerent: hæc plauſtro ſuperpoſita ad locum, quo ſanctus quieſcebat Prudentius, devehi cœpit: ſed antequam cœnobio propinquaret, obtentu almi martyris Prudentii mirum in modum ita curata eſt, ut, relicto vehiculo, ſuis ad prædictum locum vaderet plantis. His ita ritè peractis, quædam femina, quæ, nonnullis evergentibus annis, ita curva manebat, ut ſurſùm reſpicere omninò nequiret, præpediente infirmitate, immò & paupertate, à vicinis ſe ad monaſterium deferri poſtulat: ſed ejus neceſſitudini abnuentibus cunctis, anxiè cogitando, quomodò illò deveniret, inſperato ſopore depreſſa eſt: ſed mox evigilans ita morbo levata eſt, ut propriis pedibus incedendo, malè denegantibus pudorem incuteret, cæteros autem ad Deo gratias referendum ſecum ſuper collato ſibi beneficio invitaret. Infans, longo jam tempore audiendi deſuetus officio, illuc cum matre devenit: ſed, opitulante B ſancto Prudentio, ex aſſe curatus eſt. Juvenis etiam quidam Lantiliaci *r* ruris, cognomento Ermembaldus, viginti fermè annorum, ab ineunte ætate claudus, Sanctorum patrocinia expetiit, & integrè ſanatus receſſit.

q

r

25 Berienſis villæ *ſ* puer quidam præfato monaſterio delatus eſt, qui ab ipſis cunabulis manu cum brachio dextro, cubito quoque & ſcapulâ ita viduatus fuerat, ut præmortua viderentur. Die autem Paraſceves, fratribus ex more vigilias celebrantibus, cœpit magnis inſiſtere vocibus, utpote divellentibus ſe ab invicem membris, & illicò reformatus eſt ſanitati. Operæ pretium eſt illud etiam litteris allegare, quod quidam, nomine Eſemegaudus, ex villa, quæ vocatur Campo-Cervina *t*, jam quinquageſimum ætatis agens annum, decennio claudus manebat, ita ut vehiculo de loco ad locum emigraret. Is ante Quadrageſimam jam dictum cœnobium petiit, ibique ſanctum Paſcha ſpe recuperandæ ſalutis ſuſtinens, eodem die divinam in ſe virtutem expertus eſt: nam ut ſacrum officium, pro- C ut tempus dictaverat, exactum eſt, rigida diu membra, divina pietate medicata, cœpêre paulatim extendi, ita ut, obortis lacrymis, magnis vocibus inclamaret. Quo ſpectaculo, ſignis ex more pulſatis, utriuſque ſexus non minima multitudo gratias cum lacrymis cœpit agere *. Referendum etiam, quod cunctis perſpicuum fuit: infantula quædam, nomine Adiſindis, partium Chohone *u* ex villa, cui nomen eſt Sauſte, diutino cæcitatis ſomno ſopita, tertiâ feriâ ante medium Paſcha ad ſæpedictum oratorium plebeia cum multitudine venit, & inolita bonitate Dei quartâ feriâ ſubſequenti, quo caruerat, lumen accepit, omnibus ſuperno Datori gratias referentibus, qui à ſeculo operatur mirabilia.

modò relatis

ſ

t

**ſupple ex Ms. Div.* Deo.

u

26 Creberrima ſancti martyris Prudentii fama undecúmque ad ſui venerationem conſciverat populos, quâ compertâ, vir quidam, nomine Ermenaldus, Magnimontenſis accola, de villa Fluriaco *x*, dum eſſet cæcus, ſed inpoſterum à Deo curandus, die Aſcenſionis Domini jam veſperâ ad monaſterium contendit. Cumque veniſſet ad locum, quo ſecunda crux in via ſcilicet poſita erat, ubi claudus per interventum beati Prudentii curari meruerat, à regente greſſus ſuos ammonetur, ibi adeſſe crucem, olim patratæ vir-

non abſimilia,

x

tutis indicem. Sine, inquiens, puer, tangere me crucem, propter acceſſit, & ſurſùm geſtiens aſpicere, velut umbra paulatim diluceſcente, vidit eandem pendere crucem: hic cœpit ex oculis ejus aqua cum glaucomate egredi, medium autem lignum crucis, quod pendebat diviſum, idem vir ſuſtulit, & loco priori coaptavit: inde monaſterium pergens, dum portas templi paulatim attigit, lumen ex integro recepit. Igitur fama boni odoris non modò vicina, ſed etiam longè remota peragrante loca, non multis evolutis diebus, quidam ibi advenit, qui (ut ipſe referebat) triennium expleverat, ex quo auditu fuerat viduatus: hic, orationis domum pia devotione ingreſſus, mirum in modum auditu recepto, gratias retulit Deo.

A. ANONYMO.

27 Sexto verò die, jam menſe Junio inchoante, idem cœnobium adventavit puella, nomine Gliſmodis de Areo-fracto *y* ſuper littus Albæ *z* fluvii, quadriennio cæca, quæ, dum ibi bem recuperandi gratiâ nonnullis ſuſtinuiſſet diebus, ex more monaſterium egredientibus feminis, & ipſa, aliorum manibus deducta, pariter egreſſa eſt: hæc dum, cæteris ſuam ingredientibus viam, ſola extra portam remanſiſſet, nacta occaſione eleëmoſynam rogitandi, paupercula quædam infantula illuc deveniente, cur ibi ſola moraretur, ab ea ſtipulata eſt, quæ dum retuliſſet, ſe ductoris auxilio egere, illa, data ei manu, ante fores eccleſiæ reduxit, &, dum in porticu parumper remoraretur, veluti diluceſcentibus tenebris, modicum cœpit intueri lumen, & mox oratorium ingreſſa, clarè videre promeruit. Puerulus quoque, nomine Wiſranus, * de Chyriaco *aa* prædio à parentibus pridie ante Vigiliam S. Joannis Baptiſtæ ille* ad veſperam devectus eſt, qui rudis adhuc uſum loquendi amiſerat, & manibus tremens, eaſdem contractas habuerat: hic ſtans ante altare Principis Apoſtolorum, quo ſanctiſſimum almi Prudentii corpus quieſcebat, collidentibus ſe ad invicem puerilibus membris, pleniſſimæ reſtitutus eſt ſanitati.

opem ſuam petentibus

y

z

E

**Ms. Div.* anno natus uno & infra,

aa

**à Ms. Div. abeſt* ille

28 Quædam etiam femina, cognomento Heldeverta, fermè annorum quadraginta, Dominico die ante Decollationem ſancti Joannis Baptiſtæ Beſuenſe cœnobium adiit; hæc, tribus annis cæcitate deformis, capitis & ſuperciliorum inciſione à medicis valdè eſt vexata, ſed à nullo curata: quæ adhuc in itinere poſita, cùm perveniſſet ad crucem, ubi claudum & cæcum ſanatos ſuprà memoravimus, à ductore affatur: Adeſt crux *bb*: at illa mentum manu ſurſùm elevans (neque enim aliter cælum reſpicere poterat) velut deſciſcente * nebula, cœpit parùmper vexillum crucis aſpicere. Demum nimio ſudore ſuffuſa, & tremebundis palpitans membris, ad locum deſtinatum pervenit, quò utriuſque ſexus contenderat multitudo: quibus præſentibus, dum Miſſarum ſolemnia celebrabantur, lumen, quod amiſerat, non ſine multorum alacritate & ammiratione recepit. Sed quid per viſum ei actum ſit, non eſt ſilentio tegendum. Pridie quippe antequam curanda veniſſet, dum ſopori operam daret, viſum eſt ei, illò ire debere, quò & vigilans venit. Sed dum poſita ſanitate domum rediiſſet, non multis pòſt evergentibus diebus, oculus ejus dexter immodico dolore gravatus, cœpit tumeſcere atque caligine obduci: ſed dum intempeſtæ noctis quiete deprimeretur, ſanctus ei martyr Prudentius per viſum adſtitit, ejuſque frontem averſa manu per-

beneficio

F

bb

**Ms. Div.* fatiſcente

A. ANONYMO.

cutiens, dixit : "Surge & candelam ad menſu-
„ram ſtatus tui, quò ego jaceo, citiſſimè defer;„
ſurrexit mulier, ſanitatique reddita eſt, & can-
delam ſibi indictam ſancto Viro ſumma veloci-
tate obtulit.

prodigiosè confert.

29 Vir etiam quidam, nomine Agnalays, ex
cc comitatu Portuenſi *cc*, villæ autem Floriacenſis,
dum ſiniſtri brachii anno uno & eo ampliùs la-
boraret incommodo & à nullo medicorum red-
deretur incolumis, per viſum uxori ejus revela-
tum eſt, ut candelas idem vir ſuus ſecum de-
ferens, ſancto ſe Prudentio devotus offerret;
cumque, manè jam facto, ab uxore ſuper reve-
latione compellaretur, candelas magno ſtudio
præparavit. Et quia præ nimia morbi valetudine
ipſe ferre non potuit, ſtatim ut eas ferendas por-
titori dedit, mirabile dictu! integram promeruit
ſanitatem. Nec abs re videtur illud etiam huic
Operi inferere, quòd, antequam hæc agerentur,
dd mulier quædam de Blaviaco *dd* villa filium
manibus geſtans annorum duodecim, nomine
ee Germinium *ee*, ad monaſterium detulit: hic
quadriennio paralyſi diſſolutus, velut lapis rigi-
dus exiſtebat, ita ut tempore edendi & bibendi,
B reſupinato eo, mater ori ejus cibum aut potum
infunderet, tamquam cocleari in vas fundens
liquorem. Hic, ut prædiximus, monaſterio de-
vectus, aliquandiu ibi demoratus, opitulantibus
ff Sanctis *ff*, ex aſſe curatus eſt; &, qui multis jam decedentibus diebus omnium membrorum caruerat officio, pedibus propriis hilariter, populi ſubſequente caterva, ſuam repedavit ad domum.

ANNOTATA.

a *Phraſibus poëticis non rarò Teobaudus delectatur: quam hic* policam aulam *vocat, calum illi eſt; ſed hæc, ſi quæ occurrent deinceps, quia minoris momenti ſunt, negligam.*

b S. Prudentii *miracula, hoc libro comprehenſa, cùm paſſim congruant cum Ms. noſtro Divionenſi, de quo ſuprà ad litt.* gg *& in Comment. prævio num.* 9, *fideliterque paſſim à Teobando deſcripta ſint, illud ſeparatim typis dare neceſſe non judicavi. Si quid tamen illud inter & Teobaudum ſit diſcriminis, lectorem non celabo.*

c *Primum igitur hoc miraculum contigit anno* 883 *menſe Octobri,* VI *vel* VII *die.*

C d *Utrumque miraculum cum iiſdem adjunctis Ms. Divionenſe memorat; ſed ordine inverſo: Teobaudus ſecutus eſt ordinem, quo utrumque contigit: Ms. Divionenſe præterea utrique miraculo verſus paucos ſubjicit, quod & alibi non rarò obſervare licet; ſed cùm nihil peculiare de* S. Prudentio *referant, indictos præteribo.*

e *Codex ſeu Catalogus beneficiorum diœceſis Lingonenſis, anno* 1626 *Pariſiis editus, pag.* XI Solangeyum (*Gallicè* Solangy) *refert inter beneficia curata decanatûs Tornodorenſis* (Tonnerre): *at pag.* 74 Selongeyum (*Gallicè* Selongey) *in decanatu Granceii, hîc, ut opinor, memoratum: vicus eſt ad fluvium* (la Venelle) *haud procul Beſuâ, prout notatur tum in Tabula geographica partis Septemtrionalis ducatûs Burgundiæ, tum in Tabula partis Meridionalis Campaniæ per Guilielmum de l'Iſle.*

f *Idem videtur locus, de quo proximè egi.*

g *Locum hunc non reperi: reor interim, ad fluvium* (la Vingenne,) *qui non procul Beſuâ fluit, ſitum fuiſſe.*

h *Nec hunc reperi.* D

i *Urbs eſt Galliæ in Campaniæ Burgundiæque confiniis, Gallicè* Langres.

k *Sic rectè: malè habet Ms. noſtrum Divionenſe:* memorati martyris *pro* memorati Martini.

l *Hanc quoque villam fruſtra quæſivi.*

m *In Chronico Beſuenſi pag.* 662 Mentuſca *ſita legitur* in territorio Attoarenſium (*in quo & Beſua eſt*) *juxta Ararim, Gallicè* la Saone.

n *Vicus juxta fluvium Tillam* (la Tille) *prope Beſuam.*

o *Sequuntur pauca in Ms. Divionenſi, hîc à Teobaudo omiſſa, ſalvâ tamen rei ſubſtantiâ. Nimirum hæc:* Qui non modò hominum, verùm etiam porcorum gauderet pingueſcere tabo, ſicut per quemdam dictum eſt, quia niger, hiſpidus, horrens, permittente Domino, porcinum invaſit gregem.

p *Vicus, ut opinor, prope Beſuam, Gallicè dictus* Bourberain.

q *Gallicè* S. Seine *vel* Seyne: *non unus hujus nominis vicus illis in regionibus occurrit: proximus Beſuæ, quique hîc videtur intelligi, eſt vicus S. Sequani juxta Vincennam, Gallicè* S. Seyne ſur Vingenne. *Alius,* S. Seyne en Bache *ultra Ararim; tertius,* S. Seyne ſur Ignon. *Primo præterea vicinus eſt viculus* Tour de S. Seyne. E

r Villa in pago Divionenſi, *ait Scriptorum Rerum Gallicarum editor Bouquetus tom.* VIII *in Indice Geographico, ubi ſcribitur,* Lentiniacus: *Ms. Divionenſe habet* Lentilliaci ruris: *fortè eſt* Lantenais *apud Guilielmum de l'Iſle.*

ſ *Vide ſuprà lit.* n.

t *Hanc nuſquam inveni; niſi ſit* Courchamp *ſuprà Beſuam non procul Vingenna fluvio.*

u *Guilielmus de l'Iſle in Tabula Geographica partis Meridionalis Campaniæ vicum* Cohons *non procul civitate Lingonenſi, hanc inter & Montem Salionis collocat: hunc codex beneficiorum ſuprà citatus* Cohonet *vocat, & in decanatu Mogii collocat; nec alium hîc intelligi reor.*

x Floriacum *opinor, quod in decanatu S. Sequani Codex ſuprà laudatus pag.* 67 *collocat: ſitum eſt in finibus territorii Divionenſis non procul fluvio Oſcara* (l'Ouche:) *nec hinc longè diſtat vicus* Memont, Magnimontenſis *à Teobando dictus.*

y *Locum hunc nuſquam reperi.*

z Alba *ſeu* Albula *in Burgundia oritur, Gallicè* Aube; *Campaniam permeat, auctuſque aliquot fluviis dein in Sequanam ſe exonerat.* F

aa *An* Cirey *vicus, in Auſſonienſis & Divionenſis præfecturarum confiniis ſitus?*

bb *Addit Ms. Divionenſe:* divinis publicata virtutibus.

cc *Fortè pagus Pertenſis* (le Pertois) *Galliæ tractus ad Matronam, hîc ſignificatur.*

dd *An* Blaviacum *idem fortè vicus, qui* Blagny *prope Beſuam apud Guilielmum de l'Iſle?*

ee Germundus *dicitur in Ms. Divionenſi.*

ff *Veroſimile eſt à matre & puero Beſuenſes patronos, hoſque inter* S. Prudentium, *invocatos fuiſſe.*

CAPUT

A

CAPUT II.

Ulterior miraculorum Beſuæ patratorum enarratio.

Eumdem damoniacus, paralyticus, incurvus, cæca,

JUvenis quidam, nomine Arlevertus, immundo ſpiritu vexatus, dum à matre illuc adduceretur, acriùs fatigari cœpit: ſed à fratribus cùm interrogaretur, quomodò ſe haberet? & ille reſponderet, manus & os & omne corpus à teterrimis viris conſtringi, illi ſollicitè eum ante altare deportaverunt, & pro eo orationi incubuerunt. Tunc iterum ſciſcitantes, quid ageret? dixit, ſe dimiſſum ab hoſtibus, eoſque procul circumſtare. Illis iterum orationi diutiùs inſtantibus, cùm interrogaretur, ſi aliquid meliùs ageret? intulit, ſe eoſdem malignos ſpiritus non videre, & incolumem permanere, ſurgenſque coram fratribus & multitudine alacri vultu & rectis pedibus ad ſua proceſſit. Eodem die quidam puerulus diſſolutionem perpeſſus, quaſi una parte præmortuus, ibidem deductus eſt &, mirè ſanatus, rediit. Vir etiam, nomine Moringus, ex pago, ut fatebatur, Divionenſi, annorum circitèr quadraginta infirmitate curvatus, illic triduo pro ſua recuperatione opperiens, dum rediret, necdum duobus milliariis completis, curvitatis morbo ſolutus, ſupremo gratias reddidit Conditori. Anus præterea, nomine Agelia, ex territorio Lingonicæ urbis, de villa Hyſchioma *a*, cæcitatis luebat infenſam, quæ eò devenire cupiens, cùm ſedens equo à filio duceretur per vallem, quæ reſpicit monaſterium à parte Aquilonari, antequam Beſuenſem fluvium adeas; converſa ad domum Apoſtolorum, quò ſanctus poſitus erat Prudentius, elevanſque oculos, & noxio humore detergens, clariſſimè videre cœpit. Et pro ſibi collato beneficio, iter, quod cœperat, peragens, ad laudes perſolvendas devotiſſimè prorupit.

B

a

C

mulier manu contractâ, ſimul cæca, mutus ac fœdè olens,

b

c

d

e

**Ms. Div. lmò*

f

31 Femina quoque, nomine Ariſma *b*, de villa, cui nomen eſt Burbureur *c*, dum textrino operi inſudaret, ſubitò ambæ manus ejus complicari cœperunt & contrahi, ita ut immani ſtimulante angore, ad locum jam dictum ire compelleretur, quæ duobus diebus & una nocte, gravi ſtridore vexata, tandem, opitulante divina Clementia, curata receſſit, ſemper habens in ore: Domine, miſerere *d*. Gautſelinus, cujus ſuprà meminimus *e*, qui claudus ad monaſterium fuerat devectus, ſanitate potita, diu ibi commoratus, nulla, ut patuit, cogente neceſſitate, primò * inſtigante diabolo, ſervitium dominorum extraordinariè fugiens, quò ſe ferret voluntas, ire diſpoſuit. Secundo autem anno manſit in villa Yeio *f*, à monaſterio remota, tempore novellæ ſecationis, illius ſcilicet meſſis, cui vulgò nomen eſt "Succurrere jejunis.,, Cúmque à viro ammonitus; cujus inſidebat tugurio, comitante ſecum puerulo, faſciculum meſſis colligeret, humeroque imponeret, divina mulctatus ultione, in terram corruit, atque officium loquendi pariter & videndi amiſit. Tunc, ducente puerulo per villas, dè loco ad locum devectus, tandem ad monaſterium deductus, ſexto Idus Auguſtas, quod eſt ante Vigiliam S. Laurentii. Qui etiam eodem die in domo ſedens, omneſque conticeſcere manu innuens, audientibus, qui aderant, nomen beatæ Mariæ Virginis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nec non & S. Prudentii ſedulò invocans, liberè cœpit loqui: cumque ſe ante altare deferri poſtularet, & quidam ei ex uno latere levamen præberet, illicò rectus pedibus ſtetit, atque ad altare accedens, orationi incubuit, cúmque ſurrexiſſet, curatus receſſit; illo etiam fœdiſſimo odore purgatur, quo hactenus graviter omnium offendebat olfactus *g*.

A. ANONYMO.

Beſuenſes, à quorum templo

32 Nec ſolùm in hominibus, verùm etiam in rebus inanimatis virtus egregii declaratur Martyris, ut ſubſequenter pateſcet. Nam in ſolemnitate SS. Petri & Pauli, Apoſtolorum principum *h*, celebrantibus Beſua monaſterio fratribus nocturnale officium, pallium, quod lectum *i* S. Prudentii cooperuerat, nec non & partem ſancti Florentii corporis, etiam partem tabulæ, ad pedes Sancti poſitæ, ubi duo cerei jugiter affixi ſervantur*, improviſè contexerat. Siquidem ædituus eccleſiæ, luminaribus de more per eccleſiam diſtributis, duas accenſas candelas cereis, ad pedes Sancti locatis, infixerat, quatinus vice cereorum lumina diffunderent, & lecluli Sancti circumſtantia redderent aptiora. Sed idem ædituus, ad alia intentus, partem pallii, cereis negligenter ſuppoſitam, non amovit. Factum eſt autem, duobus Nocturnis exactis, dum tertii Nocturni prima Lectio legeretur, ut jam dictus ædituus cum thuribulo, altari ſancti Petri almique Pauli viſitato, etiam lectum S. Prudentii circumiret. Proſpecto igitur, quòd candela ardens ad lieni * cerei nimiùm vicina acceſſerat, felici fortè errore deceptus, nec pallium amovit, nec candelam cohibuit.

h

i

**Ms. Div. ſervabantur*

E

**lege* lychni

incendium avertit;

33 Interim, accenſo cereo, candela ardens dimidii pedis, quantùm conjici datur, longitudine ſuper pallium decidit; & dum duodecima Lectio dicta eſt, dum Reſponſorium ab eodem ædituo cantatum; dum Euangelica Lectio ab abbate nichilominus recitata, dum Hymni, videlicet "Te decet laus,, & "Te De-,,um laudamus,, Tracti incantati, dum denique Matutinale ſequens Officium diligentiſſimè exequutum uſque ad Pſalmum "Deus, Deus meus, ,,ad te de luce vigilo,, extitiſſet, pallio candela ſemper ſuperjacens, nec illius ſuperficiem fervens flamma læſit, nec liquens cera ullum veſtigium furentis flammæ reliquit. Attamen incredibile eſt *k*, & ammiratione digniſſimum, pallium, quod Sanctorum meritis à flammis in omnibus videtur eſſe intactum, à cerei guttis defluentibus in ſummitate ſua habetur paululùm maculatum; ut ſcilicet & virtus miraculi in pallii integritate clareſcat, & æditui minùs juſto cauta cuſtodia in maculato margine condemnetur.

F

k

contracta

34 Priſcorum luce miraculorum denique, divina coruſcante clementia, eſt annectendum, ad ejuſdem ſummi Opificis* inenarrabile nomen magnificè collaudandum, qualiter quædam adoleſcentula tredecim ferè annorum, nomine Wlfaida, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Beſuenſis monaſterii ancillula ex Cavaniaco *l* villa, ex nimia infirmitate clauda, curata eſt. Quæ ſexto Nonas Octobris incidit in langorem, qui langor inremediabilis obtinuit uſque Kalendas Decembris. Ipſo namque datarum die, ingraveſcente tabe, geniculorum poplites cœperunt flecti, & ſuffragines cum tibiarum cruribus adhærere: quibus inſolubiliter adhæſis, cæteriſque membris, ſcapulis videlicet cum brachiis manibuſque omni officio humanitatis carentibus, perſtitit ita contracta & inutilis, ſolam mortem præſtolans, uſque XV Kalendas Junii, die videlicet quartæ

**Ms. Div. Pontificis*

l

A. ANONYMO. quartæ feriæ, festivitate Pentecostes mediante *m*. In ipsa denique nocte vidit se per visum stantem ante altare, sicut & antea jam similiter præteritâ, quartâ scilicet feriâ, in eadem sibimet nocte conspexerat.

m

morti proxima,

35 Diluculo igitur transeunte, jamque Titane sublimi more scandente, præfatæ flebili cœperunt tristia membra dolere; quæ illicò parentum manibus tollitur & ad monasterium bajulatur, cui in itinere, dum vectatur *n*, noxia membra continuò sunt visa dissolvi. In ecclesia beatæ & gloriosæ Virginis ponitur, factum fratribus nuntiatur, fit gaudium omnibus, replet tripudium universos. Tunc, monachis illuc hilariter advenientibus, sexus concurrit undique universus. Mox, peracto Missarum Officio, elevatur in ulnis, cum ingentis lætitiæ laudibus ad monasterium deportatur. Januas ejusdem illis introeuntibus, signorum sonitu reboante, vocibus utriusque ordinis in cœlum* laudes referentibus, ante sanctum altare eam deposuerunt. Ecce geminæ visiones ante altare stantis testantur duo altaria vigilanti cum gaudio deportatæ *o*: quæ, iterum celebrato divino Officio, extensa sedit, Corpus & Sanguinem Domini sumpsit *p*, post hæc propriis manibus vinum cum calice bibit, quod ex die septuagesimo, qui est ante Quadragesimum *q*, numquam per se sine adminiculo alterius fecerat. Nam ex præfato tempore Septuagesimæ, ac per totam Quadragesimam, peractisque diebus omnibus Paschæ festivitatis usque in illum alacrem diem, quo hæc acta sunt *r*, & nec tunc, panem omninò, numquam in ore sumpsit, sed levissimo cibo, aut oleribus decoctis corpusculum reficiendo sustinuit.

n

**addit Ms. Div.* Deo

o

B

p

q

r

& colubro implicitus

s

36 Præterito verò tempore, priusquam hoc à Domino perpetratum est signum, venit quidam vir, nomine Winegaudus, in Pauliacum *s* villam SS. Apostolorum Petri & Pauli Besuensis monasterii super littus Vincennæ fluminis sitam, tunc quando rapax manus prædonum rapaci ingluvici dedita erat, eo videlicet tempore, quo primi fructus ceresorum matuescere solent. Est autem ibi capella in honorem SS. Apostolorum, conservanturque in eadem reliquiæ S. Prudentii martyris, qui miris in prædicto monasterio jugiter virtutibus claret; nec non & S. Florentii martyris *t*, almique Antigii confessoris *u*. Præfatus enimverò Winegaudus, intuens viridarium vicinum capellæ, prospexit eminus, & vidit maturum, more suæ jucunditatis decore rubens, concupiscibili sibi amore fervens, jam nominatum pomum. Adtractus desiderabili fructu, petiit patescere à custode ostium nemoris; dehinc adversus ejus ferocitatem exiliens custos, nomine Sigibertus, taliter inreverenter minanti, mitigando est conatus prohibere ingressum, qui illicò furore accensus, conspexit in sepe foraminis aditum, per quod putabat, se liberè transiturum, statimque ut ad illud pervenit, elevato pede transiliendi causâ, priusquam introrsùs terram vestigium tangeret, coluber immanis tibiam ejus tortuoso nisu fortiter ambiendo constrinxit.

t

u

C

sibi propitium habent.

37 Tunc ille sentiens mortem suam, viribus, quibus potuit, ad se gressum retrahens, magnis vocibus Dei omnipotentis misericordiam cum pavore simul & gemitu invocare cœpit, & suffragia sanctorum Apostolorum, nec non & Sanctorum cæterorum suffragia implorare. Videres horridissimam belluam, tibiam hominis flexibili motu stringentem: ipsum hominem æstuanti pallore, simulque & sudore madentem, mortemque extemplò metuentem; fugiendi sibimet locum, si vires suppeterent, anhelantem, sexum utrumque ad hanc vociferationem currentem, insanum populum tremiscentem, universum scilicet admirantem, fidelem gaudentem. Qui monitus ab omnibus, ipseque in semetipsum reversus, votum vovit Deo, ut, si ex hoc periculo ereptus fuisset, ulteriùs jam se taliter minimè perpetraturum, statimque serpens eum deseruit, & iter, quod voluit, adgressus est. Mirum in modum homines sensu capaces sæviunt, nociva, mortifera & humano generi ab initio vitanda, indomabilisque & virulenta natura, quod nescit, obtemperat.

D

ANNOTATA.

a *Videtur significari hîc vicus*, Usome *apud Guilielmum de l'Isle dictus, prope montem Salionis, in decanatu Granceii diœcesis Lingonensis.*

b *Ms. Divionense habet:* Arisina.

c *Idem vicus seu villa, qui hîc num.* 24 *dictus* Burburenum. *Vide Annotata ad illum num., lit.* p *cap. præcedenti.*

E

d *Hoc loco nescio quid de ægroto in Ms. Divionensi inseritur, sed adeò depravatus est illius textus, ut sanum inde sensum eruere non valeam.*

e *Lib.* 2, *cap.* 1, *num.* 22.

f Is sur Tille *prope Tricastrum in decanatu Granceii, paulò antè memorato.*

g *Videtur id factum anno* 885. *Vid. Comment. prævium num.* 32.

h *Ms. Divionense istud miraculum exorditur his verbis:* Anno DCCCXCVIII, Indictione I, mense Junio, III Kal. Julii, festivitate videlicet Petri & Pauli *&c: quæ, nisi fortè depravata sint (quod tamen ex num.*42 *Comment., ut affirmemus, nulla necessitas cogit) Teobaudum arguunt, qui infrà sub annum* 888 S. Prudentii *reliquias Besuâ Divionem fuisse translatas scribit, nonnulla nimirum ex genio suo addens se antiquiori anonymo, quæ brevius hic & universim tantùm exponit, ut videbitur infrà in Annotandis ad cap.* 3, *lib.* 2 *Miraculorum* S. Prudentii.

i *Feretrum, in quo quiescunt Sanctorum eorpora.*

F

k *Melius Ms. Divionense:* Attamen, quod dictu incredibile est *&c.*

l *Fortè* Chevigny *inter Tricastrum & Besuam. Alter hujus nominis vicus est prope Divionem juxta fluvium* Bonde. *Tertius à Divione aliquanto remotior ad fluvium* Sanfandon.

m *Id est, currente Octava Pentecostes.*

n *Corruptè Ms. Divionense, seu illius apographum, quod penes nos est:* Quâ in itinere vehenti *&c.*

o *Desiderari hîc aliqua videntur, uti & in apographo Divionensi nostro, hîc æquè turbato.*

p *Calicis usum seculo* IX *etiam laïcis subinde fuisse adhibitum, factum Fridburgis probat, de qua apud nos tom.* 1 *Februarii in Vita S. Ansgarii, Hamburgensis episcopi, pag.* 416: Prædicta religiosa fœmina, Fridburg nomine, in bonitate vitæ & fidei constantia laudabilis, dies vitæ suæ usque ad tempus produxit senectutis. Cùm jam appropinquaret dies mortis suæ, & post discessum domini Simonis nullus tunc ibi adesset sacerdos, ipsa amore sacrificii, quod audierat viaticum esse Christianorum, de vino

ali-

A aliquantùlum in quodam fecit reſervari vaſculo, & filiæ ſuæ in fide commendans, ut, ſi quando ei ûltimum tempus inſtaret, de ipſo vino, quia ſacrificium non habebat, ei in os diſtillaretur.... Illud itaque vinum tribus ferè annis apud eam conſervatum eſt. *Mabillonius in Præfatione Actorum Benedictinorum, ſeculi tertii parti* 1 *præmiſsâ, num.* 75 *ex Actis S. Odiliæ, quæ ſeculo octavo fuit, hæc tranſcribit:* Cùm calicem (*Odilia*) in quo Dominicum Corpus & Sanguis habebatur, ſibi adferri præcepiſſet, propriis manibus eum accipiendo, ſancta Communione participata, omnibus cernentibus animam reddidit. *Plura in hanc rem vide apud Mabillonium modò citatum.*

q *Dominicas Septuageſimæ & Quadrageſimæ intellige.*

r *Die* XVIII *Maii anni* 886 *vel* 897. *Vide num.* 32 *Comment. prævii.*

ſ Pouilly *vicus ad Vingennam fluvium non procul Beſuâ.*

t *Veroſimiliter is eſt S. Florentius martyr, quem Caſtellanus in Martyrologio Univerſali ad* XXVII *Octobris Tricaſtri in Burgundia annuntiat, paſſumque ait ſub annum* 304.

B u *Hunc Ughellus Italiæ ſacræ auctæ tom.* 4, *col.* 525 *Brixienſem in Lombardia epiſcopum facit: ſed refellitur ab Henſchenio tom.* 2 *Februarii in Commentario prævio ad Vitam SS. Fauſtini & Jovitæ; ubi hæc ex Adone Ms. Telonenſis eccleſiæ de S. Antigio recitat:* Lingonis, civitate Galliæ in territorio Magnomontenſi, tranſitus S. Antigii confeſſoris & epiſcopi: qui primò ibidem ſepultus, poſtea verò inde tranſlatus & in Caiciaco villa in eccleſiam S. Mariæ & S. Martini à domno Haymone venerabili ſacerdote honorificè reconditus eſt. Deinde poſt non plurimos annos ob metum Normannorum, qui tunc maximam partem Franciæ ac Burgundiæ vaſtaverunt, ab ipſo ſancto ſacerdote perlatus, & in Italiam adductus, atque in civitate Brixia in monaſterio ſanctorum Martyrum Fauſtini & Jovitæ, quod ipſe jam ductus venerabilis abba poſtea per annos octo, menſes quatuor, dies viginti tres honorificè rexit, venerabiliter collocatus quieſcit. *Colitur S. Antigius ſeu Antidius confeſſor* XIV *Novembris. Alter S. Antidius à Caſtellano annuntiatur die* XVI *Junii, Ruſiaci in comitatu Burgundiæ epiſcopus Veſontionenſis; de quo apud nos actum tom.* V *Junii ad diem* XXV *ejuſdem menſis: ſed cùm hic martyr fuerit, de hoc anonymus intelligi nequit.*

C

CAPUT III.

S. Prudentii reliquiæ Divionem transferuntur ſub finem ſeculi IX: *ſequenti verò Beſuam reducuntur.*

Normannorum metu ſub finem ſec. IX

ANno verò ab Incarnatione Domini octingenteſimo octogeſimo ſeptimo, ultimo Karolo, puero, filio Ludovici imperatoris, regnante in Francia: Odone autem, filio Roberti Andegavorum comitis, tutore regni *a*,

a

Normannorum gens effera, immenſis exercituum collectis copiis, Franciam ingrediuntur. Jam enim priùs Pariſiacam urbem, poſt ſeptem annorum obſidionem captam & vaſtatam *b*, Rothomagum, Ebroas, Bajocas & cæteras Neuſtriæ civitates atrociter depopulati fuerant. Tunè verò Belvacum, Carnotum, Meldis, Milidunum ſolo tenus evertentes, totas longè latéque, nullo penitus obſiſtente, pervagantur Gallias, rapinis, incendiis ferroque cuncta peſſumdantes. Jam itaque Neuſtriam, jam Franciam *c* hoſtica manus exhauſerat, ſed nihil omninò actum credidit, niſi etiam Burgundia ſuæ crudelitatis feroces experiretur gladios. Quam nequitiæ ſpiritu ingreſſi omnia more ſolito cædibus, rapinis, combuſtionibus ad internecionem uſque debachantes tradiderunt, denique tandem ad locum pervenerunt furentes, quem antiquitas Beſuum nuncupari voluit, à fonte ſcilicet ejuſdem nominis, illic in magnam ſeſe reſolvente aquarum affluentiam; adeò ut mox in fluvium largiſſimum præter alterius ammixtionem mirè colligatur; tanta ſiquidem hoſtium ipſorum multitudo fuiſſe perhibetur, ut præfatum fluvium quatriduo ibidem caſtra metantes penitus deſiccaverint. Deſtructo ergò ejuſdem loci cœnobio *d*, quod ab antiquo beatis Apoſtolis Petro & Paulo dedicatum fuerat *e*, monachis quoque ſeptem peremptis *f*, & aliis effugatis, aliorſum ad ſimilia perpetranda funeſtas obvertunt acies; quippe ad Divionenſe caſtrum eos aſpirare, quamvis proximum ſit, nec loci munitiſſimi firmitas, nec ducis formidanda famoſiſſimi bellicoſitas nullatenus permiſit.

A. ANONYMO.

b

E

d

e

f

39 Hæc autem ideò dixerim, quia tunc *g* ſanctiſſimi corpus Prudentii, Divioni propter metum eorum tranſlatum, longis temporum illic permanſit anfractibus: ſub ea ſiquidem tempeſtate lugebant alii tot & tanta mala, quibus fas erat, ut antea experti; alii metuebant, antequam experirentur, ſuſpecti, altoque apud ſe rimabantur in pectore, quo pacto, ſi ſua nequirent deffendere vel occulere, ſaltem Sanctorum pignora ſibi poſteriſque profutura ad loca tutiſſima & barbaris inacceſſibilia transferrentur, ne penitus exterminio traderentur, ſi truculentiſſimæ gentis manibus obvenirent. Proinde multa Sanctorum corpora Divioni ſunt invecta, utpote quod munitiſſimum & inexpugnabile præ cæteris videretur, & egregii ducis Burgundiæ, Richardi nomine, ibidem commanentis metuendâ longè latéque celebraretur potentiâ: tunc etiam beatiſſimi corpus Prudentii eò illatum eſt, quod poſtmodùm ſex luſtris *h* ibi permanſit, multis coruſcans virtutibus, uſque ad tempora videlicet bonæ memoriæ Guarnerii, qui quartus à ſacro Geylone pontificalem geſſit infulam *i*, ad quem accedentes monachi Beſuenſes, vel qui Normannica quondam effugerant arma & reverſi fuerant, vel qui eumdem locum defertum reſtruxerant, communiter efflagitabant, quatenus B. Martyrem loco ſuo reſtitueret, cui eum ſacer præſul Geylo quondam dederat, quorum lacrymoſis precibus pius flexus pontifex Divionenſibus minaci jubet auctoritate ſacrum ſine dilatione reddi depoſitum.

ejus reliquiæ transferuntur Divionem, unde,

g

h

i

40 At illi, cognitis ſancti Martyris miraculis, quibuſdam uſi tergiverſationibus, eum ſummopere retinere nitebantur. Verùm quia præſuli, penes quem erat cogendi poteſtas, non obtemperare nullatenus valebant, callidè inière conſilium ſub nomine ſancti Martyris alium pro eo

fruſtrà reluctantibus

A. ANONYMO. reddere apud eos minoris famæ & gloriæ, videlicet B. Silvini corpus, Taruuanenſis epiſcopi, quod, olim à regione illa Divioni delatum propter paganorum incurſiones, jam diuturno ibi detinebatur tempore. Quod etiam factum eſt, dato

k confeſſore pro Martyre, Silvino *k* pro Prudentio, quæ fraudis verſutia aliquantiſper quidem permanſit, deluſo pontifice cum monachis, ſed diutiùs profectò perſeverare non potuit, quia omnividens ſempiternæ Deitatis oculus falli prorſus non novit: quippe, perpaucis evolutis diebus, Prudentius, benigniſſimus eccleſiæ Beſuenſis patronus, adeſt noctu ſæpefato præſuli, apud Divionem in conclavi quieſcenti, quem cùm percunctaretur, an dormiret, ille verò, ſe vigilare, reſponderet, continuò Sanctus ore quidem placido, ſed quaſi ſubtriſtior, ſic intulit: "Eia, ſancte pon„tifex, placetne tibi talis commutatio, ut alter „meam domum, meam ſedem ſub meo nomine „poſſideat callido commento: ego verò annis ter „denis & tribus, alienos incolens penates, diu„turno clauſus detinear ergaſtulo? Nonne te „proprium potiùs juvat habitare larem, quàm „peregrino diutius invitum uti hoſpitio? Qua-
B „propter conſurgens accelera quantocius meo „me reſtituere habitaculo, evacuato ſubdolæ „calliditatis machinamento.„

Divionenſibus, 41 Territus his epiſcopus ſciſcitatur, quiſnam eſſet, qui talia ferret, cauſamque adventûs evidentiùs declararet. Adhæc Beatus: "Noveris, in„quit, me Prudentium eſſe, qui olim Beſuam, „diœceſis tuæ vicum, incolere diſpoſui: cui „Geylo, piæ recordationis antiſtes, ab Aquitanico „delatum ſolo me patronum ac protectorem de„putavit. Divionenſes verò adhuc retruſum, „veluti ſub carcerali obſervantes cuſtodia, aſſi„gnatam non ſinunt reviſere ſedem; an igno-
**ſupple te* „râſti, deceptum* ab eis? Non enim corpus meum „Beſuenſibus, ut vos arbitramini, reddiderunt, „ſed potiùs aliud, videlicet beati Silvini antiſti„tis, ſubdolè ſubpoſuerunt, cupientes me ſibi „perpetuò cedere. Non autem ſic viſum ſuper„næ Majeſtati, cùm pro Beſua tot & tanta ter„rarum olim tranſierim intervalla. Ibi enim di„vinitus requies mea, & illic habitabo, quo„niam elegi eam: valde quippe iniquum eſt,
C „ut iſti me diutiùs verſutâ gaudeant aſtutiâ, illi „verò de Tutoris ſui fideliſſimi lugeant abſen„tia; & ego, amato privatus domicilio, alie„nos invitus foveam lares. Quam rem profectò „niſi corrigere maturaveris, tibimet, cui poſſe „ſubpetit emendare, & ipſis deluſoribus noveris „multa infortunia proximè eventura eſſe.„ His dictis, cæleſtis viſio diſparuit.

Solenni pompa 42 At pontifex, rerum novitate turbatus, extemplò membra corripit è ſtratu, vocatiſque ſuis pro loco & tempore rei ſeriem pandit. Manè autem facto, convocat eos, qui ſe taliter deriſui habuerant, &, ut par erat, vehementiſſimè invectione pontificali tantæ præſumptionis redarguit, condignoque percutit anathemate, quoad ſuper temeritate ſatisfacerent, & rapinam, quæ repoſcebatur, ex integro redderent. Quid plura? Licèt plurimùm repugnârint, plurimúmque recalcitraverint, tandem, victi ratione atque juſtâ præſulis violentiâ, reddunt, quod retinere nequeunt. Dum autem hæc agerentur, quidam cæcus illic adveniens clariſſimum coram omnibus lumen recepit. Recepto autem ſacratiſſimo theſauro beati corporis, quod ſecus altare B. Stephani protomartyris tempore prolixo jacuerat, venerabilis epiſcopus mandat, Beſuenſes ut, venientes D cum ſacris ornatibus & apparatu tantæ rei congruo, antiquum depoſitum ſuum atque diutiſſimè abjuratum cum ingenti tripudio maximaque honorificentia, ut ardenter ſitiverant, reciperent, quod & factum eſt.

43 Refertur interea beati Martyris corporis gleba ſacerrima, ſuper aurum & topazion pretioſa, jocundiſſimo poſtliminio anno Verbi divini Incarnati nongenteſimo viceſimo primo *l*, nono Kalendarum Octobrium, cum honore ampliſſimo; ſæpius dicto venerabili antiſtite honorabiliter nonnumquam vehente propriis in humeris, clericorum, monachorum & plebium innumerabili ſtipato multitudine, præcedentium ſacram lecticam & ſubſequentium. Denique, monachis prædicti cœnobii cum infinito populo eminus à monaſterio ei obviàm occurrentibus, cum immenſis laudibus ſuſceptus eſt in eccleſiam beatorum principum Apoſtolorum Petri & Pauli. Eodem verò die homo quidam ex villa, quam Veteres-Vineas *m* vocant, nomine Adalgaudus, diu lumine ex aſſe privatus, ibi adveniens partem luminis promeruit, ita ut abſque ductore ad propria remearet: & homines, quos antea intueri E òmninò nequiverat, gaudendo vultu & habitu indiciis oſtendebat: ſic itaque per beatum Prudentium Beſua promeruit adquirere egregium confeſſorem Chriſti Silvinum *n*.

Beſuam reuehuntur anno 921 die XXIII Septembris. *l* *m* *n*

Explicit liber ſecundus.

ANNOTATA.

a *Obiit Ludovicus Balbus anno* 879; *ſucceſsêre Ludovico Balbo Ludovicus III & Carolomannus, Franciæ reges; dein Carolus Craſſus; quo in ordinem redacto anno* 887, *Odoni Franciæ regnum delatum eſt; cùm Carolus Simplex, filius Ludovici Balbi poſthumus, nondum ad regni adminiſtrationem aptus erat: Carolum verò Simplicem* regem *Teobaudus vocat, Odonem verò* regni tutorem, *quòd verus ac legitimus regni Francici hæres Carolus eſſet, qui illud anno* 893 *tandem eſt conſecutus.*

b *Lutetia Pariſiorum neque ſeptem annis à Normannis obſeſſa fuit, neque capta. Vide num.* 37 *Comment. prævii.* F

c Neuſtria *dicta fuit à Chlodovei morte ea Galliæ pars, quæ inter Moſam ac Ligerim ſita eſt. At ſub Caroli Magni tempora arctioribus limitibus circumſcripta fuit, Sequanâ nimirum & Ligeri: porrò* Eum in modum artatis Neuſtriæ limitibus, *inquit Valeſius in Notitia Galliarum ad vocabulum* Neuſtria, pars quondam ejus, inter Sequanam, Scaldim & Moſam jacens FRANCIA dicta eſt: & quoties Franciam à Neuſtria & Auſtria Gallica noſtri ſcriptores nominatim diſtinguunt (*quod hîc Teobaudus facit*) haud dubiè hanc FRANCIAM portionem Veteris Neuſtriæ deſignant, quæ hodieque ex parte appellationem Franciæ circa Lutetiam & trans Sequanam retinet. *Ad Sequanam ſita ſunt Rothomagus, Pariſii, Milidunum: inde non ita procul abſunt Ebroïcum, Belvacum, Meldæ, Carnutum; inter Sequanam & Ligerim ſunt Bajocæ in Normannia; quæ paulò antè anonymus nominatim recenſuit. Baudrandus ad Neuſtriam circa Caroli Magni tempora pertinuiſſe, ſcribit, quidquid à Pariſiis & Aurelianis inter Ligerim & Sequanam ad Oceanum uſque interjacet: ſic ad Neuſtriam pertinebant Pariſii, Rothomagus,*

A *gus, Cornutum, Ebroicæ, Bajocæ: ad Franciam, prout hæc Neuſtriæ opponitur, Milidunum, Melæ, Belvacum.*

d *Loci notitiam habes principio Commentarii prævii.*

e *De tempore, quo id conditum fuit, actum eſt ibidem.*

f *Occiſorum nomina habes num.* 41 *Comment. prævii.*

g *Imò uſque ad annum* 898 *remanſiſſe Beſuæ* S. Prudentii *corpus videtur ex anonymo, quem Teobaudus interpolavit, ſuprà laudato num.* 41 *Comment. prævii.*

h *Ac præterea annis* 3, *ut legitur num. ſeq. Anonymus à Teobaudo interpolatus tantùm ait:* prolixo tempore.

i *Poſt Geylonem Teutboldus, Agrinus, dein Guarnerius hìc memoratus Lingonenſes epiſcopi fuêre.*

k *Vide de S. Silvino dicta num.* 42 *Comment. prævii.*

l *Anno* 922 *id malè adſcribunt Vignerius & Galliæ Chriſtianæ auctores. Vide num.* 45 *Comment. prævii.*

B m *Locus Beſuam inter & Tillam fluvium ſitus, Gallicè* Vieſvigne *dictus.*

n *Quidquid hoc cap.* 3 *fuſiùs Teobaudus refert, anonymus ipſo antiquior his complectitur verbis:* Non igitur cenſeo indignum arbitrari, qualiter B. Prudentius prolixo tempore ob metum paganorum Divion caſtro ſecus altare B. Stephani protomartyris cuſtodiendus jacuit; in quo loco quidam cœcus adveniens clariſſimum lumen recepit. Aliquamdiu ergò dolentes graviter monachi Beſuenſis monaſterii de abſentia tanti Patris, illorum cum communi conſilio anno Verbi Incarnati divini nongenteſimo vigeſimo primo IX Kalendarum Octobrium inde cum honore ſublevatus, Warnero epiſcopo Lingonenſi præſente & in propria angaria (*vehiculum, ut reor, intelligit*) vehenti, cum innumerabilibus clericis diverſi Ordinis & plebe innumera utriuſque ſexus cum honoris tripudio devectus eſt. Denique monachi prædicti cœnobii, cum infinito populo eminus à monaſterio ei obviàm occurrentes, cum immenſis laudibus ſuſceptus eſt. Eodem verò die homo quidam ex villa Vetus-Vineis, nomine Adalgaudus, diu lumine ex aſſe privatus, partem luminis promeruit, ita ut abſque ductore ad propria remearet, & homines, quos ante intueri nequiverat, gaudendo vultûs & habitûs indiciis oſtendebat.

C



A. TEOBAUDO.

LIBER III *a*.

a

CAPUT I.

Concilium celebratum prope Beſuam: nonnulla miracula S. Prudentii in eo patrata.

IGitur mundo ad declivia prolapſo, Eccleſiæ, ſponſæ ſcilicet Chriſti, non habentis quondam maculam aut rugam aut aliquid hujuſmodi, cœperat immutari pulchritudo & variis cauſarum emergentium æſtibus defœdatæ ſplendor priſtini decoris deperire. Inſurgebant enim ſenſim ſemi-Chriſtianorum lupi rapaces, & in tua, Jeſu Domine, mitia acriùs perfrendebant ovilia: totas namque in perniciem agnorum tuorum vires exercebant, &, prout ipſe poſſe eos permittebas, rapinis aſſiduis infeſtabant. Turbabatur jam paſſim pax dudum quietè degentium, & undique oboriebantur prædonum copiæ, quæ devotè Deo famulantûm vexabant monaſteria: proinde angebantur ſacri præſules eccleſiarum pro pulſa quiete ovium ſuarum. Quapropter communi deliberârunt tractatu, ut, multa conglobata ſynodo, communiter paci eccleſiarum conſulerent; anno itaque à Conceptu celeberrimo Virginis intemeratæ milleſimo centeſimo ſexto decimo *b*, Lingonicâ promoto cathedrâ religioſi nominis viro Joceranno *c*, ejuſdem præſulis latè pervolat edictum, omnes invitans ad concilium *d* ſexto Idus Junii. *Anno* 1116 *b* *c* *d*

45 Huic vero placito Dei (ſic quippe vulgari dicitur conſuetudine) præſtitutus fuerat locus à Beſuano diſtans burgo ter quaternis ferè ſtadiis *e*, juxta villulam ſcilicet, quam Lucum *f* nuncupavit antiquitas. Eſt enim ibi admodùm grata planities, longa campeſtris telluris æqualitate, & multo herboſæ ſuperficiei placens gramine, procul ſemota nemorum denſitate: ea ſatis congrua tali cenſetur negotio, utpote quæ immenſæ hominum multitudini capaci ſufficiat gremio. Facto denique conventu, præſidentibus venerabilibus viris, Guidone ſcilicet, archipræſule Viennenſi, qui non multò pòſt Romuleum ſuſcipiens Papatum *g* glorioſiſſimè ad finem rexit, & præfato Joceranno, imperato ſilentio, vix omnes ora continuerunt. Surgens itaque prædictus archipontifex, cunctorum in ſe luminibus defixis, erat enim ſacrarium multæ peritiæ, & rethoricæ non hebes eloquentiæ, his inter alia uſus eſt, mellita (ut dicitur) oratione. *occaſione concilii, prope Beſuam* *e* *f* *g*

46 Jam dudum, dilectiſſimi, ſatis compertum fuerat, ab initio Chriſtianiſmi Moſaicum illud obſoleviſſe præceptum, oculum pro oculo & dentem pro dente, cùm Chriſticolis magis glorioſum eſſet, non ſolùm non rependere talionem, verùm etiam percutienti maxillam præbere & alteram; & aufferenti tunicam, dimittere & pallium *h*, nunc verò diverſo nimiùm more Chriſtiani non patiuntur, ſed inferunt fratribus male. Proh pudor! Ecce ſui Eccleſiam *tunc celebrasi.* *h*

A. Teobaudo. persequuntur, &, quam tueri proprio cruore ab exortibus sacræ fidei debuerant, miserabiliter invadunt & afflictant. Lacerant planè filii matrem vipereo more, quam præducem ad syderea deberent comitari palatia; ecce, inquam, milites non Christi, sed diaboli, religiosorum incursant conventicula, diripiunt spolia, auferunt cibaria, totosque pauperis pro Deo conversationis violenter extorquent sumptus: hæccine opera Deus Jesus docuit? Hisne factis paradisi patebit aditus? Absit: hæc enim non ad cæleste, cui suspiramus, regnum, sed ad tartaream, quam devitamus, pertinent abyssum. His & hujuscemodi declamatis à viro facundissimo, cœpêre audientium mitescere pectora, & in pacis modestiæque velle concurrere sacramenta.

eorum reliquiis Sancti, eò delatis, i

47 Illo verò in tempore S. Stephanus *i* abbas noster, vir sanè per omnia magnificus super omnium pastores Galliæ cœnobiorum, egregium nomen sanctitatis & prudentiæ sæcularis obtinebat: de cujus solemnibus præconiis ne pauca dixisse videar, dum multis vix valeant comprehendi libris, justius arbitror nunc silere, quàm loqui. Hoc solum protulisse sufficiat, meritis ejus concessum fuisse, ut tempore suo tot tantisque beatus Prudentius emicaret virtutibus. Is igitur glorioſus pater imaginem Clavigeri cæli, & corpus almiflui Prudentii, quod ab eo mirificè argento & auro lapidibusque pretiosis exornatum fuerat, ad idem concilium ferri fecit, nec non & Sanctorum aliorum pignora, quæ longum est referre, quæ, à conventu totius synodi devotissimè susceptа, cum hymnisono concentu in præparatis decenter collocantur tentoriis. O certè pretiosi papiliones, quibus Christi dignantur commorari testes! Aderat autem, sicut prædixi, ineffabilis hominum multitudo, nec non & illustrium virorum diversæ dignitatis non exigua copia. Fusa itaque sacri eloquii exhortatione, quam pacis constat habuisse exordium & procursum, devota populi millia, Sanctorum suppliciter sollicitatura suffragia, ut moris est, progressu tumultuosè perlustrant oratoria; Sancti verò depositi, uti cælestia castra, per papiliones collatis adjuvabant precibus: & nonnumquam corporum adversa valetudine oppressorum clementer fugabant dolores: aderat namque numerosus grex debilium, diversis incommodis tabescentium, qui, ob incolumitatis adipiscendæ levamen adveniens, Sanctorum flebiliter efflagitabat patrocinium.

B

C

à nativitate cæcus

48 Denique cùm multi multorum imploraret juvamina Sanctorum, inter cæteros, qui divino indigebant adminiculo, quidam puerulus, captus oculis à materna alvo, per sacra à parentibus deferebatur tentoria spe impetrandæ lucis. Pro quo etiam cùm plurima precum funderentur libamina, spe dilata, non cassata, tandem Prudentiano delatus est conspectui. Mœstus & anxius genitor cum matre pueri Deitatem tristibus commovent gemitibus, Martyremque beatum querulis sollicitant affectibus.

Sæpe gemunt, orant, cæco pro pignore plorant.
Et, dum ploratur, Martyrque pius rogitatur,
Nox abit, infestis puerum quæ presserat umbris.
Panduntur geminæ cæca sub fronte fenestræ.
Lumine clara novo Titania lux micat orbo:
Miraturque nimis inopina crepuscula lucis
Ille puer, cæcum matris quem fuderat alvus.
His ita gestis, Martyris almi
Fama loquaces surgit in auras:
Quæ Pegaseis motibus acta,
Cuncta citatis pervolat alis.
Sed Pharisæo more refutant
Credere quidam, pectora quorum
Livor adurit cæca malignus.

D

visum recipit

49 Nam nonnulli sacri cleri & (quod etiam me pudet propalam dicere) aliqui monasticæ professionis, falsò jactari talia de Prudentio beatissimo, ac potiùs sub obtentu lucri à Besuanis callidè commentata, quaquaversùm poterant, invidia stimulante, divulgabant: & quò magis simplicem plebeculam ad Martyris tumbam argenteam cum religiosis muneribus certatim properare considerant, eò ardentiùs efferati, mille convitia in Sanctum patenti gutture ructant, &, quos valent, ab ejus veneratione blasphemis vocibus abducere insudant; sed quantò acriùs revocare accurrentes ad salutis gaudia satagunt, tantò copiosiùs divino instinctu uberior eò influit popularis (ut ita dixerim) fluctus. Quorum videlicet oblocutorum eò usque processit vecordia, ut ad aures etiam illustrissimi & inter principes optimi ducis Burgundiæ *k* personaret, qui, diu factum tantæ novitatis in puerulo cum cæteris proceribus sagaciter eventilans, & in dubium veniens, directo satellite, parentes pueri jubet accersiri, percunctaturus tam ammirabilis rei ordinem; quibus accitis, & facti, ut digestum est superiùs, referentibus seriem cum jurejurando, reverentissimus dux cum assidentibus, justi zeli substomachante ira, obtrectatoribus nimiùm indignatus, in laudem prorupit benignissimi Conditoris, qui tot tantisque Sanctos suos consuevit extollere præconiis. Verúmtamen quantò enixiùs maliloquorum stomachabatur vesania, tantò lucidiùs eximium Testem Astripotentis * magnificabat clementia. Protinus siquidem mirabile factum non minùs mirandum subsequitur.

k

E

* Dei

obsessus l

50 Nam quidam juvenis de villa, quæ Flaciacus *l* dicitur, nequissimi spiritus correptus insaniâ, horrendo nimiùm & mirabili raptabatur furore, qui adeò funesti possessoris atrocissimis exagitabatur calcaribus, ut ex unius ore hominis, rabidos infrendentis sermones, multiplices crederes proferri sonos. Tanta enim vi apostata ille angelus, qui gaudet hominum pingueſcere tabo, juvenilia sibi vendicârat membra, ut ex asse peregrinum transeuntis in usum vix à quinque viris fortissimis possent aliquatenus domari. Qui infelix homo, cùm longo tempore tali opprimeretur calamitate, per sacras nominatissimorum Sanctorum, quamvis procul remotas, ductabatur basilicas. Sed nescio, merito suo, an alia latentiore impediente causa, tam crudelis hospitis carere non poterat violentiâ, tandem Domini verò nutu intonante, præscripti placiti Dei prænuncio, à cognatis suis multiplici innodatus fune, ut saltim ita furentis dæmonis temperaretur sævitia, illuc violenter adductus est. Nec mora, perlustratis Sanctorum oratoriis, Prudentii demum, quamvis plurimùm renitens, sistitur ante præsentiam.

F

dæmone liberatur;

51 Tum verò videres miserabilem immodicas ore provolventem spumas, hiantia labia rictu grandisonoque reatu horrendùm minari & sanguineos oculos, torvùm obliquatos, astantes conterrêre: miseratione autem nimia intuentium afficiebantur viscera, Martyremque piissimum piis implorabant singultibus, ut, obsessa sævum pellens de sede tyrannum, pristinæ virum redderet incolumitati & modestiæ. Quid multa? Fle-

A Flectitur ad misericordiam misericordissimus Conditor oramine Martyris, moxque ab astrigero divinæ Majestatis solio procedit propitia jussio, exire compellens crudelissimum hostem de malè pervasa domo: illicò, dans voces per hiantia labra feroces, angelus ille fugax concitus egreditur cum eo, quo habetur dignus, sulphureo fœtore. Exiens namque cum vomitu olido, tanta præsentes tartarei putoris perfudit aspergine, ut planè stygias inspirare putares auras. Vacuato denique humani corporis antro hospite spurcissimo, redditur sibi homo, qui alienis parêre solitus erat habenis, succedit furori sobrietas & impatientissimæ membrorum exagitationi mira tranquillitas, astantibus pro eo jubilantibus Deo laudum præconia.

52 Sed hæc ne pauca videantur ad confutandam invidorum dementiam, aliud etiam subnectam ibidem patratum, quod celebri sermone ferebatur per ora multorum. Vir quidam, S. Urbani *m* partium accola, non congruentibus numeris, mortuâ dexterâ, vivebat non totus: nec enim totus vivit, cujus non omnes partes vivunt. Obstructo etenim dexteri lacerti venarum meatu, languido * laxatis torpebat dextera nervis: adeò ut nec (sicut assolet fieri) collo depensa posset ferri, aut sursùm erigi, sed omninò, ut pars jam inutilis & quasi defuncta, appetens terram, femori semper jungebatur, non jam honori, sed oneri. Torquebatur autem miser homuncio, malens funditus præmortuo caruisse membro, quàm diuturno excruciari supplicio; defecerant erga eum penitus medicorum juvamina, & tota, cui suspirat orbis, hypocratica cesserat solertia; ad postremum verò post septem hyemes, posthabitis humanis, ad divina confugit, siquidem, fama ciente, ut cæteri, ad enormem, quam sacri præsules conflaverant synodum, spe recuperandæ sospitatis convenerat: nec moratur, audierat nempe Prudentium peregisse, quæ suprà retuli, miracula; contendit ad locum, quò videbat confluere populum.

manus emortua

m

**leg.* languida laxatis &c

B

53 Qui, cùm adsisteret tentorio beati Martyris, custodem ipsius percunctatur rusticana temeritate, quisnam Sanctorum diceretur esse Prudentius? Cui religiosæ memoriæ Johannes, præcentor noster *n*, modicè indignans, aut potiùs, ut vir erat jocundissimus, ridiculo habens rusticam percunctationem, quòd tam absurdè interrogaverit, indice prætenso, respondit, Quid, inquiens, Prudentium tam austerè perquiris, cùm eum præsentem habeas? Huc, huc converte lumina, en iste ille est Prudentius, de quo tantopere sollicitâris. His ille auditis, ante Sanctum toto prosternitur corpore, porrigit ad astra vota supplicia, glorioſum Martyrèm fatigat fide profunda, ut sui misereatur. Quid plura? Vix devotam finierat supplicationem, & jam supernam persentit misericordiam, propitiatur Omnipotens misero, Viri sanctissimi merito redintegrari lætatur mancus brachio. Qui etiam continuò ad indicium receptæ incolumitatis urnam Sancti fidelissimis complectens ulnis, uberrimis præ gaudio infundit lachrymis. Quo viso, præsentes immensum exultationis & confessionis clamorem tulerunt ad sydera, Prudentii in commune collaudantes prædicabilia merita. Quod factum à Deo probabiliter perpatuit, ut sequenti die idem vir cum dæmoniaco, de quo superiùs egi, ab eo loco propriis humeris beati Martyris glebam *o* detulerit Besuam, assiduis Christo jubilans tripudiis pro damno reformato.

vigori restituitur.

n

C

ANNOTATA. A. TEOBAUDO.

a *Auctore iterum Teobaudo.*

b *Annum hîc exorditur à* XXV *Martii, quo colitur festum Annuntiationis B. Mariæ Virginis. Retinendus porrò annus* 1116, *pro quo Galliæ Christianæ auctæ scriptores* 1117 *substituerunt. Ex num.* 51 *Comment. prævii.*

c *Focerannum seu Gaucerannum hoc tempore Lingonensem episcopum fuisse, liquet ex variis Chartis, quas laudant scriptores paulò suprà dicti.*

d *Dictum est num.* 51 *Comment. prævii, hanc Lingonensem synodum à duobus aliis Lingonensibus, eodem anno habitis, distingui debere.*

e *Id est, mediâ circiter leucâ secundùm Dictionarium Trivultianum ad vocem* Stade.

f *Gallicè* Lux.

g *Dictus* Callistus II; *rexit Ecclesiam ab anno* 1119 *usque ad annum* 1124.

h Audistis, quia dictum est: Oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego autem dico vobis: non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei, qui vult tecum in judicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. *Matt.* 5, ℣. 38 *& binis seqq.* E

i *Hunc Sammarthani in Catalogo abbatum Besuensium prætermiserunt: Sanctum fuisse, non inveni.*

k *Hugo, Othonis frater, qui ab anno* 1102 *Burgundiæ præfuit ex Vignerio in Chronico Burgundiæ.*

l *Fortè vicus* Flacey *inter Besuam & Divionem in decanatu Besuensi,* Flaceyum *dictus in Codice beneficiorum sæpius citato pag.* 61; *licèt ibidem & alter vicus occurrat pag.* 4 *in decanatu Lingonensi,* Flageyum, *Gallicè* Flegey *dictus.*

m *Locum hunc non inveni.*

n *Auctor, ut apparet, Chronici Besuensis; quod consule pag.* 658 *&* 659.

o *Id est, corpus seu reliquias.*

CAPUT II.

Ædes sacra S. Prudentio condita: ejus reliquiæ eò translatæ: captivus carcere miro modo liberatus. F

Augentur Besuæ Sancti miracula populique concursus.

His aliisque patratis virtutibus, compositoque ecclesiæ statu, jurata pace, ad imperium præsulum finitur placitum. Referuntur itaque beatæ reliquiæ, quæ illi interfuerant synodo, ad proprias sedes. Proinde revehitur famosissimus Prudentius humeris duorum, quos curaverat, virorum, nobili comitante pompa. O quæ lingua diserta, quæ vox ferrea ad plenum referare queat, quanta utriusque sexus examina eum sint secuta, quantave occurrerint in obviàm. O felix pompa, in qua, non ad labilem victoris laudem de more antiquo post terga trahuntur captivi, servitutis æternæ jugo subjiciendi; sed potiùs oppressi & irretiti laqueis adversarum valetudinum absolvuntur, & perenni donantur libertate! Liceat hunc Martyris nostri post tanta miracula celebrem triumphum Cæsareanis Octavianisque prætulisse caducis tropheis. Jam

A. TEOBAUDO.

verò beati Martyris corpore in basilica principum Apostolorum Petri & Pauli recepto, cœpit frequens & assidua populositas confluere, suppetiasque ejus suppliciter efflagitare. Infirmorum etiam non modicæ phalanges, multiplicibus (ut fit) detentorum morbis, diversa dona sanitatis quisque pro sua parte importunis precibus implorabant.

non sine molestia monachorum:

55 Cunque improbitatem adventantium clamoresque querulosos ægrotorum pati diutius monachi nequirent, utpote molesta monasticæ quieti; simulque concurrentes prohibere non valerent, communi deliberant tractatu, quidnam super hoc agendum foret. Vulgares quippe importunitates declinare professionem nostram, regularis decernit censura: arcere verò miseros à suffragiis Sanctorum nimia judicatur inclementia. Quapropter constituitur, ut illuc glorioſi Martyris exuviæ ferantur, ubi liberrimè à fidelibus populis expetantur. Est autem colliculus Besuano supereminens burgo ab ea scilicet parte, quâ nox sydera condit, in summo vertice gestans ecclesiam in honore ipsius Martyris consecratam. Hanc dudum non multùm antiquis temporibus fertur quidam fecisse Grimerius *a*, ut aiunt, vir per omnia religiosissimus: cui longo tempore sub habitu monachico Christo militanti beatissimus per somnum apparuit Prudentius, jussitque, ut domum sibi construeret, qui à monacho percunctatus, quisnam esset, qui tanta auctoritate sibi ædem fieri imperitaret? Respondit, numquid non agnoscis, quem quotidie assiduis interpellas rogatibus, ut ante divinos conspectus impetret tuos aboleri reatus? Ego sanè sum ille Prudentius, qui, ab Aquitanicis delatus oris, Besuanaque olim potitus sede, multis longè innotui signis. Ad postremum ego ille sum, qui, cum Clavigero cœli & Doctore gentium vestri curam gerens, procul omnes arceo hostiles impetus, non solùm visibiles, sed etiam (qui vobis infestiores sunt) invisibiles. Si vis itaque à peccatorum, pro quibus sæpe postulas, maculis ablui, &, devictis inimicis, Elisiis gaudiis perfrui, domunculam meo construe nomini ad laudem & gloriam Conditoris nostri.

a

B

quare in eadem sacram paulò remotiorem & sibi dicatam transfertur S. Prudentius,

C

56 His monachus auditis, divinis per omnia cupiens obtemperare jussionibus, ecclesiam in monticulo præscripto ædificat, & Prudentiano honori pontificali consecratione dedicat. Eò ergò beatus Stephanus abbas noster, qui super his ingenti triumphabat lætitia, connivente fratrum caterva, almiflui Martyris venerandum imperat inferri bustum. Quo facto, tantò copiosiùs ad eum locum plebeia convolabant millia, quantò nulli accedentium sacra asili negabantur limina: ibi ergò positus Sanctus innumeris hactenus emicuit virtutibus, ut penè impossibile sit eas scire, nedum aliquis tentet stylo, quamvis simplici, mandare.

Grex miserorum ducitur illuc spe medicinæ,
Quisque fideli pectore poscit, vota reportat.
Lumina cæcis restituuntur, nocte fugata,
Muta refundit lingua loquelas, ore soluto,
Vocibus auris surda patescit Præsule sancto.
Crura pedesque curva sequentûm consolidantur,
Brachia laxis languida nervis fortificantur.
Membra fatigans febris anhela pulsa recedit,
Rupta ligatis vincula cedunt, carcere fracto,
Mania multos dira relinquit, vertice sano.
Tristis Erynnis, corde perurens, pace quiescit,
Corpora sævus deserit anguis, nexa catenis.
Gurgite mersi sæpe profundo, morte resurgunt,
Pectora, leti pondere pressa, vivida fiunt:
Omnibus ægris unica spes est, quærere Sanctum,
Posse mereri, ni dubitent, spes magna salutis,
Nemo repulsam perpetietur, ni mereatur.

D

in qua æquè miraculis claret, è quibus pauca Teobaudus refert.

57 Mirifica quidem virtutum opera glorioſi Martyris nostri expedire proposui, sed dum immensam numerositatem dispicio, quid prætermittere, quidve stylo debeam committere, penitus ignoro; sed si omnia non possum, tamen pauca de plurimis revolvere ad gloriam & laudem Omnipotentis, pia devotio imperat. Vir quidam, luminibus orbatus, Eurardus nomine, comperto sacratissimi Prudentii adversùm varias passiones veloci medicamine, ad eum tenebrosos quàm citiùs intendit gressus. Qui, cùm multo gemitu humilique prece Sancti sollicitaret affectum ad miserendum sui, unius tantùm oculi recepit lucernam. Cur autem non amborum clarificari meruerit fulgore orbium, non potest nostri, id est, humani esse judicii. Quantùm verò in talibus conjici datur, non plena fide poposcisse videtur, ex eo, quòd semiplenum impetraverit beneficium; aut sempiternam Dei providentiam, quam nihil futuri latet, præscisse animi illius cupidi obstinatam avaritiam; quâ nimiùm post receptum lumen insaniebat, ideóque vix sancti Martyris precibus ei imperfectum indulsisse datum *. Idem tamen homo, adeptus ex parte sospitatem, longo pòst tempore vixit, & ut munifica Martyris virtus in eo clarior fieret, quandiu rebus humanis interfuit, aut monachorum, beati ipsius Prudentii corpori famulantium, officiis deservivit, aut curiæ nostræ portam servavit.

E

**an lumen vel donum?*

Vir nobilis, montis Salionis habitator,

58 Ingens replicaturus miraculum, benignissimum supplex obsecro Paraclitum, per quem omnia Deo placita fiunt, ut mihi ad idoneè persequendum indulgeat eloquium, & à veritatis orbita non sinat derivari vestigium: gravissima namque res moderato circumspectioreque agenda est modo; ne dispar oratio materiei dignissimæ pateat reprehensioni, quandoquidem sæpius aptè perorata cynædorum corrodat insania. Est autem hujusmodi, quod dicere proposui: in episcopio Lingonico, bis binis bis miliaribus ab ipsa urbe (ni fallor) distans castellum habetur, quod mons Salion *b* ab incolis nuncupatur. Quod adeò Parens omnium natura sua communivit ope, ut machinis arietum Phalaricisve tormentis, aut etiam quibuslibet exquisitissimis assultuum ingeniis, non dicam inexpugnabile, sed etiam inaccessibile sit. Neque enim (ut in plerisque) ex altera parte tellus rupibus elata superbire fiduciâ sui facit oppidanos, ex altera verò æqualis loci planicies timidos ac sollicitos reddidit; sed potiùs undique collecta humus, longiorique tractu in angustum surgens verticem altiùs porrectum superas sustollit in auras; nonnulla in summo cacumine gestans domorum ædificia. Quod forsitan cataclismi *c* dudum coactione ita compositum est, ut rectè à Saliendo in aëra, mons Salion clarâ etymologiâ vocitetur *d*. In hoc denique tantæ firmitatis castro quidam miles, nomine Ascherius, hominem de villa, quam Burburenum *e* prisca appellabat consuetudo, captum crudelissima conjecerat in vincula. Tantâ quippe

F

b

c

d

e

A quippe in eum desæviebat iracundiâ, ut vix illius crederetur posse unquam satiari de pœna. Ceperat enim eum odio domini sui, quem nimiùm odiebat, aut, quod credibilius est, ob extorquendam pecuniam, quâ plurimùm refertus esse idem homo ferebatur.

arctissimè includit inimici sui servum:

59 Evocatis itaque mancipiis suis minaciter imperat super infelice dicens: Agite hunc rusticum variis suppliciis, quoad, quibus abundare existimatur, proferat gazas: qui etiam tametsi nulla, pro qua excutienda puniri debeat, insit ei opulentia, tamen odiosissimi domini sui causâ meâ satiabit pœnis suis iratissima vota: quippe quæ in dominum exercere nequeo, in servum michi, nunc arridente fortunâ, explere licebit. Qui * (quod absit) vestras elapsus effugerit manus; Æternitonantis in patibulo pendentis juro ánguſtias, quia, quæ ipsi erogare dispposui, vos luetis supplicia: hæc ubi dicta dedit, sinuosis funium voluminibus captivi post tergum innodantur lacerti, ac gressus duplici arctantur compede, & sic obscurissimo retruditur domûs penu ipsius militis. Quo in imo ædium solet arcisque & vasis oppleri; sed quasi parùm esset, miserandum hominem cæsum, vinctum, compeditumque teterrimo subterranei specus dampnâsse ergastulo, excogitantur novi generis custodiæ argumenta, immergitur namque vastissimæ finibus arcæ, quæ clausa & firmissimè serâ obsignata, signoque prægrandi superposito, cooperculo directo sursùm versùs usque ad superni plantas cœnaculi, ne qua scilicet arte aperiri queat, custodum etiam diorum supercubantium pervigili munitur industriâ. Bone Conditor rerum, quid tantùm, quæso, mortalium prævaluit vecors temeritas, ut homo hominem, &, quod deterius est, Christianus Christianum tam feralibus injustè audeat mancipare tormentis? Pecuniæ sacra fames, juxta Poëtam, sola hæc præcipuè suggeris, sola facere compellis: rarissimusque est in hominibus, qui non tuis flagrantibus pareat habenis! nempe causâ tui eripiendæ tot & talibus adducitur iste malis.

**supple si*

sed hic, cùm S. Prudentii opem implorâsset.

60 Qui miser, ut ad inceptum redeam, in horribili profundi penoris damnatur spelæo, & ingenti obsessus arca, vigilibus appositis satellitibus, multis curarum fluctuabat æstibus, desperans de humano suffragio penitus; mortem equidem summopere appetebat, quasi supremum malorum effugium; sed in se homicidalem, utpote ligatus, nequibat injicere dexteram; nec quisquam aderat, qui ei crudeles inferret manus. Quantùm autem valebat, Omnipotentem, ut se leto dederet, exorabat: nam ad tantarum incrementa miseriarum calor quoque intolerabilis illi infelici vitales infecerat auras. Æstas quippe erat, adeò ut graviorem ex eo contraheret cruciatum, quàm ex terribili vinculorum custodiæque obsessione. Quid ageret, quò se verteret, quandoquidem nec vertere poterat, prorsus ignorabat. Tandem verò respectus superna miseratione gloriosi Prudentii signorum, quæ jam frequenti percrebuerant opinione, recordatur, statimque meliorem concipiens spem, fletibusque marcida rigans ora, hos nimiùm mœstus fundit de pectore questus, devotis mixtos precibus: O flos beatorum, luxque clarissima totius orbis, martyr Prudenti, confer opem mihi miserrimo & desperatissimo omnium. Experti nuper quámplures dicuntur immensam miserationem tuam, unde & laudem longè latéque collegisti tibi non exiguam. Qui ergò multis, variorum incommoditatibus casuum oppressis, benignum protendens brachium, levamen impendisti; multò magis uni michi potis es, si digneris, auxilium conferre; licèt hoc infelix impetrare non merear.

B C

A. Teobaudo.

arcâ, quâ includebatur;

61 Nam hactenus quamdiu favit fortuna, uberrimâ jocundatus rerum secundarum opulentiâ, non, ut debueram, succurri constitutis in miseria. Quapropter æquissimâ divinæ Justitiæ sententiâ hæc, quæ patior, infliguntur mala: unica & suprema spes restat ad te confugisse (piissime Martyr) qui tot obsessis pressurarum angustiis benignè subvenis. Credo equidem, nec vana fides, te promeruisse ab eo, pro quo dira passus occubuisti, ut etiam ima sede semper horrentis erebi damnatos superas possis revocare ad auras *f*: quantò autem magis me ab hoc, quamvis ferali & munitissimo, ergastulo absolvere potes? Adesto itaque, Vir beatissime, hæc multimoda, quibus obsideor, argumenta *g* dissolve; ut libero gressu, sopitis custodibus, tua sancta limina adire merear; spondeo certè coram divinis conspectibus, quoniam si me eripueris, ad præsens tibi hominium faciam, & annuatim debitum vectigal, ut servus, pendam: talia perstabat memorans fixusque manebat. Cùm itaque incessanter omnipotentis Dei sanctique Martyris inquietaret aures, visitavit eum oriens ex alto, illuminare ei, qui in tenebris & in umbra sedebat, ad dirigendos pedes ejus in viam pacis. Mox etenim rigidis cesserunt vincla lacertis, funibus abruptis penitus, manibusque solutis. Tunc deinde humero ad operculum arcæ impacto, cedit sera, ruit, quod erat superiùs, repagulum; adeò ut mira Martyris virtute patefacta arca per illud hians remaneret.

f

g

E

& carcere mirabiliter reseratis;

62 Reserato deinde tam crudeli carcere, custodibus etiam lethargico demersis sopore, egreditur captivus ille ab arcæ ergastulo, sed adhuc compedum retinetur pondere nimio, cellariique tenebrosissimi claustro, tandem verò diu multúmque quadrupes reptans per umbrosa noctis silentia scalam offendit, per quam de infimis ad superiora, vicissim dispositis gradibus, continuabatur ascensus pervius. Nec mora, quibus valuit, nisibus per eam cœnaculum conscendit, quo herus & herilia mancipia placidam carpebant soporis quietem: quos adeò letheus (ut sic dictum sit) occupaverat somnus, ut ad nimium bodiarum *h* repentis hominis fragorem, quem pro natura ferreus excutiebat rigor, nullo modo expergiscerentur. Denique dum multa nescius, quò tenderet, per solarium more pecudis obambulat, non sine divino nutu ad posteriorem domûs ipsius pervenit partem, ubi contemplatus fenestram tantæ capacitatis, ut & latum annuat effugium, non parvo gestit gaudio, quam continuò subiens, ut erat gravatus utroque vestigio (neque enim compedes frangere audebat propter resultantis chalybis tinnitum) eia, inquit, fortissime Prudenti, noli, precor, desistere cœptis, ut, qui difficillima & omninò desperatissima tuo suffultus juvamine jam evasi, hæcque restante præduce *i*, velociter exuperem.

h

F

i

ex edita fenestra se præcipitat, salvusque

63 His dictis, dum oculos, quónam prosiliat, inflectit, perpenditque immane præcipitium subesse, intremit, & pavidas fugiente calore medullas, sanguis ab ore meat, præcordia concutit horror. Ita etenim ipsius Ascherii constructa habetur domus, ut ab extremis partibus ingenti prærupto subsidentis soli pateat vastum præcipitium, quod non minimo ædibus solet esse munimento. Quid ageret infelix in tanto positus

A. TEOBAUDO.

tus discrimine, ancipiti sub corde versabat. Nam retrocedere, pristinisque subdi suppliciis perhorrescebat, nec minùs itidem permittere se letifero volatui, natura repugnante, formidabile erat. Æstuat ergò miser celsà remorando fenestrâ. Quid multa? Iterum Prudentius inclamitatur, iterumque centum votis flebiliter invitatur. Protinus adest beatus Martyr, monetque hominem, quatenus impiger ab alta demissus labatur fenestra: nec mora: præcipiti saltu delapsus ad ima decidit in acervum saxorum, quæ ibi olim diruta maceria demiserat; sed (ô mirabile dictu!) tantâ lapidum exceptus est molliciei clementiâ, ut putari posset, ibi fuisse reginæ Galliæ pulvinaria & culcitas, vel Sardanapali pensiles plumas. Consurgens itaque, vix tandem aliquando compeditus pervenit ad portam ejusdem castri, quæ de more nocturnis horis firmissimis vectium obicibus & repagulis obfirmata erat, quâ divina manu reseratâ, liber egreditur.

Bessuam evadit, liberatori suo grates acturus.

64 Illicò compedibus saxorum verbere fractis,
Et quasi pro spolio victor collo sibi jactis,
Currere non cessat, pedibus per devia tractis.
B Ut leo Getulus, vinclis virtute subactis,
Liber oberrat ovans, metuit tamen ora sequentis;
Sic pavet iste nimis pavidæ cunctamine mentis.
Interea rutilum Veneris processerat astrum,
Cùm studet ille citus post terga relinquere castrum.
Aufugiens igitur vitans quasi littora Thracum,
k Contiguam villam pavidus subit Albiniacum *k*,
Ingressusque domum pretiosi Symphoriani,
Vix credit Sancto, formidine plenus inani.
Nam timet insidias, ne denuò jam capiatur:
l Nec monachis *l* credit, qui suadent, ne vereatur.
Verùm non patiens morulæ sub nocte secutâ
Egreditur: fert per tenebras vestigia tuta.
Sæpe premit flatum, ne quisquam fortè sequatur,
Martyris eximii donec valvis potiatur.
Ingreditur templum, persolvit debita vota,
Ac populo miranda refert de re bene nota.
A cunctis resonant præconia celsa Tonantis.
C Lætitiæ jubilis, nequeo depromere quantis,
Æra sonant, laudesque crepant tibi, Martyr amande.
Et verè grates semper tibi sunt celebrandæ,
Qui tot captivum virtutibus eripuisti.
Nullus in hoc dubitet, quoniam bene promeruisti.

ANNOTATA.

a *Aliquid de Grimeio, fortè sacræ hujus ædis conditore, ex conjectura qualicúmque dictum num.* 54 *Comment. prævii, quem consule, si videbitur.*

b Monsaujon *vel* Monsaugeon *hodieque Gallis dicitur, estque comitatus Lingonas inter & Bessuam: distat Lingonis leucis circitèr* 6.

c Cataclismus *Latinè* diluvium *dicitur. Si de diluvio, tempore Noë facto, Teobaudus agit, ridicula narrat.*

d *Etymologiæ hujus ego me vadem non præsto*

e *Vide annotata ad num.* 24 *lit.* p.

f *Phrasis poëtica, idem valens, quod* à morte ad vitam revocare. D

g *Id est, vincula.*

h *Id est, catenarum.*

i *Lege:* hæc, quæ restant, te præduce (*seu duce*) exuperem.

k *Vicus est prope Montem Salionis: in Codice beneficiorum diœcesis Lingonensis pag.* 75 *vocatur* Aubigneyum & Succursus *parœciæ Prothoyi* (Protoy) *in vicinia montis Salionis pariter sita.*

l *Albiniaci nimirum prioratus est Ordinis S. Benedicti ab abbatia Bessuensi dependens, de quo idem Codex pag.* 77.

CAPUT III.

Tres alii non absimili modo carceribus liberati.

Turri cippoque inclusus, E

NEc minori penè ammiratione dignum aliud non dissimile opus retexam, quod non impari gestum est munificentia Martyris, & justum fore percenseo, ut res non dissimilis simili per omnia mancipetur gloriæ; attestante Boëtio in Topicis, idem judicium in rebus similibus esse. Quidam vir dudum captus fuerat à Garnerio, dominatum obtinente castri, quod vulgariter Sunbernum *a* appellatur, à quo etiam manibus post terga revinctis, arctissimoque vestigia immersus ligno, præfati castelli vastæ turri custodiendus intruditur. At is nomen virtutemque Prudentii jam celebri compererat rumore. Quòd videlicet inter alia mirabilium, quæ operabatur prodigia, captivorum solitus esset enodare ligamina. Tunc quadam nocte, superna respectus miseratione, ipsâque, quâ premebatur, cogente angustia, beati Martyris recordatur, statimque ab imo cordis longa ducens suspiria, in hæc verba tandem resolvens ora, Deus æterne, * cujus nihil subterfugit notitiam, quique pro nostrorum qualitate actuum cuique præmia decernis aut supplicia, succurre michi misero solitâ pietatis tuæ clementiâ per interventum gloriossimi testis tui Prudentii. Fateor equidem me, illustrissime, acerbiora his, quæ patior, emeruisse; verùm non ad mea, quæ nulla sunt nisi pœnalia, sed ad illius glorioſa, obsecro, attendas merita, per quem tua indignissimus gratuita imploro beneficia. Quid enim ejus sacris præconiis negare possis, qui pro te immanibus se exponens cruciaminibus, jam diademate redimitus superno, tecum regnat in sublimibus? *a* *b* F

Solutis ad invocationem S. Prudentii sponte vinculis,

66 Clementissime Martyr, auxilium laturus quàm citiùs adveni, ut ab his per te exutus calamitatibus, devotis Deo & tibi resultem laudibus. His aliisque crebrò suppliciter effusis, gravibusque crescentibus pœnis, auxilium Sancti capto benignum.
Emicat actutum verè memorabile signum,
Franguntur cunei, dissciditur undique lignum,
Quo fuerant gressus nexu mordente ligati.
Vincula cuncta cadunt, Testis per jussa beati.
Nec mirum, summæ grave quippe nihil pietati.
Expeditus itaque penitus ab illis, quibus vinctus erat, loris, libero incessu per turriculam nocturno

A nocturno silentio deambulat, investigans scilicet, quorsùm evadat, referans * quippe ostium minimè audebat, ne quo strepitu custodes cerebrum somno excuterent. Rursus quoque à præcelsæ arcis delabi propugnaculis, dementis esse hominis arbitrabatur, supremæ sortis fata appetentis: sic utrobique diversa in animo viri illius conflictant pericula, &, quod potiùs eligatur, diutissimè ambigitur. Animadvertat, quæso, sagaciter prudens lector, quot meditatus illâ horâ sub tanta ancipitis criminis trutina miserabilis circumrotârit. Quid plura? Ad ultimum autem, juxta Davidicam optionem melius existimans incidere in manus Domini, quàm in manus hominum *c*, decernit à summo prosilire turris; struerat verò illi loco tectum proximum telluri, nescio, cujus officinæ; ut reor autem, humilis culinæ, horresco certè nimiùm referendo, gelidusque currit per intima pavor, quo ausu mens humana tantum invadere periculi præsumpserit.

*referare

67 Et ut viburnum cupresso, hoc est, modicum comparem magno, nescio, an plus fuerit, Petrum à lintre in æquora prosiluisse *d*, quàm istum ad terram à summa arcis crepidine. Sed moror: invocato ergò Omnipotentis auxilio, B vexilloque Dominici trophæi armatus, cum lacrymis beatum sic compellat Martyrem: Ecce, benignissime Prudenti, corpus animamque meam tibi committo, ut aut victurum me suscipias orantem, aut morituram commendes ante divinam Majestatem. Dixerat, elapsus vacuas se credit in auras, res incredibilis, præcelsæ turris ab alto: decidit autem super præscriptum tectum cùm tanto casûs pondere, ut non modicam scindularum *e* quantitatem secum ad nudam terræ superficiem cadendo contraxerit. Ad cujus decidentis immensum fragorem ii, qui sub eodem domate *f* & in propinquis ædibus dormiebant, experrecti, membra concitè stratis excutiunt, continuóque agnoscentes, effugisse captum, cum numerosa tæda variisque luminaribus fugacis insequuntur vestigia, missis clamosis post ejus terga molossis.

se ex illa alteſu præcipitat: d

e

f

Ille fugâ celeri non novit ad ista vereri,
Martyre confisus, cujus domus est paradisus.
Frustra nituntur, ejus qui dorsa sequuntur;
Nam non prendetur, Domini quem dextra tuetur,
Ut cognoscatur, quia, cui vult, auxiliatur.

captivus alter,

68 Tertium superioribus geminis consimile C copulare relatis statui miraculum, uti illud nuper à gravioribus accepi personis, de quorum dubitare dictis nefarium planè judicares. Præsertim cùm ipsi ante illud factum, ne nomen quidem Martyris nostri umquam audierint. Tanta verò signi hujus fuisse dignoscitur celebritas, ut apud castrum, quod, super Albam fluvium satis firmiter constructum, Firmitatem *g* appellant, Prudentianum vocabulum ingenti redoleret gratia. Siquidem in ipso castello patratum fuit opus, de quo series orationis ordiri paratur: nam cùm quidam miles ejusdem oppidi, quibus nescio causis, de Austrasiis *h* crebrò prædas abduceret, rusticum quemdam inter alia cepit, & ad domum propriam in captivitatem excruciatum miserum perduxit. Continuóque truculentus captivator, immani repletus furiâ, hominem acerrimis innodatum catenis, gravissimo crurum tenus mancipat ligno, quod tormenti genus Gallica lingua cippum *i* nuncupat. Quo adeò infelix ille truci utriusque tibiæ arctabatur constrictione, ut per summorum ungues articulorum cruor largo emanaret profluvio, proh dolor!

g

h

i

Nec mora, rupta cutis constricta reliquerat ossa
Carne sub exesa, cippique cavante rigorem.
Concrepat ille miser gemitu nimiùm querulosо,
Tristibus & lacrymis suspiria jungit amara,
Planctibus elatis semper quoque continuatis.

A. TEOBAUDO.

69 Interea convivantibus quibusdam sextâ diei horâ *k*, ut moris est, in eadem domo, quâ captivus ipse custodiebatur, non intermissis ejulans clamoribus, oborta est mentio à quodam peregrino de Prudentio beatissimo, captore captoque audientibus. Qui, cùm in laudibus ejusdem Sancti aliquanta disseruisset, adjunxit etiam famosam, quâ captivos eripere solet, virtutem. Cumque diutissimè super ea orationem protelaret, frequenterque digesta ob novæ relationis amorem compulsus repeteret, mirabantur plurimùm auditores intenti vehementer, & peregrinæ rei narrationem per singula dicta stupebant.

invocato Sancto, k

Audierat captus, quod dixerat advena, totum,
Credideratque simul. Mox tendit ad æthera votum, B
Atque trahens longos gemebundo pectore questus,
Auxilium Sancti rogitat tali prece mœstus:
O bone Prudenti, qui diceris ista patrare,
Quæ modò vir retulit, cernere qui meruit,
Credulus audivi. Prosit (precor) hæc didicisse:
Est mihi quippe fides plurima, posse tibi.
Ergò nimis misero mihi, jam miserè morituro
Sub cruce tam dira confer opem citiùs.
Non equidem merui. Nec me meruisse negabo:
Non taceo, culpam pando sed ipse meam.
Sed satis est pœnæ pensum pro crimine multo;
Parce, precor, bone Vir: eripe me laqueis;
Ut meritas solvam Christo pro munere grates,
Et tua liber ovans limina mox adeam.

70 Finita itaque lacrymosa supplicatione, continuò adest glorioso Martyris dapsilis virtus, serisque absolvit hominem catenis. Diversam in partem confractus dissilit cippus *l*; ipso captivatore & cunctis, qui aderant, ingenti admiratione stupentibus, tandemque non clàm, neque precariò, neque redemptione; sed vi planè divina egreditur ille captivus, omnibus adstantibus tanto metu perterritis, ut nec mutire in eum auderent; exiit autem multis intuentibus per medium castellum, sed nullo penitus eum retinere pervalente; moxque votum, habitum quoque peregrinantis induens, sanctum expetivit Martyrem, gratias ei, utpote suo liberatori; redditurus in ejus templo: advenit, enarrat, fuerit quæ passus acerba, quantaque protulerit supplex, Martyr, tibi verba, denique demonstrat vestigia cruris amara, atque pio Testi pangit præconia clara.

palàm vinculis solvitur, abitque, nemine obniti audente. l

F

71 Propter inæqualitatem, quæ in rerum labilium diversatur cupiditatibus, à mortalibus multa perpetrantur facinora. Ideò quippe indigentes divitibus insidiantur, quia, unde illi superfluâ

Tertius cavere ab ipso S. Prudentio,

A. TEOBAUDO.

fluâ extolluntur opulentiâ, inde iſti graviter tabeſcunt inopiâ. Denique hac de cauſa prædones ceperant quendam divitem de villa, quam à martyre, qui in ea veneratur, ſanctum Julianum *m* nuncupat antiquitas. Qui captus mox in caſtrum, quod, ſuper Lignonem flúvium ſitum, Rufiacus vocatur *n*, in captivitatem abductus eſt, ibique, lacertis poſt terga revinctis & collo ad crura ligata crudeliſſimo fune complicato, arctiſſimæ mancipatur cuſtodiæ, truculentis ad ſervandum appoſitis cuſtodibus. Interea verò miſer ille ipsâ, quâ premebatur, compellente neceſſitate, Prudentium ſuſpiriis & lacrymis magìs, quàm verborum crepitu exorat, ut ſibi ſub tanti doloris cruce ſolita pietate ſubveniat. Dum itaque diutiſſimè hujuſmodi perſtaret in precibus, conticinium noctis advenerat, continuóque cæleſtis formæ perſona coram eo conſtitit, ſe aſſerens eſſe Prudentium, qui implorabatur, paratumque, ut illi quantociùs opem ferret, ſi ſe vellet ſequi.

m

n

ipſi apparente, educitur.

72 Quo reſpondente, ſe quidem velle, ſed mox non poſſe, vinculis & ſex cuſtodibus obſiſtentibus, ille, qui apparuerat, ait, illic, inquiens, trepidas timore, ubi non eſt timor, dum procul dubio nullis obicibus divina morentur imperia. Nec plura: vincula rupta cadunt, ſurgenſque captus, nec jam captus, ſupernam ſubſequitur figuram, cuſtodibus mira virtute compreſſis: ut autem clauſtris egreſſi ſub divo conſtiterunt, ductor mirabilis, in partem indice prætenſo, ait: Ecce in illa domo habetur cornipes, cujus tergo inſidebas, quando captus fuiſti. Pergens itaque illic, tolle, quod tuum eſt, & vade. Qui concitè vadens, reperto domûs oſtio patente, invenit illico equum ſuum divinitus præparatum, ſellâ ſcilicet & fræno impoſitis, quem mox conſcendens, præcedente ſpiritali prævio *o*, pervenit ad portam caſtri, quæ protinus (ut legitur de Petro *p*) ultrò aperta eſt eis. Egreſſis verò illis, longiúſque pariter procedentibus, ait Liberator magnificus ad liberatum: Securus amodò, nec ulli omninò membra tradas oſtio, quoad pertingens Beſuam Deo & Apoſtolorum proceribus, nec non & Prudentio pro ereptione tua grates exſolvas debitas. His dictis nuſquam comparuit.

B

p

C

Rumpit & ille moras: Beſuanas tendit ad oras,
Vota Deo ſolvit: fuerant quæ geſta, revolvit;
Qualiter exutus laqueis; ut fune ſolutus,
Exierit tutus, Sanctum per cuncta ſecutus.

Sed jam fragilis cymba, diu pelago jactata, portui aliquantiſper quietura interim appellitur: ut, pauliſper reſumptis viribus, quæ reſtant ſali, robuſtiùs, Jeſu opitulante, præterlegat.

Explicit liber tertius.

ANNOTATA.

a *Gallicè* Sombernon, *in decanatu S. Sequani, prope vicum* Memont (*Magnum montem*) *de quo ſuprà in Annotatis ad num.* 26 *lit.* x.

b *Id eſt*, Martyris.

c *Reg.* 2, *cap.* 24, ℣. 14.

d *Vide cap.* 14 *Matth. à* ℣. 22.

e Scindulæ *ſunt aſſeres, quibus domus tegebantur.*

f Doma *ſumitur pro domo vel hîc pro tecto.*

g Firmitas uper Albam *Campaniæ Gallicæ oppidum eſt.* D

h *Sic dicti, qui Orientalem Galliarum partem incolebant.*

i *Eodem ſenſu vocem illam uſurpavit Gellius in Noctibus Atticis* XVI, 7. Erat inſtrumentum, *inquit Pitiſcus in Lexico Antiquitatum*, ad inſtar annuli factum, quo pedes damnatorum vinciebantur, aut ſervorum.

k *Id eſt, ſub meridiem.*

l *Vide lit.* i *in Annotatis ad cap.* 3 *lib.* 3.

m *Vicus eſt prope Divionem.*

n *Inter vicum S. Juliani & Divionem vicum reperio*, Rufey *Gallis dictum, non procul à fluvio Suſione* (Suzon:) *ſed aliquantùm longiùs* Lignon *fluvium invenio, qui Tricaſtrum prætervectus in Tiliam influit; ſed vicum Ruffiacum juxta illum non reperi: reperi autem & Ruffiacum ſeu* Rufey *vicum, quem hìc deſignari puto, in comitatu Burgundiæ ad fluvium Lignonem, Gallicè* Lougnon *vel* Ougnon.

o *Id eſt*, S. Prudentio, *ſub aërea forma ipſi præeunte.*

p *Vide Act. Apoſt. cap.* 12. E

LIBER IV.

CAPUT I.

S. Prudentius ſanat brachium aridum & paralyticam: puellam ultione divina liberat.

Tempore concilii Veſontienſis annò 1124,

SI apicibus annotare perſtuderem, quot vinculis aut ergaſtulis mancipatos noſter eripuerit Martyr, cæterorum ſuppreſſa mentione ſignorum, profectò immenſum volumen exararem: tot etenim hujuſmodi ejus beneficia viſuntur, per indicia ſcilicet, coram ſacratiſſimi corporis ipſius thecâ dependentia; ut, ſi Tulliana adeſſet facunda loquacitas, procul dubio ad exprimendum ſe minùs idoneam fateri, non erubeſceret. Quapropter aliorsùm ſtylum convertere conſultius videtur, in primis verò congruum cenſeo, à placito Dei, quod apud Biſunticam urbem *a* celeberrimum extitiſſe dignoſcitur, ſumere narrationis exordium. Igitur anno milleſimo centeſimo viceſimo quarto à Puerperio Virginis illibatæ, quo juxta Mantuanum rhetorem ferrea primùm deſiit, ac toto ſurrexit gens aurea mundo, venerabilis Anſiricus *b*, archipontifex Chryſopolitanus *c*, immenſum decrevit conflare concilium *d*, quod Placitum Dei vocitant, in diebus feſtis (nî fallor) Pentecoſtes: quibus feriati populi, aliquantulúmque ſolito raptorum timore nudati, Sanctorum devotiùs ſtudent adire limina. Locus autem tali negotio aptiſſimus denuntiatur penes eamdem civitatem, plùs minúſve ab ipſa diſtans mille quingentis paſſibus. Eſt etenim ibi planicies diſtenti ſoli, grato veſtiens ſe gramine, quam Thiſiam vocant incolæ, Duvio flumine *e* præterfluente à latere. *e*

a

b

c

d

F

74 Hoc

A *licèt falsò ejus reliquiæ illic adesse, putarentur,*

74 Hoc itaque archiantistitis intonante decreto, fama ciet populos eò confluere. Credi verò non potest, quot millia promiscui sexus, ætatis & conditionis accurrerint: præterea quámplurium Sanctorum illuc glorioſa perlata sunt pignora, quos longum est nominatim recensere. Inter quos & janitoris cæli, Petri nostri pulcherrima yeona & capsa multarum reliquiarum cum brachio beati Remigii *f* à nostris devectæ sunt, ac in papilione ad hoc facto honorificè depositæ. Nec diu, ecce muliercula, de castello Karoli *g* oriunda, dexteri brachii amminiculo funditus destituta, beatum audiens advenisse Prudentium, contendit ad locum; jam enim balsamiticum ipsius martyrii nomen longè latéque ingenti efferbuerat opinione, maximéque (ut præfatus sum) illis in provinciis. Videntes autem, qui confluxerant, argenteum brachium, quod sæpenumerò apud Besuam in ecclesia Prudentiana viderant, arbitrati sunt, adventâsse Prudentium; & ob id conglobatim ad nostrum proruebant tentorium: sed ibi profectò nichil ejusdem Sancti, nisi nomen & virtus erat: non ob aliud tamen, nisi uti ne violenter nobis auferrentur beatæ reliquiæ, sicut olim factum constat. Nam fama est, illum quondam à Besuensibus, ad ipsum locum pro re simili delatum, multisque ibidem virtutibus declaratum, Chrisopolitanos vi detinuisse, sed postmodùm, Deo volente, coactos reddidisse *h*.

f

g

B

h

brachium aritium

75 Ubi ergò præscripta fœmina nostris adstitit Sanctis, cum intimo pectoris rugitu, lacrymarumque imbre Prudentium invocat, quatinus impotentis lacerti & aridæ manus sibi reformet usum; moxque Martyr clementissimus, tametsi absens corporaliter, tamen præsens affuit spiritaliter, restituens supplicanti, quam deposcebat, sospitatem. Tunc illa, voto potita, eadem manu protensa, sacratissimum (ut putabat) Prudentii accipit brachium, & ad circumstantes conversa, celebratam in se virtutem clara cœpit voce prædicare. Cernentes autem nostrates monachi tam illustre signum, alacri cum gaudio divina concinunt præconia, vident illico popularia concurrere agmina; felicem se quisque fore existimans, si cernere vel etiam eminus salutare Besuanum valeat tabernaculum. Inter alios verò accurrit & capellanus præfati castelli

C Karoli. Qui, comperto tam egregio miraculo in muliere sibi optimè nota, apprehenso ejus brachio sanato, sic ad adstantem præfatur multitudinem: Ne credatis, populi, commentitium ullatenus esse, quod asseritur de hac muliere, sed procul dubio sciatis, quoniam sex anni jam præterierunt, ex quo brachium istud, naturali succo viduatum, nullum utile gestanti exhibuit officium. Nunc verò, ut cernitis, antiquæ restitutum est sanitati: an dubitatis? Hæc mea parochiana, hæc mihi notior, quàm alicui sua domus: non novi monachos istos, nescio Sanctum eorum, sed hanc certissimè hodie sanatam perspicio. Dixerat, & cuncti Domino grates retulêre pro tanto signo, quod gesserat in muliere.

& paralyticam sanat:

76 His ita gestis, adest item quædam fœmina cum marito, quæ irreverenter quidem, sed devotissimè in Sancta irruens, sanctum brachium sub nomine Prudentiano, ubertim rigatum fletibus, strictissimè deosculatur. Quæ percunctata à monachis, quænam esset, vel unde & cur hoc ageret, volentem pro se respondere maritum suum compescuit, dicens, ego ipsa pro me respondebo, quæ de me sunt, tu tantùm testis dictorum adsiste: Ego (Domini mei) indigena sum villæ, quæ Menbriacus dicitur *i*, copulata connubio isti, quem coràm videtis adstare; sceleribus autem more* exigentibus, gravissimam incidi paralysim, quæ hactenus quatuor annis crudeliter me contorsit. Ast ubi nudius-tertius audivi, beatum huc deferri Prudentium, vix à conjuge impetravi, quatinus me birotæ *k* superpositam ad eum deveheret, quæ, dum medio itinere sanctum invocâssem Martyrem, subitò arida nervorum ligamina cœperunt intendi, & debiles artus pristinis reddi motibus, moxque diuturno exuta languore, vehiculo concita exilivi, calleque festino cœpi virum præcedere, quoad huc devenissemus, gratias pro cælitus reddita incolumitate repensuri: hæc mihi causa lætandi; hæc tota ratio, quâ glorioſum illud tam impudenter expetivi brachium; venialis temeritas; non nimium grave ducitur, quod devotione peccatur; hæc ubi flens dixit, ter vel quater oscula fixit, gaudens ploravit, post vota domum repedavit.

A TEODBAUDO *i*

**forte meis*

k

Besua sanctimonialem Vesontionensem,

77 Sanctimonialis quædam, Chrysopolitani territorii indigena, occulto superni arbitrii judicio, diræ paralysis inciderat languorem. Quæ passio juxta Hippocratem, ex nimio frigore contortis nervorum ligaminibus, contractisque venis & arteriis, solet membris incumbere: maximè verò juxta cælestis auctoritatis credulitatem peccatorum causâ miseris mortalibus irrogatur, dicente Deo Christo, paralytico, quem curaverat: "Vade & ampliùs noli peccare, ne quid de-
„terius tibi contingat *l*.„ Hec itaque præcipuè de causa, ut reor *m*, præfata mulier inferiorum artuum crudelissimo tabescebat incommodo. Quæ dum diutissimè hujusce doloris detineretur carcere, rumigera perferente aura, de mira Prudentii comperit virtute; continuóque per eum pristinæ spem concipiens sospitatis, nihil enim cælesti medico difficile credebat, ad beati Martyris se deferri postulat aulam. Quo vix impetrato ob difficultatem itineris, tandem Besuam attigit, ab ea videlicet parte, quâ brumalis astrigero polo circumvolvitur Arctos. Ubi etiam mediâ viâ gloriosæ Virginis & Matris Domini Jesu venerabile templum habetur in specula, ut ita dixerim, totius villæ, contra Aquilonis atrocissimum spiritum, quem divina Pagina vocat

E

l

m

F diabolum *n*: eò ergò devota rogat se solo tenus coram beatissimæ Mariæ deponi ædi, & basilicam sancti Testis *o* sibi ostendi: quâ demonstratâ, sic eum invocat mixto gemitu precatibus.

n

o

eodem morbo laborantem,

78 Ecce glorioſissime, ad te, Prudenti, ut diu exoptavi, advenio: & nisu, quo possum, desideratissimam artuum tuorum domum à longè saluto, & ô utinam proprio incessu ad eam percurrere valerem! sed heu infelix! facinoribus meis præpedientibus, utpote utriusque cruris privata gressu, vadere non queo: subveni ergò miseræ, Martyr piissime, & reforma usum gradiendi jam penè in semi-mortuo corpore, quoniam satis jam credo, te posse.

Talibus exorans, & fundens talia plorans,
Longis pressa malis finiverat hæc monialis.
Protinus audivit Sanctus, quod Nonna petivit,
Mox etenim nervi gaudent sua per loca sterni.
More suo venæ turgescunt sanguine plenæ:

A. TEOBAUDO.

Arteriæ rurium diſcunt, ſe tendere ſurſùm.
Omnia, tecta cute, priſca valuere ſalute.
Tum mulier niſu facili (mirabile viſu!)
Exilit à lecto: properat geſtamine recto;
Quodque viæ reſtat, pedibus currens citò præſtat;
Donec perveniat, ſatis votis ubi fiat.

Redditis ergò Deo beatoque Martyri pro recepta ſoſpitate gratiarum actionibus, alacris ſuam redivit in patriam, longo pòſt incolumis tempore vivens, ſed quoniam ſanitatem corporis & affluentiam rei familiaris vitiorum plerúmque comitatur peſtis, cœpit iterum deliciosè vivendo voluptatum involvi volutabro. Cùm ecce repentè recidiva paralyſis incumbit, acriùs, quàm dudum corripiens membra.

ſemel at iterum

79 Afflictabatur itaque vehementiſſimi doloris angore, & inter cruciamenta anheli ſpiritus conſcientiâ ſcelerum magis compungebatur. Nec prorſus ſpe medelæ amiſſa, ad optimè ſibi notum recurrit Medicum: nam penè ſine ullo temporis interſtitio Prudentius in pectore, Prudentius fervet in ore; tandem verò denuò relata Beſuam, Sanctoque præſentata, quem diu ſitiverat, ante ejus aram tota proſternitur corporis contracti ſtrage. Deinde frontis lumina, & palmas conjunctas tollens ad alta, has erupit in preces:

B

Rex & Redemptor omnium ſanctiſſime,
Qui cuncta cernis ſempiterno lumine,
Succurre, quæſo, te roganti morbidæ,
Multo tibi, quæ diſplicet, peccamine:
Per teſtis inſignis preces Prudentii,
Cujus levamen jam probârunt plurimi:
Quos inter ipſa clariùs cognoverim,
Quæ jam per illum tracta lectum liquerim.
Qui ſumma cæli regna Martyr poſſides;
Et, quidquid oras, à Deo mox obtines;
Dignare clemens his favere fletibus,
Quos fundo feſſa plurimis angoribus.
Adium gravata ponderoſo crimine:
Non erubeſco vulnus altum pandere,
Quæro medelam de nefando vulnere,
A te ſcio, quem poſſe ſtatim dedere.
O ſancte Martyr, nunc adeſto ſupplici,
Priſcam ſalutem conferendo corpori.
Depelle ſævam cruribus paralyſin,
Pro qua fuganda nunc gemens advenerim.

C

curat; uti & puellam, ob violatum Sabbatum

80 His peroratis, illico priſtinæ redditur incolumitati, tunc devotè Chriſto Martyrique repenſis gratùm præconiis, propriis ad ſua lætatur remeare plantis, quæ alienis eò devecta fuerat: verè, ut ait divinus Vates, "Mirabilis Deus „in Sanctis ſuis *p*„, gloriosus in Majeſtate ſua, faciens prodigia. Cùm omnia Conditoris æterni opera mira rectè poſſint vocari, utiliſſima tamen diſpenſatione quædam non majora, ſed inuſitatiora congruis reſervavit temporibus; quæ tamen non idcircò mira dicuntur, quòd contra naturam fiant, ſed quia extra conſuetum naturæ curſum divina virtute proveniant, facultatemque tranſcendant humanam; ut cæcis viſum, claudis greſſum, chiragricis manuum reformare uſum. Quæ noſtrum ſæpe feciſſe Prudentium, ut dicitur, lingua fatetur mutorum: nam quædam adoleſcentula, Beſuæ ancillari mulieribus ſolita, dum Sabbathi decimâ horâ *q*, lapide politorio, quem Liſcam *r* ruſticæ vocant, muliebre verteret indumentum, amens ſubitò effecta eſt, ſenſuque quinquepertito funditus viduata, quaſi mortua jacebat, ipſo videlicet lapide, quem tenebat, firmiſſimè adhærente dexteræ: nec immeritò. Si enim in Hebraïſmo carnalis Judæus, cujus præmium ventris ſaturitas eſt, quot hebdomadibus ſabbatizat à bono etiam opere, quanto magis ſpiritalis Chriſtianus ſabbatizare debet à terrena actione ob Vigiliam Dominicæ Reſurrectionis *f*.

D

f

divinitus punitam.

81 Quod quia hæc non fecit, juſtiſſimè tali meruit percelli ultione. Hoc autem ſæpenumero Divinitas ſolet exercere, ut per unius publicum ſupplicium corrigatur latens temeritas multorum; unde, ut & illius puellulæ multatio errantium fieret emendatio, illico rumiger Notus hujuſce rei per totum inſonuit burgum: advolant agmina promiſcuæ plebis ad contemplandum in muliercula juſtum judicium æterni Judicis; metuit quiſque in ſe, quod in ea perpendit fieri: nec mora: concurritur ad Prudentium, flebiliter pectora quatiente ſingultu: oratur Vir beatus, ut miſerrimæ clementer ſubveniat adoleſcentulæ: continuò Sanctus, ut canit Propheta regius, "Reſpexit in orationem humilium, & „non ſprevit precem eorum, ut ſcribantur hæc „in generatione altera *t*.„ Nam mox redditur juvencula integrè ſenſui. Sed, ut gratius cæleſte beneficium foret, lapis ille, quo ſacrum violabatur Sabbatum, tenaciter palmæ inhæret. Ad ultimum verò tendit ipſamet ad ſacratiſſimum Medicum, comitantibus plurimis, & multas profundens lacrymas ſuppliciter rogat, ut, pœnali decuſſo impedimento, liberam ſibi reſtituat dexteram: ſpondetque, ſe deinceps ſabbatiſmum perenni cuſtodituram obſervantia, ſi abſolveretur: longos finierat flendo precatus, illi durus erat quippe reatus, & juſtum fuerat, flendo lavari, quod ſtultè potuit commaculari. Nec differt Domini Teſtis adeſſe tanto mœſtitiæ pondere preſſæ, excuſſus lapis it concitus extrà, exultat mulier ſoſpite dextra. Circunſtans populus plus ſtupet iſta, quàm fari valeat Plato Sophiſta. Laudatur dominans Omnicreator, humani generis rex & amator, Martyr poſſe ſatis commemoratur, qui nutu facili ſic operatur.

E

ANNOTATA.

a *Civitas eſt archiepiſcopalis in comitatu Burgundiæ ad Dubim fluvium, Gallicè dicta* Beſançon.

F

b *Veſontionenſem ſedem tenuit ab anno* 1117 *uſque ad annum* 1134, *ex Sammarthanis.*

c *Id eſt, Veſontionenſis.*

d *Quatuor hoc anno concilia in Gallia celebrata memorat Harduinus tom.* 6 *Conciliorum part.* 2, *col.* 1117 *&* 1118, *Carnutenſe, Claromontanum, Bellovacenſe & Viennenſe: adde igitur & Veſontionenſe.*

e *Aliàs* Dubis *dicitur, Gallicè* le Dou.

f *Sed non Francorum Apoſtoli. Vide num.* 57 *Comment. prævii.*

g *Caſtelli hujus notitiam non habeo.*

h *Divionenſes aliquando* S. Prudentii *reliquias ſibi retinere voluiſſe, vidimus ſuprà num.* 40: *quando idem conati ſint Veſontionenſes, neſcio.*

i *Nec iſta mihi notior villa eſt.*

k Birota *vehiculum eſt duabus rotis conſtans, Gallis* Brouëte.

l *Joan.* 8, ℣. 11.

m *Deus quidem peccata hominum morbis non rarò punit: hinc tamen non efficitur, id iſti ſanctimoniali accidiſſe: at quod de ea Teobaudus ait, habuerit fortè alibunde perſpectum.*

n *Vide-*

n *Videtur alludere ad illud Jeremiæ cap.* 1, ℣. 4 Ab Aquilone (*qui diabolum hîc ex Teobaudi mente repræsentat*) pandetur omne malum super habitatores terræ.

o *Id est, Martyris.*

p *Psalm.* 67, ℣. 36.

q *Vespere post Occasum solis, & pridie diei Dominicæ, cùm ab operibus servilibus olim erat etiam abstinendum. Factum non valdè absimile habes Sæc.* IV *Benedictini part.* 2, *pag.* 235, *num.* 38, *& tom.* 2 *Januarii pag.* 106, *quod in Translatione S. Genulfi, circa annum* 870 *facta, ita describitur:* Quædam etenim mulier, Tethberga nomine, dum messis tempore die Sabbathi, jam illucescente ipsius diei vespera, in Resurrectionis Dominicæ prima Sabbathi, ex multiplicatis manipulis mergeten (merges *manipulus segetis est, ut ibidem notatur*) colligare nititur, subitò digitis in volam deflexis, ac erumpente sanguine, audax manus & misera diriguit.

r *Instrumentum, quo quid politur,* Cylindrus *Veteribus, Gallis* Lisse, *ait Cangius.*

s Resurrectionis dies *qualibet dies Dominica olim dici consuevit.*

t *Sic ferè Psal.* 101, ℣. 18 *&* 19.

CAPUT II.

Inter alia miracula tribus mortuis vitam reddit.

Mulieri chiragricæ,

QUámplura ipsiusmodi facta sacro intexerem volumini, nî vererer fastidium ingerere auditori: sed de plurimis pauca, & de ambiguis certissima sunt revolvenda. Mulier quædam honestâ familiâ oriunda, ut ipsa asseverabat, de castello, quod Gagnorri *a* (ut vulgariter loquar) nominatur, crudelissimam incurrerat chiragram: quæ scilicet passio adeò atrociter utramque corripuerat manum, ut, digitis in palmam complicitis, ungues propè toti macilentæ illaberentur volæ. Cruciabatur autem infelix mulier acerrimis tortionibus, nec ullus ei omninò medicinali poterat subvenire remedio. Taliter ergò septem transactis aristis, Prudentii gloriosa visitatur opinione, protinusque credula, spe recipiendi sospitatem inducta, cum plurimo comitatu ejusdem Martyris expetiit ædem: cui tandem proximans, illico recidivam meruit adipisci sanitatem, ita ut pro libitu, multis intuentibus, digitos vel extenderet vel complicaret. Erat autem, quantùm meminisse queo, ea dies Parasceve, ante Christianum Phase. Quod divino provisu ita gestum fuisse, nemo sanum sapiens ambigere debet: ut scilicet, quo die sydereus Agnus purpurea passione à pœnis Averni totum eripuit mundum, eo etiam adimeret uni fœminæ corporale contractarum manuum per Martyrem detrimentum.

a

eæco,

83 Quid autem gestum sit sequente Dominica, luce videlicet, quâ Divinitas, sacris beatorum Patrum referatis bustis, carneque resumpta propria, cum pompa nobili redivit ad Superos *b*, devotus festinat pandere stylus. Homo quidam, utrorumque privatus lumine orbium, Sabbato, quo Verbigena Imperator in tumulo quievit, ad sacram Martyris adductus est basilicam. Erat autem (ut ipse fatebatur) incola castelli, quod

b

popularitèr Vesol, Latinè verò Visorium *c* à videndo, eò quòd in editissimo constitutum à longè videatur, congruè potest appellari; qui pro re, quâ venerat, sollicitus, coram beatissimis pignoribus pervigil tota nocte excubat, clementiam Sancti indesinenter interpellans, ut sibi umbrosæ frontis amissum restituat habitum ad gloriam communis Conditoris. A. TEOBAUDO. *c*

Talibus instabat cæcus, lucemque rogabat,
Ut micuit manè, micuit virtus pia planè,
Lux nitet orbato, visu penitus reparato.
Missa canebatur, tibi gloria, Christe, dabatur,
Quam tibi dixerunt, qui natum te cecinerunt.
Auxit & Hilarius præsul, vox mellea cujus,
Quando refulserunt orbes, radii micuerunt,
Laus reboat Christi, lumen qui reddidit isti.

84 Puer quidam de villa, quæ Fundrimacus *d* nuncupatur, originem ducens, secundum (nî fallor) tertii lustri jam percurrens annum, à parentibus Prudentio spe recuperandæ sospitatis delatus fuerat. Erat enim crure reflexo adeò damnatus vestigio, ut monstruosè taxillus natibus inhæreret, qui, cùm paucis diebus coram beati Martyris artubus divinæ pietatis exoraret viscera, sanitatis sibi restitui gaudia, sacratissimo interveniente Prudentio, incessum recepit, ex integro grates debitas rependens cælesti beneficio. Quod qui viderunt, Domino grates retulerunt. In villa, quam longè superiùs Lucum *e* dixi nominari, hujusmodi gestum fuisse miraculum, pro certo accepi. Mater cum filio, ter quaternos habente annos, molendinum adierat. Quæ, dum molendi occupatione detenta, toto studio necessariæ rei incumberet, puer circum gestiendo lascivis (ut illa ætas assolet) motibus, ultrò citróque agebatur. Dumque leviter fertur, antiquo impellente hoste, fluminis, quod Tyla *f* dicitur, alveum incidit, ea videlicet parte, quâ violentissimo impetu rapax in rotam cogitur amnis. Quo mox genitrix comperto, Prudentium inclamat, ut sibi prolem conservet incolumem: interea parvulus, volucri susceptus ab unda, velocissimè, priúsquam humana posset succurrere manus, in canalem pertrahitur, ubi ad rotam volubiliter circumagendam tota vis incumbebat aquæ, ut nulli penitus dubium esset, rotali circumactione & attritione puerilia discerpi membra, ossaque tenera minutatim dissolvi in frusta.

contra te sententiam confert; pro d

E

e

f

F

85 Quod fieri potuisset, nisi Prudentii, imò verò Dei omnipotentis virtus propter Prudentium affuisset: quæ miro rerum ordine pueri providit tutelæ. Protinus siquidem (mirabile dictu!) rota in altum sublata divinitus, ut sic dicatur, non ausa est artus lædere pueri, qui à matre beato commendatus fuerat Martyri. Igitur hoc modo ingenti elapsus periculo, tandem à concurrentibus abstrahitur vado rapaci puer illæsus, mirantibus cunctis de insperata sospitate illius. Quantas tunc laudes piissimo Conditori, quantas etiam retulerint sacratissimo Martyri præsentes, viso tanto miraculo, lectori relinquere decrevi ingenioso. Denique super hoc facto, dum ego quoque aliquamdiu dubius hæsissem, accersitis his, qui interfuerant cum eo, in quo gestum fuerat signum, rei, ut relata est, ab eis edoctus seriem, credulus tandem Martyris erupi in laudem. Pharisaïcæ quippe incredulitatis crimen sum arbitratus (ut est re vera) divinis non credere virtutibus.

ne conteratur, impedit

86 Vir quidam, Humbertus nomine, de

A. TEOBAUDO. *captivum liberat:*

villa, quæ vocatur Roſeria *g*, ſiniſtrâ captus fortunâ, in caſtellum, quod Viſorium *h*, à videndo ſcilicet, jam antea appellari faſſus ſum, in captivitatem abductus eſt, ibique vinculis & ergaſtulo crudeliſſimè mancipatus, qui, cùm per aliquot dies ligaminum conſtrictione, inviſa ſolitudine, tenebrarum horrore & diutina confectus eſſet eſurie, ea, quæ urgebat, compulſus neceſſitate, Prudentium, ut liberetur, aſſidua cœpit voce implorare; nec ei opitulari diutiùs Martyr differt benigniſſimus. Protinus ſiquidem adeſt ſupplici, laqueos nexuum diſſolvit, compedes obterit, clauſtra patefacit, cuſtodes letargico ſomno comprimit, liberum evadendi aditum per omnia tribuit, iter dirigit, ad domum propriam fugacem reducit. Qui captus, ſed jam ſolutus, ubi plenaria potitus eſt ſecuritate, de apparatu itineris ad Prudentium cœpit pertractare. Concipienſque digniſſimam egregia laude ſententiam, Si (inquit) truculento prædoni, qui me ob extorquendas opes meas ceperat, coactus multa dare volui pro mea redemptione, quantò magis nunc gratis liberatus, Ereptori meo aliquid generoſi muneris libentiſſimè debeo conferre cum gratiarum actione? Et quidem ingratus divinis beneficiis exiſterem, ſi ei, per quem evaſi, grates debitas rependere negligerem; ſed rurſus ſacra prohiboor lege Dominicis conſpectibus vacuus apparere. Proinde quærenda eſt votis Sanctoque conveniens oblatio, quæ tametſi non ex pari, quantulumcúmque tamen, in me collato cæleſti reſpondeat beneficio.

g *h*

B

87 Hæc effatus, jubet illico fieri vaſculum argenteum, ſatis operosè deauratum, ut Dei Jeſu Carnis & Sanguinis myſtica libetur victima ante ſacratiſſimi Martyris pignora. Quo facto, præparatiſque viæ ſumptibus, ad famoſiſſimum Prudentium contendit greſſus, grates meritas perſolvit laudum, pulcherrimum effert donarium, quaſi ſuæ liberationis pretium. Ora multorum aperit in Martyris præconium. Denique calix ipſe ibi multis permanſit diebus ad virtutis teſtimonium. Mira quidem hactenus relata ſunt, ſed multò mirabiliora ſubnectentur. Quidam monachus noſter, nomine Guido, qui poſtmodùm ex accidente agnominatus eſt CALVUS, tempore quodam ejuſdem loci, cujus ſuprà meminimus, ſcilicet baſilicæ beati Martyris gerebat cuſtodiam, qui, cùm ſe in Vigilia Dominicæ Aſcenſionis illic ſopori dediſſet, vidit quaſi arborem quamdam, proceræ ſatis ſtaturæ, ab imo faciei altaris, in quo quieſcebat Sanctus, exurgere ramis, floribus ac frondibus partim purpureis, partim verò niveis ineffabili pulchritudine decoratam; ſed pars purpurea, inclinatis cervicibus, versùs altare humiliter deflectebatur, veluti ſacratiſſimam adoraret thecam. Altera verò, rami videlicet lactei, versùs eccleſiæ januas quaſi ad populum protegendum protendebatur, nimirum divinæ miſerationis obumbraculum portendens, quæ propè futura erat ſuper his, qui variis vexabantur incommoditatum valetudinibus.

portenduntur monacho Beſuenſi

C

88 In craſtino enim die, videlicet ipſius ſacratiſſimæ Aſcenſionis, dum ſacro-ſancta Miſſæ ibidem celebrarentur Officia, duo cæci diu amiſſum receperunt lumen; alter ſcilicet, ſacerdote "Gloria in excelſis Deo,, inchoante; alter verò "Credo in unum Deum,, incœpto: ad ultimum autem paralyticus quidam, priúſquam eadem finiretur Miſſa, ſoſpitatem pleniſſimè adeptus, gratias omnipotenti retulit Medico. Quid plura? Mira planè dicturus ſum & quæ incredibilia forſitan videantur aliquibus; ſed vera eſſe, jurejurando idem aſſeverabat monachus, cui profectò fidem abrogare, inconſultum videtur, quòd ab ipſa videlicet hora, quâ planè illa ſalutaris arbor imaginaria in ſomno viſa eſt uſque ad Octavas ſanctæ Pentecoſtes, diebus ſcilicet decem & octo, quotquot ad locum ipſum venerunt ſpe ſoſpitatis recuperandæ, quámlibet diverſis gravibuſque detenti ægrimoniis, continuò priſtina incolumitate integerrimè recepta, divinam magnificantes munificentiam, gratulabundi repatriabant. Quos etiam viritim iſtic revolvere, majorem operam videtur expoſcere, cùm nos ad alia tendere celebriora tempus ſerieſque ſuſceptæ narrationis ammoneat.

miracula S. Prudentii plurima, brevi tamen pòſt tempore ſa-cta,

89 Divina dignatio magnificis jugiter extollenda eſt præconiis, quæ ſuis devotè obſecundantes præceptis tantâ munificentiâ ſolitæ remunerat liberalitatis, ut non tantùm poſt buſta eos apud ſe in Superis promiſſa donet beatitate, verùm etiam in conſpectu mortalium (ſi fides poſcentium non hæſitet) perſæpe miraculorum glorificet exhibitione. Quod liquidò patere ex his, quæ præmiſſa ſunt, opinor: verùmtamen, ne cui poſt illa incredibilitatis ſuperflua ſubripiat* aſtutia, quædam ſubdere libuit præſcriptis non minùs nobilia. Puerulus quidam Biſuntici territorii, de villa videlicet, quæ Cromariacus *i* dicitur, dum cum comparibus (ut aſſolet fieri) ſuper littus Lingoïis fluvii *k*, rapaci illic unda præterfluentis, luderet æſtivo tempore horâ ferè diei tertiâ *l*, pede lapſo, præceps corruit in amnem. Nec mora; rumor ſiniſter vulgus promiſcuum ad locum doloris conflat: accurrunt etiam non ſegniter infauſti parentes. Quæritur luctuoſa ſub æquore præda, incaſſum die tota rimantur gurgitum intima. Interea Phæbo jam penè ſub Oceano roſeas contegente comas, dum toto fluminis fundo rapaces conti pendulæque diſcurrerent fuſcinæ, corpuſculum tandem obuncatum ad ripam protrahitur. Quid plura? De ſepultura pertractatur; quæ ſiquidem ſpes poſſet ineſſe vitæ, cùm tamdiu latuiſſet ſub æquore? At verò, dum miſerabile præparatur ſarcophagum, inter amariſſimos lacrymarum ſingultus orbata genitrix Prudentii recordata, flebiliter eum compellat, uti ſibi ſolita miſeratione extinctum reſtituat pignus. Jungitur ſupplicanti circumflua populatio, Sanctumque in commune ſollicitant, quatinus pueri gelidis vitam refundat artubus, ſuis meritis petentibus. Flectitur tandem Omnipotens pietas Martyris almi interventibus, infuſâque tenero cadaveri animâ, frigidas facit recaleſcere medullas.

qui tres

E

**an ſubri-pat?*

i

k

l

F

Concipit extemplò vitales mortuus auras:
Concutitur ſedes animæ, fibræque tepeſcunt:
Erigitur ſoſpes, ſedet, ambulat, utitur eſcâ.
Plebs ea miratur, Sanctumque Dei veneratur.

trucidat pueros

90 Quidam nichilominus adoleſcens, ab eiſdem partibus oriundus, ardentiſſima correptus febre, ultimum efflavit halitum; moxque, ut moris eſt, ablutum cadaver funereis obvolvitur ſabanis *m*, & aſtringitur inſtitis, totaque nocte mœſtis cuſtoditur excubiis. Aderat autem mater, geminâ viduata infeliciter urnâ, viduitate, inopiâ, ſenio, mœroreque defunctæ prolis nimiùm confecta, irremiſſis ſuper filium ejulans plangoribus, Prudentiumque beatum creberrimis inter-

m

A terpellans rogatibus, quatinus ſibi unici reddat affectum pignoris, lumen ſcilicet oculorum ſuorum & baculum miſerandæ ſenectutis. Quid diutius immoror? Jam manè inclaruerat, nec vetula hujuſcemodi fatiſcebat clamoribus, cùm, ecce, ab altithrona Majeſtate propitia egreſſa juſſio imperat, viduæ reſtitui extinctam ſobolem, ad glorioſi Martyris cumulandam laudem.

Illico more ſuo, fuſus per viſcera, flatus
Membra calore fovet, gelido durata rigore.
Fervidus efficitur circùm præcordia ſanguis:
Evigilant ſenſus; animus ſibi vendicat illos,
Pondere quos letum valido depreſſerat antè.
Palpitat, ora movet, ſurgit, ſedet, oſcitat altè,
Funereas ſtupet induvias, greſſuſque ligatos.
Attoniti vigiles tanta novitate paveſcunt.
Hic fugit, ille manet; verùm timor urget utrumque:
Solvitur, erigitur, citus eccleſiam ſubit, orat,
Lætus agit grates Domino, per gaudia plorat,
Glorificat Sanctum, quòd contulerit ſibi tantum
B Lætitiæ, munus ſolvit poſt lugubre funus.

è morte 91 Nec iſtos tantùm, ſed etiam quámplures priſtinis eum reſtituiſſe artubus, proceſſus aſſignabit cœptæ orationis. Nam Guatterius quidam, noſter Burgenſis, agnomine CANICULA, per ipſum ſanctum Martyrem reddi filium ſibi, nomine Simeonem, & experiri meruit & gratulari: qui videlicet puerulus, dum laſcivæ ætatis geſtibus cum coævis ſuper pontem Beſuæ fluvii *n* lùderet, pede lapſo, præceps corruit in amnem, teneraque exigui corporis virtute ſuccumbente, illico rotabundus procul rapaci provolvitur unda. Nec mora; lugubris percrebuit rumor, parvulis, qui caſui interfuerant, ubique diffamantibus. Accurrunt orbati parentes, ac longis vacuas implent clamoribus auras; quibus auritæ utriuſque ſexus, diverſæ ætatis & conditionis phalanges miſera prorſus rerum facie permixtim voraces proruunt ad aquas. Quærit pollinctor fluctivagus enecti cadaver pueruli, difficulterque repertum devehit ad littus. Eo viſo extincto, centuplicantur lacrymoſi clamores; ſtatim denique genitor cum matre, ſuper exanimes nati artus ruentes, penè vitali deſtituuntur igne.

n

C

ad vitam revocat. *o* 92 Quid plura? Funebres parantur induviæ cum poliandrio *o*: neque enim in pectuſculo quidquam vivum ſaliebat, ſed omnia vitalium fibrarum æterno dedita frigori ſentiebantur. Tunc itaque præſentes, quibus mens ſanior aliquantulùm à dolore inerat, corpuſculum ferri Prudentianam perſuadent ad baſilicam. Protinus fertur, toto proſequente burgo. Interea mater ad beatum cum lacrymis convertitur Martyrem, amplexa pignoris algida membra, pluribuſque eum compellans precatibus, ut ſibi unicum reformet affectum, exaudiri promeruit. Junguntur obſecranti populares cunei; favet Teſtis piiſſimus piæ ſupplicum poſtulationi; ſurgit mortuus de funere, fletus vertuntur in gaudia, triſtes ſingultus in divina præconia: cujus rei mirificæ teſtimonium perhibere etiam nunc penè totus Beſuanus valet burgus cum eodem reſuſcitato, adhuc ſuperſtite. Nam poſtea plures vivens annos, propemodùm uſque ad ſenium beatiſſimo Martyri grates rependendo, devotum exhibuit animum. Verè (ut olim antiqua cecinit Prophetia) "Dominus mortificat & vivificat, deducit ,,ad inferos & reducit *p*.,, Quod videlicet oraculum, quamvis anagogica obumbretur majeſtate, tamen & ad literam rectè poſſe intelligi, patenter declarant ea, quæ retuli hactenus.

A. TEOBAUDO. *p*

ANNOTATA.

a *Locus mihi ignotus.*

b *Reſurrexit à mortuis tum quidem; ſed poſt dies* 40 *aſcendit cælum.*

c *Hanc vocem Teobaudus effinxiſſe videtur: in Chronico S. Benigni Divionenſis, ad annum* 1052 *perducto, apud Acherium pag.* 470 Veſullum *dicitur. Eſt autem oppidum comitatûs Burgundici in declivi ardui montis ſitum, cujus vertici caſtrum olim oppidi tuendi causâ fuit impoſitum.*

d *Ubi ſitus ſit hic locus, ignoro.*

e *Vide cap.* 1, *lib.* 3, *num.* 45.

f La Tille *Gallicè: fluit non procul Beſuâ.*

g *Vicus ad Vigennam fluvium non procul Beſuâ.*

h *Vide lit.* c *hîc.*

i *Videtur vicus* Cromary *in comitatu Burgundiæ ad fluvium, de quo proximè.*

k *Fluvius eſt comitatûs Burgundiæ, ortus in limitibus Lotharingiæ & Gallicè dictus* Lougnon *vel* Ougnon, *Latinè* Ligno.

l *Sub horam nonam matutinam more noſtro civili.*

m *Seu linteis, panniſve, quibus defunctorum corpora involvebantur.*

n *De Beſua fluvio vide Teobaudum ſuprà num.* 38.

o Polyandrum *apud inferioris ævi ſcriptores etiam unius tantùm hominis ſepulcrum eſt.*

p 1 *Reg. cap.* 2, ℣. 6.

CAPUT III.

Aliud mortui ad vitam revocati miraculum; quid huic mox à morte acciderit: Teobaudi ad lectorem epilogus.

E

Nobilis cujuſdam, animam agentis uxor

ALiud quoque miraculum longè majoris gloriæ celebratum tertiâ feriâ Dominicæ Reſurrectionis fuiſſe, didici, de quo non unum ſolùm, ſed trecentos producerem teſtes, ſi quis in eo aliquo dubiæ fidei promoveretur ſcrupulo. Neque enim in humili, ſed in celeberrimo geſtum eſt loco, in caſtello ſcilicet, quod Dolum vocant, à dolo fortaſſe, quòd ipſi oppidani dolis creberrimè utantur *a*. Eſt namque ibi (ut non ſemel palàm patuit) erga rotabundos *b* in honorem comites infidum variumque hominum genus; modò huic, modò illi manus dans. Quidam ergò ejuſdem caſtri indigena, genere, proceritate, famâ, moribuſque præclarus, ardentiſſima correptus febre, diutinaque fatigatus ignitæ attritionis cruce, extremo cœpit agi ſpiritu. Tunc eam, quæ imminebat, pertimeſcens æterni Judicis diſcuſſionem, peccatis ſacerdoti patefactis, Viaticum Chriſti devotè percepit. Interim verò, dum arcta depreſſo pectore trahuntur ſuſpiria, conjux ejus, atrociſſimi mœroris ſauciata mu-

a
b

A. TEOBAUDO.

mucrone, noctes dieſque continuis ducit in ejulationibus; cùm ecce, inter amaros fletuum ſingultus Prudentium Divinitas ei revocat in memoriam: jam enim mellifluum ipſius nomen telluris remota ſalutifero conſperſerat odore, maximéque illis in partibus. Nam cum multis Martyris noſtri virtus nota charaque habeatur, tum præcipuè, neſcio, quo merito, gentibus, trans Ararim *c* degentibus, tanto effertur venerationis amore, ut, excepto Deo & Virgine Matre, nihil ſuprà.

c

S. Prudentii pro illo opem

94 Itaque aſſumpta inſignis Prudentii cum lacrymis mentione, intimo præcordiorum rugitu penè ſingulas interrumpente dictiones, hoc modo dolori vocem accommodavit. Gemma cælitum præfulgida, polo terrâque Phœbeis ſolibus præclarior, glorioſe Prudenti, confer opem michi miſerabili, ne caream (quod timeo) conjugalis ſocio thori, in quo ſpes mea ac ſolamen totius tranſigendæ vitæ recumbere dignoſcitur. Celeberrimum ſiquidem inter eximios Sanctorum nomen in his jam provinciis habere meruiſti. Quoniam innumeris hactenus apud nos (ut aiunt) virtutibus enituiſti, quibus animata ad credendum (nihil quippe tibi impoſſibile credo) pietatis tuæ imploro viſcera. Hoc ſolum, hoc (inquam) unicum à te, Clementiſſime, depoſco ſupplex beneficium, ut michi meum reddas virum, quem mors immatura vitalibus penè

B

jam excludit auris. Deinde converſa ad conjugem, ultimo anhelantem flatu, Te, te, inquit, marite, piiſſimo trado Prudentio, quatinus ei perenni ſervias hominio *d*, ſi te eripuerit à mortis, quo ſub celeritate raperis, exterminio.

d

primò quidem fruſtra implorat: ſed, dum mortuo

95 His dictis, funem ſtupeum, ad longitudinem viri factum, ejus circumligat collo, per illum quodammodò ſancto Martyri eum delegans ut ſervum, nec ideò tamen infirmus convaleſcit; ſed ſicut olim Deitas, ſub mortalibus latens membris, amico languente Lazaro *e*, ad tempus diſtulit adeſſe, ut poſtea defuncto majori ſubveniret miraculo: ita & iſti, adhuc viventi, Martyr ad auxilium differt adeſſe, quò poſtmodùm, illuſtriori ope reſuſcitando eum, clariùs innoteſceret orbi. Quid moras innecto? Moritur, abluuntur exanimes artus, facies lugubri obvolvitur ſudario, manus greſſuſque ligantur inſtitâ, & cadaver, funereo obſitum ſabano *f*, ultima deſperatione conclamatur, continuóque per totum caſtrum doloris acerbiſſimi

e

f

C

ferale diffunditur juſtitium *g*; erat enim plurima opum atque conſanguineorum fortunatus copiâ. Perſonant itaque tragœdiæ mulierecularum, ſingula (ut fit) mortui inſignia in planctus revocantium. Quid multa?

g

Nox abit inſomnis: defunctum turba flet omnis:
Craſtina lux aderat, Phœbi calor arva replêrat,
Mœſtis non pulchrum foditur, ſed turpe, ſepulchrum.

Denique cadaver imponitur ſandapilæ; advenit presbyter, ut illud elatum perferat ad eccleſiam, ubi pro animæ ipſius remedio divini Sacrificii libetur oblatio.

funus paratur, nec illa Sanctum interpellare deſinit,

96 Interea mortui uxor (nec jam uxor, quæ conjuge carebat) cœpit cum amicis confabulari de apparatu prandii ejuſdem ſacerdotis & clericorum, qui ſacro de more Officio triſtes proſequebantur exequias. Tunc inter ejuſmodi colloquia, impatientiſſimo mœroris vulnere compunctа, lugubres taliter profundit voces, cunctis adſtantibus ei ingenti ſilentio velociter locum dantibus.

D

Ecce mœſta cogor loqui letho de convivio,
Cùm inſtet mihi deflenda conjugis amiſſio.
O certè nimis crudeles & funeſtas nuptias,
Quas acerbus facit dolor mortis ad exequias!
Dum, Marite, tibi nupſi, feſtas dapes egimus:
Nunc, à me te ſeparato, prandia parabimus?
O beate vir, Prudenti, te ſpem meam feceram,
Et maritum tibi meum, ſicut ſervum, dederam,
Ut donares, adhuc eum in terrenis vivere,
Sed, ut cerno, non dignaris aures ad me flectere.
Potes quidem (nec diſcredo) mortis jura ſolvere:
Verùm obſtant culpæ meæ; heu jam mihi miſeræ!
Lugens ad te deportabo lumen, quod paraveram;
Sed meum virum non ducam, quem tibi advoveram.
Reſtat unum horum duûm, pie Martyr, facias,
Si ad meos planctus mœſtos dignanter aſpicias;
Aut me ſimul cum marito mortuam des mortuo,
Aut eum pro tua laude thoro reddas viduo.
O amici! poſtulate Martyris auxilium,
Quatenus mihi reformet unicum ſolatium.

E

vivum recipit maritum,

97 Cùm his itaque ſimilibus, ſuper chariſſimi conjugis ora mulier incumbens, quereretur, vultumque, oppanſo velo abſconditum, irriguo lacrymarum humectaret nimbo, populoſitas circumflua, miſeratione nimia ſuper his concuſſis viſceribus, egregium humiliter ſollicitat Prudentium, ut naturalem gelidis artubus, remeante vita, infundat flatum benigno interventu. Talia illis orantibus cum fletu,

Horrida mors prædam refugax dimittit amatam:
Vivificus fomes vitam dat corde locatam.
Algida membra vigent, flatu pulmone levato:
Spiritus omnis adeſt homini, jam morte gelato:
Jam quatitur cerebrum, gelidâ recalendo medullâ:
Jam caput erigitur, ſurgenſque ſedet, mora nulla:
Oſcitat & plangit: ſtupor ingens agmina tangit
Atque pavor multus: nudatur denique vultus,
Brachia ſolvuntur, pedibus funes adimuntur,
Ac animata caro ſigno ſtat vivida claro.

F

ſummo conſanguineorum ſtupore & gaudio:

98 Quo viſo, parentes, uberrimè præ gaudio rigantes genas imbre oculorum, magniſonas Chriſto referunt gratiarum actiones, qui per beatum Martyrem tot tamque mirificas dignatur exercere virtutes. Tunc, eâdem comitatus populi catervâ, vivus & incolumis ad ipſam tendit eccleſiam, gratiarum redditurus præconia, ad quam ferri parabatur lamentabili feretro, funebria ſupremè excepturus ſolemnia. Nec mora, paratis itineris ſumptibus, cum fratre & uxore alacriter inſignem adit Prudentium; vota ſolvit

A *gesta* solvit benignissimo Suscitatori, quæque, prout erant justa, monachis percunctantibus evidenter edisserit, inter quæ privatim curioséque perquisitus, quò, pectoris ligaminibus resolutis, membrisque penitus exutus, fuerit abductus; graviter suspirans, sic fari est exorsus. Hæc, quæ à me scisciteminí, non sine quodam ineffabili futurorum timore revolvuntur; nam, dum quantis, mortalem notionem excedentibus, tormentis anima solvatur à corpore, recordor, totus penè immensa formidine à naturali artuum compage resolvor. Sed quoniam hæc ultrò cuique in ultimis satis innotescent, cætera expediam.

qui, quæ animæ suæ, 99 Exutus ergò corporis retinaculis, & à quodam, quasi primo elegantissimæ juventutis flore vernante, exceptus, innumeris tartareorum spirituum circumfundor legionibus, ad quorum staturas proceritate incredibiles gigantes comparatos existimabam pumiliones. Hi me jaculis flammantibus, variisque pilorum impetebant missilibus: sed is, quo ducebar, ignoti generis armaturæ tegmine clipeatus, cuncta umbone (ut erat) divino retundebat hostium spicula, persæpe michi nimiùm formidolosè inculcans, ne B vererer. Interea Plutonici regni umbriferam ingressi regionem, quámplures ibi, immanibus subditos suppliciis, à teterrimis quibusdam spiritibus acriter torqueri intuitus sum; quorum nomina, ne non credantur, non insipienter (ut reor) silentio mancipare decrevi. Carnifices autem crudelis istius officinæ, viso me, impias ad momentum continentes dexteras, dicto citiùs advolant cum horrisono clamore; cupiebant me nempe diris subigere tormentis. At Ductor meus minaci infrendens authoritate, Absistite, inquit, mortis æternæ ministri, animam, meæ creditam tuitioni, inanibus territare minis, quam ob id dumtaxat huc deveniſſe, constat, ut essentiam vestri visu perdisceret regni, non ut particeps immeritus sieret amicæ vobis perditionis.

à corpore separata, 100 His perterriti satellites stygii concitè per cæca illius pallida abyssi silentia diffugerunt: nos verò tandem densissimas Cocyti abrumpentes nebulas, in floridos semper virentis campi cespites evasimus, ubi, cùm intenta contemplatione defixus, beatissimorum spirituum, illic perenni festivitate tripudiantium, summopere exoptarem C ammisceri choreis, subitò, qua, nescio, de causa cœptum reflectimus gradum. Ad quod ego subtristis esse tus, tardiori regrediebar molimine. Id Prævius itineris illico perpendens, causamque mœstitiæ ad plenum intelligens, ad me conversus, jocundissimè interrogat: Quid, inquiens, contrario mentis incursu tantis perturbatus es? Cui mox humili respondi voce: Domine piissime, quem nichil latet, cupiebam istis felicissimis conjungi cœtibus. At ille, modicè severior; Non hoc, ait, huc usque accessisti, ut his adscisearis; sed, ut quid timere, quidve sperare debeas, clariùs addisceres. Ideò denique tibi flammivomas baratri cavernas, multiplicesque criminosorum cruciatus, nec non & eorum, qui cælestibus fideliter paruerunt edictis, faustissima ostendi conventicula, ut hoc devitans, illud appetens, mores tuos corrigas, verba moderis, actus ex integro ad suprema dirigas.

spectanda oblata fuerint, enarrat. 101 Nunc autem meæ concessum est divinitus intercessioni, quatinus adhuc rebus labilibus intervivas, propriis resumptis artubus, ad præfixum immutabili dispositione diem victurus. Ego quippe ille sum Prudentius, qui Omnipotentis munere apud homines plurimis dudum clarui virtutibus, quemque conjux tua devotissimis sine intermissione pulsat ploratibus, ut tibi adhuc vitales impetrem auras coram Domini Christi obtutibus. Ego, inquam, ipse sum, cui languens pridie redditus fueras, sine circumdato collo, ideóque te, egredientem à corpore, mitibus excepi ulnis, & à cunctis inimicorum protexi sagittis. His aliisque explicitis, mirabilis ipse Prudentius, ignoro, quo rerum ordine moribundis me inserit iterum membris, totamque, quâ diu ægrotaveram, subitò depellit febrem. Interdum verò uberi solemnizo lætitiâ, quando scilicet ad mentem revoco visionis ac verborum illius nectaream dulcedinem. Erat autem, prout reminisci valeo, indutus ostreâ interulâ, guttulis per loca pulcherrimè superlita crisеis *h*; nam multùm præ nimio divæ claredinis fulgore intueri vix poteram. Hæc & alia plurima secretè referebat peritioribus, quem eximius resuscitaverat suis meritis Prudentius *i*.

Teobaudi de miraculorum utilitate & fructu epilogus. 102 Hæc de innumeris Sancti virtutibus, ne pio tædium ingeratur lectori, stylo mandâsse sufficiat. Sciendum verò, non parvam utilitatem esse miraculorum, præsertim hac tempestate, quando, abundante iniquitate, refrigescit charitas multorum: nam nisi per signa & prodigia plerique hominum duricordes ad meliora converti nesciunt, quippe cùm nonnisi per ea mundus Christo credidisset. Quæ nunc quoque ad hoc fiunt, ut his pravus animus ammonitus ad vitæ rectitudinem convertatur; ex quo enim ad Superos Astræa recessit, hoc est, fides, pax & justitia à mortalium pectoribus sunt explosæ, nihil magis inter hujus procellas sæculi tumultuantis prodest ad correctionem morum, quàm divinorum exhibitio signorum, quibus mens humana concussa ad se cognoscendam revertitur.

A Teobaudo

h

i

E

Te supplex rogitat, de te qui talia scripsiT,
Etherea regnans, sanctissime Martyr, in arcE,
Obtineas illi veniam pro crimine multO,
Barachiam faciens sobolem, veri quoque JacoB.
Aspera quæque fuga, nocituraque cuncta relegA;
Ut sacris junctus choreis in cælite cœtU,
Divinis odis jubilet modulamine DaviD.
Vita, salusque piis, mundi spes unica, JesU,
Supplicis exaudi solita pietate precatuS. F
Paucula, Sancte, tuæ retuli præconia laudi.
Semper ubique tui miserere pius Teobaudi *k*.

k

ANNOTATA.

a *Burgundiæ comitatûs oppidum olim primarium ad Dubim fluvium. Ridicula est, quam illi Teobaudus tribuit, etymologia.*

b *Id est, instar rotæ mobiles & inconstantes.*

c *Gallicè* la Saône.

d *Id est, obsequio.*

e *Vide cap.* XI *Joan.*

f *Vide lit.* m *in Annotatis ad cap. proximè præcedens.*

g *Propriè, juris intermissio; hîc verò, luctus publicus.*

h *Id est, aureis.*

i *Mortuum quidem* S. Prudentii *precibus ad vitam rediisse, non diffiteor: sed visio, quam Teobaudus addit, fortè fabula est, eum in finem ab eo*

A. TEOBAUDO. *excogitata, ut lectorem à peccatis & improbitate vitæ hujusmodi narratione deterreret: licèt quid simile referat Beda lib. 5, cap. 13 Hist. Eccles.*

k *Subditur apud Labbeum recentius miraculum, quod num. 58 Comment. prævii transcriptum habes.* D

DE S. EROTEIDE MARTYRE

IN GRÆCIA.

C. B.

EX MARTYROLOGIIS.

VEROSIMILIUS ANTE ANNUM CCCXXIV. *Sancta, cujus nomen efferendum Eroteïs,*

Irletianum Græcorum Menologium inter Sanctos, quos hodie celebrat, Sanctam quoque, de qua hîc agendum, breviter ita commemorat: Eodem die (VI *Octobris*) sanctæ virginis Erotidis, quæ, Christi amore accensa, ignis flammam contempsit. *Baronius aliique eruditissimi Martyrologii Romani hodierni reformatores, qui plures in id Sanctos è Sirletiano intulêre, hodie quoque hoc honore eamdem Sanctam afficiunt. Verba, quibus id faciunt, hæc sunt:* Item sanctæ Erotidis martyris, quæ, Christi amore succensa, ignis superavit incendium. *Ita illi, qui, licèt verba à Sirletiani verbis nonnihil diversa adhibeant, eumdem*

B

tamen, quo Sirletianum utitur, Sanctæ nomen efferendi servant modum; verùm Castellanus, hanc annuntiationem, uti omnes Romani hodierni alias, Mrl. suo Universali inscribens, appositâ in margine Notulâ rectè monet, Eroteïs *potiùs, quàm* Erotis, *scribendum. Etenim, ut addit, in libris seu Fastis Græcis ad hunc diem legitur in genitivo* Ἐρωτηΐδ῵ *à nominativo* Ἐρωτηΐς; *quemadmodùm autem V. G.* Αἰνηΐς, *proprium libri nomen, Latinè effertur* Æneïs, *ita proprium nomen* Ἐρωτηΐς *Latinè efferendum* Eroteïs, *non autem* Erotis, *uti quisque, qui Græcarum litterarum valorem novit, facilè agnoscet. Porrò libri seu Fasti Græci, à Castellano memorati, in quibus ad hunc diem* Ἐρωτηΐδ῵ *legitur, alii non sunt, quàm magna Græcorum Menæa excusa & Menologium, à Maximo Margunio, Cytherorum episcopo, vernaculâ Græcorum hodiernorum linguâ conscriptum annoque 1529 Venetiis excusum; in quibus sanè Sanctæ nostræ nomen, genitivo casu elatum,* Ἐρωτηΐδ῵ *à nominativo* Ἐρωτηΐς *scribitur, ut proinde ea Latinè, non* Erotis, *sed* Eroteïs *sit vocanda.*

C

binis dumtaxat versiculis celebratur in Menæis.

2 *Sed hæc de modo, quo Sanctæ nomen sit efferendum, dicta sufficiant; alia, quæ ad eam spectant, nunc expediamus. Magna Græcorum Menæa jam laudata nullo planè* S. Eroteïda *celebrant elogio, sed binos tantùm de ea suppeditant versiculos. Hosce, adjecta etiam versione Latina, huc transcribo. Sic habent:*

Ἐρωτηΐδα πυρπολῶσι παρθένον,
Ἔρωτι Χριστῷ σὺν προπυρπολουμένην.
Igne inflammant Eroteïda virginem,
Christi amore jam antè inflammatam.

Igne ergò S. Eroteïs *consummârit martyrium, si bini hi versiculi, qui ad quid frigidè de more alludant, explicare operæ pretium non est, veritati modò consonent. Verùm quo loco & quo tempore Sanctam pro Christi amore ac fide pati contigerit, in obscuro relinquunt, nec quidquam, unde id utcúmque colligas, vel Maximus Margunius, nominetenus duntaxat Sanctam commemorans, vel Menologium Sirletianum (adi hujus verba suprà recitata) suppeditat, tacentque de* S. Eroteïde *reliqui Græcorum Fasti sacri; ut profectò eam, utpote non aliunde, quàm ex Menæis, Maximo Margunio hæc secuto, & Menologio Sirletiano, quæ subinde etiam indignos Sanctis accensent, mihi notam, lectori hîc velut Sanctam, nisi Romano hodierno inveniſem inscriptam, proponere ausus non fuissem, etsi etiam ante schisma Photianum, sec.* IX *exortum, verosimiliùs floruerit, uti ex jam nunc dicendis intelliges.* E

Ante quod tempus verosimiliùs subierit martyrium.

3 *Ad* XXVII *mensis hujus diem in Menologiis Sirletiano & Basiliano, uti etiam in Menæis, celebratur* Eroteïs, S. Capitolinæ *martyris ancilla; & in Basiliano quidem dicitur hæc in ignem fuisse conjecta, cúmque ex hoc egressa fuisset illæsa, martyrii palmam gladio retulisse. Hæcne forsan cum* S. Eroteïde *nostra est eadem? Id equidem indubitanter nec asseverare, nec negare ausim. Verùm, utrolibet modo res habeat, Sanctam nostram ante annum 324 subiisse martyrium, verosimilius apparet. Quòd si enim cùm Eroteïde, S. Capitolinæ ancilla, sit eadem, verosimiliùs sanè ante dictum annum subierit martyrium, cùm Eroteïs, S. Capitolinæ ancilla, sub Diocletiano, qui anno 305 imperium abdicavit, pro Christo sanguinem effuderit, si modò in sacris Græcorum* F *Fastis proximè memoratis rectè traditur; quòd si autem ab Eroteïde, S. Capitolinæ ancilla, sit distincta, verosimiliùs etiam ante eumdem dictum annum 324 martyrium ejus idcircò collocandum est, quòd ante hunc annum, quo Constantinus Magnus Licinium ultimò debellavit, longè frequentiores, quàm pòst, fuerint Christiani & in Oriente & alibi martyrio coronati. Atque hinc est, cur suprà in margine adscripserim,* verosimiliùs ante annum CCCXXIV. *Cæterùm, quod ad Sanctæ palæstram pertinet, nulla planè ratione assignare hanc queo,* Eroteïda *tamen Græciæ suprà in titulo adscribo, quòd apud Græcos cultum aut obtineat aut certè olim obtinuerit, ut sacrorum Fasti suprà producti fidem faciunt.*

DE

A

AUCTORE J. B.

DE S. PROBO EPISCOPO CONF.

CAJETÆ IN CAMPANIA ROMANA.

SYLLOGE.

SECULO INCERTO. *S. Probus fuerint confessor.*

PRobos *episcopos, sanctitate illustres, jam pridem geminos Operi nostro inseruimus, Veronensem alterum ad diem* XII *Januarii, Reatinum alterum ad* XV *diem Martii: his tertium hodie addimus, cujus exuvias possidet colitque Cajeta, episcopalis in litorali Latio & Formiano sinu civitas, nulli metropolitano, sed Romano Pontifici proximè subjecta. Sancti hujus* Probi *unus è martyrologis, quòd sciam, meminit Ferrarius in Catalogis Sanctorum tum Italiæ, tum Generali. Priore Opere ita habet:* Sanctus Probus, episcopus & martyr, Prid. Non. Octobris
B ab ecclesia Cajetana duplici ritu consuevit celebrari. Cujus corpus unà cum sanctorum episcoporum & martyrum Erasmi, Marciani, Casti, Secundini & Innocentii corporibus in templo Majore religiosè asservatur. *Ita Ferrarius hìc;* ex Tabulis, *inquit*, ecclesiæ prædictæ. *Ad eumdem ferè modum loquitur in Catalogo Sanctorum Generali:* Cajetæ in Campania (*Romana, seu, si mavis, Latio Novo*) S. Probi, episcopi & martyris. *Nec plura de rebus ab illo gestis exspectes:* Acta *enim* ipsius, *inquit Ferrarius*, desiderantur. *Sermonem, in ejus festo olim dictum, ex Mss. ecclesiæ Cajetanæ Majoribus nostris subministravit P. Antonius Beatillus; sed quem typis committere non sit operæ pretium, quippe qui nihil de* S. Probo *memoret, quod non perinde de quovis sancto episcopo & confessore dici fas sit:* De quovis, *inquam*, sancto episcopo & confessore: *hunc enim illi titulum supradictus Sermo disertè adscribit, cujus hoc initium:* Hodie, Fratres charissimi, natalem sancti confessoris Probi celebramus diem, qui, hanc vitam laboriosam derelinquens, in vitam renatus est perpetuam, quo finivit laborem certaminis & percepit præmium confessionis.

C

an martyr, dubium est:

2 *Falsus itaque videtur fuisse Ferrarius, vel usus fortè corruptis ecclesiæ Cajetanæ Tabulis, dum ex illis* S. Probum *martyrem fecit. Certè nec Ughellus in Episcopis Cajetanis tom.* I *Italiæ Sacræ auctæ col.* 533, *nec Nicolaus Coletus in suis ad Ughellum Additamentis* S. Probum *martyrem fuisse, scribunt: Ughelli verba sunt:* Probus episcopus Cajetanus; *quibus adjicit hæc Coletus:* Et hic de eodem stipite ducum (*Cajetanorum*) prodiit, cujus sanctitatis lauream celebrat Cajetana ecclesia die VI Octobris ex eodem abbate Constantino, qui ea, quæ de Cajetana ecclesia scripsit, accepisse inquit è vetustissimis chartis ejus cathedralis. *Ita Coletus ex Italia sacra Julii Ambrosii Lucentii, quam citat. Confessorem autem disertè appellat Petrus Rosettus in brevi Descriptione Cajetæ, anno* 1694 *Neapoli Italicè edita, ubi primùm pag.* 22 *discursu* 5 *de reliquiis Cajetanis sic habet:* Corpus S. Probi episcopi & confessoris, cujus festum celebratur die VI Octobris: *& rursum pag.* 28 *discursu* 6 *de Viris illustribus Cajetanis sic scribens:* S. Probus episcopus & confessor, patriâ Cajetanus, cujus festum celebratur die VI Octobris. *Verùm, si Ferrario,* S. Probi *martyrium asserenti, credi certò non debet, num potior fides adhibenda Coleto est,* S. Probum, *die* VI *Octobris Cajetæ cultum, non modò Cajetanum episcopum, sed & è Cajetanis ducibus natum, affirmanti?*

an fuerit episcopus Cajetanus seculo X,

3 *Probum quidem episcopum Ughellus Cajetanorum præsulum Catalogo inseruit; sed præter nomen nihil de illo addidit, non Sanctum appellavit, non Cajetæ ortum, non è civitatis illius ducibus natum, non die* VI *Octobris cultum dixit. Quòd si hæc Coletus, recentiorum quorumdam dicta hac in re secutus, dicat, quamdiu antiquiora iis de rebus testimonia certioraque non videro, in-*
E *dubiam à me fidem nec Coletus, nec recentiores reliqui impetrabunt. Sermo quidem, num.* 1 *laudatus, ita habet in fine:* Obiit B. Probus, episcopus Cajetanus, pridie Nonas Octobris anno Domini DCCCXVI, tempore Joannis X, Antistitis sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & sepultus est in cathedrali ecclesia in loco, qui dicitur IN CORPO, juxta corpora SS. Erasmi & Innocentii; *verùm, cujus & ipse ætatis est, ut fidem mereatur indubiam? Certè diu admodùm ab obitu* S. Probi *primùm conscriptus videtur; alioquin enim aliquid saltem è rebus ab illo gestis peculiare retulisset, quod non facit, ut suprà monui. Quid, quòd* Probus, *Cajetæ cultus die* VI *Octobris, seculo* X *sit fortè longè antiquior, idemque, qui apud Ughellum tom.* X *Italiæ Sacræ auctæ col.* 98 *Formianorum præsulum agmen ducit, & hujusmodi ornatur elogio:* Probus, qui S. Erasmi, sub Diocletiano martyrium Formiis passi, reliquias condidit ex Actis ejusdem Sancti? *Meritò ea de re Ferrarius dubitavit ad diem* VI *Octobris in Catalogo Sanctorum Italiæ, in* S. Probum *sic annotans:* An Formianæ fuerit ecclesiæ, vel alterius
F sedis episcopus, & quo tempore martyrium (*si tamen martyr fuerit*) passus sit, nondum scire licuit; cùm Acta illius (*quæ verosimiliter nulla sunt*) ad manus nostras non pervenerint.

an Formianus potius prioris Ecclesiæ seculis, cujus

4 *Difficile sanè captu est, Cajetanis tantam sui Episcopi, sanctitate illustris, suis è ducibus oriundi, apud illos perpetuò conservati, & seculo tantùm* X *defuncti, oblivionem obrepsisse, ut nihil umquam de rebus ab illo gestis resciviisse videantur, nedum resciant modò. Probi, qui seculo* X *ipsos episcopus rexerit, nullum monumentum Ughellus refert; refert tamen Bernardi & Deusdedit Cajetanorum episcoporum, quos inter medium ponit Probum. Bernardum temporibus Othonis Magni fuisse scribit, ac ecclesiæ Cajetanæ præfuisse anno* 954; *subscriptus legitur Concilio Romano sub Gregorio V anno* 998, *tempore Othonis III celebrato. Deusdedit secundùm antiquum monumentum, ex archivo ecclesiæ Cajetanæ ab Ughellò laudatum, sedit Cajetæ tempore Leonis imperatoris, cognomento* Sapientis, *qui anno* 911 *è vivis excessit; ut adeò inter annum* 911 *&*

AUCTORE J. B.

annum 954 *aut* 998, *Cajetanam ſedem Probum occupâſſe, ex Ughello neceſſe ſit: verùm tam vaga temporis, quo Probus Cajetæ ſederit, notitia an innuit præſulem ſanctitate illuſtrem? Anno* 916 *obiiſſe dicitur in Sermone ſuprà laudato; ſed cùm hic, ut ſuprà dictum eſt, dudum poſt* S. Probi *obitum conſcriptus veroſimiliter fuerit, nec inde certi quidpiam elici poteſt. Qui proximè apud Ughellum ſequitur Cajetanus epiſcopus,* Stephanus *nomine, electus dicitur anno* 1031. *Stephano Probum Roſettus ſuprà citatus ſubjungit pag.* 31 *& ſeq.; ut adeò valdè obſcura ſit & perturbata Cajetanorum illa ætate præſulum chronologia, quod, ut dixi, ſaltem quoad* Probum *ſanctitate, ut Cajetani volunt, illuſtrem, cujuſque ſemper exuvias illi poſſederint, difficile captu eſt.*

aliquando reliquiæ, ut aliorum Sanctorum, fuerint

5 *Neque verò aliunde deſunt, quæ* S. Probum, *Cajetæ cultum, Formianum fuiſſe epiſcopum, ſuadeant. Jacuit jam pridem* S. Probi *corpus in eccleſia Cajetana cathedrali, S. Mariæ & S. Eraſmo ſacra, juxta corpora SS. Eraſmi & Innocentii. Actum eſt de S. Eraſmo martyre tom.* 1 *Junii ad diem* 2 *ejuſdem menſis, ibique oſtenſum*

B *pag.* 212 *è Gregorio Magno, S. Eraſmi corpus in eccleſia Formiana Gregorii ætate jacuiſſe, ac deinde Cajetam fuiſſe ſeculo nono tranſlatum, nempe ſub annum* 842, *ſub quem ob Saracenorum incurſiones Formianam ſedem Cajetam tranſtuliſſe dicitur Gregorius IV, defunctus anno* 844. *De S. Innocentio martyre actum eſt ad diem* VII *Maii: hunc aiunt, epiſcopum Africanum fuiſſe ſub Diocletiano & Maximiano; ex Africa in Italiam fugere compulſum, in loco quodam Terracinenſis, ut apparet, territorii,* Capratia *dicto, conſediſſe ac obiiſſe; ibique corpus ejus fuiſſe ſervatum, donec, ingruentibus paſſim in Italiam Saracenis, Cajetam pariter deportatum fuit, & in eccleſia cathedrali depoſitum. Baſilica eadem præterea continet reliquias S. Marciani, SS. Caſti & Secundini, S. Eupuriæ ſeu Exuperiæ, & S. Albinæ. S. Marcianus epiſcopus Syracuſanus fuit, cujus corpus, cùm Saracenorum incurſionibus vexaretur Sicilia, Cajetam tranſlatum dicitur. Vide tom.* 2 *Junii part.* 2, *pag.* 787. *Similiter tom.* 1 *Jul. pag.* 28 *SS. Caſti & Secundini reliquiæ aliunde Cajetam devectæ fuiſſe perhibentur. S. Eupuriæ miracula deſcripta fuêre circa annum* 900, *ut ait Henſchenius tom.* III *Maii pag.* 575; *ſed ingenuè fatetur illorum auctor, ignorari,* ex quo loco aut patria hæc virgo oriunda fuit, aut quo modo Cajetam venerit. *Denique S. Albinæ die* XVI *Decembris Formiis in Campania annuntiatur in Mrl. Romano, quòd ibidem ſepulta ſit, ut ait Ferrarius in Annotatis ad eumdem diem; addens, deinde Cajetam fuiſſe tranſlatam.*

Cajetam delata.

6 *Quid ſi igitur &* S. Probus *ex antiquis confeſſoribus fuerit, quorum res geſtæ temporum ſeu vetuſtate ſeu iniquitate ex hominum memoria ſint ferè deletæ, & corpus ipſius ſeu Formiis, graſſantibus per Italiam Saracenis; ſeu ex Africa Arianorum aut Wandalorum tempore, ſeu denique aliunde aliquando Cajetam delatum fuerit, uti & de reliquis Sanctorum modò memoratorum corporibus factum fuiſſe, jam obſervavimus; indeque Cajetanis tanta ſit rerum ab illo geſtarum ignorantia? Sanè quidem, ſi quis ita ſuſpicari voluerit, non video, quo ex capite reprehendi à Cajetanis magnopere poſſit: maximè cùm nec aliunde vero videatur abſimile, Saracenos, ut in cauſa fuêre tranſlatæ Formiis Cajetam ſedis epiſcopalis, ita etiam effeciſſe, ut tum* S. Probi, *tum aliorum Sanctorum corpora Cajetam, velut in tutiorem à Saracenorum furore locum, transferrentur; & Joannes Caſinenſis, poſtea Gelaſius Papa, hujus nominis II, à Papebrochio tom.* 1 *Junii pag.* 217 *laudatus, dicat, S. Eraſmum in Formiana eccleſia fuiſſe ſepultum à Probo epiſcopo; qui fortè idem fuit ac Probus ille, qui apud Labbeum tom.* 1 *Conciliorum concilio Romano* 2, *ſub Silveſtro anno* 324 *celebrato, inter* 13 *epiſcopos ex urbe Roma, vel non longè ab illa, ſubſcriptus legitur, quamquam non expreſſo ſedis nomine.*

E

DE S. RENATO EPISC. CONF.

SURRENTI IN REGNO NEAPOLITANO.

C

J. G.

COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS.

§ I. Sancti dies emortualis non ſatis certus: ejus hoc die cultus apud Surrentinos, hujuſque tum in Italia, tum in Gallia antiquitas: prodigioſæ, quæ de S. Renato vulgò circumfertur, hiſtoriæ epitome.

CIRCA MEDIUM SEC. V.

S. Renatus, quem Surrenti alii die VI *Octobris,*

Surrentum, Picentinorum olim caput, nunc archiepiſcopalis in regno Neapolitano civitas, Tyrrheno mari adjacens, Italis Sorrento & Sorriento *dicta,* VI *die Octobris ſolemni ritu veneratur, quem ſuum ſeculo* V, *mediâ necdum ſui parte progreſſo, antiſtitem fuiſſe credit,* S. Renatum, *ſuos inter patronos primo loco paſſim recenſitum, multiſque tum in Italia, tum in Gallia laudibus celebratum. Sanctum hunc* Pridie Nonas Octobres, *ſeu hodierno die,* valedixiſſe mundo ac ſuper æthera evolâſſe, *tradunt Officii ejus Eccleſiaſtici Lectiones, ex Ms. codice archivi archiepiſcopalis Surrentini deſumptæ noſtriſque deceſſoribus à Scipione Paulucio humaniſſimè communicatæ. His, quantùm ad mortis diem, omnino conſonat Vita* S. Renati, *ex Collectione Vitarum Sanctorum apud RR. PP. Theatinos Neapoli nobis deſcripta, congruitque Codex Uſuardinus Vaticanus, num.* 5949 *ſignatus, qui, teſte Sollerio in Præf. ad Uſuard. num.* 251, *charactere Longobardico in*

A *in Beneventanæ eccleſiæ uſum, ex Uſuardo, Adone aliiſque collectus & copioſè ex parte auctus fuit, in quo Uſuardinis annuntiationibus hoc additamentum adjicitur:* Prid. Non. (*Octobris*)... Apud Surrentum, ſancti Renati confeſſoris, *imò* & epiſcopi, *uti laudatus Sollerius ſupplendum cenſuit. Adductis jam mox teſtimoniis haud dubiè ſubnixus Antonius Summontæus, lib.* 1 *primæ partis Hiſtoriæ civitatis & regni Neapolitani edit.* 2, *pag.* 355, *hunc diem* S. Renato *emortualem diſertè ſtatuit, cui & ex Gallis martyrologis adſtipulari videtur eruditiſſimus Caſtellanus, Sanctum noſtrum in ſuo Martyrologio Univerſali his verbis hodie annuntians:* Surrenti in regno Neapolitano, S. Renati, epiſcopi ejuſdem civitatis.

alii die præcedenti, alii verò die XII *Novembris obiiſſe volunt.*

2 *Sunt tamen vel inter ipſos Italos haud ita pauci, ut puta David Romæus in Opere, cui titulus:* Quinque divi cuſtodes ac præſides urbis Surrenti *pag.* 261, *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Generali pag.* 391 *& in illo Sanctorum Italiæ pag.* 631, *Julius Cæſar Capacius part.* 3 *tomi* IX *Antiq. & Hiſtoriæ Italiæ col.* 107, *Ferdinandus Ughellus tom.* 6 *Italiæ Sacræ auctæ col.* 596,

B *aliique auctores, qui diverſum ab aſſignato emortualem diem Sancto adſcribunt,* V *nempe Octobris, prout inter Prætermiſſos eo die lectorem monuimus. Hos cum prioribus in concordiam adducere, ſpectatâ nempe dici civilis diversâ, quam ſecuti fuerint, computandi ratione, in primis facile eſſet, ſi modò ex coævis ſupparibuſve monumentis,* Renatum *die* V *Octobris poſt ſolis occaſum Cælitum ſedibus exortum fuiſſe, conſtaret; verùm enimverò, cùm nec ea, quæ claſſica & pura dicimus, Martyrologia Præſulem noſtrum commemorent, nec ulla congruæ antiquitatis indubiæque fidei documenta ejus obitûs annum determinent, nedum emortualem diem tam propè circumſcribant; de eo pluribus diſputare, haud operæ pretium fuerit. Quapropter nec controverſiam aliam, quæ laudatos ſcriptores inter & Andegavenſes eſt, hìc diſcutere ac definire viſum eſt, cùm Andegavenſis eccleſiæ monumenta ſcriptaque in Galliis Uſuardina aliquot auctaria, quæ die* XII *Novembris* Renatum *Surrenti defunctum adſtruunt, quo nempe die ſacra ejus pignora à Rainaldo, Andegavenſi epiſcopo, tranſlata fuerunt, non ea antiquitate prædita ſint, ut his ſat tutò, quantùm*

C *ad emortualem Sancti diem attinet, habere fidem liceat, repugnantibus præſertim non paucis, quæ antea laudavimus, vel paris ponderis vel altioris etiam antiquitatis teſtimoniis. Plura, ſi lubet, eò ſpectantia vide pag.* 58 *&* 74 *Apologiæ Andegavenſis capituli, quam pro* S. Renato *inſcriptam adverſus Joannem Launoyum anno* 1650 *edidit Jacobus Eviglonius, Gallicè* Eveillon *dictus, ſæpe mihi de rebus aliis infrà conveniendus laudata Andegavenſis eccleſiæ canonicus.*

de quo tamen hoc die agere viſum eſt,

3 *Utut ergò ſit de emortuali Sancti tempore, quod communiori ſcriptorum conſenſu ſub ſeculum* V, *media ſui parte provectum, inque hunc vel præcedentem diem relatum inveni, ego, ſpectatâ potiùs ipſius diei, quo in emortuali loco Eccleſiaſticum cultum habet, obvia ac congruenti ratione, hodie de* S. Renato *differere decrevi, quæque deceſſores noſtri plùs ſemel in diem* XII *Novembris, Andegavi* Renati *cultui ſacrum, expendenda remiſerunt, ea hìc ad criticæ trutinam unâ operâ revocabo, ſic tamen, ut, tametſi non quælibet de eo vulgata pro certis habeam, nihil tamen propterea ſeu virtutum ejus ſplendori, ſeu veræ ſanctitati detractum velim, idque, ſive unus idemque Sanctus ſit, qui, teſtibus Surrentina & Andegavenſi eccleſiis, Surrenti hoc die, atque Andegavi* XII *Novembris colitur; ſive à Surrentino Præſule omninò diverſus adſtrui debeat Andegavenſis* Renatus; *quæ res ad poſtremum diem definiri tutiùs poterit, cùm Galliæ Chriſtianæ auctæ tomus ille in lucem prodierit, qui Andegavenſes epiſcopos alioſque Turonenſis archiepiſcopi ſuffraganeos, additis more ſolito inſtrumentis, complecti debet. Interim, cùm ſine ſolido in contrarium teſtimonio ab utriuſque mox memoratæ eccleſiæ communiſſimaque ſcriptorum ſententia pedem referre nefas ſit,* Renati, *ut unius ejuſdemque Sancti, in Italiâ Galliiſque cultum demonſtrare pergo, ad ejus præclara geſta prodigiaque ei adſcripta mox perrecturus.*

AUCTORE J. G.

jam pridem in Italia Galliaque Eccleſiaſticum cultum certò habuit;

4 *Præter Eccleſiaſtica, quæ tum Surrenti, tum Andegavi, de* S. Renato *recitari jam pridem ſolent, Officia, ejuſque in Martyrologiis, ut non claſſicis, annuntiationes, ejus cultum manifeſtè etiam probant erectæ in Italia Galliiſque ſacræ ædes,* Renati *nomine ac patrocinio nobiles, quarum apud Ughellum laudatum tom.* 6 *Italiæ Sacræ col.* 596 *& apud Eviglonium in memorata Apologia pag.* 116 *& ſeqq. mentio fit,* E *firmatque eum non mediocriter Andegavenſium ab octo circiter ſeculis, Italorum verò ab ipſo ſaltem Chriſtianæ æræ ſeculo* VII *ſtabilita erga Præſulem noſtrum, ut Surrentinæ urbis tutelarem ſanctum, religio; cui, quantùm ad hos attinet, pro teſtimonio ſit, quòd Radoaldus, Beneventanus dux, cùm ſub annum* 645 *Surrentum obſideret,* SS. Renati *& Valerii ſepulcris aurum argentumque, quò ſic, ut falsò tamen rebatur, conciliatis ſibi Sanctis, potiri urbe poſſet, ſupplex obtuliſſe legatur, quæ tamen munera poſtero die extra ſacram his patronis ædem, non pauco, ut videtur, antè tempore exſtructam, veluti Cælitibus inviſa, projecta reperit. Quibus accedit, quòd ejuſdem ducis milites nonnulli, eamdem ædem ſacram deprædandi animo ingreſſi, temeritatis ſuæ pœnas mox luerint, ac dæmone correpti ad Sanctorum tumulum exſpirârint, uti apud Ughellum laudatum col.* 600, *& apud eruditiſſimum Aſſemanum tom.* 2 *Scriptorum Italicæ Hiſtoriæ pag.* 184 *in laudato ab iis veteri inſtrumento fuſius narratur. Teſtimonia multa, quæ ad probandam Andegavenſium antiquam in* S. Renatum *pietatem Eviglonius pag.* 58 *&* 78 *produxit,* F *mitto hìc recenſere, cùm ne ipſe quidem Launoyus, Eviglonii antagoniſta, diffiteatur, à Raynonis, Andegavenſis epiſcopi, temporibus, ſen ſaltem ab ineunte ſeculo* X *delatum in Galliis* S. Renato *cultum fuiſſe, cujus tamen Antiſtitis prodigioſam hiſtoriam non ſatis habere virium in duplici ſuâ Diſſertatione aſſeruit, multiſque argumentis probare niſus eſt.*

non tamen certa eſt prodigioſa ejus hiſtoriæ,

5 *Et ſanè, ſi, quàm eſt certa Sancti noſtri Eccleſiaſtica veneratio, tam eſſet dubio immunis, quæ de eo vulgò circumfertur, hiſtoria, nec ſummæ temeritatis notam apud Chriſtianos eruditos evaſiſſet geminæ Diſſertationis auctor Launoyus, ſed neque Romæ, ubi alia quædam ejus Opuſcula damnata fuêre, hoc ejus Opuſculum, quo hiſtoriam illam intrepidè diſcutit & oppugnat, ab omni cenſura manſiſſet intactum. Verùm, ut, quod res eſt, dicam, tametſi Eviglonius, velut pro aris focisque dimicans, Apologiam pro* S. Renato *in lucem protulerit, quâ adverſus eum accerrimè inſurgens omni molimine contendit, non tantùm Sanctum noſtrum Andegavenſem priùs, quàm Surrentinam cathedram aliquandiu tenu-*

AUCTORE J. G.

ipſ., ſed eum etiam (qua de re potiſſimùm quæſtio movetur) S. Maurilii precibus ex ſterili & grandæva matre natum, elapſo à ſua morte ſeptennio, ad vivos eſſe reverſum, quod omnium ætatum tabulis ac monumentis teſtatum eſſe, contendit idem Eviglonius; ea tamen, quæ probanda ſuſceperat præfatus canonicus, apud peritiores artis criticæ viros minimè evicit, ut proin non parùm mirer, recentiorem Gallicanæ eccleſiæ hiſtoriographum Longuevallium tom. 2, pag. 79 in hunc modum Gallicè ſcripſiſſe: Viſis iis, quæ utrimque (*à Launoyo, ut opinor, Eviglonio aliiſque*) ſcripta fuerunt, cenſemus ſtandum eſſe eccleſiæ (*Andegavenſis*) traditione. *Rectène, an ſecùs, ita cenſuerit eruditus ſcriptor, mox dicenda aperient. Ego interim jam nunc in anteceſſum profiteor, me ſine certioribus, quàm quæ hactenus ab Eviglonio, Romæo aliiſque producta ſunt, teſtimoniis aſſentiri iis non poſſe, quæ tum de Sancti ortu, tum de ejus poſt elapſum à morte ſeptennium anaſtaſi, deque Andegavenſi epiſcopatu aliquamdiu præclarè geſto, ab Andegavenſibus aliiſque ſcriptoribus paſſim traduntur. Etenim, ut S. Auguſtini verbis lib. 3 contra Academicos cap. 1 utar,* B *ſi* negotium noſtrum non leve aut ſuperfluum, ſed neceſſarium ac ſummum *ſit*, magnopere quærere veritatem, meliuſque *ſit, ipſo teſte lib. de Vera Religione cap.* 55, qualecumque verum, quàm quidquid pro arbitrio fingi poteſt, *malo ſtabilitâ* S. Renati *Eccleſiaſtica veneratione contentus eſſe, quàm, reclamante veritate, ea ſuis teſtimoniis ſatis firmata aut hiſtoricè certa dicere facta, quorum pars magna, ſi nudam ſimplicemque eorum narrationem audias, ſubleſtæ fidei indicia præ ſe fert quàm plurima.*

que ex Mss. codicibus Andegavenſibus ac Pariſienſibus,

6 *Ut autem de controverſia rectè judicet eruditus lector, rerum, de quibus hîc diſſerendum eſt, ſeriem ipſiſmet primi narratoris verbis, quæ, non S. Gregorii Turonenſis, ſed ſcriptoris, à* Renati *ætate multò longiùs remoti, eſſe infrà oſtendam, fideliter huc ex parte tranſcribo. En illa ex cap. 6 Vitæ S. Maurilii, prout in ſecunda geminæ Diſſertationis editione pag. 34 & ſeqq. ex Mss. Codicibus Andegavenſibus & Pariſienſibus recenſentur.* Andecavenſis territorii matrona quædam pernobilis (*Andegavenſibus* Renonia, *Surrentinis* Bononia *dicta*) nexa jam vinculo conjugali (*cum viro nobili, nomine* Honorato Cheotedro, *ut nempe vulgò volunt*) ex tempore C ſuæ copulationis ſterilis permanebat, quæ, dum pro adipiſcenda prole Dominum precaretur aſſiduè, & nequaquam votum ſuum obtinere valeret, ac procederet natura in annos deſperationis adepturæ* jam prolis, ad beatum virum (*S. Maurilium ſeu Maurilionem, Andegavenſem epiſcopum*) ſe tota mente convertit, ſedulò flagitans, ut, quod illa non merebatur, ipſe apud Dominum ſuis meritis & interceſſionibus obtineret, &, ſi ſuis precibus ſeni fœminæ filium impetrare potuiſſet, ipſum ſe Domino oblaturam & * perpetuò ſerviturum, tota fide ac voto pollicebatur. Intuens autem vir beatus mulieris mentem & fidem ac fletuum ubertatem, nihilque apud Dominum impoſſibile eſſe confidens, qui partum vetulæ Saræ, & ad petitionem Heli ſacerdotis filium, Samuëlem ſcilicet prophetam, ſub ſponſi voto ſterili conceſſit Annæ, Dominum pro fœmina precaturus acceſſit, exaudivitque Dominus virum, & deprecanti fœminæ conceptum dedit & partum, quem illa, ſicut promiſerat, Domino conſecravit habendum, *nimirum, ut volunt*, S. Renatum *noſtrum*.

*lege adipiſcendæ

*ſupple cum

7 Quale verò quantumque miraculum ſuper eumdem Puerum Dominus per beatum Maurilium, poſtquam ſanctæ Andecavenſis eccleſiæ epiſcopalis honorem accepit, operatus eſt, ad corroborandam fidem fidelium, licèt illud beatus Fortunatus propter minùs credentes omiſerit, imò, quia verum eſt, & res eſt digna memoriâ, non tacebimus. Quod tamen, quia poſt acceptum epiſcopatum idipſum pro eo Dominus fecit, ſuo in loco meliùs exponemus. *Deinde cap. 16 Vitæ S. Maurilii ita rem proſequitur:* Sequenti ſiquidem die beato Maurilio antiſtite in eadem beati Petri Apoſtoli baſilica ſancta ſolemnia celebrante, advenit cum moriente Puero matrona, cui quondam ſterili eumdem, ut naſceretur, ante epiſcopatum apud Dominum ſuis meritis obtinuerat, poſtulans, ut Filio ſuo, quem Domino habendum obtulerat, manuum ſuarum impoſitione Spiritum Sanctum daret, antequam obiret. Sed, remorante in ſancta Corporis & Sanguinis Chriſti conſecratione paululùm præſule, Puer exceſſit. Quantum verò miraculum ſuper eumdem Puerum poſt ſeptimum depoſitionis ipſius annum per potentiſſimum antiſtitem beatum Maurilium Dominus operari dignatus eſt, quanquam, uti jam diximus, illud Fortunatus omiſerit, nos tamen minimè reticebimus, quod verum eſſe ſcimus, quia ad gloriam Chriſti laudemque antiſtitis ſui (*Maurilii*) res eſt digna deſcribi. *Ac demùm idem ſcriptor poſt locos aliquot communes, quibus ſummam Dei potentiam laudat, ſic tandem admirabilis hujus hiſtoriæ Prologum concludit:* Miraculum ergò qui non iſtud firmè crediderit, quòd in Sanctis & per Sanctos ſuos alia multa, quæ, ut præmiſimus, Dominus operari dignatus ſit ſemper & operetur, nequaquam credere valebit. Et ſanè, beato Papa teſtante Gregorio, fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum.

recitatis propriis eorum verbis,

E

8 *Sed ad rem ipſam cum ſcriptore illo paulò propiùs accedamus. Ita mox ille:* Beatiſſimus igitur Maurilius, expleto ſanctæ ſolemnitatis capitello, obituque Pueri, qui abſque chriſmatis dono exceſſerat, præcognito, totum id ſuæ deſitudini deputavit, lacrymis multo tempore irremediabilibus ſuæ culpam lugens inobedientiæ. Cui cùm nec iſta ſufficerent, diu multúmque, quid ageret, ſecum animo colluctante, tandem reperit, quòd inter concives tantæ negligentiæ F piaculum plenè expiare nequiret, ni ſingularis elapſus patriam propriam civeſque relinqueret. Tali igitur reperto conſilio, occultò exinde ſemetipſum eripuit &* ſanctarum reliquiarum, quibus ſancta Andecavenſis mater eccleſia decorabatur, ſecum claves exportans. Cùm autem perveniſſet ad mare, divina omnipotentis Dei providente clementia, qui manebat in littore, diem tranſitus ſui exaravit in lapide, ſicque aſcenſa puppi inchoati itineris cœpit maturator exiſtere. Cumque proceſſiſſet in altum, & quare reliquiarum claves ſecum detulerit, cogitaret, inſidiante humani generis inimico, ut dolorem ſancto Viro ſuper dolorem imponeret, repentè claves de manibus elapſæ ſubmerguntur in æquore. Tunc cum lacrymis id fertur exclamâſſe Maurilius, quod poſtea rei probavit eventus: Niſi, inquit, has iterum claves videre meruero, patriam urbemque nunquam repetam, quam effugio. Tranſmiſſo igitur mari, quò, quis eſſet, abſcondere potuiſſet, mutato habitu, uni regionis principum adhæſit, profeſſus ſe hortulanum

*partim refictum,

*& abundæ

A lanum fore, quatinus corpus, quod jejuniis, vigiliis & orationibus caſtigare decreverat, ne ex toto deficere potuiſſet, proprio labore paviſſet. *Hæc pro ſpecimine retuli ſcriptoris verba, ut ne quis nimiùm miretur, cùm ex ejus narratione cetera his multò magis à vero aliena compendio recitâverò.*

ac partim ex iiſdem

9 *Si narrantem audire pergamus, Andegavenſes, innoxii tamen, ſuo paſtore miſerè orbati, crebris viſionibus intentatiſque minis cælitus prænomentur, ſuam celeriùs urbem ſubvertendam eſſe, niſi Maurilium* (*à quo, ut dein ſubdit, poſt elapſum à ſua morte ſeptennium ad vivos revocandus erat* S. Renatus) *circumquáque perquirerent. Hinc ex nobilium plebeiorumque communi ſenatûs conſulto quatuor virtute ſideque inſignes viros quaquaversùm per Europam legatos mittunt, interpoſito interdicto, ne, niſi proprium invenisſent patronum & paſtorem ſuum, revertantur in patriam. Hi, totius fermè Europæ urbes oppidaque & vicos perſcrutati, ſeptimo demùm anno, re infecta, in Galliam redeunt, &, quæ res ſibi tandem ex votis ceſſit, divino ductu ad portum Oceani maris in Britannia Minori avido curſu perveniunt, cúmque in littore navim præſtolantes reſident, in ſilice ſcripta reperiunt verba hæc:* Hic tranſiit Maurilius, Andecavorum epiſcopus. *Vertitur in fiduciam timor, in gaudium luctus. Læti navim conſcendunt, & ecce tibi, haud procul à littore immanis piſcis è mari in navim proſilit, quem cùm exenterant, reliquiarum Andegavenſium claves, quas Maurilius perdiderat, attoniti reperiunt. Novus hinc animorum motus, Maurilium mari ſubmerſum aſſerentibus nautis; at ſollicitis legatis adeſt, velut è machina Deus, qui eos per viſum admonet, ut metum deponant nec de itinere revertantur; futuram, ut quàm primùm Maurilium inveniant. Ergò angelico ductu in Angliam jam appulſi, ad aulam principis, quocum Maurilius habitabat, recto itinere feſtinant, ubi paſtorem ſuum proprio nomine vocari audiunt, & olera ad regis uſum ferentem aſpiciunt. Mox illi ad agniti paſtoris pedes ſeſe proſternere, magnoque fletu rogare, ut, niſi ſupremum præſtolaretur Andegavenſium exitium, propriæ ſubveniat eccleſiæ; ad hæc reſpondenti Maurilio, voto ſe ac juramento obſtrictum eſſe, ut, niſi quas amiſerat, claves videret, in patriam numquam reverteretur, illi has opportunè præſuli exhibent, idque tandem conſequuntur, ut Maurilius, quem angelus in viſu legatis parêre juſſerat, &* Renatum *ad vivos revocatum iri pollicitus erat, ſecum in Gallias ſolvat, multis à rege muneribus priùs ditatus & ſtupentibus ad rei eventum, qui undequáque accurrerant, Angliæ populis.*

C

compendio exhibetur.

10 *Ita multò prolixiore oratione præfatus ſcriptor, mox ſubdens, non minori gloriæ, quàm ex Anglia diſceſſerat, Maurilium in propria exceptum fuiſſe patria,* Taliterque, *inquit*, propriam regreſſus ad urbem, nimirum ſpectantibus turbis, de Domini promiſſione ſecurus venit ad Pueri (*S. Renati*) tumulum, quo raſtris diſcoöperto, invocat diutiſſimè planctibus Chriſtum. Tandem autem, expletâ cum lacrymis oratione, uterque conſurgunt, Maurilius de oratione & Puer de morte: quem ſeptiformis Spiritûs gratiâ conſecratum, ex eventu vocavit RENATUM. Qui, divinis cultibus illico mancipatus & à beato Maurilio diligentiùs eruditus, tantis promeruit florere virtutibus, ut poſt Maurilium pontificalem Andecavenſis eccleſiæ cathedram, & poſthumus ſortiretur & hæres. Quod ſi quis fortuitu æſtimaverit fabuloſum, Andecavenſem recurrat ad urbem; ibi enim inveniet pretioſiſſimum confeſſorem Chriſti Maurilium immenſis virtutibus florentem, & nec minùs Renatum antiſtitem, ſucceſſorem ipſius, miraculis coruſcantem, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat omnipotens Deus per infinita ſæcula ſæculorum. *Habes, erudite lector, ipſum fontem, unde ſuâ hauſerunt Marbodus Redonenſis, Ulgerius Andegavenſis, Petrus Cluniacenſis, Petrus Cantor, Vincentius Bellovacenſis, Petrus de Natalibus, S. Antoninus, auctores Lectionum Andegavenſis & Surrentinæ eccleſiæ aliique, qui à ſeculo* XII *uſque ad* XVIII, *vel ligato, vel ſoluto ſtilo, mirabilem* S. Renati *anaſtaſin celebrârunt; de quorum auctoritate infrà ſermo erit, ubi reliqua, quæ de* S. Renato *vulgò circumferuntur, priori narrationi ſubjunxero, ut deinde ex ordine ſingula examinentur, &, quantam quæque fidem mereantur, diſpiciat prudens lector.*

AUCTORE J. G.

cui ex aliis ſcriptis ejus geſtorum, E.

11 *De his audiatur ipſemet auctor Apologiæ capituli eccleſiæ Andegavenſis pro* S. Renato *epiſcopo ſuo pag.* 55: Septimum, *inquit*, teſtimonium eſt eccleſiarum diœceſis Andegavenſis, quarum antiqui Lectionarii manuſcripti & Breviaria excuſa omnium editionum, poſt deſcriptum miraculum ortûs & ſuſcitationis Renati, perhibent, eum, domeſticâ diſciplinâ ſancti Maurilii ad pietatem informatum, tantos progreſſus in omni genere virtutum feciſſe, ut omnibus admirationi & amori eſſet, atque imitatione ſanctitatis magiſtri vulgò ALTER MAURILIUS appellaretur: eumdem clero Andegavenſis eccleſiæ adſcriptum, cùm majora in dies ederet virtutum exempla, Maurilio vitâ functo, conſentientibus cleri populique ſuffragiis, epiſcopum in ejus locum fuiſſe ſuffectum: atque ita, cùm in ſummo candelabro dignitatis eccleſiaſticæ eſſet collocatus, non tantùm ſplendore ſanctitatis eluxiſſe in univerſam familiam ſuam, ſed miraculorum gratiâ à Deo donatum, morbos oratione curâſſe, leproſos mundâſſe, dæmones de obſeſſis corporibus depuliſſe; inter hæc tamen adeò demiſsè de ſe ſentientem, ut, quidquid præclari egiſſet, premi ſilentio vellet, univerſam diœceſis ſuæ adminiſtrationem & bene geſtarum rerum gloriam ad Maurilium auctorem referendo.

F

obitûs, ſepultura,

12 Addunt præterea (*inquit auctor Apologiæ pag.* 56) eum (*S. Renatum*) rebus prudenter in epiſcopalis curæ adminiſtratione conſtitutis, ſancta Apoſtolorum limina viſitâſſe: indéque cùm Surrentum profectus elongâſſet ſe fugiens, ut maneret in ſolitudine (quod ex monumentis ſanctæ eccleſiæ Surrentinæ diſcimus) ibi rogatu civium hæſiſſe, ſolitariam vitam agendo: ac brevî, erumpente in publicum fama ſanctitatis, concurſum ad eum factum ex omni circà regione ægrorum, quorum corporibus cùm ſanitatem oratione redderet, animarum etiam ſaluti piis hortationibus conſulebat: tandemque etiam ejus ſedis epiſcopatum, communi civium conſenſu ſibi delatum, ſanctè feliciterque geſſiſſe; ac demùm, prædicta die obitus ſui, ibidem plenum bonorum operum deceſſiſſe; cui ſanctum Valerium ſucceſſiſſe refert ex tabulis eccleſiæ Surrentinæ Philippus Ferrarius in nova Topographia Martyrologii Romani. Elatus eſt publico funere, & ſepultus in eadem ipſa ædicula, quam vivens tenuerat, ſecundùm muros urbis, in ejuſque memoriam eodem in loco cives ingenti opere

AUCTORE J. G.

opere templum ædificaverunt, quod multis poſtea miraculis nobilitatum fuit, ut inferiùs referemus.

aſſerta ad Andegavenſes corporis tranſlationis,

13 Pergunt libri noſtri narrare (*ita laudatus ſcriptor pag.* 57) clerum & populum Andegavenſem legatos de repetendo corpore Paſtoris ſui Surrentum miſiſſe (quo tempore id acciderit, compertum non eſt) &, recuſantibus Surrentinis, ſummi Pontificis auctoritatem implorâſſe, ut id juberet reddi; quo jubente, legatis conceſſum, ut id aſportarent, ac, ne qua vis in itinere fieret, præſidium militare iis adjunctum: ita revectum in patriam corpus ſancti Renati, ab Andegavenſibus ſolenni ſupplicationis pompa exceptum, in eccleſiam ſancti Maurilii illatum fuiſſe, & in capſa conditum idoneo loco ad fidelium venerationem pridie Idus Aprilis (quo die tranſlationis ejus memoria anniverſaria ſolennitate apud nos celebratur) præſentibus epiſcopis Coriſopitenſi ac Venetenſi, abbatibus & nobilibus viris permultis cum magna populi frequentia. *Hactenus præfatus auctor Apologiæ, qui mox ex monumento, in membrana exarato, ſubdit pag.* 58 *&* 59, S. Renati *corpus Andegavi*

B *de una in alteram, ut conjicio, capſam tranſlatum fuiſſe à Rainaldo, epiſcopo Andegavenſi, ſecundo Idus Novembris, poſtea revelatum anno Chriſti* 1012, *examinatum anno* 1082, *ac rurſus anno* 1151; *denuò reviſum anno* 1255, *quo & repoſitum in capſa argento deaurato de novo tecta, ac demùm anno* 1601, *quo ſacra ejus pignora, quæ ex Calviniſtarum impio incendio reliqua erant, in novam capſam, auro gemmiſque ornatam, recondita fuerunt; ubi, ipſo teſte, ad ſua uſque tempora quieverunt.*

& contrà inventi anno 1603 *in Surrentina eccleſia ejuſdem corporis narratio adjungitur.*

14 *Ceterùm, quid & Itali de* S. Renati *corpore tradant, juvat hìc recitare, ut ne de controverſiæ, infrà diſcutiendæ, ſtatu lectorem quidquam lateat. Ita de eo Ughellus tom.* 6 *Italiæ Sacræ auctæ col.* 596: Magna, *inquit*, eſt controverſia inter Surrentinos & Andegavenſes de exiſtentia corporis S. Renati. Surrentini apud ſe ex Actis ejuſdem, ac traditione patrum, tum ex nupera inventione ſervatum volunt. Andegavenſes in eccleſia cathedrali Renati ſe exuvias ſacras venerari dicunt. *Porrò de nupera corporis ejus Surrenti inventione hæc ibidem habet:* Anno MDCIII, *ſeu biennio poſt ultimam tranſlationem Andegavenſem*, in eadem baſilica (*Surrentina S. Renato dicata*)

C inventa ſunt Sanctorum horum epiſcoporum (*Renati & Valerii*) corpora, & authoritate Sacrorum Rituum Congregationis ſolemni ritu ſub primario altari condita ſunt hac inſcriptione proloquente:

Alexander Cardinalis Florentinus.

> Sanctorum Epiſcoporum Renati & Valerii Surrentinæ civitatis, ejuſque patronorum corpora, quæ ſub primario altari baſilicæ veteris collocata fidelium antiqua traditio credidit, atque colit, inventa ſunt ſine nomine ſub eodem altari, nec alia ab illis exiſtimata, Apoſtolicâ authoritate in novam eccleſiam tranſlata ſub primario itidem altari ſunt ſolemni ritu recondita à monachis hujus monaſterii Congregationis Caſinenſis anno Salutis MDCIII, die XIIII Novembris, ex decreto Apoſtolicæ Congregationis Sacrorum Rituum ſub die XXI Auguſti MDCIIII.

D

Atque hæc ſunt totius controverſiæ, de S. Renato *ejuſque reliquiis jam pridem motæ rurſuſque hìc movendæ, præcipua capita, quorum ſingula nunc expendere lubet pro eo quærendæ atque candidè aſſerendæ veritatis ſtudio, quo nihil ſacræ profanæve hiſtoriæ commentatori antiquius potiuſve eſſe debet. Rem ipſam aggredior.*

§ II. Prodigioſæ S. Renati hiſtoriæ nullus ſat antiquus auctor patrocinari oſtenditur.

Prodigioſam S. Renati hiſtoriam nec Fortunatus tradidit.

Si recitatam num. 6 *&* 4 *ſeqq. admirabilem de* S. Renati *ortu & anaſtaſi hiſtoriam ſynchronus aliquis aut ſaltem ſubæqualis ſcriptor, puta Venantius Fortunatus, Gregorius Turonenſis aliuſve ei coævus, auctoritate ac fide ſua muniviſſet; ſi vel Juſtus presbyter, qui S. Magnobodo præluxit, vel ipſe Magnobodus, qui annis ab obitu S. Maurilii plùs minùs duocentis hujus Vitam ſcripſit, tam memorabile factum, ſin minùs particulatim, utcúmque ſaltem verbis generalibus retuliſſet; ſi denique alius quilibet huic compar, nec contemnendus, auctor ejuſdem facti meminiſſet; certè à Launoyi, ſeverioris in multis aliis Ariſtarchi, partibus non ſtarem, ut contrà illius hiſtoriæ ſubſtantiam, tametſi non quælibet adjuncta, cum Eviglonio aliiſque nonnullis tuendam ſuſciperem. At verò, præterquam quòd certum habeam, nullum auctorem ſynchronum præfatæ hiſtoriæ patrocinari, ne ullum quidem ſubæqualium ſcriptorum genuinum teſtimonium produci pro ea poteſt, quod nunc contra adverſarios oſtenſum eo. Etenim in ipſa etiam hypotheſi, quòd Venantius Fortunatus Vitam aliquam S. Maurilii elucubrâſſet, cum tamen nihil omnino de prodigioſa Sancti noſtri anaſtaſi meminiſſe, ne alia inutiliter argumenta congeram, ipſemet ſcriptor, qui eam primus retulit, verbis, num.* 7 *recitatis, apertiſſimè fatetur. Hæc rurſus audi & expende, erudite lector:* Quale verò quantumque, *inquit*, miraculum ſuper eumdem Puerum (*S. Renatum*) Dominus per beatum Maurilium, poſtquam ſanctæ Andecavenſis eccleſiæ epiſcopalis honorem accepit, operatus eſt, ad corroborandam fidem fidelium, LICET ILLUD BEATUS FORTUNATUS propter minùs credentes OMISERIT, ... non tacebimus. *Et rurſus paulò infrà:* Quantum verò miraculum ſuper eumdem Puerum, poſt ſeptimum depoſitionis ipſius annum per potentiſſimum antiſtitem, beatum Maurilium, Dominus operari dignatus eſt, QUANQUAM, UTI JAM DIXIMUS, ILLUD FORTUNATUS OMISERIT, nos tamen minimè reticebimus. *Ex quibus cùm, fatente ipſomet hujus miraculi primo aſſertore, certâ certior evadat prima noſtra de Fortunato aſſertio, nec alia genuina ejus verba allegari poſſint, quæ miraculoſum* S. Renati *ortum teſtentur, ad S. Gregorium Turonenſem, quo præcipuè Eviglonius cum ſuis nititur, lubens feſtino.*

E

F

nec Gregorius Turonenſis.

16 *Hunc memoratæ hiſtoriæ teſtimonium non præſtitiſſe, tametſi totis viribus id contendat jam mox citatus Eviglonius, in hunc modum demonſtro. Si nec Prologus Vitæ S. Maurilii, nec ipſa hujus*

A *hujus Vita, unde* S. Renati *desumpta est historia, S. Gregorio Turonensi adjudicari merito queat, profectò nusquam S. Gregorius Turonensis admirandæ illius historiæ meminisse dicendus est; idque ne ipse quidem Eviglonius inficiari unquam potuit aut ausus fuit. Jam autem tam multa sunt, quæ suadent, imò & evincunt, nihil planè Opus illud, quod pag.* 1 *&* 34 *apud Launoyum videre est, ad S. Gregorium Turonensem pertinere, ut multùm dubitem, num ab integro & eo amplius seculo vel unus exstiterit artis criticæ peritus, qui illud ei adscribendum censuerit. Et meritò sanè: nam primò quidem, etiamsi tantisper adversario nostro gratis concederetur, vivente ac tacente Fortunato, lucubrationes ejus historicas, uti Prologus adstruit, scriptorum vitiis pænè depravatas fuisse, &, quæ non nisi longè labentium temporum sunt, vices ac detrimenta tam citò sensisse, an sat simile vero est, eo in casu non Fortunatum ipsum, qui tunc temporis in vivis & quidem S. Germano familiaris erat, sed Gregorium Turonensem, conscribendis aliis Operibus occupatum, ab eodem S. Germano rogatum fuisse, ut Fortunati, adhuc viventis, Opera nativæ pu-*

B *ritati redderet & suæ* auctoritatis peritiâ, *uti Prologus habet*, corrigeret? *Istud certè & ratione & exemplo carere, nemo non videt. Accedit, quòd ibidem de Fortunato, perinde ac de auctore mortuo, sermo fiat, cùm tamen eo tempore, quo Prologus ille exaratus fingitur, salvus & incolumis viveret Fortunatus. Denique de falsitate convincitur Prologus, atque hinc Turonensi Gregorio abjudicandus, quòd ad preces S. Germani Parisiensis Vitam S. Maurilii à Gregorio Turonensi correctam eo tempore fuisse dicat, quo S. Albini Vita, à Fortunato scripta (cujus eadem est, ex verbis Prologi, cum Vita Maurilii ratio) adhuc incorrupta erat, quippe quam Gregorius etiam post S. Germani mortem, ut genuinam, citat cap.* 96 *lib. de Gloria Confessorum.*

qui S. Maurilii Vitam, de qua hic quæstio est,

17 *Quapropter, si Gregorius Albini aut Maurilii Vitam ullo unquam refecit tempore, pluribus post S. Germani obitum annis reficere debuit, atque adeò, ut rectè censuit Launoyus, quæ vivo Germano dedicantur Maurilii & Albini Vitæ, tam non sunt à Gregorio Turonensi scriptæ, quàm ab Hesiodo vel Homero. Dixi jam mox*, Si Gregorius Albini aut Maurilii Vitam ULLO UNQUAM REFECIT TEMPORE; *nam id nec ipse de se, nec de eo*

C *quisquam alius satis antiquus memoriæ prodidit; quin imò, præter rationum momenta mox adducenda, quæ S. Maurilii Vitam Turonensis Gregorii Opus non esse, planè evincunt, idem illud inter alia etiam suadent, tum quòd neque Maurilii, neque Albini Vita in libro de Vitis Patrum, quem Gregorius edidit, reperiatur, tum quòd Prologum illum sequatur Elenchus capitum Vitæ beati Maurilii, quæ scribendi methodus, uti Launoyus observat, ad Gregorium Turonensem non pertinet; ac demùm, quòd Elenchum capitum excipiant ista, quæ totius Operis auctorem, à Gregorio Turonensi diversum, designant, manifestissima verba:* Raino, quondam sancti Martini cotidianus discipulus & semper canonicus, ac postmodùm sanctæ Andegavensis ecclesiæ ex initio Christianitatis trigesimus tertius humilis episcopus, ob honorem omnipotentis Dei nec non & ejusdem sancti Maurilii, atque remissionem peccaminum animæ suæ, anno Incarnationis Dominicæ adhuc in DCCCCV & ordinationis episcopatûs sui in XXV hanc Vitam scribere ac requirere jussit. Archanaldus, sancti Martini discipulus & diaconus, jussu præfati domini Rainonis scripsit & requisivit. AUCTORE J. G.

18 *Aliis nunc contra Eviglonium rationum momentis evincamus, præfatam S. Maurilii Vitam, ac proin prodigiosam* S. Renati *historiam S. Gregorio Turonensi adjudicari non posse. Cap.* 1 *præfatæ Vitæ asseritur S. Maurilius* à beato Ambrosio, *Mediolanensi* episcopo, Officium lectoris accepisse, *& post patris sui obitum, relicta matre*, sub Juliano tunc cæsare S. Martinum, qui, cogentibus populis, Turonicam in Gallia jam regebat metropolim, expetiisse. *Cùm ergò hæc à Gregorio Turonensi, qui SS. Ambrosii & Martini historiam melius novit, scripta esse dici non possint, indubium etiam fit, Vitam illam ad eum nequaquam pertinere. Et verò, nisi sibi turpiter contradicentem statuamus, quî fieri potest, ut saltem sub Juliano, adhuc cæsare, Maurilium ab Ambrosio ordinatum fuisse lectorem, ac postea etiam sub eodem cæsare ad S. Martinum, Turonensem jam tum episcopum, profectum fuisse scripsisset, qui lib.* X *Hist. Franc. cap.* 31 *disertè tradit, S. Martinum non ante annum octavum Valentis & Valentiniani, atque adeò octo saltem post Juliani mortem annis Turonensem cathedram ascendisse; aut quî credi potest scripsisse idem Gregorius, Maurilium, antequam sub Juliano, adhuc cæsare, in Gallias proficisceretur, à S. Ambrosio, Mediolanensi episcopo, lectoris officium suscepisse, cùm, non ante annum Christi* 374 *aut saltem non ante elapsum ferè à Juliani morte decennium S. Ambrosium Mediolanensem cathedram tenuisse, pariter indubitatum sit? Profectò tam fœdi anachronismi circa rem, à suis temporibus non adeò remotam, imò & ex parte domesticam, non rectè Turonensi Gregorio imputari possunt; quò tamen adiguntur illi, qui Vitam hanc eidem Gregorio adscribere volunt.*

non scripsisse ex variis in ea contentis anachronismis,

19 *Difficultatem hanc vidit Eviglonius, Apologiæ pro* S. Renato *auctor, nec, quò sese câ expediret, reponendum aliud invenit, quàm vel librarii mendum vel descriptoris glossema esse, &* pro Juliano *legendum fortassis esse* sub Valentiniano, *ac demum incertam esse Juliani Apostatæ chronotaxim, ut hâc viâ, si lectoribus non faceret satis allegata priùs ratio, anachronismi vitio Turonensem suum eximeret. At illud, uti Launoyus § 6 bene observat, sine ratione & sola rei difficultate victus Eviglonius adstruit, quippe* F *cui contradicunt præter excusos manuscripti codices omnes, etiam antiquissimi, quorum consensum pro certa lege habendum esse, ipse Eviglonius contendit.* Itaque, *inquit idem Launoyus pag.* 14, cùm nullus bonæ notæ sit codex, qui his verbis (SUB JULIANO, TUNC CÆSARE) careat, maneant illa, & continuò maneat, velit, nolit *Eviglonius*, suppositionis argumentum. *Ego quidem, quod ad alterum Eviglonii responsum spectat, ei non inficiabor, variam apud historicos & chronologos designationem temporis esse, quo Julianus imperavit; at nunquam admisero, usque adeò eos inter se in hoc argumento dissentire, ut unius bonæ notæ historici aut chronologi testimonio vel tantillùm probabile evadat, Julianum Apostatam ad ea usque tempora superstitem fuisse, quibus Ambrosius electus est Mediolanensis, & Martinus Turonensis episcopus. Hoc cùm Eviglonius nusquam ostenderit, non est, cur huic ejus responso diutiùs inhæreamus.*

quos frustrà Eviglonius excusare nititur,

20 *Quia verò Turonensis Gregorius ei, ut dixinus,*

AUCTORE J. G. aliisque rationibus ostenditur,

ximus, pro Achille est, lubet alia etiam ratione illi hunc eripere. En istam: Cap. 6 Vitæ S. Maurilii, de qua nobis quæstio est, laudatur S. Gregorius Papa I in hunc modum: Sanè, beato Papa testante Gregorio, fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum, *quæ verba exstant in hujus Homilia 26, num. 1. Itaque, cùm in sententia adversariorum SS. Maurilii & Albini Vitas Gregorius Turonensis dedicet S. Germano Parisiensi, qui, ipso Turonensi teste lib. 5 Hist. Franc. cap. 8, anno Christi 576, vel certè non post annum 579 defunctus est, concipi nequit, quo pacto Turonensis potuerit ante annum 576 vel saltem anno 579 S. Gregorium Papam laudare, qui, uti omnes nôrunt, non ante annum 590 Petri cathedram occupavit; & à quo non, nisi elapsis sexdecim aut certè duodecim post S. Germani mortem annis, Homilia illa edita in lucem fuit, uti etiam inter eruditos nunc convenit. Hæc meo judico tam evidenter, Vitas illas S. Gregorio Turonensi abjudicandas esse, probant, ut cum Launoyo pronuntiare non verear,* clariorem non esse demonstrationem, quæ radiis solaribus describeretur. *Neque ad rem Eviglonii quidquam facit, quòd Gregorius Turonensis præclarum Opus Homiliarum S. Gregorii Papæ videre ante mortem suam potuerit; nam, utut id ipsi detur, fieri propterea non potuit, ut Gregorius Turonensis ante S. Germani mortem, seu certissimè ante annum Christi 580, S. Gregorium Papam ejusque Homiliæ verba laudârit; quandoquidem, ut suprà docui, S. Gregorius Magnus non ante annum Christi 590 creatus fuerit summus Pontifex, ac deinde Homilias scribere exorsus sit.*

B

quibus eruditi varii subscribunt,

21 *Denique, ut disceptationi huic finis imponatur, audi, quid præter Launoyum aliosque eruditos, de præfata S. Maurilii Vita censuerit Ruinartius in Præfatione ad Opera S. Gregorii Turonensis, à se edita, num.* 80: Etsi, *inquit,* constaret, beati Maurilii Vitam à Gregorio Turonensi aliquando emendatam fuisse, (*quam hypothesim parùm esse verisimilem, num.* 17 *ostendimus*) hanc tamen non ipsam esse, contendimus, quæ vulgò circumfertur in libris editis & nonnullis manuscriptis, licèt ei præmissa legatur Gregorii epistola. Etenim hujus epistolæ auctor Vitam illam ob id se potissimùm emendandam suscepisse dicit, ut complura, quæ incredibilia multis viderentur, ex ea resecaret. Ex quibus profectò Renati, à septennio defuncti, resuscitatio censeri debuerat. Et tamen in ipsa Vita miraculum istud à Fortunato, ut ibi dicitur, omissum, ceteris adjunctum legitur. *Hallenus Ruinartius, qui paulò pòst subdit eadem verba, quæ nos ad calcem num.* 17 *recitavimus, ac denuò de Vita S. Maurilii, jussu Rainonis scripta, ita loquitur:* Quæ verò fuerit illa Vita, indicat domnus Hadmerus in libro Vitæ ipsi subjuncto de Miraculis, quæ MODERNIS, inquit, TEMPORIBUS contigerant, in translatione scilicet sub Nisingo episcopo facta, ubi Vitam hanc, quam sub libri primi nomine dederat, FACETA SATIS URBANITATE A SUCCESSORIBUS sancti Maurilii EXPOLITAM (*vel, ut alii legunt,* expositam) fuisse, disertè profitetur. Adde, *inquit,* non pauca in hac Vita occurrere, quæ Gregorii aut Fortunati ætati & genio, ut fusè probat Launoïus, competere non possunt. *Quibus verbis sententiæ Launoyi, Vitam S. Maurilii ad seculum* x *ablegantis, non obscurè Ruinartius subscribit, cui & consentiunt Tillemontius tom.* x *Monum. Eccles. pag.* 785 *& eruditi scriptores Historiæ litterariæ Franciæ tom.* 3, *pag.* 483. *Atque hæc, tametsi à Trentecampo nostro in Commentario Vitæ S. Maurilii expensa partim fuerint, rursus hìc pro instituto nostro discutere necesse fuit, tam ut veritas magis eluceat, tum ne curiosus lector ad aliud vasti Operis nostri volumen remittatur, ut præcipua, quæ huc attinent, argumenta videat, eaque æqua lance expendat.*

C

D

imò nec S. Magnobodus, auctor Vitæ S. Maurilii.

22 *Quòd autem nec S. Magnobodus admirabilem* S. Renati *historiam suo testimonio firmârit, nec quisquam ostendatur ei coævus auctor, qui ejusdem meminerit, lubet jam demonstrare. Quod attinet ad Vitam S. Maurilii à Magnobodo scriptam, exstat hæc in nostro Opere tom.* IV *Septembris, à laudato Trentecampo nostro tum Commentario, tum notis illustrata, ubi is pag.* 72 *in Annotatis littera* b *observat, Vitam illam à Magnobodo, Andegavensi episcopo, conscriptam fuisse anno Christi* 6.0, *seu, ut hic in Prologo suo ait,* in anno trigesimo sexto principis nostri, domni Chlotarii (*nempe II*) regis, filii Chilperici, *qui annus in sententia Pagii, Chilperici cædem & initium regni Chlotarii II anno* 587 *illigantis, concurrit cum anno Christi* 623. *Sed nos ista discrepantia morari hìc non debet. Ad rem ipsam veniamus, & num S. Magnobodus, ut alter Historiæ* S. Renati *testis, ab Eviglonio pag.* 50 *meritò adductus fuerit, examinemus. Hæc, uti contendit Eviglonius, de Sancto nostro scripsit Magnobodus num.* 5: Erat mulier in ipsis finibus (*Andegavensis agri*) sterilis diutius permanens; quæ multùm priùs præ pudore matronali cunctata, necessitate tandem compulsa, à S. Maurilio petiit, ut oraret Dominum pro ipsa, quatenus ei filium daret, qui & ad ipsam ecclesiam devotus Domino deserviret. Exaudivit Dominus preces servi sui Maurilii: mulier concepit & peperit filium, qui secundùm vota parentum divinis traditus officiis, eidem ecclesiæ Calonnensi longo tempore defervivit. Verè consequens est sententia, sicut ab Anna per gratiam Domini genitus est Samuël, qui sacerdos Dei & propheta servivit in templo, ita & Puer iste. Idem enim etiam post beatum Maurilium pontifex factus, præsedit ecclesiæ Andecavensi.

E

F

prodigiosæ S. Renati historiam retulit,

23 *Ita quidem S. Magnobodus. Verùm, cùm is nec pueri illius, nec hujus parentum nomina expresserit, scisciari ab adversariis liceat, quo fundamento quave ratione anonymum illum puerum tam asseveranter cum* Renato *nostro eumdem faciant & anonymis itidem ejusdem pueri parentibus* Honorati Cheotedri & Bononiæ *seu, ut Andegavense Breviarium scribit,* Renoniæ *nomina indant. Aliud certè, quod hìc reponatur, adversariis non suppetit, quàm quòd, Magnobodo teste, puer ille* post beatum Maurilium pontifex factus præsederit ecclesiæ Andecavensi. *Sed hinc nemo, qui sanæ mentis sit,* Honorati Cheotedri & Bononiæ *aut* Renoniæ, S. Renati *parentum nomina extundet; nec ea Magnobodi verba ejusmodi sunt, ut ad Sanctum nostrum potiùs, quàm ad Talassium aliumve Maurilii proximum successorem, referri debeant. Igitur, priusquam ostenderint adversarii, se ex puro fonte hæc Sancti parentum nomina hausisse, & nemini, præterquam* S. Renato, *recitata Magnobodi verba convenire, dubitari prudenter potest, non tantùm, an hæc genuina sint ejus parentum nomina, sed & an ex sterili matre natus sit Sanctus noster. Interim, hæc de eo credat & sine antiqui scri-*

A *ſcriptoris teſtimonio pro certis & indubitatis habeat, qui volet, videatque, ne immodicæ credulitatis notam apud eruditos incurrat. Quòd verò ad prodigioſum* S. Renati, *ſine baptiſmo per ſeptennium mortui, ad vivos reditum attinet, fatente Eviglonio, altiſſimum de eo eſt Magnobodi ejuſque coævorum ſilentium; nec adeò ad prodigium hoc aſſerendum Apologiæ auctor aut illius aut horum auctoritatem citavit, contentus prætenſi Gregorii Turonenſis, multorumque, aliquot ſeculis eo recentiorum, teſtimoniis, quibus prodigium illud indubitatum reddi, bona nimis fide exiſtimavit.*

quæ & prudenter credibilis non eſſe

24 *Itaque, cùm ad illud ſtabiliendum non alia, quam pſeudo-Gregorii Turonenſis, ſeu auctoris ſeculi* X, *teſtimonia; ad probandum verò prodigioſum* S. Renati *ortum, nihil quidquam, præter Fortunati ſilentium & Magnobodi non ſatis dilucida verba, allegari poſſit, ſenſato lectori conſiderandum relinquo, an jure merito, ut non nemo vult, pro modis omnibus omniumque ætatum monumentis firmatâ haberi poſſit hiſtoria illa, in iis præcipuè, quæ* S. Renati *anaſtaſin præceſſiſſe & comitata eſſe, ſine ſynchrono aut ſubæquali teſte vulgò circumferuntur. Quid? quòd communis hominum ſenſus & intelligentia nos doceat,*

B *tam illuſtre præſertim factum, quod, conſideratis adjunctis omnibus, ceterorum Sanctorum Galliæ ipſorumque Apoſtolorum ſigna & prodigia ſuperat, ſine ullo coævorum aut ſupparum auctorum teſtimonio non tantùm pro indubitato haberi non debere, at ne quidem prudenter credibile eſſe; quippe quod ex natura ſua tale ſit, ut, ſi reipſa contigiſſet, nec Romani ſaltem orbis notitiam per quinque ſeculorum decurſum fugere, nec, datâ toties de eo ſcribendi occaſione, prætermitti tamdiu à ſcriptoribus omnibus potuiſſet.*

oſtenditur.

25 *Illud tamen, ſi quod unquam fuit, memorabile in primis prodigium ignoravit vel certè prætermiſit Sulpitius Severus, cùm in Vita S. Martini, ſub quo metropolita contingere debuiſſet, tum in ſacra Hiſtoria aliiſque Operibus, ubi certam ejus memorandi nactus erat occaſionem, omiſit Venantius Fortunatus, qui illuſtrium Galliæ confeſſorum, non ſecùs ac martyrum, virtutes & miracula depinxit, quique* propter minùs credentes, *contrà ac contendit pſeudo-Gregorius, illud referre veritus*

C *non eſſet, cùm in Vita metrica S. Martini, & lib.* X, *num.* 6 *mortuos à Martino ad vitam revocatos intrepidè commemorârit. Nihil pariter de eo meminit S. Gregorius Papa in Dialogis ſuis, nec quiſquam alius, qui de futura carnis reſurrectione tum ſcripſit, cùm tamen ad comprobandam ab exemplis & factis futuram carnis reſurrectionem nihil eo illuſtrius aut efficacius proferri potuiſſet. Denique ut paucis multos complectar, illud omiſerunt S. Gregorius Turonenſis, in recenſendis miraculis potiùs facilior, quàm negligentior, S. Magnobodus, qui ex profeſſo S. Maurilii Vitam ſcripſit, Venerabilis Beda, Ado Viennenſis, Uſuardus, aliique tum martyrologi, tum hiſtorici diligentiſſimi, quorum abſolutiſſimum conſtantiſſimumque per quinque ſecula ſilentium, nihil minùs quàm prudenter credibile prodigium illud reddit. Ceterùm quid ponderis contra hæc habeat aſſerta ab Eviglonio traditio & ſcriptorum à ſeculo* X *& deinceps teſtimonium, diſcutere nunc lubet, ut ne quis ex hoc capite nos temerè ab eo diſceſſiſſe, aut* S. Renati *memoriæ injurios eſſe, conqueri juſtè poſſit.*

AUCTORE J. G.

§ III. Traditio, monumenta, ſcriptorumve teſtimonia, ex quibus prodigioſa S. Renati hiſtoria pariter adſtruitur, expenduntur, & nihil certi evincere demonſtrantur.

Hiſtoriam illam non firmat legitima traditio.

CUm inſtitutum aut factum aliquod, Chriſtianæ religionis uſu ſacrum, ea traditione nititur, quæ vel à Chriſto Domino, vel ab Apoſtolis, ex Eccleſiæ univerſæ, aut communi SS. Patrum conſenſu deſcendit, tum nihil contra illud valere quaſcúmque, aliàs plauſibiles, humani ingenii ratiocinationes, nemo bene Catholicus diffitetur; huc enim ſpectat illud S. Chryſoſtomi effatum in explanatione Epiſtolæ 2 *ad Theſſalonicenſes, Oratione* 4 *in cap.* 2 : Traditio eſt, nihil ampliùs quæras. *Verùm enimverò, ſi ad ſtabiliendum factum aliquod merè hiſtoricum, idque in primis illuſtre aut omninò ſingulare, non alia* E *aſſeratur traditio, quàm quæ inferioris ordinis & errori de ſe obnoxia eſt, cujuſmodi traditiones in particularibus diœceſibus aut urbibus quandoque viguerunt aut hodieque vigent, tum certè iſtius generis traditionem hiſtoricam diſcutere, illique ex ſanis indagandæ veritatis principiis contraire, ſcriptori Catholico licitum ſemper fuit. Nihil adeò ad rem noſtram faciunt, quæ Eviglonius tote cap.* 3 *Apologiæ ſuæ contra Launoyum congeſſit Sanctorum Patrum teſtimonia, cùm hæc ad prioris generis traditiones intactas ſervandas, minimè verò ad eas ſpectent, de quibus hîc movetur quæſtio. Miſſis igitur his Patrum effatis, id nunc indagandum venit, num Andegavenſium de* S. Renati *ortu & anaſtaſi traditio ſatis idonea ſit, ut ab Eviglonio pag.* 33 *& ſeqq. pro certo & indubitato facti illius teſtimonio allegari potuerit, utque ſola ejuſdem traditionis auctoritate immota & inconcuſſa manere poſſit præfata de Sancti ortu & reſuſcitatione Hiſtoria, etiamſi, ut idem Eviglonius pag.* 43 *&* 234 *cenſet, nullus ea de re auctor hactenus ſcripſiſſet, nec Martyrologia, Indices, Monumenta, Annales, aut eccleſiarum* F *provincialium tabulæ ejuſdem meminiſſent. Quam ipſe aſſertionem prolixè tractavit, totoque capite* 3 *à pag.* 33 *uſque ad* 45 *ac dein paſſim alibi evincere niſus eſt, ego parciùs expedire eâdemque operâ convellere aggredior.*

quæ, dum non merè adſtrui, ſed documentis probari deberet,

27 *Inter inferioris ordinis traditiones, quæ vel Sanctorum vel aliorum virorum illuſtrium res geſtas attingunt, alias eſſe legitimas & criticæ regulis conſonas, alias ſpurias & populares, ſeu mera populi commenta, nemo, vel leviter in hiſtoria verſatus, ignorare poteſt. Proin rem geſtam, qua de controvertitur, affirmanti nihil omnino prodeſt, nudum traditionis nomen pro ſe adduxiſſe, quandoquidem, ut eruditi paſſim ſtatuunt, neceſſe eſt, ut id, quod controvertitur, re ipſa in traditione, eaque non populari, poſitum eſſe, apertè demonſtretur. Id autem ut legitimè fiat, neceſſariò, ex eruditorum communi judicio, proferenda in medium ſunt congruæ auctoritatis atque antiquitatis monumenta, ſine quibus non magìs ipſa traditionis antiquitas, quàm factum, quod eâ nixum prætenditur, prudenter credi de-*

AUCTORE J. G.

bet. Cùm enim illud, quod à recentiore auctore de rebus antiquis ſine alicujus vetuſtioris *ſeu ſcriptoris ſeu monumenti* auctoritate profertur, *judice illuſtriſſimo Baronio, contemni poſſit, ac revera ab eruditis contemni ſoleat, jure merito nihili ſit aſſerta de facto aliquo antiqua traditio, niſi hujus antiquitas comprobetur & per monumenta, quæ fidem faciant, ad rei geſtæ originem, quæ veritatis caput eſt, ſat propè reducatur. Quapropter, ſi evictum dedero, Andegavenſium traditionem congruæ antiquitatis auctoritatiſque teſtimonio deſtitutam eſſe, unà evicero,* S. Renati *ortum ac præſertim anaſtaſim planè ſingularem, quæ ea traditione fulcitur, nulla ratione inter facta indubitata & certa ab Eviglonio cenſeri, nec proin injurium Sancto aut Andegavenſi eccleſiæ dici poſſe, qui factum illud ſolo traditionis prætenſæ titulo non admittit.*

nec ſcriptis ſat antiquis

28 *Nullum planè traditionis illius teſtimonium ſcriptum proluci poſſe, quod non ſit quinque ſaltem ſeculis à prætenſis* S. Renati *ortu & anaſtaſi remotum, ipſe Eviglonius, traditionis illius vindex, ſuâ Apologiâ, invitus licèt, manifeſtum facit, dum diligentiſſimè corraſis undequáque monumentis, ne unum quidem, præter ſuppoſititia ac præcedenti § confutata, proferre in medium quiverit, quod Rainonis, ſeculo* x *S. Maurilii Vitam conſcribi jubentis, temporibus antiquius certò ſit. Equidem pag.* 113 *laudat documentum cœnobii S. Marcellini, à Bartholomæo Chioarello in Catalogo Antiſtitum Neapolitanorum productum, in quo ad annum Chriſti* 763 *de quodam oratorio, Neapoli in honorem S.* Renati *conſecrato, mentio fit; ſed, præterquam quòd inſtrumentum illud ſuppoſitionis facilè convincatur, prout Launoyus in ſua duplici Diſſertatione, Obſervatione* 15 *oſtendit; etiam in hypotheſi, quòd genuinum illud eſſet, nihil aliud inde confici poſſet, quàm quòd à ſeculo ſaltem octavo Sanctorum cultus Antiſtiti noſtro à Neapolitanis, quod & nos lubentes admitteremus, delatus fuerit; minimè verò hinc quidquam eruitur, quod prodigioſam illius hiſtoriam ejuſve antiquam traditionem vel tantillùm ſtabiliat. Nec utramque melius ſtabiliunt, quæ Eviglonius pag.* 74 *profert, Martyrologii Uſuardini auctaria, aut varii, quos paginâ ſeq. laudat, Andegavenſium epiſcoporum Catalogi, cùm & in illis, præterquam quòd de ſat magna eorum antiquitate non conſtet, de prætenſis prodigiis deque his favente traditione altiſſimum ubique regnet ſilentium, quod comprobandis prodigiis illis horumve traditioni non tantùm nihil prodeſt, ut potiùs, quemadmodùm ſuprà de coævorum & ſupparum auctorum ſilentio dictum eſt, vehementiſſimè adverſetur.*

nec teſtimonio Surrentinæ eccleſiæ,

29 *His nec antiquiora nec magis manifeſta legitimæ traditionis monumenta ſubminiſtrare potuerunt Surrentini, ab Audegavenſi epiſcopo & capitulo, dum magno molimine Apologiam ſuam adornabat Eviglonius, in auxilium cauſæ communis acciti. Etenim, prout authentici Surrentinæ eccleſiæ teſtimonii verba ferunt,* Quæ de S. Renato, Andegavenſi primùm antiſtite, dehinc epiſcopo Surrentino, ſummâ diligentiâ conquiſita, candidè ſinceréque tradi poſſunt, ea tandem ſunt: Nimirum, ſanctiſſimum Præſulem ſolitariæ quietis ſtudio, Româ Surrentum ſe contuliſſe: ubi diu vitam ab omni non modò labe alienam, ſed ab hominum etiam cœtu ſejunctam duxit; donec clariùs in dies ejus ſanctitatis fama illuceſcente, è latebris, ubi ſe abdiderat, repugnanter extractus, in ejus urbis epiſcopali tunc ſede ſedere coactus eſt. Addunt, eum unicum illius receſſus ſocium habuiſſe, nomine Valerium, patriâ Surrentinum: quem ſui inſtituti ſectatorem morumque egregium imitatorem, probè ſtudiis omnibus pietatis excultum, demùm poſt obitum dignitatis ac muneris quodammodò reliquit hæredem. *Hactenus Surrentini teſtimonii prima pars, quâ liquidò patet, etiam poſt adhibitam ſummam diligentiam nullum à Surrentinis inventum fuiſſe tam exploratæ antiquitatis & fidei monumentum, ut ex ejus auctoritate inter ea,* quæ candidè ſinceréque de S. Renato tradi poſſunt, *prodigioſam illius anaſtaſim, vel eidem patrocinantem antiquam traditionem recenſendam exiſtimarent.*

nec Officiis ejuſdem Eccleſiaſticis,

30 *Porrò, quæ ejuſdem inſtrumenti parte* 2 *traduntur, ſpectant ſolummodò ad Sancti apud Surrentinos cultum; & Andegavenſium opinioni de tranſlato ad ſe ex Italia* S. Renati *corpore potiùs multùm obſunt, quàm proſint. Tertia denique parte Surrentini declarant, ſe,* quò illuſtriſſimi epiſcopi & reverendiſſimi capituli Andegavenſis voto fiat, ut par eſt, ſatis, tranſmittenda iiſdem *cenſuiſſe* ſacrarum precum & Officiorum exempla, quæ per totam diœceſim Surrentinam recitari antiquitus ſolita diu fuêre, & unà cum eccleſiæ metropolitanæ Actis diu ſervantur & adhuc extant, *quorum compendium Eviglonius in Apologia pag.* 64 *&* 65 *nobis ſubminiſtrat. Non diſſiteor quidem, tum in Officiorum Hymnis, tum in quatuor ex octo Officiorum Lectionibus, quas præ oculis habemus, itemque in laudato ſuperiùs Romæi Opere de prodigioſa* S. Renati *hiſtoria mentionem fieri; at parum, aut nihil præſidii Andegavenſium cauſæ hinc accedit. Ac primò quidem ex hoc capite, quòd circa id, quod præſertim controvertitur, Surrentini ab Andegavenſibus diſſentiant, quandoquidem, uti in Surrentinis Lectionibus adſtruitur,* S. Renatus *non ante perceptum baptiſma, ſed cùm jam* ſub Crucis vexillo *militare* virtutumque telam ordiri *cœpiſſet, febriculâ extinctus fuerit, nec poſt elapſum ab obitu ſeptennium, ſed, uti ibidem etiam innuitur, ſine mora exanime Pueri corpus ab afflicta matre ad Maurilium delatum, peractaque hujus oratione, mox vitâ donatum fuerit. Accedit, quòd, etiamſi Surrentinorum & Andegavenſium, quàm ſunt ſibi diſſona, tam eſſent convenientia teſtimonia, nondum hinc prætenſæ traditionis antiquitas indubitata evaderet, niſi illa ex monumentis, Rainone & Archanaldo multò antiquioribus, deſumpta eſſe, traditionis aſſertores evicerint.*

quorum antiquitas examinatur,

31 *At, inquies,* ſacrarum precum & Officiorum exempla, *quæ Andegavenſibus Surrento tranſmiſſa fuêre,* per totam diœceſim Surrentinam recitari antiquitus ſolita diu fuiſſe, & unà cum eccleſiæ metropolitanæ Actis diu ſervari & adhuc integra extare, *anno Chriſti* 1649 *publico inſtrumento teſtatus eſt Surrentinus clerus. Id quidem non me latet; at hæc à Surrentinis bona fide tradi potuerunt, etiamſi non ante ſeculum* XIV, *imò & non, niſi ſat diu pòſt, Officia illa in ſua diœceſi recitari cœpiſſent. Et verò hæc non ante Rainonis tempora in uſu fuiſſe, ex duplici capite mihi perſuaſum habeo; altero, quòd in Hymno, qui ad Laudes ſecundaſque Veſperas concinitur, de* pellendis ex Surrentino tractu furentûm Turcarum cuneis, Maurorumque caſtris *verba fiant, quæ, niſi ex prophetia, proferri nequierint ante annum* 1558, *que, teſte Ughello, tom.* 6 *italiæ Sacræ*

A *Sacræ auctæ col.* 593, Piali Baſſanus... cxx longis navibus Turcarum præfectus... noctu inopinatò in urbem (*Surrentinam*) impetu facto... Surrentum Maſſamque vaſtavit, dirupit, incendit, miſerrimamque... raptu calamitoſiſſimo effecit: *altero denique, quòd octo Officii Lectiones, jure merito poſt Breviarii Romani reſtitutionem abrogatæ, nulla ex parte antiquitatis, quæ ſat propè ad ſeculum* x *reduci queat, indicium præ ſe ferant, nullumque, ex quo deſumptæ fuerint, antiquiorem fontem indicent; quæ & cauſa eſt, cur iis in noſtro Opere locum non concedamus.*

nec allegatis ab Eviglonio monumentis,

32 *At fortè reponet quiſpiam, tametſi congruæ vetuſtatis documenta, litteris conſignata, traditionis hujus antiquitati non ſuffragentur, patrocinari ſaltem alia, quæ, uti Eviglonius in Apologia pag.* 115 *loquitur,* quamquam naturâ ſuâ muta ſunt, ſignificatione tamen ipſa publicè loquuntur vel facta & miracula (*Sanctorum*) vel ſanctitatis antiquam opinionem, ſicut cæli enarrant gloriam Dei. *Hujuſmodi ego*

B *monumenta nequaquam reſpuo; at talia in rem ſuam ab Eviglonio rectè produci poſſe, nego. Itaque, quæ verti contra nos poſſent, ex ipſo audiamus:* Habemus, *inquit pag.* 116, in primis capellam S. Renati in caſtello Poſſoneriæ, ſeu Poſſiaci, ut loquuntur Gregorius Turonenſis (*prætenſus nempe*) & cæteri antiqui ſcriptores, ædificatam in eodem ipſo loco, in quo ille (*S. Renatus*) natus creditur; *&* pag. 121: Habemus in urbe (*Andegavenſi*) baſilicam S. Petri antiquiſſimam, collegio canonicorum inſignem, in qua Puer moriens beato Maurilio, Sacrum facienti, oblatus eſt ad baptiſmum: in eademque baſilica crypta eſt ſubterranea concamerato opere, cujus in medio foſſa cernitur, in qua idem Puer ſepultus jacuit per ſeptennium.... Altari (*quod in intima crypta eminet*) impoſita eſt imago ſancti Maurilii Puerum ſuſcitantis; *&* pag. 122: In eadem eccleſia pone altare majus viſitur arca lapidea muro inſerta, illuc tranſlata è ſpecu ad majorem venerationem, in qua jacebat corpus Pueri, quando à Maurilio fuit ſuſcitatus. *Denique poſt nonnulla, quæ ad teſtandum Sancti cultum faciunt, de quo nulla quæſtio ſupereſt, ſubdit pag.* 123: Habemus ſigillum vetuſtiſſimum capituli noſtri, appenſum literis cujuſdam tranſactionis, initæ inter Guillelmum

C epiſcopum Andegavenſem, & majores noſtros anno MCCXXXVI, cujus in altera parte cernitur imago ſancti Maurilii, Renatum è tumulo ſuſcitantis, in altera martyrium ſancti Mauritii, patroni & titularis noſtri.

utpote à Renati ætate nimiùm remotis.

33 *Ita huc uſque Eviglonius, qui & ſigillum in tabula expreſſit, quo revera aliquis ad S. Maurilii imperium è feretro ſeſe erigens & ſepulcralem à ſe lapidem utraque manu removens conſpicitur. Verùm ex his omnibus nihil eſt, quod ſcriptorum veterum de traditione illa ſilentium ſupplere, aut ſat propè ad rei geſtæ originem reduci queat. Non ipſa certè* S. Renati *capella; quippe quæ ante Rainonis tempora exſtructa fuiſſe non oſtenditur, & ex cujus antiquiore exſtructione, ſi tamen probari poſſet, nihil aliud conſequeretur, quàm tantò antiquior* S. Renati *apud Andegavenſes cultus. Sed neque efficaciùs Andegavenſis S. Petri baſilica, ejuſve crypta ſubterranea, aut, quæ Eviglonii tempore oſtendebantur,* S. Renati *foſſa & arca lapidea, ejuſdem traditionis antiquitatem probant; cùm nullo ex capite aut ipſe, aut quivis alius, demonſtrandum ſuſcepe-*

AUCTORE J. G.

rit, hæc ipſa monumenta ante ſeculum x, *ſeu ante Rainonis tempora exſtitiſſe, ac pro talibus jam tum à prudentioribus fuiſſe habita; quæ niſi priùs probata fuerint, redditaque ſit ratio cur Raino ad illa monumenta, ſi tum exſtabant, non provocârit, ex his pro tuenda traditionis antiquitate nihil ſolidi unquam confici poterit. Nihil hîc moror S. Maurilii imaginem, altari cryptæ illius impoſitam, aut Andegavenſis eccleſiæ ſigillum, ſeculo* XIII *uſurpatum, quandoquidem hæc à ſeculo* IV, *quo prodigioſam* S. Renati *hiſtoriam contigiſſe volunt, nimiùm quantùm remota ſint, ut ſine antiquiorum teſtimonio fidem aliquam facere, aut ſat propè ad SS. Maurilii &* Renati *tempora pertingere apta ſint. Quòd ſi quis hæc ſeculo* XIII *vetuſtiora facere velit, haud ei refragabor, ſi documentis congruis aſſertionem ſuam ſtabiliverit, ſimulque evicerit, per expreſſum in ſigillo & imagine adoleſcentem aut juvenem (nam hunc puerum dicere vetat robuſti corporis & Maurilio non valde impar moles) per hunc, inquam, adoleſcentem aut juvenem, non illum deſignari hominem peregrinum, quem S. Maurilius, teſte S. Magnobodo in ejus Vita num.* 27, E *ad vitam revocavit; ſed inquilinum puerum, necdum baptizatum, cui redivivo ex re geſta inditum in baptiſmo* Renati *nomen fuiſſe, Andegavenſes contendunt. Ex quibus omnibus cordatus quilibet perſpicit, quàm parùm firma ſit traditionis ab Eviglonio aſſertæ antiquitas, quámque hæc nullius momenti ſit, ut quis hâc ſolâ pro certo & indubitato habeat illuſtriſſimum poſt redemptos homines prodigium, nullo aliàs magnæ antiquitatis teſtimonio comprobatum.*

nec ſcriptorum, qui ſæculo x

34 *Reliquum eſt, ut in hujus prodigii ſcriptorum, qui à ſeculo* x *& deinceps floruerunt, hiſtoricam auctoritatem & fidem inquiramus. Hos quidem Apologiæ auctor pag.* 60 teſtes omni exceptione majores *appellat; at nullo prorſus jure, ut dicenda aperient. Non poſſe prætenſum Gregorium Turonenſem, ſeu Rainonem, vel Archanaldum, qui illius juſſu Vitam S. Maurilii ſcripſit, inter prodigioſæ illius hiſtoriæ teſtes, omni exceptione majores, computari, non tantùm manifeſtè demonſtrant argumenta à num.* 16 *relata, quibus Vitam S. Maurilii Gregorio Turonenſi abjudicavimus; ſed etiam recentior Rainonis & Archanaldi ætas, & commenta ſat multa, quæ in ejuſdem Maurilii Vita tradita fuerunt. Quod ad eorum ætatem certò determinandam attinet, ſi non*

F *ſufficiant recitata num.* 17 *verba, quibus Vitam illam anno Chriſti* 905 *juſſu Rainonis ab Archanaldo ſcripta narratur, audi & Vindocinenſis Chronici teſtimonium, quo etiam aſſeritur,* anno DCCCCV Vitæ ſancti Maurilii inventio ſeu potiùs augmentatio per Rainonem & Archanaldum ſcriptorem facta *eſſe. Sunt igitur hi præfatæ Vitæ auctores à Maurilio, ſub annum Chriſti* 387 *epiſcopo conſecrato,* 5 *integris ſeculis remoti, atque adeò ab ætate nihil habent, quo teſtes illius prodigii omni exceptione majores dici ullatenus queant. Accedit, quòd uterque, aut certè alteruter præter ingenuitatis leges Gregorii Turonenſis perſonam induerit, & ſub eadem fictitia perſona S. Germanum Pariſienſem alloquatur. Denique, quæ de itinere Maurilii in Angliam ejuſque in patriam reditu aliiſque* Renati *anaſtaſim prægreſſis ex ea Vita numm.* 8, 9 *&* 10 *tranſcripſimus, hæc vel per ſe ſola falſitatis convincuntur; &, ſi uterque auctor æqualem in concinnanda Vita illa partem habuit, utrumque commentis indulſiſſe; ſi partem inæqualem, alterum in adornandis ultra verum*

AUCTORE J. G.

antiquis hiſtoriis, alterum in iis divulgandis faciliorem exſtitiſſe, non minùs manifeſtè oſtendunt.

ac deinceps floruerunt, teſtimoniis,

35 *Rainone atque Archanaldò juniores cùm ſint Marbodus, Redonenſis epiſcopus, Ulgerius, Andegavenſis antiſtes, Petrus Cluniacenſis & Petrus Cantor Pariſienſis, utpote qui, prout tom. 9 Hiſtoriæ litterariæ Franciæ videre eſt, ſeculo* XII *dumtaxat floruerunt, multò minùs, quàm Raino & Archanaldus, habent, quo ab ætate teſtes dici omni exceptione majores poſſint. Adhæc, uti eruditi ſcriptores laudatæ Hiſtoriæ litterariæ tomo citato pag.* 21 *rectè obſervant,* fuerunt ſeculi XII ſcriptores rei criticæ ignari, *aut certè minùs intelligentes, parati ſine ſevero examine admittere & in ſua ſcripta referre quaſcúmque pias hiſtorias, ad rem ſuam attinentes, quæ vel ſub ementito illuſtris ſcriptoris nomine, vel ex vulgi opinione paſſim circumferebantur. Non diffiteor quidem, viros illos alio eruditionis genere floruiſſe, nec ſpernendam eſſe eorum auctoritatem, dum res ſuo tempore geſtas narrant; aſt hinc auctoritati eorum circa factum hiſtoricum, adeò longè ab iis remotum, nullum pondus accedit. His nihilo præſtantior prodigioſæ hiſtoriæ teſtis eſt S. Antoninus, quem Eviglonius pag.* 53 *tamquam Petro Cluniacenſi antiquiorem perperam ac præter vientem citavit; cùm ſeculo dumtaxat* XV *ſcripſerit, atque in rebus, tot ſeculorum intervallò à ſe remotis, exignam aut nullam auctoritatem habeat, dum has ſine antiquorum teſtimonio, bona tamen fide vir ipſe bonus & pius profert. His adde, quos hoc loco non citavit Eviglonius, Vincentium Bellovacenſem, qui ſeculo* XIII, *& Petrum de Natalibus, qui ſeculo* XIV *floruit, apud quos ejuſdem prodigii mentio ſit; ſed nec hi magis, quàm præfati ſcriptores, apti ſunt, ut hiſtoriæ* S. Renati *teſtes omni exceptione majores haberi queant. De ſcriptoribus ſeculo* XV *recentioribus, tum Italis, tum Gallis, nihil attinet hîc dicere eoſve longo ordine recenſere, cùm numerum quidem facere, at prodigioſo, de quo controvertitur, facto fidem addere ſua auctoritate nequaquam poſſint; quamquam tamen in Italorum laudem hîc obiter lectorem monitum velim, eos paſſim memorata prodigia non tam fabuloſis adjunctis, ut contrà fecerunt alii, nec adeò exoticis coloribus adornâſſe.*

B

C

nec aliis inſtrumentis ſolidè probari poteſt.

36 *Denique, quod Eviglonio ſeptimum eſt omni exceptione majus aſſertorum prodigiorum teſtimonium, ei Apologiæ pag.* 55 *deſumitur ex diœceſis etiam Andegavenſis antiquis Lectionariis manu exaratis excuſiſque omnium editionum Breviariis. Quanta ſit priorum antiquitas, haud ſatis apertè edixit Eviglonius, nec ea de re mihi, cùm ad manum nunquam Lectionaria illa fuerint, pronuntiare liberum eſt. Fallar tamen vehementer, niſi monumenta illa Rainone & Archanaldo, utpote quorum nouter meminit, cùm meminiſſe, ſi exſtiterant, & potuiſſet ac debuiſſet, non parùm juniora ſint, imò & non, niſi poſt S. Petri venerabilis ac fortaſſis etiam poſt S. Antonini ætatem conſcripta. Ut ita exiſtimem, auctor mihi eſt ipſemet, invitus licèt, Eviglonius, qui, dum in producendis ſuis teſtibus, omni exceptione, ſi Superis placet, majoribus, temporum, quibus ii vixêre, ordinem ſervare voluit, atque adeò ab antiquioribus ad recentiores gradum fecit, Lectionariorum ſuorum teſtimonium non antè allegavit, quàm Petri venerabilis & Antonini verba, quæ ad rem ſuam pertinere arbitrabatur, de verbo ad verbum tranſcripſiſſet. De ætate Breviariorum Andegavenſis diœceſis, typis excuſorum, non eſt, quod diſſeram, cùm ipſa ſe junior eorum ætas apertiſſimè prodat; ſed nec de diplomate indulgentiarum, ſub Alexandro Papa VI à* 14 *Cardinalibus confraternitati, ut vocant,* S. Renati *conceſſarum, aut de earumdem diplomatis à Leone Papa X & Clemente Papa VII datis agendum hic multis eſt, cùm & hæc, etiamſi omnia indubiè genuina eſſent, nihil planè contineant, quo prodigia, de quibus controverſia eſt, ullo modo ſtabiliri poſſint. Accedit, quòd ejuſmodi diplomatibus numquam Pontifices, niſi id aliunde conſtet, ſua auctoritate firmare intendant hiſtorica illa facta, quæ ab indulgentiarum poſtulatoribus in ſupplici libello allegantur, quæque ex eorum relatu diplomatum præfationi ſubinde inſerta ſunt, uti eruditis non uno exemplo compertum eſt.*

D

§ IV. An Sanctus noſter Andegavenſem epiſcopatum priùs, quàm Surrentinum certò adminiſtrârit, inquiritur. Reliqua ejus geſta, emortuale tempus, ſepulturæ locus & corporis tranſlationes referuntur. Varia ejus elogia.

E

Cùm nullus ſcriptor ſatis antiquus pro Andegavenſi Sancti noſtri epiſcopatu allegetur.

MIrabilem Sancti noſtri ex ſterili matre ortum, *utut aliàs de ſe non incredibilem, non tamen pro indubio adſtrui poſſe, ejuſdemque, elapſo præſertim à morte ſeptennio, ſingularem ad vivos reditum, cujus occaſione* Renati *nomen ei inditum fuerit, non eſſe factum hiſtoricè certum, ſeu, uti contendit Eviglonius, omnium ætatum tabulis monumentiſque teſtatum, jam ſatis ſuperque oſtenſum arbitror, puderetque me, diſceptationi huic tantopere immoratum fuiſſe, niſi in quorumdam minùs eruditorum aut plùs æquo memoriæ* S. Renati *addictorum gratiam ſingillatim convellenda fuiſſent ſat multa teſtimonia, quibus Apologiæ auctor, veluti totidem invictiſſimis argumentis, ultra centum & quinquaginta paginas opplevit. Id ergò nunc inquirendum venit, an, quod Andegavenſe breviarium & Eviglonius tradunt, pro ſat certo haberi queat, Sanctum noſtrum Andegavenſem epiſcopum conſecratum, & ob diœceſis hujus adminiſtrationem, non ſine multis prodigiis optimè geſtam, illuſtrem priùs exſtitiſſe, quàm juxta Surrentum ſolitariam vitam inſtituerit, evectus deinde è ſua cella ad Surrentinam cathedram, in qua vitam ſanctè actam ſanctiſſimè clauſerit. Quæ factum iſtud in dubium adducant, inter alia hæc ſunt: quòd nullus aſſignetur auctor æqualis aut ſaltem utcúmque ſuppar, qui, eum ab Andegavenſi ſede ad Surrentinam tranſlatum fuiſſe, inſinuet. Quid? quòd, ut Launoyus* § XI *pag.* 93 *rectè obſervat, ne ipſe Auxilius, qui, ut Formoſi, ex Portuenſi eccleſia in Romanam traducti, ob idque adulterio accuſati, cauſam defenderet, peculiarem de tranſlationibus epiſcoporum libellum edidit, in eoque quaſcúmque tranſlationes epiſcoporum ſtudiosè enumeravit, quòd, inquam, ipſe Auxilius de* Renato *ab Andegavenſi ad Surrentinam cathedram evecto, nihil meminerit, certiſſimum, ut Launoyus ſubdit, ſubminiſtrant indicium, hanc tranſlationem*

F

ad

A *ad annum* 909 *Italis, vel certè Romanis, incognitam fuisse.*

imò contra illum faciant concilii Andegavensis silentium, & S. Licinii,

38 *Aliud contra facti hujus fidem argumentum cum Launoyo desumi potest ex silentio Andegavensis concilii, quod in ordinatione Talassii celebratum anno* 453, *multos de Ecclesiastica disciplina canones sanxit; cui, si vera essent, quæ de S. Maurilii per septennium deque perenni* S. Renati *à sua diœcesi absentia vulgò referuntur, justissima urgentissimaque causa erat spectantes ad pastoralem curam canones instaurandi, de pastorum residentia pœnitentiaque seriò tractandi, atque vel maximè cavendi,* ne quis imposterum episcopus inconsulto metropolitano & aliis provinciæ antistitibus (*Launoyi pag.* 84 *verba sunt*) ecclesiam desereret, quemadmodum Maurilius & Renatus deseruerant, aut ne, quod ipsi cognito soli Deo judicio fecerant, in exemplum traduceretur. At inter duodecim hujus concilii canones nullus est, qui episcoporum residentiam vel negligentiam attingat, vel agendæ propter negligentiam in baptizando aut confirmando pœnitentiæ modum præscribat. Ex hujus autem rei silentio dicimus, minùs ut minimùm firmam Renati historiam videri. *Huic ego aliud argumentum subdo,*

B *quod S. Licinii, ante annum Christi* 601 *Andegavensis episcopi consecrati, Vita, ab anonymo Andegavensi aut coævo aut certè subæquali scripta, num.* 22 *suppeditat. Verba ejus, quæ ad rem nostram faciunt, ex tom.* 2 *Febr. pag.* 681 *audire juvat:* videns autem, *inquit cit. num.* 22, sanctus vir (*Licinius*) nec sic se posse remotum esse à turbis concurrentium populorum, cœpit à rege prædicto (*Chlotario II*) seu à reliquis consacerdotibus & episcopis licentiam postulare; qualiter ad eremum penetraret, & ibidem soli Domino vacaret. Quibus petitionibus episcopi, sacerdotes, rex & populus resistentes, cœperunt eum rogare, ut, sicut divina & canonica auctoritas penes se habet, ageret, & populum, sibi à Domino commissum, non negligeret. *Et paulò pòst:* Quibus exhortationibus sanctus vir (*Licinius*) parens, quoniam cognovit aliter fieri non posse, ... cœpit (*ut antè fecerat*) sapienter prædicare & prudenter populum, sibi commissum, regere & gubernare.

Andegavensis Ep. agendi ratio, ipsaque Officii Surrentini Lectiones.

39 *Cùm ergò, uti ex his liquet,* S. *Licinius, solitudinis desiderio flagrans, petitionis suæ æquitatem* S. Renati *exemplo comprobandam non susceperit, imò agnoscere videatur divina & canonica auctoritate vetitum episcopo esse ejusmodi in eremum secessum, pronum hinc est colligere,* Sanctum *nostrum non fuisse priùs Andegavensem episcopum consecratum, quàm juxta Surrentum in eremum secederet. Id enim si factum fuisset, scivisset utique* S. *Licinius, & coëpiscoporum aliorumque suo desiderio obsistentium sententiam, quâ divina & canonica lege ejusmodi in eremum secessum prohibitum asserebant, insigni domesticoque* S. Renati *exemplo refellere neutiquam prætermisisset, quod tamen nequaquam feciisse legitur. Adde, quòd Andegavensis Breviarii assertioni Surrentini Officii Lectio* V *&* VI *refragetur, utpote asserens,* Renatum, *non jam consecratum Andegavensem episcopum, nedum re episcopali aliquamdiu bene gesta clarum, sed adhuc* ætate adolescentem, dimissis quàm primùm parentibus, patrioque contempto latere, *omnibus, quæ possidebat, renuntiâsse, ac per Pannoniam in Italiam advenisse, ubi juxta Surrentum solitariam vitam exorsus est, ac demùm ad episcopalem cathedram evectus fuit. Scio quidem, non majorem in hac re Surrentinis illis, quàm Andegavensibus Lectionibus, habendam esse fidem; neque adeò ex istarum auctoritate Andegavensem cathedram* Renato *eripere mihi animus est; sed idcircò dumtaxat Surrentini Officii verba produxi, ut, contrario hujusve testimonio elisa Andegavensis Breviarii auctoritate, manifestum fieret, ex hoc pro certo habendum non esse Sancti nostri Andegavensem episcopatum, cùm certa inter dissentientes, qui paris auctoritatis & fidei sunt, veritas statui non possit. Quin etiam cùm multa sint, quæ contra hunc Sancti episcopatum faciunt, nihil verò ex adverso allegetur, quo extra controversiam poni possit ejus, priusquam eremum peteret, episcopalis tum consecratio, tum administratio, non magis hæ, quàm prodigiosus ejus ortus miruſque ad vivos reditus inter facta seu indubitata seu satis certa collocari debent.*

AUCTORE J. G.

non pro certo asseri potest, Andegavensem priùs, quam Surrentinam diœcesim administrâsse.

40 *At, inquies, si hæc ita se habeant, consequens est, ut* S. Renatus *perperam à Rainone S. Maurilii in Andegavensi episcopatu successor statuatur, ac temerè per octo circiter secula inter Andegavenses episcopos connumeratus jam fuerit. Respondeo, sine ullo piaculo admitti posse, Rainonem, ut sæpe aliàs, etiam hîc, hallucinatum fuisse, ac potuisse Sanctum Rainonis tempore inter Andegavenses præsules connumerari, non tam, quòd*

E *hujus ecclesiæ episcopus consecratus fuerit, eamque aliquando diœcesim reipsa gubernârit, quàm quòd, ut Romæus in Epitome Vitæ ejus etiam existimat, ad hanc administrandam communi cleri & populi suffragio destinatus, vel etiam electus fuisse, creditus sit, quam tamen ipse provinciam vel ex solitudinis desiderio aliave ex causa admittere recusârit. Utut hæc sint, nullum certè sat magnæ auctoritatis monumentum suppetit, ut Sanctus noster priùs Andegavensem, quàm Surrentinam sedem tenuisse, indubitanter dici queat. Id enim nec Rainonis vel Archanaldi evincit auctoritas, quippe, quæ, ut ostensum supràest, meritissimo jure hîc suspecta, imò nullius ponderis est, atque, etiamsi subtesta non esset, indubiam reddere non posset* S. Renati *ab Andegavensi ad Surrentinam sedem prætensam translationem, de qua, ut legenti Vitam Maurilii manifestum fiet, nullum apud eos verbum exstat. Neque verò id efficaciùs ex Andegavensium episcoporum catalogis, ab Eviglonio pag.* 75 *laudatis, concludi potest, cùm nec eorum antiquitas Rainonis temporibus major esse probetur, nec* Renatum *suum ad Surrentinam sedem evectum fuisse innuant. Ceterùm notâsse obiter juverit, hosce Andegavensium episcoporum catalogos non meliùs inter se, quàm Surrentinas cum Andegavensibus Lectiones convenire; cùm alii catalogi inter Defensorem, anno* 375 *Andegavensem episcopum, interque* S. *Maurilium duos, alii quatuor episcopos, medios statuant; & rursus hunc inter & Talassium, anno* 453 *episcopum consecratum, alii duos, alii unum dumtaxat collocent. Sed ad alia, quæ* § 1 *recitata sunt, discutienda progrediamur.*

F

Expenduntur reliqua Sancti gesta, ex mortuale tempus,

41 *Ut ægrorum curationes, tam in eremo, quàm in episcopatu, à* Renato *nostro peractas, indefessum ejus in lucrandis Deo animis zelum, episcopales ejus dotes, aliaque ejusdem decora, quæ partim in Andegavensibus, partim in Surrentinis Lectionibus longo ordine recensentur, ut vero admodùm consona, lubens admitto, cùm hæc omnia nec fidem humanam superent, nec aliis sanctis anachoretis præsulibusve insolita aut nova sint, ita singula, quæ illic referuntur, historicè certa facere, cùm desit congruæ antiquitatis testimonium, nequaquam possum. Nullus tamen dubito,*

AUCTORE J. G.

bito, quin præclaris virtutibus, &, uti post mortem, ita & in vita miraculis effulserit, atque hoc gemino titulo Sanctorum honoribus cultus & Surrentinæ urbis patronus electus fuerit. Quamdiu verò in solitudine degerit, & an, ut nonnulli tradunt, circa annum Domini 450, an contra anno 430, ut alii volunt, ad Surrentinam cathedram evectus fuerit, ac denique post paucos annos, prædictâ obitus sui die, in Domino obdormierit ætate sexagenarius, definiendum iis relinquo, quorum in perquirendis hac de re veteribus monumentis sagaci industriæ multò felicior, quàm diligentiæ meæ fortuna respondit. Ego his destitutus, ex communi auctorum sententia eum sub medium seculum V *defunctum statui, quo circiter tempore S. Valerius, ejus in sancta conversatione discipulus, ei in episcopatum Surrentinum successisse perhibetur, uti videre licet apud Ughellum tom. 6 Italiæ sacræ, Venetiis excusæ, col. 598.*

sepulturæ locus miraculis clarus, & asserta à nonnullis corporis, ex Italia

B

42 *Reliquum est, ut, quæ de Sancti gloria posthuma num.* 12 & 13 *ex Eviglonio recitata fuêre, in examen adducamus. Elatum fuisse* S. Renatum *publico funere sepultumque in eadem ipsa ædicula, quam vivens tenuerat, secundùm urbis Surrentinæ muros, in ejusque memoriam eodem in loco ædificatum à civibus ingenti opere fuisse templum, quod multis postea miraculis nobilitatum fuit, hæc omnia, quæ tum Itali, tum Galli passim perhibent, facilè inducor, ut credam, cùm & à vero minimè abhorreant, & ex facto Radoaldi, Beneventani ducis, num.* 4 *memorato, non mediocriter confirmentur. Inde etenim patet, jam ante elapsa à suo obitu bina sæcula, ac verosimiliter multo tempore priùs,* S. Renatum *non procul à Surrento ecclesiam ac tumulum maximè celebrem habuisse, & ut Surrentinæ urbis patronum ab ipsis etiam exteris fuisse passim agnitum, Cælitumque honoribus affectum. Verùm, quæ mox subdit præfatus Apologiæ auctor de legatis à clero & populo Andegavensi Surrentum missis, qui sui quondam Antistitis integrum, ut verba innuunt, corpus à Surrentinis repetierint, illudque, sibi à summo Pontifice reddi jussum, cum militari præsidio, ne qua vis in itinere fieret, Surrento Andegavum asportârint, hæc an multam fidem apud cordatos homines repertura sint, vehementer dubito, tum quòd, fatente ipso Eviglonio, nec Pontificis Romani nomen, cujus jussu redditum à Surrentinis fuerit. sancti Tutelaris sui corpus, ac ne ipsum quidem seculum, quo id contigisset, compertum habeatur, tùm quòd revectum ex Italia in Gallias cum militari præsidio Sancti corpus fabulam sapiat, ac denique quòd tam singulare factum nullo veterum testimonio, ac ne quidem ipso, quod de variis* Renati *translationibus Eviglonius edidit, authentico documento ullatenus stabiliatur.*

C

ad Andegavenses translatio, de qua nonnulla observantur.

43 *Quod verò ad facti hujus substantiam, seu ad ipsum Sancti nostri corpus attinet, de hoc ita statuendum videtur, ut, si sua Andegavenses non fallat opinio, & corpus hoc, quod se à Surrentinis, incerto tamen tempore, accepisse, ipsi gloriantur, à* Renati, *Surrentini episcopi, corpore omnino diversum non sit, non illud totum & integrum, sed ex parte solummodò ante Rainonis num.* 17 *memorati, vel certè ante Rainaldi I, Andegavensis exeunte seculo* X *episcopi tempora, Surrento in Gallias devectum fuerit, cùm Surrentinorum in concedendo Antistitis & Patroni sui integro corpore tam insolita liberalitas, tamque singulare, quod Andegavenses prætendunt, Romani Pontificis ea de re mandatum, sine antiquitatis testimonio credi non debeat nec prudenter possit. Accedit, quòd in Surrentini archiepiscopi & cleri authentico testimonio, ab Eviglonio pag.* 63 *producto, diserte dicatur,* compertum exploratumque certa patrum traditione ad *Surrentinos manâsse,* cum corpore divi Valerii, quod in ejusmodi æde *Surrentina* religiosè asservatur, partem quoque corporis sancti Renati condi colique, pronâ scilicet civium *Surrentinorum* in suos Tutelares observantiâ ac pietate. *Hanc autem corporis* S. Renati *partem non exiguam esse, sed talem, tantamque, ut sub* Corporis *nomine venire aptè possit, ipsa, quam num.* 14 *dedimus, inscriptio, & Apostolicæ sacrorum Rituum congregationis decretum, in ea memoratum, apertè innuunt.*

D

Ex capituli Andegavensis monumento, cujus auctoritas

44 *Ceterùm illam sacri corporis partem, quam ex communiori opinione Surrento Andegavum, at non prædicto modo, asportatam credere non abnuo, à Rainaldo I, Andegavensi episcopo, vel exeunte* X *vel ineunte* XI *seculo, translatam rursus fuisse, ac deinde ab hujus successoribus aliquoties revelatam seu ritè recognitam, testatur monumentum Andegavensis archivi in membrana multis sigillis munitum, quod, meo quidem judicio, non æquè solidè, ac prodigiosam* S. Renati *historiam, Launoyus in suspicionem falsi adduxit. Utut enim indubium sit, hoc instrumentum non esse anno* 1255 *antiquius, cùm reliquiarum, eo anno recognitarum ac translatarum in decentiorem capsam, mentionem faciat; nullam veri speciem habet, contrà ac Launoyus sentit, illud documentum ad seculum* XVI *sat propè accedere, seu sub tempora Leonis X & Clementis VII Pontificum constitutum fuisse, cùm non sit, uti perperam idem Launoyus innuit, anonymi junioris ac privati hominis mera narratio, sed, uti Eviglonius pag.* 58 *& ultima ipsius instrumenti verba indicant, ipsissimum translationis, anno* 1255 *factæ, authenticum testimonium, ipsisque episcoporum aliorumque illustrium virorum, qui illi interfuerunt, sigillis munitum. Illud autem sub ementito antiquioris seculi titulo unà cum eorum sigillis seculo* XVI *fabricatum fuisse, sine gravioribus, quàm quas produxit Launoyus, rationibus ne quidem suspicari de Andegavensi capitulo licet.*

E

contra Launoyi non satis firma

45 *Et quamquam sat mirum videri possit, translata à Rainaldo I Sancti pignora, non diu pòst, nempe anno* 1012, *ab Huberto, Andegavensi itidem episcopo, ac deinde ter, duorum seculorum decursu, resignata & revisa, tandemque anno* 1255 *iterum recognita & splendidiorem in capsam demùm transposita fuisse, hæc tamen, secùs atque idem Launoyus pag.* 64 *Observatione decima, num.* 5 *asserit, incredibilia prorsus non sunt, cùm recognitiones illæ, prout in eo instrumento diserte refertur, factæ sint ad depellendam quorumdam de* S. Renati *genuinis reliquiis iterum iterumque subortam dubitationem, cui occasionem præbere potuit, quòd de tempore ac modo, quo hæ ex Italia Andegavum allatæ fuissent, Andegavensibus non satis constaret. Nec instrumenti hujus, ut Launoyus vult, auctoritatem & fidem elevat Roberti de Monte altum de his reliquiarum translationibus seu recognitionibus silentium, quandoquidem præfatus auctor Appendicis ad Sigiberti Chronicon, illam inchoavit ab anno Christi* 1113 *& finivit anno* 1134, *vel, ut aliis placet, anno* 1132, *nactus alium continuatorem, qui ad annum* 1210 *desiit. Mirum ergò non est, Robertum de Monte ejusve continuatorem nec de facta*

F

A *facta ſub annum* 1000, *nec de alia, anno* 1255 *peracta, reliquiarum* S. Renati *tranſlatione locutos fuiſſe, utpote quibus ea de re loquendi & occaſio & locus defuerit. Tanti autem momenti res non erat, facta anno* 1151 *ab Angebaudo, Turonenſi archiepiſcopo, reliquiarum earumdem recognitio, ut Roberti de Monte continuator, referens in Chronico ad annum Chriſti* 1156 *ejuſdem Angebaudi ſeu Ingelbaudi obitum, dum omnia prorſus ejus geſta ſilentio præterit, de hoc facto ſpecialem mentionem facere debuiſſet. At* de his quoque tranſlationibus, *inquit pag.* 66 *idem Launoyus*, ſilet Vindocinenſe Chronicon... quamvis ad annum DCCCCV auctam à Rainone Maurilii Vitam obſervet... & laudibus efferat Rainaldum, cui prima in hoc monumento Renati tranſlatio deputatur.

argumenta defenditur,

46 *Reſpondeo, cùm Chronicon illud, fatente Launoyo, in annum* 1248 *deſinat, fieri non potuiſſe, ut factam anno* 1255 *tranſlationem memoraret. Potuiſſet, fateor, illius ſcriptor aliarum recognitionum & tranſlationis, à Rainaldo factæ, mentionem feciſſe; at cùm quilibet Chronicorum*

B *ſcriptores non omnia omnium, quos laudant, virorum geſta recenſere, nec omnes reliquiarum recognitiones, præſertim, dum miraculis illuſtratæ non fuêre, in Chronicon ſuum referre conſueverint, tanti non eſt unius Vindocinenſis Chronici ſilentium, ut propterea fictitium ſpuriumque haberi debeat Andegavenſis archivi inſtrumentum, epiſcoporum illuſtriumque virorum ſigillis anno* 1255 *munitum, quod, quantùm attinet ad factas tum à duobus circiter ſeculis reliquiarum recognitiones ipſamque ſub Rainaldo I tranſlationem, ex eccleſiæ cathedralis ephemeridibus aut Actorum codicibus confici facilè potuerit: addit quidem Launoyus, de his etiam tranſlationibus ſiluiſſe ex recentioribus Joannem Burdigneum, canonicum & juris utriuſque doctorem Andegavenſem, in Annalibus ſuis, Belleforeſtum in Vita* S. Renati, *Gallicè conſcripta, & Joannem Hiretum, Andegavenſem doctorem theologum, in ſuis Antiquitatibus Andegavenſibus, eoſque* hoc monumentum, ſi ſuo, *id eſt, ineunte ſeculo* XVII, exſtabat tempore, ſpreviſſe potiùs, quàm non vidiſſe. *Ego verò, cùm mihi ad manum non ſit Burdignei & Hireti Opus, Launoyo horum de iis ſilentium aſſerenti, non refragor, &, Belleforeſtum nihil de iiſdem meminiſſe, expertus fatcor;*

C *ſed eos hoc inſtrumentum ſpreviſſe potiùs, quàm non vidiſſe, tum demùm credam, cùm aſſertionem ſuam Launoyus argumento aliquo probaverit. Quaſi verò inſtrumentum quodlibet continuò ſpurium ſit, & ut tale agnitum à ſcriptoribus dici debeat, propterea quòd illud ſuis Operibus non inſeruerint pauci ſcriptores, eo præſertim tempore, quo fortè necdum ex archivi forulis prodierat aut pauciſſimis tantùm notum erat. Si quid hìc concludat Launoyi ratiocinatio, negare etiam poterit, factam eſſe anno* 1601 *earumdem reliquiarum in novam capſam tranſlationem, ſpuriumque dicere poterit, quod quis proferret ejuſdem tranſlationis documentum, cùm & hoc Belleforeſtus, ac fortè etiam alii ſuis Operibus non inſeruerint.*

S. Renati reliquiarum tranſlationes, Andegavi

47 *Ipſum nunc, de cujus fide diſputatum eſt, inſtrumentum ex Eviglonio pag.* 58 *& ſeqq. ſubdo, ut inde curioſus lector varias corporis* S. Renati *factas Andegavi à ſeculo* X *& deinceps tranſlationes cognoſcat. Ita habet:* Hìc requieſcit corpus ſancti Renati, Andegavorum epiſcopi &

confeſſoris, cujus ſacra pignora tranſlata ſunt ſecundo Idus Novembris, id eſt, in die ſuæ depoſitionis, à Rainaldo I poſtea revelata ab Andegavenſium præſule Huberto, anno milleſimo duodecimo Dominicæ Incarnationis: ad ultimum à Gaufrido epiſcopo, propter quorumdam dubitationem, reſignata & reviſa, & cum ſigillo ac ſuperpoſito titulo, indubitanter reperta, anno milleſimo octogeſimo ſecundo. Plurimis poſtea evolutis annis, hoc ipſum prædicti Sancti corpus revelatum eſt ab Angebaudo Turonenſi archiepiſcopo, regente Andegavenſem eccleſiam & præſente Normanno epiſcopo, nec non & aliis comprovincialibus epiſcopis præſentibus, Joanne, Sancti Maclovii epiſcopo, Alano, Redonenſi epiſcopo, Bernardo, Nannetenſi epiſcopo, Radulpho, Coriſopitenſi epiſcopo, Guillelmo, Trecorenſi epiſcopo, Roaldo, Venetenſi epiſcopo. Facta eſt autem hæc revelatio in die Annuntiationis beatæ Mariæ, id eſt, Calendis* Aprilis, anno ab Incarnatione Domini milleſimo, centeſimo, quinquageſimo primo, tunc inchoante Dominica, quâ dicunt: ISTI SUNT DIES.

AUCTORE J. G.

**lege* VIII Calendas

E

variis temporibus facta, recenſentur.

48 Tandem, elapsâ curſu temporis memoriâ hominum & ſolita dubitatione ſuborta, reviſum fuit denuò corpus pretioſiſſimum beati Renati anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto in Octabis* Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, & repoſitum in capſa, ob reverentiam ipſius de novo tecta argento deaurato, præſentibus Michaële, Andegavenſi epiſcopo, Galeranno, Nannetenſi epiſcopo, & religioſis viris, Guillelmo ſancti Albini Andegavenſis, Nicolao ſancti Sergii abbatibus Andegavenſibus, Guillelmo le Bacle, cantore Andegavenſi, Matthæo, theſaurario Andegavenſi, Raginaldo, archidiacono Andegavenſi, Michaële, archidiacono Tranſligerenſi, Garino, archidiacono Tranſmeduanenſi, Guillelmo Bergere, magiſtro ſcholarum Andegavenſi, & quàmplurimis aliis ejuſdem eccleſiæ canonicis, & aliis ſimiliter præſentibus & adſtantibus cum prædictis. Præfati verò epiſcopi & abbates, unà cum ſigillo decani & capituli Andegavenſis eccleſiæ, præſentibus* ſigilla ſua appoſuerunt in teſtimonium veritatis. *Hactenus authentici documenti verba, quæ, quantùm attinent ad Andegavenſem Sancti noſtri epiſcopatum ejuſque emortualem ſeu depoſitionis diem, cum illis conferri velim, quæ numm.* 1, 2 *&* 37 *de eiſdem argumentis diſputata à nobis ſunt. Quòd autem in priore inſtrumenti illius parte pro* Calendis Aprilis, *fortè ex deſcriptoris vel typothetæ errore poſitis, diem* VIII Calendas *Aprilis legendum eſſe, in margine notaverim, manifeſtiſſima fecit temporum ratio. Etenim, cùm anno* 1151, *uti etiam apud Labbeum in Concordia chronologica & apud Cangium in Gloſſario, verbo* Annus *videre eſt, Paſcha inciderit in diem* VIII *Aprilis, conſequens eſt, ut Dominica Palmarum in Calendas Apriles, & Dominica Paſſionis ſeu Dominica, quâ tunc ab his verbis:* Iſti ſunt dies, *Miſſæ Introitus inchoabatur, inciderit in* VIII Calendas *Aprilis, ſeu in diem* XXV *Martii, quo Annuntiatæ Virginis feſtum celebrari conſuevit, quod hoc anno, tametſi propter concurrentem Dominicam Paſſionis differri debuerit, nequaquam tamen ipſis Calendis Aprilis, propter concurrentem itidem Dominicam Palmarum, celebrari in Eccleſia potuit.*

**ſupple* litteris

F

49 *His ex eodem Eviglonio ſubjungo ultimæ tranſ-*

AUCTORE J. G. *subditurque ex Eviglonio ultimæ translationis historia.*

translationis historiam, quam Apologiæ pag. 60 & 61 his verbis refert: Ultima translatio hac occasione facta est. Anno Salutis partæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, hæretici Calviniani, capta urbe, cùm in ecclesiam nostram irrupissent, &, disjectis ac perfractis Sanctorum imaginibus, omnia exempla furoris in res sacras ederent, thesauris expilatis, capsam S. Renati aperuerunt, & eductas inde corporis sacri reliquias in ignem conjecerunt. Sed dehortante Clemente Louëtio, senescalliæ Andegavensis præfecto, qui eò ad rei famam accurrerat, cùm ab incœpto deterriti extemplò fugæ consilium cepissent, præfecti comites ossa, quæ ex incendio reliqua erant, cum cineribus religiosè colligentes, linteis, prout facultas in tumultu publico esse potuit, ea involverunt: quæ in capitulo asservata per aliquot annos, tandem anno Salutis millesimo sexcentesimo primo à Carolo, Andegavensi episcopo, in novam capsam auro gemmisque ornatam recondita fuerunt, atque in superiori parte altaris sancti Renati rursum collocata, ubi in hunc usque diem quiescunt.

B *Ex Elogiis S. Renati, quorum unum contra Launoyum defenditur,*

50 *Nunc in Italiam, unde ad prosequendam ex communiori opinione translatorum Sancti pignorum seriem digressi sumus, revertentes, cetera, quæ ad ejus gloriam posthumam faciunt, absolvamus. Exstant tom. 6 Italiæ sacræ auctæ, Venetiis excusæ, col. 600 & sequentibus tria Elogia* SS. Renati *& Valerii, seu potiùs miraculorum aliquot, ab ipsis post obitum peractorum trina narratio, ex quodam Ms. codice ecclesiæ Surrentinæ desumpta, cujus quidem codicis antiquitas meritumque me latent, attamen de quibus bene existimandum videtur, cùm, præter Ughellum aliosque non vulgaris notæ scriptores, eruditissimus Assemanus his Elogiis ad illustrandam rerum à Radoaldo, Beneventano duce, gestarum seriem, non dubitanter, at contrà omnino liberaliter, usus sit, id non facturus, pro ea, quâ pollet, rei criticæ peritia, si fide indignum credidisset monumentum, quo illa miracula recensentur. Utut hæc sint, quam hæc Elogia referunt de soluta abs Rodoaldo Surrenti obsidione, historiam non esse, uti Launoyus contra Bellesorestum pag. 107 contendit,* pernicioſam Christianæ religioni fabulam, *diffusa oratione evincere haud opus arbitror, cùm factum illud, etsi sine coævorum aut supparum scriptorum indubitato testimonio historicè*

C *certum dici nequeat, non continuò tamen pernicioſa Christianæ religioni fabula habendum sit, quandoquidem inter facta historicè certa & pernicioſas rei Christianæ fabulas multa intercedant media, possitque adeò factum hoc vel simpliciter vel satis probabile ac piè credibile dici, licèt historicè certum dici nequeat. Et verò quid in eo tam singulare, quidve religioni Christianæ pernicioſum est, quòd Radoaldus, Arrianus princeps, ut obsessa à se urbe potiri queat, hujus Patronos oblatis muneribus sibi propitios facere conetur, & hæc à sanctis tutelaribus longè rejiciantur? Nonne & similia à Catholicis piisque viris sine ullo crimine factitata esse leguntur, & contrà rejecta à Superis, quæ illis in pravum finem ab improbis offerebantur munera? Tu, lector, quam pro judicio volueris, Elogiis hisce fidem habe. Ego, ne quorumdam exspectationi desim, non primum tantùm, quod eruditissimus Assemanus pro suo instituto ex parte edidit, sed & alia duo partim recudenda censui.*

51 *Horum Elogiorum primum, cujus Prologum consultò omisi, ita se loco citato apud Ughellum habet:* Tempore, quo omnipotens Deus mortalium est iratus sceleribus & Longobardorum gens ad vindictam totius Italiæ cuncta vastâsset, vir barbarus, typo superbiæ elatus, ad suam perniciem cum suo ferali exercitu Rodoaldus eorum dux unà cum aliis ducibus devenit Surrentinam civitatem, ut eam quomodo adire posset, quæsivisset. Et cùm diebus ac noctibus nulla vicissim daretur requies præliandi adversus eam, obsidione circumvallatos * & circumquáque vicini adstantes ad desperationem eò usque pervenerunt, ut sponte se cives certatim darent. Et cùm nullum etiam egressis humanitatis auxilium dari prece fusa posse prospicerent, prostratus tunc cunctus populus clausus, immò intra urbem lacrymabiliter Deo preces effundebant. Vir interea prædictus, barbarorum atque tyrannorum dux, pergens ad tumulos sanctorum Renati & Valerii hanc devotionem exponens, aurum & argentum eis offerens, ut, si eorum intercessionibus in prædictam Surrentinam urbem valuisset ingredi, plurima atque meliora illis ornamenta deferret. Quod cùm vir & sacerdos Domini Agapitus agnovisset (nam eo tempore ipse præerat urbi) gregem suum verbo & operibus studiosiùs informans, nec nocte, nec die, quiescens, Deo preces suppliciter fundere, vacans jejuniis & orationibus assiduisque lamentis, Sacrificium Deo semetipsum immaculatum sæpius offerens, Sanctorum confisus meritis, Renati & Valerii, Christi sacerdotum & confessorum, quorum oratu & adminiculo usque nunc perstitit tuta, ut ab instante efferæ gentis obsidione & cruentis eorum manibus cum concivibus urbem dignaretur eripere, credens, quòd nihil est eis, quum volunt, impossibile; nam se sequentibus ita pollicitus est Redemptor noster, dicens: Quodcúmque fidentes in nomine meo petieritis, fiet vobis.

primum, quo Surrentina urbs, Longobardorum obsidione pressa,

**lege* circumvallati

E

52 Unde & blando eos sermone fretus de Dei pietate alloquitur, dicens: Pœnitentiæ fructibus ira Domini citiùs in misericordiam convertetur, si pœdoribus (id est, pedum fœtoribus) præteritis derelictis, ejus præceptis puro inhæseritis corde, quia Deus, sub cujus nutu consistunt justorum animæ, non præmiis neque oblationibus, seu adulationibus suadetur, & in sacrificiis & holocaustis gentium non delectatur; sed cor contritum & humiliatum non spernit, sicut dicit Psalmographus, "Et clamaverunt ad ,,Dominum, cùm tribularentur, & de necessita-,,tibus eorum liberavit eos.,, Et Propheta ait: "Humiliemus Domino animas nostras,,, & Propheta alius testatur dicens: "Convertimini ad me ,,in jejunio & fletu.,, Cujus hortatui obtemperantes crebrisque precibus Sanctorum ac jejuniis insistentes pervigiles, eorum cessum est Confessorum intercessionibus, ut prædicta urbs, quæ jam obsidionibus circumvallata manebat barbarorum, illæsa evaderet, & ipse confusus nihilominus, cùm ea, quæ attulerat, foris ab eorum ecclesia projecta cum omnibus reperirentur, & ita de prædicta demum urbe abscederent. Sic enim divina clementia operante, nefandissimum ejus vulgus tremore concussum est, ut cuncti in fugam lapsi verterentur.

patrocinio SS. Renati & Valerii mirè liberata,

F

53 Interea unus ex iis, qui ad sarcinas remanserat cum sociis suis, dixit sociis suis: Audacter in eorum ecclesias ingredimini, & cuncta inde diripite. At illi, cùm ingressi fuissent & cuncta exinde vastare cupientes, illicò à spiritu immundo arrepti terratenus acriùs vexabantur, & ul-

ac sacrilegi prædones divinitus puniti,

A ultionis divinæ in ſe ſenſêre vindictam, auſi accedere, quò eis minimè licuit. Denique circa eorum tumulos uſquequáque vexati ſunt, velut priſca monumenta teſtantur, ut ipſorum pandatur cruor diffuſus vexatione dæmonum uſque in præſentem diem: & tamdiu ibidem à ſpiritu immundo poſſeſſi ſint, donec ſpiritum exhalarent. Ideirco talia per electos ſuos Dominus operatur, ut oſtenderet, quia, qui illos contemnunt, eum procul dubio contemnunt, & ideò ſunt ignobiles. Ita Saulo, contra ſuos ſævienti, de cælo inquit, "Quid me perſequeris? cùm non ipſum utique, ſed membra ejus inſequeretur, &, "Qui ,,vos ſpernit, me ſpernit.,, Tunc accepit omnes illorum timor talia contuentes, & nequaquam ultrà auſi ſunt in eorum domiciliis ut vaſtatores accedere. Per idem tempus dum prædictam urbem ipſa gens obſideret, quidam ſenex, effigiem ſancti præferens Renati, inter eoſdem nefandiſſimos hoſtes, medium ſe obtulit, quem ſæpius inter ſe videntes, æſtimabant quendam villicum, cùm eum cernerent. Tunc moliti ſunt capite eum truncare; ipſe autem ſubitò ab oculis eorum evanuit, unde dubium non eſt, quòd ipſe

B ſacerdos atque confeſſor Chriſti Renatus exſtiterit ad cuſtodiam hujus civitatis, in qua ejus venerabile quieſcit corpus.

& ſecundum, quo captus à barbaro

54 *Hujus Elogii concluſionem, cùm non multùm ad* S. Renati *gloriam poſthumam faciat, hùc non tranſcribo, & ad aliud, quod col.* 601 *&* 602 *apud laudatum Ughellum exſtat, nunc progredior. Hoc ita habet:* Annua nobis revolutione feſtivitas celebranda eſt, in qua ſanctorum Renati & Valerii, ſacerdotum Chriſti & confeſſorum, miracula longum eſt enarrare, quæ toto ſunt penè jam orbe latiùs terrarum diffuſa. Eodem namque tempore, quo prædicti latrones barbari oppidò depopulati ſunt ejuſdem Surrentinam urbem *, & multos captivorum cepêre, contigit quemdam, Felicem nomine, villicum per capillos detentum trahere * ad decollandum, manibuſque poſt terga ligatum. Cùmque prædictus barbarus eum traheret, venerunt ad pontem ſuper vaſtum rivum ſtratum, qui uſque hodie nuncupatur velut in priſca, magnus ſtructura, in quo arcus ad ejus laudem depictus videtur eſſe. Prædictus quippe barbarus ejus caput omni abſcindere conamine intendens *, tremefactus villicus hanc orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus ſanctorum Renati & Valerii, ſine cujus nutu nec folium defluit arboris, aut pluviæ gutta, ... qui thronos cælorum contines ... & tuorum precibus electorum hæc, quibus præeſſe eos ad munimina ſtatuiſti, ab omni ſecura hoſte ſervâſti, & huic ſæpe præfatæ Surrentinæ urbi noſtræ veridicos Renatum atque Valerium ſacerdotes & famulos tuos patronos dediſti, quam multoties à nefandiſſimæ Longobardorum gentis inſidiis viſibiliter munitam reddiderunt, ſubveni nunc mihi, de hujus atrocis manibus ſpiculatoris eripe me, eorum meritis & precibus, quos perſpicuos virtutum opifices externi accolæ ab orbis cognovêre finibus.

**l.* Surrentinæ urbis agrum **trahi*

**cùm intenderet*

C

55 Cujus in neceſſitate ſancti Confeſſores non dedignati ſunt puriſſimæ ſubvenire orationi. Ita ut ſtatim de manu prædicti barbari evaderet, & in profundam rivi illius altitudinem ſe præcipitaret; dum autem tam eminens eſſet rivi illius altitudo, in nulla parte læſus eſt corporis, ſed ſanus atque incolumis, ut potuit, ad prædictam Surrentinam urbem reverſus eſt. Poſtea verò præfatus barbarus, qui ejus conatus eſt auferre animam, credens eum obiiſſe, ut à pleriſque, nempe ejuſdem urbis, diffamatum eſt incolis, quòd villicus ille ſanus atque incolumis haberetur, non credidit. Sed ut certiorem ſe ex incredibili auditu redderet, ad præfatam urbem itinere cœpto devenit. Quem diu multúmque quæſitum tandem reperit, videnſque eum, admiratus eſt, & ſciſcitari ab eo cœpit, quomodò adviveret, quem opinatus fuerat, ut tanta rivi profunditas penè omnes exanimes ſuſcepiſſet. Cui Felix ait, Deus SS. Renati & Valerii, qui me à tua ſervavit machæra, cujus etiam munimine hæc urbs eorum adjumento à veſtris liberata eſt manibus, ipſe mihi præſtitit, ut ſoſpes & ſine aliqua contritione membrorum à tanta evaderem altitudine. Cui barbarus ait obſecrans, Quæſo te, perduc me ad eccleſias, ubi eorum reçondita ſunt corpora. Cui aſſentiens, utrique properaverunt, gratias ſimul agentes Deo, qui quotidie in Sanctis ſuis mirabilia operari non deſinit. Cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

AUCTORE J. G.

certiùsdem Sanctorum patrocinio mirè liberatus narratur.

F

56 *Hactenus* SS. Renati *& Valerii Elogium ſecundum, quod, ſi in recenſendis facti hujus adjunctis non aberravit, neceſſe eſt, ut tum, cùm ad Surrentinos venit Langobardus ille, inter gentem ſuam & Surrentinos vel pax vel induciæ pactæ eſſent, niſi fortè barbarum militem, tanto miraculo commotum, ad Surrentinos transfugiſſe ſtatuas. Quidquid id eſt, tertii Elogii partem, quæ ad argumentum noſtrum attinet, ex eodem Ughello ſubdo. Poſtquam ea, quæ de Radoaldo fuſiùs dicta in primo erant, parciùs perſtricta in hoc fuiſſent, hæc demùm ſubjunguntur:* De aliis enim virtutibus, quas per eos (*SS. Renatum & Valerium*) quotidie operatur, nec lingua poterit nec ſermo ſufferre. Eorum verò orationibus, multi adverſis oppreſſi languoribus quotidie ſalvantur: eorum interceſſionibus cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, triſtes lætificantur, infirmi ſalvantur & multi vexati à ſpiritibus immundis quotidie curantur. *Cætera, quæ in hoc Elogio ad Sancti noſtri hiſtoriam nihil faciunt, prætermitto, & Commentario huic pariter finem impono, enixè exoptans, ut, qui memoratis num.* 1 *&* 2 S. Renati *Vitis, quas recudi hîc dignas non cenſui, multò antiquiores, aut certiora, quàm quæ hactenus nota ſunt, documenta nactus fuerit, confuſæ obſcuræque huic hiſtoriæ lucem affundat, quæque à me de tam implexo diſputata ſunt argumento, pro veritatis dilucidandæ amore vel ſtabiliat, vel infirmet, ut hæc ſecundis curis, ſi æquum fuerit, à poſteris tractentur ad diem* XII *Novembris, quo* S. Renatus *Andegavi in Martyrologiis Gallicis paſſim annuntiatur.*

F

tertiumque ex parte, quo univerſim S. Renati miracula celebrantur, ex Ughello recitantur.

AUCTORE J. B.

DE S. ROMANO EPISCOPO

AUTISSIODORI IN GALLIA

SYLLOGE.

SUB ANNUM DLXIV. *S. Romani, decimi sexti,*

Sanctus Romanus *inter Autissiodorenses episcopos ordine aliis decimus sextus, aliis decimus septimus est: qui illum sedis illius episcopum numerant decimum septimum, SS. Valerium & Valerianum episcopos distinguunt, priori tertium, posteriori quartum in Autissiodorensi cathedra locum assignantes: contrà confundunt alii, quibuscum facit Petrus Bosschius noster tom.* VII *Julii pag.* 208 *in Annotatis in Vitam S. Germani, episcopi Autissiodorensis, per Constantium presbyterum, auctorem gravissimum, seculo* V *scriptam. Sanè, ut citatus Bosschius observat, in Corcodemi martyris visione SS. Amator, Marcellianus, Elladius & Valerianus S. Peregrino, primo Autissiodorensium præsuli (licèt non eo, quo nominantur, ordine)* gradatim successisse *dicuntur; nec ulla Valerii, à Valeriano distincti, fit mentio; ut hinc probabile sit admodùm, tertium Autissiodorensium episcopum, modò* Valerium, *modò* Valerianum, *ut non rarò fit, dictum, occasionem ansamque posterioribus seculis præbuisse incautis, ut ex uno geminum episcopum fingerent. Addit, ecclesiæ cathedralis Autissiodorensis succentor, D. Lebeuf tom.* I *Monumentorum ecclesiæ Autissiodorensis pag.* 14 *&* 15, *anno* 1743 *Parisiis typis edito, plura quidem Kalendaria, jam inde à quingentis sexcentisve annis scripta, Valerium & Valerianum episcopos ad* VI *Maii consignâsse; sed eorum auctores ab Historiæ Autissiodorensis compilatoribus, qui & in alia multa graviaque incidêre peccata, fuisse seductos: non reperisse se geminos ad illum diem episcopos in Kalendariis seculo* IX *antiquioribus: imò unum Valerium nominari in Martyrologio Hieronymiano Corbeiensi Dacherii, unum Valerianum in Epternacensi & aliis plerisque. Sit ergò* S. Romanus
C *in serie episcoporum Autissiodorensium ordine decimus sextus ex auctorum modò nominatorum probabiliori sententia.*

nimirum ab anno 561 vel seq.,

2 *Decessorem in episcopatu habuit S. Eleutherium, qui conciliis Aurelianensibus* 2, III, IV *&* V, *annis* 533, 538, 541 *&* 549 *subscripsit, ut ex Cointio Sollerius scribit tom.* III *Augusti ad diem* XVI *ejusdem mensis pag.* 300. *Eleutherium Autissiodorensi episcopatui admotum iidem scriptores aiunt anno* 532, *à quo si numerentur anni* 28, *menses* 8 *& dies* 9, *quibus episcopales infulas gessisse legitur in Historia episcoporum Autissiodorensium apud Labbeum tom.* I *Bibliothecæ Mss. pag.* 419, *anno* 561 *S. Eleutherius è vivis abierit. Huic quoque anno S. Eleutherii obitum illigavit D. Lebeuf; sed initium episcopatûs illius anno* 533 *affixit, neglectis, ut apparet, mensibus* 8 *& diebus* 9, *quos annis* 28 *in episcopatu exactis adjecisse S. Eleutherius dicitur in Historia modò citata. Mortuo Eleutherio* XVI *Kal. Septembris, inquit eadem Historia,* fuit civitas sine episcopo anno uno, mensibus 2, diebus X; *quo pacto* S. Romanus *anno* 562 *sub finem mensis Octobris Autissiodorensis episcopus fieri debuit: at Cointius, anno* 561 *undecimo Kal. Octobres id contigisse, contendit, & ab episcoporum Autissiodorensium Historia, non admodùm, ut suprà dictum est, accurata recedit, nulla tamen, cur ità faciat, adducta ratione. Adierit igitur verosimiliùs* S. Romanus *Autissiodorensem cathedram anno* 561 *vel* 562: *nihil enim certi in alterutram partem occurrit. Verùm, inquies, quî hoc S. Erici monachi dictis convenit, qui tempore Caroli Calvi imperatoris fuit, & in libris de Miraculis S. Germani Autissiodorensis apud Labbeum suprà citatum pag.* 566, *posteaquam mortis S. Desiderii, Autissiodorensis episcopi, seculo* VII *defuncti, mentionem fecit, hæc de* S. Romano *scribit:* Romanus cathedræ substituitur, de quo fertur, quòd, cùm vir esset sanctissimus, decisione capitis martyrium consummârit pridie Nonarum Octobrium, expleto functionis suæ tempore annis III. diebus XV?
E

mense Septembri

3 *Respondeo, S. Ericum sanctorum aliquot episcoporum Autissiodorensium, quorum corpora in S. Germani ecclesia fuêre deposita, mentionem facere, non eo ordine, quo episcopatum gessêre, sed quo juxta S. Germani corpus eorum exuviæ fuêre depositæ, quod rectè, ne cui S. Erici narratio imponeret, Autissiodorensis succentor suprà laudatus observavit. Porrò ex citatis Erici verbis discimus non modò durationem episcopatûs illius & diem emortualem, sed etiam diem, quo episcopus consecratus est: si enim à sexto Octobris die dies quindecim retrocedendo numeres, ad diem consecrationis illius, videlicet diem* XXII *Septembris, pertinges: unde ulterius efficitur, mendum cubare in verbis compilatorum Historiæ episcoporum Autissiodorensium, num. superiore relatis, secundùm quæ* S. Romanum *sub finem Octobris episcopalem sedem occupare cœpisse, necesse est: tum etiam in verbis Cointii, cùm ad annum* 561, *num.* 2
F *scripsit:* Successit (*Eleutherio*) Romanus undecimo (*imò decimo ex dictis*) Kalendas Octobres. *Contrà verò rectè ea de re scripsisse Georgium Viole, seu quisquis est auctor Ms. nostri de Autissiodorensibus episcopis, cujus verba Latinè reddo.* Episcopatum adiit die XXII Septembris, festo glorioſi martyris Mauritii, antiqui patroni & titularis ecclesiæ S. Germani, in qua, ut eligerentur & consecrarentur Autissiodorenses episcopi, mos erat. *Nescio, qua de causa D. Lebeuf ab Erico dissentiat, cùm* S. Romanum *annis tribus & mensibus aliquot sedisse scribit; cùm illum Ericus præter annos tres, dies tantùm* 15, *Historia verò episcoporum Autissiodorensium dies tantùm* 4 *sedisse, affirment.*

usque ad annum 564 vel seq., Autissiodorensis episcopi,

4 *At, si diem, quo episcopus* S. Romanus *consecratus est, Georgius Viole rectè assignârit, in anno, tum quo episcopatum suscepit* S. Romanus, *tum quo è vivis hic migravit, hallucinatus est: ex dictis enim primum contigit verosimiliùs anno* 561 *vel certè* 562; *alterum verò, spectata episcopatûs* S. Romani *duratione annorum* 3 *& dierum*

A *dierum* 15, *anno* 564 *vel ſequenti: in Ms. verò mox proximè laudato verbis paulò antè Latinè redditis in margine adjicitur annus* 553, *ac paulo pòſt obiiſſe legitur ſub annum* 555. *Ita nimirum Ms. auctor loqui congruenter debebat, qui Eleutherio, cujus epiſcopatus ad annos* 28 *duravit, annos* 9 *ſua auctoritate detraxerat. Emendatione pariter indiget epiſcoporum Autiſſiodorenſium Hiſtoria, quæ vitioſis etiam* S. Romani *epiſcopatum characteribus chronicis inſignivit. Sic habet:* Fuit autem temporibus ſupradicti Joannis Papæ (*hujus nominis III*) uſque ad Benedictum, imperante Juſtino Minore. *At cùm ex dictis* S. Romanus *ultra annum* 565 *vitam non protraxerit; Juſtinianus verò, Juſtini Junioris deceſſor, anno* 566 *in vivis eſſe deſierit; Juſtini imperium vidiſſe non potuit, nedum Benedicti I Pontificatum, ad quem anno dumtaxat* 573 *evectus fuit, in Joannis III locum ſubrogatus. Adhæc* S. Romano *S. Ætherius, huic verò S. Aunarius ſubſtitutus fuit jam inde ab anno* 571, *ut ex probabiliori calculo dictum eſt tom.* VII *Septembris in Commentario prævio ad Acta S. Aunarii pag.* 90. *Atque ita quidem annum & diem tum*

B *aditi epiſcopatus, tum obitûs* S. Romani *ſat propè conſtitutum habemus. Verùm de illius natalibus, virtutibus, rebuſque geſtis documentorum & antiquorum ſcriptorum penuriâ tacere cogimur: reliquum igitur eſt, ut ad Mrll., & ad ea, quæ ad cultum ejus pertinent, ſermonem convertamus.*

apud martyrologos aliquot mentio;

5 *Utut obſcuræ ſint, prout jam dixi, res à* S. Romano *geſtæ, illius tamen ſanctitatem luculenter probant antiquiſſima, quibus inſcriptus legitur, Martyrologia. Edidit anno hujus ſeculi* 17 *Edmundus Martene tom.* 3 *Anecdotorum à col.* 1547 *Martyrologium ex Ms. monaſterii S. Germani Autiſſiodorenſis*, ab annis, *ut ait*, circitèr mille ſub nomine S. Hieronymi compactum, *quod ad diem* VI *Octobris ita habet:* Autiſſiodori Romani epiſcopi. *Codex Hieronymianus Epternacenſis ad eumdem diem his verbis utitur:* In Galliis civitate Autiſiodoro Romani epiſcopi: *& Corbeienſis:* In civitate Autiſſiodoro depoſitio S. Romani epiſcopi. *Corbeienſi verò Lucenſis conſonat; at in utroque (Corbeienſi apud Dacherium tom.* 4 *Spicilegii, & Lucenſi apud Florentinium) ad calcem laterculorum velut adjectitius, diverſo charactere ſignatur. Rabani verba ſunt:* In civitate Autiſiodoro depoſitio Romani epiſcopi. *Apud Adonem & Uſuardum nulla* S. Romani *mentio, niſi in Auctariis. His omnibus paulò fuſiùs* S. Romanum *Martyrologium antiquum eccleſiæ Autiſſiodorenſis, editum à Martene tom.* 6 *Scriptorum veterum, in hunc modum annuntiat:* Autiſſiodero depoſitio S. Romani epiſcopi, qui, cùm rexiſſet eccleſiam ſibi commiſſam annos III, dies XV, tandem, ut fertur, martyrio vitam finivit. *Recentiores martyrologos tacitus prætereo: accipe unius Martyrologii Romani verba:* Antiſiodori S. Romani epiſcopi & martyris: *in quæ annotat hæc Baronius:* Agunt de eodem hac die Beda, Ado & alii. Adſcribitur decimus ſeptimus ejus ſedis epiſcopus, vixitque temporibus Joannis Papæ III uſque ad Benedictum, ut docent Tabulæ epiſcoporum Antiſiodorenſium, quas deſcripſit Democharis, *de quibus tum hîc, tum num.* 1 *&* 4 *dicta conſule.*

C 6 *Martyrologium Romanum mox citatum* S. Romanum *martyrem facit; quæ de illius martyrio opinio jam inde à ſeculo* IX, *ut ex verbis Erici, qui ſeculo* IX *ſcripſit, num.* 2 *producti, patet, apud Antiſſiodorenſes viguiſſe videtur; ſic tamen ut rem pro certa & indubitata non habuerint, ut abundè innuunt particulæ*, ut fertur, *ab Erico adjectæ; quas etiam Breviario Autiſſiodorenſi, anno* 1736 *Pariſiis edito, inſertas lego; ubi ad diem* VI *Octobris Lectione* 2 *de* S. Romano *hæc habentur:* Romanus, Eleutherii ſucceſſor, Autiſſiodorenſem eccleſiam rexit annis circitèr tribus. Bonis operibus & ſanctitate clarus, amputato capite, martyrium conſummâſſe fertur ſexta die Octobris circa annum quingenteſimum ſexageſimum quartum. Sepultus eſt juxta prædeceſſores ſuos in baſilica S. Germani. *Quòd ſi martyrium verè* S. Romanus *ſubierit, eò inclinâſſe Breviarii hujus concinnatores videntur, ut inexſpectato homicidio, privatoque crimine ſublatus è medio fuerit: qua de cauſa, ut apparet,* S. Romano *S. Tetricum, alterum Autiſſiodorenſem epiſcopum*, impii clerici ferro (*ut legitur Lectione* 3 *ejuſdem diei*) confoſſum, *licèt die* XVIII *Martii antè cultum, conjunxerunt. D. Viole* S. Romani *necem Burgundis Arianis, aut Simoniacis, quorum ingentem tunc ait fuiſſe numerum, aut Euangelicæ puritatis hoſtibus adſcribit; verùm hæc non ſunt, niſi conjecturæ.*

AUCTORE J. B.

è quibus martyrne fuerit,

E

an confeſſor, non liquet:

7 *Sollerius in Uſuardo hoc die geminam ad Uſuardum acceſſionem, alteram ex Martyrologio Centulenſi, alteram ex editione Uſuardi Lubeco-Colonienſi; tertiam verò ex Greveno refert, quæ omnes* S. Romanum *Confeſſoribus diſertè adſcribunt: ſic habent duæ priores:* Antiſiodoro ſancti Romani epiſcopi & confeſſoris. *Tertia verò:* Autiſiodoro, depoſitio ſancti Romani epiſcopi & confeſſoris. *Quartam denique è Remenſi:* Autiſſiodori S. Romani epiſcopi & confeſſoris: *cùm igitur alia Martyrologia confeſſorem, alia martyrem, ſed dubitanter, alia denique nec confeſſorem, nec martyrem, ut ex dictis liquet, nominent, dubium planè manet, licèt in aliquibus martyr, non adjecto etiam ullius dubitationis indicio, dicatur, utris* S. Romanus *ſit adſcribendus; quamquam Autiſſiodorenſium de illius martyrio, quæ jam inde à ſeculo* IX *fuit, non contemnenda videatur opinio. Neque huic tantopere adverſari video Martyrologiorum de* S. Romani *martyrio ſilentium, quàm velle videatur D. Lebeuf, in hanc rem ita ſcribens:* Sed ad oppugnandam hanc (*de* S. Romani *martyrio*) opinionem non parùm facit de martyrii qualitate ſilentium. *Etſi enim antiquiora Martyrologia, num.* 5 *laudata, martyrem fuiſſe non dicant, non tamen etiam negant, nec Confeſſorem appellant: ſilentii verò cauſa eſſe potuit, quòd, utrùm confeſſor, an martyr fuerit, eo, quo ſcripta fuerunt, tempore haud ſatis liqueret, ſicut nec Erico ſeculo* IX *id conſtitit: imò martyres plurimos in illis Martyrologiis videre eſt, qui, quamquam verè tales fuerint, nulla tamen ſeu confeſſoris, ſeu martyris qualitate inſigniuntur.*

F

Sancti corpus è veteri tumulo in novas

8 *Poſt obitum ſuum, ſeu naturalem ſeu violentum, ſepulturam nactus eſt* S. Romanus *in S. Germani baſilica; in eaque corpus ejus jacuiſſe videtur uſque ad annum circitèr* 866, *quo in cryptas ejuſdem baſilicæ unà cum aliorum aliquot Sanctorum exuviis tranſlatum fuit: factæ tranſlationis tempus è S. Erico colligitur; qui, cùm lib.* 2 *Miraculorum S. Germani cap.* 14 *apud Labbeum, Herchenraum Catalaunenſem epiſcopum anno Incarnationis Dominicæ* 865 *à S. Germani*

AUCTORE J. B.

mani monachis reliquias S. Urbani Papæ & martyris dono accepisse, narravit, mox capite 15, *de qua agimus, translationem sequentibus verbis describit:* Postquam longè superiùs comprehensum opus (*cryptas basilicæ S. Germani intelligit, quas cap.* 7 *libri ejusdem* 2, *anno* 859 *ad umbilicum perductas fuisse, scripserat*) visum est & Ecclesiastico decori congruum & Sanctorum componendis pignoribus condignum, exercitatâ sapientûm sententiâ, optimum factu visum est, ut suprà memoratæ martyrum reliquiæ, necnon & corpora beatorum Pontificum Altissiodorensium olim in ipsa ecclesia tumulata transferrentur in cryptas, & circa corpus beatissimi Germani præcipuâ officii diligentiâ conderentur, divina mente, probo consilio, ut quos eadem cæli regia continet, ejusdem quoque in terris habitaculi capacitas sociaret.

S. Germani basilicæ cryptas transfertur sub annum 859.

9 Factum ita est, & dextro quidem latere, id est, à plaga Australi ossa beati Urbani Papæ cum capite Innocentii martyris eodem loculo composita sunt. Hinc corpus venerabilis Alaudii, successoris quondam ejus, ac trium deinde sanctorum pontificum Ursi, Romanique & Theodosii. A parte pedum, id est, plaga Orientali secus aram pretiosi confessoris & præsulis Aunarii membra sacratissima requiescunt: sinistrum, id est, Septentrionale latus, glorioso martyris Tiburtii pignora occupârunt, subjunctis quinque pontificum corporibus venerandis, hoc est, sancti Fraterni episcopi & martyris, Censurii, Gregorii, Desiderii ac Lupi, & extra hos sancti Moderati pueri, quondam martyrio coronati. *Tum Autissiodorensium præsulum elogia brevibus refert hoc ordine:* Alaudii, Fraterni & Censurii, Aunarii, Desiderii, Romani (*cujus elogium vide num.* 2) Ursi, Theodosii, Gregorii. *Sederunt autem hoc ordine:* Fraternus, Alaudius, Censurius, Ursus, Theodosius, Gregorius, ... Romanus, ... Aunarius, ... Desiderius; *ut meritò ex D. Lebeuf observatum sit suprà, S. Ericum hîc ordinem, quo singuli ab illo memorati præsules Autissiodorensem cathedram occupârunt, non servâsse. Quæ verò Autissiodorenses seu eorum præsulem Christianum, ut suprà dictorum Sanctorum reliquias in cryptas basilicæ S. Germani deferri voluerint, causa permoverit, Ericus siluit. at, spectata temporum illorum conditione, verosimillimum est, id Normannorum continuis tunc Galliam incursionibus infestantium metu contigisse.*

B

C

inspiciturque anno 1636 *à Seguiero episcopo, cujus*

10 *Cetera, quæ ad* S. Romanum *pertinent, suppeditabit Ms. nostrum Autissiodorense: refert id pag.* 51 S. Romani *tumulum anno* 1636 *à Seguiero, Autissiodorensi episcopo, fuisse inspectum, inventumque* S. Romani *corpus in cineres maximam partem redactum. Sancti effigies parieti appicta, & hac inscriptione* Sanctus Romanus *notata erat; visebatur in ea pictura martyrii ipsius instrumentum, gladius videlicet, quo occisus creditur: verùm non admodùm magnæ antiquitatis ea fuisse videtur. Nunc autem nulla ejus tumulo cernitur pictura apposita; legitur autem nomen ipsius; dies ipsi sacer,* VI *Octobris, quo in tota diœcesi Autissiodorensi & in S. Germani abbatia colitur; denique & epitaphium Latinè conceptum, sed valdè recens. Ita ferè Ms. Autissiodorense pag. citatâ. Seguieri Autissiodorensis anno* 1636 *episcopi, sed ad Meldensem dein cathedram promoti, ea de re testimonium, datum Meldis anno* 1642 *die* XXIX *Aprilis legitur parte altera ejusdem Ms. à pag.* 265, *è quo nonnulla his addenda discimus. Visitationis institutæ rationem pag.* 267 *& seq. in litteris suis hanc Seguierus tradit:* Verùm quia, anno MDLXX (*lege* MDLXVII) urbe Antissiodoro ab hæreticis fraude intercepta & occupata, prædictum S. Germani monasterium suis omnibus ornamentis, opibus, Sanctorum reliquiis, quæ in thecis aureis & argenteis elegantissimè elaboratis asservabantur omni etiam ligno & tegulâ, solis intactis parietibus, spoliatum fuisset, non mediocris erat dubitandi locus, utrùm sacræ Sanctorum prænominatorum reliquiæ, nusquam, ut piè factum est, in capsas collocatæ, sacrilegas ipsorum Calvinistarum manus effugissent, ita ut jam antiqua piaque fidelium fides non tantùm vacillare, sed etiam è quorumdam cordibus aboleri cœpisset, quocirca ipsi præfatus Prior & monachi (*S. Germani*) qui rem maximi esse momenti perpendebant, nobis humiliter & obnixè supplicabant, quatenus ad eorumdem Sanctorum sepulchra visitanda, ipsorum adire cœnobium dignaremur. Quorum votis benignè annuentes anno Domini MDCXXXIV die 11 Novembris unà cum multis tam è clero, quàm ex præcipuis ad idem monasterium nos contulimus *&c.*

D

E

ea de re testimonium exhibetur.

11 *Dein pag.* 271 *quid circa corpus* S. Romani *observatum fuerit, rursum Seguieri verbis accipe:* Anno verò, *inquit,* MDCXXXVI Septembris septima die, supplicantibus iisdem Priore & monachis, rursus multis è clero & populo comitantibus, ad eamdem sancti Germani ecclesiam accessimus, præmissaque humili oratione, inspectis cryptarum parietibus, circumquâque litteris & picturâ imbutis; effossa humo, variis in locis reperimus sarcophagos lapideos, quibus reseratis, visa sunt corpora, quæ inscriptionibus propriis notata quodammodò respondebant. Et primò in capella S. Germani, in qua ejus habetur tumulus, præter illud, quod S. Theodosii esse perhibetur, invenimus duo alia sepulchra; unum juxta præfatum S. Theodosii tumulum, quod sancti Romani, quondam Antissiodorensis episcopi & M., esse voluerunt, cujus corpus in cineres fermè redactum multo pulvere, qui fortè per sarcophagi rimulas irrepserat, miscetur; juxta illud sepulchrum ejusdem Sancti imaginem hoc titulo: S. ROMANI: duplicique inscriptione (*sed non admodùm veteri, ut dictum suprà est*) insignitum conspeximus. *Sequitur* S. Romani *epitaphium, sed Gallicè conceptum:* Hîc jacet corpus domini S. Romani, episcopi & martyris, qui huic civitati præfuit annis 111 diebus XV; martyrio coronatus VI Octobris, imperante Justino Juniore. *Imò Justiniano, si verè martyr occubuerit. Sancti cineribus pulverem, fracto sepulcri lapide, admixtum fuisse volunt vel cùm anno* 1277 *Joannes de Joceval, S. Germani abbas, collapsam S. Germani basilicam reparavit, vel anno* 1567, *quo in eamdem Calvinistæ debacchati fuerunt.*

F

Præter festum proprium, aliud habuit cum aliis commune apud S. Germani monachos.

12 *Nec denique abs re fuerit ex iisdem Seguieri litteris observare,* S. Germanum *unà cum aliis Sanctis, in S. Germani basilica sepultis, loci monachos peculiari Officio festoque olim prosecutos fuisse die* VIII *Novembris; qua de re sic loquitur Seguierus in Ms. nostro Autissiodorensi pag.* 283 *& seq.* His ita peractis, Priorem & monachos rogavimus, utrùm sive ex chartis, sive ex libris sui monasterii, sive ex quibusdam aliis

A aliis codicibus alibi repertis, alia proferre poſſent teſtimonia, quibus de ſepulchris & reliquiis, in ipſamet eccleſia reconditis, nos pleniùs informare & inſtruere poſſent; qui quidem in primis protulerunt Breviarium parvum, ſed antiquiſſimum, ejuſdem cœnobii, in quo pro die octava Novembris tales aſſignabantur Lectiones, Matutinis horis in choro recitandæ. *His ſubjungit Lectiones ipſas, quæ ſunt octonæ: Lectio ſecunda de feſti hujus inſtitutione ita habet:* Unde penè quia totus orbis præcelſam ſolemnitatem Omnium Sanctorum, uti à venerandis Patribus decretum eſt (*circa annum* 835) atque ſancitum, in Calendis Novembris excolit, idcirco concio cœnobii beati Germani Antiſſiodorenſis operam dare inſtituit, id authorizante epiſcopali decreto cum conſenſu univerſalis cleri & populi, in ejuſdem Octavis denominatæ ſolemnitatis ſublimiter fieri ab cœtu humano ejuſdem epiſcopii feſtivum diem omnium ſanctorum Martyrum, Confeſſorum ac Virginum, qui intra confinia hujus tumulata conſiſtunt, & præcipuè eorum, qui infra ambitum monaſterii ſancti Mauritii & ſancti Germani corpora pauſant præſentia. *Reliquas non tranſcribo, quòd de* S. Romano *nihil ſingulare contineant. Plura de* S. Romano *non habeo dicere; niſi illum in Litaniis, ad calcem Breviarii Autiſſiodorenſis anni* 1736 *poſitis, inter ſanctos Martyres & Epiſcopos Autiſſiodorenſes invocari hoc ordine:* Sancte Peregrine, ſancte Fraterne, ſancte Romane, ſancte Vigili &c. AUCTORE J. B.

DE S. BARTIO SEU BARSIO EPISCOPO CONFESSORE

B VASIONE IN COMITATU VINDAUSCENSI. E J. B.

CIRCA AN. DLXXX.

Unus hodie Caſtellanus S. Bartium *ſeu* Barſium, *Vaſionenſem epiſcopum, in Martyrologio Univerſali his verbis annuntiat:* Vaſione, S. Bartius epiſcopus, ſucceſſor S. Quinidii. *Eſt autem Vaſio* (*Gallicè* Vaizon) *epiſcopalis in comitatu Vindauſcenſi* (le Venaiſſin) *civitas, Avenionenſi ſubjecta metropoli. De rebus geſtis epiſcoporum Vaſionenſium ex inſtituto ſcripſit Joannes Columbi; qui tamen lib.* 1, *num.* 54 *hæc tantùm de* S. Bartio *litteris mandavit:* Sancto Quinidio traditur ſucceſſiſſe B. Barthus ſive Bartius, ut Vaſio gloriari, & quidem meritiſſimò, poſſit, ſibique gratulari, quæ tres deinceps epiſcopos feliciſſimo hoc ſæculo (VI) habuerit omni virtutum genere illuſtres, cæleſtibuſque donatos honoribus. Sed, ut Theodoſii, ita etiam Barthi res oblivione ſepultæ ſunt univerſæ, & ſola clariſſimorum virorum nomina ad nos pervenerunt. Hoc tamen poſſum aſſerere, ſi Barthus poſt Quinidium ſedit, ut à Majoribus accepimus ſediſſe, non multos egiſſe annos epiſcopum; *annis nimirum certò non pluribus, quàm octo: cùm Quinidius, ejus deceſſor, concilio Pariſienſi* IV *anni* 572 *vel ſeq.; Artemius verò, ejuſdem ſucceſſor, Matiſconenſi* 1, *anni* 581 *ſubſcripti legantur; ut tom.* 2 *Februarii ad diem* XV *dictum eſt, ubi de S. Quinidio. Quòd ſi hic, ut nonnulli ſcribunt, ſub annum* 578 *ad Cælites migrârit, anni tantùm circitèr tres* S. Bartii *epiſcopatui relinquentur. Atque hinc fortaſſe, uti & è variis, quibus ea civitas attrita fuit, cladibus effectum eſt, ut modò in tanta rerum ab illo geſtarum neſcientia vel ipſi Vaſionenſes verſentur. Quod verò ad cultum ejus ſpectat, neque de illo quidquam peculiare habeo, quod Caſtellani & Columbi dictis adjiciam, niſi ejus feſtum Officio proprio apud Vaſionenſes coli ex Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptoribus, qui tom.* 1, *col.* 923 *ita de illo ſcribunt poſt Sammarthanos fratres:* Ut morem geramus traditioni & Breviario proprio eccleſiæ Vaſionenſis, hunc Sanctum beato Quinidio ſucceſſorem damus. Brevi autem ſedit tempore, ut ſequentia docebunt. S. Bartium *prætereunt in Epiſcopis Galliæ Joannes Chenu, & Claudius Robertus, qui præterea Artemium, SS. Quinidii &* Bartii *ſucceſſorem, malè præponit S. Quinidio: monet tamen Joannes Chenu in ſua epiſcoporum Vaſionenſium ſerie plures poſt Quinidium deſiderari.* F

DE

AUCTORE J. B.

DE S. YWIO DIACONO CONF.

WILTONIÆ IN ANGLIA

SYLLOGE.

S. Ywii memoria in Faſtis ſacris, cultus, vitæ profeſſio.

SUB FINEM SECULI VII VEL SUB INITIUM SEC. VIII. *S. Ywii, S. Cuthberti diſcipuli,*

Sanctum Cuthbertum, Præpoſitum primò Mailroſenſem, deinde Lindisfarnenſem, ac tandem epiſcopum ejuſdem ſedis anno 685 ſub Egfrido, Northumbriæ rege, ſæclum, & anno 687 ad Superos evocatum, Majores noſtri illuſtrârunt tom. III *Martii à pag.* 93 *ad diem* XX *Martii, quo colitur. Virum ſanctiſſimum pro viribus imitari ſtuduit illius diſcipulus* S. Ywius, *ſeu, ut aliis ſcribere placet,* Juvius, Yvius *vel* Juius, *quamquam non ea, quâ illius magiſter Cuthbertus, nominis celebritate claruerit. Vitam illius Ms. habemus ex Rubea valle, canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini prope Bruxellas monaſterio, ſed ab ea, quam Capgravius, ſeculi* XV *ſcriptor, vel ſcripſit, vel ex Joanne Tinmuthenſi, qui ſeculo* XIV *fuit, compilavit, non diverſam; qui cùm ab* Ywii *ætate intervallo ſatis longo remoti fuerint, mirum non eſt, illius geſta admodùm jejunè tractâſſe, maximè ſilentibus illum paſſim ſcriptoribus antiquis. Sanè ſcriptore Vitæ S. Edithæ, Wiltonienſis in Anglia ſanctimonialis virginis, cujus Acta apud nos tom.* V *Septembris à pag.* 364 *illuſtrata ſunt, antiquiorem non inveni, qui* S. Ywii *mentionem fecerit; quamquam & hic ſeculo* XI *ad finem vergente, ſi quidem is Gotcelinus, S. Bertini monachus, ut creditur, fuerit, tantùm floruerit, nec* S. Ywii, *niſi obiter dumtaxat, meminerit.*

in Martyrologiis

2 *Nihilo plus lucis afferunt antiqua Martyrologia, in quibus illum fruſtra quæſiveris: recentiores igitur aliquot martyrologos accipe. Wilſonius in Martyrologio Anglicano, anno* 1608 *typis edito, è Tabulis SS. Roſweydianis Sancti nomen excerpens, hoc illi concinnavit elogium ad diem* VI *Octobris:* In Northumbria feſtum S. Ywii, diaconi & confeſſoris, diſcipuli S. Cuthberthi Dunelmenſis, cujus inſignis vitæ ſanctitas Catholicis olim temporibus noſtra in inſula, maximè apud Nordanhymbros, illuſtris fuit. Obiit, quantùm ex antiquitate colligitur, circa annum Chriſti DCCIV. *Eumdem quoque annum* S. Ywio *fatalem Alfordus in Annalibus annotavit; quod quia ex conjectura dumtaxat, quantùm apparet, fecerunt, latiùs ego ad finem ſeculi* VII *vel ſequentis initium Sancti obitum retuli. Porrò, ne quis S. Cuthbertum, quem ſuprà* Lindisfarnenſem *appellavi,* Dunelmenſem *hîc à Wilſonio dici miretur, poſteriori modo ab illo ſic nuncupatum, noverit, quòd Dunelmenſis epiſcopatus & regio* (Durham *hodie Angli vocant*) *olim* Terra *ſeu* Patrimonium S. Cuthberti *dicti ſint, ac, ex Lindisfarnenſi inſula in varia ſubinde loca tranſlato ſancti præſulis corpore, tandemque circa annum* 995 *Dunelmum delato, Dunelmenſis civitatis & vicinorum tractuum tutelaris patronus effectus ſit, quæ fuſiùs in Commentario de S. Cuthberti tranſlationis Hiſtoria explicata invenies. Reliquos martyrologos audiamus.*

recentioribus

3 *Caſtellanus in Martyrologio Univerſali ad diem* VI *Octobris, inter Galliæ Sanctos in Romano non expreſſos,* S. Ywium *his verbis recenſet.* Eodem die (*ita ſonant verba ejus Gallica*) S. Yvius; quem antiqua Mss. Viltonienſia in Anglia, ubi ejus corpus diu cultum fuit, notant Britanniâ oriundum. *Galliæ Sanctis annumerare* S. Yvium *Caſtellanus utcúmque eo nomine potuit, quòd in Britannia Armorica ſeu Minori, Galliæ ad mare Britannicum provinciâ, commoratus aliquamdiu fuerit, atque ibi diem ſuum obierit. Verùm, cùm* S. Yvium *ex Mss. Wiltonienſibus* Britanniâ oriundum (Originaire de Bretagne, *quibus verbis Galli paſſim Britanniam Armoricam indicant*) *dicit, ſi ſenſu poſteriori* Yvium *Britonem crediderit, haud illi aſſentior: Acta enim, cùm de ejus ortu & patria agunt,* Britanniam *ſine addito nominant, quo nomine Latino, Britannia Major paſſim venit: cùm autem de illius in Britanniam diſceſſu loquuntur, Minorem diſertè exprimunt, ut alteram ab altera liquidò ſecernant, ut infrà in Actis videre eſt. Sauſſayus in Supplemento ad Martyrologium Gallicanum* S. Yvium *ad eumdem diem annuntiat his verbis:* Coloniæ Agrippinæ S. Ywii, diaconi ſancti Cutberti epiſcopi; ejuſdemque diſcipuli & imitatoris egregii. *Non alia, ut opinor, de cauſa Coloniæ Agrippinæ adſcripſit* Ywium, *quàm quòd ibidem illius conſervari reliquias crediderit, quæ de re vide num.* 8.

memoria,

4 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Generali ad diem* VI *Octobris* S. Ywium *primò ſic annuntiat:* In Anglia S. Tuui diaconi: *& iterum paulò pòſt in hunc modum:* Coloniæ S. Yuuii diaconi, *quaſi alter ab altero diverſus ſit. Unum tamen eumdemque eſſe, adjuncta, quæ in Annotatis ipſe Ferrarius affert, oſtendunt.* S. Tuum *diaconum ex Martyrologio Anglicano, & Faſtis ſacris Roſweydianis hauſit, ac vixiſſe ait* circa annum DCCIV; *Roſweydiani verò Faſti ſolum* Ywium *habent, quidquid ſit de Martyrologio Anglicano, quod præ manibus Ferrarius habuit. Annus verò Chriſti* 704, S. Yuuio, *quem ſibi Ferrarius Coloniæ annuntiandum credidit, apprimè congruit: huic verò hanc adnotationem ſubjicit:* Ex Kalendario Colonienſi. Is fuit diaconus & diſcipulus S. Cutberti epiſcopi. *Quæ omnia unum eumdemque Sanctum denotare, manifeſtum eſt. Vitæ* S. Ywii *compendium Bucelinus in Menologio Benedictino, ex Capgravio, Mayhew, & Menardo his verbis exhibet:* Wintoniæ in Anglia S. Junii, diaconi & confeſſoris. Junius, ex præclara ſtirpe Britonum ortus, in inſula Lindisfarnenſi enutritus, puer etiamnum utroque parente orbatus eſt. Meruit longè digniorem parentem deinceps felix Puer, & ſolemnibus monachi-

cæ

A cæ professionis votis, Christo renatus, magnum illum & sanctissimum Cuthbertum nostrum & magistrum & perfectionis absolutissimæ exemplar habuit. Profecit plurimùm egregia vitæ sanctitate, & ad sacrum diaconatûs Ordinem promotus maximi non solùm apud homines factus est, sed etiam à Numine magnâ miraculorum gloriâ, quanti in cælis fieret, commendatus.

cultusque Wiltoniæ in Anglia.

5 *E relatis modò martyrologis Castellanus*, S. Yvium *cultu ecclesiastico olim Wiltoniæ gavisum fuisse, disertis verbis ait; cujus rei testem habemus Capgravium, qui* S. Ywii *illic cultum sua saltem ætate seu sæculo* XV *viguisse, his verbis prodit:* Apud Wiltoniam diebus nostris corpus ejus sanctum quiescens in magna veneratione habetur. *Wiltoniæ ejusque Parthenonis, in quo* S. Yvii *corpus servatum fuit, notitiam habes tom.* V *Septembris in Commentario prævio ad Vitam S. Editha, seu Eadgitha pag.* 367 *& seq. Vero admodùm simile est,* S. Ywii *in illo cultum perdurâsse usque ad Henricum VIII, Angliæ regem, cujus tempore Wiltoniense virginum cœnobium superfuisse, ibidem pag.* 368 *ex Monastico Anglicano ostenditur: incepisse autem, ex quo* S. Yvii *corpus Wiltonienses sanctimoniales virgines possederunt. Qua occasione eò delatum fuerit* S. Ywii *corpus, ibique deinde remanserit, tomo jam laudato pag.* 371 *in Vita S. Editha num.* 10 *Gotselinus docet:* Clerici Pictorum, *inquit*, scrinio circumferentes sanctum confessorem Juium, in cœnobio sanctæ virginis honorificè susceptum, in altari B. Editha reliquias deposuerunt: cùmque clerici vellent abscedere, tanto Juius affixus est pondere, ut ab altari nullo conamine levare possent. Plorant advenæ, ejulant, vestes scindunt, & crines evellunt; desperati tandem, receptis duorum millium solidorum à Wolftrude abbatissa, ad propria tristes abierunt.

quò ejus corpus

6 *Quod ad tempus attinet, quo* S. Ywii *corpus Wiltoniam delatum fuit, Maihewus* anno circitèr DCCCLXXX *id accidisse, scribit, qui tamen S. Editha, in cujus altari* S. Ywii *reliquiæ fuêre depositæ, obitum anno circitèr* 984 *affigit. Gotselinus etiam, seu auctor Vitæ S. Editha haud satis sibi constat, dum S. Editha corporis elevationem annis tredecim ab ejus obitu elapsis, id est, ex ejus calculo sub annum* 997 *à S. Dunstano, Cantuariensi archiepiscopo, factam scribit: quî* C *enim id sub illum annum fieri à Dunstano potuit, quem anno* 988 *è vivis abiisse, prodit Osbernus, S. Dunstani biographus, qui sæculo* XI *floruit, ac de illius rebus probè instructus fuit? Sed, licèt de anno, quo S. Editha elevatio contigit, constaret, nec sic è verbis Gotselini annus, quo* S. Ywii *reliquiæ Wiltoniam pervenerunt, certò elici posset. Effici quidem inde potest ab elevatione corporis S. Editha id contigisse; sed eodemne anno, an annis aliquot pòst & quot, prorsus incertum reliquit. Dubium præterea est, num Wolftrudis abbatissa Wiltoniensis, à Gotselino verbis suprà citatis memorata, eadem sit ac S. Editha mater; nec annus certò scitur, quo hæc ex hac vita migrârit. Id unum, si Gotselino standum est, dixerim,* S. Ywii *reliquias Wiltoniam fuisse delatas eo temporis spatio, quod ab anno* 984 *usque ad occupatum à Canuto, Danorum rege, Angliæ regnum, quod ad annum* 1016 *& seq. refert Alfordus, effluxit.*

7 *Sic existimo, tum quòd Gotselinus tomo* V *Septembris pag.* 370, *num.* 7 *referat, Elphegum, Wiltonienſem nimirum tunc episcopum, brevî*

post S. Editha mortem, puellam, quam illa è sacro fonte se susceptura promiserat, sed prius, quàm illa nasceretur, mortua suscipere non potuit, baptizâsse; qui anno 984 *Wiltonienses episcopus consecratus fuit* XIV *Kal. Novembris, ut tomo* 2 *Aprilis pag.* 634 *ex auctore Chronologiæ Anglo-Saxonicæ, tunc vivente, probatur. Tum quòd Gotselinus prodigia recensens, quæ ad S. Editha, per S. Dunstanum elevata, exuvias aut alibi ad illius invocationem acciderunt, temporis ordinem servare videatur; verbis autem, ad* S. Ywium *spectantibus ac suprà relatis, proximè subjiciat prodigium aliud coram rege Canuto, Wiltoniæ morante, ad ejusdem virginis exuvias patratum.*

AUCTORE J. B. *sub finem sæculi* X *vel seq. initium translatum fuisse videtur;*

cujus fortè pars aliqua etiam Coloniæ Agrippinæ servatur.

8 *Ceterùm, cùm Gotselinus clericos Pictos* S. Yvii *corpus circumtulisse ac Wiltoniæ relinquere fuisse compulsos, affirmet, facilè colligi hinc potest, jam antè apud Pictos (siti hi fuerunt inter fretum Dunbritannicum & Edinburgicum propter murum Severi imperatoris) sacros honores illius exuviis fuisse exhibitos. At, cùm in Britannia Minori seu Armorica secundùm Acta diem suum obierit* S. Ywius, *hinc in Britanniam Majorem corpus ejus aliquando translatum fuisse oportet;* F *quod qua occasione, quove tempore acciderit, invenire nusquam potui. Nihilo magis exploratum mihi est, quando, aut quî ejusdem reliquias Colonienses acceperint, nec in qua ecclesia serventur, nec denique, an peculiari illic cultu aliquo affici soleant, hæc tantùm, quòd sciam, in Fastis sacris & piis Colonienſibus notante Gelenio ad diem* VI *Octobris:* Eodem (*die*) Coloniæ S. Viuuii, diaconi S. Cuniberti. *Imò cùm Gelenius hîc Cuniberti, Colonienſis episcopi, mentionem videatur facere, non Cuthberti Lindisfarnenſis; dubitandi ratio est aliqua, tum an ullæ Coloniæ* S. Ywii, *S. Cuthberti discipuli, exstiterint, licèt nec Yvius, nec alius quisquam hujus aut affinis nominis Sanctus mihi aliunde notus sit, qui S. Cuniberti discipulus fuerit; tum an Ferrarius & Saussayus ex corrupto vel perperam intellecto ecclesiæ Colonienſis Kalendario, quod Ferrarius laudat, Cuthbertum Lindisfarnenſem pro Cuniberto Colonienſi non substituerint. Sed sive ab his, sive à Gelenio hîc erratum sit, malui equidem,* S. Ywium *Wiltoniæ, ubi olim cultum fuisse, jam diximus, quàm Coloniæ, aut alteri cuivis loco adscribere.*

F

Verosimiliter monachus fuit, ejusdem generis,

9 *Porrò* S. Ywium *vitæ instituto monachum fuisse, efficitur ex Beda in Vita S. Cuthberti; cujus cap.* 5 (*vide tom.* III *Martii pag.* 105) *de S. Cuthberto, Præpositi Lindisfarnenſis munus gerente, agens, sic scribit:* Neque aliquis miretur, quòd in eadem insula Lindisfarnea, cùm permodica sit, & suprà episcopi & nunc abbatis & monachorum esse locum, dixerimus: revera enim ita est. Namque una eademque servorum Dei habitatio, utrosque simul tenet, imò omnes monachos tenet. Aidanus quippe, qui primus ejusdem loci episcopus fuit, monachus erat & monachicam cum suis omnibus vitam semper agere solebat: unde ab illo omnes loci ipsius antistites usque hodie sic episcopale exercent officium, ut, regente monasterium abbate, quem ipsi cum consilio fratrum elegerint, omnes presbyteri, diaconi, cantores, lectores, ceterique gradus ecclesiastici, monachicam cum ipso episcopo regulam servent. *Nec enim verosimile est,* S. Ywium, *S. Cuthberti discipulum & diaconum, vitæ genere à magistro suo, decessorum suorum*

AUCTORE J. B.

vestigiis insistente, dissensisse. Verùm haud ita liquet, quam illi regulam secuti fuerint.

cujus S. Cuthbertus, ejus magister,

10 *Num S. Cuthbertus Benedictinam Regulam secutus fuerit, ad illius Vitam tomo Martii antè laudato jam pridem in dubium revocavit Henschenius, eóque inclinare videtur, ut S. Columbæ institutis sectatus fuerit, quibus vel aliam à se compositam deinde regulam substituerit, vel certè præcepta aliquot de suo addiderit: Mabillonius autem Sæculo Benedictino 2 in Admonitione prævia ad Vitam S. Cuthberti, non modò hunc Benedicti regulam amplexum, sed id etiam certum esse contendit. S. Cuthbertus in Mailrosensi monasterio susceptus fuit ab abbate Eata anno 651; ac tum ibi, tum in Riponensi monasterio annis aliquot habitavit. E Riponensi ad Mailrosense reversus, hîc Præpositum egit sub annum 664, quo Scoticus celebrandi Paschatis ritus à Romano diversus, in synodo Pharensi sub rege Northumbrorum Oswio proscriptus est. Dein Lindisfarnensis Præpositus fuit usque ad annum 676: anno 685 ex Farne insula, ubi vitam agebat anachoreticam, accitus, Lindisfarnensis episcopus*
B *Eboraci consecratus est; vitamque protraxit usque ad annum 687, quo illam exuit. Eata Colmani discipulus erat; hic verò S. Columbæ, abbatis Hyensis, regulam & ritus Scoticos profitebatur:* De patre autem vestro Columba, *inquit Wilfridus in synodo Pharensi adversus Colmanum disputans*, & sequacibus ejus, quorum sanctitatem vos imitari & regulam ac præcepta cælestibus signis confirmata sequi perhibetis, possum respondere *&c: Hæc extra controversiam sunt: sed contendit Mabillonius primò quidem, Eatam, Colmani licèt discipulum, potuisse, utpote non Hibernum, sed Anglum*, jam abdicâsse Scoticos mores, & ad Romanos concessisse; *nimirum jam inde ab anno 651, quo Eatam Cuthberto tonsuram non Scoticam, sed Romanam impertiisse, affirmat: dein verò*, saltem certum esse, Cuthbertum post synodum prælaudatam (*anni 664*) Romanæ parti ac Benedictinæ regulæ adhæsisse, *qua utrùm ita se habeant, nunc inquiro.*

qui saltem usque ad annum 664

11 *S. Cuthbertus post annos aliquot in Mailrosensi monasterio exactos unà cum Eata, abbate suo, ad Riponense monasterium concessit, ibique eodem vitæ instituto usus est, quo antè in Mailrosensi usus fuerat: docet id Beda his verbis in Vita S. Cuthberti apud nos num. 13:* Cumque
C post aliquot annos regi Alchfrido placeret, pro redemptione animæ suæ locum quemdam regni sui, qui vocatur Inrhipum ad construendum ibi monasterium Eatæ abbati donare, tollens idem abbas quosdam è fratribus secum, in quibus & Cuthbertum, condidit ibi, quod petebatur, monasterium, atque eisdem, quibus antea Mailros, institutis disciplinæ regularis imbuit. *Verùm, ut num. 14 Beda ait*, Eata cum Cuthberto & ceteris, quos eò adduxerat, fratribus domum repulsus est, & locus monasterii, quod condiderat, aliis ad incolendum monachis datus. *Causam autem, propter quam monasterio Riponensi cesserе, exponit Beda lib. 5 Historiæ Ecclesiasticæ cap. 20 inquiens:* Quem videlicet locum (*Inrhipum*) dederat pridem (*rex Alhfridus*) ad construendum ibi monasterum his, qui Scottos sequebantur. Verùm quia illi postmodùm, optione data, maluerunt loco cedere, quàm Pascha Catholicum ceterosque ritus canonicos juxta Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ consuetudinem recipere, dedit hoc illi (*Wilfrido*) *&c, impigro Benedictini instituti propagatori. Inter ritus eanonicos tonsuram capitis hoc loco venire non dubium*
D *est. Itaque ex Beda compertum est, Eatam, licet Anglum, ad id usque tempus Scoticis ritibus adhæsisse, & S. Cuthberto anno 651, cùm hic primùm Mailrosense monasterium ingressus est, tonsuram Romanam non impertiisse.*

ritibus Scoticis videtur adhæsisse.

12 *Fateor quidem, apud Lindisfarnensem anonymum, qui sub annum 700 S. Cuthberti Vitam scripsit, lib. 2, num. 2 (vide pag. 119 tomi tertii Martii) hæc legi:* Fuit igitur miraculum aliud, in quo primùm sanctus homo Dei Cudbertus à Domino glorificatus est, postquam servitutis Christi jugum, tonsuræque Petri formam, in modum coronæ spineæ, caput Christi cingentis, Domino adjuvante, susceperat, in cœnobio, quod dicitur Hrype &c. *Sed locum hunc Henschenius meritò interpolationis suspectum habuit; tum quòd sensus absque illa Romanæ tonsuræ mentione sibi constet, tum quòd Beda in neutra S. Cuthberti Vita, nec in Historia Ecclesiastica tonsuræ istius meminerit; addo, & maximè, quòd Bedæ verbis ex jam dictis refragetur. Neque aliquid laudatus Mabillonius affert, quo Henschenii de interpolatis Lindisfarnensis monachi verbis opinionem, allatamve è Beda difficultatem tollat. Videamus modò, num post annum 664, quod Mabillonio certum est, Cuthbertus Benedictinæ regulæ adhæserit.*

& Pascha Catholicum dein suscepisse.

13 Certè, *inquit ille*, Beda testante in Vitæ Prosaïcæ cap. xxxix, Cuthbertus morti proximus discipulos admonuisse fertur, "ut cum illis, qui „ab unitate Catholicæ pacis vel Paschа non suo „tempore celebrando vel perversè vivendo ab„errant, nulla ipsis esset communio.„ *Rectè hinc efficitur, S. Cuthbertum ante obitum (demus etiam ab anno 664) Catholicum Pascha admisisse, ac communem ea in re Ecclesiæ morem observâsse: sed, quî inde certum fiat, abjectâ antiquâ regulâ, quam retinere absque piaculo poterat, ad Benedictinam tam citò transiisse, non video; nec id suadet non parva ordinariè ad regulam suam monachorum affectio: imò ex laudato à Mabillonio loco contrarium potiùs videtur colligi: sic enim post pauca Cuthbertus morti proximus apud Bedam suos alloqui pergit:* Catholica patrum statuta diligentissimè discere atque observare contendite: ea quoque, quæ per meum ministerium vobis divina Pietas instituta regularis vitæ dare dignata est, exercete solliciti. *Locus erat sanè idoneus, quàm qui maximè, ut S. Benedicti regulam morieus commendaret, si ab anno 664 apud Lindisfarnenses monachos illa tantùm introducta fuisset. Institutа autem illa regularis vitæ, de quibus Cuthbertus hîc, non alterius, sed sui ipsius fuisse, indicare videntur, quæ proximè sequuntur apud Bedam verba, & quibus illa* suam doctrinam *vocat:* Scio enim, *inquit*, quia, etsi quibusdam contemptibilis vixi, post meum tamen obitum, qualis fuerim, quàm mea doctrina non sit contemnenda, videbitis.
E
F

non tamen certò

14 *Sed manifesta, inquiet Mabillonius, sunt anonymi Lindisfarnensis verba lib. 3 sub initium.* Vivens quoque ibi (*non in insula Farne, ut ait Mabillonius, sed Lindisfarnia, priori vicina*) secundùm sanctam Scripturam, contemplativam vitam cum actuali agens, & nobis regularem vitam primùm componens constituit, quam usque hodie cum regula Benedicti observamus. *Verùm quid si verba illa* cum regula S. Benedicti *non anonymi Lindisfarnensis, sed interpolatoris cujusdam sint? Ego sanè diffiteri non possum, dum eumdem anonymum loco, num. 12 citato, nullam in-*

A *interpolationem paſſum eſſe, non oſtendetur, ſcrupulum mihi de interpolato hoc pariter loco & in materia valde affini anonymo difficulter exemptum iri. Ponamus tamen, nihil hujuſmodi anonymi verbis accidiſſe; ne ſic quidem, S. Cuthbertum Benedictinæ regulæ ſectatorem fuiſſe, liquidò conſtabit. Cùm enim anno 687 in vivis S. Cuthbertus eſſe deſierit, ſcripſerit verò hujus Vitam anonymus ſub annum 700; vera eſſe poſſunt ejuſdem verba, etiamſi eo temporis ſpatio, quod inter Cuthberti obitum & annum, quo anonymus illius Vitam exaravit, medium fuit, S. Benedicti regula Lindisfarnenſi monaſterio fuiſſet illata, ſeu S. Wilfridi, qui, defuncto Cuthberto, eccleſiæ Lindisfarnenſis per annum, teſte Beda lib. 4, cap. 29, curam ſuſcepit, ſeu S. Eadberti, in quem ſub annum 688 ejuſdem eccleſiæ cura tranſlata fuit, ſeu denique alterius cujuſcumque operâ.*

regulam Benedictinam, quidquid

15 *Vidit id veroſimiliter Mabillonius: quare oſtendere nititur, etiam vivente S. Cuthberto in Lindisfarnenſi monaſterio in uſu fuiſſe S. Benedicti regulam: profert eam in rem primò ex Beda, monachos Lindisfarnenſes quietem meridianam egiſſe; id autem feciſſe illos* haud dubiè ex præſcripto Benedictinæ regulæ in cap. 48 "Poſt ſex-
B „tam ſurgentes à menſa pauſent in lectis ſuis.„ *Verba Bedæ apud nos tom.* III *Martii pag.* 105, *num.* 26 *hæc ſunt:* Denique arguere ſolebat puſillanimitatem fratrum, qui graviter ferebant, ſi qui ſe nocturnæ vel meridianæ quietis tempore importuna fortè inquietudine ſuſcitarent; *è quibus tamen certò non liquet, meridianam quietem captâſſe Lindisfarnenſes monachos ex præſcripto, quam ſequebantur, regulæ, nedum Benedictinæ. Tum addit Mabillonius:* Et Præpoſiti officium, quod Boiſilus ac Cuthbertus ſub abbate exercuerunt, ex ejuſdem regulæ decreto in cap. 65 profectum videtur: non enim facilè reperias Præpoſitum cum abbate in eodem monaſterio, præterquam in illis monaſteriis, quæ Benedictinis inſtitutis addicta erant. *Boiſilus jam inde ab anno 651 ſub Eata abbate Mailroſenſis Præpoſitus erat, teſte Beda apud nos tom.* III *Martii pag.* 101, *num.* XI, *quo tempore Scoticos uſus illic adhuc viguiſſe, è Beda dictum eſt ſuprà; nec tamen Mabillonio certum eſt, jam tum Mailroſenſes monachos Benedictinam regulam obſervâſſe: igitur nec certum illi eſſe debuit ex hoc*
C *capite, poſt annum 664 ſive apud Mailroſenſes, ſive apud Lindisfarnenſes Benedictinam regulam, ſuperſtite in vivis Cuthberto, floruiſſe.*

in contrarium

16 *Poſtquam anno 664 in ſynodo Pharenſi causâ ceciderat Colmanus, teſte Beda lib.* 3, *cap.* 26 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, in Scotiam, ſeu Hiberniam, relicto Lindisfarnenſi epiſcopatu, regreſſus eſt. Colmani exemplum ſecuti ſunt è Lindisfarnenſibus aliqui, alii verò in eadem inſula remanſerunt:* Porrò Fratribus, *inquit Beda*, qui in Lindisfarnenſi eccleſia, Scotis abeuntibus, remanere voluerunt, præpoſitus eſt abbatis jure vir reverendiſſimus ac manſuetiſſimus Eata, qui erat abbas in monaſterio, quod vocatur Mailros. *Ex quibus deduci videtur poſſe, Scoticos mores in monaſterio Lindisfarnenſi uſque ad ſynodi Pharenſis tempus ſeu annum 664 perdurâſſe; ſed, illâ celebratâ, ſub Eata ibidem deſiiſſe, qui dein S. Cuthbertum Lindisfarnenſi monaſterio Præpoſitum dedit; cujus operâ novum vitæ genus in idem monaſterium, licèt ægrè, fuit inductum: ita enim rurſus Beda in Vita S. Cuthberti apud nos cap.*

5, *num.* 25. Erant autem quidam in monaſterio (*Lindisfarnenſi*) Fratres, qui priſcæ ſuæ conſuetudini, quàm regulari mallent obtemperare cuſtodiæ: quos tamen ille modeſta patientiæ ſuæ virtute ſuperabat, & quotidiano exercitio paullatim ad melioris propoſiti ſtatum convertebat; *quibus verbis non alia vitæ regularis inſtituta deſignari videntur, quàm illa, quæ morti proximus Lindisfarnenſibus monachis velut* ſua *commendavit, non ita veroſimiliter de S. Benedicti inſtitutis, ut ſuprà diximus, locuturus. Neque admodùm veroſimile eſt, S. Cuthbertum nihil in commendationem regulæ Benedictinæ apud monachos, qui priſcæ ſuæ conſuetudinis amorem nondum omnino depoſuerant, dicturum fuiſſe, ſi illam recèns introduxiſſet, & tantùm additamentis aliquot, ut Mabillonius verbis mox citandis inſinuat, de ſuo auxiſſet.*

AUCTORE J. B.

Mabillonius afferat

17 *Sic denique Mabillonius arguit:* Denique Wilfridus, eximius regulæ Benedictinæ propagator, conſentientibus etiam adverſariis, poſtquam Scotos in prædicta ſynodo revicit, & ex Northumbria vi veritatis effugavit, SINE DUBIO deſertis Scotorum cœnobiis regulam S. Benedicti impoſuit. Quamquam non dubitamus, decreta quædam ſeu ſtatuta præter regulam S. Benedicti E
(*præter quam certò etiam fuit veſtis alba, quâ uſum fuiſſe S. Cuthbertum & monachos Lindisfarnenſes, Beda tradit in ejus Vita cap.* 5, *num.* 27) monachis Lindisfarnenſibus præſcripta fuiſſe. *Sanè veroſimile eſt, S. Wilfridum, ut aliis monaſteriis, à Scotis deſertis, ita & Lindisfarnenſi S. Benedicti regulam, data occaſione, invehere ſtuduiſſe: ſed, quod ad Lindisfarnenſe attinet, veroſimilius eſt, id conatum eſſe S. Wilfridum mox ab obitu S. Cuthberti, poſt quem per annum circitèr Lindisfarnenſium curam Wilfridus geſſit. Beda enim, poſtquam cap.* XI, *num.* 61 *Hereſridi verbis narravit, mortuum fuiſſe S. Cuthbertum eo temporis articulo, quo Pſalmus* 59, *cujus initium eſt:* Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos: iratus es, & miſertus nobis, *à monachis canebatur, hæc ſubdit paulò pòſt:* Quod ſuperna diſpenſatione procuratum, rerum exitus oſtendit. Sepulto ſiquidem viro Dei, tanta eccleſiam illam tentationis aura concuſſit, ut plures è Fratribus loco magìs cedere, quàm talibus vellent intereſſe periculis. Attamen poſt annum, ordinato in epiſcopatum Eadberto ... viſionem pacis Dominus & diſperſiones Iſraëlis congregavit. F

contra Henſchenium, qui S. Wilfridum à S. Cuthberti morte

18 *His Bedæ verbis Henſchenius ſequentem annotationem ſubjecit:* Videtur illa tentatio conſtitiſſe, quòd S. Wilfridus antiqua ſtatuta Patrum & ipſius S. Cuthberti, quæ hactenus obſervârant (*Lindisfarnenſes monachi*) & quæ S. Cuthbertus moribundus illis commendârat, voluerit abrogare, & regulam S. Benedicti aut introduci aut ſolam obſervari. *Simile quid* (*vide num.* XI) *non inſcio certè S. Wilfrido, Eatæ & Cuthberto, in monaſterio Ripònenſi degentibus, acciderat. Commodam Benedictini inſtituti eò introducendi occaſionem S. Wilfridi zelo ſuſcepta Lindisfarnenſis eccleſiæ cura præbebat; duravit denique illa tentatio toto eo temporis ſpatio, quo Lindisfarnenſem epiſcopatum Wilfridus geſſit, & ſub ejus ſucceſſore mox deſiit: quæ ſanè Henſchenianam conjecturam non improbabilem faciunt. Quid verò ad hæc Mabillonius?* Verùm iſta, *inquit in Annotatis ad cap.* 40 *Vitæ S. Cuthberti*, prorſus incerta ſunt. *Sit ita: igitur nec certum eſt, S. Cuthbertum à celebrata anno 664 Pharenſi ſynodo ad Benedicti-*

AUCTORE J. B.

regulam Benedictinam Lindisfarnensi monasterio

num institutum transiisse.

19 *Magis affirmatè Mabillonius loquitur in Annalibus Benedictinis ad annum 687, num.* 58. Non multò pòst, *inquit, nimirum ab obitu S. Cuthberti*, tanta ecclesiam illam tentationis aflavit procella, ut plures è fratribus loco cedere, quàm tanto interesse discrimini mallent. Episcopatum illum uno anno rexit venerabilis antistes Wilfridus, donec eligeretur, qui pro Cuthberto episcopus ordinandus esset. Electus est ad id muneris vir magnarum virtutum Eadbertus, qui, fugatis perturbationum procellis, tranquillitatem Lindisfarnæ restituit & dispersos istuc revocavit. *Hæc rectè Mabillonius; fatetur porrò, conjici ex his posse*, has procellas Wilfridi occasione, certè ejus tempore (*quod certum apparet*) exortas fuisse. *Verùm id à Wilfrido factum esse, quòd antiqua Patrum statuta (addere debebat, & ipsius S. Cuthberti) in monasterio Lindisfarnensi abrogari; introduci verò, vel solam S. Benedicti regulam observari vellet*, mera, *inquit*, divinatio, ne dicam, allucinatio est. *Wilfridi occasione & causâ ortas fuisse apud Lindisfarnenses monachos turbas, non hallucinatio, sed tolerabilis saltem conjectura est: si enim turbarum causam quærimus, hæc in Paschæ Scoticum refundi non potest, cui, Cuthberto superstite, ex hujus Vita Lindisfarnenses jam inde vale dixerant. Nec in ritus Scoticos reliquos: nam ex Beda, suprà citato num.* XI, *Scoti, quique horum ritus sequi maluerunt, Lindisfarnensi insula à celebrata Pharensi synodo excesserunt. Quam igitur probabiliorem causam Mabillonius assignabit, quàm illam, quòd S. Wilfridus eorum regulam, quam sibi recens à S. Cuthberto commendatam habebant, aut abrogare, Benedictinam subrogando, aut utramque conjungendo augere seu mutare voluerit?*

invehere conatum invit:

20 *Atqui, inquit Mabillonius, quæcúmque fuerit horum motuum causa, è Vita S. Cuthberti appareret, regulam Benedictinam ante illius obitum in Lindisfarnensi cœnobio viguisse; ex qua nimirum habemus, S. Cuthbertum animam Deo reddidisse* feriâ quartâ & eo quidem tempore, quo fratres Lindisfarnenses "sub ordine nocturnæ Laudis,, dicebant Psalmum quinquagesimum-nonum, cujus initium est, "Deus repulisti nos, & destruxisti nos:,, *sic enim S. Benedictus* vigiliarum seriem ordinat, ut in feriæ quartæ vigilias hic Psalmus incidat. *Verùm quid tum? Fuitne id tum temporis ab unis Benedictinis observatum? Hunccine morem, uti & Paschæ Catholicum, sequi S. Cuthbertus non potuit, nisi simul S. Benedicti regulam amplecteretur? Certè hodieque feriâ quartâ eumdem Psalmum ad Matutinum recitant, quicúmque Romanum Breviarium sequuntur. Subdit his Mabillonius anonymi, Vitæ S. Cuthberti scriptoris, verba num.* 14 *relata, quibus dictum suum confirmat; non nescius tamen, verba illa, quibus Benedictinæ regulæ observatio in monasterio Lindisfarnensi ante annum* 700 *adstruitur, ab Henschenio pro certò genuinis habita non fuisse; & quidem non immeritò, ut num.* 14 *dixi. Neque verò subterfugisse Mabillonium arbitror, verba illa, utut genuina fortasse sint, non obesse, quo minùs S. Benedicti regula, post obitum quidem S. Cuthberti, tamen ante annum* 700 *in cœnobium Lindisfarnense invecta fuerit, quod itidem num.* 14 *dixi. Miror proin, nihil à viro sanè doctissimo, quo interpolationem ab anonymo amoliretur, sive in Admonitione prævia ad Vitam S. Cuthberti, sive in Annotatis ad eam, sive tom.* 2 *veterum Analectorum pag.* 176, *ubi de regula S. Benedicti, in monasterium Lindisfarnense per Wilfridum introducta, agit, sive parte* 1 *Sæculi* IV *Benedictini, ubi de S. Wilfrido, alibive, quòd sciam, fuisse allatum.*

atque adeò nec S. Ywius certò Benedictinus fuit.

21 *Porrò non aliter hîc de* S. Ywio, *quàm de S. Cuthberto loquendum videtur. Monachum fuisse* S. Ywium, *ex Beda, num.* 9 *laudato, probabiliter quidem colligi potest; ejusdem nimirum instituti, cujus S. Cuthbertus seu auctor seu sectator fuit; atque adeò planè ambiguum, num Benedictini. Neque* S. Ywii *in Britanniam Minorem seu Armoricam discessus monasticæ ejus professioni obest: potuit enim bonâ abbatis sui & Fratrum veniâ eò migrâsse, ut vitam Deo solitarius illic ageret, magistri sui Cuthberti exemplo, qui in Farnem insulam simili de causa aliquando concessit. Reliqua, quæ de* S. Ywio *Acta tradunt, satis quidem credibilia sunt, sed non æquè testata: liquet enim illorum auctorem à Sancti ætate admodùm fuisse remotum, & illius gesta parùm luculenter explorata habuisse. His plura apud Rerum Armoricarum scriptores frustra quæsivi; neque dicendo sum, num in Armorica* S. Ywii *memoria dudum ab ejus obitu vixerit.*

ACTA
EX CAPGRAVIO.

S. Ywius patriâ Brito, discipulus

Sanctus enim Ywius, præclaræ stirpis Britonum *a* religiosis parentibus, Branone videlicet patre, Egidaque genitrice ortus, & Lindisfarnensi provincia *b* nutritus est. Qui ab infantia litterarum rudimentis traditus, inspirante Spiritus Sancti gratia, coætaneos suos litterarum scientiâ transgrediens à magnis doctoribus venerabatur. Nihil puerile dicto vel facto exercebat: sed, crescente simul cum ætate religione, divinis obtemperans mandatis, non solùm super hiis, quæ feliciter, verùm de non prosperè sibi adventantibus gratulabatur. Cùm autem jam in juvenili vernaret flore, à suis, utpote tanti hæres patrimonii, arma capere crebrò hortatus, terreno cælestè præferens præmium, quosdam sacri ordinis, parentibus insciis *c*, conscendit gradus. Paulò verò maturior, utroque parente orbatus, à sanctissimo Lindisfarnensi episcopo Cuthberto *d*, cujus erat discipulus, instructus, diaconatum suscepit.

a
b
c
d

S. Cuthberti Lindisfarnensis episcopi, & diaconus, editis

2 Frequens illi in monasterio nunc orationi insistendo, nunc de Domini mensa spiritualem cibum sumenda *e* erat cura. Dum verò nihil de crastino sollicitus erat, quidquid ad manum habere poterat, prout cujusque necessitas exigebat, quotidie pauperibus erogans alimoniam, in se delinquentibus veniam, algentibus indumentum, mœstis solatium præbens, caducis æterna, terrenis mercabatur cælestia. Celebrante autem quadam die solempni præfato præsule, sanctoque Ywio diaconi vicem peragente, ecce, quidam vi febrium oppressus, infirmos gressus baculo regens, post populi frequentiam oblaturus accessit. Cujus calamitati beatus compatiens Diaconus, apprehensa manu, proximum altari gradum scandenti, qui tantæ obsistebat imbecillitati, præbuit fulcimentum. Mox mirum in modum ad præcipuæ simplicitatis Viri tactum ægritudo, quamvis vehemens, accessit *f*, pristinæ robur virtutis

e

f

A tutis ad ſingula membrorum officia ſe adeptum lætatur. Et proſternens ſe Vir ſanctus, non meis, frater, ſed præſulis, inquit, ſancti, cujus manum oſculari deſiderabas, meritis intercedentibus, ſuperna Pietas in te operata eſt.

aliquot prodigiis, latebras in Britannia Armorica

3 Nec multò pòſt, dum idem Vir beatus, epulis ſobriè ſumptis, quadam die domi ſederet, contigit, ut pauper quidam, diutina infirmitate vexatus, ita ut, decocta carne rugoſa, tantùm cutis nuda protegeret oſſa, ad januam accederet: cujus condolens miſeriæ ab eo, quid accipere vellet, humiliter ſciſcitatus eſt. Cùmque à paupere id reſponſum acciperet: Nullo delector, nullo tecum fruar cibo; potu tamen, quæ mei* torret interiora, compeſce flammam: feſtinus ciceram *g* afferens egeno dedit. Quo hauſto, humeros curvatos pauper erigit, & ſoſpitati redditus gratias Deo egit. Sanctus autem Ywius timens, ne ſibi humani noceret aura favoris, patriam omnino ſuam fugiendo relinquere diſpoſuit, & ſigno crucis ſe muniens ad portum quemdam iter direxit *h*. Appropinquante autem eo ſeptimæ ſtationi navium, quæſierunt ab eo nautæ, quò tenderet? Cùmque reſponſum, quò Dominus eum vocare dignaretur, ſe pergere, eis dediſſet, adjunxit: Si qui veſtrûm ad præſens transfretare deſiderant, precor, ut in nomine Domini cursûs comitem & laboris recipiant. Cui dixerunt: Niſi noſtrum ventus impediret curſum, jam diu Minorem applicuiſſemus Britanniam *i*, & ſi illuc tendere cupis, quouſque ad votum afflaverit aura, tibi neceſſaria miniſtrabimus.

quærit, ibique moritur.

4 Quo audito, Vir ſanctus benedicens Dominum vultu lætitiam prodens ait: Deſcendamus ergò, fratres, &, quæ neceſſaria ſunt, præparemus. Et cùm ſubitò ventus deſideratus fieret & navigare inciperent, orta tempeſtate graviſſima, nautæ deſperantes palmas ad cælum tendere & auxilium à Deo poſtulare cœperunt. Excitatus tandem vir Dei Ywius, qui ſopore corpus feſſum recreavit, preces ad Deum fudit, & tota maris commotio confeſtim conquievit. Paralyticus quidam, niſi aliena manu cibum capere non valens, ſuis ſacris precibus ſanitatem recipere meruit. Interea verò Dei Famulus vigiliis jejuniiſque aſſiduis corpus affligens, humilitatis & operum virtutis & totius honeſtatis omnibus exemplum ſe præbuit, & pridie Nonas
C Octobris in Minori Britannia feliciter ad gaudia
k in æternum manſura migravit *k*. Apud Wikol *m* niam *l* diebus noſtris *m* corpus ejus ſanctum
n quieſcens *n* in magna veneratione habetur.

ANNOTATA.

a Britones *iidem ſunt, qui nunc* Angli *dicuntur: de variis gentis illius nominibus, uti & origine vocis* Britannia, *vide Camdenum pag.* 17 *& ſeqq.* Ex Capgravio.

b *Ex præcipuis Britanniæ inſulis una, de quâ ſic Camdenus pag.* 851. In Northumbriæ littore, Lindi fluvio una objecta eſt Lindis-farne, Britannis Inis Medicante, quæ, ut Bedam audias, "accedente & recedente reumate, id eſt, „æſtu, bis quotidie inſtar inſulæ maris circum„luitur undis, bis, renudato littore contigua ter„ræ redditur.„ Unde ille Semi-insulam appoſitè vocavit. Pars Occidua anguſtior & cuniculis relicta, iſthmo admodùm tenui Orientali connectitur, quæ multò latior, quà Meridiem ſpectat, oppidulum habet cum eccleſia, & in eo caſtrum, ubi olim ſedes fuerat epiſcopalis, quam Aidanus Scotus, evocatus ad fidem Chriſtianam Nordandumbris annunciandam, inſtituit, loci ſolitudine & receſſu delectatus; ſederuntque ibi undecim epiſcopi: poſtea autem irruentibus Danis, ſedes Dunelmum tranſlata fuit. ... Hæc ob ſanctorum monachorum habitationem Holy Iland Anglis vocatur.

c *Ms. Rubeæ Vallis habet:* Invitis.

d *Lindisfarnenſis epiſcopus conſecratus eſt anno* 685 *Eboraci: obiit anno* 687, *abdicato paulò antè epiſcopatu, in inſula Farne;* Ad ſeptimum, *inquit Camdenus mox citatus, à Lindisfarnenſi inſula* milliare Euroauſtrum versùs *ſita.*

e *Ms. Rubeæ Vallis:* ſumendo.

f *Lege:* Abſceſſit, *ut habet Ms. Rubeæ Vallis.*

g Sicerâ, *ut paſſim ſcribitur, hodie potum ſignificat, è pomis pyriſve expreſſum: olim verò potionem omnem, quæ, præter vinum, inebriare poterat. Potionis illius uſum antiquum eſſe colligi poteſt ex capitulari Caroli Magni de Villis cap.* 45, *ubi* ſiceratores *memorantur, addita hac vocabuli illius explicatione:* Id eſt, qui cerviſiam, vel pomatium, ſive piratium, vel aliud quodcúmque liquamen ad bibendum aptum fuerit, facere ſciant. *Vide regum Francorum Capitularia apud Baluzium tom.* 1, *col.* 337 *& ſeq.*

h *Superſtite adhuc S. Cuthberto; ut quidem Acta videntur innuere: atque adeò inter annum* 685 *&* 687.

i *Galliæ regio eſt ad mare Britannicum* (La Bretagne) *olim* Armorica *dicta.*

k *Sub annum, ut fertur,* 704.

l *Comitatûs cognominis in Anglia* (*Anglicè* Wilt-shire) *olim primarium oppidum, à flumine* Willy *ſic dictum, ut ſcribit Camdenus in ſua Britannia pag.* 176.

m *Vixit Capgravius ſeculo* XV: *Joannes Tinmuthenſis, quem hic compilavit,* XIV.

n *Eò delatum ſub finem ſeculi* X *vel ſequentis initium. Vide num.* 6 *Sylloges.*

AUCTORE C. S.

DE S. ENIMIA VIRGINE,

FORTE REGIA ET ABBATISSA,

IN DIOECESI MIMATENSI IN OCCITANIA.

COMMENTARIUS HISTORICOCRITICUS.

§ I. Sacra illius apud recentiores martyrologos memoria: cultus certus ad hunc diem: locus, in quo ejuſdem reliquiæ ſervantur: compendium Vitæ ex Mabillonio & lectionibus propriis; variæ de illius parentibus opiniones.

B

FORTE SEC. VI, VII, VEL VIII.

Hanc Sanctam, in recentioribus Martyrologiis celebratam,

Aſtellanus in Martyrologio ſuo Univerſali ad hunc diem VI *Octobris inter Galliæ Sanctos hanc Virginem, cultu, quàm geſtis ceteriſque ad eam ſpectantibus notiorem, paucis his verbis, ſed Gallicis, prudenter recenſuit:* In Mimatenſi Gabalorum diœceſi S. Enimia (*Gallicè* Enimie) virgo, cujus reliquiæ in ſui nominis eccleſia prioriali ad fluvium Tarnem conſervantur. *In margine addit, eamdem à Sanſon Gallicè vocari* ſainte Eremie; *in Additionibus verò ac Correctionibus ad hunc diem obſervat, eamdem in pago Rutenenſi, ac penè in univerſa Alvernia* ſainte Eremie, *aut* Ermie *pronuntiari; Monte-Peſſulano* Enimie, *Mimate* Enemie. *Caſtellanum ſecutus eſt auctor Martyrologii Pariſienſis, anno* 1727 *vulgati, in quo paucis pariter legitur:* Apud Gabalitanos, ſanctæ Enimiæ virginis. *De nomine conſentiunt & alii, infrà laudandi, præterquam quòd apud aliquos* Enymia *pro* Enimia *ſcribatur.*

alii Emmiam vocant; Ferrarius geminavit, unam Pariſiis.

C

2 *At Molanus in ſuo Martyrologio Uſuardino eamdem Latinè* Emmiam *dixit, regiumque ipſius Merovingicum genus adſcripſit,* In Galliis, *inquiens,* ſanctæ Emmiæ virginis, filiæ Clodovei regis, eximiæ caſtitatis. *Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui in Romano Martyrologio non ſunt, ex ea nominum diverſitate, ac forte ex gemino, qui ipſi adſcribitur, patre ex una duas fecit, quarum unam Pariſiis, alteram in territorio Gabalitano hoc eodem die annuntiavit. Nam primò ſic ait:* Pariſiis ſanctæ Emmiæ virginis, Clodovei regis filiæ. *Tum, unde hæc acceperit, notavit his verbis:* Ex Molano in Additionibus; licèt in aliquibus codicibus deſit. De ea in Natalibus Sanctorum Belgii. *Molanus* (*ut vidimus*) S. Emmiam in Galliis *quidem annuntiavit, non tamen* Pariſiis. *Ejuſdem geminam Natalium Sanctorum Belgii editionem præ manibus habeo, alteram Lovanienſem anni* 1595, *Duacenam alteram anni* 1616; *in neutra* S. Emmiæ *mentionem reperi. Redeo ad Ferrarium.*

alteram apud Gabalos annuntians;

3 *In ejuſdem diei laterculo denuò inquit:* In territorio Gavalitano, ſanctæ Enymiæ virginis; *hancque acceptam obſervat* ex Martyrologio Uſuardi (*auctum intellige*) & ex monumentis cœnobii ab ea exſtructi, & ex ea nominati, in quibus apparet, eam fuiſſe Dagoberti regis ſororem, filiam Clotharii, non Clodovei, ut apud Uſuardum (*auctum*) legitur. Extat oppidum in territorio Mimatenſi cum cœnobio virginum, ex ejus nomine dictum. *Neſcio, quodnam hîc Uſuardi Martyrologium laudet; nam nec in genuino illius, nec in ullo ex ejuſdem auctariis, cùm Mss., tum editis, quæ Sollerius noſter in ſua Uſuardini Martyrologii editione recenſuit,* Enymia *vel* Enimia *legitur. Cetera poſtmodùm examinabimus: interea hîc obſervâſſe ſuffecerit,* S. Emmiam, *quam Molanus habet, diverſam non eſſe à* S. Enimia, *de qua nunc agimus, quamque Ferrarius ob dictas rationes in duas perperam diſtraxit.*

D

E

Sauſſayus eamdem Enymiam appellans, gemino

4 *Andreas Sauſſayus eamdem Sanctam* Enymiam *apellans, hoc ipſo die geminum illius elogium dedit. Primum in ipſo Martyrologio Gallicano ita ſe habet:* In territorio Mimatenſi, Sanctæ Enymiæ virginis, monaſterii virginum ſui nominis, ubi quieſcit, fundatricis; quæ Clotharii Magni filia, ſororque Dagoberti regis, mundum & pompas ejus aſpernata, ſpinoſum Chriſti diadema coronæ gemmatæ præpoſuit, carnemque crucifigens mori ſibi, ut Chriſto viveret, voluit. Quibus piis ſtudiis intenta ad cæleſte regnum tranſivit, quod terreni principatus contemptu emeruerat. *Alterum, quod dixi, elogium in ejuſdem Martyrologii Supplemento, ad hunc diem, contextum hoc modo eſt.*

F

ad hunc eumdem diem elogio exornat.

5 In agro Gabalitano glorioſa migratio ſanctæ Enymiæ, virginis regiæ, quæ dum ad terrenas nuptias urgeretur, impetratâ à Domino leprâ ob virginitatis cuſtodiam, ab angelo monita Burleum fontem adiit, ubi ſanata eſt. At, cùm iterum impeteretur virginalis ejus conſtantia, uſque tertiò ſimili tabe percuſſa, annuente Dagoberto, fratre rege, duplici monaſterio ad montes Tarni fluvio imminentes, quò perfugerat, ædificato, à B. Iſero epiſcopo virginum abbatiſſa ſolemni ritu conſecrata eſt; ac virtutibus pollens, angelorum, quibus ſemper eſt amica virginitas, frequenti honorata obſequio, morte in conſpectu Domini pretioſa cœleſtis regni gaudia comparavit. *Hæc Sauſſayus, quæ in ſacrum Gynæceum tranſtulit Arturus à Monaſterio, quoque quan-*

ti

A *si valeant, inferiùs examinabo.*

Colitur hæc hoc die in diœcesibus Mimatensi & Albiensi,

6 *Utut ista sint, hæc sancta Virgo Officio annuo ritus duplicis in ecclesia Mimatensi die* VI *Octobris colitur, quod præ manibus habeo inter ejusdem cathedralis ecclesiæ Propria, auctoritate reverendissimi Caroli de Rousseau, Mimatensis episcopi, anno* 1619 *Lugduni typis excusa. Sumitur illud ex Communi Virginum, non martyrum, cum Oratione* Exaudi nos, Deus, *Lectionibus secundi Nocturni propriis; tertii verò ex Homilia in Euangelium:* Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro *&c, ex Communi nec virginum nec martyrum. Simili Officio eam in diœcesi quoque Albiensi coli, colligo ex Mabillonio tom.* 1 *Annalium Benedictinorum ad annum Christi* 656, *num.* 44, *ubi dicitur* annuo cultu in pago Gabalitano, seu Mimatensi, & Albiensi honorata pridie Nonas Octobris.

atque in privatu sui nominis, ubi ejus corpus quiescit.

7 *Peculiarem haud dubiè venerationem habet in oppidulo diœcesis Mimatensis ad fontem Burlam ac prope Tarnem fluvium* Sainte Enimie *ab illa dicto, ubi ejusdem corpus servatur in ecclesia priorali, quæ olim fundatum ab illa virginum monasterium fuisse creditur, sed sub medium seculum* x *jam ferè destructum Dalmatio, Calmeliacensis monasterii Benedictini Ordinis abbati, traditum fuit, ab eoque restauratum atque in virorum prioratum conversum; quo prioratûs titulo ex eo tempore eidem Calmeliacensi abbatiæ subjectum hactenus permanet, ut suo loco videbimus. Interea hinc corrige Ferrarium suprà num.* 3 *prioratum illum* cœnobium virginum, *quale fortè ante medium seculum decimum fuit, suo tempore vocitantem. Jacuisse verò jam dicto seculo* x *in ejus ecclesia corpus* S. Enimiæ, *extra dubium est ex Stephani, Mimatensis episcopi, charta inferiùs recitanda, per quam is locus Calmeliacensi abbatiæ donatus fuit; ut proinde antiquus æquè atque hodiernus hujus sanctæ Virginis cultus in controversiam nequeat vocari. Utinam de ejusdem gestis tantumdem dici posset!*

Vita illius displicuit Mabillonio, placuit Cointio:

8 *Arturus à Monasterio in Gynæceo sacro ad hunc diem,* S. Enimiæ, *quam* Emmiam *appellat, Vitam exstare scribit in Bibliotheca regia Parisiis. Nec hæc, nec ulla alia ad manus nostras pervenit; at ut eam minùs desideremus, facit Mabillonius, qui eamdem verisimillimè viderat, dum in Prætermissis ad Acta Sanctorum Sæculi* 2 *Benedictini pag.* LIX *sic pronuntiavit:* Enimia virgo in pago Mimatensi, cujus Vitas tres legimus, mendis & erroribus refertas, colitur die VI Octobris. *Aliter de eadem similive Vita sensisse videtur Cointius, dum ad annum* 628, *num.* XI, *postquam datum suprà* S. Enimiæ *ex Saussayo elogium retulerat, de S. Ilero, Mimatensi episcopo, qui in illo memoratur, sic statuit:* De tempore, quo sedit, nulla debet esse controversia: Soror enim Dagoberti regis (*S. Enimia*) ab eo abbatissa solemni ritu consecrata est.

ex quorum priori exhibetur Compendium Vitæ

9 *Mabillonius solius primæ è tribus illis, quas legerat, Vitæ compendium (fortasse quòd reliquas mendosiores pluribusque erroribus conspersas esse judicaret) ibidem exhibuit, suasque observationes eidem inseruit, verba Vitæ alio charactere distinguens, quæ ego hìc virgulis includam. Sic ergo habet:* In prima Vita hæc leguntur: "Enimia in provincia illa Germaniæ, quæ „Francia nuncupatur, oriunda exstitit, scilicet „progenita de patre rege, nomine Chlodoveo, „filio Dagoberti, cujus atavus, eodem nomine „Chlodoveus, inter Francorum reges primus „susceptit fidem.„ *Tum quid in his displiceat, laudatus Mabillonius sic indicat:* At Chlodoveus tres dumtaxat masculos, nullam feminam procreavit. *Mox prosequitur è Vita:* Enimia conjugii copulam fugiens "leprâ„ divinitus percussa fuisse dicitur, & "in partes Gabalitanas„ monitu divino secessisse, & ad fontem "Burlam„ prope alveum Tarni fluvii lepram deposuisse, ubi puellare cœnobium exstruxerit, & basilicam "in honore sanctæ Dei Genitricis, ab Hilero, „seu Ilero, Gabalitanæ ecclesiæ præsule„ consecratam.

primæ ex tribus, quas legerat.

10 „Quo audito, miserit rex Chlodoveus „progenitor ejus, ac Dagobertus germanus i„psius, curiales ac præfectorios legatos, qui „monasterium Virginis de propriis reditibus cu„rarent.„ Denique, Enimiam post mortem ibidem fuisse sepultam, unà cum cognomine ac filiola sua, eodem die defuncta, cujus corpus "Dagobertus, Enimiæ germanus„ (scilicet Dagobertus II, Sigiberti Austriæ regis filius) nominis errore deceptus, in Franciam pro Germanæ corpore detulerit. *Hactenus Mabillonius, suam deinde longè aliam de eadem sancta Virgine suspicionem subdens, inferiùs referendam. Displicuit ergò Mabillonio, quòd* Enimia *dicatur filia Chlodovei II, qui dumtaxat tres masculos, nullam feminam procreâsse legitur. Addere poterat, nec inter hos tres masculos ullum fuisse Dagobertum, qui ejusdem* Enimiæ germanus *esse potuerit. Neque is potuit fuisse Sigiberti III, Austrasiæ regis, filius Dagobertus II; hic enim, non* germanus *frater, sed patruelis* Enimiæ *fuisset, & hæc ex patre Chlodoveo II nata esset.*

Datur & aliud ex ejusdem Officio proprio

11 *A Mabilloniana Vita partim dissimilem præ oculis habuit, qui, quas suprà dixi,* S. Enimiæ *Lectiones proprias pro ecclesia Mimatensi concinnavit: in hisce enim illa, non Chlodovei II, sed Clotarii II filia fuisse dicitur, Dagobertus ejusdem Sanctæ solùm* frater *vocatur, non* germanus. *Juverit etiam has Lectiones, dum alia non habemus, hìc recitâsse.* LECTIO IV. Beata virgo Enymia, illustris liliata stirpe Christianissimorum Franciæ regum, quippe filia Clotarii Junioris; sed illustrior virtutum divinarum, & illibatæ virginitatis dote, sanctissima Christi sponsa, dum ad terrestres sponsi nuptias urgetur à parentibus, raro divini amoris exemplo petit & exorat à suo cælesti Sponso, ut formæ & sanitatis dispendio virginitatem Christo integram servare possit. Leprâ corpus regiæ Virginis deformatur, &, dum horrore vultûs amores sponsi mortalis extinguit Enymia, Christi, immortalis Sponsi, amorem decore mentis accendit. Sed, virginitate jam in tuto posita, precanti cælo adlabitur angelus, monet, ut apud Gabalos fontem Burlæum adeat, corpusculum lymphis abluat, & lepram eluat. Lætus rex pater Filiam regio mittit apparatu, fons cælo designatus invenitur, ejus lymphis Virgo corpus abluit, & Jordane Burlæo in nomine Jesu à lepra sanatur Enymia.

Lectionibus secundi Nocturni,

12 LECTIO V. Ad parentes reditura Parisios, jam Virgo regia montes arduos Tarni fluminis superaverat, ecce secundò corpus Virginis lepræ inquinatur aspergine; redit ad fontem; invocatus in vota exaudit Christus, & ejus in aquis lepram mergit, detergitque. Jamque sana Virgo, gratiis divino Numini repensis, revertebatur, cùm tertiò lepra vultum inficit. Frustra (inquit Enymia) tibi, cælestis Sponse, obluctamur, audio placidos vocantis susurros. Sic plenum divini æstus tertiò ad Burlæum fontem reversa,

AUCTORE C. S.

B

C

E

F

AUCTORE C. S.

versa, aspergine lympharum curatur à lepra. Francorum reges, Clodoveus pater, & frater Virginis Dagobertus, divinæ voluntatis moniti, ad Enymiam magnas opes remittunt; emitur rota * in orbem latè regio, & Deo per Virginem mancipatur monasterium virginum. Duo templa, alterum Deiparæ, sancto Petro alterum, Enymiam abbatissam, & virgines discipulas evocatus Mimatensis præsul beatus Ilerus consecrat ritu solemni.

* *l.* tota

quæ hic quoque recitantur.

13 LECTIO VI. Amans Christi virgo Enymia subinde studio solitudinis in proximam se recipit speluncam, & in rerum cœlestium speculatione animum colligit. Ibi jejuniis, fletu, precibus amabilem Sponsum, Dominum Jesum, sibi & paterno Franciæ conciliat regno: ibi durum pro cubili saxum habet; ibi Virgo insons fontibus rarum pœnitentiæ describit exemplum; ibi Sponsus cœlestis Sponsæ loquitur ad cor; ibi angelorum frequenti fruitur alloquio; ibi beata Enymia decantatam à rege propheta Dei Sponsam effingit: Astitit regina à dextris Christi in vestitu deaurato charitatis, virtutum omnium circundata varietate. Et ferè una è primis de liliata Christianissimorum regum familia posteris
B domus regiæ virginibus, magno cœtu secuturis, studium accendit virginitatis; ut Enymiæ meritò Davidicum carmen tribui debeat: Adducentur Regi regiæ virgines post eam, & proximæ ejus afferentur tibi.

In hiſce illæ, non Clodovei II, ſed Clotarii II filia dicitur, quod placuit Cointio:

14 *Abest igitur à Mimatensis Officii Lectione præcipuus, qui Mabillonio in Vita displicuit, error, quo* S. Enimia *Clodovei II filia, hujusque* germanus *frater* Dagobertus *dicebantur.* Clotarium *etiam legit Saussayus in Martyrologio suo Gallicano verbis suprà datis, & huic consensit Cointius in Annalibus Francorum ad annum* 628, *num.* x *& sequenti, ubi Dagobertum, hujus nominis I, atque* Enimiam *ex eodem patre Clotario II, sed hanc ex Bertetrude, secundâ ejusdem Clotarii uxore, illum ex prima, Haldetrude nomine, natos asserit; quod Mimatensis Lectio non vetat, cùm in hac Dagobertus (hujus nominis I) non* germanus, *sed solùm* frater S. Enimiæ *appelletur. Ex horum ergò opinione floruerit* S. Enimia *ante medium seculum* VII, *cujus anno* XXVIII *Clotarius II obiit. Ejusdem sententiæ fortasse fuit auctor Martyrologii Parisiensis superiùs*
C *laudati, qui, licèt de regiis hujus sanctæ Virginis natalibus non meminerit, emortuale tamen ejusdem tempus* Post (*annum*) DCXXVIII *in margine adscripsit.*

ab aliis Clodovei I filia credita est: Valesii de hiſce judicium.

15 *Sunt etiam, qui velint,* S. Enimiam *Clodovei I filiam fuisse, teste Hadriano Valesio Rerum Francicarum lib.* 20, *ad annum* 654, *ubi triplicem de ejusdem Sanctæ genitore opinionem sic memorat:* Quidam B. Emmiam Chlodoveo, Dagoberti regis filio, natam dicunt, quæ virginitatem Deo devoverit, & Gabalis puellare monasterium exstruxerit, ibique grandis natu decesserit ac sepulta sit, atque in pago Gabalitano Albiensique pridie Nonas Octob. quotannis colatur; quam alii Chlotarii Junioris, alii Chlodovei Magni, ejus proavi, liberis adnumerant. *Posteriorum opinionem ibidem jam rejecerat lib.* 7, *ubi de Clodovei I liberis agens,* Theudechildis, *inquit,* vel Theuchildis, non magis mihi Chlodovei filia videtur fuisse, quàm Emmia, aut Emma, pridie Nonas Octobres Martyrologio Usuardi (*auctо ab aliis*) inserta, & SANCTA EMMIA, VIRGO EXIMIÆ SANCTITATIS, FILIA CHLODOVEI REGIS dicta.

Exponitur Mabillonii de ejusdem parentibus suspicio.

16 *Longè ab his omnibus diversa suspicatus est Mabillonius, verbis num.* 10 *recitatis subdens hæc:* Fortè an S. Enimia filia fuerit S. Bertæ, quæ filia dicitur Ursanæ, sororis S. Bathildis, quæ Bathildis Chlodoveo, Dagoberti filio, nupsit? *Per* S. Bertam *hîc designat sanctam hujus nominis viduam & abbatissam Blangiacensem in Artesia, cujus Vitam ab anonymo scriptam idem Mabillonius Sæculi* III *Benedictini parte* 1 *à pag.* 451 *prætermittendam censuit,* eò quòd dubias res non paucas, (*inquit ille*) ineptas quasdam, fabulosas nonnullas admisceat *illius auctor; Sollerius verò noster ad diem* IV *Julii, quamquam haud multò favorabiliùs de illa sentiret, nihilominus ob rationes, ibidem allegatas, vulgavit. Porrò in hujus Vitæ cap.* 1 *dicitur Ursana fuisse neptis S. Bathildis reginæ, & ex illustri viro suo Rigoberto genuisse S. Bertam, hæcque Sigefrido nuptui tradita quinque filias protulisse, quarum una* Emma *vocabatur.*

quæ minùs fundata apparet.

17 *Deinde cap.* 2 *eadem* Emma *narratur Waraclino, Anglo-Saxonum regi, in matrimonium data fuisse, sed indignis ab eo modis habita, dum ad matrem revehitur, in mari mortua esse. Tota itaque Mabillonii suspicio unicâ tam subtestæ Vitæ voculâ* Emma, *unde* Enimia *fieri potuerit, innititur, refragantibus ceteris omnibus, quæ tam in hujus sanctæ Virginis, quàm in laudatæ S. Bertæ, Vitis referuntur. Quapropter ista eruditi viri suspicio nullo modo mihi verisimilis apparet. Fortasse tamen eadem non displicuerit Castellano, cùm hic in Martyrologio suo Universali ad annuntiationem* S. Enimiæ *hodiernæ seculum* VIII *in margine adscripserit, circa cujus seculi annum* XXV *S. Bertam obiisse, statuit Sollerius noster loco mox citato. Ad aliorum igitur opiniones redeamus.*

E

§ II. Suprà relatæ opiniones expenduntur: quis sit S. Ilerus in Sanctæ gestis memoratus: quæ de eadem sancta Virgine pro certis haberi queant.

F

Fortè Sanctæ pater fuit Clotarius II,

EX *tam vario scriptorum relato sensu facilè colliget lector, nullum exstare antiquum monumentum, ex quo erui possit, quo* S. Enimia *patre nata sit; quamquam illi omnes (si Mabillonium aliter suspicantem exceperis) eam ex regia Merovingorum stirpe progenitam velint. Qui Clodoveum I ei patrem assignant, nulla prorsus ratione fulciuntur; qui Clodoveum II, ac simul Dagobertum germanum fratrem tribuunt, sequuntur ejusdem Sanctæ Vitam, quam* mendis & erroribus refertam *vocat Mabillonius; nec ullum poterunt Clodovei II filium Dagobertum assignare, qui* S. Enimiæ *fuerit frater germanus. Quam ob rem, si regii è Merovingis natales* Enimiæ *omnino adjudicandi sint, præferenda est sententia eorum, qui cum Mimatensis Officii Lectione ejusdem patrem dicunt Clotarium II, fratrem verò Dagobertum; hunc enim, ejus nominis primum, Clotarii II filium fuisse, extra omnem controversiam est; nec falsi convinci potest, qui* Enimiam *ex eodem Clotario natam esse, crediderit.*

19 *Quàm tamen antiquum ejusdem Lectionis Mi-*

quod tamen nescimus, quàm antiquo asseratur testimonio.

Mimatensis primo scriptori monumentum præluxerit, quis dicat. Equidem vetustiorem S. Enimiæ *memoriam non reperi, quàm medio sæculo* X *in charta donationis Stephani, Mimatensis episcopi, ex Mabillonio inferiùs recudenda; ex qua tamen nihil aliud novimus, quàm eo tempore fuisse in Mimatensi diœcesi* locum *quemdam,* antiquitus Burlatis *dictum,* fundatum in honorem beatæ Dei Genitricis Mariæ, *in eoque tunc requievisse* corpus beatæ virginis Enimiæ, *quem tunc temporis* per incuriam & sæcularem cupiditatem malè direptum, *adeò ut,* inopia exigente, religionis status inibi penitus annulatus *videretur, curante laudato Mimatensi episcopo, Dalmatius, S. Theofredi abbas, restituendum, ac Prioratûs titulo Calmeliacensi monasterio annectendum admisit. Verùm hinc nihil de hujus* Enimiæ *stirpe, ætate, quâ floruit, gestis vitæque genere, ceteriſque hùc spectantibus, præter cultam ab illa virginitatem, & ejusdem sacri corporis, eodem in loco servati, antiquam venerationem, novimus.*

B *Nihil etiam huc conferre possunt Acta S. Ileri,*

20 *Nihilo etiam plus, imò minus, scitur de* S. Ilero, Hilero, Iſlero *atque* Ifero *nonnumquam etiam appellato, qui duplicem ab* Enimia *conditi monasterii ecclesiam dedicâsse, atque ipsam sanctam Virginem abbatissam instituisse, in Vitis narratur. Ilerus hic suum etiam inter Mimatensis ecclesiæ Propria Officium ritûs duplicis habet ad diem* 1 *Decembris, in cujus Lectione* V *pauca hæc de illa legere est:* Hujus (*S. Ileri*) precibus, virgine comitante Enymia, arido per septennium Margavillæo fonti uberes aquas Deus restituit. *Hæc ibi de* S. Enimia, *nec plura; quæ unde fortassis accepta esse videantur, mox dicam. Ilerus ipse ex solo cultu suo, Vitisque* S. Enimiæ *notus est, neque alia de causa à Dionysio Sammarthano in Catalogo Mimatensium præsulum, Agricolam inter atque S. Fredaldum vel Frodoaldum relatus est, quàm quòd* S. Enimiam *tunc temporis floruisse, pro comperto haberet. Juverit Dionysii verba ex tom.* 1 *Galliæ Christianæ col.* 87 *& sequenti recensuisse.*

ex solis Vitis S. Enimiæ nati,

21 *Sic ait ille:* Locum habet pius hic præsul in Proprio Sanctorum, quos peculiari cultu veneratur Mimatensis ecclesia; duoque dies festi ejus memoriæ assignantur in Calendario,

C pridie Nonas Octobris & Calendis Decembris; quorum unus est Depositionis, alter Translationis. Notus est hic ex Actis S. Enymiæ virginis, sororis (ut aiunt) Dagoberti regis, & Clotharii II filiæ, quæ in pago Gabalitano, adjuvante fratre Dagoberto rege, condidit duplex monasterium, & consecrata est abbatissa à B. Ifero episcopo. Itaque sedebat hic præsul anno DCXXVIII, quo Dagobertus regnare cœpit in tota Gallia, proindéque in Aquitania, aut annis subsequentibus; unde non antecessit Agricolam, quem anno DCXXV præfuisse, ostendimus; *nempe contra Sammarthanos fratres, qui in sua Gallia Christiana aliter senserant. Dionysio hîc præiverat Cointius, qui Ileri sedis tempus ex eadem* S. Enimiæ *Vita extra controversiam positum pronuntiavit. Verba illius dedimus suprà num.* 8. *Non aliunde quoque Ilerum sibi notum fuisse, novissimæ Historiæ Occitaniæ scriptores Benedictini lib.* 7, *num.* VI, *ubi de eodem ex* S. Enimiæ *gestis mentionem faciunt, testantur his verbis, sed Gallicis:* Quod ad S. Ilerum attinet, solùm novimus, ipsum ab istius regionis incolis pro Sancto honorari.

AUCTORE C. S.

Mimate cultu, sed in Castellani ac Parisiensi Martyrologiis prætermissi,

22 *Non geminum, sed unicum ejusdem festum diem, ad Calendas Decembris scilicet, in sæpe dictis Mimatensis ecclesiæ Officiis propriis reperio; nullum verò in Martyrologiis Castelliani ac Parisiensi; fortè quòd tam hujus, quàm istius auctoribus Iler vel Hiler iste non apparuerit diversus à S. Hilario vel Hilaro, ejusdem sedis episcopo, quem idem Castellanus primò ad diem* XXV *Septembris, ac denuò cum Romano Martyrologio ad* XXV *Octobris recenset. Posteriori item die* Hilarium *habet Martyrologium Parisiense, prætermisso ubique Ilero. Rectène, an secùs, latiùs discuti poterit ad præcitatas Calendas Decembres; non possum tamen ea de re hìc penitus silere, ratione temporis, quo* S. Enimia, *Ilero, ut volunt, synchrona, floruisse credenda sit. Nam si Ilerus vel Hilerus, ex Actis* S. Enimiæ *notus, diversus non sit à S. Hilario vel Hilaro, in Romano aliisque Martyrologiis ad diem* XXV *Octobris celebrato, atque in ecclesia Mimatensi eodem die culto, referenda erit ea sancta Virgo ad sæculum* VI, *aut pro fabulis habenda, quæ de illo in hujus Vita leguntur.*

E *fortè quòd hîc non diversus visus fuerit à S. Hilario,*

23 *S. Hilarium sæculo* VI *Gabalorum episcopum fuisse, constat ex concilio Arvernensi, anno* 535 *celebrato, cui inter cæteros episcopos, apud Labbeum tom.* 4 *Conciliorum, col.* 1805 *subscriptus legitur* Hilarius in Christi nomine episcopus ecclesiæ Gabalitanæ. *Ad eumdem etiam scripta creditur salutatio metrica Venantii Fortunati lib.* 3, *num.* 21 *hujus Operum editionis per Christophorum Browerum. Colitur hic, ut dixi, in ecclesia Mimatensi die* XXV *Octobris, sed solùm Officio ex Communi Confessoris Pontificis; cùm Ilerus (ut pariter dictum est) tres secundi Nocturni Lectiones proprias habeat die* 1 *Decembris. Attamen S. Hilarii vel Hilari, Gabalitani episcopi, Vitam habemus ex Ms. Rubeæ Vallis, collatam cum Serenissimæ Reginæ Suecìæ codice* 569, *ex que etiam exordium, quod in Ms. Rubeæ Vallis deerat, accepimus. Qui hanc legerit, ipsam se putabit, mutato nomine, Vitam legisse S. Ileri, qualis hæc paulò breviùs expositа est in tribus hujus Officii lectionibus propriis secundi Nocturni ad diem* 1 *Decembris, nec ulla ratione dubitare poterit, quin aut hæ ex illa contractæ fuerint, aut ex hisce illa amplificata: tanta est inter eas conformitas.*

F *in cujus Vita eadem leguntur, quæ in Officio S. Ileri.*

24 *Non legitur quidem in ista S. Hilarii Vita nomen* Enimiæ, *sed tamen factum ipsum, quod in Officio S. Ileri refertur, in ea etiam narratur. Juverit utriusque verba retulisse. Ileri lectio* V *sic habet:* Hujus (*Ileri*) precibus, virgine comitante Enymia, arido per septennium Margavillæo fonti uberes aquas Deus restituit; *Vita verò S. Hilarii sic:* In villa (*pro deleta sequenti voce substituta in margine est ex Ms. Reginæ Suecìæ vox* Martravillæ) virginis profluа manans unda * repentè fons aruit per septem annos, omni prorsus humore sublato. Quo in loco, socia Virgine, pater (*Hilarus*) advenit, & preces Domino exoratus effudit: recepto mox cursu unda rediit, atque usibus hominum ubere largitate servivit. *Idem, ut vides, utrobique factum est; atque aliqua etiam affinitas est inter voces* Margavillæo & Martravillæ, *quæ utro loco rectiùs expressa sit, non dispicio: id interim indubitatum est, nihil prorsus in S. Ileri Officio Mimatensi legi, quod in ea S. Hilarii Vita non legatur. Restat igitur, ut videamus, huiene, an illi, eadem Vita afficta potiùs credenda sit.*

**l.* profluæ manantis undæ

AUCTORE C. S.

Ex asserto S. Hilarii in hujus Vitæ ad Theodobertum regem accessu,

25 *Hunc in finem juverit etiam alterum textum contuliſſe. In Vita S. Hilarii hæc legere eſt :* Cùm beatiſſimus (*S. Hilarus*) ad Theodebertum Francorum regem pro remediis commiſſæ ſibi provinciæ feſtinaret, & in locum, cui Animi ſenſus (*in margine ex Ms. Reginæ Sueciæ legitur* * Ariſencus) nomen eſt, adveniſſet, intempeſta nocte Leo tribunus, dum prope ejus tentorium cum puero cubitaret, globum immenſæ lucis à thoro ejus conſurgere, aëra diſſecare, & ad cælos porrigi, ſtupenti admiratione conſpexit ; viros etiam quoſdam cum patre (*S. Hilaro*) loquentes audivit. Poſt aliquantulam moram B. Hilarus Leonem monet, uti viſa reticeat, proſperitatem futuri itineris, ſecundique reditus celeritatem denuntiat. Interea ad regem pervenit, ſumma cum veneratione ſuſceptus eſt, ſperata præſtantur, ad patriam voti compos regreditur. *Modò textum ex Mimatenſi Officio Ileri audiamus.*

qui S. Ilero in hujus Officio pariter aſſeritur,

B

26 Ad Theodebertum Francorum regem pro quibuſdam negotiis commiſſæ ſibi provinciæ feſtinante (*S. Ilero*) Areſenti intempeſta nocte Leo tribunus globum immenſæ lucis thoro ejus conſurgere, & ad cælos aſcendere, ſtupenti admiratione conſpexit : quoſdam quoque viros cum eodem patre ſanctiſſimo colloquentes audivit. Quod beatus pontifex prophetico ſpiritu prænoſcens, tribunum admonet, ut viſa reticeat, ſibique futuri proſperitatem itineris denunciat. Brevi pervenit ad regem, ſumma veneratione ſuſcipitur, & voti compos in patriam revertitur. *Theodebertus, in Vita S. Hilari nominatus, is ipſe eſt hujus nominis primus Auſtraſiæ rex, quo conſentiente, celebratum eſt anno* 535 *Arvernenſe* I *concilium, cui eumdem S. Hilarium ſubſcripſiſſe, ſuperiùs obſervavi. Quam ob rem iſte S. Hilari ad Theodebertum regem acceſſus & chronologiæ & hiſtoriæ congruit.*

videntur S. Hilarii geſta afficta S. Ilero,

C

27 *Haud ita facilè id dici poteſt de Hileri acceſſu ad Theodebertum, qui non alius fuiſſe potuit, quàm Theodobertus II, anno* 612 *mortuus. Cointius ac Dionyſius Sammarthanus Hilero in ſerie epiſcoporum Mimatenſi proximè præponunt Agricolam, quia hunc ſynodo Remenſi (anno* 625 *habitæ) interfuiſſe, tradit Flodoardus lib.* 2 *Hiſtoriæ Remenſis cap.* 5. *Ex horum igitur opinione nondum fuerit epiſcopus Hilerus, regnante Theodoberto II, ac propterea prædictus Hileri ad hunc acceſſus cum ſana pugnat chronologia. Ut verò Agricolæ præponas Hilerum, nulla favet ratio, niſi hujus ad Theodobertum regem in Officio Mimatenſi aſſertus acceſſus, de quo agimus. Cùm igitur ex ſubſcriptionibus concilii Arvernenſis, regnante Theodoberto I Auſtraſiæ rege celebrati, conſtet, Hilarium Gabalitanæ eccleſiæ anno* 535 *præfuiſſe ; Hilerus autem ex ſolis hujus ſanctæque* Enimiæ *dubiæ fidei Officiis notus ſit, veriſimillimum videri debet, S. Hilari ad Theodobertum regem acceſſum, qui tempori congruit, ex hujus Vita in Mimatenſe S. Hileri Officium, in quo ille iiſdem penè ſemper verbis narratur, tranſlatum potiùs eſſe, quàm ex hoc in illam.*

de quo proinde dubitari poteſt, an exſtiterit umquam.

28 *Idem prorſus de reliquis Hileri geſtis, in eodem illo Mimatenſi Officio relatis, cenſendum eſt, cùm hæc, non minùs, quàm iſte, in S. Hilari Vita pari modo legantur. Ex hiſce omnibus mea miki firmatur ſuſpicio, S. Hilarum vel Hilarium, à Caſtellano auctoreque Martyrologii Pariſienſis recenſeri, penitus prætermiſſo Hilero, quòd hunc, velut ex ſolis* S. Enimiæ *ſubleſtæ fidei Vitis notum, mutato nomine, reproductum Hilarium reputaverint. Eò autem facilius* Hilerus *ab* Hilario *vel* Hilaro *naſci potuit, quòd hic Gallicè* ſaint Hilaire *dicatur, unde* Hilair *ac Latinè* Hiler, Hilerus *ac* Iler *formari potuit, hicque ex* S. Enimiæ *geſtis, quæ ipſam vel Clodovei II, vel Clotarii II filiam faciunt, diverſus videri à S. Hilario, qui concilio Arvernenſi anno* 535 *ſubſcripſit. Poterunt hæc (ut dixi) penitùs diſcuti ad diem* XXV *Octobris : mihi interim non parùm probabile apparet, S. Ilerum, de quo in Actis* S. Enimiæ, *ſeniorem iſtum S. Hilarium eſſe, ac propterea, ſi admittenda ſint, quæ de iſtius ſanctæ Virginis cum Ilero in utriuſque Officiis geſtis leguntur, referendam eſſe ad ſeculum* VI, *nec eamdem poſſe Clodovei II, aut Clotarii II filiam, Dagobertique ſororem reputari.*

D

Non ſatis adhuc mihi conſtat de monaſterio,

29 *Ex tam incertis Vitæ* S. Enimiæ *Actis, quid mirum, ſi etiam de ejuſdem Virginis vitæ conditione, ſtructoque ab illa monaſterio cogar dubitare. In Officio ſuo Mimatenſi dicitur illa monaſterium virginum conſtruxiſſe, additis eidem duabus eccleſiis, quarum una Deiparæ Virgini, altera S. Petro fuerit dicata. De uno ſolùm monaſterio unaque eccleſia mentionem facit Mabillonius ex Vita, quam legerat ; alii, qui duplex illud fuiſſe dicunt, de altero virorum, puellarum altero interpretantur, omneſque illud in agro Mimatenſi ad fluvium Tarnem ſitum fuiſſe, conſentiunt, ubi ſcilicet hodiéque ſupereſt virorum prioratus,* S. Enimiæ *nomine inſignitus, & jam à medio ſeculo* X *Calmeliacenſi abbatiæ ſubjectus, de quo plura inferiùs. In laudato Vitæ Ms. apographo S. Hilari, dicitur etiam hic Sanctus* fidei ardore fervens monaſterium prope flumen Tarne miro opere ac ſumptuoſo labore *conſtruxiſſe,* in quo copioſam Fratrum multitudinem collocavit.

E

ab eadem Sancta condito.

30 *His rurſum conſonat Mimatenſe Officium* S. Ileri *his verbis :* Fervens ardore fidei (*S. Ilerus*) monaſterio prope flumen Tarni miro opere conſtruendo plurimùm invigilavit. *Utrumvis horum antiſtitum* S. Enimiæ *convixiſſe malueris, fortaſſis de eodem monaſterio ibi ſermo eſt, de quo in Actis* S. Enimiæ ; *maximè ſi hoc duplex fuerit, virorum ſcilicet ac virginum ; quorum iſtud alterutri præſuli ob collatam in eo condendo eidem ſanctæ Virgini operam, atque in eodem adminiſtrando curam ſpecialiter potuit adſcribi. Favet certè locus, in quo* S. Enimia *ſuum, ſuumque S. Hilarus & Ilerus condidiſſe dicuntur ; nec inter Mimatenſis diœceſis abbatias ullum Hilari Ilerive monaſterii veſtigium in Gallia Chriſtiana Dionyſii Sammarthani reperio ; ſed ſolùm inter nunc deſtructas abbatias Prioratum virorum, qui olim* S. Enimiæ *monaſterium fuiſſe creditur ; quod ipſum etiam nequeo ſatis certo argumento confirmare.*

F

Ex charta Stephani, Mimatenſis epiſcopi.

31 *Vetuſtiorem* S. Enimiæ, *ejuſque monaſterii, locive, in quo illius corpus quieſcit, mentionem non inveni, quàm medio ſeculo* X *in charta Stephani, Mimatenſis epiſcopi, ex Mabillonio inferius recudenda. Verùm ex hac quoque dumtaxat novimus, fuiſſe tunc temporis in quodam diœceſis Mimatenſis loco,* jam antiquitus Burlatis *dicto,* locum fundatum in honorem beatæ Dei Genitricis Mariæ, ubi (*verba Stephani ſunt*) requieſcit corpus beatæ virginis Enimiæ ; *hunc que locum tunc* per incuriam & ſæcularem cupiditatem malè direptum *fuiſſe ac penè dirutum, & in quo,* inopia exigente, religionis ſtatus ... penitus annulatus * videbatur ; *ac propterea à laudato Stephano epiſcopo donatum eſſe Pal-*

* *i. e.* annullatus

A *Palmatio, Calmeliacenſi abbati, ut hic illum reſtauraret, &* Fratres ibi regulariter viventes ſecundum normam patris Benedicti ſemper delegaret; *idque tunc factum eſſe; ex quo tempore prioratûs virorum nomine abbatiæ Calmeliacenſi hactenus paret.*

Iſta nequeunt certò definiri;

32 *Hinc diſcimus quidem, jam certè medio ſeculo* x Enimiam *pro ſancta virgine habitam cultamque fuiſſe, exſtitiſſeque ibidem jam tum antiquitus ſacrum locum ſeu monaſterium, ſanctiſſimæ Dei Genitrici dicatum, in quo ejuſdem ſanctæ virginis* Enimiæ *corpus quieſcebat; verùm inde ſtatui nequit, quæ fuerit iſta ſancta virgo* Enimia, *quo genere nata, an ejuſdem loci fundatrix & abbatiſſa, an ejuſdem loci olim Religioſa incola, an ob notam ſanctitatem aliunde illuc advecta. Non magis inde novimus, fueritne monaſterium illud ex primæva ſua fundatione, aut priuſquam in prioratum Calmeliacenſis abbatiæ converſum fuit, virorum, an mulierum: neutrum enim in illa charta dicitur, quamvis veriſimilius videri poſſit, virorum fuiſſe ſeculo* x, *quando monachis Calmeliacenſibus, non ſacris*

B *virginibus, inſtaurandum incolendumque traditum fuit. Obſervandum etiam eſt, nullum in eadem charta verbum fieri de eccleſia S. Petro dicata, quam velut alteram monaſterii, ſive unici, ſive gemini, à* S. Enimia *conditi, ejuſdem Mimatenſe Officium proprium memorat; ex quo ſilentio collige, aut iſtam S. Petri eccleſiam, quodque aliqui aiunt, ſecundum monaſterium, numquam exſtitiſſe, aut medio ſeculo* x *neutiquam ampliùs ſuperſuiſſe.*

ſed dandum aliquid traditioni eſt.

33 *Quid pluribus immoramur? Mihi ex hactenus allegatis non ſatis conſtat de hujus ſanctæ Virginis regio ſtemmate, ſeculo, quo floruit, profeſſione Religioſa, conditoque ab ea monaſterio, ſeu uno, ſeu gemino. Verùmtamen cùm ea, quæ adverſus iſtæc diſputavimus, hujuſmodi non ſint, quæ oppoſitum evincant; Actaque etiam non contemnenda ſuos quandóque inſertos errores habeant, traditioni Mimatenſium aliquid concedendum puto; nec auſim* Enimiæ *regium Merovingicum ſtemma, nec ſtructum monaſterium geſtamque in eo virginum præfecturam abjudicare. Quod ad ſeculum verò ſpectat, quo ipſa floruiſſe credenda ſit, malui ſextum vel ſeptimum (utrumque dubiè) aut fortè* VIII *ſuprà in margine adſcribere, tum propter incertam fidem Lectionis Officii illius Mimatenſis, in qua ipſa* Clotarii Junioris *filia dicitur, &* Dagoberti *ſoror; tum propter ea, quæ de S. Hilaro ſeu Hilario atque Ilero vel Hilero, fortè uno eodem Mimatenſi epiſcopo, diſſerui.*

C

Altera Enimia adhùc ignota.

34 *Mabillonius, qui, ut ſuprà vidimus,* S. Enimiam, *non ob defectum cultûs illius, ſed vel quòd illam ſuo Ordini vendicare non poſſet, vel quòd ejuſdem Vitas typis indignas judicaret, inter Prætermiſſos Sæculi* 2 *Benedictini recenſens, præter ea, quæ ex prima Vita ibidem narravit, noſque ex illo deſcripſimus, hæc etiam addidit:* Denique (*ſubintellige Eadem Vita refert*) Enimiam poſt mortem ibidem fuiſſe ſepultam unà cum cognomine ac filiola ſua, eodem die defuncta, cujus corpus Dagobertus, Enimiæ germanus (ſcilicet Dagoberti II, Sigiberti Auſtriæ regis filius) nominis errore deceptus, in Franciam pro Germanæ corpore detulerit. *Ad hæc ego nihil annotandum habeo, niſi ſecundam illam Enimiam, ejuſdemque corporis tranſlationem mihi penitus ignotas eſſe.*

AUCTORE C. S.

§ III. Charta, per quam Stephanus, Mimatenſis epiſcopus, locum S. Enimiæ reſtaurandum ac poſſidendum Calmeliacenſi abbatiæ tradidit.

Locum, in quo quieſcit corpus S. Enimiæ, Mimatenſis epiſcopus

CUm plura de hac ſancta Virgine non ſciamus, ſubjicio hic ſæpe laudatam Stephani ſeculo x *epiſcopi Mimatenſis donationis chartam, quod eſt potiſſimum monumentum, ex quo de vetuſto ejuſdem Sanctæ cultu conſtet. Exhibet illam Mabillonius* ex chartario S. Theofredi, *lib.* 6 *De Re diplomatica inter inſtrumenta num.* CXXXVII, *unde hùc tranſcribo.* In nomine Dei omnipotentis, qui trinus eſt in perſonis, & unus in eſſentia. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſtianis, tam præſentibus, quàm futuris, quòd anno VII regni Ludovici regis ego Stephanus, eccleſiæ Mimatenſis epiſcopus, cùm pro poſſe providerem clerum & plebem mihi ſubjectam, conſentienti Petro archidiacono, ac Manfredo præpoſito, Ingelvino decano, ceteriſque clericis ſupradictæ ſedis, necnon fidelibus laicis, Bernardo, & fratre ſuo Hectore, Hugone & Petro fratribus meis, Bernardo vicecomite, Cancelino, Fredelone, Stephano, Ubone, Bertrando, Rigaldo, incidit in corde meo deſiderium, ut locum, fundatum in honorem beatæ Genitricis Mariæ, ubi requieſcit corpus beatæ virginis Enimiæ, quod * per incuriam & ſæcularem cupiditatem malè direptum * erat, & inopia exigente, Religionis ſtatus inibi penitus annulatus* videbatur, in priſtinum reſtitueremus ſtatum.

E

**an quî ? *an direptus ? *annullatus*

reſtaurandum offert Dalmatio, Calmeliacenſi abbati;

36 Qua de cauſa domnum Dalmatium abbatem, venerabilem virum de cœnobio S. Theofredi, deprecati ſumus enixè, ut præfatum locum in ſuo dominio ſuſciperet, & Fratres ibi regulariter viventes ſecundum normam patris Benedicti ſemper delegaret. Qui renuit, aſſerens, ſe in rebus extraneis nolle laborare, vel in alterius poteſtate. Nos autem animi ejus perſcrutantes voluntatem, hoc ab eo reſponſum accepimus, quòd, nec ipſe, nec aliquis de monachis ſuis, in loco illo pænè diruto laboraturi eſſent, niſi priùs firmamentum hereditarium, ſcilicet privilegium, ſatis firmum ac manibus noſtris roboratum, acciperet, qualiter locellus ille per omnes ſuccedentes generationes in poteſtate & dominio ſeu ſubjectione permaneret cœnobii S. Theofredi martyris; & omnes abbates ejuſdem monaſterii per cuncta ſuccedentia tempora haberent in poteſtatem illam illam * cellulam ſecundum ſuam voluntatem diſponere, regere, gubernare & ordinare, ſive ſecundùm Deum, ſive ſecundùm ſeculum, ſine ullius contradictione.

F

**abundat illam*

qui ambo, certas conditiones pacti, Romam petunt,

37 Quod audientes, aliquandiu diſtulimus, hæſitantes, de hoc quid ageremus; ſed inito cum univerſo clero noſtro conſilio & fideli populo, cum conſilio etiam & voluntate D. Reymundi marchionis, & omnium clericorum atque fidelium noſtrorum, dedimus aſſenſum ſecundum ſuam voluntatem in omnibus; ea ſcilicet ratione, ut quotidie, exceptis feſtivitatibus,

AUCTORE C. S.

pro nobis & successoribus nostris, & propinquis, & omnibus benefactoribus & propinquis, & adjutoribus nostræ sedis & loci, VII Psalmos, flexis genibus, decantent pro defunctis, vel, cùm possibile fuerit, Vigiliam & Missam. Et quia tempus instabat, in qua* causâ orationis Romam proficisci parabamus, domnus scilicet Raymundus, & ego Stephanus episcopus, simulque Petrus archidiaconus, Maganfredus præpositus, Ingelvinus decanus, cum aliquantis aliis clericis; Dalmatius abbas hoc animadvertens, se quoque, dixit, nobiscum velle proficisci, & ante sacram præsentiam corporis beati Petri Apostoli auctoritate ac licentiâ Apostolicâ, loci ipsius inchoare ædificia.

*l. quo

38 Quod audientes, laudavimus studium animi illius, & industriam sollicitudinis erga ipsum locum. Et venientes ante præsentiam sacri corporis beati Petri Apostoli, & coram præsentia domini Papæ Agapiti, necnon & episcoporùm multorum, & presbyterorum, & reliquorum graduum, & Alberici senatoris, & aliorum nobilium multitudine, patefecimus desiderium nostrum de reædificatione supradicti loci, & in conspectu eorum recitavimus jam dictum privilegium; quod ut audierunt, tam domnus Papa Agapitus, quàm ceteri fideles, qui aderant, laudaverunt & decreverunt, ut locus ille restauraretur in perpetuam habitationem monachorum.

ibique coram corpore Apostolorum Principis

B

39 Sed & hoc, quod supradictum est, nunc iterum inferere libet, secundum petitionem venerabilis viri, abbatis Dalmatii ac monachorum ejus, decretum est atque statutum ab omnibus, ut locus ille jam dictus antiquitus Burlatis, qui est consecratus in honorem beatæ Dei Genitricis Mariæ, ubi requiescit corpus beatæ virginis Enimiæ, permaneat atque persistat in potestate ac providentia vel subjectione Calmiliensis cœnobii, quod est fundatum & consecratum in honore Principis Apostolorum, beatissimi Petri, ubi beatus martyr Theofredus in corpore cum aliorum Sanctorum pignoribus requiescit; & habeant, tam abbas, quàm congregatio ipsius cœnobii, prædictum locum in potestatem ad regendum & disponendum sine impedimento alicujus personæ per omnes futuras hominum generationes jure perpetuo.

ea de re chartam conficiunt,

C

40 Hanc autem chartam vel privilegium in basilica beatissimi Petri ante sacram ipsius tumbam, & coram supradicta caterva, cum sæpedicto loco tradidimus in manu Dalmatii abbatis ac monachorum ejus, ad memoriam posterorum fine tenus conservandam. Si quis verò hanc temerarius infringere præsumserit, tam nostrâ, quàm coëpiscoporum præsentium, excommunicatione atque perpetua damnatione se noverit condemnatum ante conspectum justi Judicis Christi. Signum domini Agapiti Papæ, cujus auctoritate hæc charta confirmata est. Signum ejusdem Stephani episcopi. Signum Gotescalchi episcopi Aniciensis. Signum aliorum testium, clericorum & laïcorum. Facta est hæc charta III Nonas Maii, fer. II, lunâ VIII, regnante Ludovico Francorum & Aquitanorum rege. *Hactenus laudatum donationis instrumentum apud Mabillonium, cujus ad illud observationes subjicio.*

confirmante atque inter alios subscribente Agapito Papâ,

41 Observatu (*inquit*) digna est hæc charta, maximè, quia ei subscripsit Agapitus Papa II, qui anno DCCCCXLVI sedit in annos decem. Data

non anno Christi 950,

verò est hæc charta anno DCCCCL, quo anno dies III Nonas Maii incidebat in feriam secundam, currebatque annus XV Ludovici Transmarini, cujus anno VII hæc donatio facta est; ac proinde charta hac de re scripta post annos octo, ut suo loco de aliis similibus diximus, nempe in libri secundi capite XXVIII, num. IX. *Hæc ille, nunc paulisper expendenda. Annum datæ chartæ, Christi* 950, *regnique Ludovici Transmarini decimum quintum collegit ex tempore Pontificatûs Agapiti, adscriptisque die* III Nonas Maii & feriâ secundâ. *Etenim cùm ex memoriæ lapsu putaret, toto Agapiti II sedis tempore, ab anno scilicet* 946 *usque in* 955, *nullam feriam secundam in diem* III *Nonas Maii incidisse, nisi anno* 950, *consequenter huic eam chartam illigavit.*

D

42 *At levis hîc error erudito viro obrepsit: nam dies* III *Nonas Maii anno* 950 *non erat* feria secunda, *sed* Dominica, *ut patet ex ejusdem anni littera Dominicali* F; *sed eumdem Maii diem anno* 951 *concurrisse cum* feria secunda, *docet pariter littera Dominicalis* E. *Hoc quoque anno dicque* (*non anno præcedenti*) *currebat annus Ludovici quintus decimus, ducto regni illius exordio à die* XX *mensis Junii anni* 936, *quo coronatus fuit. Itaque, si dies* III Nonas Maii *cum* feria secunda *in laudato instrumento retinendus sit,*

sed 951.

E

istud anno 951 *illigandum est; quod & ipse rectiùs fecit Mabillonius in Annalibus sui Ordinis ad eumdem annum* 951, *num.* 50. *Nunc ad alteram Mabillonii observationem veniamus.*

43 *Negari nequit, eamdem Stephani Mimatensis episcopi chartam, si nusquam mendosa sit, scriptam esse octo annis, postquam donatio loci* S. Enimiæ *Dalmatio abbati ab illo in eadem facta dicitur; tantumdem enim temporis inter annum septimum Ludovici regis, annumque Christi* 951 *effluxit. Nec inficiabor hîc, aliquot donationum instrumenta primùm scripta fuisse longè post factas donationes; at de hoc, quod modò examino, peculiaris, nec levis, ratio dubitandi est. Sanè tota illa Stephanum inter atque Dalmatium de loco* S. Enimiæ *pactio in charta sic narratur cœpta perfectaque, dum* tempus instabat, in quo causâ orationis Romam proficisci *illorum prior parabat, ut admodùm difficile sit, octo annorum spatium inter initium ejusdem pactionis dictumque Romanum iter admittere.*

Hanc donationem octo annis ante dictum instrumentum factam,

F

44 *Nec tantum temporis inter primam donationem, factamque de ea chartam Romæ, intercessisse, ex reliquis verisimile est. Offerenti loci donationem Stephano cum onere ædificia restaurandi acceptare renuit Dalmatius,* nisi priùs firmamentum hereditarium, scilicet privilegium satis firmum ac manibus ... (*ejusdem Stephani*) roboratum acciperet *&c. Postulanti post habitum cum suis consilium assensit Stephanus* secundum suam (*id est, Dalmatii*) voluntatem in omnibus; *ac proinde expetitum ab illo donationis conscriptum instrumentum, aut concessit, aut promisit. Jam verò si anno septimo Ludovici Transmarini id solùm promiserit, neque ante annum ejusdem regis decimum quintum hujus rei chartam concesserit, nequit illa donationibus annumerari, quarum chartæ longè pòst primùm conscriptæ fuerunt: nam hac ratione non fuisset ante citatum annum* XV *Ludovici facta donatio, quam Dalmatius nolebat sine ejusmodi instrumento priùs dato acceptare. Adhæc, si Stephanus jam inde ab anno* VII *Ludovici istud promiserit,*

credidit Mabillonius ex adscripto anno VII *Ludovici;*

A *ſerit, cur toto annorum octo ſpatio dare diſtuliſſe putandus eſt?*

ſed hunc annum mendoſum eſſe,

45 *Si autem Dalmatius jam inde à prædicto anno Ludovici ſeptimo oblatam à Stephano donationem ſine ullo conſcripto inſtrumento admiſerit, cur hic pactam loci* S. Enimiæ *inſtaurationem octavo nonove anno pòſt nondum inchoaverat? Nondum tunc inchoâſſe, liquet ex eadem charta, in qua is ipſe legitur cum eodem Stephano epiſcopo id temporis Romam profectus eſſe, quia volebat* ante ſacram præſentiam corporis beati Petri Apoſtoli auctoritate ac licentiâ Apoſtolicâ loci ipſius (*S. Enimiæ*) inchoare ædificia. *Nec verò Stephanus Dalmatii octo annorum ſegnitiem moramque in pacta inſtauratione notavit, ſed laudavit* ſtudium animi illius, & induſtriam ſollicitudinis erga ipſum locum, *ad cujus nempe inſtaurationem, ut dictum eſt, volebat Romæ per accipiendum ibidem inſtrumentum ſe obſtringere.*

ex eodem inſtrumento colligendum videtur.

B 46 *His de cauſis veriſimillimum mihi apparet, mendum eſſe in* anno VII regni Ludovici regis, *pro quo ſi ſubſtituatur annus* XIV *vel* XV, *quem proſtremum aliæ notæ chronicæ in calce chartæ deſignant, objectæ difficultates evaneſcent, omniaque Stephani in eadem aſſerta naturali obvioque ſenſu cohærebunt hoc modo. Stephanus alterutro è dictis annis deſtructum ferè* S. Enimiæ *locum Dalmatio obtulit, recuſantique id oneris ſine ſæpe dicti inſtrumenti cautione admittere, cum certis conditionibus conſenſit. At* quia tempus inſtabat, in qua * cauſâ orationis Romam proficiſci *Stephanus parabat, maluit Dalmatius ſeſe illi itineris ſocium adjungere, ut promiſſam donationis chartam, Apoſtolica Agapiti II auctoritate firmatam, Romæ ante Apoſtolorum Principis ſacram tumbam acciperet. Propoſitum laudavit Stephanus, & cum eo Romam profectus, illam, ſubſcribente laudato ſummo Pontifice, eidem conceſſit* III Nonas Maii, feriâ ſecundâ, *ac proinde anno Chriſti, ut diximus,* 951, *ad quem propterea loci* S. Enimiæ *prima donatio referenda eſt.*

**imò* quo

AUCTORE C. S.

Notitia aliqua monaſterii Calmeliacenſis, cui S. Enimia prioratus

47 *Ceterùm prædictum S. Theofredi monaſterium, cui præerat laudatus abbas Dalmatius, tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 761 *dicitur aliàs* Calmeliacenſe, *Gallicè* Saint Chaffre, & le Monaſtier Saint Chaffre *appellari, eſſeque vetus atque inſigne Benedictini Ordinis monaſterium in diœceſi Anicienſi, ad Colanſam fluvium, & radices montis Meſentii, tribus circiter leucis à civitate Anicio, ſeu Podio Velavorum, conditum. Hinc collige, cur eidem chartæ Goteſcalchus Anicienſis epiſcopus, qui Romæ tunc fortè aderat, ſubſcriptus legatur; quia ſcilicet monaſterium Calmeliacenſe, cui ea fiebat donatio, illius erat diœceſis. Is eò etiam libentiùs ſubſcripſerit, ſi ante aditum epiſcopatum abbas ejuſdem monaſterii Calmeliacenſis fuerit, ut probabile putavit Dionyſius Sammarthanus citati tomi Galliæ Chriſtianæ coll.* 694 *&* 764. *Ex eo autem donationis tempore locum* S. Enimiæ *etiam ſeculo* XVII *manſiſſe in poteſtate Calmeliacenſium, docet Mabillonius in Prætermiſſis Sæculi* 2 *Benedictini pag.* LX *his verbis:* Monaſterium S. Enimiæ converſum eſt in prioratum, abbatiæ S. Theofridi apud Velavos ſubjectum, in quo S. Enimiæ reliquiæ coluntur.

E

hactenus ſubjectus manet.

48 *Idem hoc præſenti ſeculo* XVIII *aſſeruerunt Benedictini Occitaniæ ſcriptores tom.* 1 *anno* 1730 *Pariſienſibus typis vulgato, in cujus pagina* 332 *ſermone Gallico legitur:* Monaſterium S. Enimiæ hodieque ſupereſt in Gabalis, non quidem abbatiæ titulo, ſed prioratûs conventualis Ordinis S. Benedicti: ſubjectum eſt abbatiæ S. Theofredi in Velaunis (*Gallicè:* de ſaint Chaffre dans le Velai.) Obſervantia Regularis, cujus nullum veſtigium in eo monaſterio ſupererat ſeculo X, ibidem tunc reſtituta fuit, curante Stephano epiſcopo Mimatenſi. Servantur hactenus in eodem loco hujus Sanctæ reliquiæ, cujus feſtum in Albigenſi & Gabalitano tractibus annuatim recolitur.

DE S. APOLLINARE ARCHIEPISCOPO BITURICENSI

C F

IN GALLIA.

SYLLOGE. C. S.

De illius cultu, tempore ſedis, & Elogio.

AN. DCXI. *Hic Sanctus, parùm notus, à Ghinio annuntiatur* 23 *Julii,*

HIc ſanctus Bituricæ civitatis, quæ Aquitaniæ primæ metropolis eſt, Archiepiſcopus tam parùm notus eſt martyrologis, ut dudum hæſitaverim, utrùm inter eos, qui certi cultus titulo locum ſibi in Opere noſtro vendicant, an ſolùm inter Prætermiſſos, recenſendus eſſet. Nam, ut vetuſtiores martyrologos prætermittam, apud quos (ſi unum fortè excipias) altum de eo eſt ſilentium, fruſtra illum, tum apud alios recentiores, tum apud Andream Sauſſayum in Martyrologio Gallicano, tum (quod majoris ponderis eſt) etiam apud ipſum Caſtellanum, diligentiſſimum Sanctorum Galliæ indagatorem, in Martyrologio Univerſali quæres. Ex recentioribus tamen denuò excipe Conſtantinum Ghinium, qui in Natalibus ſanctorum Canonicorum Apollinarem *hunc, neſcio, quo feſtivitatis titulo, ad diem* XXIII *Julii annuntiavit his verbis:* S. Apollinaris, epiſcopi XXIX Bituricenſis eccleſiæ, qui ſedit annos novem, & poſt laudabilem vitam quievit in pace circa annum DCXL.

in Hagiologio Franco-Gallia 5 *Octobris,*

2 *Viderunt hæc Majores mei, dum Sanctos menſis Julii dabant; at cùm ſolus Ghinius illum eo die* XXIII *haberet, alibique legerent, ejuſdem* Apollinaris *memoriam recoli pridie Nonas Octobris, cenſuerunt, eumdem ad hunc diem differendum*

AUCTORE C. S.

esse, ut de illo ageretur, certiora de cultu gestisque ejus interea proferrentur. At in Hagiologio Franco-Galliæ, quod Philippus Labbeus noster typis vulgavit, ejus memoria habetur die v *Octobris hoc modo:* Biturigas depositio sancti Apollinaris, ejusdem civitatis episcopi. *Annotata hæc ibidem sunt inter Prætermissos, lectore propter allegatas eodem loco rationes ad hodiernum diem* VI *Octobris remisso. Eodem die* v *hujus mensis illum obiisse, scribunt Anonymus scriptor Elogii ipsius, ex Labbei nova Bibliotheca Mss. infrà recitandi, Joannes Chenu in Chronologia archiepiscoporum Bituricensium, & Nicolaus Catherinus, seu Catherinot, in Sanctuario item Bituricensi. Majores quoque mei tom.* 2 *Januarii pag.* 167 *in Commentario de S. Sulpitio Pio, ejusdem sedis antistite, num.* 16 *promiserunt fore, ut de* S. Apollinare *ad* v *Octobris diem ageretur.*

in Calendariis Breviarii Bituric. die 4 *& 6 hujus,*

3 *At verò, utut dies* v *hujus mensis ipsi fortasse fuerit emortualis, in nostro apographo Ms. Calendarii, præfixi Breviario Bituricensi, auctoritate illustrissimi Rolandi Hebert, archiepiscopi Bituricensis, anno* 1625 *typis edito, ad diem* IV

B *Octobris legitur:* Apollinar. mem., *sive* Apollinaris memoria, *seu commemoratio. Contrà in altero pariter Ms. nostro apographo Calendarii Propriorum Officiorum diœcesis Bituricensis de* S. Apollinare *dicitur:* Fit ejus memoria VI Octobris. *Huic posteriori consentiunt Claudius Robertus, Sammarthani fratres, ac Dionysius item Sammarthanus in sua quique Gallia Christiana, quorum postremi hæc verba sunt:* Ejus festum, seu memoria agitur pridie Nonas Octobris. *Hæc me impulerunt, ut, non obstante martyrologorum, atque ipsius etiam Castellani de hoc Præsule silentio, eidem hoc die (quoniam hactenus solùm inter Prætermissos in Opere nostro repositus fuit) inter Sanctos Beatosque locum dandum statuerem. Quod ne temerè feciss videar, allegata testimonia paululùm ponderemus.*

quo die illum damus,

4 *Labbeus, suum Hagiologion Franco-Gallicum, profitetur in fronte, se excerpsisse* ex antiquo Martyrologio abbatiæ S. Laurentii Bituricensis; *idemque ad calcem sic commendat:* Auro contrà non carus eruditis omnibus esse debet vetustate propemodùm exesus, atque usu assiduo detritus manuscriptus hic codex, ex aliquo antiquiore, aut ejusdem Laurentiani monasterii, aut

C abbatiæ S. Sulpitii, jam olim descriptus, & identidem novis accessionibus locupletatus. *Vellem, ut eruditus ille editor ibidem addidisset, an* S. Apollinaris *annuntiatio una ex istis* accessionibus *sit, nec ne; ita enim de ejusdem antiquitate evidentiùs constitisset. Fortè id ille præstiturus fuisset in promissa ibidem* Martyrologorum discrepantium concordia, seu duodecim Observationum libris ad Authenticum Franco-Galliæ Martyrologium, *quos ego inter ejusdem Labbei Opera in Bibliotheca Societatis nostræ non invenio recensitos. Quam ob rem, quamquam meritò dubitare nequeam, quin ista quoque annuntiatio pervetusta sit, superiùs de hoc Martyrologio loquens dixi:* Si unum fortè excipias *ex vetustioribus.*

tamquam saltem antiquitus certò cultum.

5 *Ejusdem* Apollinaris *corpus sacra in veneratione Bituricæ habitum fuisse sæculo* XVI, *quo scripsit laudatus anonymus San-Sulpitianus, ex hisce ejusdem verbis certum est:* Hujus venerabile corpus futuræ resurrectionis gloriam expectat in ecclesia divi Austrigisilli de Castro (*apud Bituricam*) ubi magna populi devotione honoratur. *Denique ejusdem annuum festum, seu sacram memoriam Biturica recoli solitam fuisse,* D *probant à me superiùs allegata Calendarii Breviariorum Bituricensium; idque etiam testatus Catharinus est, Bituricus ipsemet ac senator regius sæculo* XVII, *ac denique Dionysius Sammarthanus, licèt hic scire potuerit,* Apollinarem *à Castellano fuisse omissum. Itaque sive casu, sive certa de causa* Apollinaris *hic in Castellani aliorumque Martyrologiis locum non habeat, jam allegata me prudenter dubitare non permittunt, quin ille legitimum cultum apud suos Bituricenses jam antiquitus habuerit, quod satis est, ut inter Sanctos Beatosve hic recenseatur.*

Nulla ejus Acta exstant, præter Elogium dandum.

6 *Si modò illius gesta à me requiras, nulla, quæ quidem noverim, exstant, præter ejusdem Elogium in Patriarchio Bituricensi, seu Historia archiepiscoporum Bituricensium, quam suprà laudatus Labbeus ex autographo, quondam monasterii S. Sulpitii Bituricensis, Ms. codice, tom.* 2 *Novæ Bibliothecæ Manuscriptorum pag.* 34 *vulgavit. Illius auctorem Anonymum, eruditus editor, San-Sulpicianum monachum fuisse, censuit, constatque, antiquiorem non esse sæculo* XVI; *cùm desinat in initio sedis Jacobi le Roy, qui ad eam anno* 1537 *provectus fuit, teste Dionysio Sammarthano tom.* 2 *Galliæ Christianæ col.* 98. *An autem huic Anonymo alia antiquiora monumenta præluxerint, colligi nequit ex toto isto elogio; atque hoc ipsum tale est, ut in insignes laudes, omnibus Sanctis ferè communes, potiùs excurrat, quàm peculiaria facta enarret. Cùm tamen alia omnino desint, illud ex Labbeo recudam, postquam de tempore sedis pauca præmisero.* E

Sedit inter SS. Eustachium & Austregisilum,

7 *Laudatus Anonymus* S. Apollinarem *inter S. Eustachium, seu Eustadium, sanctumque Austregisillum, vel Austregisilum, vigesimo nono in Bituricensium præsulum serie loco reponit. Consentiunt Joannes Chenu, & Claudius Robertus; at Sammarthani fratres, vigesimum sextum ei locum assignant; Dionysius Sammarthanus vigesimum septimum, vel vigesimum octavum, cùm duos ibidem præmiserit loco vigesimo quarto, Felicem scilicet atque Remigium. Iidem nihilominus omnes conveniunt de* Apollinare *inter Eustachium & Austregisilum medio reponendo. Quod ad Austregisilum attinet, hunc* Apollinari *proximè successisse, constat ex ejusdem S. Austregisili Vita, ab Anonymo coætaneo scripta, & ab Henschenio nostro* F *ad diem* XX *Maii data, in cujus cap.* 2 *sic legitur:* Decedente Biturigis Apollinare episcopo, S. Austregisilus, in loco ejus electus, ab omnibus consensu regis subrogatur.

ab anno 603, *usque in* 611;

8 *S. Austregisili sedis initium Henschenius in Commentario dictæ Vitæ prævio ad annum* 612 *retulit, remisso lectore ad diem* VI *Februarii in Commentario de S. Amando Trajectensi episcopo, ubi ex calculis ibidem adductis statuit, S. Eustachium, proximum* S. Apollinaris *decessorem, obiisse die ultima anni* 602, Apollinarem *verò, cui novem anni episcopatûs passim tribuuntur, anno* 611, *utroque ultimo sedis, Eustachii atque* Apollinaris, *anno incompleto. Consentientem hîc habuit Cointium, dissentientibus aliis, qui S. Eustachii mortem anno* 607 *illigârunt. Ego ab Henschenii Cointiique sententia minimè recedendum puto, nisi certiora occurrerint ad diem* XXXI *Decembris, quo S. Eustadius à Castellano in suo Martyrologio Universali annuntiatur, adscripto in margine pro illius anno emortuali, Christi anno* 607.

non usque in annum 615.

9 *Secuti hi fuêre dandi Elogii auctorem, qui* S. Apollinaris *episcopatûs tempus sic descripsit:*

Sedit

A Sedit autem idem ſanctiſſimus patriarcha Apollinaris novem annis ab anno Chriſti DCVII ad annum DCXV, præſidente Romæ beato Papa Bonifacio, qui à Phoca cæſare obtinuit, ut templum Romæ, quod Pantheon dicebatur, in eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis, & omnium Chriſti Martyrum, conſecrarétur, regnantibus in Francia Clothario ſecundo, Theodoberto & Theodorico. *Perſonæ hîc memoratæ apprimè conveniunt ſententiæ Henſcheniana; anno enim 611 menſe Octobri S. Bonifacius IV agebat annum Pontificatus ſui duodecimum, regnabantque tunc Clotarius II in regno Sueſſionenſi, Theodobertus II in Auſtria, & Theodoricus II in Burgundia. Contrà verò anno Chriſti 615 jam obierat S. Bonifacius, ſaltem à menſe Maio; Theodobertus autem ab anno 612, Theodoricus à 613; ſoluſque tunc ſupererat Clotarius II, Francorum monarcha. Quantùm ergò adſcriptæ principum notæ obſunt vel ipſi Anonymo, reliquiſque* S. Apollinaris *obitum anno 615 illigantibus, tantùm favent Henſchenio, quocum proinde annum 611 omninò retinendum eſſe putamus.*

B 10 *Jam dixi, eodem teſte Anonymo,* S. Apollinaris *corpus in eccleſia S. Auſtregiſili jacuiſſe, magnaque cum devotione à populo ibidem honorari ſolitum fuiſſe. Sita eſt hæc eccleſia extra muros civitatis,* S. Auſtregiſili de Caſtro, *Gallicè* Saint Outrille du chateau *appellata, de qua conſuli poteſt Dionyſius Sammarthanus tom. 2 Galliæ Chriſtianæ, col.* 118. *Haud ſcio, ſi quid reliquiarum* S. Apollinaris *ibidem, alibive, ſuperſit, dicente laudato Sammarthano col.* 16: Jacuitque (*S. Apollinaris*) diu in eccleſia S. Auſtregiſili de caſtro ſecus muros Bituricenſes: at ſacra ejus oſſa diſſipârunt Calviniſtæ anno MDLXII.

Sacra illius oſſa à Calviniſtis diſſipata dicuntur.

ELOGIUM

Auctore Anonymo, monacho San-Sulpitiano in ſuburbano Bituricenſi.

C *Ex Nova Bibliotheca Mss. Philippi Labbei tom. 2, pag. 34 & ſequenti.*

Doctrinâ ac humilitate inſignis, a VIgeſimus nonus *a* præfuit S. Apollinaris, ornatiſſimæ ſapientiæ vir, qui & ſummæ ac ſingularis prudentiæ virtute pollens impoſitam ſibi regendarum animarum curam, traditumque miniſterium, tranquillo ſemper animo diſpoſuit. Erat namque naturâ lenis & placidus, ſimulque non mediocriter eruditus: cui etiam in ſummo honore conſtituto (quod in illo æquè laudari ac mirari debet) ſumma inerat humilitas; ſed Deo circa illum magnificè operante, honoris celſitudinem toto conamine reprimenti magis ac magis famulabatur ad gloriam admiranda ejus modeſtia, quâ nimirum ita majeſtatis ſuæ faſces deprimebat, ut tamen Apoſtolicæ gratiæ auctoritatem retinens, non vilis, ſed humilis appareret.

2 Præterea ſanctiſſimus Vir, divinâ perfuſus gratiâ, ita igne charitatis (cujus pennis ad excelſa virtutum culmina ſublimiter eſt evectus) ardebat, ut non ſolùm ipſa charitas interiùs hæreret ejus in corde, ſed etiam exteriùs legeretur in facie; & quia ſtudebat amore potiùs regere, quàm terrore dominari; videbatur ab omnibus non minùs amari, quàm timeri; atque ob hoc fiebat, ut quæque ab ſancto Præſule injuncta quiſque non coactus, ſed voluntarius impleret. Adde, quòd tanta inter Patrem & filios dilectionis connexio erat, ut etiam dolores Patris ſuos filii putarent, & pius Paſtor talem ſe eis exhibebat, ut ipſe omnium paſſiones, infirmitateſque ſingulorum, ſuas crederet, tanquam proprias fleret.

A. MONACHO SAN-SULPITIANO.

amore potius, quàm terrore ſuos regit,

3 Denique ipſo ſacris documentis ad amorem vitæ perennis fidelem ac devotum gregem largiter invitante, omnes doctrinam ipſius, quam audierant, & exempla, quæ viderant, ingenti fidei affectu imitari ſtudebant. Quòd ſi quemquam ad ſalutem ſuam minùs ejus exhortatio permoveret, ille, prout uniuſcujuſque naturæ moribus congruere noverat, nunc ſecretò, nunc palàm, nunc ſeverus, nunc blandus, vivida oratione conſtringebat. Efficax nempe erat principibus ad correctionem, clericis ad directionem, plebibus ad eruditionem, nocentibus ad timorem, afflictis ad ſolatium. Hùc accedit, quòd, dum pauperes, peregrini & hoſpites maximoperè illi curæ forent, atque eos omnes cum ingenti gaudio & alacritate ſuſciperet; frequens ad eum confluebat è diverſis partibus inopum multitudo, quorum ſubventioni quicquid habere poterat, deputans, nîl ſibi, nihil ſuis, præter præſentium dierum victum & veſtitum, reſervabat; ita ut interdum (apud ipſum ſola fide manente integra) tota ejus exhauſta ſit ſubſtantia.

verbis & exemplis, monitis & electoſynis

E

4 Inter hæc dum ſuſpiciendus hic Antiſtes ſua æmulatione ad ſobriam & pudicam vitam omnes cohortaretur, incredibile memoratu eſt, quanto religionis ſtudio adoleverit Biturigenſium civium pietas & devotio in Deum, amor & compaſſio erga proximum, ſollicita cuſtoditio legum; quanta etiam tranquillitate, Deo propterea facto illis propicio, læti ac ſecuri cuncti provinciales pacem agitabant. O felix Bituria, quæ tantum nacta es Patrem, Apoſtolici ſpiritus vigore, & vultûs honore radiantem! Quòd ſi quæratur, quare iſte Chriſti Confeſſor glorioſus virtutum ſigna exteriùs non oſtendit; id dabitur reſponſi; quum ſiquidem majus ſit habere virtutes, quàm ſigna exhibere virtutum; atque tota ejus vita virtutibus plena fulſerit, ipſa planè in qualibet ſui parte pro magno eſt miraculo reputanda.

omnes eruditens, magnos fructus refert, nullis tamen editis miraculis.

F

5 Cæterùm appropinquante vocationis ejus tempore, & ipſum diræ febris ardore jam ad exitum perurgente, convenerunt ad eum dilectiſſimi ex clero diſcipuli cum multis de populo civitatis, ut illius ſanctæ animæ, mox de ergaſtulo carnis egreſſuræ, ſuas animas commendarent, extremamque pii Patris benedictionem filiorum more perciperent. Quibus Vir Dei, de contemptu vitæ præſentis, & appetitu futuræ beatitudinis accuratum ſermonem faciens, poſtremùm hæc intulit: Fratres chariſſimi, nemo indulta pœnitentiæ tempora parvipendat; nemo curam ſui, dum valet, bene agere negligat: tamen ſpei veſtræ anchoram in æterna patria figite, intentionem mentis in vera luce ſolidate, pacem ſervate, veritatem diligite; & Deus pa-

Poſtrema ſuis monita tradit.

eis

A. MONACHO SANSULPITIANO.

cis semper erit vobiscum. Amen. Deinde quum eos pius Pater ubertim flere conspiceret, ait: Quid vos, ô filioli, nimis sic movet transitus, mihi tam necessarius? Nolite, quæso, mœrere ulteriùs, quia hoc non est mors, sed transitus, quò Christus Dominus vocat, quem paratum invenerit: non est igitur in præsenti, quòd lugeatis, quum me paratum videatis.

benéque precatus, moritur, & honoratur.

6 Post hæc Vale dicens omnibus, insolito quodam fervore spiritûs oratione profusa, eis benedictionis munus impendit, sicque vivificis munitus Sacramentis spiritum inter verba orationis efflavit tertio Nonas Octobris anno Dominicæ Incarnationis DCXV *b*. Hujus venerabile corpus futuræ resurrectionis gloriam expectat in ecclesia divi Austregisilli de Castro, ubi magna populi devotione honoratur *c*. Sedit autem idem sanctissimus patriarcha Apollinaris novem annis ab anno Christi DCVII ad annum DCXV *d*, præsidente Romæ beato Papa Bonifacio, qui à Phoca cæsare obtinuit, ut templum Romæ, quod Pantheon dicebatur, in ecclesiam sanctæ Dei Genitricis & omnium Christi Martyrum consecraretur *e*, regnantibus in Francia Clotario secundo, Theodoberto, & Theodorico.

ANNOTATA.

a *Vide dicta superiùs num.* 7.

b *Imò* 611, *ut suprà dictum est.*

c *Adi Syllogam præviam num.* 10.

d *Imò, ut ostendimus, ab anno* 603 *usque in* 611.

e *S. Bonifacius IV Papa colitur die* 25 *Maii, ubi de illo, consecratoque sub sanctissimæ Dei Genitricis omniumque sanctorum Martyrum invocatione Romano Pantheo actum est.*

DE S. MAGNO, EP. OPITERGIENSI, DEINDE HERACLEENSI, CONF.

FORTE HERACLEÆ IN DITIONE VENETA.

J. G.

SYLLOGE.

Sancti in Martyrologiis recentioribus annuntiationes: corporis ex Heracleënsi urbe translatio: Sancti cultus solemnis. Natales ejus, gesti episcopatus Opitergini ac dein erecti Heracleënsis epochæ, octo ecclesiarum Venetiis facta erectio, & emortualis locus tempusque discutiuntur.

FORTE SUB ANNUM DCLX. *S. Magni episcopi, quem Maurolycus Heracleæ,*

HUnc sanctum Antistitem, *quem Petrus de Natalibus in Catalogi sui Appendice cap.* 17 non tam nomine, quàm effectu, *seu rebus præclarè gestis* Magnum *compellat, martyrologorum veterum seu classicorum nullus, quod sciam, in suos Fastos intulit. Ex recentioribus, quos novi, primus hoc die, at nimiùm parcè illius meminit Florarii nostri, anno* 1486 *conscripti, auctor his verbis:* Item sanctorum confessorum Magni episcopi & Dulcis (*seu Dulcidii, de quo in Prætermissis hoc die egimus*) Agannensis (*imò verò* Aginnensis) episcopi. *Subsecutus eum est Maurolycus, qui eodem hoc die non modò emortualem Sancto locum assignavit, sed & unius urbis, cui episcopus præfuit, nomen, ipsamque ejus corporis Venetam translationem suæ annuntiationi inseruit:* Heracleæ, *inquit*, in sinu Hadriæ, Magni, ejus urbis episcopi, Venetiis in æde sancti Hieremiæ tumulati anno Salutis MCCVI.

aliis verò Opitergii annuntiant,

2 *Verùm neque ipse Maurolycus omnia, ut jam mox innui, quæ de* S. Magno *annuntiari poterant, hoc suo elogio complexus est; siluit quippe de Opitergino ejus episcopatu, quem præter antiquam, licèt aliqua ex parte, uti infrà patebit, minùs accuratam, Opitergiæ ecclesiæ inscriptionem, varioque auctores, infrà etiam laudandos, ei etiam adscribere videntur Galesinius & hodiernum Martyrologium Romanum, & sic quidem, ut ex utriusque annuntiatione eum Opitergii defunctum fuisse, crederes, qua quidem de re postea sermo erit. At Galesinii annuntiationem nunc audiamus:* Opitergii in Carnis, sancti Magni, episcopi & confessoris: cujus corpus, Venetias translatum, piè religioséque in basilica sancti Hieremiæ reconditum est. *Audiamus & Romani Martyrologii verba:* Opitergii, S. Magni, episcopi, cujus corpus Venetiis requiescit, *nempe in ecclesia S. Hieremiæ, in quam hoc die anno* 1206 *translatum fuisse, ex Petri de Natalibus Appendice adjectæ Martyrologio Romano annotationes testantur.*

sacrum corpus anno 1206 *Venetias delatum,*

3 *De hac translatione, ut ne, quæ ad Sancti cultum faciunt, sejungere aliàs cogamur, utque eâdem operâ jam mox dicta illustrentur, eruditè pro suo more differentem hìc sistere visum est illustrissimum reipublicæ Venetæ senatorem, Flaminium Cornelium, qui Decade* X *Monumentorum ecclesiæ Venetæ pag.* 417 *de Sanctorum reliquiis, in æde S. Hieremiæ sacra asservatis, agens quarto loco recenset* corpus S. Magni, civis Altinatis, Opitergii primùm, mox Heracleæ episcopi; *ac dein factam Venetias ejus corporis translationem his verbis complectitur:* Venerabiles sanctissimi Antistitis exuviæ Venetias deportatæ fuerunt anno

A no MCCVI, atque in parochiali divi Hieremiæ templo collocatæ, *uti diſertè tradit, quam à pag.* 419 *laudatus ſenator integram exhibet, Legenda* S. Magni *epiſcopi & confeſſoris, vel ipſo tranſlationis tempore, vel certè haud diu pòſt, uti infrà oſtendetur, adornata.*

in S. Hieremiæ eccleſia probabilius non ob allegatam hic rationem,

4 Cur autem, *inquit idem illuſtriſſimus ſcriptor,* eccleſia S. Hieremiæ præ cæteris electa fuerit, ut tanto pignore ditaretur, cauſam promit antiquus Ms. codex, ex quo accepimus, divum Magnum, Opiterginum epiſcopum, in Altinate urbe ex familia Frigeria ortum habuiſſe, quæ deinde familia, Venetias ex barbaricæ incurſionis metu adveniens, in extrema urbis parte ſibi ædes poſuit; in quibus & ipſe divus Epiſcopus, dum Venetiis degeret, aliquandiu commoratus eſt, cujus in rei teſtimonium oſtenditur anguſtum quoddam & obſcurum cubiculum, in eadem domo ad terræ ſuperficiem ſitum, in quo ſanctum Virum habitâſſe, memoriæ proditum eſt, quodque etiam nunc ex ipſius incolatu LA CAMERA DI S. MAGNO nuncupatur.

ſed ob aliam, quam tradit illuſtriſſimus Cornelius,

B 5 *Hactenus illuſtriſſimus Cornelius, qui tamen aſſertam in illo codice Ms. corporis ſacri in illam ædem tranſlati cauſam ita non confirmat, ut contrà, jure merito revocari in dubium poſſe, mox affirmet, ita loquens:* Cùm verò hujuſmodi enarratio nullo certioris notæ documento fulciatur, jure revocari poteſt in dubium. *Dein, nulla Frigeriæ familiæ, ex qua* S. Magnus *oriundus fuiſſet, facta mentione, aliam, cur in S. Hieremiæ eccleſiam Sancti corpus delatum fuerit, ſibi viſam probabiliorem, cauſam promit.* Si tamen, *inquit pag.* 418, conjecturas captare licet, veriſimile eſt, Petrum Ziani (cujus ducatûs tempore tranſlatio peracta fuit) Sebaſtiani ducis, patris ſui, qui labentem eccleſiam rènovaverat, pietatem æmulatum, ſacras exuvias ad eccleſiam, in cujus confinio paternas ædes incoluerat, deduci juſſiſſe: *quæ quidem viri eruditi ratio præ allegata in illo Ms. codice, haud ſatis antiquo, etiam mihi omninò arridet.*

honorificè depoſitum fuit, eò antè ex Heracleënſi urbe devectum,

6 *At, quæcúmque fuerit ratio transferendi in Hieremianam eccleſiam noſtri Antiſtitis corporis, certè eò à viris illius contratæ, ut laudata ſuperiùs Legenda loquitur,* ſub MCCVI annis, nona Indictione de menſe Octobris die ſexto *tranſlatum fuit. At quanam ex urbe, Opitergio, an Heracleâ, delatum Venetias ſacrum pignus?*

C Jacuiſſe *priùs, quàm Venetias transferretur,* in prædicta civitate Eracliana, quæ nunc dicitur CIVITAS NOVA, *eadem teſtatur Legenda, quæ, ſùm, teſte eruditiſſimo Cornelio pag.* 418, *antiquo codice pergameno, Venetiis in æde ſacra S. Marci ad uſum Matutinalium Lectionum olim aſſervato, etiam antiquior ſit, imò in* vetuſtioris ævi, *fortaſſe non unius tantùm aut alterius, Chronico exſtet, ac proîn vel ipſo tranſlationis anno vel certè ei vicino tempore confecta fuerit, nullum hac de re prudenter dubitandi locum relinquit. Reliqua, quæ ad Eccleſiaſticam* S. Magni *venerationem attinent, ex laudato ſenatore Veneto, quo aptior in hoc argumento teſtis eſſe nequit, nunc recitare lubet.*

& dein ex ſenatus Veneti decreto ſolemni feſto

7 Ut divi Magni epiſcopi, *inquit eâdem Decade pag.* 421, feſta diès inter præcipuas urbis (*Venetæ*) ſolemnitates adnumeraretur; S. C. decreto ſancitum eſt die XXI Decembris anno MCCCCLIV, *ſubditque ſtatim laudatum decretum, his verbis conceptum:* Fuit in principio originis hujus civitatis noſtræ glorioſus ſanctus Magnus e-

piſcopus ex Altino civitate, qui per cæleſtem revelationem ædificari fecit in hac urbe octo notabiles eccleſias, videlicet ſancti Petri Caſtelli, ſancti Raphaëlis, ſancti Salvatoris, ſanctæ Mariæ Formoſæ, ſancti Johannis Bragoræ, ſancti Zachariæ, ſanctæ Juſtinæ & ſanctorum Apoſtolorum: unde multa bona ſequuta ſunt, per quæ civitas iſta noſtra, mediante divina gratia, multùm eſt ampliata, &, eadem favente, in dies ampliatur. Unde convenientiſſimum eſt, ultra merita talis Sancti, propter etiam beneficia collata huic civitati, eum convenire & venerari. Vadit pars, quòd dies feſtivitatis ſuæ, qui venit die VII * Octobris, ſit dies & feſtum ſolemnem obſervari quæ debeat per totam civitatem, ſicut diebus ſuperioribus de S. Theodoro decretum fuit, ut Sanctorum horum continuis orationibus clementiſſimus Deus noſter conſervare dignetur ſtatum noſtrum in perpetua tranquillitate & pace.

AUCTORE J. G.

**an non VII*

veroſimilius VI Octobris alioque publico cultu S. Magnus affectus fuit.

8 *Ceterùm Octobris diem* VII *ex errore typographico loco diei* VI *in illo decreto poſitum eſſe, vel idcircò exiſtimo, quòd tum ex ipſa Legenda* S. Magni, *cujus verba aliquà num.* 6 *tranſcripſimus, evidenter pateat, non die* VII, *ſed præcedenti, tranſlationem corporis factam fuiſſe, tum quòd ex alio reipublicæ Venetæ ſenatûs conſulto ſtatutum fuerit, ut die* VI *Octobris publica ſolemniſque veneratio* S. Magno *exhiberetur, quam hodieque exhiberi, eccleſiæ Venetæ directoria ad hunc poſtremum diem teſtantur. Illud quidem ſenatûs conſultum verbotenus non recenſuit jam ſæpe laudatus ſenator Venetus, at illud anno* 1563 *revera editum fuiſſe, aſſerenti illi tutò credere licet. Verba ejus, ac vel idcircò etiam, quòd ceterum Sancti cultum complectantur, ex pag.* 421 *&* 422 *huc tranſcribo.* Anno deinde MDLXIII, *inquit,* ex S. C. ſtatutum fuit, ut per Joannem Triviſanum, Venetiarum patriarcham, os ex divi Magni lipſanis extraheretur, hocque ſolemni indicta ſupplicatione ad ducalem divi Marci baſilicam deduceretur, ubi divite incluſum reliquiario inter cæteras pretioſiores ejuſdem eccleſiæ reliquias aſſervaretur, dieque VI Octobris annuatim publicæ populi veneration condigno honore exhiberetur.

Ex Altinenſi, ut traditur, urbe oriundus

F 9 *Stabilito nunc illuſtratoque Sancti cultu, reliquum eſt, ut, quæ ſcriptores varii de eo tradiderunt, nos, quantùm per veterum documentorum penuriam licet, diſcutere aggrediamur. Ex Altinenſi urbe, quæ Patavium inter & Concordiam pari ferè intervallo ad oſtium Silis fluvii Adriatico mâri adjacet, originem duxiſſe* S. Magnum, *ejus Legendæ num.* 6 *laudatæ auctor, Petrus de Natalibus in Appendice Catalogi cap.* 17, *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ pag.* 632, *Coletus tom.* X *Italiæ ſacræ auctæ col.* 153, *& illuſtriſſimus Cornelius Decade* X, *pag.* 417 *unanimi conſenſu ſcribunt. At vellem, ut eorum aliquis antiquum fontem, unde hi* S. Magni *natales hauſti fuerint, nobis indicâſſet, quò tutiùs ſanctus Antiſtes ſtatui Altinenſis civis poſſet. Etenim, tametſi Legendæ auctor, qui eorum antiquiſſimus eſt, in illis, quæ ad factam anno* 1206 *corporis tranſlationem ſpectant, fidem omnino mereatur, parem certè auctoritatem pro iis non habet, quæ ſex ante ſe ſeculis facta ſcribit, nullo nempe adducto teſte, qui* S. Magno *aut coævus aut ſuppar fuerit.*

10 *Adhæc parentes ejus ſanguine nobiliſſimo fuiſſe, Petrus de Natalibus, ex familia verò Fri-*

AUCTORE J. G.

atque ex nobiliſſimis, ut fertur, parentibus.

geria, Venetiis poſtmodùm illuſtri, eos exſtitiſſe, memoratus num. 4 Ms. codex apertè tradit. Verùm, cùm & hæc haud ſatis antiqua auctoritate nitantur, præſtat ea in medio relinquere, quàm ſine veteri teſte aſſerere, aut ſine ſolida in contrarium ratione negare. Si præfatæ Legendæ, Equilino, Ferrario aliiſque fides eſt, S. Magnus *à primævo ætatis ſuæ flore cœpit inquirere Dominum, &, quò liberiùs ei vacaret, ſolitariam vitam aliquamdiu duxit, poſteaque virtutibus juxtà ac miraculis clarus, epiſcopali dignitate, nempe, ut dicenda aperient, probabiliùs ante annum Chriſti* 638, *ornatus fuit. Verùm, cùm nec* S. Magni *Legenda, nec jam mox laudati auctores uſpiam inſinuent, Sanctum noſtrum Opiterginæ eccleſiæ aliquando præfuiſſe, imò potiùs ex ſacerdotali gradu ad epiſcopatum Heracleënſem aſſumptum fuiſſe, tradere videantur, ſciſcitabitur quiſpiam, quo fundamento nos eum Opiterginum priùs, quàm Heracleënſem epiſcopum faciamus.*

Ad epiſcopatum Opiterginum, & dein ad Heracleënſem,

B

11 *Reſpondeo, nos id facere, tum ex longè communiore vetuſtioreque ſententia, tum ex fide unius ex antiquis inſcriptionibus, quæ, teſte Nicolao Coleto tom.* x *Italiæ ſacræ auctæ col.* 152, *parietibus eccleſiæ majoris Opiterginæ infixæ ſunt. Hæc autem apud eumdem Coletum col.* 153 *his verbis concepta eſt:* Sanctus Magnus, Opitergii epiſcopus, unà cum Opiterginis, eorum urbe à Grimoaldo (*imò à Rothari, ut infrà dicemus*) Longobardorum rege, capta, ad æſtuaria confugiens, ibi Heracleam condidit anno Domini DCXXXVIII. *Huic conſentit Andreas Dandulus in Chronico lib.* 6, *cap.* 7, *part.* 9 *ita de noſtro Antiſtite ſcribens:* Tunc (*nempe cùm Rotharis Opitergium, oppidum ſibi infeſtum, expugnâſſet & diruiſſet*) Magnus, vir ſanctus, & loci (*Opitergini*) Catholicus epiſcopus, cum devota plebe ad contigua littora perveniens, civitatem conſtruxit, quam ſub imperatoris nomine Heracliam vocavit, & eccleſiam cathedralem ſub nomine B. Petri Apoſtoli Deo dicavit, & auctoritate Severini Papæ & Primogenii patriarchæ, collaudationeque plebis in eadem urbe ſedem ſuam perpetuò collocavit. *Hiſce autem expreſſis teſtimoniis potiùs, quàm Legendæ & Equilini ſilentio, ſtandum hîc eſſe, Bernardus Juſtinianus de Origine Urbis Venetorum lib.* 7, *col.* 84, *tom.* 5, *part.* 1. *Theſauri antiq. & Hiſt. Italiæ, Blondus Flavius Italiæ illuſtratæ fol.* 108 *verſo, Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib.* 2, *edit. Mediolan. col.* 102, *Nicolaus Coletus tom.* x *Italiæ ſacræ auctæ col.* 153, *&, ut alios plures mittam, laudatus jam ſæpe ſenator Cornelius apertè indicant, dum* S. Magnum *Opitergii primùm, mox Heracleæ epiſcopum indubitanter ſtatuunt; quibus, quantùm ad Opiterginam ſedem attinet, & Galeſinius hodiernumque Martyrologium Romanum, quorum verba num.* 2 *dedimus, non immeritò adjungi poſſe videntur.*

C

quarum urbium notitia datur, evectus fuit

12 *Porrò Opitergium, cujus epiſcopalem cathedram ante Heracleënſem* S. Magnus *tenuit, à Coleto cit. tom. col.* 151 *deſcribitur:* Populoſa quondam & celebris civitas Venetiæ, duodecim paſſuum millia à Ceneta in Eurum diſtans, quæ montibus Opiterginis nomen fecit, hodie vulgò ODERZO, ſeu UDERZO nuncupatur; *Heraclea verò, ſeu Heraclia, de qua hîc, in æſtuariis Venetis ad oram Adriatici maris ſita fuit, in ejuſque dein exciſæ loco aliam urbem excitârunt Venetiis poſtmodùm illuſtri, eos exſtitiſſe, memoratus num.* 4 *Ms. codex apertè tradit. Verùm, cùm & hæc haud ſatis antiqua auctoritate nitantur, præſtat ea in medio relinquere, quàm ſine veteri teſte aſſerere, aut ſine ſolida in contrarium ratione negare. Si præfatæ Legendæ, Equilino, Ferrario aliiſque fides eſt,* S. Magnus *à primævo ætatis ſuæ flore cœpit inquirere Dominum, &, quò liberiùs ei vacaret, ſolitariam vitam aliquamdiu duxit, poſteaque virtutibus juxtà ac miraculis clarus, epiſcopali dignitate, nempe, ut dicenda aperient, probabiliùs ante annum Chriſti* 638, *ornatus fuit. Verùm, cùm nec* S. Magni *Legenda, nec jam mox laudati auctores uſpiam inſinuent, Sanctum noſtrum Opiterginæ eccleſiæ aliquando præfuiſſe, imò potiùs ex ſacerdotali gradu ad epiſcopatum Heracleënſem aſſumptum fuiſſe, tradere videantur, ſciſcitabitur quiſpiam, quo fundamento nos eum Opiterginum priùs, quàm Heracleënſem epiſcopum faciamus.*

11 *Reſpondeo, nos id facere, tum ex longè communiore vetuſtioreque ſententia, tum ex fide unius ex antiquis inſcriptionibus, quæ, teſte Nicolao Coleto tom.* x *Italiæ ſacræ auctæ col.* 152, *parietibus eccleſiæ majoris Opiterginæ infixæ ſunt. Hæc autem apud eumdem Coletum col.* 153 *his verbis concepta eſt:* Sanctus Magnus, Opitergii epiſcopus, unà cum Opiterginis, eorum urbe à Grimoaldo (*imò à Rothari, ut infrà dicemus*) Longobardorum rege, capta, ad æſtuaria confugiens, ibi Heracleam condidit anno Domini DCXXXVIII. *Huic conſentit Andreas Dandulus in Chronico lib.* 6, *cap.* 7, *part.* 9 *ita de noſtro Antiſtite ſcribens:* Tunc (*nempe cùm Rotharis Opitergium, oppidum ſibi infeſtum, expugnâſſet & diruiſſet*) Magnus, vir ſanctus, & loci (*Opitergini*) Catholicus epiſcopus, cum devota plebe ad contigua littora perveniens, civitatem conſtruxit, quam ſub imperatoris nomine Heracliam vocavit, & eccleſiam cathedralem ſub nomine B. Petri Apoſtoli Deo dicavit, & auctoritate Severini Papæ & Primogenii patriarchæ, collaudationeque plebis in eadem urbe ſedem ſuam perpetuò collocavit. *Hiſce autem expreſſis teſtimoniis potiùs, quàm Legendæ & Equilini ſilentio, ſtandum hîc eſſe, Bernardus Juſtinianus de Origine Urbis Venetorum lib.* 7, *col.* 84, *tom.* 5, *part.* 1. *Theſauri antiq. & Hiſt. Italiæ, Blondus Flavius Italiæ illuſtratæ fol.* 108 *verſo, Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib.* 2, *edit. Mediolan. col.* 102, *Nicolaus Coletus tom.* x *Italiæ ſacræ auctæ col.* 153, *&, ut alios plures mittam, laudatus jam ſæpe ſenator Cornelius apertè indicant, dum* S. Magnum *Opitergii primùm, mox Heracleæ epiſcopum indubitanter ſtatuunt; quibus, quantùm ad Opiterginam ſedem attinet, & Galeſinius hodiernumque Martyrologium Romanum, quorum verba num.* 2 *dedimus, non immeritò adjungi poſſe videntur.

A natibus & Romanis bellum geſſit ad fluvium Æmiliæ, qui Scultenna dicitur, in quo bello à parte Romanorum, reliquis terga dantibus, octo millia ceciderunt.

Pauli Diaconi & Andreæ Danduli à Sigonio

15 *Porrò jam ante illud Rotharis regis cum Ravennatibus bellum, Opiterginorum, capta à Rothari ſua urbe, ad Adriatici maris æſtuaria emigrationem contigiſſe, diſertè ſcribit Dandulus ſuprà citatus, & omnino conformiter Paulo Diacono, uti ex utriuſque hujus ſcriptoris verbis, à Sigonio lib. 2 de Regno Italiæ illuſtratis, manifeſtum fiet. Hunc col.* 101 *editionis Mediolanenſis audire operæ pretium fuerit,* Itaque, principio regni, *inquit de Rothari, rege Langobardorum,* ut opes ſuas ſtabiliret, nobiles quoſdam Longobardorum, quos alienos à ſe animos gerere ſenſerat, de medio ſuſtulit, atque inde animum ad movendum Romanis bellum contulit. Erant quippe citeriore in Italia duæ inter Longobardos provinciæ, adhuc imperatoriæ ditioni ſubjectæ, Alpes Cottiæ & Opitergium cum omnibus oppidis, uſque Tarviſium. Has igitur regno Longobardorum adjungere cupiens, poſtero ineunte anno (*ſeu anno* 638, *ut vult Sigonius, ac fortaſſis etiam antè*) Cottias Alpes

B cum infeſto exercitu iniit, ac primo adventu Genuam, Albigaunum & Lunam oppida capta direptaque incendit.... Inde terrore belli in Venetiam tranſlato, Opitergium & cetera, quæ commemoravimus, loca ad deditionem adegit.

illuſtratis verbis apprimè congruit,

16 Exarchus verò, poſtquam maturè exercitum ſe ad ea loca adducere non poſſe, animadvertit, haud tamen ſibi committendum exiſtimavit, quin, quàm maximis poſſet, opibus in proximos regis fines irrumperet, atque omnia terrore ac tumultu repleret. Itaque Rotharis, poſtquam eum, receptâ Peruſiâ, ingenti cum exercitu ad Æmiliam properare accepit, quanta maxima aſſequi celeritate potuit, ei ſeſe objecit, &, ad Scultemnam amnem Mutinenſem, ipſius provinciæ finem, nactus, ſine cunctatione in certamen deſcendit. Ibi collatis ſignis, octo millia Romanorum occidione occiſa; reliqui præcipiti ſe mandare fugæ coacti ſunt. Ea pugna finis inde omnium inter exarchos, regeſque bellorum uſque ad Luitprandi tempora fuit. Primores Opiterginorum, amiſsâ patriâ (*nempe antequam Rotharis cum exarcho conſligeret*)

C antiquos Venetos imitati, & ipſi ſe ad æſtuaria contulerunt, atque ad Plavis amnis oſtia evecti, locatis ſedibus, urbem ex Magni, epiſcopi ſui, auctoritate ſibi condiderunt, quam à nomine imperatoris Heracliam nominârunt. Magnus, baſilicâ, ſancto Petro, Apoſtolorum principi, dedicatâ, ibi ſedem perpetuam poſuit.

neque, quæ ex Muratorio contra ſententiam noſtram objici poſſunt,

17 *At, inquies, Muratorius in Annalibus Italiæ, anno Chriſti* 641 *Opitergium à Rothari rege primò captum ſtatuit, quo certè tempore memoratus à Dandulo Severinus Papa ſuperſtes non erat, ac ne ipſe quidem, ſaltem adoleſcente anno, Heraclius imperator, à quo inditæ novæ urbi nomen Dandulus aliique volunt. Adhæc cùm Dandulus anno circitèr* 1330 *Chronicon ſuum adornârit, nihil ab ætate habet, quo aſſertioni ſuæ fidem certam conciliet, utque ex ejus verbis memorata ſuprà inſcriptio Opitergina ſat tutò emendari poſſit. Accedit, quòd Severinum Papam, cujus conſenſu* S. Magnum *Heracleæ ſedem fixiſſe ſcribit, annis duobus, menſibus quatuor, diebus octo, ſediſſe aſſerat, cùm tamen is Pontifex non ultra duos menſes & dies quatuor, ſeu à* XXVIII *Maii*

uſque ad 1 *Auguſti anni* 640 *S. Petri cathedram tenuerit. Quapropter videtur potiùs ſub annum* 667, *quo tempore Grimoaldus rex, teſte etiam Paulo Diacono lib.* 5, *cap.* 28, *Opitergium civitatem* funditus *deſtruxit, quàm ſub annum* 638, *ſeu poſt captam à Rothari eamdem urbem, Heraclia fundatio ac per conſequens occupata à S.* Magno *Opiterginæ ſedis finis ſtatui debere.* AUCTORE J. G.

efficiunt, ut minùs probabilis fiat,

18 *Fateor, hanc Muratorii de condita primùm ſub annum* 667 *Heraclia opinionem cum ſolius Pauli Diaconi verbis conciliari quidem poſſe, eaque, quæ contra ſententiam noſtram objici queunt, ejuſmodi eſſe, quæ eam pro certa haberi vetant. Verùm cùm ad propoſitas difficultates reſponſio non deſit, nec certa pariter ſint omnia, quibus Muratorius nititur, non video, cur ab antiquiore communioreque ſententia ſecedendum ſit, quæ Heracliam, non modò viventis adhuc Heraclii imperatoris temporibus conditam, ſed & ab ejus nomine ita compellatam ſtatuit. Ac primò quidem, dum Muratorius anno dumtaxat Chriſti* 641 *Opitergium primò à Langobardis ſub Rothari rege captum tradit, antiquum hujus epochæ teſtem ne unum quidem profert, ſibique hanc probabilem tantùm eſſe, tom.* 4, *pag.* 86 *fatetur; ut proin* E *Sigonii, Coleti aliorumque ſententiæ, cùm nihil planè obſtet, æquè adhærere nobis liceat, ac vel ex hoc capite etiam probabiliùs, quòd non appareat, cur Rotharis rex, teſte Paulo Diacono,* vir viribus fortis, *ac veriſimiliter ob datam Romanorum malitiâ Ajoni Beneventani ducis filio funeſtam potionem, non leviter iis infenſus, ad uſque annum regni ſui ſextum Romanis inducias conceſſerit, præſertim, ubi, multis Heraclii copiis adverſus Saracenos in Oriente occupatis, ipſe jam ab anno* 636 *opportunam invadendi, quibus inhiabat, Romanorum urbes, occaſionem nactus eſſet.*

ut contrà majori veriſimilitudine

19 *Præterea, ſi Opitergium anno dumtaxat* 641 *poſt captas à Rothari Liguriæ oræ urbes expugnatum dirutumque, imò etiam non ante annum* 667, *quo Grimoaldus urbem illam funditus evertit, inde aliò cum ſuo Præſule incolas emigrâſſe, ex mente Ludovici Muratorii dicas, quid, quæſo, invenies cauſæ, cur novæ à ſe conditæ urbi, ab Heraclio imperatore, utpote vel menſe Februario vel Martio anni* 641 *è vivis erepto, Opitergini anno* 667 *nomen indiderint? Equidem Muratorio lubens dedero, Opiterginos, dirutâ poſtmodùm* funditus *à Grimoaldo ſua urbe, Heracliam ſub annum* 667 *non exiguo numero emigrâſſe, cùm & id ipſum Dandulus in Chronico lib.* 6, *cap.* 8, *num.* 16 *teſtetur; verùm & ipſe Dandulus non tum primùm, ſed jam ſat diu antè conditam Heracleam fuiſſe, hoc etiam loco inſinuat, cùm* Incolarum ... plurimos *deſtructæ funditus Opiterginæ urbis* in Heraclianam urbem, *utpote jam antè à ſuis contribulibus exædificatam,* cum familiis perveniſſe, *ſcribit. Quæ quidem omnia mihi probabiliorem faciunt opinionem, quæ ante Severini Pontificatum, ſeu ante annum* 640, *& Opitergium à Rothari captum, & dein novam à* S. Magno, *cui is ab Heraclio imperatore nomen indidit, conditam fuiſſe urbem, ſtatuit, in qua urbe, ut inquit Dandulus in Chronico cap.* 7, *num.* 9, ecclesiam cathedralem ſub nomine beati Petri Apoſtoli Deo dicavit & auctoritate Severini Papæ & Primogenii patriarchæ collaudationeque plebis ... ſedem ſuam perpetuò collocavit.

F

20 *At junior eſt Dandulus, quàm ut ſua au-*

AUCTORE J. G. *& antiquiorum teſtimonio noſtra ſententia niti oſtendatur.*

cloritate tam antiquo facto certam fidem faciat. Fateor; at cùm antiquiorem magiſque eruditum ſcriptorem, qui contrarium tradiderit, nemo nobis opponat, cur à Dandulo hîc recedamus, cauſam nullam video, præſertim, cùm in ſuo Breviario tom. 1 Script. Italiæ pag. 4, eorum, quæ narrat, quædam ſe vidiſſe, quædam verò ex lectione Annalium, *qui nunc interciderint,* ſibi innotuiſſe, *apertè Dandulus teſtetur; ex quo genere fuiſſe, quæ de Opitergino Præſule tradit, non abs re ſuſpicari licet. Atqui, inquies rurſus, labitur vix non eodem loco Dandulus, cùm Severinum Papam annis 2, menſibus 4, diebus 8 ſediſſe narrat, cùm revera is Pontifex 2 menſibus tantùm & 4 diebus Petri cathedram tenuerit; Reſpondeo, ſi ſcioli cujuſdam aut librarii vitio, qui deſignatos à Dandulo menſes in annos, dies in menſes commutârit, deque ſuo penu dies 8 adjunxerit, hoc loco Dandali Chronicon corruptum non fuerit, quod quidem factum eſſe haud difficulter crederem; nihilominùs à chronographi Veneti auctoritate, propterea, quia in ordinanda Pontificum Romanorum chronotaxi aberrâſſet, recedendum in iis non eſt, quæ de urbe Venetiis vicina deque hujus Præſule vel ex domeſticis Annalibus vel ex conſtanti traditione, cujus ſibi antiquitas explorata fuerit, non uno loco indubitanter ſcriptis mandavit. Utcúmque hæc ſe habeant, potior certè ejus, aliorumque eruditorum, qui eum ſequuntur, quàm unius Muratorii, nullo teſte antiquo nixi, habenda mihi eſſe videtur auctoritas.*

B

Aliam contra opinionem noſtram ſibi Coletus difficultatem proponit & ſolvit,

21 *Aliam, quæ contra ſtatutam à nobis Opiterginæ ſedis relictæ, erectæque à* S. Magno *Heracleënſis epocham exſurgit, Coletus tom.* x *Italiæ ſacræ auctæ, col.* 152 *difficultatem proponit, hiſque etiam verbis expedit.* Sed hîc, *inquit,* inſurgit difficultas ex aſſerto Titiani (*proximi noſtri Antiſtitis in Opitergino epiſcopatu deceſſoris*) loco natalitio. Si enim Heracleam condidit S. Magnus anno tantùm DCXXXVIII circitèr, quomodò ſanctus Titianus, Heracleæ natus, præceſſit S. Magnum, & alumnus & ſucceſſor fuit S. Floriani, epiſcopi Opitergini, qui fertur deceſſiſſe anno circitèr DCXX? Res ſanè nodoſa, quam tamen facilè extricamus, aſſerendo, quòd Titianus potuerit eo in loco editus fuiſſe in lucem, qui deinde in civitatem auctus & bene munitus, accurrentibus poſt Aquilejæ cladem Concordienſibus, Altinenſibus aliiſque populis, ut Leander ſcribit, in obſequium imperatoris Heraclii Heracleæ nomen aſſumpſerit. Auctor verò, qui poſt ſæcula in unum collegit & deſcripſit Titiani geſta, ejus natale ſolum ab aſſumpto dein nomine Heracleæ pronunciavit. *Hactenus Coletus, & quidem, ſi Concordienſibus, Altinenſibuſque Opiterginos ex laudatæ inſcriptionis & Andreæ Danduli verbis hîc ſubſtituiſſet, aut ſaltem hos cæteris nominatim ſubjunxiſſet, omnino rectè convenienterque iis, quæ col.* 113 *de conſtructa anno* 638 *ab Opiterginis Heraclea aſſeruerat. At humani aliquid in eo paſſus eſt Coletus, uti & dum col.* 151 *Opitergium à Rothari, rege Longobardorum,* reſtitutum *ſcribit, dum ex Pauli Diaconi teſtimonio, quod exſtat lib.* 4, *cap.* 47, expugnatum & dirutum *ſcribere debuiſſet.*

C

quem Orlendius perperam alio loco deſcripſit, ſibi in variis, quæ huc ſpectant, contradicens:

22 *Coletum perperam in eo deſcribens Orlendius parte* 2 *Orbis ſacri & profani, multò longiùs, quod nunc dictum obiter ſit, aberravit à vero, &, quod hîc caput eſt, ſuſdéque vertit fixas tum à Coleto, tum à ſeipſo epochas, ſibi plùs una in re hîc omnino contrarius: ac primò quidem, dum pag.* 324 *Paulum Diaconum lib.* 4 *teſtem perperam producens, Opitergium à Rothari, rege Longobardorum,* reſtitutum *ſcribit, dum tamen pag.* 341 deletum *à Rothari, Longobardorum rege, Opitergium nobiſcum ponat; ac rurſus, dum Opitergio à Rothari, atque adeò, ſultem ante annum* 652, *everſo, conſtructam à profugis ejus civibus, atque* ex Heraclii, tunc imperantis, nomine *Heracleam anno* 688 *fuiſſe nuncupatam, pag.* 341 *aſſerit, cùm tamen eo tempore Heraclius annis* 47 *& Rotharis annis* 36 *jam vitâ functus eſſet. Denique, dum* S. Magnum, *Opitergii epiſcopum,* Severino, Romano Pontifice, & Heraclio imperatore probantibus, (*atque adeò ante* 641) in æſtuaria ſeceſſiſſe & novam urbem condidiſſe, *ex communiori noſtraque etiam ſententia pag.* 324 *affirmat, ac nihilominus eâdem pag.* 324 *hæc non ante illatam Opitergio à Grimoaldo, Longobardorum rege, ſupremam cladem, ſeu, uti pag.* 341 *manifeſtiùs loquitur, non ante annum* 688 *facta adſtruit. Sed hæc tam inter ſe pugnantia mittamus, ac potiùs, uti antè fecimus, meritóque facere potuiſſe, jam oſtendimus, dirutum à Rothari ſub annum* 638 *Opitergium, exin à profugis ejus civibus,* S. Magno *duce & auctore, Heracleam, vivente tum adhuc Heraclio imperatore, conditam, ac denique in hac poſtrema urbe anno* 640 *ex Severini Papæ conſenſu epiſcopalem ſedem erectam ſtatuamus.*

D

E

inquiritur ratio, cur Heracleam ſedem ſuam epiſcopalem S. Magnus tranſtulerit.

23 *Nunc quid cauſæ fuerit, cur ex Opitergina urbe, utut à Rothari non* funditus *deſtructa, aliò cum ſui gregis maxima ſaltem parte emigrârit Antiſtes noſter, Bernardum Juſtinianum lib.* 7 *de Origine Urbis Venetorum exponentem, unáque, quæ antè diximus, illuſtrantem audiamus. Ita ille col.* 84 *Theſauri Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiæ tomi* 5 *parte* 1: Præſidebat epiſcopus Opitergio Magnus, Altinas, vir eximiæ ſanctitatis, *cùm nempe Rotharis rex Opitergium expugnavit diruitque.* Miſerabatur (*S. Magnus*) aſſiduas commiſſi ſibi gregis calamitates. Virus tamen illud Arrhianum ferebat longè moleſtius, qui * acerbiores illi eſſent de fide contentiones, quibuſcúmque rerum incommodis. Blaſphemi verò in Deum homines non illi ferri poſſe videbantur. Neque ulla ſpes ſuberat ad ſaniorem mentem revocandi avaros homines & ſuperbos, qui favere illis Langobardos cernebat magiſtratus. Tutius igitur viſum animis corporibuſque, cedere. Locum capit in ſtagnis haud procul à continenti. Amor autem ſanctiſſimi Viri maximam ſecum mortalium turbam traxit multaque eum nobilitas comitata eſt. Quæ quaſi parentem potiùs, quàm præſulem, deſerere non poſſent. Ibi civitatem condit, quam Heracliam appellat in Heraclii gratiam... CIVITAS dein NOVA à poſteris dicta. Eam ſedem deinceps Severinus, ſummus Pontifex, & Primogenius patriarcha Gradenſis confirmavêre. Maximam auxit apud omnes ſanctitatis opinionem pietas & amor, quem erga profugos paterna quadam pietate declarabat, non verbis tantùm & blandiori ſermone, ſed ipſa quoque re vel ex proprio vel ex amicorum beneficio collata. *Ita hactenus laudatus patricius Venetus, litteris non minùs, quàm præclaris legationibus illuſtris, quem & philoſophum & oratorum ſeculi* XV *apud ſuos Venetos principem Jacobus Bergomas vocavit.*

F

**an quia?*

Traditur Sanctus octo eccleſias in urbe Veneta erigi curâſſe.

24 *Pergo nunc ad octo illas eccleſias, quas poſt fixam, ut apparet, Heracleæ epiſcopalem ſedem* S. Magnus *Superûm monitis in ipſa urbe Veneta vel erexiſſe, vel erigi curâſſe, paſſim traditur.*

A tur. Ea de re illuſtriſſimum Cornelium tom. XI *Monum. eccl. Venetæ diſſerentem audire juverit. Is, poſtquam pag.* 198 *præmiſiſſet, ſe hiſtoriolas quaſdam populares, ex quibus ceteroquin voluptas & admiratio narrationi acceſſiſſent, ea de cauſa è ſuo Opere rejeciſſe, quòd nullum putaret eſſe poſſe verum hiſtoriæ ornamentum, cui veritas non ineſſet, mox ſubdit:* Interea tamen unam ex illis traditionibus adoptandam ratus ſum, quæ fronte prima ad vulgi ruditatem referuntur, ſed, ſi ea accuratè expendatur, profectò ab illarum acervo eſt eximenda. Traditio hæc, ut alibi (*in pleriſque nempe ejus Operis voluminibus*) etiam diximus, ad noſtram uſque ætatem detulit, eccleſias octo (*quarum nomina num.* 7 *& infrà num. ſequenti habes*) fuiſſe Venetiis erectas hortatu & operâ ſancti Magni, epiſcopi antea Opitergini, deinde Eracleënſis. Id circa ſæculi VII medium præſtitit Vir ſanctus, tum ex imperio ſibi cælitus facto (cujus generis exempla in Hiſtoria Eccleſiaſtica paſſim occurrunt) tum ex paſtoralis curæ impulſu, cùm urbem noſtram majora in dies incrementa capere videret ex eorum affluxu, qui barbaricas excurſiones cladeſque vitabant, &
B idcirco novis noviſque ſpiritualibus ſubſidiis præſertim in Sacramentis adminiſtrandis indigere. Hanc fuiſſe earum fundationum cauſam unanimi ſententia aſſerunt plurimi ex Venetis chronologis, quorum dictis ſuffragatur conſtans atque immemorabilis traditio ipſarum eccleſiarum, quæ divum Magnum, velati parentem primum & fundatorem agnoſcunt & colunt, ejuſque ſolemnia die VI Octobris magna cum celebritate exequuntur.

ex pravâ monitione cæleſti, aut varia documenta perhibent,

25 *Ceterùm quo modo* S. Magnus *de condendis illis eccleſiis cælitus monitus, monitiſque obſecutus fuerit, Equilinus in ſui Catalogi Appendice cap.* 17 *his verbis enarrat:* Quadam vice in ſpiritu raptus (*S. Magnus*) per revelationem monitus eſt, octo eccleſias ea tempeſtate ædificare: primam Petro Apoſtolo; ſecundam Raphaëli angelo; tertiam Salvatori; quartam glorioſæ Virgini, quæ nunc dicitur MARIA FORMOSA, nam in formoſo ornatu ei apparuit; quintam Joanni Baptiſtæ; ſextam Zachariæ; ſeptimam Juſtinæ; octavam XII Apoſtolorum numero, Salvatore & Matre cum ſingulis earum Sanctis ſingillatim apparentibus, & loca ædificationum demonſtrantibus, ſuum ibidem ſurrecturæ Venetiarum urbi patrocinium fideliter promittentibus; qui civibus omnia pandens, locis
C & ſignis, prout monitus, inventis, cum ſuis obſequentiſſimis filiis, ut tale tamque fidum urbi patrocinium nanciſcerentur, non longo pòſt tempore eas honorificas erexerunt. *Eadem, quantùm ad ſubſtantiam, tradunt jam ſæpe laudata antiqua eccleſiæ Opiterginæ inſcriptio,* S. Magni *Legenda, antiquum Lectionarium Ducalis baſilicæ Venetæ, ſenatus Veneti decretum, anno* 1454 *editum, & Bernardus Juſtinianus cit. col.* 84, *qui tamen non octo tantùm, ſed novem à* S. Magno *eccleſias conditas ſcribit.*

hujuſque facti ſubſtantia, etſi non hiſtoricè certa ſit,

26 *At, inquies, cùm nullum ex his omnibus documentis ſit, quod certò ad* S. Magni *tempora ſat propè accedat, vel ex tam antiquo fonte indubiè hauſtum fuerit, ac præterea adjuncta quædam apparitionum illarum, præſertim in Legenda* S. Magni *memorata, fabulam ſapere videantur, negari meritò poteſt, re ipſa Superûm monitis erectas illas à* S. Magno *eccleſias fuiſſe. Fateor quidem, inſcriptionem Opitergina eccleſiæ, uti ex modo com-*

AUCTORE J. G.

putandi annos Chriſti, illic adhibito, etiam liquet, ſeculo VII *certè juniorem eſſe, nullumque ex documentis iſtis ea eſſe antiquitate præditum, ut factum, de quo agimus, hiſtoricè certum reddere queat; imò verò,* S. Magni *Legendam eſſe ultra veri ſpeciem in recenſendis facti adjunctis adornatam, nequaquam diffiteor. Verùm, tametſi non eo modo, quo Legenda illa, aut nec eo etiam, quo Equilinus tradit, Superûm apparitiones indeque octo eccleſiarum conſecuta erectio facta fuerint, non propterea tamen ipſius facti ſubſtantia, prout in Opitergina apud Coletum inſcriptione, Veneti ſenatus decreto & recepta eruditis traditione recenſetur, commentitia dici debet, præſertim cùm nihil contineat, quod præter modum ſingulare aut vero abſimile ſit, quodque non à multis eruditione claris ſcriptoribus paſſim aſſertum conſtantique atque immemorabili octo eccleſiarum traditione firmatum fuerit.*

tamen propter ſat antiquam traditionem, non obſtante Danduli ſilentio, rejicienda non eſt.

27 *Et hujus quidem immemorabilis traditionis non contemnendus etiam teſtis eſt laudatus ſuprà Bernardus Juſtinianus, ſeculi* XV *ſcriptor, dum lib.* 7 *cit., col.* 84 *ita ſcribit:* Tenuit fama conſtans ad hunc uſque diem, Sanctum illum (*Antiſtitem noſtrum*) novem (*imò octo*) eccleſias in hac Rivalto (*quæ urbis Venetæ pars eſt*) divina monitum revelatione conſtruxiſſe, quarum nomina etiam hodie feruntur. *Et quamquam Andreas Dandulus traditionis hujus non meminerit, imò etiam de eccleſiarum illarum ædificatione agens, illarum auctores, à* S. Magno *omnino diverſos aſſignet, non tanti tamen momenti eſſe videtur hoc ejus ſilentium, ut nixam documentis, etiam Dandulo vetuſtioribus, traditionis illius antiquitatem evertat. Quod verò attinet ad aſſignatos à Dandulo eccleſiarum exſtructores, omnino à* S. Magno *diverſos, ita ejus verba exponi poſſent, ut eos eccleſias illas reparâſſe, aut, antè à* S. Magno *conditas abſolutè renovâſſe potiùs, quàm primùm erexiſſe, ſignificatum voluerit. Utut hæc ſint, non ſatis urgens adverſus urbis Venetæ eccleſiarum ſcriptorumque, ſi ſilentem Dandulum excipias, ad unum omnium conſenſum, ratio militat, cur antiqua ſua poſſeſſione depelli deberent tam illuſtres eccleſiæ, quæ à tot ſeculis* S. Magnum, *ut parentem ſuum primumque exſtructorem habuêre, ac ſingulari cultu hoc nomine proſecutæ ſunt.*

Videtur S. Magnus mortuus eſſe in Heraclienſi urbe

28 *Supereſt, ut de* S. Magni *emortuali loco temporeque nonnulla etiam diſſeramus. Poſtquam ſub annum, ut nobis videtur,* 638 *ex Opitergina urbe, à Rothari Langobardorum rege, capta magnamque ſaltem partem diruta, maxima cum ſui gregis parte eò loci ſanctus Præſul emigrâſſet, ubi novam mox placuit urbem condere, cui ab Heraclio, tunc imperante, nomen fecit, ac dein, currente medio circitèr ſeculo* VII, *tum ex imperio ſibi cælitus facto, tum certè divino quodam impulſu, ut fert, teſte Cornelio aliiſque, conſtans traditio, octo eccleſias in ipſa urbe Veneta exſtrui curâſſet, Heraclium reverſus commiſſum ſibi populum, non exigua jam ex parte, ex quo Heracleam condiderat, auctum, ſuis monitis in fide Catholica roboravit, ac denique in ſua eccleſia plenus meritis obdormivit in pace. Poſteriora hæc diſertè tradit Dandulus, ita lib.* 6 *Chronici cap.* 7, *part.* X *ſcribens:* Hic Magnus, Heraclianæ civitatis epiſcopus, vir eximiæ ſanctitatis, clero & populo jam in eadem urbe multipliciter aucto & ſuis monitis roborato in fide Catholica, in ſua eccleſia quievit in pace.

AUCTORE J. G. *sub annum 660, imò etiam seriùs, si tamen Bernardus Justinianus rectè scripsit.*

29 *Quod ad hunc emortualem Sancti locum attinet, nihil apparet, cur asserenti Dandulo refragemur, ac vel idcircò etiam, quòd verisimile non sit,* S. Magnum *fixam ex summi Pontificis ac patriarchæ Gradensis consensu Heracleæ sedem Opitergium, sub Langobardis nec sibi nec suis tutum locum, ullo unquam tempore revexisse, aut alio, quàm episcopalis urbis à se conditæ, usum fuisse fixo domicilio. Accedit, quòd sancti Præsulis corpus, priùs quàm anno* 1206 *Venetias transferretur, teste Legenda, hac in re fide digna, Heracleæ jacuerit, nec aliunde huc advectum legatur; ut adeò non immeritò* S. Magnus *Heracleæ ad Superos emigrâsse statuatur; quamquam tamen, deficiente auctoris sat antiqui testimonio, id certum dici nequeat; ac propterea in hujus Sylloges titulo eum non indubiè, sed* fortè *Heracleæ defunctum scripsi. At quo tempore ejus obitus contigit? Respondeo, cùm Sanctus noster, teste Dandulo,* clerum & populum suum multipliciter in eadem *urbe Heracliana* auctum *viderit, ingensque cleri populique incrementum non nisi paulatim tacitisque annis fieri soleat, eum sat probabiliter etiam post annum* 655 *in vivis statui posse, ac fortassis non ante annum* 660, *cùm dierum plenus bonorumque operum esset, æternam mercedem fuisse consecutum. Imò verò, si re ipsa, ut scribit Bernardus Justinianus, ad* ultimam usque senectutem S. Magnus *vixerit, posset in hypothesi, quòd, cùm Heracleam condidit, quinquagenarius dumtaxat esset, etiam ultra annum* 660 *episcopatus ejus extendi, quod tamen ego ex sola Justiniani auctoritate asserere non ausim.*

B

30 *Ceterùm, priusquam huic Syllogæ finem imponam, conveniendus mihi rursum est Orlendius, qui,* S. Magni *episcopatum Opiterginum Heraclii, adhuc imperantis, temporibus citato tomo pag.* 324 *innectens, Præsulem nostrum* postremum Opitergii episcopum *facit, ac nihilominùs Benenatum, Opiterginum episcopum, eodem loco memorat, qui Epistolæ Agathonis Papæ & synodi Romanæ, quam habes apud Hardui-*

D

num tom. 3 *Conciliorum à col.* 1115, *addito* Opitergiensis ecclesiæ episcopi *titulo, anno* 680 *subscriptus ibidem col.* 1138 *legitur. Profectò, si eo sensu hæc scripserit Orlendius, ut post* S. Magnum *nemo* Opitergini episcopi *titulum gesserit, ipsa se ejus assertio destruit, nec pluribus confutari opus habet; sin autem nihil aliud scriptor ille significatum voluerit, quàm* S. Magnum *postremum ex Opiterginis episcopis fuisse, qui ea in urbe indubiè sedem habuerit, lubens ei accedo, cùm, ut antè dixi, verisimile non sit, statutam Heracleæ episcopalem sedem, à* S. Magno *Opitergium fuisse revectam, aut etiam id ab alio factum dein fuisse, præsertim cùm vice altera & funditus quidem sub annum* 667 *à Grimoaldo Opitergium deletum fuisset. Crediderim tamen, Præsulem nostrum, translata Opitergio Heracleam episcopali sede,* Opitergini episcopi *titulum & pastoralem miserrimæ hujus diœcesis curam numquam deposuisse, eaque in re sui imitatorem habuisse Benenatum, qui anno* 680 *sese* Opitergiensis *potiùs quàm* Heracleënsis *ecclesiæ episcopum scripserit, quòd non modò hanc unà*

E

cum altera moderaretur, sed præsertim, uti conjectare lubet, quòd Opiterginus episcopatus antiquitate aliisque titulis Christiano orbi notior illustriorque Heracleënsi esset.

Non fuit episcoporum postremus, qui Opitergiensis episcopi titulum gesserit,

31 *Porrò tum temporis Opiterginos episcopos Gradensi patriarchæ Catholico subfuisse & à schismate Aquilejensi jam pridem fuisse revocatos, rectè observat Joannes de Rubeis in Monumentis ecclesiæ Aquilejensis col.* 307, *quod & ex Danduli Chronico & ex comperta Præsulis nostri sanctitate abundè confirmatur. Plura de* S. Magno *dicere non habeo, nec scio, an eorum, quos Bernardus Justinianus col.* 84 *multa Sancti miracula Vitamque scripsisse, adstruit, hodieque lucubrationes exstent, atque, an ejusmodi sint, quæ non immeritò in illustrissimi Cornelii Opere locum habuissent, atque in hoc nostro fuissent commemorandæ.*

subfuitque Gradensi patriarchæ Catholico.

DE S. PARDULPHO ABB. CONF.

C WARACTI IN DIOECESI LEMOVICENSI IN GALLIA F

J. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. S. Pardulphi Acta, memoria apud martyrologos & cultus sacer.

ANNO DCCXXXVII. *S. Pardulphi, Waractensis abbatis,*

Natalium suorum humilitatem S. Pardulphus, *Waractensis seu Garactensis abbas, cujus hodie Acta exhibemus, virtutum suarum claritudine prodigiorumque frequentiâ, vir Deo & hominibus amabilis, majorem in modum illustravit. Erat autem Waractum seu Garactum seculo sexto & septimo Lemovicensis (ad quam diœcesim hodieque spectat) territorii vicus, decimâ circitèr à Lemovicibus leucâ ad fontes Wartimpæ* (la Garteмpe) *situs: at, postquam eo loci SS. Petro & Paulo Apostolis monasterium, cujus primus abbas* S. Pardulphus *fuit, Lantharius, Lemovicensium comes, condidit, eò sensim accrevit, ut in oppidum evaserit, atque hac nostra ætate Marchiæ Superioris caput audiat.* Le Gueret *Galli vocant. Waractensis autem monasterii Dionysius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Christianæ col.* 553 *sequentem notitiam exhibet:* Inter antiqua Lemovicensis diœcesis monasteria, nunc oblivione sepulta, Waractense S. Petri recensetur, à Lantario comite fundatum ad fontes Wartimpæ fluvii, ubi nunc est Gueret urbs primaria Marchiæ. Hujus loci abbas celeberrimus fuit S. Pardulfus S. Pardoux cujus Vitam habes Sec. 3 Benedictino p. 1. pag. 571. Modò prioratus ad nominationem abbatis S. Savini Pictavensis, ut notat

A notat Ms. codex Solemniacenſis. *Ceterùm quem ex Actis* Pardulphum *dixi, alii* Pardulfum, *vel* Pandulphum *vel* Paradulphum *nominaverunt.*

cujus prater recentiores

2 *Sancti hujus Abbatis inter ſcriptores recentiores geſta perſecuti ſunt Menardus lib.* 2 *Obſervationum in Martyrologium Benedictinum ad diem* III *Novembris, Mabillonius in Annalibus Benedictinis tom.* 2 *ad annum* 732, *num.* XI *&* 12: *item ad annum* 737, *num.* 38. *Bailletus in Vitis Sanctorum ad hunc diem. Nonnulla quoque de illo refert Bernardus Guidonis Ordinis PP. Prædicatorum, primùm Tudenſis in regno Galleciæ, dein Lodovenſis in provincia Narbonenſi epiſcopus, anno* 1331 *ex hac vita ereptus, Tractatu de Sanctis Lemovicenſibus apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ librorum Mss. pag.* 634. *Plura Gaufredus, Prior Voſienſis in diœceſi Lemovicenſi, qui anno* 1183 *ſcripſit, in Chronica, quam idem Labbeus tom.* 2 *Bibliothecæ mox laudatæ à pag.* 280 *typis edidit. Gaufredi Chronicon non raro adhibebimus infrà: at cap.* 64 *hæc habet:* Sed iſta latiùs in libro Miraculorum ſancti Pardulphi narrabo, ubi multa de ſacroſancto Myſterio (*Euchariſtiæ*) ad correctionem multorum, B ſi Deus permiſerit, propoſui tractare. *Steteritne promiſſis Gaufredus, ignoro: opus equidem promiſſum, ſi aliquando conſcripſerit, hactenus eruditos latet; foretque optandum, ut tum ad fidelium fructum, tum ad majorem ſancti Abbatis gloriam è tenebris protraheretur in lucem. Scriptores aliquot habes, qui de* S. Pardulpho *egerunt: nunc, qui ejus Vitam ſeu Acta ſcripſerint (martyrologorum dein mentio fiet) diſpiciamus.*

aliquot ſcriptores

3 *Inter* S. Pardulphi *biographos, ut à recentioribus ordiar, prater Bailletum jam laudatum, numerandus in primis videtur Bernardus Lodovenſis epiſcopus, de quo ſuprà: nam Gononus lib.* 4 *Vitarum Patrum Occidentis* S. Pardulphi *Vitam exhibet, quam ex illo vel deſcripſit, vel contraxit; hunc enim Vitæ, à ſe editæ, titulum præfixit:* Ex Bernardo, Lodovenſi epiſcopo, tom. 2 de Vitis Sanctorum, *notatque in margine, ſervari illam in antiquis membranis Bibliothecæ PP. Dominicanorum Avenionenſium. Hoc porrò illius exordium apud Gononum legitur:* Beatus & inclytus Chriſti ſervus Pardulphus, in territorio Lemovicenſi *&c. Triplicem Sancti Vitam in Mss. habemus, ſed nullam, quæ à tranſcriptis jam verbis incipiat: ſed facilis jactura eſt, dum certiora & antiquiora monumenta ſuppetunt. Quem ſuprà laudavi, Gaufredus Prior Voſienſis cap.* 32 *auctor eſt, Ivonem, Priorem Cluniacenſem, Acta quoque* S. Pardulphi *ex ſcriptore antiquiore, veraci quidem, ſed inculto, ſtilo luculentiore concinnâſſe, ſcilicet ſub annum Chriſti* 1101, *de quo capite* 31 *paulò antè memineram. Verba illius ſunt:* Ivo interim, Cluniacenſis Prior, vir ſcholaſticus, Lemovicas deveniens, à monachis S. Martialis obnixè rogatus, Vitam S. Pardulphi, quæ veraci fide quidem, ſed inculto ſtylo conſcripta erat, luculenter exarare ſtuduit: Hymnumque de eodem piiſſimo Confeſſore compoſuit, ita incipiens: "Fideles „cuncti gaudeant &c.„

Vitam exhibet

4 *Cùm nullam Vitæ* S. Pardulphi, *ab Ivone conſcriptæ, notam adjecerit Gaufredus, & Gononus Bernardi Guidonis verba fortaſſis immutârit, neſcio, Bernardine, an Ivonis ſit* S. Pardulphi *Vita è Ms. Pragenſi anno* 1642 *Pragâ ad Majores noſtros miſſa, cujus initium eſt:* Beatus Pardulphus in territorio Lemovicenſi, vico nomine Sardone, & ex plebeis quidem parentibus procreatus, ſed morum honeſtate & virtutum ubertate fuit inſigniter adornatus. *Stilus ejus paulò floridior; ſed magis Vita illa contracta eſt, quàm ea, quam* antiquam, *de qua mox, dicimus. Periodum unam aut alteram de* S. Pardulphi *lipſanis ad calcem habet, quæ in Bernardi Guidonis Opere, ut ſuo loco videbitur, totidem ferè verbis legitur: unde Bernardi Guidonis eſſe, conjici poteſt: at ſicut hic periodum illam unam aut alteram è Gaufredo Priore Voſienſi deſcripſit, ita & Gaufredus ex Ivone fortaſſis fuerit mutuatus. Mabillonius in Obſervationibus præviis ad Vitam* S. Pardulphi *Sæculo* III *Benedictino part.* 1, *pag.* 572 *Vitæ* S. Pardulphi *contractæ apographum quoddam Compendienſe, cum Vita à ſe edita collatum, Ivonem auctorem habere fortaſſis, ait: utut ſit, bene habet, Vitam antiquam* S. Pardulphi, *ab auctore ſubæquali non admodùm culto quidem, ſincero tamen ſcribendi genere exaratam, ad noſtram ætatem uſque loco non uno fuiſſe conſervatam.*

AUCTOR J. B.

ſcriptor anonymus,

5 *Antiquam* S. Pardulphi *Vitam typis edidit Labbeus,* Ex veteribus noſtris membranis, *inquit tom.* 2 *Bibliothecæ librorum Mss. pag.* 599, E & Apographo R. P. Jacobi Sirmondi, Societatis Jeſu theologi. *Hunc ſecutus eſt Mabillonius Sæculo Benedictino mox laudato, ubi à pag.* 573 *uſque ad pag.* 581 *antiquam* S. Pardulphi *Vitam ex codice Ms. Cheſniano & Bibliotheca Labbeana depromptam, cum apographo ejuſdem contracto tum Compendienſi, tum Lemovicenſi collatam, ſuis denique Obſervationibus illuſtratam exhibet. Compendienſis apographi verſus nonnullos Obſervationibus ſuis, ubi hoc à Vita, à ſe edita, nonnihil diſcrepabat, verbatim inſeruit: hos ego cum ſimili Vitæ* S. Pardulphi *contracto apographo, quod ad Majores noſtros anno* 1666 *D. Ludovicus Nicque, Cæleſtinorum Sueſſionenſium bibliothecarius, miſit, contuli, & cum inſertis à Mabillonio Obſervationibus ſuis Compendienſis apographi verſibus planè congruere reperi. Præter id Sueſſionenſe contractum apographum, prolixiorem quoque* S. Pardulphi *Vitam antiquam in Mss. habemus, hîc excudendam. Labbeanâ & Mabillonianâ multò emendatior eſt, ut veroſimiliter, quæ in illis ſententiarum confuſio, ſtilique barbaries ſubinde occurrit, amanuenſium potiùs oſcitantiæ aut imperitiæ, ut fieri non raro conſuevit, tribui debeat, quàm illius auctori vitio verti. Debemus illam Pardulpho Bourgeois, Societatis Jeſu, qui, Patroni ſui amore ductus, diligentem præſtitit operam, ut eam in patria ſua, fortè Lemovicenſi, inveniret; inventamque ope R. P. Poſſini Antverpiam miſit anno* 1684, *ut in ejus litteris Auriliaco, Arverniæ Superioris oppido, ubi litteras humaniores docebat, ad Poſſinum datis, & ab hoc ad nos tranſmiſſis legitur.* C F

illi, ut appareret,

6 *At unde hanc* S. Pardulphi *Vitam, quod ſuprà dictum eſt, ab auctore, Sancto ſubæquali, conſcriptam eſſe, conficitur? Primùm id auctor ipſe innuere videtur in ipſo Præfationis ſuæ exordio, ſic ſcribens:* Plerique, dum priſcorum patrum antiqua laudant geſta miraculorum, nova, quæ nuper geſta ſunt, omittunt.... Sed melius utrobique, opinor, utrumque ſe commiſcere. *Quaſi dicat, alios veterum Sanctorum miracula ſuis ſcriptis celebrare ſolere; ſibi verò propoſitum eſſe, non de veteri, ſed nupero Sancto ſermonem habere: neque ſic ea verba videntur poſſe intelligi, ut dicat, ſe* S. Pardulphi *miracula tum vetera, tum recentia litteris mandare; cùm nullum ex ejus miraculis ſpe-*

AUCTORE J. B.

ſpecialim proferat, quod S. Pardulphus *vel non præſtiterit vivus, vel paucis ab illius obitu annis non contigerit. Dein num.* 18 *de urbe Bituricenſi à Francorum exercitu malè habita loquitur in hunc modum:* Cùm autem moderno tempore Francorum cohortes prædictam urbem depopulâſſent, & omnes domos igni cremâſſent, domum, in qua erant cunæ ſuſpenſæ (*pueri è baptiſmate à* S. Pardulpho *ſuſcepti*) nullatenus cremare, vel quidquam ex ea exurere valuerunt. Moderno, *inquit*, tempore: *atqui id contigit anno* 741 *vel ſequenti, cùm Chunoaldus, Aquitaniæ dux, erepto è vivis Carolo Martello, in Carolomannum & Pipinum rebellavit: tunc enim, inquit Fredegarii continuator part.* 3 (*vide tom.* 2 *Scriptorum Rerum Gallicarum pag.* 458) Carlomannus atque Pippinus, principes germani, congregato exercitu, Ligeris alveum Aurilianis urbe tranſeunt, Romanos proterunt, uſque Beturigas urbem accedunt, ſuburbana ipſius igne comburunt.

ætate ſuppar;

B

7 *Denique manifeſta ſunt verba, quæ eodem numero paulò antè præmittit: ſic habent:* Hujus ſancti Viri aliud fertur miraculum, quod per eum divina eſt operata Clementia, & multi ſuperſunt, qui viderunt. *Ut adeò audiendi non ſint ii, quos ſuſpicari Bailletus ait,* S. Pardulphi *Vitam primùm ab Ivone, Cluniacenſi Priore, fuiſſe conſcriptam; ea veroſimillimè tantùm de cauſa, quòd & hic hujuſmodi aliquid féciſſe memoretur. Hæc de ætate auctoris: nomen ſuum nec ipſe prodidit, nec uſpiam proditum reperi: monachum tamen Aquitanum fuiſſe, conjicio: monachum quidem, quòd Berthemarium abbatem* Patrem *ſuum in Præfatione appellet; Aquitanum verò, quòd ibidem Berthemarium ſic alloquatur:* Non minimas omnipotenti Opifici gratias agimus, quia hîc in Aquitania ... quàm plures philoſophos & rhetores reperis, qui Vitam vel Geſta miraculorum S. Pardulphi confeſſoris ſuo ſtylo enarrare queunt. *Quis fuerit Berthemarius abbas, cui anonymus biographus* S. Pardulphi *Vitam inſcripſit, pariter incertum eſt: fortè unus ex Waractenſibus abbatibus, Sancti ſucceſſoribus, ut non abſurdè Mabillonius ſuſpicatur: alium tamen ſuggerit in Annotatis, Berthemarium ſcilicet, Senonenſem S. Petri abbatem, qui Caroli Magni tempore fuerit, teſte Clario monacho ad annum* 804. *Verùm ex verbis mox adductis tam anonymum, quàm Berthemarium Aquitanos, Bituricenſi verò cladi propinquiores fuiſſe, ex verbis, numero ſuperiore deſcriptis, veroſimilius appareat. Nunc de martyrologis pauca dicamus.*

C

apud recentiores aliquot

8 *Quamquam* S. Pardulphi *ſanctimonia non per Aquitaniam modò, ſed & per vicinas Galliæ provincias longè latéque fuerit divulgata, eum tamen nec Ado, nec Uſuardus, nec ceteri illius ferè ætatis martyrologi ſuis Faſtis inſeruerunt: recentiores igitur aliquot recenſebo. Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum ad diem* VI *Octobris ita habet:* In territorio Lemovicenſi S. Pardulphi eremitæ. *Menardus in Martyrologio Benedictino, ſed ad diem* III *Novembris, quod illi ſingulare eſt, ſic ſcribit:* Lemovicis, ſancti Pardulphi abbatis, ſanctitatis & miraculorum gloriâ illuſtris. *Caſtellanus in Martyrologio Univerſali, ſed Gallicè:* Varacti in Marca-Lemovicina S. Pardulphus, ejuſdem loci abbas, cujus corpus in honore eſt Arnaci, prope Pompedorium. *Martyrologium Pariſienſe, anno* 1727 *excuſum:* Varacti in Marca Lemovicina, ſancti Pardulphi abbatis. *Bucelinus in Menologio Benedictino aliquantò prolixior:* Lemovicis S. Pardulphi abbatis, qui à pueritia utroque lumine orbus, ſed gratiæ divinæ fulgoribus illuſtratus, filium ſe lucis eſſe, ipſa converſatione monſtravit, carnis maceratione ſtupendus, in pauperes profuſus, miraculis etiam conſpicuus, ſiquidem infirmos quoſque manuum impoſitione ſanabat, abigebat infuſo benedicto oleo dæmones, prodigiaque innumera orationum efficaciâ operabatur. Factus demum, etſi multùm renitens, Varactenſis abbas, alumnos cælo digniſſimos formabat. Octogenarius cùm jam eſſet, oſtensâ ſibi à S. Michaële ſcalâ gloriæ, per quam meliorem aſcenderet patriam, inter verba orationis & benedictionis, quibus populo bene precatus eſt, æterna pace obdormivit. *Varactum, ut jam monui, in diœceſi Lemovicenſi ſitum eſt, & tum ibi, tum Lemovicis, ut infrà apparebit, cultum nactus eſt* S. Pardulphus: *hinc è citatis martyrologis alii Varacti, Bucelinus è Sauſſayo, de quo mox, Lemovicis Sanctum annuntiant.*

D

martyrologus

E

9 *Andreas Sauſſayus in Appendice Martyrologii Gallicani verbis mox citatis, ex ipſo à Bucelino tranſcriptis, hæc addit præterea:* S. Pardulphus, qui virtute & moribus præclarus, Deum quærens, mundum fugiens, eremum coluit, ægris medicinam fecit, energumenos ſanavit, & à nativitate contractos diſſolvit. Tandem à Lauterio, comite Lemovicenſi, Garactum evocatus, abbatiæ, quam is in honorem Apoſtolorum Petri & Pauli conſtruxerat, præfectus eſt; quam ſanctè & prudenter adminiſtravit. Idem Saracenos, à Carolo Martello profligatos, à ſuo oratorio vi divina effugavit, & octogenarius non abſque viatico diſceſſit. Cujus eſt memoria in his regionibus celebris. Garacti reliquiæ ejus coluntur. Plurimæ verò eccleſiæ ei inſcriptæ ſunt, maximè in territorio Arvernenſi, ubi vicorum Cyriaci, Blanſaci & Turris ipſimet patrocinia concredita ſunt. *Quæ de virtutibus & miraculis* S. Pardulphi *Sauſſayus memorat, ex Actis deprompta ſunt. E vicis verò, quorum patronum ait* S. Pardulphum, *tertius apud Blavium poſt pag.* 137 *haud procul Duranii* (la Dordonne) *ſonte hoc pacto ſignatur:* S. Pardoux de la Tour. *Tres quoque vici,* S. Cirgue *dicti, in eadem Blavii Tabula, Arverniam exhibente, ſignantur, quorum fortaſſe aliquem* Cyriaci *nomine Sauſſayus deſignavit. Blanſacum in Codice Beneficiorum diœceſis Claromontanæ, anno* 1638 *Pariſiis impreſſo, his verbis memoratur Gallicè:* Paſtoratus S. Pardulphi, & S. Vincentii (de Blanzat) illi annexus.

F

memoria,

10 *Idem Sauſſayus parte* 2 *Martyrologii Gallicani à pag.* 1247 *Martyrologium monaſterii Patrum Benedictinorum S. Sabini de Levitania, ab annis circiter* 500, *ut ait, ſeu ſeculo duodecimo exaratum edidit, in quo ad diem* VI *Octobris hæc leguntur:* Toloſano in vico, qui dicitur POMPIACO natale S. Pardulphi, epiſcopi & confeſſoris; *cujus illic ſervari reliquias aliquot, indigenarum traditio eſt, teſte Simone Peyroneto, parocho beatæ Mariæ de Tauro Toloſæ, in Catalogo Sanctorum: verùm valde credibile eſt,* Pardulphum, *in vico Pompeiaco cultum, perperam vocitari* epiſcopum, *aliumque non eſſe à Waractenſi abbate, quod quidem ſuadere videtur, tum hujus per Aquitaniam & Arverniam celebritas, nomen pluribus hominibus viciſque commune; dies, quo colitur; tum denique, quòd Par-*

A *Pardulphus iſte epiſcopus cetera ſit planè ignotus; ac fieri facilè potuerit, ut Pompeiacenſes, à Lemovicenſi territorio paulò remotiores, Sanctum, cujus reliquias jam olim poſſediſſe ſe, credunt, probè perſpectum non habuerint. Tomo 2 Spicilegii Acheriani Editionis Novæ, anno 1723 factæ, pag. 53* S. Pardulphus *Wandelberti Martyrologio inſertus legitur ad diem* VI *Octobris poſt hunc Wandelberti verſum:*

Virgo Fides pridie hinc felici morte triumphat.

Quem verſum ſequentia verba excipiunt: In Africa Rogatæ, Saturnini, Fauſtini, & ſancti Pardulfi confeſſoris: *verùm, quin hæc eò ab interpolatore recentiori intruſa ſint, minimè dubium eſt.*

cultus ſacer per varias

11 *Porrò vel ex iis, quæ ex Sauſſayi Martyrologio adduxi, de Sancti in Arvernia, & fortè in diœceſi Lomberienſi, in qua Pompeiacum, eccleſiaſtico cultu ſatis liquet. Plures præterea vici in Chartis Geographicis apud Blavium tum Arverniæ, tum territorii Lemovicenſis occurrunt, qui à* S. Pardulpho *nomen ſortiti ſunt, atque adeò, quibus ille veroſimiliter vel patronus, vel ſacris in honoribus eſt. Et Arverniæ quidem Tabula, præter memoratum jam vicum,* S. Pardoux de la Tour, B *tres alios ejuſdem ferè nominis, eumdem tamen, ut opinor, Sanctum ſignificantis exhibet; nimirum* S. Padaux *ad Sivolim ſeu Scucaulam (vulgò* la Sioule) *ſitum;* S. Pardon *ad Elaverem (Gallicè* l'Alier) S. Pardon le Neuf *in parte territorii Lemovicenſis, Arverniæ contigua. In territorii verò Lemovicenſis Tabula ab utroque latere Tutelenſis urbis geminus vicus occurrit, alter versùs Duranium fluvium* (la Dordonne,) *quem* S. Pardouls *nominat; alter prope Viſeram* (la Veſere,) *quem* S. Perdous, *paululùm immutato nomine, dixit. Hinc, ſuperato fluvio* (la Vienne) *priuſquam ad fluvium* (Taurion) *pervenias, occurret alter vicus,* S. Pardoulx, *& item alter trans fluvium Croſam* (la Creuſe) S. Pardous les Cars. *Reperitur denique in citata Tabula Vartimpam inter & fluvium* (Vincon) *vicus, cui* S. Pardons *nomen adſcribit.*

Gallia diœceſes propagatus; & Officium proprium,

12 *Codex Beneficiorum diœceſis Lemovicenſis, anno* 1638 *Pariſiis impreſſus, præter vicariatum unum, paſtoratus* XI *enumerat, qui à* S. Pardulpho *nomen habent; quorum unus in diœceſi Pictavenſi eſt, & apud Blavium in Tabula Geographica Pictavenſis ducatûs, paginæ* 121 *ſubnexa, non procul à fonte fluminis cujuſdam, Toarcium alluentis, ac dein in Ligerim ſeſe exonerantis collocatur. Similiter & diœceſium Tutelenſis, Petrocorienſis (in qua & monaſterium eſt ſanctimonialium feminarum Ordinis S. Dominici,* S. Pardulphi *dictum, ex Margaretæ, vicecomitiſſæ Lemovicenſis, teſtamento ſeculo* XIII *exeunte fundatum, teſte Bernardo Guidonis in Hiſtoria fundationum conventuum Ordinis S. Dominici Toloſanæ & Provinciæ Provinciarum apud Martene Scriptorum veterum tom. 6, col. 527 & binis ſeqq.) Malleacenſis, Pictavenſis, Xantonenſis & Sarlatenſis codices Prioratus, paſtoratus vel vicariatus, unum aut plures, enumerant, qui à* S. Pardulpho *nomen traxêre: unde colligi poteſt, quanta in illis regionibus fuerit jam olim* S. Pardulphi *celebritas. Cultum ejus admodùm celebrem, ac latè propagatum jam inde à ſeculo* XII, *Bailletus ſcribit: imò & longè priùs in Arvernia, atque adeò veroſimillimè etiam in diœceſi Lemovicenſi ſacros honores obtinuiſſe, liquet ex Libello de ſanctis eccleſiis & monaſteriis Claromontii, cujus auctor ſub annum* 950 *fuit, quemque Labbeus tom.* 2 *Bibliothecæ librorum Mss. inſeruit, ubi pag.* 724 *hæc leguntur:* In eccleſia S. Pardulphi, altare S. Pardulphi. *In diœceſi autem Lemovicenſi ad diem* VI *Octobris colitur Officio proprio & ritu ſemiduplici. In Lemovicenſi Breviario anni* 1625 *ſic habet Oratio:* Deus, qui nos annua beati Pardulphi confeſſoris tui feſtivitate lætificas: da nobis, ejus intervenientibus meritis, & perpetua protectione muniri, & ſalutari gaudere profectu. Per Dominum &c.

quo in Lemovicenſi

13 *Lectiones ſecundi Nocturni, ex Actis hauſtæ, his verbis concipiuntur: prima;* Pardulphus, patre agricola in viculo Sardeno non longè à Garacto natus, ex caſu rami arboris, caput affligentis, à pueritia utroque orbatus eſt oculo. Ab eo tempore meliori animi lumine colluſtratus, florere cœpit bonis operibus & miraculis: nam & adoleſcens tenuis victûs & veſtitûs majorem partem traditam clanculum pauperibus erogabat, & convenientes undique infirmos, dæmonibus etiam occupatos, admoto oleo benedicto, aliquando etiam ſola manûs impoſitione curabat. *Secunda;* His & aliis pleriſque virtutibus clarus, monaſterio Garactenſi, in honorem S. Petri à Lantario, comite Lemovicenſi, extructo, licèt invitus, præficitur; mundo cœcus, at mente perſpicaciſſima religioſam vitam profeſſos in cælum ducturus. Sanctitatis exemplar abſolutum, ſibi egreſſu à cœnobio, & carnium eſu perpetuò interdixit, ſicco cibatu ſemel ut plurimùm in hebdomada victitans, noctes inſomnes in oratione, prono corpore, quantùm vires humanæ ferre poterant, ſumma cum animi ſuavitate ducebat. E

& Sarlatenſi diœceſibus

14 *Tertia;* Auribus eruditus, Pſalmos, Antiphonas, Reſponſoria, quæ, dum perageretur divinum Officium, audierat, aſſiduè animo volvebat, ſub Nonæ tempore pauperes & infirmos, qua poterat ope, maximè verbo Dei ſolabatur. Meritorum tandem præmia conſecuturus, oſtensâ ſibi à Michaële archangelo ſcalâ, per quam in cælum aſcenderet, ferè octogenarius, temporibus Caroli Magni (*imò Martelli*) & Chunoaldi Aquitaniæ ducis, ſuis & plangenti populo bene precatus, inter hæc extrema verba: "Fi-
„lii, cuſtodiat vos Dominus, & ab omni ma-
„lo defendat, & det vobis pacem, ut meritò
„audiatis deſiderabilem illam vocem: Venite be- F
„nedicti Patris mei, percipite regnum, quod
„vobis paratum eſt ab origine mundi„ pridie Nonas Octobris ſanctam efflavit animam. *Simili pariter Officio & ritu colitur in diœceſi Sarlatenſi, ſed illius feſtum in diem decimum Octobris ibi transfertur; dies verò ſextus Octobris SS. Fidei, Capraſio, Primo & Feliciano ſacer eſt, de quibus tunc pariter Officium proprium recitatur. Fortè in diem* X *Octobris* S. Pardulphi *feſtum Sarlatenſes tranſtulêre, ex quo S. Feliciani reliquiæ in Iſſigiacenſe Sarlatenſis diœceſis monaſterium Lemovico illatæ fuerunt. Hæc ex Proprio Sanctorum diœceſis Sarlatenſis, anno* 1677 *Lutetiæ Pariſiorum impreſſo; ex quo pariter Orationem de* S. Pardulpho *propriam, & Lectionem ſecundi Nocturni tertiam (reliquarum argumentum in Lemovicenſibus jam recitatis habes) huc tranſcribo.*

gaudet.

15 *Illa ſic habet:* Deus, qui in corporali cœcitate copioſo ſpiritûs ſplendore beatum Pardulfum, confeſſorem tuum, illuſtrâſti, ejus meritis & precibus cœleſte nobis lumen largiter infunde, quo omnes mundi fallacias detegentes,

AUCTORE J. B

AUCTORE J. B.

ad æternam gloriæ tuæ claritatem intendamus. Per Dominum noſtrum. *Lectio ſecundi Nocturni tertia hæc eſt :* Corpus ejus, in monaſterio Waractenſi ſepultum, longè poſtea, relictis ſarcophago & cineribus, tranſlatum eſt in monaſterium Sarlatenſe, & juxta corpus S. Sacerdotis, Lemovicenſis epiſcopi, collocatum. Cùm autem undique adventantes populi ob virtutes, quas Dominus per Famulum ſuum operabatur, quietem ac ſolitudinem monachorum perturbarent, æquum viſum eſt, Pardulfi ſacras exuvias in eccleſia S. Joannis juxta monaſterium deponere ; unde eductæ circa annum milleſimum, inſtante Guidone de Turribus, advectæ ſunt Arnacum : ubi Pardulfus multis claruit miraculis. Celebre verò illud eſt, quòd ad portam urbis Lemovicæ corpus ejus tamdiu immobile perſtitit, donec cœcus, adductus coram populo, illuminaretur. Sed & anno milleſimo nonageſimo quarto, cùm ignis ſubcutaneus vehementer iterum Aquitanos affligeret, indictis ad avertendam iram Dei ſupplicationibus, corpus ſancti Pardulfi, cum aliorum Sanctorum reliquiis, de Arnaco ad Sanctum Martialem Lemovicenſem
B advectum eſt, ubi varia coruſcârunt miracula & infirmi plurimi ſanati ſunt. *De* S. Pardulphi *cultu hæc hactenus : de variis exuviarum ejus tranſlationibus ſuus erit infrà dicendi locus, poſteaquam de iis, quæ de Sancto noſtro Acta ſuppeditant, ſermonem habuerimus.*

§ II. S. Pardulphi natales, vita, tum ſolitaria, tum monaſtica.

Natus in Lemovicibus parentibus agricolis,

Sancti Pardulphi *biographus, Sancto ſuppar, & ſtilo quidem ſimplici & veraci, non tamen veroſimiliter tam inculto, quàm præferunt exemplaria ſeu apographa Labbeanum & Mabillonianum, uſus, ut jam monui, ab illius natalibus & parentum conditione exorditur. Non rarò quidem contingit, ut, qui Sanctorum Vitas deſcribunt, fictitium illis natalium ſplendorem affingant, quaſi Sanctis laus propria, ſuiſque meritis parta non ſufficeret, niſi figmentis, etiam interdum abſonis, illuſtretur. Non ita biographus noſter :* In Occidentali plaga, *inquit,* partium Aquitaniæ, diœceſi Lemovicenſi, ex agrorum cultoribus, in vico, cujus vocabulum eſt Sardenus, vel in Sardeno monte ortus eſt puer fideli genealogia, cui nomen Pardulphus. *Conſonant Labbei & Mabillonii apographa ; ſed vicum, in quo natus eſt,* Seredinnum *appellant. Hunc Codex beneficiorum diœceſis Lemovicenſis ſuprà citatus* Sardent *vocat Gallicè ; apud Blavium verò, pariter antè laudatum, legitur* Sarden. *Situs autem eſt haud procul Varaclo, cujus ſitum ſuprà expoſui, ab eoque in Charta territorii Lemovicenſis Blaviana interjectis aliquot montibus vel collibus ſeparatur ; unde intelligas, cur biographus dixerit,* vel in Sardeno monte. *Parentes ejus agriculturam exercuiſſe, affirmant etiam apographa cetera ;* ingenuos *tamen fuiſſe, addit Sueſſionenſe noſtrum & Compendienſe Mabillonii ; quod, ut verum eſſe non difficulter admiſero, ita à vero prorſus alienum apparet ex dictis, quod in Notitia Galliarum pag.* 629 *Adrianus Valeſius ait, docere* S. Pardulphi *biographum, illum* nobilibus
C ſenatoribus natum eſſe, *quodque in ſolo Valeſio fortaſſis reperitur.*

17 *Quo tempore mundo editus fuerit* S. Pardulphus, *accuratiùs dicetur, ubi de illius obitu diſſeretur : à Sancti natalibus ad virtutes illius, quibus vel in pueritia fulſit, biographus progreditur, quas, quia commentatione non indigent, curſim nominâſſe ſufficiet. Commendat eum maximè à manſuetudine morumque modeſtia, à ſinceritate, temperantia, & inſigni commiſeratione in pauperes, quâ ductus victui ſuo, licèt tenui, veſtibuſque detrahebat, ut ſibi eſſet, quod egenis elargiretur. Caſum his inſerit, corpori ejus nocuum, ſed animæ utilem, quo ex arboris rami in caput ſuum lapſu oculorum lumen amiſit quidem, ſed intus uberiore deinceps divini luminis copia illuſtrandus.* Cœcus quidem, *inquit,* corpore, ſed fulgens in opere ; tentatus ad tempus, ſed non mortificatus ; aſpectu pauliſper privatus, ſed perpetuo bonorum opere repletus. *Eadem leguntur in Vita* S. Pardulphi *apud Mabillonium & Labbeum, uti & in Ms. noſtro Sueſſionenſi. Unde effici videtur, priſtinum oculorum uſum Sancto paulatim fuiſſe reſtitutum. Ceteris quidem cæleſtis itineris ducem, licèt cœcus eſſet, ſe præbuiſſe,* E *biographus ſubdit ; at cùm pueritiam ſeu adoleſcentiam nondum emenſus fuerat, & in parentum contubernio adhuc verſabatur. Manifeſtiùs loquitur Sueſſionenſis noſtra Epitome, quæ cœcum manſiſſe ait,* plurimis diebus, *non toto vitæ curſu : ex quibus fit, haud certum eſſe,* S. Pardulphum, *prout Breviaria Lemovicenſe & Sarlatenſe innuunt, perpetua in cæcitate vixiſſe. Litteris priùs imbutum fuiſſe, quàm oculorum uſu privatus fuerit, addit Ms. noſtrum Pragenſe ; at cùm id vel Ivonis, Cluniacenſis Prioris, vel Bernardi Guidonis, aut alterius recentioris ſit, non magni hac in re ponderis eſt, occurrentque infrà ex Actis antiquis aliqua, unde potiùs oppoſitum ſuadeatur, de quo num.* 21 *conſule.*

amiſſo viſu,

18 *Porrò quanti apud Deum meriti vel in adoleſcentia* S. Pardulphus *fuerit, frequentia, quæ tum edidit, prodigia declarârunt : illa generatim hiſce verbis biographus refert :* Cui mox tantam Dominus gratiam contulit, ut, qui ad eum veniebant, variis infirmitatibus languentes, ſi cui manum imponeret, vel oleo benedicto perungeret, aut aquam benedictam potandam daret, repentè ab eis omnes infirmitates febrium repel-
F lebantur ; etiam & qui à dæmonibus vexabantur, cùm ad eum perducti fuiſſent, obſeſſa à dæmonibus corpora liberabantur. *Hæc de Sancti prodigiis, in adoleſcentia editis, biographus, ut dixi, generatim ; ea veroſimiliter de cauſa, quòd non pauca, ſeriùs facta, enucleatiùs enarranda haberet. A prodigiis, quæ in adoleſcentia & in parentum, quantùm quidem ex illius loquendi modo apparet, domo adhuc verſans edidit, ad Waractenſis monaſterii conſtructionem, geſtamque hujus à Sancto præfecturam ſermonem convertit biographus : ſed priuſquam hùc illum ſequamur, ſiſtendum parumper eſt, & num proximè è paternis ædibus in monaſterium Waractenſe conceſſerit ; num contrà, relictis illis, in ſolitudine aliquandiu ſeorſim vixerit, ex eaque, licèt invitus, ad Waractenſis monaſterii præfecturam retractus fuerit, indagandum.*

multiſque patratis miraculis.

19 *Apographum, quod edimus, uti mox dictum eſt, à* S. Pardulphi *pueritia ſeu adoleſcentia ad ejuſdem præfecturam mox progredietur, eam illius vitæ partem, quæ inter utramque efflu-*
xit,

vitam ſolitariam inſtituit :

A *xit, intactam preterit, &, quo interea Sanctus usus fuerit vitæ instituto, divinandum relinquit: nec enim vero apparet simile, Sanctum, adhuc puerum vel adolescentem, Varactensium monachorum moderamini fuisse admotum. Eodem defectu Labbeanum & Mabillonianum apographa laborant; uti & ex contractis apographis Compendiense Mabillonii & Suessionense nostrum. Sed Lemovicensis Epitome, & Pragense apographum solitariam Sancti vitam, antequam Varactum accederet, disertè adstruunt: ex illa Mabillonius citat, quæ sequuntur:* Hinc gravis in utroque parente tristitia: sed, qui humano more lugere debuisset, parentes consolatus est. Tunc habitaculum solitarium construens, orationibus & vigiliis & jejuniis assiduus erat. *Illud verò sic habet:* Jam non permittit, sibi crescere ætatem sine virtutis incremento, sed solitarium sibi tabernaculum sive habitaculum construens, orationibus, vigiliis ac jejuniis supervacans & terrena fastidiens, cælestibus interesse festinat. *Quod autem hoc loci aiunt, verò perquàm simile est: solitarium quippe locum incoluisse* Pardulphum, *cùm Varactum evocatus fuit, satis indicant verba, quibus evo-*

B *canti se Lantbario comiti respondisse, num. 7 biographus perhibet,* numquam se ex eo loco egressurum usque ad finem vitæ suæ. *Indicat etiam, perpetuus, qui in Sancto eluxit, solitudinis amor, etiam cùm Varacti ageret, quòque à cella sua divelli numquam potuit, ut num. 8 biographus testatur.*

dein Varactum à Lantbario comite evocatus.

20 *Locus porrò, in quo solitariam vitam verosimillimè egit, in pago ejus natali Sardeno situs erat, ut ex num. 6 manifestè consequitur. Dum verò hîc* S. Pardulphus *Deo intentus vivit, virtutumque & miraculorum famâ magis magisque increbrescit, Lantharius, Lemovicensium comes, in vicino Varacto SS. Petro & Paulo Apostolis monasterium condit: provecto jam opere, de comparandis monasterio dignis incolis sollicitus, quaquàversum misit, qui Dei servos & monachos ad illud inhabitandum invitarent. Latêre comitem non potuit* Pardulphus, *vitæ sanctimoniâ ac tot prodigiis à puero clarus. Itaque Sanctum ipsemet accedit, Varactum invitat, ac tandem, licèt egre, precibus suis audientem habet. Tum Viri excellentem virtutem ac sanctitatem coràm edoctus, dignum censuit, quem coactis undique monachis abbatem præficeret. Mirum dictu, quantâ*

C *suis constitutus in hoc gradu* Pardulphus *vitæ abstinentiâ & austeritate præluxerit. Persequitur hæc omnia biographus num. 6 & tribus sequentibus: cursim ego perstrinxi, quòd nihil in illa peculiariter annotandum occurreret, & legenti plana sint atque perspicua. Inobservatum tamen præteriri non debet, quod de quotidianis ejus exercitationibus loquens num. 9 biographus prodit: etenim verbis illis:* Quod verò restabat post Horas nocturnas ex Lectionibus, quod audierat, memoriter recitabat; post Matutinas verò Laudes, Responsoria, vel Antiphonas de sanctis Martyribus decantando meditabatur, *allusio ad S. Benedicti Regulam continetur, quæ cap. 8 sic habet:* Quod verò restat, post vigilias à fratribus, qui Psalterii vel lectionum aliquid indigent, inserviatur.

monachisque abbas præfectus.

21 *Hunc Regulæ Benedictinæ locum in Observationibus ad cap. 23 Concordiæ Regularum ita Menardus commentatur:* Sensus est, ut interstitium istud, quod intercedit à fine vigiliarum nocturnarum usque ad Matutinos, hi, qui psalterii & lectionum ignari sunt, in earumdem rerum meditatione seu lectione insumant. Cùm igitur S. Benedictus dicit: "Meditationi inservia-,,tur, ,,subauditur, LECTIONUM ET PSALTERII. I. lectionum & Psalterii studio inserviatur. Nempe, ut discant rudiores rectè legere & pronunciare lectiones & psalterium, atque etiam interpretari: imò & ipsum psalterium memoriæ mandent, si possint. Et hæc fuit antiqua praxis. *Ita Menardus. Porrò ex biographo & Regulæ Benedictinæ cap. 8, prout illud Menardus interpretatur, duo colligere est; alterum,* S. Pardulphum *S. Benedicti Regulam secutum; alterum verò, de quo suprà num. 17 mentionem feci, litterarum expertem fuisse, indeque compulsum, ut Laudes, Responsoria, Antiphonas, Psalmos memoriter disceret. Hoc quidem pro conjectura habeto. Quod verò ad Regulam S. Benedicti, quam cum suis monachis* Pardulphus *secutus fuerit, spectat, non ita id fortasse accipiendum est, quin & S. Columbani Regulam sectatus fuerit: nam, teste biographo num. 6,* ex vicinis *etiam* & suburbanis locis *monachos & Dei servos conquisivit Lantharius, atque adeò vero admodùm simile est, monachos aliquot è Solemniacensi prope Lemovices* E *monasterio ad vicinum Varactense evocâsse: illud autem S. Eligius amore beati Columbani & ejus Regulæ condidit, teste Jona in Vita S. Eustasii, cujus verba recitant Cointius in Annalibus Eccl. ad annum Christi 631, num. 24, & Mabillonius Sæculo 2 Benedictino pag. 122, num. 17 in Vita ejusdem S. Eustasii.*

22 *Quo anno id monasterium condiderit Lantharius, neque biographus edicit, neque, unde utcúmque colligatur, suppeditat quidquam: ex anno* S. Pardulphi *emortuali (737, ut infrà videbitur) sub finem sæculi septimi, vel sequentis initium id contigisse, lato duntaxat modo deducitur; uti & ex miraculis, quæ* Pardulphus, *jam Varactensis abbas factus, edidit, & in quibus enarrandis biographus dein totus est. Primum, quod ex illis refert, ita ferè habet: Cùm eâ esset abstinentiâ* S. Pardulphus, *ut nec carnibus, nec volatilibus uteretur, rusticus quidam, repertos in silva fungos ad sanctum Abbatem deferens, Regnarico cuidam occurrit, qui fungos illos, per vim ablatos, sibi in mensa jussit apponi. Vix illos degustârat Regnaricus, quin ita faucibus ejus adhaserint, ut nec intromitti, nec ejici*

F *possent, dum per famulum veniam deprecatus, sancti Viri precibus suffocationis periculo ereptus est. Erat autem Regnaricus, ut biographus ait, illustrissimi viri Chunoaldi principis consiliarius ac Caroli (Martelli) legatarius seu legatus. Hinc porrò, & ex anno* S. Pardulphi *emortuali (Christi videlicet 737) infrà, ut dixi, stabiliendo, annus, quo hoc miraculum contigit, quàm proximè in hunc modum eruitur.*

miraculis clarere pergit.

23. *Notissimus est apud Rerum Gallicarum scriptores Eudo Aquitaniæ dux, gestis modò contra Saracenos, Galliam aggressos, modò contra Carolum Martellum rebus celeber. Exstincto Eudoni successit Hunaldus filius anno 735:* Anno ab Incarnatione Domini (*inquiunt Annales Francorum Metenses tom. 2 Scriptorum Rerum Gallicarum pag. 684*) DCCXXXV Eodo dux mortuus est. *Eudone mortuo, Carolus Martellus Aquitaniam subjugavit anno sequenti secundùm Annales, Petavianos vulgò dictos:* DCCXXXVI, *inquiunt,* Audoinus episcopus mortuus est. Et Karolus dimicabat contra filios Eodonum. *Aquitaniam*

quorum unum sub annum 736,

AUCTORE J. B.

tamen verò Carolus, inita cum Hunaldo pace, ipsi Hunaldo sive Chunoaldo dedit; ut Annales Metenses habent, hæc omnia ad annum 735 per anticipationem referentes. Verbis, quibus Eudonis obitum memorant, proximè subjiciuntur sequentia: Quod cùm audîsset invictus princeps Karolus, adunato exercitu, Ligerem fluvium transiit, & usque Garonnam & urbem Burdegalensem & castra Blavia occupavit: illamque regionem cepit & subjugavit cum urbibus ac suburbanis eorum. Ducatumque illum solita pietate Hunaldo, filio Eodonis, dedit; qui sibi & filiis suis Pippino & Karlomano fidem promisit. *Cùm igitur miraculum illud contigerit sub Hunaldo, per Carolum Aquitaniæ duce jam fortè constituto, & anno 737 ex dicendis* S. Pardulphus *obierit, ad annum 735 vel potiùs 736 vel sequentem id referri oportere, verosimillimum est.*

alterum verò

24 *Quæ apud biographum à num.* 12 *usque ad* 14 *sequuntur miracula, commentatione non indigent, nec ullam habent notam, unde, quo circitèr tempore contigerint, definias, si illud, quod num.* 14 *de paralytico, qui per quinquennium in S. Martini Turonensis porticu jacuerat,*

B

S. Pardulphi *ope sanitati restituto, refertur, excipias. Contigit illud, teste biographo, cùm S. Martini Turonensis cœnobio abbas præerat Audelandus; de quo quia infrà sermo recurret, juverit hîc, in tempus, quo dictum cœnobium abbas rexerit, prævìè indagare. Sammarthani fratres tom.* 4 *Galliæ Christianæ col.* 612 *S. Martini Turonensis abbates hac serie memorant, tertium scilicet Vudelandum, quartum Gontrannum, quintum Autlaudum seu Auctolandum. Vudelandum memorant* ex diplomate Pancartæ nigræ, scripto XIII regni Theuderici regis IV Calendas Julias de rebus proprietatis suæ datis in patria Alemmannica, in pago Brisiganse. *Annus Theodorici (Calensis nimirum, de quo tantùm hîc sermo esse potest) decimus tertius incidit in annum Christi 732; cur ergò hujus successorem Gontrannum ex eadem Charta sub Ibbone, Turonensi archiepiscopo, & anno 721 sedisse aiunt? Itaque Vudelandum perperam ab Autlando, Gontranni successore, distinxisse videntur.*

ante annum 734 contigit,

C

25 *Autlandi, S. Martini Turonensis abbatis, mentio fit apud Martene tom.* 1 *veterum Scriptorum col.* 34 *in diplomate Caroli Magni pro eodem monasterio his verbis:* Venerabilis Hitherius abba ex monasterio S. Martini eximii confessoris Christi, peculiaris patroni nostri Turonicæ civitatis, ubi ipse pretiosus in corpore requiescit, innotuit serenitati regni nostri, qualiter antecessor suus Autlandus abba quasdam villas instituerit, quæ fratribus mensuatim per totum annum servire debent. *Item in Præcepto Caroli Calvi, pro Turonensi S. Martini ecclesia apud laudatum Martene col.* 107, *ubi inter Fredegisi, S. Martini Turonensis abbatis, decessores Autlandus, Vulfardus & Itherius numerantur. Hinc, opinor, Sammarthani fratres Vulfardum Autlando velut proximum illius successorem, nullo alio interjecto, subjecerunt. Verùm Autlando, non Vulfardus, sed Teutsindus proximus successor fuit: rexit enim Autlandus S. Martini Turonensis abbatiam anno ex jam dictis Theodorici Calensis* XIII, *id est anno Christi 732: præerat verò eidem Teutsindus anno Theoderici decimo quinto, qui cum anno Christi 734 connectitur in Chronico Fontanellensi cap.* 9, *scripto sub Ludovico Pio. Verba ejus tom.* 3 *Spicilegii Acheriani pag.* 210 *sic habent:* Teutsindus, Pater cœnobii S. Martini Turonensis ecclesiæ, sortitur locum regiminis (*monasterii Fontanellensis*) anno Dominicæ Incarnationis DCCXXXIV, Indictione II, qui erat annus præfati regis Theodorici decimus quintus. *Ex quibus quidem hoc loci tantùm concludo, miraculum sanati à* S. Pardulpho *paralytici, qui per quinque annos in porticu S. Martini Turonensis jacuerat, non seriùs, quàm anno 734, contigisse: sed ex iisdem Cointii sententiam de anno obitûs* S. Pardulphi *infrà refellam. Nunc ad biographum redeo.*

D

& insignis in Deum fiducia.

26 *Insigne fortitudinis, animique in Deum fiduciâ pleni, specimen à* S. Pardulpho *editum num.* 15 *biographus refert. Fusi ingenti prælio à Carolo Martello, & Eudone, Aquitaniæ duce, Saraceni fugâ sibi consulebant: barbaræ gentis furorem clades accepta acuebat; & quidquid obvium habebat, seu sacrum seu profanum, igni ferroque tradebat. Jamque allatus Varactum rumor fuerat, certum* S. Pardulphi *monasterio exitium à Saracenis imminere: territi monachi, deserto monasterio, ad tutiora loca se receperunt; uni* Pardulpho *persuaderi fuga non potuit; sed,*

E

Deo fretus, barbarorum adventum intrepidus exspectavit, latitante unico famulo, qui audacior ceteris rei exitum opperiebatur. Brevî pòst ad Varactense monasterium Saraceni pervenerunt; sed, instante orationi Pardulpho, *illaso monasterio abiêre, divina virtute compulsi. Cladem illam Baronius ad annum 725 retulit ex Annalibus Fuldensibus; quam recentiores eruditi ad annum 732 passim differunt, à quibus stant plerique veteres Rerum Francicarum Annales. Ex his aliquot, unde pugnæ locum, annum, mensem & feriam disces, recitabo.*

anno, ut apparet, 732

27 *Annales Francici, qui vulgò Nazariani dicuntur, & ab anno 707 ad usque annum 752 excurrunt, sic habent:* DCCXXXII Karlus pugnavit contra Sarcinos (*Saracenos*) die Sabbato ad Pictavis. *Petaviani ab anno 708 ad annum 751:* DCCXXXII Karolus habuit bellum contra Saracenos in mense Octobri, die Sabbato. *Tiliani ab anno 708 ad annum 750:* DCCXXXII Karolus habuit bellum contra Sarecinos. *Chronographus Fontanellensis, de quo suprà:* Hujus (*Landonis, abbatis Fontanellensis & Remensis archiepiscopi*) anno secundo, id est, Dominicæ Incarnationis septingentesimo trigesimo secundo,

F

Eudo, dux Aquitanorum, cernens se superatum, & ad defendendam patriam suam contra Carolum se viribus esse destitutum, gentem perfidam Saracenorum ad auxiliandum sibi invitat (*imò verò potiùs Caroli in hac pugna comes & adjutor*) qui cum rege suo, Abdirama nomine, Garomnam fluvium transeunt, Burdegalim urbem pervenerunt, ibique ecclesiis Dei igne concrematis, pluribusque Christianis interfectis, usque ad Pictavem urbem, basilicamque S. Hilarii ign concremârunt, & ad beatissimi Materni (*lege* Martini *Turonensis*) ecclesiam subvertendam summo conamine proficisci contendunt. Contra quos Carolus princeps juxta urbem Pictavem aciem construxit, & super eos, invocato Christi auxilio, intrepidus irruit, & eos cum rege eorum ad internecionem usque delevit. Acceptisque spoliis eorum, nomen Domini glorificans, totâ jam Aquitaniâ subactâ, cum triumpho ad propria revertitur. *Ex quibus verbis colligere est, inter Pictavium & Turonensem civitatem fuisse pugnatum, ac fieri potuisse, ut è dispersis Saracenis aliqui Varactum deflexerint,*

qua-

A *quaquà poſſent, in Hiſpaniam per Vaſconiam aut Septimaniam, quæ Saracenorum imperio parebant, redituri.*

ſpecimen præbet. 28 *Anaſtaſius Bibliothecarius prædictam Saracenorum cladem Eudoni, nulla facta mentione Caroli Martelli, ſub Gregorio II retulit, qui anno 731 ex hac vita migravit. Verùm Anaſtaſius duplex cum Saracenis prælium perperam miſcet; alterum, quo Eudo ſub annum 725 Saracenos fudit, alterum, quo Carolus Martellus unà cum Eudone denuò eoſdem protriviſſe perhibetur anno 732. Colligitur id ex ipſis Anaſtaſii verbis: etenim prælium illud, quod ſub Gregorio II refert, accidiſſe ait,* cùm jam Hiſpaniarum provinciam per decem (*Saraceni*) tenerent annos: *Roderico autem teſte lib. 3, cap. 21, Gothicum regnum ærâ 752, ſeu anno Chriſti 714 Saraceni everterunt. At aliunde, cùm idem Anaſtaſius cecidiſſe dicat eo prælio, (quod non ſine adulatione à variis ſcriptoribus proditum appareret) Saracenorum* trecenta ſeptuaginta quinque millia, *quod de Caroli Martelli cum Saracenis pugnâ paſſim refertur, ſatis apparet, Anaſtaſium duplex prælium in unum idemque confudiſſe;*

B *quod etiam Paulus Diaconus lib. 6 de Geſtis Langobardorum cap. 46 fecit. Primum prælium prope Rhodanum geſtum eſſe, Anaſtaſius ſcribit; at poſterius prope Pictavium Ligerimque contigiſſe, jam vidimus. Anno 721 Eudonem Saracenorum copias ex Aquitania pepuliſſe, notant Annales Nazariani & Petaviani: Chronicum verò Moiſſiacenſe ab Eudone Saracenos Toloſam obſidentes ingenti clade affectos fuiſſe, etiam ſcribit: pluribus igitur prælis Saracenos Eudo vicit, quorum ſaltem unum anno 732 unà cum relato hîc à biographo* S. Pardulphi *miraculo illigandum eſt.*

Alterum ejuſdem miraculum. 29 *Cetera, quæ à num. 16 perſequitur biographus,* S. Pardulphi *miracula tacitus prætereo, de quibus, ſi quid annotandum occurret, paucis id in Annotatis fiet: de poſtremo tamen, quod num. 18 ad calcem refert, quòd annexam habeat temporis notam, de qua Valeſium inter & Mabillonium non convenit, nonnulla diſſerere juvat. Miraculum ſic habet:* S. Pardulphus *viri cujuſdam è pago Bituricenſi filium è ſacro fonte ſuſceperat; defuncti aliquantò poſt pueri cunas, quæ vivo illo ſponte agitari ſunt viſæ, neſcio, quo*

C *loco, in ſuis ædibus parentes ſuſpenderunt; acciditque deinde, ut Franci Aquitaniam hoſtiliter ingreſſi ceteras apud Bituricenſem civitatem domos igne concremârint; hanc autem, in qua dictæ cunæ ſuſpenſæ erant, exurere non potuerint. Contigit ea Francorum in agrum Bituricenſem irruptio eo tempore, quo Hunaldus, Eudonis filius & in ducatu Aquitaniæ ſucceſſor, Carolo Martello, cui, uti & ejus filiis, fidem ſuam obſtrinxerat, jam è vivis erepto, res novas moliri cœpit, & à Carolomanno & Pippino, Martelli filiis, ad officium redire coactus eſt, quod ad annum 742 Rerum Francicarum lib. 25 Valeſius refert.*

quod anno 741 Mabillonius, 30 *Mabillonius autem in Annotatis ad* S. Pardulphi *Vitam ſic loquitur:* Id contigit anno DCCXLI paulò poſt mortem Caroli Martelli, ut in Chronici Fredegariani continuatione legitur cap. III. *Verùm neque id ait Fredegarii continuator, neque is Valeſio refragatur: Carolum Martellum obiiſſe ait,* undecimo Cal. Novembris, *videlicet anni* 741 *ex Mabillonii aliorumque calculo; narrata Caroli morte, Chiltrudis, Caroli filiæ, cum Odilone Bavariæ duce conjugium refert: tum ita proſequitur:* Interea rebellantibus Waſconibus in regione Aquitaniæ cum Chunoaldo duce, filio Eudone (*Eudonis*) quondam, Carolomannus atque Pippinus, principes germani, congregato exercitu, Ligeris alveum Aurilianis urbe tranſeunt, Romanos (*id eſt, Aquitanos*) proterunt, uſque Beturigas urbem accedunt, ſuburbana ipſius igne comburunt. Chunoaldum ducem perſequentes fugant, cuncta vaſtantes Lucca (Loches *prope Turones*) diruunt &c. *Hæc Fredegarii continuator, quæ verè abs illo dici potuêre, etſi, quæ verbis mox laudatis narrat, anno 742 poſt Paſcha ſeu Kalendas Apriles contigiſſent.*

AUCTORE J. B.

rectiùs ſequenti innectit Valeſius. 31 *Imò verò, æſtate anni 742 iſta contigiſſe, ipſe Fredegarii continuator indicat, prædicti caſtri expugnationi mox iſta ſubjiciens:* Unde reverſi circa tempus autumni (*utique anni 742*) eodem anno iterum exercitum admoverunt ultra Rhenum contra Alemannos. Eodem, *inquit,* anno, *non quo Carolus Martellus obierat, ſed quo poſt illius obitum Biturigum ſuburbana combuſſerant, & caſtrum Lucca Carolomannus & Pippinus expugnârant. Ut adeò Valeſio Fredegarii continuator non modò non adverſetur, ſed patrocinetur. Accedunt Annales Francorum Metenſes tom. 2 Scriptorum Rerum Gallicarum pag. 685 & 687, ab anno* 687 *uſque ad annum* 749 *producti, qui anno* 741 *Caroli Martelli obitum, & Carolomanni & Pippini in fratrem ſuum Gripponem, qui Lugdunno Clavato ſe inoluſerat, expeditionem; anno verò* 742 *motum ab iiſdem in Hunaldum, Aquitaniæ ducem, bellum conceptis verbis innectunt; quod etiam faciunt Annales Nazariani, Petaviani & Tiliani, & hi quidem his verbis:* DCCXLI Karolus Major-domûs defunctus eſt. DCCXLII Carolomannus & Pippinus Major-domûs duxerunt exercitum contra Hunoldum ducem Aquitanorum & ceperunt caſtrum, quod vocatur LUCCAS. *Itaque Valeſii ſententiâ ſtandum omnino videtur.*

§ III. S. Pardulphi obitus & tranſlationes.

Inſtante anno vitæ 80, E

ATtigerat S. Pardulphus *jam ætatis ſuæ annum ferè octogeſimum, teſte biographo, cùm inter ſuorum lacrymas puriſſimæ vitæ curſum beato fine terminavit, ſuos vix ſpiritum trahens his aut ſimilibus verbis conſolatus:* Viriliter agite & confortetur cor veſtrum & expectate Dominum. Ad eum accedite & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. Nihil vobis deerit, ſi timueritis Dominum, & non privabit bonis ambulantes in innocentia, ut meritò aliquando audiatis deſiderabilem illam vocem Domini: "Venite „benedicti Patris mei, percipite regnum, quod „vobis paratum eſt ab origine mundi.„ *Adjuncta varia, quæ beati Viri obitum comitata ſunt, dilucidè ſatis biographus exponit, ut, his diutiùs immorari, non ſit neceſſe: ſolùm in annum ejus emortualem, quem* 737 *Mabillonius, Cointius verò* 743 *fuiſſe contendit, inquiro. Characteres illius anni chronicos biographus binos ſuggerit, alterum, quòd ſub Hunaldo, Aquitaniæ duce, diem ſuum obierit; alterum verò, quòd die Dominico; cui, ſi tertium jungas, non quidem à biographo traditum, veroſimillimum tamen, quòd nempe obierit die* VI *Octobris, qui* S. Pardulpho *ab omni retrò memoria ſacer fuit; in Mabillonii Cointive ſententiam abeas, neceſſe eſt.*

33 *Hunaldus ab anno* 736 *uſque ad annum*

AUCTORE I. B. *vel currente Anno 737.*

744 *acceptum à Carolo Martello Aquitaniæ ducatum tenuit : primum Annales partim Metenſes, partim Petaviani docent, quorum verba habes num.* 23. *Alterum iidem Annales Metenſes ad annum* 744, *ubi ſic habent :* Eodemque anno Hunaldus dux germanum ſuum, nomine Hattonem, per falſa ſacramenta decipiens, de Pictavis ad ſe venire juſſit, cui ſtatim oculos eruit & ſub cuſtodia retruſit. Sed non poſt multos dies, Hunaldus, coronâ capitis depoſitâ, &, monachi voto promiſſo, in monaſterium, quod Radis (l'Iſle de Ré *in Oceano Aquitanico*) inſolâ ſitum eſt, intravit, filiumque ſuum Waifarium in principatu reliquit. *Rectè igitur Mabillonius perinde ac Cointius* S. Pardulphi *obitum iiſdem annis circumſcripſerunt. Porrò anno* 737, *qui Mabillonio placuit, littera Dominicalis erat* F, *& dies* VI *Octobris in Dominicam incidebat : audio, inquiet Cointius ; ſed hæc anno* 743 *æquè ac anno* 737 *congruunt. Quapropter aliunde is ſuam nititur ſtabilire ſententiam : nimirum partim ex anno, quo Autlandus S. Martini Turonenſis monaſterii regimen capeſſivit, partim ex biographo num.* 14. *Sic igitur arguit.*

B

non 743, *ut Cointius,*

34 *Teutſindus, monaſterii jam dicti abbas, obiit anno* 738, *vel certè illi eodem anno Vido in monaſterii Fontanellenſis regimine ſucceſſit, ut ſcribit auctor Chronici illius monaſterii : at Teutſindo (abbas is erat militaris duplici abbatia donatus, ut tempore Caroli Martelli hujuſmodi hominibus non rarum erat abbatias conferri) in S. Martini Turonenſis monaſterio ſucceſſit Autlandus. Porrò hic S. Martini Turonenſis abbas jam erat,* Pardulpho *adhuc ſuperſtite, quod è biographo laudato liquet. Anno igitur* 738 *nondum e vivis* S. Pardulphus *exceſſerat. Differri proinde debet annus ejus emortualis ad annum* 743, *quo ſolo poſt annum* 738, *Aquitaniam moderante Hunaldo, cucurrit littera Dominicalis* F. *Ita ferè Cointius, ſed duplex hîc peccatum admittens : alterum quidem, quo Teutſindum Autlandi deceſſorem facit ſine idoneo teſte. Fateor, in Præcepto Caroli Calvi, de quo num.* 25, *Fredegiſi, S. Martini Turonenſis abbatis, deceſſores hoc ordine recenſeri : Autlandus, Vulfardus, Itherius : at num præterea hi omnes ſibi proximè ſucceſſerunt ? Non Teutſindo Autlandum ; ſed illum huic ſucceſſiſſe, ex dictis numm.* 24 *& ſeq., quos conſule, longè mihi quidem veroſimilius apparet. Alterum verò Cointii peccatum in eo cubat, quòd eumdem biographum, qui Autlandum, jam S. Martini Turonenſis abbatem factum,* S. Pardulpho *æqualem facit, non animadverterit, pariter dixiſſe num.* 19 S. Pardulphum *vitam finiiſſe non modò ſub Hunaldo Aquitaniæ duce, ſed* ea tempeſtate *etiam,* quâ præcelſus Major-domûs Carolus (*Martellus*) regeret Franciam, *quem anno* 741 *è vivis abiiſſe, Cointius ipſe unà cum ceteris eruditis ſcribit. Ceterùm Cointius Menardum, qui* S. Pardulphum *Caroli Magni tempore obiiſſe ſcribit, rectè refellit ; ſed, quod ad Sancti annum emortualem ſpectat, Mabillonio adhærendum. Denique cùm ex dictis* S. Pardulphus *obierit anno* 737 *ferè octogenarius, natum illum eſſe ſub annum* 657, *ut moneam, non opus eſt.*

C

35 *Eumdem errorem Menardo antiquior Gaufredus, Prior Voſienſis, parte* I *Chronici ſui cap.* 15, *& hunc ſecutus Bernardus Guidonis lectori ſuo propinârunt his verbis :* Floruit (*S. Pardulphus*) tempore Stephani Papæ ſecundi, qui cœpit anno DCCLII. Migravit autem ſub Carolo rege, & duce Aquitanorum Hunaldo. *Refelliturque ex biographo num.* 19, *ubi* S. Pardulphum *non ſub Carolo Magno Francorum rege, ſed Carolo Majore-domûs, ſeu Martello, obiiſſe ait. Deceperit fortaſſe Gaufredum bellum Aquitanicum, quod mortuo Pippino adverſus Hunaldum, ſeu Hunoldum, Carolus Magnus geſſit, de quo Eginardus in Vita Caroli :* Nam & Hunoldum, qui poſt Waifarii mortem Aquitaniam occupare, bellumque jam penè peractum reparare tentaverat, Aquitaniam relinquere & Vaſconiam petere coëgit. *Sed Hunaldus hic ab Hunaldo, Waifarii patre, & anno* 744 *monaſterium, ut ſuprà retuli, ingreſſo, alius eſt ; aut, ſi idem eſt, deſertoque monaſterio poſt filii ſui Waifarii mortem Aquitaniam recuperare ſtuduit, non modò cum Carolo, jam rege Francorum facto, ſed antè etiam cum Carolo Martello bella geſſiſſe dicendus eſt ; atque adeò vel ſic Gaufredus, eumque ſecutus Bernardus Guidonis, biographum* S. Pardulphi *ſibi refragantem habent.*

uedum ſub Carolo Magno, ut alii ſcribunt, obiit :

D

36 *Porrò quis locus defuncti* S. Pardulphi *exuvias exceperit, declarat ipſe biographus num.* 17 *de S. Albini Varactenſi eccleſia ſcribens :* Ubi poſtea corpus ſancti viri Pardulphi jacet humatum. *Sitne hic S. Albinus Andegavenſis epiſcopus, cujus Acta ad diem* 1 *Martii in Opere noſtro illuſtrata ſunt, cui ædes ſacræ, templa & monaſteria plurima per totam Galliam dedicata ſunt, mihi incompertum eſt. Diu quidem* S. Pardulphi *corpus penes Varactenſes fuiſſe, aiunt ; ſed poſt longa annorum curricula Varactо Sarlatum, modò epiſcopale in Aquitania & Petrocorienſi provincia oppidum, tranſlatum fertur, & juxta S. Sacerdotis, Lemovicenſis epiſcopi, corpus in eccleſia huic dedicata collocatum : conſule Proprium Sanctorum diœceſis Sarlatenſis num.* 15 *laudatum.* S. Pardulphum *ab obitu ſuo multis prodigiis Varacti, dum illic ejus reliquiæ quieverunt, inclaruiſſe, ex numm.* 17, 18, *&* 21 *Actorum colligi facilè poteſt : at non minùs Sarlati prodigiis claruiſſe, neceſſe eſt : ſi quidem illius temporis monachi S. Salvatoris (anno* 1561 *Benedictinum habitum cum canonico commutârunt) quorum tunc erat S. Sacerdotis eccleſia, quæ modò cathedralis eſt, inde ob frequentem populi ad* S. Pardulphum *concurſum illius reliquias in eccleſiam S. Joannis extra monaſterium transferendas curârunt, ut legitur in Proprio Sanctorum mox citato. Negant quidem Varactenſes,* S. Pardulphi *corpus umquam penes Sarlatenſes, ſaltem conſtanter, fuiſſe ; idque pignus penes ſe permanſiſſe contendunt : Sarlatenſes verò, Sancti tantummodò ſarcophagum & cineres Varactenſibus relictos, aiunt : utut ſit, Sarlatenſes ſaltem partem ſacri corporis habuiſſe, eamque opinionem jam olim hominum animis inſedиſſe, tum ex jam dictis, tum ex dicendis veroſimillimum eſt.*

ejus reliquiæ primùm Varacto Sarlatum,

E

F

37 *Qua verò occaſione aut modo Varactenſes* S. Pardulphi *reliquias, magnam ſaltem partem amiſerint, nuſquam reperi : quo pacto autem Sarlato ex eccleſia S. Joannis deinde Arnacum pervenerint, exponit in Chronico Gaufredus, Voſienſis Prior, cujus priuſquam verba recitem, nonnulla tum de Arnaco, tum de tempore, quo illuc* S. Pardulphi *reliquiæ delatæ fuerunt, juvat præmittere :* Arnacum oppidulum, *inquit Mabillonius in Appendice ad Acta* S. Pardulphi, ſitum eſt in Lemovicibus uno lapide à caſtro Pompedorio, POMPADOUR, inter Voſienſem abbatiam & Tutelam urbem : *id nominis etiam ejuſdem loci Benedictinum monaſterium gerit ; cujus hanc Mabillonius notitiam exhibet :* Poſtmodùm

poſt verò Sarlato Arnacum,

A dùm relatum eſt Sancti corpus in cœnobium Arnacum, ARNAC, in cujus eccleſia hactenus adſervatur. Iſtud monaſterium redactum in Prioratum monachorum cœtu deſtitutum: de quorum reſtitutione cogitant prænobiles domini de Pompedorio, qui in S. Pardulphi eccleſia ſepulturæ locum habent. *Hæc de Arnaco: de tempore verò, quo Sancti reliquiæ Arnacum delatæ fuerunt, obſervo errorem in Gaufredi Chronico, prout apud Labbeum exſtat, occurrere.*

ut ſcribit Gaufredus,

38 *Gaufredus Chronicum ſuum exorſus à* S. Pardulphi *corporis Arnacum tranſlatione, ac tempus, quo illa contigit, utcúmque determinaturus, duplicem temporis notam adhibet, initium nempe regni Roberti, Franciæ regis, quod circa 996 incepiſſe, ait, & principatum Guilielmi, Aquitaniæ ducis,* Teſte d'Eſtouppe *cognomento dicti. Robertus ab obitu patris ſui Hugonis Capeti Francici regni clavum tenuit uſque ad annum* 1031. *Guilielmum verò, cui cognomen* Teſte d'Eſtouppe *jam inde ab anno 963 obiiſſe, ſcribit Beſlius ex Chronico Malleacenſi, cujus apud Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Mss. pag.* 204 *hæc verba ſunt:* Anno DCCCCLXIII obiit Willelmus (caput Stupæ, *ut paulò antè vocatur*) apud S. Maxentium, ubi erat Odo abbas. *Hic igitur perperam in Labbeano Gaufredi Chronico Roberti tempore Aquitaniæ præfuiſſe memoratur. Quo determinato anno tranſlatio iſta contigerit, invenire nuſquam potui, neque dilucidè ſatis è Gaufredo eruere.* Circa annum milleſimum, *ait Proprium Sanctorum diœceſis Sarlatenſis*; circa annum MXXVIII *Bailletus. Sanè ultra hunc differri non poſſe, ex iis, quæ ex Gaufredo mox referam, manifeſtò efficitur.*

B

cujus de poſteriori tranſlatione

39 *Is* S. Pardulphi *tranſlationem, de qua agimus, parte* 1 *Chronici cap.* 2, 3 *&* 4 *ita deſcribit:* Dulciſſimi (*ad nomen Gallicum* S.Pardoux *alludit:* Doux *enim Gallicè idem valet, quod Latinè* Dulcis: *unde* Perdulcem *ſeu* Dulciſſimum *appellat*) patris Pardulphi corpus longè poſt ejus tranſitum de cœnobio Garactenſi delatum eſt in monaſterio Sarlatenſi, & juxta corpus S. Sacerdotis, Lemovicenſis epiſcopi, honeſtè collocatum eſt. Illic multarum ſignis virtutum populorum turbas invitans, monachis ibidem tunc religioſis nauſeam ingerebat. Quapropter abbatem à Pontifice ſeparantes in eccleſiam S. Joannis extra monaſterium tranſtulerunt; dehinc ſubtractâ ſignorum frequentiâ, Pardulphum Sacerdoti parem divina Pietas dicitur oſtendiſſe. Eo tempore Guido de Turribus, qui cognominatus eſt NIGER, inter principes Lemovicini clima-

C tis probitatis titulo clarebat. Erat illi uxor non diſpar natalibus, ENGALCIAS nomine, filia principis Malamortenſis caſtri, quæ S. Geraldi Aureliacenſis ex nepte proneptis extitiſſe narratur. Hi enim eccleſiam de Arnaco, quæ olim fuit in honore ſancti Petri parva quidem, ſed parochialis, in melius ampliare ſtudebant.

narratio

40 Hunc adivit Sarlatenſis presbyter quidam, & de corpore ſancti Pardulphi transferendo ſeſe miniſtrum, Deo auctore, fore ſpopondit. Qui Sarlato rediens, Sancti reliquias de loculo transfert in loculum. Deinde noctu properat ire: ne verò per diem res cognoſceretur, aſinum ſtravit, &, ut ruſticè loquar, ſuperpoſuit baſtas (*caniſtra*) in quarum una lipſanum Sancti poſuit, in alia Gausbertum puerum ſuum recondidit, quæ omnia linteo cooperuit: obviantibus verò dicebat, in mercato Saliniacenſis caſtri, quod agitur quintâ feriâ, panem ferre ac referre. Sicque devenit ad Viſeræ litus (tunc inter vicecomites fuit hoſtilitas permaxima pro Ave vicecomitiſſa, quæ dicebatur BLANCHA) die notata venit ad fluvium inclytus heros, militum turmam ſecum armatam promptè conducens. Quid multa? Suſcipitur à principe theſaurus pretioſior auro: ipſaque die in villa de Perpeſac, non hoſpites, ſed domini hoſpitati ſunt: poſtera die, hoc eſt, XIX Kal. Januarii, Arnaco devenerunt, & in eccleſia ſua novus hoſpes poſſeſſor perpetuus effectus eſt. AUCTORE J. B.

hîc exhibetur

41 Tunc, facta ſolemni donatione, contulit cœnobium abbatibus S. Martialis (*Lemovicenſis*) & Hugoni & Gaufredo, donum iſtud poſtea Lemovicenſis pontifex Jordanus approbavit, & Benedictus Papa confirmavit. Tunc monachis intromiſſis, Chargerio capellania conceditur, poſtmodùm verò capellaniam de Segunzac eidem commiſit Guido de Turribus, ut integra libertate monachi in eccleſia propria libertate potirentur. Laïcorum enim principum auctoritate multa tunc in eccleſia diſponebantur; unde nunc PROVISORES ſive DEFENSORES vocantur. Eccleſia enim de Segunzac primitus data eſt beato Pardulpho &c. *Repoſitis Arnaci* S. Pardulphi E *reliquiis, ejuſdem loci eccleſiam in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis conſecravit ſuprà memoratus Lemovicenſis epiſcopus Jordanus: annum & diem Gaufredus docet cap.* 9. Hujus (*Odolrici abbatis S. Martialis Lemovicenſis*) rogatu dominus Jordanus de Laron, Lemovicenſis epiſcopus, antequam abiret Hieroſolymis, conſecravit monaſterium de Arnaco, in quo quieſcit corpus almi Pardulphi, in honore ſanctiſſimæ Trinitatis Idus Julii anno Dominicæ Incarnationis MXXVIII. Adfuit ibi Guido de Turribus cum venerabili conjuge Engalſia, aliàs Emalſia &c. *Cap. verò* 29 *novam eccleſiæ Arnacenſis conſecrationem Petro Burdegalenſi, Lemovicenſi item epiſcopo, adſcribit: dedicavit præterea monaſterium de Arnaco* XV *Kalendas Decembris, in honorem Sanctæ Trinitatis, ſanctique* Pardulphi, *cujus corpus illic honeſtè quieſcit. Præfuit Petrus Lemovicenſi eccleſiæ ſub annum* 1100, *ſed non diu.*

expenditurque,

42 *Reliquiarum* S. Pardulphi *Sarlato Arnacum tranſlationem ultra annum* 1028 *differri non poſſe, dixi num.* 38: *patet id ex iis, quæ de Arnacenſis eccleſiæ, collocatis jam in illa* S. Pardulphi *reliquiis, per Jordanum epiſcopum Lemovicenſem conſecratione è Gaufredo recitavi. Idem Gaufredus jam laudatus nonnulla refert, quibus fortè poſſet annus, quo Sarlato Arnacum* S. Pardulphi *reliquiæ allatæ fuerunt, propiùs definiri: hujuſmodi eſt parentheſis illa:* Tunc inter vicecomites fuit hoſtilitas permaxima pro Ave vicecomitiſſa, quæ dicebatur BLANCHA. *Sed qui fuerint vice-comites illi, quæ Avis, vel Ave, itidem vicecomitiſſa, aſſequi non licuit. Alia præterea quædam narrationi ſuæ Gaufredus immiſcet, quæ partim quidem à vero aliena videntur, partim verò, quæ dictam tranſlationem aliquot ſaltem annis priùs, quàm anno* 1028 *contigiſſe, innuunt. Falſum videtur, Jordanum Lemovicenſem epiſcopum factam à Guidone de Turribus Arnacenſis cœnobii abbatibus S. Martialis Lemovicenſis donationem, Gaufredi Lemovicenſis S. Martialis abbatis tempore approbâſſe: Gaufredus enim, S. Martialis abbas & Hugonis deceſſor ante Giraldum ſeu Girardum, Jordani in Lemovicenſi epiſcopatu deceſſorem, è vivis exceſſit. Ita Ademarus, ſcriptor æqualis, & apud S. Martialem Lemovicenſem aliquando monachus, dein verò S. Eparchii:*

F

Defuncto

AUCTORE J. B.

Defuncto quidem Josfredo abbate (*seu Gaufredo,*) Ugo ei succeſſit, cui epiſcopus Girardus adverſus exſtitit, zeli causâ recuſans dare conſecrationem, quia non poterat ſibi vindicare abbatiam, ideóque per biennium non minima ſeditio fuit civilis, *inquit Ademarus apud Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Mss. pag. 176.*

ſub initium ſeculi XI *transferuntur; uti & Lemovicum, ſed ad tempus tantùm,*

43 *Benedictus tamen Pontifex, hujus nominis VIII, qui ab anne circitèr* 1013 *ad annum uſque* 1024 *S. Petri cathedram occupavit, tum Gaufredi, tum hujus ſucceſſoris, nempe Hugonis, tempore dictam donationem confirmare potuit; quod ſi revera contigit, ſaltem annis* 4 *ante annum* 1028 S. Pardulphi *reliquiæ Sarlato Arnacum allatæ fuerunt; imò fortè & ante ſuſceptum S. Martialis abbatiæ à Gaufredo regimen, quod ab anno* 1008 *initium cepiſſe, auctores Galliæ Chriſtianæ auctæ tradunt tom. 2, col.* 557; *ita ut hinc Proprio Sanctorum Sarlatenſi,* S. Pardulphi *reliquiarum Sarlato Arnacum tranſlationi annum circitèr milleſimum aſſignanti, nonnihil ponderis videatur accedere. Alteram* S. Pardulphi *reliquiarum Arnaco ad urbem Lemovicinam tranſlationem, ſed temporariam dumtaxat, refert Gaufredus cap.* 27, *quem audi:* Anno Domini MXCIV iterata lues ſubcutanei ignis plebem Aquitanicam atrociſſimè torrebat. Hi quantocyùs ad patronum proprium confugientes, auxilium de Sancto accipere meruerunt. De toto nempe Lemovicino ad ſanctiſſimum Martialem delata ſunt ſancta Sanctorum corpora, confluentibus undique populorum ac principum turmis. Tunc Dominus omnipotens beatum Pardulphum præclaris decoravit miraculis; cujus corpus illic de Arnaco maximo cum honore fuerat deportatum.... Facta eſt hæc tranſlatio Sanctorum circa feſtivitatem Nativitatis perpetuæ virginis Mariæ anno, quo ſuprà. *Iteratam luem fortè vocat, quia eadem centum annis antè in Lemovicibus graſſata fuerat, quam, uti & quid ea occaſione præſtitum ſit, ita apud Labbeum ſæpe citatum pag. partim* 170, *partim ſequenti Ademarus deſcribit.*

B

annis 1024

44 His temporibus peſtilentiæ ignis ſuper Lemovicinos exarſit. Corpora enim virorum & mulierum ſupra numerum inviſibili igne depaſcebantur, & ubicúmque planctus terram replebat. Josfredus ergò abbas S. Martialis (*alter ab illo, de quo num. ſuperiore & duobus præcedentibus*) qui ſucceſſerat Wigoni, & Alduinus epiſcopus, habito concilio cum duce Wilhelmo, triduanum jejunium indicunt. Tunc omnes Aquitaniæ epiſcopi in unum Lemovicæ congregati ſunt, corpora quoque & reliquiæ Sanctorum undecúmque ſolemniter advectæ ſunt ibi, & corpus S. Martialis, patroni Galliæ, de ſepulchro ſublatum eſt, unde lætitiâ immensâ omnes repleti ſunt, & omnis infirmitas ubique ceſſavit, pactumque pacis & juſtitia à duce & principibus viciſſim fœderata eſt. *Ita ille de lue anni* 994. *Graſſante verò ſeculo pòſt, ſive anno* 1094, *eadem iterum in Lemovicenſes lue, è miraculis, quibus tunc à De* S. Pardulphum *decoratum, cap. citato Gaufredus ait, unum memorat cap.* 15 *his verbis:* Cujus corpus ſanctum ad portam urbis Lemovicenſis tamdiu immobile perſtitit, donec cœcus adductus coram populo illuminatus fuit.

C

& 1212.

45 *Litem jam pridem fuiſſe Varactenſibus cum Arnacenſibus de* S. Pardulphi *corpore, ſuprà monui: hinc factum, ut anno* 1212 *Varactenſes* S. Pardulphi *reliquias Lemovicum detulerint, ad augendam, quod olim in more poſitum erat, eccleſiæ S. Valeriæ conſecrationis celebritatem; ſed ab abbate S. Martialis admiſſæ nequaquam fuerint. Rem Gaufredus, qui cœnobii S. Martialis monachus fuit, ita deſcribit:* Anno Gratiæ MCCXII (*malè Mabillonius corrigit* MCCLXII) in feſto Victoris & Coronæ (*die* 14 *Maii*) dedicata eſt eiſdem (*lege* eidem) eccleſia à Joanne de Veyrac, epiſcopo Lemovicenſi (*anno* 1218 *defuncto*) honorificè ornata ac depicta. Tunc ibi eſt repoſita ejuſdem virginis (*Valeriæ*) capſa ſimulque imago cum innumerabili militum ac plebium caterva. Geſtatorium S. Valerici, cum argenteo S. Pardulphi de Garacto, reliquias virginis juxta morem foris muros excepimus in cappis S. Valerici ad monaſterii portam Occidentalem. Sed quia Garactenſes jactabant, ſe beatum Pardulphum habere, noluit abbas ſive conventus eos ex ordine recipere, ne in ſcrupulum principibus de Turribus veniret, qui eumdem Patrem Arnaco intulerunt, brachio protomartyris noſtræ Valeriæ relicto, cæteri redîêre. *E modo autem loquendi, quo Gaufredus hîc utitur, deprehenſu facile eſt, tum ipſummet, tum cœnobitas S. Martialis reliquos credidiſſe,* S. Pardulphi *corpus Arnaci ea tempeſtate verè quieviſſe, quam jam pridem communem hominum exiſtimationem fuiſſe, item ſuprà monui. Hæc de* S. Pardulphi *reliquiarum tranſlationibus: his lubet nonnulla addere de Sancti cultu ſeculo* XI & XII, *quæ ex eodem Gaufredo hinc inde excerpam.*

D

E

Pauca de S. Pardulphi cultu

46 *Seculo* XI *ad finem vergente aut initio ſequentis Officium de* S. Pardulpho *publicè in eccleſia recitari apud Lemovicenſes cœptum eſt: ſic enim Gaufredus cap.* 31: Item per multas eccleſias inſtitutum eſt (*paulò antè mentionem facit liberatæ Hieroſolymæ anno* 1099) decantari matutinas & veſpertinas Laudes, cum reliquis Officiis Horarum de intemerata Virgine Maria, de quibuſdam aliis Sanctis; quidam primùm & publicè facere eadem conſueverunt, ſicut de beata Valeria, ac S. Martiale, & alii de aliis, quamvis ex toto privatim, ſicuti quoſdam agere novimus, qui de dulciſſimo patre Pardulfo. *Seculo* XII *ad annum circitèr* 71 *provecto,* S. Pardulphi *feſto ſolemnitatis aliquid apud Lemovicenſes acceſſit; nam, teſte Gaufredo cap.* 67, Anno ipſo (*quo Lemovici Ricardus, Henrici Angliæ regis filius, Aquitaniæ dux eſt ſalutatus*) Lemovicæ primò feſtum almi Pardulphi in cappis celebratur. *Anno* 1174 *feſtum* S. Pardulphi, *tunc incidens in diem Dominicam, ſingulari pompa celebratum in Lemovicenſi S. Martialis cœnobio fuit occaſione electi novi abbatis Lemberti, quam ita cap.* 69 *Gaufredus deſcribit;* Pardulphi clariſſimi feſtum Dominicam perornavit diem, quando domnus Iſembertus eligitur, quam conventus S. Martialis tam libere egit, ut neceſſe non fuerit, proceſſionem confundere, quam inſignem reddiderunt domnus Radulphus, abbas Cluniacenſis, cum annulo & mitra vel cappa Romana, Voſienſis Petrus cum Hugone de Montmurat, Figiacenſi abbate, idem quoque novus electus, qui ſolemnem Miſſam decantavit. Fuimus ferè plùs quàm centum monachi in ipſa proceſſione in albis, ad Miſſam in cappis: proſam propria voce conſona cantavêre in pulpito primò Aimericus Martel, ſecundò Gaufredus de Nioil. Epiſcopus quidem Geraldus præſens erat, ſed non ſe reveſtivit, quia cœcus erat. Vitam dulciflui Patris Seguinus eo die recitavit ad menſam.

47 *His rebus Gaufredus ipſe, ut ex verbis ejus*

à Gaufredo & Bernardo Guidonis excerpta.

ejus liquet, interfuit: nonnulla tamen in iis occurrunt, quæ cum iis, quæ de Lemovicenſibus S. Martialis abbatibus, & Figiacenſibus Dionyſius Sammarthanus tradit, non facilè combinari queant. Hic tom. 2 Galliæ Chriſtianæ auctæ col. 560 *Petrum, S. Martialis abbatem, Iſemberti deceſſorem, obiiſſe Idibus ſeu* XV *Octobris (dicere debuerat* IV *Idus Septembris, ut legitur apud Labbeum tom. 2 Bibl. Mss. pag.* 274) *anni* 1174, *tradit: Iſembertum autem die* VI *Octobris jam inde electum in abbatem ejuſdem loci, Gaufredus ſtatuit. Hic tom.* 1 *de eccleſia Cadurcenſi col.* 174 *Ademarum, hujus nominis ſecundum, ad annum circiter* 1140, *& Ebulum circa annum* 1180 *Figiacenſes abbates memorat; Hugonis, qui ſecundum Gaufredum anno* 1174 *Figiacenſis abbas erat, non meminit. Præterea Gaufredus paulò poſt verba citata num. ſuperiore Moiſſiacenſis abbatis, ſuppreſſo tamen nomine, meminit, qui eodem anno tum recèns die S. Luciæ è vivis ſublatus fuerat: Moiſſiacenſi autem cœnobio tom.* 1, *col.* 166 *& ſeq. idem auctor ab anno* 1165 *ſaltem ad annum* 1193 *ſcribit præfuiſſe Bertrandum. Hæc ex Gaufredo de* S. Par-
B dulphi *apud Lemovicenſes ſeculis* XI *&* XII *cultu: hunc pariter per hæc tempora habuiſſe apud Dalonenſes Ciſtercienſes, Gaufredus cap.* 73 *ait, ſed ex illius abbatiæ Collectario ſeu Collectarum libro* S. Pardulphi *nomen deinde eraſum, queritur. Denique quanta religione Varacti cultus fuerit, collige ex Bernardo Guidonis de Sanctis Lemovicenſibus Opuſculo apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ Mss. pag.* 634, *ubi hæc habet:* S. Pardulfi confeſſoris ſarcophagum cum cineribus Garactenſis eccleſia tenet, quæ ad teſtimonium illius caſtiſſimæ vitæ fœminam nullam admittit.

VITA,

Auctore anonymo ſuppari,

Ex veteribus membranis & apographo P. Jacobi Sirmondi
C *Societatis Jeſu.*

PRÆFATIO.

Auctor S. Pardulphi Vitam & miracula,

PLerique, dum priſcorum patrum antiqua laudant geſta miraculorum, nova, quæ nuper geſta ſunt, omittunt. Quaſi vinum vetuſtum eum ſuavitate & hilaritate hauriunt, muſtum, quaſi turbulentum, renuentes, & rudis miraculi fidem (rudia corda *a*) deferentes: ſed melius utrobique, ut opinor, utrumque commiſcere, vetuſtum vinum ſcilicet, ut muſti indulcia foveat, ac temperet auſteritatem; vini ſimiliter novi auſteritas veteris dulcedinem exacuit. Videlicet, ut, quæ ex uno manant fonte, rite uno ſapore ſatient ſitientes *b*. Iccirco, mi pater Berthemari *c*, non minimas omnipotenti Opifici gratias agimus, quia hîc in Aquitania *d*, ſuperna illuſtrante gratia, per ſancti infuſionem Spiritus quàm plures philoſophos & rhetores reperis, qui Vitam vel Geſta miraculorum B. Pardulphi confeſſoris ſuo ſtylo enarrare queunt, & luculento

a
b
c
d

ſermone fidelium auribus inculcare liquidiſſimè. Et me tantillum & modicum, & à nonnullis deſpicabilem, ineloquentem & ruſticum hoc poſcis Opus adgredi *e*.

e

2 Valdè oneroſum mihi eſt, quia non eſt mihi facultas in perfectione, niſi Omnipotens inſpiret, & mittat Spiritum ſanctum ſuum: Veritate dicente, quæ ait: "Non enim vos eſtis, qui ,,loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui lo-,,quitur in vobis *f*.,, Quapropter vix audeo adgredi invalidus in ſenſu, tardus ad orandum, tam magni Viri miracula, verborumque & geſtorum copiam ad meam humillimam hæſitatem declinare. Profectò vereor, quod abſit, de dulci facere amarum, & de amaro dulce: ſed illius oro clementiam, qui latices convertit in falernum, & brutis animantibus facultatem tribuit eloquendi. Saltem ruſtico ſermone hujus beati viri Pardulphi vitam vel ſigna miraculorum, ut valeo, adgredior docere *g* lectorem.

Deo fretus, ſcribere aggreditur.

f

g

ANNOTATA.

a *Qui hanc* S. Pardulphi *Vitam nobis deſcripſit, videtur parentheſim illam inſeruiſſe, quòd illa in exemplari, è quo Vita hæc excerpta eſt, legebatur; &, ut verba obſcura redderet planiora, de ſuo ſubſtituiſſe hæc:* rudis miraculi fidem: *quod cùm alibi non faciat, indicio id eſt, fideliter ipſum cetera deſcripſiſſe.*

b *Hæc omnia apud Mabillonium perturbatè:* Plerique dum priſcorum patrum antiqua laudantes geſta miraculorum, nova, quæ nuper geſta ſunt, omittunt, quaſi vinum vetuſtum cum ſuavitate vel claritate hauriunt, muſtum nempe, quaſi turbulentum, ſquamoſum renuentes in hauſtu, & rudis miraculis ruda corda deferentes. Sed melius utrobique, ut opinor, utrumque commiſcere in hauſtum, vinum ſcilicet & muſtum, ut dulcia muſti foveat ac temperet auſteritatem vini; ſimiliter vini auſteritas dulcedinem exacuat muſti: videlicet, ut, qui uno manantur fonte, uno de ſapore ſatientur ſitientes. *Non adeò vitioſa ſunt, quæ deinceps ſequuntur apud Mabillonium: unde hæc non in ipſum auctorem, ſed in deſcribentium imperitiam refundo.*

c *Fortè Waractenſis ſeu Garactenſis abbas. Vide num.* 7 *Comment. prævi.*

d *Una è quatuor Galliæ partibus: ſuo prima regum Francorum ſtirpe à Ligeri fluvio ad Pyrenæos montes protendebatur: modò autem Aquitania* (la Guyenne) *paſſim dicitur pars illa, quæ cis Garumnam eſt, quæque provinciam Aginnenſem, Cadurcenſem, Guiennam propriam ſeu tractum Burdegalenſem, Lemovicenſem provinciam, Petrocorienſem, Ruthenenſem & Santoniam complectitur. Ita Baudrandus.* F

e *Hinc, tam Berthemarium, quàm Actorum ſcriptorem Aquitanos monachos fuiſſe, conjicio.*

f *Matt.* 10, ℣. 20.

g *Minùs aptè apud Mabillonium* prænotare.

A. ANONYMO.

CAPUT I.

S. Pardulphi natales & vita monastica.

S. Pardulphus, natus in Lamovicibus,

IGitur jam mundo properante ad occasum, crescentibus malis per retrò acta signa ruinæ suæ in sole & luna & stellis vel pressuris gentium, pestilentiam, famem, terræ motus ceteraque ruinas, quas Veritas futuras refert atque Euangelica commemorat Historia, & enumerare prolixum est per singula, in Occidentali plaga partium Aquitaniæ, diœcesi Lemovicensi, ex agrorum cultoribus, in vico, cujus vocabulum est Sardenus, vel in Sardeno monte *a* ortus est puer fideli genealogia, cui nomen Pardulphus *b*. Qui, dum puerilem ageret ætatem & vitam, mitissimus ac modestus cum summa reverentia præ cæteris adolescentibus videbatur.

a

b

B *oculorum corporeorum usum adhuc puer amisit,*

4 Quidam verò die, cùm esset cum aliis adolescentibus & sub quadam arbore sederet, ut mos est in ludis & jocis puerorum, tam pro calefactione, quàm pro spectaculo ruinæ arboris, ignem ad concremandum in eadem arbore posuerunt; quâ exustâ, flante vento, irritante imbre, præfata arbor, radicibus avulsa, in terram volvens corruit, ita ut omnes parvuli, qui illic aderant, fugam arriperent: sed præfatus Dei puerulus Pardulphus remansit intrepidus, atque immobilis signo Crucis armatus. Casu autem adveniente, illico unus ex ramis arboris ipsius eum in capite sauciavit gravi vulnere, & ob hoc vulnus lumen oculorum amisit; sed claritatem veri luminis infusione Spiritus Sancti per internos oculos meruit contemplari. Cœcus quidem corpore, sed fulgens in opere; tentatus ad tempus, sed non mortificatus; aspectu paulisper privatus, sed perpetuo bonorum operum lumine repletus, ita ut videntibus hujus mundi claritatem dux esse prævaleret itineris, patriæ cœlestis introitum absque quolibet offendiculo

C quærentibus, ut non cum reprobis de eo diceretur, si cœcus cœco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt *c*.

c

sed mente illustratus, virtutibus & miraculis claret:

5 Iste enim cœcus corpore, sincerus corde, clarus opere, dum cum propriis parentibus ageret vitam *d*, quidquid ex alimento vel operimento ab eorum manibus accipiebat, mox cùm foras vestibulum esset egressus, quemcúmque ex pauperibus reperisset, suis hoc ei manibus in abscondito erogabat: nisi paululum in usum vitæ suæ reservabat, cui mox tantam Dominus gratiam contulit, ut, qui ad eum veniebant variis infirmitatibus languentes, si cui manum imponeret, vel oleo benedicto perungeret, aut aquam benedictam potandam daret, repentè ab eis omnes infirmitates febrium repellebantur; etiam & qui à dæmonibus vexabantur, protinus, cùm ad eum perducti fuissent, obsessa à dæmonibus corpora liberabantur. Hæc sunt adolescentiæ ejus prima rudimenta, hic est ludus pueritiæ.

d

provectior factus,

6 Dum talia cæteraque similia, superna illustrante gratia, clemens Opifex per eumdem virum suum Pardulphum signa miraculorum faceret undique coruscare, unus ex nobilibus senatorum, Lantharius nomine *e*, in urbe Lemovica *f* comitatûs officium nactus, opibus ditatus plurimis, præ cæteris inclytus atque procerior, in facultatibus atque divitiis pollens, decreverat, ut, propter sua redimenda peccata vel etiam adipiscenda vitæ æternæ præmia, in loco sui juris, qui vocatur Waractus *g*, monasterium in honorem Dei ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ædificaret, suisque etiam ditaret opibus propriis, atque in cibos vel operimentum monachorum & pauperum delegaret, & missis speculatoribus suis præcepit, ut tam ex vicinis & suburbanis locis, quàm aut procul de qualibet provincia vel natione Dei servos aut monachos invenire potuissent, cum summa alacritate ad præfatum ovile congregarent, dicente propheta David: "Et de nationibus congregavit eos *h*,, pieque à quibusdam divulgatum est, quòd in præfato Sardeno famulus Dei Pardulphus timoratam atque religiosam duceret vitam, & die noctuque sedulis atque prolixis vigiliis & orationibus pernoctans hostiam vivam semetipsum Domino Deo mactaret.

e

f

g

h

abbas constituitur in Waractensi cœnobio,

7 Mox prædictus Lantharius, Lemovicum comes, auditâ famâ Viri Dei, ac divino accensus spiritu, equum suum sternere ac parare jussit, & nullum alium ex pueris misit, sed ipse concitus venit, &, facta oratione, Virum Dei ad se accersiri jussit. Repentè intuens vultum ejus clarissimum, faciem decoram, elegantem aspectum, crinem pulcherrimum, rogare cœpit, lenibus eum sermonibus demulcens ac blandiens, suadendo eidem, ut cum ipso ad suum monasterium habitandum diverteret; sed Vir Dei renuens ejus petitionem dixit, numquam se ex eo loco egressurum usque ad finem vitæ suæ *i*. Supradictus verò Lantharius tam rogando, quàm suadendo super equum suum levari eum præcepit, & ad monasterium suum virum Dei Pardulphum perducens, augebat Christi caulas, expolians satanæ synagogas. Duobus etiam famulis præcepit, ut ejus subjacerent servituti, & cum magna diligentia jussionem ejus observarent, & ubicúmque ipse Lantharius per suum comitatum vel in sua propria loca ambulabat, ipsum semper secum ambulare faciebat, & in sua camera, ubi suus fiebat lectus, semper cominus Virum Dei requiescere faciebat.

i

F *in quo vir Dei ducis*

8 Et cùm claustra monasterii & omnis fabrica ipsius vel omnia loca habitabilia perfecta & consummata fuissent *k*, prædictus Lantharius per ostium cellulæ ipsius *l* Viro Dei regendum tradidit, & congregatis ibi monachis præficitur in abbatem. Et quia jam præfati sumus de genealogia ejus atque propagine, quòd fuerit ex agricolis exortus, factum est, divina dispensante clementia, ut cordium custos vel cultor esse non desineret, serendo vel seminando assiduè pabulum verbi Dei, ut grex sibi commissus copiosa fieret fruge fœcundus. Post hæc verò prostratus supradictus Lantharius utroque genu in terram poscebat dicens, ut, cùm ante tribunal Christi veniret, suis suffragiis sublevaretur. Fuit autem ejus pœnitentia nimis ardua: postquam enim in prædicto cœnobio habitare cœpit, ostium cellulæ suæ egressus non fuit umquam, à sole calefactus nisi per fenestras *m*, numquam carnibus aut volatilibus usus est ad alimentum vitæ suæ *n*, numquam linteo sudatus, neque balneo usus est, nisi postquam infirmari cœpit *o*, suadentibus fratribus. Rarissimè æstuabat ex calidis lapidibus, & cùm introisset, ubi est Waractus, latenter ferrum deferens acutum, cuncta

k

l

m

n

o

A cta membra ſua minutiſſimè incidebat, ut ſemper vulneratus eſſet, & facta vulnera vix de loco moveri potuiſſent *p*, & bene cum Propheta diceret: "Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ
q „tuæ *q*.„

valdè auſteram.

9 Comedebat ſemel in hebdomada eſcam, ſed aridiſſimam: Quadrageſimæ verò temporibus omne corpus ſuum nudatum à diſcipulo ſuo, cui nomen Theodenus, virgis cædi præcipiebat; nocte verò omni corpore proſtrato in terram, extenſis brachiis tam æſtate, quàm hyeme, quamdiu potuiſſet, in oratione jacebat: ſurgens autem ab oratione paululùm requieſcebat. Quod verò reſtabat poſt horas nocturnas ex Lectionibus, quod audierat, memoriter recitabat: poſt matutinas verò Laudes Reſponſoria vel Antiphonas de ſanctis Martyribus decantando meditabatur *r*. A tertia autem hora uſque ad ſextam per ſingula altaria orationi vacabat. A ſexta verò uſque ad nonam ſilentio ſtudebat, exiens autem à nona pauperes vel infirmos, qui ad eum veniebant, verbo Dei, pane vitæ, prædicatione ſatiabat. Dum verò quadam nocte paululùm obdormîſſet, archangelum Michaëlem in ſomnis
B ſibi adſtantem vidit, qui clara voce ad eum ait: Pardulphe, vir Dei, ſurge velociter & aſcende per gradus ſcalæ iſtius, dextera manu greſſus dirige, ſiniſtra autem noli ire, quia tenebræ ſunt. Ecce Dominum Deum tuum, quem diligis, invenies ſtantem ad ſummitatem ſcalæ, in manibus habentem coronam, quam in capite tuo pro tuis laboribus vult ponere, & baculum, quem tibi ad regendum populum ſuum dabit, ut ſectator bonorum operum viam ſalutis doceas. Tunc Famulus Dei ſtatim conſurgens, & locum, ubi pedes angeli adſtare vidit, deoſculatus, protinus ſe cum lacrymis orationi dedit, & poſtea omnibus ægrotantibus, qui ad eum veniebant, de ipſa terra, ubi pedes angeli ſtare viderat, ad ſpargendum in domibus eorum dabat. Sed cùm ejus abſtinentiam digeſſimus, de ejus virtutibus aliquid enarrare debemus.

ANNOTATA.

a *Apud Mabillonium legitur:* Seredinnus. *Vicus eſt prope Waractum ſeu Garactum, de quo infrà ad lit.* g.

C b *Gallicè* S. Pardoux. *Alibi* Pandulphus *vel* Paradulphus *etiam dicitur. Natus eſt ſub annum* 657. *Vide num.* 34 *Comment. prævii.*

c *Matt.* 15, ℣. 14.

d *Videtur Sanctus, relictis paternis ædibus, vitam ſolitariam aliquamdiu etiam egiſſe, licèt nulla in his Actis ea de re mentio fiat. Vide num.* 18 *& ſeq. Comment. prævii.*

e *Is mihi aliunde omnino ignotus.*

f *Aquitaniæ* 1 *civitas* (Limoges) *ad Vigennam* (la Vienne) *fluvium.*

g *Ejuſdem Aquitaniæ* 1 *in Marchia Superiore oppidum prope Warimpæ* (la Gartampe) *fontes. Gallicè dicitur* Gueret.

h *Pſalm.* 105, ℣. 14.

i *Nempe è loco ſolitario, quem tunc inhabitâſſe videtur, haud procul natali vico.*

k *Sub finem videlicet ſeculi ſeptimi vel ſeq. initium.*

l *Quippe vir ſolitudinis amantiſſimus numquam, ſeu vix umquam ſuâ cellâ egreſſus eſt, ut legitur paulò pòſt.*

m *Melius apud Mabillonium:* Poſtquam in prædicto cœnobio habitare cœpit, oſtium cellæ ipſius egreſſus non fuit, numquam à ſole calefactus, niſi per feneſtram &c. A. ANONYMO.

n *De carnium eſu univerſim hæc habet S. Benedicti Regula cap.* 45: Sed & carnium eſus infirmis & omnino debilibus pro reparatione concedatur. At ubi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant. *Vide infrà lit.* r.

o *De balneis, tunc temporis adhiberi ſæpius ſolitis, eadem Regula:* Balneatum uſus infirmis quotiens expedit. Sanis autem & maximè juvenibus tardiùs concedatur. *Vide infrà lit.* r.

p *Mabillonius legit:* Et facta vulnera vix de loco moveri potuiſſet: *id eſt,* ut factis vulneribus *vix de loco moveri potuiſſet, ſeu è cella alio tranſferri.*

q *Pſalm.* 37, ℣. 4.

r *Alludere hæc videntur ad Regulam S. Benedicti cap.* 8, *ubi hæc leguntur:* Quod reſtat, poſt vigilias à fratribus, qui Pſalterii vel Lectionum aliquid indigent, meditationi inſerviatur: *ſuadent hæc, uti & quæ ad litteras* n *&* o *annotavi, Sanctum ex inſtituto Regulæ Benedictinæ Waracti vixiſſe.*

d

CAPUT II.

Varia S. Pardulphi miracula.

De vita ex eſu fungorum

QUidam ex ruſticis vulgaribus, Gommus * nomine, dum ligna ad uſum ignis in ſilva cæderet in vetuſta arbore, boletos, quos vulgò Lemigas *a* vocant, adhærentes reperit & collectos decrevit ad virum Dei Pardulphum deferre. Cúmque concitus monaſterion ad Hominem Dei properaret, Regnarico cuidam, conſiliario illuſtriſſimi viri Chunoaldi *b* principis, nec non & legatario præcelſi Majoris-domûs, Francorum regis Caroli *c* in via obviavit, ſciſcitatuſque ab eo, cui has deferret lemigas, confeſſus eſt dicens, quòd ad virum Dei Pardulphum deferret, qui nihil carnium, nec volatilium edebat. Sed prædictus Regnaricus temerario auſu eaſdem lemigas de manu hominis uſurpavit, pueroque ſuo præcepit, ut, cùm hora veſcendi veniſſet, eas ad comedendum diligenter præpararet.

**al.* Gominus

a

b

c

F

periclitanti ſubvenit.

11 Cùm autem horâ prandii ante eum fuiſſent allatæ, mox ex eiſdem lemigis in ore ſuo poſuit: ſed factum eſt, ut neque gutture, neque ore projicere valeret, adeóque anxiaretur, ut guttur ejus & caput tumeſceret. Tunc unus ex pueris ait, quòd pro lemigis, quas homo ad Virum Dei deferebat, hoc malum pateretur. Tunc Regnaricus equum ſuum, in quo ſedere conſueverat, magna celeritate ſterni & ornari præcepit, & per eum unum ex famulis ſuis ad famulum Dei Pardulphum direxit, & ita præcepit, ut proſtratus ejus pedes deoſcularetur, veniam deprecatus, ut culpam, quam in eo commiſerat, relaxaret, ac pro eo Dei miſericordiam exoraret: cúmque idem puer ante virum Dei Pardulphum adſtitiſſet & cuncta retuliſſet, Vir quoque Domini hilariſſimo vultu & quaſi ſubridens ait: Oh fili! ſemper contraria impiis præcepta juſtitiæ: illi autem, ut Dominus dixit, non evadent laqueos juſtæ vindictæ: nos, etſi in magnis tribulationibus poſiti ſumus, tamen à Condito-

A. ANONYMO.

re noſtro Deo non omnino ſumus deſpecti. Vos verò quomodò erogabitis propria, qui rapitis aliena? Et continuò nullas moras agens oratorium ingreſſus, pro eo Domini miſericordiam diutiſſimè exoravit, oleumque benedictum & aquam ſuis ei manibus dedit. Cùm autem homo ad Regnaricum reverſus fuiſſet, & oleo ſancto eum unxiſſet, aquamve in ore poſuiſſet, prædictæ lemigæ cum magno ſtrepitu ingentique dolore per os ejus redîre, & ita ſanus factus eſt: rurſuſque multis diebus crebrò ad Virum Dei veniens gratias agebat, confitendo peccata ſua, Domino Deo laudeſque dabat. *d*

claudo greſſum

12 Aliud quoque fertur miraculum, quod per eum Dominus operatus eſt ad laudem ſui. Dum quadam die ſolus ſine fratribus reſideret, claudus quidam, Marcellus nomine, qui ab utero matris ſuæ calcaneos hærentes renibus habebat, nec aliter niſi cum ſcabellis gradiebatur, ad eum veniens rogare cœpit, ut pro reſtauratione ſui greſſus Dominum exoraret. Tunc Vir Dei reſpondens ait: Oh nate! iſta virtus apud B. Petrum Apoſtolum fuit, quando ad portam templi claudum invenit, qui ab eo ſtipendia vivendi poſtulabat, cui beatiſſimus Petrus reſpondens ait: "Argentum & aurum non eſt mihi: quod autem „habeo, hoc tibi do. In nomine Jeſu Chriſti „ſurge & ambula *e*.„ O quale miraculum! dum victum corporalem quæreret, ſtabilitatem pedum recipit ab Apoſtolo ſancto. Nos verò, fili, inuſitatum habemus iſtud miraculum. Sed tamen recordamur, quod Dominus diſcipulis ſuis eſt pollicitus, dicens: "Si habueritis fidem ſicut „granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi „hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vo„bis *f*.„ Tu autem, fili, adquieſce conſilio meo, vade ad fontem meum, quem ego conſtruere rogavi, & nudatum corpus tuum ex ea aqua ablue, & dein ex aqua benedicta totum corpus tuum lini, & in eadem nocte in oratorio, quod eſt in honore ſancti ac beatiſſimi martyris Silvani, juxta eumdem fontem poſitus, vigila, & nos cum fratribus pro reſtauratione greſſuum tuorum Domini miſericordiam exorabimus.

d

e

f

tribuit, demoniacos liberat,

13 Cùm ita factum eſſet, & idem claudus intempeſta nocte vigilaret, paulùm gravatus à ſomno, obdormivit, & mox vocem vehementem, quàm poterat, emittens, & ſurſum ſeſe erigens, gradus, ubi fratres ad pſallendum ſtare conſueverant, manibus amplexatus eſt. Tunc presbyter, cuſtos cellulæ ejus, Laudolenus* nomine, evigilans, aperto oſtio oratorii, ingreſſus, diligenter inquirebat, quidnam eveniſſet; ad quem prædictus Marcellus reſpondens dixit, quòd vir Dei Pardulphus eum per humeros ſuos complexatus ſit, & ſurſum eum elevârit. Tum presbyter proſternens ſe in oratione cum lachrymis glorificabat memoriam Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui talia per ſervum ſuum Pardulphum operari dignatus eſt, & ita ſoſpes factus Marcellus in craſtinum, relictis ſcabellis, propriis greſſibus ad Virum Dei pervenit. Wodolaïcus* quidam, faber ex Lemovica civitate *g*, arreptus à dæmonio, vinctus catenis collum & brachia, cum duobus ductoribus, uno trahendo præcedente, & altero retrò trahente, Pardulpho eſt præſentatus, qui, quemcúmque apprehendere poterat, aut manibus aut dentibus crudeliter fauciabat aut laniabat. Cùm verò ad Hominem Dei fuiſſet adductus, multis conviciis & increpationibus exprobrabat, dicens latronem, falſatorem, impoſtorem. Tum Vir Dei, omnia patienter ferens, cibum & potum ei dare præcepit; mox oratorium ingreſſus pro eo Dominum exoravit, & per aliquot dies ſecum fecit demorari, & ita ſanum factum, unde venerat, remiſit. Alii quidam duo, Centulus & Benedictus, dæmonibus repleti ad eum perducti ſunt, quos ſuis orationibus ſimiliter ab obſidentibus dæmonibus Vir Dei liberavit.

C

al. Blandolenus

al. Godolaïcus & Godo

g

D

cæcitate & gutture laboranti, item paralyticum ſanat,

14 Demolenus* quidam nomine ex Waſconia *h* lumen oculorum amiſerat, & vacuitate* gutturis in tantum gravabatur, ut, niſi ad aurem alicujus os ſuum applicaret, nihil, quod loqueretur, intelligere quiſpiam poſſet. Protinus, cùm ad eum perductus eſt, & lumen oculorum recepit, & lingua ejus loquendi recuperavit officium. Aliud non tacebo, quod per illum Dominus oſtendit miraculum. Paralyticus quidam per quinquennium jacuerat in porticu S. Martini, Turonenſis *i* epiſcopi, qui nec manus ad os ducere poterat, nec in aliud latus declinare. Ad eum vox in ſomnis facta eſt dicens: Surge & citiùs propera ad virum Dei Pardulphum, & per eum tibi Dominus reddet ſanitatem. Cùm ſemel & tertiò revelatum ei fuiſſet, uni ex monachis monaſterii iſtius omnia indicavit: præfatus verò monachus domno Audelando *k* abbati omnia retulit, quæ per viſum paralyticus viderat. Venerabilis autem abbas aſellum ei dare præcepit, duoſque famulos in comitatu ire juſſit, qui eum ad virum Dei Pardulphum adducerent, &, cùm ad eum perveniſſet, ſignum Crucis ſuper eum impoſuit, atque intra paucos dies ſanus eſt factus, &, unde venerat, remeavit.

h

**al.* caucitate

i

E

k

precibus à monaſterio ſuo ruinam avertit:

15 Alio autem tempore cùm Iſmaëlitarum gens *l* urbem Pictavienſem *m* fuiſſet ingreſſa, & præcelſus Major-domûs Carolus, Francorum comes, ad debellandum eos veniſſet, factoque prælio, hoſtes proſternens, ſpolia caperet & captivos revocaret, quamplures ex eadem Iſmaëlitarum gente fugam arripuêre, &, per quæ loca revertebantur, quemcúmque hominem Chriſtianum inveniſſent, trucidabant, &, ubicúmque monaſteria aut loca ſancta obviâſſent, igne concremabant *n*. Sicque divulgatum eſt, quòd ad monaſterium viri Dei Pardulphi properarent. Cúmque hoc Famulo Dei nunciatum fuiſſet, fratribus dixit: Filii, ſi venerint ad januas monaſterii, cibum & potum eis præbete, quia ex itinere fatigati ſunt. Quid putas? Qua charitate erat ignitus, qui paganis *o* bellatoribus epulas præparare nitebatur? Tum fratres monaſterii, qui ei undique aſſiſtebant vel miniſtrabant, plauſtrum præparatum & opertum velis*, ut eum ad eremi loca perducerent, ne à gente nefandiſſima periclitaretur: ſed Vir Dei Spiritu Sancto armatus, nullatenus petitioni eorum conſentiens, dixit, numquam ſe ex eodem loco egreſſurum uſque ad finem vitæ ſuæ. Tunc omnes fratres, qui tunc aderant, fugam arripuerunt; ſed Vir Dei ſolus hîc remanſit intrepidus, & unus famulus ceteris audacior *p*, Euphraſius nomine, occultatus remanſit, ut finem ejus videre poſſet: & cùm jam ad portam monaſterii cominus appropinquarent, prædictus Euphraſius ad Virum Dei cucurrit dicens: Pater, deſine ab oratione, quia jam ad monaſterii portam appropinquant. Tum Vir Dei, non ſuæ mortis diſcrimen metuens, ſed cœnobii ſui ſollicitudinem gerens, continuò in oratione proſtratus Dominum exoravit, dicens: Contere eos, Domine, & diſſipa gen-

l *m*

n

F

o

**ſupple:* adduxerunt

p

tem

A tem bella volentem, & non ſinas hodie januas iſtius monaſterii ingredi. Repentè omnes in unum cuneum congregati & conglobati & nimio terrore & cœcitate concuſſi ad invicem linguis colloquentes diutiſſimè ſteterunt, & iter, quod cœperant, perrexerunt. Sicque Famulus Dei remanſit orans, intrepidus atque ſecurus.

aqua ab illo benedicta, malè negata, perditur; aliena rapienti equo

16 Sobolenus quidam nomine ex territorio Arvernico *q* ad eum veniens ampullam aquæ ab eo plenam, ſigno Crucis roboratam, retulit, ut eam pro ſalute ſua ſuorumque domeſticorum vel ægrotantium ſemper haberet, quam ſupra lectulum ſuum, ubi quieſcebat, appendit. Quadam verò die ægrotantes ad eum venientes rogare cœperunt, ut pro charitatis gratia ex eadem aqua ad potandum vel ad liniendum paululùm pro reparatione corporis daret. Sed præfatus homo renuens petionem eorum nihil eis donavit: altera verò die ad ſtratum ſuum veniens os ampullæ in pariete pendens reperit, ampullamque effuſam in ſtrato ſuo, & qui dare ægrotantibus neglexit, ad ſuum opus ex ipſa aqua nihil habere potuit, & continuò pavens cum magna reverentia & timore ampullam vacuam ad Virum Dei defert, veniam poſcens, ut culpam, quam admiſerat, relaxaret *r*. Arnulphus quidam juvenis, illuſtris viri Chunoaldi *ſ*, principis affinis, annonam cuidam viduæ tollens ante caballum ſuum poſuit ad comedendum. At illa proclamans dicebat, quòd ancilla viri Dei Pardulphi eſſet, & nihil alimenti anni præſentis amplius haberet. Tunc idem Arnulphus, nihil veritus, ejus annonam indiſcretè abſtulit, & ante equum ſuum poſuit.

q

B

r

ſ

luxatos oculos ſuum reponit in locum, extendit precibus trabem,

17 Cùm verò foras domum eſſet egreſſus, oculi caballi ipſius egreſſi à capite in fronte ſuſpenſi pendebant. Sed & ipſe Arnulphus invenit reverſus annonam intactam ante ſuum equum, & oculos prominentes à capite ſuſpenſos. Tum magnâ reverentiâ & pavore eundem caballum exutum oculis ad Virum Dei pertrahens, & confitendo peccata ſua, omnia Famulo Dei retulit, quæ geſta erant. Sed beatus vir Dei Pardulphus fratribus, qui cum eo erant, præcepit, ut oculos caballi, unde egreſſi fuerant, remitterent, & aquâ benedictâ linitos deſuper ligaminibus aſtringerent. Die craſtina priſtinum lumen oculorum refulſit & prædicto viro, cui fuerat, ſanum reddidit, & culpam, quam in eum admiſerat, remiſit. Liframnus, præpoſitus prædicti monaſterii, decrevit, ut in baſilica B. Albini *t* confeſſoris, ubi poſtea corpus ſancti viri Pardulphi jacet humatum, gradus faceret, &, menſurato loco baſilicæ ipſius, cum carpentariis in ſilvam perrexit, aptatur trabs, & plauſtro impoſita ad monaſterium perducitur, quam iterum menſurantes pedem & dimidium menſurâ hominis breviorem reperêre. Hinc Præpoſitus, iracundiæ furore ſuccenſus, eiſdem carpentariis diſciplinam *u* corporis imponi juſſit: tunc unus ex ipſis, pavore perterritus, ad Virum Dei fugitans, & flexis poplitibus ad pedes ejus provolutus, geſtam rem indicavit. Ille coram ſe Præpoſitum venire præcepit, dixitque illi: Fili, noli iraſci, neque iram perficias, quia ira non eſt mater virtutum, & nihil mali geras his pauperculis; ſed expecta hanc noctem: craſtina autem die aut aliam in ſilva præcidere faciam, aut ipſam diligenter reficere. Poſt hæc verba, craſtino diluculo trabem iterum menſurantes, pede uno & dimidio longior, quàm vel oportebat, apparuit abbreviauda: quod autem inde præciſum eſt, hodiéque ad teſtimonium rei in baſilica videtur adpenſum: unde febribus aut dentium dolore vexati fruſta excidentes optimam fieri adhibent medelam doloribus.

C

t

u

A. ANONYMO.

punitur dictis ejus non obtemperans, & cujuſdam domum incendio liberat.

18 Aunarius gravi dentium dolore preſſus ad eum venit, qui locum doloris ejus manibus contingens & ſalivam ex ore ſuo ſpuens præcepit, ut digitum ſuum intingueret, & eo doloris loca liniret: ſed prædictus Aunarius, ſuperbiâ tumidus, faſtidioſo motu de ſua palma latenter ſalivam jacit. At, cùm per portam monaſterii progrederetur, caballus ejus in terram cadendo ruit, eumque præcipitavit, coxâ ejus minutiſſimè fractâ, aliorum manibus ad hoſpitium deportatus propè annum ægrotavit, & vix ad ſanitatem pervenit, contemptus ſui pœnam luens graviſſimam. Hujus ſancti Viri aliud fertur miraculum, quod per eum divina eſt operata Clementia, & multi ſùperſunt, qui viderunt *x*. Homo quidam ex territorio Biturico *y*, Leodulphus nomine, ad Virum Dei deveniens poſcit, ut filium è ſacro baptiſmatis fonte ſuſciperet, cui Famulus Dei adquievit, levatumque infantem, albis indutum, deoſculatus, genitori nutriendum commendavit. Ejus autem pueri cunæ, nullo verſante, agitari ſponte viſæ ſunt, & poſt ejus obitum in domo ſuſpenſæ. Cùm autem moderno tempore Francorum cohortes prædictam urbem depopulâſſent, & omnes domos igni cremâſſent *z*, domum, in qua erant cunæ ſuſpenſæ, nullatenus cremare, vel quidquam ex ea valuerunt exurere.

x

y

E

z

ANNOTATA.

a *Fungi genus.*

b *Alias* Hunaldus *&* Hunoldus *dictus eſt. Fuit Eudonis, Aquitaniæ ducis, filius; exſtincto patre, à Carolo Martello Aquitaniæ ducatum accepit anno* 736. *Vide num.* 23 *Comment. prav.*

c *Videlicet Martelli, de quo lit. proximè ſuperiori; qui Theodorici Kalenſis, anno* 737 *defuncti, Major-domûs fuit.*

d *Contigit id miraculum ſub annum* 736. *Vide num.* 23 *jam citatum.*

e *Act.* 3, ℣. 6.

f *Matth.* 17, ℣. 19.

g *Vide Annotata in cap.* 1 *lit. f.*

h *Gallia regio inter Oceanum Aquitanicum, Garumnam fluvium, & montes Pyrenæos ſita,* F *Gallicè* la Gaſcogne.

i *Cæſarodunum Turonum civitas Galliæ archiepiſcopalis eſt ad Ligerim fluvium, cujus epiſcopus S. Martinus colitur* XI *Novembris.*

k *Vide dicta de hoc abbate S. Martini Turonenſis num.* 24, 25 *&* 34 *Comment. prav.*

l *Saracenos intellige.*

m *Civitas Galliæ eſt, cognominis provinciæ caput & epiſcopalis ſub archiepiſcopatu Burdegalenſi. Cadurcenſem civitatem, urbem Galliæ, provinciæ Cadurcenſis præcipuam, hîc notat Vita brevior à Mabillonio laudata. Eſto, Cadurcum tunc etiam Saraceni cœperint; Pictavium hîc retinendum videtur, in cujus vicinia Carolus Martellus Saracenos fudit.*

n *Famoſum hoc prælium Caroli Martelli cum Saracenis Pictavium inter & Turonenſem civitatem menſe Octobri, die Sabbathi geſtum eſt anno* 732. *Vide num.* 27 *Comment. prav.*

o *Saraceni, qui, devictâ Hiſpaniâ, Galliâs ex ea deinde invaſêre, Mahometani erant, non pagani; paganos tamen* S. Pardulphi *Vitæ ſcriptor nominavit*

A. ANONYMO.

minavit vel ob impiam doctrinam, vel gentis barbariem, vel denique quia non pauci pagani, qui antiquis suis ritibus adhuc adhærebant, illis admixti erant.

p *Apud Mabillonium minùs aptè legitur:* deterior.

q *Galliæ provincia* (l'Auvergne) *inter Lemovices, Boios, Ruthenos & Gabalos.*

r *Quid nî hæc fieri potuerint citra miraculum?*

s *Vide lit.* b *hîc.*

t *An Andegavensis episcopi? Vide num.* 36 *Comment. prævii.*

u En disciplinæ vocabulum pro corporis flagellatione usurpatum: quod tamen aliter exprimitur in codice Compendiensi: "Cœpit (*Liframinus*) carpentario vehementer minari: tunc u-„nus &c„ *Mabillonius. Codici Compendiensi consonat apographum nostrum Suessionense. Ceterùm eodem sensu vox ista accipitur in Legibus Longobardorum apud Baluzium in Capitularibus Regum Francorum tom.* 1, *col.* 349 *& alibi, ut apud Cangium videre est.*

x *Hinc habes Vitæ auctorem* S. Pardulpho *supparem fuisse; quippe, cujus ætate, multi adhuc*
B *superstites erant, qui cunas, de quibus anonymus paulò infrà, infantis, à* S. Pardulpho *è sacro fonte susceptì, sponte moveri viderant.*

y *Biturix* (Bourges) *Galliæ Aquitanicæ civitas archiepiscopalis est. Aliàs legitur:* Turonico, *ut inquit Mabillonius.*

z *Contigit ea res probabiliùs anno* 742. *Vide num.* 29 *& binos seqq.*

CAPUT III.

S. Pardulphi obitus.

Post septem dierum morbum

DE miraculis beati Viri scribendo pauca perstrinximus: nunc de ejus transitu, prout Dominus per intercessionem ejus dederit, dignum est, ut aliquid dicamus. Beatus igitur Pardulphus, cùm jam ferè ætatis suæ octoginta ageret annos, ea tempestate, quâ præcelsus atque illuster Major-domus Carolus regeret Franciam,
a illuster quoque vir Chunoaldus *a* regeret Aquitaniam per permissum Caroli, Vir Dei canitiei
C splendore candidus, vultu angelico decorus, à bono opere nullo onere fatigatus, nulla gravedine piger, nulla ætate ferus, nulla cœcitate offensus, Dominum inceſſabiliter deposcebat, ut vitæ hujus cursum misericorditer finiri, animamque suam cum prædestinatis ad gloriam dignaretur collocare: mox dolore membrorum attactus ad lectum rediit, septemque dierum spatio carnis afflictionem ferens: adveniente autem die
b Dominica *b* defectum corporis vicinamque mortem assignans, paululùm obdormivit. Cúmque à somno evigilâsset, ait ad fratres, qui ei undique administrantes adsistebant: Cujus tubam vociferantem ad portam monasterii hâc horâ audivi? At illi cogitantes, quòd sensu cogitandi caruisset, respondentes dixerunt: Oh sancte Pater! quid loqueris talia? Numquam te verba insana aut frustra loquentem audivimus: at ille respondens ait: Non insanio: sed illam tubam, quam præclarus vir Eudo ad significandum prælium tubare consuevit, vociferantem audivi. Quod illi audientes patenter intellexerunt, quòd D
sanè chorus angelorum ejus animam esset susceptus, atque ad æthera cælorum portaturus, dicente B. Paulo: Quoniam Dominus in jussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cælo.

20 Presbyter verò quidam, Scopilius * nomine, dum hæc agerentur, in altera domo caligas ejus, quas idem beatus Vir operatus fuerat, suis pedibus lachrymabiliter dolendo & durissimis seipsum affligendo lamentis, nitebatur imponere. Tum Vir Dei voce, quâ poterat, ait: Filii, quis est, qui caligas meas contingit, vel pedibus suis imponit? Fratres verò requirentes eas, in altera domo invenerunt præfatum presbyterum desuper lamentantem & turbam monasterii cum eo. Vespertinis autem horis jam transactis, multi circa lectum ejus flentes circumstabant dicentes: Eheu, grex derelicte! Quis nos à vipereis morsibus abstrahere poterit? Aut quis de sævientibus luporum dentibus liberare? Cur nos, Pater bone, derelinquis? Vel ubi jam ultrà quæremus tam angelicam doctrinam, aut quale pro te responsum dabimus, & quem respiciemus in loco basilicæ, ubi stare consueveras? At ille vix, & ut poterat loqui, divinis exhortatus & consolans eos sermonibus, ait: E
Viriliter agite & confortetur cor vestrum & expectate Dominum. Ad eum accedite & illuminamini & facies vestræ non confundentur. Nihil vobis deerit, si timueritis Dominum, & non privabit bonis ambulantes in innocentia, ut meritò aliquando audiatis desiderabilem illam vocem Domini: " Venite, benedicti Patris mei, „percipite regnum, quod vobis paratum est ab „origine mundi *c.*„

inter suorum lacrymas
**al.* Scubilius

21 Et cùm hæc loqueretur, flentibus populis, angelis gaudentibus, sancta illa anima carne soluta est. Eâdem verò horâ Theodenus, ejus discipulus, voces psallentium in cœlo audivit, & concitus ad Virum Dei veniens, jam mortuum eum invenit, quem vivum paulò antè reliquerat. Tunc cum ingenti dolore erumpens in lachrymas aiebat: Væ nobis miseris & omni pænè consolatione destitutis! Heu Pater! Quis non absentiam tuam dolere possit, cùm tuarum virtutum bona in memoriam reduxerit? Oh nobilis Christi Confessor! quàm suavis & dulcis, justus & pius, & omni bono opere perfectus atque præclarus, & qui semper sine defectu aut crimine ad cælestia anhelare consueveras, nunc F
immaculato spiritu angelorum cœtibus admixtus, jam cum Christo regnas sine fine victurus. Postquam verò corpus ejus multitudo fidelium summa cum diligentia, ut mos est, ad sepeliendum eum tradidit, quidam vir, Berthicus * nomine, pessima rabie vexatus, ad ejus tumulum reverenter accessit. Tunc hæc contuentes fideles, qui aderant, viri atque devoti, & miserrimæ illius compatientes insaniæ, vehementer ingemuerunt dolentes; cúmque omnes pro eo ad Dominum effusas preces fecissent, mox sanus effectus, divina largiente clementia, cunctis gaudentibus, propriam ad domum remeavit: auxiliante Domino nostro Jesu Christo, qui cum æterno Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

e morìtur, & accinentibus angelis, cœlum petit.

**al.* Bertheicus

AN-

A

ANNOTATA.

a *Mortuus est Carolus anno* 741. *Chunoaldus Aquitaniæ ducatum acceperat anno* 736: *igitur intra binos illos annos obiit* S. Pardulphus.

b *Adde ex communi sententia diem obitûs fuisse sextum Octobris, obierit* S. Pardulphus *anno* 737, *non* 743, *ut Cointius contendit. Vide num.* 32 *& seqq. Comment. prævii.*

c *Matth.* 25, *v.* 34.

A. ANONYMO.

DE S. EPIPHANIA VIRGINE SANCTIMONIALI

TICINI IN INSUBRIA

SYLLOGE.

J. B.

Sanctæ Virginis apud martyrologos memoria, elogium & hujus discussio.

B

FORTE SUB ANNUM DCCXCV. *S. Epiphaniam, in Ticinensi monasterio S. Mariæ Venationum*

Sanctam Epiphaniam, *virginem Deo sacram, vitæ sanctimoniâ & religiosa humilitate, quàm regiis, ut volunt, natalibus illustriorem hoc die, ex Ferrarii Catalogo utroque Sanctorum, ex Jacobi Gualle lib.* 5, *cap.* 23 *Sanctuarii seu Historiæ Ticinensis, ex Stephani Breventani Historia de Rebus Ticinensibus lib.* 3, *cap.* 23, *ex Bucelini Menologio Benedictino pag.* 692, *denique ex Romualdi a S. Maria Papiâ sacrâ parte* 2, *pag.* 150 *fide, quorum consensione unanimi hoc die Ticini Virgo sancta colitur, inserimus Operi nostro. Vetus Ticini Benedictinarum virginum monasterium est,* S. Mariæ Venationum *appellatum, jam inde à regum Langobardorum, qui sedem regiam Ticini aliquando constituerunt, tempore exstructum, in loco, tum temporis suburbano & regiis Venationibus, unde nomen traxit, celebri. Id* S. Epiphania *fertur olim incoluisse, ac virtutibus prodigiisque illustrâsse, & corporis sui exuviis ad nostram usque memoriam honorâsse ditâsseque. Fertur idem monasterium sub annum* 750 *condidisse Rachis, seu Rachisius, Langobardorum rex & sanctæ Virginis pater, priusquam, regia dignitate contempta abjectaque, Casini monachum induit: verùm de his pluribus infrà. Interim verò, si quis plura hoc de monasterio scire desideret, Romualdum suprà laudatum part.* 1, *pag.* 31 *&* 2 *seqq. consulat, ubi de illo plura reperiet.*

C

Sanctimonialem olim virginem, paucis hodie memorant martyrologi recentiores;

2 *Porrò* S. Epiphania, *ut hoc in monasterio cultum annuum ex auctoribus suprà laudatis habet; ita ejusdem cultus aliò propagatus non videtur; cùm ne Ticinensis quidem ecclesia Tabulis illius nomen adscriptum esse, Ferrarius dicat in Catalogo Sanctorum Italiæ ad diem* VI *Octobris in Annotatis. Nemo itaque mirabitur, paucis dumtaxat, iisque recentioribus martyrologis* S. Epiphaniam *memorari. Paucis illius meminit Menardus:* Papiæ, *inquit,* in monasterio S. Mariæ, quod apud Cacias dicitur, festivitas S. Epiphaniæ virginis, filiæ S. Rachisii, Longobardorum regis. *Paulò fusiùs de illa agunt Ferrarius & Bucelinus: sed horum verba prætereo, quòd nihil contineant, quod in prolixiori Sanctæ elogio, quod illi ad diem* VI *Octobris in Hagiologio suo Romualdus texuit, non reperiatur. Hausit id Romualdus tum ex auctoribus variis, tum ex veteri Ms. monasterii S. Mariæ Venationum de Vita* S. Epiphaniæ; *tum ex Miraculorum ejus Processu. Dolemus, nec Vitam illam* S. Epiphaniæ, *nec Processum miraculorum ejus ad manus nostras pervenisse; nec quidquam de utrorumque ætate Romualdum determinati certique scripsisse: Vitam tamen, si eadem habet, quæ ex Romualdo infrà attingemus, non admodùm antiquam esse, ex infrà dicendis apparebit. Romualdi de* S. Epiphania *elogium, quod unum instar omnium, quæ vidi, huc transcribitur, & Actorum speciem quamdam præ se fert, sic habet.*

E

3 Epiphania, quæ* & Retrudis, virgo Ticinensis, patre Flavio Rachisio, Longobardorum rege, & Thesia matre genita, optimam sortita indolem, vel in ipsis tenerioribus annis, non obscuro futuræ sanctitatis jubare fulsit. Vix decennis, sæculi exosa illecebras, in arcano cordis virginitatem suam uni Christo dicandam proposuit, quem, tamquam verum animi sponsum, sincero prosequebatur amore. Itaque, cùm Rachisius, Zacharia Pontifice hortante, regno, quod sex & ultra annis obtinuerat, renuntiâsset, summo sese Numini dicaturus, idem, quod ille principibus, in monachum attonsus, & uxor Thesia regalibus matronis, Epiphania item cum alia sorore Petrude virginibus religiosæ amplectendæ perfectionis illustre præbuit exemplum.

sed prolixius illi,
* quæ

F

4 Antequam autem sacro clauderetur asceterio, ut ei mundi nequitia clariùs appareret, violatæ honestatis falsò apud patrem à regalis aulæ adolescentula invidiâ accusata, irascentis furorem non sine miraculo declinavit Epiphania. Siquidem, re divinitus in somnis cognita, cùm ante Crucifixi effigiem eidem causam suam commendaret, & Rachisius, clàm, quid in Filiæ conclavi, cum altero colloquentis, ageretur, audiret, agnitâ illius innocentiâ, ex accusatricis ore, inibi ab ipsa calumniæ veniam exorantis, ream obtruncaturus fœminam irruens, feralem ictum reparante Epiphania, & miraculosè ex Crucifixi ore schedula decidente, sic inscripta: "Dimitte, & dimittetur tibi;, nedum incolumem, sed & à crimine absolutam dimisit.

& ex variis scriptoribus petitum

AUCTORE J. B. *Romualdus à S. Maria in Papia ſacra*

5 Fratre igitur Aiſtulpho in regem coronato, monaſterioque, ubi extra urbem regiæ inſtituebantur venationes, ſub Deiparæ patrocinio extructo, quod propterea S. MARIÆ VENATIONUM etiam nunc appellatur, quod & regiâ munificentiâ dotavit, ibi Epiphania egregiam corporis præ ſe ferens formam, cùm jam ad nubilem adoleviſſet ætatem, monaſtico flammeo initiata, cum aliis gynecæi puellis, voti compos effecta eſt; ubi in virtutum palæſtra mirabiliter proficiens, aſperioris ſibi vitæ tenore indicto, ſodalium nullam ſibi in vigiliis, jejuniis, orationibus & regulari obſervantia præcellere paſſa eſt; quanto in Chriſtum ſponſum arderet amore, quantâ polleret modeſtiâ & obedientiâ, quanta fulgeret humilitate & ſui ipſius abnegatione, neminem latebat cum ipſa converſantem.

concinnavit elogium,

6 Religioſæ paupertatis ſtudioſiſſima regiam, pro ea ſequenda, dimiſiſſe jucundabatur, unica ob hoc omni tempore veſte contenta: in ſilentio exactiſſima, nutu dumtaxat ſuperioris verba faciebat. Obedientiâ inſignis, quamvis identidem ad monaſterii regimen plenis votis poſtularetur, ſubeſſe magis, quàm præeſſe jugiter inſtitit. Juſſa aliquando ab aſceteria aquam ex ſicca haurire ciſterna, cùm feſtina ad locum properâſſet, aquis exundantem invenit. Cæleſtium meditationibus ita fuit addicta, ut noctu vix duas ſomno concederet horas. Cilicio, quo jugiter veſtiebatur, innocenti torquendo corpori flagellationes crebras adhibebat, etiam ter in Sabbato, non niſi pane & frigidâ ſuſtentabat: nihil omnino difficile pro Sponſi amore ducens; mirumque erat, quòd, regio ſata ſanguine, nihil interiùs & exteriùs, ſive in opere, ſive in verbo tumidi vel ſuperbi præ ſe ferret.

B

quod hîc

7 Ut autem patientiæ ejus Deus ſpecimen item exhiberet, apud cœnobii præfectam aliquando impudicitiæ à ſodali accuſata, ſumma calumnias manſuetudine, mentiſque & vultûs pertulit ſerenitate: quam & igne in gremio per dimidiam horam abſque combuſtione retento, univerſis mirantibus ſororibus & delatrice confuſa, evacuavit. Erga Deiparam eximio acta & filiali amore, eandem ſibi patronam elegit, in cujus honorem ſex & viginti annorum ſabbata ſine omni cibo tranſegiſſe fertur, cujus interdum apparitione meruit jucundari, atque ab angelo triplici corona, ex roſis altera candidis, altera rubris, tertia ex diverſicolori flore redimiri. Fama autem ejus ſanctitatis percrebreſcente, plurimiſque ad eam confluentibus infirmis, ſalutifero ſigno morti proximis ſexaginta quatuor, hydropicis ſex, paralyticis quatuor, fluxu laborantibus ſanguinis mulieribus octo, membrorum uſu carenti alteri, puelliſque cæcis duabus priſtinam reſtituiſſe incolumitatem: ſed & tres mortuos, inter quos quatriduanum, ad vitam revocâſſe narratur.

C

exhibetur.

8 Quare ſuarum fulgore virtutum ſodalium numerum mirabiliter auxit: ſiquidem plurimæ virgines, ſæculo nuntium remittentes, clauſuræ ſe eidem devovebant, Epiphaniæ potiſſimùm converſatione fruituræ. Itaque cùm meritis & ſanctitate annis quadraginta ſex in monaſterio mirabiliter coruſcâſſet, & ſexageſimum quartum attigiſſet ætatis, ad Sponſum evocata pridie Nonas Octobris obdormivit in Domino, angelorum manibus ad ipſum delata anno reparatæ Salutis ſeptingenteſimo nonageſimo circitèr ſexto: cujus corpus, cùm dies octo publicæ veneration ni inſepultum proſtitiſſet, ægrorum ad illud multitudine confluente, Sponſæ ſuæ gloriam Deus multiplicibus ſignis, tum in energumenis liberandis, tum in claudis ſanandis, tum in cæcis illuminandis teſtatam fecit, in eademque S. Mariæ laura tumulatum, anniverſaria quotannis à ſanctimonialibus illis, tamquam ſacri illius gynecæi fundatricis colitur feſtivitate. D

Fertur illi pater fuiſſe Rachiſius, Foro-Julienſis primùm dux,

9 *Hactenus Romualdi, quod* S. Epiphaniæ *concinnavit, elogium; quod utrùm rectè ſe ubique habeat, nunc examinandum. Temporum illorum ſcriptorem habemus Paulum Diaconum, genere Langobardum, & ſeculi* VIII *Anaſtaſium Bibliothecarium; quibus tamquam ducibus, quoad licebit, hîc utemur. Paulus Diaconus lib. 6, cap. 26 (vide tom.* I *Scriptorum Rerum Italicarum) inter Foro-Julienſes duces Pemmonem his verbis refert:* Deinceps verò (*poſt Corvulum oculis privatum*) Pemmo ducatum promeruit, qui fuit homo ingenioſus & utilis patriæ. Hic patre genitus Billonenſe (*Bellunenſi in Marchia Tarviſina*) qui de Belluno fuerat: ſed propter ſeditionem, quam illic fecerat, in Forum-Julii pòſt veniens, ibi pacificè vixit. Hic Pemmo habuit conjugem Ratbergam nomine, *ex qua filios tres ſuſcepit, ut inquit Paulus paulò inſrà, Ratchim, Ratchaït & Ahiſtulfum. Ex his Ratchis, patri, quòd Caliſtum, Aquileienſem patriarcham in carcerem conjeciſſet, ducatu Foro-Julienſi exuto, ſucceſſit; quo in munere conſtitutus ſtrenuè rem geſſit adverſus Sclavos, & egregiam unà cum fratre Aiſtulpho Liutprando adverſus Spoletanos operam navavit. Hæc ferè Paulus de Rachiſio; qui paulò pòſt ſuam de rebus Langobardicis Hiſtoriam in Liutprandi obitu abrumpit; ne gentis ſuæ ignominiam, & regni Langobardici, devicto per Carolum Magnum Deſiderio, excidium poſteris tradere, Langobardus ipſe, cogeretur.* E

dein Langobardorum rex,

10 *Sed, ut nos hîc deſerat Paulus, habemus & Anaſtaſium, qui paulò plura de Rachiſio ſuppeditabit. Is in Vita Zachariæ Papæ refert, Liutprando è vivis erepto, ad Adelprandum, Liutprandi nepotem, fuiſſe devolutum ejuſdem gentis regnum; ſed, repudiato illo, Langobardos Rachiſium ſibi regem conſtituiſſe.* Ad quem miſſa relatione (*aliàs & meliùs* legatione) ipſe beatiſſimus Pontifex (*Zacharias*) continuò ob reverentiam principis Apoſtolorum & ejus precibus inclinatus (*rex Langobardorum Rachiſius*) uſque ad viginti annorum ſpatium inita pace, univerſus Italiæ requievit populus. *Totidem ſcilicet annorum ſpatio pacem ſe cum Eccleſia ſervaturum ſpoponderat Rachis; verùm promiſſis haud ſtetit. Nam, ut idem Anaſtaſius aliquantò pòſt narrat,* Ipſis itaque temporibus Ratchis, Longobardorum rex, ad capiendam civitatem Peruſinam, ſicut cætera Pentapoleos (Ariminum, Piſaurum, Concham, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auximum, Numanam, Æſium, Forum Sempronii, Montem Feretri, Urbinum, territorium Balnenſe, Calles, Luceolos & Eugubium cum caſtris & finibus ad hæc oppida pertinentibus, *inquit Sigonius lib. 3 de Regno Italiæ ex Privilegio Ludovici Pii, Pentapolis completlebatur*) oppida, vehementi profectus eſt cum indignatione, quam & circumdans fortiter expugnabat. F

ac tandem Caſini monachus,

11 Hoc audiens ſanctiſſimus Papa continuò, ſpe divina fretus, aſſumptis aliquantis ex ſuo clero cum optimatibus, quanto opus, ad eandem pervenit civitatem; impenſiſque eidem regi pluribus muneribus, atque oppidò eum deprecans, opitulante Domino ab obſeſſione ipſius civitatis eum

A eum amovit. *Neque verò id tantùm Pontifex effecit, ut à Perusina obsidione Rachis discederet, sed tanti etiam apud hunc Pontificis auctoritas & reverentia valuit, ut ipsius oratione permotus, valere jussa dignitate regia, unà cum suis monachi habitu sua se sponte induerit. Sic enim Anastasius pergit:* Cui & salutifera prædicans, Deo auctore, valuit animum ejus in speciali studio inclinare. Et post aliquantos dies isdem Ratchis rex, relinquens regalem dignitatem, decorè * cum uxore & filiis (*anonymus Salernitanus apud Muratorium tom. 2 Rerum Italicarum part 2, pag. 172 legit* filia) ad beati Petri, principis Apostolorum, conjunxit limina, acceptaque à præfato sanctissimo Papa oratione, clericusque effectus, monachico indutus est habitu cum uxore & filiis. *Aistulfo fratri Rachis regnum reliquit; qui cum Romanis ac Stephano Papa, ut Anastasius pluribus refert in Stephano, perpetuas, dum regnum tenuit, simultates gessit. Hoc porrò defuncto, Desiderium, Tusciæ ducem, regem sibi Langobardi constituerunt: quod indignè ferens Rachis, depositio monachi habitu, ad arma prosiluit;*

B *sed, agente Stephano Papa, rursus ad vitam monasticam rediit. Hæc de Rachisio ejusque cognatione Paulus Diaconus & Anastasius Bibliothecarius. Inter affines verò suos habuit S. Anselmum, qui Foro-Julienses dux pariter primò fuit, ac dein vitam monasticam, Rachisii forte exemplo amplexus, abbas Nonantulensis effectus est: habuit hic sororem Giseltrudam, Aistulfi, Rachisii fratris, uxorem; de quo vide dicta ad diem* III *Martii, ad quem in Opere nostro locum habet.*

ejus exemplum uxor Ktasia filiaque Ratrudis

12 *Quod fuerit Rachisii uxori nomen, quod item ejus filiæ, docet Erchemperti, monachi Casinensis, brevis Descriptio de postremis quinque regibus Langobardorum in Italia. Scripsit Erchempertus anno* 888 *Historiam Langobardorum Beneventi; quam habes tom.* 9, *part.* 1 *Thesauri Antiquitatum & Historiarum Italiæ, cui præmittitur brevis Descriptio jam laudata: hæc autem ex Anastasio seu Pontificali Romano, ut ex utriusque verbis, subinde planè iisdem, intelligere est, de Rachisio sic habet:* Post hunc (*Hilprandum, Liutprandi nepotem*) Ratchis regnavit annos quatuor & menses novem.... Ratchis verò ad capiendam Perusinam urbem, sicut cætera Pentapoleos oppida, vehementi profectus est cum indignatione; quam & circumdans fortiter

C expugnabat. Cui occurrit Zacharias Papa, &, datis multis muneribus, multaque cum prece ab obsidione ipsius civitatis amovit. Cùm non multùm pòst idem Ratchis, divino instinctu regalem relinquens dignitatem, devotè cum uxore & filiis ad B. Petri, principis Apostolorum, perrexit limina, clericusque effectus, monachico indutus est schemate cum uxore & filiis. Et ille quidem cum filiis ad B. Benedicti cœnobium profectus est, ubi sub arctissima vitæ districtione vitam finivit. Uxor verò ejus, Ktasia nomine, cum Raptrude prole sua, similiter mutato habitu, ex propriis sumptibus monasterium puellarum in Plumbariola construxerunt, multisque ditârunt opibus, ibique sub magna districtione vitam ducentes diem clauserunt extremum.

invitatæ leguntur apud scriptores antiquos.

13 *Paulo, Anastasio & Erchemperto accedat & Leo Marsicanus, ut scriptorum paulò antiquiorum de Rachisio, uxore ejus & prole dicta sub unum veluti aspectum exposita habeas. Scripsit ille seculo duntaxat* XI; *in Historia verò Casinensi lib.* 1, *cap.* 8, *primùm dicit, Rachisium regnâsse* annos quinque & menses sex, *cùm Romam* cum uxore & filia (*Tasia & Rattruda*) *petiit: tum, monachum factum abiisse Casinum, &* ibidem vitæ finem fortitum: *Tasiam verò & Rattrudam in constructo à se non longè à Casino* (*fluvio*) *monasterio Plumbariola*, ultimum diem clausisse. *Denique addit Leo, sua ætate vineam fuisse haud procul Casino, quam Rachis excoluerit, & inde* Ratcisi vineam *dictam fuisse. Eadem, quæ Leo, scribit Anastasius senior in Epitome Chronicorum Casinensium tom.* 2 *Rerum Italicarum pag.* 358; *scriptor, ut volunt, seculi octavi inter annum* 752 *&* 757, *atque adeò minimè negligendus, nisi auctor commentitius esset. Præmissis his antiquorum scriptorum testimoniis, nunc ad Romualdi à S. Maria narrationem, num.* 3 *& quinque seqq. transcriptam, examinandam accedamus. Unde eam Romualdus congesserit, num.* 2 *exposui, monuique* S. Epiphaniæ *Vitam, quam citat inter alia monumenta, non admodùm antiquam videri; si nimirum illa nonnulla de Rachisio referat (nec enim, unde singula mutuatus sit, Romualdus edixit) quæ de illo leguntur apud eumdem Romualdum.*

AUCTORE J. B.

E

Romualdus, cujus de S. Epiphania elogium examinatur.

14 *Hujusmodi in primis est, quod de Rachisio num.* 3 *scribit, hunc nempe regno renunciâsse, cùm illud sexennium & ampliùs jam tenuisset: Erchempertus enim num.* 12 *laudatus, Rachisium regnâsse ait annos tantùm* 4, *menses novem; Leo verò Marsicanus annos* 5, *menses verò* 6. *Neuter itaque Rachisio annos sex & ampliùs tribuit. Sed quoniam ex annis Rachisii pendent, quæ de* S. Epiphania, *ad vitam monasticam conversa, fundatoque per Rachisium S. Mariæ Venationum monasterio dicentur; annos illius ad accuratiores calculos revocemus. Ansprandus, cùm in extremis esset, filium Liutprandum in regem Langobardorum electum vidit:* Cernentes Langobardi, *inquit Paulus Diaconus lib.* 6, *cap.* 35, hujus (*Ansprandi*) interitum, Liutprandum, ejus filium, in regali constituunt solio. Quod Ansprandus, dum adhuc viveret, audiens, valde lætatus est. *Obiit autem Ansprandus Idibus Junii Indictione* X, *ut in ejus Epitaphio Ticinensi habetur, quod vide tom.* 1 *Scriptorum Rerum Italicarum pag.* 902. *Indictio* X *annum* 712 *designat; quo regnare mense Junio Liutprandus cœpit: tenuit verò regnum annis* 31 *& mensibus septem, teste Paulo Diacono lib.* 6, *cap.* 58. *Regnum itaque protraxit usque ad mensem Januarium vel Februarium anni* 744. *His adde menses* 7, *quot à patris Liutprandi obitu Ildeprandus Langobardis rex fuit, ad mensem circiter Septembrem anni* 744 *pertinges, & regni Rachisii principium.*

F

annos regni Rachisii,

15 *Hinc verò numerando annos* 4 *& menses* 9, *quot illi tribuunt Erchempertus & chronologus Brixianus apud Muratorium tom.* 4 *Antiquitatum Italiæ pag.* 944; *ad annum* 749, *ad mensem circiter Julium provectum, deducemur, quo se regno Rachis abdicârit, eique Aistulfus frater successerit. Qui calculus planè congruit cum chronologo Brixiano, mox laudato; uti & cum auctore Vitæ S. Anselmi, abbatis Nonantulensis, ab ea ætate, ut apparet, haud multùm remoto. Prioris verba sunt:* Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCXLIX, & post ingressum in Italiam Langobardorum anno CLXXX accepit regnum Langobardicæ gentis vir gloriosissimus Aistulphus rex in mense Julio Indictione II. *Posterioris verò:* Igitur anno Dominicæ

AUCTORE J. B.

Incarnationis ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, centeſimo verò octogeſimo ingreſſionis Longobardorum in Italiam, vir glorioſiſſimus Aiſtulfus (Ratchiſo, germano ſuo, devicta Pentapoli, ſuaſu domni Zachariæ Papæ facto Romæ clerico) ſceptrum Longobardorum ſtrenuè regens... in primo anno regni ſui per ſuum præceptum conceſſit venerabili viro Anſelmo &c.

quod & Pagius fecit,

16 *Pagius in Criticis, etſi ad annum* 744, *num.* 6, *eodem anno Rachiſium regnare incepiſſe; regno verò vale dixiſſe anno* 749 *pariter aſſerat ad annum* 750, *num.* 1; *à calculo tamen mox expoſito diſcrepat, loco proximè citato de Leone Oſtienſi ſcribens :* Sed rectè ſcripſit, eum (*Rachiſium*) regnâſſe annos quinque, menſes ſex. *Ita ille procedit : Rachiſius deceſſorum ſuorum Rotharis & Liutprandi leges confirmavit*, anno, *ut ait ipſe Rachis*, regni mei ſecundo, die Kalendarum Martiarum Indictione quarta decima, *ſeu anno* 746; *quare annum regni ſui primum exorſus eſt anno* 744 *poſt Kalendas Martias : alioquin enim Kalendis Martiis anni* 746 *numerâſſet annum regni ſui tertium. Jam verò, cùm Aiſtulphus in proœmio legum, quas ipſe regis Rotharis Edicto adjecit, Indictione ſeptima, qua annum* 754 *denotat, Kalendis Martiis annum regni ſui quintum fluxiſſe dicat; neceſſe eſt, ut anno* 749 *poſt Kalendas Martias Aiſtulfus regnare inceperit, qui alioquin anno* 754 *Kalendis Martiis annum non quintum, ſed ſextum numerâſſet.*

B

malè diſponit.

17 *Quo quidem pacto rurſum liquet, Rachiſium ab anno* 744 *uſque ad annum* 749 *Langobardis præfuiſſe; at ſi ab anno* 744 *ultra Kalendas Martias provecto, annos integros* 5 *& menſes* 6 *numeres, uſque ad menſem Auguſtum ſaltem anni* 749 *pervenies, quo regnum Rachiſius abdicârit, quod contra chronologum Brixianum, num.* 15 *laudatum, facit; qui Aiſtulfum menſe Julio anni* 749 *Langobardorum regnum adeptum ſcribit. Præterea ex Pagii calculo Hildebrandus, Liutprandi filius, à Langobardis mox à patris obitu rejectus fuit; cùm tamen à patris obitu menſibus* 7 *regnâſſe dicatur in brevi Deſcriptione regum Langobardorum, de qua ſuprà; uti & in brevi Chronico regum Langobardorum ab anno* 568 *uſque ad* 883, *quod* (*vide tom.* 4 *Antiquitatum Italiæ pag.* 944) *ita habet :* Hilprand regnavit menſes VII, *nempe ab obitu patris. Pagius ad annum* 744, *num.* 6, *ut oſtendat, Hildeprandum non ſucceſſiſſe Liutprando, hæc Sigeberti verba adducit :* Hildeprando, quem ipſe (*Liutprandus*) regem deſignaverat, à Langobardis reprobato, Rachis regnat poſt eum annis VII. *Verùm an reprobatio Hildeprandi non potuit fieri aliquot à Liutprandi obitu menſibus, quod monumenta mox laudata, Sigeberto potiora, affirmant? An non hoc ipſum fortaſſis hæc Sigeberti verba,* Rachis regnat poſt eum, *fortaſſis inſinuant? Ex quibus efficitur, à Romualdo Rachiſii regimini uſque ad abdicationem regni Langobardici malè tribui annos ſex & ultrà, undecúmque tandem id aſſeruerit.*

C

Romualdus item Retrudem & Petrudem,

18 *Sed neque verum attigiſſe videtur Romualdus, cùm, ut num.* 3 *pariter videre eſt,* S. Epiphaniam, *Ticini in monaſterio S. Mariæ Venationum Virginem ſacram, ibique mortuam & ſepultam, alio nomine* Retrudem *dictam fuiſſe; ac ſororem aliam,* Petrudem *nomine, virginem pariter Deo ſacram, habuiſſe, ſcribit. Petrudem quidem part.* 3 *Papiæ ſacræ pag.* 63 *in Annotatione ad Rachiſium monaſterio Plumbariolæ ſponte concedit; at Retrudem, ſeu, ut interpretatur,* Epiphaniam, *Ticinenſi S. Mariæ Venationum monaſterio vindicare nititur : vereor tamen, nec ſine cauſa, ne eadem ſit Petrudis, quæ ipſi Retrudis eſt. Vix enim dubitandum videtur, quin Romualdi Retrudis, ſit Erchemperti, num.* 12 *laudati, Raptrudis, & Leonis Marſicani, num.* 13 *laudati, Rattruda; quam uterque in monaſterio Plumbariolæ diem clauſiſſe extremum, ſcribit. Ac tantò quidem magis id vereor, quòd ex Camillo Peregrino in Lectionibus variantibus Deſcriptionis brevis quinque poſtremorum Langobardorum in Italia regum, eamdem Rachiſii filiam, quæ in Plumbariolæ monaſterio cum matre Ktaſia vel Ktaxia vitam monaſticam egit obiitque, non modò* Raptrudem, *ſed &* Rattrudam & Reptrudem; *imò & apud Baſilium Zancarolum Cydonium tom.* 6 *Theſauri Hiſtoriarum Italiæ part.* 4, *col.* 99, Ratondam *dictam fuiſſe, intelligam; ut veroſimillimè &* Petrudis *interdum dicta fuerit. Sic equidem illam nominari à quibuſdam, Bucelinus in Menologio Benedictino ait ad diem* 2 *Junii de Rattruda, Plumbariolæ mortua, agens, quem tamen, in quantum Rattrudem ab* Epiphania *diſtinguit, pro ſe Romualdus laudat. Laudat & civitatis Ticinenſis monumenta, quæ ipſe viderit; ſed ea, quæ qualiave ſint, ignorare nos ſivit. Quare Erchemperto & Leoni Marſicano, Ratrudem in monaſterio Plumbariolæ defunctam, affirmantibus, quàm Romualdo à S. Maria adhærere hactenus malo; propter quorum auctoritatem Rachiſium Caſini habitâſſe, non diffitetur Romualdus; cur igitur negat, Ratrudem in Plumbariolæ monaſterio obiiſſe, quod iidem ſcriptores affirmant?*

D

Rachiſii, ut vult, filias, malè diſtinguit; & Epiphaniam.

19 Epiphaniam *igitur cum Retrude perperam confudiſſe videtur Romualdus, quam in monaſterio Plumbariolæ vixiſſe ſub S. Benedicti Regula atque ibidem obiiſſe, tradunt Erchempertus & Leo Marſicanus num.* 12 *&* 13 *citati; unde veroſimillimum fit, ibidem quoque fuiſſe ſepultam. Quòd ſi* S. Epiphaniæ *Acta, Ticini in S. Mariæ monaſterio ſervata,* Epiphaniam *cum Retrude etiam confundant, argumento id alteri erit, ea ætatis, ut ſuprà dicebam, non admodùm vetuſtæ eſſe. Sed hinc alia, eaque gravior enaſcitur difficultas; num una tantùm, quæ in monaſterio Plumbariolæ vixerit obieritque, fuerit Rachiſio filia, nempe Ratrudis; num contrà gemina; altera Ratrudis, altera verò* Epiphania, *quæ apud Ticinum vitam egerit, & ſepulturam nacta fuerit in monaſterio S. Mariæ Venationum. Geminam Rachiſio filiam fuiſſe, Romualdus contendit; præfractè negat Angelus de Nuco in Annotatis ad caput* 8, *lib.* 1 *Chronici Caſinenſis, à Leone Marſicano conſcripti; ubi, cùm dixit, falſum eſſe, Rachiſium unà cum uxore Thaſia & filia* Epiphania *monaſtico inſtituto in monaſterio S. Mariæ Venationum prope Ticinum à ſe condito fuiſſe initiatum & ſepultum, ſic concludit num.* 3. Nam quòd Ratchis, cùm adhuc Papiæ regnaret, cœnobium illud fundaverit, non repugnaverim. Cæterùm, nullo adhibito veterum ſcriptorum teſtimonio, ſola, ut opinor, monaſterii conſtructione ſeductos (*de Jacobo Gualla & Stephano Breventano illi ſermo eſt*) alia pro arbitrio comminiſci, inſolens eſt audacia.

E

Ticinenſem monialem,

20 *Nititur Angelus Leonis Marſicani verbis num.* 13 *datis; quibus unius tantummodò Rachiſii filiæ, nempe Rattrudæ, mentio fit; & Rachiſius Caſini monachus vixiſſe & obiiſſe dicitur; uti Thaſia ejus uxor cum filia Rattruda in monaſterio Plumbariolæ. Romualdus verò à S. Maria, Rachiſium habitâſſe quidem Caſini aliquande*

F

A *quando, concedit; sed ita ut vitam monasticam Ticini unà cum* Epiphania *inchoârit, finieritque, Rachisii res gestas hoc ordine disponens: 1, inquit,* Ticino Rachisius Perusiam, eam obsessurus, discedit, ubi à Zacharia Pontifice ad religiosam perfectionem inflammatur. 2. Inde Ticinum redit, ac monasterium exstrui mandat, fratrique Aistulpho regnum resignat. 3. Romam subinde petit, inibique à Zacharia in clericum tondetur. 4. Ticinum iterum regreditur, ubi, resignationem regni fratri confirmans, in suo monasterio monachum se facit unà cum uxore Thesia ac filia Retrude (*Epiphania nimirum, ex ejus sententia*) quæ monasticum pariter habitum acceperunt. 5. Relicta subinde Filia sanctimoniali juxta votum ejusdem in prædicto monasterio, ipse de terra exiens & cognatione sua, Montem Cassinum petit: quem secutæ uxor in monastico habitu, ac filia Petrudis (sive in monastico, sive in laïcali, non disputamus) inibi pro ipsis monasterium Plumbariolæ excitat, ubi filia D. Numini dicata cum matre, ipse in Cassinensi monasterio Deo vacat, usque ad electionem Desiderii in regem.

B *Rachisii filiam fuisse,* 21 *Habes igitur, quî Rachisius vitam monasticam Ticini inceptam ex Romualdi opinione Cassini exercere perrexerit: audi nunc, quî eam tandem Ticini finierit.* 6. Quando, *inquit,* dæmonis astu, suorum annuens invitatibus, monastico dimisso habitu, regnum repetere cœpit. 7. Quo subinde Pontificis hortatu reassumpto, in suo subinde Ticinensi asceterio (erubescens fortè, tanquam instituti desertor, ad eos iterum reverti, à quibus discesserat) cum filia Epiphania seu Retrude, quæ monasticam ibi profitebatur, sanctitati vacans, optimo fine vitæ cursum consummavit. *Ita Romualdus: verùm non unum hic ejus peccatum est. Nam primò, quòd Retrudem à Petrude distinguat, id ex antè dictis verosimillimè perperam facit; & ut Rachisium Ticino Cassinum abiisse ait, ac inde Ticinum rursus venisse; ita, Retrude à Petrude non distincta, Retrudem seu Petrudem patrem suum tam Cassinum, quàm Ticinum secutam esse, pari modo comminisci potuisset. Dein Rachisium, in clericum Romæ tonsum, rediisse Ticinum, non modò Leoni Marsicano, sed & Erchemperto contrarium est.*

C *Leo enim, postquam dixit, Rachisium Romæ à Zacharia Pontifice clericis adscriptum fuisse, sic pergit continuò:* Moxque ad hoc monasterium beati Benedicti (*Casinense*) eodem Apostolico transmittente, perveniens & sub regulari magisterio instituendum se tradens, post religiosam satis ac Deo placitam conversationem, ibidem vitæ finem sortitus est. *Erchemperti verba habes num.* 12, *quibus pariter satis innuitur, Rachisium, Româ profectum, Casinum cum suis, non Ticinum, monasticæ vitæ degendæ causâ abiisse. Tertiò denique in eosdem auctores impingit manifestiùs, cùm Rachisium Ticini feciisse vivendi finem, scribit; quorum alter Casini illum* vitæ finem sortitum, *alter* vitam finivisse, *diserte affirmat.* AUCTORE J. B.

22 *Nescio tamen, an pariter erret Romualdus, cùm binas Rachisio filias fuisse, scribit: quamquam enim Leo Marsicanus unius tantummodò meminerit; non inde tamen ausim concludere, plures Rachisio non fuisse. Leo enim Marsicanus, res monasterii Casinensis pertractans, absque ullo Historiæ suæ dispendio tacere* Epiphaniam *potuit, etsi hujus nominis Rachisii filiam Ticini monasticam vitam egisse, non ignorâsset. Adhæc nonnihil parciùs de Rachisio Leo scripsit, qui illius ad regnum recuperandum conamina silentio præterierit, nec Rachisii filiorum (si quidem filios habuisse dicendus est: vide num.* XI) *mentionem fecerit ullam, quos tamen habuisse ex Anastasii verbis, num.* 12 *transcriptis, & Casini quidem unà cum patre monachos fuisse, ex Erchemperto num.* 12 *consequi videtur. Quia tamen unius tantummodò Rachisii filiæ, quæ monasticam vitam egerit, Erchempertus & anonymus Salernitanus, seculi* X *scriptor, imò & ipse Anastasius memincrunt, eademque, nempe Rattruda, monasterio Plumbariolæ concedenda videtur; haud satis certò constitutum est,* S. Epiphaniam *; Ticini cultam, alteram fuisse Rachisii filiam. Fortassis* Epiphania *fuerit, non Rachisii filia, sed fratris ejus Ratchaït, qui idem, qui Rachis, aliquando habitus sit ex similitudine nominum. Illa verò vitæ monasticæ sese dediderit ipsius Rachisii aliorumque cognatorum suorum exemplo.* non probat.

23 *Utut sit (nec enim suppetit, unde quid certi hoc in argumento dicamus) fertur* S. Epiphania *Ticini in monasterio S. Mariæ Venationum, à patre suo Rachisio condito, monasticam vitam exorsa circa annum* 749, *quo ejus pater, qui* Beati *titulo à Benedictinis nonnullis honoratur, suo se regno abdicavit. Vixisse illam in eo monasterio ferunt annis* 46; *atque adeò usque ad annum circiter* 795 *vitam produxerit, licet aliqui, ut Romualdus dit, obiisse illam velint circa annum* 760. *Cùm verò præterea anno ætatis suæ* 64 *mortalem hanc vitam reliquisse tradatur, circa annum* 731 *mundo natam esse, ac anno circiter ætatis suæ* 18 *religiosæ vitæ nomen dedisse, oportuit. Quibus maximè virtutibus fulserit, quibus decorata prodigiis, ex Romualdino elogio, suprà dato, facilè intelliges. Verùm nec de his omnibus quidquam certi ausim statuere, propterea quòd, cujus ætatis aut valoris sint Acta* S. Epiphaniæ *& monumenta Ticinensia, à Romualdo quidem generatim laudata, sed nobis hactenus haud satis perspecta, ignorem.* nec satis hactenus nobis certa sunt cetera, quæ de illa tradita.

AUCTORE C. B.

DE S. NICETA CONFESSORE

IN GRÆCIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sancti memoria in Faſtis ſacris, cultus eccleſiaſticus, natales, diſtinctio ab homonymis, vitæ ſeries diſcuſſa, Acta, è Menæis edenda, qualia ſint.

ANNO CIRCITER DCCCXXXVIII. *Sanctus, qui cultu, uti hic*

B

QUòd ſola *Sanctorum in ſacris Græcorum Faſtis deſcriptio* (*adi Operis noſtri tom.* VI *Septembris pag.* 535 *& ſeq.*) *cultum eccleſiaſticum non importet, Sancti non pauci occurrunt, de quibus, etſi vel Menæis, vel Menologiis Baſiliano & Sirletiano, aut etiam Synaxario Sirmondiano ſint inſcripti, dubitari non immeritò poteſt, an cultu eccleſiaſtico apud Græcos gaudeant, aut unquam fuerint gaviſi. Ac inprimis quidem* S. Nicetam, *patricium confeſſorem, illis accenſendum, non nemo fortè contendat, quòd, quamquam hodie in magnis Græcorum Menæis excuſis aliiſque etiam ſacris Faſtis memoretur, de eo tamen in hodierno eorumdem Menæorum Officio nihil omninò fieri videatur, nec quidquam fieri præcipiatur in ullis ritualibus Græcorum libris. Verùm, etſi hoc ita ſit, eccleſiaſticus Sancti in eccleſia Græca cultus mihi aliunde ſat certus apparet. Primò enim* S. Nicetas *non ad unum duntaxat, ſed ad duos dies diverſos, ad hodiernum videlicet, quo binos tantummodò verſiculos, & ad* XIII *Octobris, quo prolixum præterea elogium ſibi habet adjunctum, in magnis Menæis impreſſis celebratur; quem honorem Sancto, qui omni prorſus cultu eccleſiaſtico careat, in ſacris illis Græcorum Faſtis deferri, hactenus non comperi. Secundò Sanctus noſter non tantùm in præfatis Menæis, & à Maximo Margunio, paſſim hæc ſecuto, commemoratur;*

C

verùm etiam in variis, quæ penes nos exſtant, Menæis contractis Mss., in Synaxario Sirmondiano itidem Ms., & in ambobus typorum beneficio vulgatis Menologiis, Baſiliano ſcilicet & Sirletiano; illum autem in tot monumentis ſacris à Græcis celebrari, non infirmum cultûs eccleſiaſtici, quo apud hos vel hodieque gaudet, vel certè olim fuit gaviſus, argumentum apparet.

argumento non uno probatur.

2 *Tertiò Menologium Sirletianum, quod hodie* Nicetæ *natalem, ſeu hunc Sanctum noſtrum in cælis primò natum celebrat, commemorationem ejuſdem, ut pariter Menæa excuſa faciunt, ad* XIII *Octobris etiam indicit; quod cultum eccleſiaſticum, qui tunc ſaltem Sancto aut debuerit, aut debeat deferri, arguere videtur. Quartò denique in Menæis excuſis tum hodie, tum iterum* XIII *Octobris* Nicetas Sancti *titulo & duobus verſiculis condecoratur, ad calcem etiam adjectâ, quâ & ejus & aliorum ad utrumque diem cum ipſo ibidem memoratorum Sanctorum precibus divina miſericordia imploratur, brevi hâc oratiunculâ, in Menæis excuſis etiam aliàs poſt recenſitos aliquot Sanctos uſurpari non rarò ſolitâ:* Ταῖς ἁυτῶν ἁγίαις πρεσβείαις, ὁ Θεὸς, ἐλέησον καὶ σῶσον ἡμᾶς· Sanctis ipſorum (Nicetæ *ſcilicet aliorumque Sanctorum, proximè ibidem in Menæis præmiſſorum*) precibus, ô Deus, miſerere noſtri & ſalva nos; *omnes autem, qui ita in Menæis excuſis celebrantur, hoc ipſo coli, ut Sanctos, indubitatum apparet, niſi fortè in caſu quopiam particulari aliunde conſtet contrarium, uti V. G. ſit in concilii* VI *œcumenici Patribus ſeu epiſcopis, quorum omnium commemorationem ad* XIV *Septembris diem Menæa excuſa modo proximè expoſito indicunt, & quos tamen non omnes à Græcis coli, ut Sanctos, per ſe, quantùm opinor, ſatis liquet.*

D

E

eccleſiaſtico eoque legitimo apud Græcos gaudet.

3 *Nec eſt, quòd opponas, in Menæis excuſis ſubinde etiam explicato modo celebrari, qui Sancti non ſunt; id enim duntaxat argumento eſt, à Græcis aliquando etiam indignos honorari, ut Sanctos; quod ſanè fatemur, quodque quàm verum ſit, in chronologica patriarcharum Conſtantinopolitanorum Hiſtoria, Operis noſtri tom.* I *Auguſti præfixa, loco non uno ac præſertim pag.* 95 *& quatuor ſeqq. oſtenditur. Aſt hic nævus, quo Menæa infecta ſunt, Græcis ſchiſmaticis, qui ſeculo* XI, *media ſui parte ferè provecto, aut ſeriùs vixerunt, pluresque ſchiſmatis fautores aut alios indignos ſacris eccleſiæ ſuæ Faſtis inſeruerunt, debet attribui; quare, cùm Photii, qui poſt medium ſeculum* IX *funeſti inter eccleſiam Græcam & Latinam ſchiſmatis auctor fuit, in cathedram Conſtantinopolitanam ſucceſſores ſeculo* X, *uti inter eruditos convenit, ſchiſmatici non fuerint, ſitque Sanctus, qui ex dicendis anno circiter* 838 *vivere deſiit, Menologio Baſiliano, quod eodem ſeculo* X *Baſilii Porphyrogeniti imperatoris juſſu fuit confectum, etiam inſcriptus, veroſimillimum apparet, jam tum ei, ut Sancto, cultum eccleſiaſticum exhibuiſſe Græcos tum adhuc Catholicos, qui minimè utique facturi id fuiſſe videntur, ſi honore illo fuiſſet indignus. Hinc porrò jam conſequitur, ut cultus, quo* Nicetas *gaudet aut certè olim fuit gaviſus, legitimus exſtiterit, utque ipſemet pro vero Sancto ſit habendus, maximè cùm elogia, vita ejus hiſtoriam exhibentia, quibus in utroque Menologio, in Menæis impreſſis & in Synaxario Sirmondiano Ms. celebratur, nihil omnino contineant, quod vel manifeſtè fabuloſum ſit, vel Virum ſanctum dedeceat, uti vel ex ſola dictorum elogiorum inſpectione pateſcet. Horum omnium prolixius eſt, quod Menæa excuſa ad* XIII *Octobris ſuppeditant.*

F

elogiiſque, quæ hic dantur, in Menologiis Sirletiano

4 *Id proinde, ne rerum tractandarum ſeries nimiùm interrumpenda ſit, Commentario huic non inferam, ſed ad ejuſdem calcem Actorum nomine ſubjungam, binos interim verſiculos, quos in ca-*

A *capite præfert, cum adjuncta verſione Latina, aliaque breviora Sancti elogia in anteceſſum huc tranſcribens. Verſiculi illi, quibus etiam hodie in iiſdem Menæis Sanctus ornatur, ſic habent:*

Θλίψεις ὑποσὰς εἰκόνων θείων χάριν
Χαίρει χαρὰν Νικήτας, οἵαν οἱ νόες.

Toleratis divinarum imaginum causâ anguſtiis,
Gaudio gaudet Nicetas, quali angeli.

Elogia, quæ huc jam transferre lubet, tria ſunt numero, Baſilianum videlicet, Sirmondianum & Sirletianum, ita hîc à me appellata, quòd primum hodie in Menologio Baſiliano, ſecundum hodie itidem in Synaxario Sirmondi, ac tertium denique ad XIII *Octobris deſcribatur in Menologio Sirletiano, in quo præterea etiam hodie Sanctus noſter, ſeu potiùs natalis ejus in cælis dies breviter ita annuntiatur:* Eodem die (VI *ſcilicet Octobris*) Natalis ſancti patris noſtri Nicetæ patricii ex Paphlagonia, qui ſanctarum imaginum confeſſione multas ærumnas & calamitates conſtanter pertulit. *En modò, quibus ſingula tria dicta elogia verbis concipiantur. Sirletianum ſic habet:* Eodem die (XIII *Octobris*) commemoratio ſanB cti patris noſtri Nicetæ patritii ex regione Paphlagoniæ, qui, cùm eſſet divinarum literarum & pietatis ſtudioſus, pro cultu ſanctarum imaginum adverſus eorum * impugnatores & imperatorem Leonem plurimùm laboravit, multiſque editis miraculis, cùm mortis ſuæ diem prædixiſſet, migravit in cælum.

*earum

ac Baſiliano, 5 *Baſilianum ex interpretatione, quam Menologii Baſiliani editio, anno* 1727 *Urbini facta, exhibet, hunc ſonat in modum:* Sanctus pater noſter Chriſtique confeſſor Nicetas, Irenes auguſtæ propinquus, ei non tam ob propinquitatem, quàm ob ſuam virtutem acceptus erat. Sic enim in certaminibus ac virtutum exercitationibus excelluit, ut ad ſanctam Nicænam ſecundam ſynodum imperatricis legatus miſſus fuerit; quo in munere egregiè & inſigniter, ut Deo placitum eſt, ſe geſſit. Erat enim ad omnia præclarè gerenda maximè idoneus. Quare patriciatûs honore cumulatus Siciliæ ſtrategus (*id eſt, præfectus, dux aut etiam prætor, quemadmodùm ad vocabula* ſtrategus, στρατηγὸς, *in Gloſſariis mediæ & infimæ Latinitatis & Græcitatis Cangius exponit*) declaratur: quâ etiam provinciâ optimè adminiſtratâ, multa præcipuè erga viduas & pupillos benignitate uſus, domum C rediit. Verùm quia imperio potitus erat Leo Armenus iconomachus, remiſſo dignitati, divitiis, omnique mundanæ gloriæ nuncio, monachus efficitur. Quod cùm imperator reſciviſſet, volens illum tormentis ſubjicere, imperavit, ut Servatoris imaginem mitteret, quò illam combureret. Sed cùm id facere detrectaret, illum relegavit: qui, in exilio multis confectus ærumnis, deceſſit.

uti & in Synaxario Sirmondi celebratus, 6 *Sirmondianum è lingua Græca, quâ ſcriptum eſt, in Latinam ita convertitur:* Floruit (S. Nicetas *patricius, ut præmittitur*) ſub piiſſima Irene, in honore ac amore abs illa habitus, utpote ejus conſanguineus, è parentibus Gregorio & Anna, è Paphlagonia oriundis, natus; exiſtens autem eunuchus, prudentiâ & rerum peritiâ multos ſuperabat. Ad ſecundam Nicænam ſynodum ab imperatrice legatus miſſus eſt, ac deinde in Siciliam propter rerum ibidem gerendarum difficultatem. Hinc porrò reverſus eſt ac vitam monaſticam ſuſcepit. Cùm verò deinde, multis anguſtiis ac perſecutionibus pro ſanctis imaginibus primò quidem ſub impiiſſimo Leone Armeno ac pòſt ſub Michaële, hujuſque filio Theophilo toleratis, ſeptuageſimum quintum ætatis ſuæ annum impleviſſet, migravit ad Dominum, multis ſignis ac miraculis patratis. *Talia ſunt tria ſupra memorata Sancti elogia; quæ ſanè, uti inſpicienti patebit, nihil omninò continent, quod vel fabulas Græcis familiares apertè redoleat, vel ſiniſtram de* Nicetæ *ſanctitate ſuſpicionem injiciat.* AUCTORE C. B.

à Caſtellano etiam, aliiſque eccleſiæ Latinæ martyrologis memoratur, 7 *Quare cùm nihil etiam hujuſmodi vel in Sancti Actis ſeu elogio, è Menæis infrà dando, vel alibi uſpiam occurrat, meritò ſanè in Catalogo Generali Sanctorum, qui Romano hodierno inſcripti non ſunt, in Martyrologio Univerſali & in Martyrologio Siculo locum hodie Sancto noſtro dederunt, qui ſacros hoſce Faſtos concinnârunt, Ferrarius, Caſtellanus & Octavius Caietanus, qui Sancti nomen aſteriſco etiam non diſtinguit, proximè ante Martyrologii ſui initium præfatus, hoc modo à ſe recenſeri Sanctos, quibus publici honores deferuntur; ut proinde & ipſe,* Nicetam *cultu eccleſiaſtico, è Menologio Sirletiano & Menæis, quæ ad marginem citat, indubiè exiſtimârit. Verùm ut quid Baronius,* E *qui hodie S. Eroteïda martyrem, ſuprà jam datam, alioſque aliis diebus Sanctos è Menologio Sirletiano in Martyrologium Romanum intulit, hodie nihilominus ab inferendo in id Sancto noſtro abſtinuit, qui tamen ex dictis in Sirletiano, non ſecùs ac Eroteïs, hodie memoratur? Fecerit veroſimiliter id vir eruditiſſimus, quòd* Nicetam, *Sirletiano hodie inſcriptum, eumdem putârit cum Niceta, Medicienſi in Bithynia hegumeno ſeu abbate, quem ad* III *Aprilis diem, ad quem proinde nos de eo in Opere noſtro etiam egimus, Martyrologio Romano jam inſcripſerat. Ita opinor, quòd index, nono Annalium Eccleſiaſticorum Baronii tomo adjectus, uni eidemque Nicetæ attribuat, quæcúmque in eodem tomo ſive de* Niceta *noſtro, ſive de Niceta, Medicienſi hegumeno, narrantur.*

nec in Romano hodierno omitti debuiſſet, 8 *Verùm plura, quæ in elogiis ſuprà memoratis de* Niceta *noſtro leguntur, ſunt hujuſmodi, ut in Nicetam Medicienſem minimè quadrent, pugnentque cum ſancti hujus abbatis Vita, à Theoſtericto monacho & diſcipulo fideliſſimè conſcripta, primoque Aprilis tomo à pag.* 254 *uſque ad pag.* 266 *apud nos inſerta. Ut pauca è* F *multis rei hujus ſpecimina proferam,* Nicetas *noſter, quemadmodùm Sirmondianum ejus elogium, num.* 6 *huc tranſcriptum, prodit, patrem habuit, nomine* Gregorium; *Conſtantinopoli, uti Acta, è Menæis danda, num.* 2 *docent, in monaſterio,* Chryſonice *appellato, monachum induit, atque, ut itidem, conſentiente etiam Sirmondiano elogio, nec refragantibus reliquis, Acta è Menæis danda docent, ſub Theophilo, Michaëlis Balbi filio, qui ante annum* 829 *patri in imperium non ſucceſſit, vitam hanc mortalem cum immortali commutavit. At verò Nicetas, Medicienſis abbas ſeu hegumenus, patrem, nomine* Philaretum, *ſortitus eſt, vitam monaſticam in Medicienſi monaſterio, in Bithyniæ parte maritima ad Propontidem ſito, amplexus eſt, ac tandem ſub Michaële Balbo* die tertia menſis Xanthici, *ſeu Aprilis*; Dominica die illuceſcente, *quæ notæ chronicæ annum* 824 *deſignant, diem extremum obiit, teſtante hac omnia apud nos Theoſtericto mox laudato in ejus Vita, primum quidem num.* 4, *ſecundum num.* 8, *ac tertium denique num.* 48 *& ſeq. Præterea* Nicetas *noſter*

AUCTORE C. B.

ſter in Menæis, Menologiis Sirletiano ac Baſiliano, uti & in Synaxario Sirmondi Patricii *titulo decoratur; hac autem dignitate conſpicuum non fuiſſe Nicetam Medicienſem, ex ejus apud nos Vitæ cap.* 1 *abundè liquet. Niſi igitur Menais aliiſque Græcorum Faſtis ſuprà laudatis omnem penitus fidem velimus abrogatam, dubitandum non eſt, quin à Niceta, Medicienſi abbate,* Nicetas *noſter ſit diſtinctus; ut hunc adeò, quòd illum ad* III *Aprilis diem jam commemorâſſet, in Mrl. Romano hodie omittere non debuerit Baronius.*

anno circitèr 763 in Paphlagonia natus eſt.

9 *Quare, Sancti noſtri à Niceta Medicienſi diverſitate legitimoque eccleſiaſtico cultu ſufficienter jam ſtabilitis, variiſque etiam, quibus* Nicetas *ornatur, elogiis in medium adductis, diſcutere modò pleraque aggredior, quæ tum in his, tum alibi de illo occurrunt. In Paphlagonia, Minoris Aſiæ provincia, natum eſſe* S. Nicetam, *Menæa ſeu Acta ex his danda num.* 1 *memoriæ produnt. Atque hoc ſanè ſat probabile apparet: Menæis enim præter Maximum Margunium conſonat etiam Sirletianum num.* 4 *huc tranſcriptum Sancti elogium, nec repugnat Sirmondianum & Baſilianum, cùm hoc quidem locum Sancti natalem ſubticeat, illud verò Sanctum à parentibus,*

B

è Paphlagonia oriundis, genitum affirmet, addens etiam, Gregorium & Annam *fuiſſe hos vocatos, quod in reliquis monumentis omittitur, uti etiam annus Sancti natalis, quem pariter nec in Sirmondiano expreſſum invenio. Verùm cùm Sanctus ex dicendis ſeptuaginta quinque propè annorum ſenex anno circitèr* 838 *è vivis ubierit, conſectarium eſt, ut anno circitèr* 763 *naſci eum contigerit, quemadmodùm calculos ineunti patebit. Atque hæc de loco & anno,* S. Nicetæ *natali; de genere ejus nunc diſſerendum.*

An à Theodora imperatrice genus ducat,

10 *A Theodora auguſta ſeu imperatrice genus ducere* S. Nicetam, *Menæa ſeu Acta, è Menæis danda, num.* 1 *è ſola fama referunt, nihilque eò ſpectans præterea adjungunt.* Φασὶ δὲ, αὐτὸν (*Menæorum verba ſunt*) ἀπόγονον εἶναι Θεωδώρας τῆς βασιλίσσης. Aiunt autem, ipſum (*ſanctum* Nicetam) Theodorâ auguſtâ ortum, *ſeu Theodoræ auguſtæ nepotem eſſe. Quare cùm in eadem Paphlagonum regione, in qua ex dictis lucem hauſit Sanctus noſter, Theodora, Theophili imperatoris uxor, Joanne Curopalata in Hiſtoriarum Compendio, quod, à Joanne Baptiſta Gabio è lingua Græca in Latinam converſum,*

C

anno 1570 *typis Venetis prodiit, pag.* 15 *teſtante, nata etiam ſit, erit fortaſſis non nemo, qui ab ea genus ducere* S. Nicetam, *ſuſpicetur. Verùm cùm imperatrix illa ante annum* 829 (*adi ad hunc annum num.* 3 *Pagium in Criticis*) *Theophilo imperatori non nupſerit juveniſque adhuc tum fuerit, eam poſt Sanctum noſtrum, utpote ex dictis anno circitèr* 763 *in lucem editum, triginta ut minimùm annis natam eſſe, oportet, ut proinde* Nicetam *habere nepotem, ſeu ut hic ab illa genus ducere, certò nequierit. Verùm, anne una aut altera, à præcedenti diverſa, nuſpiam occurrit Theodora auguſta, quæ ante* S. Nicetam *floruerit, & è qua proinde ortus hic eſſe queat? Niſi quis hîc, quod tamen futurum non reor, ad Theodoram, Conſtantii Chlori à repudiata anno* 292 *Helena uxorem, recurrere voluerit, non aliam, quæ Sanctum noſtrum ætate præceſſerit, Theodoram auguſtam inveniet, quàm Juſtiniani imperatoris conjugem, anno* 548 *è vivis ſublatam. Quòd ſi ergò, Sanctum Theodorâ auguſtâ ortum, Menæa rectè notent, genus hunc à Theodora, Juſtiniani imperatoris uxore, duxiſſe, neceſſe eſt.*

D

& an ad ſecundum Nicænum concilium legatus miſſus fuerit ab Irene auguſta.

11 *Verùm id, quantùm opinor, ſola Menæorum auctoritate, tacentibus monumentis reliquis, fidem ægerrimè inveniet. Nonnihil probabilius apparet, Sanctum cum imperatrice Irene, quæ ab anno* 780 *ad annum* 802 *imperii Orientalis habenas tenuit, cognatione fuiſſe conjunctum: hoc enim (adi num.* 5 *&* 6) *& in Synaxario Sirmondiano, & in Menologio Baſiliano, quod Menæis antiquius eſt, pariter traditur, confirmaturque etiam utcúmque ex eo, quòd imperatrix illa* Nicetam, *eùm admodùm adhuc juvenis aulam Conſtantinopolitanam hic adiiſſet, ſummo favore fuerit proſecuta, uti, non tantum Sirmondianum & Baſilianum Sancti elogium, ſed vel maximè ipſa è Menæis danda Acta num.* 1 *teſtantur: ne autem & hic monumentis hiſce fidem omnem fortè neges, ad qualemcúmque rei confirmationem hæc habe: Cùm Sanctus noſter in omnibus prorſus ſacris Græcorum Faſtis ſuprà memoratis* Patricii *titulo conſtanter decoretur, veroſimillimum apparet, fuiſſe illum, uti etiam in maxima horum parte aſſeritur, ad patriciatûs dignitatem ab Irene auguſta evectum; quod ſanè favoris non exigui argumentum eſt, atque hîc ad præſens inſtitutum ſufficit. Verùm num San-*

E

ctus tanto etiam apud Irenen valuit favore, adeóve ſaltem huic imperatrici ſeſe probavit, ut legatus ab ea ad concilium Nicænum ſecundum, anno 787 *pro tuendo reſtituendoque ſacrarum imaginum cultu celebratum, miſſus fuerit? Ita bina ejus elogia, Sirmondianum ſcilicet & Baſilianum, num.* 5 *&* 6 *affirmant; verùm de hac Sancti legatione altùm ſilent Menæa, & rectè quidem, quantùm apparet. Etenim in prædictum concilii Actis, apud Labbeum tom.* 7 *Conciliorum exſtantibus, concilio illi, tamquam Conſtantini imperatoris & Irenes matris ejus legati, interfuiſſe memorantur ſoli Petronax exconſul patricius, & Joannes logotheta militaris logothesii, ſeu theſaurarius militaris, nullâ planè uſpiam Sancti noſtri facta mentione; quare, ſi non certò falſum, ſaltem admodùm dubium videtur, eum ab Irene imperatrice ad ſecundum Nicænum concilium legatum miſſum fuiſſe.*

Sicilia ab hac præfectus veroſimillimè fuit.

12 *Aliter loquendum eſt de Siciliæ præfectura, cui quoque ab Irene imperatrice admotum fuiſſe Sanctum noſtrum* Nicetam *patricium, Sirmondianum ejus & Baſilianum elogia pariter docent. Præterquam enim quòd illa in re utrique huic elogio etiam conſonent Menæa excuſa, in corporis S. Euphemiæ virginis & martyris ſæpius tranſlati Hiſtoria, per Conſtantinum, Tienſem in Paphlagonia epiſcopum Sancto noſtro ſynchronum, conſcripta, atque apud nos tom.* V *Septembris à pag.* 274 *edita, num.* 16 *perhibetur ſanctæ huic martyri templum, in quo etiam ſacram ejuſdem manum collocandam curârit, in Sicilia exſtruxiſſe* Nicetas *patricius; unde, cùm hic à* Niceta *noſtro, utpote ei, pariter patricio atque à beneficentia in Siciliam laudato, æqualis, diſtinctus eſſe non videatur, geſſiſſe Sanctum Siciliæ præfecturam, non parùm firmatur, reſque adeò pro modùm veroſimili poteſt haberi. Nec obſtat, Nicetam, qui templum S. Euphemiæ exſtruxit, cognominatum fuiſſe* Monomachum, *uti in Hiſtoria proximè laudata loco cit. traditur; Sanctum enim noſtrum* Monomachum *cognominatum non fuiſſe, argui non poteſt è Faſtis Græcorum ſacris ſuprà productis, cùm hi cognominis, quod illi fuerit, nuſpiam meminerint, miniméque proinde impediant, quò minùs Sanctus noſter cognominatus fuiſſe* Monomachus, *& cum Niceta, qui templum S. Euphemiæ in Sicilia condidit, unus idemque*

A *idemque exſtitiſſe credatur. Hinc Stiltingus noſter in Annotatis ad Hiſtoriam Tranſlationis S. Euphemiæ, jam bis hîc memoratam, Sanctum noſtrum cum Niceta patricio, qui templum S. Euphemiæ condidit, rectè ſanè fecit eumdem, ita id hujus nomen obſervans:* Nicetas hic patricius Græcorum Faſtis adſcriptus eſt die VI Octobris, ubi in Menologio Baſiliano dicitur fuiſſe conſanguineus Irenes auguſtæ, ab eaque legatus ad concilium Nicænum II, dein Siciliæ præfectus, ibi præclarè rem adminiſtrâſſe. Tandem à Leone Armeno in exſilium miſſus dicitur, in eoque obiiſſe. Hæc aliaque de eo ad dictum diem examinari poterunt, ſi de legitimo cultu ſatis conſtiterit.

Nicephoro ad imperium invadendum

13 *Hæc Stiltingus: & de Sancto quidem, cujus cultum legitimum ſuprà probavi, quæ examinanda hîc edicit, partim modò examinavi, partim examinare adhuc debeo; quod jam nunc facere aggredior. Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis, tom. 9 ad annum* 802, *num.* 1 *ita memoriæ prodit:* Auguſtâ (*Irene*) è ſolio turbatâ atque in ordinem redactâ, Nicephorus tyrannus invaſit imperium. Quomodò autem ſe habuerint, ex eodem Theophane primùm audi: Sequenti autem anno, qui primus annus Nicephori, pridie Kalendas Novembris, Indictione undecima, quartâ noctis horâ, quæ feriâ ſecundâ luceſcit, idem Nicephorus, cùm eſſet patricius & logotheta generalis, tyrannidem adverſus Irenam piiſſimam concitavit, Deo quidem ineffabilibus ob noſtrorum multitudinem peccatorum judiciis indulgente, cooperantibus ei Nicetâ patricio ac domeſtico ſcholarum, & Siſinnio patricio fratre ejus, viro perjuriis & fraudulentiis pleno & Niceta Triphilio. *Ita Baronius; in adjecto deinde ad præfatum Operis ſui tomum Indice ampliſſimo ſat apertè, niſi fortè hunc ipſemet non contexuit, lectorem docens, fuiſſe Sanctum noſtrum ad invadendum anno* 802 *imperium, Irenenque angaſtam exauctorandam Nicephoro unà cum Niceta Triphilio auxiliatum; quod ſanè feciſſe illum, non immeritò forſan poſſet contendi ex eo, quem Baronii verba proximè huc tranſcripta includant, Theophanis textu, ſi modò hîc, ut Latinè loco cit. apud Baronium, ita etiam Græcè apud Theophanem ſonaret.*

auxiliatus non eſt.

C 14 *Verùm res longè aliter habet: Græcus enim Theophanis textus, notis chronicis reſciſſis, ita exprimitur:* Νικηφόρ☉ πατρίκι☉ καὶ γενικὸς λογοθέτης ἐτυράννησεν κ☧ ὁ δ᾽σεβεςάτης Εἰρήνης, ⊕εῦ μὲν συγχωρήσαντ☉ ἀφάτοις κρίμασιν διὰ πλῆτ☉ ἁμαρτιῶν ἡμῶν, συνεργόντων ὑ αὐτῶν Νικήτ☧ πατρικίῳ καὶ δομεςίκῳ τῶν σχολῶν, καὶ Σισιννίῳ πατρικίῳ καὶ ἀδελφῷ αυτ☧, τῶν δολερῶν καὶ ἐπιόρκων Τριφυλλίων. *Hiſce autem verbis, non ea, quam Baronii verba ſuprà recitata exhibent, ſed hæc, ut quiſque linguæ Græcæ non omnino imperitus fatebitur, interpretatio convenit:* Nicephorus patricius & generalis logotheta tyrannidem adverſus piiſſimam Irenen arripuit, Deo quidem ineffabilibus ſuis judiciis ob peccatorum noſtrorum multitudinem id permittente, ipſis verò cooperantibus Niceta patricio, ſcholarumque domeſtico, & Siſinnio itidem patricio, fratre ejus, doloſis ac perjuris Triphylliis. *Jam verò, cùm hîc, uti apud Baronium ſit, duo Nicetæ, quorum alter patricius ac ſcholarum domeſticus exſtiterit, alter Triphyllius cognominatus fuerit, non memorentur, è Græco ſanè, quem jam huc tranſcripſi, Theophanis textu, ita, ut debet, Latinè reddito, argui non poteſt, Sanctum noſtrum Nicephoro in exauctoranda Irene auxiliatorem exſtitiſſe, niſi eum cum Niceta Triphyllio unum eſſe atque eumdem queat probari. Verùm nullâ omninò ratione fieri hoc poteſt: etenim Nicetas Triphyllius, ut Theophanes in Chronographia docet, ab ipſo Nicephoro, qui anno* 811 *in bello adverſus Bulgaros interiit, anno* 803 *fuit occiſus; noſter autem* S. Nicetas *patricius diu poſt hunc annum vitam protraxit, uti ex jam nunc dicendis pateſcet.*

AUCTORE C. B.

Anno, ut veroſimilius videtur, 813 *monachum induit.*

15 *Sanctum, poſtquam Siciliæ præfecturam optimè adminiſtrâſſet, vitæ monaſticæ (Conſtantinopoli in monaſterio,* Chryſonice *dicto, addunt ſola Menæa) ſeſe dediſſe, Acta, è Menæis danda, omniaque ejus elogia, ſuprà huc tranſcripta, ſi Sirletianum, quod ea de re ſilet, exceperis, unanimi conſenſu tradunt. Verùm in rei geſtæ tempore, quod Sirmondianum elogium non exprimit, Baſilianum inter & Menæa non convenit. Et Sanctum quidem ſub Michaële Curopalate, cognomento* Rhangabe, *qui ab anno* 811 *ad annum* 813 *imperio Orientali præfuit, monachum induiſſe, Menæa ſeu Acta è ſacris hiſce Græcorum Faſtis danda num.* 2 *memoriæ produnt; Baſilianum autem* Nicetæ *elogium id tandem ſub Leone Armeno, qui anno* 813 *imperator primùm creatus eſt, factum refert. Verùm, cùm Leo Armenus Michaëli Curopalatæ in imperium anno* 813 *proximè ſucceſſerit, facilè fieri potuit, ut, quod hoc anno ſub Michaële accidiſſet, ſub Leone Armeno factum eſſe, Baſiliani auctor ex errore crediderit. Quare ego hîc Menæis, quæ, Sanctum ſub Michaele Rhangabe monachum induiſſe, ex dictis tradunt, ſtare malim; ita tamen ut id, non anno* 812 *aut proximè antecedenti, quo is primùm imperium obtinuit, ſed anno* 813, *quo illud, ſuccedente Leone Armeno, amiſit, veroſimiliùs accidiſſe, exiſtimem. Atque hæc ſunt, quæ de Sancti vita monaſtica, temporeque, quo huic ille ſeſe dedit, dicenda occurrunt, proximum eſt, ut ad ea, quæ pro ſacrarum imaginum cultu paſſus eſt, ſermonem nunc convertam.*

multa dein pro ſacrarum imaginum cultu paſſus eſt.

16 *Cùm Sanctus, monachus jam factus, ſumma Leonis Armeni in ſacras imagines impietate comperta, Conſtantinopoli ſponte exceſſiſſet, viroque, quem hîc miſerat, ſacram Servatoris imaginem igne comburendam tradere noluiſſet, è loco ſuburbano, quò ſeceſſerat, pedem non efferre juſſus eſt, ita ob pietatem exſilio quodammodò multatus, in quo cùm poſtea, locum etiam ſubinde, ſæviente maximè in ſacrarum imaginum cultores perſecutione, mutare compulſus, graviſſimis ærumnis fuiſſet confectus, tandem ſub Theophilo imperatore ſeptuagenario jam major migravit ad Dominum, multis & in vita & poſt obitum patratis miraculis. Ita ferè quantùm ad ſubſtantiam num.* 2 *& ſeqq. Acta è Menæis danda;* Nicetam *autem à Leone Armeno, quòd ſacram Servatoris imaginem igne comburendam tradere noluiſſet, exſilio fuiſſe multatum, in eoque multis confectum ærumnis obiiſſe, Baſilianum ejus elogium dumtaxat tradit, nulla planè Theophili imperatoris, ſub quo tandem admodùm grandævus è vivis exceſſerit, mentione facta. At verò, cùm Sanctum equidem ſub Leone Armeno vitam cum morte commutâſſe, Baſilianum expreſsè non edicat, nec id ad aliorum, quæ prodit, veritatem ullo modo exigat, iterùm hîc Menæis, quæ Sancti noſtri obitum cum Theophili imperatoris imperio componunt, ſtandum eſſe, opinor, maximè, quòd Menæis etiam conſonet Sirmondianum elogium, utpote Sanctum, multis anguſtiis primò ſub Leone*

F

AUCTORE C. B.

ne Armeno, ac dein sub Michaële Balbo, hujusque filio Theophilo pro sacrarum imaginum cultu toleratis, tandem ad Dominum, cùm quintum supra septuagesimum ætatis suæ annum jam implêsset, migrâsse affirmans. Verùm quo id determinato anno, & quo loco evenit? Nicetam *in monasterio, quod ad mare situm esset, diem clausisse extremum, Acta è Menæis danda num. ultimo memoriæ produnt.*

17 *Ast cùm nec mare, nec noti situs locum, cui monasterium illud adjacuerit, determinent, dubius hæreo, an Sanctum prope Constantinopolim, in cujus suburbanis locis eum, sævientibus in orthodoxos iconomachis, aliquamdiu degisse exsulem, Menæa affirmant, è vivis excessisse, sat tutò possim statuere, hincque illum Græciæ, ecclesiasticæ scilicet, non ratione obitûs, sed cultûs, quo apud Græcos gaudet olimve fuit gavisus, suprà in titulo adscribo. Quod autem ad annum, quo vitâ functus sit, jam pertinet, hunc ita definio: Sanctus, ut num.* 15 *docui, verosimiliùs anno* 813 *monachum induit; quare cùm tunc, ut Acta è Menæis danda num.* 2 *docent, quinquaginta annis jam vixisset, annorumque, cùm obiit, uti* B *eadem Acta, suffragante etiam Sirmondiano elogio, testantur, quinque circiter suprà septuaginta exstiterit, consectarium est, ut, quemadmodùm calculos incunti patebit, anno circiter* 838 *felici è vivis excessu ad Superos migrârit: etsi autem hæc mortis Sancti epocha, utpote in solis ferè fidei minimè indubiæ Menæis fundata, pro omninò certa haberi haud queat, sed tantùm pro probabili, dubitandum equidem non apparet, quin* Nicetas *sub Theophilo imperatore, ac proin post annum* 828, *quo novem circiter mensibus elapso,* D *imperio Orientali primùm præesse is cœpit, diem suum obierit; id enim non tantùm in Menæis fundamentum habet, sed & in Sirmondiano elogio, cui præterea nec Sirletianum nec Basilianum refragatur, uti ex jam suprà dictis pronum est colligere.*

ac tandem anno circiter, ut probabile appâret, 838 *obiit.*

18 *Cæterùm, quæ de erumnis, pro sacrarum imaginum cultu à Sancto toleratis, num.* 16 *in medium adduxi, fusiùs exponuntur in Actis, quæ jam nunc, additis etiam de more, ubi opportunum videbitur, Annotationibus, Commentario huic subjuncturus sum, quæque ut qualia sint, studiosus lector antè noscat, ita hunc de illis præmonendum existimo: Etsi apertè, ut jam suprà dixi, fabulosa seu commentitia non sint; imò verò etsi etiam nihil, aut certè ferè nihil, quod à verisimilitudine omninò abhorreat, memoriæ prodant, fidem tamen in iis, quæ aliunde confirmari nequeunt, indubiam haud merentur: excerpta enim sunt, ut jam monui, è magnis Græcorum Menæis excusis, quæ, quamquam non pauca, tum verisimilia, tum etiam veritati apprimè consona, contineant, plurima tamen etiam, ut vulgò notum est, admixta habent, quæ vel à veritate indubiè aliena sunt, vel falsitatis suspecta atque è fontibus omninò lutulentis deprompta; hisce autem ea, quæ de Sancto Menæa produnt, nec alibi leguntur, accensenda non esse, pro certo quis definiat? En nunc ipsa Græca Sancti Acta cum adjecta versione Latina, quam ipsemet adornavi, quòd aliam, quæ satis arrideret, haud invenerim.* E

Edenda ejus Acta qualia sint.

ACTA

EX MENÆIS GRÆCIS,

Interprete Cornelio Byeo.

Sanctus, qui in Paphlagonia natus erat, Siciliæ præfecturam gessit,

Hic (*sanctus* Nicetas) in Paphlagonum regione *a* piis Deumque amantibus parentibus natus est. Aiunt autem, ipsum à Theodora imperatrice oriundum fuisse *b*. Porrò cùm litteris imbuendus datus, iisque jam imbutus fuisset, Constantinopolim *c* venit annorum existens septemdecim *d*. Porrò cùm Irene imperii sceptrum tunc teneret, Puerumque, utpote à parentibus castratum *e*, eunuchum esse, intellexisset, in palatium eum accepit, brevique primus inter omnes domesticos effectus est, atque, cùm ad patriciorum dignitatem fuisset evectus, Siciliæ *f* præfectus constitutus. Itaque cùm vitam honestam Deoque placentem eo ex tempore duxisset, atque in monachum attonderi vellet, id ab imperantibus Nicephoro *g* ejusque filio Stauracio non impetravit.

a
b
c
d
e
f
g

tandemque, munere hoc dimisso, monachum induit;

2 Ast cùm postea rerum potitus esset imperator Michaël *h*, vix tandem ipse interpellatus, permisit quidem monachum illum fieri, civitate autem non egredi, sed ad auream portam, dans ei monasterium, Chrysonicen nuncupatum *i*, manere præcepit. Quinquaginta autem annorum erat, quando in monachum attonsus est *k*, sponsore ipsius existente imperatore. In

h
i
k

Οὗτος γεννᾶται ἐν τῇ Παφλαγόνων χώρᾳ παρὰ εὐσεβῶν καὶ φιλοθέων γονέων. Φασὶ δὲ αὐτὸν ἀπόγονον εἶναι Θεοδώρας τῆς βασιλίσσης· ἐκδοθεὶς δὲ καὶ παιδευθεὶς ἐν τῇ βασιλευούσῃ εἰσῆλθε δεκαεπτὰ χρόνων ὑπάρχων. Εἰρήνης δὲ τότε τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας κρατούσης καὶ τὸ Παῖδα ἀναμαθούσης εὐνοῦχον εἶναι ὡς παρὰ τῶν γονέων εὐνουχισθέντα, ἀνελάβετο, καὶ δι' ὀλίγου πρῶτος ἐν τοῖς οἰκείοις πάντων γίνεται. Καὶ φθάσας τὸ τῶν πατρικίων ἀξίωμα στρατηγὸς Σικελίας προβάλλεται. Ἔκτοτε οὖν καλῶς καὶ θεαρέστως βιώσας καὶ βαλόμενος ἀποκαρῆναι, οὐ συνεχωρεῖτο παρὰ τῶν κρατούντων, τότε Νικηφόρου καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σταυρακίου. F

2 Ὕστερον δὲ κρατήσαντος τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ, μόλις ὅτε παρακληθεὶς κατένευσε μοναχὸν μὲν γενέσθαι, τῆς πόλεως δὲ μὴ ἐξελθεῖν, ἀλλ' εἰς τὴν λεγομένην χρυσῆν πόρταν δοὺς αὐτῷ μονὴν, τὴν λεγομένην Χρυσονίκην, προσμένειν ἐκέλευσε. Πεντήκοντα δὲ χρόνων ἦν, καθ' ὃν καιρὸν ἀποκαρεὶς, ἀνάδοχος ὁ βασιλεὺς τότε γέγονεν. Ἐν ταύτῃ τῇ μονῇ διῆγεν ἄχρι τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ ἀκονομάχου. Ὡς δὲ ἐώρα τὰ

A τὰ κατὰ τ ἁγίων εἰκόνων γινομένα, ἐξελθὼν τ πόλεως εἰς προάστειον ἀπῆλθεν, ὃ αὐτὸς τῇ μονῇ ἐδωρήσατο, καὶ συγκατέμιξεν ἑαυτὸν τοῖς ἑαυτοῦ ἀδελφοῖς, συνεδίων καὶ συγκοπιῶν αὐτοῖς.

monasterio illo mansit usque ad Leonis iconomachi *l* imperium. Ut autem, quæ in imagines committebantur, conspexit, urbe exiens, in suburbanum *m*, quod ipsemet monasterio dederat, concessit, ac ultimis fratrum sese adjunxit, manducans laboransque cum eis. Ex MENÆIS. *l* *m*

3 Ἐπεὶ δέ τινες διαβολεῖς τῷ θεομάχῳ χαριζόμενοι προσηγγείλαν, εἰκόνα κεκτῆσθαι τοῦτον τὸν Σωτῆρος, ἣν ἐκ πίστεως ἀπὸ Ῥώμης ἔλαβεν, ἀπεστάλη τ τάξεως αὐτοῦ τις, λόγοις οὐκ ἀνειμένοις*, ἀλλὰ καὶ ἀπειλαῖς ἐκφοβῶν καὶ ἀπειλαῖς δοθῆναι οἱ τὴν σεβασμίαν εἰκόνα. Ὡς δ' οὐκ εἶχε τοῦτον καταπεῖσαι, ὀψέποτε ἀποκρινόμενον, ὡς οὐκ ἐμὴ αὕτη ἡ σεβασμία εἰκών, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς ἱεροῖς τ ἐκκλησίας ἀφορισθεῖσα κειμηλίοις, ἁρπάσας ἕτερον ἀδελφὸν ἐπὶ τὸ δειχθῆναι αὐτῷ τὸ ζητούμενον, εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λαβὼν τιὼ σεβασμίαν εἰκόνα, ὡς μίσους τι, ἔρριψεν ἀτίμως ἐν τῷ βεστιαρίῳ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἅγιος, τοῦτο ἰδὼν, ἐκ βάθους ἐστέναξεν, ἀρχὴν πειρασμῶν τοῦτο λογισάμενος. Ἐπεὶ δὲ ἀποχωρεῖν ἔμελλεν ὁ ἀποσταλείς, ἠσφαλίσατο μηδόλως τ Ἅγιον ἐξελθεῖν τῶν ἐκεῖσε.

*ἀνειμένοις

3 Verùm cùm delatores quidam, Dei hosti obsequentes, denunciârunt, Servatoris imaginem, quam certò ex urbe *n* abstulisset, habere ipsum, quidam ex ordine ipsius missus est, qui non verbis parùm pacatis, sed minis eum territaret, sibique venerandam imaginem dari postularet. Cùm verò hic illum sibi obtemperantem non haberet, sed tandem respondentem, imaginem non esse suam, sed Dei, atque in sacro ecclesiæ thesauro haberi reconditam, alio arrepto fratre, qui, quod quærebatur, ostenderet, templum ingressus est, arreptamque venerandam imaginem in equum suum veredarium *o*, velut execrandum quid, absque reverentia conjecit. Hoc autem cùm Sanctus vidisset, ex imo pectore ingemuit, tentationum initium id conjectans. Porrò cùm abiturus esset, qui missus erat, severissimè edixit, ne è loco illo pedem Sanctus ullatenus efferret. *quo in statu cùm multa primùm sub Leone Armeno, n* *o*

B

4 Θεοφίλου δὲ ἑτέρου μετὰ ταῦτα τιὼ βασιλείαν κατασχόντος θεομάχου, καὶ τότε κατὰ τὰ τ ἁγίων εἰκόνων οὐκ ἀμελῶς μετερχομένου, ἀπεστάλη καὶ πρὸς τ Ὅσιον Θεοδόσιός τις οὕτως εἰρηκὼς ἐνώπιον τ παρεστώτων· Ὁ βασιλεύς κελεύει σοι δι' ἐμοῦ ἢ τῷ πατριάρχῃ Ἀντωνίῳ κοινωνῆσαι καὶ τοῖς εἰκόσι μὴ προσκυνεῖν ἢ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ἐξορίζεσθαι* τ ὧδε· καὶ ὁ Ἅγιος· Τὸν Χριστὸν καὶ Θεόν μου εἰκόνα οὐ πάυσομαι ἀεὶ προσκυνῶν, κἂν ὑμεῖς ἀπαρέσκησθε, τ δὲ Ἀντώνιον, ἔπερ ἐν τῷ καθεστηκότι εἰμὶ, οὐκ ὀνομάσω πατριάρχην, ἀλλὰ μοιχόν. Λοιπὸν ἔξορίζε, σφάττε, ποίει, ὃ βούλει. Καὶ σὺθέως ἔξωσεν αὐτὸν ἐκεῖθεν.

*ἐξορίζεσθαι

E

4 Cùm autem post hæc Theophilus, alter Dei hostis, imperium esset adeptus *p*, ipseque in sanctas imagines non segniter fureret, missus est & ad Sanctum Theodosium quidam *q*, qui coram iis, quos præsentes invenit, ita edixit: Imperator tibi per me præcipit, ut aut cum patriarcha Antonio *r* communices & imagines non colas, aut hâc ipsâ horâ hinc in exsilium pellaris. Et Sanctus respondit: Ego Christi ac Dei mei imaginem non cessabo umquam venerari, etiamsi vos id ægrè feratis; Antonium autem, quamdiu in vivis fuero, patriarcham non nominabo, sed mœchum. Ceterùm pelle in exsilium, occide, fac, quod vis. Ac statim inde eum expulit. *ac deinde sub Theophile p* *q* *r*

5 Ὁ δὲ Ἅγιος τῷ Θεῷ δὶ χαριστήσας, λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἀδελφοὺς εἰς ἕτερον προῆλθε προάστειον ἀγχοῦ πως κείμενον, καὶ διαβιβάσας ἐκεῖσε τιὼ ἁγίαν τεσσαρακοστὴν ἄχρι τ Πεντηκοστῆς, καταλαμβάνει τὸ παντείχιον. Ἐπεὶ δὲ δόγμα ἐξετέθη μὴ ὑποδέχεσθαι τοὺς φυγοδίκας Χριστιανοὺς, ξενοχορηθεὶς ὁ Ἅγιος πρὸς ἐρίβολον ὑπέστρεψεν ὡς ὃ καὶ ἐκεῖσε διὰ τιὼ τ Ἀγαρηνῶν ἔφοδον ἐδυσχέραινον*, ἦλθε πρὸς αὐτὸς* τίς Νικόλαος προσγενὴς ὢν αὐτῷ λέγων· οὐ μικρὰν σύρειν ἀνάπαυσιν, ἔπερ ἀφικέσθαι βούλοιτο πρὸς τὸ παρ' αὐτῷ ὂν προάστειον Ζουλουπᾶς οὕτως καλούμενον, ἐκεῖσε παρεγένετο.

*ἐδυσχέραινεν
*αὐτὸν

5 Sanctus autem, gratiis Deo actis, tribusque secum assumptis fratribus, in aliud suburbanum haud procul inde situm secessit, cúmque ibidem sanctam Quadragesimam usque ad Pentecosten transegisset, in publicum hospitium se recepit. Cùm autem edictum esset propositum, ne hospitio exciperentur fugientes Christiani, Sanctus, ad angustias redactus, ad locum, Eribolum dictum *f*, se contulit; cùm verò & ibi ob Agarenorum excursiones molestè ageret, Nicolaus quidam, qui cognatus ei erat, venit ad illum, dicens, non modicam eum reperturum quietem, si ad suburbanum suum, Zulupas appellatum, vellet transire, eóque se contulit. *pro sacrarum imaginum cultu* *f* F

C

6 Ἀλλὰ μετὰ χρόνον τινὰ μήνυμα γέγονεν αὐτῷ, ἢ κοινωνῆσαι, ἢ μετανάσην γενέσθαι. Μεταβὰς οὖν ἐκεῖθεν, ἀφίκετο πρὸς Κατισίαν, καὶ τοπίον μικρὸν σύρων ἐξωνήσατο τοῦτο καὶ εἰς ὄνομα τ ἀσωμάτων δειμάμενος ναὸν, χρόνους ἱκανοὺς μετὰ τ συνόντων αὐτῷ ἀδελφῶν καλῶς καὶ θεαρέστως διαβιβάσας ἐν αὐτῷ, τελευταῖον εἰς τὸ παρὰ τιὼ θαλάσσαν ἀφίκετο μοναστήριον, ἐν ᾧ καὶ τοὺς μοναχοὺς κατηχήσας καὶ ἐπιξάμενος, τιὼ ἑαυτοῦ πρὸς Κύριον ἐκδημίαν προγνοὺς ἐξεδήμησε, πολλὰ καὶ ζῶν καὶ μετὰ θάνατον θαύματα πεποικὼς*, περὶ τὰ ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη γεγονώς.

*πεποικκὼς

6 Verùm post aliquod tempus significatum ei est, ut aut cum iconomachis communicaret, aut inde recederet. Inde ergò abiens venit ad Catisiam, inventumque parvum locum emit, cúmque in ædificato ibidem à se sub nomine Incorporeorum *t* templo honestè & religiosè cum fratribus, qui ei aderant, sat multis annis vixisset, tandem ad monasterium, mari adjacens, devenit; in quo cùm & monachos erudiisset, precibusque assiduè vacâsset, præcognito vitæ suæ exitu, decessit *u* quinque circitèr supra septuaginta annorum factus, multis & in vita & post obitum miraculis patratis. *passus fuisset, è vivis demùm septuagenario major excessit.* *t* *u*

Ex Menæis. D

ANNOTATA.

a *In Minori Asia ad Pontum Euxinum sita, uti docent geographi passim obvii.*

b *Adi hac de re Comment. prævium num.* 10 *&* *seq.*

c *Ita ἐν τῇ βασιλευούσῃ Latinè hic reddidi, quòd per* βασιλεύουσα *seu* βασιλεύουσα πόλις, *id est, imperans seu imperium obtinens civitas, apud Græcos olim Constantinopolis, utpote quæ, cùm imperatorum sedes esset, imperium quodammodò per hos in ceteras civitates obtineret, solverit intelligi.*

d *Cùm igitur Sanctus, ut Commentarii prævii num.* 9 *ostendi, anno, ut verosimilius apparet,* 763 *natus sit, Constantinopolim venerit anno* 780, *quo Irene, de qua hìc mox mentio, imperare primùm incepit.*

e *Matthæus Raderus, Societatis nostræ sacerdos, in Opere Ms., quod penes nos exstat, quodque Sanctorum elogia, quæ in Menæis excusis Græcè exhibentur, Latinè abs illo reddita complectitur, ita ad hunc de Sancto nostro locum in margine notavit:* An ita natum? Nicetam *scilicet re vera, ut textus Græcus certissimè significat, fuisse à parentibus castratum, ægrè in animum inducere potuit vir eruditus. Et verò cùm hi, uti hìc Acta initio docent, pii fuerint ac Deum amantes, parùm verosimile vel hinc id apparet. Atque idcircò in Commentario prævio num.* 18 *non dixi,* nihil omninò, *sed tantùm,* ferè nihil, *quod à verisimilitudine prorsus abhorreat, in Actis Sancti, quæ è Menæis danda erant, contineri.*

f *Notissima hæc maris Mediterranei insula anno* 813, *quo post gestam illius præfecturam monachum* Nicetas *induit, imperatoribus Constantinopolitanis adhuc suberat, iis dumtaxat anno* 827 *per Saracenos erepta, quos ex ea deinde Normanni sæculo* XI *expulêre.*

g *Cùm hic imperium, exauctorata Irene, anno* 802 *arripuisset, id ad annum* 811, *coronato interim*
B *in imperatorem filio Stauracio, moderatus est.* E

h *Is scilicet, qui ab avo dictus fuit* Rhangabe, *quique imperio Orientali ab anno* 811 *ad annum* 813 *præfuit.*

i *Hinc unicè monasterii hujus notitiam hausit Cangius in Constantinopoli Christiana lib.* 4, § 8, *num.* 25.

k *Verosimiliùs id accidit anno* 813. *Adi Comment. prævium num.* 15.

l *Fuit hic etiam* Armenus *cognominatus, & ab anno* 813 *ad annum* 820 *imperii Orientalis habenas tenuit.*

m *Erat id tum monasterium factum, uti ex sequentibus apparet.*

n *Cùm Constantinopolis à Græcis etiam subinde absque addito appellata inveniatur* Ῥώμη, *sitne hìc in textu Græco per hoc vocabulum sermo de antiqua, an de nova Roma seu Constantinopoli, pro certo nequeo edicere. Has interim voces* ἀπὸ Ῥώμης *cum Radero in Opere, ad lit.* e *hìc laudato, interpretatus sum* ex urbe.

o *Id est,* cursorium, *quantùm opinor. Adi etiam Cangium in Glossariis mediæ & infimæ Latinitatis ad vocabula* Veredarius *&* Βερεδάριος.

p *Imperator hic non statim à morte Leonis Armeni, uti hìc* Nicetæ *Acta opinandi ansam non nemini fortè præbeant, imperium Orientale obtinuit, sed tantùm post Michaelem Balbum, qui illud proximè à Leonis Armeni nece ad annum usque* 829 *gubernavit. Rectiùs itaque Sanctus in Sirmondiano elogio traditur primùm sub Leone Armeno, dein sub Michaële Balbo, ac tandem sub Theophilo pro sacris imaginibus multa tolerâsse.*

q *Theodosius hic, uti & Nicolaus, qui infrà memoratur, mihi aliunde cognitus non est.*

r *Hæreticus hic patriarcha Constantinopolitanus ab anno circitèr* 821 *ad annum usque* 832 *sedit. Adi, quæ Operis nostri tomo* I *Augusti præfixa est, Historiam chronologicam patriarcharum Constantinopolitanorum num.* 616.

C s *Loci hujus, uti & suburbani* Zulupas, Catisiæ *&* Monasterii maritimi, *quorum infrà mentio* F
occurrit, alibi nequii notitiam invenire.

t *Id est,* angelorum.

u *Acciderit id probabiliter anno circitèr* 838. *Videsis Comment. prævium num.* 17.

DE

A

AUCTORE C. S.

DE B. ADALBERONE

EPISCOPO HERBIPOLENSI ET CONFESSORE

LAMBACI IN AUSTRIA SUPERIORI

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Adalberonis, unico Martyrologio inscripti, antiquus cultus Lambaci probatur: Vita & libellus miraculorum, atque altera Vita metrica, recudenda.

ANNO MXC. *Inter martyrologos scili*

B

HErbipolis, *aliàs* Wirceburgum, *Germanis* Wurtzburg, *Germaniæ in Franconia apud Mœnum civitas, insignem episcopatum habet, à S. Bonifacio, archiepiscopo Moguntino ac martyre, probante S. Zacharia Papa, institutum, cujus episcopus suæ ditionis principatu, atque inter Franconiæ principes ducatu gaudet. De primo hujus sedis episcopo S. Burchardo agendum in hoc Opere nostro erit ad diem* XIV *Octobris, quo ille Romano Martyrologio inscriptus legitur. Alterum ejusdem civitatis antistitem S. Brunonem cum eodem Martyrologio dedimus die* XVII *Maii; hodie verò memorandus venit proximus hujus Brunonis successor* B. Adalbero, Adelbero *etiam atque* Albero *nonnumquam appellatus, qui seculo* XI *pro Sede Apostolica multa à schismaticis passus, & è sede suâ semel iterumque pulsus, postremos vitæ suæ annos apud Lambacense, quod in hodierna Austria Superiori fundaverat, Ordinis Benedictini monasterium in pace exegit, ibidemque sepultus plurimis miraculis claruit, & antiquum cultus obtinuit.*

Lambaci die VI *Octobris, quo ille obiit.*

E

2 *Verè de illo Sigismundus Calles, Societatis nostræ scriptor, tom.* I *Annalium Austriæ pag.* 410 *in elogio ejusdem pronuntiavit:* Vita ipsa, inter sanctos pro Ecclesia labores acta; mors pro Dei causa in exilio obita satis demonstrant, nec vivere ipsum sanctiùs, nec mori feliciùs potuisse. *Nec verò defuêre ad tumbam illius miracula, nec antiquus annuus cultus; ut vehementer admirer, nomen ejus nullis, nec Germanico quidem vulgò Canisiano, Martyrologiis inscriptum legi, præterquam in Universali Castellani, in quo ad diem* VI *Octobris breviter Gallicè dicitur:* Virciburgi S. Adalbero episcopus. *Ac meritò quidem Castellanus in sacris Fastis ei locum dedit, rectéque ad hunc diem; at* Virciburgi, *seu Herbipoli cum annuntiare non debuit, ubi is episcopus quidem fuit, non tamen obiit, nec sepulturam, nec fortasse etiam cultum umquam obtinuit; sed Lambaci in Austria Superiori, in cujus loci monasterio ipsum, si non (ut verisimillimum est) multò prius, saltem sub finem seculi* XII *& ineunte* XIII *fulsisse miraculis annuaque veneratione die* VI *Octobris publicè honoratum fuisse, constabit ex dicendis; pauca tamen prælibemus.*

Castellano noti probatur cultus antiquus

C

3 *Diem* VI *Octobris saltem seculo* XIII *non multùm inchoato annuæ* B. Adalberonis *memoriæ*

sacrum fuisse, disertè tradit anonymus auctor libelli miraculorum, quem eo tempore scripsisse, infrà probabimus. Nam cap. 22, *apud me num.* 57, *ubi, dum de reddita muto puero apud* B. Adalberonis *tumulum loquela sermo fit, ista legere est:* Instabat siquidem anniversarius dies beati confessoris Alberonis episcopi, qui semper octava die Angelorum occurrit, quo plurimi causâ orationis Lambacensem locum studeant invisere; cum quibus etiam parentes dicti pueri, ipsum secum ducentes, divina spe animati, & meritis beati Præsulis confisi, iter arripuêre *&c. Octava dies Angelorum, seu Dedicationis S. Michaelis archangeli, quæ Dedicatio die* XXIX *Septembris recolitur, dies* VI *Octobris est, quâ proinde die annua* B. Alberonis, *seu* Adalberonis *festivitas certè jam seculo* XIII *agebatur, cum magna populi frequentia, quamque ipsi emortualem fuisse, suo loco videbimus.*

Vetus de eodem Beato Rhythmus

4 *Ad ejusdem cultum pariter faciunt Vetus Hymnus, Antiphona & Oratio ex antiquis Bibliothecæ Lambacensis Mss. codicibus eruta vulgataque à reverendissimo Jounne, ejusdem monasterii abbate, de quo infrà pluribus. Interim hæc accipe:*

Oratio rhithmica ad beatum Adalberonem ep piscopum.

O felix confessor Christi,
Adalbero, qui fuisti
Hîc in terris Deo Gratus,
Nunc in cælis sublimatus;
Afflictorum consolator,
Et mœstorum liberator,
Mihi pius sis adjutor
Et ab omni clade tutor:
Sic ut tuum exoramen
Cunctis prosit ad solamen,
Qui te quærunt mente pura,
In quacumque manent cura.

F

apud Lambacenses;

5 Precor tuam pietatem
Et mirandam sanctitatem,
Ut in mea paupertate,
Animæ fragilitate,
Corporis necessitate,
Membrorum debilitate,
Mihi velis subvenire
Ut ne sinas me perire
Ullâ causâ læsionis
Vel perversæ suasionis:
Sed die noctisque horâ
Pro me Christum sic exora,

AUCTORE C. S.

Ut hìc omne malum vincam,
Ipſi Deo appropinquem,
A delictis mundus totus
Sim contritus & devotus,
Ut mortem non expaveſcam,
Neque reus erubeſcam,
Verùm poſt hoc exilium
Valeam Dei Filium
Contemplari cum Beatis
In conſpectu Deitatis. Amen.

Hactenus Rhythmus, in quarta ſtropha prolixior, quàm in ceteris.

*Item Antiphona & Oratio; *an paſſim?*

6 *Antiphona verò ſic habet:* Iſte Homo ab adoleſcentia ſua partim * meruit infirmos curare: dedit illi Dominus claritatem magnam, cæcos illuminare, & dæmones effugare.

℣. Ora pro nobis, beate Adalbero.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORATIO.

Propitiare, Domine, nobis famulis tuis per beati Adalberonis, epiſcopi & confeſſoris tui (qui in præſenti requieſcit eccleſia) merita glorioſa, ut ejus pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. Per Dominum noſtrum

B Jeſum *&c. Plurimis illum poſt mortem miraculis effulſiſſe, docebit Libellus de his recudendus; at, quod de curatis ab eo in adoleſcentia ſua infirmis Antiphona indicat, nuſquam quidquam reperi. Hæc, nec plura de* B. Adalberonis *cultu legi, qui tamen ex libello miraculorum plurimùm confirmabitur.*

quæ omnia illi locum vendicant in Opere noſtro.

7 *Quapropter, etiamſi ipſius nomen à martyrologis (ſi Caſtellanum excipias) neglectum fuerit, nec de hodierno illius cultu quidquam certi præterea noverim, cùm tamen de antiqua atque immemorabili apud Lambacenſes publica veneratione,* Beatique *appellatione jam à ſeculo* XIII *abundè conſtet, cenſui eidem cum* Beati *titulo in Opere noſtro dandum locum eſſe, quem etiam Majores mei variis in locis promiſerunt. Quòd verò apud Herbipolenſes, quorum epiſcopus fuit, nullus, quòd quidem ſciam, ei cultus delatus ſit, ea ratio eſſe videtur, quòd ipſe pro ſummi Pontificis & Eccleſiæ cauſa, cui Herbipolenſes cum Henricianis ſchiſmaticis adverſabantur, è ſua ſede expulſus apud Lambacenſe monaſterium, tunc in Bavaria atque extra diœceſim ejus poſitum, exſulans, ultimos vitæ ſuæ annos exegerit, in eoque (non Herbipoli) humatus, ſignis inclaruerit, ex qubus cultus ſæpe ducit exordium.*

C *Vitam prior edidit Joannes abbas Lambacenſis,*

8 *Beati* Adalberonis *Vitam primus, quem dixi, Joannes Lambacenſis abbas ex pervetuſtis, ut teſtatur in Præfatione ſua, monaſterii ſui Bibliothecæ Mss. codicibus erutam, unà cum Vitis B. Altmanni, Patavienſis epiſcopi, ſanctique Gebehardi, Salisburgenſis archipræſulis, anno* 16-19 *typis vulgavit Auguſtæ Vindelicorum apud Saram Mangiam viduam, quem libellum præ manibus habeo. Poſt Altmanni Gebehardique Vitas adjecit* Libellum de ſignis & miraculis beati Adalberonis epiſcopi; *& poſt hunc etiam alteram ejuſdem Beati Vitam metricam, quemque jam recenſui Hymnum cum Antiphona & Oratione. Ex hac Joannis editione Mabillonius priorem Vitam in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti Sæculi* V, *parte* 2, *à pag.* 663 *recudit;* Adalberonem *Herbipolenſem cum* Sancti *titulo eo in Opere recenſens, non quòd ipſum ſui Ordinis unquam fuiſſe, cum Joanne Trithemio crederet, ſed aliis de cauſis, quas ibidem pag.* 661 *expoſuit his verbis.*

recudit Mabillonius,

9 Adalberoni (*inquit*) Herbipolenſi epiſcopo locum inter beatos viros, qui Ordinem noſtrum illuſtrârunt, meritò concedi poſſe, fatebitur, quicúmque res ipſius geſtas perſpectas habebit; quamvis enim profeſſionem monaſticam eum numquam emiſiſſe, veriſimilius ſit, multis tamen aliis titulis accenſeri debet. Illuſtre quippe ſummæ illius in Ordinem Benedictinum propenſionis argumentum ſimul eſt & monumentum monaſterium Lambacenſe, quod à ſuis ipſius parentibus conditum & dotatum Benedictino Ordini addixit, in ipſum ſeſe recepit, diuturna multorum annorum commoratione conſecravit, ſepulturâ ſuâ honoravit; ac tandem poſt mortem infinitis propemodùm miraculis illuſtravit. Trithemius præterea in Chronico Hirſaugienſi ad annum MXLV, & iterum ad annum MXC eum noſtris accenſet, quem ante adeptum epiſcopatum monachum & abbatem Lambacenſem fuiſſe, ſcribit. *Trithemium de hiſce conveniam poſtea; nunc de Beati Vita ſermonem proſequamur.*

denuò vulgavit Pezius ex autographo.

E 10 *Eamdem Vitam Hieronymus Pez tom.* 2 *Scriptorum rerum Auſtriacarum à pag.* 5 *inſeruit, nec editionem Joannis abbatis, nec Mabillonii ſecutus, ſed ipſummet Ms. codicem Lambacenſem, qui Joanni abbati præluxerat. Neque id fruſtra fecit: non enim prior iſte editor primigeniam auctoris phraſim tam accuratè ſemper reddidit, quin pauca aliqua in ea mutare ſibi licuiſſe putaverit. Nam ſic ipſe loquitur in ſua Præfatione toti Opuſculo ſeu collectioni Vitarum præfixa:* Hi verò (*qui ſimplicem incomptumque veterum in ſcribendo ſtilum nauſeant*) intelligant, librum (*hunc*) nativo ſub ſtylo relictum eſſe, hoc eſt, humili, & (ut erat ætatis illius, pietati magis, quàm eloquentiæ ſtudens, & rem potiùs, quàm verborum lenocinia ſectans induſtria) ut plurimùm minùs eleganti & aſpero, paucis admodùm, qui nimiam corpori deformitatem parere videbantur, nævis abſterſis. Ordo præterea deſiderabitur nonnumquam. *Hactenus ille: at Pezius, meliori conſilio uſus, primigenios illos nævos retinendos cenſuit, atque in infima cujuſque paginæ ora lectiones, quas variavit Joannes abbas, annotavit. Pezii itaque editionem ſequemur, varias primi editoris lectiones pariter obſervaturi.*

Auctor Vitæ majoriſque partis miraculorum

F 11 *Codicem ſuum Lambacenſem ſæpe laudatus abbas anno, ut dictum eſt,* 1619 pervetuſtum *appellavit, Vitamque ipſam jam tum ante quadringentos annos conſcriptam fuiſſe, aſſeruit; verèque ſeculi* XIII *ineuntis ſeu non admodùm multis annis inchoati eſſe, probant Mabillonius Pezinſque ex Libello miraculorum, qui eumdem cum Vita auctorem habet. Libelli enim auctor in Præfatione profitetur, ſe, prætermiſſis miraculis antiquioribus, ſolùm paucula relaturum ex iis, quæ ipſemet viderat, audiveratque, ac ſuis (ut loquitur) manibus contrectaverat: idem cap.* 1, *apud me num.* 5 *narrans miraculum ad* B. Adalberonis *tumbam obtentum, rei geſtæ tempus adſcripſit hoc modo:* Acta ſunt hæc eodem anno, quo beati Virgilii (*Salisburgenſis epiſcopi*) oſſa ſunt revelata, in vigilia ſancti Johannis Baptiſtæ; nec ea veterum relatione cognovimus; quia oculis noſtris ea vidimus. *Atqui S. Virgilii corpus inventum fuiſſe anno* 1181, *probant ibidem Pezius, Baronius in Annalibus, & in horum Critica Pagius ad eumdem annum, quo proinde tempore vivebat Libelli auctor.*

12 *Porrò cùm idem ille rurſum cap.* 15, *apud*

scripsit ante annum 1225;

pud me num. 49 aliud miraculum anno 1204 impetratum narret, scripsisse dicendus est jam inchoato seculo XIII; *quod ne post annum 1225 fecisse credatur, obstat ejusdem libelli continuator, dum apud Joannem abbatem & Pezium cap. 17, apud me num. 51 cæcum ibidem anno 1225 illuminatum scribit; unde colligere licet, primum Vitæ ac Miraculorum scriptorem postremo hoc anno aut non superfuisse inter vivos, aut certè scribere desiisse. Hæc de tempore biographi; ad nomen conditionemque quod attinet, tametsi hæc à nemine hactenus tradita latêre, sæpe laudati posteriores editores agnoscant, meritò tamen censent, eumdem Lambacensem monachum fuisse, probatque Pezius ex ipsis scriptoris verbis, ex quibus id manifestum evadit. Ea igitur accipe.*

fuitque monachus Lambacensis;

13 *In primis circa finem Prologi ad Vitam num. 2 sic loquitur biographus:* Sed, quia generatio præterit, & generatio advenit, ne volubilibus annorum curriculis desidiosa, quæ istius temporis facilè subrepit hominibus, negligentiâ posteritas pòst succeſſura oblivioni tradat originem Lambacensis cœnobii, Fundatores ejus, QUIBUS SUMMAM ET ÆTERNAM DEBEMUS REVERENTIAM; insuper signa & miracula virtutesque sanitatum, quibus misericordia Domini, quâ plena est terra, tumulum BEATI PATRIS NOSTRI, episcopi Adalberonis, illustravit, dignum posteris commendare duximus. *Deinde in Libello miraculorum cap. 7, apud me num. 18 fluviolum trino nomine appellatum memorans,* Tertio, *inquit,* ut prædictum est, loco LAMBACH nuncupatur, unde LOCUS NOSTER vocabulum sortitus est. *Cùm igitur anonymus iste* Adalberoni *& parentibus illius, velut cœnobii Lambacensis fundatoribus, sese plurimùm obstrictum profitentur; cùm eumdem beatum Episcopum vocabulo* Patris nostri *honoret, ipsumque Lambacense cœnobium* Locum nostrum *appellet, procul omni dubio is Lambacensis monachus fuerit.*

B

sed parùm accuratus.

14 *Jam quod ad argumentum scriptionis spectat, ex præmissis satis liquet, biographum sibi potissimùm proposuisse, originem sui Lambacensis monasterii, & miracula, quibus fundator* Adalbero *in ejusdem ecclesia fulsit, posteritati commendare; gesta verò Fundatoris compendiosè referre, quantùm ad qualemcúmque hujus Viri notitiam necesse ei videbatur: quod & fecit. At certè anonymus, in chronotaxi minimè accuratus, personas quasdam factaque ad aliena tempora retulit, maximè in assignanda causa, ob quam beatus Præsul è sede sua expulsus fuit, ut suo loco ostendemus. Huic Vitæ subjiciam jam laudatum Libellum miraculorum ex eadem editione Pezii, adjectis pariter, quæ hic apud abbatem Lambacensem variare, observavit. Mabillonius ab hoc Libello recudendo abstinendum censuit, quòd nihil peculiare ad illustrandam sui Ordinis historiam contineret.*

C

Is item primus scripsit Libellum miraculorum,

15 *Porrò, eumdem esse Libelli Vitæque scriptorem, colligimus ex verbis Prologi num. 13 datis, quibus Vitæ auctor promisit, se scripturum miracula, quibus Deus* B. Adalberonis *tumulum illustrare dignatus est, de quibus tamen nullum verbum in ipsa Vita reperire est; ut proinde, nisi Miracula ejusdem scriptoris Opusculum sit, biographus promissis suis minimè stetisse dicendus sit. Adde etiam, quòd, teste Pezio, Vita & Libellus in eodem codice Lambacensi, eademque manu ineuntis seculi* XIII *exarata sint usque ad Libelli capitis* 15 *finem, ut hinc quoque nihil in oppositum liceat suspicari. Dixi:* Usque ad Libelli capitis 15 finem; *nam inter hoc & sequens caput Pezius, quod subdo, monitum aliis characteribus interposuit:* Quæ continenter in eodem cod. Ms. subjunguntur, B. Adalberonis miracula aliam quidem, sed coævam, manum præ se ferunt; quod idem in ultimo capite advertere licet. Inscriptiones verò capitum ad oram adjectæ sæculum decimumquintum non obscurè sapiunt.

AUCTORE C. S.

quem unus & alter auxerunt.

16 *Quam ob rem mihi verisimillimum fit, scriptorem Vitæ, Libello miraculorum ad finem usque capitis* 15 *jam perducto, spatium in membrana reliquisse ceteris, quæ eventura sperabat, miraculis adscribendis (nullam enim, ut aliàs fieri assolet, isti Opusculo clausulam ibidem apposuit) deinde verò post illius mortem alium quemdam Lambacensem monachum adjeciſſe miracula, quæ septem sequentibus capitibus continentur. Sanè, quod ibidem narratur cap. 17, apud me num. 51, factum dicitur anno 1225; atque ipse scriptor cap. 21, apud me num. 55, monachum se Lambacensem profitetur dicens:* Unâ Sabbati venit multitudo copiosa ... ad tumbam beati Patris nostri venerandam. *Nam quo alio, quàm sui monasterii Fundatoris titulo* Adalberonem Beatum Patrem suum *appellâsset? Tertium denique, qui postremum, seu* 23 *caput eodem seculo* XIII *adjecit, quem potiùs, quàm Lambacensem cœnobitam fuisse arbitrabimur? Ceterùm hunc quoque Libellum, uti & Vitam, pro more nostro in alia capita sic partitus sum, ut veterem eorumdem partitionem in margine adscripserim; ipsas verò antiquas capitum inscriptiones Libello præmiserim.*

E

Vita metrica incerti temporis

17 *De altera ejusdem beati Præsulis Vita, metrica scilicet, cujus ex Joanne abbate suprà memini, Mabillonius in Observationibus ad priorem Vitam præviis dixerat:* Dabimus Vitæ compendium metricum, quòd nonnulla complectatur, quæ in Vita desiderantur; *nec tamen hoc ibidem dedit. At non prætermisit Pezius, sic præfatus:* Quis fuerit, quave ætate vixerit Opusculi istius scriptor, ex Johanne abbate Lambacensi, qui id unà cum Vitis & Miraculis Adalberonis Herbipolensis, Altmanni Paſſavienſis, & Gebehardi Salisburgensis antistitum, ex vetustis codd. Mss. bibliothecæ Lambacensis eruisse, testatur, non constat; nec plura de eodem hactenus comperimus. Itaque laudati abbatis fide & exemplo jam dictum auctorem denuò prodire voluimus, uti & veterem Rhythmum, Antiphonam & Collectam de eodem beato Pontifice, quæ omnia ad Opusculi sui calcem idem Johannes abbas exhibuit.

F

ac professionis auctorem habet: danda tamen est.

18 *Non legebatur itaque hæc Vita metrica in illo seculi* XIII *codice Lambacensi, ad quem priorem Vitam Libellumque miraculorum exegit Pezius; cùm tamen in vetusto etiam codice eam à se inventam testetur sæpe laudatus abbas, causamque, ob quam* B. Adalbero *è sede sua exsulavit, multò rectiùs, quàm biographus exponat, ac quædam præterea ab isto prætermissa doceat, hanc quoque ex eodem abbate post miraculorum Libellum exoudam; & Poëtæ nomine in Commentario laudabo. Est verò illa sat eleganter conscripta, sed verisimiliter Vitâ (ac fortè etiam non parùm) recentior; an ejusdem auctor etiam Lambacensis monachus fuerit, an S. Stephani Herbipolensis, an denique Schwarzigensis, seu Schwarzacensis, ejusdem Ordinis Benedictini cœnobiorum, quorum primum ab* Adalberone *Benedi-*

AUCTORE C. S.

nedictinis traditum, alterum inſtauratum, poëta canit; an demùm alterius profeſſionis ſcriptor, ex eodem nequeo colligere.

§ II. Illuſtres Beati parentes & cognatio: pia pueritia: educatio in epiſcopatu Herbipolenſi: ſtudium in academia Pariſienſi: vaticinium: monachatus ei perperam adſcriptus: elevatio ad epiſcopatum Herbipolenſem.

Beati pater Arnoldus comes Lambaci, nunc in Auſtria,

B *AB illuſtribus* Adalberonis *parentibus orſi ambo biographi, patrem ei aſſignant Arnoldum caſtri Lambacenſis, tunc in Bavaria, nunc in Superiori Auſtria, comitem. Loci ſitum Carolus Stengelius in Monaſteriologia Germaniæ hunc tradit:* Lambacenſe antiquum & perquam celebre monaſterium in Lambachio, Auſtriæ ſupra Anaſum (*aliàs* Anaſſum, *vulgò* Ens *fluvium*) ſitæ oppidulo ad ſiniſtram Trunæ (*Germanis* die Traun) fluminis inter Schwaigii & Agrii fluviorum congreſſus loco amœniſſimo, duobus lapidibus à Welſio (*indigenis* Wels) oppido, & totidem à Cremiphano (*vernaculè* Kremſmünſter) perilluſtri cœnobio, in Patavienſi diœceſi ſitum, hac ratione fundatur *&c. Quàm accurata hæc ſitûs deſcriptio ſit, haud equidem dixero, ex mappis tamen geographicis non multùm poſſe aberrare videtur. Sigiſmundus Calles, Societatis noſtræ presbyter, in Indice topographico ad partem primam Annalium Auſtriæ, anno* 1750 *Viennæ editam, eumdem locum ſimiliter* in Superiori Auſtria (*de quo nullum eſt dubium*) paulò ſupra confluentes Vöglæ & Trunæ fluviorum *ſtatuit.*

tunc in Bavaria ſiti; mater Regila è Franconia

20 *Idem Annaliſta de Beati patre conſentiens eumdem præterea Welſenſem comitem fuiſſe, ſcribit ad annum* 1090, Parens illi, *inquiens*, Arnoldus Welſæ ac Lambaci comes in Auſtria Superiore, Bojarici tunc juris regione. *Quam hic* Welſam, *Stengelius ſuprà* Welſium *dixit, Superioris Auſtriæ oppidum eſt ad Trunam fluvium ſitum, circa quod* Adalberonem *ſilvas habuiſſe, conſtat ex charta fundationis monaſterii Lambacenſis, Vitæ recudendæ inſerta. In Catalogo epiſcoporum Herbipolenſium cum eorumdem iconibus, anno* 1712 *Herbipoli edito,* Adalbero *noſter* comes de Lambach & Scherdingen *appellatur. Beati genitrix in eadem Vita* Regila *nominatur, diciturque fuiſſe matrona* nobilis ex Francia Orientali oriunda. *De ambobus parentibus biographo conſonans poëta, addit* Regilam, *ſeu, ut habet,* Regillam, *de gente* Weinsbergica *fuiſſe, & de Scherdinga etiam meminit, ſic canens:*

C

oriunda; frater Gotfridus

21 Stirps antiqua fuit, multas celebrata per oras,
De Lambach comitum, quorum alto à ſanguine natus
Felix progenies, divinus Adalbero præſul.
Huic pater Arnoldus, mater Regilla, potenti
Francigenûm fuerat Weinsberg de gente creata,
Qui Lambach præter Scherdingam, multaque dictis
Oppida Franconiæ magna ditione tenebant.

D

In mox laudato Herbipolenſium epiſcoporum Catalogo ad iconem Adalberonis *inſignia nomenque* Seweinsberg *appoſita viſuntur, cujus nominis locum memorat Merianus in Topographia Franconiæ; an fortaſſe pro* Weinsberg *legendum apud poëtam noſtrum eſt* Schweinsberg, *vel in dicto Catalogo* Weinsberg *pro* Schweinsberg *? Porrò ex laudati Arnoldi comitis cum Regila Franconica nuptiis plures filios prognatos eſſe, aſſerit biographus, ſed ſolùm duos nominat,* Adalberonem *ſcilicet, de quo agimus, & Gotfridum, qui an illo fuerit natu major, an minor, tacuit.*

marchio in Auſtria Inferiori:

22 *Utut ſit, Gotfridum hunc commendat velut* dignitate marchionem, virum ſtrenuum & fortem, virum rebus bellicis aptiſſimum, crebris præliorum ſucceſſibus fortunatum, cujus ditioni cum reditibus circumjacentibus ſerviebat Putina, urbs inclyta & famoſa, quæ, quaſi metropolis & mater civitatum, verſus Pannoniam ad Auſtralem plagam ad arcendos hoſtiles Pannoniorum incurſus & devaſtationes antiquitus conſtituta fuit. *Laudatus Sigiſmundus Calles ex his biographi verbis de Gotfrido ſic conjicit:* Cujus in ditione cùm Butinam (*quam* Putinam *biographus dixit*) urbem olim inclytam in extremo Auſtriæ ſecundæ, quà Styriam ſpectat, limite, caſtriſque ac oppidis, velut coronâ, cinctam, ſcriptor vetuſtus fuiſſe prodat, conjectura eſt, marchionis ejuſdem dignitatem, quam idem author Gotfrido tribuit, in ea Pannoniæ Superioris parte, quæ Auſtriam Styriamque ab Hungaria dividit, geſſiſſe. *Porrò* Butinam, *ſeu* Putinam, *in Indice topographico ibidem obſervat, nunc* caſtrum *eſſe* & oppidum Inferioris Auſtriæ, poſt Neuſtad versùs Hungariam, & hodie PITTEN *appellari.*

ſoror Mechtildis, Ekkeberto comiti, pio ac munifico, nupta.

23 *E Beati ſororibus (ſi plures habuerit) unicam, ſuppreſſo nomine, idem laudat biographus, de Arnoldo comite dicens:* Magnæ etiam nobilitatis & ingenuitatis ſecundum ſeculi dignitatem habebat filiam, quæ nupſit Ekkeberto comiti, cujus caſtrum, Niwenburc dictum, in ora Eni fluminis eſt ſitum; *nimirum Scherdingam inter & Paſſavium, quod hodieque ſupereſt, &* Neuburg *vocitatur. Pergit biographus:* Huic (*Arnoldi filiæ*) poſt felicem fratrum exceſſum in ſortem dotis urbs Putina cum omnibus ad ſe pertinentibus cecidit. *Ejuſdem illuſtris matronæ nomen, quod in Vita tacetur, apud laudatum Auſtriæ Annaliſtam in Annotatis ad annum* 1094 Mechtildis *fuiſſe legitur, ibidemque pag.* 420 *& ſequenti dicitur iſtud par conjugum in loca Deo ſacrata admodùm munificum fuiſſe, ut etiam Frombacenſis in Bavaria monaſterii alteri parentes conditoreſque poſſint cenſeri. Eodem teſte Annaliſta pag.*409; *Ekkebertus pari de cauſa, ob quam* B. Adalbero *ex epiſcopatu ſuo expulſus in Bavaria exſulavit, id eſt, ob defenſam Dei Eccleſiam, in Hungariam profugus vixit. Ad* Adalberonem *procedamus.*

Beatus Puer, ignoto nobis anno natus,

24 Beata itaque Regila (*verba biographi ſunt*) benedictionibus dulcedinis præventa de benedictionibus concepit & peperit filium, Adalberonem dictum, benedictum à Domino fructum, in quo benedicenda fuit omnis tribus & parentela ſua. *At quo anno æræ noſtræ Chriſtianæ is natus eſt? Id verò à nemine traditum legi. Attamen*

men cùm ex dicendis certum fiat, ipsum anno 1045 *ad Herbipolensem episcopatum evectum fuisse, & post quadraginta quinque annorum sedem anno Christi* 1090 *mortuum, nativitas illius seculo* XI *aliquot annos inchoato figenda est, ne aut nimis juvenis ad episcopatum promotus, aut admodùm decrepitus senex obiisse; sine certo argumento censendus sit. Quorum si alterum credendum est, pro posteriori stabit major suspicio: nam de juniori ipsius, dum episcopus fuit, ætate nemo meminit; de postrema verò, in qua obiit, in Vita metrica legitur:*

Et tandem fessus, tardusque senilibus annis,
Ex hoc instabilis moriendo carcere vitæ
Evolat, æternamque capit super astra quietem.

Apud Bertoldum quoque Constantiensem presbyterum in Chronico Adalbero, *dum obiit*, unus de antiquioribus episcopis *fuisse dicitur.*

à patre suo in ecclesia Herbipolensi Deo dicatur;

25 *Mirum in Puero virtutis amorem scriptor Vitæ, rerumque mundanarum contemptum prædicat, ex quo factum ait, ut eum pius genitor Herbipolim ad episcopum adduxerit, ac pro recepto illorum temporum more Deo dicaverit,* B *in schola ecclesiæ instituendum, ibidemque inter clericos perpetuò serviturum*, addito, quo in Franconia abundabat, patrimonio sub pontificis, qui tunc cathedræ Herbipolensi præerat, sub cleri plebisque testimonio. *Episcopus, de quo hîc, fuerit Henricus I, vel Meginhardus I, quorum iste ab anno* 990 *usque ad* 1018, *hic ei eodem anno suffectus usque ad* 1033 *Herbipolensem cathedram tenuisse in suprà laudato Catalogo ejusdem sedis antistitum leguntur: at neutrum possumus certò assignare ob incertum* B. Adalberonis *annum natalem, ætatemque, quâ hic à patre suo Herbipolim adductus fuit.*

eruditur Parisiis: socios habet S. Gebehardum & B. Altmannum,

26 *Eodem teste biographo, post insignes in litteris profectus, ab Herbipolensi episcopo* (*jam laudato Meginhardo, aut fortè hujus successore S. Brunone*) *missus Parisios est, in celebri illa academia mentem suam gravioribus scientiis perfecturus. Nactus ibi socios est S. Gebehardum, beatumque Altmannum, quorum prior archiepiscopatum Salisburgensem, alter episcopatum Pataviensem postea adepti sunt. Amborum Vitas Majores nostri jam illustrârunt; S. Gebehardi parte* I *tomi* VI *Junii in Appendice ad ejusdem mensis diem* XVI; C *Altmanni verò tom.* 2 *Augusti die* VIII. *In utraque eorumdem cum* B. Adalberone *in puerilia vel adolescentia familiaritas cum singulari eventu, in* Adalberonis *Vita prætermisso, memoratur, quæ propterea hac occasione hic referam ex Vita S. Gebehardi, quæ anonymum ejusdem Sancti discipulum auctorem habet. Is itaque ibidem num.* XI *&* 12 *factum exposuit verbis, quæ subjicio.*

qui confabulantes quique sibi episcopatum

27 Operæ pretium est hic inferere, qualiter præfatus & sæpe nominandus pater & dominus Gebehardus archiepiscopus ab ineunte ætate in proposito habuerit, ut, si ex facultate Dei facultas sibi posthàc suppeteret, monasterium aliquod, ubi divinæ laudes jugiter hymnizarentur, con-

* *l.* construeret

struere*; quod ex subsequenti narratione potest perpendi. Dum enim aliquando in pueritiæ flore constitutus cum collegis suis, Altmanno, postea Patavienſi episcopo, & Adilberone, postea Wirzburgensi episcopo, studiis liberalibus imbueretur, contigit, ut cum his, quos prædiximus, fidissimis sodalibus timore puerili fugam iniret. In via igitur ad quemdam fontem diverterunt, & ibi de sistarciolis (*id est, ciſtellis vel peris*) suis panem quantulumcúnque proferentes, corpuscula recreabant. Et licèt puerili affectione, Dei tamen magis, ut pòst patuit, inspiratione, præsago virtutis suæ spiritu inter cetera, quæ confabulabantur, episcopos se futuros, prædixerunt, & monasteria se ad Dei servitium fundaturos, voverunt; quod postea efficaciter compleverunt. AUCTORE C. S.

prædixerunt, & singuli singula monasteria condenda voverunt.

28 Primus igitur Altmannus subintulit, se Patavienſis ecclesiæ præsulatum velle conscendere, quo adepto, monasterium se constructurum, ibique novissimam tubam ad resurgendum expectaturum. Tum Adilbero: Ego verò Wirzburgensis ecclesiæ pontificatum suscipiam, & cœnobium Christi servorum instituam, ubi & ego recondar, communem omnium præstolaturus resurrectionem. At tunc Gebehardus: Ego vestrûm amborum magister futurus ero, quia, volente Deo, Salzburgensi ecclesiæ metropolita sublimabor [ac in] monasterio, quod Regulari institutione ordinavero, ultimum examinis diem præstolabor. Hæc ideò hîc inferere duximus, ut ostenderemus, quàm grata Deo simplicitas istorum fuerit & cordis mundicia, quorum [dicta] puerili quodammodò joco prolata, tam mirabiliter ad effectum perduxit. *Posthæc pergit* E *exponere laudatus biographus, quo modo hæc eorum vaticinia probaverit eventus; quæ cùm in* B. Adalberonis *Vita, etiam legantur, hic prætermitto. Consuli etiam potest Vita B. Altmanni, loco suprà citato, cap.* 1, *num.* 7. *In eadem hi tres Præsules deinde perstiterunt amicitia, unanimesque semper invicti steterunt pro Ecclesia Dei tempore schismatis Henriciani, pro qua etiam adversa multa & exsilium tulerunt.*

Reversus Herbipolim, nec tunc, nec umquam aliàs

29 *Porrò* B. Adalbero *Parisiis, ut habet Vita recudenda*, dulcibus abundanter theoriæ refectus fructibus, sapientiâ plenus Herbipolim est reversus. *Quo autem anno hic reditus contigerit, quo sacro Ordine ipse tunc initiatus esset, quove in Herbipolensi ecclesia munere tunc functus sit, nec hic biographus, nec poeta meminit, ambo ad collatum ei episcopatum festinantes. Joannes Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad annum* 1045 *credidit, ipsum vel ante vel post suam Parisiensem commorationem, Benedictini Ordinis monachum in monasterio Lambacensi professum, imò & abbatem fuisse. Ad citatum annum sic habet:* Huic (*S. Brunoni*) in episcopatu Herbipolensis ecclesiæ successit Adelbero, abbas monasterii Lambach nostri Ordinis in Bavaria. *Rursus ad annum* 1075 *de Swarzachensi cœnobio scribit:* Nimia vetustate penè collapsum Adelbero, ex monacho, nostri Ordinis episcopus Herbipolensis, à novo constructum... consecravit. *Denique ad annum* 1090, *quo Beatum nostrum obiisse, rectè signavit*, Sepultus est, *inquit*, in monasterio Lambach in Bavaria, Ordinis nostri, quod pater suus à fundamentis novum construxerat & dotaverat, in quo & ipse monachus ante pontificatum & abbas extitit. F

Lambacensis monachus an abbas fuisse

30 *Credo equidem, Trithemium in eam iviſſe opinionem, quòd audîsset*, B. Adalberonem *admodùm juvenem, aut etiam puerum, à genitore suo Arnoldo fuisse divino servitio dicatum; eumdemque Lambacensem ecclesiam, à suo patre verè fundatam, multis prædiis auxisse, atque apud eamdem, dum eam Benedictini tenebant, è sede sua expulsum postremos vitæ suæ annos exegisse, & in ea sepultum jacêre. Verùm non illum Arnoldus pater Lambaci in Bavaria, seu Austria Superiori; sed Herbipoli in Franconia Deo obtulit; nec sub abbatis ac monachorum Ordinis Benedi-*

AUCTORE C. S.

nedictini, qui tunc temporis nulli erant Herbipoli; sed sub episcopi clerique Herbipolensis cura instituendum tradidit. Non etiam ejusdem pater Lambaci fundaverat cœnobium monachorum, sed clericorum, seu canonicorum collegium; in quod Adalbero *filius, jam dudum episcopus, Benedictinos induxit & clericis substituit. Non potuit ergò* Adalbero *ante acceptum episcopatum in Lambacensi monasterio Benedictinum monachum professus esse, aut Benedictinos abbas rexisse.*

contra Trithemium probatur.

31 *Sed nec id postea factum esse, pariter novimus tum ex Vita edenda, tum ex ipsiusmet* Adalberonis *litteris fundationis monasterii Lambacensis, in quibus dicitur hic duos primos eidem monasterio, tum Benedictino, præfeciſſe abbates,* Ekkebertum *scilicet, & post hujus abdicationem* Becemannum; *tum denique ex vetusto ejusdem monasterii abbatum Catalogo, quem sæpe laudatus Pezius tom. 2 Script. rer. Austriac. vulgavit. Nam in hoc quoque nullus* Adalberoni *locus est, aut etiam esse potest. Denique secessit ille quidem ad Lambacense monasterium, in eoque suprenum diem clausit ac sepultus fuit; at propterea minimè necesse est, illum monachum*

B *fuisse dicere; expulsus enim è sede sua quò potiùs se recepisset, quàm Lambacum, hereditarium castrum suum, & ad monasterium, quod ibidem fundaverat, & in quo proinde tam hereditario, quàm fundatoris jure, vivo receptus, ac mortuo sepultura ipsi debebantur. Unicus tamen locus asserto ejusdem monachatui favet in Vita metrica, ubi de eodem Beato dicitur:*

Perplacet æthereis reliquum traducere temPUS
Obsequiis, sanctas, queis struxit, Fratribus, ædes,
Concordi innocuæ sociatum fœdere vitæ.

Hæc, inquam, monachatui illius faverent, nisi de solo convictu cum monachis accipienda esse, hactenus dicta suaderent. Mitto plura, quia Mabillonius quoque ac Pezius, ambo Benedictini, errorem Trithemii hìc candidè agnoscunt.

Defuncto S. Brunoni in episcopatum succedit

32 *Regressus igitur Herbipolim inter ecclesiæ cathedralis clericos Deo servire perrexit. Præerat ibidem tunc temporis, jamque ab anno* 1033 *præfuerat episcopus S. Bruno, vir doctrinâ & virtutibus clarus, cujus gesta, ut suprà monui, in Opere nostro ad diem* XVII *Maii illustrata habes.*

C *Huic anno* 1045 *vitâ functo* Adalbero *omnium votis dignus successor datus est. Biographus noster, id satis ineptè factum ait,* aliquibus ... elapsis diebus vel annis *post ipsius è Parisiensi academia reditum; rectiùs poëta tempus signavit hoc modo:*

Ultra lustra novem millenus volvitur annus.

Lustris hìc acceptis pro quinquenniis, is computus deducit ad annum 1045, *cujus* B. Adalberonis *exordium re vera illigandum esse, etiam aliunde constat. Ipsius sanctum decessorem Brunonem ejusdem anni mense Maio obiisse, probatum est in Actis suprà laudatis. Consonat Annalista Saxo, à Joanne Georgio Eckhardo tom.* 1 *Corporis historici medii ævi vulgatus, ubi col.* 479 *ad eumdem annum habet:* Bruno Wirceburgensis episcopus VI Kal. Junii obiit, pro quo Adalbero ordinatur.

Anno 1045, die 29 Junii.

33 *Ibidem col.* 573 *ad annum* 1090 B. Adalberonis *obitum rectè signans, etiam diem, seu electionis seu ordinationis ejusdem annotavit,* Adalbero, *inquiens,* XX post beatum Burchardum sacrosanctæ Wirceburgensis ecclesiæ episcopus, defuncto domno Brunone, III Kal. Julii constitutus, vixit post acceptum episcopatum annos D XLV, menses III, dies VII, substitutis tamen (*interim*) duobus episcopis, Mainhardo Juniore, & Emehardo. Obiit pridie Nonis * Octobris in prædio patris sui, sepultus in monasterio suo Lambach, ubi in in pace requievit. *Accuratissima esse hæc omnia Annalistæ asserta, ex dicendis constabit; quod verò hìc ad numeros attinet, computa à pridie Nonas Octobris, seu à die* VI *Octobris anni* 1090 *usque ad* III *Kalendas Julii, seu ad* XXIX *Junii anni* 1045, *assignatos illius episcopatui annos, menses ac dies omninò reperies. Electus igitur, vel ordinatus episcopus fuit anno* 1045, *die* XXIX *Junii, sanctis Apostolorum principibus Petro & Paulo sacra, quorum sanguine fundatam Ecclesiam Dei, dum vixit, adversus schismaticos strenuè tutatus est. Confirmantur etiam hæc ex charta fundationis monasterii S. Stephani inferiùs recitanda, in qua ejusdem beati Præsulis annus sedis duodecimus cum mense Martio anni Christi* 1057 *componitur.*

* *l.* Nonas

E

§ III. Lambacensibus clericis Benedictinos substituit, dotatque anno MLVI, ex quibus verisimiliùs primos colonos accepit monasterium Mellicense: Lambacensem ecclesiam instaurat, dedicatque anno MLXXXIX.

Strenuus atque munificus Episcopus

ADalberonem *in suscepto episcopatu, quique huic annexus est, ducatu Franconiæ strenuè administrando omnes Præsulis ducisque partes expleviſſe, scribit biographus, eumque in primis à misericordia & justitia generaliter commendat, concinente poëta, qui de ejusdem pia in sacras ædes & personas Deo dicatas munificentia hæc subdidit.*

Nam templa exstruxit sublimibus alta columnis,
Cœnobiis posuit fundamina grata Tonanti,
F Efficiens donis opulenta & relligione.

Ex hisce solum Lambacense memoratur in Vita, quia scilicet hujus scriptori, quem Lambacensem monachum fuisse, probavimus, potissimùm propositum fuit, sui monasterii originem fundationemque ad posteros transmittere. De ceteris ex poëta agemus infrà, de Lambacensi nunc loquamur.

in Lambacense ecclesia clericis Benedictinos substituit:

35 *Retulimus suprà* § 2, B. Adalberonem, *S. Gebehardum, beatumque Altmannum, in pueritia vel adolescentia sua confabulantes, singulos sibi singulas episcopales sedes vaticinatos esse, singulaque à se condenda monasteria, in quibus communem carnis resurrectionem exspectaturi essent, condixisse. Fidem juveniliter dicta invenerunt, dum Gebehardus Salisburgensis archiepiscopus creatus monasterium Admontense, Altmannus Patavienſis Gotwicense, &* Adalbero *Herbipolensis Lambacense fundaverunt. Erat Lambacum castrum, ut suprà dictum est, comitum,* Lambacensium *ab eo dictorum, è quibus Arnoldus, vir potens & pius, ibidem in ecclesia, beatæ Dei Genitrici sacra, collegium duodecim clericorum funda-*

A *fundaverat, in qua & cum conjuge ſua Regila in ſuæ familiæ ſepulcro tumulatus fuit. Hanc* Adalbero, *utriuſque filius & heres, uſus conſilio Patavienſis epiſcopi, in cujus diœceſi is locus erat, obtentoque ſummi Pontificis conſenſu, in Benedictini inſtituti cœnobium convertit, aucta è poſſeſſionibus ſuis liberaliter dote, quæ alendis monachis abundè ſufficeret, dataque dictis clericis optione, utrùm mallent Benedictinis ibidem ſe aggregare, an cum honeſto, dum victuri eſſent, ſtipendio recedere.*

cujus rei tempus biographus, pugnantia memorans,

36 *Hæc certa ſunt, & in Vita edenda latiùs exponentur. Verùm de anno hujus fundationis dubitari poteſt, quamvis biographus noſter Lambacenſis, quas profert litteras, pro genuinis beati Fundatoris obtrudat. Harum prima pars Lambacenſis monaſterii fundationem, tam apud Pezium, quàm apud Joannem abbatem, anno* 1056 *affigit, utrobique has chronicas notas exhibens :* Actum eſt Ratiſponæ anno MLVI, Indictione VIIII, epiſcopatûs autem domni Adalberonis XII. *Atque hæ quidem notæ rectiſſimè ſe habent ; ſed in eadem litterarum parte dicit* Adalbero, *idem monaſterium, amotis inde clericis,*

B *ſic à ſe fundatum eſſe cum* licentia domni Apoſtolici, Papæ Gregorii (qui & Hiltibrandus) *ac* conſenſu & conſilio parrochiani epiſcopi Patavienſis, ſcilicet Altmanni. *Eadem verbis ſuis ibidem præmiſerat biographus, atque in ſecunda earumdem litterarum parte denuò mentio fit de* ſuprà dicto epiſcopo Altmanno, *ex cujus ſcilicet conſenſu & conſilio fundatio facta fuiſſe dicta fuerat.*

dubium facit;

37 *Atqui conſtat, nec Gregorium, qui ante Pontificatum* Hildebrandus *appellatus fuit, ſeu S. Gregorium VII, ante annum* 1073 *fuiſſe creatum Pontificem, nec Altmannum ante annum* 1065 *factum eſſe epiſcopum Patavienſem ; neque anno* 1056 *ullum alium nomine* Gregorium, *ſed* Victorem II *in Romana S. Petri Cathedra, nec denique* Altmannum alterum, *ſed* Engelbertum *vel* Angelbertum, *ejuſdem B. Altmanni deceſſorem, in Patavienſi ſediſſe. Qua igitur ratione anno* 1056 *dicere potuit* Adalbero, *ſubſtitutos à ſe monachos clericis fuiſſe, conſulto priùs Altmanno Patavienſi epiſcopo, & obtenta à Gregorio, aliàs Hildebrando dicto, ſummo Pontifice, facultate ? Ambigendum non eſt, quin aut in Romani Pontificis & Patavienſis epiſcopi nominibus, aut in anno Chriſti error cubet. Ne verò in*

C *anno Chriſti erratum eſſe credamus, omninò prohibent adſcripta Indictio* VIIII, *& annus* XII *epiſcopatûs* Adalberonis, *quæ dicto anno* 1056 *ſic congruunt, ut alteri nequeant aptari toto tempore Pontificatûs Gregorii VII, & epiſcopatûs Altmanni. Nam Indictio quidem* IX *nulla cucurrit, eodem Gregorio ſedente ; annus verò duodecimus ſedis* Adalberonis *decem circiter annis epiſcopatum Altmanni, & ſeptemdecim Pontificatum Gregorii VII præcurrit.*

verùm hanc fundationem illigandam putamus anno 1056,

38 *Ego annum Chriſti, quocum Indictio* IX, *annuſque* XII *epiſcopatûs* Adalberonis *conveniunt, retinendum puto, ac vix dubito, quin vel ipſemet biographus, vel quidam alter ſciolus, dum dictas* Adalberonis *litteras deſcripſit,* Gregorii Altmannique *nomina imperitè addiderit, cùm in iis ſolùm legeretur :* Domni Apoſtolici, & Parrochiani epiſcopi Patavienſis ; *ex conjectura ſcilicet ac vicinitate temporum ratus, eos iſtis vocabulis deſignari ; maximè cùm ex mox dicendis B. Altmannus eamdem eccleſiam Lambacenſem una cum* B. Adalberone *conſecraverit. In hanc opinionem eò proniùs ire potuit biographus, quòd ejuſdem monaſterii fundationem* B. Adalberoni *è ſede ſua jam exſulanti adſcribat : quod etiam fecit poeta, ſi rerum ordinem in narrando ſervaverit ; fortaſſe ambo decepti, quia ejuſdem exſilii tempore ea eccleſia dedicata fuit. Ego aſſignatos in litteris numeros ſervare malim, quàm eccleſiæ fundationem uſque in annum* 1084 *vel ſequentem cum poëta differre, aut etiam aliquot annis antè, exſulante tamen* Adalberone, *reponere cum biographo, tam imperito chronologo, ut ex aliis ejuſdem ibidem dictis eadem fundatio etiam ad ſeculum* XII, *dum ſcilicet beatus Fundator dudum obierat, referenda eſſet, ut ſuo loco videbimus.*

AUCTORE C. S.

neque obſtat, quòd Lambacenſis eccleſia

39 *Alterum, quod adverſus opinionem meam argui poteſt, eſt diuturnum triginta trium annorum ſpatium, quod fluxiſſe oportuerit inter Lambacenſis monaſterii fundationem factam anno* 1056, *ejuſdemque eccleſiæ dedicationem, quæ in ejuſdem inſtrumenti, ſeu litterarum, parte altera anno Incarnationis Dominicæ* 1089, *ordinationis verò* Adalberonis XLIV *illigatur. Hæc enim tam diuturna ſacri loci dedicationis dilatio eo tempore, quo pacatiores erant res Germaniæ, parùm veriſimilis meritò poteſt videri. Me quoque dubium faceret hæc ratio, ſi crederem, de novæ eccleſiæ à fundamentis ab illo erectæ, dum clericis ſubſtituit monachos, dedicatione hîc agi ; ſed non eſt ita. Nam de inſtaurata dudum poſt inductos monachos eccleſia ſermonem ibi eſſe, manifeſtè colligo ex iiſdem litteris, in quibus beatus Antiſtes ſic fatur :* Cùm autem hoc monaſterium inſtauratum ... dedicaretur anno MLXXXVIIII.

E

anno 1089 *fuerit conſecrata.*

40 *Nimirum Lambacenſis eccleſia, in quam beatus Præſul Benedictinos monachos anno* 1056 *induxit, dudum antè fuerat conſecrata, cùm in hac ad eum uſque annum divina peregerint duodecim clerici, ab ejuſdem Beati patre Arnoldo conſtituti & dotati ; quam ob rem non egebat hæc nova dedicatione, ut in monachorum uſus cederet. At cùm hæc, quæ* monaſterii *nomine hîc venit, ab* Adalberone inſtaurata *dedicataque dicatur anno* MLXXXVIIII, *quid potiùs cenſebimus, quàm eamdem dudum, poſtquam Benedictinis tradita fuerat, ab ipſo ſic reparatam ac fortaſſe etiam ampliatam fuiſſe, ut denuò fuerit conſecranda. Neque hæc igitur etiam ratio obſtare poteſt, quò minùs, Lambacenſem, de qua agimus, fundationem ex productis à biographo litteris factam credam* anno MLVI, Indictione VIIII, epiſcopatûs autem domni Adalberonis XII ; *atque adeò etiam pro interpolationibus habeam, quæ de obtentis hunc in finem Gregorii VII facultate & Altmanni conſenſu, cum iſtis notis chronicis neutiquam componenda, in iiſdem litteris dicuntur.*

F

Anceps de hiſce Mabillonii, biographum ſecuti,

41 *Admodùm anceps mihi hîc eſt mens Mabillonii, qui cùm, ut dixi, Vitam* B. Adalberonis *in* 2 *parte Sæculi* VI *Benedictini ex editione Joannis abbatis Lambacenſis recudens, nihil ad biographi de Gregorio Altmannoque aſſerta obſervaverit, annum fundationis* 1056 *in eadem ſignatum tacitè approbâſſe videtur ; in Annalibus verò de eadem fundatione ad eumdem annum ſilens, tandem ad annum* 1088, *quo ejuſdem Lambacenſis eccleſiæ dedicatio apud Joannem abbatem facta legitur, haud congrua narrat. Poſtquam enim dixerat, Arnoldum,* B. Adalberonis *patrem, monaſterium duodecim clericorum ſecularium*

AUCTORE C. S.

larium in ſuo illo Lambacenſi caſtro conſtituiſſe ; Inter ea, *ſubdit ibidem num.* 72, fervente Henriciano ſchiſmate, Adalbero ejus (*Arnoldi*) filius, qui Wirziburgenſem eccleſiam ſtrenuè regebat, & à ſchiſmaticis abhorrebat, ſede ſua pulſus, in paternum prædium, id eſt, Lambacum, ſe recepit, ejuſque loci clericos in monachos convertit, adnuente Gregorio VII, cum conſilio Altmanni epiſcopi Patavienſis, qui-cum novam eccleſiam hoc anno (1088) dedicavit XVII Kal. Octobris, anno epiſcopatûs ſui XLV, & tertio, quàm locum reparaverat, ut idem Adalbero litteris ſuis teſtatur.

in Actis & Annalibus ſenſus.

42 *Hoc in loco Mabillonius, ſcriptorem Vitæ ſecutus, fundationem monaſterii exſilio* Adalberonis *innexuit, ſed contrà quàm in Actis fecerat, annum* 1056 *in litteris expreſſum, ceteraſque notas chronicas cum ejuſdem exſilii tempore & perſonarum adjunctis non componendum, prætermiſit. Sed quid ſibi vult idem Annaliſta Benedictinus, dum* novam *Lambacenſem* eccleſiam *ab illo dedicatam, ait,* hoc anno (1088) & tertio, quàm locum renovaverat, ut idem Adalbero litteris ſuis teſtatur ? *Si per renovationem loci indicatam voluerit monachorum pro clericis ſecularibus ſubſtitutionem, hanc anno* 1085 *illigavit, ac proinde annis circiter* 29 *ſerius, quam eamdem, puto, contigiſſe : ſi verò veteris eccleſiæ inſtaurationem, qualem ſuprà dixi, non refragabor, hanc anno* 1085 *ab illo cœptam eſſe ; verùm nec hanc, nec illam, huic anno affigendam eſſe, ex laudata per ipſum* B. Adalberonis *Vita efficiet, ut eam legenti patebit.*

Primus Lambacenſis abbas Ekkebertus, ſecundus Becemannus,

43 *Anno itaque (ut putamus)* 1056 B. Adalbero *Lambacenſibus clericis ſubſtituit monachos Benedictinos, aliunde accerſitos, iiſque primum abbatem præfecit Ekkebertum quemdam, virum religioſum & humilem, qui parêre malens, quàm imperare, poſt incerti temporis prælaturam, multis precibus à beato Fundatore obtinuit, ut unus è monachis ſuis, Becemannus nomine, viventi ſibi ſubrogaretur, ut docet ipſemet* Adalbero *in litteris recudendis, & vetus Catalogus abbatum Lambacenſium, ab Hieronymo Pezio editus tom.* 2 *Scriptorum rerum Auſtriacarum à col.* 45. *Verba Catalogi habe :* Ekkebertus primus abbas à beato Adalberone epiſcopo Lambacenſi loco prælatus eſt, qui poſtea humillimis obtinuit precibus, ut hoc abſolveretur jugo : & abſolutus eſt, parvi pendens, ab hominibus vocari RABBI. *Tum ſequitur :* Becemannus, unus è Fratribus ſuis (*id eſt, Ekkeberti*) auctoritate epiſcopi Alberonis *, & votiva Fratrum concordia petente, eligitur, durans uſque ad finem vitæ. Hæc ibi, ſed ſine ullis notis chronicis, & tempore regiminis eorum.*

C

* *i. e.* Adalberonis

tertius Sigiboldus, qui ad Mellicenſe monaſterium,

44 *In eodem Catalogo legitur Becemanno mortuo ſuffectus fuiſſe Sigiboldus,* qui (*ut additur*) plures rexiſſe abbatias fertur, inter quas & Medeliccam tenuit. *Hinc, laudatus Pezius,* veriſimillimum fit, *inquit,* primos noſtros Mellicenſes Benedictinos ex Lambacenſibus fuiſſe exortos ; non verò ex Sublacenſibus, ut ex traditionibus, neſcio quibus, & recenti quodam domeſtico manuſcripto probare contendit Anſelmus Schrambius noſter Chron. Mellic. parte 2, pag. 51. *Quod Pezius hîc* recens Ms. *appellat, Schrambius* perantiquum codicem Ms. *vocavit ; uter rectiùs, neſcio. At Lambacenſem Catalogum ſuum Pezius majore ſui parte ante medium ſeculum* XIII *ſcriptum eſſe, probat, quòd eadem manu exaratus ſit, quâ Vita & miracula* B. Adalberonis. *Hæc de primis Mellicenſis cœnobii colonis Benedictinis opinio Pezii mihi quoque admodùm veriſimilis eſt.*

D

à Leopoldo III, Auſtriæ marchione fundatum.

45 *Medelicam, nunc paſſim* Mellicium, *vulgò* Mölck, *vetus Auſtriæ Inferioris caſtrum, ſeu quod in eo erat, canonicorum ſecularium collegium, Leopoldus, inter marchiones Auſtriæ hujus nominis tertius, fortaſſe* B. Adalberonis *exemplo uſus, in Benedictinum monaſterium commutavit anno* 1089, *vique Sigiboldum quemdam præfecit abbatem, ut probatum videri poteſt apud Calles part.* 1 *Annal. Auſtriæ, pag.* 405 *& ſequenti. Jam verò, ſi Leopoldus, ut veriſimile eſt, id fecerit exemplo* Adalberonis, *qui tunc apud Lambacenſes ſuos etiam in vivis ſuperat, cur credendus is ſit novi monaſterii ſui Benedictinos colonos Sublaco ex Campania Romana potiùs, quàm Lambaco ex proxima Auſtria Superiori accerſiſſe ? Certè vetuſtioris iſtius Lambacenſis Catalogi ſcriptor non dubiè aſſeverat, Sigiboldum, tertium Lambacenſium abbatem, etiam Mellicenſem abbatiam tenuiſſe ; conſentiuntque omnes, primum hujus loci abbatem* Sigiboldum *dictum fuiſſe. Si autem Leopoldus novo monaſterio ſuo abbatem è Lambacenſi cœnobio petierit, quidnî etiam colonos ?*

F

colonos Lambaco veriſimiliùs duxit.

46 *Una hîc formari poteſt difficultas ex tempore, quo Sigiboldus Lambacenſibus præfuit, collato cum eo, quo Sigiboldus, Mellicenſis abbas, cum colonis ſuis poſſeſſionem Mellicenſis monaſterii adiit, quod poſterius apud ſuprà laudatum Calles contigiſſe legitur anno* 1089 *in feſto S. Benedicti, id eſt, die* XXI *Martii. At verò, cùm* B. Adalbero *in litteris dedicationis eccleſiæ Lambacenſis, die* XIV *Septembris anni* 1089 *factæ, ſolùm duos Lambacenſibus à ſe præfectos abbates, Ekkebertum & Becemannum memoret, veriſimillimè iiſdem etiam tum præerat Becemannus, atque idcirco Sigiboldus ille, qui ejuſdem anni menſe Martio in poſſeſſionem monaſterii Mellicenſis miſſus fuit, alius videri poteſt à Sigiboldo, Becemanni in abbatiam Lambacenſem ſucceſſore.*

& utrique cœnobio abbas præfuit.

47 *Ita eſt, ſi Sigiboldus abbatiam Lambacenſem priùs rexerit, quàm Mellicenſem ; at, ſi ex monacho Lambacenſi factus abbas Mellicenſis, deinde mortuo Becemanno, etiam Lambacenſi monaſterio præfectus, utrumque rexerit, objecta difficultas evaneſcet. Hæc paulò latiùs, quàm aliàs exigebat præſens argumentum, diſputavi, tum quia hinc veriſimile fit,* B. Adalberonem *exemplo, conſilio & operâ ſuâ Leopoldum juviſſe ad celebrem illam Mellicenſem abbatiam in Auſtria ſua fundandam, quæ hodiéque religione atque opibus floret ; tum etiam quia ad ejuſdem beati Præſulis gloriam pertinet, quòd Lambacenſe monaſterium, vivo Fundatore ſuo, triginta circiter ac trium annorum ſpatio tantùm in virtutibus numeroque inquilinorum profecerit, ut dignum habitum fuerit, ex quo Leopoldus marchio Auſtriæ religioſos colonos evocaret Mellicium, & hos illud concedere potuerit.*

F

Inſtauratam eccleſiam Lambacenſem cum B. Altmanno

48 *Quæ inter Lambacenſis monaſterii fundationem, ejuſdemque reſtauratæ eccleſiæ dedicationem contigerunt, aptiùs infrà referentur continuata factorum ſerie, aliis interim ob ſimilitudinem argumenti præmiſſis.* B. Adalbero *ab Henrici IV Germaniæ regis aſſeclis è ſua pulſus ſede Lambacenſem eccleſiam ſic inſtauravit, ut nova conſecratione egeret. Scripſit ergò ad veterem amicum ſuum B. Altmannum, pro eadem Apoſtolicæ Sedis cauſa multa pariter paſſum, in cujus diœceſi*

A *diœcesi Patavienſi Lambacum erat, ut hanc ſibi operam præſtaret. Conſenſit ille, condictoque tempore Lambacum adveniens, eamdem eccleſiam unà cum* B. Adalberone *ſollenniter dedicavit. Utriuſque litteras, veræ pietatis, ſanctæque amicitiæ plenas, atque ipſam dedicationis ſollennitatem, cùm exhibeat Vita edenda, ſolùm hîc exponam adjectas in* Adalberonis *inſtrumento notas chronicas pro figendo ejuſdem dedicationis tempore, quod editio Joannis abbatis Lambacenſis uno anno citiùs, quàm Peziana præfert.*

Adalbero dedicat, non anno 1088,

49 *Apud Pezium ſic loquitur* Adalbero: Cùm autem hoc ipſum monaſterium, inſtauratum à ſupradicto epiſcopo Altmanno, & à me pariter dedicaretur anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIIII. Indict. XII. Epactâ VI. Concurr. VI. XVIII Kal. Octobris, anno ordinationis domni Altmanni XXV. meique XLV. *Eaſdem notas etiam exhibet editio abbatis præter annum Incarnationis, pro quo legit* MLXXXVIII, *cui etiam Mabillonius in Annalibus, hujus lectionem ſecutus, eam dedicationem illigavit. Sed cum Pezio legendum eſſe annum* MLXXXVIIII, *omnino perſuadent adſcripta amborum dedicantium præſulum ſedis tempora, Indictio & Epacta. Nam Altmannus, uti apud nos ad diem* VIII *Auguſti probatum eſt, epiſcopatum ſuum anno* 1065 *ante diem* XIX *Junii orſus, ſolùm vigeſimum quartum ſedis ſuæ annum numeravit menſe Septembri anni* 1088, *anno verò* 1089 *vigeſimum quintum. Pari modo* B. Adalberonis *epiſcopatûs, cujus initium à die* XXIX *Junii anni* 1045 *ducendum eſſe, probavi, annus* XLV *componi nequit cum* XVIII *Kalendas Octobris anni* 1088, *ſed certè currebat eodem die anni* 1089. *Nec minùs rectè appoſita ſe habet Indictio Romana, quæ tunc currebat duodecima anno* 1089, *anno autem* 1088 *undecima. Præterea* Epacta VI *tam bene convenit cum anno* 1089, *quàm malè cum* 1088. *Numeranda enim hîc eſt Epacta non noſtro modo, ſed more veterum, qui eodem numero Epactas anni ſignabant, qui erat dierum lunarium die* XXII *Martii. Quam ob rem, cùm anno* 1089 *noviluniun inciderit in diem* XVII *Martii, ejuſdem menſis dies* XXII *fuit ſexta lunæ, atque adeò ejuſdem anni* Epacta VI.

ſed anno 1089.

50 *Superſunt* Concurrentes, *quæ eodem anno* 1089 *non fuerunt* ſex, *ſed* ſeptem; *verùm hæ æquè vitioſæ ſunt in editione Joannis abbatis, & cedere debent ceteris epochis apprimè conſentientibus. Dedicata ergò fuit Lambacenſis eccleſia anno* 1089, *die* XVIII *Kalendas Octobris aut uno alterove die ſeriùs. Dixi:* Aut uno, alterove die ſeriùs; *quia in eadem Vita num.* 33 *etiam legitur hæc dedicatio facta die* Kal. XVII Octobris, *quo die in libello quoque Miraculorum num.* 37, *num. verò* 51 XVI Kal. Octob. *ejuſdem dedicationis annuâ feſtivitas recurriſſe dicitur. Verùmtamen, in quolibet ex hiſce locis diem malè ſignatum malueris, ceteræ notæ chronicæ integræ ſalvæque ſtabunt. Si legendum ſit* XVIII Kal. Octob., *contigerit dedicatio in feſto Exaltationis ſanctæ Crucis: Si* XVII Kal. Oct., *in Octava Nativitatis S. Mariæ Virginis, cui eadem eccleſia dicata fuit; ſi denique* XVI Kal. Octob., *is anno* 1089 *fuit Dominicus, dedicationibus eccleſiarum opportunus, anno autem* 1088 *Sabbatum. Quò verò minùs mireris, iſta ſollenniter fieri potuiſſe à duobus epiſcopis, è ſedibus ſuis per Henricianos expulſis, obſervâſſe juvat, Welfonem Bavariæ ducem, Leopoldumque Auſtriæ &*

Ottocarum Styriæ marchiones, in quorum primi ducatu Lambacum erat, ac in aliorum duorum ditionibus ab Anaſo fluvio ad Orientem pars maxima Patavienſis diœceſis protendebatur, Pontificiis partibus tunc adhæſiſſe; quam ob rem & in eam partem B. Altmannus ab iiſdem fuerat reſtitutus. AUCTORE C. S.

§ IV. Monaſterium S. Stephani apud Herbipolim Benedictinis tradit, dotatque: Schwarzacenſe monaſterium inſtaurat: Henrici IV regis Germaniæ legationem ad Saxones obit: alia ejuſdem in epiſcopatu geſta.

Canonicos ex ſuburbio transfert E

PErgo *alia Deo dicata loca, quæ* B. Adalberonis *munificentiæ debentur, memorare. Præter jam præmiſſum Lambacenſe monaſterium, Poëta noſter, ſilente biographo, duo alia, ac in primis Herbipolenſe S. Stephani ſic indicat:*

Wirzburgæ Stephano locuples eccleſia ſancto
Myſtarum fuerat, ſedaria jura ſequentûm;
Hanc, Benedicte, tuo ſacravit, dive, trophæo,
Triginta adſciſcens monachos, qui nocte dieque
Uſque Deo canerent ſacrarum encomia laudum.

Hujus loci fundationem clariſſimus vir Joannes Fridericus Schannatus ex autographo, *ut notat, vulgavit anno* 1723 *in prima Collectione vindemiarum litterariarum, unde juvat illam tranſcribere.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Adelbero, ſacroſanctæ eccleſiæ Wirciburgenſis epiſcopus, univerſalis Eccleſiæ gratia vobis & pax à Deo multiplicetur. Amen. Quoniam gratuita Dei pietate, non noſtris meritis, ſed ſola ſua dignatione, in opus miniſterii ſui nos elegit; &; licèt minùs idoneos, ſuper familiam ſuam diſpenſatores conſtituit, omni ſollicitudine curare nos, convenit, ne pro infoſſa Domini pecunia ab ipſo judicemur; ſed pro ipſa F diſcretè & fideliter erogata Eugæ Dominicum poſt finem laboris audire mereamur.

in civitatem Herbipolim,

52 Proinde, notum eſſe, volumus, univerſæ eccleſiæ noſtræ fidelibus, qualiter nos, pia præcedentium patrum & pontificum facta ſequi cupientes, Deum in Sanctis ſuis honorare, loca ſancta inſtaurare, adjuvare, & divinum ſervitium in ipſis ordinare decrevimus. Igitur, quod mente concepimus, Domino cooperante, perficiendi oportunitatem invenimus; nam locum & cœnobium, in vicino civitatis noſtræ ſuburbio poſitum, & à venerabili prædeceſſore noſtro, Heinricho antiſtite, fundatum, divinæ religioni & monaſticæ profeſſioni cernentes aptiſſimum, qualiter ipſum ſublimare, & divinum inibi ſervitium amplificare poſſemus, nobiſcum cogitavimus, & ſuper hoc divinæ Clementiæ ſuffragium, & cariſſimorum fratrum noſtrorum cepimus flagitare conſilium; quorum provido & prudenti admodùm uſi conſilio, fra-

AUCTORE C. S.

tres canonicæ professionis, qui tunc in præfato monasterio erant Deo famulantes, in ipsam civitatem transtulimus, & canonicos cum canonicis, utpote ejusdem professionis & ordinis homines, collocare, non incongruum duximus.

& eorumdem suburbanum S. Stephani ecclesiam

53 Ut autem præfatum locum & cœnobium, in honore beatæ Dei Genitricis Mariæ, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, sanctique Stephani protho-martyris dedicatum, condigno honore sublimaremus, & ecclesiam, hactenus celebrem, divinis celebriorem servitiis redderemus, xxx Fratres monachicæ professionis ibidem instituimus, statuentes, ut ulteriùs ibi monachica conversatio & monastica professio sub abbatis regimine semper in divino permaneat famulatu. Ad supplementum verò ejusdem monasterii eorumdem Fratrum & pòst futurorum possessiones & predia cum terminis & parrochiis, reditibus & exitibus, aliisque pertinentiis, vel quæ ipse episcopus Heinricus primitus donaverat, vel ipse locus ab aliis donata possederat, eidem ex integro assignavimus.

B *monachis tradit, aucta fundatione, *adde* cum

54 Communicato insuper cum fratribus nostris canonicis, & nostris fidelibus viris religiosis, consilio & assensu, novem mansos in villa Hettingesfelt, quos hereditario jure possedimus,* mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, terris, cultis & incultis, agris, vineis, pratis, campis, silvis, pascuis, aquarum decursibus, piscationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis; & hortum ante prædictum * atrium cœnobii situm, ex nostra parte cum omni justitia, quâ nos & ecclesia nostra habuimus, pro nostra & prædecessorum nostrorum, ac successorum nostrorum, memoria dedimus atque delegavimus, tali videlicet respectu, ut divini servitii, quod ibidem postmodùm ageretur, participes efficeremur. Ut autem hæc firma in perpetuum permaneant, duas inde cartulas fieri, & banni nostri auctoritate, sigilli quoque nostri munimine signari ac roborari fecimus; & unam apud ejusdem cenobii Fratres, alteram verò in nostra ecclesia in notitiam futurorum servari, decrevimus; horum insuper nomina affigentes, qui hæc, ut acta sunt, audierunt & viderunt.

**an prædicti?*

C *uti constat ex ipsius charta fundationis.*

55 Winther cancellarius. Bernolf præpositus. Aselo decanus. Hazecho. Macelin præpositi. Volraht. Bercelin. Hiltiger, Ebbo, Sicolf. Landolf, presbyteri. Hatto archidiaconus. Aselo. Cuno. Giso. Bezeman. Suigger. Sigefrit diaconi. Hatto Bilis. Bern. Diemo. Otolf. Retine subdiaconi. Eberhardus comes, nostræque advocatus ecclesiæ. Burkardus comes. Guntbreht. Hacho. Serrat. Boppo. Thiemo. Reffolt. Gumpho. Almar. Sentuvin. Otloch. Liberi ministeriales Albgast. Wado. Bucko. Nureith. Hergebraht. Rutgast. Liemar. Vocko. Sujugkard. Volraht. Billunc. Waltrich. Ebbo. Babo. Arnolt. Rutzach. Gotefrit, & alii plures. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MLVII. Indict. XV. Non. Martii. regnante domino Heinricho quarto. Anno ordinationis Adelberonis episcopi XII. *Hactenus charta apud Schannatum, cujus notæ chronicæ optimè congruunt præter annum Indictionis, qui tunc erat* X, *non* XV. *Quapropter legendum puto:* Indict. X, V Non. Martii.

Ejusdem fundationis notitia datur etiam ex aliis,

56 *Hujus fundationis etiam meminit Anonymus, qui primam partem Chronici Wirceburgensis, à Joanne Georgio Eckhardo tom.* I *Franciæ Orientalis à pag.* 816 *vulgati, ad annum usque* 1340 *perduxit, in* Adalberone *dicens:* Ipse transtulit canonicos Regulares de ecclesia S. Stephani in suburbio civitatis Herbipolensis ad novum monasterium, prope ecclesiam Herbipolensem situm, & sublimavit cœnobium S. Stephani cum XXX Fratribus monachicæ professionis. Actum anno Domini MLVII, sub Henrico IV imperatore. *Eam S. Stephani ecclesiam struxerat dotaveratque Henricus, inter Herbipolenses episcopos sui nominis primus, tertiusque* B. Adalberonis *in eadem sede decessor, de quo in mox laudato Wirceburgensi Chronico ad propositum nostrum ista legere est:* Anno Domini MXII tempore Heinrici II imp., ducis Bavariæ, prædictus præsul Heinricus erexit & fundavit ecclesias collegiatas in Hawgis, S. Stephani, & Onelzpach. D

& ex Trithemio,

57 *Geminum ejusdem loci statum etiam annotavit Joannes Trithemius in Annalibus Hirsaugiensibus ad annos Christi* 999 *&* 1057. *Priori loco habet:* Eodem quoque tempore præsul memoratus (*Henricus I*) in suburbano dictæ civitatis (*Herbipolensis*) Australi aliam construxit ecclesiam sub honore Dei Genitricis Mariæ, sanctorumque apostolorum Petri & Pauli, ac divi protomartyris Stephani, in quam similiter canonicos posuit, quibus de vitæ necessariis copiosè providit. Post annos deinde fermè sexaginta Adelbero episcopus Herbipolensis canonicos in civitatem ad alios canonicos transtulit, & monachos in ecclesiam S. Stephani collocavit; quemadmodùm inferiùs anno Christianorum quinquagesimo septimo supra millesimum dicemus. Hæc est abbatia divi protomartyris Stephani, Ordinis S. Benedicti, quondam in suburbano, nunc verò in civitate constituta. E

de prima loci erectione nonnihil dissentientibus.

58 *In posteriori loco Trithemius introductos in monasterium S. Stephani per* Adalberonem *monachos, scribit, anno Christi* 1057, *postquam verò illud ab Henrico primò fundatum canonicis fuerat,* sexagesimo. *De prima igitur fundationis tempore dissentiunt laudati chronologi Wirceburgensis & Hirsaugiensis, dum hic eam ad annum* 999; *iste ad* 1012 *reponunt. Wirceburgensis majorem sibi ab ætate, & ab ipso, quod tractavit, argumento in rebus Wirceburgensibus auctoritatem sibi vendicat; verùm nostrâ hic parùm interest de anno, quo Henricus sæpe dictam ecclesiam erexerit, dum ex iisdem scriptoribus & aliunde constat, eamdem, ab Henrico primò canonicis erectam, ab* Adalberone *anno* 1057 *ad Benedictinos monachos translatam fuisse.* F

Altera donatio eidem monasterio facta.

59 *In eodem Wirceburgensi Chronico verbis num.* 56 *datis subditur:* Idem Adelbero donavit parochiam in Hochem cum suis pertinentiis monasterio S. Stephani protomartyris, Christi triumphalis signiferi, in suburbio civitatis Herbipolensis constructo, anno MLVII, sub prædicto Henrico (*IV*) regnante. *An tamen hæc donatio* Adalberoni *rectè adscribatur, gemina de causa cogor dubitare. Altera est, quòd in litteris fundationis monasterii S. Stephani, eodem anno signatis, quas ex Schannato mox recitavi, locus iste* Hochem *non legatur; altera, quòd idem Schannatus in Collectione* I *Vindemiarum litterariarum à pag.* 176 *alias exhibeat litteras Emehardi, qui* B. Adalberoni *in episcopatum successit, per quas iste eamdem parochiam* Hocheim *dicto S. Stephani monasterio donavit, nullo facto verbo de priori per* Adalberonem *donatione; ut proinde ejusdem parochiæ donator Emehardus, non* Adalbero *fuisse videatur.*

A *Schwarzacense vetus monasterium,*

60 *Piam beati Præsulis munificentiam rursum alio exemplo, silente denuò biographo, ita pergit celebrare poeta noster:*

Altera deficiunt rebus (cognomine Schwarzig)
Ordinis ejusdem, summi sacra tecta Tonantis,
Queis Carolus quondam jecit fundamina Magnus:
Laudibus hæc Superûm reparat, vires que ministrat,
Cùm post sumpta Deo mortali è corpore membra
Mille anni, ter quinque & bis sex lustra fluebant.

Schwarzig, communiùs Schwartzach, *Latina terminatione* Schwarzachium & Scharzacum, *de quo hîc, monasterium Ordinis S. Benedicti est in Franconia ad Mœnum flumen, & cognominem fluvium Schwartzach, in comitatu Castel, & diœcesi Herbipolensi situm. De primis istius loci fundatoribus & inquilinis non convenit inter scriptores. Poeta, ut vidimus, ipsius primordia Carolo Magno attribuit; Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad annum Christi* 1075, *illud conditum, ait, temporibus Caroli Magni & Ludovici Pii anno Nativitatis Dominicæ* 815, *quo scilicet Carolus Magnus jam obierat; Bucelinus in prima & secunda parte Germaniæ sacræ, id modò anno* 816, *modò* 815 *factum scribit, ex eoque Mabillonius in Annalibus primam ejusdem fundationem ad annum* 815 *reposuit, ambo eamdem Megingaudo comiti, ejusque uxori Immæ tribuentes.*

B

de cujus prima origine quædam annotantur,

61 *Contrà Eckhardus tom.* 1 *Franciæ Orientalis ad annum* 788, *num.* 27; *& tom.* 2 *ad annum* 816, *num.* 114, *& alibi, multis de eodem monasterio agens, contendit, illud à primordiis suis parthenonem fuisse, jamque certè ab anno* 788 *à sacris virginibus incultum; fundatorem verò illius, non fuisse Megingaudum, sed hujus patrem Mantonem. Porrò Megingaudum cum sua conjuge Imina anno* 816 *condidisse virorum monasterium Megingaudeshusanum, hujusque inquilinos monachos post sui cœnobii ruinam in Schwarzacense fuisse translatos; atque hinc paulatim invaluisse eam traditionem, quæ, confuso Mantone cum Megingaudo filio, Schwarzacense virorum monasterium à Megingaudo & Imma, vel Imina, anno* 816 *conditum refert. Utut hæc se habeant, omnes* B. Adalberonem *ejusdem instauratorem agnoscunt, quibus etiam accedit auctor recentioris Catalogi episcoporum Herbipolensium, jam aliàs laudati, qui in ejusdem Præsulis elogio inter alia ait,* Schwarzacense (*monasterium*) paterna Episcopi solicitudine ab interitu servatum & restitutum esse.

C

restaurat, dotat & dedicat anno 1075.

62 *Quod ad annum attinet, laudati poëtæ calculi annorum* 1015 *ac duodecim insuper lustrorum deducunt ad annum Christi* 1074, *vel* 1075, *quibus Bruschius in Episcopis Herbipolensibus consonans, posteriorem signavit, uti & Trithemius, factum istud illigans anno S. Wilhelmi Hirsaugiensis abbatis quinto, quem partim cum anno Christi* 1074 *composuit. Præiverat illis Conradus abbas Urspergensis, ad citatum annum* 1074 *dicens:* Hoc etiam anno monasterium Swartzahense ab Adelberone Wirciburgensi episcopo dedicatum est in honore sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & sanctæ Felicitatis martyris sub Ekkeberto, ejusdem monasterii venerabili abbate. *Porrò laudatus Trithemius ad propositum nostrum hæc præterea annotavit:* Vetustate penè collapsum (*prædictum monasterium*) Adelbero... episcopus Herbipolensis à novo constructum & magnificè dotatum consecravit, & monachos optimæ conversationis ex Gallia de cœnobio Gorzensi, Metensis diœcesis, in eo collocavit, quibus Egbertum, religiosissimum sanctissimumque virum, in abbatem ordinavit. *An ergò tunc temporis Schwarzaci sic defecerant monachi, ut Gorziâ arcessendi fuerint, qui illud inhabitarent? Id equidem nusquam comperi.*

AUCTORE C. S.

sub Egberto abbate,

63 *Bucelinus parte* 2 *Germaniæ sacræ pag.* 268 *in ejusdem monasterii abbatum Catalogo à Trithemio dissentiens, Egbertum cum sequenti elogio memoravit:* Eggbertus monachus S. Gorgonii (*id est, Gorzienſis*) in Gallia, reformationis causâ hùc vocatus, vir sanctus, & qui miraculis claruisse perhibetur. Sub hoc, incertum, quo casu, destructum, an incensum, cœnobium de novo dotavit & construxit Adelbero Herbipolensis episcopus. Benefecit eidem Ludovicus comes de Castell; sed & Hermannus, comes, ibidem sepulti. Eggbertus præfuit monasterio suo annis viginti septem, & ad Superos migravit VII Cal. Septembris anno MLXXV. *Secundùm hæc Egbertus, non monachis è Gorzienſi cœnobio evocatis Schwarzaci præfuit, sed ipsemet è Gorzienſi arcessitus fuit, ut Schwarzacenses reformaret & regeret, neque id contigit post, sed ante reparatum ab* Adalberone *Schwarzacense monasterium; nec denique Egbertus vixit ultra annum* 1075, *cui alii, ut vidimus, reparationem istam affigunt.*

D

E

antea Gorziensi monacho Benedictino

64 *Fortasse idem Egbertus, sive id ante, sive post eamdem reparationem contigit, & aliquot alii monachi Gorziâ evocati fuerint, ut auctoritate & exemplo lapsam apud Schwarzacenses disciplinam restituerent; atque hinc sic scripserit Trithemius, quasi Gorzienses in veterum Schwarzacensium inquilinorum locum fuerint substituti. Haud scio, unde didicerit Bucelinus, Egbertum die* VII *Cal. Septembris anni* 1075 *mortuum esse; sed eodem tempore etiam vixisse, & cum Hermanno, quondam Bambergensi episcopo, tunc exauctorato & Schwarzacensi monacho, ad S. Gregorium VII Romam profectum esse, ad eumdem annum tradidit Lambertus Schafnaburgensis verbis, quæ hîc subjicio.* Herimannus, Babenbergensis episcopus, comperto, quòd alius in locum ejus subrogatus esset episcopus, cùm omnis jam ei spes adempta esset recuperandæ deinceps dignitatis suæ, nec ad eludendam Romani Pontificis sententiam ullum ultrà pateret diverticulum, in monasterium, cui nomen est Suarza, secessit, ibique sub Eggeberto abbate sanctæ conversationis habitum suscepit. Statimque assumpto secum eodem abbate suo, Romam profectus est, cùm de inobedientia sua humiliter apud Sedem Apostolicam pœnitentiam egisset, & anathemate liberatus, & sacerdotalis ministerii, præter pontificalem dignitatem, denuò licentiam consecutus est.

F

Aliorum de Beati pia munificentia assertæ,

65 *Non dispicio, quodnam præterea judicetur monasterium in Actis venerabilium comitum Palatinorum, Erenfridi seu Ezonis, & Mathildis, horumque filiæ B. Richezæ, reginæ Poloniæ, à Papebrochio nostro tom.* V *Maii, ad diem* XXI *illustratis. Eorumdem scriptoris supparis verba ex pag.* 58 *huc transfero.* Constructum est aliud ex ejusdem glorioſissimæ feminæ atque reginæ (*B. Richezæ*) sumptibus monasterium per Adelberonem, Wirtzenburgensem episcopum, in loco,

AUCTORE C. S.

co, ubi S. Kiliani ſociorumque ejus ſacrum exſtat martyrium; utpote cujus epiſcopium ex ejus numeroſa familiarum clientela cum omnibus, quæ ad oppidum Saltzo (*aliàs* Soltz *in comitatu Hennebergenſi*) pertinent, regiâ prorſus munificentiâ adauctum eſt. *De SS. Kiliano & duobus ſociis, Franconiæ apoſtolis, Herbipoli paſſis cultiſque, actum in Opere noſtro eſt ad diem* VIII *Julii; nec alibi, quàm apud Herbipolim quærendum eſt* ſacrum *eorumdem* martyrium, *ſi hoc pro loco, quo illi paſſi ſuêre, aut pro exſtructa eo loci eccleſia accipiendum ſit.*

mihi minùs explorata.

66 *Deinde ſi data verba biographi rectè percipio, quodcúmque ibi demum indicetur Herbipolenſe monaſterium, hoc non alia de cauſa* ex Richezæ ſumptibus *per* Adelberonem *fuiſſe* conſtructum *dicitur, quàm quòd hujus epiſcopatus Herbipolenſis ex Richezæ ejuſque familiæ opibus locupletior factus ſit, atque hinc habuerit* Adalbero, *unde eos ſumptus faceret. Sed quod igitur hìc deſignatur monaſterium? Mihi hactenus nihil occurrit probabilius, quàm vel monaſterium S. Stephani, tunc in ſuburbio Herbipolenſi ſitum, vel alterum in ipſa civitate, quorum primum Benedictinorum uſibus à* B. Adalberone *aptatum dotatumque, in alterum canonicos, qui in prædicto S. Stephani ſacra peregerant, anno* 1057 *ab eodem tranſlatos fuiſſe, ſuprà pluribus expoſui. In recentiori Catalogo epiſcoporum Herbipolenſium jam alibi laudato præterea legitur:* Sub ipſo (*Adalberone*) marchio de Vöenburg monaſterium Bantenſe fundavit; *ſed, quam in eo partem habuerit beatus Antiſtes, non habeo exploratum.*

B

Anno 1060 *S. Gebehardum Salisburgenſem archiepiſcopum conſecrat.*

67 *Pauca, quæ ex ejuſdem beati Epiſcopi geſtis, præter præſtitam, probatamque rebus in arduis Apoſtolicæ Sedi fidem (de qua poſtea) præterea comperi, hìc referam. Anno* 1060 *S. Gebehardum, veterem amicum ſuum in archiepiſcopali ſede Salisburgenſi conſtituit, conſecravitque, ut videre licet in ejuſdem ſancti archipræſulis Vita apud nos in Appendice ad diem* XVI *Junii data, pag.* 148, *num.* 5. *Quinquennio poſt alterum familiarem ſuum, B. Altmannum ad Patavienſem epiſcopatum evectum vidit, atque ita ſuum, eorumque de adipiſcendis epiſcopalibus ſedibus præſagia minimè vana fuiſſe, expertus fuit. Lege, ſi lubet, de hiſce dicta in hoc ipſo Commentario num.* 27 *&* *ſeq.*

C

Patrem Henricum regem inter & Saxones legatus

68 *Anno* 1075 *ab Henrico IV Germaniæ rege unà cum prædicto S. Gebehardo, Sigefrido archiepiſcopo Moguntino, Embricone epiſcopo Auguſtano, & Gozzelone, ſeu Gotefrido Lotharingiæ duce legatus fuit ad Saxones pacis componendæ gratiâ, quam hi poſt ſumpta in regem arma, acceptamque ab eo ingentem cladem, ſupplices precabantur. Hi quinque viri, recuſantibus aliis tam periculoſo munere fungi, ne vel apud regem perfidiæ, ſi cum Saxonibus clementiùs egiſſent, vel apud Saxones, ſi rex promiſſis non ſtaret, pernicioſi mendacii crimine rei agerentur, hi, inquam, quinque viri id oneris ſuſceperunt,* quia hos quinque nominatim ad colloquium ſuum Saxones expetierant, quòd hos conſtantiſſimæ fidei & veritatis eſſe, compererant; &, quidquid hi ſpopondiſſent, ratum fore, haud dubio credebant, *teſte Lamberto Schafnaburgenſi, ſcriptore ſynchrono & accurato, ad eumdem annum, unde iſta deſcripſi.*

conciliat; ſed rege pactis non ſtante, infelici eventu.

69 *Quæ legati iſti hac in cauſa in caſtris Saxonum egerunt, ibidem pluribus legi poſſunt: hæc ſumma eſt: Pacis amantiſſimi ſalutaribus conſiliis monitiſque ſuis apud principes & vulgus Saxonum tandem ægrè obtinuerunt, ut, quoniam non alio pacto commiſſorum venia ab Henrico rege impetranda eſſet, armis depoſitis, ſeſe illi dederent, accepta ab illo fide, fore,* ut nihil ex hac deditione, quod ſaluti eorum, quod honori, quod rei familiari officiat, *paterentur. At* rex *quidem* gratiſſimè amplexus pacis conventionem, promiſit, & (ſicut vulgata in plurimos fama loquebatur) etiam juſjurandum dedit, nihil ſe in eos, ſi dediti fuiſſent, præter voluntatem & ſententiam acturum eorum, quorum operâ & beneficio incruenta ſibi hæc victoria obtigiſſet: *non tamen pactis ſtetit. Rupto enim fœdere, piâ legatorum operâ abuſus, hoſtiliter egit, & Saxonum principes variis in locis exſules cuſtodiendos tradidit, atque ita novi belli ſemina jecit, indignantibus tum ceteris imperii principibus, tum maximè jam nominatis, quorum præ ceteris intererat, datam à rege fidem ſervari. Nec defuerunt, qui tantam perfidiam deteſtati, quorum ſibi cuſtodia demandata fuerat, optimates Saxonum evadere permiſerunt.*

D

Anno 1090 *Eccleſiam Syndelphin dedicat Thiemonem archiepiſcopum Salisburgenſem conſecrat.*

70 *Hanſizius noſter tomo* 2 *Germaniæ ſacræ pag.* 185 *ex Cruſio refert,* B. Adalberonem *anno* 1083 (*dum jam exſulabat à ſede ſua*) *cum S. Gebehardo in Suevia fuiſſe, ibique eccleſiam Syndelphin cum eo conſecrâſſe. Denique cùm anno* 1090, *qui eidem etiam ſupremus inter mortales fuit, defunctus eſſet laudatus S. Gebehardus, pulſo, qui Salisburgenſem ſedem invaſerat, Bertholdo ſchiſmatico, Catholicum ei ſuffici curavit Thiemonem, aliàs Theodomarum, & unà cum S. Altmanno Patavienſi, & Meginwardo Friſingenſi epiſcopis conſecravit:* In Boioaria (*ait Bertoldus Conſtantienſis in Chronico ad hunc annum*) fideles S. Petri jam adeò contrà ſchiſmaticos invaluerunt, ut in Saltzburgenſi epiſcopatu Catholicum ordinarent archiepiſcopum, quem ſtatim religioſiſſimus Patavienſis epiſcopus & Urbani Papæ legatus, cum Wirceburgenſi & Friſingenſi epiſcopis conſecravit. *Huic conſecrationi non integro ſemeſtri ſupervixit* Adalbero; *hæc enim ex chronographo Salisburgenſi apud Hanſizium facta eſt die* VII *Aprilis; ille autem ejuſdem anni die* VI *Octobris migravit è vivis.*

F

§ V. Biographi in alleganda B. Adalberonis exſilii cauſa error correctus: ejuſdem Beati fides & conſtantia in Apoſtolica Sede adverſus ſchiſmaticos defendenda.

Beati exſilii cauſam perperam biographus.

HACTENUS *perduximus* B. Adalberonis *geſta uſque ad ſupremum vitæ ipſius ſemeſtre ſpatium, prætermiſſis iis, quæ interim egit pro Eccleſia Dei, quodque pro illa fortiter tulit exſilium, tempore ſchiſmatis Henriciani, quæ modò memoranda ſunt. Jam monui ſuprà num.* 14, *Lambacenſem anonymum monachum in Vita perperam ſcripſiſſe, beatum Præſulem noſtrum è ſua ſede Herbipolenſi Lambacum ſeceſſiſſe, quòd nec poſſet, nec vellet Henrici V Germaniæ regis, in patrem ſuum Henricum IV rebellantis, ac propterea à ſummo Pontifice anathemate percuſſi, partes ſectari. Quàm inepta hæc ſint, vel ſola tem-*

A *temporum ratio luculenter demonſtrat. Nam ex veterum recentiorumque conſenſu conſtat, Henricum, hujus nominis quintum, quem pater ſuus ſucceſſorem ſibi in Germaniæ regnum anno* 1099 *coronandum curaverat, ea, quæ ibi narrat biographus, non ante annum* 1104 *moliri cœpiſſe, quo ſcilicet tempore* B. Adalbero *jam à quatuordecim circiter annis obierat, quippe mortuus anno* 1090, *uti tum ex aliorum veterum, tum ex ipſiuſmet biographi teſtimoniis ſuo loco probabo. Tam manifeſtus chronologicus error, factorumque confuſio accurationem ſcriptoris non parùm elevant.*

recte Poëta allegavit.

72 *Multò rectiùs biographus alter in Vita metrica, ejuſdem exſilii cauſam à fœdo Henrici IV ſchiſmate repetiit, poſt ea, quæ de inſtaurato Schwarzacenſi monaſterio ex eodem retuli, ſic pergens:*

Verùm ſors malefida, furens ſucceſſibus æquis
Inter Pontificem ſummum, Auſoniumque monarcham
Impia peſtiferi conflavit ſemina belli.
Tum Pater, Herbipoli juſtas qui rexit habenas,
B Romani obſequio Patris conſtanter adhærens,
Juſtè poſſeſſis per vim depellitur oris
Cæſare ab Henrico, quidamque invaſor iniquus,
Nomine Meinhardus, veneranda ſacraria preſſit:
Luſtra bis octo ſuper millenos quatuor annos
Currebant, propria cùm ceſſit Adalbero ſede.

Non eſt mihi animus luctuoſis iſtis Eccleſiæ atque imperii temporibus memorandis prolixiùs inhærere, quàm neceſſe ſit ad exponendum, quam in iis partem habuerit Adalbero.

Orta gravi diſſenſione inter S. Gregorium VII & Henricum IV,

73 *Henricus IV Germaniæ rex, à S. Gregorio VII Romano Pontifice jam aliàs monitus, ut à vexanda Eccleſia, à communione cum excommunicatis, variiſque criminibus, quibus regiam majeſtatem ſuam fœdabat, tandem, ut pollicitus fuerat, abſtineret, denique anno* 1076 *ſeveriores ab eodem litteras, & mandata per legatos accepit, in quibus, niſi reſipiſceret, à communione fidelium ſemovendus nuntiabatur. Excanduit ad hæc Henricus vehementer, & adulantium ſchiſmaticorum conſiliis fœdiſque in ſanctum Pontificem calumniis incenſus, non erubuit eumdem in conciliabulo, eodem anno Wormatiæ habito, Pontificatu ſuo indignum declarare, miſſiſque ad ipſum Romam litteris mandare, ut à Pontificatu impoſterum abſtineret, & Apoſtolicam Sedem, velut vacuam, alteri ſubſtituendo relinqueret. Contrà Gregorius, ſpretis minis, in ſynodo Romana eodem anno celebrata Henricum ab Eccleſiaſtica communione ſegregavit, regnoque Germaniæ excidiſſe declaravit. At Henricus inſanire pergens, Catholicos epiſcopos perſecutus eſt, tandemque anno* 1080 *Guibertum, exauctoratum Ravennatenſem præſulem, velut in vacantem Apoſtolicam Sedem à ſchiſmaticis viventi Gregorio ſubſtituendum curavit.*

C

collecta Wormatiæ pſeudo-ſynodus, reclamantibus Adalberone & Herimanno,

74 *Nunc, quam in hiſce partem habuerit* Adalbero, *exponamus. Lambertus Schafnaburgenſis, ſcriptor ſynchronus & accuratus, à Piſtorio editus, ad citatum annum* 1076 *teſtatur,* Adalberonem *noſtrum eidem Wormatienſi conciliabulo interfuiſſe, eumdemque & Herimannum, ſeu Hermannum Mettenſem epiſcopum ſolos tam nefario auſo reſtitiſſe. Verba Lamberti accipe.* Cumque cæteri omnes (*qui, jubente Henrico rege, Wormatiam convenerant*) damnationi ejus (*Gregorii VII Pontificis*) nihil hæſitantes ſubſcriberent, Adelbero Wirtzeburgenſis epiſcopus, & Herimannus Mettenſis epiſcopus aliquandiu reſtiterunt, dicentes, incongruum valdè & contra canonum ſcita eſſe, ut epiſcopus aliquis abſens abſque generali concilio, ſine legitimis & idoneis accuſatoribus & teſtibus, necdum probatis criminibus, quæ objicerentur, condemnaretur; nedum Romanus Pontifex, adverſus quem nec epiſcopi, nec archiepiſcopi cujuſquam, recipienda ſit accuſatio. AUCTORE C. S.

eumdem Gregorium damnat, jubetque Pontificatu cedere.

75 Sed Wilhelmus, Trajectenſis epiſcopus, qui cauſam regis pertinaciùs tuebatur, vehementer imminebat, ut aut cum cæteris in damnationem Papæ ſubſcriberent, aut regi, cui ſub jurejurando fidem ſpopondiſſent, protinus renunciarent. Is eo tempore admodùm carus acceptuſque erat, eique rex omnium, quæ privatim vel publicè agenda erant, poſt ſe ordinationem delegaverat, vir ſecularibus literis apprimè eruditus, ſed faſtu nimio inflatus, vix ſe ipſe ferebat. Igitur ex nomine omnium, qui convenerant, epiſcoporum & abbatum plenæ contumeliarum litteræ Romam deſtinantur, quibus denuncietur Romano Pontifici, ut Pontificatu, quem contra Eccleſiaſticas leges uſurpâſſet, ſeſe abdicet; ſciatque, poſt eam diem, quicquid agat, jubeat, decernat, irritum haberi. E

Sunt, qui putant eos eidem conciliabulo ſubſcripſiſſe;

76 *Hactenus Schafnaburgenſis, ex cujus verbis utcúmque dubitari poteſt, an laudati duo præſides, poſtquam pauliſper reluctati fuerant, ſchiſmaticorum regiſque metu compulſi impio decreto ſubſcripſerint. Hanc ſuſpicionem movere poſſent ea verba:* Adelbero ... & Herimannus ... ALIQUANDIU reſtiterunt: *item:* Wilhelmus Trajectenſis epiſcopus ... vehementer imminebat, ut, aut cum cæteris in damnationem Papæ ſubſcriberent, aut regi, cui ſub jurejurando fidem ſpopondiſſent, protinus renunciarent; *quæque mox ſubduntur:* Igitur ex nomine omnium, qui convenerant, epiſcoporum & abbatum plenæ contumeliarum literæ Romam deſtinantur &c. *Non defuêre aliqui, qui, id ita factum eſſe, crederent, inter quos domnus Auguſtinus Calmetus tom.* 2 *Hiſtoriæ Lotharingiæ, ſecundis curis anno* 1748 *typis editæ, col.* 278 *& ſequenti præter hunc Schafnaburgenſis locum laudans Hugonem Flaviniacenſem in Chronico apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ Ms., pag.* 224, *& S. Gregorium VII lib.* 3, *Epiſt.* 12, *tom.* 18 (10 *voluit dicere*) *Conciliorum Collectionis Labbei, col.* 140. *Quin etiam in aliquot iſtius nefariæ pſeudo-ſynodi editionibus ambo præſules ſubſcripti leguntur.* F

verùm id nec ex Schafnaburgenſi, quem laudant;

77 *Verùm hanc labem, utut ea ex humano metu contracta fuiſſet, duobus his inſignibus Viris, qui etiam deinceps cum maximo ſuo incommodo, ſuarumque rerum diſpendio pro Pontificiis partibus invicti ſteterunt, non auſim ſine certiori argumento inurere.* Subſcripſiſſe *eos, non ait Schafnaburgenſis, ſed* aliquandiu reſtitiſſe, *quod ſine ulla eorumdem ſubſcriptione ac conſenſu veriſſimum eſſe poteſt, ſi ambo, poſtquam experti fuerant, ſe validiſſimis rationibus apud furentes ſchiſmaticos nihil quidquam proficere, tandem conticuerint, aut etiam è conciliabulo receſſerint. Nec refert, quòd, eodem chronologo teſte, contumelioſæ iſtæ literæ* ex nomine omnium, qui

AUCTORE C. S.

qui convenerant, episcoporum & abbatum *Romam destinata fuerint. Quid enim mirum, si turbulentus iste Trajectensis episcopus, cujus auctoritate omnia ibi ad nutum regis gerebantur, istorum silentium aut recessum pro consensu haberi voluerit, & nefarias illas litteras velut* ex nomine omnium episcoporum, qui convenerant, *ad summum Pontificem Romam destinandas curaverit?*

neque ex Hugone Flaviniacensi,

78 *Locus Hugonis Flaviniacensis, à Calmeto pariter laudatus, nullo modo spectat ad* Adalberonem, *sed ad Herimannum; quia tamen amborum causam communem hîc fecit Calmetus, juverit eumdem, etsi paulò prolixiorem, expendisse. En ipsum:* Præerat tunc temporis (*anno* 1080) Mediomatricum urbi vir egregius, & inter præcipuos Catholicæ fidei propugnatores, magnum patientiæ, religionis & justitiæ documentum, domnus Herimannus, ... qui in primario juventutis flore temporibus Annonis, venerabilis Colonienſium archiepiscopi, tutoris & moderatoris regni, palatii frequentiam nactus, regis illius (*Henrici IV*) penè universa noverat, in tantum, ut etiam pro ejus insolentia à curiæ

B

se plerúmque administratione subtraheret, & magis eligeret contentus esse mediocritate sua, quàm ex inquinatione societatis factiosorum sperare majora, maximè cùm videret, præfatum reverendæ memoriæ virum, Annonem dolere & gemere frequenti contritione, desolatum sub tali principe statum regni, incurvatum jus imperii, contritum cornu Domini, in quo esset sola spes dejectionis Ecclesiasticæ, & perturbationis pacis Catholicæ, confusio & horror, vanitas & contritio, & omnia pessumdans, superba, lubrica, vana, inconstans, atque immunda præsumptio.

cujus verba recitantur

79 Ubi verò episcopatûs officium adeptus est, satis pœnituit, de manu regis illius investituram pontificatûs se suscepisse, adeò, ut etiam impositam prælationis sarcinam libens rejecerit, volens deposuerit, toto se ab ea nisu excusaverit, si assensum præstitisset auctoritas Romani Pontificis, apud quem pro excessibus suis, id est, INCAUTE USURPATA EADEM INVESTITURA, quæ est contra instituta canonica, culpam confiteri non erubuit, SATISQUE CAVIT IMPOSTERUM A COMMUNIONE EJUS ET FAUTO-

C

RUM EJUS; propter quod & tanta passus est, ut de illo dictum videri possit: "Ego ostendam illi, „quanta oporteat eum pro nomine meo pati.„ IN PRIMO sanè CONGRESSU passus est, quod fuit hominis, ut disceret, jam IN SECUNDO, QUI FUIT EI JUGIS ET PERPETUUS, de Deo præsumere, non de se. Lapsus est enim ut homo, titubavit ut homo, quia præsumpsit ut homo. Sed evacuatum est jam in illo scandalum opprobrii, quia in bonitate vitæ suæ abscissum est, quod conturbaverat illum, & per illum bonos omnes; & obscuritate rarescente, reluxit aurum, invaluit color optimus, resplenduit in diademate Regis æterni lapis sanctuarii.

& expenduntur, probari possit;

80 Hic igitur IN IPSO PRIMO SUO INGRESSU Apostolicæ doctrinæ exequutor factus, cùm postmodùm communicâsset regi scelerato & pro sceleribus excommunicato, à cujus se, UT DICTUM EST, jam per aliquantum temporis communione suspenderat, DOLUIT, UT PRÆDIXIMUS, SE DECEPTUM; viribusque resumptis, à domno Papa absolutionem quæsivit *&c. Hæc Hugo Flaviniacensis, quæ nescio, qua ratione Calmetus pro subscripta à* B. Adalberone *& Hermanno Wormatiensi pseudo-synodo laudare potuerit, cùm nec de hac, nec de illo in iis ulla fiat mentio, verbum ullum. An fortè asserta in iisdem Hermanni cum excommunicato rege communicatio subscriptionem illam indicare visa Calmeto est? Sed per hanc communicationem, non aliam, quàm admissam ab rege per canones vetitam episcopatûs Mettensis investituram indicari, manifestant tum iste contextus, tum quòd ibidem mox addat Hugo:* Doluit, ut prædiximus, se deceptum, *quod referri nequit, nisi ad Hermanni de admissa investitura pœnitentiam, quam præmiserat.*

D

imò manifestè faciunt pro Herimanni

81 *Nimirum Hugo num.* 80 *solùm breviter in memoriam lectori reducit, quæ in duobus præcedentibus numeris dixerat, ac propterea eas voces interserit:* Ut dictum est, Ut prædiximus. *Dixerat autem, Herimannum in juventute sua ante episcopatum regis regisque fautorum consortia vitâsse, quòd mallet* contentus esse mediocritate sua, quàm ex inquinatione societatis factiosorum sperare majora. *Hinc num.* 80 *dicitur* in ipso primo suo ingressu Apostolicæ doctrinæ exequutor *fuisse. Dixerat secundò, eumdem* in primo congressu, *sive in adeundo episcopatu humanitus lapsum esse, investituram contra Canonum vetita à rege admittendo; ac proinde num.* 80 *eum arguit, quòd communicâsset cum rege,* à cujus se, ut dictum est, jam per aliquantum temporis communione suspenderat, *nempe aulam vitando. Dixerat tertiò, ipsum facti sui insigniter pœnituisse, & de* excessibus suis, ID EST, INCAUTE USURPATA EADEM INVESTITURA *apud Romanum Pontificem se accusâsse, & veniam meruisse. Quopropter num.* 80 *etiam subdidit:* Doluit (*de communicatione cum rege*) ut prædiximus, se deceptum, viribusque resumptis, à domno Papa absolutionem quæsivit.

E

hæc in re laude, nec obest S. Gregorii epistola.

82 *Præterea, si Herimannus semimi Pontificis damnationi in conciliabulo Wormatiensi cum schismaticis Henrici regis fautoribus, testante Hugone, subscripserit, quî potuit idem scriptor de eodem episcopo post actam de investitura pœnitentiam dicere:* Satisque cavit imposterum à communione ejus (*Henrici*) & fautorum ejus? *Quî etiam ista?:* In primo sanè congressu (*in admittenda investitura*) passus est, quod fuit hominis, ut disceret in secundo, QUI FUIT EI JUGIS ET PERPETUUS, de Deo præsumere, non de se. *Quid*

F

hæc sibi aliud volunt, quàm Herimannum post actam de accepta investitura vetita pœnitentiam deinceps solo Deo fretum, à schismaticorum communione semper abstinuisse; quomodo abstinuit, si sæpe dicto Wormatiensi decreto in damnationem Romani Pontificis subscripserit? Enimverò iste Hugonis Flaviniacensis locus, non contra B. Adalberonis *& Herimanni hac in re innocentiam, sed pro Herimanno militat. Ne longior sim, non magis ad* Adalberonem *spectat epistola S. Gregorii VII à Calmeto præterea laudata, in qua nullum quoque verbum legitur de Conciliabulo Wormatiensi. Ceterùm insigne Herimanni elogium legi potest apud eumdem Hugonem in laudato Chronico editionis Labbei pag.* 238.

Ambo etiam inter præcipuos Ecclesiæ defensores

83 *Porrò, quæ iidem ambo episcopi in eadem causa ad mortem usque constanter egerunt, eos non parùm commendant. Bertholdus Constantiensis ab Hansizio tom.* 2 *Germaniæ sacræ pag.* 180 *relatus* Adalberonem *nostrum inter paucos Germaniæ episcopos numerat, qui cum Catholicis principibus S. Gregorii partes tutati sunt, simul atque con-*

A *conſtitit, Henricum in Romana ſynodo à communione fidelium reſciſſum fuiſſe. Bertholdi verba ibidem ſic habent:* Quod cùm in Germaniam inſonuit, ei rex & ſui ferè omnes contradixerunt, & pro nihilo id prorſus habuerunt; & hoc regis ſolummodò complices & fautores. Cæteri, quibus mens ſanior, non ita; ex quibus epiſcopi, patriarcha Aquilegienſis (*Singifridus, ſeu Sigeardus, qui ad ſchiſmaticos poſtea tranſiit*) epiſcopus Salzburgenſis (*S. Gebehardus*) Patavienſis (*B. Altmannus*) qui & ipſe cathedrâ ſuâ pulſus eſt à rege, necnon Wurziburgenſis (*B. Adalbero*) & penè omnes Saxonici; necnon duces, Rudolfus (*Sueviæ*) Bertholdus (*Carinthiæ*) Welf (*Bavariæ*) & cæterorum regni primatum pars non modica, cum Apoſtolico non dubitanter ſentiebant, qui prædictæ conſpirationi intereſſe noluerunt: unde & dehinc à rege vocati ipſum devitabant, cùm propter anathema, tum etiam, quòd non maximè in illum confidebant. *Rurſus ad annum* 1089 *ibidem ait:* In Teutonicis partibus quatuor epiſcopi in Catholica communione perſtiterunt, videlicet Wir-
B ceburgenſis, Patavienſis, Wormatienſis, Conſtantienſis, ſed & Metenſis epiſcopus, quorum confortamento reliqui Catholici ſchiſmaticis à principio reſtiterunt.

à veteribus laudantur,

84 *Nec minùs ipſum, imò & Herimannum Mettenſem, à ſua inter paucos probatæ fidei Germaniæ antiſtites commendavit ſæpe memorati S. Gebehardi biographus in hujus Vita apud nos data in Appendice ad diem* XVI *Junii, ex qua ſequentia accipe.* Tempora nimirum tunc valdè periculoſa inſtabant, cùm præter Chriſti athletam noſtrum, dominum Gebehardum archiepiſcopum Salzburgenſem, Altmannum Patavienſem, Adilberonem Wirzburgenſem, Hermannum Metenſem, Meginwardum Friſingenſem, præter hos ſolos quinque in toto regno Teutonico epiſcopus Catholicus inveniri non poterat. *Paulus Bernriedenſis in Vita S. Gregorii VII, cap. 6, in Opere noſtro tom.* VI *Maii, pag.* 125 Adalberonem *cum eodem Hermanno accenſuit* veridicis & approbatis religioſiſque viris, *quos conſulendos ſuaſit dubitantibus, utrùm pro Gregorio, an pro Henrico juſtitia ſteterit. Alium ex eadem Vita locum infrà dabimus, ubi de reſtituto ſedi ſuæ* Adalberone *agemus, aliumque ex ſuprà laudato Bertholdo, dum de ejuſdem obitu ſermo fiet.*

C

& Catholicis partibus conſtanter adhæſerunt.

85 *Ceterùm, cùm ex dictis non lubeat mihi luctuoſa illa tempora exponere, ſolùm paucis oſtendam,* B. Adalberonis *geſta à jam recitatis elogiis non diſſonare. Eodem anno, quo Wormatienſis pſeudo-ſynodus habita fuerat, ambo prædicti præſules, Schafnaburgenſi rurſum teſte, in Paſchate convenerunt cum Rodulfo Suevorum, Welfone Boioariorum, & Bertholdo Carentinorum ducibus, Sedi Apoſtolicæ addictis, contuleruntque conſilia de reducendo ad officium rege, paceque Eccleſiæ & imperio reſtituenda. Adfuit etiam* Adalbero *eorumdem conventibus Ulmæ ac Triburiæ, cui & legati Sedis Apoſtolicæ interfuerunt, & in qua multi epiſcopi, abbates aliique Eccleſiæ reconciliati fuêre, eodem anno celebratis. Denique, ne longior ſim, anno* 1085, *cùm non poſſet ipſemet, per legatum ſuum adfuit, ſubſcripſitque ſynodo Quindiliburgenſi, in qua tum alia utiliter decreta fuêre, tum excommunicationis ſententia adverſus Guibertum antipapam, quem Henricus per ſchiſmaticos ſuos in Apoſtoli-*

cam Sedem, vivente Gregorio, intrudendum curaverat, & epiſcopos eidem antipapæ adhærentes ſollenniter promulgata eſt, ut diſcimus ex Bertholdo Conſtantienſi ad eumdem annum, unde ſequentia deſcripſi. AUCTORE C. S.

Adalbero per legatos ſubſcripſit ſynodo Quindiliburgenſi,

86 Hermannus rex (*à Catholicis ſuffectus Henrico*) in Quintiniliburg Paſcha celebravit, ubi & legatus domini Apoſtolici (*Otto epiſcopus Oſtienſis*) in ipſa Paſchali hebdomada generalem ſynodum cum archiepiſcopis, epiſcopis & abbatibus, S. Petri fidelibus, ſolenniter celebravit. Interfuit autem huic ſynodo Gebehardus, reverendiſſimus Juvavienſis archiepiſcopus, item venerabilis Hartungus (*aliàs* Hartwigus) Magideburgenſis archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis. Item ſuffraganei Moguntiæ ſedis de Saxonia: nam Wirceburgenſis (*Adalbero*) & Wormatienſis (*Adalbertus*) Auguſtenſis quoque (*Giwoldus*) & Conſtantienſis (*Gebhardus*) de Alemannia, quique ipſi canonica neceſſitate impediti venire non potuerunt, per legationem ſuam ſe ſancto concilio repræſentaverunt, ſeque per omnia ejuſdem ſynodi ſtatutis aſſenſuros, mandaverunt.

E

in qua excommunicatio antipapæ &c promulgata fuit.

87 *Deinde poſt alia, ut dixi, decreta ſequitur ibidem:* In fine autem ſynodi ſententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata eſt in Guibertum hæreſiarcham, Sedis Apoſtolicæ pervaſorem, & in apoſtatas S. Petri, Hugonem Albanenſem, Joannem Portuenſem, exepiſcopos, Petrum excancellarium. Item Leomarum Bremenſem, Utonem Hildinesheimenſem, Ottonem Conſtantienſem, Burchardum Baſilienſem, Huzmannum Spirenſem, exepiſcopos. Item in Wecilonem Moguntinum invaſorem, Sigefridum Auguſtenſem, Nortbertum Curienſem, in hos, inquam, & in omnes eorum complices inevitabilis ſententia anathematis promulgata eſt. *Hæc pauca de* B. Adalberonis *fide & conſtantia in cauſa Eccleſiæ Dei perſtrinxiſſe ſufficiat, quæ ex iis, quæ propterea paſſus fuit, ſolidè confirmabuntur.*

§ VI. Beato exſulanti ſubſtituitur Meinhardus; hocque pulſo, ille reſtituitur, ac denuo expellitur, & exſul moritur ac ſepelitur Lambaci anno MXC.

F

Beatus diu ante annum 1084 *è ſuâ civitate exceſſit,*

EAmdem, *quam paſſim alii ejus temporis Germaniæ Catholici antiſtites conſtantiæ ſuæ mercedem ſub Henrico IV tulerunt, etiam retulit* B. Adalbero, *è ſua ſede expulſionem. Sed quo tempore* Adalbero? *In hoc fœdè hallucinatum fuiſſe biographum in Vita recudenda, ſuprà obſervavi. Poëta verò verbis, num. 72 jam datis, annum aſſignavit* 1084, *dicens:*

Luſtra bis octo ſuper millenos quatuor annos
Currebant, propria cùm ceſſit Adalbero ſede:

Nam ſedis luſtra pro totidem quinquenniis accepta conficiunt annos octoginta, qui annis mille & quatuor additi deducunt ad citatum annum 1084: *at difficile captu eſt, quo pacto* Adalbe-

AUCTORE C. S.

ro, *furente in Catholicos præſules Henrico rege, tam diu in ſede ſua tutus permanſerit. Certè jam inde ab anno* 1078 *ſuam Salisburgenſem S. Gebehardus reliquit, ac fortè etiam biennio citiùs Patavienſem B. Altmannus; de quorum primo conſule Vitam in Opere noſtro parte* I *tomi* VI *Junii in Appendice ad diem* XVI *ejuſdem menſis; de altero Commentarium tom.* 2 *Auguſti pag.* 363.

in eaque non amplius erat anno 1077, *quo hæc obſeſſa fuit;*

89 *Adhæc* Adalbero *diu ante annum* 1084 *non modò Henricum regem, verum etiam Herbipolenſes ſuos, Henricianis partibus addictos, adverſantes ſibi habuit, quorum urbem Rudolphus, Sueviæ dux, à Catholicis principibus adverſus Henricum rex electus, propterea anno* 1077 *fruſtra oppugnavit. Ita diſcimus ex Annaliſta Saxone à Sigiſmundo Calles parte* I *Annalium Auſtriæ ad hunc annum* 1077 *relato, cujus Saxonis hæc ibi verba ſunt.* Menſe Auguſto rex Rodolfus Wirceburgenſes Heinrico fidem ſervantes, & tam ſe (*Rudolphum*) quàm Adalberonem epiſcopum ſuum, contemnentes, obſedit *&c. Conſonat planè Conradus abbas Urſpergenſis in Chronico iiſdem ferè verbis ad eumdem annum dicens:* Collecto dehinc à Saxonia exercitu copioſo, Rudolphus Wirceburgenſes, Heinrico regi fidem ſervantes, & tam epiſcopum ſuum Adalberonem, quàm ſe, contemnentes obſedit. *Jam igitur ab Autumno anni* 1077 *ſanctus Antiſtes è ſua Herbipolenſi ſede exceſſerat, ſeu vi miniſve pulſus ab Henricianis, ſeu ſponte ſua, ne eorumdem ſe furori exponeret.*

B

non tamen jam tum epiſcopatu ſpoliatus fuit.

90 *Veriſimile mihi eſt,* Adalberonem, *non ſimul atque à ſede ſua exſulare compulſus fuit, epiſcopatu quoque ſuo ſpoliatum, ſeu, ut ita loquar, ab Henrico exauctoratum fuiſſe; ſed id primò factum, poſtquam Guibertus anno* 1083 *ejuſdem regis operâ in Romanam Sedem intruſus ſummum Pontificatum uſurpaverat; nec ab alio tempore Poëtam noſtrum Beati expulſionem, quàm ab eo repetiiſſe, quo eidem viventi ſuffectus fuit Meginhardus II. Verbis enim recitatis ibidem præmiſerat iſta:*

Quidamque invaſor iniquus,
Nomine Meinhardus, veneranda ſacraria preſſit.

Porrò Meinhardi in Adalberonis *locum intruſionem ad annum* 1085 *ſignat Chronicon Wirceburgenſe è codice S. Galli à Baluzio editum, & ab Eckhardo tom.* I *Franciæ Orientalis inter Monumenta hiſtorica recuſum, quod ad citatum annum* 1085 *ſic habet:* Meginhardus Wirziburgenſis epiſcopus conſtituitur.

C

nec ante annum 1085 *in ipſius locum intruſus Meginhardus eſt;*

91 *Alterum quoque Wirceburgenſe Chronicon, ex Ms. codice monaſterii S. Stephani Herbipolenſis ibidem vulgatum, initium quidem epiſcopatûs Meginhardi cum manifeſto, ſive ſcriptoris, ſive editoris errore anno* 1095 *illigavit, ſed pro hoc legendum eſſe annum* 1085, *liquet ex eo, quòd ibidem in* Adalberone *triennium ſedis Meginhardo attribuat, vivente* Adalberone, *quem ejuſdem Chronici auctor, anno* 1090 *obiiſſe, rectè ſignavit.* Item Meginhardus (*inquit*) fuit adminiſtrator eccleſiæ Herbipolenſis per III annos, vivente Adalberone. *Hiſce adde monachum Erphesfordienſem in Additionibus ad Chronicon Lamberti Schafnaburgenſis dicentem:* MLXXXV Meginhardus quidam doctiſſimus, ſed non ſecundùm ſcientiam, Wirceburgenſis eccleſiæ, vivente Adelbero (aliàs Adelberone) adhuc epiſcopo, ſubſtituitur. *Addo denique & recentiorem Catalogum epiſcoporum Herbipolenſium, in quo ſic quoque legitur:* Meinhardus II, comes de Rottenburg, multiplici vir eruditione conſpicuus, pulſo Adalberone, ab Henrico IV epiſcopus nominatus eſt anno MLXXXV, die XXV Maii, Clemente antipapa contra Gregorium VII Eccleſiam invadente.

D

at prior emigratio illius ſpontanea fuit:

92 *Waltramus ejuſdem temporis ſchiſmaticus Naumburgenſis epiſcopus in libro de Unitate Eccleſiæ, teſte Sigiſmundo Calles tom.* 5 *Annalium Germaniæ pag.* 830, B. Adalberoni *noſtro exprobravit, quòd hic, ne cum excommunicato rege communicare cogeretur, epiſcopatum ſuum ſponte dimiſerit, & in Weinſpergenſem munitionem ſe receperit. Ita ſchiſmaticus iſte eximiæ fortitudinis argumentum maledicti loco objecit. At ſi beatus Præſul propterea ſponte receſſerit, magnam profectò laudem meruit; ex eoque facto colligitur, cur poëta illius ex ſua ſede exceſſum tam ſerò collocaverit, quia nimirum non de ſpontaneo exſilio, ſed de ejuſdem proſcriptione per Henricum, deque intruſo in ejuſdem locum Meinhardo ſermonem ibidem habuit. Ut itaque prædicta omnia concilientur, dicendus eſt* B. Adalbero *anno* 1076 *vel ſequenti, ſive Henricianorum minis compulſus, ſive ſua ductus religione, ne cum excommunicato rege communicare cogeretur, in voluntarium exſilium (uti etiam fecit S. Gebehardus Salisburgenſis archiepiſcopus) proceſſiſſe; deinde verò ab Henrico fuiſſe proſcriptus; hacque de expulſione, non de ſpontaneo exſilio, locutus eſſe poëta.*

E

ſeceſſit Lambacum, fortè etiam Vini Montem dictum.

93 *Locum, in quem voluntarius Exſul ſe tunc recepit, Calles ex Waltramo* Weinſpergenſem munitionem *appellat. Sed quæ hæc munitio eſt, vel ubi ſita? Nam biographus, poëta, aliique Lambacum in Bavaria, ſive in Superiori Auſtria, quod erat paternum ipſius prædium, ipſum ſeceſſiſſe, conſtanter affirmant. An caſtrum aliquod erat ejuſdem familiæ maternæ? Regilam enim matrem ejus poëta ex* potenti Francigenum gente Weinsberga *natam canit; de qua vide dicta ſuperiùs num.* 20 *& ſequenti. Huc equidem propenderem, niſi ſuſpicio aliunde eſſet, Lambacum alio nomine, neſcio qua de cauſa,* Weinſpergam *à Waltramo appellari. Suſpicandi ratio eſt, quòd laudatus Calles, ibidem de Beati ex capta poſtmodùm Herbipolenſi urbe migratione agens, ex eodem Waltramo hæc recitet:* In dilectum ſibi Montem Vini (*ita* Weinsberg *Latinè dicitur*) receſſit; ibique anno ab Incarnatione Domini MXC obiit. *Atqui conſtat,* Adalberonem, *non alibi, quàm Lambaci diem ſuum obiiſſe, &* F *ſepultum eſſe, ubi hodieque quieſcit, ut adeò aut Waltramus, & tempore & loco propinquus, hîc vehementer errâſſe, aut* Lambacum *per* Weinsbergam, *&* Vini Montem *deſignâſſe omninò videatur. Ita omnia ſe rectè habebunt.*

Caſo per Hermannum Lucemburgicum Henriciano exercitu,

94 *Lambaci in exſilio ſuo commorante* Adalberone, *Rodulphus, qui à Catholicis Germaniæ principibus adverſus Henricum rex electus fuerat, ex vulnere in pugna ad Elſtram fluvium, in qua hoſtes devicerat, accepto anno* 1080 *mortuus eſt, eique anno ſequenti ſuffectus Hermannus Lucemburgicus. Hic anno* 1086 *Henricianarum, ut diximus, partium urbem Herbipolim obſidens, cæſo Henrici, qui accurrerat, hoſtili exercitu, cepit, ſnoque Epiſcopo, jam decennio exſulanti, reſtituit. Bertoldus Conſtantienſis, qui eidem pugnæ interfuit, in Appendice ad Chronicon Hermanni Contracti hoc anno eam multis exponit, quæque ad rem noſtram propiùs pertinent, ſic refert:* Itaque noſtri, per miſericordiam Dei victoriâ potiti, in campo certaminis ea nocte caſtra-

A framentati sunt, & in crastinum ad obsidionem urbis (*Herbipolensis*) reversi absque sanguine eam ceperunt.

captaque Herbipoli, B. Adalbero,

95 Deinde Wirceburgensi Episcopo cum magnis laudibus civium, clericorum & laïcorum in sedem suam restituto, congruoque militum præsidio civitati imposito, ipsi cum magna gloria & lætitia singuli in sua redierunt. Factum est autem hoc prælium in sequenti die post festum sancti Laurentii. *Conradus Urspergensis in suo item Chronico eadem sic brevius memorat:* Anno Domini MLXXXVI Heinricus imperator Saxoniam vastat. Wirziburg à Saxonibus & Alemannis obsidetur. Ad quem * liberandam imperator copiosum, tam peditum quàm equitum, congregat exercitum, pugnâque juxta Bleichfelt commissa, digreditur absque victoria (*dicere poterat*, Cum magna suorum clade.) Mox urbe ab hostibus capta, episcopus Adelbero introducitur, relictoque cum eo militari præsidio, ad propria quisque proficiscitur.

* *l.* quam

aliique Catholici antistites in suas sedes restituuntur.

B 96 *Ejusdem victoriæ ac restituti in sedem suam* Adalberonis *pariter meminit scriptor synchronus aut suppar, Paulus Bernriedensis in Vita S. Gregorii VII Papæ, à majoribus meis data die* XXV *Maii, in cujus capite* 12, *num.* 101, *eamdem ab hoc sancto Pontifice prædictam fuisse, tradidit his verbis:* Suasit (*S. Gregorius consultus, quem post mortem suam in Pontificatu sibi substituendum cuperet*) eligi vicinum Desiderium (*abbatem Casinensem*) licèt brevissimè victurum, non tamen absque typo victoriæ Victorem esse appellandum. Nam in diebus ejus, qui quatuor aptati sunt mensibus, famosam victoriam dedit Dominus Apostolicæ Sedis propugnatoribus de adversariis ipsius, per quam etiam cathedram suam, diu ab invasoribus detentam, recepit Wirzeburgensis episcopus, nomine Adalbero, vir spectabilis natu, honorabilis vultu & actu, reduces habens venerandos coëpiscopos, prædictum Gebehardum Constantiensem, & Heremannum Metensem, qui & ipsi sedes suas amiserant. *Sigismundus Calles tom.* 5 *Annal. Eccles. Germaniæ, pag.* 830 *ex Waltramo, quantùm apparet, addit,* Adalberonem *tunc ab Hartwigo, Magdeburgensi archiepiscopo in civitatem suam reductum fuisse. De hac Beati restitutione silet biographus Lambacensis, sed eam non prætermisit poëta noster, ut suo loco videre licèt.*

C *Sed recepta per Henricum Herbipoli, Beatus rursum expellitur,*

97 *At minimè diuturnam beato Antistiti eam sedis suæ receptionem fuisse, ex vetustis Chronicis discimus. Wirceburgense Baluzianum, apud Eckhardum tom.* 1 *Franciæ Orientalis inter monumenta historica recusum, ad citatum annum* 1086 *sic habet:* Wirziburg à Saxonibus capta est, & mox ab imperatore acquisita est. *Similiter Annalista Saxo apud Calles relatus postquam dixit, Wirceburgum in fœderatorum potestatem venisse, mox subjunxit:* Sed paulò pòst eadem urbs ab imperatore recipitur, expulsoque Adalberone, Meginhardus cum suis restituitur. *Eadem prorsus habet Conradus Urspergensis, pariter subjungens:* Sed paulò pòst eadem urbs ab imperatore recipitur, expulsoque Adelberone cum suis, Meginhardus restituitur. *Satis itaque certum est, non multum temporis inter hanc beati Viri in civitatem suam reductionem, iteratamque ex eadem expulsionem intercessisse; an tamen hæc potiùs ad annum* 1086, *an ad sequentem referenda sit, non ita constat, cùm voces istæ* mox *ac* paulò pòst *saltem aliquot mensium intercapedinem*

in simili argumento patiantur. Poëta noster infelicem hunc eventum saltem uno anno præpropere statuit, nimirum: AUCTORE C. S.

Anno milleno, quinto, lustrisque bis octo;
id est, anno 1085, *quo scilicet Herbipolis nondum capta fuerat ab Hermanno, nec in eam restitutus* Adalbero.

malens episcopatu suo carere, quàm consentire excommunicatis.

98 *Ad posteriorem hanc Herbipolis per Henricianos obsidionem haud dubiè referenda sunt, quæ de beati Præsulis constantia ex suprà dicto Waltramo schismatico episcopo, pro suo genio ipsum propterea pertinaciæ insimulante, sæpe laudatus Calles in Annal. Eccles. Germ. descripsit hoc modo:* Obsessus erat Adalbero in Wirziburg civitate ab imperatore, & non poterat adduci ad pacis conditionem, sive per episcopos, sive per principes regni, qui erant cum imperatore, dicens, se quidem posse mori, non flecti, ut vellet umquam sponte sua regem Henrichum (*à communione Catholica rescissum*) videre, vel alloqui. *Subdit ibidem, nec immeritò, Calles, opinari se, eam animi constantis speciem movisse Henricum regem* (*nam virtus vel invitis placet*) *ut, quod ibidem addidit Waltramus,* Adalberonem *liberum ex urbe dimitteret.* Adalbero, *inquit Waltramus,* acceptâ abeundi licentiâ de civitate Wirziburg, cùm ad pacis conditionem flecti non potuisset, in dilectum sibi Montem Vini secessit, ibique anno ab Incarnatione Domini MXC obiit. E

& post mortem duorum suæ sedis invasorum

99 *Expulso è civitate Herbipolensi Episcopo, Meinhardus, seu Meginhardus, ejusdem episcopatûs invasor, in eam reductus fuit, tenuitque usque ad annum* 1088, *quo mortuus successorem habuit suæ factionis hominem Emehardum, anno sequenti die* VIII *Kalendas Augusti, si rectè signavit Chronici Wirceburgensis Baluziani auctor apud Eckhardum. Urspergensis & illius mortem, & hujus successionem eodem anno memorat:* Anno Domini, *inquiens,* MLXXXVIII... Meginhardus episcopus Wirciburgensis obiit, cui Emehardus successit, vivente adhuc Adelberone. *Poëta, silente rursum anonymo Lambacensi in Vita, scribit,* Adalberonem *post Meginhardi obitum rursus invitatum fuisse, ut episcopatum suum resumeret, sed infidam sortem jam satis expertum, recusâsse, placidamque in Lambacensi, quod condiderat, monasterio vitam episcopalibus infulis prætulisse. Poetam audiamus. Sic canit:*

F *in eadem invictus perstitit sententia.*

100 Tum rursus viduam venerandus Adalbero sedem
Sumat, sollicita multorum voce rogatur.
Ille sed exhorrens dubiæ ludibria sortis,
Ut qui bis fuerit justo spoliatus honore,
Vota petitorum rapidis dedit irrita ventis.
Perplacet æthereis reliquum traducere tempus
Obsequiis, sanctas queis struxit Fratribus ædes
Concordi innocuæ sociatum fœdere vitæ.

His favet Waltramus, schismaticus, ut diximus, episcopus Naumburgensis, ex quo Calles noster in Annal. Eccles. Germ. narrat, Adalberonem, *aliquando ab Henrico rege amica legatione ad custodiam gregis sui invitatum, oblatam conditionem respuisse. At fuerit sine omni dubio invitationi ea addita conditio, ut ille ab Apostolicæ Sedis partibus accederet ad schismaticas, quas cane pejùs ac angue meritò oderat, quemadmodùm ex præmissis quilibet colliget. Quam ob rem*

AUCTORE C. S.

existimo ego, cum non tam beati otii apud Lambacenses desiderio, quàm religione ductum, ad sedem suam redire respuisse. Hoc ipsum etiam liquet ex illiusmet epistola anno 1089 *data, Vitæque edendæ inserta, quæ sic incipit:* Altmanno... Adalbero, Dei gratiâ Herbipolensi ecclesiæ præfectus, licèt nunc violentorum manu injustè ejectus. *Quomodò autem sic scribere ipse potuit anno* 1089, *si jam ab anno* 1086, *salva religione sua, eidem ad sedem suam liber patuerit regressus?*

Anno 1090 *die* VI *Octobris*

101 *Perrexit igitur in fide constans Antistes apud Lambacenses suos commorari, apud quos & vitâ functus & sepultus est. Pauca verò, quæ ab eo interim gesta novimus, suprà retulimus; atque inter hæc fuisse ostendimus Lambacensis ecclesiæ dedicationem, post cujus sollennitatis narrationem subdit biographus, ad Beati mortem festinans:* Secundo deinde anno beatus præsul Adalbero migravit ad Dominum. *Poëta annum mortis illius, mensemque ac diem clarius expressit his duobus versibus:*

Octobris sexto divina à Prole redemptus
Mille annos, decieſque novem cùm volveret orbis.

B

Ex poëta ergò obiit ille anno 1090, *die* VI *Octobris. De tempore emortuali convenient aliquot melioris notæ chronologi antiqui, alii aliis explicatiùs, inter quos Conradus Urspergensis in suo ad eumdem annum Chronico ait:* Adelbero, Wirciburgensis, de sede sua jam diu depulsus, in Baioaria moritur, ibique in monasterio suo Lambach sepelitur. *Præiverant ipsi, tum alii, tum scriptor eidem Beato synchronus, Bertoldus presbyter Constantiensis in Appendice ad Hermannum Contractum, editionis Urstitii ad eumdem annum breve quidem, sed insigne ipsi elogium texens, quale hùc transfero.*

Lambaci exsul moritur

102 Adalbero, reverendæ memoriæ Wirceburgensis episcopus, unus de antiquioribus episcopis, in causa S. Petri strenuissimus (*adversus*) Guibertum, & ejus complices, post multa pericula, persequutiones & exilia, quæ pro Christo libentissimè passus est, in bona confessione diem clausit extremum in prædio suo, quod Laubac vocatur. *Jam dedi suprà num.* 33, *ubi de initio episcopatûs ipsius egi, locum Annalistæ Saxonis, in quo iidem annus, mensis ac dies assignantur, aliæque notæ chronicæ tam accuratæ adduntur, ut nihil certius possit desiderari. Ne actum agam, consule dicta ibidem. Cum hisce omnibus apprimè etiam conveniet biographus, ipsum* secundo *post dedicatam Lambacensem ecclesiam* anno *obiisse, dicens verbis num.* 101 *datis, si hanc dedicationem die* XVIII *Kalendas Octobris anni* 1089 *celebratam cum Pezio legamus, secùs, si cum Joanne abbate, anno* 1088. *Ut enim die* VI *Octobris anni* 1090 *solùm currebat annus secundus à* XVIII *Kalendas Octobris, seu à die* XIV *Septembris anni* 1089, *ita eodem die* VI *Octobris anni* 1090 *currebat annus tertius à dicto die* XIV *Septembris anni* 1088. *Hæc annotâsse juvabit, ut hinc etiam solidè confirmentur, quæ de dedicatione ecclesiæ Lambacensis anno* 1089 *affigenda superiùs differui.*

C

episcopatus sui quadragesimo sexto,

103 *Ceterùm de die emortuali biographus quoque consentit, in Libello Miraculorum apud me num.* 57 *asserens,* anniversarium *ipsius Beati diem apud Lambacenses coli solitum* octava die Angelorum, *qua die* VI *Octobris celebratur. Consentit denique etiam recentior Catalogus episcoporum Herbipolensium, à me jam crebrò laudatus, qui ejusdem elogium claudit his verbis:* Restitutus iterum (*in episcopatum suum*) iterumque ejectus, in monasterium Leimbacense secessit, ibidemque post XLV annos variâ fortunâ in episcopatu actos cum fama sanctitatis obiit anno MXC, die VI Octobris, majorum suorum in tumulo in dicto monasterio illatus. *Quadraginta quinque in episcopatu exactos annos, quibus annumerandi sunt, quos in exsilio exegit, atque interim substitutos habuit, Meginhardum & Emehardum, ei etiam tribuit anonymus monachus Erphesfordiensis in Additionibus ad Lambertum Schafnaburgensem. Ejus verba accipe.* Adelbero Wurtzburgensis episcopus obiit. Vixit autem in episcopatu annos XLV, menses III. *Sed omnium accuratissimè ejusdem sedis tempus signavit Annalista Saxo, cujus verba recitavi num.* 33, *cuique planè consonat Chronicon Wirceburgense Baluzianum apud Eckhardum in Historia Franciæ Orientalis tom.* I, *pag.* 815.

D

ætate gravis & meritis,

104 *In hoc ad eumdem annum* 1090 *pariter legitur:* Domnus Adelbero, XX post beatum Burchardum sacrosanctæ Wirziburg. ecclesiæ episcopus, III Kal. Julii constitutus, vixit in episcopatu annos XLV. menses III. dies VII. Obiit II Nonas Octobris. *Ini, si placet, computum, exactissimum reperies, ut jam dixi loco mox citato. Ex dictis collige,* Adalberonem, *qui, ut jam alibi observavi, nusquam legitur admodùm juvenis ad episcopatum pervenisse, quem tribus supra quadraginta quinque annos mensibus tenuit, octogenarium circitèr, ac fortè etiam paulò majorem fuisse, dum obiit. Certè grandævum illum mortuum esse, indicant Bertholdus Constantiensis, & poëta noster, à quorum primo* unus de antiquioribus episcopis *vocatur, ab altero* fessus tardusque senilibus annis *obiisse asseritur. Magni Viri laudes per hujus Commentarii decursum ex vetustis scriptoribus jam recensui, inter quos ipse quoque, qui eum pessimè oderat, Waltramus schismaticus episcopus Naumburgensis ejusdem fidem & invictam constantiam, dum maledicere conabatur, vel invitus celebravit; ac præterea, teste Sigismundo Calles, alio in loco fassus est, eumdem* præclariorem fuisse cæteris suæ partis (*Catholicæ*) episcopis & nobilitate pariter & scientiâ, ac religione simul & ætate, utpote, qui jam obierit quadragesimum annum ordinationis suæ.

E

F

ibidemque sepultus claret miraculis.

105 *Sepultus autem est in sua Lambacensi ecclesia, in familiæ monumento, quem locum sibi elegerat, tum ut in monasterio à se condito, sicut olim juvenis promiserat, supremam carnis resurrectionem exspectaret; tum ut impleret omen, quod è lapsa ex episcopali suo annulo, dum eamdem ecclesiam consecrabat, gemma ceperat, ad populum conversus dicens:* Hæc requies mea in seculum seculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam; *uti legitur in Vita recudenda num.* 31. *Non defuisse ad ipsius sepulcrum miracula, auctor poëta est, Vitam metricam sic claudens:*

Præmia nec meritis hîc desunt, namque miraclis
Non dubiam testata fidem monumenta refulgent,
Optatamque ægris reddunt consulta salutem.

Quæ tamen hæc miracula fuerint, non explicat; fortè tamen non alia hîc indicavit, quàm quæ ex

A *ex anonymo ejuſdem* B. Adalberonis *biographo recitabimus ; verùm hic , prætermiſſis antiquioribus , ſolùm recenſuit ea , quæ ſuo tempore ſub finem ſeculi* XII , *& inchoato* XIII *contigiſſe compererat.*

Epitaphia de illo inventa in codice Lambacenſi

106 *Hieronymus Pezius tom.* 2 *Script. rerum Auſtriacarum , poſt Vitam metricam , Rhythmumque , Antiphonam & Orationem , de quibus conſule hujus Commentarii* § 1, *tria edidit* B. Adalberonis *epitaphia metrica* ex cod. Ms. Lambacenſi , *quæ tamen , an umquam ipſius tumulo inſcripta , aut publicè appenſa fuerint , non edicit ; quod nec mihi veriſimile apparet. At qualiacúmque ſint , ea accipe. Primum ſic habet.*

En pater electus Adalbero pulvere tectus ,
Virtutum cumulo vivit in hoc tumulo.
Vivere dicendus , nec erit ſub morte tenendus ,
Cui , dum vivebat , vivere Chriſtus erat.
O Paſtor qualis ! O gloria Pontificalis !
O lux Eccleſiæ , gemma , decus patriæ !
Herbipolis gaude , tanto de Præſule plaude ;
Nos celebrare pias ſufficit exequias.
Octobri nonâ datur expectata corona ,
B Dum via grandis eum tranſtulit ante Deum.

In penultimo verſu manifeſtus eſt error chronologicus : nemo enim veterum aut etiam recentiorum ſcripſit , B. Adalberonem *die* IX Octobris *obiiſſe , ſed omnes* , pridie , vel II Nonas , *ſeu* die VI Octobris. *Si epitaphii auctori incommodum erat verum illius mortis diem ſuo verſu exprimere , omittere præſtabat , quàm falſum ſignare.*

ſubinde vitioſa.

107 *Alterum , quod ibidem ſequitur , etiam magis vitioſum eſt. En illud.*

Hic jacet in tumba Adalberonis beati
Corpus , Fundatoris noſtri , ac Herbipolenſis
Præſulis , qui ſignis claruit multis , quoque annis
Mille tranſactis obiit deniſque peractis.

Ad ultimum verſiculum obſervat iſta editor Pezius : Verbum DENIS inductum eſt in Ms. , & ſupra id hic numerus 19 legitur. *At vel ſic vitioſus annus mortis exprimitur , qui , ut qualicúmque carmini adaptaretur , ſic potiùs indicandus erat :*

Mille tranſactis obiit deniſque novenis.

Conſtat enim ex dictis , beatum Epiſcopum , non anno 1091 , *ſed* 1090 *obiiſſe. Tertium denique ibidem tale eſt :*

C Quicúmque has noſtras peregrinus tendis ad ædes ,
Hancque meam tumbam noſcere fortè volens :
Sum comes ex Lambach , cui nomen Adalbero quondam ,
Inclytus & præſul Herbipolenſis eram.
Heinricus cæſar Francorum depulit urbe* ,
Pontificem ſummum quando ſecutus eram.
Hinc ego ſub patriæ cogebar pergere fines ,
Fundavi hocque ſacrum monte monaſterium.
Quod , rogo , ſi poteris , parvo cum munere dones ;
Ut tibi ſidereum det Deus ipſe polum.

* *i. e.* Herbipoli

VITA,

Auctore anonymo monacho Lambacenſi ſeculi XIII inchoati ,

Ex editione Hieronymi Pezii tomo 2 *Scriptorum Rerum Auſtriacarum.*

PROLOGUS.

Multa Electorum Dei geſta

INter cætera rudimenta ſua Apoſtolus ait : "Chriſtus heri & hodie , ipſe & in ſecula ſe- „culorum *a*.„ Et Joannes : "Qui erat , & qui „eſt , & qui venturus eſt.„ Per hæc tria diſtinctionis membra , tria intelligimus tempora , præteritum , præſens , & futurum , per quæ mundus partim evolutus eſt , evolvitur & evolvetur. In præterito enim tempore , poſt patriarcharum & prophetarum , ante Legem , & ſub Lege , glorificationem , Chriſtus Apoſtolos vocavit & juſtificavit , martyres ſanguine purpuratos coronavit , confeſſores , heremitas , anachoritas , qui carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concu- *a* B

piſcentiis , in gloria æterna beatificavit , virgines felici conſummatione aſſumpſit , denarioque vitæ remuneravit. Hodie autem , id eſt , in præſenti tempore , uſque ad noviſſimum electum , qui in fine mundi naſciturus eſt , cottidie non deſinit vocare , quem vult , juſtificare , quem vult , beatificare , quem vult , ſignis clarificare , quem vult , ut reſtaurentur ruinæ , & ædificentur muri Hieruſalem , donec impleatur numerus electorum in ſuperna felicitate locandus , qui numerus ſoli Deo eſt cognitus , de quo Johannes ait : "Vidi turbam magnam , quam dinumerare nemo „poterat *b* : & ipſe ait : "Reliqui mihi ſeptem *b* „millia virorum , qui non curvaverunt genua an- F „te Baal *c*.„ Finitum pro infinito *d*. Sic , ſic *c d* ludit in humanis divina potentia rebus. Mundus in maligno poſitus eſt. Et mundus in immundo nequit ullus vivere mundo , niſi , quem Deus elegerit de mundo , & poſuerit , ut eat , & fructum afferat : tamen non minùs poteſt Deus nunc , quàm tunc , non minùs ſanctificat , quem vult , nunc , quàm tunc , ubi vult , & quando vult.

multi ſcripſerunt , alii profana & parùm utilia ,

2 Pleraque Sanctorum Geſta , Vitæ & Paſſiones eorum inveniuntur in Geſtis Pontificalibus , pleraque in Eccleſiaſticis Hiſtoriis , pleraque in autenticis Cronicis. Ibi omiſſa , flores *e* & lucernæ eccleſiarum , qui ſuo tempore fulgebant in Eccleſia , ut ſol & luna , ut ſplendor firmamenti , illuſtri ſtylo depinxerunt , & poſteris memoriter *e*

& æternaliter retinenda tradiderunt. Philoſophi , ut humanæ ſapientiæ tutiùs liberiúſque ſtuderent , omnia ſua quidam ex eis *f* reliquerunt ; omnem conatum , omne deſiderium ſuum ad diſcendam , poſtea ad docendam ſapientiam tranſtulerunt ; curſus , vias , virtutes ſiderum ri- *f*

A. ANONYMO.

mâti sunt; terrarum spatia, & cætera hominibus incognita sollerti investigatione perdiderunt.

Sic sua gentiles studuerunt ficta poëtæ
g Grandisonis pompare *g* modis, tragicoque boatu;
h & ritu magistro *h*, pulchra mendacia sua, parùm posteritati profutura, pulchris ænigmatum adumbrare & includere figuris. Alii res gestas regumque, ducumque, & tristia bella, ceterasque mundi vanitates & lenocinia operosè conscripserunt, & proinde nil aliud, nisi laudes humanas meruerunt, ad postremum verò spes suas fabulis, animas tumulis tribuerunt.

3 Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

noster fundationem monasterii Lambacensis gestaque ac miracula B. Adalberonis tradit.

Cur miseri Christiani salutem, quam operatur Deus in medio terræ secus eos, immò in eis, gratiasque sanitatum, quas indies & vident & experiuntur, turpi & inerti somno desidiæ & incuriæ depressi, negligenter æterna moliuntur oblivione tumulare, quas ipse vult ad laudem nominis sui toti mundo radiare? Sed, quia generatio præterit, & generatio advenit, ne volubilibus annorum curriculis desidiosâ, quæ istius temporis facilè subrepit hominibus, negligentiâ posteritas pòst succeſſura oblivioni tradat
B originem Lambacensis cœnobii, fundatores ejus, quibus summam & æternam debemus reverentiam, insuper signa & miracula, virtutesque sanitatum, quibus misericordia Domini, quâ plena est terra, tumulum beati patris nostri, episcopi Adelberonis, illustravit, dignum posteris
i commendare duximus *i*, ne isto terribili mul-
k temur elogio: "Qui ignorat, ignorabitur *k*.„ Et
l Propheta: "Væ mihi, quia tacui *l*.„ Dignè enim in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit angelorum.

ANNOTATA.

a *Ad Hebræos cap.* 13, ℣. 8. Jesus Christus heri & hodie: ipse & in secula.

b *Apocalyp. cap.* 7, ℣. 9.

c *Ad Roman. cap.* XI, ℣. 4.

d *Joannes abbas Lambacensis habet:* Ponens numerum finitum pro infinito.

e *Idem:* Quæ ibi omissa, ea viri illustres, flores *&c.*

C f *Idem omisit:* Quidam ex eis.

g *Idem:* Ornare.

h *Idem:* Magnifico.

i *Hic unus ex locis est, ex quibus § 1 concluſi, hujus Vitæ scriptorem fuisse monachum Lambacensem, eumdem etiam esse auctorem Libelli miraculorum, quem post hanc Vitam recensebo.*

k *Epist. 1 ad Cor. cap.* 14, ℣. 38: Si quis autem ignorat, ignorabitur.

l *Isaiæ cap.* 6, ℣. 5.

D

CAPUT I.

Beati Adalberonis illustres parentes & consanguinei: pia pueritia: institutio primò Herbipoli, deinde Parisiis: reditus Herbipolim: ad episcopatum evectio: sessus Lambacum.

Ex Arnolde & Regile natus Adalbero, Gotfridum virum bellicosum,

a
b
c
d

IGitur *a*, sicut veridica veteranorum tradit assertio, erat quidam comes, Arnoldus *b* nomine, qui castrum opinatissimum in Lambacensi *c* loco, sicut ipse situs curiosos inspectores edocet, juxta fluvium, cui vocabulum Truna *d*, inhabitabat; ubi vectigalia & tributa secundum antiquam legem à transeuntibus solvebantur, quæ & posteris inibi commorantibus legitimo jure, quo ad se transmissa erant, reddenda reliquerat, licèt modò per incuriam intermissa sint. Hic ex Regila nobili uxore, ex Francia Orientali oriunda, plures suscepisse filios fertur, de quibus nunc non est dicendum per singula; paucos tamen propter seriem narrationis prosequi, non contemnenda cogit nos ratio. Habebat filium, nomine Gotfridum, di-
E gnitate marchionem, virum strenuum & fortem, virum rebus bellicis aptissimum, crebris præliorum successibus fortunatum, qui, ut decuit juvenile decus,

Gaudet equis, canibus *e*, & aprici gramine campi, *e*

fratrem habuit, sororem Ekkeberto comiti nuptam;

5 Cujus ditioni cum reditibus circumjacentibus serviebat Putina, urbs inclyta & famosa, quæ quasi metropolis & mater civitatum versus Pannoniam ad Australem plagam ad arcendos hostiles Pannoniorum incursus & devastationes antiquitus constituta fuit *f*. Magnæ etiam nobilitatis & ingenuitatis secundum seculi dignitatem habebat filiam *g*, quæ nupsit Ekkeberto comiti, cujus castrum, Niwenburc *h* dictum, in ora Eni fluminis est situm. Huic post felicem
F fratrum excessum in sortem dotis urbs Putina cum omnibus ad se pertinentibus cecidit. *f* *g* *h*

ipse etiam puer, pietati addictus,

i

6 Beata itaque Regila, benedictionibus dulcedinis præventa, de benedictionibus concepit & peperit filium, Adalberonem dictum *i*, benedictum à Domino fructum, in quo benedicenda fuit omnis tribus & parentela sua, utpote qui de stirpe sancta descendisset. De radice enim bona nascitur omne bonum. Mox mirum in modum Filius sapiens gloria cœpit esse patris, gradatim de virtute in virtutem ascendens, seculi blandimenta despiciens, Christo rectore, Christo duce, sic transiens per bona temporalia, ut non amitteret æterna. Necdum tamen emensis infantiæ annis igne Sancti Spiritus spirans, anhelare non desiit ad regnum vitæ perpetis, omnia regna mundi & gloriam eorum parvi pendens, spurcitias diaboli impolluto calle transiens, sacramenta militaria execrans, totum se arbitrio Domini & voluntati manci-
pans.

7 Pater autem pius, considerans piam & irrevoca-

& à patre Deo dicatus, primò Herbipoli, deinde Parisiis eruditus, redit Herbipolim,

vocabilem in Filio constantiam, veritusque Dei incurrere offensam, si eum à bono retraheret proposito, communicato cum suis senioribus & sanioribus consilio, Filium suum, primæ ætatis flore nitentem, Herbipolim usque perduxit, eumque, secundùm quod canonum & decretorum edocent scita, Deo, & Sanctis ibidem quiescentibus, in æternum militaturum obtulit; addito, quo in Franconia abundabat, patrimonio, sub pontificis, qui tunc cathedræ Herbipolensi præfuit *k*, sub cleri plebisque testimonio. Ad rudimenta litteralia dispositus in brevi spiritu sapientiæ & intellectûs adeò affatim est imbutus, ut omnes mirarentur super doctrina & responsis ejus. Ubi verò annos adolescentiæ intravit, cum consilio, conniventia auctoritateque pontificis sui, assumptis aliquibus sodalibus, Parisius pervenit; ubi tunc, sicut & nunc, omnium floruit peritia artium; ibique dulcibus abundanter theoriæ refectus fructibus, sapientiâ plenus Herbipolim est regressus.

k

B *Socios habens SS. Gebehardum Salisburgensem,* *l* *m*

8 Erat *l* ei comes ac socius itineris Gebehardus, vir venerandus, vir dilectus Deo & hominibus, qui providentiâ Dei electus & ordinatus Salzburgensis archiepiscopus *m*, monasterium in honore beati Blasii, episcopi & martyris, quem sibi speciali prærogativa elegit & prece continua adoptavit patronum, inter montana, unde & ei ADMUNT *n* vocabulum indidit, fundavit; illud etiam sufficientibus Fratribus cumulavit, quibus necessaria tam largè administravit, ut terrenis divitiis cælestes adipisci largitate eleëmosynarum possint: ubi insuper in pulvere mortis feliciter obdormiens, novissimam expectat tubam ad resurgendum *o*. Nam regularis disciplina & antiqua patrum veteranorum scita adeò ibi jugiter exercentur & observantur, ut Fratres Dei laudibus insudantes, cunctis ubique terrarum positis exemplo sint virtutis & salutis, ut meritò de ils dicatur: "Vi-
p ,,deant opera vestra bona, & glorificent Patrem ,,vestrum, qui est in cælis *p*.,,

l *m* *n* *c*

& Altmannum Pataviensem, postea episcopos. *q*

9 Habuit *q* præterea alium comitem, Altmannum videlicet, virum omni morum honestate donatum, omni laude dignissimum, virtutibus & signis ditatum, qui nutu Dei cathedra pontificali Pataviensis ecclesiæ sublimatus,
C tam glorioſam, quàm religiosam vitam duxit, & mors ejus nihilo minùs pretiosa in conspectu Domini extitit *r*. Hic monasterium in monte Gotewico in Austria sub honore Dei Genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ constituit *s*, quam sibi unicum præ cæteris Sanctis elegit asylum, & patronam, clementiâ & misericordiâ plenissimam. Ibi etiam rogatu ipsius, migrans ad Dominum, tumulatur *t*, cujus sepulchrum frequentibus illustratur signis *u*.

r *s* *t* *u*

Herbipolensis episcopus creatus, *x*

10 Aliquibus verò elapsis diebus, vel annis, præsul *x* Herbipolensis vita ex hac decedens migravit ad Dominum. Ordinante itaque eo, cujus providentia in sui dispositione non fallitur, vicinorum præsulatuum episcopi, universi ipsius præsulatûs prælati, principes & primates, patroni regionum, tribuni & optimates, clerus & populus utriusque sexus & ætatis, à minimo usque ad maximum, uno ore, unanimi consensu, pari voto, vociferant, clamitant, Adalberonem episcopatu fore dignissimum. Quid multa? Canonicè à cunctis eligitur, electus Ecclesiasticis justitiis *y* stabilitur, stabilitus tempore opportuno consecratur *z*, consecratus satis optimè sapienterque in episcopatu conversatur, curam ejus in his, quæ sunt ad Deum & homines, decentissimè administravit, vitam irreprehensibilem duxit, pater orphanorum, solator & recreator pauperum, judex viduarum, defensor extitit pupillorum.

y *z*

A. ANONYMO.

misericors ac justus optimè gubernavit.

11 Adeò enim dilexit justitiam, & odivit iniquitatem, tam in spiritalibus, quàm in secularibus judiciis, ut putares, Psalmistam de eo dixisse: "Misericordiam & judicium cantabo ti-
,,bi *aa*;,, ut referas misericordiam ad spiritalia, judicium ad secularia. De priori enim dicitur: "Estote misericordes, sicut & Pater vester mise-
,,ricors est *bb*: de sequenti verò: "Justè judica-
,,te, filii hominum *cc*.,, Duo porrò dignitatum insignia gerit episcopus Herbipolensis, præsulalatûs videlicet, & ducatûs, sicut in his versiculis dicitur:

aa *bb* *cc*

Pontificem, pariterque ducem, stola signat & ensis:
Jure suo tenet ista duo locus Herbipolensis *dd*.

dd

Ita dexterâ Dei exaltatus, strenuè & gloriosè E curam episcopalem administravit usque ad tempora schismatis, quod tunc inter imperatorem Heinricum, & filium suum ortum est *ee*. Sed de his postea. Nunc verò, qualiter institutio Lambacensis cœperit, breviter dicendum.

ee

Auctor priscæ Ecclesiæ tempora laudat, *ff*

12 In *ff* primitiva Ecclesia, cùm post apparitionem benignitatis & humanitatis Salvatoris nostri Dei aurea & argentea illuxissent secula, plerique fidelium, sectatores bonorum operum, vitam istam transitoriam & caducam considerantes, de qua dicitur: " Vanitas vanitatum, & ,,omnia vanitas *gg*,, mansura & æterna totis desideriis anhelantes, Christum hæredem patrimoniorum suorum constituerunt. Nam ecclesias impendiis suis construxerunt, monasteria fundaverunt, res suas, reditus, possessiones Christo famulantibus contulerunt, pro quibus memorias & glorias æternas meruerunt, insuper thesauros & divitias cælestes adepti sunt. Nunc verò, quia ultima de Superis terras Astræa reliquit, & ferrea secula nimis invaluerunt, invalescendo ferè ubique prævaluerunt.

gg

sua deflet.

13 Regnat avaritia, regnant, dominantur avari, divites egent, & esuriunt rapinam, non justitiam, quorum animi sunt, velut

Hamus, avarus, edax & rete capacius orF be,
Omnia cùm capiant, insatianter hiant.

Casas in honore Dei constructas destruunt, & indies demoliri nituntur, possessiones, decimationes Deo famulantium invadunt, rapiunt, comminuunt, hostiliter, violenter, incessanter, nec Deum, nec hominem verentes. Hinc est, quod ubi ubi ecclesias dirutas videmus, ruinas infinitas cernimus; &, ubi priùs glorioſa claruerant cœnobia, nunc qualescúnque aspicimus ecclesiolas, & plebeia conventicula pro Religiosis conventibus, in sanctitate & justitia Deo servientibus.

Benti pater fundat cœnobium clericorum in Lambach.

14 Arnoldus itaque comes, cujus in primordio narrationis fecimus mentionem, cujus gratiâ & ista prælibavimus, pro terrenis cælestia, pro parvis magna, pro caducis sempiterna adipisci desiderans & anhelans, uxore viduatus, filiis & hæredibus (excepto Wirzburgense episcopo Adalberone) orbatus, castro suo, in Lambacensi loco sito, destructo, monasterium in honore beatæ Dei Genitricis Mariæ construxit, ut, ubi erat domus exactionis, ibi fieret domus orationis, & ubi pridem illicita commercia, Chri-

stî

A. ANONYMO. sti deinceps frequentarentur mysteria. Aggregavit præterea (sicut seniorum percepimus relationibus) XII clericos, non cœnobiali lege in cœnobio degentes, sed in vicinia claustri circumquáque in singulis tuguriis commorantes, deputatis eis, prout cuique opus esset, necessariis. Certis enim & statutis temporibus, vel horis, ad monasterium Divina acturi veniebant; quibus peractis, ad sua remeabant, suis inclusi cellulis *hh*.

hh

Turbato in Romano imperio

15 In diebus illis incentor nequitiæ & omnium malorum, caput & initium omnis peccati & jurgiorum, hostis pacis & concordiæ, disseminator & amator discordiæ, dolens & invidens, pacis & quietis gratiam imperio Romano & Christianis tunc temporis arrisisse, suscitavit rixas & dissensiones odiaque inter imperatorem Heinricum, qui Romanæ reipublicæ præfuit, & Heinricum filium ejus, in tantum, ut regnum paternum omnimodis affectaret, eumque omnibus conatibus, tum clàm, tum palàm, impugnaret, & animum ejus, oblitus paternæ reverentiæ, indies exacerbaret. Tum verò asciscit sibi arte pestifera patris secretarios, cubicularios, consiliarios, duces, tetrarchas, palatinos, universique regni principes: & alios quidem emollit blanditiis, alios impetit minis & terroribus, illos nefandis suggestionibus, alios verbis ad deprecandum compositis & muneribus, illis prædiorum & beneficiorum copiam, illis urbium & castellorum emineniiam, &, quod ma is corda sitiunt mortalium, infinitam thesaurorum pecuniam promittit & offert. Nam

B

Dulci gaza sono citharizat in aure potentûm;

Tam suavem nescit musica tota sonum.

rerum statu,

16 Quid enim? Nihil opertum, quod non reveletur, neque absconditum, quod non sciatur. Tum in lucem prodeunt insidiæ; regnum invaditur, crematur, spoliatur: pater senior à filio calumniis attenuatur acriter, inhumanè, crudeliter. Cerneres ibi impletum, quod Veritas aliquando prædixerat: "Quia surget gens in gen-„tem, & regnum adversus regnum, & insurgent „filii in parentes *ii*.„ Et illud: "Omne regnum „in seipsum divisum desolabitur.„ Sic imperator imperatoria majestate & dignitate privatur; sic filius patrem armis & universis agminibus, non reveritus canos multi temporis, depilavit. Quid plura?

ii

C

kk

Expulit illatis patrem crudeliter armis *kk*.

aliis episcopis aliò fugientibus,

17 Apostolicus verò, qui tunc Romani culminis Pontificatum tenuit, audito nefando schismate & scelere, quod posset non solùm Romanum imperium, sed etiam totum maculare disturbareque orbem Christianum, inito consilio, imperatori resistentes, filio iniquè consentientes & faventes, universosque complices suos, utpote operarios iniquitatis, dictatâ super eos sententiâ, excommunicavit *ll*. Tum omnis Ecclesiastica sublimitas, omnium graduum dignitas, cupientes Domino servire in sanctitate & justitia, nefas existimantes regiæ, immò iniquæ subdi clientelæ, aut fugam inîere, aut diversis se injuriis sponte obtulêre, aut in speluncis & exiguis sylvarum uniti tuguriis more bestiarum delituêre; ut aliquando beatus Blasius & S. Sylvester fecêre *mm*. Habebant enim præceptum Domini: "Cùm persecuti vos fuerint in civitate „ista, fugite in aliam *nn*.„

ll

mm

nn

oo

18 Fervente *oo* itaque persecutionis sævitia, episcopus Adelbero, cùm nequiret & nollet nefariæ contraire potestati, horrens etiam communicare excommunicatis; magis verò metuens offensam Dei & Papæ incurrere, si manus parricidis daret & homicidis, collecto cum suis consilio, elegit "abjectus esse in domo Domini, quàm „habitare in tabernaculis peccatorum *pp*. Contempta denique Pontificatûs dignitate, reversus est in Bavariam ad terram patrum suorum; invenienque hæreditatem paternam ferè exhæredatam, & spiritu consilii repentè informatus, seipsum cum omni patrimonio ad cœnobium beatæ Mariæ transtulit, ad locum sibi dilectissimum, qui caros parentum suorum cineres, avi videlicet, patris & matris, fratrum, aliorumque consanguineorum, felici gremio foveret, & ubi (sicut hodie cernitur) requiem sibi in seculum seculi elegit.

Adalbero se recipit ad Lambacenset.

pp

ANNOTATA.

a *Huic primo capiti apud Pezium præfiguntur ista:* Incipit de institutione Lambacensis cœnobii, & Vita Adalberonis episcopi: *apud Joannem verò abbatem:* De parentibus & vita B. Adalberonis episcopi Herbipolensis.

E

b *De Beati parentibus, fratre, sorore & vide dicta in Commentario prævio § 2.*

c *Adi prædicti Commentarii § 2, num. 19.*

d *Germanis* die Traun, *Austriæ Superioris fluvius, qui ex cognomine lacu ortus, non longè infra Lentium se miscet Danubio.*

e *Rectiùs hîc habet Joan. abb.* Canibusque: *nam & ita exigit carminis metrum, & sic legitur apud Horatium in Arte poëtica, unde is versus acceptus est.*

f *Nunc castrum & oppidum est Austriæ Inferioris, vulgò* Pitten *appellatum. Adi Commentarium prævium num. 22.*

g *Hanc fuisse nominatam* Mechtildem, *dixi in Commentario prævio num. 23, ubi etiam de illustri pioque e sdem conjuge Ekkeberto quædam annotata leges.*

h *Joan. abb. perperàm:* Nunenburg; *est enim* Neuburg, *de quo hîc, castrum in Bavaria Superiori, Scherdingam inter & Patavium in ora fluminis OEni.*

F

i *Annum, quo natus* Adalbero *est, determinare non possum. Vide tamen dicta in Comment. prævio num. 24 & 104.*

k *Præerat tunc Herbipolensi ecclesiæ episcopus Henricus I, vel, qui huic successit, Meginhardus I.*

l *Hisce utraque editio, velut tituli loco, præmittit:* De Gebehardo archiepiscopo Salzburgensi.

m S. Gebehardi, *Salisburgensis archiepiscopi, gesta illustrata habes apud nos tom.* VI *Junii, in Appendice ad ejusdem mensis diem* 16.

n Admontensis *in Styria cœnobii fundationem legesis in ejusdem S. Gebehardi Actis, loco nox citato.*

o *Vide, quæ de Gebehardi,* Adalberonis *ac mox laudandi Altmanni in juventute sua de episcopatibus obtinendis, condendisque monasteriis præsagio aliunde retuli in Comment. prævio num. 26 & duobus seqq.*

p *Matth. cap.* 5, ℣. 16.

q *In utraque editione tituli loco hîc denuò præfiguntur ista:* De Altmanno episcopo Patavienſe *seu* Patavienſi.

r *Hujus quoque beati Præsulis gesta dederunt Ma-*

A *Majores noſtri ad diem* 8 *Auguſti.*

f *Adi B. Altmanni Acta loco mox indicato.*

t *Redi ad Annotata hîc lit.* o.

u *In editione Pezii ſequentibus præmittuntur hæc :* De obitu Wirzburgenſis epiſcopi, & ſubrogatione epiſcopi Adalberonis ; *in editione verò Joann. abb. iſta :* De obitu Brunonis epiſcopi Wirzburgenſis, & ſubrogatione divi Adalberonis.

x *Apud Joann. abb. legitur :* Bruno præſul *&c, qui reipſa tunc erat Herbipolenſis epiſcopus, obiitque anno* 1045, *ut videre licet in Opere noſtro ad diem* 17 *Maii, ubi de eodem Sancto actum eſt.*

y *Apud Joann. abb.* Ritibus.

z *Hæc anno* 1045 *contigiſſe, probavi in Commentario prævio, num.* 32 *& ſeq.*

aa *Pſalm.* 100, ℣. 1.

bb *Lucæ cap.* 6, ℣. 36.

cc *Pſalm.* 57, ℣. 2 : Recta judicate, filii hominum.

dd *Nimirum, quia Herbipolenſis epiſcopus princeps eſt & dux Franconiæ.*

ee *Indicat hîc bellum inter Henricum IV Germaniæ regem, ejuſque filium Henricum V, quem ille ſucceſſorem ſibi nominaverat : at quàm turpiter hîc erraverit biographus, obſervavi in Comment. prævii* § v.

B ff *In editione Joann. abb., non in Peziana, hic denuò præmittitur titulus :* De inſtitutione cœnobii Lambacenſis in collegium clericorum ſæcularium.

gg *Eccleſ. cap.* 1, ℣. 2.

hh *Rurſum in editione Joan. abb. hic ſequitur titulus :* De ſchiſmate inter Henricum imperatorem, & filium ejus, itidem Henricum, orto. *Eadem ferè habet Pezius. Vide Annotata ad litt.* cc.. *Quam ob rem ad ſequentia, velut ad rem nîl pertinentia, nihil aut parùm annotabo.*

ii *Matt. cap.* 10, ℣. 21.

kk *Henricus IV anno* 1105 *tandem coactus fuit auguſtalia imperii inſignia Henrico V filio ſuo tradere, annoque ſequenti mortuus eſt. Nugæ ergò ſunt, fabulæque, quas ſubdit biographus de cauſis exſilii* B. Adalberonis, *jam inde ab anno* 1090 *mortui. Mirum hæc à Mabillonio inobſervata manſiſſe, dum hanc ipſam* B. Adalberonis *Vitam in Actis Sanctorum ſui Ordinis exhibuit. Veram ejuſdem beati Epiſcopi exſilii cauſam expoſui in Commentario prævio §§* v *&* vi, *quos conſule.*

C ll *Vide mox dicta lit. præcedenti.*

mm *S. Blaſii epiſcopi & ſociorum martyrum Sebaſtenorum quadruplicia Acta data ſunt in Opere noſtro ad diem* 3 *Februarii, quæ, ſi lubet, de his conſule. De S. Silveſtro Papa agetur ad diem* 31 *Decembris.*

nn *Matt. cap.* 10, ℣. 23 : Cùm autem perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam.

oo *Joann. abb. præmittit hunc titulum :* De reditu epiſcopi Adalberonis ex Franconia in Noricam regionem, & de mutatione clericorum ſæcularium in Ordinem S. Benedicti : *Pezius verò ſolum iſtum :* De tranſitu epiſcopi Adalberonis à Franconia in Noricam regionem. *Receſſit revera beatus Præſul è Franconia Lambacum, quod, ut dixi, nunc Auſtriæ, tunc Bavariæ ditionis erat ; non tamen eò receſſit ſub Henrico V ſeculo* XII, *quo tempore ille dudum deſierat vivere, ſed ſub Henrico IV circa annum* 1077, *ut oſtendi in Commentario prævio* § VI.

pp *Pſalm.* 83, ℣. XI.

A. ANONYMO.

CAPUT II.

Lambacenſis monaſterii, in locum clericorum ſubſtitutis Benedictinis, per B. Adalberonem fundatio & dedicatio : ejuſdem Beati obitus & ſepultura.

Clericis Lambacenſibus à patre ſuo ſurrogatis

VIdens autem antiquam patris inſtitutionem in Lambacenſi loco *a* conſtare non poſſe, Officia, tam nocturna, quàm diurna, negligenter, nec ſuo tempore, celebrari ; clericos ibi diſpoſitos non tutè à caſulis ſuis poſſe egredi propter timores nocturnos ; quia ſæpenumero arcerent eos & includerent tempeſtates imbrium, coruſcationes fulgurum ; brumali verò tempore denſitates nivium, ſævitia nefandarum beſtiarum, pericula latronum, & aliorum, quæ longum eſt enarrare, genera diſpendiorum ; aſſerebat inſuper magis congruum fore, cœnobitam à ſecretis cœnobii, non rure, ad divina peragenda, abſque periculis corporis, & timoribus humanis prodire. Super hac re conſulit epiſcopum Patavienſem Altmannum *b*, præ cæteris ſibi peculiarem & intimum amicum, in cujus dioceſi locus ille ſitus eſt, ad quem etiam ſpiritalia ſpectabant, &, quæ de tranſmutatione clericorum animo conceperit, beato aperit viro. Approbat ille & commendat, dicens, hunc animum divinitus ſibi inſpiratum, bonum hunc cogitatum in acta poſſe procedere, dummodò Apoſtolici auctoritate ex omni parte roboretur. Tum verò legati ad id negotium idonei & honorati eliguntur, & Romam diriguntur ; qui poſt itionis ſuæ cauſam expoſitam Papæ Gregorii *c* benivolentiam, conniventiam, auctoritatemque ſollemniter reportant.

a

E

b

c

F

monachos ſubſtituit ſub abbate Ekkeberto, ac deinde Becemanno.

20 Et cùm dies opportunus accidiſſet, beatus præſul Adelbero, ſollemni ſpiritualium uſus conſilio, clericos ſemovit, monaſticamque vitam *d* in Lambacenſi cœnobio inſtituit ; &, quicúnque ex clericorum ordine ad hoc propoſitum tranſire voluiſſent, non prohibebantur, nolentes non cogebantur ; neceſſaria tamen eis, quoad viverent, providebantur. Præfecit autem Fratribus inibi degentibus abbatem Ekkebertum, virum venerabilem, morum honeſtate Deo complacentem, qui poſtea occaſione accepta humillimis obtinuit precibus, ut ipſe abrogaretur *e*, & unus è Fratribus ſuis, Becemannus *f* ſubrogaretur. Qui adeptus abbatiæ dignitatem, ſobriè, juſtè & piè vivens, curam ejus, quamdiu Domino placuit, adminiſtravit, beatoque fine ex hujus incolatu ſeculi ad Auctorem vitæ transivit. Cæterùm, ne quis nos, autumet, novam elicere fabulam, non ſequi veritatis regulam, Privilegii præſentis auctoritate thema narratiunculæ noſtræ dignum duximus roborare *g*.

d

e

f

g

Recitatur inſtrumentum

21 "In nomine Patris, & Filii, & Spiritus „Sancti. Ego Adalbero, Dei gratiâ Wirzbur-„genſis

A. ANONYMO. ,,genſis epiſcopus, notum eſſe volo omnibus ,,Chriſti fidelibus, qualiter parentes mei ob ſa- ,,lutem animarum ſuarum in loco Lambach di- ,,cto congregationem inſtituerunt clericorum; ,,& qualiter ego hæres eorum factus, licentiâ ,,domni Apoſtolici Papæ Gregorii (qui & Hilti- *h* ,,brandus *h*) pro hac in eodem loco congrega- ,,tionem ſubſtitui monachorum, conſenſu & ,,conſilio parrochiani epiſcopi Batavienſis, ſci- *i* ,,licet Altmanni *i*. Et quoniam communis vita ,,monachorum plùs indiget, quàm ſecularium ,,conventus clericorum, ad ſupplementum eo- ,,rum ex noſtro adauxi fiſco quatuor videli- *k* ,,cet ſilvas, quarum duæ juxta Trunam *k* in *l* ,,parte Aquilonari ſunt ſitæ; una mercato Wels *l* ,,inferior; alia ſuperior. Inferioris verò hardis ,,nemorarius erat Enzo; ſuperioris autem hardis *m* ,,nemorarius *m* erat Engizo. Ex altera autem ,,parte ejuſdem fluminis Trunæ contra Meri- *n* ,,diem duæ ſilvæ; una ad Buchenloch *n*, cujus *o* ,,nemorarius Bero erat; altera ad Etterwalt *o*, ,,cujus nemorarius Ello erat. In his ergò ſilvis ,,ſolus abbas abſque ulla contradictione pro ſuo B ,,libitu habet poteſtatem evellendi, domos ædi- ,,ficandi, plantandi, molendinos faciendi, ve- ,,nandi, inſuper, quidquid ad utilitatem Fratrum ,,inde potuerit excogitari.

22 ,,Addidi inſuper, quantum mihi prædii *hujus fundationis,* ,,de patruo meo Arbone ad Zuiſil *p* contigit, ,,& vicinum mercatum ad Wels; duo quoque *p* ,,mercata in Francia *q*, unum ad Onoldesbach *r*, *q r* ,,ad Geroldshoven *ſ* alterum, cum omni utili- *ſ* ,,tate ad ipſa pertinente, & parrochiam, quæ *t* ,,dicitur Tutenſteten *t*. Hæc omnia Ekkeberto, ,,venerabili abbati, commiſi eo, quo ego hæc ,,jure habui, monaſteriique curam poteſtativè ,,habere feci. Hujus rei teſtes ſunt Eberhardus ,,comes, Marchwardus, Gerungus, Ebo, Hein- ,,ricus, Zeizolf, Arbo, Porn, Nendingus, Ar- ,,cho, Herrandus, Penno, Wermut, Arbo, Erchen- ,,bertus, Adalramnus, Altmannus, Adelbertus. ,,Actum eſt Ratiſponæ anno MLVI. Indictione ,,VIIII. Epiſcopatûs autem domni Adalberonis *u x* ,,XII *u*. Deinde *x* poſt aliquantum temporis abba- ,,tis Ekkeberti coactus piis petitionibus ab hoc o- ,,nere ſibi impoſito eum abſolvi; ſed ex ſuis ille *y* ,,unum Fratrem, nomine Becemannum, in hoc C ,,abbatiæ onus elegit *y*. Hunc quoque pergens ,,mecum illùc adduxi, eamdemque rem, qualiter ,,anteceſſori ſuo commiſſa erat, commiſi.

23 ,,Cùm autem hoc ipſum monaſterium, *ab eodem deinde bis confirmata.* ,,inſtauratum, à ſupradicto epiſcopo Altmanno *z*, *z* ,,& à me pariter dedicaretur anno Dominicæ In- *aa* ,,carnationis MLXXXVIIII *aa*, Indict. XII. Epactâ ,,VI. Concurr. VI. XVIII. Kal. Octobris, anno ,,ordinationis domni Altmanni XXV, meique XLV, ,,iterum & tertiò hæc, quæ priùs feci, renova- *bb* ,,vi, tradens tunc ad altare S. Mariæ, & S. ,,Kiliani unam ſtabulariam curtem *bb* ad do- ,,tem, ſimul cum his omnibus, quæ à me, vel ,,à parentibus meis, antè ad illud tradita fue- *cc* ,,rant. Hæc epiſcopali banno *cc* atque hujuſ- ,,modi anathemate ambo epiſcopi confirmavi- ,,mus, ut, ſi quis hanc traditionem deſtruere ,,præſumpſerit, ligatis manibus & pedibus, mit- ,,tatur in tenebras exteriores; ibi erit fletus & ,,ſtridor dentium.,,

24 Qualiter autem ſollemnitas Dedicationis *Litteræ, quibus B. Adalbero B. Altmannum* ſit percelebrata, paucis in ſequentibus liquebit. Beatus præſul Adalbero, ut effectui manciparet, quod pio conceperat animo, literas epiſcopo Altmanno, amico intimo, tranſmiſit, hæc continentes: "Altmanno, patri ſancto & venerabi- D ,,li, ſanctæ Patavienſis eccleſiæ digno præſuli, ,,Adalbero, Dei gratiâ Herbipolenſi eccleſiæ ,,præfectus, licèt nunc violentorum manu inju- ,,ſtè ejectus, Fontem vitæ ſentire, & ad ejus ,,hauſtum pervenire. Quia, teſte Propheta, in ,,manu Domini ſumus, ut lutum in manu fi- ,,guli *dd*, & Figulus noſter lutum in quamlibet *dd* ,,facit tranſire formam & imaginem, defectivam ,,tamen (quia debemur morti nos, noſtraque; ,,& omne, quod eſt genitum, tendit ad interi- ,,tum; jamque canus enervitatem ſuam mun- ,,dus ad deteriora vergendo indicat, quam *ee* in- *ee* ,,dies deficiendo labitur, & lapſum defectio- ,,nis ruina inſequitur) vereor affatim, ne nos ,,improviſos & imparatos fluctibus ſuis ingur- ,,gitet.

25 ,,Quoniam autem, diſpenſante Deo, quaſi *ad dedicandam Lambacenſem eccleſiam* ,,poſtliminio paternæ hæreditatis ſolus relictus ,,ſum hæres, ſatis multùm pertimeſcendo medi- ,,tatus ſum nocte cum corde meo, ne propter ,,varia rerum diſpendia, quæ poſthàc ſuperve- ,,nient univerſo orbi, & propter hominum pòſt ,,futurorum inertiam, conſecratio Lambacenſis E ,,cœnobii in longa tempora differatur, & dilata ,,intermittatur (Scio enim, pater mi, quia ju- ,,ſtis ſupplicationibus ſemper præſtò es, & pia ,,vota intueris) propterea multâ confidentiâ ani- ,,matus & roboratus peto, rogo, ut intuitu di- ,,vini timoris per induſtriam ſanctitatis tuæ con- ,,ſecratum *ff* vertatur in oratorium, quod pia *ff* ,,ſollicitudo patrum meorum condidit monaſte- ,,rium, ubi divinum jugiter adjutorium invoce- ,,tur, & Deus in Sanctis ſuis laudetur.

26 ,,Quamvis hoc per me fieri liceret, non *invitavit;* ,,expedit quidem; vetant etiam decreta falcem ,,mittere in alienam ſegetem, ne uſurpatio & ,,indiſcreta invaſio alienæ rei, auſuſque temeri- ,,tatis generet offenſam, odium, aut ſchiſma ,,in contubernio fraternæ unitatis. Felicem enim ,,me fore, exiſtimo, ſi, me agente, me pa- ,,trante, me marthante *gg*, tam ſacratum per- *gg* ,,petratum fuerit negotium; tu felicior, ſi tuâ ,,beatâ operâ ille, quem cæli capere non poſſunt, ,,locum ſibi habitationis cum Sanctis ſuis hac ,,in æde delegerit. Qui te, ut pupillam oculi, ,,cuſtodiat, & ſub umbra alarum ſuarum pro- ,,tegat. Amen.,,

27 Pius autem epiſcopus, viſis literis, ga- F *& ad has redditæ à B. Altmanno,* viſus eſt, & Amico dilecto literas tranſmiſit di- lectione plenas, hunc tenorem continentes: "A- ,,dalberoni, patri beato & venerando, ſanctæ ,,Herbipolenſis eccleſiæ antiſtiti per omnia di- ,,gno, Altmannus Dei gratiâ Patavienſis ſedis ,,pontifex *hh*, licèt indignus, in tribulatione non *hh* ,,deficere, in fide ſtare, viriliter agere. Ne cir- ,,ca vilem patulumque morer orbem, literis ,,ſanctitatis tuæ viſis, quaſi de gravi ſomno ſum ,,ſuſcitatus, & adeò exhilaratus, ut mæror, qui ,,præcordia dudum cinxerat mea, admodùm ſit ,,mitigatus. Funiculo triplici, quem philoſo- ,,phia manibus ſummæ diſcretionis & provi- ,,dentiæ tribus fidibus, fide ſcilicet, ſpe & cha- ,,ritate contexuit, in tantum nos connexuit, ,,conſociavit, counivit ſapienter, fortiter, falu- ,,briter, ut nullo erroris impulſu rumpatur, et- ,,iamſi quovis impetatur periculorum & diſcri- ,,minum turbine.

28 ,,Hunc eſſe funiculum, puto, de quo *in quibus hîc illius precibus annuit.* ,,Sapiens quidam, FUNICULUS, inquit, TRI- ,,PLEX DIFFICILE RUMPITUR *ii*. Cùm autem *ii* ,,dicit DIFFICILE, innuit, ſuum quoque modo ,,poſſe

A „poſſe rumpi funiculum. Noſter autem funicu-
„lus nunquam rumpetur, dummodò fervor cha-
„ritatis non refrigeſcat, aut tepeſcat. Quid plu-
„ra? Paratus ſum tecum in carcerem & in mor-
„tem ire; & quomodò juſtè petita negare tibi
„potero, qui nîl negans, vultum tuum honora-
„re ſemper paratus ſum, & ero? Ego quidem,
„ſicut petis, ſollemnitatem dedicationis tecum
„celebraturus venio; ſed vereor, ne, dum mul-
„torum nitimur militare compendiis, vertatur
„in contrarium, & hoc à communibus alis, quæ
„naturali quadam animi feritate etiam inſontibus
„irrogare depilationis moliuntur diſpendia, dum
kk „noſtrâ opinantur tripudiare præſentiâ *kk*. His
„& aliis charibdium furiis, quæ emergere poſ-
„ſunt,

„In noſtras curas area lata patet.

29 „Sed ejus erit ea mitigare, cui ſervire eſt
eumque amiciſſimè laudavit & ſolatus eſt. „regnare. Prex *ll* tua imperium eſt. Præterea *mm*
ll *mm* „prudenter feciſti, quòd faciem meam honorâ-
„ſti, & legem meam diocæſianam mihi exequen-
„dam adjudicâſti. Tamen ſi divinum illud of-
„ficium aggreſſus fuiſſes, parùm in me deli-
B „quiſſes; quia tecum ſentio, tecum ſum & e-
„ro, tua facta per me ſunt omnia protinus al-
„ba. Quia verò juxta præceptum Domini jube-
„mur afflictis, in tribulatione poſitis, conde-
nn „ſcendere, ſocios *nn* paſſionum fieri, fluctuan-
„tes ſolari; moneo, ſuggero, ſuadeo, ne defi-
„cias à diſciplina Domini, & ne fatigeris, dum
„ab eo argueris; quem enim Dominus diligit,
„corripit, & quaſi pater in filio complacet ſi-
oo „bi *oo*. Juxtà eſt etiam his, qui tribulato ſunt
pp „corde & humiles ſpiritu ſalvabit *pp*. Gaude,
„Pater mi, & lætare, quia dabit Deus his quo-
„que finem, & dum minimè credis,

„Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur,
„hora.

„Deus Pater miſericordiarum, & Deus totius
„conſolationis, conſoletur nos in omni tribula-
qq „tione noſtra, Amen *qq*.„

30 Paucis perinde evolutis dierum interſtitiis,
Statuto die Altmannus & Adalbero eccleſiam Lambacenſem, menſe octavo *rr*, eo videlicet tempore, quo
rr Judæi feſtum ſcenopegiæ *ff* celebrabant, hodié-
ff que celebrant, tempore illo, quo omnis pro-
C ventus totius anni in unum congregatur, unde
& Autumnus tempus illud appellatur (nam cor-
nu pleno copiâ tempus perfudit, fugit hoc ino-
pia, quo totus annus ludit) venit epiſcopus Alt-
mannus Lambach, ſicut citatus erat: præſul
verò Albero totus feſtivus & lætabundus occur-
rit ei, excipiens eum cum laudibus, hymnis &
canticis; acſi angelum Dei excepiſſet, ita in ad-
ventu ejus jocundatus eſt, &, quod reliquum
fuit diei, vicaria & charitativa collatione expen-
ſum eſt. Crepuſculo autem alterius diei illuce-
ſcente, omnia ad diem feſtum pertinentia para-
ta erant. Jamque procedunt ambo epiſcopi, ſuo
tempore pontificalibus induti, jam quaſi Deiſti-
cati, Spiritu Sancto præduce.

in qua hic miro caſu ſepulturam ſibi eligit, 31 Epiſcopus quidem Altmannus majus &
tt principale altare in honore beatæ Dei Genitricis,
& S. Kiliani martyris ſociorumque ejus conſe-
crat; & hoc propter geminæ devotionis affectum;
tum propterea, quia pius pater Albero *tt* epi-
ſcopium Wirzburgenſe rexit; tum quia filius ejuſ-
uu dem loci extitit *uu*. Altare verò, quod ſecundum
à principali locum obtinet, beatus præſul Albero
in honore S. Johannis Evangeliſtæ, aliorumque
Sanctorum, quorum reliquiæ ibi ſunt recondi-
xx tæ, conſecrat; & cùm jam gerula *xx*, ſacra

gerens officula, loco confeſſionis imponenda eſſet, gemma pontificalis annuli elapſa theeam incidit confeſſionis. Levita autem, quaſi novo experrectus miraculo, ut gemmam erueret, manum extendit. Epiſcopus verò clementer eum intuens, & *yy* aliquod divinum hac in re præſagium intelligens, Sine, inquit, fili, ſine; converſuſque ad clerum, & circumſtantem populum, digito deſignat locum, "Hæc, inquiens, „requies mea in ſeculum ſeculi: hîc habita-
zz „bo *zz*, quoniam elegi eam.„ A. ANONYMO. *yy* *zz*

magna cum ſolemnitate 32 Omnis ergò eccleſia circumfluæ regionis convenerat ad Dedicationis diem feſtum, ad ſacri exercitii ſpectaculum, eratque quadrifidum hac die largitate divina tripudium. Pœnitentes, cujuſcúnque criminis rei, de abſolutione & remiſſione peccatorum gratulabantur, pauperes de recreatione ſua jocundabantur, omnis in commune ætas verbo ſalutis & doctrinæ ſalutaris ab ore utriuſque pontificis feliciter hauſto ſpiritali gaudio replebatur, de viſitatione angelorum, in ſcala Jacob aſcendentium & deſcendentium, exhilarata conſolabatur, & quaſi Dominum ſummitati ſcalæ innixum cerneret, in ſanctitate & E
aaa juſtitia ei famulabatur *aaa*. Præterea, qui poſt Baptiſmi Sacramentum confirmandi lege Chriſtianorum erant, epiſcopis beatis ad confirmandum offerebantur, jamque ſigno victoriæ frontibus eorum unguine chriſmatis indito, quaſi in reges ungebantur, ſicut priùs in Baptiſmate oleo ſancto in ſacerdotes uncti ſunt; ut adimpleatur, quod Petrus de fidelibus ait: "Vos eſtis
bbb „genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta,
dedicant anno 1089. „populus adquiſitionis *bbb*.„

33 Hac etenim unctione percelebrata, ſumma totius Chriſtianæ religionis in nobis confirmatur, ſtabilitas fidei, priùs novella & rudis, conſolidatur. Eſt adhuc cauſa non contemnenda Confirmationis fidelium, ut videlicet inveniantur in numero centum quadraginta millium, qui in Apocalypſi ab angelo in frontibus ſignati, à nocumento quatuor angelorum, quibus datum eſt nocere terræ & mari, ſegregantur *ccc*. Cerneres *ccc*
ibi impletum, quod propheta ait: "Celebra,
„Juda, feſtivitates tuas, & redde Domino vota
ddd „tua *ddd*.„ Videtur & poëta nobis applaudere, *ddd*
jocundando ludens:

"Salve feſta dies, meliorque revertere ſem-
„per.„ F

Sollemnitate itaque ſollemniter ſollemnizata, ab omnibus diſceſſum eſt, gratiâ Dei uſque ad conſummationem ſeculi ibi perdurante. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIIII *eee* *eee*
Indict. XII. XVII Kal. Octob. *fff*. *fff*

Adalbero ſecundo, & Altmannus tertio anno pòſt moriuntur. 34 Secundo deinde anno beatus præſul Adalbero *ggg* migravit ad Dominum, ſepultus in *ggg*
eodem, quod dedicaverat, monaſterio, eo in *hhh*
loco, quem demonſtraverat digito *hhh*, patri- *iii*
bus & paternis participans ſepulchris in pace. *kkk*
Tertio itidem anno *iii* epiſcopus Altmannus obdormivit in Domino, tumulatus in monte Gotewico, in monaſterio, quod fundaverat *kkk*.

ANNOTATA.

a *Adi hujus Vitæ cap.* I, *num.* 14.

b *Fundationis, quam biographus hîc enarrare incipit, charta, inferiùs referenda, ſignæa eſt anno* MLVI; *beatus autem Altmannus non ante annum* 1065 *creatus eſt Patavienſis epiſcopus; qua igitur ratione potuit* B. Adalbero *hunc, velut*

A. ANONYMO.

Patavienſem epiſcopum, anno 1056 *conſulere, ejuſdemque conſenſum flagitare pro Benedictinis monachis in canonicorum Lambacenſium locum ſubſtituendis? Si pro* Altmanno *biographus nominâſſet* Engelbertum, *ejuſdem Altmanni deceſſorem, nulla fuiſſet difficultas. Vide dicta in Comment. prævio num.* 37.

c *Æquè infelix hîc fuit biographus in Romano Pontifice, quàm mox in Patavienſi epiſcopo nominando; nullus enim id temporis Romanæ Eccleſiæ præſedit* Gregorius, *ſed Victor II. Biographus, ut infrà videbimus, credidit, præſediſſe tunc S. Gregorium VII; verùm hic primùm anno* 1073 *ad ſummum illum Pontificatûs apicem aſcendit. Redi ad Commentarium prævium num.* 36 *& ſeqq.*

d *Ordinis S. Benedicti, ut habet Poëta in Vita inferiùs danda, & aliunde certum eſt.*

e *De hoc primo Lambacenſis cœnobii abbate conſonat Catalogus ejuſdem loci abbatum, quem ex autographo codice Lambacenſi vulgavit Pezius tom.* 2 *Scriptorum Rerum Auſtriacarum. Verba accipe:* Ekkebertus primus abbas à beato Adalberone epiſcopo Lambacenſi loco prælatus eſt,

B qui poſtea humillimis obtinuit precibus, ut hoc abſolveretur jugo; & abſolutus eſt, parvipendens ab hominibus vocari RABBI. *At quamdiu hic præfuerit, non comperi.*

f *De hoc ſic habet Catalogus mox laudatus:* Becemannus, unus è Fratribus ſuis (*id eſt, ex religioſis Ekkeberti ſubditis*) auctoritate epiſcopi Alberonis (*ſic ibi legitur pro* Adalberonis) & votiva Fratrum concordia petente, eligitur, durans uſque ad finem. *Sed in quem uſque annum vixerit, non additur. Porrò Becemanno mortuo ſuffectus ibidem dicitur* Sigisboldus, qui (*ut additur*) plures rexiſſe abbatias fertur, inter quas & Medelicam tenuit. *Vide, quæ ex hoc loco poſt Pezium obſervavimus in Comment. prævio num.* 44 *& ſeqq.*

g *In edit. Joann. abb. hîc ſubditur:* Litteræ fundationis.

h *Deſignat* S. Gregorium VII, *qui ante Pontificatum* Hildebrandus *dictus fuit; verùm hunc ſive ab ipſo biographo, ſive ab alio quopiam inepto interpolatore, huic loco perperàm inſertum eſſe, collige ex mox annotatis ad lit.* c, *ac latiùs ex Commentario prævio ibidem allegato.*

C i *Quæ de intruſo Pontificis* Gregorii *nomine dixi, eadem de Altmanni vocabulo hîc dicta ſunto. Relege Annotata ad hoc ipſum caput lit.* b *&* c.

k *Vide Annotata ad cap.* 1, *lit.* d.

l Mercati *varia ſignificatio legi poteſt in Gloſſario Cangii. Hîc uſurpari videtur pro foro, ſeu loco nundinarum; niſi fortè ea vox hîc accipienda ſit pro agro terræve ſpatio, certum auri vel argenti pondus, quod* Marcam *vulgò appellant, quotannis pendente. Porrò* Welſa, *vulgò* Wels, *Superioris Auſtriæ ad Trunam oppidum eſt, quod ad Arnoldum,* B. Adalberonis *patrem, pertinuiſſe, in Commentario prævio annotavi.*

m *Id eſt,* cuſtos nemoris.

n *Ad hanc vocem ſæpe laudatus Sigiſmundus Calles in Indice Topographico ad partem* 1 *Annalium Auſtriæ hæc annotavit:* Sylva ad Trunam fluvium in parte Auſtrali, juris Lambacenſis: *unde colligendum videtur, eamdem ſilvam eodem nomine hodieque exſtare, & ad Lambacenſe monaſterium etiam pertinere.*

o *Laudatus Calles ad hanc vocem ibidem ait:* Olim ad Trunam fluvium Superioris Auſtriæ; D *ubi* olim *haud dubiè addidit, quòd is eo nomine non ampliùs exſtet.*

p *Ad hanc quoque vocem Calles ſic habet:* Zwiſila, Zwiſelburg. Vide Wiſelburg, *de quo præmiſerat:* Wiſelburg, olim Zwiſela, & Zwiſelburg... caſtrum ad Erlafam fluvium in Auſtria Inferiori.

q In Francia, *ſcilicet* Orientali, *ſeu* Franconia, *ex qua oriunda fuit Regila,* B. Adalberonis *genitrix.*

r Onoldium, *aliàs* Onſpachium, *ſeu* Anſpachium, *Germanis* Onolzbach, Ohnſpach & Anſpach *dictum, Germaniæ oppidum cum caſtro eſt in Franconia, & cognominis Onoldini marchionatus caput.*

f Geroldshofen *apud Merianum in Topographia Franconiæ recenſetur inter oppidula epiſcopatûs Herbipolenſis.*

t *Hic locus eo mihi nomine ignotus eſt.*

u *Omnes haſce notas chronicas & inter ſeſe, & cum chronotaxi mea rectiſſimè cohærere, jam monui in Commentarii prævii* § III, *atque hinc probavi, nomina Gregorii Papæ & Altmanni Patavienſis epiſcopi ab interpolatore quodam in hanc* E B. Adalberonis *chartam fuiſſe intruſa.*

x *Hinc incipit altera inſtrumenti pars, priori multis annis pòſt ab eodem beato Fundatore addita.*

y *In Catalogo abbatum Lambacenſium verbis lit.* f *recitatis dicitur* Becemannus *non ſolo Ekkeberto, ſed etiam,* votiva Fratrum concordia petente, *ſuffectus abbas fuiſſe.*

z *Rectè hîc nominatur Altmannus, qui tunc jam numerabat annum epiſcopatus ſui vigeſimum quintum; ſed ex eodem, quem ſuprà ad lit.* i *notavi, errore vocem* ſupradicto *biographus, vel quidam alter perperam adjecit.*

aa *Joan. abb. hîc legit:* Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVIII. *Sed cum Pezio legendum eſſe* MLXXXVIIII, *probavi in Commentario prævio* § III, *ubi & de ceteris adjectis notis chronicis egi.*

bb *Id eſt, aream, ſeu locum, ſtabulis ad pecora paſcenda inſtructum, vel diverſorium.*

cc *Id eſt,* edicto.

dd *Jerem. cap.* 18, ℣. 6: Ecce, ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſraël.

ee *Rectiùs hîc apud Joann. abb.* Quoniam. F

ff *Ibidem vitiosè:* Conſecratam.

gg *Ibid.* Procurante.

hh *Fuerat etiam ipſe B. Altmannus pro cauſa Eccleſiæ Dei è ſede ſua ab Henricianis deturbatus; ſed anno* 1082, *faventibus Leopoldo & Ottocaro, Auſtriæ ac Styriæ marchionibus, in eam epiſcopatus ſui partem, quæ ab Anaſo fluvio ad Orientem protendebatur, reſtitutus, alteram interim partem primò Hermanno, deinde Tyemone, ſchiſmaticis intruſis, occupantibus.*

ii *Eccleſ. cap.* 4, ℣. 12.

kk *Obſcuræ tropicæ phraſis, quam eodem modo tum in autographo Lambacenſi, tum in editione Joannis abbatis legi aſſerit Pezius, hic ſenſus eſt: Vereor, ne, dum multorum compendio ſervire volumus, obſequium noſtrum in noſtrum damnum vertant communes inimici noſtri, ſchiſmatici ſcilicet, etiam dum noſtrâ præſentiâ ſe gaudere mentiuntur.*

ll *Obſoletum vocabulum* prex, *à quo* precis *&c.* Prex *ergò hîc pro* preces *ponitur.*

mm *Joann. abb.* Propterea.

nn *Idem* ſocii.

oo *Pro-*

A

oo *Proverb. cap.* 3, ℣. 12.

pp *Psalm.* 33, ℣. 19.

qq *Apud Pezium sequentibus præmittitur hic titulus :* Qualiter dedicatio Lambacensis monasterii à duobus episcopis sit percelebrata. *Apud Joan. abb.* celebrata, *cetera consonant.*

rr *Lege :* septimo, *sive biographus hîc mensem Hebraicum, sive veterem Romanorum, seu mensem Septembrem, ut debuit, indicare voluerit, uti ex dicendis patescet.*

ss *Observat Pezius, in Ms. codice Lambacensi vitiosè legi :* Scenopheiæ ; *in editione verò Joan. abb.* Scenop Regiæ. *Est porrò* Scenopegia *vox Græca Latinè* Festum Tabernaculorum, *quod Judæis celebrandum erat per Septem dies, à die* 15 *mensis septimi, qui lunationi nostri mensis Septembris respondet.*

tt *Joan. abb.* Adalbero ; *monet tamen Pezius, in Lambacensi codice legi* Albero, *quod etiam in Libello miraculorum, seu studio, seu ex oscitantia, aliquando factum infrà videbimus.*

uu *De SS. Kiliano ac duobus sociis, Franconiæ apostolis, Herbipoli occisis & cultis, consule Acta nostra ad diem* 8 *Julii. Ceterùm biographus*

B *hîc allegat causam, cur* Adalbero *ecclesiæ Lambacensis altare princeps etiam SS. Kiliano & sociis dicari voluerit ; quia videlicet in ecclesia Herbipolensi, in qua illi coluntur, & admodùm juvenis educatus fuerat, & ejusdem episcopus erat.*

xx *Id est, arcula, sacras reliquias, altari de more inserendas, continens.*

yy *In editione Joan. abb. desiderantur ista sequentia :* Et aliquod divinum hac in re præsagium intelligens.

zz *Id est, Hîc sepeliar, uti etiam factum est.*

aaa *Lege Geneseos cap.* 28.

bbb *Epist.* 1 *Petri, cap.* 2, ℣. 9.

ccc *Apocal. cap.* 7, ℣℣. 2 *&* 3.

ddd *Nahum cap.* 1, ℣. 15 : Celebra, Juda, festivitates tuas, & redde vota tua.

eee *Apud Joan. abb. legitur :* MLXXXVIII ; *sed suprà cum Pezio ostendi, cum autographo legendum esse :* MLXXXVIIII.

fff *Suprà legebatur eadem sollennitas peracta* XVIII Kal. Octobris. *Vide dicta in Commentario prævio num.* 50.

ggg *Nempe anno* 1090, *die* 6 *Octobris.*

hhh *Redi ad num.* 31 *hujus capitis. Hac etiam ratione impletum est, quod* B. Adalbero *in juventute futurum prædixerat, ut conderet monasterium, in quo esset tumulandus. Adi Comment. prævium num.* 27 *& sequenti.*

C

iii *Obiit B. Almannus anno* 1091, *die* 8 *Augusti ; ac proinde non anno tertio post hanc dedicationem, sed secundo post unum mensem pausosque dies complendo, sive illa die* XVIII *sive* XVII *sive etiam* XVI *Kalendas Octobris anni* 1089 *contigerit.*

kkk *Sic & B. Altmanni impletum vaticinium est, de quo vide Commentarium prævium num.* 27 *& sequenti.*

A. ANONYMO.

LIBER MIRACULORUM,

Auctore eodem monacho Lambacensi, sed in fine parùm auctus ab aliis,

Ex eadem editione Hieronymi Pezii tomo 2 *Scriptorum rer. Austriac.*

VETUS CAPITUM PARTITIO.

E

Præfatio.

CAPUT I. De paralytico post longam ægritudinem sanato.

II. De puero, utroque pede claudo.

III. De manu arida vinitoris.

IV. De muliere, cujus palmæ colus innexus erat.

V. De muliere curata, cujus manui fusus inhæserat.

VI. De milite sanato.

VII. De muliere, sola cogitatione salvata.

VIII. De uxore militis sanata.

IX De morbo militis curato.

X. De patre-familias ægrotante sanato.

XI. De uxore cujusdam nemorarii sanata.

XII. De quodam paupere, post longum languorem sanato.

XIII. De muto, divinitus sanato.

XIV. De filia viduæ, in itinere obeunte.

XV. De muliere, harpaginem sinistrâ ferente, & liberata.

XVI. De muliere cæca illuminata.

XVII. De quodam cæco illuminato.

XVIII. De muliere contracta sanata.

XIX. De puero claudo & muto sanato.

F

XX. De puero claudo sanato.

XXI. De cœco à nativitate, illuminato.

XXII. De puero muto curato.

XXIII. De puero muto divinitus sanato.

PRÆFATIO.

Profitetur auctor, se solùm pauca ex miraculis, quæ vidit, relaturum.

ANtiqua miracula, divinâ clementiâ circa tumbam beati patris nostri Adalberonis *a* hactenus actitata, propter sui pluralitatem omisimus : nam & pleraque oblivio absorbuit, pleraque incuria abolevit. Consulendum etiam tardis & inertibus fore, existimavimus, ne congesta copia eis fastidium pareret *b*. Paucula tantùm ex his, quæ vidimus & audivimus, quæ manus nostræ tractaverunt, annotare summatim potiùs, quàm latiùs prosequi, satagimus, ut modica saltem stilla situlæ devotioni posteritatis propinetur, si fortè occasione competenti

a

b

A. ANONYMO. Deus in Sanctis ſuis laudetur. Sacrum ergò pii Patris noſtri corpuſculum, ſacrum quietis ejus tumulum, ſacros ejus cineres pio affectu foveamus, diligamus, veneremur fideliter, ſuppliciter, humiliter. Implumes & imbecilles pulli ſub alas gallinæ confugiamus, ut àb ea protecti ac defenſati ipſius interventu gratiam & miſericordiam conſequamur; ne illo Evangelico denotemur elogio: "Quoties volui congregare filios ,,tuos, quemadmodùm gallina congregat pullos c ,,ſuos ſub alas, & noluiſti *c* ?,,

ANNOTATA.

a *Ex hoc aliiſque hujus Opuſculi locis ſtatui, auctorem illius Lambacenſem monachum fuiſſe; nec diverſum eſſe ab auctore præmiſſæ Vitæ, probavi in Commentario prævio num.* 15.

b *Etiam aliis minus peperiſſet tædii, ſi ſubinde ab ineptis parergis abſtinuiſſet.*

c *Matth. cap.* 23, ℣. 37.

B

CAPUT I.

Paralyticus puer utroque pede claudus, vinitor, cui brachium aruerat, duæ mulieres divinitus punitæ, & vir nobilis ex diuturno morbo penè confectus, incolumes reduntur.

CAPUT I. *Paralyticus & contractus, dum Juvavium vehitur,*

VErgente mundi veſpere, cùm Sol juſtitiæ radiis miſericordiæ clementioribus, ſtillicidiiſque gratiæ uberioribus Lambacenſem locum viſitare dignaretur, paralyticus quidam de parochia, quæ dicitur Gutowa, in confinio Bohemorum, vehiculo brevi conducto pretio ſuperjectus, ad Juvavienſem *a* ſe tranſportari eccleſiam impetravit. Comitabantur eum eò plures ex eadem regione illuſtres viri, divites, mediocres, paupereſque, causâ orationis limina Sanctorum petituri, ſalutiſque, quam audierant ibi celebrari, participes effici geſtientes. Evolaverat enim fama, quemlibet peccati contagione obvolutum, à liminibus oratorii, juſtitia dictante divina, ſuſpendi & arceri (ſicut etiam de Maria legitur Ægyptiaca *b*) nec quemquam, niſi bene emendatum, ſolerterque vitiis emundatum, poſſe ingredi.

a

C

b

Lambaci ad B. Adalberonis ſepulcrum depoſitus,

3 Ventum eſt ergò ad Lambacenſem locum: ibi metam ſuæ itionis fixerat, ibi omnium ſacra loca inviſere cupientium portus & aſylum erat, ut confeſſionis medelâ mundati, pœnitentiâ & ſatisfactione purificati, tutiùs & liberiùs Sancta Sanctorum peterent. Comites perinde fidi, miſericordiâ moti paralyticum geſtatoriæ *c* impoſitum, monticulique verticem, ſuper quem monaſterium beatæ Dei Genitricis conſtitutum habetur, fortiter nitendo ſcandentes, oratorium introëunt, homuncionem illum juxta ſepulchrum beati Præſulis excutiunt. Videres enim (excepta facie humana) non jam hominem, ſed ſimulachrum: nam quaſi truncus erat ficulnus inutile lignum, manibus recurvis, brachiis rigentibus, pedibus innexis natibus. Diurno itaque peracto Officio, Fratres ab oratorio ſecedentes ad ſua redière. Interim plebecula, quæ cum languido venerat, ſingulis perluſtratis altaribus, orationi vacant, peccata ſua confitentes, Deum precibus placant & fletibus.

c

D

4 Paralyticus itaque, longa vectione quaſſatus, doloriſque vehementiâ angariatus, ſomnum arripuit (quid in ſomnis viderit, mente excidit) & ecce, repentè ſe ſuberigens clamore ingenti vociferatur, fragor nervorum & compago viſcerum ſe ſolventium in tota eccleſia perſonat. Plebs novitate rei perculſa ocyùs advolat; plantis firmiter ſtantem reperiunt, quem pridem ſolo ſtratum reliquerunt. Deinde pater monaſterii cum omni congregatione ſupervenit; quid factum ſit, inquirit, veritatem rei à comitibus percipit. Illis autem tardiùs fidem accommodantibus, & aliquantulùm ſuper hac re titubantibus, is, qui ſanatus fuerat, adjuratus per nomen æterni Dei & Salvatoris Jeſu Chriſti, per omnia Sacramenta, per omnia jura jurat, confirmat credibiliter & veraciter, civibus ſuis & comitibus id ipſum conteſtantibus, in id ipſum conſentientibus, ſe omni tempore debilem, omni deſtitutum officio membrorum, multis non modò diebus, ſed annis, contractum, ſolius incoluiſſe lectuli ſentinam *d*, in gemitu laborâſſe, per ſingulas noctes lachrymis lectulum ſuum laviſſe, lachrymis ſtratum ſuum rigâſſe.

integram membrorum incolumitatem

d

5 Quid miſerum, miſeriis longis afflictum, ulteriùs quærendo & ſciſcitando affligitis? Ecce enim, Deus, omnium exauditor, intercedentibus beati Pontificis iſtius meritis, preces meas exaudivit, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis; eripuit me de tribulatione, quæ circumdedit me, & ſtatuit me ſupra pedes meos, & direxit (ut ipſi cernitis) greſſus meos. Tunc cedunt, tunc tot ac tantis adſtipulationibus edocti credunt: exin GLORIA IN EXCELSIS DEO tollitur, & nomen ejus laudibus exaltatur, qui ſalvos facit ſperantes in ſe, qui neminem vult perire, ſed omnes ad cognitionem nominis ſui venire. Sic veternosâ exutus tunicâ & ærumnosâ, veſtimentoque ſalutis & indumento lætitiæ indutus, ad ſuos, quaſi novus homo, pedes regreditur, qui priùs alieno ad vadendum utebatur vehiculo, cunctis civibus, notis & cognatis grande & delectabile ſpectaculum in ſe ipſo offerens. Acta ſunt hæc eodem anno, quo beati Virgilii oſſa ſunt revelata *e*, in Vigilia S. Johannis Baptiſtæ: nec ea veterum relatione cognovimus, quia oculis noſtris ea vidimus.

repentè obtinuit anno 1181.

F

e

II. *Puer, pedibus introrsùm contractis, claudus,*

6 In vicinia clauſtri juxta xenodochium, in monticulo *f*, cui collateralis eſt alter mons excelſus ſatis valdè, ædiculæ pauperum tunc temporis fuerant collocatæ, ubi natus eſt infantulus, primo quidem ortu omni formâ membrorum nullam habens eclipſin *g*, ſed adeò integer & incolomis habebatur, ut nullum naturalis corruptionis veſtigium in eo videretur. Dein procedente tempore ſenſum cœpit ægrotare, ægrotando deficere; deficiendo uterque pes contra ſe invicem introrsùm contrahitur & recurvatur. In radice autem montieuli rivulus blando præterfluit ſuſurro, cujus vocabulum, quia omnibus ferè patet, ſuperſilire *h* potiùs, quàm adnotare, dignum duximus. Mater itaque infantuli, exemplo Rachaëlis filios ſuos deplorantis, inconſolabiliter flebat & mœrebat, pectora contundens, lachry-

f

g

h

A lachrymarum flumina fundens; quia tenera pueri ætatula in doloribus & ærumnis dies ſuos conſumptura foret.

ad ejuſdem Beati tumulum allatus, ſubitò curatur.

7 Dicentibus namque cognatis & notis, vicinis & extraneis, cùm penes ſe haberet montem, in quo oportet orare, montem, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, cur ibi non expeteret ſuffragium, ubi etiam exteræ nationes, divinum ſibi non diſcrederent, Sanctorum mediantibus meritis, affore adjutorium; abiit, infantulum ſuum ſepulchro beati Adalberonis applicuit, orationeque completa, & ritu devotionis conſummato, infantulum ſanum recepit, quem eò ægrotantem detulit. Minùs enim neceſſarium fore, putamus, ut hæc hiſtoriola alieno fulciatur teſtimonio: nam & is, de quo ſermo eſt, infantiæ metâ tranſcensâ, ætatem nunc habet: ipſe de ſe & pro ſe loquatur. Nam & nos vidimus eum claudum, videmus etiam eum nunc exilientem, ambulantem, & laudantem Deum.

III *Idem contingit vinitori, i*

8 De Marchia Pannoniorum *i* vinitor quidam, Sclavica gente oriundus, brachium habens dextrum, humero quaſi inutile dependens lignum, cùm jam per omnia inutilis ſibi redditus foret, & officia manuum, quibus hæc vita regitur, penitus illi auxilium denegarent, pro inſtanti neceſſitudine, pro ſpe recuperandæ ſoſpitatis loca ſacra peragrare, Domino pro ſuis ſupplicare erratibus, votum vovit, & ſolvit. Nam brachium ab humero uſque ad ſummas manus cocturis frequentibus adeò uſtulaverat, ut modicum quid, exceptis ſtigmatum maculis, in brachio appareret; & hoc ea de cauſa, ut pus * omne imis emergens * viſceribus, dolor cederet. Sed minimè profuit, immò magis obfuit; quia dolorem dolori appoſuit. Nec mirum, ſi caduca humanaque medicina parùm operatur, cùm Largitor ſalutis contemnitur.

* *imò* omni pure
* emergente

ei ſui brachium dextrum exciderat.

9 Is ergò perveniens ad Lambacenſem locum, clàm oratorium ingreditur, ſepulchro beati epiſcopi Adalberonis proximans, ſolo ſternitur, ſiniſtra manu brachium aridum tumulo imponit, orationem fundit, meritis beati Præſulis curatur, officio priſtino recuperatur. Jam enim quaſi tertia inſtabat hora primæ refectionis, & ipſe mendicando ſtipem, ut paululùm recrearetur, petebat. Idioma namque linguæ ſuæ *k* idiomati Teutonico inordinatè & indiſcretè commiſcens, corruptiſſimos balbutiendo profundebat ſolæciſmos, & barbarizando infrendens, ridiculoſa edit ſemiverba, quæ audientibus cachinnum parerent. Hæc ab ipſo lachrymoſis percepimus vocibus, hæc manibus tractavimus: teſtis eſt enim ſcientiarum Dominus, nos nil fingere. O ſi poſſemus ex pluribus modicam ſaltem veritatis ſcintillulam elicere.

k

C

IV. *Inter multos Lambacum accurrentes in Hebdomada Majore, l*

10 Tempore illo Quadrageſimalis obſervantiæ, quo cuncta per orbem Eccleſia, Chriſti ardens ſequi veſtigia, corpus vigiliis, jejuniis affligens, præcepto Domini parens, parciùs utens verbis, cibis & potibus, reliquiſque, quæ convenientia hujus temporis exarata tenet, quæque non eſt opportunum *l* nunc latiùs perſequi, appropinquante jam die feſto Redemptionis noſtræ, multi non ſolùm ex vicinis, ſed etiam ex remotis regionibus, ad Lambacenſem confluxêre locum, plerique cauſâ orationis, plerique, ut ſacratiſſimis diebus divinis intereſſe cultibus valerent; alii, ut vulnera animarum intrinſeca medicamine Confeſſionis, & fomento pœnitentiæ curarent, ſeipſos ſecundum conſcientiæ meritum bene dijudicantes, ſicut Apoſtolus monet: "Quod-,,ſi noſmetipſos dijudicaremus, non utique ju-,,dicaremur: cùm judicamur, à Domino corri-,,pimur, ut non cum hoc mundo damnemur *m*.,,

A. ANONYMO.

m

Alii eò tendebant, ut vivificis Chriſti Sacramentis ibi tutiùs communicarent, ubi tutæ cuſtodiæ ſecundùm Deum vacare valerent. Idcircò enim juxta antiquam Patrum inſtitutionem hoc obſervat Eccleſia, ut in tribus ſacramentalibus feſtis ad Sacramentum Chriſti accedat *n* Eccleſia propter diverſos caſus, qui mortalibus poſſunt accidere, propter eos, qui ſubitanea & improviſa morte intereunt, ut his præmuniti Sacramentis inveniantur tandem in numero juſtorum, refrigerii rore percepto, ut dicitur: "Ju-,,ſtus, ſi morte præoccupatus fuerit, in refrige-,,rio erit *o*.,,

n

o

quâ occaſione ſcriptor multa hic parerga inſeruit,

11 Nitendum eſt ergò omnibus viribus, ut illùc repatriemur *p* per parſimoniam, unde cecidimus per gaſtrimargiam *q*. Perpendamus, attendamus, quanta mala, quanta ſcelera mundo protoplaſti intulerit inobedientia; quid gratiæ, quid miſerationis contulerit Chriſti uſque ad mortem obedientia. Conſiderandum pertimeſcendumque nobis eſt, quia propter infauſtum temerariumque morſum pomi infinita milium milia in ventrem nequitiæ ſuæ Leviathan abſorbuit, ſicut per Job dicitur: "Abſorbebit fluvium,,,& non mirabitur, & habet fiduciam, quòd in-,,fluat Jordanis in os ejus *r*,,

p

q

E

fluvio gentiles & Judæos ſignificans; Jordane baptizatorum numeroſitatem myſticans. Nunc verò inobedientia obedientiâ eliminatur, mors morte deſtruitur, morſus nequitiæ guſtu fellis & aceti pellitur. Verùm, quia propter brevitatem hiſtoriolæ ſubſequentis parùm, quod ad rem non pertinuit, exorbitavimus, nunc in orbitam convertamur.

r

mulier colum manui divinitus innexum gerens,

12 In quarta feria, quæ Dominicam antecedit Cœnam, quam multi reverenter obſervant, jejuniis & orationibus inſiſtentes propter Chriſti traditionem *ſ*, ſicut ſextam feriam propter ejus paſſionem, Sabbatum propter Genitricis ejus veneration em, inter cæteros, qui propter dies ſollemnes Lambach concurrerunt, venit mulier quædam, ſiniſtra manu ferens muliebris exercitii inſtrumentum, quod nos vulgò Colum vocamus, cui mulieres penſis adnexis ad nendum cottidiano inſudant labore. Quæ dum nocte ferianda, veſpere videlicet Sabbati, uſque ad crepuſculum noctis, qua requieſcere ab omni opere Chriſtianis præcipitur *t*, ipſa acriùs nendo laboraret, nunc dormitans, nunc evigilans, capite à cervice jam ad cadendum dependente, fuſus in terram labitur. Hinc experrecta, colum, caſum minitantem, ſiniſtrâ, ne penitus rueret, arripuit, arreptum tam ſtrictè tenuit, ut nulla ratione erui potuiſſet.

ſ

F

t

poſt fuſas preces liberatur;

13 Conclamant domeſtici, concurrunt cives & extranei, factum mirabile obſtupefacti mirantur. Conjicientes autem, dolo muliebri id fieri, fortibus fortiores, fortioribus fortiſſimi, ut colum ab ea evellerent, ſuccedunt, illa præ doloris nimietate vociferante, ne ſe læderent; à Deo factum crederent, quia legem prævaricata ſit. Venit ergò ad tumulum beati Adalberonis, & multitudine, quæ hac die convenerat, circumſtante & inſpectante, flens & ejulans procubuit, orationem luctuosè ſatis fudit, & infra hymnos matutinos, cunctis admirantibus, manus divinitus reſolvitur, ad terram colus labitur, poſtea aliquantiſper juxta ſepulchrum ob memoriam ſigni ſalutaris appenditur *u*, & laus ei ab omnibus

u

A. ANONYMO. bus concinitur, qui in Sanctis ſuis eſt glorioſus & mirabilis. Quòdſi neceſſitas expoſceret, in teſtimonium, non duos vel tres, ſed totam illam produceremus eccleſiam: nam & ſi illud quid valet, quæ retulimus, oculis noſtris vidimus.

V. *uti & altera, cui ſuſus in violati feſti pœnam*

14 Conſequens videtur, & ſeriei narratiunculæ non contrarium, immò congruum ſi præcedenti miraculo factum mulieris prævaricatricis ſubnectamus, ut videlicet colo fuſum jungamus, quia aliquam cognatam vicinitatem fuſus cum colo habet. Nam & unum ſine altero nil valet, ſicut enſis abſque capulo inutilis eſt. Muliercula quædam, dum nocte ſollemni, quâ feriandum foret, inſtans in jus *x* nendo vexaretur, fuſo jam ſtamine completo, dum eum avellere nititur, manui ejus tam firmiter innectitur, ut nullo trahentium niſu, nullo motu erui potuiſſet. Cognati, vicini, noti & amici, ut eam conſolarentur, ſinguli de ſuo loco venientes, & circa eam ſedentes, divinitus conceptum offerunt ei conſilium, ſicut amici Job feciſſe leguntur.

x

B *manui adhaſerat.*

15 Sed iſti diviniori intentione, Quid tu, inquiunt, ſalutem tuam negligis? Cur te contemnis? Qui ſibi nequam, cui bonus? Age ergò, & nunc tandem aliquando redi prævaricatrix ad cor, jacta cogitatum in Domino, ſpera in eo; & ipſe te enutriet; tranſmigra Lambach ad locum Deo dilectum, locum gratiâ & miſeratione repletum, quem longiùs remoti gratiâ recuperandæ ſanitatis expetunt, & petita* percipiunt. Propitiabitur enim tibi Deus, ſicut multis propitiatus eſt: habebis nos comites, fidos in omnibus cooperatores, devotos ſalutis tuæ fautores. Illa ſpebus his *y* animata, fidelibus adquieſcens ſuaſionibus, ad locum tendit præfatum, ante ſepulchrum beati Viri contritione pleniſſima procubuit, oratione ad Dominum fuſa, comitibus Deum in veritate invocantibus, manus diu clauſa reſolvitur, fuſus, manui adhærens & inhærens, eruitur, & laus in cælum cum gratiarum actionibus attollitur.

**an petitam?*

y

VI. *Vir nobilis graviſſimè ægrotans, cæleſti viſione monitus,*

16 Miles, cujus nomen *z*, quia notiſſimus eſt, ſilentio magis tranſire, quàm onerare, maluimus, longâ ægritudinis inediâ depreſſus, lectum incidit valetudinis, febribus, aliiſque incommodis acerrimè die noctuque laborans, lachrymis, ſuſpiriis, ſtratum ſuum indies rigans. Jam omnia membra, quaſi emortua, officia ſua amiſerant, jam corpus effœtum *aa* uſque ad internecionem languerat, jam deſperatus & ab omnibus neglectus jacebat; vix vitalis halitus in pectuſculo faucio ſpirabat, vix lumina hebentia lucem hauriebant, jam medici omnia, quæ rodere & emungere quiverant, aſportaverant; cùm, ecce, Dominica nocte, quæ octava à die ſacratiſſimæ Reſurrectionis obvenerat, nocte ferè tota luctibus & gemitibus conſumpta, ut mos eſt languentium, crepuſculo diei jam proximante, præ nimia fatigatione obdormiſceret, veneranda ei apparuit perſona, angelicâ facie nitida, ſtellantibus oculis dulcis & grata, ore ſereno, vultu jucundo, ſtola Pontificali amicta perlucidâ, & ſic eum alloquitur.

z

aa

C

ad Beati tumbam delatus, continuò ſanatur.

17 Quid tu, inquit, homo, ſomno inertiæ deprimeris? Non intelligis, parùm humanum tibi profuturum adjutorium, quamdiu divinum contemnis invocare auxilium? Si propitium cupis tibi fore Deum, ſi iram mitigare geſtis Tonantis, ſi vincula tribulationis imminentis vis diſrumpi, & à præſenti languoris agone eripi; verſus Lambach, omni ſubmota occaſione *bb*, greſſus dirige, Sanctorum obnixè efflagita ſuffragia; & ſanaberis. His dictis, viſio, quæ apparuit, oraculo perorato, diſparuit. Aurora curſum provehente, æger ſomno excitus, viſionem uxori & filiis retulit; qui viſitatione miſericordis Dei animati in lachrymas ſolvuntur; moxque vehiculo aſcenſo, ad locum ſibi divinitus demonſtratum tendit. Dein manibus ſervulorum ad tumbam beati Pontificis ducitur, orationis devotione rituque oblationis, quam ei prædicta revelavit, edocuitque viſio, percelebrato, miles ſurrexit incolumis, pedes domum revertitur, qui priùs vix alieno fultus adminiculo ad eundum utebatur.

D

bb

ANNOTATA.

a Juvavia, *vel* Juvavium, *nunc communiùs* Salisburgum, *vulgò* Saltzburg, *Germaniæ civitas archiepiſcopalis eſt in circulo Bavariæ, caputque Salisburgenſis ditionis, quæ in ſui archiepiſcopi dominio eſt.*

b *Conſule hujus Sanctæ Vitam cap.* 3, *num.* 22 *& ſequenti, in Opere noſtro ad diem* 2 *Aprilis.*

E

c *Id eſt:* Lecticæ.

d *Id eſt:* Lectulo ſuo perpetuò decubuiſſe.

e *S. Virgilii Salisburgenſis epiſcopi oſſa reperta fuiſſe anno* 1181, *jam obſervavi in Commentario prævio num.* XI; *atque hinc liquet de ætate ſcriptoris, qui dicti paralytici curationis oculatum teſtem ſe profitetur. Hinc etiam ſimul collige, cur ſuprà laudati peregrini è confinio Bohemorum Salisburgum profecti fuiſſe dicantur; nimirum, quia tunc S. Virgilii, aliorumque trium Sanctorum Salisburgenſium antiſtitum corpora inventa multis inclaruerant miraculis; de quibus vide Baronium in Annal. Eccleſ. ad eumdem annum. De S. Virgilio agendum erit in Opere noſtro ad diem* 27 *Novembris, quo ille in Martyrologio Romano celebratur.*

f In monticulo *deſideratur apud Joan. abb.*

g *Id eſt:* Defectum, *ut habet Joan. abb.*

h *Apud eumdem:* Superſilere.

i *Id eſt: De limite ſeu confinio Pannoniorum.* Marchia *enim Latinè regionum* Limitem, confinium *ſonat.*

k *Sclavoniæ videlicet ex præmiſſis.*

l *Apud Joan. abb. malè:* Quæque non eſt importunum.

F

m *Epiſt.* 1 *ad Cor. cap.* XI, ℣. 31: Quòd ſi noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur: dum judicamur autem, à Domino corripimur.

n *Scilicet non eadem ſemper fuit diſciplina Eccleſiæ in ſacra Communione præſcribenda. Quod hùc ſpectat, Concilii Agathenſis canon* 18 *ſic habet:* Sæculares, qui Natale Domini, Paſcha & Pentecoſten non communicaverunt, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur. *Illatus hic canon eſt in Decretum Gratiani De Conſecrat. diſtinct.* 2, *cap.* 9.

o *Sapient. cap.* 4, ℣. 7.

p *Id eſt:* Revertamur in patriam.

q *Monet hîc Pezius, in Lambacenſi codice vitiosè legi:* Caſtrimariam. *Eſt autem* Gaſtrimargia *vox Græca Latinè* ventris voracitas, *ſeu* gula. *Joannes abb. ſubſtituit:* Inobedientiam & gulam.

r *Job cap.* 40, ℣. 18, *ubi iſta dicuntur de* Be-

A Behemoth. *Conſule interpretes de litterali ac myſtico hujus loci ſenſu.*

s *Quomodò hæc accipienda ſint, collige ex Nicolao I Papa in reſponſis ad conſulta Bulgarorum apud Labbeum tom. 8 Concilior. col.* 518. Quartâ feriâ quamvis è cæteris diebus præter ſextam feriam ſit ampliùs mœroribus operandum, pro eo, quòd Dominus ipſo jam die in corde terræ, id eſt, Judæ traditoris, quodam modo ſepultus erat, dum hunc ipſe morti tradere meditabatur, tamen *&c.*

t *Fuit aliquando variis in regionibus conſuetudo, ut pridie Dominicæ diei à ſolis occaſu à ſervilibus operibus abſtinendum eſſet.*

u *Nempe:* Colus.

x *Ita in codice Lambacenſi, teſte Pezio. Joan. abb. has duas voculas* in jus *præmiſit. Quid ſi legendum ſit* injuſſa; *aut* in jus *pro* contra fas *hîc ponatur?*

y *Joan. abb.* Spe hac.

z *Teſte Pezio, in ora codicis Lambacenſis eâdem, quâ cetera, manu adſcriptum legitur:* Gebehardus de Hornaren: *quam ob rem Joan. abb. hunc locum ſic reddidit:* Miles quidam notiſſi-
B mus, nomine Gebhardus de Hornaren. *Ceterùm vulgò notum eſt, vocem* Miles *iſto ævo* Virum nobilem *ſignificare.*

aa *Apud Joan. abb.:* Effectum.

bb *Ibid.* Subjuncta occaſione.

officii ſui penitus impos erat; pulſus venarum pertenuis, vel nullus ſentiebatur, gelida rigebant omnia membra, aliqua in ea ſigna mortis clarebant certa, ut humana conjicere potuit ſagacitas. Maritus ejus aberat, in ſilvam lignorum faſcem congregaturus abierat: conclamat familia, convolat, clamore exaudito, exterâ vicinorum turba, ſolantur flentes, ſpem lugentibus repromittunt. Mittitur curſim nuncius, vocatur maritus, advolat citatus; viſo uxoris periculo, domum replet luctuoſis ejulatibus, non modò mortem dolens uxoris, ſed quia Sacramentis Chriſti minùs præmunita vitâ decedere videbatur. A. ANONYMO.

20 Quid plura? Saniorum perſuaſus conſilio, Lambach gemebundus, greſſu titubante, currit, & exanimis orat ſacerdotem, ut Viaticum offerat ægrotanti. Venit ſacerdos, cui cura hæc credita erat, ſedet opperiens, ſi fortè aliquâ experientiâ auribus captare queat vitalis halitûs ſpiracula. Aure propiùs adhibita, officia capitis ſunt muta: admonet de Confeſſione, non erat vox, neque ſenſus. Facto autem ſilentio quaſi mediâ horâ, cùm ſubitò oculi languentis aperiuntur, lingua palpitans ad verba formanda relaxatur, valor corporis emortui recreatur. Quærunt, qualiter ad vitam redierit. Reſpondit, Ego, inquiens, cùm in meditatione mea exardeſceret ignis, meditata ſum cum corde meo, ſi miſeratione ſuperni Inſpectoris vita mihi rederetur, Lambach me ituram, ad ſepulchrum beati Adalberonis vota reddituram. Mox mirum in modum (quod dictu incredibile ſit) ut cogitatum meum jactavi in Domino, affuit velox miſerentis Dei miſeratio, affuit ſolitæ pietatis ejus propitiatio; mox mihi ſum reddita, ſenſus cum vita rediit, quæ uſque ad portas mortis appropinquaveram. *vovens Beati ſepulchrum adire, ſenſibus ſubitò redditis.*

21 Videſne, bene congruere his, quæ dicta ſunt, illud Davidicum: "Cor contritum & hu-„miliatum non ſpernit Deus *e*?„ Et item: "Pro-„pè eſt Dominus omnibus ſe invocantibus *f*.„ Tum Sacramento vivifico libato, altera die, viribus divinitus redintegratis, ſurrexit incolomis, tertia demum die Lambach proficiſcitur, immolans Deo ſacrificium laudis, & reddens Altiſſimo vota ſua, confitens ei, quia ipſe ſit adjutor in tribulatione, quia ipſe ſolus laborem & dolorem conſideret. Nil refert in conſpectu Dei cœli potiùs exaudire vocem deprecationis & vociferationis in templo, quàm affectum piæ devotionis, cordis compunctionem ſine ſtrepitu vocis in lecto. Bene ergò pius Remunerator remunerat ſanctæ & immaculatæ cogitationis devotionem, meliùs bonæ exhortationis locutionem, optimè Domino placitam operationem. Et è converſo perverſæ cogitationes ſeparant à Deo, probata autem virtus corripit inſipientes. *& ſacro Viatico refecta, poſtridie planè convaluit. Auctoris ad hæc*

22 Quod luce clariùs probatur in Nabuchodonoſor, qui tumens ſuperbiâ corde tenus, iniquitatem ſuperbiæ commixtam meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit, cornua ſuperbiæ in altum extulit, iniquitatem in excelſo locutus eſt. Et quia beſtialiter ſenſit, dum ſe, ut Deum, adorari imperavit, beſtialiter vixit, beſtia factus eſt *g*, ut quidam de eo ſatyrizando ſic carmine ludit: *paverga quædam.*

Qui Jove major erat, fortunæ ludiera flêrat,
Tunc homo bos fuerat, qui Jove major erat.

CAPUT II.

Gravibus morbis conflictati per Beati patrocinium ſanitate potiuntur.

VII. *Apud fluviolum Lambach*

PArùm videtur, quod dicturi ſumus, ſed tamen, quia memoriæ obviavit, ſuperſedendum non putamus. Lento murmure fluviolus inter duo ſerpit montana, qui tribus *a* diſtinguitur nominibus. Duo ex his, quia valdè ſunt nota, & præſenti minùs neceſſaria videntur themati, ſilentio præterimus; tertium, quia nunc ad rem pertinet, ponemus. Tertio, ut prædictum eſt, loco Lambach nuncupatur, unde & locus noſter *b* vocabulum eſt ſortitus, à quo & viculi adjacentes nomina acceperunt. Fluviolus enim ille ad irriganda flaccentia *c* diverſas in partes derivatur, ex utroque latere amœna meatu ſuo fovens prata, inſuper diverſis adminiculatur hominum uſibus, in circuitu paſſim commanentibus; ad poſtremum verò, terrâ, quâ generatus eſt, abſorptus in planitie quadam immergitur. Eſt aliquid, ſub rivulos aquarum habitacula hominum conſtabiliri, & reſidere juxta fluenta pleniſſima. Hæc, topographia cogente, quæ in his & in aliis pleriſque locis neceſſaria probatur, dicta ſunt, quâ ignorantes ad viam deducuntur, ſicut cæci baculis reguntur.

a

C

b

c

mulier quædam ex morbo ad extrema deducta, d

19 Super ripam amnis prælibati caſæ ſunt diſpoſitæ, in quarum una mater-familias *d* infirmata ad extrema pœnè eſt deducta. Jam corpuſculum longa & inveterata tabe olidum, quaſi truncus inutilis, vix tenuiſſimo ſpiramine vividum, ut exanime putares, jacebat; lumina tetra caligo operuerat, lingua faucibus adhærens

d

A. ANONYMO. De quo fuisque complicibus aliàs dicitur: "Dispersit Deus superbos mente cordis sui: deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles *h*.„ Perversa plerúmque multatur locutio, ut in Balaam, qui pecuniâ corruptus, quod antea vetuit, postea docuit *i*. Perversa operatio in multis milibus, & tamen speciatim in Absolone, qui mortem patris crudeliter sitiens, uxores ejus stupravit, quod mox ultio digna ulta est *k*. Hi sunt tres mortui, quos suscitat Dominus *l*: Primum in domo, quod significat mortem iniqui cogitatus, in cordis cubili latitantem: secundum in porta, mortem designans locutionis contractam peccamine & operationis: tertium in tumba olentem, mortem insinuans usu & consuetudinis delectatione perpetuatam, sub lapide desperationis, ne homo resurgere queat, aggravatam, ut dicitur:

Mens mala mors intùs; malus actus mors foris usus:
Tumba, puella, puer, Lazarus, ista notant.

Lapis enim tegit, premit, occulit.

B VIII. *Altera gravissimè decumbens, facto voto, confestim sanatur.* *an Georgii? *Joan. ab. Khunstelwang*

23 Non impar miraculum Pater misericordiarum & Deus totius consolationis operatus est in viculo quodam, vicino ecclesiæ beati Georii *, quæ Chustelwanc * nuncupatur. Uxor cujusdam Gotfridi mirabili & miserabili languore diutino ardore excocta, ad extrema est deducta. Luxit & elanguit, nocte ossa ejus doloribus perforabantur, die verò sine intermissione cruciabatur. Maritus ejus, lugubri querimonia caput & manus contorquendo, lectulo languentis adhæsit; proximi & noti flentes & dolentes eam circumsteterunt: jam etiam exequiæ parabantur, & extrema vitæ officia ordinantur. Cùm jam vitalis halitus funditus intercipi videretur, incidit ei cogitatio, si, Dei donante clementia, ad vitam rediret, Lambach se profecturam, tumulumque beati Adalberonis orationibus visitaturam, & suffragium petituram. Et ecce, repentè oculos, caligine fugata, aperit, lingua in vocem erumpit, se meritis beati Pontificis morte & dolore ereptam, interventu ejus se salvatam astruit. Mox stratu spreto, erigitur, ad ambulandum fortiter nititur, monasterium beatæ Dei Genitricis ingreditur, sana cum gratiarum actionibus domum revertitur.

C IX. *Vir quidam nobilis miles n*

24 Quidam ex ordine militantium Scoumbergensis *n* curiæ, longa infirmitatis tabe exhaustus, cùm diu, ut languorem aut auferret, aut differret, aut pudoris gratiâ dissimularet, & ultra dictam virium suarum peditando laborâsset, tandem gressu nutante deceptus, baculi auxilio destitutus, in grabatum corruens, ultimum videbatur trahere spiritum. Ossa enim ejus diutino febrium ardore excocta extabuerant; omne corpus, pelle desuper ossibus ad instar fidis extensa, livor immoderatus dissipaverat; vultus, formâ penitus humanâ amissâ, omni ex parte follicaverat *o*; fenestras oculorum tumor immanis adeò obtexerat, ut jam non oculos, sed stigmata bina in facie videres.

o

Nam velut inclusi cæco clauduntur in antro. Cibi jam desiderati, jam parati, jam oblati, sunt ab eo *p* fastiditi, repudiati, rejecti.

p

25 Turba parentelæ, plangens eum, quasi unigenitum, venêre singuli de mansiunculis suis, ut pariter visitarent eum & consolarentur: videbant enim, dolorem esse vehementem. Hortantur eum jugiter ad Dominum vigilare, in fide fortiter stare, viriliter agere, insidiarum inimici versutias invocatione Sanctorum longè repellere, ad Dominum toto corde, toto desiderio, confessione purissima pœnitentiâque Deo placitâ converti, Sacramentis Christi, Christianæ Religioni, immò saluti à Deo institutis, præmuniri, opera tenebrarum abjicere, armis lucis, satisfactionis medelâ indui, ut bene de eo jam diceretur: "Confessionem & decorem induisti, amictus lumine„ (gratiæ cœlestis) "sicut vestimento *q*.„ Ad postremum admonetur, quod primum & ultimum omni curandum est homini, de salute animæ oppidò cogitare, rebus perituris divitias cælestes comparare, ut post excessum requiem æternam possideat, & lucem perpetuam obtineat. D *q*

longa tabe penè consumptus, consulentibus amicis,

ut ad mortem se præpararet,

26 Bene, inquit ille, amici, bene sapienterque proceditis, sanè suadetis, congruè monetis *r*. Nam & dolor gravis urget, angustiarum moles cogit, tribulatio imminens, ut ad Factorem misericordiæque Autorem convertar, docet. Sed væ ei, qui fugam suam ad hanc hyemem distulerit, qui preces suas supplicationesque & opera misericordiæ, Evangelica authoritate elucidata, usque ad horam, cùm oculus caligat, lingua palpitat, manus aret, pes gressu caret, neglexerit. Ista est, puto, nox, ut à doctoribus percepi, in qua nemo potest operari; solius Dei providentia colligit, sive longè, sive propè sit infernus, ubi nemo ei confitebitur. Quid enim? Omnia mundana gaudia, centum aut pluribus annis ducta, in æstimatione æternorum sunt tanquam dies hesterna, quæ præteriit. Utinam modò tantùm fides mea in Christo roboretur, utinam extrema dies in Christi confessione claudatur! Atqui, ne omninò desperemus, *r* E

Spem tribuit nobis confessio sera latronis;
Ne vel in extremis desperet quisque fidelis.

ad Beati sepulcrum advectus, sensim convaluit.

27 Nam idem, de quo loquimur, eloquentiâ & subtili scientia pollebat, adeò ut etiam clericorum insciiam, sicubi in divinis exorbitâssent, catè & cautè satis reprehenderet. Ne quis hoc non credat, audiat ipsam Sapientiam ex ore Altissimi prodeuntem, in Evangelio protestantem: "Filii hujus sæculi prudentiores, filiis lucis in generatione sua sunt *s*.„ Et conversus ad circumstantes, Ite, ait, quæso, ite, ossa cruciatibus assiduis terebrata plaustro imponite, Lambach ad sepulchrum beati Adalberonis me perducite. Confido enim in Domino, quia interventu ejus & obtentu merear absolvi de durissima angustiæ instantis catena. Paruerunt, ægrotum vehiculo impositum ad locum præfatum perduxerunt, tumulo beati Præsulis adhibuerunt, orationum & oblationum lege ritè percelebrata, ad sua redierunt. Exin labentibus sensim & resolutis dolorum vinculis, recuperatis corporis viribus, convaluit ad laudem & gloriam Redemptoris nostri. *s* F

X. *Curator prædii ecclesiæ S. Blasii è subito malo moribundus*

28 Ecclesia beati Blasii in aprico constituta habetur loco, fluvio quodam præterfluente, silvaque spatiosa & speciosa eam ambiente, quæ ferax bestiarum & ferarum venatui est aptissima, & pascua pecorum ibi inveniuntur uberrima. In circuitu verò ecclesiæ monticuli consurgunt, naturali tumore terræ editi, intrinsecus cryptas nativa exesas lege occulentes, quasi latibula refugiis hominum præparata, ut, si fortè videres beatum Blasium, persecutionis rabiem declinantem, putares, ibi aliquando delituisse, & bestiis ad se causâ tuitionis & medelæ confluenti us (sicut de eo legitur) benedictionis gratiam obtulisse *t*. Hospes ibi mansitabat, qui ecclesiæ jura operosè *t*

A sè salubriterque procuraret, armenta quoque boum & greges ovium ibi stabilitos, & cætera usui Fratrum militantia attentiùs conservanda gubernaret. Is viribus corporis repentè cœpit destitui, & nimio febrium ardore fatigari in tantum, ut, eo in lectulum corruente, in solo flatus vitalis pectusculo palpitaret. Vox ejus intercepta erat, compages membrorum ejus, acsi abscissas putares, emarcuerant, & jam de sola sepultura ejus agebatur.

& dæmonum larvis, it

29 Appropinquabat autem dies anniversarius depositionis beati Pontificis, quo memoria ejus solemniter celebranda foret *u*. Jam dies decessit, & nox, ægris nocua, accessit, cùm jam velut exanimis miser jacêret, & amici frequentes ad observandum ejus exitum vigiliis instarent, paululùm post quartam vigiliam noctis, obdormiscentibus præ nimia lassitudine vigilibus, parietes cubiculi, in quo cubabat, tigna, asseres, tegulas aviculæ teterrimæ, in modum vespertilionum, passerum, hirundinum, operuerant, parietibus teguliscque adhærentes & inhærentes. Phantasmata etiam quædam horrida, aspectu crudelissima, in rimis parietum, nudatis dentibus morsum minitantia apparebant; quorum visio terribilis miseram animam fluctuantem, super quam linguis, more canum nimio solis ardore æstuantium, ejectis anhelabant, cruciabat. Istas, puto, esse bestias, de quibus Psalmista, "Ne tradas,, inquit, "bestiis animas con-„fitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne „obliviscaris in finem.„

B

de quibus varia hic memorantur,

30 Hæ bestiæ nefandissimæ in obitu cujusque hominis, ut sæpiùs probatum est, turmatim conglomerantur, si fortè quid peccatorum in seculo contractorum, quæ minùs emundata homo secum sola pertrahit, in anima reperiant, quo eam ad tartara cruciandam rapiant: sed divina eos vetat misericordia, ne tantum noceant, quantum volunt. Ne quis hoc non credat, manifestiùs id ipsum liquet in transitu beati Martini, qui, dum migraturus esset ad Dominum, bestiam sibi cruentam adstare vidit, quam confutatam à se repulit *x*. Ecce sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus, à bestia cruenta tentatur, insidiis & laqueis ejus irretiri putatur; quid de his æstimandum est, qui usque ad finem vitæ, quasi jumenta, in stercoribus putrescunt?

x

C

vehementer afflictus, post Beati apparitionem,

31 Cumque in hac agonia fluctuans, luctando anima laboraret, ecce, repentè persona aspectu dignissima, quæ se cultu vestium pontificem declararet, habitaculum ægrotantis ingreditur, lumine circumamicta immenso, ad cujus præsentiam nox fugit, & lux in habitaculo refulsit: phantasmata etiam avicularum nigerrimarum, quæ omne pavimentum cœco horrore obtexerant, reptando & volitando secreta angulorum petebant, occulere se gestientia. Ingressor verò nihil cunctatus ad lectulum accedit languentis, caput triste manu blanda permulcet, faciem imbribus lachrymarum perfusam abstergit: nam & reliquam partem corpusculi sudoris violentia adeò irrigaverat, ut linteamina corpori superjecta humectâssent. Ad cujus tactum vita, quæ recesserat, redit; spiritus faucibus vix inhærens reviviscit, homo pænè mortuus rursus animatur, officia membrorum sensim redintegrantur, vigoribus receptis. Ille denique verbi jussione, signique salutaris benedictione phalanges tetras, horridas & fuliginosas eliminavit, abegit, effugavit; & sic visio, quæ apparuerat, ab oculis ejus ablata est.

A. ANONYMO.

petit ad Beati sepulcrum vehi, indeque incolumis domum rediit.

32 Cùm autem rursus noctis ad terminum properaret, jamque Titan, Oceano emergens, suo jubare mundum illustraret, vigiles exitum ægrotantis opperientes & observantes, ocyùs exciti, ad lectulum feruntur languentis, æstimantesque eum mortuum, aure viciniùs adhibita, sonum aliquem captare gestiebant; dein pulsande, stimulando, sæpius ac sæpius quæritando, an vivat, necne. Ille, ut lumina pandat, omni conamine luctatur, & linguam emortuam ad loquendum, quà poterat, infringens, visionem paucis, quam viderat, referat, qualiterque sibi sit redditus, expromit; ut, fluvio transito, ad monasterium Dei Genitricis perducatur, orat, quò solemniis Missarum eo die celebrandarum interesse mereatur. Illi, solitò lætiores effecti, utensilia plaustri applicant, ægrotum ad monasterium ferunt. Ibi geminorum manibus exceptus baiulorum ad sepulchrum beati Pontificis perducitur; exin expletis Missarum solemniis, sola Dei dextera sublevante, erigitur, omni plebe, quæ eo die supervenerat, aspiciente & adstipulante, domum sanus regreditur.

D

Auctoris præterga de dæmonum fraudibus

33 Ne mireris, vel dubites, satellites satanæ in varias transformari formas ad decipiendas fidelium animas; quoniam, ut veraciter probatum est, exoticos & alienos, permittente Domino, audent sibi assumere decores, sicut de capite ipsorum dicitur: "Ipse satanas transfigu-„rat se in angelum lucis *y*.„ Nam quia mille habent artes nocendi, mille modis, mille imaginibus, diversis se hominum conformant qualitatibus. Acriter Deo remissè militantes impugnant, acriùs studiosiores, acerrimè eos, qui contra aëreas potestates viriliter dimicant, impetunt: quod evidentissimè in Vita S. Antonii *z* probatur. Non autem quisquam autumet, propter assumptivas lucis momentaneæ induvias, antiquæ & nativæ eos amittere horrorem nigredinis *aa*; verùm sciat, tales fore postea, quales fuerunt antea; quia nulla societas luci ad tenebras, nulla conventio Christi ad Belial.

y

z

aa

& illusionibus

34 Non solùm autem spiritaliter, sed & corporaliter fit ista dementatio; sicut liquet in illis, qui magicis artibus & præstigiis argutissimis oculos aspicientium pelliciendo venantur, ut videre tibi videaris, eos producere reptantis cujuspiam feræ genus, integra scindere, scissa resarcire, diversas imagines, diversas fingere rerum species, multiplices bestiarum quasi nova creatione fingere formas, alias fugientes, alias ocyùs insequentes, utrasque labore continuo deficientes; casas à loco suo dimoveri, & alias machinatione inscrutabili transferri. De assumptione, vel potiùs usurpatione, falsaticæ *bb* dæmonum gloriæ habes in Registro, ubi Johanni diacono, ad lumen lucernæ noctu scribenti, hostis ille antiquus ad eum acriter deterrendum & lumen extinguendum apparuit. Quem mox pius pater Gregorius, cujus Vitæ summam jam imposuerat manum, consolatione paterna recreavit, &, quem vidisset, ei declaravit *cc*.

F

bb

cc

ANNOTATA.

a *Teste Pezio, in ora codicis Lambacensis eadem manu leguntur hæc annotata:* Tria vocabula fluvii, Wisbach, Cidelbach, Lambach.

b *Hic rursum, ut sæpe aliàs, Lambacensem monachum scriptor se indicat.*

A. ANONYMO.

c *In editione Joan. abb.:* Flaventia culta.

d *In margine Codicis Lambacenſis, eodem Pezio teſte, eadem denuò manu adſcriptum legitur:* Uxor Heinrici de Lidelaren.

e *Pſalm.* 50, ℣. 10: Cor contritum & humiliatum, Deus, non deſpicies.

f *Pſalm.* 144, ℣. 18: Propè eſt Dominus omnibus invocantibus eum.

g *Danielis cap.* 4.

h *Lucæ cap.* 1, ℣. 51 *& ſeq.*

i *Lege librum Numer. capp.* 22 *&* 3 *ſeqq.*

k *Lege lib.* 2 *Regum capp.* 16 *&* 18.

l *De Jairi filia à Chriſto Domino à morte reſuſcitata lege Lucæ cap.* 8; *de filio viduæ, Marci cap.* 5; *de Lazaro Joan. cap.* XI.

m *Apud Joan. abb. perperam:* Fortis.

n *Ibid.* Schaumburgenſis. *Opinor autem, hîc indicari vetus caſtrum* Schaumburg *apud* Efferdingam, *vel* Everdingam, *munitum oppidum Auſtriæ Superioris, ac tribus circitèr milliaribus Germanicis Lincio, Lambaco verò ſex circitèr diſtans, niſi fallant tabulæ topographicæ. Habuit autem caſtrum illud ſuos proprios comites,*
B Schaumbergenſes *ab illo dictos, ex quorum proinde ſeu familia ſeu curia fuerit is, de quo hîc ſermo eſt.*

o *Id eſt, opinor:* Intumuerat.

p *Apud Joan. abb. vitiosè:* Adeò.

q *Pſalm.* 103, ℣. 1 *&* 2.

r Hîc exciſæ ſunt (*inquit Pezius*) integræ duæ paginæ in Mſto, quarum jacturam ex Johanne abbate reſarcivimus.

ſ *Lucæ cap.* 16, ℣. 8.

t *Vide hujus ſancti epiſcopi & martyris Sebaſteni Acta prima, cap.* 1, *in Opere noſtro ad diem* 3 *Februarii.*

u *Seculo itaque decimo tertio ineunte, aut fortè etiam citiùs, jam ſolebat annua* B. Adalberonis *memoria Lambaci* ſollenniter *celebrari; quod pro immemoriali ejuſdem cultu juverit obſervâſſe.*

x *Geſta S. Martini Turonenſis epiſcopi, de quo hîc, illuſtranda venient ad diem* XI *Novembris. Verùm quòd in hiſce legatur dæmon ei decumbenti apparuiſſe, neutiquam ſequitur, id omnibus moribundis, maximè peccatoribus, contingere; aut, quæ ſibi viſus fuit, febricitans hîc memoratus videre, verè dæmonum phantaſmata*
C *fuiſſe, cùm ex febrium æſtu delirantibus ſimilia ſæpe numero contingant.*

y *Epiſt.* 2 *ad Cor., cap.* XI, ℣. 14.

z *Hujus ſancti abbatis geſta illuſtrata apud nos ſunt ad diem* 17 *Januarii.*

aa *Hæc morali ſenſu de perverſitate dæmonum, per peccatum contracta interpretare: neque enim illi ullum colorem habent, nec perverſitas ipſis nativa eſt.*

bb *Joan. abb.* ementitæ.

cc *Lege, ſi placet, Vitam laudati S. Gregorii Magni Papæ, per eumdem Joannem diaconum ſcriptam, lib.* 4, *cap.* 17, *num.* 100 *in Opere noſtro tom.* 2 *Martii, pag.* 210.

D

CAPUT III.

Alii variis morbis maliſque per ejuſdem beati Epiſcopi opem liberati.

XI. *Cuſtodis nemoris uxor ſubito malo miſerè correpta,*

STadiis viginti minùs, quàm inter Hieruſalem & Emaus *a*, ut opinio æſtimat aliquorum, diſtat à Lambacenſi loco nemus, quod à latitudine nomen mutuavit *b*, cujus compendia ſi qua eſſe poſſunt, redituumque circumjacentium, privilegiato jure altario beati Petri Salzburc *c* deſerviunt. Huic, ut illius juris eſt regionis, cuſtos deputatus erat, quem vulgò Nemorarium aut Foreſticum, quaſi foreſti cuſtodem nuncupamus *d*; qui ſolerti curioſâque vigilantiâ ſuper cuſtodia ſibi credita ſollicitaretur, ne aut publico violentorum incurſu, aut furtiva vulgi ſtrage nemus illud extirparetur. Hujus uxor *e*, dum in una dierum ſtaminibus nendis, ut huic ſexui natura dictavit, inſudaret, quo videlicet nuditatem, tam præſentis quàm futuri temporis, adumbraret, quam prothoplaſti illi, primi legis Dei ſpretores, perizomatibus de foliis ficûs contextis oppilare niſi ſunt; ſubitò de ſedili, cui inſidebat, corruens, colum iſthàc, fuſum illàc longè abjiciens, dolor vehemens & horror impatiens *f* ſuper eam irruit, ſicque inter cruciatus, quos patiebatur, os ejus mentumque nativam relinquens ſedem ſiniſtrorsùm ad aurem uſque recurvatur.

a
b
c
d
E
e
f

poſtridie, quàm ad Beati tumbam adducta fuit,

36 Exin *g* officium linguæ ei adimitur, victus potuſque item intercipitur, & nîl, niſi ſuprema dies expectatur. Hæc geſta ſunt in die Martis, & dolor ille indies augmentatus eſt uſque ad diem Veneris, in quo celebris Exaltatio ſanctæ Crucis *h* annuo curſu obvenit. In articulo hujus diei vir mœſtitudinis angariâ *i* confractus, utenſilibus plauſtri coadunatis, & uxorem ſuperimpoſitam Lambach perduxit, omnibus occurſantibus caſum mulieris lugubrem demonſtrans, conſilium quærit, medicinam, quâ
F virtus recuperari queat, expetit. Omnibus unanimiter conſulentibus, divinæ ſe magnoperè dedere clementiæ, opem votis intimis cæleſtis efflagitare medicinæ, Sanctorum patrocinia, Sanctorum imploranda auxilia, ut, eis mediantibus, oſtium miſericordiæ illi aperiat Dominus; adquievit *k*, credit, lachrymis ſuffuſus ad tumbam beati Adalberonis accedit, mulierem morbidam ſecum adhibuit, votiſque ritè percelebratis, ſacris etiam altaribus orationis affectu ſalutatis, ad ſua mox rediit.

g
h
i
k

planè ſoſpitatur.

37 Poſtero die illuceſcente poſt Exaltationem ſanctæ Crucis è veſtigio inſtabat ſollemnitas Dedicationis templi Lambacenſis; & ecce, dum via panditur prôceſſioni, hac die nullatenus, niſi ſumma neceſſitudine *l*, omittendæ, adeſt vir non humili repletus tripudio, qui pridie triſtitiæ abſorptus receſſerat baratro, cum muliere ſanata jam, facie jam redintegrata, & in ſede nativæ diſpoſitionis relocata *m*. Quæ enim paulò antè, forma naturali amiſſa, obliquo ac diſtorto vultu horrorem aſpicientibus incuſſerat, linguâque quaſi triſultatâ balbutiendo confuſos vix edidit ſemilatratus, nunc *n* clara voce meritis beati

l
m
n

o beati Præſulis ſe ereptam, ſe ſalvatam vociferat *o*, univerſis Dei gratiam declarat; omniſque cætus, qui gratiâ diei feſti eo die convenerat, Deum laudibus exaltat.

XII. *Pauper ex diuturno languore manuum & pedum uſu deſtitutus,* p

38 Pauperculus quidam, mirabili & miſerabili languore tabeſcens, vi febrium adeò eſt excoctus, ut non ſolùm diutino, ſed & *p* annuo deficere morbo videretur, utpote cui propter paupertatis ſterilitatem nec medicorum peritia, nec cibi lautioris ſuccurrerent ſuffragia. Nulla ſibi certa patria, nulla prorſus propria habitationis ædicula; ſed, quamdiu ſibi licuit, hàc & illàc vagabundus textrinæ artis peritiâ lucratus vitæ tranſeuntis victualia. Atqui dum deficeret virtus ejus, dum ſopita fuiſſent manuum officia, quieverunt pariter temporalis ſubſidii adminicula. Cùmque alienas incoleret ædes, & omnibus ſuper eo tædio affectis jam exoſus haberetur, jam fœtoris intolerantiâ omnis homo gravaretur, à notis & exteris ſpernitur, contemnitur, quaſi abominabilis abjicitur.

curante ſorore, ad eumdem tumulum vectus, B

39 Dein ab aliquibus Deum timentibus Lambach perducitur, in hoſpitio pauperum colligitur: ibi tenetur, ibi fovetur, ibi humanè ſatis tractatur, donec memoria ejus apud ſuos ſepelitur, donec oblivioni, tanquam mortuus à corde, traditur. Erat ei ſoror æquè egena, ſtipem modò labore manuum, modò mendicando, conquirens. Quæ veniens *q* viſitare & conſolari fratrem; doloribus continuis tabeſcentem, fletum deduxerunt oculi ejus, commota ſunt etiam viſcera ejus ſuper fratre ſuo. Exin muliebris oblita levitatis, animumque virilem femineæ interſerens, immò præponens fragilitati, tota ad Deum convertitur, fratremque ſibi paria ſentire hortatur. Et quia pedes ei officium aſſuetum negaverant, geſtatoriâ à quibuſdam petitâ & acceptâ, oſſa *r* fratris lurida & ſemimortua impoſita, baiulis accitis, tumulo beati Adalberonis advecta exponit.

q

r

membrorum uſum ac ſenſim integram ſanitatem recuperat.

40 Ad poſtremum, quod unicum æſtimabat, aſylum, orationem ad Dominum cum ipſo & pro ipſo fudit, ſingula altaria gemitibus inenarrabilibus reviſens, celerem ſalutem videre meruit & virtutem. Nam ad fratrem rediens, miſericordiâ miſericordis Dei invenit eum jam meliùs habentem, baculi ſolatio ſe ſubrigentem, quem nuperrimè, quaſi paralyticum, reliquerat jacentem, parùm à Lazaro, excepto vitali halitu, diſtantem. Adhuc tamen, quaſi novus ambulator, greſſu titubabat, adhuc membra debilia, longa *ſ* febrium ardore exhauſta, ad inſtar infantis deambulare geſtientis, nunc ſtantis, nunc labentis, nunc ſe ſubrigentis, nutabant; ſed ſenſim de die in diem in melius proficiens priſtinæ ſanitati meritis beati Pontificis redditus eſt. Nullâ hæc vetuſtorum relatione cognovimus; ſed, quæ ſcripſimus, oculis perſpeximus, manibus tractavimus: nec operæ pretium fore, putamus, alieno hæc fulcienda teſtimonio, quæ nobis coràm poſitis divina evidenter operata eſt virtus.

C

ſ

XIII. *Quidam factus mutus,* t

41 A monaſterio Lambacenſi miliario ferè uno in edito montis loco eccleſia *t* beati Laurentii martyris conſtituta habetur; in circuitu verò prominent montana, in primordio creationis mundanæ nativo tumore ex gremio genitricis terræ prolata. Secus hanc etiam viculus non grandis diſponitur; dein per agros raræ ſparguntur caſulæ, colonis ſatis *u* aptiſſimæ. Ex his ergò unus, permittente eo, qui poſſedit & fecit & creavit nos, mutus efficitur; & dum diu verecundiâ percuſſus, caſualia celat facta *x*, dum intrinſeca in dies augmentantur cruciamina, dum cor ejus, ultra quod dictu incredibile ſit *y*, anxiatum conturbatur, dum præſtolatur, ut peremptum vocis organum vocis gratiâ rurſum ditaretur, ſpe ſua fraudatur; quia nondum venerat hora ejus. Permanet itaque mutus, & alter Zacharias, ingrediens aut egrediens, erat innuens populis, & quidquid officio linguæ declarare debuiſſet, quodam rotamine ſignorum, quæ mater artium *z* eum docuerat, portendebat.

u

A. ANONYMO.

x

y

z

fuſis ibidem tactis precibus, aa

42 Alii vix conjiciendo ex his, quæ videbant, modicum quid intelligebant; alii parùm attendebant; alii (ſicut ubique claret *aa*, ſagena Dei malos cum bonis trahit) miſerum mirabiliter mutientem deridebant, ſeipſos minùs conſiderantes, quia omnes in manu Dei, ſicut lutum in manu figuli, ſumus *bb*, & ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Flebat miſer in ſecretis ſuis, affectuque mentis voce incondita Dominum, ut de vinculo improperii hujus eum abſolveret, deprecatur. Tum verò quibuſdam amicis ſuis eum inſtigantibus, toto mentis ac cordis affectu ad Dominum convertitur, jactat cogitatum ſuum in Domino, aſſumptiſque ſociis paucis, ad ſepulchrum beati Adalberonis proficiſcitur. Clàm oratorium ingreſſus, humiliter humi ante ſepulchrum provolvitur; & quia orare minùs ſibi licuit, intentionem orationis, compunctionem cordis, votum intimæ devotionis cum lachrymarum ſuſpiriis Domino fideliter obtulit. Nec ſpe fruſtratur, licèt ſtatim effectus orationem non ſequeretur; quia nec Paulus mox, ut oravit, exauditus eſt ad voluntatem, exauditus eſt autem ad utilitatem *cc*; nec nos, oratione Dominica perorata, ſtatim accipiemus regnum Dei, pro quo petimus.

bb

E

cc

tertio pòſt die loquelam recipit. Auctoris ad hæc dd

43 Tertia tamen demum die ille, qui meritis Baptiſtæ aperuit os Zachariæ *dd*, meritis beati Præſulis aperuit os muti, & loquebatur rectè. Futuro autem die Dominico Lambach regreditur, coram Fratribus & eccleſia, quæ eo die convenerat, gratiam quæſitam & adeptam confitetur, quorum teſtimonio, quod prælibatum eſt, roboratur. Videſne, quàm magnificè Dominus Sanctum ſuum mirificavit, quem etiam hoc in facto Baptiſtæ ſuo æquiparavit *ee*? Nec indignum aut impoſſibile tibi, quod dictum eſt, videatur; cùm etiam ore Veritatis omnes ad vitam prædeſtinati non modò angelis æquales, ſed & angelos futuros fore inſinuentur *ff*, ut ibi: "Angeli eorum ſemper vident faciem Patris „mei *gg*.„ Et Zacharias, "Labia, „ inquit, "ſa„cerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requi„rent ex ore ejus: quia angelus Domini exerci„tuum eſt.„

ee

F

ff

gg

obſervatio.

44 Æquipollentiæ Johannes conſonat, "Sci„mus, „ aiens, "quoniam, cùm apparuerit Do„minus, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus „eum, ſicuti eſt.„ Audi adhuc, quid aliàs Salvator profiteatur: "Ego dixi, dii eſtis, & filii „Excelſi omnes; „ eos appellans Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt. Unde Hieronymus, "Si ſimi„litudo, „ inquit, "Sanctis repromittitur, ve„ritas non negatur.„ In primordio deſcriptionis ſignorum, ſi curioſus recolas, invenies paralyticum & claudum meritis beati Adelberonis curatum: nonne hæc à Deo ſibi collata virtus æqualem eum Apoſtolis fecit & facit *hh*? Non enim Sancti, quorum conſors jam in cæleſtibus eſt, cum quibus jam fulget in regno Patris eo-

hh

A. ANONYMO. rum, virtutibus ejus invident, immò congaudent; dummodò ſimultas imprudentium hominum non deroget illi.

XIV. *Puella pauperecula, diuturnis febribus admodùm languida,*

45 Vidua vitam beatam in caſtimonia æmulans, unicam habuit filiam, cum qua diaria, ſine quibus vita iſta nequaquam geri poteſt, labore manuum (ut filiorum Adæ lex eſt) quæſivit, rariùs, quàm ſibi expediret, ægrè conquiſivit. Filiam jam adultam, annoſque maturos intrantem, ut per ſe potiùs aſſueſceret ſine adminiculo materno ſibi neceſſaria providere, mater deſeruit, ne, dum pauper pauperi adhæreret, utraque periclitaretur. Ad inſtar avium, quæ pullos ſuos, ad plenos educatos, ad volandum ſatis expeditos, morſibus & alarum ictibus, quæ ſunt tela & arma earum, à ſe repellunt, ne in æternum parentum providentiâ, ſed ſuâ diſcant paſci induſtriâ & ſolertiâ; qui dum parentibus

i i moleſti ſunt, circa volucritando *ii*, vociferando, apertis roſtris hiando, alis expaſſis victum mendicando, non exaudiuntur; quia, ſi ſemper exaudirentur, utrique inediâ conſumerentur. Filia autem paupercula, proceſſu temporis vi febrium correpta, viribus corporis repentè cœpit deſtitui, &, quamdiu licuit, ubique vagabunda

B languorem fallere tentabat, ſi fortè mutato aëre dolor ejus mitigaretur.

dum viſione, ut putabat, prævia, Lambacum vehitur,

46 Tandem febris infuſa medullis corpus ejus excoxerat exhauſtum, adeò ut in lectum corruens per ſex menſes ſine ſpe recuperandæ ſanitatis cruciaretur. Crebrò mater venit filiam viſitare ægrotantem; ſed ſuccurrere ei nequiens, ad ſua repedabat. Interim, dum doloribus continuis terebratur corpus, dum vexatur animus, occurrit ei ſignorum gratia, circa tumbam beati Adelberonis actitata: & obdormiſcens in viſione perdocetur Lambach proficiſci, miſericordiam petere, ut accipiat, quærere, ut inveniat; &, ſi perſeveraverit pulſans, apertionem pollicetur. Hæc non ſolùm ſemel, ſed ſecundò &

kk tertiò ei apparuit; ſed egeſtas paupertatis *kk*, ne ad votum perveniret, obſtitit. Tandem anni ſpatio ferè emenſo, mater adeſt gemebunda, & filia invehitur contra eam iracunda, cur eam ſineret in fœtoribus vitam finire, cur ope illius illò non perduceretur, ubi, ſicut plurimi, ita & ipſa miſericordiam conſequeretur? His compuncta ſermonibus, his vulnerata minis & terroribus, ubique anhela diſcurrit, nunc orando,

C nunc ſupplicando, equum & vehiculum prece & brevi merce conquirit, filiam ſeminecem ſuperimpoſitam *, curſum verſus Lambach ad tumbam beati Viri, ad quam animus ejus flagrabat, cujus aſpectum totis deſideriis anhelabat, dirigit, & flumine tranſito, qui * in margine montis, oratorium beatæ Dei Genitricis in vertice geſtantis, præterfluit, mox ut navicula portum attigit, anima languentis, carnis abſoluta ergaſtulo, portum ſalutis & quietis adiit.

* *Joan. abb.* ei imponit

* *imò* quod

eò appulſa moritur.

47 Nam à cymba in proximam delata tabernam feliciter expiravit, & mater, quæ pro viatico & oblatione natæ detulerat, exequiis ejus impendit. Exin in cymiterio beati Johannis Baptiſtæ ſepulta, Domino ſpiritus, terræ carnis materia commendatur. Unde quis ambigat, hanc beato Epiſcopo à Domino præſtitam fore* virtutem, ut paupercula illa ægritudinis nodis & vinculis mortis erepta requiem celerem, obitumque felicem ſit conſecuta *ll*. Videres jam impletum, quod Propheta ait: "Juxtà eſt Domi-

* *i. e.* eſſe

ll "nus his, qui tribulato ſunt corde, & humiles ,,ſpiritu ſalvabit *mm*.,, Tale quid habemus de beato Martino *nn*, qui, dum imperatorio edicto cuſtodiæ publicæ mandatur conſervandus, poſtero die barbaris pugnaturis objiciendus, Dominus meritis ejus exemit pugnæ neceſſitatem, ne vel aliorum nece Sancti violarentur obtutus.

mm

nn

XV. *Mulier divinitus in manibus punita,*

48 Quia bina paria præ manibus habemus miracula, operæ pretium eſt, ut, ſicut tempore & effectu, uno tamen in loco, uno & in ſexu actitata, diſcreta ſunt; ita & nos ea cudendo * ex amuſſim diſtinguamus. Superiùs enim prælibatum *oo* in Cœna Domini, ſequens verò in capite jejunii *pp* patratum eſt miraculum. Mulier, genere & rebus pertenuis, de finibus Auſtriæ, ex civitate, quæ vulgò Wiena *qq* nuncupatur, dum ad inſtar clientularum pro quæſtu anxiè laborat cottidiano, veſpere Sabbati ante Purificationem ſanctæ Mariæ, dum Sabbatiſmum ſabbatizando obſervare debuit *rr*, prævaricatrix divinæ facta eſt legis, in jus *ſſ* operi ultra ſolitum incumbens ſervili. Nam ſiniſtrâ librans harpaginem *tt*, dexterâ autem circumrotans fuſum, ut ſtaminum argutè in harpagine componat fila, utrumque inſtrumentum utrique manui tam firmiter ac inſolubiliter inhæſit, ut nulla vi trahentium, nullo argumento ſibi invicem ſuccedentium, erui quiviſſet. Ungues enim utriuſque palmæ, pellem & carnem perterebrantes, de ſtigmatibus vulnerum ſanguinis eliciebant guttulas; livor etiam vehemens adeò utramque occupaverat manum, ut nil præter gemitum & ſuſpiria agere liceret.

* *Joan. abb.* referendo

oo

pp

qq

rr

ſſ

tt

E

partim in eccleſia S. Othiliæ, partim in B. Adalberonis ſoſpitatur.

49 Exiit ergò à civitate Wiena, ſacra petitura ac peragratura loca, Sanctorum imploratura auxilia, quorum opitulationibus imminentia queat evadere diſcriminum diſpendia. Ut autem breviter extrema tangamus acta, in eccleſia beatæ Otiliæ *nu* virginis harpaginem ipſius interventu amiſit, fuſum acriter adhuc cruenta ſtringens manu, Lambach ad beati Adelberonis tumbam detulit; & ubi manum lividam ſepulchro adhibuit, meritis ſancti Pontificis perdidit, quo gravabatur, diſpendium, nacta feliciter, quod quæſiit, ſalutis ſuffragium. Ipsâ horâ pater monaſterii cum univerſis ſupervenit Fratribus, probaverunt & viderunt opera, quæ Dei clementer operata eſt clementia. Erat autem tunc annus Dominicæ Incarnationis M. CC. IIII-

F tus, dies verò Dominicus Paſchæ ultimum in Katalogo computi elementi Q punctum obtinuit *xx*. Hinc animadvertere potes, ubi caput jejunii occurrerit *yy*, in quo acta ſunt, quæ digeſta ſunt.

nu

xx

yy

ANNOTATA.

a *Lucæ cap.* 24, ℣. 13 *dicitur caſtellum Emmaus* ſpatio ſtadiorum ſexaginta *à* Jeruſalem *abfuiſſe: quadraginta igitur ſtadiis, ſi rectè computavit biographus, nemus, cujus hîc meminit, diſtabat Lambaco.*

b *Apud Joan. abb. hîc inſertum legitur:* Vulgò Pratenau.

c *Ibid.* Altari beati Petri Salisburgæ.

d *Ibid.* Quem vulgò Nemorarium, aut Saltuarium, quaſi nemorum ſaltuumve præfectum appellamus.

e *Notat Pezius, hîc denuò in ora codicis eadem manu adjectum legi:* Uxor Eberhardi de Preitenowe.

f *Joan. abb.* Immodicus.

g *Tota*

A

g *Tota hæc periodus deſideratur apud Joan. abb., ubi poſt* Recurvatur *ſequitur:* Poſt hæc *&c.*

h *Celebratur hæc feſtivitas die* 14 *Septembris.*

i *Varia hujus vocis apud ſcriptores medii ævi ſignificatio legi poteſt in Gloſſario Cangii: hîc uſurpatur pro* pondere *ſeu* gravitate *mœroris.*

k *Joan. abb.* Acquieſcit.

l *Idem:* Niſi ſumma urgente neceſſitate.

m *Idem:* Locatâ.

n *Idem:* Tunc verò rediens.

o *Idem:* Vociferatur; *ac mox infrà:* Declarabat *pro* Declarat, *&*, Exaltabat *pro* Exaltat.

p *Id.* Omninò.

q *Id.* Quæ cùm veniret.

r *Id.* Huic oſſa.

ſ *Imò:* Longo, *ut habet Joan. abb.*

t *In orâ codicis Lambacenſis, teſte Pezio, eadem manu appoſitum legitur:* De eccleſia, quæ dicitur Pachmannen.

u *Joan. abb.* Perquàm.

x *Id.* Fatale hoc celat factum.

y *Id.* Ultra quod dictu credibile ſit.

z *Id. hîc addit:* Neceſſitas.

aa *Id.* Claret, quòd *&c.*

bb *Id. breviùs:* Quia omnes in manu figuli ſumus.

cc *Lege Epiſt. 2 ad Cor., cap.* 12.

dd *Lucæ cap.* 1.

ee *Hyperbolica comparatio eſt, quòd, quemadmodùm Zacharias amiſſam loquelam recepit in nativitate ſeu circumciſione S. Joannis Baptiſtæ, ita vir iſte facultatem loquendi, quâ deſtitutus fuerat, per merita* B. Adalberonis *recuperaverit.*

ff *Joan. abb.* Angeli futuri inſinuentur.

gg *Matt. cap.* 18, ℣. 10. *Joannes abbas, fortaſſe, quòd adverteret, allegatum textum nihil hùc facere, addidit alterum,* Et item, *inquiens:* "Æquales angelis erunt, & ſunt filii Dei, cùm „ſint filii reſurrectionis.„ *Conſule Luc. cap.* 20, ℣. 36. *Qui mox ſequuntur textus ſacræ Scripturæ, deprompti ſunt, primus ex* Malachiæ (*non* Zachariæ) *cap.* 2, ℣. 7; *quam ob rem Joannes abbas pro* Zacharia, Malachiam *ſubſtituit: ſecundus ex Epiſt.* 1 *Joannis cap.* 3, ℣. 2; *tertius ex Pſalm.* 81, ℣. 6.

hh *Meliùs qualemcúmque ſimilitudinem poteſtatis, quam æqualitatem, hîc memoràſſet anonymus noſter, alludens ad curationem paralytici cap.* 1 *relatam, ſanatumque à ſanctis Apoſtolis Petro & Joanne claudum ab utero, de quo Lucas in Act. Apoſt. cap.* 3.

C

ii *Joan. ab.* Volitando, *& mox infrà:* Expanſis *pro* Expaſſis.

kk *Id.* Sed res anguſta domi.

ll *Nolim negare, pauperculæ huic fortaſſe ſatius fuiſſe, mori, quàm ſanari: at certè anonymus noſter iſtæc multò rectiùs omiſiſſet; quid enim in eo miraculi eſt, quòd mulier diuturno morbo contrita, accedentibus etiam vecturæ incommodis, moriatur?*

mm *Pſalm.* 33, ℣. 19.

nn *Colitur hic Sanctus die* XI *Novembris, quo die ejuſdem geſta illuſtranda venient.*

oo *Superiùs à num.* 10.

pp *Id eſt,* Feria quarta Quinquageſimæ, *ſeu* Cinerum; *quæ* caput, *ſeu initium eſt jejunii Quadrageſimalis.*

qq *Aliàs* Vienna, *Germanis* Wien, *olim* Vindobona, *Auſtriæ caput, ejuſdemque archiducum & Auſtriacorum Imperatorum ſedes eſt, toti orbi notiſſima.*

A. ANONYMO.

rr *Vide Annotata hîc ad cap.* 1, *lit.* t.

ſſ *Joan. abb.* Inſtantiùs.

tt Colum *videtur indicare.*

uu *Neſcio, an anonymus aliam hîc deſignare voluerit* S. Otiliam, *quàm Abbatiſſam Hohenburgenſem in territorio Argentoratenſi in Alſatia, quæ Martyrologio Romano inſcripta eſt die* 13 *Decembris.*

xx *Indicat, Dominicum Paſchæ diem eo anno in diem* 25 *Aprilis incidiſſe, ad quem diem in vetuſtis Kalendariis ad ſignandos Lunæ dies littera* Q *cum duobus punctis, ſeu jam tertiò in eo lunationum cyclo ſignatur. Porrò aſſignato anno* 1204 *Paſcha verè incidit in diem* 25 *Aprilis.*

yy *Joan. abb.* Occurrere potuit. *Cùm ex dictis hoc anno* 1204 *Paſcha celebratum fuerit die* 25 *Aprilis,* caput jejunii, *ſeu Feria quarta Cinerum, incidit id diem* 10 *Martii.*

CAPUT IV.

F

Aliquot alii ad ejuſdem Beati tumbam incolumitate donati.

XVI. *Mulier cæca poſt honoratum Beati tumulum illuminatur:*

SIgnis *a* & miraculis beati Epiſcopi longè latéque divinâ gratiâ ſe dilatantibus, & non ſolùm contiguas, ſed etiam exteras regiones illuſtrantibus, de civitate Ratiſpona *b* mulier quædam, clauſa lumina diu ferens, cum aliis, quibus eadem mens erat, Lambacenſe exiit viſitare cœnobium. Quò perveniens, tumbam beati Epiſcopi fide ac devotione ambiens, orationem ad Dominum fudit, ſacrificium contriti ſpiritus obtulit, miſericordiam, quam quæſivit, ocyùs invenit, lumen oculorum amiſſum recipere meruit, cum gaudio repatriavit, quæ triſtis pridem ſupervenit, nam non longè à monaſterio, dum iret, illuminata eſt. Exin aliquanto interjecto tempore, cum adſtipulatoribus veritatis rediit, die Dominico gratiam, quam percepit, eccleſiæ tunc congregatæ lachrymarum imbre perfuſa aperuit: Gloria in excelſis Deo tollitur; Deus in Sanctis ſuis mirabilis prædicatur.

a
b

F

XVII. *alter multis annis amiſſum viſum recipit;*

51 Evolutis deinde aliquot diebus, anno videlicet ab Incarnatione Domini M CC XXV, XVI Kal. Octobris, ubi annuatim Dedicatio Lambacenſis occurrit eccleſiæ *c*, venit vir quidam provectæ ætatis, de civitate juxta Aniſum *d* fluvium ſita, à quo & ipſa civitas nomen ANASUS accepit, tumulum beati Alberonis inviſere ardenter ſitiens. Nam fama virtutum beati Viri omnem hanc regionem reſperſerat; propterea catervatim omnes populi gratiâ recuperandæ ſoſpitatis eò tendebant. Vir ergò ille, de quo nobis ſermo eſt, XX & eo ampliùs annis cæcus permanſerat, & jam ferè deſperatus, hortatu ſociorum, qui eum ducebant, cum ſumma intentionis devotione ad ſepulchrum, pluribus jam ſignis clarificatum, acceſſit; preces ad Dominum fudit, ut Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis amiſſum illi lumen redderet, qui cæco nato oculos aperuit *e*. Oratione

c
d
e

com-

A. ANONYMO. completa, omni turba, quæ ad diem festum convenerat, inspectante, lumen recepit, & omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo. Facta sunt hæc tempore vespertino ante noctis crepusculum.

XVIII. *mulier contracta,* 52 Eadem nocte fidelibus ad sepulchrum beati Episcopi excubantibus, mulier quædam clenica *f* & omni corporis parte contracta (utraque enim manus ejus pectori adhærebat & inhærebet, acsi ænea riguisset, crura quoque natibus innexa erant, ut jam, non mulier, sed simulacrum videretur) aderat *g*. Quartâ namque vigiliâ noctis ante nocturnalem synaxim *h*, manus & crura cum ingenti fragoris solvuntur crepitu in tantum, ut tota turbaretur ecclesia. Hujus rei veritatem, non duo vel tres, sed plurimarum testificatur assertio turbarum, glorificantes * Deum, & dicentes *: Gloria tibi Domine.

*glorificantium *dicentium

XIX. *puer claudus & mutus,* 53 Puer quidam, de ecclesia sancti Benedicti, quinquennis, incessu pedum carens, alter Zacharias mutus permanens, dum sacros cineres beati Pontificis cum comitibus veneratur & honorat, parentes & amici pro sospitate pueri preces fundunt ad Dominum. Ille subitò erigitur, ac ambitum sepulchri semel, bis, tertióque perlustrat. Clamor ad sidera tollitur, laus illi concinitur, qui erigit elisos, solvit compeditos, qui linguas infantium facit disertas: nam, ubi puero gressus meritis beati Alberonis redditur, mox apertum est os ejus, & loquebatur rectè.

B

54 Aliud miraculum, huic simile, congruè subnectitur, ut cognoscat universitas fidelium, quantâ locus ille gloriâ sit dignus, quem Dominus tot & tantis illustrat signis & virtutibus. Non multo interjecto tempore, inter promiscuas turbas de prædicta barrochia * venit puer septennis ad tumulum beati Præsulis visendum, utroque claudus pede. Qui à parentibus, cognatis & notis sepulchro sancti Viri applicitus, orationeque fidelium consummata, puer surrexit incolumis; & illi gloria concinitur, qui omnes homines vult salvos fieri.

XX. *alter item puer utraque pede claudus,*

*l. parochia

XXI. *atque puer cæcus natus, ad Beati sepulcrum sanati.* 55 Nec silentio prætereundum, quòd una Sabbati venit multitudo copiosa plebis, utriusque sexûs & ætatis ad tumbam beati Patris nostri venerandam. Inter quos venit quidam cæcus à nativitate, à partibus Austriæ, & inter nocturnalem synaxim non minimâ angoris molestiâ aperti sunt oculi cæci ad laudem & gloriam Jhesu Christi, Domini nostri, qui olim inter homines conversans oculos aperuit cæci nati, quod à sæculo non est auditum. Nam cùm fenestræ oculorum referantur, sanguis erumpens genas & maxillas ejus abundanter rigaverat ad testimonium veritatis.

C

XXII. *Septennis puer mutus factus,* 56 Non, ut paginam vacantem oneremus, sed ut nomen ejus, qui facit mirabilia magna solus, per merita Sanctorum suorum magnificemus, miraculum silentio non supersedeamus, simile videlicet, ut beato Zachariæ, legimus, evenisse, ad notitiam posterorum stylo memoriali transmittamus. Puer quidam septennis de villa, ecclesiæ Lambacensi vicina, Hofarn *i* dicta, proxima nocte, quæ festum sancti Michaëlis antecedit, in somnis *k* officio linguæ destitutus subitò obmutuit, & usque ad octavum diem ejusdem festi mutus permanens, non modicam tristitiæ querelam amicis suis advexit, nonnullis tamen levitate puerili id fieri, arbitrantibus; sed per progressum temporis de veritate hujusmodi eventûs dolentibus.

i

k

D

57 Instabat siquidem anniversarius dies beati confessoris Alberonis episcopi, qui semper octava die Angelorum occurrit *l*, quo plurimi causâ orationis Lambacensem locum studeant invisere; cum quibus etiam parentes dicti pueri, ipsum secum ducentes, divina spe animati, & meritis beati Præsulis confisi, iter arripuêre. Itinere verò nondum confecto, dum jam adproximarent monasterio, puer subitò in verba prorupit, & materteram suam nominatim vocans, solutum esse vinculum linguæ suæ, lætabundus affirmavit. Unde magno perfusi gaudio, tam parentes, quàm alii concomitantes, mœnia ecclesiæ subeunt, & sepulchro pii pontificis Alberonis se oraturi prosternunt, grateſque Deo reddiderunt. Exin res, ut gesta erat, Fratribus monasterii, & omni, qui supervenerat, populo panditur, & Christus glorioſus in Sanctis suis prædicatur.

dum ad eumdem tumulum ducitur, loquelam recipit.

l

XXIII. *Alteri muto ad ejusdem tumbam loquela restituta.*

m

n

E

58 Puer *m* quidam mendicus ex casu factus mutus, ad monasterium Lambacense causâ alimoniæ erroneus *n* pervenit, & aliquamdiu ibi eleëmosynâ sustentatus, tumbam beati Præsulis gratiâ devotionis in vigilia Apostolorum Philippi & Jacobi jejunus adiit; & quia linguâ non poterat, intimis cordis suspiriis suffragium attentiùs precabatur. Debilitate verò & morâ devotionis aliquantulùm fatigatus, fessus in tumbæ marmore obdormivit: cùm verò evigilâsset, sensit, se officium linguæ recepisse, &, quod priùs nutu postulaverat vitæ egentis subsidium, postmodùm, solutis linguæ vinculis, perfectè loquendo meritis beati Præsulis, quem in somno sibi apparentem, & digitos sibi in os mittentem viderat, ab omnibus requisivit *o*.

ANNOTATA.

a *Quæ hoc septemque sequentibus numeris referuntur, aliam, coævam tamen, manum præferre, observavi suprà ex Pezio, cujus annotationem etiam retuli in Commentario prævio num.* 15.

b Ratispona, *seu* Ratisbona, *vulgò* Regenspurg, *nota Germaniæ est libera Imperialis civitas ad Danubium, ubi hic Reginum recipit, episcopali sede insignita, habitisque in eo Imperii comitiis celebris.*

c *Ita etiam habet editio Joannis abbatis: verùm alibi eadem festivitas etiam* XVIII *Kal. Octobris facta legitur. Vide dicta in Commentario prævio num.* 50.

d *Joan. abb.* Anasum. *Est autem vario nomine etiam* Anesus, Anisus, Ansеus & Onasus, *quandoque dictus, Germaniæ fluvius, ac ferè limes Superiorem inter atque Inferiorem Austriam Meridianam; à quo hîc laudata civitas similiter* Anassiburgum & Anisia, *Germanis* Enns *appellatur.*

e *Joan. cap.* 9.

f *Joan. abb.* Clinica. *Porrò* Clinicus *à Græco* κλίνη lectus, *ægrum semper in lecto decumbentem significat.*

g *Monet Pezius, verbum* aderat *desiderari in codice Lambacensi.*,

h Synaxis *vox Græca Latinè conventum monachorum significat, utque hîc additur, ad Officium nocturnum in ecclesia persolvendum.*

i *Joan. abb.* Hofern.

k *Idem*

A k *Idem unica voce* insomnis.

l *Id est, die 6 Octobris, quæ Octava est Sanctorum Angelorum, seu Dedicationis S. Michaëlis archangeli, quæ Dedicatio die 29 Septembris recolitur.*

m *Notat Pezius, hoc rursum caput aliâ, quàm cetera, manu, sed coævâ tamen, in Lambacensi codice exaratum esse.*

n *Id est, vagabundus.*

o *Hîc desinit Liber miraculorum sine ulla clausula.*

VITA

BREVIS METRICA,

Auctore anonymo incertæ ætatis.

B

Ex editione reverendissimi Joannis Abbatis Lambacensis.

Natalibus & meritis clarus fit episcopus Herbipolensis:

a

STirps antiqua fuit, multas celebrata per oras,
De Lambach *a* comitum, quorum alto à sanguine natus
Felix progenies, divinus Adalbero præsul.
Huic pater Arnoldus, mater Regilla, potenti
Francigenûm fuerat Weinsberg de gente creata,
Qui Lambach præter Scherdingam *b*, multaque dictis *
Oppida Franconiæ magna ditione tenebant.
Hic ergò heroæ spectabilis indole mentis,
Artibus ingenuis viridi sacratus in ævo,
Pïeridum tantam collegit pulvere messem *c*,
Tantoque omnigenæ fulsit virtutis honore,
Ut dubium fuerit, virtus præstantior arte,
Arsne ejus claris potior virtutibus esset.
Ergò dum meritò variis celebratur in oris,
Ultra lustra novem millenus volvitur annus;
Amisso Herbipolis lugubris pastore gemebat *d*.
C Conveniunt igitur clerus populusque frequentes:
Idem consilium cunctis, mens omnibus una,
Defertam sedem generosus Adalbero sumat,
Pontificalis huic præcingat mitra capillos.
2 Ille sibi oblatum divino munere honorem
Magnanimo acceptat nisu *e*, viresque secundas
A superis poscit recipitque fideliter oris;
Talem se præstans, ut non præstantior ullus,
Utiliorve gregi fuerit: sic munere sanctè
Perfunctus, placida populos in pace regebat:
Nam templa exstruxit sublimibus alta columnis,
Cœnobiis posuit fundamina grata Tonanti,
Efficiens donis opulenta & relligione.
Wirzburgæ Stephano locuples ecclesia sancto
Myrtarum fuerat, sedaria jura sequentûm *f*;
Hanc, Benedicte, tuo sacravit, dive, trophæo;
Triginta adscisens monachos, qui nocte dieque
Usque Deo canerent sacrarum encomia laudum.
Altera deficiunt rebus (cognomine Schwarzig *g*)
Ordinis ejusdem, summi sacra templa Tonantis,
Queis Carolus quondam jecit fundamina Magnus:
Laudibus hæc Superûm reparat, virosque ministrat,
Cùm post sumpta Deo mortali è corpore membra
Mille anni, ter quinque & bis sex lustra fluebant *h*.
3 Verùm fors malefida, furens successibus æquis
Inter Pontificem summum, Ausoniumque monarcham
Impia pestiferi conflavit semina belli *i*.
Tum Pater, Herbipolis justas qui rexit habenas,
Romani obsequio Patris constanter adhærens,
Justè possessis per vim depellitur oris
Cæsare ab Henrico, quidamque invasor iniquus,
Nomine Meinhardus, veneranda sacraria præsit:
Lustra bis octo super millenos quatuor annos
Currebant, propria cùm cessit Adalbero sede *k*.
Ergò Bavariæ patrias remeavit ad arces *l*,
Charus ubi genitor sacras fundaverat ædes
Bis sex canonicis: has plenus Numine Natus
In Benedictinum summa ratione sacravit
Cœnobium *m*, cupiens fragiles ibi corporis artus
Ponere supremamque tubæ remorarier horam *n*.
4 Interea rex Henricus, dominator & oræ
Saxonis Hermannus *o*, vesani Martis amore
Ardent; jam sævit scelerata insania belli:
Conferitur: multos tandem post stragis acervos
F Hermannus tumido retulit super hoste triumphum *p*.
Omine ubi læto post fusa tot agmina victor
Magnanimus fuit Hermannus, Mavortius heros,
Plurima devicti pervertit facta tyranni;
Imprimisque suis privatus Adalbero præsul
Justè possessis est rursus honoribus auctus *q*,
Meinharduſque sacræ detrusus sede cathedræ.
Pristina sed postquam cæsar moderamina rerum
Sumpsit, & innocuis Christi crux esse ministris
Pergit *r*, Adalbero, quæ struxit, sacra tecta revisit
In patria: hîc dulci datur indulgere quieti,
Anno milleno, quinto, lustrisque bis octo *s*;
Cui plùs, Meinhardo, pertentant gaudia pectus?
Verùm hanc lætitiam mors opportuna diremit,

regit strenuè, templa & monasteria erigit:

e

b

**an dictu?*

c

d

f

g

h

i

è sede suâ ejicitur;

k

l

m

n

in eamdem restitutus, & iteratò ejectus,

o

p

q

r

s

A. ANONYMO.

Vix tribus exactis, cùm tempus curreret, annis.
5 Tum rursum viduam venerandus Adalbero sedem
Sumat, sollicita multorum voce rogatur.
Ille sed exhorrens dubiæ ludibria sortis,
Ut qui bis fuerit justo spoliatus honore,
Vota petitorum rapidis dedit irrita ventis *t*.
Perplacet æthereis reliquum traducere tempus
Obsequiis, sanctas, queis struxit, Fratribus, ædes,
u Concordi innocuæ sociatum fœdere vitæ *u*.
Dehinc post Meinhardum binos, non amplius, annos
Vixit, quemque dedit cursum fortuna, peregit;
Et tandem fessus, tardusque senilibus annis,
Ex hoc instabilis moriendo carcere vitæ
Evolat, æternamque capit super astra quietem.
Octobris sexto divina à Prole redemptus
Mille annos, decieſque novem cùm volveret
x orbis *x*.
B Inde monasterio chari genitoris ad ossa
In Lambacensi, patria tumulatur in urna.
Præmia nec meritis hîc desunt, namque miràclis
Non dubiam testata fidem monumenta refulgent,
Optatamque ægris reddunt consulta salutem.

quietem honoribus præferens, Lambaci moritur, & sepultus miraculis claret.

t

ANNOTATA.

a *De paterna, maternaque, de qua mox*, B. Adalberonis *familia, aliisque hùc spectantibus, consule Commentarii prævii* § 2.

b Schärding *Bavariæ Superioris oppidum est ad OEnum fluvium, quod suis propriis comitibus paruit.*

c *Litteris primò Herbipoli imbutus fuit, deinde Parisiis eruditus, ut habet Vita suprà data.*

d *S. Brunonem hîc designari, eumdemque anno* 1045 *obiisse, ostendi in Commentario prævio num.* 32 *& sequenti. Ad eumdem annum etiam deducunt præmissi Poëtæ calculi, ut computanti exploratum erit.*

C e *Eodem anno* 1045. *Vide Comment. prævium loco mox citato.*

f *Canonicos hosce fuisse, constat ex dictis in Commentario prævio* § IV, *ubi de hac fundatione pluribus egi. Poëta igitur per* sedaria jura *vitam clericorum seu canonicorum indicavit, voce* sedaria *derivatâ à* sede, *quo nomine frequenter veniunt ecclesiæ cathedrales, in quibus canonici divina passim peragunt.* D

g *Aliàs* Schwarzacum, *de cujus per* B. Adalberonem *instauratione consule Comment. prævium* § IV.

h *Id est, anno Christi* 1074 *vel sequenti. Adi Comment. prævium* § IV, *num.* 62 *& seq.*

i *Agit hîc de fœdo schismate ab Henrico IV Germaniæ rege adversus legitimum Pontificem S. Gregorium VII suscitato, quod Ecclesiam Dei & Germaniæ imperium graviter afflixit. Adi Comment. prævium* §§ V *& seq.*

k *Id est, anno* 1084. *Vide tamen dicta in Commentarii prævii* § VI.

l Lambacum *designat, quod Bavariæ tunc accensebatur, nunc Austriæ Superiori.*

m *Adi Comment. prævium* § III.

n *Redi ad eumdem Commentarium num.* 27 *& seq.*

o *Multi Germaniæ Catholici principes Rudolphum, Suevia ducem, anno* 1077 *regem adversus Henricum IV sibi constituerunt, eidemque Rodulpho anno* 1080 *ex accepto in pugna ad Elstram fluvium, in qua Henricum magna clade affecit, vulnere mortuo Hermannum Lucemburgicum suffecerunt, qui* dominator oræ Saxonis, *seu Saxoniæ hîc dicitur, quòd Saxones ei adhærerent.* E

p *Hermannus rex Germaniæ, ut dictum est, salutatus, Henrici IV exercitum anno* 1081 *apud Hochstadium prostravit.*

q *Hæc contigisse anno* 1086, *ostendi in Commentario prævio num.* 94 *& duobus sequentibus, quos consule.*

r *De recepta per Henricianos Herbipoli, & expulso* Adalberone *relege eumdem Commentarium num* 97 *& seqq.*

s *Id est, anno* 1085, *sed saltem uno anno præproperè, ut observavi in Commentario prævio num* 97.

t *Adi eumdem Commentarium num.* 99 *&* 100.

u *Noli hæc de* B. Adalberonis *inter Lambacenses monachatu, sed de societate vitæ ac fortasse conventûs cum Lambacensibus Benedictinis interpretari; nam vitam monasticam eum nunquam professum fuisse, adversus Joannem Trithemium* F *probavi in Comment. prævio num.* 29 *& seqq.*

x B. Adalberonem *assignato anno* 1090, *dieque* 6 *Octobris obiisse, probavi in eodem Commentario num.* 101 *& sequentibus.*



DE

A

AUCTORE C. B.

DE S. BRUNONE CONFESSORE

ORDINIS CARTHUSIANORUM FUNDATORE

IN CALABRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Quæ Vitæ ſeu Acta edenda ſint: diverſa, è quibus hæc aut confecta fuêre, aut illuſtrabuntur, ſeu ſubſidia ſeu documenta, horumque unum ad Actorum calcem etiam edendum.

B

ANNO MCI. *Licèt non niſi ſerò Sancti Vita ex inſtituto ſit deſcripta,*

Tſi ante ſeculi ſexti decimi initium nullus planè omnem Vitæ S. Brunonis, *anno ex dicendis* 1101 *dèſuncti, ſeriem, moreſque & geſta ex inſtituto litteris conſignârit, non defuerunt tamen è celeberrimo, quem ſanctiſſimus hic Patriarcha inſtituit, Ordine viri, doctrinâ juxtà ac pietate ſpectabiles, qui multò etiam citiùs, quæ de Carthuſiæ principis aliarumve nonnullarum initiis ac fundatoribus comperta habebant, diligentiſſimè in chartas, ſi non in vulgus (neque enim id fortè ſumma eorum ſiviſſet modeſtia) publicè edendas, certè cum futuris deinceps inſtituti ſui ſectatoribus privatim intra domuum ſeceſſus in exemplum communicandas, conjecerint, in iiſque ſumma ſaltem vitæ, à ſancto Fundatore ſuo actæ, capita delibârint. Quàm id veritati conſonet, argumento eſt Brevis apud Marteneum Veterum Scriptorum tomo* VI *inſerta Ordinis Carthuſienſis Hiſtoria, in cujus Prologo hæc leguntur:* Licèt quinque primi Priores (*Majoris Carthuſiæ*) hîc inferiùs deſcripti in pluribus Chronicis reperiantur, tamen ſucceſſores eorum, neſcio qua de cauſa, taliter ſunt oblivioni traditi, quòd nulla penitus ex eis memoria per aliquam ſcripturam habeatur.

C

de eo tamen in quibuſdam Chronicis,

2 *Cùm enim, qui hæc memorat, auctor anonymus ſub ſeculi quinti decimi initium, uti num.* 17 *docebo, ſcripſerit, Chronica ſanè, quorum mentionem verbis recitatis facit, diu ante ſeculum ſextum decimum fuerint elucubrata. Adhæc eadem, quoniam haud dubiè de quinque primorum Carthuſiæ Priorum geſtis utcúmque tractârint, ſumma ſaltem rerum, ad* Brunonem *ſpectantium, capita delibâſſe, indubitatum apparet, uti etiam à Carthuſianis ſcripta fuiſſe, maximè, cùm in ſolis ferè Carthuſianorum domibus fuerint inventa, diuque in hiſce omninò ferè inedita latuerint. Porrò è Chronicis hujuſmodi, quæ hoc nomine idcircò, quòd res per tempora ſua digeſtas exhibeant, vocari non immeritò potuêre, aliterque nihilominus nuncupata etiam reperiuntur, duo potiſſimùm ad cognitionem meam pervenêre, contractius unum, prolixius aliud. De amborum, utpote in quibus non pauca, quæ de* S. Brunone *narrantur, fundamentum habent, ætate auctoritateque juverit lectorem edocuiſſe ab ipſo ſtatim initio hujus Commentarii, in quo Sancti ejuſdem geſta omnia diſcutienda, illuſtrandaque ſunt.*

D

3 *A Chronico contractiori incipio. Labbeus Bibliothecæ Novæ librorum Mss. tom.* 1, *pag.* 638 *& binis ſeqq. inter Opuſcula Hiſtorica è codice Ms. S. Remigii Remenſis recenſet quinque elogia diverſa, quorum primo res præcipuæ à* S. Brunone *geſtæ, reliquis verò, quæ ad quatuor ejus proximos in Carthuſiâ majoris Prioratu ſucceſſores pertinent, ſummatim continentur. Elogiis in capite præfigitur hic titulus:* De Inſtitutionibus Ordinis Cartuſienſis: *verùm cùm in librorum Syllabo, quem præfatus librorum Mss. tomus præfert, poſt hæc verba,* De Inſtitutionibus Ordinis Carthuſienſis, *ſtatim ponatur,* Sive de S. Brunone, de Landuino, de Petro Franciſco, de Joanne Tuſco, ac Guigone à ſancto Romano, primis Cartuſiæ Prioribus, *neſcio, an pro* inſtitutionibus *legendum potiùs non ſit* inſtitutoribus. *Verùm ſitne ita, an ſecùs, parùm refert, ac proin, breviter hoc notato, ad rem ipſam redeamus, nuncque in tempus, quo dicta elogia ſcripta ſint, inquiramus. Launoius Diſſertatione de vera cauſa ſeceſſûs* S. Brunonis *in eremum cap.* 1, § V *illud ipſum etiam* S. Brunonis *elogium, quod Labbeus loco mox cit. exhibet, è Ms. ſtatutorum & conſuetudinum, à Guigone, quinto Carthuſiæ Majoris Priore, ſcriptarum, Ordinis Carthuſienſis Codice in medium adducit, aitque, hunc, in quo pariter, quæ loco cit. apud Labbeum, proximorum quatuor Sancti noſtri in Carthuſiæ Prioratu ſucceſſorum elogia exſtant, Pariſiis apud Carthuſienſes aſſervari.*

E

ac in primis in Chronico contractiori,

4 *Hinc porrò auctor Carthuſienſis anonymus, qui Annalium Ordinis ſui librum quartum, luce publica hactenus, licèt excuſum, non donatum, mecumque nihilominus à Patribus Carthuſianis pro ſumma eorum humanitate communicatum, elucubravit, num.* 101 *conjicit, codicem illum, quem Cartuſia Pariſienſis aſſervat, ſcriptum fuiſſe tantùm poſt annum* 1257, *circa quem Cartuſia hæc primùm fuit fundata, necdumque Statuta Rifferii, quæ antiqua vocantur, fuerant præſcripta. Verùm mox affirmat, & meritò quidem, quæ in eodem codice de* S. Brunone *tribuſque primis poſt hunc Carthuſiæ Prioribus reperiuntur, litteris mandata fuiſſe tempore Guigonis, quinti Cartuſiæ Prioris, idque conſtare ex alio Ordinis Carthuſienſis earumdem Conſuetudinum codice Ms., à venerando Cartuſiæ Montis-Dei Patre*

F

ſub Guigone, quinto Cartuſiæ Priore,

AUCTORE C. B. *Priore ad eum in Cartusiam transmisso, qui, quæ in Codice Parisiensi de Sancto nostro proximisque ejus quatuor in Cartusiæ Majoris Prioratu successoribus elogia occurrunt, pariter complectitur, eorumque omnium, qui in Ordine nunc reperiantur, antiquissimus est, utpote in Majori Cartusiâ exscriptus, atque in domum Montis-Dei à Gaufredo, ejusdem proto-priore, anno, quo fundata hæc fuit, Christi* 1136 *transportatus, uti liquet ex ipso illo codice; ad cujus calcem hæc leguntur:* Ex eremo Cartusiæ olim, modò eremi de Monte-Dei ab anno MCXXXVI. *Et inferiùs:* Gaufredus, Prior de Monte-Dei habuit ex dono domni Guigonis.

ante annum, quo hic jam obierat, 5 *Ita ferè quantùm ad substantiam laudatus annalista Carthusiensis anonymus, qui præterea,* S. Brunonis *elogium, in codice suo antiquissimo descriptum, elogioque, quod Labbeus loco suprà cit. exhibet, apprimè, uti ex ejusdem scriptoris dictis eruitur, consonum, cum ejusdem Sancti elogio, quod Launoius è codice Parisiensi excerpsit, unum esse, paucis additis, atque idem, affirmat, trium dein aliorum Priorum, Landuini nimirum, Petri Franci seu Francisci, & Joannis Tusci, qui proximè post* S. Brunonem *Cartusiam rexerunt, elogia integra, quæ & ipsa cum eorumdem elogiis, apud Labbeum loco suprà cit. exstantibus, ad amussim congruunt, è codice suo antiquissimo transcribit, ac mox, ne quis hujus, quòd elogium, Guigoni adornatum, adnotato etiam hujus obitu, qui anno* 1137 *contigit, pariter contineat, antiquitatem suprà adstructam forsan neget, ita prosequitur:* Hæc ibi de quatuor primis Cartusiæ Prioribus, statimque in eodem folio (*verso scilicet*) sub finem alterius (*secundæ nimirum*) paginæ eodem charactere, quo totus codex exaratus est, nulloque interjecto linearum spatio, sequebatur indiculus capitulorum consuetudinum Guigonis, qui in tribus paginis sequentibus continuatus fuerat.

1138 conscripto, seu elogio, quod huic 6 Sed postea priores lineæ hujus indiculi, quæ residuum alterius paginæ primi folii immediatè, ut mox diximus, post breve elogium Joannis Tusci (*quarti Cartusiæ Majoris Prioris*) complebant, à recentiori manu, quæ nihilominus videtur vetustissima, obliteratæ (*id est, expunctæ*) fuerunt, & earum loco initium Breviarii Vitæ Guigonis superscriptum, quæ Vita eâdem recenti manu continuata fuit in altero folio dimidiato, quod facilè deprehenditur præcedenti folio, in quo sunt elogia prætatorum quatuor Priorum, *alterique sequenti, in quo prædictus capitulorum indiculus continuatus fuerat*, interfertum fuisse. Unde patet, dictum Guigonis elogium post illius mortem in præfatum codicem fuisse interjectum *seu illatum. Hactenus, si pauca exceperis, quæ, aliis characteribus adhibitis, claritatis causâ adjeci, laudatus Ordinis Carthusiani annalista anonymus. Ex his porrò, aliisque suprà in medium adductis est consequens, & sæpius jam memoratum, etsi etiam Guigonis quinti Cartusiæ Prioris elogium contineat, Montis-Dei codicem, & quatuor primorum Cartusiæ Priarum elogia, quæ hic Labbeusque loco suprà cit. suppeditat, ipsomet Guigone in vivis adhuc superstite, seu ante annum* 1138, *quo hic vivere jam desierat, fuisse conscripta. Jam verò, cùm res ita sit, summam sanè hæc, quorum complexum ego deinceps annalistæ Carthusiani anonymi plùs semel jam laudati exemplo* quatuor primorum Cartusiæ Priorum Chronicon *appellabo, simplicique Chronici nomine jam suprà distinxi, fidem apud omnes merentur, utpote in litteras conjecta ab auctore, etsi non certò note, rebus tamen, quæ in iis narrantur, synchrono ac verosimiliter ipsomet Guigone, primævarum Cartusiæ Consuetudinum, quibus eadem præfiguntur, scriptore, qui equidem, si quæ de quatuor primis Cartusiæ Prioribus ac nominatim* S. Brunone *in Chronico illo referuntur, non scripserit, verosimillimè saltem viderit ac approbârit.*

includitur, hicque recitatur, nonnulla tradantur. 7 *Quapropter ut in ipso statim Commentarii hujus limine quoddam Vitæ Sancti nostri compendium, cui tutò fidi queat, studioso lectori exhibeam,* S. Brunonis *elogium, Chronico illi inclusum, eaque, quæ in hoc de illo narrantur, complectens, huc modò transcribo, quale apud Labbeum loco sæpissime jam cit. exstat. Sic habet:* Magister Bruno, natione Teutonicus ex præclara urbe Colonia, parentibus non obscuris*, litteris tam sæcularibus quàm divinis valde munitus, ecclesiæ Remensis, quæ nulli inter Gallicanas secunda est, canonicus & scholarum magister, relicto sæculo, eremum Cartusiæ fundavit, & rexit sex annis. Qui, cogente Papa Urbano, cujus quondam præceptor fuerat, Romanam perrexit ad curiam, eundem Papam solatio & consilio in Ecclesiasticis negotiis juvaturus. Sed cùm tumultus & mores curiæ ferre non posset, relictæ solitudinis & quietis amore flagrans, relictâ curiâ, contempto etiam archiepiscopatu Rhegiensis ecclesiæ, ad quem, ipso Papa volente, electus fuerat, in Calabriæ eremum, cui Turris nomen est, successit*, ibique, laïcis & clericis quámplurimis adunatis, solitariæ vitæ propositum, quandiu vixit, exercuit. Ibique defunctus humatus est post egressum Cartusiæ undecimo plùs minùs anno.

**al. additus natus*

**al. melius secessit*

uti & in Chronico prælixuri, 8 *Elogium hoc in Commentarii hujus decursu usui non rarò erit; notandum autem de cetero est, quatuor ultimas ejus voces, etsi in Cartusiæ Parisiensis codice, è quo illud Launoius in Dissertationem suam suprà laudatam intulit, non inveniantur, retinendas tamen esse, cùm & à Labbeo in codice Remensi S. Remigii, & ab Annalium Cartusiensium libri quarti hactenus non vulgati auctore anonymo, tum in jam suprà memorato codice, reliquis omnibus antiquiore, tum etiam in aliis, uti is ipsemet testatur, fuerint repertæ, exigique ad sensûs complementum videantur. Ad alterum è duobus Chronicis, quod plura adhuc de* S. Brunone *suppeditat, quódque quale sit, & quando scriptum, hîc etiam discutiendum, jam progredior. Aliud hoc non est, quàm Cartusiani Opus seu tractatus, de quo in sua de Cartusianorum initiis Dissertatione num.* 57 *& aliis pluribus Joannes Columbi, Societatis nostræ sacerdos, fusè disserit, rectè ibidem num.* 61 *probans, Tractatum illum concinnatum non fuisse à Guillelmo de Elbura seu de Yporegia, aut, si mavis, ab auctore tractatûs de Origine & veritate perfectæ religionis, sive is revera, ut Columbi putavit, Guillelmus de Elbura sit, sive Boso, decimus septimus Cartusiæ Majoris Prior, ut pluries jam laudatus annalista anonymus, qui Carthusiensium Annalium librum quartum hactenus non vulgatum scripsit, num.* 55 *contendit, seque postea probaturum promittit.*

quod variè & variis appellatur, 9 *Quis interim fuerit, aut quod nomen habuerit alter ille Cartusianus, qui tractatum seu Chronicon, à Columbio memoratum, contexuit, nulla ratione comperire quivi, nullumque is Operi titulum præfixit; unde factum, ut id ab aliis qui-*

A *quidem* Chronica de exordio Ordinis Cartuſienſis, *ab aliis verò* Tractatus de narratione hiſtoriæ inchoationis & promotionis Ordinis Cartuſienſis *fuerit vocatum. Et aptè quidem tam hoc, quàm illo titulo potuit inſigniri; etenim, ut laudatus Columbi (neque enim Opus illud integrum ad manum habeo) num.* 49 *de Cartuſianorum initiis docet, in duas partes diverſas eſt diviſum, quarum altera complectitur Ordinis Cartuſienſis inchoationem, altera* S. Brunonem *proximoſque ab eo quatuor Cartuſiæ Majoris Priores, ſuo quoſque Ordine poſitos, elogiiſque præterea etiam ornatos, uti, quantum ad hoc poſtremum, intelligo ex litteris, Coloniâ Agrippinâ ad me datis ab Auguſtino Aldenbrück, Societatis noſtræ ſacerdote, cum idem Opus, apud Carthuſianos ibidem exſtans, rogatu meo hic fuiſſet ſcrutatus. Ego id à parte præcipua, quæ quinque primos Cartuſiæ Priores, ſervato, quo Cartuſiam rexêre, temporis ordine, exhibet,* Primorum quinque Magnæ Cartuſiæ Priorum Chronicon *deinceps appellabo, quemadmodùm etiam ante me jam factum video in Ms., quæ penes me eſt, de* S. Brunone *Diatriba Chronologico-diplomatica, quam F. Michaël Morckens, Ordinis Cartuſienſis Coloniæ Agrippinæ alumnus, concinnavit, atque ad deceſſores meos anno* 1727 *tranſmiſit.*

B

quodque elogium, antiquioris Vitæ nomine hîc edendum, complectens,

10 *Vir hic religioſus, ſcientiâ non minùs, ut vel ſolum hoc Opus abundè probat, quàm pietate inſignis, integrum in id intulit* S. Brunonis *elogium, deſcriptum è præfato, uti id vocat aliique nihilominus aliter, ut jam docui, appellant, primorum quinque Magnæ Cartuſiæ Priorum Chronico, ſeu antiquiſſimo hujus exemplari, ante annos, uti ex characteribus autumat, faciè quadringentos exarato, quod in Carthuſianorum Colonienſium bibliotheca aſſervatur, huic olim à Petro Rinckio, inſigni Cartuſiæ Colonienſis benefactore, donatum, integrumque ac ſincerum ex collatione cum antiquiſſimo Cartuſiæ Majoris exemplari deprehenſum. Illud ego Sancti noſtri elogium, Vitæ antiquioris titulo inſignitum, numeriſque pro more noſtro diſtinctum, additis etiam, ubi congruum fuerit, ad calcem Annotationibus, Commentario huic ſubjuncturus idcircò ſum, quòd ſcriptum aliud antiquius, in quo plura de* Brunone *recenſeantur, non invenerim. Et lector quidem, quàm multa de ſancto Ordinis Cartuſienſis Inſtitutore dictum elogium ſuppeditet, facilè id evolvendo deprehendet; quàm verò idem antiquum ſit, pateſcet ex iis, quæ de Chronici, ex quo deſumptum eſt, antiquitate jam dicam.*

C

non anno, ut vult Columbus,

11 *Hoc jam inde ab anno circitèr* 1151 *ſeu ſub Baſilio, qui Cartuſiæ ab hoc anno ad annum* 1173 *præfuit, ſcriptum eſſe, Joannes Columbi, pluries jam laudatus, in ſua de Carthuſianorum initiis Diſſertatione num.* 57 *& tribus ſeqq. contendit. Hanc autem ſuam opinionem probare nititur ex eo, quòd auctor Chronici anonymus, poſtquam præfatus eſt, ſeſe* De antiquis ſapientibus & ſanctis fundatoribus, ac promotoribus Ordinis Cartuſienſis *tractaturum, ſolos in hiſce* Brunonem, *Landuinum, Petrum, Joannem & Guigonem reponat, Antelmumque ſeptimum & Baſilium octavum Cartuſiæ Priorem, qui tamen, ut dilucidè oſtendit, antiquis Ordinis Cartuſienſis fundatoribus ac promotoribus accenſendi meritò ſunt, ſilentio prætereat. Unde, cùm fieri id abs illo exiſtimet, quòd hi, cùm ſcriberet, antiqui non eſſent, ſcripſiſſe eum jam inde ab anno circitèr* 1151 *ſeu ſub Baſilio, octavo Cartuſiæ Priore, concludit. Verùm quid ſi auctor Chronici anonymus, cùm jam* Brunonem *aliosque quatuor mox nominatos recenſuiſſet, quò minùs Antelmum pariter ac Baſilium recenſeret vel morte vel aliis gravibus intervenientibus cauſis fuerit impeditus? Quid ſi antiquarum ſeu primævarum Conſuetudinum, à Guigone ſcriptarum, liber (hunc enim is ſcriptor anonymus ſub finem Vitæ* S. Brunonis *edendæ pro emortuali hujus anno figendo laudat) ad modum Codicis Montis-Dei antiquiſſimi, aliorumque plurium, qui num* 4 *&* 5 *memorati ſunt, eaſdemque Guigonis Conſuetudines continent, ſolos quinque primos Cartuſiæ Priores in capite prætulerit, hoſque proinde ſolos ille in antiquis Ordinis Cartuſienſis fundatoribus ac promotoribus habuerit, aut certè Antelmum & Baſilium, quòd nec ibidem memoratos invenerit, nec aliunde fortè ſat cognitos habuerit, ſilentio prætereundos duxerit?*

AUCTORE C. B.

12 *Utut ſit, Chronicon, de quo hîc, ſeriùs, quàm anno circitèr* 1151, *ſcriptum eſſe, mihi ſanè veroſimillimum, ne dicam indubitatum, apparet. Etenim ejus auctor in Sancti noſtri elogio ſeu Vita antiquiori num.* 2 Univerſitatis *nomine inſignit academiam Pariſienſem, quæ, etſi jam ab anno circitèr* 1151 *ſocietatem quamdam conſtituere inceperit, magiſtris, omni ſcientiarum genere inſtructis, ingentique ad horum lectiones confluentium diſcipulorum multitudine floreret,* Univerſitatis *tamen nomine, quidquid contrà in Univerſitatis Pariſienſis Hiſtoria Bulæus arguat, ante inchoatum ſeculum decimum tertium condecorata non fuit, uti Hiſtoriæ litterariæ Franciæ Scriptores tom.* 9, *pag.* 80 *docent, atque apud omnes propè eruditos modò in confeſſo eſt. Adhæc idem auctor, Cartuſiæ Majoris, ut jam dixi, alumnus, in Vita Sancti edenda num.* 20 *meminit Chartularii, quod, cùm ſcriberet, in Cartuſia Majori exſtiterit, quam jam inde ab anno circitèr* 1151 *tot inſtrumentis, quot ad Chartularium conficiendum ſuffeciſſent, inſtructam fuiſſe, parùm credibile apparet.*

1151 *circitèr,*

E

ſed veroſimiliter non ante annum circitèr 1250,

13 *Et verò, cùm Cartuſiæ, Cartuſiæ principi vicinæ, quales ſunt domus Portarum, Majoræ vi, Durbonis, Allionis & Vallis S. Hugonis, paulò ante annum* 1250, *uti Ms. de Vita* S. Brunonis *Tractatus, à Patribus Cartuſianis hujatibus mecum communicatus, num.* 24 *prodit, de documentis ſuis in Chartularia, quæ integra hodieque exſtant, cogendis primùm ſolliciti fuerint, eamdem tunc & Cartuſiæ Majori curam primùm fuiſſe ſuſceptam, veroſimile evadit. Hinc porrò jam conſequitur, ut Chronici, in cujus hîc ætatem inquirimus, auctor anonymus, utpote Chartularii, quod, cùm ſcriberet, in Cartuſia Majori exſtiterit, mentionem ex dictis faciens, ante annum circitèr* 1250, *contrà ac Columbius ſtatuit, veroſimiliter non ſcripſerit. Verùm quanto quidem tempore ſeriùs chronologus ille ſcriptioni manum admovit?*

F

certò autem ante annum 1314.

14 *Cùm Guillelmus de Yporegia, cui Joannes Columbius Tractatum de Origine & Veritate perfectæ religionis in Diſſertatione de Cartuſianorum initiis num.* 55 *attribuit, hunc anno* 1313 *ex mente ejuſdem Columbii exarârit; Boſo autem, cui dictus Tractatus reipſa fortè adſcribendus, anno* 1313 *obierit, oportet ſanè, ut hic ante annum* 1314 *ſit contextus. Quare, cùm ejus auctor, quiſcúmque demum is ſit, lucubrationi ſuæ (adi Joannem Columbi Diſſert. jam ſæpius cit., num.* 55 *&* 61) *integrum, de quo hîc, primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronicon inſeruerit, conſectarium omninò eſt, ut hoc auctor ante annum* 1314 *con-*

AUCTORE C. B.

scripserit. Quod quidem quamvis sat certum appareat, non suppetit tamen præterea, quo quot annis antè id fecerit, tutò determinem.

licèt, quanto temporis spatio, non constet, fuit conscriptum.

15 *Nihil interim obstare videtur, quò minùs id abs illo annis circitèr quinquaginta aut etiam sexaginta ante dictum annum* 1314 *factum credatur: imò verò etsi quis scriptionem illam, seu Chronici, de quo hîc, lucubrationem ante annum circitèr* 1250, *aut etiam ante annum circitèr* 1230 *figendam contenderet, falsi eum certò convincere non possem, quòd, jam tum in Cartusia Majori Chartularium non exstitisse, indubitatum omninò non sit; quod tamen, ut ante neutrum hunc annum lucubrationem illam locandam, posset probari, omninò requiritur, aliis prorsus omnibus, quibus res certò evincatur, argumentis, quantùm opinor, deficientibus. Atque hæc sunt, quæ pro Chronici, primos quinque Cartusiæ Majoris Priores, horumque ex parte gesta ordine recensentis, ætate utcumque determinanda occurrunt. Id autem nec ante seculum tertium decimum, nec post annum* 1314 *scriptum esse, ex omnibus jam dictis certum apparet; quanto autem tempore ante hunc annum factum id sit, planè incertum, nec quidquam occurrit, quo monumenti illius ætatem propiùs determinem.*

B

Id Carthusiani subsecuti, uti hîc exemplo

16 *Verùm etsi res ita sit, subsecutis nihilominus temporibus id ita Cartusianis fuit probatum, ut, si quæ in libris, quos scribebant, vel de Ordinis sui origine vel de* S. Brunone *primisve post hunc quatuor Cartusiæ Prioribus commemoranda ex occasione habuerint, ea ut plurimùm, quæ reipsa commemorârunt, ex eodem excerpserint, iisdem etiam ferè, quibus hujus auctor, verbis non rarò usi. Ac primò quidem hos inter memorandus est, qui monumentum illud in suum de Origine & Veritate perfectæ religionis tractatum intulit, auctor suprà plùs semel laudatus, sive is Guillelmus de Yporegia sive Boso sit. Huic accedit Priorum Ordinis Cartusiensis chronologus, à Columbio in Dissertatione de Carthusianorum initiis num.* 54 *memoratus, qui, uti ibi hic scriptor indicat, horrendum, quo sese Parisiis homo redivivus damnatum, publicè è feretro proclamârit, prodigium iisdem planè, quibus id in quinque primorum Cartusiæ Priorum Chronico, seu in antiquiori Sancti nostri Vita, ex hoc edenda, num.* 1 *& seqq. sit, verbis exponit, alio etiam, quàm quo hæc occurrunt, Operis sui loco ita memorans:* In brevi exaudita est oratio
C Joannis Birelli, Prioris Cartusiæ, & conventûs, atque Amedeus Viridis, comes Sabaudiæ, filium de uxore, quæ sterilis putabatur, suscepit, qui, etiam Amedeus vocatus, nunc comes Sabaudiæ est effectus.

non uno ostenditur,

17 *Ex his autem verbis consequitur, ut dictus chronologus eo temporis spatio, quod ab anno* 1383 *ad annum* 1391 *effluxit, indubiè scripserit; priori enim è binis hisce annis Amedeus Viridis, posteriori verò ejus filius, Amedeus itidem vocatus, è vivis, ut Columbius loco cit. docet, excessit. Hæc ipsa interim verba, jam mox recitata, in brevi Ordinis Cartusiensis Historia apud Marteneum tomo* 6 *Scriptorum veterum col.* 189 *etiam leguntur, hæcque nihilominus ab auctore ad annum usque* 1409 *producitur; quam ob rem, cùm Priorum Cartusiæ gesta ordine Chronico insuper exhibeat, consectarium omninò videtur, vel ut ipsum sit Cartusiensium Priorum è Columbio mox adducti chronologi Opus, quod hic ipsemet additamentis, gesta à tempore, quo priùs scripserat, complectentibus, dicto anno* 1409 *aut etiam serius, nulla facta in iis, quæ priùs scripserat, mutatione, auxerit, vel ut à scriptore altero & ex Priorum Cartusiensium laudati à Columbio chronologi Opere (ipsis hujus verbis servatis intactis) & ex notitiis scriptisve aliunde acceptis eodem dicto anno* 1409 *aut etiam serius fuerit compilata.* D

magni semper fecerunt.

18 *Utut sit, & hujus equidem Operis, in quod hæc, quòd infrà laudandum adhuc sit, observare libuit, auctor anonymus ex quinque primorum Cartusiæ Priorum Chronico, quod sibi præluxisse, non obscurè in Prologo innuit, integrum Sancti nostri elogium, quod Vitæ antiquioris nomine edendum jam monui, paucis dumtaxat mutatis, ad verbum ferè descripsit, uti etiam, quæ exhibet, aliorum quatuor proximorum post* S. Brunonem *Cartusiæ Priorum, uti iterum ex litteris, quas ad me Coloniâ Agrippinâ dedit Augustinus Aldenbrück, quasque num.* XI *laudavi, intelligo. Nec immeritò loco hoc recenseri possent non pauci alii, hosque inter Henricus Kalkar, Ordinis Cartusiensis scriptor eruditus anno* 1408 *è vivis sublatus, qui, cùm ex occasione dumtaxat de Sancto nostro egerunt, ex antiquiori illo monumento, licèt ipsis hujus verbis non omnes usi, nonnulla excerpsêre. Verùm cùm id operæ pretium non putem, ad illos progredior, qui tandem sub seculi sexti decimi initium res omnes, à* S. Brunone *gestas, ex instituto pertractare sunt aggressi, scribendorum materiem, quam & ipsi non alienis, sed propriis verbis expresserint, è binis, de quorum ætate jam actum, antiquis Chronicis, aliisque insuper, ut dubitandum non est, monumentis tum antiquioribus, tum recentioribus edocti.*

F

Quatuor Sancti Vitæ seculi 16 *initio scriptæ:*

19 *Quatuor hîc præcipuè memorandi sunt, quos inter primum locum tenent Carthusianus anonymus & Zacharias Benedictus, Cartusiæ S. Andreæ de littore Venetiis alumnus, quorum ille stylo soluto, hic ligato, sancti Patris sui gesta est complexus. Prioris lucubratio publici juris facta est anno* 1508, *quo eam excuso tunc à se* S. Brunonis *in S. Pauli Apostoli Epistolas Commentario Bertoldus Remboldus, Parisiensis typographus, præfixit; posterioris verò, etsi ante annum* 1524, *quo eam ad* S. Brunonis *Operum, typis à sese Lutetiæ tunc editorum, calcem Judocus Badius adjecit, in lucem non prodierit, ab auctore tamen jam inde ab anno itidem* 1508 *fuerat concinnata, uti inculenter ostendit, quam ibidem in capite præfert, Epistola dedicatoria, Francisco du Puits, Ordinis Cartusiensis Priori Generali,* Quinto Calend. Maii MDVIII *inscripta. Non diu admodùm post binos illos Sancti biographos idem hic Ordinis Carthusiensis Generalis Franciscus du Puits, Latinè à Puteo, seu de Puteo, aut etiam, ut ab aliis (variè enim Gallicum id cognomen Latino idiomate potest non ineptè efferri) scriptum invenio, Puteanus oratione aperta solutaque, ut Carthusianus anonymus proximè memoratus fecerat, sancti Patris sui Vitam, uti Theodorus Petræus in Bibliotheca Cartusiana, Morotius in Theatro chronologico aliique docent, conscripsit; è qua item, ut iidem testantur, haud ita multò post Petrus Blömenvenna, Cartusiæ Colonienſis alumnus multisque annis moderator, auctiorem deinde, additamentis aliunde acceptis, fecit, typisque in sede sua Coloniæ Agrippinæ vulgavit.*

20 *Puteani lucubratio, quæ auctoris sui nomine*

quæ ex his Baſileæ anno 1515 fuit excuſa, Puteanum,

mine inſignita nuſpiam reperitur, eſſe videtur ea ipſa S. Brunonis *Vita, quæ anno circitèr* 1515 *Baſileæ litteris Gothicis abſque auctoris nomine excuſa, iteratiſque deinde typis Lutetiæ unà cum ſuprà memorata Zachariæ Benedicti lucubratione metrica ad Operum* S. Brunonis *calcem à Judoco Badio abſque auctoris itidem nomine fuit adjecta, Prologum habens ſibi præfixum, cujus hoc eſt initium,* Non ſolùm Dominum in Sanctis *&c, itáque inchoata :* Temporibus Gregorii ſeptimi, Romani Pontificis *&c. At verò difficultas, quæ hîc ſe offert, ſermonis ſeriem interrumpere me cogit. Vitam Sancti, quæ Puteanum habet auctorem, Pariſiis apud Joannem Parvum prelo fuiſſe datam, Poſſevinus in Apparatu Sacro tradit; quare, cùm præterea Launoius in Diſſertatione de cauſa ſeceſsûs* S. Brunonis *in eremum cap.* 5 *circa medium affirmet, in Vita, à Puteano ſcripta, cum anno* 1082 *Sancti noſtri in eremum ſeceſſum componi, hicque nihilominus in Sancti Vita, Baſileæ excuſa, anno* 1084 *diſertè innectatur, erit fortaſſis nonnemo, qui ſuſpicetur, Puteani hanc fœtum non eſſe.*

B

uti variis rationibus adductis

21 *Verùm eadem Vita, quæ Baſileæ ac deinde Pariſiis apud Judocum Badium fuit impreſſa, ibidem apud Joannem Parvum fuerit fortaſſis recuſa, aut, ſi res ſecùs habeat, Poſſevinus fortè in aſſignando Vitæ, per Puteanum concinnatæ, typographo errârit; quod ultimum ſanè mihi veroſimillimum idcircò apparet, quòd, facta Pariſiis in bibliothecis tum publicis, tum privatis, diligentiſſima indagine, nulla planè, uti ex litteris ab amico inde acceptis diſco,* S. Brunonis *Vita, quæ apud Joannem Parvum ſit excuſa, inveniri potuerit. Quod autem ad Launoium pertinet, Vitam is, quæ à Puteano ſcripta non eſſet, pro biographi hujus lucubratione veroſimiliter per errorem acceperit, eò faciliùs committendum, quòd, ut jam monui, Vita, à Puteano elucubrata, auctoris ſui nomine inſignita non reperiatur. Utut ſit, Vitam Sancti noſtri, Baſileæ anno circitèr* 1515 *excuſam, Puteani eſſe fœtum, multa ſuadent. Primò enim tabula, prodigioſam hominis, qui ſe damnatum publicè Pariſiis declarârit, anaſtaſim,* Brunonis *hinc converſionem, ſeceſſum in Cartuſiæ ſolitudinem, aliaque nonnulla hunc prægreſſa repræſentans, quæ Ordinis Cartuſienſis Statutis ac Privilegiis, Franciſci à Puteo, ſeu, ut breviùs loquar, Puteani juſſu Baſileæ anno* 1510 *apud Joannem Amorbachium excuſis, præfixa eſt, Baſileenſi Sancti noſtri Vitæ pariter præfigitur.*

C

probatur, habet auctorem,

22 *Secundò veroſimillimum apparet, Puteanum, utpote qui plurimùm anno* 1514 *aut etiam paulò citiùs, ut Sanctorum albo* Bruno *adſcriberetur, laborârit, litteris hujus Vitam tunc mandâſſe, eamque, cùm jam illi, Leone X ſummo Pontifice annuente, honores cælitibus proprii dicto anno* 1514 *cœpiſſent deferri, typis haud multò pòſt excudendam curâſſe. Tertiò cùm de Vita* S. Brunonis *Baſileenſi ſermo eſt, Puteanianam intelligi, Carthuſianorum obtinet traditio, uti ſubminiſtrata à Joſepho Phily, Reverendiſſimi Patris & Capituli generalis Ordinis Cartuſienſis ſcriba, notitia me docet, certumque apparet ex Theodoro Petræo, ſcriptore Cartuſiano ſuprà adhuc laudato, utpote qui in ſuis ad Dorlandi Chronicon Elucidationibus pag.* 12 *Puteani fœtum vocet* S. Brunonis *Vitam, ad cujus calcem ſupra centum & ſexaginta funebres, de quibus mox, Tituli, ſeu, uti hos appellat, Epitaphia adjiciuntur, quæ tanto numero ſoli Sancti Vitæ, quæ Baſileæ excuſa eſt, adjecta reperiuntur. Quartò ac ultimò Vita,* AUCTORE C. B. *quam Blömenvenna, ut jam docui, partim ex Vita, à Puteano ſcripta, contexuit, tantam cum Vita, Baſileæ excuſa, uti ex utriuſque collatione liquet, ſimilitudinem habet, ut vel hanc ex illa, vel illam ex hac pro parte ſaltem contextam eſſe, ſit neceſſe. Quare, his omnibus perpenſis, nullus dubito, quin Vita, quæ Puteanum habet auctorem, ea ipſa ſit, quæ anno circitèr* 1515 *in lucem typis Baſileenſibus prodiit.*

ſolamque eam unà cum ſuprà memorata antiquiori & Suriana recudam,

23 *Inceptum itaque de Sancti Vitis, ſeculi ſexti decimi initio conſcriptis, ſermonem jam proſequor. E quatuor jam recenſitis ſola mihi deeſt, quam Carthuſianus anonymus adornavit, typiſque Bertholdus Remboldus Lutetiæ excudit; è tribus verò reliquis, quarum nulla, longo temporis intervallo, quo earum auctores à Sancti obitu ſcripſerunt, ſpectato, ab antiquitate commendari poteſt, ſolam Puteanianam, in capita & numeros de more diviſam, è Baſileenſi primæ editionis exemplari recudam, prætermiſſis aliis duabus vel idcircò, quòd altera quidem ludi dumtaxat poëtici, non Vitæ, hiſtoricè ac ſincerè* E *ſcriptæ, ſpeciem præferat, altera verò parergis ſuperfluis, digreſſionibuſque nimiùm longis ac frequentibus lectori multum tædii, voluptatis ferè nihil eſſet allatura; ut autem Vitæ, à Blömenvenna concinnatæ, deſiderium, ſi quis fortè eo teneatur, ferri queat faciliùs, Vitæ, à Puteano exaratæ, Vitam alteram, quæ, ſeculo ſexto decimo jam ſeneſcente, & ex hac, & ex auctiori Blömenvennæ lucubratione à Surio concinnata eſt, quæque proinde, quidquid in hac memoratu dignum occurrit, haud dubiè continet, ſubjungam, ſimulque excerpta è Blömenvennæ, uti & è Zachariæ Benedicti lucubrationibus verba, ut ea, quæ Puteanianæ & Surianæ Vitæ ſunt, rariùs alleganda veniant, Commentario huic, ſi quando congruum id fuerit, intexam, aut certè, ſi quid, quod à Vitis edendis abſit notarique mereatur, ſuppeditent, in Annotationibus, quas hiſce ſubjecturus ſum, inobſervatum haud præteribo.*

ita tamen, ut ei Titulos Sancti funebres, quorum hîc notio datur,

24 *Tres itaque tantùm Sancti noſtri Vitas diverſas, quarum duæ recentiores, unaque antiquior ſuprà memorata, nec tamen minùs quàm centum amplius poſt ejus obitum annis ſcripta eſt, recudam; quibus cùm præterea varios, quos tandem Gloria poſthuma ſeu quoddam potiùs hujus ſupplementum, è diverſis notitiis ſcriptiſve collectum excipiet, Titulos funebres, ſectionibus diverſis, quarum quælibet plures ex his contineat, ad Annotationum ſubinde addendarum commodum diſcretos, ac ſuis quoſque numeris diſtinctos, è Baſileenſi Sancti Vita eo ordine, quo ad hujus calcem reperiuntur, adjuncturus etiam ſim, lectorem modò hujus conſilii mei rationem & quid horum nomine veniat, hîc adhuc edoceri convenit. In more olim, etiam ætate* S. Brunonis, *poſitum erat, ut monachi, cùm quis ex inſignioribus monaſterii ſui viris obiiſſet, ſchedam ſeu epiſtolam encyclicam, mortis ejus nunciam, quæ ferè membranis in longum porrectis conſtabat, quæque quòd non plicata, ſed Romanorum voluminum inſtar voluta eſſet,* Rotuli *ſeu* Rolli *nomine diſtinguebatur, per unum è ſuis, qui propterea* Rotularius *aut* Rolliger *appellabatur, ad monaſteria, eccleſias aut perſonas, quibuſcum erant aut ſocietate aut amicitiâ aliove ſingulari modo conjuncti, ſubmitterent, pactas, ordinariaſve ſeu ſtatas preces pro defuncti anima poſtulantes; reſponſoria autem, quæ ad hujuſmodi epiſtolas, à perſonis, ad quas hæ miſſæ erant, car-*

F

AUCTORE C. B.

carmine plerúmque, ac ſubinde etiam eratione ſoluta dabantur, rotuloque allato aut etiam Chartæ ſeparatæ, prout res ferebat, inſcribebantur, Titulorum funebrium *nomine veniebant. Hæc omnia ferè aut certè non multùm abludentia colliguntur ex iis, quæ Cangius, varios citans ſcriptores, in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis ad vocabula* Rotulus, Titulus *&* Brevia mortuorum *in medium adducit.*

ob cauſas hic memoratas additurus etiam ſim.

25 *E more itaque jam deſcripto religioſi Calabrinæ eremi incolæ, cùm in hac* S. Bruno *obiiſſet, epiſtolam encyclicam, mortis ejus nunciam, ad Italiæ, Galliæ & Angliæ monaſteria ac eccleſias, & quidem contra morem plerúmque tunc uſitatum alias etiam nonnullas, quàm quibuſcum ſocietate erant conjuncti, per unum è ſuis, uti ipſa illa Epiſtola, ſuo loco proximè ante titulos funebres etiam edenda, fidem facit, quaquaverſum miſerunt, plurimaſque reſponſorias,* Titulorum funebrium *nomine propterea deinceps hîc diſtinguendas, acceperunt. Fuerunt illi, uti ex Ms.* S. Brunonis *Vita, à Carthuſiano Ligetenſi anonymo è funebribus, de quibus hîc, ejus titulis præſertim contexta atque ad Majores noſtros à Federico Floueto, Societatis noſtræ ſacerdote, ſubmiſſa, intelligo, in Calabrina S. Stephani eremo, cùm hæc à Ciſtercienſibus, qui eam, ſexaginta circiter poſt obitum* S. Brunonis *annis ad ſe tranſlatam, diutiſſimè obtinuerant, ad Carthuſianos tandem anno* 1514 *rediiſſet, hoc ipſo circiter tempore ab hiſce inventi, qui prelo dignos duxêre, reque ipſa ad Vitæ Sancti, quæ haud ita multò poſt Baſilcæ fuit excuſa, calcem adjecêre; nec ſanè immeritò. Etenim Sancti geſtis, uti ex Commentarii hujus decurſu pateſcet, illuſtrandis non parùm conducunt; etſi autem verſibus inſulſis maléque tornatis plerique conſtent, plurimi tamen ex iis nonnulla ad Sanctum ſpeciatim ſpectantia edocent, aut ſi, quod etiam non rarò fit, modo generali nimiùm ſint concepti,* Brunonem *ſaltem, ſi nonnullos exceperis, ab eruditione eximia, humilitate aliave virtute commendant, ut etiam plerúmque tum, quanto hic in pretio apud omnes fuerit, argumento ſint. Hinc itaque ego non præcipuos tantùm, ut Surius in Sancti Vita, à ſe contexta, fecit, ſed omnes & ſingulos, veluti pretioſa antiquitatis monumenta, ab ipſo ſtatim felici* S. Bru-

B

C

nonis *è vivis exceſſu ſcripta, recudam, maximè quòd à multis, ut intelligo, avidè deſiderentur, Baſileenſiſque ſeu Puteaniana Sancti Vita, ad cujus calcem dumtaxat reperiuntur, paucorum in manibus verſetur.*

Edenda Sancti Vita, quibus præterea

26 *Porrò cùm edenda* S. Brunonis *Vita, non exceptâ etiam illâ ipsâ, quæ ex primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronico excerpenda, tantæ antiquitatis merito, uti ex jam dictis pronum eſt colligere, non gaudeant, ut fidem per ſe facere poſſint; imò verò cùm vel idcircò, quòd ab auctoribus ſynchronis aut ſubæqualibus ſcriptæ non ſint, ambigi non immeritò queat, an qualibet earum aſſerta veritati certò conſonent, non parùm ſanè in hoc Commentario laborandum erit, ut, quæ inter illa ſunt, vera à falſis, certa à dubiis, probabilia ab improbabilibus, veriſimiliaque ab iis, quæ veriſimilitudine deſtituuntur, ſecernam. Atque hoc quidem ut effectui mandem, adhibiturus frequenter ſum, non tantùm ſuprà hùc tranſcriptum è primorum quatuor Cartuſiæ Priorum Chronico Sancti elogium, tituloſque funebres, de quibus jam dictum, verùm etiam nonnulla, tum ſcripta alia antiqua, ab auctoribus, qui aliquid ſaltem ex occaſione de S.* Brunone *memoriæ prodidêre, elucubrata, tum* D *diplomata ſeu chartas inſtrumentave publica, de quorum omnium auctoritate ac fide tunc dicam, cùm in medium adducenda ſeu citanda erunt; laborem autem omnem non parùm ſublevabunt non nulli, qui de* S. Brunone, *adductis non ſolùm documentis antiquis, verùm etiam, quæ ex hiſce formare potuerunt, argumentis, vel ex inſtituto, vel, ſi ex occaſione tantùm, ſermone ſaltem prolixiore tractârunt, ſcriptores recentiores. Et locum quidem hos inter non infimum tenebunt Surianus in ſuis ad Surianam* S. Brunonis *Vitam Annotationibus, Mabillonius tum alibi, tum maximè in Annalibus Eccleſiaſticis, Hercules Zanotti in ſua Italicè ſcripta* S. Brunonis *Hiſtoria, anno* 1741 *Bononiæ excuſa atque à reverendiſſimo domino, Cartuſiæ Mauerbacenſis in Auſtria abbate, anno* 1761 *nobis ſubmiſſâ.*

illuſtrandæ diſcutiendæque

27 *Nec minùs uſui erunt Carthuſianus anonymus, qui librum quartum Annalium Cartuſienſium, modò quidem excuſum, hactenuſque tamen, ut jam ſuprà monui, publici juris non factum, compoſuit, Hiſtoriæ litterariæ Franciæ Scriptores, præcipuè tom.* 9 *in Vita* S. Brunonis, *Camillus Tutinus in Ordinis Carthuſienſis, etſi interim hoc Opus ad manum non habeam, niſi mutilum, Hiſtoriæ Proſpectu, Morotius in ſacri Cartuſienſis Ordinis Theatro chronologico, Joannes Columbius in ſua* E *de Carthuſianorum initiis Diſſertatione, Innocentius le Maſſon lib.* 1 *Annalium Cartuſienſium, aliique in decurſu nominandi non pauci. Citandum interim à me, veluti viſum inſpectumve, ſtudioſus lector non exſpectet Severum à Neapoli, ſeu de Trafaglionibus, qui præter alia, quæ ad propoſitum noſtrum ſuggeri ab eo ſuſpicor, multa etiam, ut Surianus in ſuis ad* S. Brunonis *Vitam Annotationibus pag.* 197 *& ſeq. docet, monumenta ac diplomata, ad* S. Brunonem *remque Cartuſianam ſpectantia, è tenebris in lucem protulit; hic enim ſcriptor penes nos non exſtat; in aliis autem bibliothecis, quas hîc ſcrutandas curavi, inveniri non potuit, nec in regionibus remotis quærendum duxi, maximè quòd ejus defectum magna ſaltem ex parte ſuppleri putem ex tribus diverſis Mss. de* S. Brunone *Tractatibus, ſuprà jam memoratis, quorum unus, qui Chronologico-diplomatica de* S. Brunone *Diatriba inſcribitur, multaque antiqua documenta ac diplomata complectitur, à Michaële Mörkens, Cartuſiæ Colonienſis alumno, ad deceſſores meos anno* 1727 *fuit tranſmiſſus, alter, qui non pauca, in non vulgato hactenus moxque iterum laudato Annalium Cartuſienſium libro quarto pariter occurrentia, ſuppeditat, à Carthuſianis hujatibus nobiſcum eſt communicatus, ac tertius denique, qui potiſſimùm, ut jam monui, è funebribus Sancti Titulis à Carthuſiano Ligetenſi anonymo eſt contextus, à P. Federico Floueto ad Majores noſtros dono anno* 1658, *ut pariter jam monui, fuit ſubmiſſus.*

ſint adjumentis.

28 *Hiſce porrò addi etiam poteſt Vitæ* S. Brunonis, *quod multa eruditione eſt refertum, Compendium Hiſtorico-chronologico-criticum, à Cartuſiæ Pariſienſis alumno, qui nomen ſuum ſubticeri omninò vult, mecum haud ita pridem communicatum. Atque ita, ſtudioſe lector, modò habes præſenti § memorata adjumenta præcipua, quibus ad illuſtranda examinandaque* S. Brunonis *Acta in hoc Commentario ſum uſurus. Ceterùm ſciendum eſt, indiſcriminatim à me & abſque & cum aſpiratione* Cartuſiæ *&* Carthuſiani *vocabula exarari, quòd ita facilitatum inveniam à pleriſque me præ-*

greſſis

A *greſſis ſcriptoribus, quos ego erroris arguere non auſim. Licèt enim vocabulum* Cartus, *ut Puteanus in exhortatoria ſua, Vitæ Sancti à ſe contextæ adjecta, de qua in ultima ad hanc Annotatione dicam, oratione vult, verè eſſet vox Hebraïca,* perfectè vocatus *ſignificans, reque ipſa vocabulum Hebraïcum* Cartham *Hieronymus de nominibus Hebraïcis* (*adi Pariſienſem anni* 1699 *Operum ſancti hujus Patris editionem tom.* 2, *col.* 27) vocationem perfecit *Latinè interpretetur, conſequens tamen propterea non eſt, ut vel à* Cartus *vel à* Cartham *Hebraïcis vocabulis* Cartuſiæ & Carthuſiani *nomina nomenclationem acceperint. Rem ipſam modò aggrediamur.*

§ II. Nobile Sancti genus, patria, tempus natale.

Nobili genere Sanctus, etſi interim, an ex illuſtri,
B

NObili *genere ortum eſſe* S. Brunonem, *omnes ejus Vitæ edendæ unanimi conſenſu tradunt, idque indubitatum apparet: etenim breve ejus elogium, quod è quatuor primorum Cartuſiæ Priorum Chronico num.* 7 *recitavi, ita habet:* Magiſter Bruno, natione Teutonicus, ex præclara urbe Colonia, parentibus non obſcuris (*natus ſcilicet, uti aliàs additur*) ... eremum Cartuſiæ fundavit. *Adhæc ſtirpis, è qua editus eſt* Bruno, *nobilitati teſtimonium etiam præbet eccleſia S. Mariæ Rothomagenſis, utpote in titulo ſuo funebri, ad Carthuſianos Calabrinos anno* 1102 *miſſo, qui inter titulos hujuſmodi ad Vitarum calcem, ut dixi, edendos locum* 146 *obtinet, de Sancto ſic loquens:*

Ipſe fuit ſapiens, vir nobilis, indole fulgens. *Nec contra generis, è quo ortus eſt Sanctus, nobilitatem argui meritò poteſt ex Manaſſe, Simoniaco poſt Gervaſium anno* 1067 *vitâ functum, Remenſium archiepiſcopo, qui in Apologia ſua, pluries infrà laudanda, de* Brunone (*adi Mabillonium Muſei Italici tom.* 1, *part.* 2, *pag.* 121) *ita loquitur:* Cujus (Brunonis *videlicet*) ſocietatem non magnopere affectamus, utpote de cujus vita & libertate penitus ignoramus; *licèt enim hiſce verbis, ingenuuſne eſſet Sanctus, dubitare ſe Manaſſes indicet, è vehementiſſimo dumtaxat, quo in* Brunonem, *moribus ſuis peſſimis adverſum, ferebatur, odio id facit. Verùm ſunt nonnulli, qui, generis, è quo ortus eſt* Bruno, *nobilitatem penitùs rimari conati, eum è nobiliſſima illa Colonienſi familia, quam* de Harten-fauſt *ſeu* de duro pugno *incolæ indigitant, aliiſque nobiliſſimis item, quas hîc infrà nominant, familiis trahere originem, ſcripſerunt.*

C

ut nonnulli, quorum verba

30 *Etſi res, uti ex dicendis intelliges, admodùm ſit incerta, quî tamen & à quibus tradatur, cùm id futurum putem non ingratum, lectori exhibeo. Erhardus Winheim, Cartuſiæ Herbipolitanæ alumnus, in Opere ſuo, quod* Sacrarium Agrippinenſe *inſcripſit, annoque* 1607 *typis Colonienſibus vulgavit, pag.* 212 *ita ſcribit:* Ad initiatorem (*Ordinis Cartuſienſis*) igitur quod attinet, S. Brunonem, duxit is originem ex nobili proſapia Hartenfauſt, una è quindecim Romanis per S. Maternum & Traianum imperatorem in urbis (*Colonienſis ſcilicet*) præſidium ductis familiis, quemadmodùm quatuor ſuorum gentilitiorum arma ex Chronico Colonienſi teſtantur. *Theodorus Petræus, Cartuſiæ Colonienſis alumnus, in ſuis ad Chronicon Cartuſienſe Petri Dorlandi, quod è tenebris eruit typiſque anno* 1608 *vulgavit, elucidationibus ita obſervat:* Habuit verò (S. Bruno *nimirum*) parentes & genere & virtute inter Ubios cumprimis claros, ex illa nimirum nobiliſſima Romanorum proſapia oriundos, qui Agrippinæ novam deduxêre coloniam, quam etiamnum de Duro Pugno incolæ indigitant. *Hæc illi: ac poſterior quidem, cùm ambos* S. Brunonis *parentes nobiliſſimâ, quæ* de Duro Pugno *dicitur, familiâ oriundos affirmet, Sanctum tam ex parte patris quàm ex parte matris è familia* de Duro Pugno *oriundum ſeu Hartefauſtanum facit; prior verò, cùm Sanctum, nulla facta parentum ejus mentione, è familia* de Hartenfauſt, *ſeu* de Duro Pugno *trahere originem, dumtaxat tradat, fueritne id ex parte patris, an matris, aut etiam an ex utriuſque parte ſimul, non definit.*

AUCTORE C. B.

in medium

31 *Diſtinctiùs locuti fuêre, qui ante Petræum & Winheimium floruêre, Petrus Blömenvenna & Stephanus Brolmannus, Ubiorum, qui medio circitèr ſeculo ſexto decimo floruit, antiquarius, à Gelenio in Opere de Coloniæ Agrippinenſis magnitudine ab ipſo ſtatim initio alibique non rarò laudatus, quorum alter Sanctum ex parte patris, alter ex parte matris familiâ Hartefauſtanum facit. Prioris verba, quæ Vitæ Sancti, à ſe non admodùm diu poſt annum* 1515 *typis Colonienſibus editæ, hicque à nobis, ut jam ſuprà monui, non recudendæ, Prologo mox ſubdit, hæc ſunt:* Beatus Bruno, ſacri Cartuſienſis Ordinis initiator, natione Teuthonicus, ex inſigni civitate Colonia, quæ antiquitus Agrippina à Marco Agrippa, genero Octaviani, dicebatur, de parentibus tam genere, quàm virtute, claris duxit originem. Imperator quippe Traianus & ſenatus Romanorum nobiles illuc olim Romanos pro incolatu civitatis terræque cuſtodia direxerant; quibus matrimonialiter vicini nobiles conjungebantur. Ex quibus una tribus dicta fuit De Sapientibus, ex Romanis verò una appellabatur de Duro Pugno. De his ortus eſt beatus Bruno ex parte patris. Ex parte verò matris ſanguinem traxit de tribu nobili Romanorum, de Parva Cogitatione nuncupata, ex familia, quæ poſtmodùm de Rubro Steffen dicta eſt.

E

hîc adducuntur. memoriæ produnt,
F

32 *Poſteriores verò, quæ hic, teſte Mörkenſio, de nobilibus Sancti natalibus interrogatus repoſuit, iſta:* Aimilius ſeu Sapiens cognominatus fuit S. Bruno, ex Colonia Agrippinenſi oriundus ex patre de familia Romana-Francica & patricia Aimilia & Sapientum (Vonden Weiſen) quæ tradux & cauſa cognominis eſt; ac matrem habuit patriciam ex Catonum familia, quæ vernaculo Francico idiomate (Vonder Hartenfauſt) de Duro Pugno vocata eſt, cùm eſſet Catonum ſub Ubio-Romanis; aviam maternam ex patriciis Aimiliorum (Vonden Cleingedancken) de Parva-Cogitatione Francis; proaviam ex hujus quadam traduce familia de Rubea-Steffa (Vonder Roder-Steffen.) Cùm longiùs deſcendiſſet linea, matrimonia contracta ſunt, & ex hac quidam eques egregiis facinoribus in Cruciada regum dono capite Æthiopis coronato ſcutum auxerat. *Ita Blömenvenna & Brölmannus, quorum alter præterea Sanctum ex parte matris Steſſenum, alter ex parte patris Aimilianum facit; an omnia autem & ſingula (quod abſit, ut putem) tum Brölmanni, tum Petræi, Blömenvennæ & Winheimii aſſerta, verbis jam recitatis inclu-*

AUCTORE C. B. *ſa, veritati conſonent, examinare hîc non lubet, ſed tantùm, an Sanctus ex nobiliſſimis, quæ verbis recitatis nominantur, familiis, ac præcipuè an ex Hartefauſtana, cui eum ſcriptores quatuor laudati unanimi conſenſu attribuunt, oriundus rectè aſſeratur.*

probaque etiam nititur Brölmannus,

33 *Ac Petræus quidem, & Winheimius, nullum planè, quo Hartefauſtanam Sancti originem probent, monumentum antiquum laudant, nedum adducunt in medium. Nec meliùs firmat Blömenvenna, quæ de Hartefauſtano Sancti ex parte patris, Steſſeno verò ex parte matris ortu memoriæ prodit. Quod autem ad Brölmannum pertinet, ea quidem hunc, quæ de Sancti genere profert, è domûs, à Gelenio, de Coloniæ Agrippinenſis Magnitudine lib. 3, ſyntagmate 19 memoratæ, quæ ad Rubeam Steſſam dicitur, quæque, quòd in ea Sanctus progenitus feratur, ſacram ejus imaginem, portæ affixam, præfert, monumentis antiquis eruiſſe, Mörkenſius in Ms., quam jam ſuprà laudavi, Chronologico-diplomatica de* S. Brunone *Diatriba affirmat; verùm quæ qualiave hæc ſint, non edicit. Adhæc ipſemet*

B *quidem Brölmannus, quò, quod Sancto attribuit, genus probet, apud Mörkenſium ſcribit:* More nobilium Germanorum habuit (*videlicet* S. Bruno) quatuor inſignia, quibus illuſtre genus ſuum familiamque oſtenderet ac propugnaret, 1. De Sapientibus (Von den Weiſen) qui habuerunt cæruleum leonem in candido campo ſalientem; 2. De Duro-Pugno (Von der Hartefauſt) qui ſcutum album ornaverunt duobus brachiis rubeis & cancellatis, manu in modum pugni contracta, quaſi ad luctam; 3. De Parva-Cogitatione, (Von den Kleingedancken) quibus clypeus erat rubeus cum nivea trabe, contorta per ambages; 4. De Rubea-Steſſa, (Von der Roder-Steſſen) quorum clypeus in campo rubeo habebat duas trabes contortas, & hinc inde duo Æthiopum capita coronata.

Hartefauſtorum familia originem trahat, pro prorſus incerto, prout hic,

34 *Verùm gentilitia inſignia, quæ hîc Brölmannus memorat, quæque unà cum Sancti imagine etiam Vita, à Blömenvenna conſcripta peneſque me exſtans, ad calcem exhibet, propria fuiſſe* S. Brunoni, *ſeu ei ob genus, ex quo ortus eſſet, competiiſſe, nulla ratione veroſimile apparet. Etenim gentilitia, qualia memorat Brölmannus, nuncque in uſu ſunt, inſignia tum primùm, cùm Chriſtiani, quod demùm ſub finem undecimi, ac initio duodecimi ſeculi factum, bellum ſacrum in*

C *Oriente contra infideles ſuſcepêre, ſunt oborta, ut Muratorius tom.* IV *Antiquitatum Italiæ col. 689 & ſeq. è variis auctoribus rectè docet;* Bruno *autem, uti ex infrà dicendis pateſcet, omni dubio procul ante annum* 1050 *natus eſt, ut proin hujuſmodi inſignia nec parentibus ejus, nec ipſimet competierint. At verò Commentarios Rerum civilium, quos Brölmannus, Res Colonienſes illuſtrans, compoſuerit, apud Mörkenſium laudari etiam invenio; quare cùm in hiſce, generi, quod Sancto attribuit, probando accommodata forſan abs illo ſuppeditari putarem, nec tamen Commentarios illos, uti nec antiqua, ut jam innui, domûs, ad Rubeam Steſſam dictæ, monumenta, ex quibus, quæ de Sancti genere Brölmannus tradit, eruere hic potuerit, ulla ratione nôſſem, Coloniam litteras dedi, quibus ab Auguſtino Aldenbrück, Societatis noſtræ ſacerdote, petii, ut, ſi quid, quòd ad Hartefauſtanum aliudve Sancti genus demonſtrandum conduceret, vel de monumentis illis, vel de Brölmanno ſcriptiſque ab eo Commentariis, vel etiam de familia familiiſve,* D *ex quibus Sanctus oriundus ab hoc ſcriptore aſſeritur, compertum haberet, indagandove aſſequi poſſet, totum id ad me ſcribere dignaretur.*

re etiam ſedulò Coloniæ Agrippinæ

35 *Ac petitioni apprimè ſanè ſatisfecit vir, de Muſeo noſtro optimè meritus, datis hunc in finem ad nos duabus epiſtolis, in quarum prima de Brölmanno quidem ſcriptiſque ab eo Commentariis ita loquitur:* Magnam is operam in colligendis urbis (*Colonienſis nimirum*) monumentis antiquis poſuit, ſed nihil ex iis publici juris factum præter Epideigma, continens tabellas diverſas æri inciſas & Præfatione aut dedicatione in averſa parte inſcriptas. Ejuſdem rerum civilium Commentarii Mss. ubi lateant, Superi nôrint; crediderim ego inter amicos & hæredes ab ejus obitu diviſos, meque ante XXII annos librum illius primum, qui de Ubiorum origine & antiquis ſedibus, apud P. Hartzheimium P. M. vidiſſe; *de genere verò ſeu familiis, ex quibus Sanctus originem traxiſſe traditur, ſic ſcribit:* Quod ad ſplendorem generis S. Brunonis demonſtrandum faciat, nihil aliud ſupereſt, quàm conſtans traditio & fama publica. Certum quidem eſt, E familias illas (*à Brölmanno ſuprà memoratas*) hîc Coloniæ floruiſſe, prout plurima teſtantur monumenta, quæ in variis ædibus tum ſacris, tum profanis etiamnum viſenda ſuperſunt unà cum eiſdem ſcutis ac teſſeris gentilitiis, quæ Mörkenſius, Brölmannus, Gelenius adducunt. At nullo ſat firmo documento præter traditionem prædictam commonſtrare huc uſque poſſum ex iiſdem familiis ortum fuiſſe S. Brunonem.

tum in domo, in qua Sanctus natus dicitur,

36 *Quod porrò ad domûs, in qua Sanctus Coloniæ Agrippinæ natus fertur, monumenta antiqua, ex quibus, quæ de* Brunonis *genere tradit, Brölmannus hauſerit, jam pertinet,* Domum, *inquit,* quæ primis eum (S. Brunonem *nimirum*) cunis excepit, ante dies aliquot denuò adii; at veterem illam & antiquiſſimi operis, quam adoleſcens ſæpe, deinde hîc loci politioris literaturæ magiſter iterum perluſtraveram, fruſtra in moderna ad ſeculi hujus genium annis abhinc aliquot compoſita requiſivi. *Ac deinde, interpoſitis nonnullis, quæ, cùm de gloria Sancti poſthuma tractabo, opportuniùs deſcribentur, hunc in modum proſequitur:* A quibus (*domûs, in qua Sanctus natus dicitur, dominis ac inquilinis*) & feneſtris antiquis novæ ſubſtitutæ ſunt, parùm penſi habitis ſcutis & inſcriptionibus, quæ in antiquis, ut nullus dubito, licuiſſet reperire. Supra portam viſitur S. Bruno, & in tabulato Superiore cubiculi (*quod ſcilicet* Brunonem *inhabitâſſe volunt*) cernitur idem Sanctus ſcutis quatuor (*illis videlicet, quæ Brölmannus ſuprà memorat*) circumdatus. Sed opus illud ducentos & quinquaginta annos ætate ſua vix reor excedere. *Et quatuor quidem, quod hîc monendum, ſcuta illa è Blömenvenna aut Mörkenſio, apud quos exſtant, æri inciſa lectori exhibiturus hîc fuiſſem, ſi è familiis, quarum ſunt, genus ducere* S. Brunonem, *ulla ratione conſtaret. Verùm rem ſecùs habere, ex dicendis magis magiſque pateſcet.*

tum ex civitatis illius tabulariis publicis examinata,

37 *Laudatus Auguſtinus Aldenbrück verbis proximè recitatis etiam adjecerat, ſeſe, quò certiora ad me perſcribere poſſet, curaturum præterea, ut, an quidquam, nobili* S. Brunonis *generi definiendo aptum, in tabulariis publicis, quæ Coloniæ* die ſchrein, ſcrinia *appellantur,*

A tur, fortaſſis inveniretur, ab amicis, quibus ea, data occaſione, aperienda ſcrutandaque ſperabat, certior redderetur; cùm autem id factum fuiſſet, ſecundam è duabus ſuprà dictis ſcripſit epiſtolam, hiſce maxima ex parte verbis conceptam: Amicorum ope conſecutus ſum, ut in præcipuis id genus (quæ Coloniæ ſcilicet die ſchrein, ſcrinia vocantur) tabulariis vetuſtiores chartæ omnes, quæ De Rubea-Steſſa agebant, perluſtratæ ſedulò fuerint atque excuſſæ; ſed nihil ex iis erui aliud potuit, quàm ab annis ſexcentis & ampliùs præcipuæ nobilitatis urbicæ duo fuiſſe ſtemmata, quorum unum nomine ALBORUM, alterum RUFFORUM inſignitum fuerit. Verùm fruſtra hiſce è chartis familia & liberi petuntur, cùm in antiquiſſimis ſola deprehendantur nomina ALBORUM ſeu DE ALBIS & RUFFORUM, ſequiori deinde ævo additum ſubinde reperiatur unius alteriuſve filii nomen in hunc ferè dumtaxat modum: Superne DE ALBIS; infrà HILLIGER &c filii. Ex quibus id unum confici exiſtimem, S. Brunonem à parente potiùs nomen de Albis, Von den Weiſen, quàm Æmili aut Sapientis, prout Brölmannus

B ex recenſione Mörkenſii cenſuit, aut potiùs auguratur, traxiſſe.

rationę non una

38 *Atque hæc ſunt, quæ laudatus Auguſtinus Aldenbrück ad quæſita, à nobis ſibi propoſita ſupráque expreſſa, reſcripſit; ex illis autem pro Hartefauſtana Aimilianave Sancti origine determinanda nihil omninò poteſt erui. Primò enim, cùm quo loco modò Rerum civilium Commentarii, à Brölmanno ſcripti, lateant, ſeſe ignorare, num.* 35 *prodat, ſitne in iis, unde hic auctor aſſertum à ſe Sancti genus probet, quid comprehenſum, relinquitur æquè ac antè incertum; quod autem ad ſcuta & inſcriptiones, in antiquis domûs Steſſanæ, quæ* S. Brunoni *natalis perhibetur, feneſtris expreſſa pertinet, ſeculo ea quinto decimo, aut etiam ipſa imagine, quæ* S. Brunonem, *quatuor ſcutis gentilitiis, à Brölmanno ſuprà enumeratis, circumdatum, in ſuperiori cubiculi, quod Sanctus inhabitârit, tabulato repræſentat, quæque* (*adi num.* 36) *ducentorum dumtaxat & quinquaginta circitèr annorum videtur, ætate fuiſſe ſuperiora, nullo planè, quantùm ſcio, argumento poteſt probari; ut proindè, etſi etiam iiſdem, quod tamen neutiquam conſtat, clariſſimè Hartefauſtanam Aimilianamve Sancti originem fuiſſe expreſſam daretur, certa tamen hæc propterea, ut conſideranti patebit, minimè evaderet. Quare cùm nec ex publicis, uti laudatus Aldenbrück num. præcedenti indicat, civitatis Colonienſis tabulariis, nec ex aliis, quod ſciam, obviis notæ auctoritatis ætatiſque monumentis ullo modo confirmetur, reſtat, ut in ſola num.* 35 *allegata publica fama conſtantique traditione ſit fundata, ac proin ut planè ſit incerta, cùm traditio, quæ teſtimoniis à re, circa quam verſatur, trium ut minimùm ſeculorum ſpatio remotis, dumtaxat fulcitur, fidem indubitatam, uti ex ſe patet, facere non poſſit, taliſque ſit, uti ex jam dictis liquet, Colonienſium de Hartefauſtana Aimilianave Sancti origine traditio.*

oſtenditur, ſit habendum,

39 *Nec eſt, cur ex Gelenio de Coloniæ Agrippinenſis Magnitudine lib.* 3, *ſyntagmate* 19 *& Brölmanno apud Mörkenſium opponas, domum, quæ ad* Rubeam-Steſſam *hodieque dicitur, ad* S. Brunonis, *qui & in ea natus ſit, parentes pertinuiſſe, ac proin horum ſaltem alterum è familia Hartefauſtana, Steſſanæ cognatione jam tum*

conjuncta, exſtitiſſe; præterquam enim quòd illud AUCTOR B
ſolâ traditione, quæ mox dictâ præſtare non vi- C. B.
detur, innitatur, quî, quæſo, probabis, domum illam (quod tamen, ut inde quidquam eliciatur, requiritur) aut fuiſſe, antequam ad Sancti parentes pertineret, à Steſſanis, à quibus & nomen tunc acceperit, poſſeſſam, aut, ſi poſſeſſa ab hiſce jam tum fuerit, ad Sancti parentes cognationis, quæ hos inter & illos intercederet, causâ tranſiiſſe? Adhæc Gelenii, qui ſimilia credidiſſe poteſt, auctoritas, ut eadem pariter credam, minimè ſufficit; hic enim ſcriptor, quod etiam ferè, ut modò intelligo, de Brölmanno dicendum, quæcúmque ad Ubiæ gentis magnitudinem facerent, promiſcuè, nullo diſcrimine, delectu nullo habito, corraſiſſe dignoſcitur. Omnibus itaque accuratè perpenſis, Hartefauſtanuſne familiâ Sanctus, ſeu potiùs, ut generatim loquar, quo determinato illuſtri genere natus ſit, deficientibus, quibus id tutò aſſignetur, monumentis antiquis ſatiſque idoneis, planè eſt dubium; ut Surius ſanè in ejus Vita, contrà ac à Blömenvenna, è quo hanc, ut dictum, partim compoſuit, fieri videbat, à definienda nobili Sancti origine prudenter abſtinuerit, eumque parentes *habuiſſe* & genere & virtute claros, *num.* 1 E
dumtaxat ſcripſerit. Blömenvennam nihilominus, quàm Surium Ferdinandus princeps elector Colonienſis, ſeu potiùs qui datam hujus nomine anno 1624 *ad clerum Colonienſem de celebranda* S. Brunonis *feſtivitate epiſtolam encyclicam, quam integram Gloriæ poſthumæ intexam, ſcripsêre, ſequi maluerunt, hiſce in ea verbis uſi:* Sanctus Bruno, magnum Eccleſiæ decus & ornamentum, civis Colonienſis, Coloniæ nobili Hartenfauſt familiâ natus & educatus. *Verùm hi tantæ auctoritatis, uti per ſe liquet, eſſe non poſſunt, ut hîc audiendi ſint.*

Colonia Agrippina.

40 *Idem etiam de Hieracenſi (fuerit hic haud dubiè, uti ex Ughello tom.* 9 *Italiæ Sacræ de epiſcopis Hieracenſibus colligo, Octavianus, anno* 1591 *vitâ functus) epiſcopo dicendum, qui, ut Severus à Neapoli apud Surianum in illuſtrata Sancti noſtri Vita pag.* 86 *teſtatur, in collecto à ſeſe archiepiſcoporum Rhegienſium in Calabria Catalogo, cui poſt Arnulphum* S. Bruno, *tamquam electus eccleſiæ hujus præſul, inſeritur, fuiſſe hunc è familia Alcuina ſeu Alchanirina natum, memoriæ prodit. Quibus enim è monumentis Catalogum illum collegit Octavianus? An ex antiquis? Id quidem cum Suriano loco cit. crediderim. Aſt an etiam ex tam antiquis, ut fidem indubiam ex ſeſe facere fuerint nata? Id enim verò nec Surianus affirmat, nec abſque fidei minimè ſuſpectæ teſtimonio facilè in animum induxero. Utut ſit, certè Ughellus, à quo tom.* 9 *Italiæ in archiepiſcoporum Rhegienſium Catalogo poſt Arnulphum* S. Bruno, *tamquam electus hujus in ſedem illam ſucceſſor, pariter recenſetur inſignique præterea elogio ornatur, nullam planè de Alcuina ſeu Alchanirina Sancti origine mentionem facit. Atque hæc de* Brunonis *genere, quod nemo facilè definiat, dicta ſufficiant; ad ſolum ejus natale ſermonem modò converto. Qui unanimi conſenſu, Sanctum nobili genere ortum, iidem, in Germania Coloniæ Agrippinæ etiam natum, omnes ejus aſſerunt biographi. Et ſanè hanc eorum aſſertionem veritati eſſe apprimè conſonam, ſatis liquet vel ex ſolo primorum quatuor Carthuſiæ Majoris Chronico, ante annum, ut jam docui,* 1137 *concinnato, ſideque digniſſimo, quod in* S. Brunonis *elogio, num.* 7 *huc tranſcripto, opportunè ad inſtitutum præſens ita habet:* Ma-

AUCTORE C. B.

gister Bruno, natione Teutonicus, ex præclara urbe Colonia parentibus non obscuris natus, ... eremum Cartusiæ fundavit.

utut etiam Remensis aut Gallus

41 *Accedit porrò Sigeberti Gemblacensis, anno 1113 è vivis sublati, quæ iisdem ferè verbis solum Sancti natale Coloniæ Agrippinæ collocat, Chronographia, uti etiam Petrus Venerabilis, anno 1156 vitâ functus, qui magistrum* Brunonem *lib. 2 Miraculorum, cap. 28* Coloniensem *appellat. At verò Sanctus noster à duobus scriptoribus sibi coævis, quorum alter Chronicon Malleacense, à Labbeo tom. 2 Bibliothecæ novæ Mss. editum, alter Fragmentum Historiæ Franciæ à tempore Roberti ad mortem Philippi I regis, à Chesnio tom. IV Scriptorum Franciæ insertum, conscripsit,* Remensis *etiam appellatur. Amborum verba huc transcribo. Prioris tom. Labbei cit., fol. 205 hæc sunt:* Fulbertus docuit Berengarium, canonicum sancti Martini. Qui item Brunonem Remensem & alios multos heredes Philosophiæ reliquit; *posterioris tomo Chesnii itidem cit., fol. 89 ista:* Hoc tempore tam in divina, quàm in humana Philosophia floruerunt

B

Lanfrancus Cantuariorum episcopus, Guido Langobardus, Maingaudus Teutonicus, Bruno Remensis, qui postea vitam duxit heremiticam. *Adhæc inter funebres Sancti titulos duo occurrunt, quorum altero, inter edendos trigesimo secundo,* Bruno *expressè* Gallicus *vocatur, altero Gallus fuisse, sat apertè innuitur. Prior, qui ecclesiæ S. Mariæ Carnotensis scholarium est, sic habet:*

Quàm Phœbe Phœbo, quàm cætera sydera lunæ,
Tam totus mundus adsit tibi, Gallice Bruno;

Posterior verò, qui sancti Gervasii Falesiæ in Normannia est, locumque inter recudendos 114 obtinet, ita sonat:

Gallia multorum mater nutrixque virorum,
Isti quando pares es habitura mares?
Iste tuus quondam doctrinæ præbuit undam
Gentibus & cleris &c.

vocatus reperiatur, natus est,

42 *Hinc porrò, cùm præterea Gallum fuisse* S. Brunonem, *alii etiam ejus, quos hîc recensere, operæ pretium non est, tituli funebres indicare videantur; non nemo fortè existimabit, è Gallia eum fuisse oriundum, nec Coloniæ Agrippinæ, sed Remis natum; verùm cùm monumenta antiqua non collidenda, sed, si fieri queat,*

C

componenda inter se sint; Sanctus autem aliâ etiam quàm ortûs ratione Gallus, aliâque item quàm nativitatis, Remensis dici potuerit, re ipsa id ita in Chronico Malleacensi, allegato è Chesnio Fragmento historico titulisque funebribus factum esse, credendum est, ne alioquin monumenta hæc antiqua pugnare dicenda sint cum antiquissimo quatuor primorum Cartusiæ Priorum Chronico seu excepto ex hoc Sancti elogio, quod nullo planè modo, utpote Brunonem *natione Teutonicum & Coloniæ Agrippinæ natum, disertissimè docens, veritati consonum potest intelligi, nisi reipsa hic Coloniæ Agrippinæ natus sit. Sanctus itaque* Remensis *quidem à Chronici Malleacensis dictique Fragmenti historici scriptoribus dictus fuerit, quòd hisce non tam ex patria, quàm ex studiis, quibus Remis tum discendo, tum docendo diutissimè vacaverat, & ex dignitatibus, quas ibidem obtinuerat, notus esset; pro gallo verò in Titulis funebribus habitus fuerit vel simili ferè de causa, vel quòd in Gallia potissimùm educatus fuisset; quod postremum eò minùs rejicien-*

D

dum est, quòd in Titulo funebri 115, qui S. Mariæ Tornacensis est, Coloniæ natus & in Gallia educatus dicatur. En illum:

Quem genuisse Colonia, Francia vult aluisse,
Gloria, Bruno pater, genti communis utrique
Ascensu facili sociatur ad agmina cæli.

idque non, ut vult Bailletus, anno, qui

43 *Atque ita, omnibus rite expensis,* S. Brunonem *Coloniæ Agrippinæ natum esse, extra omnem controversiam arbitror; verùm multùm abest, ut annus ejus natalis tam certò definiri queat. Hunc interim post annum Christi 1050 Bailletus ad VI Octobris col. 83 collocat; ast eumdem decem ut minimùm annis maturandum, Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores tom. IX, pag. 233, aliique plures observant; & rectè quidem, ut vitæ, à Sancto ductæ, series ostendit. Etenim* S. Bruno, *uti infrà ostendam, occasione turbarum, quas in ecclesia Remensi Manasses archiepiscopus excitârat, anno 1076 aut sequenti scholarum, quam in hac gerebat, præfecturam dimisit; quod proindè, si post annum demùm 1050, ut Bailletus vult, natus sit, anno ætatis suæ vigesimo quinto aut certè vigesimo sexto fecerit. Quare, cùm simul,*

E

antequam hoc faceret, multis jam annis, ac proin duodecim saltem aut quindecim, scholas Remenses rexisset, consequens erit, ut celeberrimarum harum scholarum præfecturæ jam inde ab anno ætatis suæ duodecimo, aut ad summum quinto decimo, quod nemo sanæ mentis admittet, fuerit admotus. Brunonem *autem multis annis scholarum Remensium præfecturam, priusquam hanc abdicaret, gessisse, ex iis, quæ Marlottus Historiæ metropolis Remensis lib. 1, pag. 115 scribit, simulque ex iis, quæ de anno, quo Sanctus præfecturam illam dimisit, jam dicta sunt, dilucidè consequitur:* Brunonem *enim scholarum Remensium caput seu rectorem jam inde ab anno 1056 constitutum à Gervasio archiepiscopo fuisse, loco cit. is scriptor tradit, nec multùm à vero eum aberrare, ex infrà dicendis de tempore, quo* Bruno *Remis docere primùm inceperit, dilucidè patescet. Sanctum interim Remensibus scholis diu præfuisse, aliunde in antecessum nunc probo. Atque ad hoc quidem opportunè hîc succurrit, qui è funebribus Sancti Titulis septuagesimus tertius est supra centesimum. In hoc enim Nolienses monasterii S. Vincentii canonici Regulares, qui,* visâ

F

schedulâ, quæ Brunonis incomparabilis philosophi obitum patefecit, *ingemuêre, diu hunc Remensium scholarum præfecturam gessisse, disertis verbis affirmant, ita loquentes:* Bruno ... veram scientiam & prudentiam liberalium artium, nec non ceteras Cardinales virtutes habuit & servavit, quas in bono fine consummavit. Dudum siquidem ecclesiæ sedis Remensium summus didascalus, utpote in psalterio & ceteris scientiis luculentissimus, & columna totius metropolis diu extitit.

seculo undecimo medio

44 *Adhæc Sanctum, cùm Remensium scholarum præfecturâ sese abdicavit, non viginti quinque dumtaxat aut viginti sex annorum, quod, ut dictum, ex Bailleti opinione consequitur, sed provectioris ætatis fuisse, in Vita Urbani II Papæ, Mabillonii & Ruinartii Operum Posthumorum tom. 3 inserta, pag. 6 & 7 posterior è binis hisce scriptoribus efficacissimè è variis funebribus Sancti nostri Titulis probat. Verba ejus proinde, Titulos simul, è quibus partim hæc deprompta sint, suo singulis numero apposito, designans, hæc transcribo. Sic habent:* Hunc (S. Brunonem *videlicet*)

A *delicet*) "Gemmam ſophiæ„ appellant (*Titulo* 74) canonici ſanctæ Mariæ Bleſenſis; "Lucem „ecclesiarum„ (*Titulo* 82) monachi Bellovacenſes ſancti Luciani; "Clariſſimum ſophiſtam„ (*Titulo* 107) Miciacenſes ſancti Maximini; "Do„ctorem doctorum„ (*Titulo* 77) Bernacenſes; "Magiſtrorum decus, remigium turbæ Remen„ſis„ (*Titulo* 109) Pariſienſes ſanctæ Mariæ Majoris eccleſiæ canonici; Hunc "Doctrinæ præ„buiſſe undam gentibus & cleris, „ aiunt (*Titulo* 114) ſancti Gervaſii Valeſienſes; "Cun„ctos ſuperâſſe toto in orbe magiſtros„ (*Titulo* 64) ſancti Timothei Remenſes; "Ejus doctri„nâ tot factos eſſe ſapientes, quot mens ne„ſcit„ (*Titulo* 131) ſanctæ Mariæ Spulingenſes; & monachi ſancti Nicolai Andegavenſis, "Ejus doctrinam toto fulgere in orbe, „ unde ejus "Sequaces, „ eſſe optant (*Titulo* 78) canonici cathedralis eccleſiæ ſanctæ Crucis Aurelianenſis. Nimius eſſem in ceteris ejus elogiis recenſendis. At omittere non licet canonicorum Andegavenſis eccleſiæ cathedralis ſancti Mauricii teſtimonium, quo Brunonem aſſerunt magiſtrum

B ſuiſſe non puerorum aut minorum clericorum, ſed virorum gravium & jam doctorum, qui ſub eo divina, id eſt, Theologiam addiſcebant. Quod ſanè arguit, eum jam tunc maturæ ætatis fuiſſe, cùm Remis ante ſuum receſſum doceret.

45 *Ita ille, qui deinde è canonicorum eccleſiæ cathedralis Andegavenſis Titulo, qui inter recudendos locum* 166 *tenet, verſibus aliquot, qui ſic habent,*

fuerit poſterior,

Ejus & eximia celebratur ubique ſophia,
Pluſquam Maronis laudatur lingua Brunonis,
Gloria Platonis vileſcit laude Brunonis.
Hic præcellebat doctoribus, hic faciebat
Summos doctores, non inſtituendo minores.
Doctor doctorum fuit hic, non clericulorum.
Nam nec honeſtates verborum, nec gravitates
Sumpſit Brunonis niſi Vir magnæ rationis.

Nunciat egregiam Divina docendo ſophiam, *lectori exhibitis, ita mox poſt pauca, quæ huc minùs faciunt, proſequitur:* Jam verò quis dixerit, tantum Virum, quem omnes fermè Galliarum, Angliæ & Italiæ eccleſiæ veluti celeberrimum ſcientiarum magiſtrum certatim commendârunt, has laudes annos viginti aut paullò plùs aut minùs natum promeruiſſe? Quis, inquam, ſibi in animum induxerit, Brunonem ea

C ætate diu ſcholas adeò celebres cum tanta eruditionis & doctrinæ fama rexiſſe, ut poſt viginti (*circitèr nimirùm*) receſſionis annos mors ejus tamquam omnium doctorum magiſtri à pleriſque orbis Chriſtiani eccleſiis celebrioribus deplorata fuerit? *Hactenus Ruinartius: & ſanè, cùm Sanctus in tot adductis ab eo Titulis funebribus tam variis tamque profuſis, quas, brevi ſpatio ætateque juvenili haud facilè merendas, Remenſes ſcholas docens aut harum præfecturam gerens meruerit, laudibus ornetur, argumento id eſt perquàm valido, fuiſſe illum, cùm hanc anno* 1076 *aut ſeq., ut dictum, dimiſit, viginti quinque aut viginti ſex annis majorem, ac proin ante ſeculum undecimum, media ſui parte jam elapſum, ſeu ante annum* 1050 *eſſe natum.*

nec anno, pro quo duo hic allegata teſtimonia faciunt,

46 *Verùm quanto quidem citiùs id evenit? Zanotti* (*adi num.* 26) *in contexta à ſe Sancti Vita pag.* 3 *duo affert è Calabriæ monumentis, quæ laudat, teſtimonia diverſa, quæ* S. Brunonem *nonagenario majorem obiiſſe, produnt. Alterum, quod* Epigramma *vocat, quodque ſpeluncæ, in qua Sanctus in Calabria habuerit, fuerit inſcriptum, duobus conſtat his verſiculis:*

AUCTORE C. B.

Jam nonaginta duos vitæ compleverat annos,
Cùm Superos fragili carne ſolutus adit;

alterum, quod è Ms. antiquiſſimo, ut ait, fuerit deſumptum, de Brunone *ſic habet: Obiit* Pridie Nonas Octobris anno ab orbe redempto milleſimo centeſimo ſecundo, menſe octavo, ætatis ſuæ verò anno nonageſimo ſecundo. *Cùm ergò Sanctus, uti infrà ſuo loco probabitur, omni dubio procul anno* 1101 *vitâ functus ſit, anno circitèr* 1008 *natus indubiè fuerit, ſi binis illis adductis, quorum altero Sanctus, cùm jam nonaginta duos vitæ annos implêſſet, altero, cùm jam nonageſimum ſecundum vitæ annum ageret, obiiſſe traditur, teſtimoniis ſit ſtandum. Verùm hæc è fontibus adeò antiquis, ut fidem indubiam mereantur, profecta mihi non videntur: licèt enim alterum è Ms. antiquiſſimo Zanotti indicet depromptum, quantæ tamen antiquitatis hoc fuerit, non adjungit, dubitareque proinde ſinit, an ſeculo quarto decimo, aut etiam quinto decimo extiterit antiquius; quod utrumque à Sancti noſtri ætate eſt remotius, quàm ut ſcriptis de eo tunc confectis ſua queat certa conſtare fides.*

47 *Et verò ipſemet Zanotti Ms. illud, utut antiquiſſimum, magni haud fecit: etſi enim etiam, quò ab errore Chronico quantum ad annum Chriſti* 1102, *cui Sancti obitum illigat, habeatur immune, Chriſti annos in illo ab Incarnatione, prout hæc Nativitatem præceſſit, numerari affirmet, recitatis tamen, quæ jam huc tranſcripſi, binis teſtimoniis, mox ſubdit, probabile non eſſe, Sanctum ad tantam, quanta in hiſce aſſeritur, ætatem perveniſſe, additque etiam, id ita idcirco ſibi videri, quòd non appareat, quî is in ætate tam provecta* (*ſic enim anno* 1084, *quo ex dicendis Carthuſiæ eremum primùm ingreſſus eſt, ſextum ſupra ſeptuageſimum ætatis ſuæ annum jam egiſſet*) *auſterum adeò, quale tum in Carthuſia Majori, tum in Calabria duxit, vitæ genus ducere, labores & ærumnas, itinerumque, quibus ſe dedit, incommoda ſuſferre potuiſſet. Ita ferè quantùm ad ſubſtantiam Zanotti, & rectè ſanè. Atque hinc eſt, cur & eorum, qui Sanctum anno* 1020 *natum ſtatuunt, opinio mihi diſpliceat: in hac enim ille, cùm anno* 1084 *in Carthuſiæ eremum ſeceſſit, annorum quatuor ſupra ſexaginta extiterit; qua pariter ætate rigidiſſimæ graviſſimiſque incommodis obnoxiæ vitæ, quam tunc primùm fuerit amplexus, ducendæ fuiſſe parem, minùs credibile appareat.*

1008, aut ſaltem 1010,

48 *Quapropter cùm Sanctus equidem, ut ſuprà oſtenſum, major, quàm viginti quinque aut viginti ſex annis, cùm anno* 1076 *aut ſequenti Remenſium ſcholarum præfecturâ ſeſe abdicavit, haud dubiè extiterit, nativitas ejus circa annum* 1030 *aut paulò ſeriùs hunc annum inter & annum* 1040 *collocanda videtur. Ita enim, cùm in Carthuſiam ſeceſſit, annorum dumtaxat quinquaginta circitèr exſtiterit; qua ætate plures fuiſſe & adhuc reperiri viros, vegetos adhuc ac robuſtos, duriſſimiſque laboribus ferendis idoneos, experientiâ habetur compertum. Ita etiam poterit intelligi, quî factum ſit, ut* Bruno, *cùm Remenſium ſcholarum præfecturam anno* 1076 *aut ſequenti dimiſit, hanc jam dudum, id eſt, annis quindecim circitèr, ut ſuprà dictum, aut ſaltem duodecim, imò jam inde ab anno* 1056,

ſed anno circitèr

AUCTORE C. B.

si Marlottus loco suprà cit. rectè notet, gessisset, eamque, quâ tunc inclaruisse, à Guiberto de Novigento, auctore coævo infrà sæpissimè laudando, diserte asseritur, variisque in Titulis funebribus suprà citatis innuitur, nominis celebritatem jam acquisivisset. Et sanè Sanctum, cùm Cartusiæ eremum est ingressus, quinquagenarium circiter aut eo etiam paulò majorem fuisse, ac proin tempore jam assignato natum esse, utcúmque etiam suadet modus, quo de eo, veluti de viro longè gravissimo, ætatisque planè maturo, sermo fit tum in variis Titulis funebribus suprà laudatis, tum in Vita S. Hugonis, Gratianopolitani episcopi, apud nos tom. 1 *Aprilis inserta, in qua auctor synchronus Guigo, quintus Cartusiæ Majoris Prior, num.* XI *de* S. Brunone, *ad sanctum hunc episcopum paucis diebus, antequam Cartusiam ingrederetur, veniente, ita loquitur :* Adest magister Bruno, vir religione scientiâque famosus, honestatis & gravitatis ac totius maturitatis quasi quoddam simulacrum.

1030 *evenit.*

49 *Accedit, in diversis ecclesiis jam tum, cùm Sanctus anno* 1084 *in eremum secessit, celebres floruisse viros, quos hic discipulos habuisset, hosque inter Odonem de Castellione, qui anno* 1088 *ad summum Pontificatum fuit evectus, nomenque Urbani II assumpsit. Nec hîc præterire possum antiquum Cartusiæ Montis Dei in Picardia codicem, in quo* S. Bruno *septuagenarius obiisse legitur, ut Jacobus Martinius, Cartusiæ hujus alumnus, apud Morkensium in Ms. hujus Chronologica-diplomatica de* S. Brunone *Diatriba,* § 1 *testatur ; si enim codex ille rectè notet, Sanctus utique, utpote anno* 1101 *vitâ functus, anno circiter* 1030 *natus fuerit. Verùm cùm de codicis illius ætate nihil vel à Martinio, vel à Morkensio additum inveniam, rem alio adhuc argumento, quod mihi omnium validissimum apparet, juverit firmâsse. Sanctus verosimiliter, uti infrà probabo, ante annum* 1050 *Berengario in Philosophia magistro usus est ; quare cùm hanc verosimillimè non priùs exceperit, quàm cùm septemdecim circiter annorum esset, hique ab anno* 1050 *ordine retrogrado computati deducant ad annum circiter* 1030, *Sanctum circa hunc ipsum annum natum esse, consequitur. Atque hinc præcipuè simulque ex aliis suprà in medium adductis probabilissimum sanè apparet, Sanctum anno circiter* 1030 *aut paulò serius hunc annum inter & annum* 1040 *natum esse ; quod cùm sufficienter modò probatum putem, ad alia progredior.*

B

C

§ III. Qualis Sanctus in pueritia fuerit, canonicusne S. Cuniberti, & qua ætate esset, cùm litteras discendi causâ Gallias adiit, & an ibi Berengarium in Philosophia magistrum habuerit.

Sanctus, qui etiam in pueritia gravis moribus fuit, Gallias adiit discendi causâ.

Blömenvenna in contexta à se Vita de Sancto, adhuc puero, ita loquitur : Hujus à cunabulis mater sapientia lactabat infantiam, & semper in profectu ætatis proficere ad meliora edocuit. Hic etiam, dum puer esset, nihil puerile gessit in opere, sed quasi futuræ religionis speciem ostentans, plurium monachorum institutor à Domino parabatur. Sortitus est autem à Domino animam bonam, laudabilem indolem, ingenium docile, memoriam tenacem, voluntatem affectuosè inclinatam ad optima. *Eadem in edenda Sancti Vita habet Surius, à Blömenvenna, quem hîc quantùm ad substantiam ad amussim expressit, in verbis, quibus utitur, dumtaxat diversus. Atque hæc quidem omnia, etiamsi expressè vel scriptoris vel monumenti antiqui testimonio confirmari haud queant, verosimillima universim apparent ; quod verò nominatim ad eximias, quibus Sanctus adhuc puer effulserit, animi dotes pertinet, veritati sanè id esse consonum, subsecuta ejus per totam vitam gesta dubitare non sinunt, luculenterque ex dicendis patescet. Verùm enimverò leviora hæc sunt ; graviora longè, difficultatibusque penè inextricabilibus implicata modò sequuntur. Blömenvenna verbis, proximè ex eo jam recitatis, hæc subdit :* Verùm scholis Parisiensibus traditus liberalibus artibus imbuendus, ultra coævos proficiens & inter primos philosophos habitus scholarum magister est effectus. *Sanctus ergò secundùm Blömenvennam, cui Surius etiam consonat, litteris liberalibusque artibus Parisiis, celeberrima Galliarum civitate, fuerit imbutus.*

D

E

Antea altioribus scientiis imbutus non erat,

51 *Ac Sanctum quidem litteris operam daturum Coloniâ Agrippinâ Gallias petiisse, apud omnes in confesso est, nec ulla ratione potest revocari in dubium, uti ex dicendis quisque facilè intelliget. Verùm quæri hîc potest, qua ætate Gallias adierit, num nullam antè in patria litteris operam navârit, num prævie S. Cuniberti canonicum non egerit, & num tandem verè Parisiensem urbem petierit studiisque suis consecrârit. Et primò quidem* Brunonem *in patria, antequam in Galliam proficisceretur, litterarum Grammaticæque rudimentis fuisse imbutum, verosimillimum apparet : verùm an altioribus etiam scientiis ? Id sanè, dum locum, quo ibi* Bruno *studuerit, assignant, innuere videntur Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores tom.* 9, *pag.* 233. *Etenim hîc Sanctum non tantùm in collegiata S. Cuniberti ecclesia, & litteris tam divinis quàm humanis optimè imbutum, & magnâ curâ educatum fuisse, scribunt, verùm etiam citant in margine Labbeum Bibliothecæ Novæ tom.* 1, *pag.* 638, *seu Sancti nostri elogium, ex hoc Labbei loco num.* 7 *huc transcriptum, in quo tamen ad eorum propositum nihil occurrit, quam* litteris tam sæcularibus quàm divinis valde munitum fuisse Brunonem ; *quæ elogii verba, ut consideranti patebit, intelligenda præcipuè sunt de altioribus scientiis Philosophia & Theologia, quas Sanctus aliquando calluerit, quasque interim eum Coloniæ, antequam Gallias adiret, non didicisse, ex ætate minùs provecta, quâ tunc fuisse, infrà probabitur, certum apparet. Quod autem ad locum, quo Sanctum Colonia educatum litterisque imbutum aiunt, hunc etiam Sancti apud Labbeum elogium neutiquam exprimit.*

F

nec etiam canonicus S. Cuniberti,

52 *Oportet ergò, ut scriptores illi, quæ loco cit. de re illa litteris mandârunt, unicè hauserint è prolixa, quam ibidem pro se unà cum Sancti elogio dumtaxat citant, quamque Mabillonius Musei Italici tom.* 1, *part.* 2, *pag.* 119 *& seqq. exhibet, Manassis archiepiscopi Remensis Epistola, ad Hugonem Diensem, Sedis Apostolicæ in Gallia legatum, data, in qua ita loquitur :* Bruno nec noster clericus, nec noster natus aut renatus est, sed sancti Cuniberti Coloniensis, in regno Teutonicorum positi, canonicus est.

A est. *Et sanè Sanctus, quem ex hisce Manassis verbis Coloniæ in collegiata S. Cuniberti ecclesia canonicum fuisse, constat, verosimillimè etiam, ex parte saltem, & in hac educatus, & litteris fuerit excultus, si modò jam inde ab eo tempore, quo in Galliam sese nondum contulerat, Coloniæque juvenis adhuc degebat, Cunibertinis canonicis fuerit adscriptus. Verùm sunt, qui Sanctum tum demum, cùm anno circiter* 1076 *aut sequenti improbis Manassis archiepiscopi moribus Remos deserere fuisset coactus, canonicatu in collegiata S. Cuniberti ecclesia donatum fuisse, contendunt, idque idcircò quòd Sanctus anno* 1079, *quo præfatam epistolam Manasses scripsit, Cunibertinæ ecclesiæ canonicus ratione obtenti in hac in adolescentia canonicatûs vocari nequivisset, cùm tunc beneficio hujusmodi, utpote à pluribus jam annis ecclesiæ Remensis canonicus factus, sese haud dubiè abdicâsset. Res sanè mihi sat verisimilis apparet.*

etsi interim oppositum omninò improbabile non sit,

B 53 *Attamen fieri potest, ut Manasses locutus fuerit de Sancto, veluti de Cunibertinæ ecclesiæ canonico, quòd, etsi non amplius tunc, aliquando tamen in hac canonicatum obtinuisset, eumque, utpote pravis suis moribus contrarium, pro canonico Remensi habere ex odio nollet; quod ut facilius credi queat, faciunt, quæ jam recitatis proximè subdit, hæc verba:* Cujus (Brunonis *nimirùm*) societatem non magnopere affectamus, utpote de cujus vita & libertate penitus ignoramus; & quia, quando apud nos fuit, multis beneficiis à nobis in eum collatis, malè & nequiter tractati sumus. *Ita quippe, ut Sancto apud Sedis Apostolicæ legatum invidiam conflet, Manasses hîc loquitur. Adhæc Sanctus à Cunibertino canonicorum collegio, in quo primùm vitæ, ad canonum præscriptum exigendæ, sese dederat, Cunibertinus canonicus, etsi ad aliud canonicorum collegium jam transiisset, dici forsan adhuc potuerit, quòd pro tempore, quo Remis versaretur, possessi in ecclesia Cunibertina canonicatus fructibus dumtaxat renunciâsset, ipso interim canonicatu canonicique Cunibertini titulo retento, ut ad hunc, si quando Remensi excidisset, redire potuisset. Duo certè diversa hunc in modum, maximè si legitima, ut fieri potuit, auctoritas intervenerit, beneficia possidendo in canones peccaturus Sanctus fuisse non videtur. Hisce itaque consideratis, eorum opinio,*

C *qui* Brunonem, *antequam Gallias adiret, Coloniæ in collegiata S. Cuniberti ecclesia canonicum exstitisse, autumant, non omninò improbabilis apparet, ac proin Historiæ litterariæ Franciæ scriptores, dum Sanctum, antequam Gallias peteret, & ecclesiæ Cunibertinæ canonicum faciunt, & in hac fuisse educatum, affirmant, erroris indubitati arguere non ausim, licèt interim contrarium æstimantium opinio probabilior appareat.*

fuisse videtur. Ita suadet infirma ætas, quâ Remis studuit.

54 *Et hæc quidem probabilior multò erit, si ad id, ut Sanctus ecclesiæ Cunibertinæ canonicus esse potuerit, provectior fuerit quàm quatuordecim aut quindecim annorum ætas requisita. Sanctus enim, cùm id circiter ætatis esset, aut adhuc junior, Coloniâ in Galliam litteras discendi ergô profectus jam fuisse, Remisque studuisse videtur. Funebris enim Titulus, inter recudendos* 56, *quo S. Mariæ ecclesiæ metropolitanæ Remensis canonici Sancto parentârunt, sic habet:*

Quem tenerum docuit mater Remensis alumnum,
Propositi tenuisse fidem lætata Brunonem,
Migrantem ad Dominum lacrymis precibusque salutat.

AUCTORE C. B.

Per tenerum *autem* alumnum *quatuordecim aut quindecim annorum, aut etiam paulò junior adolescens hîc intelligendus videtur. Ita autumo, tum quòd adjectivum* tener, *dum ætatem afficit, ad paucos hanc annos per se contrahat, tum quòd Sanctus Remis litteras humaniores didicerit, annoque circiter* 1047 *Philosophiam, cùm verosimiliter annorum circiter septemdecim dumtaxat esset, Turonis audire inceperit. Et hoc postremum quidem infrà probabo; Sanctum autem Remis humaniores litteras didicisse, fidem facit apud Mabillonium Præfatione in Sæculi* VI *Bened. part.* 2, *num.* 85 *Baldricus abbas Burgulienſis, auctor coævus; ibi enim in carmine ad Godefridum Remensem nondum edito de* S. Brunone *sic canit:*

Et tunc Remis erat, Remis quoque Bruno studebat,
Bruno Latinorum tunc studii speculum.

Hîc autem per Latinorum studium *non Philosophiam, aliasve altiores scientias, sed litteras humaniores, quibus linguæ grammaticæque Latinæ studium comprehenditur, verosimillimè intelligit.*

F

Ibi poëtam sæculi successu

55 *Et verò Sanctum, qui, cùm juvenis admodùm, ut dictum, Remis studuerit, verosimillimè, antequam hoc faceret, nec Parisiis, nec in alia Galliarum civitate litteris operam dederit, politiori literatura seu humanioribus litteris sese Remis excoluisse, ipsimet Historiæ litterariæ Franciæ scriptores loco suprà cit. non obscurè docent, Poësi illum æquè ibidem, quàm aliis scientiis, ut ævi, quo vivebat, mos ferebat, incubuisse, asseverantes, ut verosimillimè, dum pro scientiis, à* Brunone *Coloniæ Agrippinæ hausti, ejus apud Labbeum exstans elogium loco suprà cit. laudant, minùs ex hoc, quàm verbis suis indicent, deductum voluerint aut certè, quid ex eo consequeretur, minùs perspexerint. Porrò Sanctus tanto ardore tantoque successu humanioribus litteris seu linguæ Latinæ studio sese totum in celeberrima tunc Remensi schola addixit, ut aliis in exemplum proponeretur. Ita ex ultimo, è duobus proximè huc transcriptis Baldrici, abbatis Burgulienſis, versiculis colligendum videtur:* Bruno Latinorum tunc studii speculum. *Adhæc quantum Sanctus nominatim in poëtica facultate progressum fecerit, sufficienter ostendit vel solum ab eo compositum atque tum alibi sæpius, tum Parisiis à Jodoco Badio cum ceteris sancti Viri Operibus anno* 1524 *excusum Paræneticum ad cælestia capessenda Epigramma, utpote in cujus versibus, utut ad artem omninò non exactis, ea tamen, quam in aliis penè omnibus poëtis sæculi* XI, *quo Sanctus floruit, frustrà quæras, & venustas & elegantia mirificè elucet.*

F

excoluit; Philosophiam autem, non Parisiis,

56 *Integrum id speciminis loco huc transcribo. Sic habet:*

Mortales Dominus cunctos in luce creavit,
Ut capiant meritis gaudia summa poli.
Felix ille quidem, qui mentem jugiter illuc
Dirigit atque vigil noxia quæque cavet!
Nec tamen infelix, sceleris quem pœnitet acti,
Quique suum facinus plangere sæpe solet.
Sed vivunt homines, tamquam mors nulla sequatur,
Et velut infernus fabula vana foret,
Cùm doceat sensus, viventes morte resolvi,
Atque orebi pœnas pagina sacra probet;

Quas

AUCTORE C. B.

Quas qui non metuit, infelix prorſus & amens
Vivit & extinctus ſentiet ille rogum.
Sic igitur cuncti mortales vivere curent,
Ut nihil inferni ſit metuenda palus.

Nec minùs Sanctus, uti ex dicendis pronum erit colligere, altioris ordinis ſcientiis, quàm poëtica facultate ſeſe ſtuduit imbuere. Verùm ubi haſce ac nominatim quidem Philoſophiam didicit? Pro civitate Pariſienſi ſtant non modò Blomenvenna verbis num. 50 *huc tranſcriptis, Surius in Sancti Vita, aliique Ordinis Carthuſienſis ſcriptores non pauci, verùm etiam, quos omnes nominare non vacat, alii nonnulli, ac nominatim in Univerſitatis Pariſienſis Hiſtoria, anno* 1665 *à ſe edita, tom.* 1, *pag.* 467 *& ſeq. Cæſar Egaſſius Bulæus, qui, licèt Sanctum Pariſiis Philoſophiæ incubuiſſe, apertè ibidem non edicat, ſatis tamen id indicat, quique, quod reliqui non faciunt, opinionem ſuam, quâ præterea Sanctum Pariſiis docuiſſe, autumat, probare etiam nititur.*

ut Bulæus conjecturis, quæ hic B

57 *Ac àd id quidem tres conjecturas adhibet diverſas. Omnium poſtremam, cùm tantùm eò tendat, ut Sanctum Pariſiis, quod infrà dumtaxat diſcutiendum, docuiſſe probet, prætermitto, ſolúmque duas reliquas examino. Harum poſterior* petitur (*verba ſunt Bulæi*) ex authore anonymo, qui Hiſtoriam à Roberto ad mortem uſque Philippi I perduxit, quique Brunonem novit aut nôſſe potuit. Ille autem iis eum accenſet, quos propè certum eſt ſtuduiſſe & docuiſſe Pariſiis. "Hoc tempore,,, inquit, nempe circa annum annum MLX, "tam in divina, quàm ,,in humana Philoſophia floruerunt Lanfrancus ,,Cantuarienſis epiſcopus, Guido Langobardus, ,,Manigaudus Teutonicus, Bruno Remenſis, ,,qui poſtea vitam duxit eremiticam.,, Nemo autem dixerit, Viros illos docuiſſe Remis. *Ita ille, qui, quamquam Sanctum Philoſophiæ Pariſiis incubuiſſe, expreſsè non edicat, ſatis tamen id innuit, cùm, Pariſiis ſtuduiſſe eum, propè certum eſſe velit, ſimulque, quò rem evincat, anonymi textum, quo Sanctus in Philoſophia floruiſſe, aſſeritur, in medium adducat. Verùm unde, quæſo,* Brunonem *non alibi quàm Pariſiis Philoſophiæ incubuiſſe, aut etiam ſcientiam hanc docuiſſe, certum eſſe poteſt?*

proponuntur tribus diversis C

58 *Sanè* Brunonem *Philoſophiam Remis docuiſſe, ex infrà dicendis ac nominatim ex ipſo, quod hic Bulæus laudat, Fragmento hiſtorico veroſimilius apparet, ut proinde contrarium ſit incertum, debeatque vel hinc Bulæi conjectura, de Philoſophia à* Brunone *Pariſiis excepta, pro admodùm incerta haberi; an verò de aliis, quos anonymus à Bulæo adductus laudat, certior ſit, aliis examinandum relinquo, & ad alteram ſcriptoris hujus conjecturam jam venio. Hæc* eſt ex Chronici Malleacenſis (*verba iterum ſunt Bulæi*) manuſcripto codice, qui ſervari dicitur Pariſiis in bibliotheca Puteana, quique ab auctore conſcriptus eſt circa annum MCLX, & in lucem editus à Philippo Labbeo. In eo autem leguntur hæc verba ad an. DCCCC-LXXXXVI: "Gerbertus docuit Fulbertum, Carno-,,tenſem epiſcopum. Hic iterum Fulbertus docuit ,,Berengarium canonicum S. Martini. Qui item ,,Brunonem Remenſem & alios multos hæredes ,,Philoſophiæ reliquit. Bruno quidem perfectus ,,philoſophus & eremita apud Calabriam mul-,,torum monachorum pater obiit in Chriſto.,, At ubi Berengarius eum hæredem Philoſophiæ reliquit? Certè ubi ipſe docebat; at non legitur docuiſſe Remis, ſed Turonis, & præſumitur docuiſſe Pariſiis poſt mortem Fulberti Carnotenſis præceptoris ſui. Itaque veriſimile eſt, Brunonem eum (*in Philoſophia nimirum*) Lutetiæ audiviſſe. D

probare incaſſum nititur.

59 *Hactenus Bulæus, contendens videlicet, non tantùm Sanctum noſtrum Philoſophiæ placita Pariſiis excepiſſe, verùm etiam ibidem in hiſce magiſtro uſum eſſe Berengario, Turonenſi S. Martini canonico, viro illo ex ſparſo hareſeos ſuæ, quâ realem Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento præſentiam negavit, Calvinoque & ejus ſequacibus præluſit, veneno per omnem latè Europam notiſſimo. Verùm cùm Berengarius (adi Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* IX, *pag.* 140.) *Pariſiis docuiſſe nuſpiam legatur, ſitque proinde, uti ipſemet Bulæus verbis recitatis ſatis indicat, an ibidem revera ille umquam docuerit, admodùm dubium, cur Turonis hunc, ubi certò docuit, à Sancto in Philoſophia auditum fuiſſe, è recitatis Malleacenſis Chronici verbis potiùs non intulit? Sanè cùm Berengarius, à Lanfranco variis diſputationibus devictus, & à diſcipulis propterea deſertus, Pariſios & ſcholas dimittere, Turonaſque repetere, ex ipſiuſmet Bulæi opinione ſub annum* 1038 *fuerit coactus, nequiit profectò Sanctum in Philoſophia ibidem habere diſcipulum, utpote qui tunc, anno demùm, ut docui,* 1030 *circitèr natus, decimum ætatis ſuæ annum nondum attigiſſet. Ruit itaque & altera, quâ Pariſiis à* Brunone *Philoſophiam fuiſſe exceptam, probetur, formata à Bulæo conjectura. Et verò Sanctum non Pariſiis, ſed Remis vel Turonis Philoſophiæ incubuiſſe, dicendum: Remis quidem, ſi Berengarius in ſcientia illa magiſter ei non obtigerit, Turonis vero, ſi obtigerit.* E

ſed Turonis ſub Berengario, contrà ac Mabillonius,

60 *Ac horum quidem primum idcircò placet, quòd Sanctum diu Remis ſtuduiſſe & docuiſſe, & ex jam dictis & ex porrò dicendis certum omninò ſit; poſtremum verò, quòd utique, ſi revera Sanctus, ut Chronicon Malleacenſe tradere videtur, in Philoſophia Berengarium audierit, factum id eſſe ibi, ubi hic docebat, veroſimillimum appareat. Ut itaque Remiſne, an Turonis Philoſophiæ placita* Bruno *exceperit, definiri utcúmque queat, habueritne hic in Philoſophiæ Berengarium magiſtrum, eſt indagandum. Ac Sanctum quidem in Philoſophia magiſtro uſum eſſe Berengario, mea eſt opinio, quam ut probem, primò eos, qui illi adverſantur aut certè non favent, convenio. Marlottus, poſtquam Hiſtoriæ metropolis Remenſis tom.* 2, *pag.* 135 S. Brunonem *dixit præceptorem, in Philoſophia videlicet, nactum fuiſſe Berengarium, S. Martini Turonenſis canonicum, ſtatim addit,* ſi chronographo Malleacenſi, Brunonis coætaneo, credatur. *Mabillonius fidei profeſſioni* S. Brunonis, *quam tom.* 4 *Veterum Analect. pag.* 400 *edidit, annotationem hanc præfixit:* Deoduini epiſtolæ propter argumenti affinitatem ſubjicere viſum eſt S. Brunonis fidei profeſſionem, quam morti proximus edidit, damnata hæreſi Berengarii, cujus diſcipulus fuerat, ſi fides eſt Chronico Malleacenſi. *Duo itaque viri illi eruditi, Marlottus nempe & Mabillonius, quidquid Chronici Malleacenſis auctor verbis num.* 58 *à Bulæo adductis ſcribat, pro indutato non habuêre,* Brunonem *in Philoſophia magiſtro uſum umquam eſſe Berengario. Nec tantùm rem hanc dubiam, verùm etiam à vero alienam autumavit Mabillonius.* F

cujus hic verba

61 *Etenim Præfatione in Seculum* VI *Benedictinum num.* 7 *circa medium ſic ſcribit:* De hac pro-

A propagatione (*doctrinæ & eruditionis*) agens ſancti Maxentii chronographus, eam, tamquam è fonte, repetit à Girberto ſeu Gerberto monacho Auriliacenſi, qui Fulbertum Carnotenſem docuiſſe dicitur. "Fulbertus,, verò, ait ille, "docuit Berengarium canonicum ſancti Martini: ,,qui item Brunonem Remenſem & alios mul-,,tos heredes Philoſophiæ reliquit:,, quo ex loco nonnulli colligunt, Brunonem, ſacri Cartuſiani Ordinis inſtitutorem, Berengarii diſcipulum exſtitiſſe. Verùm præterquam quòd illius Maxentiani chronographi auctoritas tanti non eſt, ut id adſtruere valeat, certè ipſa chronographi verba longè aliter interpretanda videntur. Hæc enim verba, "qui item Brunonem Remenſem,, &c non ad Berengarium referenda ſunt, ſed ad Fulbertum, qui Berengarium docuit, qui item Brunonem Remenſem. Deinde ipſamet verba non evincunt, Fulbertum, nedum Berengarium, auditorem habuiſſe Brunonem, ſed tantùm Brunonem & alios multos, ſive à Fulberto, ſive à Berengario heredes Philoſophiæ relictos fuiſſe, à quocúmque demùm præceptore eruditi fuerint illi, id eſt, Bruno aliique Philoſophiæ heredes. Certè
B Brunonem jam clericum & Colonienſem canonicum, ac proinde litteris excultum, ex urbe Colonia in Remorum civitatem acceſſiſſe, conſtat; at longè veroſimilius eſt, cum à Notgero, Leodicenſi epiſcopo, ejuſque diſcipulis inſtitutum fuiſſe. Hujus rei teſtis eſt locupletiſſimus Manaſſes, Remorum archipræſul, in Apologia ſua, ubi de Brunone, qui ejus moribus adverſabatur, hæc habet: "Bruno nec noſter cleri-,,cus, nec noſter natus aut renatus eſt, ſed ſan-,,cti Cuniberti in regno Teutonicorum poſiti ,,canonicus eſt &c.,, Id obſervare viſum eſt hoc loco de Viro ſanctiſſimo, qui, etſi Berengarii diſcipulus fuiſſet, longè ab ejus errore abhorruit, ut probat ipſius confeſſio de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, quam aliàs retulimus. Sed intereſt verum à falſo diſcernere, & nubeculam illam, ſi qua erat, à tanto lumine removere.

62 *In altera deinde in Sæculum* VI *Benedictinum Præfatione, quò opinionem ſuam confirmet, num.* 85 *ſic ſcribit:* Hunc Godefridum (*Remenſem, qui* S. Brunoni *in ſcholarum magiſterio à Manaſſe, Remenſium archiepiſcopo, Remis fuit ſuffectus*) viventem ac mortuum laudavit Baldricus abbas, qui eum Remis genitum, litteriſque inſtitutum cum Brunone fuiſſe dicit. Ita enim canit ille in carmine nondum edito "ad Godefri-,,dum Remenſem.,,

"Nobilis urbs, Romæ ſoror, inquam, & Ro-
,,ma ſecunda
,,Te genuit, peperit promeruitque ſibi.
,,Hæc te doctrinæ totius nectare fultum
,,Adſcivit ſtudiis, præpoſuitque ſuis.
,,Gallia tunc etiam ſtudiis florebat opimis,
,,Florebatque tuo Gallia plùs ſtudio.
,,Ad te currebant examina diſcipulorum
,,Et refovebantur melle parentis apes.
,,Et tunc Remis erat, Remis quoque Bruno
,,ſtudebat,
,,Bruno Latinorum tunc ſtudii ſpeculum.
,,Ipſis temporibus ſtuduitque ſenex Herimanno,
,,nus,
,,Et mundo ſtudii clara lucerna fuit.
,,Tu fueras juvenis, fueras & acutior illis.
,,Tertius ergò venis, jam quoque primus
,,eras.

Octobris Tomus III.

AUCTORE C. B.

,,Gervaſio princeps, princeps tuus ille Ma-
,,naſſes
,,Succeſſit, qui te promovet ad ſtudium.,,

Ex his intelligitur, quod in priori Præfatione (*loco nempe proximè ante hunc ſuprà hùc tranſcripto*) oſtendimus, Brunonem Remis operam litteris (*in Philoſophia videlicet*) dediſſe, non Turonis ſub Berengario magiſtro, ut quidam ex Chronico Malliacenſi malè intellecto perſuadere volunt; & quidem non ſolùm cum prædicto Godefrido, ſed etiam eum Herimanno ſeniore, quem Gozechinus ſcholaſticus primùm laudat inter illius ſæculi ſapientes & auctoritate præſtantes, qui, relictis inferioribus ſtudiis, in Theologiæ otium conceſſerant.

63 *Hactenus Mabillonius: verùm hæc, ut jam ſuprà docui, Baldrici, abbatis Burgulienſis, verba,* Et tunc Remis erat, Remis quoque Bruno ſtudebat, Bruno Latinorum tunc ſtudii ſpeculum, *quæ potiſſimùm, quod Mabillonius contendit, conficere deberent, in ſenſu naturali & magis obvio accepta ſignificare dumtaxat videntur,* Brunonem *Remis litteris humanioribus operam dediſſe. Si autem per* Latinorum ſtudium E
à Baldrico litteras humaniores non fuiſſe intellectas, præfractè velis, eſſe equidem non videtur, cur hic auctor magis debeat intelligi de philoſophicis, quàm de theologicis ſtudiis, quibus Bruno *Remis animum excoluerit. Quòd ſi ergò reipſa in toto huc tranſcripto textu de Theologia dumtaxat, in quam Sanctus Remis unà cum Godefrido Remenſi & Herimanno ſeniore incubuerit, Baldrico abbati ſermo ſit, quid, quæſo, inde habebitur pro opinione, quâ Sanctum, non Turonis apud Berengarium, ſed Remis Philoſophiam excepiſſe vult Mabillonius? Scriptori huic nihilominus conſenſêre deinde Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* 9, *pag.* 133, *ita in inferiori paginæ hujus margine notantes:* Ex errore & ex Chronici Malleacenſis ſenſu malè intellecto factum eſt, ut, Brunonem Turonis ſub Berengario ſtuduiſſe, quidam auctores ſcripſerint. Remis id fuiſſe, Baldricus, Burgulienſis abbas, diſertè (*loco nempe à Mabillonio ſupra adducto*) affirmat. *Ita illi; ſed diſpiciamus modo, an, qui Sanctum ſub Berengario Turonis ſtuduiſſe, ſeu Philoſophiæ placita excepiſſe, ſcripſerunt, indubiè errârint, ac Malleacenſe Chronicon malè intellexerint, ſeu potiùs an hoc verbis num.* 61 *datis ſat felici ſucceſſu interpretetur Mabillonius. Primò hic ſcriptor ait:* Hæc... (*Chronici Malleacenſis*) verba, "qui item Bruno-,,nem Remenſem &c,, non ad Berengarium referenda ſunt, ſed ad Fulbertum, qui Berengarium docuit, "qui item Brunonem Remenſem.,, *Fulbertum ergò, non Berengarium, ex hac Mabillonii interpretatione magiſtrum in Philoſophia Sanctus habuerit. Verùm hoc, niſi ſimul Chronici Malleacenſis auctorem erroris arguere velimus, nequit admitti.*

64 *Fulbertus enim, de quo loquitur, fuit Carnotenſis epiſcopus; hic autem, ut Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* 7, *pag.* 265 *dilucidè oſtendunt, è vivis exceſſit anno* 1029, *quo Sanctus vel non natus, vel certè præ ætate nimiùm adhuc imbecilla Philoſophiæ lectionibus excipiendis intelligendiſque idoneus nondum erat, uti ex iis, quæ de natali* Brunonis *anno ſuprà dicta ſunt, pronum eſt eruere. Et verò Sanctæ Fulbertum Carnotenſem eſſe non potuiſſe in Philoſophia magiſtrum, ipſemet Mabillonius forſitan obſer-*

AUCTORE C. B.

observârit. Ita ſuſpicor, quòd Chronici Malleacenſis interpretationi, de qua jam dictum, alteram hanc proximè ſubjungat: Deinde ipſamet (*allegata Chronici Malleacenſis*) verba non evincunt, Fulbertum, nedum Berengarium, auditorem habuiſſe Brunonem, ſed tantùm Brunonem & aliòs multos, ſive à Fulberto, ſive à Berengario "Heredes Philoſophiæ,, relictos fuiſſe, à quocumque demum præceptore eruditi fuerint illi, id eſt, Bruno, aliique Philoſophiæ heredes. *Ab opinione ſanè, quâ Sanctus apud Turonas ſub Berengario ſtuduiſſe, ſtatuitur, eruditi omnes facilè diſcedent, ſi alter hic, quo Mabillonius utitur, Chronici Malleacenſis interpretandi modus locum debeat habere. Verùm res, ut mihi equidem apparet, veroſimillimè ſecùs habet; quod ut probatum dem, ipſa recito Malleacenſis Chronici verba, non ea tantùm, quæ Mabillonius loco ſuprà cit. tranſcripſit, verùm etiam, quæ hiſce præmittuntur, aliquot alia, textum aliquantò prolixiorem conſtituentia, qui ſic habet:* Girbertus verò natione Aquitanus, monachus Aureliacenſis ſancti Geraldi eccleſiæ, ...

B ab imperatore Papa Romanorum ſublevatus eſt propter Philoſophiæ gratiam: mutatum eſt nomen ejus priſtinum & vocatus eſt Silveſter. Girbertus enim docuit Fulbertum Carnotenſem epiſcopum, qui poſt Leobinum extitit epiſcopus. De quo multa ſcripta vel in pagina, vel in cantu ſanctæ Eccleſiæ remanſerunt. Hic iterum Fulbertus docuit Berengarium canonicum ſancti Martini. Qui item Brunonem Remenſem & alios multos heredes Philoſophiæ reliquit.

in contrarium adductis

65 *Ordine hîc, quo floruerunt, recenſentur nonnulli, ut conſideranti patebit, Philoſophiæ doctores ſeu magiſtri, quorum alii aliis ſcientiam hanc tradidêre; quare, cùm Berengarius, uti apud omnes in confeſſo eſt, Philoſophiæ doctor ſeu magiſter etiam exſtiterit, hæc chronographi Malleacenſis verba,* Qui item Brunonem Remenſem & alios multos heredes Philoſophiæ reliquit, *non ad Fulbertum, ut vult Mabillonius, ſed ad Berengarium referenda ſunt, itáque debent intelligi, ut ſignificent, hunc ipſummet* S. Brunoni *Philoſophiæ ſcientiam tradidiſſe. Et verò, ut ita intelligantur, naturalis etiam maximéque obvius, quem offerunt, ſenſus exigit, quemadmodùm, quantùm opinor, quiſque facilè fatebitur, qui præjudiciis vacuus exſtiterit. Mabillonius quidem, ut Sanctum Philoſophiam à Berengario doctum non fuiſſe, ac proin hæc verba,* Qui item Brunonem Remenſem

C *&c eo modo, quem aſſignat, exponenda evincat, in probationem adhuc addit,* Brunonem, jam clericum & Colonienſem canonicum, ac proinde litteris excultum, ex urbe Colonia in Remorum civitatem acceſſiſſe, *idque conſtare ex hiſce* (*adi num.* 52) *Manaſſis Remorum archipræſulis de* S. Brunone *verbis,* Bruno nec noſter clericus, nec noſter natus, aut renatus eſt, ſed ſancti Cuniberti, in regno Teutonicorum poſiti, canonicus eſt *&c. Verùm litteris, quæ altioris, ut Philoſophia, ordinis ſint, nondum Sanctum, cùm Coloniâ Remos adiit, excultum fuiſſe, ſuprà docuimus, nec id conſtare poteſt ex allegatis à Mabillonio Manaſſis archiepiſcopi verbis, cùm ex hiſce, ut jam ſuprà dictum, potiùs appareat, Sanctum noſtrum, antequam litteras diſcendi causâ Remos adiret, S. Cuniberti canonicum non exſtitiſſe, ſed tum demùm, cùm anno* 1076 *aut ſequenti Remis excedere fuiſſet compulſus.*

66 *Nullum itaque ex argumentis, quibus Mabillonius, modo vel uno vel altero à ſe aſſignato Chronici Malleacenſis, quæ prolixè nunc diſcuſſa ſunt, verba explicanda eſſe, probatum vult, rem certò evincit, ac proin ſenſui naturali magiſque obvio, quem hæc offerunt, adhærens, ita ea pergo accipere, ut Berengarium* S. Brunoni *Philoſophiæ placita tradidiſſe, ſignificent: quod proinde re ipſa etiam factum, pro veroſimillimo habeo, Chronici Malleacenſis, quod auctorem Sancto noſtro ferè æqualem habet, auctoritate impulſus. Addit quidem* (*vide num.* 61) *etiam Mabillonius, tanti hanc non eſſe, ut Chronicon illud iis, quæ adſtruit, fidem indubitatam facere poſſit, reque ipſa nonnulla, quæ memoriæ prodit à veritate aliena, deprehenſa ſunt, tum à Labbeo, à quo primùm publici juris factum eſt, tum poſt eum ab Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptoribus tom.* 12, *pag.* 79 *& ſequenti. Verùm, etſi id ita ſit, veroſimillimum tamen adhuc apparet, quod de tradita* S. Brunoni *à Berengario Philoſophia affirmat. Ea enim, in quibus Chronici illius auctor à veritate deviâſſe notatur, ab ætate ejus longiùs abfuêre; in iis autem, quæ vel tempore ſuo vel non diu antè geſta ſunt, vix umquam à Labbeo, qui tamen errores ejus ſedulò adnotavit, errâſſe notatur, ut proinde,* E *cùm ſynchronus aut certè penè æqualis Sancto noſtro exſtiterit, in iis utique, quæ de audita ab hoc ſub Berengario Philoſophia tradit, errâſſe exiſtimandus non ſit, neque verò errâſſe, à Labbeo notatur. Quare, ſi non omninò certum, veroſimillimum equidem, omnibus conſideratis, eſt, Sanctum noſtrum à Berengario Philoſophiam doctum fuiſſe.*

refutantur, contendit,

veroſimillimè didicit.

67 *Hinc porrò jam conſequitur, ut eam, non Pariſiis, quod hîc etiam probandum erat, ſed Turonis, cùm in hac civitate, non autem (uti modò inter recentiores criticos ſatis convenit) in alia, Berengarius docuerit, veroſimillimè exceperit. At verò, inquies, Berengarius impiâ ſuâ, quâ alios etiam inficere conabatur, hæreſi infamis juxtà ac periculoſus erat, ac proin exiſtimandum non apparet, vel Sancti parentes, vel eos, qui illius adhuc juvenis curam gerebant, commiſſuros fuiſſe, ut Sanctum, magiſtri hujuſmodi diſciplinæ traditum, venenatæ impiæque doctrinæ hauriendæ diſcrimini exponerent. Verùm Berengarius non ſtatim, cùm ſcholas Turonenſes regere cœpit, in hæreſim fuit prolapſus, nec ſtatim, cùm hæreſeos ſuæ virus ſpargere cœpit, paſſim pro hæretico ab omnibus fuit habitus. Et Hugo quidem Lingonenſis epiſcopus, Berengarii olim condiſcipulus,* F *primus fuit, qui ab eo (adi Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* 8, *pag.* 202) *in Euchariſtiæ Sacramento & realitatem & tranſubſtantiationem negari, detexerit, quique haud ita dudum poſt, quò errantem in viam reduceret, pulchram ad eum dedit epiſtolam; quare cùm hæc (adi iterum laudatos ſcriptores loco cit.) non citiùs, quàm paulò ante Octobrem anni* 1049 *ſcripta fuerit, conſequens eſt, ut veroſimillimè prava Berengarii doctrina anno dumtaxat proximè hunc antecedenti, quo etiam hæc aut tantùm paulò citiùs turbas in Eccleſia excitâſſe videtur, ab Hugone Lingonenſi epiſcopo fuerit detecta. Jam verò, cùm id ita ſit, nihil ſanè Sancti parentes, tutoreſve impedire debuit, quò minùs eum anno* 1047, *quo ex ſuprà dictis ſeptemdecim circiter annorum jam eſſe potuit, Turonas mitterent Philoſophiæ placitis à Berengario imbuendum. Imò verò non ſatis video, cur eò etiam anno* 1048 *aut ſequenti, cùm anno demùm* 1050 *à Leone IX Papa in concilio Romæ celebrato Berengariani errores fuerint damnati, mitti non potuiſſet.*

68 *Nec*

A *Id interim vel ex emissa à Sancto*

68 *Nec porrò* Brunoni *aut ejus filiis dedecori verti debet, quòd is hominem de fide non rectè sentientem, nec tamen ut hæreticum damnatum in Philosophia audierit; etsi enim id ita ex jam dictis appareat, dubitandum tamen non est, quin à Berengario saltem tunc, cùm in concilio Romano damnatus primùm hic fuisset, recesserit. Ita autumo vel ex eo, quòd ab impia ejus hæresi maximè abhorruerit, ut fidem facit, tum, quas fecit, infrà hîc memorandas in Psalmum 21 & in cap. XI, Epist. 1 ad Corinth. commentationes, tum, quam morti proximus emisit, fidei professio, à Mabillonio tom. 4 Analect. pag. 400 & seq. relata infráque huc transcribenda. At verò, quoniam hîc de fidei professione, à Sancto morti proximo emissa, sermo incidit, unum hîc adhuc moneri lectorem, necesse est. Cùm in professione illa* Bruno *statim hisce vocibus,* Credo Sacramenta, quæ Catholica credit & veneratur Ecclesia, *subjungat,* Et nominatim, quod consecratur in altari, verum Corpus esse, veram Carnem & verum Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, quem & nos accipimus in remissionem peccatorum nostrorum, in spem salutis æternæ,

B *erit fortassis nonnemo, qui, cùm his verbis doctrina, Berengarianæ è diametro opposita, contineatur, argumento etiam id esse velit, sub Berengario Turonis Philosophiæ Sanctum studuisse, utpote qui emissæ à se fidei professioni verba illa inclusérit non aliam ob causam, quàm ut Berengarianæ qualemcúmque, cui idcircò obnoxius esse poterat, suspicionem hæreseos à sese amoliretur.*

morti proximo fidei professione, vel ex hic recitatis

69 *Et verò fuit, cùm & ego, argui inde pro Philosophia, à Sancto sub Berengario audita posse, arbitrarer; ast, re penitiùs examinata, comperi, morem hunc post Berengarianam hæresim exortam diu observatum fuisse, ut doctiores illustriores-que ferè viri, cùm morti essent proximi, fidei professionem emitterent, quâ tum alia fidei dogmata, tum præcipuè, quæ ad sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum pertinent, profiterentur. Ac inprimis quidem exempli loco sit Gervasius, Remensis archiepiscopus, anno* 1067 *vitâ functus, qui, cùm moriturus esset, fidei professionem non multùm ab emissa per Sanctum quantum ad reconditum de Eucharistia dogma diversam, emisit, ut videre licet in archiepiscoporum Remensium serie, quam Gallia Christiana aucta tom. 9 exhibet. Accedit Matthæus S. R. E. Cardinalis, cujus Brunonianæ non multùm dissimilis, quam sub finem vitæ emisit, fidei professio apud Petrum Venerabilem, abbatem Cluniacensem, Miraculorum lib. 2, cap. 22 exstat, & Ludovicus VI Francorum rex, cujus Brunonianæ itidem non multùm dissimilis, quam moriturus emisit, fidei professio à Baronio in Annalibus ad annum* 1131 *recitatur. Berengarii itaque in Philosophia discipulum fuisse* S. Brunonem, *argui ex ea, quam hic morti proximus emisit, fidei professione non potest. Nec, ut Sanctum Berengarii in Philosophia discipulum faciamus, validiùs argui potest è centesimo sexagesimo sexto, quo ecclesia cathedralis Andegavensis, S. Mauritio sacra,* Brunonem *mirificè celebrat, funebri Titulo; licèt enim hic binos hosce contineat versiculos,*

Dux priùs erroris monstravit iter melioris
Postea doctrinæ, quæ gaudia dat sine fine,

è quibus, Sanctum in errorem contra fidem, quem postea deposuerit, fuisse prolapsum, ac proin non tantùm Berengarium habuisse magistrum, ast etiam perversæ ejus contra Eucharistiæ Sacramen-

tum sectatorem aliquando exstitisse, suspicari non AUCTORE C. B. *nemo forsan posset, sinistræ tamen hujusmodi de Sancto suspicioni locum inde meritò esse non posse, quisque facilè deprehendet, qui cum aliis, in eodem Titulo antecedentibus & consequentibus, recitatos binos versiculos considerârit.*

Tituli funebris versiculis, ut fere modo alio,

70 *Ita quippe patescet, per* errorem *quidem in hisce non errorem contra fidem, cui aliquando Sanctus adhæserit, sed profanas scientias, quas sedulò magnaque cum laude primò coluerat docueratque, per* doctrinam *autem* meliorem, *non ullum sinceræ veræque fidei dogma, cui aliquando fuerit adversatus, sed divinam Euangelii, quâ, postea sæculo deserto, in eremum secessit, terrenaque suo exemplo despicere ac cælestia sectari alios docuit, institutionem debere intelligi. Ut hoc eò queat deprehendi faciliùs, versiculos huc facientes, tam qui consequuntur, quàm qui præcedunt binos recitatos, huc transcribo. Præcedentes hi sunt:*

Plùs quàm Maronis laudatur lingua Brunonis,
Gloria Platonis vilescit laude Brunonis.
Hic præcellebat doctoribus, hic faciebat E
Summos doctores, non instituendo minores.
Doctor doctorum fuit hic, non clericulorum.
Nam nec honestates verborum, nec gravitates
Sumpsit Brunonis, nisi vir magnæ rationis.
Rectio prudentis superabat acumina mentis;
Ut documentorum doctor satis exstitit horum.
Hic plùs perfectam voluit præponere sectam,
Nuntiat egregiam divina docendo sophiam,
Primaque destruxit & tanquam frivola duxit.

71 *Consequentes verò isti:*

Sed nil mundana sapientia dat nisi vana; *quàm quo Sanctus in fide errâsse,*
Hæc facit elatos pompâ, facit illa beatos.
Factis complebat, operando quod ore docebat:
Multos sermones faciebat per regiones.
Urbem transivit Romam Calabrosque petivit.

Scriptor anonymus, qui Tractatum de S. Brunone, *à Carthusianis hujatibus mecum communicatum, composuit, aliter nonnihil, quò Sanctum erroris in fide suspicione liberet, Titulum funebrem, ei ab ecclesia Andegavensi sacratum, interpretatur. De hujus enim auctore num.* 7 *ita pronuntiat:* Brunonem primùm laudat, F quòd celebrioribus doctoribus omni scientiâ profanâ (ut sunt Grammatica, Dialectica & aliæ ejusmodi) excelluerit. Deinde illum majori laude dignum ostendit, quòd "his plùs perfectam „voluit præponere sectam,„ id est, scientiam, videlicet Theologiam, ut sequenti versu explicat, "Nunciat egregiam divina docendo sophi„am.„ Idcircò, qui dux erroris priùs fuerat, non quidem falsæ doctrinæ, sed perituræ & mundanæ scientiæ, ut postea dicit, sive Philosophiæ, quam multi Sancti, tamquam quæ nihil aut modicum ad salutem valet, contempserunt, "mon„stravit iter melioris postea doctrinæ„ sive concionando (nam "multos sermones faciebat per „regiones„) sive docendo ac sacram Scripturam discipulis suis interpretando, ut canonicos Niolenses superiùs declarâsse vidimus, cùm eum dixerunt dudum ecclesiæ Remensis summum di-

AUCTORE C. B.

daſcalum, utpote in pſalterio & ceteris ſcientiis luculentiſſimum.

innuatur, intelligendis, confirmari non poteſt,

72 *Ita ille: & ſanè interpretatio, quam hîc ſuggerit, aliave ſimilis, ſi ſuprà à me aſſignata, quæ tamen præſtare videtur, forſan diſpliceat, neceſſariò debet admitti, cùm, Sanctum à fide nunquam aberrâſſe, certum ſit è variis aliis funebribus ejus Titulis, in quibus fidem ſemper ſanam ac integram ſervâſſe, diſertè traditur aut certè non obſcurè indicatur. Ut reliquos brevitatis ergò miſſos faciam, unum dumtaxat, vigeſimum nempe & centeſimum, in quo id expreſſiùs declaratur, in medium adduco. In hoc itaque monachi S. Audomari ſic Sanctum compellant:*

Ergò vera fides, quam tu ſemper coluiſti,
Te trahat ad Chriſti requiem, quam Bruno petîſti.

Ceterùm hæc tam de errore in fide, cujus ſuſpectus Bruno *videri queat, quàm de fidei profeſſione, ſub vitæ terminum ab eo emiſſa, paulò fuſiùs proſequi hîc libuit, ut evidentiùs pateat, nihil inde pro opinione, quâ Berengarii in Philoſophia diſcipulum Sanctum noſtrum facimus,*

B

poſſe concludi. Atque ad id quidem veritatis amor me compulit, quo præterea nunc fit, ut committere non poſſim, quin unum adhuc, quod eidem opinioni noſtræ utcúmque obeſt aut ſaltem non favet, lectori modò ob oculos ponam. Inter Titulos Sancti funebres, qui numero tamen 180 ferè ſunt, nullus occurrit, quo ei eccleſia Turonenſis parentârit; unde videri poteſt Turonas non adiiſſe Cartuſiæ Calabrinæ alumnus, qui encyclicam de morte S. Brunonis *epiſtolam circumtulit, quique tamen id, ſi Turonis Philoſophiam Sanctus excepiſſet, facturus fuiſſe videtur, utpote uſitatum ætate ſua morem, quo encyclicæ hujuſmodi epiſtolæ ad eccleſias præcipuè, quibus defunctus aut notus eſſet, aut ſaltem notus eſſe, præſumeretur, ſolebant deferri, veroſimillimè ſecutus.*

uti nec ex objectione, hic propoſita, infirmari.

73 *Ita, qui noſtræ de audito Turonis à* Brunone *in Philoſophia Berengario opinioni adverſantur, poſſunt arguere. Verùm non omnes veroſimiliter funebres Sancti Tituli uni eidemque rotulo, qui encyclicam (adi num. 25 & infrà in hanc notanda) de Sancti obitu epiſtolam, à Carthuſiano Calabrino circumlatam, pluresque certè ad hanc reſponſorias ſeu Titulos funebres complectebatur, fuêre inſcripti, chartæque ſeparatæ, in*

C

quas aliquot ex hiſce veroſimiliter fuerint conjecti, temporis injuriâ interire facilè potuerunt. Quid ſi ergò id de Titulo funebri, quo eccleſia Turonenſis Sancto parentavit, factum fuerit? Adhæc Cartuſiæ Calabrinæ alumnus, qui epiſtolam encyclicam, mortis S. Brunonis *nunciam, circumtulit, fortè etiam non omnes, quibus is in vivis ſuperſtes notus fuerat, eccleſias adierit, à more ſolito ob cauſas, quæ nos latent, deflectens. Utut ſit, ex eo equidem, quod inter Titulos Sancti funebres nullus omninò, eccleſiæ Turonenſis nomine inſignitus, occurrat, conſequens non eſt, ut vel* Bruno *Turonis notus non fuerit, vel Philoſophiæ operam non dederit. Ambigi enim nulla ratione poteſt, quin Sanctus Coloniæ Agrippinæ, utpote in qua civitate natus ac magna ex parte educatus eſſet, notiſſimus exſtiterit, nec tamen inter funebres ejus Titulos ullus eſt, qui eccleſiæ Colonienſis, ſeu cathedralis ſeu collegiatæ S. Cuniberti, in qua tamen Sanctus canonicum egerat, nomen præferat; ut ſanè ex difficultate, quæ modò propoſita eſt, non infirmetur opinio, quâ Sanctum Turonis Philoſophiam ſub Berengario didiciſſe arbitramur. Hinc porrò & ex aliis ſupradictis conſectarium eſt, ut Sanctus veroſimillimè, cùm jam octodecim eſſet annorum, Pariſiis nondum ſtuduiſſet. Cùm enim, dum quatuordecim circiter eſſet annorum aut adhuc junior, litteras humaniores, quarum rudimenta Coloniæ poſuerat, Remis proſecutus ſit, hiſque ibidem jam imbutus Philoſophiam Turonis audire inceperit, nec paucioribus, quàm binis, annis veroſimillimè abſolverit, quo, quæſo, tempore ante expletum decimum octavum ætatis ſuæ annum Pariſiis ſtudêre potuerit? An autem ibidem umquam pòſt certè ſtuduerit aut etiam docuerit, dicenda aperient.*

D

§ IV. Quò Sanctus Turonis, Berengario relicto, ſeſe contulerit, quid tum primùm egerit, quandonam Remis docere inceperit, & quas ibidem ſcientias tradiderit, muniaque obierit.

E

Sanctus, qui, Turonas deſerens, patriam

ANno *circiter* 1048 *aut certè non ſeriùs, quàm anno* 1050 *Turonis, relicto Berengario, exceſſiſſe* S. Brunonem, *veroſimillimum ſanè efficiunt, quæ* § *præcedenti in medium adduxi. Verùm quò tunc Vir ſanctus ſeſe contulit? Pariſioſne, an Remos? Nullum planè, quo alterutrum indubitanter aſſeram, ſuppetit monumentum antiquum. Pro civitate Remenſi tamen, quòd in hac Sanctum diu & ſtuduiſſe & docuiſſe, in comperto ex dicendis ſit, ſtare malim. Mörkenſius in Ms. ſua Chronologica-diplomatica de* S. Brunone *Diatriba in ea verſatur opinione, quâ exiſtimat, Sanctum Ordinis ſui Inſtitutorem poſt detectam Berengarii hæreſim in patriam Coloniam Agrippinam eſſe reverſum; quod ſanè vero apparet non abſimile, etſi interim nullo pariter queat monumento ſat antiquo probari. Sed quid de altero aſſerto dicendum, quo tum primùm in S. Cuniberti eccleſia canonicum creatum fuiſſe Sanctum noſtrum, Mörkenſius præterea affirmat? Nec hoc, uti etiam* Brunonem *tunc ibidem in ſacram Scripturam reſque Theologicas incubuiſſe, vero apparet abſimile. Quòd ſi interim*

F

ita, ut potuit, ſeſe etiam reipſa res habuerit, à Manaſſe, Remenſium archiepiſcopo, S. Cuniberti canonicus eo ſenſu, quem num. 53 *expoſui, vocari Sanctus etiam potuerit, quamvis in S. Cuniberti eccleſia, antequam in Galliam litteras diſcendi causâ è patria primùm abiret, canonicum non egiſſet, ut proin, etiamſi eum diu etiam ante annum* 1067, *quo circiter ſcholarum Remenſium præfecturâ ſeſe ex dicendis abdicavit, canonicum in S. Cuniberti eccleſia exſtitiſſe, foret admittendum, argui ex Manaſſe meritò non poſſet, hanc illum ibidem vivendi normam jam inde ab eo tempore, quo nondum Gallias adierat, fuiſſe certò amplexum. Hæc adde iis, quæ num.* 52, *ſeq. &* 65 *dicta ſunt.*

fortè repetiit, ibique Theologiæ aliquamdiu operam dedit,

75 *Porrò Sanctum in patriam poſt exceptam Turonis Philoſophiam rediiſſe, canonicum ibi agere tunc primùm cœpiſſe, rebuſque Theologicis ſimul dediſſe operam, longè evaderet veroſimilius, ſi, quod laudatus Mörkenſius etiam tradit, Sanctum Coloniâ à Gervaſio Remenſium archiepiſcopo, qui ad hanc cathedram anno* 1055 *fuerat promotus, ad civitatem Remenſem, ut ibidem,*

quas

A *quas callebat, ſcientias doceret, fuiſſe revocatum, ſat certo poſſet argumento probari. Pro ſe quidem citat Mörkenſius antiquum, de quo num.* 49, *Cartuſiæ Montis-Dei in Picardia codicem, à Suriano etiam in ſuis ad Surianam Sancti Vitam Annotationibus pag.* 79 *laudatum; verùm cùm de hujus antiquitate auctoritateque, tam Suriano quàm Mörkenſio & Martinio, de quo num. itidem* 49, *altùm ſilente, aliunde mihi non conſtet, neutiquam codex ille, utut à præfatis ſcriptoribus antiquus vocetur, ſufficere mihi poteſt, ut Sanctum revera à Gervaſio Colonià Remos, ut iſtic doceret, fuiſſe revocatum, pro indubitato habeam. Rem itaque hanc, uti etiam, an* Bruno, *cùm Turonas, auditâ jam Philoſophiâ, deſeruit, in patriam fuerit reverſus, ibique aliquamdiu, ſacræ interim Scripturæ rebuſque Theologicis dans operam, canonicum egerit, in medio relinquo, & ad alia Sanctum ſpectantia, quæ certioribus ſolidioribuſque fundamentis ſuperſtruuntur, tractanda progredior.*

Remis magiſtrum egit, B 76 Brunonem *inprimis Remis, cùm veroſimiliter etiam vel in hac ipſa civitate, vel alibi tum ſacram Scripturam, tum etiam Theologiam ſedulò jam excoluiſſet, ſcholarum magiſtrum egiſſe, vel ex ſolo quatuor primorum Cartuſiæ Priorum Chronico, ſeu potiùs è brevi, quod ex hoc num.* 7 *hùc tranſcripſi, Sancti elogio, utpote in quo hic ab auctore coævo Remenſis ecclеſiæ ſcholarum magiſter diſertè appelletur, certum eſſe debet. Id interim etiam confirmatur ex Sigeberto Gemblacenſi, & Hugone, Dienſi epiſcopo Sediſque Apoſtolicæ in Galliis legato, quorum ille in Chronographia ad annum* 1084, *hic apud Labbeum tom.* x *Conciliorum col.* 365, *in Epiſtola, ad Gregorium VII Papam anno* 1077 *ſcripta, hîcque infrà adhuc memoranda,* Brunonem *pariter* eccleſiæ Remenſis Magiſtrum *appellant. Hiſce adde Meinardum, Cormeriacenum in agro Turonenſi Priorem, qui in Titulo funebri, inter recudendos* 176, *quo Sancto parentavit, ita loquitur:* Mainardus, inquam, ego in Cormarienſi monaſterio monachorum plurimorum nomine, non opere, Prior, Remorum civitatis oriundus fui, domini hujus Brunonis aliquot annis doctrinam audivi, Deoque volente admodùm profeci. *Hæc ille, qui, quamvis ſe Remis ſub* Brunone *ſtuduiſſe, apertè non edicat, res tamen ita ſeſe veroſimiliter habuerit, quòd Remis ortum ſeu natum ſeſe pronunciet, ibique, ubi natus erat, aliquamdiu veroſimiliter litteras didicerit.*

C *ibique litteras humaniores,* 77 *Atque hæc quidem, quantùm opinor,* S. Brunonem *Remis docuiſſe, ſeu magiſtrum egiſſe, ſatis ſuperque evincunt: quas verò ibidem ſcientias docuerit, & quo circitèr tempore id operis ſeu muneris primùm ſuſceperit, nunc indagandum. Ac primò quidem Sanctum poëſim ibidem docuiſſe, concludendum apparet è funebri ejus Titulo* 126; *in hoc enim Atrebatenſis S. Vedaſti Nobiliaci cœnobii ſchola eum ita alloquitur:*

. . . . . tibi, Bruno magiſter acute,
Viluit hic flore mundus, ſterilique decore
Flos fuit in fœno: viguit ſub ſole ſereno,
Dum tua cantaret, ſtudio dum muſa varet,
Dum modò lactaret Remos, modò pane ciboret.

Nec tantùm ex inferioris ordinis ſcientiis ſeu artibus poëſim, ſed ipſam etiam Grammaticam Remis docuiſſe Sanctus videtur. Etenim in eccleſiæ Conſtantienſis S. Mariæ verſibus ſcholaribus, qui titulum ejus funebrem inter recudendos 156 *conſtituunt,* multorum præceptor grammaticorum *exſtitiſſe declaratur; etſi autem, Remiſne, an alibi grammaticos erudierit, non addatur, Remis tamen id feciſſe illum, veroſimilè idcircò apparet, quòd alibi, quàm Remis nunquam docuiſſe, nullo planè antiquo, quod fidem indubitatam facere natum ſit, monumento queat oſtendi. Alia non occurrunt, quæ, ut ſcientias inferioris ordinis ſeu humaniores litteras Remis fuiſſe à Sancto traditas, evincam, poſſint conducere.* AUCTORE C. B.

uti etiam Philoſophiam. 78 *Aſt quid de ſublimioribus ſcientiis, Theologia videlicet ac Philoſophia dicendum? Sanctus quoque tam hanc, quàm illam Remis docuiſſe videtur. Ac primò quidem, cùm* Brunoni *laudes diverſæ, viro ferè dumtaxat Philoſophiam ac Theologiam publicè profeſſo aptè convenientes, in nonnullis Titulis funebribus, ac præcipuè quidem Titt.* 31, 32, 107, 124, 126, 131, 146, 166, 168 & 173, *nulla planè loci, quo ſcientias haſce ille docuerit, mentione facta, attribuantur, ex eo ipſo mox adducto, quo Remis Grammaticam docuiſſe videtur, argumento conſequitur, ut & ibi Philoſophiam ac Theologiam docuerit; verùm rem alio adhuc modo lubet firmare.* E *Fragmenti hiſtorici, quod à tempore Roberti, Francorum regis, ad mortem Philippi I deducitur, quodque à Marloto num.* 57 *laudatur, ſcriptor anonymus, quòd non tam ex patria, quàm ex ſtudiis, quibus Remis tum diſcendo, tum docendo diutiſſimè vacaverat, & ex dignitatibus, quas ibidem obtinuerat,* Brunonem *cognitum haberet,* Remenſem *eum, ut num.* 12 *docui, appellat; quare, cùm præterea hâc Sanctum eo ipſo loco, quo eum* tam divina quàm humanæ Philoſophia, *binas ſcilicet haſce ſcientias docendo ſeu publicè profitendo, floruiſſe tradit, appellatione aſſiciat, id præſertim idcircò, quòd eumdem maximè ex humana ac divina Philoſophia, ſeu ex Theologia ac Philoſophia, quam utramque ſcientiam Remis tunc docebat, cognitum haberet, veroſimillimè fecerit.*

ac Theologiam, & hanc quidem, 79 *Atque ita jam habemus,* Brunonem *tam Philoſophiam, quàm Theologiam Remis docuiſſe; quod autem nominatim ad poſteriorem hanc ſcientiam pertinet, id præterea ſic oſtendo: Scholarchæ ſeu ſcholaſtici munus, quod non niſi doctiſſimis graviſſimiſque viris deferri ſolebat, obiiſſe Sanctum noſtrum, exploratum habemus tum ex funebri ejus Titulo* 173, *in quo à Regularibus* F *eccleſiæ S. Vincentii Nolienſibus canonicis* Dudum . . . eccleſiæ ſedis Remenſium ſummus didaſcalus *fuiſſe aſſeritur, tum ex Guiberto de Novigento, ſcriptore coævo, qui lib.* 1 *de Vita ſua, cap.* XI *de Sancto noſtro ſic ſcribit:* Fuit non longè ab his diebus Bruno quidam in urbe Remenſi, vir & liberalibus inſtructus artibus & magnorum ſtudiorum rector; *olim autem, etiam ætate* S. Brunonis *ſeu ſeculo* XI *in majoribus eccleſiis ad ſcholaſtici ſeu ſcholarchæ curam præcipuè ſpectabat clericos liberalibus artibus ac proin, & quidem potiſſimùm, ut apparet, Theologicis facultatibus erudire, bonis moribus informare, eccleſiaſticam diſciplinam promovere, & de omnibus, ad divinum cultum ſpectantibus, dum interrogaretur, reſpondere. Hæc aut certè non multùm abludentia ex Thomaſſino de veteri & nova Eccleſiæ Diſciplina tom.* 1, *lib.* 3, *cap.* 70, *num.* 8 *& ex Papyrii Maſſoni Annalibus in Philippo fas eſt colligere, licèt interim ſcholarchæ ſeu ſcholaſtici officium, cùm non deſint modò, qui alibi liberales artes doceant, in eccleſiis tam majoribus ſeu cathe-*

AUCTORE C. B.

cathedralibus, quàm aliis, quantum ad exercitium magna ex parte ſit abolitum unicéque ferè quoad dignitatem & titulum remanſerit. Jam verò, cùm Sanctus, ut jam probatum eſt, ſcholaſtici ſeu ſcholarchæ munere in eccleſia Remenſi certiſſimè fuerit perfunctus, ambigendum non eſt, quin in ea clericis Theologiam tradiderit.

ſcholarcha ſactus, ferè ſolam, docuit.

80 *Et eum quidem unicè tunc ſublimiores ſcientias haſque inter Theologiam docuiſſe, veroſimillimum puto. Etenim cathedralis Andegavenſis eccleſia, in Titulo funebri, inter recudendos* 166, *quo Sanctum mirificè celebravit, ita de eo canit:*

Hic præcellebat doctoribus, hic faciebat
Summos doctores, non inſtituendo minores;
Doctor doctorum fuit hic, non clericulorum;

tribus autem hiſce verſiculis, ſcientias inferiores à Sancto, utpote quem non clericulos, ſeu clericos juniores, inferioris dumtaxat ordinis ſcientiis addiſcendis aptos, ſed ætatis tantùm provectioris viros, docuiſſe, indicent, Remis traditas non fuiſſe, innuitur, idque, cùm ex ſuprà dictis

B *tum Poëſim, tum Grammaticam* Bruno *Remis docuerit, veritati eſſe conſonum haud poteſt, niſi de Sancto, jam facto eccleſiæ Remenſis ſcholarcha ſeu ſummorum ſtudiorum rectore ac præfecto intelligatur; neque enim Sanctum, muneri huic nondum admotum, ſcientias ſublimiores, admotum verò inferiores dumtaxat docuiſſe, veroſimile apparet.* Bruno *itaque, cùm jam ſcholarum Remenſium magiſtratum ſuiſſet adeptus, ſcientias dumtaxat altiores ac potiſſimùm Theologiam, antè verò quàm hoc officio decoratus fuiſſet, inferiores etiam docuerit. Atque hæc de ſcientiis, quas Sanctus Remis tradiderit, dicta ſufficiant; proximum eſt, ut in tempus, quo circitèr id oneris in ſe ſuſceperit, modò inquiramus.*

Tempus, quo primùm ibidem docendi muneri ſeſe addixit,

81 *Si, Sanctum Coloniâ Agrippinâ, ut Remis litteras doceret, à Gervaſio, Remenſium archiepiſcopo, fuiſſe evocatum, Mörkenſius num.* 75 *rectè notet,* Bruno *ſanè ante annum* 1055, *utpote quo primùm ad Remenſem cathedram Gervaſius fuerit evectus, Remis litteras docere non inceperit; quod ſi autem Marloto, qui* Brunonem *anno* 1056 *ſcholarum Remenſium caput ſeu*

C *rectorem à Gervaſio conſtitutum fuiſſe, Hiſtoriæ Metropolis Remenſis tom.* 2, *pag.* 115 *ſcribit, ſit ſtandum, ante annum* 1055 *Sanctum noſtrum, cùm ſcholarum præfecturam, niſi cùm jam aliquandiu docuiſſet, adeptus fuiſſe non videatur, Remenſes ſcholas docere incepiſſe, dicendum apparet. Verùm cùm nec Marlotus, nec Mörkenſius certam hîc, uti ex ſuprà dictis pronum eſt colligere, fidem ſibi concilient, aliò recurrendum eſt, ut tempus, quo circitèr Sanctus docendi muneri apud Remenſes ſeſe addixit, utcúmque determinem. Baldricus, abbas Burgulienſis, in verſibus ad Godefridum Remenſem,* Brunoni *in ſcholarum Remenſium magiſterio à Manaſſe, Remenſium antiſtite, anno circitèr* 1077 *ſuffectum, num.* 62 *hùc tranſcriptis, hunc Godefridum ſuum, quem impensè laudat, cum Herimanno ac* Brunone *Remis ſtuduiſſe, docet, ac deinde ſubdit,*

Tu fueras juvenis, fueras & acutior illis;
Tertius ergò venis, jam quoque primus eras.
Gervaſio princeps, princeps tuus ille Manaſſes
Succeſſit, qui te promovet ad ſtudium;

D *Godefridum autem tertio loco, id eſt, poſt Herimannum &* Brunonem, *quibus tamen ingenii acumine præierit, ad ſcholarum Remenſium præfecturam, promovente eum ad id munus Manaſſe, perveniſſe, quatuor illis verſiculis (neque enim quid aliud ſignificari hiſce poſſe, apparet) haud dubiè indicatur.*

è tempore, quo huic Herimannus

82 *Hinc porrò, quòd hùc unicè facit, jam conſequitur, ut Herimannus Remenſium ſcholarum præfectus, & quidem ante Godefridum, exſtiterit. Quare cùm id muneris ante* Brunonem, *utpote cui Godefridus proximè in hoc fuerit ſuffectus, pariter geſſerit, è tempore, quo hoc Herimannus depoſuit, tempus propè, quo idem obire* Bruno *inceperit, perſpectum habebimus. In illud ergò inquiramus. Mabillonius tom.* 4 *Analectorum recitat epiſtolam, à Gozechino Leodienſi ſcholaſtico Moguntiâ, quò ſeſe, Leodienſis cathedræ magiſterio relicto, receperat, conſcriptam, in qua hic, temporis ſui vitia & mala, è Berengarii erratis maximè nata, deplorans, pag.* 385 *ita loquitur:* Hæc omnia ſapienter deſpexit Herimannus Remenſis, Drogo Pariſienſis, Spirenſis Huoremannus, Bavenbergenſis Meinhardus,

E & præterea multi, & præſtantes & præcipuæ auctoritatis viri, qui, præciſis ſpeciebus, *id eſt, ut Mabillonius Præfatione in Sæculum* VI *Bened. num.* XI *interpretatur,* "ſtipendiis & emolumen-„tis,„ & abdicatis laboribus, ſtudiis valefece-runt, & ſapienti conſilio uſi, in Theologiæ otium, *id eſt, uti ex antecedentibus & conſequentibus apparet, Hiſtoriæque litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* 9, *pag.* 234 *interpretantur, in ſolitudinem, rerum divinarum meditationi veræque ſapientiæ unicè vacaturi,* conceſſerunt.

ejus deceſſor renunciavit, determinatur.

83 *Herimannus ergò, qui hîc memoratur, quique alius, quàm Herimannus, Remenſium ſcholarum ante* Brunonem *præfectus ſeu ſcholarcha proximè nominatus, eſſe non videtur, in ſolitudinem, ſtudiis relictis abdicatoque proinde ſcholarchæ officio, ſeſe jam tum receperat, cùm præfatam epiſtolam Gozechinus ſcripſit. Quare, cùm id ante annum* 1060, *uti ex iis, quæ Mabillonius loco proximè cit. diſſerit, facilè intelliges, indubiè fecerit, ante hunc ipſum annum Remenſium ſcholarum magiſterio ſeſe Herimannus jam abdicârat. Jam verò, cùm Herimanno proximè ex dictis fuerit Sanctus noſter ſuffectus,*

F *conſequens eſt, ut hic veroſimillimè ante eumdem dictum annum* 1060 *à Gervaſio, Remenſium archiepiſcopo, ſcholas Remenſes regendas acceperit, ac proin, ut Marlotus, qui id, ut jam ſuprà bis monui, anno* 1056 *factum ſtatuit, à vero forſan non multùm aberrârit. Quam ob rem cùm Sanctus equidem, antequam ſcholarum Remenſium præfectus ſeu magnorum ſtudiorum rector, ut Guibertus de Novigento ſuprà laudatus loquitur, aut etiam, ut Regulares eccleſiæ S. Vincentii Nolienſes canonici ſuprà pariter in funebri ſuo de* S. Brunone *Titulo ſcribunt,* ſummus didaſcalus *crearetur, litteras ſeu inferioris ſaltem ordinis ſcientias aliquamdiu Remis, Herimanno ſcholarum præfecturam adhuc gerente, docuiſſe videatur, conſectarium fit, ut inter annum* 1050 *& annum* 1060 *Remis, ſive interim jam tum in civitate Remenſi verſans, Theologicis ſtudiis operam ibi dediſſet, ſive Coloniâ Agrippinâ, ubi hæc excoluiſſet, à Gervaſio archiepiſcopo, ut ſuprà Mörkenſius vult, evocatus demùm tum fuerit, docuiſſe primùm inceperit.*

84 *Certè eum ante annum* 1050 *onus illud non*

AUCTORE C. B.

Egit etiam Remenſis eccleſiæ cancellarium. Liquet id

non ſuſcepiſſe, indubitatum idcircò apparet, quòd tum, uti ex ſuprà dictis pronum eſt colligere, uno duntaxat aut altero anno è Philoſophiæ ſtadio eſſet egreſſus, hocque decurſo, aliquamdiu ſaltem Theologicis ſtudiis, antequam docere inceperit, veroſimiliter operam dederit. Atque ita modò habemus, non tantùm quandonam circiter Sanctus magiſtrum in civitate Remenſi primùm egerit, verùm etiam quo circiter tempore ad ſcholarum Remenſium præfecturam ſeu ſummi didaſcali munus fuerit promotus. Porrò Sanctus non tantùm, qua de jam ſatis actum, ſcholarum præfecturam Remis geſſit, verùm etiam & metropolitanæ eccleſiæ canonicum & cancellarium egit. Ac primum quidem conſtat tum ex primorum quatuor Cartuſiæ Priorum Chronico ſeu deprompto ex hoc, quod num. 7 hùc tranſcripſi, Sancti elogio, tum ex Sigeberti Gemblacenſis Chronico; in quibus ambobus, perantiquis ſanè, habita ratione ad tempus, quo poſt Brunonis *obitum ſcripta ſunt, monumentis,* eccleſiæ Remenſis canonici *titulo inſignitur; quod autem ad cancellarii munus, quod pariter obierit, ſpectat; manifeſtum id fit vel ex ſola, cui* Bruno, *à ſe veluti cancellario ſcriptæ, etiam ſubſcripſit, Charta, anno* 1076 *à Manaſſe archiepiſcopo in abbatiæ S. Baſoli favorem conceſſa. Hanc idcircò, prout in quarto Annalium Cartuſienſium libro nondum vulgato exhibetur, hùc tranſcribo.*

B

ex Charta, quæ huc tranſcribitur.

85 *Sic habet:* In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego Manaſſes, ineffabili Dei providentia Remenſis archiepiſcopus, præteritorum atque futurorum memor, qualiter omnia ruinarum atque defectûs detrimenta irrecuperabiliter patiantur: quia vitæ meæ ſtatum non ſemper duraturum cognovi, manum charitatis porrigendo animæ meæ portum tranquilliſſimum ſtudui præparare. Hac igitur neceſſitate & curâ mihi commiſſarum eccleſiarum compulſus, & abbate Stephano id depoſcente, dedi & ſubjeci cœnobio ſancti Baſoli altaria duo, Altejæ videlicet & Caprillæ, ut ea fratres perpetuò ſine perſonatu teneant, tantùm ſummaticos perſolvant, & pro me, quoad vivam, duas omni hebdomada Miſſas, unam privatim, alteram verò communiter celebrent: atque per ſingulos annos in anniverſarii mei die ejuſdem eccleſiæ fratres de illorum altarium reditibus in refectorio regulariter epulentur. Si quis ea inde abſtulerit, anathema ſit. Actum Remis anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſexto, regni autem Philippi regis XVII. Archiepiſcopatûs verò domni Manaſſe VII. Indictione quarta decima. Signum Guidonis archidiaconi. S. Guarini archidiaconi. Signum Manaſſe præpoſiti. S. Leuvini decani. S. Odonis cantoris. S. Henrici abbatis. S. Jotzelini abbatis. S. Gebuini abbatis. S. Raimbaldi abbatis. S. Dudonis decani. S. Dominici decani. S. Lamberti decani. S. Bavonis decani. S. Widonis militis. S. Alberti militis. S. Rodulphi. S. Haymonis. S. Lamberti. Bruno cancellarius ſcripſit & ſubſcripſit.

C

Aliqua in hanc

86 *Charta hæc apud Marlotum quoque, qui tamen unde eam acceperit, non edicit, tom.* 2 *Hiſtoriæ Metropolis Remenſis pag.* 170 *& ſeq. exſtat, uti etiam in Ms., de quo num.* 28, *de* S. Brunone *Tractatu, à PP. Cartuſianis hujatibus mecum communicato, ut proinde tria ejuſdem inſtrumenti exemplaria ante oculos habeam. Atque hæc quidem omnia tum in notis chronicis, quibus ſignantur, tum in verbis, quibus concepta ſunt, ad amuſſim ferè inter ſe conſonant; at non item in teſtibus, inſtrumento ſubſcriptis; præterquam enim quòd aliquot horum nomina Marlotianum exemplar alio modo, quàm quo id duo reliqua exemplaria faciunt, ſcripta exhibeat, abbatibus, chartæ ſubſcriptis, monaſterii ſeu abbatiæ, cui ſinguli præfuêre, nomen adjungit, quod in duobus aliis exemplaribus non fit, quodque an in Marlotiano rectè fiat, haud ſatis habeo compertum. Anonymus interim Cartuſianus, Annalium Ordinis ſui libri quarti auctor, Chartæ à ſe recitatæ ſequentem, quâ hanc ex autographo deſumptam, declarat, annotationem ſubjungit:* Extractum fuit (*inſtrumentum ſcilicet ſeu charta jam recitata*) ex Originali, ſigillo majore ceræ flavæ ſigillato, in cujus concha impreſſa eſt imago beatæ Virginis Mariæ, dextrâ lævâque Jeſum puerum tenentis. Hoc inſtrumentum inventum fuit in præfata abbatia ſancti Baſoli ad Remos per quemdam V. P. monachum Benedictinum reformatæ congregationis, Compendii commorantem, anno MDCXLIX, & cuidam Cartuſienſi domûs Montis-Dei commodatum, ex cujus ſcriptis illud eruimus.

E

obſervantur.

87 *Mabillonius autem, qui Annalium Benedictinorum lib.* 64, *num.* 129 *Chartæ, huc jam integrè tranſcriptæ, partem recitat, quique ipſum inſtrumenti hujus autographum aut certè authenticum ejuſdem exemplar ſibi præluxiſſe, innuit, ita ibidem obſervat:* Poſt duos (*Chartæ, de qua hîc, ſubſcriptos*) archidiaconos, præpoſitum, decanum, & cantorem eccleſiæ Remenſis appoſita ſunt ſigna Heinrici abbatis ſancti Remigii, Jotſelini abbatis Altivillarenſis, Gibbuini abbatis Moſomenſis, Raimbaldi abbatis ſancti Theoderici, & aliorum. "Bruno cancellarius ſcripſit & „ſubſcripſit, „ idem, ut videtur, qui non multò pòſt à Manaſſe ob ejus facinora receſſit, & Cartuſienſem Ordinem inſtituit. Authentico affixum eſt ſigillum Manaſſæ archiepiſcopi, exhibens effigiem beatæ Mariæ, Chriſtum puerum in ſiniſtro brachio geſtantis cum hac inſcriptione, "Manaſſes Remorum archipræſul.„ *Hæc ille, abbatibus, Chartæ ſeu inſtrumento, de quo hîc, ſubſcriptis, monaſteriorum ſeu abbatiarum, quibus hi præfuêre, nomina adjungens, quæ tamen an ex ipſo autographo, quod fortè ad manum habuerit, an verò ex Marloto, quem in margine citat, hauſerit, non habeo edicere, ac proin rectène, an ſecùs, nomina illa abbatibus apud Marlotum apponantur, in medio relinquo, & in tempus, quo Sanctus primùm Remenſis cancellarius creatus fuerit, nunc inquiro.*

F

An dignitate illa jam inde ab anno 1073

88 *Marlotus, ſæpius jam laudatus, Hiſtoriæ Metropolis Remenſis tom.* 2, *pag.* 134 *ſic ſcribit:* Fragmentum... Hiſtoriæ Franciæ, quæ incipit à Philippo, de Brunone loquitur, acſi Remis natus fuiſſet. At Manaſſes Epiſtolâ ſtatim citandâ ſcrupulum amovet his verbis: "Hic „Bruno nec noſter natus eſt, nec renatus.„ Remenſis igitur, ut auguror, vocatur hîc, quòd Remis litteras cum laude profeſſus dicatur, cancellariæque dignitate ob juris peritiam donatus, quam adhuc exercuit ſub Manaſſe, ut conſtat ex variis chartis, maximè verò ex inſtrumento fundationis ſancti Martini Gemellorum diœceſis Ambianenſis, quod publicè recitatum eſt coram Philippo rege, Manaſſe Remis ſynodum tenente, cui ſubſcripſit Bruno cancellarius an. MLXXIII. *Ex hoc Marloti textu & ex charta, proximè recitatâ annoque* 1076 *notatâ,* Brunonem *ab anno ut minimùm* 1073 *ad annum uſque* 1076 *cancellarii Remenſis munere functum eſſe, aſſeverant*

AUCTORE C. B.

verant tom. 9, pag. 234 Historiæ litterariæ Franciæ scriptores: & rectè sanè, si modò in anno, quo Brunonem *Chartæ, seu instrumento fundationis sancti Martini Gemellorum subscripsisse, Marlotus ait, error non cubet. Hæc interim de re vehementer dubitare me facit Ms., quem jam pluries laudavi, de* S. Brunone *Tractatus, à Cartusianis hujatibus mecum communicatus.*

decoratus fuerit, ob aliquæ,

89 *Hic enim num. 12 sic habet:* Circa idem tempus, quo data fuit hæc (*proximè hic jam recitata*) charta, Manasses fundationem abbatiæ sancti Martini Gemellorum diœcesis Ambianensis, ante tres annos factam, firmavit, cujus instrumento hæc verba confirmatoria Bruno adjecit. "Anno episcopatus sui VII firmavit eam „Manasses archiepiscopus. Signum Widonis ar„chidiaconi, & Guarini Warici archidiaconi, „& Manassetis præpositi, & Leuvini decani, O„donis cantoris. Bruno cancellarius scripsit; „ *quòd si autem hæc, quæ unde hausta sint, non additur, veritati consonent, Charta fundationis S. Martini Gemellorum, seu potiùs, quo fundatio hæc confirmata fuit, instrumentum, utpote Manassis, cathedram Remensem anno demùm* 1069 B *consecuti, anno septimo signatum, non anno* 1073, *ut Marlotus* (*huic enim de eadem charta, de qua in Tractatu laudato, sermo esse videtur*) *loco citato notat, sed anno* 1075 *aut* 1076 *fuerit donatum. Fortassis Marlotus annum, quo monasterii S. Martini Gemellorum fundatio, annis tribus, ut recitata Tractatûs mox iterum laudati verba docent, confirmationem, à Manasse factam, prægressa, evenit, pro anno, quo hæc accidit, per errorem posuerit. Fortassis etiam mendosa duntaxat aut malæ fidei documenta, ex quibus, quæ hùc spectantia memorat, deprompta sint, ad manum habuerit.*

quæ hîc adducuntur,

90 *Et hoc postremum quidem idcircò maximè suspicor, quòd fundationis* (*meliùs fortè ob jam dicta dixisset* confirmationis) *S. Martini Gemellorum, quod laudat, instrumentum coram Philippo, Francorum rege, Manasse Remis synodum tenente, publicè* (*adi suprà recitata scriptoris hujus verba*) *recitatum fuisse scribat, nec tamen synodi, Remis à Manasse celebratæ, cui Philippus Francorum rex interfuerit, mentio ulla occurrat vel apud conciliorum synodorumque collectores, vel etiam apud Galliæ Christianæ auctæ scriptores, præcipua saltem Manassis* C *gesta, è quibus utique synodi illius celebratio fuisset, tom. 9 in archiepiscopis Remensibus recensentes. Aiunt quidem ibidem col. 72, fuisse anno* 1074 *à Manasse concilium ad illicitas Philippi regis & Bertradæ nuptias firmandas in urbe Remensi celebratum; verùm huic interfuisse Philippum, non addunt, etiam haud dubiè, concilium seu generalem archidiœcesis Remensis synodum, quam anno* 1074 *Manasses verè celebravit, ad firmandas Philippi cum Bertrada nuptias celebratam fuisse, non dicturi, si has ante annum certè* 1092 *non fuisse contractas, considerâssent.*

est dubium,

91 *Utut sit, dubium equidem ex omnibus jam dictis fit, an instrumentum, de quo modò hîc fusè actum, jam inde ab anno* 1073, *ut Marlotus notat, monasterio S. Martini Gemellorum fuerit concessum, ac proinde etiam, an Sanctus noster, quòd ei veluti cancellarius subscripserit, cancellarius ut minimùm, quod, ut suprà monui, Historiæ litterariæ Franciæ scriptores arbitrati sunt, jam inde ab eodem dicto anno* 1073 *exstiterit. Verùm, etsi id ita sit, Sanctum etiam ante ipsum annum* 1073 *cancellarii* D *Remensis munus obiisse, nonnulli existimant. Et quidem hoc diutissimè ante annum illum* Bruno *obierit, si Marlotus in Historia Metropolis Remensis tom. 2, pag. 115 rectè scribat. Ibi enim de Gervasio Remensium archiepiscopo, anno* 1067 *vitâ functo, ita memorat:* Ut omnibus modis reipublicæ præsertim litterariæ prodesset Gervasius, scholas Remenses, vetustate collapsas, illustriores reddere statuit operâ S. Brunonis Coloniensis, ac in ecclesia Remensi à pueris enutriti, quem scholarum caput seu rectorem constituit, addito cancellariatûs officio, quo egregiè perfunctus est usque ad Manassem I, donec ipse, calcatis dignitatum pompis, in eremum fecessit, ut infrà dicetur.

idque certè non ante annum 1070,

92 *Hactenus ille, Sanctum nostrum à Gervasio, Remensium antistite, ac proin ante annum* 1068, *quo hic jam obierat, imò verò jam inde ab anno* 1056, *ad quem hæc refert, Remensis ecclesiæ cancellarium creatum fuisse, non obscurè docens. Verùm postea ipsemet Marlotus, quæ tam citò* Brunonem *muneri huic non fuisse admotum, suadent, in medium adducit. Ac primò quidem* E *pag. 139 & binis seqq. recitat chartam, pro percelebris San-dionysiani Remis monasterii fundatione à Gervasio archiepiscopo anno* 1067, *uti in fine notatur, datam atque ab Oderico cancellario, qui etiam nominis aliqua variatione* Odalricus *aut* Oldaricus *vocatus reperitur, scriptam atque subscriptam; dein verò pag. 166 & seq. affert chartam alteram, in favorem S. Petri Ruminiacensis à Waltero viro nobili concessam, itáque terminatam:* Actum publicè Ruminiaco anno Incarnationis Dominicæ MLXX, existente Papa Romæ Alexandro, regnante Francorum rege Philippo, Remis Manasse archiepiscopo, archidiacono Odone, cancellario Odalrico &c. *Cùm ergò, uti è binis hisce ab ipsomet Marloto adductis instrumentis publicis constat, ecclesiæ Remensis cancellarius anno* 1067 *& anno* 1070 *Odalricus adhuc exstiterit, Sanctus sanè non ante annum* 1070, *nedum ante annum* 1067, *dignitate illa fuerit decoratus.*

nec fortè ante annum 1074,

93 *Imò verò ne ante annum quidem* 1074 *id fortè acciderit. Etenim apud eumdem iterum Marlotum Opere & tom. cit., pag. 168 & seq. exstat charta, pro Maurimontensis in diœcesi Catalaunensi monasterii fundatione confirmanda à Manasse, Remensi archiepiscopo, impertita, quam hæc claudunt verba:* Anno ab Incarnat. Domini MLXXIV, Indict. XII, Calend. Novemb., Epactâ primâ, regnante venerabili rege Philippo, hanc chartam, in generali synodo Remensi corroboratam & confirmatam, ego Oldaricus scripsi & subscripsi; *etsi autem duo tunc Oldarici, alter Remensis ecclesiæ cancellarius, alter ejusdem* (*adi Marlotum Opere & tom. mox iterum cit., pag. 151*) *præpositus ac deinde primus Sandionysiani Remis monasterii abbas, Remis floruerint, recitataque chartæ, monasterio Maurimontensi datæ, subscriptio, utpote Odalrici scriptoris nomini contra morem, in chartis per ecclesiarum cancellarios scriptis servari solitum, cancellarii titulum non habens adjunctum, Odalrico præposito convenire videatur, verosimiliùs tamen Odalrico cancellario tribuenda est, quòd cancellariorum fuerit chartas publicas, quæ ab ecclesiarum, quarum cancellarii erant, seu capitulo seu epi*F *scopo dabantur, conscribere nominisque sui adscriptione munire, faciléque fieri possit, ut hic cancellarii titulum, utpote ad Chartæ, in generali*

A *rali diœcesis Remensis synodo solemniter corroborata ac confirmata, valorem verosimiliter non requisitum, nomini suo adjicere neglexerit.*

sed anno tamen aut 1070 aut alio è sex seqq. evenit,

94 *Verùm, utut hæc quantùm ad chartæ hîc memoratæ, in cujus præterea clausula, num. præced. data, epacta, antiquis computistis usitata, cum anno non convenit, subscriptionem sese habeant,* Bruno *equidem, uti omnia ad institutum præsens modò adducta consideranti patebit, anno* 1076 *exstitit ecclesiæ Remensis cancellarius, annoque* 1069 *dignitatem hanc consecutus nondum fuerat, ut illâ proinde indubiè saltem vel anno, qui hunc proximè excepit, vel altero è sex sequentibus condecoratus primùm fuerit, Remensem interim cathedram, non Gervasio, sed Manasse jam occupante. Porrò etsi* Bruno *aliquamdiu, uti ex jam dictis pronum est colligere, ejusque successor Godefridus scholarchæ simul & cancellarii munia Remis obierint, non semper tamen, qui Remensis ecclesiæ scholarcham agebat, ejusdem etiam cancellarius erat, quandoquidem anno* 1192, *vacante cancellaria,* Garnerius, *ut Marlotus Historiæ metropolis Remensis tom.* 2, *pag.* 427 *&* B *seq. docet, scholarum magisterium obtinuerit, ut ex eo, quòd Sanctus ex suprà dictis diu ante annum* 1070 *scholarum Remensium præfectum egerit, cancellarium pariter, contrà ac modò statuimus, jam tum egisse, argui non possit, contrarium licèt sensisse videatur Mabillonius, utpote Marloti verbis, num.* 91 *huc transcriptis, quæ tamen non citat, consonans, sicque Præfatione in alteram Sæculi* VI *Benedictini partem, num.* 85 *de* Brunone *scribens:* In eadem (*Remensi*) ecclesia Gervasio tunc Pontifice, canonicus & scholarum magister... atque cancellarius factus est. *Atque hæc sunt, quæ tum de ipso cancellarii munere, à* Brunone *Remis gesto, tum de tempore, quo huic primùm is fuerit admotus, dicenda occurrunt.*

cùm jam diu ejusdem ecclesiæ canonicus fuisset.

95 *Quod modò ad tempus, quo primùm ecclesiæ Remensis canonicis fuerit adscriptus, pertinet, factum id esse, antequam Remenses scholas moderandas acceperit, ac proin diu etiam, antequam cancellarii munere functus fuerit, plerique censent scriptores recentiores; etsi autem nullo id queat antiquitatis testimonio confirmari, sat tamen verisimile apparet vel ex eo, quòd tempus aptius, quo honorem illum consecutus* Bruno *sit, assignari non posse videatur. Ceterùm sunt etiam, qui, Sanctum, Remis adhuc agentem, divini verbi exstitisse præconem, contendunt, innixi, ut opinor, partim sequenti, quem funebris ecclesiæ Andegavensis Titulus, inter recudendos* 166, *includit, versiculo:*

C Multos sermones faciebat per regiones.

Verùm anne hîc de Brunone, *Remis adhuc versante, agatur, pro certo quis asserat? Recitato enim versiculo proximè alter hic ibidem subditur:*

Urbem transivit Romam, Calabrosque petivit;

Surius autem binos illos versiculos, priori nonnihil immutato, absque interpunctione ita conjungit:

Multos sermones faciendo per regiones
Urbem transivit Romam, Calabrosque petivit.

Utut sit, Brunonem *equidem Remis etiam subinde ad populum verba fecisse, à vero fortè alienum est, uti & eum plures ibidem, quàm suprà enumeratæ sint, scientias docuisse. Nec dubium reor, quin præterea ibi discipulis suis sacras Paginas explanârit, quas sanè, simulque linguas Græcam ac Hebraïcam, ad earum intelligentiam plurimùm conducentes, optimè calluit, uti liquidum fiet ex iis, quæ de ejus in Psalmos ac S. Pauli Epistolas Commentariis differenda occurrent.*

AUCTORE C. B.

§ V. Quales Sanctus discipulos habuerit, quî hos bonis moribus non minùs quàm litteris informârit, & quæ tunc in eo animi dotes ac virtutes enituerint.

Plurimos Sanctus discipulos habuit. Aliquot ex his illustriores

INgentem sanè eorum, quos Sanctus noster discipulos habuerit, litterasque (unde ejus in hisce tradendis industria mirificè eluxit) optato planè successu docuerit, multitudinem exstitisse, non obscurè indicat funebris illius Titulus 131 *sequentibus hisce, quibus partim constat, versiculis:*

Splendor sermonis fuit & lux relligionis.
Ejus relligio scitur ubique satis.
Ejus doctrinâ sunt facti tot sapientes,
Quos mea mens nescit, & mea penna tacet.

E

Nec numero tantùm multi S. Brunonis *discipuli, verùm etiam aliquot ex hisce tam virtute ac morum probitate, quàm muniis ac dignitatibus, quibus postmodùm decorati fuerunt, spectabiles exstitêre. Nonnullos ex hisce illustriores, cùm discipulorum probitas claritasque in magistrorum gloriam quodammodò etiam cedat, exempli loco recensere hîc lubet. Omnium facilè princeps est Otto seu Odo, nobili loco in Gallia natus, è Priore Cluniacensi episcopus Ostiensis ac tandem summus Pontifex, assumpto Urbani II nomine, anno* 1088 *creatus, tum Philippi Francorum regis & Bertradæ pellicis excommunicatione, tum belli sacri in concilio Claromontano promotione celeberrimus, cujus præceptorem aliquando exstitisse* Brunonem, *docet quatuor primorum Cartusiæ Priorum Chronicon, seu transcriptum ex hoc Sancti num.* 7 *elogium, resque proinde extra omnem controversiam esse debet, ut Ruinartius tom.* 3 *Operum posthumorum in Pontificis hujus Vita meritò contendit. Accedit Robertus à Burgundia, regiâ Burgundiæ ducum stirpe satus, filius nempe Henrici à Burgundia, nepotis Roberti regis Franciæ, ad Lingonensem cathedram, ut Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* IV *in episcopis Lingonensibus docent, anno circitèr* 1085 *promotus, qui ipsemet in Titulo funebri, inter recudendos* 39, *quem Sancto nostro inscripsit, hujus sese discipulum fuisse, profitetur.* F

hîc recensentur, quos bonis etiam moribus, utpote omnes

97 *Hisce adhuc addo Lambertum, Pultariensis ad Sequanam Ordinis S. Benedicti monasterii abbatem, Petrum canonicorum Regularium S. Joannis in Vineis prope Suessionas itidem abbatem, & Mainardum Cormeriacensis seu Cormaricensis in Turonensium territorio cœnobii, dum ad eum epistola encyclica, mortis* S. Brunonis *nuncia, fuit allata, Priorem ac deinde abbatem, qui omnes in Titulis funebribus,* 45 *nimirum,* 79 *&* 176, *quos Sancto consecrârunt,*

AUCTORE C. B.

runt, ejus se discipulos fuisse, pariter profitentur. Et hos quidem tres abbates, uti etiam Robertum, Lingonensem episcopum, & Urbanum, summum Pontificem, Brunone *non alibi quàm Remis magistro usos esse, infrà docebo, cùm inquiram, an Sanctus post abdicatam anno circitèr* 1076 *aut sequenti scholarum Remensium præfecturam, antequam in Cartusiæ eremum secederet, litteras Parisiis docuerit; omnes autem virtute, quod, eos non tantùm litteris, sed & bonis moribus à* Brunone *fuisse informatos, argumento est, illustres exstitisse, hìc modò ostendo. Ac primò quidem quàm id quantùm ad Urbanum veritati consonet, satis superque monstrat celeberrimi hujus Pontificis Vita, à Ruinartio conscripta, Operumque scriptoris hujus ac Mabillonii posthumorum tomo tertio inserta; quod autem ad Robertum, Lingonensem episcopum, tresque recensitos abbates, Lambertum videlicet, Petrum & Mainardum, pertinet, Robertus, cùm omnes optimi Pastoris in diœcesi sua administranda partes implêsset, longum hujus viginti quinque circitèr annorum regimen piissimo obitu terminavit, uti liquet ex iis, quæ de laudabili hoc antistite Galliæ Christ. auctæ scriptores tom.* IV, *col.* 566 *memoriæ produnt.*

B

98 *Lambertus, licèt Pultariensis sui monasterii abbas esset, se tamen hujus* servum & procuratorem exiguum *in Titulo funebri, inter recudendos* 45, *quo Sancto nostro parentavit, appellat; unde sanè magna ejus humilitas elucet. Petrus, canonicorum Regularium S. Joannis in Vineis propè Suessionas abbas, his inter alia in Titulo Sancti funebri* 79, *ad Cartusiæ Calabrinæ eremitas directo, verbis utitur:* Dilectis in Christo & Deo dignis Fratribus Calabriæ, reverendis eremitis in monasterio sanctæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ, Deo famulantibus, Petrus sancti Johannis Suessionensis canonicorum Regularium humilis abbas, totaque Fratrum cum eo degens & Deo serviens Congregatio bene incepisse, meliùs perseverare, feliciter consummare. Audito beato fine sancti Patris vestri & magistri mei Brunonis, à cujus ore sanæ doctrinæ fluenta plerúmque haurire contigit, etsi opere non complevi, de absentia vehementer tristamur; carnales evasisse angustias & requiem adeptum esse, & cum Deo vivere, prout conjecturam de mundicia & perfectione transactæ vitæ, nobis satis notæ, facere possumus, vehementiùs congaudemus. Ejus ergò memoriam, tum quia magister noster fuit, tum quia precibus ejus & vestris confidimus, tanto apud Deum efficatioribus, quanto sanctioribus hoc modo habituros promittimus triginta diebus Missas *&c.*

virtute,

C

ut ostenditur,

99 *Qua sanè scribendi methodo summam animi modestiam humilitatemque manifestat vir hic, multiplici laude dignissimus, uti fas est colligere ex S. Gervasii Calendario, quod de eo apud Claudium d'Ormay Historiæ Suessionensis tom.* 2, *lib.* 5, *cap.* 13 *ad* XXI *Martii sic habet:* Obiit Petrus abbas sancti Joannis, vir totius honestatis, Deo & mundo per omnia laudabilis & memoriæ celebris. *Mainardus, Cormaricensis Prior ac dein abbas, in Titulo funebri, quem Sancto inscripsit, Cartusianis Calabrinis ita loquitur:* Gavisus sum utique super tanti Viri (" Brunonis) glorioso fine, sed quia intentio indefessa mihi inerat ad eum in brevi pergere, eumque videre & audire, omnesque animi mei æstus in illum refundere & vobiscum sub ejus ducatu Sanctæ Trinitati obedire, ultrà quàm dicere possim, de inopinato transitu ejus conturbatus sum, nec retinere potui habenas ultrò profluentium lacrymarum. Mainardus, inquam, ego in Cormarienſi monasterio monachorum plurimorum nomine, non opere, Prior, Remorum civitatis oriundus fui, domini hujus Brunonis aliquot annis doctrinam audivi, Deoque volente, admodùm profeci *&c.*

D

claros, verosimillimè informavit,

100 *Quibus verbis profectò vehementissimam, quâ tenebatur,* S. Brunonem, *se diutiùs hic in vivis fuisset superstes, adeundi ejusque vestigia sequendi animi propensionem commonstrat, nec dubitandum apparet, quin vir ille, qui voluntatem ad austerum sanctumque à* Brunone, *magistro olim suo, institutum vivendi genus inclinatam adeò habuit, virtutum exercitio animum sedulò excoluerit. Tales fuêre* S. Brunonis *discipuli, quos proinde hic virtute ac morum probitate non minùs, quàm perituris mundi scientiis verosimillimè informârit. Et ad hunc fortè Sancti commendandum maximè in docendo modum alluserint in suo, qui inter recudendos locum* 61 *obtinet, funebri Titulo Remenses S. Dionysii monachi ita de* Brunone *canentes:*

E

Quattuor ut fontes, ex una parte meantes,
Quos paradisus habet, mundi per regna fluentes,
Exundant terras, sic hic, quos imbuit, ornat,
Implet & informat, inflammat, dirigit, armat,
Cudit & illustrat, & adhuc regit, excolit, aptat.
Syderis instar erat cunctis, quos ipse docebat.

idque non tantùm verbis, sed etiam morum honestatem

101 *Nec solis verbis, doctrinam simul & virtutem spirantibus, efficiebat Sanctus, ut tum hanc, tum illam avidè haurirent discipuli, verùm etiam ad id eximia morum honestate, rarisque virtutibus, quæ tum in eo eluxêre, non parùm conferebat. Et morum quidem honestas, quâ tum* Bruno *sese reddidit conspicuum, in Titulo funebri* 66, *qui ecclesiæ cathedralis S. Mariæ Laudunensis, in archidiœcesi Remensi sitæ, est, ita celebratur:*

Bruno, decus cleri, decus & prudentia mundi,
Dum fuit in terris, florebat acumine mentis,
Dum fuit inter nos, florebat & documentis.
Integritas morum cumulum supplevit honorum.

F

Hùc etiam faciunt Tituli funebres 29 *&* 31, *in quorum priori, qui sanctæ Crucis sanctique Faronis Meldensis est, sequentibus hisce versiculis Sanctus ornatur:*

Cognitus iste satis doctrinâ erat atque beatis
Moribus & vitâ Bruno sapiens eremita;
Principiis primis, summis fulgebat & imis,
Pòst monachus factus.

In posteriori, ab ecclesia S. Mariæ Carnotensi scripto, istis condecoratur epithetis:

Justus, sincerus, morum gravitate severus.

cum doctrina eximia,

102 *Quod autem ad virtutes, quæ in eo tum emicuêre, pertinet, Cartusianus anonymus, qui librum* 4 *Annalium Ordinis sui, hactenus non vulgatum penesque me exstantem, scripsit, hasce simulque insignes, quibus Sanctus tum effulsit, animi dotes è variis funebribus ejus Titulis ob oculos positurus, ita loquitur:* Notari maximè

A mè poſſunt, *quæ in* Brunone *eluxerunt*, ſapientia, facundia, gravitas à faſtu aliena, morum ſuavitas & integritas, doctrina irreprehenſibilis, vita denique exemplaris, ad cujus ideam probi quique efformari & ſuos componere mores non refugerent. Harum virtutum corollarium hìc ſuccinctè perſtringere libet ex ejuſdem Titulis funebribus, non quidem earum, quæ in eo poſt converſionem abundantiùs & perfectiùs enituêre, ſed virtutum tantummodò, quibus in ſeculo adhuc poſitus orbi irradiavit. *Hæc præfatus rem ipſam mox aggreditur. Verba ejus, Titulis funebribus, quos citat, numeros ſimul, quibus ſinguli inter edendos diſtinguuntur, apponens, hùc tranſcribo. Sic habent:* Ejus (Brunonis *nempe*) ſapientiam, doctrinam & vitam exemplarem commendat Titulus (112) ſancti Petri Neocaſtrenſis his paucis, ſed ſuccidis, verſibus:

"Quo vixit pago, vivens permanſit imago
„Veræ juſtitiæ, doctrinæ, Philoſophiæ.„

103 Et in Titulo (31) eccleſiæ ſanctæ Mariæ Carnotenſis:

animi magnitudine,
B "Eccleſiæ murus Bruno fuit haud ruiturus,
„Nam bonus atque piæ mentis fuit, atque ſophiæ
„Doctor erat verus &c.„

Et pòſt in verſiculis ſcholaribus (*Titulo* 32) eadem non ſolùm prædicantur, ſed & magnitudinis animi ejus teſtimonium perhibetur, cùm ibidem dicitur:

"Flos erat hic Patrum, ſolamen, gloria fratrum,
„Veri ſectator, divinæ legis amator,
„Semita juſtitiæ, fons hic & origo ſophiæ,
„Lux, ſpeculum mundi, rerum ſublime cacumen,
„Labentûm baculus, miſerorum dulce levamen.
„Nec mens fracta malis, nec erat nimis alta ſecundis.„

His adſtipulatur Titulus (150) ſanctæ Mariæ Bajocenſis eccleſiæ:

"Solamen Fratrum, ſanctæ virtutis amator,
„Morum corrector juſtus, pia ſpes miſerorum,
„Juſtitiæ rector, cuſtos & ubique bonorum;
„Moribus ornatus; vas & plenum pietatis,
C „Fortiter armatus clypeo veræ probitatis.„

ſapientiâ, ingenii ſubtilitate,
104 Sed nullus ſapientiam ejus ita commendavit ac Lambertus abbas ſancti Nicolai Andegavenſis, qui in ſuo Titulo (131) ſic loquitur:

....."Brunonis ſapientia tanta refulſit,
„Inter Francorum ſydera ſolus ut hic
„Eſſet cunctorum flos, & fons philoſophorum:
„Flos ſpecioſus erat, fonſque profundus erat.
„Ex hoc manavit ſapientia tanta per orbem,
„Ut quos imbueret, philoſophos faceret.„

Quanta fuerit ejus ingenii ſublimitas, licèt ex ſcriptis ab eo libris ante converſionem poſſit innoteſcere, atteſtantur etiam variarum eccleſiarum Tituli, inter quos ſic habetur in Titulo (66) ſanctæ Mariæ Laudunenſis:

"Bruno, decus cleri, decus & prudentia mundi,
„Dum fuit in terris, florebat acumine mentis,
„Dum fuit inter nos, florebat & documentis.„

105 Et in Titulo (173) eccleſiæ beati Vincentii conventûs Niolienſium vocatur incomparabilis philoſophus, ubi & ſubditur: "Quis e- *fatundiâque habens conjunctam,*
„nim non obſtupeſceret, imò ab intimis cordis
„non ingemiſceret, cùm tantum Virum, totius
„ſcientiæ & penè omnium clericorum lumen &
„fundamentum, naturæ conceſſiſſe audiret?„ Quibus Nauclerus (*in Chronographia vol.* 2, *Generat.* 37) conformia ſcribens, beatum Brunonem Philoſophiæ atque Sacræ Paginæ Doctorem clariſſimum, ſcholaſticorumque Pariſiis (*hìcne umquam* Bruno *docuerit, infrà inquiram*) Doctorem diſertiſſimum appellavit. Ne autem arbitretur quis huic ſancto Doctori linguam eruditam defuiſſe, quâ ſciret ſuſtentare eum, qui laſſus eſt, verbo; accipiat ex Titulo (64) ſanctorum martyrum Timothei & Apollinaris, in quo ſic legitur:

"Hujus Doctoris fuit hæc vis cordis & oris,
„Ut toto cunctos ſuperaret in orbe magiſtros.
„Huic ſe tota dedit ſapientia, totaque ſedit
„Hujus in arcanis dives penetralibus hoſpes.
„Quod dico, novi, mecum quoque Francia novit, E
„Et totus novit per climata quatuor orbis.„

106 Nec ſolùm verbo, quod parvum fuiſſet, ſed & exemplo alios docebat, ut ex quibuſdam Titulis diſcimus: ſic enim legimus in Titulo (120) eccleſiæ ſancti Audomari: *virtutum exemplis*

"Exemplum miſeris mortalibus eſſe ſolebas,
„Ut colerent Chriſtum, quem ſemper, Bruno, colebas.„

Et in Titulo (124) ſanctæ Mariæ Attrebatenſis:

"Rectæ Bruno viæ dux & origo ſophiæ
„Non aliter docuit, vivere quàm ſtuduit.„

Hactenus laudatus Carthuſianus anonymus; licèt autem in omnibus, quos laudat, Titulis funebribus ad virtutes raraſque animi dotes, quarum Sanctus tunc, cùm adhuc docendi munus obiret necdumque ſeculo nuncium miſiſſet, ſpecimina dederit, fortaſſis non alludatur, in pleriſque tamen id fieri, dubium non eſt, quemadmodùm conſideranti patebit. Utut ſit, Sanctum equidem tum, cùm ſcholarcham adhuc ſeu ſcholarum præfectum ac rectorem Remis ageret, variis virtutum exemplis, quibus, ut haſce pariter amplecterentur F *diſcipuli, partim effecerit, effulſiſſe, veroſimillimum apparet.*

107 *Ita ſuadet tum eximia fortitudo, quâ tunc* *veroſimillimè effecerit.*
improbis Manaſſis archiepiſcopi moribus ſeſe, contemptâ etiam dignitatum fortunarumque jacturâ, uti infrà viſuri ſumus, oppoſuit, tum ſcripta anno 1067 *aut ſeq. ad Gregorium VII ſummum Pontificem ab Hugone, Dienſi epiſcopo Sediſque Apoſtolicæ legato, epiſtola, in qua, pluries infrà adhuc memoranda, de altero Manaſſe, Remenſis eccleſiæ præpoſito, ſimulque de Sancto noſtro, qui tum ſcholarum Remenſium præfecturâ ſeſe non diu abdicârat, nondumque in eremum ſeceſſerat, hunc Hugo loquitur in modum:* Manaſſem . . . amicum noſtrum in Chriſto, qui in Claromontano concilio Remenſis eccleſiæ malè acquiſitam præpoſituram in manu noſtra dimiſit, commendamus gratiæ Sanctitatis veſtræ, ſicut Catholicæ fidei ſincerum defenſorem, & dñum Brunonem, Remenſis eccleſiæ IN OMNI HONESTATE magiſtrum. Digni enim ſunt ambo à vobis & in his, quæ Dei ſunt, veſtra auctoritate confirmari, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati. Et ideò conſultores profuturos

AUCTORE C. B.

causæ Dei & cooperatores in partibus Franciæ adhibeatis. *Ceterùm idem Carthusianus anonymus proximè laudatus, fuisse à Sancto ante conversionem, seu antequam hic, perituris omnibus mundi rebus relictis, in eremum secederet, libros conscriptos, num.* 104 *indicat; verùm, cùm id non satis constet, resne ita, an secùs habeat, tunc primùm examinaturus sum, cùm de vita, à Sancto in Calabriæ eremo acta, binisque epistolis, certò ibidem ab eo scriptis, tractabo, ita uno eodemque loco de omnibus Operibus, quæ vel Sancti sunt, vel ei attribuuntur, sermonem instituturus.*

§ VI. Nefandis Manassis archiepiscopi sui conatibus sese opponit: quî hac occasione multa passus sit, monachumque induere proposuerit.

B

Sanctus Manassis, qui Gervasii archiepiscopi defuncti

*Cum Gervasius, Remensis archiepiscopus, vir de ecclesia sua multis nominibus, ac præsertim, quòd Remenses scholas, antè quidem celebres ac illustres, celebriores tamen illustriores*que Brunonis *operâ reddiderit, optimè meritus, anno* 1067 *è vivis fuisset sublatus, vacantem hujus obitu archiepiscopalem cathedram simoniacè obtinuit seu potiùs invasit Manasses, generis nobilitate, non virtutum ornatu clarus, qui in veteri codice Remensi manuscripto* Manasses de Gournai, *ut Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* 9, *col.* 71 *testantur, vocatus invenitur. Hic, etsi per ostium in ovile ovium non esset ingressus, ita tamen promotionis consecrationisque suæ, quæ anno* 1069 *evenit, initio se gessit, ut, si non in omnibus, in multis saltem veri pastoris munus impleret. Tunc enim Ecclesiæ jura magna animi propensione subinde propugnâsse, beneficusque in monasteria exstitisse cognoscitur ex iis, quæ de eo tum Marlotus tom.* 2 *Historiæ Metropolis Remensis pag.* 165 *& octo sequentibus, tum Galliæ Christianæ auctæ scriptores loco proximè cit. memoriæ produnt. Nec tum etiam commisit simoniacus ille antistes, ut proborum omnium, etsi interim in nonnullos ex his fuerit iniquior, odia in sese concitaret. Imò contrà sedulò curâsse videtur, ut etiam de viris, qui & morum gravitate & virtute essent spectabiles, bene mereretur.*

locum simoniacè obtinuerat, mores improbos diutiùs non ferens.

109 *Quàm verum id sit, argumento est Sanctus noster, quem, uti ex suprà dictis facilè colliges, ad cancellarii ecclesiæ Remensis munus, quod Odalrici obitu vacabat, vel ipsemet promovit, vel ab ecclesiæ suæ canonicis promovendum sategit, sive interim id fecerit, quòd multiplicem in Sancto scientiam morumque probitatem, præcipuè ad munus illud dignè obeundum requisitam, observâsset, sive quòd hoc modo* Brunonis, *viri celeberrimi, magnæque in urbe Remensi auctoritatis, amicitiam sibi conciliare unicè desideraret, ne quando illum pravorum consiliorum, quæ jam tum fortè animo agitabat, adversarium experiretur. Et Sanctus quidem Manassæ, quamdiu id utcúmque per gesta moresque hujus licuit, adhæsisse animo non omninò averso videtur, consiliisque suis, ut sat verosimile appareret, interim effecerit, ut profligatæ conscientiæ homo bona nonnulla præstiterit, & à malis, quæ meditabatur, abstinuerit. Verùm cùm deterior* D *indies Manasses evaderet, beneficia ecclesiastica venderet, sacram supellectilem diriperet, multos injustè excommunicaret, clericorum, ecclesiarum ac abbatiarum bona occupare tentaret aut etiam reipsa occuparet, lupumque, ut verbo dicam, non pastorem ageret, adversarium ei omninò sese Sanctus noster præbuit, maximè fortè, quòd simoniaca hominis ad sedem Remensem promotio, quam hactenus ignorâsset, jam tandem palàm ei facta esset. Ast cùm à Manasse, si diutiùs Remis, ei adversans, substitisset, certissimè non parùm periclitaturus esset, verosimillimè tum periculo sese subducendi causâ, tum ne impiorum hominis gestorum, quæ impedire non poterat, testis esse cogeretur, Remos dignitatesque, quas ibidem obtinebat, unà cum aliquot illustrioribus ecclesiæ Remensis clericis reliquit.*

ex urbe Remensi, dignitatibus abdicatis.

110 *Hæc omnia ferè Guibertus de Novigento in Vita sua lib.* 1, *cap.* XI *vel expressè docet, vel saltem ex eo possunt colligi. Audi, quî ibidem differat:* Manasses quidam, *inquit*, post Gervasii famosissimi archiepiscopi decessum prædictæ urbis (*Remensis nimirùm*) regimini simoniacè se intrusit, vir quidem nobilis, sed nihil E prorsus serenitatis, quæ prima ingenuitatem decet, habens. Tantos enim fastus ex illa novitate conceperat, ut regias peregrinarum gentium majestates, imò majestatum ferocitates imitari videretur. *Ac paucis deinde, quæ huc non faciunt, interpositis, ita prosequitur:* Is igitur (*Manasses*) cùm milites summopere affectaret, clerum negligeret, dixisse aliquando refertur; "Bonus, ait, esset Remensis archiepiscopatus, „si non Missas inde cantari oporteret.„ Hujus ergò mores prorsus improbos, & stupidissimos habitus cùm omnis honestus horreret, Bruno in ecclesiis Galliæ tunc opinatissimus cum aliis quibusdam Remensium clericorum nobilibus infamis illius odio excessit ab urbe, *Remensi nempe. Ita Guibertus. Et Sanctus quidem eo ipso tempore, quo, ut hîc ait, ex odio, sive quo ipsemet, non tam in episcopum suum, quàm in pessimos ejus mores ferebatur, sive quo ab hoc ipso pro hoste habebatur, urbem Remensem deseruit, magnorum studiorum regimen seu scholarum præfecturam, cancellariique munus verosimillimè, ne dicam indubiè, abdicavit, aut certè, si mavis, dignitatibus omnibus à Manasse spoliatus, amisit.*

C F

anno 1076 aut sequenti

111 *Ast quo circitèr anno & quibus comitantibus illustrioribus ecclesiæ Remensis clericis, ille Sancti ex urbe Remensi discessus evenit? Quò tunc sese primùm contulit? Ut ad singula hæc quæsita ex ordine respondeam,* Bruno *certè nec ante annum* 1076, *nec post annum, qui hunc proximè excepit, Remis aliò commigravit, ut proinde id vel anno* 1076 *vel sequenti indubiè fecerit. Ac eum quidem Remis ante annum* 1076 *non excessisse, liquet ex charta, hoc ipso anno à Manasse Remis in abbatiæ S. Basoli favorem concessa suprâque hùc transcripta, quæ ita terminatur:* Bruno cancellarius scripsit & subscripsit; *post annum autem* 1077 *factum id non esse, patescit ex eo, quòd anno illo in concilio Augustodunensi, imò verosimillimè etiam in Claromontano, quod huic præivit, Manassem, archiepiscopum Remensem, uti mox videbimus, simoniæ aliorumque criminum insimulârit, idque verosimillimè, antequam Manassæ adversans ex urbe Remensi excessisset, non fecerit, uti suadet tum ingens discrimen, cui alioquin apud excan-*

de-

A *deſcentem hinc, iraque impotentem præſulem ſeſe expoſuiſſet, tum rerum ſubſecutarum ſeries, ex qua, Sanctum noſtrum, poſtquam in concilio Auguſtodunenſi Manaſſem accuſâſſet, non priùs ad civitatem Remenſem, quàm hic anno* 1080 *in concilio Lugdunenſi exauctoratus fuiſſet, reverſum ſe, veroſimillimum, imò indubium, evadit, uti ex infrà dicendis quiſque facile colliget.*

cum Manaſſe præpoſito, Fulcio aliiſque excedit,

112 *Ad illuſtriores modò clericos, qui unà cum Sancto, Manaſſem averſantes, urbe Remenſi exceſsêre, ſermonem converto. Hoſce quidem inter fuiſſe Radulphum Viridem, ad quem Sanctus epiſtolam infrà pluries memorandam è Calabriæ eremo ſcripſit, & Fulcium Monoculum, cujus in eadem epiſtola mentio fit, vero apparet minimè abſimile ob colloquium, quod cum hiſce, eâdem pariter docente epiſtolâ, de perituris mundi hujus deliciis, æternúmque duraturis cæli gaudiis habuit occaſione, uti apud omnes ferè in confeſſo eſt, maximarum ærumnarum, quas à Manaſſe archiepiſcopo Remenſis eccleſia patiebatur; Manaſſem verò tunc Remenſis eccleſiæ præpoſitum, & Pontium quemdam Sancto exſtitiſſe in ſuo ex urbe Remenſi*

B *exceſſu comites, indubitatum eſt, cùm hi ambo unà cum* Brunone *ſimoniaci præſulis accuſatores in concilio Auguſtodunenſi alibique exſtiterint, uti hic ipſemet apud Mabillonium Muſei Italici tom.* 1, *part.* 2, *pag.* 121 *in Apologia ſua ſuprà plùs ſemel jam laudata, pluriesque infrà adhuc laudanda, ex parte declarat atque ex dicendis pateſcet. Quod modò ad locum, quò Sanctus, Remis excedens, ſeſe receperit, pertinet, Pariſios eum conceſſiſſe, conjiciunt nonnulli, hoſque inter ſeſe inprimis offert Bulæus, qui, præterea in eam, quæ Sanctum tunc Pariſiis docendi muneri ſeſe addixiſſe, ſtatuit, opinionem propendens, in Hiſtoriæ Pariſienſis tom.* 1, *pag.* 468 *ita ſcribit:* Ex hoc loco (*Guiberti ſuprà hùc jam tranſcripto*) conſtat, Brunonem, relictis Remis, cum nobilibus quibuſdam aliis clericis eccleſiæ Remenſis aliò commigrâſſe; quos quidem ſocios licèt non nominet Guibertus, ex epiſtola tamen ipſius Brunonis ad Radulphum Viridem, præpoſitum Remenſem, intelligimus, hos tres amicos ſimul demigrâſſe, Brunonem, Radulphum & Fulcium Monoculum.

tuncque ſe, non, ut conjicit Bulæus,

C 113 Sic enim ille: "Reminiſcitur quippe di-„lectio tua, quòd, cùm ego & tu & Fulcius „Monoculus quadam die ſimul fuiſſemus in hor-„tulo adjacente domui Adæ, ubi tunc hoſpi-„tabar, de falſis oblectationibus tractaremus.„ Ergò tunc Bruno hoſpitabatur apud Adam, non utique Remis; cùm enim canonicus eſſet eccleſiæ Remenſis & ſcholaſticus, veriſimile non eſt, eum alieno in hoſpitio manſurum fuiſſe. Unde conjicio, Brunonem cum amicis iſtis duobus Lutetiam veniſſe, ipſumque apud Adam hoſpitem domum elegiſſe, tumque docendi profeſſionem reſumpſiſſe. Ille forſitan eſt Adam canonicus Pariſienſis, qui poſt Gualeramum cantor ejuſdem eccleſiæ fuit circa annum MC & id muneris obiit ultra annum MCXXIII. *Ita ille: verùm, etſi veroſimillimè; uti infrà docebo,* Brunoni *in ſua ad Radulphum Viridem epiſtola de hoſpitio, quo Remis apud Adamum fuerit exceptus, ſermo non ſit, propterea tamen nullo modo conſequens eſt, ut Sanctus, dum tractatum, cujus verbis à Bulæo recitatis mentionem facit, de falſis mundi delectationibus cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo inſtitueret, Pariſiis apud Adamum fuerit hoſpitatus. Quid ni enim extra urbem Remenſem alibi æquè, quàm Pariſiis, hoſpitari tunc potuerit? Nec quidquam hùc facit, quod addit de Adamo, Pariſienſi canonico, cùm alibi etiam viri, aut etiam, ſi velis, canonici plures florere tunc potuerint, quibus pariter eſſet Adami nomen.*

AUCTORE C. B.

Pariſios,

114 *Bulæus quidem, ut Sanctum, dum Remis abiit, Pariſios ſtatim ſe contuliſſe utcúmque probet, verbis proximè recitatis etiam ſubjungit,* adſtipulatur ſuprà laudatus Guibertus, qui, de ejus (S. Brunonis *videlicet*) converſione ſcribens, ſic ait: "Fuit non longè ab his diebus Bruno „quidam in urbe Remenſi, vir & liberalibus in-„ſtructus artibus, & Magnorum ſtudiorum re-„ctor, qui converſionis initia ſubjecta occaſione „nactus dignoſcitur.„ Quibus verbis denotare videtur, Brunonem Pariſienſis & Remenſis ſtudii fuiſſe rectorem, quæ ab Aimoïno Floriacenſi monacho in Vita Abbonis dicuntur majores ſapientiæ ſeu ſtudiorum officinæ; *verùm quid ni Sanctus, quòd Remis tum Philoſophiæ, tum Theologiæ, quæ majores ſeu altiores ſcientiæ ſunt, ſtudiis præeſſet,* magnorum ſtudiorum rector, *à Guiberto dici potuerit? Sanè eum eo ſenſu,* E. *quo Bulæus innuit, magnorum ſtudiorum rectorem vocatum à Guiberto non fuiſſe, vel ex eo liquet, quòd ab ipſo hoc ſcriptore verbis à Bulæo productis munere illo, non Pariſiis, ſed Remis functus fuiſſe indicetur, ut conſideranti patebit. Adhæc, etſi darem, Sanctum eo ſenſu, quo vult Bulæus, magnorum ſtudiorum rectorem à Guiberto appellari, hincne conſequens foret, ut, cùm Sanctus Remis exceſſit, magnorum ſtatim ſtudiorum rectorem Pariſiis egerit, hùcque proinde mox à ſuo ex urbe Remenſi diſceſſu ſeſe contulerit? Nemo ſanè, quantùm opinor, id aſſeruerit.*

ſed Reciacum veroſimiliter recepit.

115 *Et verò Sanctum tunc, cùm Remis, ut Manaſſem vitaret, exceſſit, ſeſe, non Pariſios, ſed Reciacum ſeu Roceium, Rocum, Roſcium aut etiam* (*variè enim à variis appellatur*) *Rauciacum, munitum ætate illa* (*adi Marlotum Hiſtoriæ metropolis Remenſis tom.* 2, *pag.* 195, *& Valeſium in Notitia Galliarum ad vocabulum* Rauciacum) *ac celebre Campaniæ Gallicæ ad Axonam caſtrum, ſeſe recepiſſe, veroſimillimum eſt. Ita mihi apparet, tum quòd Manaſſes, eccleſiæ Remenſis præpoſitus, aliique, qui huic adhærebant, ac proin etiam Sanctus noſter in præfato caſtro, uti ex ipſiuſmet Manaſſis archiepiſcopi ad Gregorium VII Papam epiſtola, anno* 1078 *ex infrà dicendis ſcripta hîcque num.* 123 *ex parte ſaltem recitanda, colligitur, ſub Ebali comitis* (*Reciacenſis nimirùm; neque enim, cui hoc quadrare queat, comitem alium, nomine Ebalum, invenio*) *clientela anno* 1078 *exſtiterint, tum quòd Ebalus, caſtri ejuſdem, in quo etiam, ut apparet, domicilium fixerat, dominus ſeu toparcha, à parte clericorum Remenſium ac proin Sancti noſtri contra Manaſſem, ſimoniacum Remenſem archiepiſcopum, omninò ſteterit, utpote qui, ut pariter ex eadem epiſtola intelligitur, cùm Manaſſes archiepiſcopus à ſententia, contra ſe anno* 1077 *ab Hugone, Dienſi epiſcopo Sediſque Apoſtolicæ legato, in concilio Auguſtodunenſi lata, ad ſummum Pontificem appellâſſet, reque ipſa ad hunc cauſam ſuam propugnaturus Romam ſeſe contuliſſet, Romam etiam, quò contra hujus molitiones Manaſſem præpoſitum alioſque clericos, ex urbe Remenſi profugos, tueretur, ſeſe contulerit. Atque ita modò & quibus comitantibus & quo anno circiter Sanctus noſter ex urbe Remenſi diſceſſerit,*

F

AUCTORE C. B.

uti etiam quò tunc ſeſe receperit, determinatum utcúmque eſt : rerum hîc tractandarum ſeriem nunc proſequamur.

Claromontano deinde, quod anno 1076 aut 1077 celebratum fuit,

116 *Inter diverſa, quæ adverſus ſimoniacos, acceptaſque à laïcis inveſtituras Sancti noſtri ætate celebrata fuêre, concilia commemorandum hîc venit, quod Hugo Dienſis, Sedis Apoſtolicæ in Galliis legatus, Claromonte celebravit. Hic in illo, ut Hugo Flaviniacenſis in Chronico Virdunenſi apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ novæ Mss. pag.* 201 *docet, in Stephanum, Anicienſis eccleſiæ invaſorem, excommunicationis ſententiam tulit ; hanc autem deinde Gregorius, anno* 1073, *quo Indictio Pontificia* XI *à Januario ad Decembris finem cucurrit, ad ſupremam Eccleſiæ Cathedram, uti apud omnes in confeſſo eſt, evectus, duabus diverſis epiſtolis, alterâ ad canonicos Anicienſes, alterâ ad Galliarum epiſcopos, uti apud Labbeum tom.* X *Conciliorum, col.* 164 *videre eſt, uno eodemque die,* decimo *videlicet* Kalendas Aprilis, Indictione decima quinta, *conſcriptis, confirmavit ; quare, cùm poſterior hæc nota chronica, uti ex jam dictis de obtenti à Gregorio Pontificatûs anno liquet, annum* 1077 *deſignet, conſequens eſt, ut prænemoratum concilium, quod Hugo Dienſis Claromonte celebravit, vel initio ipſiuſmet anni* 1077 *vel ſub finem proximè antecedentis celebratum veroſimillimè fuerit. Huic autem è caſtro Reciacenſi, in quo cum* Brunone *aliiſque veroſimiliter ex dictis jam verſabatur, præſentem ſe ſtitit Manaſſes, eccleſiæ Remenſis præpoſitus, atque inter Hugonis legati manus, uti hujus infrà hùc tranſcribenda epiſtola fidem facit, malè acquiſita primaria eccleſiæ Remenſis dignitate, quam anno circitèr* 1076 *ab ipſo ſimoniaco præſule Manaſſe obtinuerat, ſeſe abdicavit.*

B

concilio veroſimillimè interfuit,

117 *Hinc porrò, eidem concilio etiam* Brunonem, *alioſque, qui cum eo Reciacum commigrârant, eccleſiæ Remenſis clericos, interfuiſſe ibidemque, quæ contra Manaſſem Remenſem antiſtitem habebant, accuſationum capita concilio expoſuiſſe, veroſimile apparet, uti etiam in hoc, ut Manaſſes de objectis criminibus ſeſe purgaturus ad aliud proximè futurum concilium citaretur, decretum fuiſſe. Et verò brevî hujus ſeſe obtulit occaſio : Gregorius enim, ſummus Pontifex, datâ* quarto Idus Maii, Indictione decima quinta, *quæ, ut jam dixi, annum* 1077 *deſignat, ad Hugonem, ſuum in Galliis legatum, epiſtolâ in mandatis dedit, ut, congregata epiſcoporum Franciæ ſynodo, cauſam Gerardi, Cameracenſis electi, qui poſt ſui legitimam electionem ab Henrico rege, ignoratus & hunc excommunicatum, & inveſtituram à principibus laïcis accipere, per Pontificem eſſe prohibitum, inveſtituram acceperat, ſedulò diſcuteret, atque aliarum nonnullarum Galliæ eccleſiarum cauſas, negotiaque, quæ ad harum, Eccleſiæve univerſæ utilitatem conducere viſa ei fuiſſent, definiret, advocato etiam ad ſynodum pro Arvernenſis eccleſiæ cauſa Hugone Cluniacenſi abbate. Paruit Pontificis voluntati Hugo, conciliumque Auguſtoduni indixit, idque ibi eo ipſo adhuc anno* 1077, *quo proximè memoratam epiſtolam ad eum Papa ſcripſerat, celebravit.*

C

cumque deinde à Manaſſe archiepiſcopo, quem in Auguſtodunenſi accuſârat,

118 *Ita, qui hîc erroris convinci non poteſt, diſertè tradit Hugo Flaviniacenſis, auctor ſynchronus, in Chronico Virdunenſi apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ novæ Mss. pag.* 199 *ſic ſcribens :* Juxta hæc itaque mandata Apoſtolica (*à Gregorio Papa Hugoni Dienſi per epiſtolam mox dictam data*) congregata eſt ſynodus venerabilium Patrum apud Eduam ſub tutela & protectione Chriſti Domini ... anno ab Incarnatione Domini MLXXVII, ubi convenerunt ex Francia & Burgundia multi illuſtres viri. *Porrò huic concilio Manaſſes, eccleſiæ Remenſis præpoſitus, itemque Sanctus noſter & alii Remenſes clerici, qui unà cum hiſce Remis Reciacum ſeſe receperant, interfuerunt, ſimoniæque ac aliorum criminum accuſaverunt Manaſſem archiepiſcopum ſuum, qui cùm citatus fuiſſet ad concilium, eique, ſpretis legati monitis ac præceptis, ſeſe ſiſtere neglexiſſet, in eum, veluti in contumacem, ſuſpenſionis ſententia fuit prolata. Verùm ab hac mox ad Pontificem, ut apparet, appellavit Manaſſes, vindictæque interim, dum Romam adire poſſet, percupidus eccleſiæ Remenſis canonicis, accuſatoribus ſuis, à concilio ad Reciacenſe, uti ex jam ſuprà dictis infráque dicendis apparet, caſtrum redeuntibus, plurimas in via ſtruxit inſidias, domos eorum Remis fregit, præbendas vendidit, & bona diripuit. Audi hæc ſuiſmet verbis Hugonem Flaviniacenſem loco proximè cit. exponentem.* Accuſatus eſt in eodem concilio (*Auguſtodunenſi ſcilicet*) Remenſis eccleſiæ invaſor ſimoniacus Manaſſes à clericis Remenſibus, & ſuſpenſus ab officio, quia vocatus ad concilium ut ſe purgaret, non venit. Qui cùm canonicis Remenſis eccleſiæ accuſatoribus ſuis, à concilio redeuntibus, plurimas parâſſet inſidias, demum domos eorum fregit, præbendas eorum vendidit, & bona eorum diripuit

D

E

varias injurias, ut Hugonis Dienſis epiſtola,

119 *Hæc Hugo. Et ſanè veritati eſſe apprimè conſona, etiam liquet ex epiſtola, ab Hugone legato poſt concilii celebrationem, auditis, quas Manaſſes* Brunoni *aliiſque ex illo redeuntibus eccleſiæ Remenſis canonicis intulerat, variis injuriis, ad Gregorium Pontificem data, in qua, Sanctum noſtrum Manaſſemque præpoſitum* dignos habitos fuiſſe pro nomine Jeſu contumeliam pati, *declarat, alludens veroſimillimè, ne dicam indubiè, ad injurias, quas ambo, è concilio Auguſtodunenſi Reciacum redeuntes, tum in via, tum Remis in bonis ſuis paſſi fuerant. Epiſtolam illam, quòd præterea, quæ de Manaſſis, Remenſis eccleſiæ præpoſiti, ad Claromontanum ſeu Arvernenſe concilium acceſſu ſuprà aſſerui, invictè probet, aliaque, quæ hùc & præcipuè Manaſſem archiepiſcopum ſpectant, complectatur, in fine mutilam, prout apud Labbeum tom.* X *Conciliorum col.* 365 *& ſeq. exſtat, hùc tranſcribo. Sic habet :* Reverendiſſimo Patri & domino Papæ Gregorio ſuæ ſanctitati inutiliſſimus ſervus Hugo humilis presbyter Dienſis, ſalutem. Quoniam didicimus R. veſtrum Pariſienſem rediiſſe, cui injunxeramus, ut fideliter, ſicut filius veſter, vobis referret geſta Auguſtodunenſis concilii, cui interfuit, qui neque per nos rediit, neque quicquam de ſtatu veſtro nobis ſcripſit, rogamus paternitatem veſtram, ut ſententiam ſuam nobis dignetur ſcribere ſuper ordinatione Remenſis, Bituricenſis & Carnotenſis eccleſiarum.

F

quæ ex Labbei conciliorum

120 Sciat quoque paternitas veſtra, quia ille Noviomenſis dictus epiſcopus, ſub comminatione publicæ examinationis à nobis familiariter exactus, confeſſus eſt nobis ſimoniam ſuam, præſentibus Laudunenſi & Lingonenſi epiſcopis cum aliis quibuſdam. Unde etiam ſacramento ſupra ſacra Euangelia nobis firmavit, quòd, viſis litteris veſtris vel legatione veſtra, eccleſiam, quam malè occupaverat, bene dimitteret, & pro poſſe & ſcire ſuo, ut juxta Deum ordinaretur, adjuvaret. Silvanectenſis verò epiſcopus, acceptâ inveſtiturâ de manu regis, ordinatus eſt ab illo (*Manaſſem ſimo-*

A *ſimoniacum Remenſis eccleſiæ epiſcopum ſeu potiùs invaſorem deſignat*) Remenſi hæreſiarcha, cui litteris veſtris interdixiſtis, ne hujuſmodi in epiſcopos acciperet. Autiſiodorenſis, infra annos ordinatus, inveſtituram quidem de manu regis non accepit, quamquam per familiares regis gratiam ejus conſecutus ſit. De Senonenſi autem archiepiſcopo quantam contumeliam, quantamve injuriam auctoritati veſtræ in noſtra legatione intulerit, à prædicto R. ut ſpero, ſufficienter audiſtis. Neque hoc dicens, Deus teſtis eſt, gloriam meam quæro. Burdegalenſis quoque, quoniam vocatus præterito anno ad Arvernenſe concilium neque venit, neque canonicè ſe excuſavit, in eodem concilio ab epiſcopali officio ſuſpenſus eſt. Quod ille vilipendens, interdictum ſibi uſurpavit officium. Rurſus vocatus ad Auguſtodunenſe concilium, quoniam nullam cauſationem nobis miſit, etiam à ſacerdotio ſuſpendimus eum.

121 De his ergò omnibus quid Magnitudo veſtra judicaverit, quid inde agere placuerit, parvitati noſtræ, rogamus, reſcribite. Præterea ſummopere poſcimus, ut per dominum Valentinum epiſcopum Pallium nobis mittatis ad confirmandam ordinationem religioſiſſimi Lugdunenſis eccleſiæ archiepiſcopi, contra oblatrantes hæreticos & de regis indignatione adverſus ordi- *tomo decimo hic recitatur,*

B nationem Dei carnaliter gloriantes. Ipſe enim, poſtpoſitis omnibus incommodis & periculis penuriæ atque itineris, Sanctitatis veſtræ conſpectui devotiſſimè ſe præſentaret, ſi eccleſia illi commiſſa, tamdiu languida & paſtoris ſolatio deſtituta, quoquo modo abſentiam ejus ſine magno detrimento pati potuiſſet. Valentino epiſcopo præcipite & ſecuritatem in manu veſtra accipite, quatinus circa feſtum S. Joannis Baptiſtæ, prout nos cum eo condiximus, eccleſia ſua ad celebrandum Officium illum accipiat, quia valde opportunus videtur ad oppugnandam provincialium arrogantiam. Manaſſem autem amicum noſtrum in Chriſto, qui in Claromontano concilio Remenſis eccleſiæ malè adquiſitam præpoſituram in manu noſtra dimiſit, commendamus gratiæ Sanctitatis veſtræ, ſicut Catholicæ fidei ſincerum defenſorem, & dominum Brunonem, Remenſis eccleſiæ in omni honeſtate magiſtrum. Digni ſunt enim ambo à vobis, & in his, quæ Dei ſunt, veſtra auctoritate confirmari, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu

C contumeliam pati. Et ideò conſultores profuturos cauſæ Dei & cooperatores in partibus Franciæ adhibeatis.

122 Remenſis hæretici depoſitionem con.... revelatam iniquitatem ſanguis cæli &.... clamat, auctoritatis veſtræ ſcripto robora.... hos rogamus Remenſi eccleſiæ deſtinate.... ſuam ſatisfactionem, aut ipſe, ſi placit.... aut nobis ſuſcipiendam præcipite. Quia.... excommunicationem veſtram, nobis inconſultis, epiſcopi electionem fecerunt. Tiezo filius veſter jam rediſſet ad vos, niſi ad convocandum concilium XVIII. Kalendas Februarii, Pictavis, Deo annuente, celebrandum detineretur; in quo concilio meritorum veſtrorum patrocinium adeſſe nobis ſuppliciter exoramus. Orate pro nobis, ſanctiſſime Pater. *Talis eſt data ab Hugone Dienſi poſt Auguſtodunenſe concilium anno, ut appareat,* 1077 *aut ſequentis initio ad ſummum Pontificem epiſtola; è qua ſanè, quæ ſuprà tum de illatis per Manaſſem archiepiſcopum Sancto injuriis, tum de hujus Manaſſiſque præpoſiti in concilio Claromontano præſentia edixi, optimè firmantur. Rei modò ſeriem proſequamur.* Bruno *clericique Remenſes, ejus ſocii, evitatis, quas eis, à concilio Auguſtodunenſi redeuntibus, Manaſſes archiepiſcopus ſtruxerat, inſidiis, ad Ebalum comitem in Reciacenſe hujus caſtrum, è quo illud adierant, ſeſe iterum recepêre, graviſſimæ litis, ſeſe inter & archiepiſcopum ſuum pendentis, exitum ibidem præſtolaturi.* AUCTORE C. B.

123 *Ita autumo, quòd Manaſſes archiepiſcopus apud Labbeum tom.* X *Conciliorum col.* 363 *in epiſtola ſuprà citata, quam ad Gregorium VII Papam dedit, ita loquatur:* De comite OEbalo, qui me in præſentia veſtra accuſare tentabat, & ſe ſuamque fidelitatem vobis verbis ſimulantibus commendabat, ſatis in promptu habetis cognoſcere, cujus potiùs ſinceritas fidelitatis erga vos videatur exiſtere. Utrùm mea, qui Deo & vobis paratus ſum per omnia obedire, an illius, qui & apud vos per Manaſſem & ſuos ſequaces in ſuo caſtro receptos perſequitur beatam Mariam. Manaſſes enim, de quo diximus, cui nos juſſu veſtro, quod in nos admiſerat, ſi ad eccleſiam matrem ſuam rediret, indulſimus, conſcientiâ ſceleris ſui depreſſus nec ad nos vult redire, nec paci Eccleſiæ concordare, quin potiùs cum illis ſuis ſequacibus, quia factis non poteſt, verbis & maledictis eccleſiam meque lacerare non deſinit. Unde, ut de ipſo OEbalo taceam, in quem vos, credo, juſtam & Apoſtolicam exercere ſententiam, ſuper Manaſſe inſtanter deprecor ſanctitatem veſtram, ut aut jubeatis eum ad ſua regredi, & ulteriùs non impugnare eccleſiam, aut in eum ejuſque fautores & cooperatores Apoſtolici vigoris dirigatis animadverſionem. Dignamini etiam ad eorum receptores ſcribere aptam epiſtolam, ut aut eos contra Eccleſiæ jura non retineant, aut pari ſententia ſe mulctatos agnoſcant: *quibus è verbis conſideranti pateſcet, Manaſſem præpoſitum adhærenteſque ei, quorum unus erat Sanctus noſter, eccleſiæ Remenſis clericos tum certè, cùm epiſtola, hæc complectens, à Manaſſe archiepiſcopo, quod anno, uti infrà docebo,* 1078 *factum, ad Pontificem fuit conſcripta, apud OEbalum comitem in caſtro Reciacenſi ſeu Rauciacenſi commoratos fuiſſe; quod cùm ita ſit, ſeſe in id, anno* 1077 *è concilio Auguſtodunenſi revertentes, quò Manaſſis archiepiſcopi inſidias declinarent, veroſimiliter receperant.* *Reciacum iterum Auguſtodunò ſe recepit,*

F 124 *Nec id tantùm, quod modò propoſui, è recitatis epiſtolæ Manaſſis verbis diſcimus, verùm etiam Ebalum ſeu OEbalum comitem, qui Sanctum ejuſque contra Manaſſem archiepiſcopum comites in caſtro ſuo tuebatur, Romæ hujus accuſatorem apud Gregorium Papam egiſſe. Quî id factum ſit, expono. Manaſſes archiepiſcopus, qui, ut ſuprà docui, à ſententia, in concilio Auguſtodunenſi contra ſe lata, ad ſummum Pontificem veroſimiliter appellârat, Romam anno* 1078, *cùm inde, prout Hugo Flaviniacenſis loco proximè cit. teſtatur, litteræ ei,* ut in concilio, *alio ſcilicet, in Galliis dennò celebrando,* cum ſex ſe purgaret epiſcopis, *traditæ fuiſſent, ſe contulit. Ebalus comes, audito præſulis ſimoniaci diſceſſu ac conſilio, iter pariter Romam verſus, quò ibi contra eum clericorum Remenſium, quos in caſtrum ſuum ac clientelam receperat, cauſam tutaretur, arripuit, horum etiam aliquot ſibi adjunctis. Et ex his quidem exſtitiſſe Pontium, ſæpius jam laudata Manaſſis archiepiſcopi Apologia apud Mabillonium tom.* 1, *part.* 2 *Muſei* *ibique, dum Ebalus comes cleri Remenſis cauſâ Romam petiit,*

Ita-

AUCTORE C. B.

Italici, pag. 121 *indubitatum facit; Fulcium autem Monoculum, de quo Sanctus in recitanda infrà ad Radulphum Viridem epistola, ex iis pariter exstitisse, verosimile apparet, primò quidem quòd Fulcius ille, à Sancto memoratus, Romam sese, uti ipsamet hæc epistola fidem facit, proximè post habitum cum* Brunone *& Radulpho Viridi de falsis mundi delectationibus, verisque cæli gaudiis colloquiunt, in quo monachicum habitum assumere statuerunt, contulerit; deinde verò quòd id post concilium Augustodunense anno* 1077 *aut sequenti, nec alibi, quàm in castro Reciacensi habitum fuisse videatur.*

collationem cum Fulcio, hic memoratam, utpote quæ nec Remis,

125 *Quod quò utcúmque probatum dem, præviè verba, quibus colloquii illius Sanctus meminit, hùc transcribo. Sic habent:* Reminiscitur... dilectio tua, quòd, cùm ego & tu & Fulcius Monoculus quadam die simul fuissemus in hortulo adjacenti domui Adæ, ubi tunc hospitabar, de falsis oblectationibus & perituris mundi hujus divitiis, necnon de perennis gloriæ gaudiis aliquamdiu, ut opinor, tractaremus, unde divino amore ferventes promisimus ac vovimus Spiritui Sancto in proximo fugitiva sæculi relinquere & æterna captare, necnon monachicum habitum recipere; quod & in vicino peractum esset, nisi tunc Fulcius Romam adiisset: ad hujus reditum peragenda distulimus; quo moram faciente, aliisque intervenientibus causis, divinus amor elanguit, refriguit animus, fervorque evanuit. *Quando itaque Sanctus collationem, hîc memoratam, in qua monachum vovit, cum Radulpho Viridi ac Fulcio habuit, non domi, sed alieno in hospitio versabatur. Hinc porrò consequitur, ut hanc Remis, antequam anno circitèr* 1076 *è civitate hac cum Manasse aliisque Remensibus clericis excessisset, indubiè non habuerit.* Brunonem *enim tunc Remis, ubi non tantùm canonicus, sed & scholasticus præterea & cancellarius erat, in alienis ædibus habitâsse, verosimile non apparet, ut Bulæus verbis num.* 113 *recitatis rectè arguit. Imò verò, ut Tractatûs de* S. Brunone, *à Cartusianis hujatibus mecum communicati, auctor num.* 20 *Operis sui rectè notat, dubitandum non est, quin tunc ibi Sanctus sua tum cancellarii, tum canonici & scholastici dignitati congruum domicilium habuerit, & quidem in ipso claustro communi, quo diu ante & post* S. Brunonis *ætatem canonici Remenses usi fuêre, uti fas est colligere ex Flodoardo Hist. Remensis lib.* 2, *cap.* XI, *Chronico Mosomensi apud Dacherium tom.* 7 *Spicilegii, & Stephani Tornacensis Epistolâ* 160, *ad Radulphum Remensem decanum, à Radulpho Viridi diversum, circa annum* 1176, *aut, ut videtur, non diu admodùm post scripta.*

ubi tunc canonici vitam in claustro communem ducebant,

126 *Stephani verba huc facientia, quòd ex iis, canonicos Remenses* Brunonis *ætate vitam in claustro communem duxisse, potissimùm intelligatur, è jam sæpe laudato, qui hactenus vulgatus non est, Annalium Cartusiensium libro* 4 *describo. Sic habent:* Exiit sermo inter plures, quòd antiqua Patrum vestigia, sacris institutа conciliis & à glorioſa hactenus Remensi ecclesia diutius observata, quidam ex vobis immutare contendunt, laminamque auream religiosæ consuetudinis, quæ in fronte Ecclesiæ Metropoleos apposita lucet omnibus, qui in regno sunt, quadam singularitate studeant delere, dejicere, conculcare. Singulari quodam privilegio sedes Remensis inter alias Galliarum ecclesias eminebat, perseverans cum Apostolis in communione panis & oratione, & in sociali communione sacramentalem præferens, majoribus erat spectaculum, minoribus documentum. Ex reliquiis Regularium institutionum duo loca sibi detinuerant, cœnaculum refectionis & domum somni, in altero castigatam sequentes abstinentiam, in altero candidatam continentiam observantes.... In his & aliis observantiis Regularibus incedebat Remensis ecclesia, terribilis ut castrorum acies ordinata, amabilis suis, admirabilis alienis. Si hæc immutari cœperint, quid dicet germana ejus loco & ordine Germania, quæ inter alias institutiones ecclesiasticas refectionis adhuc & quietis fraternam communionem sic observat, ut modernam dissolutionem non admittat.

nec Parisiis habita verosimiliter fuerit.

127 *Cùm ergò Remenses canonici, uti è verbis hisce pronum est eruere, vitam communem in ædibus, separatis quidem, ut tunc moris erat, uni tamen eidemque claustro inclusis, Sancti nostri ætate duxerint, hic utique, dum illos inter ante suum ex urbe Remensi discessum, seu ante annum* 1076, *quo circitèr is accidit, versaretur, alienas ibidem ædes non inhabitârit, ac proin nec tunc collationem, utpote quæ,* Brunone *alienis in ædibus versante, acciderit, cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo habuerit. Eodem etiam ex capite parùm verosimile apparet, collationem illam seu colloquium contigisse, postquam jam Sanctus, exauctorato pulsoque simoniaco invasore Manasse, in pristinum ferè, aut hoc etiam fortè meliorem, statum, quod quî & quando factum sit, infrà videbimus, fuisset restitutus. Porrò ex eo, quòd Sanctus, dum de falsis mundi oblectationibus cum Radulpho Viridi & Fulcio sermonem miscuit, alieno in hospitio fuerit versatus, consectarium præterea est, ut nec id Parisiis evenerit. Qui enim collationem seu colloquium illud Parisiis factum statuunt, Sanctum nostrum tunc, cùm id habuit, docendi ibidem munus obiisse, affirmant; quòd si autem ea in urbe reipsa umquam* Bruno *docuisset, alienis tunc, uelut hospes, ædibus usurus fuisse non videtur. Accedit, nihil planè aliunde haberi, ex quo Sancti cum Radulpho & Fulcio collationem Parisiis habitam fuisse, utcúmque fiat probabile, ut proinde, uti non Remis, sic nec ibi verosimiliter evenerit. At verò Reciaci seu Rauciaci eam post concilium Augustodunense evenisse, è statûs, in quo ibi Sanctus tunc fuit, adjunctis verosimillimum apparet.*

statûsque, in quo Sanctus Reciaci fuit,

128 *Ibi enim tunc tum hic, tum alii ecclesiæ Remensis clerici, ejus in exsilio socii, alienis in ædibus versabantur, à castri illius (id enim plures domos fuisse complexum, Valesius loco suprà cit. dubitare non sinit) incolis diversis, per* Manassæ præpositi eique adhærentium receptores *num.* 123 *à Manasse archiepiscopo verosimiliter indigitatis, hospitio ex comitis Ebali, ut verosimile apparet, voluntate excepti. Adhæc eo temporis spatio, quo Sanctus cum aliis Remensibus clericis Reciaci versabatur, collationemque de falsis mundi delectationibus post concilium Augustodunense habere jam potuerat, Ebalus, castri hujus toparcha, Romam versus, ut suprà docui, iter arripuit, huncque eò, ut suprà pariter docui, aliquot Remenses clerici comitati sunt; non diu autem, ut suprà recitata ex Sancti nostri ad Radulphum Viridem epistola verba docent, post collationem, à* Brunone *cum Radulpho & Fulcio habitam, Romam hic discessit. Accedit, Reciaci Radulphum Viridem & Fulcium Monoculum cum Sancto nostro, antequam Ebalus comes Romam abiret, fuisse ex jam dictis versatos. Tres quidem*

A *dem dumtaxat ecclesiæ Remensis canonicos, Manassem præpositum nimirum, Pontium &* Brunonem, *qui Manassem archiepiscopum in concilio Augustodunensi anno* 1077 *accusârint, ac deinde in castrum Reciacense sese receperint, Historiæ litterariæ Franciæ scriptores, qui recessui huic habitam à* Brunone *cum Radulpho & Fulcio de divitiarum oblectationumque mundi hujus vanitate collationem præviisse autumant, tom.* 9, *pag.* 235 *recensent. Verùm quid tum?*

adjunctis apprimè congruat,

129 *Assignato ab iis Remensium, qui Manassem accusârint atque in Reciacense castrum se receperint, clericorum numero, unde, Radulphum Viridem & Fulcium nec in castro Reciacensi sub Ebali comitis clientela exstitisse, nec ibidem cum* Brunone *collationem, de qua hîc, habuisse, consequens sit, standum non est. Remensium enim canonicorum, qui Manassem archiepiscopum accusârint, majorem exstitisse numerum, hic ipsemet prodit in Apologia sua apud Mabillonium Musei Italici tom.* 1, *part.* 2, *pag.* 121 *ad Hugonem Diensem sic scribens:* Dixistis, ut accusatoribus nostris, scilicet Manassæ & sociis, responsuri ad concilium veniremus; & ego dico vobis, quia ego & Manasses pro omnibus sociis suis concordiam fecimus, exceptis duobus, quorum unus, scilicet Bruno, nec noster clericus, nec noster natus aut renatus est, sed sancti Cuniberti Coloniensis in regno Teutonicorum positi canonicus est; cujus societatem non magnopere affectamus, utpote de cujus vita & libertate penitus ignoramus; & quia quando apud nos fuit, multis beneficiis à nobis in eum collatis, malè & nequiter tractati sumus. Alter verò, id est, Pontius, in Romano concilio, nobis præsentibus, est falsatus; & ideò nec uni, nec alteri in ecclesiastico judicio respondere aut volumus aut debemus: *Cùm ergò, uti ex his verbis intelligitur, plures sanè quàm tres exstiterint Remensis ecclesiæ canonici seu clerici, qui Manassem archiepiscopum accusârint, quique proinde post Augustodunense concilium in castrum Reciacense sese receperint, non est, cur hos inter exstitisse Radulphum Viridem & Fulcium Monoculum, eamus inficias; quòd cùm ita sit, non est etiam, cur cum hisce in eodem castro* (*de quo vide tamen Addenda & Corrigenda ad pag.* 519, *num.* 124) *Sanctus noster illam, de qua hîc disserimus, collationem non habuisse putetur.*

verosimiliter jam habuerat.

130 *Et sanè hanc ibidem à* Brunone *habitam fuisse, suadent, tum quæ huc facientia in medium jam adduxi, tum quæ hîc modò adhuc addo. Collatio illa, utpote in quâ de mundi vanitate, cæli æternitate, monachicoque habitu assumendo actum, optimè quadrat statui, in quo Sanctus post concilium Augustodunense Reciaci fuit; ibi enim tuno ille, bonis à Manasse archiepiscopo spoliatus, fortunam patiebatur adversam, quâ pressi mortales terrena despicere, cælestia æstimare atque ad Deum sese convertere solent. Adhæc ab ipsomet Sancto, sese aliosque diu, quod in collatione illa voverant, adimplere distuliisse, verbis suprà huc transcriptis indicatur; re autem ipsa factum id est in opinione, quâ dictam collationem Reciaci post concilium Augustodunense habitam statuimus. Sanctus enim, uti infrà probabo, certè ante annum* 1081 *meliori vitæ in eremum secedens sese non dedit; antè autem, quàm hoc faceret, triennio ut minimùm celebris, de qua hîc, cum Fulcio collatio acciderat, uti pronum est ex jam dictis eruere. Fulcius enim secun-*

dùm hæc cum Ebalo comite anno 1077 (*annus enim* 1078, *num.* 124 *per errorem irrepsit*) *Romam petiit, hocque illius iter habita cum* Brunone *post concilium Augustodunense, anno itidem* 1077 *celebratum, de falsis mundi delectationibus collatio præivit, ut hæc ipso etiam anno* 1077 *ac proin triennio ut ninimùm, antequam Sanctus in eremum secederet, acciderit. Reliqua modò, quæ ad litem, à Sancto nostro, aliisque Remensis ecclesiæ clericis Manassæ archiepiscopo intentatam, spectant, expediamus.* AUCTORE C. B.

§ VII. Manasses Romæ in concilio causam suam tuetur, suspensionisque sententiam, in se Augustoduni latam, à Pontifice rescindi obtinet: quid tum præterea egerit, & quî tandem Brunonem in pristinum honorem restituere jussus fuerit.

Manasses suspensionis sententiam contra se latam,

Cum Manasses, Remensis ecclesiæ archiepiscopus, Romam ad summum Pontificem, Gregorium VII, ad quem ex dictis appellârat, jam advenisset, benignè ab hoc, ad meliorem frugem hominem rediturum, adhuc sperante, fuit exceptus, causamque suam in concilio, quod ibidem tunc, id est, mense Martio anni 1078, *celebratum fuit, præsentibus etiam* (*adi verba ex Manassis epistola num.* 123 *huc transcripta*) *Ebalo comite clericisque Remensibus, hunc, ut docui, comitatis, qui pro clero Remensi locuturi advenerant, propugnare est conatus. Quibus ad id præsidiis usus sit, litteris proditum non inveni; quo verò successu rem gesserit, ipsemet in Apologia sua apud Mabillonium Opere cit., pag.* 119 *exponit, ita ibidem ad Hugonem, Sedis Apostolicæ legatum, scribens:* Non solùm per omnes ferè Gallias, verùm etiam Italiæ & Romæ notum est, qualiter ante hoc biennium (*anno scilicet* 1077) in eadem provincia à vobis & ab aliis quibusdam in nos violenter ac injustè res gesta est: & ego vim ac præjudicium passus Romam processi, ibique super hoc Romanum & Apostolicum judicium appellavi. Quia verò vos aberatis, jussu domini Apostolici in ipsa regione remansi, & adventum vestrum per xi ferè hebdomadas expectavi. Cúmque non veniretis, tandem in præsentia domni Apostolici, & in concilio generali inter nos & eos, qui ibi loco vestro, utpote à vobis directi, aderant, altercatio habita est, & ex eorum accusatione ac nostra defensione, quidquid passi eramus, temerè ac violenter actum esse & constare non debere, judicatum atque correctum est. *Hunc in modum Manasses, qui, quamquam in Hugonem, Sedis Apostolicæ legatum, iniquior sit, remque, uti ex jam dictis & porrò dicendis liquet, parùm sincerè exponat, sententiam tamen, in se ab Hugone in concilio Augustodunensi latam, correctam seu rescissam fuisse, rectè indicat.*

à Pontifice sub aliquot conditionibus

132 *Gregorius enim, futurum sperans, ut indulgentiâ Apostolicâ ad meliorem frugem Manassem adduceret, à suspensionis sententia, quâ Au-*

AUCTORE C. B.

guſtoduni fuerat damnatus, hominem abſolvit, priſtinoque gradui ac officio, certis tamen, quas hic ſubticet, conditionibus adjectis, reſtitutum in Gallias remiſit. Ita apud Labbeum tom. x *Conciliorum docet nos ipſemet Gregorius, in epiſtola, ſeptimo Idus Martii, Indictione prima, quæ ex ſuprà dictis annum* 1078 *deſignat, exarata, ſic ſcribens:* Quia conſuetudo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui, Deo auctore, licèt indigni, deſervimus, eſt quædam tolerare, quædam etiam diſſimulare, diſcretionis temperantiam potiùs quàm rigorem canonum ſequentes, cauſas epiſcoporum Franciæ atque Burgundiæ, qui ſuſpenſi ſeu damnati à legato noſtro Hugone Dienſi epiſcopo fuerant, non ſine gravi labore diſcuſſimus. Denique Manaſſem Remenſem archiepiſcopum, qui in multis accuſatus fuerat, ſeſeque à ſynodis, ad quas Hugo Dienſis epiſcopus eum invitavit, ſubtraxerat: quia ſententia, ſuper eum data, non Romanæ Eccleſiæ gravitate & ſolita manſuetudine videbatur, in proprium gradum officiumque reſtituimus, ea quidem ratione, ut ſuprà corpus ſancti Petri juraret hoc modo: "Ego Ma-
„naſſes Remenſis archiepiſcopus pro ſuperbia
B „non dimiſi, quòd non venerim ad ſynodum
„Auguſtodunenſem, ad quam me Dienſis epi-
„ſcopus vocavit. Si vocatus nuncio vel litteris
„Apoſtolicæ Sedis fuero, nullo malo ingenio
„& nulla fraude me ſubtraham, ſed veniens diſ-
„finitioni & judicio hujus Eccleſiæ fideliter ob-
„ediam. Quòd ſi domino Papæ Gregorio vel
„ſucceſſori ſuo placuerit me de objectis ante
„legatum ſuum reſpondere, idem per omnia fa-
„ciam. Theſauros autem, ornamenta & præ-
„dia Rhemenſis eccleſiæ mihi commiſſæ ad ho-
„norem ipſius eccleſiæ fideliter tractabo & ad
„reſiſtendum juſtitiæ ea non abalienabo."

anno 1078 *reſcindi Romæ obtinet,*

133 *Epiſtola hæc, ſeu reſcriptum, in quo deinde nonnulla alia, ad rem noſtram non facientia hùcque proinde non neceſſariò tranſcribenda, ſequuntur, ita terminatur:* Actum Romæ ſeptimo Idus Martii, Indictione prima; *poſterior autem nota chronica, clauſulæ huic incluſa, annum Chriſti* 1078 (*adi quæ num.* 116 *dicta ſunt*) *deſignat; ut proinde lata in Manaſſem, qui ſeſe ex dictis anno* 1077 *poſt concilium Auguſtodunenſe, alterius concilii, Pictavii* (*vide apud Labbeum tom.* I *Bibliothecæ novæ Mss. Chronicon Virdunenſe pag.* 206) *ineunte anno* 1078 *celebrandi,*
C *utut ad hoc citatus, tempore non exſpectato, Romam contulerat, ſuſpenſionis ſententia, cùm ibidem per* XI *ferè hebdomadas* (*adi ejus verba, num.* 131 *huc tranſcripta*) *Hugonis Dienſis adventum præſtolatus fuiſſet, jam inde ab anni* 1078 *menſe Martio ſub conditione, quam verba proximè huc tranſcripta involvunt, per Gregorium VII, ſummum Pontificem, fuerit reſciſſa. Verùm hæc, quâ erga Manaſſem, ſimoniacum antiſtitem, uſus eſt Gregorius, indulgentia ac benignitas Hugoni Dienſi epiſcopo ac Sedis Apoſtolicæ in Galliis legato veroſimillimè non parùm diſplicuit. Fas eſt id colligere ex epiſtola, ad ſupremum illum Eccleſiæ Paſtorem poſt celebratum anno* 1078 *Pictavienſe concilium ab eodem Hugone, licèt non de Manaſſe, ſcripta, in qua is ſub finem apud Labbeum tom.* x *Conciliorum, col.* 367 *ita loquitur:* Provideat itaque Sanctitas veſtra, ne diutiùs tam opprobriosè nobis improperetur, quòd ſimoniaci vel quicúmque crimino ſi à nobis ſuſpenſi vel depoſiti aut etiam damnati libenter currunt Romam, & ubi deberent ſentire ampliorem rigorem juſtitiæ, inde reportant quaſi miſericordiam pro voluntate. Et qui antea nec in levibus præſumpſerunt peccare, poſtmodùm exercent aptiſſimam negotiationem cum tyrannide in commiſſis ſibi eccleſiis. D

Remoſque redux epiſtolam, quò legati Apoſtolici

134 *His porrò verbis etiam docet, ſimoniacos tunc ex indulgentia, quam Romæ fuiſſent experti, deteriores atque inſolentiores evaſiſſe; quod quàm verum eſſet, ſuo agendi modo Manaſſes luculenter oſtendit. Etſi enim, ſeſe de objectis ſibi criminibus, ſi quando id Pontifici placuiſſet, Apoſtolico legato reſponſurum, juramento Romæ edito, ſanctiſſimè* (*adi verba Gregorii Papæ num.* 132 *hùc tranſcripta*) *promiſiſſet, vix tamen à concilio Romano, in quo ex dictis anno* 1078 *auditus abſolutuſque fuerat, in Gallias erat reverſus, cùm ad Pontificem, ad quem ei aliis de cauſis ſcribendum erat, dedit epiſtolam, in qua præter querelas, verbis num.* 123 *datis expreſſas, quas contra Ebalum comitem, Manaſſem præpoſitum alioſque Remenſes clericos hujus ſequaces defert, ex eccleſiæ ſuæ privilegiis contendit, ſibi tantùm vel ipſimet Pontifici vel hujus legatis, qui Itali eſſent aut Romæ ſaltem educati, de objectis criminibus reſpondendum. Ita ſcilicet Manaſſes Hugonis Dienſis, nec in Italia nati, nec Romæ educati, à quo ne iterum ad concilium aliquod de objectis criminibus ſe purgaturus citaretur, maximè metuebat, judicio ſeſe ſubducere conabatur. Audi, quæ huc facientia in dicta epiſtola apud Labbeum tom.* x *Conciliorum pag.* 363 *in medium adducat.* E

Judicio ſe ſubtrahat. ad Pontificem ſcribit.

135 Obſecro etiam, *inquit*, benevolentiam honoris veſtri, ut dignitatem, quam anteceſſores veſtri anteceſſoribus meis archiepiſcopis ſervaverunt, & privilegiis, aliiſque ſcriptis ad poſterorum memoriam reliquerunt, mihi reſervare dignemini. Ne irritum aut infractum fiat privilegium, quod ipſe dediſtis mihi, ſcilicet ut vobis ipſi interpellatus & non interpellatus reſpondeam & legatis veſtris Romanis, non ultramontanis, qui conjuncti Romanis quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, & ſub honeſtis nominibus cupiditati ſuæ conſulunt, non Eccleſiæ Dei. Unde propter talium pudendas reprehenſiones & vocationes mihi, qui totius Galliæ epiſcopos debeo convocare, liceat confidere de vobis ſine legatorum vocatione, donec ad Paſcha veniam ad vos, Deo volente. *Ita Manaſſes, ne quando Hugoni, Sedis Apoſtolicæ legato, de criminibus ſibi objectis reſpondere cogeretur. Verùm eum hac in re, acriter etiam, quæcúmque ſive de Sedis Apoſtolicæ legatis ſive de eccleſiæ Remenſis privilegio verbis recitatis ſcripſerat, confutatis, Gregorius minimè audivit, etſi interim expoſtulationum, abs illo contra Ebalum comitem, Manaſſem præpoſitum alioſque factarum, rationem habendam duxerit, ut fidem facit tum epiſtola, quâ Manaſſi reſpondit, tum altera, quam præterea, cùm hoc fecit, ad Hugonem Dienſem, ſuum in Galliis legatum, dedit. Ambæ apud Labbeum, à quo tom.* x *Conciliorum col.* 196 *& tribus ſeqq. recitantur,* Undecimo Kalendas Septembris, Indictione prima, *quæ hîc ex ſuprà dictis annum* 1078 *deſignat,* datæ *notantur; unde conſequitur, ut, quam ad Gregorium Papam Manaſſes archiepiſcopus dedit, proximè memorata epiſtola anno* 1078, *utpote ambabus hiſce anterior, concilioque Romano, quod eodem anno* 1078 *celebratum fuit, ex dictis poſterior, exarata indubiè fuerit; quod hîc, ut fidem num.* 123 *datam liberarem, probare eſt viſum.* F

136 *Nunc, quæ in duabus proximè dictis Gregorii epiſtolis verba, ad inſtitutum præſens utcúm-*

Dum hic deſiderat, ut pax cum Manaſſe archiepiſcopo ineatur.

utcúmque facientia, occurrunt, huc tranſcribo. Talia in priori ſunt hæc: De Manaſſe, qui vos & eccleſiam veſtram, quia malefactis non poteſt, maledictis infeſtare non ceſſat, & de ceteris omnibus, ſuper quibus conqueſtionem vobis collibuerit facere, miſimus litteras noſtras commemoratis confratribus noſtris, Dienſi videlicet epiſcopo, & Cluniacenſi abbati, ut cuncta ſtudeant diligenter inquirere, ſolicitè diſcutere, diſcuſſa & indagata ad purum juſtè, legaliter & canonicè judicare; *in poſteriori verò iſta ſe offerunt:* Quia in ſanctæ Dei, cui divina diſpoſitione præſidemus, Eccleſiæ regimine ſolicitè nos vigilare oportet, veſtris aſſiduis precibus nobis ut divinum obtineatis præſidium, depoſcimus. Quapropter vos ſummopere ſtudium adhibere admonendo mandamus, quatinus inquiratis & canonicè, prout poteſtis, finem imponere procuretis negotiis, unde Rhemenſis archiepiſcopus, confrater noſter, ſuis literis nobis conqueſtus eſt. Conqueritur enim de confratre noſtro, archiepiſcopo Viennenſi Warmundo, qui in ſuo archiepiſcopatu presbyteros depoſuit, &
B eoſdem reſtituit.... De Manaſſe autem, de quo ſimiliter conqueritur, qui OEbali ſuorumque refugio & auxilio illum & eccleſiam fatigare non ceſſat, laborate, ut ad pacem redeat, & ab inquietatione Eccleſiæ & perſecutione archiepiſcopi quieſcat. Quòd ſi fortè in ſua contumacia perſiſtens obedire renuerit, niſi illum juſtam excuſationem habere cognoveritis, quodcúmque vobis juſtius videtur, facite. De aliis autem neceſſitatibus eumdem archiepiſcopum (ſi tamen vobis obedierit) ſicut dignum eſt, adjuvate, eique commiſſam eccleſiam auctoritate beati Petri (quod & de aliis eccleſiis vos oportet agere) defendite.

deſiderio ejus obſequitur Manaſſes præpoſitus,

137 *Pontifici igitur, quemadmodùm ex hiſce epiſtolæ, quam ad Hugonem Dienſem dedit, verbis potiſſimùm apparet, in votis fuit, ut, ſi qua ratione fieri id poſſet, Ebalus Reciacenſis comes & Manaſſes eccleſiæ Remenſis præpoſitus cum Manaſſe archiepiſcopo in gratiam redirent. Hinc porrò factum conjicio, ut Manaſſes præpoſitus, voluntatis pontificiæ ſive per Hugonem, Sedis Apoſtolicæ legatum, ſive per ipſummet archiepiſcopum Manaſſem factus certior, concordiam cum hoc inierit, quam ipſemet ſimoniacus is antiſtes in ſua apud Mabillonium tom.* 1 *Muſei Italici, part.* 2, *pag.* 121 *ſæpiſſimè jam laudata Apologia commemorat his verbis:* Dico vobis, quia
C ego & Manaſſes pro omnibus ſociis ſuis concordiam fecimus, exceptis duobus, quorum unus, ſcilicet Bruno, nec noſter clericus, nec noſter natus aut renatus eſt, ſed ſancti Cuniberti Colonienſis, in regno Teutonicorum poſiti, canonicus eſt; cujus ſocietatem non magnopere affectamus, utpote de cujus vita & libertate penitus ignoramus; & quia, quando apud nos fuit, multis beneficiis à nobis in eum collatis, malè & nequiter tractati ſumus. Alter verò, id eſt, Pontius, in Romano concilio, nobis præſentibus, eſt falſatus; & ideò nec uni, nec alteri in eccleſiaſtico judicio reſpondere aut volumus aut debemus; *in hac autem conjectura magis adhuc confirmor ex eo, quòd, quando poſt Pontifici placuit, ut anno* 1080 *Lugduni concilium ad diſcutiendam decidendamque Manaſſis archiepiſcopi cauſam celebraretur, huic iterum Manaſſes præpoſitus, voluntatis Pontificiæ obſervantiſſimus, ſeſe ſtiterit, annuſque etiam ibidem è ſimoniaci illius antiſti-*

tis, cum quo ex dictis pacem jam antè inierat, accuſatoribus exſtiterit, uti colligendum videtur ex Gregorii VII, quæ apud Labbeum tom. x *Conciliorum col.* 241 *exſtat, epiſtola, ad Manaſſem, archiepiſcopum Remenſem, poſtquam hic in dicto Lugdunenſi concilio exauctoratus fuiſſet,* Indictione tertia, *id eſt ex ſuprà dictis, anno* 1080 *conſcripta; è qua etiam apparet, Manaſſem præpoſitum bonis ſuis, in quæ, pace cum Manaſſe archiepiſcopo inita, reſtitutus veroſimillimè fuerat, iterum ab hoc, quòd ejus ſeſe in concilio Lugdunenſi accuſatoribus denuò junxiſſet, fuiſſe ſpoliatum.* AUCTORE C. B.

aliorumque etiam nomine pacem cum archiepiſcopo init.

138 *In ea enim Pontifex ita loquitur:* Purgandi licentiam tibi indulgemus, ea videlicet conditione, ut Manaſſæ & Brunoni, qui pro juſtitia contra te locuti fuiſſe videntur, rebus ſuis in integrum reſtitutis, uſque ad aſcenſionem Domini proximam Rhemenſem eccleſiam à tota occupatione ex toto liberam deſeras. *Porrò Manaſſes præpoſitus non tantùm poſt duas epiſtolas num.* 135 *memoratas, quarum alteram Gregorius Papa ad Manaſſem archiepiſcopum, alteram ad Hugonem, ſuum in Galliis legatum,* E *undecimo Kalendas Septembris, Indictione prima ſeu anno* 1078 *dedit, cum Manaſſe, Remenſi archiepiſcopo, pacem inivit; verùm etiam ad eum Remos, aliorum clericorum Remenſium, qui cum eo &* Brunone *ex hac urbe anno ex dictis* 1076 *aut ſequenti exceſſerant, nomine tractaturus, ſeſe contulit remque compoſuit. Ita colligo ex ſæpiſſimè laudata Manaſſis archiepiſcopi Apologia, in qua hic apud Mabillonium tom.* 1 *Muſei Italici, part.* 2, *pag.* 121 *primò ſic loquitur:* Ego & Manaſſes pro omnibus ſociis ſuis concordiam fecimus, exceptis duobus *&c; ac deinde pag.* 122 *ita habet:* Quamvis nullam à prædicto Manaſſe & ſociis ſperemus accuſationem, eo quòd ipſi, niſi fortè hujus concilii occaſione ad vomitum redeunt, nobiſcum fecerunt concordiæ compoſitionem, exceptis duobus, ut dixi, Brunone & Pontio, quibus juxta præcedentem rationem reſpondere nec volo, nec debeo. Et ſi aliqui ex eis, quos concordare per Manaſſæ legationem diximus, illuc, rupta pace, profecti ſunt, & contra nos quidpiam dicere volunt, recipiendum non eſt.

Pacto non conſentiens Bruno Reciacо

139 *Et hæc quidem Manaſſis præpoſiti cum Manaſſe archiepiſcopo de pace collatio, utpote poſt epiſtolam, à Gregorio ad Dienſem epiſcopum undecimo Kalendas Septembris anno* 1078 *ſcriptam, habita, vel ipſo hoc anno vel initio ſequentis veroſimillimè evenit; aſt an tunc præter* Brunonem *& Pontium omnes Remenſes clerici, cùm horum nomine Manaſſes præpoſitus cum Manaſſe archiepiſcopo pacem iniiſſet, Remos pariter, uti ille jam fecerat, redierint, compertum non habeo. Dubitare interim hac de re multùm me facit proximè laudata, quam Gregorius ad Manaſſem archiepiſcopum, in concilio Lugdunenſi anno* 1080 *jam exauctoratum, ſcripſit, epiſtola. In hac enim Manaſſi archiepiſcopo Gregorius præſcribit, ut* clericos... (*Remenſes videlicet, quos Manaſſes improbis ſuis moribus Remos relinquere coëgerat*) qui tanto tempore pro juſtitia exilium paſſi ſunt, in eccleſia ſecurè Deo ſervire permittat. *Utut ſit, ex memorata pace, quam Manaſſes præpoſitus aliique Remenſes clerici cum Manaſſe archiepiſcopo inierant, factum conjicio, ut* Bruno *& Pontius, quòd in eam, ut recitata num.* 137 *è Manaſſis Apologia verba fidem fa-*

AUCTORE C. B.

ciunt, consentire noluerant, à Manasse præposito reliquisque Remensibus clericis, huic consentientibus, sese sejunxerint, alióque concesserint, maximè fortè, quòd Ebalus comes, sub cujus clientela Reciaci erant, pacem etiam cum Manasse tunc iniisset, uti suspicari me facit epistola, à Gregorio Papa (adi Labbeum tom. x Conciliorum, col. 265) anno 1080 ad Ebalum scripta, in qua huic ille imperat, ut à pestifera amicitia illius (*Manassis tum exauctorati*) amodò se retrahat.

Coloniam patriam suam, ut verosimilius apparet, repetiit, cúmque deinde

140 *Et* Brunonem *quidem (de Pontio enim nihil hìc attinet dicere) Reciaco Coloniam tunc repetiisse, ibique in S. Cuniberti ecclesia canonicis fuisse adscriptum, vero mihi admodùm simile apparet, quòd in Apologia sæpissimè jam laudata, quam Manasses archiepiscopus anno 1080 aut certè sub præcedentis finem scripsit, Cunibertinus canonicus exstitisse dicatur his verbis:* Bruno nec noster clericus, nec noster natus aut renatus est, sed sancti Cuniberti Coloniensis in regno Teutonicorum positi canonicus est: *quæ verba, ut* § III *docui, ita verosimiliùs accipienda sunt, ut significent, Sanctum tum, id est, anno 1079 aut sequentis initio, cùm hæc Manasses scripsit, Cunibertinæ ecclesiæ canonicum fuisse. Verùm, etsi res ita haberent, Sanctusque adeò in Galliis non ampliùs versaretur, à lite tamen, quam Manassi, simoniaco antistiti, unà cum aliis Remensibus clericis intentârat, non destitit. Res ex modò dicendis patescet. Pontifex, ut suprà vidimus, Hugoni Diensi anno 1078 undecimo Kalendas Septembris seu* XXII *Augusti in mandatis dederat, ut querelis, à Manasse Remensi archiepiscopo ad se delatis, occurreret, eumque, si dicto obsequens esset, adjuvaret.*

B

concilio, quòd Trecis indictum fuerat, locus non fuisset,

141 *Epistolæ autem, quâ hoc Hugoni injungebat, addiderat, uti ipsemet in hac post verba num.* 136 *huc transcripta testatur, exemplar epistolæ alterius, ad Manassem scriptæ, in qua hunc, aliis nonnullis præmissis, ita tandem alloquitur:* Interim dilectionem vestram ex parte beati Apostolorum principis Petri admonemus, ut, quemadmodùm vobis Romæ positis constituimus, coram Diensi episcopo & Cluniacensi abbate, quibus in his vicem nostram commisimus, occasionibus cunctis obstaculisque remotis, super objectis omnibus sitis respondere parati, legaliter satisfacere, canonicè purificari; ne si aliud à vobis (quod absit) agatur, tergiversationi & fugæ & conscientiæ scelerum, non exactioni justitiæ & æquitatis à pluribus adscribatur; *ex hac autem ad Manassem epistola, cum Hugone Diensi à Pontifice communicata, & ex altera proximè dicta, quam hic ad ipsummet Hugonem dedit, Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom.* 8, *pag.* 653 *factum suspicantur, ut Hugo concilium, cujus à Manasse in Apologia sua apud Mabillonium Operis jam sæpius cit., pag.* 120 *mentio fit, Trecis habendum indixerit. Et sanè ex verbis, è priori epistola jam recitatis, est, cur id non immeritò suspicati queant videri. Verùm, utcúmque res hæc habeat, concilium equidem Trecis indictum (quam ob causam, ignoro) locum non habuit.*

C

ad aliud Lugduni indictum,

142 *Ast cùm id Gregorius Pontifex didicisset, Hugoni legato suo, ut alibi ad decidendam Manassæ archiepiscopi causam concilium celebraret, injunxit. Epistola, quâ id fecit, apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ Novæ Mss. Chronico Virdunensi pag.* 205 *exstat inserta, hæcque, quæ ad nostrum hìc institutum præcipuè spectant, verba complectitur:* Quia verò in partibus præordinatis (*Trecis nimirùm*) concilium celebrare non potuistis utiliter, competens arbitramur, ut aptum locum diligentia vestra inveniat, ubi, synodo congregata, Remensis archiepiscopi causa examinetur. Et quidem, si idonei accusatores & testes inventi fuerint, quod objicitur ei, canonicè comprobantes, quam justitia dictaverit, sententiam dare absque hæsitatione vos volumus. Alioquin si tales personæ fuerint, quæ recipi rationabiliter nequeant, quoniam turpis de eo fama non solùm Galliam, verùm etiam ferè totam replevit Italiam, sex episcopis, quorum vita non notetur infamiâ, assumptis sibi, si potest, excuset se, & sic purgatus, cum pace in ecclesia sua & propria dignitate remaneat. *Hugo legatus, epistolâ, quâ tum hæc, tum alia Pontifex præcipiebat, acceptâ, concilium, ut loco cit. Chronicon Virdunense seu Hugo Flaviniacensis hujus auctor, rei gestæ synchronus, testatur, Lugduni indixit, atque ad id Manassem, Remensem archiepiscopum, citavit.*

D

cui Manasses, etsi à Pontifice, ut id faceret,

143 *Verùm hic, qui jam celebratis Augustodunensi & Pictavienſi conciliis sese sistere noluerat, nec ad Lugduni propediem celebrandum voluit accedere; cùm autem, ut suprà docuimus, antea Romæ, si quando ad concilium de criminibus sibi objectis responsurus à legato Apostolico vocaretur, sese ei obsecuturum, Pontifici juratus promisisset, callidè ad hunc, ut sese, quòd ad indictum à legato Lugduni concilium ire abnueret, utcúmque excusaret, dedit epistolam, quâ sese timore dissidentis regni ad Lugdunense concilium, ad quod vocatus erat, ire non posse, obtendit, addens etiam, sese, quando tutæ essent viæ, Romam iterum petiturum, sententiamque ab ipsomet summo Pontifice pronunciante cum filiali submissione auditurum. Intelliguntur ferè hæc omnia ex Gregorii ad Manassem responsoria, in qua is Pontifex apud Labbeum tom.* x *Conciliorum col.* 235 *& seq., data sibi à Manasse verba minimè accipiens, hisce illum, quæ huc potissimùm faciunt, acriter increpat:* Immemor promissionis tuæ, quâ Romæ te supra corpus beati Petri obligâsti, aliam excusationem obtendis, timore videlicet dissidentis regni ad Lugdunense concilium, ad quod vocatus es, venire non posse. In qua re quantum excusatio tua nutet, liquidò valet perpendi...

E

F

gravissimè monitus,

144 Cùm omnia viæ illius pericula, si qua sunt, tutissimis & securissimis ductoribus posses transire, Lugdunensi scilicet archiepiscopo & Lingonensi episcopo, qui fraterna te caritate tractarent, & sine omni formidine ad prænominatum perducerent locum.... Quòd si fortè ad prædictum concilium non iveris, aurem debitæ obedientiæ matri tuæ Romanæ Ecclesiæ, diu te supportanti non inclinaveris; si quid contra te Diensis cum consensu religiosorum fratrum nostrorum egerit, non solùm sententiam in te prolatam non immutabimus, verùm etiam Apostolica auctoritate firmabimus. Quòd si fraternitati tuæ videbitur prolatæ sententiæ rationabiliter posse obviari, volumus te magis coram vicario nostro, Diensi videlicet episcopo, aliisque religiosis in patria illa, ubi accusatorum & defensorum major copia invenitur, rationes tuas exponere, quàm Romam per tot labores & difficultates, ubi utrumque deest, frustra spe judicii quærere. Interea fraternitatem tuam ex parte omnipotentis Dei per auctoritatem beati Petri monemus, ut, si te in hac causa culpabilem cognoscis, potiùs quàm aliquo sæculari ingenio

te

A te excusandum existimes, studeas animam tuam per dignos pœnitentiæ fructus liberare.

sistere se noluit, missâque Apologiâ,

145 *Vehemens sanè urgensque erat hæc Pontificis oratio: verùm Manasses, nihil hâc motus, concilio, brevi pòst, ut videbimus, Lugduni celebrato, sese non stitit, ad Hugonem Diensem, illius præsidem, misisse contentus Apologiam, sæpissimè suprà jam laudatam, atque à Mabillonio tom.* 1 *Musei Italici, part.* 2, *pag.* 119 *& octo seqq. publici juris factam, in qua, postquam, quæ in causâ sua tum Augustoduni, tum Romæ gesta essent, compendio exposuit, rationes diversas, ob quas Lugdunum ad concilium venire non posset, in medium adducit seu prætexit. Et hæ in speciem justæ sunt, talesque, ut, si Manassis archiepiscopi minùs, quàm sit, nota foret vitæ ratio, sententiam in eum, credi posset, injustè, præcipitanter atque ex invidia, ut Noviomenses clerici in scripta, quæ apud Mabillonium tom.* 1 *Musei Italici, part.* 2, *pag.* 128 *& binis seqq. exstat, ad Cameracenses epistola ferri aiebant, latam fuisse; veræ tamen pleræque non sunt, sed tantùm à Manasse inventæ seu confictæ, ut solita*

B *calliditate ac astutiâ, quâ, uti Gregorius Papa apud Labbeum tom.* x *Conciliorum, col.* 199 *loquitur,* inducias, ut subterfugeret, quærebat, *judicium ecclesiasticum, in causâ sua ex canonum præscripto ferendum, aut eluderet aut declinaret; à quo quantopere abhorreret, argumento etiam sunt amplissima dona, quæ, ut ab eo subeundo sese præstaret immunem, Hugoni Diensi, concilii Lugduni celebrandi tempore jam instante, obtulit.*

muneribusque oblatis, judicium illius declinare studuit,

146 *Audi apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ Novæ Mss. pag.* 205 *& seq. Hugonem Flaviniacensem:* Dum igitur..., *inquit*, locus concilii apud Lugdunum constitutus esset, Remensis etiam archiepiscopus (*Manasses scilicet*) juxta tenorem litterarum (*Gregorii Papæ nempe, quarum partem num.* 142 *recitavi*) ad idem se purgaturus invitaretur concilium, posito domno Hugone apud Viennam pro corporis curatione, nuntii præfati archiepiscopi venerunt ad eum, multis & maximis precibus & muneribus ad hoc eum flectere cupientes, & ob id ei in præsenti trecentas purissimi auri uncias, domesticis quoque ejus preciosa donaria offerentes, insuper & celamentum, ne ulli mortalium id proderent, jurare volentes, cum sex episcopis, quos

C ipse Remensis eligeret de suffraganeis suis, ei, ut se purgaret, concederet, remota inquisitione infamiæ. Addentes etiam, quod nec sperare poterant, sed tamen nihil intemptatum relinquere volebant, quòd si ei solo * concederetur facultas se purgandi, inæstimabiles thesauros auri, & qui etiam numerum excederent, se juraturos, & insuper sacramentum, ne cui hoc proderent. Quod totum virilis ejusdem legati animus respuit. Et quia inexpugnabilem ejus erga pecuniam animum vidit, timens sibi, concilio interesse noluit. *Atque hinc modò etiam, etsi res aliunde, ut constat, minimè constaret, manifestum sit, justissimè sanè à Sancto nostro (in cujus idcircò honorem fusiùs hæc prosequi hîc libuit) aliisque ecclesiæ Remensis clericis, qui cum eo Remis excesserant, multorum criminum insimulatum Manassem fuisse. Quòd si enim hic reus non fuisset, si objecta diluere apte potuisset, utquid tanto conatu, tantis donis, tantis fraudibus judicium, in concilio à viris integerrimis minimèque suspectis ferendum, declinare studuisset? Sed rei seriem prosequamur.*

147 *Cùm tempus concilio Lugduni celebrando*

* soli

præstitutum advenerat, Bruno *& Pontius, uti è Manassis verbis, num.* 137 *recitatis, colligitur, aliique ecclesiæ Remensis clerici, hosque inter, ut apparet, etiam Manasses præpositus, concilio sese sistentes, eadem, quæ antea in concilio Augustodunensi, accusationum contra Manassem archiepiscopum capita exposuêre, Patresque, hisce auditis ac lectâ etiam, ut verosimile apparet, quam ad eos ex dictis Manasses miserat, Apologiâ, nec tamen, quas in hac ille, quòd ad concilium non accederet, prætexebat, excusationibus admissis, simoniacum antistitem,* tum quia, *ut loquitur loco proximè cit. Hugo Flaviniacensis,* se purgare noluit, tum quia audientiam Eduensis, Pictavensis & ipsius Lugdunensis (*concilii nempe*) subterfugit, synodali judicio *exauctoravêre, hancque in illum prolatam sententiam ad Pontificem approbandam ac confirmandam misêre. Accidit id, unde etiam celebrati concilii tempus liquet, inter anni* 1080 *tertiam Januarii diem & anni ejusdem septimam decimam Aprilis. Epistola enim suprà ex parte huc transcripta, quâ apud Labbeum loco cit. Gregorius Papa Manassem, ut ad concilium Lugduni celebrandum se conferat; instantissimè hortatur,* Tertio Nonas Januarii, Indictione tertia, *quæ ex dictis annum* 1080 *designat, data notatur, aliaque epistola, quâ itidem apud Labbeum tom. Conciliorum proximè cit., col.* 241 *latam in eodem concilio contra Manassem sententiam idem Gregorius confirmat, Indictione pariter tertia seu anno* 1080, *septima decima Aprilis die, ut notæ chronicæ, quas in fine exhibet, fidem faciunt, fuit conscripta.*

AUCTORE C. B.

sese contulit, Manasses in hoc exauctoratur,

E

148 *Epistolam hanc integram, tum quòd suprà dictis lucem afferat roburque adjungat, tum quòd eâ Pontifex luculentum Sancti nostri in accusando Manasse æquitati testimonium præbeat, resque illius ab hoc in integrum jubeat restitui, è Labbeo loco cit. huc transcribo. His verbis concipitur:* Gregorius episcopus, servus servorum Dei, Manassæ Rhemensi. Sciat fraternitas tua, quòd depositionis sententiam, à legato nostro Diensi episcopo in Lugdunensi concilio religiosorum virorum consilio prolatam, & nos, dictante justitia, in Romana synodo Apostolica auctoritate firmavimus. Sed tamen contra morem Romanæ Ecclesiæ nimiâ, ut ita dixerim, misericordiâ ductus, adjunctis tibi Suessionensi, Laudunensi, Cameracensi, Catalaunensi episcopis vel eorum similibus cum aliis duobus, quorum testimonio æquè confidamus, si de justitia confidis, & eos habere poteris, usque ad festivitatem sancti Michaëlis purgandi licentiam tibi indulgemus; ea videlicet conditione, ut Manassæ & Brunoni & ceteris, qui pro justitia contra te locuti fuisse videntur, rebus suis in integrum restitutis, usque ad Ascensionem Domini proximam Rhemensem ecclesiam à tua occupatione ex toto liberam deseras, & Cluniacum aut Casam-Dei cum uno clerico & duobus laïcis, tuis stipendiis religiosè victurus, secedas.

Sanctumque in res suas epistolâ, quâ hæc concilii sententia

F

confirmatur, restituere à Pontifice jubetur.

149 Quòd si facere volueris, prædicto Diensi episcopo prænuntiare procures, ut in ejus præsentia sacramento confirmes, de rebus prædictæ ecclesiæ te nihil interim distracturum, nisi quantùm tibi & prædictis sociis competenter sufficerit. Clericos autem, qui tanto tempore pro justitia exilium passi sunt, in ecclesia securè Deo servire permittas. Et quoniam laboriosum tibi fuerit ad nos usque venire, concedimus, ut coram Diensi episcopo & abbate Cluniacensi, aut, si abbatem deesse contigerit,

AUCTORE C. B.

coram Amato, prædicto modo cum prædictis teſtibus de infamia te expurges. Quòd ſi huic noſtræ diſpenſationis præcepto obedire contempſeris, ſcias, quoniam iniquitatem tuam ulteriùs portare non poſſumus, & depoſitionis ſententiam, non ſolùm immutabiliter permanſuram, ſed etiam nullam tibi audientiam in poſterum relinquendam. Data Romæ decimo quinto Kalendas Maii, Indictione tertia. *Epiſtola hæc, Gregorium ſanè ſumma erga Manaſſem benignitate indulgentiâque uſum eſſe, fidem facit; verùm hic, quæ illâ præſcribebat is Pontifex, obſirmato in criminibus animo, non implevit. Ac nominatim quidem nec* Brunonem, *nec alios Remenſis eccleſiæ clericos, quos graviſſimis dannis (adi num.* 118 *& ſeqq.) affecerat, in dignitates facultateſque ſuas, ut Pontifex epiſtolâ recitatâ injungebat, reſtituit; quî verò quantùm ad Sanctum noſtrum poſtea id factum fuerit, § ſequens aperiet.*

§ VIII. Quî & quando Sanctus in priſtinum, aut etiam meliorem ſtatum Remis reſtitutus fuerit, & an poſt ſuum ſub Manaſſe ex hac urbe diſceſſum, aut etiam umquam alias Pariſiis docuerit.

Pontifex, ut Manaſſæ exauctorato reſiſtatur, datis ad diverſos

Manaſſe, exauctorato Remenſi archiepiſcopo, non modò, ut jam docui, nihil omnium, quæ ei epiſtolâ, § præcedenti huc tranſcripta, Gregorius præceperat, implente, verùm etiam eò furoris delapſo, ut, quem ſimoniacè acquiſierat, jamque tum juſſi Pontificii, tum ſententiæ, in concilio Lugdunenſi contra ſe latæ, vi dimittere debuerat, epiſcopatum armis etiam ſibi ſervare aut certè bona ejus ſibi aſſerere niteretur, Pontifex, hominis impietati maturè occurrendum ratus, quatuor diverſas una eademque vigeſima ſeptima Decembris die, non diu admodùm, ut apparet, poſt celebratum, in quo Manaſſes exauctoratus fuerat, Lugdunenſe concilium, ac proin anno 1080 *ſcripſit epiſtolas, unam ſcilicet ad clerum & populum Remenſem, alteram ad Hebolum, ſeu, ut alibi etiam ſcriptum invenitur, Ebalum aut etiam OEbalum, Reciacenſem comitem, tertiam ad epiſcopos archidiœceſis Remenſis ſuffraganeos, ac quartam denique ad Philippum, Francorum regem. Et univerſim quidem litteris illis, ut Manaſſem pro epiſcopo non ampliùs habentes, ſucceſſorem ei ſufficerent, omnibus & ſingulis enixiſſimè commendabat; nominatim autem clerum & populum, uti etiam comitem Ebalum & eccleſiæ Remenſis ſuffraganeos, ut Manaſſæ, tamquam invaſori injuſto, pro viribus reſiſterent, ſeriò monebat, Philippo etiam, Francorum regi, ne, quam clerus & populus eccleſiæ Remenſis factiurus erat, electionem impediret, auctoritate Apoſtolica injungens. Epiſtolæ illæ omnes exſtant apud Labbeum tom.* x *Concil., col.* 264 *& tribus ſeqq. Prioris verba, huc potiſſimùm facientia, quòd ſimul Manaſſem, cùm in concilio Lugdunenſi exauctoratus jam fuiſſet, epiſtolamque, § præcedenti huc tranſcriptam, à Pontifice accepiſſet, malè acquiſitum Remenſem archiepiſcopatum armis ſibi ſervare theſauroſve ejus diripere, conatum adhuc fuiſſe, edoceant, huc tranſcribo.*

litteris mandat.

152 *En illa:* Quam itaque (*ſententiam in Manaſſem in concilio Lugdunenſi latam*) diligenter perſcrutantes & pro magnitudine iniquitatum ejus (*Manaſſis*) juſtiſſimam fuiſſe approbantes, eo tenore in Romana ſynodo confirmavimus rogatu multorum fratrum, ut, conceſſis ſibi induciis, ſi poſſet, ad expurgandum ſe de objectis veniendi licentiam haberet ac liberam de ſe agendi facultatem; ita tamen ut interim regimini ipſius eccleſiæ cederet, & in Cluniacenſi vel in aliquo religioſo monaſterio degeret, ut, cujus obedientiæ quantæque humilitatis eſſet, probaretur. Verùm (ſicut vos ipſi ſcitis) non ſolùm huic diffinitioni non obedivit, ſed ad contemptum interdictionis noſtræ eccleſiam veſtram invadere ac impudenti devaſtatione confundere præſumpſit; utpote quam non per oſtium, ut paſtor, ſed aliunde, ut fur & fæviſſimus prædo, intravit; ad hoc ſcilicet, ut gregem dominicum mactet & perdat, non ut vigilantiâ paſtoris protegat & defendat. Siquidem adeò in immenſum actuum ſuorum tetendit iniquitas, ut digniſſimè damnationi atque excommunicationi ſubjaceat, ita ut in perpetuum nullam reſtitutionis ſuæ ſpem concipere debeat. Quapropter Apoſtolica vos auctoritate monemus, ut perverſis actibus ejus in nullo communicetis, imò ut tollatur de medio veſtrûm, & in interitum carnis ſuæ tradatur ſatanæ, ut ſpiritus ſalvus ſit, ſibi modis omnibus reſiſtatis. Detis etiam operam, ut communi conſilio parique voto, aſſentiente vobis prædicto confratre noſtro Dienſi epiſcopo, patrem vobis ſecundum Dominum eligatis. *Nec Gregorius, qui, ut hæc ejus verba fidem faciunt, Manaſſem Remis pulſum præterea volebat, voto fuit fruſtratus; etenim eccleſiæ Remenſis non tantùm populus & clerus, ſed & primates in ſimoniacum jamque exauctoratum antiſtitem inſurrexêre, eumque ex uſurpata cathedra ejecêre.*

ſedeque ſimoniacus ille antiſtes dejicitur:

153 *Docet id Guibertus de Novigento, auctor ſynchronus, jam pluries laudatus, verbis num.* 110 *de Manaſſe huc tranſcriptis proximè iſthæc ſequentia ſubjungens:* Quem (*Manaſſem nempe*) poſtmodùm proceres, clerus atque Burgenſes, cùm ab Hugone (*qui* Dienſis *agnominabatur*) archiepiſcopo (*poſtea ſcilicet facto*) Lugdunenſi, Apoſtolicæ Sedis legato, viro in fœnore juſtitiæ clariſſimo, creberrimo anathemate feriretur, & ille manu militari theſauros eccleſiæ dilapidare niteretur, à ſede, quam malè obſederat, pepulerunt, & exilio relegatus æterno, cùm ſe ad excommunicatum tunc temporis Henricum imperatorem ipſe etiam excommunicatus contuliſſet, hàc illácque oberrans ſine communione poſtremò defungitur. *Ita Guibertus: licèt autem, an, quod hîc innuit, Manaſſes in excommunicatione, quâ ob crimina pertinaciamque præcipuè à Pontifice fuerat percuſſus, vitam finierit, non immeritò ex iis, quæ Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* 8, *pag.* 655 *& ſeqq. obſervant, in dubium queat revocari, ambigendum tamen non eſt, quin, quod hîc pariter tradit, ſimoniacus ille antiſtes à clero, populo & optimatibus è Remenſi cathedra fuerit ejectus; id enim verè factum, qui rem examinârunt, eruditi omnes unanimi conſenſu affirmant, nec ullum, uti in caſu præcedenti fit, ſcriptoris ſynchroni aut etiam ſubæqualis teſtimonium, quod*

in

A *in contrarium utcúmque faciat, poteſt afferri. Atque ea quidem Manaſſis expulſio, utpote epiſtolis, à Pontifice (adi num. 151) vigeſimâ ſeptimâ Decembris anno 1080 datis, aliquanto, ut dubituri vix poteſt, poſterior, citiùs veroſimillimè, quàm anno 1081, non evenit; ſeriùs autem etiam non eveniſſe, liquet ex eo, quòd Rainaldus du Bellai, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores tom. 9, col. 75 docent, anno 1083 ad Remenſem cathedram, cùm hanc poſt Manaſſem expulſum Elinandus, Laudunenſis epiſcopus, biennio tenuiſſet, fuerit evectus.*

quo facto, Sanctus in ſtatum priſtinum, uti è ſundri

154 *Sermonem modò de Sancto noſtro reſumamus. Pulſo, ut nunc expoſitum, ſimoniaco antiſtite Manaſſe,* Bruno *Remos rediit, ibique in ſtatum priſtinum ac fortè etiam meliorem fuit reſtitutus. Rem ſic probo: Titulus funebris, ei ab ipſa cathedrali Remenſi eccleſia, cujus ſanè præpoſito Manaſſæ pluries hîc laudato canonicisque apprimè notus erat, conſecratus locumque inter recudendos 52 obtinens, ſic habet:*

'Hic Pater eximius fundator relligionis
Exemplar ſeſe fratribus exhibuit,
B Dans illis formam ſpernendi vilia mundi,
Cæleſtis patriæ premia dum ſequitur,
Pro cujus culpa non credimus eſſe gemendum,
Quem jam gaudentem credimus in requie.
Nam ſi cui Sancto requiem bona vita meretur,
Huic quoque pro meritis ſumma datur requies;
Qui cùm multimodè noſtra polleret in urbe,
Solamenque ſuis atque decus fieret,
Cumque faveret ei fortuna per omnia, jamque
Hunc præferremus omnibus, & meritò;
Namque benignus erat, omnique peritus in arte,
Facunduſque ſatis divitiiſque potens;
Omnia poſtpoſuit Chriſto, nudumque ſecutus
Chriſtum, cum multis ſuſcipit hunc eremus.
Propterea requiem ſibi credimus eſſe paratam.
Si tamen ulla levis hæſit ei macula,
(Nam patet in terris nullum ſine labe morari)
C Hanc Deus abſtergat dando ſibi veniam.

eccleſia cathedralis Remenſis titulo liquet,

155 *Sanctus ergò, uti hi verſiculi apertiſſimè produnt, eo ipſo tempore, quo in civitate Remenſi auctoritate ac divitiis, maximè ei arridente fortuna, plurimùm valeret, in eremum, hiſce abjectis, ſeceſſit. Id autem nec tempori, quo Remis ante ſuum ex hac urbe ob nefandos Manaſſis archiepiſcopi mores diſceſſum verſatus eſt, nec itidem tempori, quod hunc inter & Manaſſis è cathedra Remenſi ejectionem interceſſit, poteſt congruere. Etſi enim Sanctus eo tempore, quo Remis, Manaſſem vitans, nondum exceſſerat, proſperâ ibidem fortunâ diu uſus fuerit, tum tamen, uti apud omnes in confeſſo eſt, in eremum, divitiis relictis, non ſeceſſit; quod autem ad tempus, quod inter ejus ex urbe Remenſi diſceſſum, anno ex ſuprà dictis 1076 aut ſequenti illigandum, & Manaſſis è ſede Remenſi expulſionem medium cucurrit, modò pertinet, Sanctus tunc Remis verſatus non eſt, nedum divitiis ibidem floruit, uti pronum eſt eruere partim ex ſuprà dictis, partim ex Gregorii VII Papæ epiſtola, num. 148 & ſeq. huc tranſcripta, annoque ex ibidem dictis 1080 data, in qua is Manaſſæ archiepiſcopo, in concilio Lugdunenſi ex dictis jam exauctorato præcipit, ut Manaſſæ & Brunoni res ſuas in integrum reſtituat, clericiſque,* tanto tempore pro juſtitia exilium paſſis, *quorum unus erat Sanctus noſter,* in eccleſia ſecurè Deo ſervire permittat. *Reſtat ergò, ut,* Brunonem *ſecundâ gaviſum eſſe Remis fortunâ, tuncque inde in ſolitudinem ſeceſſiſſe, unicè, ut conſideranti patebit, congruat tempori, quod Manaſſis è cathedra Remenſi expulſioni ſucceſſit.*

AUCTORE C. B.

reſtituitur. Id ſub Rainaldo epiſcopo non evenit.

156 *Quare Sanctum tunc in priſtinum aut fortè etiam meliorem ſtatum Remis reſtitutum fuiſſe, indubitatum eſt. Verùm idne ſtatim à Manaſſis expulſione anno ex dictis 1081 facta, evenit? Sunt, qui rem in tempus, quo Remenſem cathedram Rainaldus du Bellai, ad hanc anno 1083 primùm evectus, jam occupârat, differendam contendunt. Verùm horum opinio admittenda veroſimiliter non eſt. Sanctus enim, cùm in ſtatum priſtinum eſſet reſtitutus, ad cathedram etiam Remenſem, quod ſub Rainaldo fieri ex dicendis non potuit, expetitus ſeu poſtulatus, antequam in eremum ſecederet, veroſimiliter fuit, uti jam nunc* F *eſtendo: Hugo Dienſis, Sedis Apoſtolicæ legatus, in epiſtola ſua ad ſummum Pontificem poſt concilium Auguſtodunenſe anno 1077 aut ſeq. data ſuprâque num. 119 & tribus ſeqq. hinc tranſcripta, ſub finem de Manaſſe præpoſito &* Brunone *ait:* Hos, rogamus, eccleſiæ Remenſi deſtinate; *Quibus verbis Pontificem rogâſſe videtur, ut alterutrum,* Brunonem *videlicet vel Manaſſem præpoſitum in locum Manaſſis archiepiſcopi, quem exauctorandum veroſimiliter putabat, ſufficiendum curaret. Quare veroſimile apparet, eumdem legatum, pulſo jam Manaſſe, apud clerum & populum Remenſem, cui Pontifex, ut* communi conſilio parique voto, aſſentiente *ipſis Hugone Dienſi legato ſuo, novum Manaſſæ exauctorato epiſcopum ſubſtituerent, datâ ſub anni (adi num. 151) 1080 finem epiſtolâ commendârat, ſummo ſtudio egiſſe, ut vel* Brunonem *vel Manaſſem præpoſitum ſibi eligerent epiſcopum.*

Sub hoc enim Sanctus, quod tamen factum è diverſis

157 *Hinc porrò in eam, quæ & Tractatus de* S. Brunone, *à Cartuſianis hujatibus mecum communicati, auctori placet, opinionem inducor, quâ veroſimile puto, apud multos è populo & clero Remenſi, habito ſeſe inter de novi epiſcopi electione tractatu, ratum ac fixum fuiſſe, Sanctum noſtrum, cùm in eremum ſeceſſit, epiſcopum eligere, idque indicari tum hiſce, quibus funebris eccleſiæ cathedralis Remenſis Titulus, proximè huc tranſcriptus conſtat, verſiculis:*

F

Cumque faveret ei fortuna per omnia, jamque
Hunc præferremus omnibus, & meritò;
Omnia poſtpoſuit Chriſto, nudumque ſecutus
Chriſtum cum multis ſuſcipit hunc eremus;

tum etiam aliis hiſce, quos alter eccleſiæ Remenſis catedralis titulus, inter recudendos 53, complectitur,

Ut ſervire Joſeph dominæ contempſit amori,
Et fugit amplexus inceſtos mente virili,
Sic contempta jacet, Bruno, tibi gloria mundi,
Amplecti dum te cuperet, tibi brachia tendens,
Multas mundus opes, multos oſtendit honores,

Tuque

AUCTORE C. B.

Tuque fugâ lapsus, pompali veste rejecta,
Amplectens eremum vestiris forte beata.

titulis ejus funebribus apparet,

158 *Adhæc ut in dicta opinione magis magisque confirmer, etiam facit funebris Titulus* 146, *in quo ecclesiæ S. Mariæ cathedralis Rothomagensis canonici* Brunonem *celebrant hunc in modum:*

Ecclesiæ sanctæ totius lugeat ordo,
Humani generis flens irreparabile damnum,
Mundo decessit mundani victor honoris,
Bruno pater, sanctæ fundator relligionis,
Cujus tanta piam vitam commendat honestas,
Ut sit eum cuiquam non æquiparare potestas.
Ipse fuit sapiens, vir nobilis, indole fulgens,
Imbutus fonte totius Philosophiæ;
In quo cùm virtus probitatis viva niteret,
Glorificos fasces, quà promeruisse valeret,
Proculcator opum, cunctorum spretor honorum,
Et mundi stultam pede contudit ambitionem,
B Et studio sanctam fundavit relligionem.
Mundum declinans, mundi sublimia vitans
Elegit potiùs privatâ degere vitâ.

Etsi enim ad Rhegiensem episcopatum, quem Sanctus, cùm ad eum, uti infrà docebo, electus seu postulatus fuisset, recusavit, versiculis hisce forsitan alludatur, ad futuram tamen in Remensem archiepiscopum electionem, quam Sanctus, in eremum secedens, studiosè evitârit, verosimiliùs idcircò puto alludi, quòd in recitatis versiculis honorum opumque contemptui, à quo Bruno *in iis laudatur, mox subdatur, à qua pariter laudatur, mundi fuga, hæcque Sancti ad archiepiscopatum Rhegiensem electionem subsecuta non sit, sed præcesserit.*

in episcopum Remensem postulari nequit; quod cùm non nihil citiùs,

159 *Sanctum itaque, cùm in eremum secessit, ac proin in pristinum statum aut fortè etiam meliorem Remis jam fuerat restitutus, fuisse à multis tum cleri, tum populi in civitatis hujus antistitem desideratum, imò etiam reipsa, ni id præsciens abiisset, eligendum, ex omnibus jam adductis in medium sat verosimile apparet. Jam verò, cùm id ita sit, nec tamen (adi Galliæ Christ. auctæ scriptores tom.* IX, *col.* 77) *ante annum* 1096, *quo* Bruno *in eremum jam dudum excedendis sese receperat, Rainaldus, jam inde ab anno* 1083, *ut suprà docui, ad cathedram Remensem evectus, obierit, consectarium fit, ut, hoc jam antistite, Sanctus ad Remensem cathedram expeti seu postulari nequierit, ac proin, ut citiùs tum id, tum ejus in pristinum, aut fortè etiam meliorem statum restitutio acciderit. Verùm quanto quidem temporis spatio tum hæc, tum Sancti ad cathedram Remensem postulatio, factam Rainaldi ad eamdem promotionem antecessit? Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* IX, *col.* 75 *sic scribunt:* Manasse (*simoniaco scilicet, de quo suprà, Remensium antistite*) exauctorato, fama est Brunonem, quem ille beneficiis spoliaverat, à multis (*in episcopum nimirum*) expetitum, quòd doctrinâ morumque gravitate in ecclesia Remensi pridem enituisset. Sed Elinandus Laudunensis episcopus tam donis quàm amicorum studio archiepiscopatum à rege (*Francorum Philippo*) acceptum duos circitèr annos tenuit, ab anno 1081 scilicet ad annum 1083. Hic tamen post multam pecuniæ vim consumptam monitus est à summo Pontifice, ut alterum beneficium abdicaret, eò quòd uxorem quis habens aliam superinducere nequaquam D
posset. Tanta ille cupiditate flagrabat, inquit Marlotus, ut dixisse tradatur, non se parcituum labori, si summum pontificatum quoquomodo assequi posset.

etsi fortè non priùs, quàm Helinando.

160 *Quòd si ergò fama, quam hîc Galliæ Christianæ auctæ scriptores laudant, veritati consonet, Sanctus noster statim à Manassis simoniaci expulsione & in statum pristinum aut eo etiam meliorem restitutus, & ad cathedram Remensem fuerit postulatus seu expetitus. Et sanè, cùm Gregorius, qui tunc Romanam cathedram occupabat, populo cleroque Remensi, ut Manassæ expulso novum antistitem substituerent, epistolâ sub anni* 1080 (*videsis num.* 151) *finem commendârit, statim à Manassis expulsione de novo eligendo antistite, ac nominatim de Sancto nostro assumendo cogitatum actumque fuisse, sat verosimile apparet, maximè cùm tunc id factum, publicâ etiam, ut Galliæ Christianæ auctæ scriptores loco proximè cit. produnt, famâ feratur. Attamen res certa non est; cùm enim Elinandus Remensis archiepiscopatûs obtinendi avidissimus exstiterit, fieri potest, ut statim à Manassis expulsione archiepiscopatum illum sibi conferri, à Francorum rege Philippo amicorum ope & pecuniâ obtinuerit, locumque ac tempus tunc tractandi de novi antistitis electione clero & populo Remensi regio subsidio fussultus penitus ademerit.* E

qui post Manassem biennio Remensem sedem tenuit,

161 *Audi, quî de Elinando seu Helinando, unde etiam, hunc verè Remensem archiepiscopatum biennio tenuisse, docemur, Guibertus, auctor synchronus, lib.* 3 *de Vita sua, cap.* 2 *loquatur:* Helinandus, *inquit*, vir admodùm pauperis domûs & obscurè progenitus, literaturâ pertenuis, & personâ satis exilis, cùm per notitiam Gualteri, comitis senioris Pontisarensis, de cujus comitatu gerebat originem, ad gratiam Eaduardi Anglorum regis pertigisset, (uxor enim sua cum prædicto comite sibi necessitudinem, nescio quam, creârat) capellanus ejus fuit; & quia Francicam elegantiam nôrat, Anglicus ille ad Francorum regem Henricum eum sæpiùs destinabat. Cum quo rege, quia multùm erat cupidus & episcopatuum venditionibus assuetus, largissimis lenocinantibus xeniis egit, ut, si quispiam episcoporum Franciæ decederet, pontificalibus infulis ipse succederet. Is enim in capellania regis ac reginæ positus, quoniam Anglia infinitis eo tempore florebat opibus, multos pecuniarum montes aggesserat, ideò, arridente ei præfata largitionum causâ, vox ejus apud Henricum regem exaudibilis erat. Quod & factum est: Lauduno enim invectus, quia non æstimatione parentum, non scientiæ literarum se valiturum putabat, in opulentia, quæ plurima suppetebat, & quam cautissimè dispensare didicerat, & dapsilitate spes fuerat. Ad ornandas igitur & extruendas se vertit ecclesias, &, cùm multa pro Deo videretur facere, evidentissima tamen dabat indicia, se solos inde favores, solam nominis dilatationem in bene gestis quærere. His etiam ipse artibus Remensem archiepiscopatum insedit, quem cùm, dilapidatis penes regem Philippum, hominem in Dei rebus venalissimum, magnis censibus, biennio obtinuisset, à Domino Papa audivit, quia uxorem quis habens alteram superinducere nequaquam possit. Consulenti planè cuidam se cur eò tenderet, dixit, quia, si etiam Papa fieri possit, haud quaquam dissimularet. F

162 *Cùm igitur Elinandus, uti ex his Guiberti*

asserto suo in hanc juri cedente,

berti verbis intelligitur, vir fuerit maximæ ambitionis, quâ fiebat, ut pecuniis, à quibus ei optimè prospectum erat, summas quasque ecclesiæ dignitates beneficiaque sibi comparare minimè formidaret, largitionibus sanè eum, ne ullus posset à clero populoque Remensi de successore in Manassæ exauctorati locum sufficiendo tractatus haberi, statim ab hujus expulsione apud Philippum, Francorum regem, effecisse, vero neutiquam apparet absimile, maximè cùm eum, quò minùs post Manassæ expulsionem novi Remensis archiepiscopi electio fieret, reipsa per biennium integrum obstitisse, apud omnes, qui de re hac scripsêre, in confesso sit. Tractatûs de S. Brunone, *à Cartusianis hujatibus mecum communicati, auctor hujus lucubrationis sua num.* 20 *sic scribit:* Præfato Elinando (*Laudunensi episcopo*) juri, quod in archiepiscopatum Remensem sibi vendicabat, cedente, pax huic ecclesiæ redditur, reversisque sub anni 1083 finem vel sub initium sequentis ex suo exilio canonicis, à Manasse quondam expulsis, de pastore præficiendo clerus & populus seriò agere cœperunt. Brunonem & Manassem præpositum à legato
B (*Sedis Apostolicæ*) Hugone electoribus propositos fuisse, par est credere, cùm ipse legatus, ut vidimus suprà, summo Pontifici utrumque jam eumdem in finem commendaverat: "Hos, ,, inquit, "rogamus, ecclesiæ Remensi destinate.,, Deinde nostrum Patriarcham, in possessionem tum bonorum, tum dignitatum suarum jam restitutum, à multis expetitum fuisse, colligimus ex elogio ab ipsa (*Remensi*) cathedrali ecclesia, cui tunc, quando defunctus est Bruno, præfatus Manasses præpositus præsidebat, condito in hæc, *num. scilicet* 154 *huc transcripta* verba.

evenerit, anno 1081 aut non multò pòst

163 *Ita ille; qui, etsi anno primùm* 1084, *contrà ac aditæ à Rainaldo sedis Remensis tempus pati videatur, de successore Manassæ sufficiendo à clero & populo Remensi actum fortè fuisse, innuat, in episcopum tamen, ut tradit, tunc primùm, cùm Elinandus, quod anno* 1083 *factum, arrogato suo in archiepiscopatum Remensem juri cessit, à pluribus expetitum fuisse* S. Brunonem, *vero non apparet absimile. Ita autumo, quòd Sanctus, cùm ad episcopatum Remensem postulatus seu expetitus fuit, aliquanto jam temporis spatio, uti versiculi, è funebri ecclesiæ cathedralis Remensis Titulo num.* 154 *huc transcripti, innuere videntur, in pristinum, aut fortè etiam meliorem statum restitutus, Remis degisset, hocque veritati non sat aptè queat intelligi consonum, si statim à Manassis è sede Remensi expulsione fuerit ad hanc ipse postulatus seu expetitus. Porrò etsi fortè hoc ex jam dictis anno* 1083 *primùm acciderit, Sanctus tamen, utpote qui aliquanto temporis spatio antè, pristino statui fortunæque redditus, Remis jam degerit, & fortè ex dictis jam inde etiam ab anno* 1081 *ad archiepiscopatum Remensem postulatus fuerit, vel statim à Manassis expulsione, id est, vel ab anno* 1081 *vel non multò pòst Remos ab exsilio reversus pristinum honoris facultatumque statum, quod hìc ostendendum erat, verosimiliter recuperârit. Nec est, cur opponas, Elinandum eo temporis spatio, quod à Manassis expulsione ad Rainaldi electionem excurrit, regis subsidio suffultum, ecclesiæ Remensis cathedram tenuisse, verosimileque non videri, sub hujusmodi antistite* Brunonem *Remos reverti ibique commorari voluisse; etsi enim Elinandus à simoniæ labe immunis non fuerit, in ecclesias tamen exstitit munificus, nec in clericos iniquus fuisse invenitur.*

AUCTORE C. B.

pristino statui restitutus Remis verosimiliter fuit.

164 Is igitur (*subdit verbis de Elinando num.* 161 *recitatis Guibertus*) qualiscumque aut ambitione, aut quacúmque alia humanitate apud se extiterit, in hoc ei honor omninò asservandus est, quòd & libertatem Ecclesiæ magnificè tuitus sit, & tam ipsam (*Laudunensem nimirum*) sedem, quàm appendices ejus ecclesias uberrima largitione provexit. Et dignum erat, ut externa ei bona suppeterent, quæ in Dominicarum domuum decore projicerentur. *Cùm ergò talis exstiterit Elinandus, non video, cur, eo Remensem cathedram tenente, Remos* Bruno *non rediisse, ibique versatus non esse sit credendus, maximè cùm simoniacam hominis labem forsitan ignorârit. Quid si etiam Sanctus, ut Remos rediret, ab ipsomet Elinando invitatus fuerit? Sanè cùm ex dictis, ut in res suas restitueretur, Grogorio VII, tunc summo Pontifici, maximè in votis fuerit, non ineptè ac temerè conjeceris, litteris aliove modo, ut pulsi à Manasse Remensis ecclesiæ clerici, ac proin etiam Sanctus noster, Remos in bona sua restituendi redirent, ipsummet Elinandum egisse,* E *ad id scilicet impulsum, ne, si secùs faceret, Remensem sibi maximè cupitum archiepiscopatum, quem regio favore non sat rectè obtinuerat, Pontificia auctoritate, ut postea factum, amitteret.*

Cùm id fieret, Parisiis nondum docuerat,

165 *Verùm sunt, qui Sanctum, antequam statui pristino redderetur, ab anno* 1081, *imò etiam ab anno* 1076 *circitèr, quo Remis ob improbos Manassis mores excessit, Parisios concessisse, ibique ad annum usque* 1082, *quo doctoris ad tempus redivivi, qui sese damnatum è feretro proclamârit, prodigium evenerit, docuisse contendunt. Et mox quidem Sanctum, qui tamen ex dictis ab anno circitèr* 1076 *ad annum* 1078 *aut etiam sequentis initium apud Ebalum comitem commoratus est, à suo ex urbe Remensi ob improbos Manassis mores excessu Parisios se contulisse; ibique docendi munus, quod tamen an antea umquam ibidem obiisset, admodùm ex dictis est dubium, resumpsisse, Bulæus in Universitatis Parisiensis Historia tom.* 1, *pag.* 468 *existimat. Verùm conjecturæ aliquot, argumentaque, quibus hanc opinionem suam utcúmque firmare nititur, nihil planè, ut ex suprà dictis liquet, evincunt; nunc autem discutiendum, an majoris* F *ponderis sint alia, quæ tum ab hoc, tum ab aliis, Sanctum nostrum, si non statim ab anno circitèr* 1076 *seu à suo ex urbe Remensi excessu, ab anno saltem vel* 1079 *vel ab altero è binis sequentibus Parisiis docuisse, volentibus, adducuntur in medium. Verosimile, aiunt, non est,* Brunonem, *tantum virum, tribus quatuorve aut etiam pluribus annis proximè ante suum in solitudinem recessum vitam planè otiosam egisse. Verosimile sanè id non sit; per me licet. Verùm cùm Sanctus, ut suprà docui, anno* 1081 *in pristinum statum Remis restitutus fuerit, quid si etiam scholarum præfecturam tunc recuperârit, hancque deinde ad suum usque in eremum discessum gesserit? Ita sanè vitam, donec hic accidit, à dicto anno* 1081 *otiosam non duxerit, etsi etiam tunc Parisiis non docuisse statuatur. Nec anno* 1079 *& sequenti, quo utroque Coloniæ Agrippinæ inter ecclesiæ Cunibertinæ canonicos verosimiliùs ex suprà dictis egit, otiosam tunc duxisse vitam est putandus, cùm fieri queat, ut tunc tam in Psalmos, quàm in S. Pauli Apostoli Epistolas, quas ambas sacræ Scripturæ partes*

C

AUCTORE C. B.

eruditiſſimis, uti infrà docebo, editis Commentariis illuſtravit, gnavam operam impenderit.

neque umquam etiam aliàs ibidem docuiſſe videtur.

166 *Quòd ſi id diſpliceat, Sanctumque duobus illis annis Coloniæ commoratum non fuiſſe, velis, nec ſic, etiam hoc dato, ſit conſequens, ut* Bruno, *nî tum Pariſiis docuerit, in otio vitam exegerit. Quid ſi enim tunc ad Dolenſe S. Mariæ monaſterium ſeceſſiſſe, ibidemque docuiſſe, aſſeratur? Sanè Sanctum vel tunc vel aliàs in monaſterio illo docendi munere functum eſſe, aut certè, cùm hoc Remis obiret, plurimos illius alumnos ibidem habuiſſe diſcipulos, dicendum apparet; religioſi enim cœnobii illius incolæ in Titulo funebri, inter edendos* 169, *quem Sancto inſcripsêre, ejus ſeſe diſcipulos profiteri videntur hiſce ad Cartuſianos Calabrinos verbis:* Prout veſtra dignatur expetere ſanctitas, & nos Dolenſis cœnobii fratres, fraternitatis veſtræ deſolationi compaſſi, pro beati patris noſtri ac magiſtri Brunonis anima devotiſſimarum orationum ſuffragia mox, ut ejus audivimus obitum, omnipotenti Deo perſolvere curavimus. *E vita itaque, quam Sanctus, nî anno* 1079 *& aliquot ſequentibus Pariſiis docuiſſe admittatur, in otio duxerit, ibidem eum tunc docuiſſe, concludi nullo modo poteſt. Imò verò Sanctum non tantùm non tunc, ſed nec umquam aliàs Pariſiis docuiſſe, veroſimillimum apparet. Tres enim ſcriptores ſynchroni, aut certè coævi, is ſcilicet, qui quatuor primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon contexuit, Guibertus de Novigento, & Tituli funebris, inter recudendos* 173, *quo Regulares Nolienſis S. Vincentii eccleſiæ canonici Sancto parentârunt, auctor, fuiſſe illum (adi num.* 7, 114, *&* 43) *eccleſiæ Remenſis ſcholarum magiſtrum aut innuunt, aut hoc nomine diſertè diſtinguunt,* ſcholarum *etiam* Pariſienſium magiſtri *titulo eumdem veroſimillimè diſtincturi, ſi has umquam ille, ut Remenſes, docuiſſet. Accedit, nihil planè apud antiquum ullum paris auctoritatis ac fidei ſcriptorem uſpiam inveniri, unde Sanctum Pariſiis umquam docuiſſe, quoquo modo ſit conſequens.*

Contrarium nec ob inſignem,

167 *At verò Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor anonymus, conjecturis tribus diverſis, quibus,* Brunonem *Pariſiis docuiſſe, Egaſſius Bulæus (adi, quæ huc ſpectantia num.* 112, *ſeqq. & alibi dicta ſunt) perperam contendit, in medium adductis, ita ratiocinatur:* Quartam poſſumus addere conjecturam, ſumptam ex Titulis funebribus, quibus piæ ſancti Brunonis memoriæ parentatum eſt ab omnibus ferè eccleſiis & monaſteriis Galliarum. Quî enim fieri poteſt, ut Vir per univerſum Franciæ regnum ſpectatiſſimus & nominatiſſimus, "ac in eccleſiis ejuſdem regni," (ut dicit Guibertus) "opinatiſſimus evaſerit, quandoquidem iſtud vix aſſeri valet de Remenſi academia, quin potiùs de Pariſienſi intelligatur, ad quam, velut regni ſedem & Franciæ meditullium & celeberrimum emporium & academiarum reginam, magis congruum videbatur, ut tot amici & diſcipuli, qui ejus funebria celebrârunt, confluerent? De eccleſiis namque ſuffraganeis & monaſteriis provinciæ Remenſis non eſt dubium, eorum alumnos Remis ſub Brunone ſtudiis litterarum incubuiſſe. Cùm verò lectitantur remotæ quæque eccleſiæ ejus obitum lamentis & fletibus proſecutæ, quales fuêre Anglicanæ, Britannicæ, Normanicæ, Pictonicæ, Turonicæ, Sequaneæ & aliæ plurimæ, abſurdum putamus dicere, omnes harum eccleſiarum alumnos Remis eruditos fuiſſe, cùm hoc magis juxta mentem Bulæi videatur congruere Pariſinæ academiæ, ad quam aliquando tranſlatus fuerat.

quâ Sanctus inclaruit,

168 Sed quid dicemus de eccleſiis Pariſienſibus, quæ obitum ſancti Brunonis, quaſi viri notiſſimi, celebribus planxerunt elogiis, videlicet eccleſia cathedralis ſanctæ Mariæ, abbatia ſancti Maglorii, abbatia ſancti Germani de Pratis, abbatia ſancti Dionyſii, abbatia ſancti Mauri Foſſatenſis & abbatia ſancti Petri Latiniacenſis? Nonne incongruum eſt, ut tot clerici, totque monachi, intra fontem ſcientiarum Pariſinæ academiæ conſtituti, ad exteram diœceſim pro capeſſendis ſcientiis profecti fuerint? Et quod de Pariſienſibus dicimus, id ipſum teſtamur de cæteris remotiorum cœnobiorum religioſis, quos Pariſiis potiùs, quàm Remis erudiri præſtabat. *Ita ille, Sanctum Pariſiis docuiſſe, præcipuè tum ex inſigni, quam per univerſum Francia regnum habuit, quamque, nî Pariſiis docuiſſet, habiturum eum non fuiſſe, autumat, nominis celebritate, tum ex ingenti, quæ eidem funebrium Titulorum inſcriptione parentârunt, quæque illum, nî Pariſiis docuiſſet, ſpeciali modo cognituræ magiſtrumve habituræ fuiſſe, non videntur, eccleſiarum monaſteriorumque multitudine conjiciens, aut etiam contendens. Verùm non video, cur Sanctus, etiamſi numquam Pariſiis, Remiſque tantummodò docuiſſet, inſignem illam, quâ per univerſum Franciæ regnum, imò per plures etiam extra hoc ſitas provincias latè inclaruit, nominis celebritatem acquirere nequiiſſet. Numquid non à coævis Chronici Malleacenſis, Fragmentique hiſtorici, à tempore Roberti ad Philippi regis mortem deducti, ſcriptoribus (adi num.* 41 *& ſeq.)* Remenſis *appellatur, quòd iis ex nominis fama, quam Remis tum diſcendo, tum docendo ac varia munia obeundo acquiſiiſſet, unicè ferè notus eſſet?*

nominis celebritatem,

169 *Similine etiam fortè de cauſa, veluti* Pariſienſis, *notus fuerit? Si affirmes, ſcriptorem antiquum probatæque fidei vel unum, à quo* Pariſienſis *vocetur, aſſignari poſtulo; quòd ſi id, ut certè non poteris, facere non poſſis, unde tandem, quâ Sanctus inclaruit, nominis celebritatem Pariſiis, non autem Remis, docendo eum acquirere debuiſſe probabis? Adhæc* Bruno *ex unanimi ferè eorum omnium conſenſu, à quibus Pariſiis docuiſſe aſſeritur, id ibi munus non ante annum circitèr* 1076, *quo ex dictis ob improbos Manaſſis mores urbe Remenſi exceſſit, obire incepit; & tamen celeberrimi etiam, antequam urbe Remenſi, cogente Manaſſe, exceſſit, nondumque proinde Pariſiis docuerat, nominis exſtitiſſe, à Guiberto de Novigento, auctore coævo, diſertiſſimè traditur.* Bruno, *inquit in Vita ſua lib.* 1, *cap.* XI, in eccleſiis Galliæ tunc (*cùm Manaſſes ſcilicet Remenſem civitatem ante Sancti ex hac diſceſſum nefandis ſuis moribus miſerè affligeret*) opinatiſſimus cum aliis quibuſdam Remenſium clericorum nobilibus infamis illius (*Manaſſis nimirum*) odio exceſſit ab urbe, *Remenſi nempe. Sanctum itaque, quamvis etiam Pariſiis numquam docuiſſet, ingentem, quam ſibi peperit, nominis celebritatem acquirere potuiſſe, illi ipſi etiam ferè omnes, qui eum Pariſiis docendi munere functum volunt, debent admittere. Accedit, quod & iis, qui Sanctum, priuſquam Remis ſub Manaſſe excederet, Pariſiis docuiſſe contendunt, reſponderi poteſt,* Brunonem *è ſolis, quos compoſuit, eruditiſſimis in Pſalmos & S. Pauli Epiſtolas Commentariis, latiſſimè forſan,*

cùm

A *cùm obiit, jam vulgatis, celeberrimi nominis esse potuisse, etsi interim non Parisiis, imò nec Remis umquam docuisset.*

nec ob ingentem, quæ tamen, quanta è Titulis funebribus

170 *Quod modò ad ingentem, quæ Sanctum funebrium Titulorum inscriptione celebrârunt: ecclesiarum cœnobiorumque multitudinem spectat, consequens ex hac non est, ut non tantùm famâ, sed & speciali quodam modo, ut laudatus Cartusianus anonymus velle videtur, Sanctus noster iis omnibus notus fuerit, magisterve exstiterit. Etenim non solis, quibus tali modo notus esset, magisterve exstitisset, ecclesiis monasteriisque mortem ejus religiosi Calabrinæ carthusiæ seu eremi incolæ, preces pro defuncti anima flagitantes, annuntiavêre. Liquet id ex encyclicâ, quâ hoc fecerunt, epistolæ initio, quo, quibus hæc destinetur aut ad quos deferenda sit, verbis sequentibus innuitur:* Primo loco, quem primatem & caput in Ecclesia credimus, & confitemur, Apostolicæ Sedis Præsulem, totamque illam principalem curiam humiles eremitæ Calabriæ monasterii sanctæ Dei Genitricis Mariæ, cujus fundator pater Bruno fuit & prælatus, dum in carne viveret, debita subjectione veneramur
B & salutamus, sanctique Patris nostri obitum pridie Nonas Octobris denunciamus, ut meritis eorum & precibus adjuvetur apud Deum. Salutamus quoque universam sanctam Ecclesiam in ordinibus & professionibus suis, canonicos, monachos, heremitas, Deo dicatas sanctas virgines; quibus & omnibus spirituali præsentia prosternimur, ut defuncti Patris nostri memores esse velint, ut dilectæ illi animæ, si adhæsit macula, cùm non sit justus, qui non peccet, multiplicatis intercessoribus & precum instantiâ detergatur & transeat ad requiem. *Ad quæcúmque itaque, uti ex hoc textu intelligitur, monasteria ecclesiasque, sive Sanctum nôssent, sive non, epistola encyclica, mortis ejus nuncia, missa fuit; ut ex Responsoriarum ad hanc seu Titulorum funebrium, quibus Sancto parentatum fuit, multitudine ingenti, utpote ab iisdem monasteriis ecclesiisque profecta, argui non possit, hisce illum omnibus speciali quodam modo notum, magistrumve fuisse. Quare, etsi darem, Sanctum nostrum, nî Parisiis docuerit, monasteriis illis omnibus ecclesiisque nec speciali modo notum, nec magistrum existere potuisse, nondum propterea consectarium fuerit, ut reipsa ille umquam Parisiis docuerit.*
C

arguitur, non fuit, discipulorum multitudinem

171 *Nec quidquam ad rem facit, plures Parisienses ecclesias* S. Brunonis, *veluti viri sibi notissimi, obitum celebribus planxisse elogiis; fieri enim potest, ut hoc illæ fecerint, quòd, etsi iis, non facie aliove, quo magistri solent discipulis, speciali modo, famâ tamen, utpote qui maximâ ex dictis nominis celebritate inclaruerit, notissimus exstiterit. Idem etiam de nonnullis aliis ecclesiis, monasteriisque, quæ Sancti, veluti viri sibi notissimi, obitum luxêre, esto judicium; etsi autem etiam è Titulis funebribus, quibus Sancto parentatum fuit, saltem nonnulli à personis, quibus etiam facie aliove speciali modo notus fuerit, magisterve exstiterit, ei sint inscripti, nihil tamen cogit, ut hosce sub illo, non Remis, sed Parisiis studuisse admittamus. Utquid enim Sanctus plures etiam extraneos habere Remis discipulos nequiverit? Sanè seculo* XI, *quo* Bruno *floruit, diversæ diversarum urbium ecclesiarumque scholæ, uti Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom.* 9, *pag.*

30 *& seq. docent, pro nominis celebritate, quâ earum magistri gaudebant, vel magis vel minùs ab extraneis alienigenisque frequentabantur; quare, cùm Sanctus, dum summum Remensium scholarum didascalum ageret, doctrinæ famâ, uti ex suprà dictis satis liquet, non solùm per universam Galliam, verùm etiam per plures remotas regiones alias celeberrimus exstiterit, dubitandum non est, quin ad sese Remos attraxerit multitudinem ingentem non modò indigenarum, verùm etiam extraneorum alienigenarumque, quò sub clarissimi nominis magistro litteris operam darent.* AUCTORE C. B.

admittendus est, uti nec ob Parisiense prodigium,

172 *Atque ex his imprimis Odonem seu Ottonem, summum postea sub Urbani II nomine Pontificem, Robertum à Burgundia, Lingonensem episcopum, aliosque tres viros illustres,* § V *recensitos, exstitisse existimo tum ob jam dicta, tum quòd nihil planè, ut alibi potiùs, quàm Remis studuisse credantur, possit afferri. Imò verò, quod ad Urbanum nominatim spectat, Remis potiùs hic, quàm alibi, studuisse idcircò est dicendus, quòd & Remis aliquamdiu fuisse versatum, & ecclesiæ metropolitanæ canonicum ibidem egisse, aliunde habeatur perspectum, uti apud Ruinartium tom.* 3 *Operum scriptoris hujus & Mabillonii posthumorum videre licet. Atque ita futurum modò spero, ut, qui omnia hactenus adducta ritè expenderit, necesse non esse existimet, ut Sanctus vel ob nominis, quâ inclaruit, celebritatem, vel ob discipulorum, eorumve, quibus speciali modo notus fuerit, multitudinem Parisiis aliquando docuisse admittatur, repugnantibus, quæ suprà in contrarium adduxi, argumentis. At verò, inquies, Sanctus saltem tunc, cùm in solitudinem, sociis nonnullis sibi adjunctis, secessit, Parisiis docuit. Ita enim à scriptoribus non paucis memoriæ proditum existimatumque fuisse invenitur. Ita omninò habet: verùm hi Sancto coævi minimè sunt, nec hæc, quam tenent, placet opinio, tum quòd ex dictis Sanctus nullo unquam tempore Parisiis docuisse, videatur, tum etiam, ac maximè quidem, ex eo, quòd* Bruno, *cùm in eremum secessit, non Parisiis, sed Remis, in pristinum, ac fortè etiam meliorem statum aliquamdiu jam restitutus, summos inter fortunæ secundæ favores commoratus fuerit, uti ex iis præcipuè, quæ num.* 154 *& binis seqq. in medium adduxi, studiosus lector facilè perspiciet.*
F

cui etsi accidisse detur, Sanctus, Parisiis non docens,

173 *Hinc porrò, etsi etiam horrendum illud prodigium, quo doctor Parisiensis, primò se accusatum, secundò judicatum ac tertiò tandem condemnatum, è feretro proclamârit, Parisiis, quod infrà discutiam, reipsa accidisset, veraque, ob quam* Bruno *in solitudinem secesserit, causa exstitisset, hunc tamen tum, cùm illud accidit, ibidem docuisse, admitti idcircò nondum posset. Cùm enim Sanctus, Remis post Manassis archiepiscopi expulsionem in res suas seu facultates pristinas restitutus, civitatem illam non amplius, domicilium alibi fixurus, ante suam in solitudinem discessum reliquisse videatur, consectarium est, ut, si eo tempore, quo dictum prodigium acciderit, seu anno circiter* 1082 *Parisiis docuit, in pristinas suas facultates Remis restitutus tum nondum fuerit, ac proinde, ut in hasce illum, cùm id equidem, antequam in solitudinem secederet, ex dictis sit factum, restitui tandem post præfatum prodigium contigerit. Verùm præterquam quòd Sanctus Remis ante annum* 1082 *pristino statui ac fortè etiam meliori redditus verosimi-*

AUCTORE C. B.

liùs ex dictis fuerit, id post prodigium illud accidisse, idcirco præterea non videtur, quòd, cùm Bruno *in opinione eorum, qui prodigium propugnant, seculo valedicere firmissimè ex hoc statuerit, propositumque, rebus utcúmque compositis, exsecutus fuerit, parùm verosimile appareat, fuisse illum, viso prodigio, passurum, nedum curaturum aut etiam Remos aditurum, ut, quas ibidem sub Manasse amiserat, facultates dignitatesque recuperaret. Quare si pro vero, quod infrà, ut dixi, examinabo, admitti debeat prædictum prodigium, verosimiliùs quidem id ob jam dicta,* S. Brunone, *Parisiis non docente, sed tantùm, sive ut amicos inviseret, sive aliam quamcúmque ob causam ibidem præsente, acciderit.*

sed casu dumtaxat ibidem exsistens adstiterit.

174 *Nec est, cur id cuiquam mirum noviterve confictum videatur; etenim ex ipsomet quinque primorum Cartusiæ Majoris Priorum Chrocico, seu ex edendo, quod in hoc continetur, Sancti nostri (adi § 1) sub Vitæ nomine elogio, antè cujus auctorem doctoris redivivi, quod Parisiis contigerit, prodigium nemo litteris consignâsse putatur, colligendum videtur,* S. Brunonem *ei, cùm casu dumtaxat Parisiis versaretur, adstitisse. Audi, quî, prodigio illo narrato, num.* 5 *loquatur:* Ea tempestate, *inquit,* erat ibi (*Parisiis nempe eo, quo prodigium accidit, loco*) magister Bruno, natione Theutonicus, de civitate Colonia non obscuris parentibus natus, ecclesiæ Remensis canonicus & ibidem scholarum magister in Theologia, qui, suprà scriptis vocibus (*doctoris nempe, sese damnatum, è feretro vociferati*) salubriter territus atque compunctus allocutus est quosdam socios ibi præsentes &c. *Ita antiquior illa Sancti Vita, cujus auctor anonymus* S. Brunonem *utique, si eum, cùm prodigium, quod narrat, Parisiis docuisse existimâsset,* scholarum *non* Remensium, *uti verbis recitatis facit, sed* Parisiensium magistrum *vocaturus fuisse videtur, cùm de re, quæ & Parisiis gesta sit, & quæ ibidem à Sancto docente fuisset conspecta, sermonem instituat. Quòd autem non tantùm Puteanus, aliique, qui seculi* XVI *initio floruerunt,* S. Brunonis *biographi, verùm etiam seculi* XIV *&* XV *scriptores, infrà laudandi inveniantur, qui Sanctum nostrum eo ipso tempore, quo prædictum prodigium Parisiis contigisse, memorant, ibidem docuisse, memoriæ prodant, aut certè eo loco, quo id faciunt,* scholarum Parisiensium magistrum *appellent, fuisseve innuant, factum reor ex eo, quòd, cùm prodigium istud Parisiis contigisse aut alicubi legissent, aut traditione secum communicata accepissent, Sanctum inde, utpote quem simul præsentem prodigio adstitisse, scholarumque magistrum egisse invenirent, ibidem tunc docuisse judicârint, etsi interim id apud scriptores Sancto vel synchronos vel etiam dumtaxat subæquales litteris consignatum non reperirent.*

§ IX. An à Guiberto de Novigento vera S. Brunonis in solitudinem secessûs causa assignetur, & an ad hunc præter emissum monachici habitus induendi votum ratione alia graviori Bruno indiguerit.

Quos Guibertus narrat, improbi Manassis mores

LAunoius, *qui edita de vera causa secessûs* S. Brunonis *in eremum Dissertatione prodigiosam doctoris Parisiensis anastasim commentis accenset, veram conversionis seu secessûs* S. Brunonis *in eremum causam à Guiberto de Novigento, auctore coævo, lib.* 1 *de Vita sua, cap.* XI *tradi affirmat. Integrum Guiberti textum, quem Launoius hunc in finem Dissertationis laudatæ cap.* 1, § 4 *recenset, huc non transcribo, sed ea dumtaxat illius verba, quæ ad conficiendum, quod Launoius vult, facere utcúmque queunt. Sunt autem hæc:* Fuit non longè ab his diebus Bruno quidam in urbe Remensi vir & liberalibus instructus artibus & magnorum studiorum rector, qui conversionis initia ex subjecta nactus occasione dignoscitur. Manasses quidam post Gervasii famosissimi archiepiscopi decessum prædictæ urbis regimini simoniacè se intrusit, vir quidem nobilis, sed nihil prorsus serenitatis, quæ prima ingenuitatem decet, habens. Tantos enim fastus ex illa novitate conceperat, ut regias peregrinarum gentium majestates, imò majestatum ferocitates imitari videretur.... Is igitur cùm milites summopere affectaret, clerum negligeret, dixisse aliquando refertur; "Bonus, ait, esset Remensis archiepiscopatus, „si non Missas inde cantari oporteret.„ Hujus ergò mores prorsus improbos, & stupidissimos habitus cùm omnis honestus horreret, Bruno tunc in ecclesiis Galliæ opinatissimus cum aliis quibusdam Remensium clericorum nobilibus infamis illius odio excessit ab urbe, *Remensi nimirùm.*

Secessûs Sancti in eremum, uti rationes,

176 *Hactenus Guibertus; verùm anne ita veram, quâ* S. Bruno *in eremum pulsus fuerit, causam commemorat? Ita omninò, ut dixi, autumat laudatus Launoius, ac præcipuè quidem tum, quòd ex ejus opinione Sanctus noster, cùm ob improbos Manassis mores Remis excessit, statim sese in eremum receperit; tum quòd, ut putat, Sancti ex urbe Remensi discessum habita ab eo, quam suprà jam memoravi, cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo de falsis mundi oblectationibus collatio præcesserit. Verùm nec Sanctus, cùm Remis ob improbos Manassis mores excessit, statim sese in solitudinem abdidit, nec illius ex urbe Remensi discessum collatio memorata præcessit. Utrumque è solis ferè suprà jam dictis satis liquet. Ac primò quidem cùm Sanctus, ut num.* III *dilucidè probavi, anno* 1076 *aut sequenti Manassis vitandi causâ Remos deseruerit, certéque, uti infrà ostendam, ante annum* 1081 *in eremum, seculo relicto, non abierit, mox hoc illum à suo ex urbe Remensi ob improbos Manassis mores excessu non fecisse, manifestissimum est. Et verò*

A *verò Sanctum non niſi poſt Manaſſis archiepiſcopi è ſede Remenſi expulſionem, ſeu paulò poſt annum* 1080, *quo hæc accidit, in eremum ſeceſſiſſe, ab ipſomet Guiberto loco ſuprà cit. etiam indicari, volunt nonnulli. Ita autumant, quòd hic, poſtquam verbis proximè recitatis ſubjunxit,* Quem (*Manaſſem archiepiſcopum*) poſtmodùm proceres, clerus atque burgenſes, cùm ab Hugone (qui Dienſis agnominabatur) archiepiſcopo (*Lugdunenſi ſcilicet poſtea creato*) Apoſtolicæ Sedis legato, viro in fœnore juſtitiæ clariſſimo, creberrimo anathemate feriretur, & ille manu militari theſauros Eccleſiæ dilapidare niteretur, à ſede, quam malè obſederat, pepulerunt, *ita deinde, nonnullis, quæ, quamquam Manaſſem reſpiciant, huc tamen minùs faciunt, interpoſitis, proſequatur:* At Bruno; urbe (*Remenſi ſcilicet*) deſerta, ſæculo etiam abrenunciare proponit, qui ſuorum notitias horrens ad Gratianopolitanum proceſſit territorium; *verùm illis hâc in re, uti infrà docebo, aſſentiendum non eſt.*

B *hîc adducta,* 177 *Nihil interim, etſi id ita ſit, contra nos etiam hîc facit, quod loco cit. Launoius præterea addit de clericis Remenſibus, cum Sancto ob improbos Manaſſis mores è civitate Remenſi egreſſis, qui, nî tunc* Bruno *in eremum ſeceſſerit, diu eum, quocúmque concederet, comitari debuerint, Deumque interea, à quo converterentur, atque in eremum cum Sancto pellerentur, è machina exſpectare; in eremum enim cum Sancto, uti apud nos tom. 1 Aprilis, pag. 40, num. XI in S. Hugonis, Gratianopolitani epiſcopi, Vita Guigo, quintus Carthuſiæ Majoris Prior, teſtatur, conceſſerunt magiſter Landuinus, Lucæ in Hetruria (adi apud Labbeum tom. 1 Bibliothecæ novæ Mss. pag. 639 quatuor primorum, cujus num. 6 notitiam dedi, Carthuſiæ Majoris Priorum Chronicon) mundo natus, Stephani duo, Burgenſis & Dienſis, Hugo capellanus & duo laici ſeu converſi, Andreas & Guarinus; horum autem nullus è nobilibus illis Remenſibus clericis, qui cum Sancto ob improbos Manaſſis mores Remis exceſsêre, exſtitiſſe invenitur. Quod modò ad collationem, à Sancto cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo habitam, pertinet,* Brunonis *hanc ex urbe Remenſi ob improbos Manaſſis mores diſceſſui non præviſſe, ſatis ſuperque, quæ num. 125 & ſeqq. in medium adduxi, evincunt; ibidem interim dictis Guibertus de Novigento loco proximè cit. etiam ſuffragatur, utpote narrationi, quâ Sancti ex urbe Remenſi ob improbos Manaſſis mores diſceſſum refert, poſt pauca interpoſita, quæ huc non faciunt, ſubjungens,* At Bruno, urbe (*Remenſi nempe*) deſerta, ſæculo etiam abrenunciare proponit.

C *oſtendunt, cauſa non fuerunt,* 178 *Jam verò cùm Sanctus nec ſtatim à ſuo ex urbe Remenſi ob improbos Manaſſis mores exceſſu in eremum abierit, nec hunc habita cum Radulpho & Fulcio, in qua hi cum* Brunone *monachici habitus aſſumendi votum emisêre, collatio præceſſerit, quis improbos Manaſſis mores pro vera, ob quam Sanctus in eremum ſeceſſerit, cauſa admittat? Sanè, ut hoc fiat, minimè favet Guibertus. Licèt enim verbis ſuprà recitatis affirmet, ſanctum* Brunonem converſionis initia nactum fuiſſe ex occaſione *improborum morum Manaſſæ; hoſce tamen, ob quam Sanctus in eremum ſeceſſerit, perfectéque ſeſe converterit, cauſam exſtitiſſe, non edicit. Imò verò contrarium innuit, cùm improbos Manaſſis mores converſionis Sancti initiis occaſionem dediſſe, dum-*

taxat tradat, hæcque ab ipſâ converſione perfecta ſint diverſâ. Ut veritati conſonâ ſcripſiſſe intelligatur Guibertus, res ita concipienda videtur. Bruno, *Remis ob improbos Manaſſis mores excedere compulſus, fortunam maximè adverſam, quâ premente, de Deo cogitare vitæque emendationem concipere mortales potiſſimùm ſolent, fuit expertus, hincque factum, ut cum Radulpho & Fulcio Monoculo celebrem, in qua ſeſe brevi monachicum habitum aſſumpturum, vovit, collationem habuerit. Sic quippe cùm votum illud completæ à Sancto poſtea converſionis initiorum loco meritò ſit habendum, collationique, in quâ idem votum fuit emiſſum, improbi Manaſſis mores occaſionem dederint, rectè ſcripſiſſe intelligitur Guibertus, Sanctum noſtrum ex improborum Manaſſæ morum occaſione converſionis ſuæ initia nactum fuiſſe, ſive interim ex voto illo ſeu ex collatione, in qua hoc fuit emiſſum, factum tandem ſit, ut Sanctus novam Carthuſianorum religionem inſtituerit, ſive nova ratione accedente ad id faciendum fuerit impulſus.*

E *hæc, ut novam Bruno Religionem inſtitueret, ex illius, imi hîc*

179 *Et* Brunonem *quidem è dicta collatione occaſionem novæ ſuæ Religionis inſtituendæ accepiſſe, Launoius in ſua de vera* S. Brunonis *in eremum ſeceſsûs cauſa Diſſertatione cap.* 1, § III *contendit; verùm contrà ad novi Carthuſianorum Ordinis inſtitutionem nihil omninò collationem illam contuliſſe, Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor anonymus putat, Operis ſui num.* 89 *hunc in modum Launoio, illud contendenti, reſpondens:* Ibi ... (*in Epiſtola ſcilicet* S. Brunonis *ad Radulphum Viridem per verba, num.* 125 *huc tranſcripta*) ſanctus Bruno non loquitur de conſilio fundandi alicujus novi Ordinis, ſed tantùm de voto recipiendi monachicum habitum. Quidam adverſarius hanc forſan irridebit diſtinctionem, quæ nihilominus faciliùs, quàm illa (*obſervata nimirum à Launoio in* Brunonis, *quæ proximè laudavi, verbis*) inſtituendæ Carthuſianorum Religionis occaſio, obſervabitur à quovis attentiùs & ſine animi motu verba ſancti Brunonis conſiderante. "Promi-
„ſimus,„ inquit, "ac vovimus Spiritui Sancto
„in proximo fugitiva ſeculi relinquere & æterna
„captare, nec non monachicum habitum reci-
„pere.„ Quis non videat aliud eſſe vovere habitum monaſticum aſſumere, aliud inire conſilium condendæ novæ Religionis? Cumque ſtatim addat, "quod (votum) & in vicino pera- F
„ctum eſſet, niſi tunc Fulcius Romam abiiſ-
„ſet;„ his verbis ſatis innuit, eos tantùm cogitâſſe de monaſtico habitu induendo, non in novo, quem inſtituerent, Ordine, ſed in aliquo alterius Ordinis monaſterio.

Carthuſianus anonymus

180 Si enim de nova religione in hâc egiſſent collatione, hujuſmodi conſilium tam citò ad effectum perducere non potuiſſent, ut revera non perduxerunt, cùm priùs multa ſibi diſponenda fuiſſent ad tantum opus perficiendum, ut ſunt genus & modus vitæ, habitus, ædificia quantúmvis humilia, locus imprimis ad propoſitum idoneus & alia hujuſmodi non pauca tam circa temporalia, quàm ſpiritualia, ad novam Religionem ritè inſtituendam abſolutè neceſſaria. Præterea ex contextu verborum ejuſdem Epiſtolæ clarius ſole apparet, totum hoc propoſitum, in hac collatione ſuſceptum, ſucceſſu temporis ad nihilum recidiſſe, ut ipſemet beatus Vir ingenuè fatetur his verbis: "Quod in vicino per-
„actum eſſet, niſi tunc Fulcius Romam abiiſ-
„ſet, ad cujus reditum peragenda diſtulimus.

AUCTORE C. B.

„Quo moram faciente aliisque intervenientibus „cauſis, divinus amor elanguit, refriguit ani„mus, fervorque evanuit.„ Quid dici potuit evidentiùs? Quid enim eſt dicere, quòd "divi„nus amor elanguit, refriguit animus, fervor„que evanuit, „ niſi apertè dicere, quòd non ſolùm tunc non abrenunciaverunt ſeculo, ſed etiam quòd Radulphus & Fulcius abrenunciandi conſilium abjecerunt; ſanctus verò Bruno illud in aliud tempus rejecerit? Quod apertiùs per illa verba, "Fervor evanuit, „ ſignificatur, & adhuc apertiſſimum fit, ſi conſideremus, ſanctum Brunonem non cum his, quibuſcum collationem habuerat & voverat, ſed cum ſex aliis, qui non interfuerant collationi, ſeculo valedixiſſe.

meritò contendit, collatione cum Radulpho eſt factum,

181 Nec prodeſt cum Launoio reponere, "ſanctum Brunonem non de ſua loqui, ſed de „Radulphi procraſtinatione.„ Nam in plurali numero locutus eſt Bruno, "ad cujus re„ditum peragenda diſtulimus, „ ut daret intelligi, non Radulphum ſolum, ſed ſe etiam cum eo diſtuliſſe, ac proinde fervorem etiam ad tempus tunc evanuiſſe: nam ſubdit: "Quo B „moram faciente aliiſque intervenientibus cau„ſis, divinus amor elanguit &c.„ Sed ut adhuc hujus rei veritas manifeſtior fiat, habenda eſt ratio temporis, quod à dicta collatione dilapſum eſt uſque ad annum, quo ſanctus Bruno in ſolitudinem ſeceſſit. Siquidem conſtat, & id maximè, ſi Remis hæc collatio habita eſt, ut extra dubium eſſe vult Launoius; conſtat, inquam, inter eam & ſancti Brunonis ſeceſſum (*ſi nempe, quod infrà diſcutiendum, anno* 1084 *primùm meliori vitæ ſe dederit*) effluxiſſe octo aut decem annos. Nam ſuperiùs vidimus, ſanctum Brunonem Remis expulſum fuiſſe circa annum MLXXVI, & in ſubjiciendis probabimus, eum Religionem ſuam (*in Carthuſiæ eremum anno* 1084 *illum ſeceſſiſſe, infrà probabitur*) inſtituiſſe anno MLXXXIV vel anno MLXXXVI, ut ipſemet Launoius poſt Baronium ſcripſit. Ergò quidquid reclamet contra clariſſimum Sauſſæum Launoius, Brunoni emiſſum votum exſolvere differenti & procraſtinanti opus fuit fortiori incitamento, quo vocationi divinæ tandem obſequeretur. Et illud fuit damnati hominis horribile ſpectaculum, quo tandem animitus concuſſus non ſolùm de monaſtico recipiendo cogitavit habitu, ſed ad ſublimiora à Deo vocatus novum amplectendi genus vitæ aſperrimæ conſilium iniit, & feliciter complevit. *Hactenus ille, in collatione, quam Sanctus cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo de falſis mundi oblectationibus æternúmque duraturis cœli gaudiis habuit, de novo inſtituendo ordine actum non fuiſſe, meritò ſanè contendens, ut proinde illa non exſtiterit novi inſtituendi Ordinis occaſio, aut certè non niſi valde remota; imò verò ut votum, in eadem emiſſum, ne ullam quidem Sancto novæ magiſque auſteræ vitæ, qualem in Carthuſiæ ac deinde in Calabriæ eremis duxit, amplectendæ obligationem imponere quoquo modo potuerit.*

etſi interim ad voti, in ea emiſſi, exſolutionem fortiori, quàm

182 *Verùm* Brunoni, *quod in fine ait, Deo* exſolvere, *quod in collatione illa promiſerat ac voverat*, differenti fortiori, quo vocationi divinæ tandem obſequeretur, incitamento opus fuiſſe, *neutiquam placet. Etſi enim reipſa Sanctus, quod in præfata collatione, anno ex ſuprà dictis* 1077 *veroſimillimè habita, promiſerat, ad annum ut minimùm* 1081, *uti infrà probabo, ac proin, ſi non octo aut decem annis, longo ſaltem temporis ſpatio implere diſtulerit, non video tamen, cur ad votum implendum, novo accedente fortiori efficaciorique incitamento debuerit impelli. Cùm enim voti emiſſi Sancto indubiè in mentem ſubinde venerit, cur ad id implendum moveri nequierit ſolis iis rationibus, quibus Radulphum Viridem, ut eidem voto ſatisfaciat, in ſua ad hunc epiſtola hortatur? Graviſſimæ ſanè hæ erant, atque ad arguendam Radulphi cunctationem, animumque ad promptam voti exſolutionem excitandum aptiſſimæ. Inculcabat ſcilicet Sanctus præcipuè diſtrictam voti exſolvendi obligationem, cui non ſatisfaciens Radulphus pœnas erat incurſurus æternas. Audi, quî Radulpho loquatur.* Quamquàm, *inquit*, longo terrarum tractu, & prolixiore temporis ſpatio corpora ab invicem ſejuncta ſunt, animus tamen benevolentiæ tuæ ab amico avelli non potuit. *Et, paucis interpoſitis, ita proſequitur:* In finibus autem Calabriæ cum fratribus religioſis, & aliquot bene eruditis eremum incolo ab hominum habitatione ſatis undique remotam; *ac deinde, nonnullis iterùm interjectis, ait:* Quam (*contemplationem videlicet*) tu, frater cariſſime, utinam unicè diligeres, ut ejus amplexibus fotus divino caleres amore. D E

Sancti ad Radulphum Epiſtola

183 *Et paulò poſt:* Fuge ergò, frater mi, fuge has moleſtias & miſerias omnes, & transfer te à tempeſtate hujus mundi in tutam & quietam portûs ſtationem. *Ac iterum poſt:* Quapropter operæ pretium eſt, diligenti examinatione prudentiam tuam iſta perpendere; quòd ſi amor Dei te non invitat, tantorum præmiorum utilitas te non provocat, ſaltem neceſſitas & timor pœnarum ad hoc compellere debet. Scis namque, qua ſponſione obligatus es, & quàm omnipotens ac terribilis ſit, cui temetipſum munus gratum & omninò acceptabile devoviſti, cui nec mentiri licet, nec expedit. Nec enim patitur, ſe injuſtè irrideri. *Sequuntur modò verba, num.* 125 *huc tranſcripta, quibus, de qua hîc, collatio votumque in hac emiſſum continetur, ac deinde, nullis præterea intermediis, hæc ſubduntur:* Quid ergò ſupereſt, cariſſime, niſi à tanti debiti nexibus te citiùs expedire, ne pro tam gravi tamque diuturno mendacii crimine iram incurras Potentiſſimi, & propter hoc cruciatus immanes. Quis namque inultum relin- F queret, ſe à quolibet ſibi ſubdito defraudari munere promiſſo, maximè ſi id magnæ foret ſibi æſtimationis & pretii. Quapropter cede, non mihi, ſed Prophetæ, imò Spiritui Sancto dicenti, "Vovete & reddite Domino, Deo ve„ſtro, omnes, qui in circuitu ejus affertis mu„nera, terribili & ei, qui aufert ſpiritum „principum, terribili apud reges terræ.„ Cur hæc omnia inculcat Spiritus Dei, niſi ut te voventem perurgeat reddere, quod voviſti?

ſuppeditæ, incitamento non indigueri,

184 *Hîc Radulphum, ne propter divitias, dignitates, & maximè archiepiſcopi, quâ pollebat, gratiam* à tam ſublimi declinet ſponſione & divina revocetur charitate, *graviſſimè monet, ac deinde poſt pauca ſubjungit:* Utinam non aſperneris amicum monentem; utinam non ſurda aure audias verba Spiritûs Dei; utinam deſiderio longæque exſpectationi meæ ſatisfacias, dilectiſſime; ne diutiùs crucietur pro te anima mea curis ſolicitudinibuſque atque timore. Nam ſi venerit (quod Deus avertat) te priùs, quàm debiti votum ſolveris, ab hac recedere vita, me con-

AUCTORE C. B.

A continuâ tristitiâ sine aliqua spei consolatione tabescentem relinques. *Ac tandem sub finem Epistolæ addit:* Fraternitatem tuam diu incolumem memorem consilii nostri, nec voti immemorem vigere, sedulus exopto. *Hæc sunt incitamenta, hi stimuli, à* Brunone, *quò Radulphum ad voti, quod in collatione cum eo habita emiserat, solutionem pertraheret, studiosè sanè ac industriè adhibiti, quibus majeres acrioresque, ut idem votum exsolveret, Sanctum nostrum, cui indubiè illius identidem recurrebat memoria, opus habuisse, quis edicat?* Bruno *itaque fortiori, quàm quod voti emissio ortaque hinc obligatio asferebat, incitamento, ut monachum indueret, sicque votum monachici habitus assumendi exsolveret, neutiquam indiguit. Verùm an idem etiam de nova magisque austera, quam in Cartusia ac deinde in Calabria tenuit, vitæ norma dicendum?*

uti nec ad magis austeram, quam in Cartusiæ duxit, vitam.

B 185 *Cùm Sanctus, uti infrà docebo, aliquanto temporis spatio, antequam in Cartusiæ eremum secederet, in Siccæ-fontanæ deserto monachum seu, si mavis, eremitam verosimiliter egerit, fieri potest, ut ibi, concepto paulatim majori divini amoris æstu, auctoque hinc pœnitentiæ agendæ desiderio, vitam magis austeram ductarus cum aliis, quibus eamdem voluntatem inspirârat, in Cartusiæ eremum sese receperit. Fieri etiam potest, ut eò post emissum habitus monachici assumendi votum, nulla planè alia accedente causa, sese idcircò contulerit, quòd ob dilatam diu voti exsolutionem rigidiori magisque austero vitæ genere divinæ bonitati, quam hinc offensam putârit, satisfacere voluerit. Quare nec novo fortiorique, quàm esset voti emissi religio, Sanctus noster, ut in Cartusiæ eremum, seculo relicto, secederet, incitamento indiguisse videtur. Verùm etsi id ita sit, neutiquam tamen consequens est, ut reipsa ad emissum monachici habitus assumendi votum fortior efficaciorque, quo tandem in Cartusiæ eremum pulsus fuerit, stimulus non accesserit. Atque id quidem horrendo celeberrimi Parisiensis doctoris, qui, ad tempus redivivus, sese à divina Justitia damnatum, è feretro proclamârit, spectaculo factum traditur à nonnullis; quibus proinde an assentiendum certò sit, nunc indagandum; ut autem hanc non parvi momenti rem, quæ seculi proximè elapsi eruditorum plurium ingenia calamosque exercuit,*

C *aptè disputiam, totum de ea, ut distinctè magis ordinatèque procedam, tractatum in diversos articulos seu §§ dispertiar, nec rarò, quæ differenda venient, ipsismet, cùm commodè fieri id poterit, Carthusiani anonymi, qui Annalium Ordinis sui librum quartum hactenus non vulgatum contexuit, verbis exprimam, tum ut Operis hujus, cujus desiderio non neminem teneri intelligo, specimina quædam exhibeam, tum ne fortè eorum, quæ ad doctoris Parisiensis anastasim probandam in illo afferuntur, magnique fieri intelligo, vim imminuisse existimer. Ab iis, quæ seculis binis proximè elapsis hùc fasientia evenêre, duco exordium.*

§ X. An doctoris Parisiensis anastasis, quâ Bruno fuerit conversus, seculo præterito, quòd pro falsa haberetur, è Breviario Romano fuerit expuncta, & qui hanc vel tunc, vel antè arrodere primùm inceperint, & qui hisce contrà sese opposuerint.

Doctoris Parisiensis anastasis, quæ, quamvis à Renato Benedicto

S *Eccessui* S. Brunonis *in Cartusiæ eremum seu causam seu occasionem præbuisse doctoris Parisiensis, qui suam proprio ore damnationem è feretro adstantibus denunciârit, luctuosissimam illam ac notissimam historiam, longissimo sanè annorum spatio creditum jam fuerat, cùm tandem seculis binis proximè elapsis inventi sunt, qui illam aut in dubium revocare, aut etiam conquisitis undecúmque argumentis impugnare sunt ausi. Ac* primus *quidem*, quod sciamus, qui eam (*ipsa sunt suppeditata ab Annalium Cartusiensium libri quarti auctore anonymo verba*) in dubium cœperit revocare, fuit Renatus Benedictus (*imò verosimiliùs, uti infrà docebo, secundo tantùm loco mox hîc nominandus Papyrius Massonus*) vel alius, qui ejus nomine Legendam Sanctorum, Gallica veste donatam, circa elapsi proximè seculi occasum (*id est, cùm hæc seculo præterito scripta sint, ante annum* 1600) publicavit, qui in Vita sancti Brunonis ad marginem è regione illius narrationis adscripsit, "Guigonem nihil ejus„modi habere in Vita sancti Hugonis episcopi, „ & insuper," clericos Parisiensis ecclesiæ his refraga„ri.„ Unde sentimus, huic historiæ numquam quemquam refragaturum, si de canonicatu Parisiensi mentio non irrepsisset in meram rei gestæ narrationem, quòd unicum & solum postea fuisse videtur totius seminarium discordiæ. Utrùm verò ille homo canonicus vel doctor fuerit, inferiùs dicemus. Secundus, qui huic dubietati succinuit, fuit Papyrius Massonus, qui obiit anno MDCXI, vir accuratioris literaturæ.

E

F 187 Hic lib. 3 Annalium Francorum, pag. CCXXXII agens de tempore fundationis Ordinis Cartusiensium, postquam pauca de sancto Brunone & Landuino retulit, hæc verba subdit: "Petrus Cluniacensis, cognomine Mauriacensis, „qui Crasso & Ludovico vixit, Ordinis hujus „auctores Brunonem & Landuinum nominat, „cúmque originem, institutum ac mores Car„tusianorum accuratissimè describat, nullam „mentionem canonici Parisiensis facit, qui in„ter solemnes inferias dicitur respondisse mor„tuus.„ Hæc ille, cujus totum dubium videtur verti circa silentium Petri & canonicatum damnati hominis. Sed & Renati Benedicti, & Massoni animadversiones non tanti fuêre ponderis, ut potuerint impedire, quo minùs summus Pontifex Gregorius XV, indicto per universam Ecclesiam sancti Brunonis festo, singulis annis à quibuscúmque clericis & religiosis colendo, ejus Officium componi & à sacra rituum Congregatione recognitum & approbatum in Breviario Romano apponi (*anno scilicet* 1623) præciperet, cujus secundi Nocturni tres Lectiones

atque etiam à Massono in dubium fuisset vocata,

AUCTORE C. B.

nes ex ejus Vita desumptæ sunt, quarum secunda totam hanc continet anastasim sub nomine cujusdam magistri, nulla facta specifica mentione doctoratûs vel canonicatûs.

Urbani VIII jussu Breviario Romano fuerat inserta,

188 Urbanus quoque octavus, Gregorii successor, novo decreto Officium sancti Brunonis cum narratione stupendæ historiæ Breviario Romano inseri voluit, ut testatur clarissimus Sausseius in Epistola didascalica his verbis: "Prodiit interim „in lucem Breviarium Romanum, cui ex Ur„bani VIII decreto Officium sancti Brunonis re„cèns insertum fuerat. In hoc narratio illa, bre„vi quidem, sed aperta continebatur serie. At „Parisiensi Breviario tum recognoscendo ego „cum aliis illustrissimi domini archiepiscopi & „venerabilis capituli delegatis operam impende„bam. Institerunt hac occasione Cartusiani Pa„risienses, ut sancti Brunonis festum ac Officium „die ejus natali consignaretur, siquidem in Bre„viario nostro hactenus locum non habuerat. „Honestæ eorum postulationi visum est conce„dendum. Ascriptus fuit igitur sanctus Bruno „Lutetianis Fastis, sed eo pacto, ut narratio-
B „nis prædictæ in Officii ejus lectionibus neuti„quam mentio fieret, quam suppressam paulò „pòst etiam videre licuit in Romano divinorum „Officiorum codice.„ Hæc ille, in cujus verbis detegitur vera totius discordiæ causa, quam diximus suprà, nullam aliam fuisse, præter mentionem de canonicatu factam in quibusdam hujus historiæ narrationibus.

ex eodem deinde

189 Posthac, revolutis aliquot annis, Joannes Launoius ultimam doctoratûs lauream rectè ambiens, typis edita thesi, palàm, stimulante Marsya viro doctissimo, in scholis theologicis asseruit, "Quidquid de defuncti docto„ris trina è feretro emissa voce vulgatum fue„rat, esse totum fictitium & commentitium, „denique anilem fabulam.„ Astantibus placuit: nam

Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.

Non inde tamen, (ut vera sanaque loquamur) sed ex aliis excellentis eruditique ingenii datis speciminibus cupità meritò donatus est laureâ. Qui, sibi complacens ex approbata contra redivivi historiam thesi, hanc validiori stabiliturus argumentatione adiit Romam. Ibi, quibus potuit, viis & laboribus institit, ut illud prodigium è Romani Breviarii lectionibus abscinderetur, simulans maximè ex eo, quòd in acce-
C ptatione festi sancti Brunonis Parisiis actum fuerat, clerum & Cartusienses Parisienses id expetere. Hæ sunt artes, quibus ad id obtinendum eum fuisse usum, ei exprobrat (*pag.* 114 & 115) auctor (*Theophilus Raynaudus nimirùm*) Herculis Commodiani his verbis: "Et potuit, „ inquit, "recisioni illi facilitatem accersere, quòd „tu, qui præsens aderas, quibus nôsti artibus, „& præsertim magno fragore Parisiensis cleri & „academiæ infamiam, & abs te conficta civita„tis regiæ vota, ut ea narratio, etiamsi vera es„set, præteriretur, urgebas. Hoc postremum „docuerunt litteræ tuæ. Priora, quæ germanis„simam mutationis (*in Officio nimirum* S. Brunonis *factæ*) "causam continent, & aliis & mi„hi sapientissimus è Congregatione rituum the„ologus liquidò confirmavit.„ Et paulò pòst: "Dicendum alibi, quis te Parisiensis Romæ ju„verit, faciens ut persuasum haberetur, Patres „Cartusianos expunctionem hujus narrationis è „Breviario expetere &c.„

190 Qui sacræ rituum Congregationi præerant, totius Breviarii jussu Urbani VIII, *qui tamen antea* (*vide num.* 188) *Officium* S. Brunonis, *doctoris Parisiensis anastasim complectens, Breviario Romano inseri jusserat*, tunc incumbentes recognitioni, viri religiosi & incorruptæ integritatis, non Launoii artibus decepti, sed sapientioribus inducti rationibus, non hujus solùm historiæ narrationem, sed & egregiam illam piissimamque fidei confessionem, ab ipso Brunone morti proximo prolatam & tertiæ secundi Nocturni lectioni jussu Gregorii XV insertam, simul ex eodem Breviario, sicut & multa alia ex aliis aliorum Sanctorum lectionibus expungi curaverunt. Hi postea à Christophoro Puteano, Cartusiæ Romanæ Priore, nomine reverendi Patris Cartusiæ Prioris & totius Ordinis ministri generalis, oblato libello supplici, interrogati de hujusmodi recisione tale dederunt responsum, teste Theophilo Raynaudo, "Mentem sacræ Congregationis numquam „fuisse, improbare aut in dubium vocare narra„tionis hujus veritatem; sed consultius visum „esse, eam expungere, quòd mos Ecclesiæ fe- E
„rat, in sacris Officiis Sanctorum, qui religio„sas familias instituerunt, recensere eorum Vi„tas, non causas, ex quibus ad instituendum „Ordinem suum fuerint impulsi.„ Et post pauca addit, à viro sapientissimo, Romæ tunc morante, accepisse: "Cùm aliunde breviandæ es„sent lectiones Officii sancti Brunonis, nihil oc„curriss̃e, quod minori incommodo removeri „posset. Cæterùm sacram Congregationem de „convellenda ejus narrationis veritate, vel de „ea depretianda ne cogitâsse quidem.„

fuit expuncta, quod tamen idcircò,

quòd falsa putaretur,

191 Non absimile quid paulò antè testatus fuerat Bartoldus Nihusius, scribens ad amplissimum virum Andream Sâussæium (*adi, quam didascalica hujus Epistola, Coloniæ Agrippinæ anno* 1645 *excusa in fronte præfert, Epistolam*) his verbis: "Scisitatus fui Romæ per Janum „Nicium Erythræum è sacra Congregatione, „quæ Ritibus dirigendis invigilat ac præest, „quid illa censeret. Et ecce, respondetur, ne„quaquam istud, quod diximus, è Breviario „summotum, quòd judicaretur esse fabulosum, „sed alia de causa.„ Hæc autem causa disertè ac liquidò proditur in libro, in Vaticana bibliotheca asservato, de rebus in Romani Breviarii recognitione mutatis; ubi inter acta congregationis, habitæ die Jovis XVI Januarii MDCXXXI, hoc decretum legitur: "Fuit resolutum, quòd F
„de lectionibus S. Brunonis amoveatur illud, „quod ponitur fuisse causam suæ conversionis „ob majorem brevitatem, & quia nihil facit ad „sanctitatem S. Brunonis.„ Hæc ex citato libro desumpta sunt ab erudito viro Emanuële Schelstratio, ejusdem bibliothecæ Vaticanæ præfecto, ad instantiam V. P. procuratoris generalis Ordinis nostri, à quo & ad nos nuper transmissa sunt. Non igitur, quòd fabulosa censeretur, uti conabantur persuadere, qui correctionem urgebant, hæc historia è Breviario Romano expuncta est, sed ob majorem brevitatem, & quia nihil faciebat ad sanctitatem sancti Brunonis. Nec propterea sacræ Congregationis mens fuit prohibere, ne, qui vellent, eam suis Breviariis insererent.

quòd falsa putaretur,

factum non esse,

192 Quam ob rem postea, nempe annis MDCXLVIII & MDCLII Breviariis Lutetiæ Parisiorum editis "Apud societatem typographicam „librorum Officii ecclesiastici, ex decreto Con„cilii Tridentini imprimendorum, „ restituta est,

AUCTORE C. B.

A est, nullo reclamante. Hæc necessariò præfanda duximus, ut lector prænoneretur, non debuisse à doctore Launoio asseri, è Lectionibus sancti Brunonis solummodò deletum fuisse, quidquid ad illud prodigium spectabat, aliamque nullam potiorem causam summovendi aliquid è Breviario ecclesiasticis præscribi regulis, præterquam deprehensam falsitatem; quandoquidem, ut jam vidimus, celeberrima illa Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia professio, à sancto Brunone facta sub mortem, ab ipsis sacræ Congregationi præpositis etiam sublata est, quam nemo ita vecors erit, ut sentiat idcircò deletam fuisse, quòd falsa sit, ut prudenter ante nos monuit Joannes Columbi Societatis Jesu, *in sua scilicet, in qua præterea num.* 94 *& seq. nonnulla, quæ verbis jam recitatis Annalium Cartusiensium libri quarti auctor anonymus, in medium adducit, de Cartusianorum initiis Dissertatione num.* 8 *sic scribens:* Iidem (*Romani sacræ rituum Congregationis*) censores sustulerunt è Breviario celeberrimam illam Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia professionem, à Brunone factam

B sub mortem, quam nemo ita vecors erit, ut sentiat idcircò deleviſſe, quòd falsa sit; qui enim Turre in Calabria morienti astiterant, scripserunt ad socios in Cartusiâ commorantes, & alios toto orbe monachos moriturum in hæc verba locutum esse: "Credo panem & vinum, „quæ consecrantur in altari, esse post consecra„tionem verum corpus Domini nostri Jesu Chri„sti & verum Sanguinem.„

indubitatum apparet, etsi interim,

193 *Hæc Columbius, & post hunc Cartusianus anonymus proximè laudatus; è quibus sanè, aliisque à posteriori hoc scriptore suprà adductis, luctuosam doctoris damnati historiam, quòd falsa putaretur, è Breviario Romano non fuisse seculo præterito expunctam, indubitatum apparet. Verùm, etsi id ita sit, reliqua tamen omnia, quæ verbis recitatis idem Cartusianus anonymus tradit, veritati tam certò non consonant. Ac primò quidem, quòd ad scriptores, Parisiense doctoris ad tempus redivivi prodigium in dubium revocare primùm aggressos, pertinet, perperam verosimiliùs hos inter Renato Benedicto locum primum, Massono dumtaxat secundum concedit. Etsi enim Massonus anno demùm* 1611 *vitam cum morte commutârit, suos tamen Francorum Annales, in quibus animum illa de re dubium declaravit, anno*

C 1578 *in lucem typis emisit, cúmque Renatus Benedictus arti criticæ parum dederit, verosimilius apparet, è Legendâ, num.* 186 *laudatâ, editionibus, non priori, quæ anno* 1577, *ipsomet curante Renato, prodiit, sed posterioribus dumtaxat, anni nempe* 1585, *solique penes me exstanti anni* 1593, *quas alii curavêre, Notulam, num.* 186 *memoratam, in margine fuisse adjectam. Deinde verò, cùm* de Lectionibus S. Brunonis illud, quod conversionis ejus causam fuisse ponitur, *anno* 1631, *uti è verbis, num.* 191 *datis, intelligitur, è Breviario Romano* fuerit amotum, *non satis capio, quî iter, quod Launoius, ut idipsum è Breviario expungendum curaret, Romam suscepit, differri etiam, ut verbis num.* 189 *recitatis fit, possit in tempus, quo is damnati doctoris Parisiensis historiam, veluti commentitiam ac anilem fabulam jam traduxerat thesi publicè propositâ, quod anno circitèr* 1635 *factum, ipsemet innuit in Præfatione, quam suæ de vera causa secessûs* S. Brunonis *in eremum anno* 1646 *typis primùm datæ Dissertationi præmisit. Adhæc etsi Gregorius XV, cùm sacra Rituum Congregatio* S. Brunonis *Officium, doctoris Parisiensis anastasim complectens, anno* 1622 *approbâsset, anno sequenti, ut de eo Officium semiduplex ab omnibus ubique fidelibus recitari liberè ac licitè posset, datâ Bullâ concesserit ac indulserit, illud tamen Officium Breviario Romano inseri, primus jussisse videtur Urbanus VIII, uti ex Tractatu à Patribus Cartusianis hujatibus mecum communicato intelligo.*

utut etiam ab aliquibus, hic recensitis, propugnata

194 *Alia minoris momenti, quæ in suprà recitata Cartusiani anonymi verba observari adhuc possent, omitto & progredior modò ad scriptores præcipuos, jam memoratis adjungendos, tam qui doctoris Parisiensis, quæ Sanctum nostrum in Cartusiæ eremum pepulerit, anastasim improbârunt, quàm qui contrà tutari eamdem, ut veram, contra Launoium sunt conati. Ac primò quidem, cùm hos inter sint nonnulli, qui mihi, utpote hactenus inediti, ad manum non sint, & tamen ab anonymo Annalium Cartusiensium Libri quarti auctore memorentur, ipsa vel idcircò scriptoris hujus verba, huc spectantia, transcribo. Sic habent:* Inter eos, *qui fabulosam non esse doctoris Parisiensis, sese damnatum è feretro vociferati, historiam, probarè sunt conati*, primas facilè mereretur Franciscus Ganneronius, monachus Montis-Dei eruditissimus, si Opus suum ineditum hactenus inter privatos parietes non latuisset. Hic, ubi audivit, Launoium publica thesi propositâ nisum fuisse probare; omnia esse fictitia, quæ de homine damnato hactenus vulgata fuerant, arrepto calamo Tractatum satis amplum scripsit, quem, "Vin„diciæ geneseos Cartusiensium„ inscriptum, misit in Cartusiam anno MDCXL. Aliquot pòst annis Andreas Saussæius, edito Martyrologio Gallicanæ ecclesiæ primùm celebris, causam nostram tutatus, objectiones adversariorum nonnullas disertè elisit scriptâ illâ doctissimâ ad Bertoldum Nihusium Epistolâ, quam ipse Nihusius Coloniæ Agrippinæ anno MDCXLV typis dedit sub inscriptione Epistolæ Didascalicæ. "In ea se, li„cèt suppresso nomine, impugnatum sentiens „Launoius Dissertationem edidit anno MDC„XLVI.„ De vera causa secessûs S. Brunonis in eremum. Launoio statim repositi Theophilus Raynaudus Soc. Jesu, sub nomine Honorati Leotardi inscripto libello, "Hercules Commo„dianus.„ Haud diu pòst archangelus Monchozon, professus Cartusiæ Tolosanæ, grande volumen exaravit, R. P. Pegonio Majoris Cartusiæ Priori dicatum, cui hunc titulum præfixit: "Cartusianus Alitiphilus*, pro avita decertans tra„ditione de institutione Ordinis Cartusiensis.„

E

F

*Alethophilus

195 In hoc volumen non solùm rationes & argumenta præfatorum auctorum, sed & eorum tractatus integros, de verbo ad verbum exscriptos, congessit, multis nihilominus additis ex ingenio suo exquisitis rationibus. Latet etiamnum hoc Opus, nobis ferè solis notum. Denique Joannes Columbi Soc. Jesu novissimus omnium athleta surrexit, qui recenti Dissertatione, de Cartusianorum initiis edita anno MDCLXVIII nova validaque argumenta certissimasque auctoritates prioribus superjecit. *Ista Cartusianus anonymus, qui etsi, à Columbio nova validaque pro doctoris redivivi historia firmanda adducta fuisse argumenta, non immeritò asserat, talia tamen hæc non fuêre, ut ab omnibus assensum extorserint. Ac inprimis quidem Mabillonius in Operibus suis loco non uno Historiam illam, si non pro commento seu fabula, pro narratione equidem habet admodùm incerta ac dubia. Nec ei magìs favent, qui post Mabillonium scripsêre, Historiæ lit-*

strenuè fuerit, ab omnibus non admittatur ut certa, nec ipse Papebrochius,

AUCTORE C. B.

litterariæ Franciæ auctores, aliique eruditi, qui editis in lucem Operibus ſuam de prodigioſo illo eventu opinionem vel obiter dumtaxat, vel ex inſtituto quodammodò declarârunt. Licèt autem Papebrochius in Conatu Chronico-hiſtorico part. 1, pag. 32 num. 17 ſcripſerit, Columbium pro prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi teſtes habere ab anno MCCCLXXXXI, MCCCLXXXIII, MCCCXIII, imò MCCLXXXXVIII & MCL; ſic ut ultimus ſolùm diſtet XLIX annos à morte ſancti Fundatoris, obita anno MCI, *hincque de eo, ut de ipſa dicta hiſtoria nihil dubitante, Janningus in ſua pro Actis Sanctorum Apologia, anno 1685 typis vulgata, amicæ Expoſtulationis num. 24 locutus fuiſſet, ipſe tamen poſtea Papebrochius in ſuis ad Exhibitionem errorum Reſponſionibus, anno 1697 editis, articulo 15, § 20, ea ſcribit, quibus ſeſe, etſi etiam, quæ Janningus loco mox cit. dixerat, confirmet, omnis circa hiſtoriæ illius veritatem ſcrupuli expertem non eſſe, indicare videtur.*

B

cujus aliquot verba hîc recitantur,

196 *Sic enim ibidem num. 291 ſcribit:* Hæc duo teſtimonia (*è tabulis fundationis Cartuſiæ, anno 1084 ſignatis & è Grandimontenſi, qui anno 1115 exaratus ſit, codice à Polycarpo de la Riviere allegata*) ſi ſubſiſterent, nihil video, quid ultrà requiri poſſit ad ſummam certitudinem; ſed ſilentium Columbi, triginta annis poſt Launoyum ſcribentis eumque refutantis, neque duo iſta producentis, ſuſpectam mihi facit Polycarpi fidem, & Theophili, ſi eum tranſcripſit, credulitatem. Igitur, velim nolim, cogor Launoyum inſpicere, & pag. cxxxv lego, quòd in allegata "charta „ne unus quidem apex eſt de doctore vel cano„nico Pariſienſi, „ quod ipſum "ingenuè pro„feſſus eſt Prior generalis requiſitus." Et pag. CXXXVII "In Grandimontenſi Chronico ad annum „CXV, quo pagina vacabat, diverſo charactere „recentique manu, in loco non ſuo, ſcriptum „eſt, quod ſequitur.„ Pariſiis horribile ſpectaculum contigit &c." prout vidimus ipſi.„ Hæc ille. Unde cauſa habetur, cur teſtimonia iſtæc contempſerit Columbus, Polycarpi malam fidem tacitè agnoſcens; & cur ego nihil de illo, nihil de Theophilo ſciens, contentus fuerim tantiſper iis, quibus utitur Columbus; donec tempus exigat ex profeſſo tractare argumentum iſtud, & Launoyi ad teſtimonia reliqua reſponſiones examinare. Interim fortaſſis alii, quàm Polycarpus, ſinceriores multò plura atque antiquiora, ipſique rei geſtæ viciniora invenient, quàm invenit Columbus, licèt totâ totius Ordinis diligentiâ adjutus; ut Launoyi contradictio (ſicut optamus) penitus diſſolvatur, & ex omnium animis aboleatur dubitatio de veritate iſtius hiſtoriæ.

C

omnis circa illam ſcrupuli expers videatur.

197 *Hactenus Papebrochius, qui cùm ſeſe iis, quibus damnati doctoris hiſtoriam Columbius probare niſus eſt, fuiſſe tantiſper, donec res ex profeſſo examinaretur, contentum, ſcribat, pluraque adhuc ac antiquiora, quàm à Columbio fuerint inventa, teſtimonia, quò Launoyi contradictio penitus diſſolvatur, & ex omnium animis dubitatio de iſtius hiſtoriæ veritate aboleatur, alleganda ſperet, ſeſe omni circa hanc ſcrupulo expertem non fuiſſe, ſatis indicare videtur. Nec ſcio, an propensè adeò, ac nihilominus facit, in opinionem eorum, qui horrendum doctoris redivivi, damnatum ſeſe proclamantis, ſpectaculum veris hiſtoriis accenſent, fuiſſet iturus, ſi quæ, cùm hæc ſcriberet, ad ſummam huic fidem conciliandam antiquiora, quàm addicta à Columbio, teſtimonia fortaſſis invenienda putabat, ad noſtrum uſque tempus inventum non iri prævidiſſet, contráque, ut modò factum, detegendum ſciviſſet, quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon, ſeu* Tractatum de narratione hiſtoriæ inchoationis & promotionis Ordinis Cartuſienſis, *quem Columbius ac poſt eum Papebrochius anno circitèr 1150, ſeu annis ferè dumtaxat quinquaginta poſt* S. Brunonis *mortem ſcriptum exiſtimavit, certò ante ſeculum tertium decimum, aliquot annis jam inchoatum, ſcriptum non eſſe, uti quæ num. 12 & ſeqq. in medium adduxi, ſufficienter oſtendunt. Verùm qualecúmque ſit, quod de luctuoſa doctoris damnati narratione Papebrochius tulit, judicium, id nos, quo minùs liberè in hujus veritatem inquiramus, impedire non debet. A ſcriptoribus itaque, qui illam duobus ſeculis proximè elapſis vel utcúmque improbare, vel contrà tutari ſunt conati, ad ſcriptorum antiquiorum pro eadem teſtimonia progredior, adducamque non ſolùm antiquiora, qualia Columbius, verùm etiam, quæ à ſeculi quarti decimi ac ſequentis ſcriptoribus data ſunt, minùs antiqua, idque tum quòd infrà uſui ſubinde ſint futura, tum maximè quòd ita factum inveniam ab anonymo Annalium Cartuſienſium libri quarti auctore, à quo ne hîc deflectam, ratio potiſſimùm num. 185 in fine data ſuadet.*

D

E

§ XI. Scriptorum Cartuſienſium ſeculo XVI antiquiorum de doctoris Pariſienſis, qui damnationem ſuam è feretro publicè aperuerit, anaſtaſi teſtimonia referuntur, & quid de adjunctis, huic pòſt adjectis, cenſendum.

Prodigium, quo doctor ſe damnatum, vociferatus ſit,

F

NOn omnes, *qui horrendum Doctoris Pariſienſis, damnatum ſeſe, è feretro vociferati, ſpectaculum in litteras miſêre, Ordinis Cartuſienſis ſcriptores iiſdem illud adjunctis veſtitum ob oculos poſuêre, hincque nec inter eos, à quibus hodieque creditur, in modo, quo factum ſit, ſatis convenit. Alii enim ex his publicè illud in eccleſia aut ſaltem ingenti coram circumſtante hominum multitudine, alii contrà privatim in aula domûs defuncti, ſolis hujus, è quibus* Bruno, *ejuſque aliquot ſocii fuerint, amicis præſentibus, eveniſſe volunt. Alii iterum una eademque die, unoque item ac eodem recitationis Officii tempore vociferationes infelicis doctoris tres diverſas rediiſſe affirmant; alii contrà ſingulis vociferationibus ſingulos dies attribuunt. Et verò ſi memoratum ſpectaculum non publicè coram ingenti populi multitudine, ſed intra privatos domûs defuncti parietes evenerit, nec tribus diebus diverſis, ſed una eademque doctoris infauſti voces redierint, non erit ſanè, cur conſtans ſcriptorum omnium coævorum de memorabili adeò hiſtoria ſilentium magnopere ſit mirandum, ſicque, ob quam hæc difficillima creditu apparet, difficultas graviſſima evaneſcet. Verùm cùm ſcriptores longè plures, horrendum illud doctoris damnati ſpectaculum publicè in eccleſia aut ſaltem coram ingenti hominum multitudine factum, ſcribant,*

A *bant, quamnam ii fidem hac in re mereantur, ſeu an ſat credibilis veroſimiliſque videri queat eorum narratio, primò inquiram, poſtea eorum, qui rem intra privatos domûs defuncti parietes eveniſſe, ſtatuunt, opinionem diſcuſſurus. A ſcriptorum Cartuſienſium antiquiorum, qui horrendum eventum coram ingenti hominum multitudine contigiſſe, memoriæ prodidêre, teſtimoniis recenſendis, ſervato, quo lata ſunt, ordine chronico, duco initium, aliorum infrà, qui Cartuſienſis Ordinis non ſunt, relaturus.*

publicè factum eſſe, anonymus

199 *Etſi primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici ſeu Tractatûs de narratione hiſtoriæ inchoationis & promotionis Ordinis Cartuſienſis auctor tam antiquus, ac Columbius (adi num. 12 & tres ſeqq.) in ſua de Cartuſianorum initiis Diſſertatione putârit, non ſit, ceteris tamen omnibus, qui doctoris ad tempus redivivi hiſtoriam litteris commendârunt, communi opinione, etſi id ob loco proximè cit. dicta infràque de Cartuſiano Majorevenſi dicenda omninò certum non ſit, antiquior habetur. Ante reliqua itaque omnia ſuppeditatum ab eo hucque ſpectans teſtimonium integrum, quòd id hîc ſubinde ante oculos haberi debeat, ex antiquiori Sancti Vita,* B *Commentario huic, ut jam monui, ante duas alias minùs antiquas ſubdenda, hue tranſcribo. Sic habet:* Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXII, vel circa illum, dum ſolemne ſtudium floreret Pariſiis præcipuè in Philoſophia & Theologia & Jure canonico, ſicut generaliter conſuevit, tale prodigium ibi dicitur accidiſſe. Quidam enim doctor præcipuus, & vitâ, ut videbatur, famâ atque doctrinâ & ſcientiâ inter omnes doctores Pariſienſes excellenter honoratus & mirabiliter gratioſus, gravi & ultima infirmitate præventus, non diu decumbens diem clauſit extremum. Cùmque tota die, qua defunctus eſt, more Pariſienſi in aula, funere in feretro decumbente, fuiſſent continuè decantata divina Officia, in craſtino manè, congregata ibidem univerſitate Pariſienſi tam ſcholarium quàm doctorum, ut tam honorabili viro, ſolemnem & honorabilem præberent funeralis Officii ſepulturam, cùm reverendi viri feretrum, in quo funus jacebat, vellent elevare ad eccleſiam deferendum, ſubitò, cunctis ſtupentibus, qui mortuus videbatur & erat, elevato capite, reſedit in feretro, &, omnibus audientibus, alta & terribili voce clamabat:" juſto Dei judi-
C ,,cio accuſatus ſum, ,, &, hoc dicto, caput depoſuit, & decubuit mortuus, ſicut priùs.

quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronici auctor,

200 Qua voce cuncti attoniti & territi deliberaverunt, ipſo illo die nullo modo fore ſepeliendum, ſed uſque in craſtinum reſervandum. Manè ergò ſequenti, cùm multitudo maxima conveniſſet, &dictum funus, ſicut priùs, vellent ad eccleſiam deportare, defunctus, ſicut priùs, elevato capite, doloroſa & terribili voce intonuit:" Juſto Dei judicio judicatus ſum.,, Quam vocem multitudo, quæ aderat, clarè intelligens & audiens ſtupuit plùs quàm priùs, & alterutrum conquirentes, quid ſibi vellent innuere tam inſoliti & inexperti defuncti clamores, adhuc determinaverunt, ipſum ad aliud craſtinum uſque nullatenus tumulandum. Tertio verò die cùm propter iſta prodigia ferè tota civitas conveniſſet, & funus, cunctis præparatis, vellent ad tumulum deportare, defunctus, ſicut priùs, jam tertiò altiſſimo & mœſtiſſimo clamore perſonuit:" Juſto Dei judicio condemnatus ,,ſum.,, Quâ horribili ſententiâ auditâ, quaſi omnes immenſo fuerunt timore & tremore percuſſi, certi facti de condemnatione tanti viri, qui inter alios & ſuper alios videbatur honeſtate vitæ, claritate famæ, dignitatis excellentiâ & multiplici ſcientia ac ſapientia præfulgere. Eâ tempeſtate erat ibi magiſter Bruno, natione Theutonicus, de civitate Colonia non obſcuris parentibus natus, eccleſiæ Remenſis canonicus & ibidem ſcholarum magiſter in Theologia, qui ſupraſcriptis vocibus ſalubriter territus atque compunctus allocutus eſt quoſdam ſocios ibi præſentes infrà ſcriptis vel ſimilibus verbis: Eia cariſſimi, quid faciemus? Omnes ſimul &c. *Annalium Cartuſienſium libri quarti auctor anonymus idem huc jam tranſcriptum teſtimonium, prout id in codice Thuaneo, voces nonnullas à vocibus, quibus hîc exprimitur, diverſas, rei tamen ſubſtantiam non immutantes, uſurpante, exſtat, in opus ſuum intulit, cúmque deinde dictum auctorem anonymum, è quo illud tranſcribit, magnæ apud omnes, ut Commentarii hujus initio etiam monui, ſubſecutos Ordinis Cartuſienſis ſcriptores auctoritatis fuiſſe, obſervavit, nonnullos ex his etiam recenſet.* F

AUCTORE C. B.

uti etiam, qui hunc deinde ſunt ſecuti, ſeu Boſo,

201 *Ac primum quidem eos inter locum Boſoni, Cartuſiæ Priori, concedit his verbis:* Inter hos, *qui ſcilicet primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici, aut, ſi mavis, Cartuſiani anonymi, qui id compoſuit, auctoritatem magni fecerunt,* primus prodeat Boſo Prior Cartuſiæ, vir non vulgaris Sanctitatis, quam etiam Deus miraculis manifeſtavit. Hic, ut jam diximus, in Tractatu" de Origine & veritate per-
,,fectæ Religionis," hactenus perperam Guilelmo de Hyporegia attributo, ut ſuo loco probabimus, integrum noſtri anonymi Chronicon cum narratione ejuſdem prodigii (*anaſtaſeos ſcilicet doctoris Pariſienſis*) retulit iiſdem verbis, paucis tantùm omiſſis vel mutatis, ſed non eſſentialibus. Et ut ipſe oſtenderet, quantam fidem apud omnes illius auctor obtinere mereretur, primùm hortatur ſuum lectorem, ut"Tra-
,,ctatum ſequentem de narratione hiſtoriæ inchoationis & promotionis Ordinis Cartuſienſis non
,,negligat ad ædificationem ſcribere,vel legere,vel ,,audire.,, *Ita ille, Tractatum* De Origine & veritate perfectæ religionis, *quem, ut ſuprà docui, Columbius noſter Guilielmo de Elbura ſeu de Hyporegia adſcribit, Boſoni apertiſſimè attribuens. Hinc, cùm ex argumentis, quibus Tractatus ille Boſoni attribuendus probaretur, aliquid fortè pro tempore, quo quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon ſcriptum ſit, propiùs determinando colligendum ſperarem, in hæc datâ ad Cartuſianum Pariſienſem, num. 28 ſuprà laudatum, epiſtolâ inquiſivi, huicque, cùm ea de re ad Cartuſiam litteris recurriſſet, fuit reſponſum, argumenta quidem illa ignorari, ſed nihil intereſſe, cùm dictus Tractatus, utut Guilielmo de Hyporegia attribueretur, Boſoni etiam, utpote ſub cujus auſpiciis hic illum equidem elaborârit, quodammodò poſſit adſcribi.* F

ſeu Guilielmus de Hyporegia, Cartuſianus Majorevenſis,

202 *Ab hoc reſponſo non multùm abludit Tractatûs de* S. Brunone, *à Cartuſianis hujatibus mecum communicati, auctor num. 22 hujus Operis ſui ſic ſcribens:* Neque à Patrum (*qui, quæ ad Ordinem ſuum Cartuſienſem ſpectabant, non publicârant*) tramite deflexiſſet Boſo, niſi ad ſuum Inſtitutum à quorumdam alterius Ordinis religioſorum calumniis vindicandum hujus hu-

AUCTORE C. B.

humilis ac ſancti ſilentii leges tamdiu ſervatas violare coactus fuiſſet edito tractatu fuſiſſimo, ſive ſuo marte, ut equidem volunt, ſive ſuo juſſu, uſus nempe calamo Guillelmi de Hyporegia, Cartuſienſis Itali, viri docti, quem tribus circitèr ante ſuum obitum annis ad majorem Cartuſiam evocaverat. Hunc Tractatum inſcripſit "De origine & veritate perfectæ religionis ad defendendum Ordinem Cartuſienſem.„ *Ita ille; verùm quiſcúmque demùm Tractatus illius auctor ſit, is equidem quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon magni fecit, ac proin tranſcriptum ex hoc doctoris Pariſienſis prodigium, utpote ad quod legendum aut ſcribendum lectorem etiam hortatus ſit, calculo ſuo approbavit. Ad alios modò, qui id pariter fecerunt, ſermonem converto. Columbius in ſua de Cartuſianorum initiis Diſſertatione num.* 56 *ſic ſcribit:* Cartuſianus Majorevenſis Tractatum breviſſimum ſcripſit cum hoc titulo: "Quomodo Ordo Cartuſienſis ſumpſit exordium.„ In eo ſequentia verbatim continentur. "Ventum eſt ad hoc, ut defuncti corpus poni „deberet in ſepulchro. Circumſtantibus igitur B „clericis, qui defunctus erat, clamavit dicens: "Juſto Dei judicio accuſatus ſum, &c. Sequenti igitur die &c. iterum clamavit mortuus & „ait, Juſto Dei judicio judicatus ſum &c iterum clamavit, Juſto Dei judicio condemnatus „ſum &c. Erat autem tunc temporis quidam „magiſter in Theologia, nomine Bruno, magnæ ſanctitatis &c"... Ipſe Tractatus ab auctore ſuo dicitur ſcriptus "Anno milleſimo duœnteſimo nonageſimo octavo.„

Cartuſiæ Majoris chronologus anonymus,

203 *Quare cùm, quanto ante annum* 1313 *temporis ſpatio primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronicon concinnatum ſit, definiri ſat certò, ut ſuprà docui, haud queat, hujus forſan auctor ante jam laudatum Cartuſianum Majorevenſem ſen ante annum* 1298, *quo hic ipſemet, ſeſe ſcripſiſſe, declarat, ſcriptioni manum non admoverit. Utut ſit, hujus equidem teſtimonium binis aliis, quæ ex primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronico, & Boſone, ſeu, ſi mavis, Guilielmo de Hyporegia jam adduxi, idcirco poſtpono, quòd horum equidem priori ex communi opinione ſit recentius, itáque ab Annalium Cartuſienſium libri quarti auctore factum inveniam. Hic porrò, ubi Cartuſiani Majorevenſis teſtimonium è Columbio breviter memoravit, ita ſubjungit:* Alter quoque anonymus Cartuſianus, C qui vivebat ſub Elizario Priore Cartuſiæ circa annum 1360, & Chronicon ejuſdem ſcripſit, ſive potiùs præfatum (de quinque ſcilicet primis Cartuſiæ Prioribus) Tractatum vel Chronicon de exordio Ordinis Cartuſienſis continuavit & ampliavit, eamdem hiſtoriam iiſdem verbis narravit, interjectis tamen aliquibus parentheſibus mutatiſque hiſce verbis, nempe AULA & ECCLESIA. Nam ubi vetus auctor habet in AULA, ille recens poſuit IN ECCLESIA; & ubi apud Priorem fit mentio ECCLESIÆ, apud poſteriorem legitur SEPULCHRUM. Unde patet ſcriptores pleroſque circumſtantias hiſtoriarum ſæpiſſime accommodare ad uſum temporis, quo ſcribunt. Hunc verò auctorem vidiſſe citatum illud chronicon de exordio Ordinis Cartuſienſis, colligimus ex his verbis ſub initium Præfationis: " Et licèt primi quinque Priores hîc inferiùs deſcripti in pluribus Chronicis reperiantur, „tamen ſucceſſores eorum &c.„ Cùm dicit, "in pluribus Chronicis, „ videtur etiam innuere, ſe habuiſſe Tractatum Boſonis, cui præfatum Chronicon inſeritur, ut diximus. *Ab hoc ſcriptore diverſus non videtur, quem anno circitèr* 1390 *ſcripſiſſe, Columbius in ſua de Cartuſianorum initiis Diſſertatione num.* 54 *docet, Cartuſiæ Priorum chronologus, aut, ſi res ſecùs habeat, debet hic pro proximè hîc illi adjuncto haberi inter ſcriptores Chriſtianos, qui Pariſienſe doctoris redivivi prodigium memoriæ prodidêre.* D

Henricus Kalkar,

204 *Horum modò ex Cartuſiano noſtro anonymo ſeriem proſequor.* Henricus Kalkar, doctor quondam Pariſienſis, Prior Cartuſiarum Colonienſis & Argentinenſis, & per plures annos diverſarum provinciarum viſitator & commiſſarius, abdicatis omnibus officiis, cùm ſe recepiſſet in ſolitudinem, inter plures, quos edidit, libros unum conſcripſit "De ortu & progreſſu Ordinis Cartuſienſis, „ cujus multa exemplaria aſſervantur in bibiothecis Colonienſis & Divionenſis Cartuſiarum, ac civitatis Baſileenſis & alibi. In hoc tractatu hujus damnati miſerum exitium conciſioribus comprehendit verbis, ut ſequitur: " Sed ecce in te„nebroſis, ex perfidia maximè, illis eccleſiæ quaſ„ſationibus ... Dei miſericordiâ nova lux per „fidem eſt exorta Pariſienſibus, apud quos pro E „tunc concurſus fuit ſtudentium omnium, quæ „ſub hriſtianiſmo ſunt, nationum; de illo ſci„licet quatriduano mortuo, qui, factis pro ſe „una die funeralibus, ſecunda die ſepeliendus „ad juſtum ſe Dei judicium vocatum, tertiâ „judicatum, quartâ clamavit damnatum, prout „hoc apud Cartuſienſes communite reperitur „ſcriptum. Hoc enim terribile factum & pro„digioſum reſurrectionem mortuorum, & futu„rum judicium audientibus tunc & videntibus, „quorum poſt hoc de hoc in omnem terram „exivit ſonus eorum, fideliſſimè docuit expe„ctandum; ſuo horrore timorem incutiens & „terrorem, omni homini pœnitentiam agendam „ſtatumque & vitam emendandum.„ Et poſt pauca" Vir enim venerabilis Bruno nomine, „tunc præſens, animadvertens, clamores illos „Pariſienſes non illi damnato ad ſalutem fuiſſe, „ſed ſibi & aliis coaudientibus datos pro mu„tatione ſtatûs & vitæ &c.„ Hæc Kalkar, qui cum obierit octogenario major, hanc hiſtoriam jam didicerat, aut diſcere potuerat ante annum MCCCXL, neque ut recèns ab otioſis hominibus inventam, cùm dicat, eam ſe enarrâſſe, prout hoc apud Cartuſienſes communiter reperitur ſcriptum; id eſt, apud Cartuſienſes, ſive in Cartuſienſium per Galliam, Germaniam, Hiſpaniam, Angliam & alias regiones domibus. Neque ſolùm apud Cartuſienſes, ſed & apud exteros quoſque, quandoquidem inferiùs oſtendemus, hanc hiſtoriam jam ab aliquot auctoribus Anglis ſcriptam fuiſſe ante annum MCCCLXX. F

Hermannus à Petra,

205 Hermannus Steenkenius ſive à Petra, patriâ Scutdorpæus, Henrici Kalkaris coævus, profeſſus Cartuſiæ Dieſtenſis circa annum MCCCXC, & deinde domûs Trevirenſis, prout hæc ferebant tempora, per multos annos Vicarius monialium Brugenſium, apud quas non ſine ſanctitatis opinione obiit anno MCDXXVIII in tractatu ſuper Oratione Dominica, quem Joannes de Weſtphalia typographus anno MCDLXXXIV prælo excudit, de tanto ſpectaculo dat teſtimonium in hæc verba: " Similiter fuit de „illo miſero magiſtro regente Pariſiis in Theo„logia, de quo legitur in Chronicis Cartuſiæ: „Qui cùm eſſet magnæ ſcientiæ, ac bonæ & „ſanctæ vitæ putaretur, obiit circa annum M„LXXXII

A „LXXXII, ad cujus exequias cùm penè uni-„verſitas magiſtrorum & ſcholarum conveniſ-„ſet, & ſepeliri deberet, clara voce, cunctis „audientibus, dixit: " Juſto Dei judicio accu-„ſatus ſum. Sequenti die multò pluribus con-„gregatis dixit: " Juſto Dei judicio judicatus „ſum.„ Quapropter reſervatus uſque ad alium diem, cùm tota civitas conveniſſet, dixit co-ram omnibus: " Juſto Dei judicio condemna-tus ſum." Ecce; qualiter ille falsò & ſolùm ap-„parenter lucens expulſus fuit de luce ſua ad „veras tenebras.„ Idem tractatus editus eſt Ro-tomagi annno MDXII per Richardum Goupil; ſed perperam auctor appellatur Arnoldus, quem ex chartis capitularibus Ordinis conſtat appel-latum fuiſſe Hermannum.

Aymarus Savelli,

206 Aymarus Savelli profeſſus Majoris Car-tuſiæ, cujus procuratorem egit per annos vi-ginti & ampliùs, ab anno videlicet MCDXXX-VIII ad mortem uſque, quam obiit anno MCD-LIX, toto hoc tempore plures libros, quos Recognitionum vocant, ſcripſit vel ſcribi cura-vit. Inter quos unus adhuc extat ſcriptus anno MCDLV, in quo hæc noſtra hiſtoria iiſdem pror-

B ſus verbis, quibus habetur in veteri noſtro auc-tore anonymo, exprimitur cum tali inſcriptione ad frontem: " Quomodo Ordo Cartuſienſis ha-„buit originem.„ Statimque poſt enarratam hi-ſtoriam ſequuntur litteræ fundationis Cartuſiæ anni MLXXXIV. Unde putamus, natum errorem D. Polycarpi de la Riviere, inter auctores, qui hujuſmodi prodigii meminerunt, eaſdem litte-ras recenſentis, contra quem propterea, velut malæ in ſcribendo fidei hominem, Launoius paulò acriùs invehi viſus eſt.

Dionyſius Richelius,

207 Dionyſius Richelius, vulgò dictus DO-CTOR EXTATICUS, qui inter nos floruit ab an-no circitèr MCDXXIII ad annum MCDLXXI, quo è vivis diſceſſit, in tractatu, " De Præconio „ſive laude Cartuſienſis Ordinis,„ inter ſua Opuſcula ſæpius edito de cauſa noſtræ inſtitu-tionis articulo primo hæc habet:" Agnitum pla-„nè atque famoſum eſt miraculum illud reſu-„ſcitati Pariſiis mortui, in Theologia magiſtri, „facie tenus virtuoſi, grandique morum venuſta-„te forinſecus decorati, qui altera obitûs ſui die „ac prima ſui reſurrectione erigens ſe in ſe-

C „retro terribili protulit apparatu: "Juſto Dei „judicio accuſatus ſum. Porrò ſequenti die ter-„ribiliùs ait: Juſto Dei judicio judicatus ſum. „Tertia autem die terribiliſſima voce deprom-„pſit: Juſto Dei judicio æternaliter ſum damna-„tus. Cujus occaſione prodigii Ordo cæpit „Cartuſienſis. Vir quippe altæ conſiderationis „magiſter Bruno &c." Cùm dicit Dionyſius: AGNITUM PLANE, addenſque ATQUE FAMOSUM, clariùs ſole indicat, nullum omnino fuiſſe du-bium tunc temporis, quo vixit, nempe anno MCDXXIII de dicto ſpectaculo, ſed potiùs cer-tiſſimum ac veriſſimum fuiſſe, cùm illud ubi-que divulgatum eſſet; hæc enim vocabula A-GNITUM PLANE & FAMOSUM ſignificant. Quæ etiam congruunt his, quæ Henricus Kalkar, quem diximus ſuprà jam claruiſſe anno MCCC-XL, dixerat, nempe hoc communiter reperiri ſcriptum apud Cartuſienſes.

Bernardus de Egra

208 Bernardus de Egra, profeſſus deſtructæ domus Lignicenſis in Sileſia, vir in divinis Scri-pturis ſtudioſus & eruditus, ait Trithemius, Dia-logum compoſuit anno MCDLXXXI " De laudi-„bus & miraculis beatæ Mariæ Virginis,„ im-preſſum Lipſiæ anno MCDLXXXXIII ſtatim poſt mortem auctoris; in quo originem Ordinis Cartuſienſis enarrat ferè, prout legitur in Chro-nico Cartuſiæ, quod ab altero anonymo, ſub Elizario florente, conſcriptum diximus. Henri-cus Arnoldi de Alveldia, qui, per quinque an-nos notarii munere in Baſileenſi concilio perfun-ctus, nomen Ordini dedit in Cartuſia ejuſ-dem urbis circa ann. MCDXXXVI, vixitque cum omni laude uſque ad annum MCDLXXXVII, poſt-quam regimen ejuſdem domus annis triginta & ampliùs cum utriuſque ſtatus maximo profectu tenuiſſet. Hic inter cætera ſuæ pietatis & do-ctrinæ monumenta, de quibus Petreius, reli-quit etiam Vitam Sancti Brunonis, quam qui-dem non vidimus, ſed eam aſſervari in biblio-theca urbis Baſileenſis, & in ea fieri mentionem damnati hominis, teſtatur reverendus pater Ma-bilonius in ſuo Itinere Germanico his ver-bis.

AUCTORE C. B.

& Petrus Dorlandus memoria prædunt;

209 " In Minori Baſilea, quæ majori jungi-„tur ponte Rheni ſublicio, ante motus Helve-„ticos inſignis Cartuſia extabat, ex qua multi „codices in publicam illam, quam ſuperiùs de-„ſcripſimus, bibliothecam tranſpoſiti ſunt. Duos „tantùm notare juvat, unum, qui Guigonis ſta-„tuta continet, alterum, qui Vitam ſancti Bru-„nonis, incipientem his verbis: Quod Sapiens, „exhortationis gratiâ dicit. In fine hæc legun-„tur: Frater Ludovicus Moſer, monachus pro-„feſſus hujus vallis B. Margaretæ Baſileæ, Ordi-„nis Cartuſienſis, hunc tranſſumpſit ex chal-„cographo patris Henrici de Alveldia, ejuſdem „domus quondam Prioris, anno MCDLXXXVI, „XVIII die Aprilis, anno præfati patris Henri-„ci in Ordine Cartuſienſium L. Hæc idcirco no-„tare viſum eſt, quòd in eo libello agatur de „funere famoſo illius doctoris Pariſienſis.„ Hæc Mabilonius. Petrus Dorlandus, Henrici Arnol-di ſuppar, monachus integerrimæ vitæ, pro-feſſus & olim vicarius Cartuſiæ Dieſtenſis, in qua & piiſſimè defunctus eſt anno MDVII, inter multas, quas poſteris reliquit, elucubratio-nes Chronicon Cartuſienſe, ſeptem diſtinctum libris, ſcripſit; quem noſter Petreius notis illu-ſtratum vulgavit anno MDCVIII. In eo hujus hi-ſtoriæ ſubſtantiam, mutato quidem ſtylo, retu-lit, ſed nullâ additâ circumſtantiâ, quæ differat ab iis, quæ reperiuntur in Chronico anony-mi ſcribentis circa annum MCCCLX, de quo ſu-prà. Nec etiam facit mentionem lectionis quar-tæ Vigiliarum pro mortuis, ut incautè, vel, labente memoria, credidit Launoyus.

E

F

quorum narratio novis adjunctis, ſub hic recitatæ

210 *Atque hi Ordinis Cartuſienſis ſcriptores ſunt ſeculo ſexto decimo antiquiores, à quibus prodigioſam doctoris Pariſienſis anaſtaſim memoriæ proditam invenio; hiſce autem Dorlandus, utut ſeculo ſexto decimo jam currente vitâ functus, idcirco rectè etiam annumeratur, quòd ſeculo anteriori præcipuè floruerit, eaque, quæ de* Brunone *habet, litteris tunc veroſimillimè conſignârit. Porrò fuerunt etiam, qui prodigioſæ doctoris Pariſienſis anaſtaſis hiſtoriam adjunctis, quæ apud ſcriptores antiquiores jam recenſitos non ſunt, auxerunt, hoſque deinde ſacri Ordinis Cartuſienſis ſcriptores duo, Puteanus videlicet & Blomenvenna, qui ſancti Patriarchæ ſui Vitam ſeculi ſexti decimi initio ex inſtituto deſcripſerunt, ſunt ſecuti. An rectè, ex dicendis patebit. Blomenvennæ verba, quò ex hiſce, facta cum anonymi antiquioris num.* 199 *& ſeq. jam datis collatione, quænam illa adjuncta ſint, pateat, modò huc tranſcribo. Sic habent:* Factum eſt,

AUCTORE C. B.

dum optimis his ſtudiis vir venerabilis Bruno infudaret temporibus S. Gregorii VII Romani Pontificis & Henrici IV imperatoris circa annum Salutis noſtræ octogeſimum ſecundum ſupra milleſimum, cùm in Pariſienſi civitate ſolemne floreret ſtudium, æquè ſcholarium multitudine atque copioſâ cæterâ doctorum ſolemnium abundans, ut tale in ea horrendum memorandumque ſeculis cunctis eveniret ſpectaculum. Quidam enim ſolennis doctor inter ceteros doctores præcipuus, ſcientiâ & moribus excellenter ornatus, ac præ ceteris honoratus, gravi quadem infirmitate præventus, lecto decumbens vitæ ſuæ diem clauſit extremum. Cui cùm ſolennes de more pararentur exequiæ, ad eum honorandum convenit magiſtrorum ſtudentium & aliorum civium multitudo copioſa; quibus comitantibus & funus proſequentibus, defuncti corpus ad eccleſiam, in qua ſepulturæ tradendum erat, delatum eſt, cúmque ab invitatis eccleſiaſticis, qui tum aderant, defunctorum ſolitum decantaretur Officium, ventumque eſſet ad eam Lectionem, quæ incipit, Reſponde mihi, ſurrexit, qui erat mortuus, &, elevato paululùm
B capite, reſedit in feretro, cunctiſque videntibus & audientibus ac præ novitate rei ſtupentibus, alta & horrenda voce clamare cœpit, Juſto Dei judicio accuſatus ſum.

Vita Sancti, per Blömenvennam ſcripta,

211 Quo dicto, iterum decubuit; hii verò qui hæc audierant & viderant, non modicùm, nec immeritò, territi, decreverunt, conſultè quidem & providè, ſepulturam ejus in craſtinum differendam, rei exitum præſtolaturi. Die itaque ſequenti, cùm tantum ſpectaculum jam fuiſſet in tota civitate vulgatum, ad dictam eccleſiam convenit maxima & quaſi innumerabilis utriuſque ſexus populi multitudo, ubi reinceptis & inde continuatis exequiis, dum ventum eſt ad præfatæ Lectionis initium, idem defunctus, capite elevato, ut priùs, clamare cœpit ac dicere, Juſto Dei judicio judicatus ſum, &, his dictis, intra feretrum iterum ſe recepit. Verùm crevit admiratio non parva inter aſtantes, rem terribilem, ſuprá quàm credi poteſt, ſtupentes. Quia tamen ex his nondum facti fuerant de ejus reprobatione certi, cùm verba illa, Accuſatus ſum, & Judicatus ſum, poſſent etiam in bonam partem accipi, quaſi ipſe primò injuſtè fuiſſet ante tribunal Chriſti ab eo, qui per-
C dere cuncta feſtinat, indebitè accuſatus, & inde juſto Dei judicio ab ejus calumnioſa accuſatione liberatus, cunctis placuit, & in ſequentem tertium diem ejus ſepulturam differri. Tertia itaque die factus eſt concurſus nimius virorum & mulierum, ita ut penè tota civitas ad tam admirandum Dei judicium præſtolandum confluereet. Et, ecce, cùm priori more exequiæ continuarentur & fierent, ſurrexit tertiò idem defunctus & ingenti mugitu ac deſperabili voce, cunctis mortalibus metuenda, dixit, Juſto Dei judicio condemnatus ſum. Hoc dicto, caput repoſuit ſempiterno abſorptus intuitu. Quæ vox tam ſtupenda & horrenda & à ſeculo inaudita omnes, qui aſtabant, penè exanimes reddidit; qui tamen omnes eum, tamquam à Domino reprobatum, ejuſque juſto judicio, ut ipſemet teſtatus eſt, condemnatum, omni Eccleſiæ ſuffragio, nec non & eccleſiaſticâ ſepulturâ indignum judicantes, in ſterquilinio ſepeliri fecerunt.

212 Verùm cùm in Pariſienſi & ceteris vicinis eccleſiis quarta Lectio in Agenda defunctorum incipiat ſic: Quantas habeo iniquitates & peccata &c, omiſſis prioribus dictionibus, ſcilicet Reſponde mihi, fertur à nonnullis, quòd illæ dictiones fuerint ex tunc à Lectione illa deletæ ob perpetuam & indelebilem pavendi judicii memoriam. *Narrationem hanc Puteanus in edenda Sancti Vita num.* 4. *& binis ſeqq. etiam exhibet & quidem iiſdem prorſus verbis; quod mirum non eſſe, ex iis, quæ de Sancti Vita, à Blömenvenna contexta,* § 1. *diſſerui, pronum eſt intelligere. Confer nunc hæc recitata Blömenvennæ, ac proin ex dictis etiam Puteani, verba cum verbis, ex quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronico num.* 199 *& ſeq. huc tranſcriptis, videbiſque, in hoc doctoris Pariſienſis hiſtoriam non iiſdem, quibus apud Puteanum & Blömenvennam, adjunctis veſtiri. Ac in primis quidem trinam doctoris anaſtaſim vociferationemque Chronici dicti auctor in defuncti aula, Puteanus contrà & Blömenvenna in eccleſia factam ſcribunt; verùm iſthæc duorum horum ſcriptorum à Chronico diſcrepantia, utpote apud antiquiores etiam (Adi Cartuſiani anonymi verba, num.* 203 *huc tranſcripta) ſcriptores occurrens, infráque adhuc memoranda nos hîc morari non debet. Sed ad duas alias ſequentes animum adverte. Trinam è feretro vociferationem tunc, cùm ad Lectionem, cujus initium*, Reſponde mihi, *in recitando defunctorum Officio ventum fuiſſet, à doctore tantiſper redivivo fuiſſe emiſſam, hujuſque etiam corpus in ſterquilinio fuiſſe humatum, Puteanus & Blömenvenna (adi hujus verba proximè recitata) tradunt; horum autem duorum adjunctorum, quæ horribilem doctoris Pariſienſis hiſtoriam co-*
E *mitata ſint, nullam planè primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronicon (adi hujus verba num.* 199 *& ſeq. data) mentionem facit.*

213 *Quare, cùm eorumdem ſcriptores antiqui alii, ſive Cartuſiani jam adducti, ſive aliud quodcúmque Vitæ inſtitutum profeſſi, qui infrà memorabuntur, pariter non meminerint, è doctoris Pariſienſis hiſtoria, utùt etiam admiſſâ ut verâ, eſſe illa expungenda, exiſtimo. Verùm unde tandem bina illa adjuncta, quæ apud antiquos ex dictis nuſpiam reperiuntur, Blömenvenna, ſeu potiùs, ex quo hic illa deprompſit, Puteanus hauſit? Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor anonymus Operis ſui num.* 85 *opportunè ad inſtitutum præſens ſic ſcribit:* Bertholdus Remboldus typis Lutetiæ anno MDVIII tra-
F didit Vitam S. Brunonis, quam illius in divi Pauli Epiſtolas Commentariis præfixit. Hujus Vitæ auctor anonymus hiſtoriam damnati fusè deſcripſit: Sed primus omnium evulgavit, hominem illum ad verba iſta: " Reſponde mihi,, voces ſuæ damnationis emiſiſſe. Quod tamen non planè aſſerit, ſed tantùm dubitando addita hac Parentheſi, " ſi qua narratis fides adhiben-,,da ſit.,, Noſter verò Sutor, qui eodem tempore vivebat, & paulò pòſt ſuum de Cartuſiana vita tractatum edidit eorumdem verborum meminit quidem, " ſed,, inquit, " quemadmo-,,dùm ſcriptores nonnulli meminerunt, cæteris ,,hoc tacentibus.,, Certè omnes, quotquot ſuperiùs auctores prodidimus, id tacuerunt. Qui verò fuerint, apud quos Sutor hujus adjuncti mentionem legerit, non habet. Inter eos tamen cenſemus fuiſſe præfatum Vitæ ſancti Brunonis auctorem anonymum. *Alterum itaque è binis ſuprà dictis adjunctis primò memoratum inveniatur à duobus ſeculi ſexti decimi ſcriptoribus, quorum alter cùm non aſſeverando, ſed dubitando dum-*

textu comprehenſis, auctis deinde fuit;

quæ, cùm abs illa reſecanda ſint,

A *dumtaxat loquatur, ſatis indicat, auctores apud quos hoc adjunctum legiſſet, magnæ nec antiquitatis, nec auctoritatis fuiſſe; alter verò, cùm auctores, apud quos illud invenisset, non nominet, facere non poteſt, ut hoſce ſuprà recenſitis, qui ejuſdem adjuncti non meminerunt, multò recentiores non fuiſſe putemus.*

efficere, ut doctoris redivivi hiſtoria pro falſa ſit habenda, non poſſunt.

214 *Jam verò, cùm id ita ſit, manet, præfatum adjunctum apud ſcriptores antiquiores, qui ferale Doctoris Pariſienſis ſpectaculum vel omnium primi, vel etiam proximè poſt hoſce in litteras misêre, non inveniri. Nec eſt, cur hîc opponas Theodoricum, abbatem Trudonopolitanum, qui, quemadmodùm nonnulli aiunt, in libro,* De ſacra temporum ratione *inſcripto, ita memorat:* Abhinc dierum noſtrorum annis ſeptem, Gregorio ſeptimo primam Cathedram occupante, cùm eſſem Pariſiis ſtudiorum causâ, rem vidi prodigioſam ac omni memoriâ dignam, nec ſolus miratus ſum, Deum laudans. Mortuus eſt clericus, nomine Raimundus Milleban, tribus diebus alternis eâdem Officii horâ, quâ dicebatur Lectio, quæ ſic incipit, "Reſponde mi-
B ,,hi,,, ſurrexit è feretro, & voce horribili clamavit: Juſto Dei judicio accuſatus ſum; ſecundo: Judicatus, tertio: Condemnatus; quo dicto, ceſſavit omnis clerus orare, & ab eccleſia protinus cadaver ejectum eſt, & aſininâ ſepulturâ donatum; *hoc enim tam luculentum pro prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi teſtimonium, quod hanc, ſi Theodorici, oculati, ut verba recitata innuunt, rei geſtæ teſtis, verè eſſet, extra omnem controverſiam poneret, veroſimillimè, ne dicam indubiè, commentitium eſt, uti infrà oſtendam. Quod modò ad aſſertam à Puteano & Blomenvenna infauſti doctoris in ſterquilinio ſepulturam pertinet, non dubito quidem, quin hanc illi ex auctoribus, ætatem ſuam prægreſſis, hauſerint; verùm hoſce vel è primis, vel etiam è primos proximè ſecutis, qui Pariſienſe doctoris redivivi ſpectaculum litteris commendârint, fuiſſe, nulla omnino ratio ſuadet. Atque ita ex omnibus jam dictis liquet, è duobus hîc jam memoratis prodigioſæ doctoris anaſtaſeos adjunctis, utcúmque habeantur pro falſis, explodi hanc velut commentum ſeu fabulam meritò à Launoio non potuiſſe, cùm ut hiſtoria quælibet vera pronuntietur aut falſa, adjunctorum dumtaxat, quibus à primævis ac omnium antiquioribus, non autem etiam eorum, quibus à poſt ſecutis ſcriptoribus pro arbitrio fuit veſtita, ratio ſit habenda.*
C

§ XII. Teſtimonia ſcriptorum, ſeculo decimo ſexto anteriorum, qui Cartuſienſis Ordinis non fuerunt, producuntur.

Doctoris redivivi prodigium publicè accidiſſe,

INter auctores, qui Ordinis Cartuſienſis non fuêre, atque ante ſeculum ſextum decimum Pariſienſi doctoris redivivi prodigio teſtimonium præbuêre, Cæſario Eiſterbacenſi, qui ſeculo duodecimo ſenescente & ſequentis initio floruit, primum locum concedit Annalium Cartuſienſium libri quarti auctor anonymus. Verùm cùm ea dumtaxat teſtimonia, quæ pro prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi, ſecutoque hinc, ut ejus biographi aliique ſcriptores antiquiores vel ſuprà jam laudati vel infrà mox laudandi memoriæ produnt, Sancti noſtri in eremum ſeceſſu extra omnem controverſiam militant, in medium hîc producere ſit fixum, reperianturque, qui Cæſario de Pariſienſi doctoris redivivi prodigio ſermonem non eſſe velint, ſcriptoris hujus teſtimonium, de quo tamen quid cenſendum ſit, ſeparato § infrà diſcutiam, hîc modò non recenſebo, uti nec ſuprà memoratum, quod, etſi Theodorico, abbati Trudonopolitano, à nonnullis tribuatur, ſuppoſititium tamen, ut jam innui, commentitiumque veroſimillimè eſſe, infrà dicenda aperient. Prætereo hîc etiam, quod ab Annalium Cartuſienſium libri 4 auctore anonymo profertur, teſtimonium, à libri infrà memorandi, qui De quatuor Paradiſi fluminibus *inſcribitur, auctore ſuppeditatum. Etenim ſecundum hoc prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſis non in eccleſia aut publicè coram innumera populi multitudine, ſed privatim in defuncti ædibus coram paucis ſoliſque hujus amicis evenit; hîc autem ea dumtaxat, quæ horrendum illud prodigium publicè factum perhibent, teſtimonia recenſeri præſens inſtitutum exigit. En modò, quæ huc ſpectant, ex Annalium Cartuſienſium libro quarto hactenus non vulgato, ſæpiſſiméque jam laudato deſcripta, una cum obſervationibus, quas iiſdem libri illius auctor anonymus admiſcuit.*

AUCTORE C. B.

E

etiam perhibent codex Montis-Dei Ms.,

216 Extat etiamnum, *inquit hic,* apud Montem-Dei craſſum volumen, optimâ membranâ conſcriptum, continens Vitas Sanctorum, quod ſecum attulit ad Montem-Dei Joannes monachus abbatiæ ſancti Arnulphi Metenſis, qui circa annum MCCCXXIV habitum Cartuſienſem induit. Sic inſcribitur codex: "Vita laurea ſuper Legendas ,,plurimorum Sanctorum cum quibuſdam addi-,,tionibus valdè utilibus.,, Et ad calcem litteris rubeis hæc de tempore ſcripti codicis leguntur: "Frater Joannes monachus ſancti Arnulphi Me-,,tenſis, filius Bertrandi dicti Trancon, cogno-,,minatus de Sancta Cruce, fecit fieri & ſcribi ,,iſtum librum, & fuit finitus anno Domini ,,MCCCXXII in Vigilia ſancti Vincentii levitæ & ,,martyris. Finito libro, ſit laus & gloria Chri-,,ſto. Amen.,, In hoc igitur volumine hiſtoria damnati hominis ſic deſcribitur cum ſequenti titulo, "Hîc incipit, qualiter Ordo Cartuſienſis ,,fuit inſtitutus. Sicut patres noſtri narraverunt F ,,nobis, fuit quidam magnus clericus, regens ,,actu Pariſiis in Theologia, magni nominis atque famæ non mediocris, qui ad ultimum vi-,,tæ ſuæ perductus eſt, cujus amiſſione, utpote ,,tanti viri, tanti magiſtri, quum alii clerici u-,,niverſi præſentes non modicùm contriſtati ad ,,ejus exequias, prout moris eſt Pariſiis, con-,,venerunt; omnibuſque, quæ ad exequias perti-,,nebant, honorificè & ritè paratis, ventum eſt ,,ad hoc, ut defuncti corpus deberet poni in ſe-,,pulchro, circumſtantibuſque clericis, qui de-,,functus erat, clamavit dicens: Juſto Dei judicio ,,accuſatus ſum.,,

cujus verba

217 ,,Quod audientes dicti magiſtri & cleri-,,ci, & non immeritò ſtupefacti, inito conſi-,,lio, retulerunt corpus ad eccleſiam, in craſti-,,num reſervantes. Sequentique die exequiis ite-,,rum celebratis, cùm vellent ponere corpus in ,,tumulo, iterum clamavit mortuus & ait: Ju-,,ſto Dei judicio accuſatus ſum. Tunc magis ac ,,magis admirati dicti clerici, & conquirentes ,,inter ſe, quid agere deberent, dixerunt qui-,,dam, quòd judicium poterat ſonare in bono ,,& in malo. Unde fuit communi conſilium, ut

AUCTORE C. B.

,,ut & uſque in ſequentem diem, qui defunctus ,,fuerat, intumulatus ſervaretur; quod & factum ,,eſt. Divulgatoque prædictorum rumore, ſe-,,quenti die convenit penè univerſa civitas. Et ,,cùm ponerent defunctum in ſepultura præ-,,parata, iterum clamavit: Juſto Dei judi-,,cio condemnatus ſum. Dicti autem magiſtri, ,,audito hoc verbo & tractatu habito diligenti, ,,dixerunt, eum eſſe damnatum. Erat autem ,,tunc temporis quidam canonicus Remenſis, ,,magiſter in Theologia, nomine Bruno, ma-,,gnæ ſanctitatis & profundi ſenſus, qui, attentè ,,rem auditam conſiderans, vocavit quoſdam ,,de ſcholaribus ſuis ſecretò & ait illis: Ecce, ,,videtis, . . . quid agere debeamus. Si homo ,tantæ ſcientiæ, tantæ vitæ, tantæ famæ, dicit ,,ſe accuſatum, judicatum, condemnatum, ,,quid nos ſperare debemus miſeri peccatores? ,,Cùmque dicerent ei, Magiſter, in omnibus ,,parati ſumus tuo acquieſcere conſilio, ait: ,,Conſulo, ut mundum, & quæ ſunt mundi, ,,fugiamus, & habitemus in ſolitudine ſecun-,,dùm illud: Ecce, elongavi fugiens, & manſi

B ,,in ſolitudine. Et incipiamus Ordinem nobis ,,pœnitentiæ & ſecuritatis.

hic recitantur.

218 ,,Et addidit: "Eſt nobis quidam ſanctus ,,epiſcopus in partibus Burgundiæ in civitate Gratianopoli, in cujus epiſcopatu ſunt loca de-,,ſerta, & penè inacceſſibilia. Eamus ad eum, ,,& ejus conſilio omnia faciamus. Venerunt i-,,gitur ſeptem unanimes & unius voluntatis. ,,Cùmque intrarent prædictam civitatem, acci-,,dit, ut ſanctus vir dictus epiſcopus obdormi-,,ret in camera ſua. Viditque in ſomnis, &, ,,ecce, ſeptem ſtellæ cadebant ante pedes ejus ,,& poſtèa aſcendebant per diverſos montes & ,,multa deſerta uſque ad quemdam locum hor-,,ridum valde, & ab hominibus remotum: ſte-,,terunt autem ibi. Evigilante autem dicto epi-,,ſcopo, & de viſione ſeptem ſtellarum cogi-,,tante, adeſt magiſter Bruno cum ſociis ſuis. ,,Cadentibus autem dictis ſeptem ante pedes vi-,,ri ſancti, conferebat in corde ſuo de ſeptem ,,ſtellis, nam ipſi ſeptem erant. Levavit autem ,,eos benignè ad oſculum. Et, inquiſitâ & di-,,ligenter intellectâ quâ causâ veniſſent, dixit ,,eis: Scio locum veſtrum, à Deo vobis para-

C ,,tum, & duxit eos non ſine grandi labore ad ,,locum, ubi ſteterant ſeptem ſtellæ, & ait, ,,Ecce locus veſter. Ibi igitur, ipſo ſancto viro ,,juvante, cœperunt ædificare primam domum ,,Ordinis Carthuſienſis, quæ Domus Carthuſiæ ,,nuncupatur.,,

codex itidem Ms. Longipratenſis,

219 Hæc ibi, quæ non diſcrepant à cæteris, ſed notandum, quòd ſanctus Bruno dicitur ſecretò ſocios ſuos allocutus. Veriſimile eſt etiam, hujus codicis auctorem vidiſſe Chronicon, à noſtro anonymo (*adi verba num.* 199 *& ſeq. ex hoc tranſcripta, & num.* 12 *& binos ſeqq.*) editum circa annum MCCXX. Ante quinquaginta annos aſſervabatur in Carthuſia Monſterolenſi Ms. codex eccleſiæ Longiprati Ambianenſis diœceſis, in quo tunc hiſtoriam præfatam legit quidam monachus Montis-Dei. In hoc etiam codice plurima metra Gallica unà cum Epiſtola ſeu Tractatu de Vita ſolitaria ad Fratres de Monte-Dei nomine Guillelmi continebantur. Hic autem codex datus fuit Carthuſiæ Monſterolenſi circa annum MCCCXXX, ut in eo legitur, "Par ,,Meſſires Roberts Bataille Canoëne de Lonc-,,prè en Santers as Chartreux de Monſtrevel.,, Ex his liquet, hanc hiſtoriam ſub initium ſeculi quarti decimi fuiſſe notiſſimam, ac proin ejus originem antiquiſſimam fuiſſe; nec enim veriſimile eſt, eam eodem tempore tot in locis unanimi conſenſu fuiſſe excogitatam. *Hiſce obſervatis, Carthuſianus anonymus teſtimoniis jam adductis infráque adhuc adducendis picturas ac tabellas antiquas interſerit, quæ cùm ferale doctoris, damnatum ſe vociferati, ſpectaculum exhibeant, teſtimoniorumque loco hinc eſſe quoadammodò queant, verba etiam, quibus id facit, proximè jam recitatis adjungo.*

D

uti etiam, quibus & tabellæ pictæ ſuffragantur.

220 *Sic habent:* Innocentius hujus nominis VI, ſummus Pontifex, in refectorio Carthuſiæ Villæ-novæ, quam fundavit anno MCCCLVI, juſſit depingi ortum & progreſſum Ordinis Carthuſienſis, incipiendo à ſancti Brunonis & ſociorum ejus converſione, ibique etiamnum inter alias tabellas una cernitur, exprimens illud expaveſcendum damnati hominis ſpectaculum. Etſi picturas & colores in hac hiſtoria contempſerit & irriſerit Launoius, non poſſumus præfatis tabellis non attexere precatorium librum, quo uſus eſt Joannes, dux Bituricenſis, Joannis regis Franciæ filius, natus anno MCCCXL, & mortuus anno MCDXVI. Hunc librum modò in Carthuſia conſtituti præ manibus habemus, politis venuſtiſque litteris, deauratis interſertis characteribus, exaratum, ac pluribus exquiſito oleari ſubactus opere depictis imaginibus ſparſim ornatum, inter quas octo viſuntur, totam converſionis ſancti Brunonis hiſtoriam exprimentes, ex quibus tres elegantiſſimè triplicem damnati hominis anaſtaſim repræſentant cum ſubſcriptione triplicis vocis, accuſationis ſcilicet, judi-

E

cationis & damnationis. Quidam, qui librum non vidit, ut ejus picturæ teſtimonium antiquius luculentiuſque redderet, ſcripſit, præfatum ducem non fuiſſe auctorem depingendi has imagines, quas ideò diu antè pictas credidit. Sed ingenuè fatemur, eas non fuiſſe antiquiores ætate ejuſdem principis, ut ex primo hujuſce libri folio apparet, ubi ſic ſcriptum legimus: "Ces heures fit faire tres-excellent & puiſſant ,,prince Jehan, fils de roy de France, duc de ,,Berry & d'Auvergne, conte de Poitou, d'E-,,ſtampes, de Bouloingne & d'Auvergne,,, id eſt, "Hæ horæ precatoriæ compactæ ſunt juſſu ,,excellentiſſimi ac potentiſſimi principis Joan-,,nis, filii regis Franciæ, ducis Biturigum & ,,Arverniæ, ac comitis Pictonum, Stamparum, ,,Boloniæ & Arvorniæ.,, Deinde nomen ſcriptoris ſive pictoris ſubſcribitur ſic, "Flamel.,, Cujus Opus omnes, qui vident, mirantur, adeò ut locum mereatur habere inter egregios hujus temporis pictores.

F

Ranulphus Lygden, monachus Anglus,

221 *Redit modò ad ſcriptorum, qui Ordinis ſui non ſunt, teſtimonia Carthuſianus anonymus, itáque hæc recenſere pergit:* Ranulphus Lygden, monachus in Occidentali Anglorum parte oriundus, qui vivebat anno MCCCLXIII, inter plura, quæ ſcripſit, Polychronicon edidit, libros ſeptem complectens, in quorum ultimo, capite IV de ſancto Brunone & cauſa converſionis ejus ſic loquitur: "Bruno, Coloniâ Agrippinâ ,,oriundus, litterarum gratiâ Lutetiam, ſtudio-,,rum nomine tunc celeberrimam, ſe contulit. ,,Ibi canonicus factus inter profeſſores locum ,,tenuit. Præceptoris autem ſui, cui defuncto ,,jam exequiæ parabantur, voce, quâ, capite è ,,feretro exerto, ſe damnatum querebatur, mo-,,tus, in eremum quamdam, ſex aliis eum co-,,mitantibus, egreſſus, vitam egit duram. A

bo-

A ,,loco, quem incolebant, Cartuſianorum Ordi-
,,ni nomen inditum eſt. Poſt annum ſextum per
,,Urbanum diſcipulum ſuum, qui jam Roma-
,,næ præerat Eccleſiæ, revocatus ſuam ei in
,,Eccleſiæ negotiis præſtitit aliquandiu operam.
,,Verùm ſacræ curiæ laborum pertæſus, ad lo-
*Rhegienſi ,,cum priſtinum, rejecto ſimul Riſenſi * archi-
,,epiſcopatu, quem accipere jubebatur, rediit.,,
Errat hic auctor, cùm dicit, ſanctum Brunonem canonicum Lutetiæ factum & poſt præſtitam Urbano Papæ operam ad locum priſtinum, quo videtur intelligere Cartuſiam, rediiſſe. Sed hujuſmodi lapſus leves ſunt, nec poſſunt ei fidem detrahere circa ea, quæ de damnati hiſtoria narrat. Hæc verò ſatis conveniunt cum narratione codicis Metenſis, in quo (*infrà pluries memorando*) infelix ille homo dicitur magiſter ſive præceptor trium illorum, qui circa illius cadaver in orationibus pernoctaverant. Hujus auctoris verba non carpſit Launoius, quia non novit eum. Hæc autem habuimus ante xx annos à Cartuſia Villæ-Franchæ noſtræ provinciæ Aquitaniæ. Utrùm verò ex manuſcripto codice, aut ex impreſſo au-
B ctoris Tractatu, excerpta fuerint, fatemur, nos ignorare.

Joannes Iperius 222 Per id temporis (*ſeculo nempe* XIV) vivebat Joan. Iperius, Benedictinus abbatiæ S. Bertini Audomaropolitanæ diœceſis, qui in Chronico ejuſdem monaſterii agens de fundatione Ordinis Cartuſienſis, noſtræ hiſtoriæ meminit. Hujus Chronici (*exſtat modò apud Martenеum tom. 3 Anecdotorum inſertum*) nondum (*cùm ſcilicet hæc ſcribebantur*) typis excuſi ipſiſſima verba, prout à R. Patre Mabillonio nobis officiosè tranſmiſſa ſunt, hìc ſubjicimus." In ſtudio Pa-
,,riſienſi quidam doctor in Theologia valde ſo-
,,lemnis obiit, ad cujus exequias multitudo ma-
,,giſtrorum & ſcholarium convenit. Et dum
,,corpus defuncti in ſepulchro poni deberet,
,,clamavit dicens: Juſto Dei judicio accuſatus
,,ſum. Stupentes magiſtri illud ad eccleſiam retu-
,,lerunt. In craſtino Miſſâ cum exequiis iterum
,,celebratis, dum tumulari deberet, iterum clama-
,,vit: Juſto Dei judicio judicatus ſum. Altero verò
,,craſtino, Miſſis & exequiis celebratis, dum in
,,ſepulchro poneretur, iterum clamavit: Juſto
,,Dei judicio condemnatus ſum. Sic credentes,
,,eum verè eſſe damnatum, receſſerunt. Erat in-
,,ter cæteros quidam doctor ſolemnis, nomine
,,Bruno, canonicus Remenſis. Hoc eventu pave-
C ,,factus quibuſdam de ſcholaribus ſuis ait: Quid
,,faciemus, cùm homo tantæ ſcientiæ dicat, ſe
,,accuſatum, judicatum atque damnatum? Qui-
,,bus ſuo conſilio ſtare ſpondentibus ait: Mun-
,,dum fugientes in ſolitudine incipiamus Ordi-
,,nem pœnitentiæ. In hoc propoſito magiſter
,,Bruno cum ſex ſociis concordis venit ad Gra-
,,tianopolim civitatem inter montana Bourgon-
,,diæ.

*in Chronico, Joannes Gerſon, *an ad?* 223 ,,In illa die vir ſanctus illius civitatis
,,epiſcopus vidit in ſomnis ſeptem ſtellas ca-
,,dentes ante pedes ejus, dehinc aſcendentes &*
,,deſerta uſque, ad quemdam locum horrendum,
,,ab hominibus remotum, & ibi ſteterunt. Statim
,,eodem manè adeſt magiſter Bruno cum ſociis,
,,cadentes ante pedes epiſcopi. Conferens verò
,,epiſcopus in corde ſuo de ſeptem ſtellis; nam
,,& ipſi ſeptem erant, benignè levavit eos
,,ad oſculum, & ſcitâ causâ, pro qua vene-
,,rant, duxit eos ad locum, ubi ſteterant ſe-
,,ptem ſtellæ, dicens: Ecce locus vobis à Deo
,,paratus. Ibidem igitur, ſancto epiſcopo ju- AUCTORE
,,vante, cœperunt ædificare primam domum Or- C. B.
,,dinis, quæ Cartuſia nuncupatur.,, Hæc ille, viſionem ſancti Hugonis paulò ſecùs referens, quàm legitur in ejus Vita, à noſtro Guigone edita. Nec hunc auctorem novit Launoius. Obiit Iperius anno MCCCLXXXIII. Sequitur Joannis Gerſonis, celeberrimi illuſtriſſimæ Pariſienſis academiæ cancellarii, auctoritas; quem Launoius putat primum de doctoris anaſtaſi ſcripſiſſe. Verùm cùm ex ſuprà dictis conſtet, eam (*ex hæc ſcribentis ſcilicet, qui, quod ex ſuprà dictis incertum, anno circiter* 1220 *quinque Primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon ſcriptum ſtatuit, Cartuſiani anonymi opinione*) annis jam ducentis & ampliùs ante Gerſonis obitum, *qui anno* 1429 *contigit*, litteris fuiſſe mandatam, ruunt Launoii argumenta, quibus tanti viri teſtimonium diſpungere niſus eſt.

ſanctus Antoninus 224 Sed de eo iterum infrà. Gerſonis ferè æqualis fuit S. Antoninus, qui fusè hanc hiſtoriam deſcribit. Hunc Sanctum Launoius aſſerit rem à Gerſone traditam multis è ſuo marte auxiſſe. At contrarium patet ex verbis anonymi Cartuſienſis, qui ſcribebat (*quinque primorum nempe Cartuſiæ Priorum Chronicon*) circa annum (*adi, quæ huc faciunt, num.* 12 *& ſeqq. allata*) MCCXX, ſuperiùs citatis; à quo Antoninus videtur ſuam deſumpſiſſe narrationem, mutatis tantùm ſtylo & aliquibus verbis, ut ſunt ECCLESIA PRO AULA, SEPULCHRUM pro ECCLESIA, & aliis paucis ſimilibus. Quod quidem ante eum fecerat alter anonymus, qui Chronicon Cartuſiæ collegit circa annum MCCCLX, ut ſuo loco jam annotavimus. Nihilque prorſus addidit S. Antoninus præter ſepulturam aſininam. Oratio quoque S. Brunonis ad ſocios, quam Launoius carpit quaſi à S. Antonino confictam, reperitur apud noſtrum Boſonem, *aut certè* (*videſis dictâ num.* 8) *apud Tractatûs de Origine & veritate perfectæ religionis auctorem*, qui eam ex eodem anonymo mutuatus fuerat, ut etiam probare eſt ex codice Thuaneo, in quo tota deſcribitur, prout in vetuſtioribus codicibus legebatur. Nec propterea cum Antonino carpendus venit ille vetus auctor, qui juxta morem multorum hiſtoricorum ſanctum Brunonem deſcripſit ſuos alloquentem ſocios & ad mundi contemptum adhortantem, non equidem ipſiſmet beati Viri verbis, ſed ſimilibus, ut ipſe profitetur, ſic ſcribens: "Erat ibi magiſter Bruno, E
,,qui, ſupradictis vocibus ſalubriter territus at-
,,que compunctus, allocutus eſt quoſdam ſocios
,,ſuos, ibidem præſentes, iis vel ſimilibus ver-
,,bis &c.,,

aliique nonnulli. 225 Poſt teſtimonium ſancti Antonini (*Launoius*) addit, ſe præterire conſultò Dionyſium Cartuſianum, Joannem Nauclerum, Hartmannum Schedelem, Polydorum Vergilium, Sixtum Senenſem, Gabriëlem Prateolum & recentiores alios, quos aſſerit "nihil fermè mutâſſe in nar-
,,ratione Antonini, licèt aliquid in locutione
,,mutârint.,, Id quidem verum eſt de Nauclero, Schedele & Prateolo, ſed non de aliis. Nam Dionyſius noſter mentionem tantùm facit de tribus diebus, quibus voces illas terribiles damnatus protulit, ſed nihil habet de eccleſia, de ſepultura aſinina & de oratione ſancti Brunonis ad ſocios, ſicut nec Polydorus Vergilius, & Sixtus Senenſis, qui paucis verbis dicunt, ſanctum Brunonem, cùm audiſſet, quemdam ſuum ami-

AUCTORE C. B.

amicum post mortem clamantem : "Justo Dei ,,judicio damnatus sum, ,, hinc territum cum quibusdam sociis in locum desertum secessisse ; in quibus certè tota rei continetur substantia, quam verissimam asserimus. *Subdit modò, qui hæc scribit, Cartusianus anonymus, sæpissimè laudatus, num.* 213 *huc transcripta verba, quibus in* S. Brunonis *Vitæ, quam Bertholdus Remboldus anno* 1508 *Lutetiæ typis vulgavit, auctorem anonymum quædam observat, ac deinde nonnulla etiam in rem suam disserit de Theodorici abbatis Trudonopolitani, suprà jam laudati, testimonio; quod tamen genuinumne, an suppositititum sit, sese dubitare, satis innuit ; & meritò sanè, uti ex iis, quæ* § *sequenti in medium adducam, manifestum evadet.*

§ XIII. An scriptoribus, qui pro doctoris Parisiensis anastasi, hujusque adjunctis testati sunt, meritò accenseri queat Theodoricus, abbas Trudonopolitanus.

B

Testimonium, quod Theodorico, abbati Trudonopolitano,

C *Artusianus anonymus, qui Annalium Ordinis sui librum quartum hactenus non vulgatum contexuit, scriptores antiquiores, qui etsi Cartusiani non fuerint, testimonium tamen pro doctoris Parisiensis anastasi præcipuisque hanc comitatis adjunctis præbuêre, in medium adducturus, Operis sui num.* 73 *ita præfatur :* Expositis superiùs testimoniis, ab auctoribus Cartusiensis professionis desumptis, ad testimonia transimus auctorum extraneorum, sive qui de Cartusiensi Ordine non sunt. Inter quos referre possemus Theodoricum abbatem Sancti Trudonis Ordinis Sancti Benedicti, diœcesis Leodiensis, & ab eo seriem hanc inchoare, quia vixit circa annum MC, & fuit coævus Sancti Brunonis ; sed eum nihilominus prætermittimus, quia Opera ejus non vidimus, licèt à viris fide dignis verba ejus sciamus relata, quibus hanc *infausti Parisiensis doctoris* historiam narravit. De eo tamen inferiùs, data occasione, fusiùs agemus. *Hæc ille ; qui, quod in fine hîc promittit, recitatis scriptorum nonnullorum extraneorum testimoniis, re ipsa etiam exsequitur, Operis sui num.* 86 *sic scribens :* Est & alius, qui primus dicitur horum verborum, *Lectionis scilicet quartæ, ad quæ infelix doctor primò se accusatum, secundò judicatum ac tertiò tandem damnatum, responderit, initium in recitando de defunctis Officio constituentium*, auctor & scriptor oculatus, nempe Theodoricus abbas sancti Trudonis, qui vivebat circa annum MC, vel ille, qualiscúmque sit, auctor libri " de Sacra ratione temporum, ,, in quo prodigium Parisiense.... describi asserunt. *Verba num.* 214 *jam transcripta ideóque hîc iterum non transcribenda, quibus id in Opere illo fieri asseritur, Cartusianus anonymus modò recitat, ac deinde ita prosequitur :* Si constaret de auctoritate hujus narrationis, nihil clarius aut certius proferri posset ad astruendam hujus historiæ veritatem.

227 Primus, qui Theodoricum in testem adduxit, fuit Joannes Galaudus sacerdos Tolosanus & doctor Theologus, qui, pio in Ordinem Cartusiensem ductus affectu, Chronicon illius anno MDCXV composuit. Quod cum typis morte præventus dare non potuisset, Cartusiæ Parisiensi reliquit atque donavit. In eo Opere, ubi de doctoris anastasi differit, ad eam probandam quorum auctorum testimoniis usus est, videlicet Cæsarii Eisterbacensis, & Theodorici abbatis Sancti Trudonis in diœcesi Leodiensi, quorum ipsa verba, prout à nobis superiùs exscripta sunt, ipse retulit, dicens de Theodorico, quòd hæc verba habeat " in suo pereleganti vo- ,,lumine de Sancta temporum ratione ; ,, Unde patet, Cartusianos hanc historiam non " novo ,,cumulâsse mendacio, ,, ut exprobrat Launoius in conclusione capitis quinti, quando ad eam confirmandam Bartholdo Nihusio Theodorici auctoritatem sub bona fide Galaudi, viri honesti & docti, exhibuerunt. Scimus tamen nec à Trithemio, nec à Possevino inter libros, à dicto abbate conscriptos, nominatim recensèri Chronicon aut Librum sub titulo "De Sacra temporum ,,ratione, ,, quem ei Galaudus ascripsit, nisi forsan contineatur sub hac generali Trithemii conclusione, " Multa alia scripsit, quæ ad me ,,non pervenerunt. Utut sit, fides maneat apud Galaudum, hujus textus primum exscriptorem, donec quid certius reveletur. *Hactenus Cartusianus anonymus sæpissimè laudatus, meritò sanè existimans, nihil ad fidem indubitatam prodigiosæ doctoris Parisiensis anastasi conciliandam magis aptum accommodatumque, quàm num.* 214 *huc transcriptum, si modò de hujus sinceritate constaret, Theodorici abbatis Trudonopolitani testimonium, posse asserri.*

D

tribuitur, primus laudavit Galaudus sacerdos.

E

Id, in Defunctorum Officio Sancti ætate,

228 *Ast suppositititium illud esse, verosimillimum idcircò apparet, quòd, quæ à veritate aliena sunt, Theodoricoque proinde, auctori synchrono juxtà ac testi oculato, non congruentia, verosimillimè complectatur. Res ex jam nunc dicendis patescet. Lectionem, quæ ab hisce vocibus,* Responde mihi, *inciperet, desumptaque proinde ex libro Job esset, in Parisiensi Defunctorum Officio Sancti nostri ætate fuisse, apertissimè utique* (*adi num.* 214) *indicat ; verùm Joannes Abrincensis episcopus in libro, quem de Officiis ecclesiasticis* S. Brunonis *ætate conscripsit, hæc sequentia, Launoio, cui hac in re fidem à nemine negatam invenio, in sua de vera causa secessûs* S. Brunonis *in eremum dissertatione cap.* 3 *testante, memoriæ prodit :* In crastino omnium Sanctorum fiat festiva celebratio omnium mortuorum, in qua non dicatur Hymnus aut Invitatorium. Bini clerici cantent unumquodque Responsorium, duo regant chorum, duo cappati Gradale, quatuor cantent Tractum Matutinæ, & Horæ diei nullo modo prætermittantur, sed has ferialiter dictas Agenda mortuorum festiva sequatur. Prima dicta, tres Psalmi, scilicet Ad Dominum, cùm tribularer, Levavi, Lætatus sum, in tono dicantur, &, versu dicto, Kyrie eleison cantetur. Oratione Dominica finita, cum primo tantùm cap. Requiem æternam, oratio sequatur. Eodem modo in ceteris, Horis exceptis & Matutinis. In tertia Ad te, levavi, Nisi quia Dominus, Qui confidunt. Versiculus erit, A porta inferi. In sexta, In convertendo, Nisi Dominus ædificaverit, Beati omnes. Vers. Non intres in judicium. In Nona, Sæpe expugnaverunt, De profundis, Domine non est. Versiculus, In memoria æterna. In Completorio, Deus misereatur, Deus in adjutorium, Do-

A Domine exaudi orationem meam auribus. Verſiculus, Requiem æternam.

quod in eo non fuit, lectum fuiſſe innuit,

229 *Quibus in verbis nulla planè, quod bene notandum, Lectionum, quæ tunc in Defunctorum Officio fuerint recitandæ, mentio occurrit. Adhæc* (*teſte eodem Launoio loc. proximè cit.*) *de Dagoberti regis anniverſario, quod Adam Sandionyſianus abbas, Sugerii ſucceſſor, paulò poſt* Brunonis *obitum præſcripſit, ad veteris Martyrologii calcem hæc verba reperiuntur:* Hæc eadem (*quæ in Veſperis*) & in Matutinis conſtituimus; quatuor (*cantores*) in cappis Invitatorium decantent, habitis primi & ſecundi Nocturni de Euangelio Lectionibus, ultimæ de vita ipſius & deceſſu ſequantur. *Lectiones ergò, quæ in hoc de defunctis Officio recitatæ fuerunt, non ex libro Job, ſed ex Euangelio erant depromptæ; Quare, cùm præterea, Pariſiis in Defunctorum Officio Sancti noſtri ætate Lectiones fuiſſe recitatas, nullo planè argumento, aliunde accepto, queat probari, id ſanè vel tunc non factum, vel eas aliunde quàm è libro Job fuiſſe acceptas, ex Joannis Abrincenſis epiſcopi verbis, iiſque, quæ ad Martyrologii veteris, à Launoio laudati, calcem reperiuntur, veroſimilius apparet. Jam verò cùm id ita ſit, teſtimonium de prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi ſuprà huc tranſcriptum, quod Theodorici, abbatis Trudonopolitani, nomine circumfertur, à vero veroſimiliùs deviat, dum Lectionem, quæ ab hiſce vocibus;* Reſponde mihi, *inciperet, Deſumptaque proinde è libro Job eſſet, in Pariſienſi defunctorum Officio Sancti noſtri ætate fuiſſe, indicat.*

B

ubi etiam ſtudiorum causâ Pariſiis, cùm damnati hiſtoria accidit,

230 *Atque hoc primum eſt, in quo à veritate veroſimiliter deflectit attributum Theodorico, abbati Trudonopolitano, teſtimonium. Aliud, in quo id eodem nævo veroſimiliter etiam laborat, nunc habe. Theodoricum tunc, cùm ferale doctoris redivivi ſpectaculum Pariſiis accidit, ſtudiorum cauſâ ibidem fuiſſe verſatum, diſertè tradit. Verùm præterquam quòd, Theodoricum litteris umquam operam Pariſiis dediſſe, nullo prorſus queat antiquo probatæque fidei monumento utcúmque probari, à vero id alienum, è conſcripto, quod apud Dacherium tom. 7. Spicilegii exſtat, per Radulphum, proximum à Theodorico, de quo hîc ſermo, abbatiæ Trudonopolitanæ abbatem, Chronico Trudonopolitano apparet. Theodoricus enim, uti hoc pag. 396 & binis ſeqq. docet, ad abbatiæ Trudonopolitanæ regimen, in qua ab ineunte ætate educatus fuerat, monachumque deinde inducrat, è Gandenſi S. Petri monaſterio, quò, illâ miſerum in modum turbis agitatâ, conceſſerat, ab Olberto Leodienſi epiſcopo, monachiſque Trudonopolitanis, fratribus ſuis, anno 1099, ſeu potiùs, ut idem Trudonopolitanum Chronicon apud nos Ms. habet, anno 1098 fuit evocatus, tuncque, cùm id factum eſt, vir erat liberalibus artibus apprimè imbutus, ſtyli ſive ligati ſive ſolnti peritiâ nulli ſui temporis ſecundus atque ad mediam ætatem, ut loquitur idem Chronicon, jam provectus. Jam verò, cùm id ita ſit, Theodoricus tunc, ſeu dicto anno 1098 aut, ſi mavis, 1099, quorum altero abbatiam Trudonopolitanam regendam accepit, quadraginta ut minimùm annorum exſtiterit, ac proin, cùm monachum viginti annis nondum natus in eadem Trudonopolitana abbatia, in qua, ut dictum, à pueris educatus fuerat, veroſimillimè induerit, conſectarium ſit, ut id veroſimillimè fecerit ante annum* 1082, *quo, ut laudatum Trudonopolitanum Chronicon apud Dacherium pag. 369 fidem facit,*

C

Adelardus II, Trudonopolitanus abbas, è vivis exceſſit.

AUCTORE C. B.

verſatum eſſe Theodoricum abbatem, qui tamen vel ante,

231 *Atque id quidem longè adhuc veroſimilius evadit ex eo, quòd, Lanzone & Luipone poſt Adelardi obitum de abbatiæ præfectura, quod anno* 1085 (*adi Trudonenſe Chronicon pag. 370 & ſeq.*) *primùm incepit, contendentibus, ad Gandenſe S. Petri monaſterium, ut idem Chronicon pag. 396 iterum docet, ſeſe Trudonopolitanus jam monachus receperit, nulloque modo veroſimile appareat, eum ſub Lanzone, qui, agentibus Henrico Leodienſi & Herimanno Metenſi epiſcopis, in Adelardi II defuncti locum, monachis omninò invitis, fuerat ſuffectus, monachicum habitum primùm ſuſcepiſſe. Jam verò, cùm Theodoricus, uti ſanè ex jam dictis veroſimillimum apparet, ſub Adelardo II Trudonopoli monachum induerit, hocque Trudonopolitanam abbatiam abbatis munere gubernante, maximè in ea, ut Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores ex laudato Chronico Trudonopolitano tom. 7, pag. 30 rectè docent, litterarum ſtudium floruerit, Theodoricum jam monachum Pariſios tunc, ut ibidem litteris operam daret, è Trudonopolitano monaſterio, in quo educatus litteriſque adhuc puer fuerat eruditus, conceſſiſſe, ſeu ab abbate ſuo miſſum fuiſſe, neutiquam veroſimile apparet, maximè cùm præfatum Trudonenſe Chronicon nullius planè Trudonopolitani monachi, qui, Adelardo abbate, litterarum addiſcendarum cauſâ Pariſios conceſſerit, mentionem faciat, nec, ut eum in ſinem abbatiæ Trudonopolitanæ alumni, utpote quibus domi à neceſſariis ad litteras diſcendas ſubſidiis abunde eſſet proſpectum, Pariſios ſeſe conferrent, eſſet neceſſum. Atque ita quidem ex modò dictis habemus, Theodoricum, Adelardo II monaſterii Trudonopolitani abbate, ante annum* 1082, *quo hic (adi iterum Chronicon Trudonopolitanum pag. 369) vivere deſiit, Pariſiis litterarum addiſcendarum cauſâ verſatum veroſimillimè non eſſe. Verùm anne eò poſt Adelardi obitum vel ipſo dicto anno* 1082, *quo circitèr prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſis eveniſſe narratur, vel ſequenti ſeſe eamdem ob cauſam non contulit?*

E

quo ea circitèr evenerit, annum 1082, *vel circa eum,*

232 *Erit ſanè fortaſſis non nemo, qui id è Trudonopolitano Chronico jam ſæpiùs laudato ſuſpicetur; Herimannus enim, uti hoc lib. 2 & 3 memoriæ prodit, Metenſis & Henricus Leodienſis epiſcopi abbatiæ Trudonopolitanæ, rejecto, quem hujus alumni abbatem è gremio ſuo elegerant, Gerardo, Lanzonem, Sancti Vincentii Metis abbatem, poſt Adelardi obitum anno, ut apparet,* 1083 *præfecerunt, hincque omnes ferè Trudonopolitani monachi maximè irati, cùm ſeſe præterea in exſilium pellendos intelligerent, monaſterium ſuum, aliis aliò concedentibus, fugâ dilapſi reliquerunt; unde, Theodoricum Pariſios tunc petiiſſe, ſuſpicio poteſt oriri. Verùm, quo hanc tollas, ipſummet etiam Chronicon Trudonopolitanum iis ipſis locis, quibus jam dicta narrantur, ſuppeditat. Ut res manifeſta evadat, ipſa Chronici verba, quæ libro ejus 2 & 3 jam citt. huc ſpectantia occurrunt, tranſcribo. Libri 2 itaque hæc ſunt:* Epiſcopi (*Metenſis nempe Herimannus, & Leodienſis Henricus*) nec juſtæ petitioni noſtrorum acquieſcentes, nec Deum in ſe noſtros perſequi pro peccatis tam ſuis, quàm noſtris intelligentes, ſpreta noſtrorum digna electione & quæ reprobari non poterat aliqua regulari objectione, ſicut jam dudum deliberaverant... ſtupentibus oculis monachorum, introduxerunt in monaſte-

F

AUCTORE C. B.

rium noſtrum Lanzonem quemdam de cœnobio Sancti Vincentii Metis abbatem..... Die verò capituli convenerunt in chorum ad Veſperas omnes confratres noſtri, veſtientes chorum formoſis viris magnarum perſonarum & eruditis apprimè in omnibus Officiis eccleſiaſticarum inſtitutionum.

uti è Trudonopolitano, cujus verba aliquot

233 Felix quidem eccleſia tot & talibus & tantis viris, ſi non iratum habuiſſet Deum Patrem, ſi pro peccatis ſuis vel iram ejus ſciviſſet portare in humilitate cordis & contritione carnis. Sed quid moror? Eadem nocte intelligentes ab amicis, quòd ſequenti die violenter & contumelioſè contruderentur in exilium, ſi in clauſtro eſſent uniti, pavore diſſoluti (ut eſt humana natura & maximè formidoloſa ſimplicitas monachorum) fugâ ſibi conſuluerunt. Unus tantùm eorum Luipo nomine, exilio ſibi magis, quàm fugâ, electo, tranſmiſſus eſt Leodium ſub Berengario abbate apud Sanctum Laurentium; pauciſſimi verò cùm abbate Lanzone

B

remanſerunt, Gerardus ſcilicet præpoſitus, ille noſtrorum electus, nec non & Blingerus, Herimannus quoque ſenior cum alio Herimanno nepote ſuo, atque Eugo paulò pòſt miſſus eſt Metis in exilium, cæterorum plurimis per Flandriam & Angliam, Daciam & Saxoniam, regnum quoque Theutonicorum diſperſis. Pars minima, habitu ſibi retento, per diverſa cœnobia hoſpitabantur, pars maxima, nihil ſibi de monacho retento, presbyterorum more per diverſas parochias vagando ferebantur. Sed & Leodii & Coloniæ poſt iræ Dei ſuper locum noſtrum pœnitentiam & redditam noſtris miſerationis ſuæ gratiam vidimus nonnullos eorum inter clericos ſub clericorum habitu conſenuiſſe in Ordine canonicorum Leodii in monaſterio ſanctæ Crucis, nec non Sancti Johannis Coloniæ in monaſterio ſancti Georgii; *libri tertii verò iſta:* Anno igitur Dominicæ Incarnationis mileſimo octogeſimo ſecundo obiit abbas Adelardus II, octavo Idus Decembris; tertio verò Idus Aug. capitulum actum eſt ſuper confratres noſtros à duobus epiſcopis, Herimanno ſcilicet Metenſi & Henrico Leodienſi, quâ nocte diſperſi ſunt omnes confratres noſtri præter paucos, quos ſuperiùs nominavimus.

hic dantur, Chronico apparet,

234 *Etſi ergò, uti ex his verbis liquet, poſt obitum Adelardi II abbatis ſui omnes ferè Trudonopolitani monachi è monaſterio ſuo fugâ dilapſi aliò ſeceſſerint, hoſque inter Theodoricus, utpote paucis, qui apud Lanzonem abbatem Trudonopoli manſerunt, à Radulpho hîc non annumeratus, veroſimillimè exſtiterit, Pariſios tamen illum tunc non conceſſiſſe, ex iiſdem jam recitatis verbis concludendum apparet, utpote quibus inter regiones diverſas, ad quas tunc profugi Trudonopolitani monachi ſeſe contulêre, non Gallia, in qua Pariſienſis civitas ſita eſt, ſed Flandria dumtaxat, Anglia, Dacia, Saxonia & Alemannia recenſeantur. At verò, inquiet non nemo, quò ergò Theodoricus, cum plurimis aliis è Trudonopolitano ſuo monaſterio poſt Lanzonem in id inductum profugus, ſeſe recepit? Trudonopoli haud procul ſubſtitiſſe illum, exiſtimo. Etenim è Trudonopolitanis illis monachis, quibuſcum Theodoricus Trudonopoli tunc diſceſſit, exſtitêre nonnulli, qui non ita dudum pòſt, aſſentiente Lanzone, ad monaſterium ſuum redîêre. Ita iterum colligitur è Trudonopolitano Chronico, quod apud Dacherium tom. Spicilegii cit. pag. 370 de Luipone, Trudonopolitano monacho, exſilium, in*

C

quod, Lanzone jam Trudonopolitano abbate, pulſus fuerat, adhuc patiente, ſic habet: Qui (*Luipo*) cùm per omnes, quos utiles ſibi fore exiſtimabat, per ipſum quoque imperatorem apud abbatem Lanzonem omni humilitate ageret, ut receptus in clauſtro ſuo, quo nutritus fuerat, ordine, quo & alii, venire poſſet, nullo modo impetrare valuit. *Quibus verbis aliiſque ſequentibus innititur, eo tempore ſeu, uti ex ejuſdem Chronici loco proximè cit. apparet, anno* 1085. *quo Luipo, ut ad Trudonopolitanum ſuum monaſterium redire ſibi fas eſſet, impetrare fuit conatus, alios nonnullos ad id Trudonopolitanos monachos, qui inde, non quidem in exſilium pulſi, ſed fugâ dilapſi diſceſſerant, fuiſſe jam reverſos; hi autem utpote ad monaſterium, quod deſeruerant, haud ita dudum pòſt, uti etiam è Chronici Trudonopolitani loco proximè laudato apparet, reverſi, regiones procul diſſitas, cum fugâ inde ſeſe ſubduxêre, adiiſſe non videntur, ac proin nec Theodoricus, utpote qui ex iis unus exſtiterit, uti pronum eſt eruere ex eo, quòd, Lanzone poſtea & Luipone mox memorato de abbatia Trudonopolitana contendentibus, Gandavum inde ad S. Petri monaſterium ſeſe receperit, quemadmodùm iterum apud Dacherium tom. Spicilegii cit. pag.* 369 *& ſeq. Chronicon Trudonopolitanum docet.*

D

litteris ibidem operam

235 *Verba, quibus id ibidem facit, aliaque nonnulla, hiſce eodem loco adjuncta, quòd pleraque, de Theodorico ad præſens inſtitutum jam dicta, hauſta ex iis ſint, huc tranſcribo. Sic habent:* Quærebatur ergò (*cùm jam ſcilicet Trudonopolitanæ abbatiæ, diuturnis diſſenſionibus ad incitas ferè redactæ, ſubvenire decreviſſet Olbertus, Leodienſis epiſcopus*) diligentiſſimè, ſi quis ſupereſſet de filiis noſtræ eccleſiæ, cui idoneè committi poſſet cura ſubveniendi matri ſuæ. Aiunt Fratres noſtri, nec non clerici & laïci, qui eum cognoverant, quî Gandæ in monaſterio ſancti Petri moraretur unus de noſtris Fratribus, nomine Theodoricus, qui à loco noſtro receſſerat ſub contentione abbatum Lanzonis & Luiponis. Hic ſi poſſet extrahi inde, idoneus illis videtur ad regendam abbatiam, quoniam Theutonica & Gualicana * expeditus, liberalibus artibus egregiè eruditus in proſa & verſu nulli eſſet ſuo tempore ſecundus, dulci & altiſſima ſonorus vocalitate, brevis, ſed pulchra perſona, mediaque ætate, qui etiam Fratrum ſuorum infirmitatibus meliùs ſciret compati, tanquam à puero illis connutritus, & qui viderat & audierat mala, quæ paſſi erant in ſuis tribulationibus. *Ita laudatum Chronicon. Jam verò, cùm Theodoricus, uti ex omnibus jam dictis intelligitur, Pariſios ſeſe, cùm Adelardus II, Trudonopolitanus abbas, anno* 1082 *obiiſſet, non contulerit; brevî autem, poſtquam monaſterium ſuum, inducto in id anno* 1083 *Lanzone, deſeruiſſet, è vicino loco, quò receſſerat, Trudonopolim fuerit reverſus, ibidemque, ut apparet, cum Lanzone ad annum uſque* 1085, *quo, ortâ hunc inter & Luiponem contentione, Gandavum ſeſe ad S. Petri monaſterium recepit, fuerit commoratus, conſectarium fit, ut Pariſiis anno circitèr* 1082, *utpote ante hunc ſtudiorum causâ ibidem etiam, ut ſuprà docui, non verſatus, veroſimiliter non ſtuduerit.*

* Vualonica

E

F

236 *Quod ut evidentius fiat, imò Theodoricum Pa-*

A *verisimiliter non dedit. Illud idcirco,*

Parisiis numquam studuisse pateat, omnia ejus ab ineunte ætate ad illud usque tempus, quo Gandâ revocatus abbatiam Trudonopolitanam gubernandam accepit, gesta hunc in modum compendio & ordine expono. Puer adhuc in monasterio Trudonopolitano pro temporum illorum more fuit educatus ac litteris addiscendis admotus, cúmque deinde factus ætate grandior monachis ab Adelardo II abbate fuisset adscriptus, litteris animum ad annum usque 1082, *quo hic vivere desiit, in monasterii sui schola, quæ tunc ex dictis maximè florebat, perrexit excolere. Adelardo deinde anno* 1082 *vitâ functo, monasteriique regimini Lanzone, invitis monachis, admoto, cum plurimis ex his Trudonopoli excessit, cúmque deinde è loco haud procul, ut apparet, hinc dissito, quò sese receperat, ad monasterium, assentiente Lanzone abbate, fuisset reversus, contentioque hunc inter & Luiponem anno* 1085 *esset exorta, Gandavum, relicto iterum monasterio, concessit, ibique in S. Petri abbatia commoratus est*

B *ad annum usque* 1099 *seu certè* 1098, *quorum altero hinc Olberti Leodiensis episcopi litteris evocatus monasterium Trudonopolitanum abbatis munere gubernandum accepit. Talia sunt Theodorici ad tempus usque, quo hoc factum est, gesta, quæ sanè, ut Theodoricum Parisiis umquam ac nominatim anno circiter* 1082 *studuisse credamus, permittere non videntur. Jam verò, cum id ita sit, testimonium num.* 214 *huc transcriptum ac Theodorico attributum, quo istud adstruitur, suppositititium commentitiumque verosimillimè est, quale etiam ob alia, quæ jam dictis adjungo, apparet.*

simulque ob nonnulla alia,

237 *Testimonium illud ante seculi proximè elapsi initium seu ante annum* 1615, *quo à Galando sacerdote laudatum fuisse, Cartusianus anonymus verbis suprà huc transcriptis affirmat, ipsosmet Cartusianos latuisse videtur, uti etiam damnatum doctorem appellatum fuisse* Raymundum Malliban *seu* Milleban, *aut, ut alii volunt,* Raymundum Diocrem. *Fas est id colligere vel ex solo Petræo, Cartusiæ Colonienſis alumno, qui suis in primum Chronici Cartusiensis, à Dorlando contexti, librum Elucidationibus, anno* 1608 *excusis, § particulari studiosè inquirit,* Cur damnati ac ter infelicis doctoris istius (*qui scilicet, sese damnatum, Parisiis è feretro proclamârit*) nomen litterarum monumentis consignatum non sit. *Ne verò hîc errâsse arbitreris Petræum, Petrus Sutor, Cartusiæ Parisiensis Prior, anno* 1537

C *è vivis sublatus, cujus Opus de vita Cartusiana anno* 1609 *typis Colonienſibus lucem primùm aspexit, lib. hujus primo, tract.* 1, *cap.* 3 *ita scribit:* Fatemur ingenuè, nullum doctoris illius (*Parisiensis damnati*) nomen per nos adductum esse, quòd nullum sit litterarum monimentis, quod viderimus, proditum; itaque non fingere novum, sed incognitum tacere voluimus. *Nec est, cur hîc opponas* S. Brunonis *Vitam Ms., à Cartusiano anonymo per verba num.* 209 *recitata jam laudatam, quæ in bibliotheca Basileensi asservatur, annoque* 1486 *ac proin diu ante seculum sextum decimum conscriptam; etsi enim in hac, uti in Operum Launoii auctorum ac illustratorum tom.* 2, *part.* 2, *anno* 1731 *Coloniæ Allobrogum excusa pag.* 376 *in inferiori hujus margine notatum invenio, sequentia hæc verba* Contigit circa annum Domini MLXXXII Parisiis prodigium horrendum in quodam magistro, cui secundum quosdam nomen erat Raymundus, *scripta inveniantur,* Raymundi *tamen nomini additum aliud, quo &* Diocres, *aut etiam* Milleban, *ut adscriptum Theodorico abbati Trudonopolitano testimonium prodit, fuerit vocatus, infelicem doctorem Parisiensem habuisse; consectarium inde non est, meritòque proinde illud vel pro suppositio vel pro admodùm suspecto potest haberi; nisi fortè liber, è quo à Galando depromptum dicitur, in lucem proferatur, proque genuino Theodorici fœtu habeatur.* AUCTORE C. B.

238 *Verùm quo hic loco, cujusve in bibliothecæ angulo servatur? Unde illum, aut, si mavis, illius exemplar, è quo verba num.* 214 *recitata excerpserit, Galaudus sibi comparavit? An bibliothecam, personamve, à qua pretiosum hujusmodi monumentum secum fuerit communicatum, in conscripto à se Cartusianorum Chronico aspiam declarat? Omnia hæc anonymus, è quo solo ferè, quæ de Galaudo jam dixi, discere licuit; Annalium Cartusiensium libri quarti hactenus non vulgati auctor in obscuro relinquit. Indicat quidem, Galaudum virum honestum ac doctum fuisse; verùm quis hinc asserat, acuti adeò judicii hominem exstitisse, ut nec ab impostore decipi, nec Opus, quod Theodorico esset suppositum, pro vera hujus lucubratione accipere potuerit? Fatendum interim est, Bertholdum Nihusium aut, si mavis, Cartusianos, qui ei, quod in datis ad Andream Saussæum, didascalicæ hujus Epistolæ anno* 1645 *impressæ, præfixis litteris laudat, testimonium Theodorici Trudonopolitani abbatis exhibuerant, perperam ob illud, seu citatum seu exhibitum à Launoio in Dissertatione de vera causa secessûs* S. Brunonis *in eremum, cap.* 5, § III *mendacii insimulari; id enim & à Nihusio citari, & huic à Cartusianis è Galando acceptum exhiberi bona fide potuit. Sed alia modò huc spectantia, quæ Cartusianus anonymus recitatis num.* 227 *verbis non inclusit, discutiamus. Testimonii, quod Theodorico, abbati Trudonopolitano, attribuitur, diversa diversis è locis submissa exemplaria penes nos exstant; unum autem hæc inter in capite præfert sequentia hæc verba:* Andreas Quercetanus (Du Chesne) in Fragmentis Historiæ lib. 4 citat Ms. monasterii S. Theodorici prope Rhemos, cui titulus est " De Ratione temporum, ,, ubi legitur; *quibus præmissis testimonium, num.* 214 *huc transcriptis verbis conceptum, subjungitur, ac deinde in fine pro clausula additur* Hæc ibi.* quæ in medium

239 *Cùm primùm in hoc testimonii, Theodorico adscripti, exemplar incideram, recitatis, quæ ei præfixa videbam, verbis excitus Historiæ Francicæ Scriptorum Andreæ Quercetani seu Chesnii librum quartum avidè arripui, totumque à capite ad calcem sedulò excussi. Sed en! Pag.* 162, *quâ solâ in toto illo Chesnii libro seu tomo liber Ms. monasterii S. Theoderici prope Remos, cui titulus est,* " De ratione temporum ,, *citatur, Fragmentum historicum suppeditatur, in quo, uti id inspicienti pateret, ne apex quidem vel do prodigiosa doctoris Parisiensis anastasi, vel de pulso ex hac in eremum* S. Brunone *occurrit. Hinc intellexi, verborum, quæ proximè recitavi, descriptorem significatum hisce voluisse, testimonium, Theodorico abbati Trudonopolitano attributum, non libro seu tomo quarto Chesnii, quem laudat, sed Ms.* De temporum ratione *libro, è quo Fragmentum historicum in tomum illum Chesnius intulit, esse inscriptum. Verùm nec id veritati consonum existimo, quòd*

P *hic adducitur*

AUCTORE C. B.

res hæc, ſi ita haberet, à pluribus aliis ſcriptoribus memorata veroſimillimè inveniretur, nec tamen memorata ab ullo hactenus à me inveniri potuerit. At verò ſunt, uti ex natitiis, quas ad manum habeo, diſco, qui in Trudonopolitani diœceſis Leodienſis monaſterii bibliotheca jactatum Theodorici, id olim abbatis munere moderati, de Sacra temporum ratione librum, in quo hic pro prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi teſtimonium num.214 recitatum præbeat, aſſervari affirmant, addentes etiam, mirum nemini debere accidere Martenei & Durandi, Ordinis S. Benedicti ſcriptorum, in Itinere ſuo litterario, ubi de illa Ordinis ſui abbatia ejuſque bibliotheca agunt, de libro illo ſilentium.

pro ſuppoſititio videtur habendum.

240 *Ita pronuntiant, quòd bini hi ſcriptores librorum Mss. omnium, qui in Trudonopolitanæ abbatiæ bibliotheca ſervantur, cognitionem perfectam non habuerint, uti ipſimet declarant, Operis cit. tom. quidem primo ſcribentes, Trudonopolitanam bibliothecam eſſe ſatis bonam, libriſque Mss. ſat inſignibus inſtructam; tom. autem ſecundo tradentes, ſeſe, cùm ad abbatiam Trudonopolitanam iterum acceſſiſſent, libroſque hujus Mss. denuò ſcrutari vellent, obtinere id ab abbate non potuiſſe. Hinc, etſi etiam Ms. illum de ſacra temporum ratione librum in Trudonopolitani monaſterii bibliotheca latêre, agerrimè in animum poſſem inducere, in rem tamen, ne quid, quod ad converſionis* S. Brunonis *cauſam indagandam poſſit conducere, neglexiſſe viderer, ſedulò inquirendum duxi, meque ad monaſterium Trudonopolitanum, ſi modò aſſervatos in hujus bibliotheca libros Mss. ſcrutandi facultatem mihi impertiendam ſciviſſem, conferre paratus, enixiſſimè, ut hæc mihi concederetur, per amicos petii; verùm, uti ea Marteneo & Durando, ita & mihi fuit negata. Præfatum interim librum in Trudonopolitana abbatia non reperiri, aut certè in eo ſuprà huc tranſcriptum pro prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi teſtimonium non contineri, litteræ inde ſcriptæ ſuadent; quas inter etiam una eſt, ab ipſomet abbate anno 1745 exarata, in qua hic ſic ſcribit :* Recordor, me à paucis annis ad petitionem Rmi Dñi abbatis Sti Laurentii idem Tranſumptum (*teſtimonii ſcilicet, Theodorico abbati attributi*) vidiſſe, & diligenter tunc inquiſivi, ſi in autentico invenire potuiſſem, ſed nuſquam reperi in Chronicis Theodorici abbatis, unde apparenter tranſumptum eſſe poteſt. *Jam verò, cùm nec liber ille, uti ex litteris, poſt rem diligentiſſimè examinatam ad me ſcriptis, diſco, in abbatia S. Victoris prope Pariſios, in qua tamen illum aſſervari, notatum etiam inveneram, reperiatur, teſtimonium Theodorici abbatis, quod illi includi à nonnullis aſſeritur, pro omninò commentitio ex omnibus jam dictis videtur habendum.*

§ XIV. Cæſarii Eiſterbacenſis teſtimonium recenſetur, & quid de hoc ſit cenſendum, ſtatuitur.

Damnati hiſtoriæ teſtimonium perhibetur à Cæſario Eiſterbacenſi.

Anonymus Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor, in medium adducturus Cæſarii Eiſterbacenſis pro prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi teſtimonium, ita præfatur : Primus... inter extraneos, apud quem hujus prodigii narrationem legimus, ſe offert Cæſarius Eiſterbacenſis Ordinis Ciſtercienſis, qui jam florebat anno MCLXXXVIII, id eſt, quinquaginta circitèr annis poſt mortem primorum Patrum Ordinis Cartuſienſis cum ſancto Brunone inſtitutorum ; aut ſaltem primo ab obitu ſancti Brunonis ſeculo, in quo & vixit viginti circitèr annis ; *ac deinde Cæſarii verba, teſtimonium illud complectentia, tranſcribit, prolixéque, quò id Pariſienſi prodigio ſuffragari probet, contra Launoyum diſſerit. Verba ejus omnia, ne quid de argumentorum, iis incluſorum, vi detraxiſſe videar, huc tranſcribo, ad calcem etiam nonnulla, quæ in hæc obſervanda duxero, adjecturus. Sic itaque habent;* Hic (*Cæſarius Eiſterbacenſis*) in ſuo Opere, quod, in libros duodecim ad formam dialogi digeſtum, " De illuſtribus mi-
„raculis & hiſtoriis memorabilibus, quæ ante
„vel circa ſua tempora contigerant in Germa-
„nia, Italia & Gallia,„ prænotavit, libro XI, qui " De Morientibus, „ inſcriptus eſt, hoc ſpectaculum his prorſus verbis exponit : " Fuit in
„regno Franciæ clericus quidam nobilis & dives,
„quæ duo ſæpe homines extollunt, maliſque vi-
„tiis ſubjiciunt; qui cùm mortuus eſſet & in fere-
„tro poſitus, multitudine populi circumſeden-
„te, tam ex clericis quàm ex laïcis, ipſe ſe e-
„rexit, cunctis audientibus, in hæc verba pre-
„rumpens: „ Juſtus Judex judicavit, judicatum condemnavit, condemnatum tradidit in manus impiorum. " Quibus dictis, ſe reclinans iterum
„non obdormivit, ſed de requie tranſivit ad la-
„borem, de deliciis ad miſeriam.„

Qualis hîc fuerit. Cartuſianus anonymus ejus narrationem

242 His Cæſarius pauciſſimis verbis expaveſcendum damnati hominis ſpectaculum perfectè repræſentat utrique conformiter narrationi, quam ſuperiùs tum ex anonymo Cartuſienſi, tum ex codice (*infrà plùs ſemel hîc memorando*) collegii Metenſis deſcripſimus, ita ut nulla ſit quoad rei ſubſtantiam inter eoſdem auctores diſcrepantia, imò nec in ipſis circumſtantiis repugnantia; unde neminem fore arbitramur, qui judicet, eamdem non eſſe narrationem, quantumvis reclamet Launoius. Magni proinde ponderis eſt hoc teſtimonium, à perantiquo ſcriptore datum, ſummæ auctoritatis viro, pietate & doctrinâ celeberrimo, quem Colonienſis archiepiſcopus Henricus de Molenarck, ſub quo vivebat, ſolum ex ſenſatiſſimis Germaniæ elegit, qui prædeceſſoris S. Engelberti archiepiſcopi & martyris vitam nobili ſtylo exornaret. Cujus & Operum ejus merita paucis, ſed gravibus ſuccidiſque verbis ſic commendat Cardinalis Bona : " Cæſarius Heiſterbacenſis Ordinis
„Ciſtercienſis, in hiſtoriis memorabilibus pius, ve-
„rax & ſimplex. „ Quem etiam poſt obitum miracu-

A raculis claruiſſe, ſcribunt Ciſtercienſes. Cæſarii validiſſimam auctoritatem ut eluderet Launoius, hiſtoriam ſic ab eo relatam conatus eſt probare eſſe diverſam ab ea, quam S. Antoninus narravit. Sed vanè deſudavit ille conferendo narrationem S. Antonini cum narratione Cæſarii, quaſi S. Antoninus primus illam evulgâſſet. Nam revera id, quod recenſet Cæſarius, concordat cum Chronicis antiquis Ordinis ſuperiùs citatis, quæ ducentis & quinquaginta ferè annis ante Antoninum, & eodem tempore, quo vivebat Cæſarius, digeſta ſunt.

à narratione Antonini, etſi iiſdem, quibus hæc,

243 Verùm quia S. Antoninus non multùm differt à Chronicis, videamus nunc, ſi mutua illa contentio, quam Launoius Antonini inter & Cæſarii narrationes vult reperiri, tanta ſit, ut una dici meritò debeat diverſa ab altera, ac proinde ſubruat totius hiſtoriæ veritas. Sic igitur utramque aggreditur Launoius. " Imprimis, „ inquit ille " Cæſarius non deſignat certum tem„pus, quo ſuum prodigium evenerit; Antoni„nus verò deſignat annum ipſum, quo ſuum „prodigium acciderit. „ Sed in hoc vel mini-
B mam inter utrumque auctorem diſcordiam quis lector quantumvis ſagax deprehendet? Certè ſi Cæſarius certum tempus à tempore, quod deſignat Antoninus, diverſum & ab eodem multùm remotum deſignaret; in hoc quidem appareret contentio, ſed cùm tempus ſileat, nihil Antonino contrarium profert, ac proinde utriuſque narrationis ſubſtantia eadem remanet. Huic præterea & ſequentibus Launoii objectionibus unico poſſimus reſponſo ſatisfacere, ſi dicamus, quòd veriſſimum eſt, Cæſarium hanc hiſtoriam compendio tantùm attigiſſe. Unde non mirum, ſi multas tacuerit poſtea ab Antonino relatas circumſtantias." Deinde „ addit Launoius, " Cæ„ſarius non definit certum in regno Franciæ lo„cum, Antoninus verò certum in regno Franciæ „locum definit, „ id eſt, "Lutetiam. „ Similis priori objectio, quæ ſimile meretur reſponſum, nempe, nullam ibi reperiri inter utrumque auctorem contrarietatem; quæ reperiretur, ſi Cæſarius Hiſpaniam, Italiam vel aliquam aliam regionem ſive regnum definiviſſet. At dixit ille, quòd hoc prodigium in regno Franciæ acciderit; Antoninus verò, quòd Lutetiæ, quæ eſt in regno Franciæ. Itaque quod Cæſarius omiſe-
C rat, B. Antoninus ſupplevit. Et huic par eſt eruditiſſimi Andreæ Sauſſæii ad probandum eamdem eſſe narrationem optima ratiocinatio, quantúmvis durè in eam exclamet Launoius, " O miſe„rabile effugium! „

omnibus & ſingulis

244 " Cæſarius de clerico quodam nobili ac „divite ſermonem habet; Antoninus verò quem„dam eximium doctorem deſcribit. „ Hæc verba, CLERICUS & DOCTOR, aliquid inter ſe diſcriminis prima ſpecie videntur habere, ſed quæ facilè conciliantur. Viros enim litteraturâ & eruditione conſpicuos ſæpe dictos fuiſſe clericos, variis docemur exemplis. Apud Ordericum Vitalem lib. 3. " Clericus cognominatus eſt, quia „peritiâ litterarum, aliarumque artium apprimè „imbutus eſt. „ In hiſtoriam epiſcoporum Eyſtetenſium: " Iſte Joannes epiſcopus maguns cle„ricus in jure canonico fuit. „ Joannes quoque Birellius, Prior Cartuſiæ, ab Innocentio VI, qui eum obiiſſe audierat, "Clericus mundi „ appellatus eſt, ut ad annum MCCCLX videbimus, non ſolùm quia erat perfectus monachus (monachi enim aliquando etiam clerici dicti ſunt) ſed maximè quia tam in divina ſcientia, quàm in humana ſuperiorem habebat neminem. Ergò Cæſarius & Antoninus ſibi invicem non adverſantur, cùm ille clericum, hic verò eximium doctorem, infelicem hominem dixerunt. Sed inſtat Launoius ut ſequitur. " Cæſarius indicat, clericum ſuum „nobilitate ac divitiis in hominem ſuperbum e„vaſiſſe, Antoninus verò eum ſignificat docto„rem, qui magna ſcientiæ & probitatis exiſti„matione floreret. „ Hæc objectio non majoris eſt ponderis, quàm præcedentes. Nihil enim ex ea concluditur, aut concludi poteſt ad demonſtrandam vel minimam inter has duas narrationes differentiam. Non enim Cæſarius, qualis eſſet ille clericus, an ſuperbus, maliſque vitiis ſubjectus exponit; ſed quòd eſſet " Nobilis & dives, „quæ duo ſæpe homines extollunt, maliſque vi„tiis ſubjiciunt. „ Et hæc non repugnant communi narrationi, quæ hominem iſtum deſcribit " Eminentiâ ſcientiæ & probitate vitæ & ma„ximâ famâ pollentem, „ ſed tantùm juxta ea, quæ exteriùs apparebant. Quam ob rem codicis Metenſis auctor putat, eum damnatum ob vitium vanæ gloriæ.

E *adjunctis*

245 Ab hac objectione ad quintam tranſit Launoius, quam ſic exponit: " Cæſarius Pari„ſienſem academiam hic ne verbo quidem at„tingit; Antoninus verò illam prædicat. Et ta„men Cæſarius ille multis in locis & Pariſien„ſis academiæ & rerum in Pariſienſi academia „geſtarum meminit. „ Deinde multiplices ex Cæſario citationes Launoius colligit, in quibus Cæſarius fecit mentionem academiæ Pariſienſis. Sed ad quid hæ citationes? Sicut enim oſtendimus, non rectè concludi, narrationem Cæſarii aliam eſſe ab Antonini narratione, eò quòd ille non definierit certum in regno Franciæ locum, quem hic definit; ita nec ullam diſſonantiam importare poteſt ſilentium Cæſarii de academia Pariſienſi, quam Antoninus prædicat. Sed ad alias Launoii objectiones diluendas properemus. „Cæſarius apertè ſignificat, clericum ſuum uno „eodemquè tempore dixiſſe: Juſtus Judex judi„cavit, judicatum condemnavit, condemnatum „tradidit in manus impiorum; Antoninus verò „diſertè aſſerit, doctorem ſuum tribus diſtinctis „diebus locutum eſſe. „ Jam vidimus ſuprà, ex citatis auctoribus Cartuſienſis Ordinis quoſdam ſcripſiſſe, hanc trinam vocem à damnato prolatam fuiſſe uno eodemque die, quoſdam verò tribus diſtinctis diebus. Sicque Cæſarii verba concordant cum primis; Antonini verò cum ultimis; nec propterea duæ cenſendæ ſunt narrationes diverſæ, cùm in re conveniant. Præterea non ita apertè, ut vult Launoius, Cæſarius ſignificat, clericum ſuum uno eodemque tempore locutum eſſe; non enim diſtinctè exprimit, quòd hæc verba ſimul & ſemel vel tribus diſtinctis vicibus, ſed ſummatim tantùm, quòd hæc pronuntiavit: quæ ſunt eadem quoad ſenſum, quæ Antoninus doctorem ſuum pronuntiaſſe teſtatur, non quidem iiſdem prorſus verbis, nec eodem modo dicta, ſed aliis idem ſignificantibus, ita ut nulla ſit in eſſentia rei contrarietas, nec diverſitas, niſi tantùm, quòd Cæſarius, brevitati ſtudens, rem non tam fuſè ac latè curavit exprimere.

F

non veſtiatur, in re tamen

246 Notandum etiam, auctorem codicis Metenſis, de quo ſuprà, trinam illam damnati vociferationem iiſdem ferè verbis expreſſiſſe, quibus & ante eum uſus fuerat Cæſarius. Porrò quot

AUCTORE C. B.

& quantæ ſimiles differentiæ in Sacris Scripturis occurrunt, etiam inter ſanctos Euangeliſtas, rem eamdem diverſo narrantes modo, quos propterea ſibi invicem contrarios non ſolùm dicere, ſed & cogitare crimen eſſet? Cæſarius non „ſcribit, clericum ſuum„ has voces emiſiſſe, „dum ſtatutum ab Eccleſia pro mortuis Offici„um celebraretur; Antoninus verò id omnino „ſcribit.„ Quis non miretur, talem à Launoio, viro ſenſato & docto, objectam diverſitatem? Verum eſt, nec negare poſſumus, Cæſarium manifeſtam non feciſſe mentionem Officii mortuorum. Sed quis inficias iret, eum illud innuiſſe, cùm ſcripſit, quòd defunctus ille" in feretro po„ſitus eſſet, multitudine populi circumſidente „tam ex clericis quàm ex laïcis? „ Cæſarius „neutiquam ſignificat, utrùm clericus eccleſiaſti„câ ſepulturâ privatus fuerit, nec ne; Antoni„nus verò apertè ſignificat.„ Neque id etiam ſignificârunt citati auctores Cartuſienſes; ergò & ipſi ſunt Antonino contrarii; ergò & eorum narratio diverſa eſt ab Antonini narratione. Quis hoc cogitaret?" Cæſarius non dicit, Bru„nonem Cartuſianæ religionis auctorem ſpecta„culo, quod narrat, interfuiſſe; Antoninus „verò dicit ſpectaculo, quod deſcribit, Bru„nonem Cartuſianæ religionis auctorem in„terfuiſſe.„ Sed tacuit Cæſarius, quia forſan neſcivit, Sanctum Brunonem interfuiſſe ſpeſpectaculo; nam duobus tantùm annis poſt illud patratum in Cartuſiam ſeceſſit. Vel, ſi ſcivit Cæſarius, noluit tamen dicere, quòd à ſuo propoſito alienum eſſet. Nam propoſitum ejus erat, varia de morientibus exempla proponere, non converſiones, ſive Ordinum inſtitutiones explicare.

non differre, contra Launoium contendit;

247 Deinde Sancti Brunonis converſio non facta eſt in publico, ſicut nec conſtat, utrùm illud ſpectaculum in eccleſia, vel in aula defuncti (quod tamen veriſimilius eſt) coram multis, vel paucis hominibus evenerit. Neque etiam converſio Brunonis facta eſt eodem inſtanti, quo dictum ſpectaculum, ſed intra privatos parietes, & diu poſt illud peractum, ut conſtat ex citatis auctoribus. Unde nec à nemine, qui dicto ſpectaculo interfuerat, perſpici potuit. Antoninus verò id dixit, quia ſic ſcriptum legit & narratum audivit." Cæſarius non „affirmat, ex ſuo ſpectaculo Brunonem inſtitu„endæ Religionis ſuæ occaſionem cepiſſe; An„toninus verò affirmat.„ Hæc Launoii objectio non eſt diverſa à præcedenti; ſed in duo diviſit, quod ſimul & ſemel dici poterat, ut, quod ſolidis rationibus non poterat, multis ſaltem verbis conaretur obruere. Huic igitur objectioni factum eſt ſatis ex reſponſione ſuperiori. Quid enim mirum, ſi Cæſarius, qui de Brunone nullam fecerat mentionem, inſtituendi Ordinis Cartuſienſis occaſionem etiam tacuerit propter eaſdem rationes, quas ſuperiùs tetigimus?" Cæſa„rius non tradit, prodigium ſuum Pariſiis con„tigiſſe; Antoninus verò tradit.„ Hæc etiam objectio eadem eſt ac ſecunda; quod enim hîc dicit Launoius, idem ſuperiùs ſecundo loco dixerat, mutatis tantummodò vocabulis, & modo loquendi. Imò & utraque objectio quintæ multùm ſimilis eſt. Unde patet Launoii anxium nimis in exaggerandis hujuſmodi differentiis ſtudium." Poſtremò Cæſarius nihil habet de toto „illo Lectionis quartæ Vigiliarum pro mortuis „negotio, quod poſt Antonini tempus ab ano„nymo Vitæ Brunonis ſcriptore tractatum eſt.„ Sed nec Antoninus aliquid habet de toto illo Lectionis quartæ negotio; ergò non differt à Cæſario. Nec etiam veteres Cartuſienſes, ut hujus Lectionis quartæ & verborum" Reſponde mihi„ meminerunt. Ergò nec ipſi Cæſario ſunt contrarii.

à quo etiam Cæſarii fidem immeritò elevari,

248 Præterea Launoius Cæſarii auctoritatem conatur deprimere auctoritate clariſſimi ac reverendiſſimi viri Nicolai Coëffetei, Pariſienſis Theologi, qui in reſponſione ad Myſterium iniquitatis dicit, Cæſarii Dialogos fabularum eſſe plenos. Sed cùm Coëffeteus ſuam ſententiam tantùm confirmet Conradi Geſneri, hominis Zuingliani, judicio, ut ipſe fatetur Launoius, Cardinali Bonæ, viro æquè pio ac docto, potiùs credimus, qui Cæſarium laudat, tanquam in hiſtoriis memorabilibus veracem. Nec immeritò, cùm ipſe Cæſarius, ſe nihil finxiſſe, ſanctiſſimè juret dicens:" Teſtis mihi eſt Deus, nec unum „quidem capitulum in hoc Dialogo me finxiſſe.„ Coëffetei itaque & Geſneri auctoritatibus præferimus auctoritates illuſtriſſimi Sauſſæii, & Jacobi Breullii pietate & doctrinâ inſignis, & aliorum, qui de Cæſario honoriſicentiùs judicaverunt, & præſertim eximii ſacræ Theologiæ doctoris, & ad S. Gereonem Coloniæ canonici Tilmanni Bredembrachii, multis & ſcientiæ & virtutum titulis ſpectabilis; cujus ſtudio & labore in lucem ſunt edita multa veterum ſcriptorum monumenta; qui etiam recognoſcendis expurgandiſque Cæſarii Dialogorum libris multum laboris poſuit, in lucem eos emiſſurus, ni, cùm jam penè ad calcem perveniſſet, ad cæleſtia fuiſſet evocatus. At ne tanti viri pia ſtudia perirent, effecit inter alios Jacobus Fiſcherus, ſacræ Theologiæ doctor, qui, quod ille inceperat, perfecit, & in ſua Præfatione Geſneri de Cæſario calumniam probè refutavit.

aliæque, quæ hic proponentur.

249 Denique Launoius in concluſione capitis tertii ſuæ Diſſertationis Sauſſæium virum eruditum, quaſi ridiculum proſequitur, quòd in Cæſarii narratione ſubſtantiam rei ab ejus circumſtantiis dixerit eſſe diſtinguendam, hancque Sauſſæii diſtinctionem contra fas omne inſulsè Launoius retorquet in Joannam Papiſſam. Sed cùm profiteamur injuriam injuriâ non propulſare, lectoris judicio relinquimus, num optima ſit hæc diſputandi ratio ad aſſerendam veritatem & quoſcúmque auctores, diverſimodè rem eandem deſcribentes, conciliandos. Verùm Sauſſæio imponit Launoius, dicens, eum in eo poſuiſſe rei ſubſtantiam, quòd Cæſarius" prodigium a„ctum in regno Franciæ, nec ſuo tempore actum „referat.„ Nam minimè illud Sauſſæius dixit. Poſtquam enim totam Cæſarii narrationem retulit, addit:" Hæc Cæſarius, qui ſubſtantiam rei, „de qua ſermo eſt, patenter comprehendit in „deſcriptione iſta.„ Sic igitur dicens Sauſſæius, monet quidem, ſubſtantiam rei in Cæſarii deſcriptione reperiri, ſed in quo conſiſtat, non explicat. Deinde ſtatim de circumſtantiis ſubdit: „Quâ („deſcriptione") etſi non omnes ade„quatè circumſtantias eat expreſſum, cùm an„num non conſignet, nec ſpecialem Galliæ locum, „quibus iſta, quæ refert, evenerunt.„ Et eæ ſunt circumſtantiæ, etiam à Launoio notatæ, quas Sauſſæius ſummatim in Cæſarii deſcriptione perſtringi aſſerit, cùm paulò pòſt dicit:" Ni„hilominùs totum dicit („ Cæſarius") cùm id „actum in regno Franciæ aſſerat, nec ſuo tem„pore

A ,,pore, ſed antè, per verbum FUIT, ſatis evi-
,,denter ſignificet.,, Igitur per hæc verba "To-
,,tum dicit &c.,, Intelligit Sauſſæius circumſtan-
tias illas, quas paulò antè dixerat à Cæſario non
eſſe " adæquatè expreſſas, cùm annum non con-
,,ſignet, nec ſpecialem Galliæ locum &c.,, Hic
eſt verus ac ſincerus Sauſſæii verborum ſenſus,
quorum ordinem Launoius invertit, ut ea com-
modiùs in ſuam ſententiam detorqueret, facili-
úſque lectori perſuaderet, Sauſſæium ſubſtanti-
am rei in eo poſuiſſe, "quòd Cæſarius prodigium
,,actum in regno Franciæ, nec ſuo tempore a-
,,ctum referat.,,

perperam fieri pronuntiat.

250 Sub finem ejuſdem concluſionis capitis tertii rurſum Launoius Cæſarium, ſive potiùs Cartuſienſes ex Cæſario aggreditur, cùm ex eodem Cæſarii tractatu duo à ſe deprompta exempla integre deſcribit, ex quibus vult "otio-
,,ſos homines,, unum conflâſſe prodigium, quod
,,Cartuſianorum initium tale, quale nunc,, ex-
cutit, ſive excutere nititur, " fingendi cauſam
,,præbuiſſe,, contendit. Unum eſt cujuſdam ca-
B nonici Pariſienſis, qui poſt mortem ſuam & ho-
norificam ſepulturam amico apparens ſe damna-
tum nuntiavit, eò quòd vera ſibi morienti con-
tritio defuiſſet. Alterum eſt hiſtoria illa, quam
Launoius ſuperiùs probare conatus eſt diverſam
eſſe ab Antonini narratione. Quis non miretur
Launoii aſtutiam? Duo jungit, quæ magnam
habere ſimilitudinis affinitatem aſſerit, ut ſubti-
liùs oculos mentemque lectoris perſtringat. Sed
conſtanter negamus, aliquam inter duo illa e-
xempla intercedere ſimilitudinem præter commu-
ne utrique homini damnationis infortunium: aut
,,otioſos homines,, ex his duobus prodigiis,
ſive etiam ex uno tantùm cauſam ſeceſsûs San-
cti Brunonis finxiſſe progreſſione temporis', ut
vult Launoius; quandoquidem anonymus ille

** anonymum illum Cartuſienſem*

Cartuſienſis, * qui primus rem ſcriptis manda-
vit, ipſo Cæſarii tempore vixiſſe, ſuperiùs pro-
bavimus, à quo, non verò à Cæſario, alii Car-
tuſienſes citati ejuſdem hiſtoriæ narrationem mu-
tuati ſunt. *Hactenus Annalium Cartuſienſium li-
bri quarti auctor laudatus, in quem nunc non-
nulla obſervanda.*

Neque verò Pariſienſe prodigium à prodigio,

C 251 *Rectè itaque inprimis contra Launoium
contendit, è diverſis adjunctis, quæ narrationem
de defuncto, qui ſeſe damnatum, è feretro pro-
clamârit, ab Antonino, ſeu potiùs, è quo hic
illam hauſit, à primorum quinque Cartuſiæ Prio-
rum Chronici auctore anonymo ſuppeditatam, af-
ficiunt, atque à narratione, de defuncto, qui pa-
riter ſeſe damnatum è feretro vociferatus ſit, à
Cæſario exhibita, abſunt, meritò argui non poſſe,
vel narrationem Antonini ſeu anonymi cum ſub-
ſtantia narrationis Cæſarii pugnare, vel prodi-
gium, quod hujus argumentum eſt, à prodigio,
quod illâ ob oculos ponitur, indubiè eſſe diver-
ſum. Quid enim magis obvium, quàm facta hi-
ſtorica invenire, à diverſis ſcriptoribus relata,
quæ, quamvis eadem ſint, adjunctis tamen ab
uno, quæ ab alio ſubticentur, ſint ornata? Nec
eſt, cur id mirum videatur, cùm non rarò fiat, ut
rem, quam alter fusè, nullis planè ejus, aut certè
paucis dumtaxat, adjunctis omiſſis, expoſuit, al-
ter compendio tantùm referat, omnibus ferè ad-
junctis nudatam. Imò verò ne quidem ex ad-
junctis inter ſe pugnantibus nec ulla ratione in
concordiam vocari natis argui ſemper poteſt, nar-
rationes, in quibus hæc occurrunt, circa res ver-
ſari diverſas. Conſtantinum Magnum imperato-*

rem, ut militari ſigno, in crucis modum efformato, in exercitu adverſus Maxentium præliaturo uteretur, divinitus in ſomnis monitum fuiſſe, Firmianus Lactantius apud Baluzium lib. 2 Miſcellaneorum, pag. 37 memoriæ prodit. Idem etiam facit in Vita ejuſdem Conſtantini lib. 1. cap. 29 Euſebius. Verùm in tempore, quo viſio illa Conſtantino fuerit oblata, binos inter ſcriptores illos minimè convenit. Eam enim Lactantius cum nocte, commiſſam die XXVII *Octobris anni* 312 *ad pontem Tiberis pugnam, in qua Maxentius interiit, proximè prægreſſa, conjungit; Euſebius verò iis, quæ lib. de Vita Conſtantini cit. capp.* 28, 29 *&* 37 *ſcribit, non obſcurè indicat, tunc factam, cùm Conſtantinus adhuc in Galliis eſſet, necdumque Alpes in Maxentium arma moturus, trajeciſſet, ac proin aliquanto temporis ſpatio ante dictam noctem. Pugnant ergò Euſebius & Lactantius in adjunctis, & tamen, duas horum ſcriptorum narrationes circa diverſas Conſtantino oblatas viſiones verſari, certum non eſt.*

AUCTORE C. B.

quod Cæſarius narrat, certò eſt diverſum,

E 252 *Juliani Apoſtatæ in bello interitum referunt ſcriptores æquales aut ſubæquales diverſi; ſed quot hunc eventum adjunctis ſeſe inter pugnantibus exornant! Adhæc, ut etiam ex ipſo, quod hîc tractamus, argumento exemplum adducam, horrendum doctoris damnati prodigium publicè coram ingenti hominum multitudine contigiſſe, ſcriptores* § XI *& ſeq. recenſiti, affirmant; privatos autem id intra domûs defuncti parietes eveniſſe, Codicis Metenſis auctor infrà laudandus, tradit; at quis propterea prodigium, quod hic narrat, à prodigio, quod illi referunt, dixerit eſſe diverſum? Etſi itaque, tres à doctore Pariſienſi vociferationes, quarum primâ hic ſe accuſatum, ſecundâ judicatum ac tertiâ damnatum declarârit, tribus diebus diverſis fuiſſe emiſſas, ſcriptores proximè laudati etiam memorent, clericumque ſuum ſeu doctorem ſimul & ſemel ac proin uno eodemque die ſe judicatum, condemnatum atque* in manus impiorum *traditum, Cæſarius, ut Launoius vult, tradere videatur, prodigium tamen, quod hic narrat, à prodigio, quod illi recenſent, diverſum non certò eſt. Neque tamen cum illo certò etiam eſt unum atque idem. Columbius in ſua de Cartuſianorum initiis Diſſertatione num.* 64 *ſic ſcribit:* Iſtud... (*à Cæſario ſcilicet relatum*) prodigium nonnulli faciunt idem Pariſienſi, de quo nunc agimus; alii verò negant: ego neque idem illi, neque ab eo diverſum aſſerere nunc velim. Certè non ad-
F ditur à Cæſario compuliſſe Brunonem & ſocios ad eremum; id autem unum illud eſt, quod fecit, ut de Pariſienſi nunc agerem. Malim aſſerere & omninò iſtius loci res eſt, adverſarium (*Launoium nempe*) non debuiſſe ſcribere ſequentia in ſua de vera cauſa ſeceſsûs S. Brunonis in eremum Diſſertatione pag. CXLV: " Cæſarius
,,Ciſtercienſis narrat duo, quæ Cartuſianorum
,,initium tale, quale nunc excutimus, fingendi
,,cauſam otioſis hominibus præbuerunt.,, Cùm enim duorum alterum ſit illud ipſum, quod modò retuli, hominis in regno Francorum redivivi, ſeque Dei judicio damnatum exclamantis, non video, cur otioſi homines ad Pariſienſe fingendum debuerint adjungere canonici Pariſienſis, qui poſt paucos à morte dies ſe ſine corpore videndum homini valde familiari præbuit.

aut ex hoc ſimul & altero, quod hic memoratur, confictum.

253 Scilicet canonicus hic nihil habuit com-
mune ſeu cùm redivivo Pariſienſi, de quo nunc
ſermo eſt, ſeu cum alio, qui, cùm parabatur

AUCTORE C. B.

conditorio, redditus fuit vitæ in regno Francorum. *Ita ille: & meritò quidem prodigium, quod à Cæsario narratur, cum prodigio Parisiensi, quod à quinque primorum Cartusiæ Priorum Chronici auctore ac deinde ab Antonino memoriæ proditum fuit, unum idemque non certò esse, contendit. Ast an rectè simul contra Launoium adjungit, postremum hoc prodigium è prodigio, quod à Cæsario refertur, alteroque Parisiensis canonici, qui amico post mortem apparens, damnatum sese nuntiaverit, ab otiosis hominibus conflatum non esse aut confictum? Ita vel idcircò autumo, quòd ad illud fingendum, si fortassis reipsa pro fabula seu figmento sit habendum, solum prodigium, à Cæsario relatum, sufficisse queat, concurrisseque etiam alterum illud Parisiensis canonici, nulla ratio suadeat, imò potiùs contrarium suadeat dissimilitudo quàm maxima, hoc inter & Parisiense, quo* Bruno *in eremum pulsus fuerit, prodigium intercedens, quæ tanta est, ut nihil ferè ambo illa prodigia habeant commune, quemadmodùm consideranti patebit. Porrò etsi, ut jam dixi, verbisque etiam mox recitatis Columbius innuit, Parisiense, quo Sanctus in eremum pulsus fuerit, prodigium cum prodigio, quod Cæsarius refert, unum atque idem non certò sit, unum tamen ab altero distinctum non esse, verosimile idcircò apparet, quod utriusque eadem sit substantia, hominem scilicet, qui vitâ functus erat jamque in feretro positus, damnationem suam tantisper redivivum adstantibus denunciâsse. Nec obstat, utriusque prodigii adjuncta invicem discrepare, cùm hæc à substantia, quæ tam uni quàm alteri è duobus hisce prodigiis secundum jam dicta est communis, distinguenda sint, uti infrà ostendam. Atque hinc jam fit, ut ex prodigio, quod Cæsarius narrat, aliud illud, quo Sanctus noster in eremum secesserit, utcúmque confirmetur.*

B

Prodigium tamen, à Cæsario relatum,

254 *At verò ipsammet Cæsarii narrationem in dubium revocat Launoius, nec sanè immeritò. Quidquid enim contrà afferat verbis suprà recitatis Cartusianus noster anonymus, Cæsariusque à sinceritate, qua in scribendo usus est, commendari mereatur, peritiores tamen modò critici omnes consentiunt, credulum nimis eum fuisse, utpotè qui in suis duodecim Dialogis non satis accurato criterio veras historias à falsis secreverit, & interdum nugas & fabulas, quas undecúmque corrasit, sine ullo prorsus delectu inseruerit. Stiltingus noster tom.* 1 *Septembris in Vita B. Margaretæ Lovanienſis virginis & martyris pag.* 590 *num.* 44 *opportunè ad institutum præsens sic scribit:* Quod spectat ad fidem hisce Actis (*B. Margaretæ scilicet à synchrono Cæsario lib.* 6. *Dialogorum cap.* 34 *conscriptis*) adhibendam, non eadem forsan omnium erit sententia, nisi diligens fiat distinctio inter varia ab eodem auctore narrata. Quippe fuit Cæsarius vir pius & doctus quidem, sed pro tempore, quo vivebat, simplex & credulus; atque ex eo fit, ut Dialogi ipsius non careant narratiunculis quibusdam, quæ pro fabulis leguntur hoc tempore; verùm non rectè judicabimus, si idem planè de omnibus feramus judicium, quia multa narravit, quæ à verisimilitudine non sunt aliena, quæque exactè nôsse potuit, quòd iis & loco & tempore esset vicinus. Itaque cùm suspicio mendacii non cadat in Cæsarium, virum utique pium & sincerum, cúmque in rebus tam vicinis, quàm eidem erant spectantia ad Margaretam, nullum ferè sit errandi periculum, fidem in hisce negare non*

C

possumus Cæsario, ejusque auctoritas omnibus aliis, qui seriùs scripserunt, hîc videtur præferenda. Qua de causa elogium Beatæ nostræ, quod ipse concinnavit, primo loco edam, uti posteriorum narrationibus præferendam.

D

veritati non certò consonat: sin consonet,

255 *Cæsarius itaque etiam secundum Stiltingum, qui tamen, uti ex ipsis ejus verbis satis liquet, crisi minùs severa, licèt sanè æquissimâ, in scriptorem hunc utitur, fidem indubitatam prodigio, quod verbis num.* 241 *huc transcriptis narrat, conciliare non potest, cùm id, si reipsa umquam locum habuit, & diu ante Cæsarii ætatem, & in Gallia, monasterio Eisterbacensi minùs vicina, factum esse debeat; hicque scriptor (vide Stiltingi verba proximè recitata) fidem indubitatam in iis, quibus & tempore & loco vicinus haud fuit, non mereatur. Rectè itaque illud à Launoio in dubium revocatur ob infirmam, cui innititur, Cæsarii auctoritatem. Attamen, cùm unum atque idem, ut jam docui, verosimiliter sit cum Parisiensi, quo* Bruno *in eremum pulsus fuerit, prodigio, hocque ab anonymo, qui seculo tertio decimo floruit, primorum quinque Cartusiæ Priorum Chronici auctore litteris sit mandatum, falsitatis equidem, utpote in duobus sic saltèm seculi* XIII *scriptoribus fundatum, minùs suspectum videtur habendum, nisi fortè quis velit, aut à proximè laudato Cartusiæ Priorum Chronici auctore, aut ab altero, è quo hic sua hauserit, è relato per Cæsarium, quod numquam acciderit, prodigio Parisiense illud aliud, quo* Bruno *in eremum actus fuerit, acceptum fuisse, adjunctisque pro arbitrio confictis auctum. Atque hoc quidem ut æstimaret, propensus etiam fuisse Mabillonius videtur.*

E

idque Parisiensi sit idem, conversionis Sancti causæ verosimiliter exstiterit.

256 *Etenim in Annalibus Benedictinis lib.* 66, *num.* 64 *sic scribit:* Aliam istius secessus (S. Brunonis *in eremum*) causam post annos minimùm ducentos quidam attulêre auctores, nimirum Brunonem, dum Parisiis in scholis versaretur, prodigio redivivi canonici, qui se damnatum vociferatus sit, perterritum in eremum secessisse, & adjunctis sibi sociis Cartusiensium Ordinem instituisse. Quæ narratio, variis subinde aucta circumstantiis, Sancto Antonino, ipsique Gersoni, solidæ doctrinæ ac pietatis viro, probata, non mirum si bona fide à totius sacri Ordinis alumnis admissa est & asserta sit, cui Cæsarius Heisterbacensis videtur prælusisse. *Ita ille: an autem Cæsarius Parisiensi, quo Sanctus fuerit conversus, prodigio reipsa præluserit, hujusve fingendi occasionem otiosis ingeniis dederit, cuique ex infrà dicendis dispiciendum relinquo. Ut interim è Cæsario haustum hoc esse, vehementiùs quis suspicetur, moveri potest ex eo, quòd scriptor hic seculi tertii decimi initio indubiè floruerit, anonymus autem primorum quinque Cartusiæ Priorum Chronici auctor ante annum circiter* 1250 *suam hanc elucubrationem, in qua Parisiense prodigium refert, verosimiliùs non elaborârit, uti ex iis, quæ* § 1 *differui, satis liquet. Quòd si porrò certum foret, prodigium, quod refert Cæsarius, evenisse, idque à prodigio Parisiensi, quo* Bruno *in eremum pulsus fertur, non esse diversum, Cartusianorum sanè, hinc causam conversionis sancti Patriarchæ sui repetentium, sat verosimilis appareret opinio, etsi interim Cæsarius,* Brunonem *prodigio, quod narrat, in eremum actum fuisse, non edicat. Atque hinc est, cur potissimùm, non an causa conversionis Sancti fuerit, sed an veritati consonet Parisiense prodigium, inquirendum sit; qua de re quæ tandem mea sit opinio, tunc edicam, cùm post jam relatos scriptores antiquos, qui*

A *teſtimoniis ſuis prodigio ſuffragantur, recenſuero etiam ſcriptores antiquos, qui ſilentio ſuo eidem videntur officere.*

§ XV. An quid contra anaſtaſim, quâ doctor ſe damnatum publicè denunciârit, ex ſilentio vel S. Brunonis, vel Guigonis, vel Guiberti de Novigento poſſit confici.

Negativi, quod ex antiquorum ſilentio petitur,

IN rebus hiſtoricis argumento negativo vim non modicam frequenter ineſſe, peritiores omnes critici modò admittunt. Unum hîc omnium loco attuliſſe ſufficiat Muratorium. Hic Anecdotorum tom. 2, cap. 21 ſic ſcribit: Sed jam quoſdam mihi reponentes audire videor, hanc argumentandi rationem enervatam plumbeamque eſſe, quippe argumento, ut logici appellant, negativo nîl poteſt probari. Ita fortaſſe reſpondeant, qui eccleſiaſticam eruditionem neque à limine ſalutârunt, totumque cerebrum tricis ſcholaſticis devovêre. Nam quantum roboris argumento negativo inſit, tum luculentus hac de re tractatus prodit, tum univerſa eruditorum reſpublica quotidie experitur. Et quo pacto, amabo, commenta, fabulæque explodi atque exſibilari poſſent, quæ in poſteriorum temporum hiſtorias irrepsêre, niſi antiquiorum ſilentium pluris, quàm imperita audaxque recentiorum loquacitas penderetur? Affirmant hi ad arbitrium ſuum, geſtaque à temporibus ſuis remotiſſima ſomniant; illi verò ne volam quidem, veſtigiumque earum rerum reliquêre, relicturi ſanè, ſi earum notitiam habuiſſent. Et nos affirmantium potiùs imperitiâ, quàm tacentium doctrinâ ducimur? *Hæc generatim Muratorius de argumenti negativi vi, quæ quanta ſubinde ſit, uti etiam quî & quando locum habere queat, pronum erit ex jam nunc dicendis eruere.*

argumenti vis.

258 *Cùm plura, eaque etiam notatu digniſſima, quæ litteris conſignata non reperiantur, nec fortè etiam fuerint, ſeculis præteritis geſta eſſe, apud omnes propè in confeſſo ſit, nec meritò negari poſſe videatur, non continuò eſt conſequens,* C *ut res, quæ à ſolis ſcriptoribus recentioribus memorantur, indubiè falſæ ſint; certò tamen tunc vel probabiliter dumtaxat falſæ erunt, prout vel, quod rarò ſanè fiet, conſtiterit, vel probabile aut veroſimile dumtaxat fuerit, ſcriptores antiquos aut unum ſaltem ex his alterumve, à quibus ſilentio premuntur, eſſe hujuſmodi, ut eas, ſi fuiſſent, ſcituri, ſcitaſque commemoraturi fuiſſent. Papebrochius noſter ab hiſce non multùm abludit, in Propylæo menſis Maii rectiſſimè, ut mihi equidem apparet, ad præſens inſtitutum ſic ſcribens:* Quamvis in rigore dialectico non ſequatur, Non eſt ſcriptum vel dictum; ergò non eſt factum; nec enim minùs fuiſſet à Chriſto ſuſcitatus Lazarus, licèt hoc Joannes & alii tres Euangeliſtæ tacuiſſent, tacuiſſent etiam Apoſtolorum diſcipuli, & his ætate proximi omnes; rectè tamen ſequitur, Hoc vel illud caret congruæ antiquitatis, & authoritatis teſtimonio; ergò, factum eſſe, non eſt prudenter credibile, ſicuti non eſſet credibilis reſuſcitatio Lazari in univerſali omnium ſilentio, qui rei geſtæ vel interfuiſſent ipſi, vel ex præſentibus acceperint &c. Tantò autem fit certior & evidentior ex argumento negativo demonſtratio, quantò notitia facti, de cujus credibilitate controvertitur, ad plures pertingere, & à pluribus ſcripto conſignari debuiſſet propter inſignem ſui claritatem. *Hæc Papebrochius, docens ſcilicet, argumento negativo, utut facta, contra quæ militat, à vero eſſe aliena, invictè non probet, eam tamen vim ineſſe, quâ fiat, ut hæc inde vel magis vel minùs ad rerum incredibilium claſſem accedant.*

AUCTORE C. B.

259 *Diſpiciamus modò, an & quid ſecundum jam dicta è ſcriptorum antiquorum ſilentio, ſeu ex argumentis negativis, è ſilentio hoc formatis, poſſit confici contra Pariſienſe, quo* Bruno *in eremum pulſus fuerit, doctoris tantiſper redivivi ſeque damnatum, publicè coram infinita propemodùm populi multitudine tunc vociferati prodigium. Launoius in ſua de vera cauſa ſeceſſûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione in medium adducit auctores viginti novem antiquos, quos, cùm prodigii Pariſienſis non meminerint, commentitium id eſſe ſuo ſilentio teſtari contendit. Horum alii Sancto æquales aut ſubæquales fuerunt, alii uno alterove circiter ſeculo poſt eum floruerunt, omniumque ultimus Joannes de ſancto Victore anno 1322 ſcribendi finem fecit. Verùm nulla ratione, cur nonnulli ex his prodigium illud ſiluerint, mirum accidit, vimque proinde aut nullam, aut ſanè admodum exiguam formatum ex eorum ſilentio negativum argumentum obtinet. Quare nominatim auctorum illorum, non omnium, ſed præcipuorum dumtaxat ac maximè eorum, qui prodigium, ſi fuiſſet, commemoraturi veroſimiliter fuiſſent, quoſque proinde id non feciſſe, mirum poteſt non immeritò videri, ſilentium lubet diſcutere, ac quid quæque ex hoc adducta à Launoio argumenta negativa valeant, ponderare. Initium duco à ſilentio ipſiuſmet* S. Brunonis, *cui § præſenti duos adhuc alios, videlicet Guigonem, quintum Carthuſiæ Priorem, & Guibertum de Novigento, prodigium pariter ſilentes, adjungam. Sanctus itaque in epiſtola, ſuprà jam pluries laudata infràque hîc integra recitanda, quam ad Radulphum viridem, quo hunc ad emiſſum monachici habitus ſuſcipiendi votum implendum excitaret, conſcripſit, nullam planè de horrendo doctoris damnati ſpectaculo, quo viſo, votum ipſe impleverit atque in eremum ſeſe receperit, mentionem facit, ubi tamen hoc ad commovendum Radulphi ad voti exſolutionem animum peropportunum fuiſſet.*

Launoius id contra doctoris damnati hiſtoriam adhibet.

260 *Hinc Launoius in ſua proximè iterum laudata de vera cauſa ſeceſſûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione cap. 1 ita arguit:* Radulphus indiguit acrioribus ſtimulis, quibus ad ſui... (*quod cum* Brunone *de monachico habitu ſuſcipiendo in collatione ſuprà memorata emiſerat*) voti exolutionem concitaretur. Unde fit, ut Bruno hac in epiſtola, ſicut votum reddenti gloriam, ita non reddenti æternam pœnam Radulpho proponat; ubi certè locus fuit illi ſpectaculo horribili, ſi quod Pariſiis actum Brunonem ad implendum votum antea impuliſſet. Quid enim erat ad configendam Radulphi cunctationem paratius, quàm ei & opportunè & importunè inculcare id ſpectaculi genus, quo ipſa Brunonis cunctatio, ſi Epiſtolæ Didaſcalicæ (*à Sauſſæo ſcilicet ad Bertholdum Nihuſium ſcriptæ, annoque, ut ſupra docui,* 1645 *typis Colonienſibus excuſæ*) credimus, devicta eſt? Neque hoc telum, quo ſe impetitum iri prævidit auctor didaſcalicus, ſatis idoneè declinat, immò tranſadigendum pe-

Quod ab ipſiuſmet S. Brunonis ſilentio repetit,

AUCTORE C. B.

ctus objicit, ubi religionem voti, quo Bruno & Radulphus tenebantur, cum illi horribili ſpectaculo, quod Brunonem in eremum egiſſe docet, componens horribile ſpectaculum pro fortiori incitamento ducit. Hoc autem fortiori incitamento ſi opus fuit Brunoni, cur non, quæſo, Radulpho, qui exolutionem voti ſic diſtulit, ut numquam, quod ſciam, impleverit? At ſapientem virum in epiſtola, ubi machinas omnes adhibet ad movendum Radulphum, præteriiſſe, vel non ſæpius exaggerâſſe quæſitum ſupplicium è ſpectaculo, quod in promptu poſitum erat, ſi tamen umquam poſitum fuit, id verò juſtam in Brunone, ut opinor, admirationem haberet. Cùm igitur inter momenta rationum, quibus Bruno Radulphum permovet ad reddendùm votum, omiſit horribile ſpectaculum, quo ſcriptor didaſcalicus (*Sauſſens nempe, ita hîc à didaſcalica ſua Epiſtola mox memorata appellatus*) ſe à puero imbutum profitetur, id omiſit, quod dicere non potuit. Dicere autem non potuit, quod ſibi non accidit, quodque longo poſt ſe tempore invectum nonnulli Cartuſianorum originem fecerunt.

B

vi omni, contrà ac Cartuſianus anonymus hic contendit,

261 *Hactenus Launoius; audi modò, quid ad hoc ejus contra prodigioſum doctoris Pariſienſis anaſtaſim argumentum reſpondeat Cartuſianus anonymus, Annalium Ordinis ſui libri quarti hactenus non vulgati auctor.* Quorſum.... (*inquit Lucubrationis ſuæ num.* 90) hujus mentio ſpectaculi, quod Radulphum non ſpectabat, quippe qui votum ſuum diu forſan antè emiſerat? Cúmque illud ex Chronicis Ordinis (*Cartuſienſis nimirum*) dicatur Pariſiis accidiſſe anno MLXXXII, quo quidem tempore clerici Remenſes, à Manaſſe olim expulſi, ad eccleſiam ſuam jam redierant, fieri poteſt, quòd vel illud, ſi in aula inter amicos res acta fuit, ut ex iiſdem Chronicis colligendum eſt, ignoraverit Radulphus, vel ſaltem ei non interfuerit. Sed etſi concederemus, eum tunc fuiſſe præſentem, non inde ſequeretur, Brunonem amico debuiſſe potiùs prodigii, quàm voti emiſſi memoriam refricare. Paratius enim erat ad configendam Radulphi cunctationem ei opportunè & importunè inculcare votum, quo tenebatur aſtrictus, ad quod exolvendum ſub pœna peccati mortalis obligabatur, ex cujus defectu damnationem erat

C

incurſurus æternam, quam aliàs non erat incurſurus, etſi non audiret, nec obaudiret, prædictum ſpectaculum. Quam ob rem nihil frequentiùs ei ſanctus Bruno ingerit in ſua Epiſtola, quàm obligationem votum exſolvendi, & pœnas, quas Deus promiſſa ſibi non facientibus minatur. *Ita ille, propoſito à Launoio argumento nihil omninò contra doctoris damnati hiſtoriam evinci, idcircò potiſſimùm contendens, quòd Sanctus in ſua ad Radulphum Epiſtola voti potiùs, ſeu obligationis, huic annexæ, quàm feralis damnati hiſtoriæ, utpote quæ minùs, quàm illa, ad voti exſolutionem à Radulpho extorquendam eſſet apta, meminiſſe debuerit.*

non cavet. Aliud tamen de alio,

262 *Verùm, etſi id ita ſit, certum equidem eſt, luctuoſi illius ſpectaculi commemorationem futuram fuiſſe ad commovendum Radulphi animum peropportunam maximéque accommodatam. Quare cùm* Brunonem, *virum prudentem, in epiſtola, in qua, quò ad voti exſolutionem Radulphum inflectat, machinas omnes adhibet, horrendi ejuſdem ſpectaculi, ſi publicè id, abſente licèt Radulpho, accidiſſet, mentionem facturum fuiſſe, ſat veroſimile appareat, hanc quæ nihilominùs ille in tota ad Radulphum* D *epiſtola, quàm longa eſt, omittat, ſanè iſtud, quod nullis etiam aliis ſcriptorum, vel ſynchronorum vel coævorum teſtimoniis nititur, falſitatis vel idcirco utcúmque ſuſpectum, aut certè difficilius creditu efficitur, etſi interim propterea certò falſum non ſit. Ad ſecundum præſenti hoc § diſcutiendum argumentum negativum, quod Launoius Diſſertatione hujuſque cap. proximè citt. à Guigonis, quinti Cartuſiæ Prioris, ſilentio repetit, jam progredior. Launoius itaque è S. Hugonis, epiſcopi Gratianopolitani, Vita, per Guigonem, quintum Cartuſiæ Priorem, deſcripta, ſequentia hæc verba deſcribit:* In his (*S. Hugo, Gratianopolitanus epiſcopus*) agebat, & ecce, tribus necdum in epiſcopatu poſt monaſterii reditum completis annis, adeſt magiſter Bruno, vir religione ſcientiâque famoſus, honeſtatis & gravitatis ac totius maturitatis quaſi quoddam ſimulacrum. Habebat autem ſocios magiſtrum Lauduinum, qui poſt eum Cartuſiæ Prior extitit, duos Stephanos Burgenſem & Dienſem. Hi Sancti Rufi canonici fuerant, ſed deſiderio vitæ ſolitariæ ei, abbate favente, ſeſe conjunxerant. Hugonem E etiam, quem cognominabant Capellanum ex eo, quòd ſolus ex eis ſacerdotis fungeretur officio, duos laïcos, quos appellamus Converſos, Andream & Guarinum.

quod ex Guigonis ſilentio formatur,

263 Quærebant autem locum eremiticæ vitæ congruum, necdum repererant. Hac ergò ſpe & ſuavi ſanctæ converſationis ejus odore trahente, ad virum ſanctum venerunt, quos ille non ſolùm gratanter, ſed & reverenter ſuſcepit, tractavit & voti compotes fecit. Ipſo namque conſulente, juvante, comitante, Cartuſiæ ſolitudinem intraverunt atque extruxerunt. Viderat autem circa id tempus per ſomnium in eadem ſolitudine Deum ſuæ dignationi habitaculum conſtruentem, ſtellas etiam ſeptem, ducatum illi præſtantes itineris. Erant verò & hi ſeptem; *ac deinde, quòd in hiſce Guigonis verbis nulla vominò de prodigio Pariſienſi mentio occurrat, falſum id eſſe innuens, ita concludit:* Hic auctor (*Guigo nempe*) Cartuſianæ Religionis incunabula deſcribit, & minuta quæque diligentiſſimè perſequitur, nec tamen verbo attingit illa duo, *nempe Pariſienſe, quo ſeſe damnatum doctor redivivus è feretro vociferatus ſit, prodigium, ſecutumque hinc* S. Brunonis *in eremum ſeceſſum. Ita Launoius. En modò, quid ad illa anonymus Cartuſianus Annalium Ordinis ſui libri quarti hactenus non vulgati auctor reſpondeat.* Ad hæc, *à Launoio ſcilicet è Guigone propoſita,* reponimus, *inquit Operis ſui num.* 92, Guigonis unicum ſcopum fuiſſe, Sancti Hugonis, non Sancti Brunonis Vitam conſcribere; quod nec etiam fecit, niſi à ſummo Pontifice priùs adactus. Quam ob rem ex incidenti tantùm aliqua de ſancto Brunone habuit, quantùm ea ſanctum Hugonem tangebant; nec plura de Ordine Cartuſienſium narrare voluit, hac detentus ratione, de qua ſic ſcripſit Petrus Cluniacenſis: " Multa quidem in il-„lo ſacro Ordine „ Cartuſienſium " miracula „contigiſſe, à pluribus accepi, ſed ipſi humili-„tatis virtute, quâ ſemper ſervi Dei miranda „opera ſua, quanto poſſunt niſu, occultant, „vix aliquid ex his prodere voluerunt.„

adverſus hîc in contrarium adducta

264 Sed nunc videamus, ſi Guigo incunabula Cartuſienſis Religionis ita deſcripſerit, & minuta quæque ita diligenter proſecutus fuerit, ut ſilentium ejus de ſpectaculo ſit argumentum falſitatis illius. Narrat quidem pauciſſimis verbis, Bru-

A Brunonem cum ſex ſociis, quorum recenſet nomina, Hugonis ſanctitatis famâ attractum, ad eum veniſſe, ut locum, eremiticæ vitæ congruum, ab eo obtineret; ipſoque conſulente, juvante & comitante, Cartuſiæ ſolitudinem intrâſſe, atque extruxiſſe. Quomodo verò hæc fuerunt tranſacta, non narrat. Neque etiam meminit, unde venerit ſanctus Bruno, an Remis, ubi canonicus erat, aut Pariſiis, ubi ultimò vel docuerat, vel ſaltem conſilium relinquendi ſeculum ſuſceperat. Silet de ejus dignitatibus in eccleſia Remenſi, de laboribus, quos pro defenſione libertatis & jurium Eccleſiæ in diverſis conciliis ſuſtinuerat, unde & glorioſos titulos meruerat „Columnæ totius metropolis, & ſinceri Catho„licæ fidei defenſoris.„ Silet de collatione illa inter ſanctum Brunonem, Radulphum & Fulcium, de voto recipiendi monachicum habitum, de perſecutionibus Manaſſæ, ita ut nihil omninò habeat de cauſa & occaſione converſionis illius quæcúmque fuerint. Silet denique de cunctis rebus ab eo geſtis ab exitu ex urbe Remenſi uſque ad feceſſum in Cartuſiam. Quæ quidem

B omnia & alia multa hujuſmodi, in quibus enumerandis non eſt diutius immorandum, vera erant minuta, licet maxima & ad incunabula Ordinis ritè deſcribenda planè neceſſaria; quæ nihilominus prætermiſit Guigo, ſicut & ſpectaculum Pariſienſe, quia nihil faciebant ad Vitam ſancti Hugonis, quam ſolummodò ſcribendam ſuſceperat. Si igitur ex Guigonis ſilentio cætera vacillant, quæ de Brunonis hiſtoria referri poterant, ſolum id tenendum erit, quod Guigo ſcripſit; quod dicere vel cogitare plùs quàm ridiculum cenſendum eſt.

ſtatuendum apparet; at non item,

265 *Hactenus Cartuſianus anonymus laudatus, meritò ſanè contendens, contra doctoris Pariſienſis anaſtaſim, pulſumque ex hac in ſolitudinem* Brunonem *nihil omninò poſſe concludi ex ſilentio Guigonis. Præterquam enim quòd multa alia, ad* S. Brunonem *pertinentia, ſubticuerit, nec Vitam hujus ex inſtituto deſcripſerit, nullo ex capite veroſimile apparet, futurum fuiſſe, ut prodigium illud, utut factum certò ſciviſſet, in cit. S. Hugonis Vita, ad quam id nullatenus ſpectabat, litteris conſignaret. Sed quid modò de Guiberti, Novigentini in pago Laudunenſi abbatis, quod præſenti § adhuc examinandum, ſilentio dicendum? Launoius Diſſertatione, hujuſque cap. ſuprà citt. ita ſcribit:* Guibertus abbas de Novigento Tractatum de vita ſua compoſuit, in quo preſſiùs adhuc Cartuſianorum originem & inſtitutum exponit, & omnem quorumdam recentiorum fabulis aditum intercludit, *magnaque deinde ex parte capite* XI *libri* I *Guiberti de vita ſua tranſcripto, ſubjungit:* Secundum hunc auctorem (*Guibertum videlicet*) locus nullus relinquitur prodigioſæ doctoris anaſtaſi, quæ Brunonem in eremum Cartuſiæ impulerit. Nam, quæ id fecerit, aliam omninò cauſam tradit his verbis: " Qui converſionis initia „ex ſubjecta nactus occaſione dignoſcitur:„ Ma„naſſes quidam poſt Gervaſii famoſiſſimi archie„piſcopi deceſſum prædictæ urbis (*Remenſis*) „regimini ſimoniacè ſe intruſit, vir quidem no„bilis, ſed nihil prorſus ſerenitatis, quæ prima „ingenuitatem decet, habens.„ Et poſt alia: "Hu„jus ergò mores prorſus improbos & ſtupidiſſi„mos habitus cùm omnis honeſtus horreret, Bru„no, tunc in eccleſiis Galliæ opinatiſſimus, cum „aliis quibuſdam Remenſium clericorum nobi„libus infamis illius odio exceſſit ab urbe.„ Scilicet ubi conſilium excedendi cepit, habita

C cum Radulpho collatione, cujus in epiſtola ad eundem Bruno mentionem facit.

AUCTORE C. B.

266 Sed quæſo te, in hac bene longa narratione Guiberti, quo in loco verbum unum de Lutetia, quæ florentem omni litterarum genere academiam tunc habuerit? De doctore redivivo, qui damnatum ſe tribus vicibus inter ſolemnes exequias dixerit? De ſolemnibus tandem exequiis, quas ordo eccleſiæ univerſus cohoneſtârit? *Ita Launoius. Aſt veram ſeceſſûs* S. Brunonis *in eremum cauſam à Guiberto, uti verbis recitatis is ſcriptor vult, non aſſignari, ſatis ſuperque, quantum opinor, quæ* § IX *in medium adduxi, evincunt. Quod verò ad ejuſdem Guiberti de doctoris anaſtaſi ſilentium pertinet, Columbius ad hoc in ſua de Cartuſianorum initiis Diſſertatione num.* 35 *& ſeq. Launoio reſpondet hunc in modum:* Guibertus recitat, Brunonem „initia converſionis ex ſubjecta nactum occaſio„ne, „ & ipſe (*Launoius*) advertit, eum tacuiſſe redivivum hominem, qui Pariſiis, ex feretro ſe horrenda voce exclamavit damnatum; & converſionem ex ſuperiùs recitata occaſione, per pios cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo ſermones conceptam, votoque firmatam meditanti, grande fuit & omni oratione potentius incitamentum ad vitam longè aſperiùs agendam in Cartuſia, quàm cogitaverat jam voveratque. Placet exclamanti exclamationem reponere. Quæſo te, in hac bene longa narratione Guiberti quo loco verbum unum de hortulo adjacente domui Adæ, de diſputatione Brunonis cum Radulpho & Fulcio, de Romano itinere Fulcii, quod fecit, ut Bruno & Radulphus ſtatim ab emiſſo voto non receperint habitum monachicum?

quidquid contrà Columbius

arguat, de argumento,

267 Tu verò cur hæc igitur à Guiberto tacita non rejicis, qui aſſeris illa (*de doctoris anaſtaſi nempe, pulſoque hinc in eremum* Brunone) non habere veritatem, quoniam tacentur à Guiberto? Sed Guibertus, ut docui, occaſionem, ex qua Bruno nactus eſt converſionis initia, dicendam ſibi propoſuit, non illas converſionis cauſas: quæ igitur ab illo dici non debuerunt, & à nobis in ipſius oratione poſtulari non debent. Duæ fuerunt hæ, diſputatio in hortulo, adjacente domui Adæ extra Remos loco ignoto, " De falſis oblectationibus & perituris „mundi hujus divitiis, nec non de perennis glo„riæ gaudiis, „ cum Radulpho & Fulcio; horribiles Pariſiis ac funeſtæ hominis redivivi voces è feretro, ſe accuſatum, judicatum, damnatum exclamantis. Prima illa fecit, ut Bruno voverit cum Radulpho & Fulcio converſionem & habitum monachicum: ſecunda iſta eum, de converſione voto firmata cogitantem, compulit in Cartuſiam cum Lauduino & quinque aliis ſociis, omni ſermone diſputationeque potentiùs. Ut ergò primam, quæ Radulphum ſpectabat, ſine ſecunda, quæ ad illum non pertinebat, poſuit Bruno in ſua ad ipſum epiſtola, ita Guibertus utramque tacuit, quia de cauſis converſionis Brunonis dicere non propoſuerat, ſed de occaſione, ad quam neutra earum pertinebat. *Iſthæc Columbius: verùm, cùm Guibertus equidem* Brunonis *ſeculo renuntiandi propoſitum, uti etiam ſeceſſum in eremum ſeu perfectam converſionem recenſeat, eoque ipſo loco, quo id facit, occaſionem, quâ illius initia Sanctus nactus ſit, exponat, fuiſſet veroſimillimè etiam, quæ hâc, ſi locum umquam habuiſſet, multò notatu dignior exſtitiſſet eique etiam perſpecta, converſionis cauſam ſen doctoris anaſtaſim commemoraturus.*

AUCTORE C. B. *quod Guiberti silentium suppeditat.*

268 *Nec ad rem facit, nonnulla alia, ad* Brunonem *spectantia, collationem scilicet cum Radulpho & Fulcio, Romanum hujus iter, secutamque hinc tum horum, tum* Brunonis *ad implendum habitus monachici suscipiendi votum animi remissionem, à Guiberto silentio esse praeterita; haec enim omnia, uti consideranti patebit, sunt hujusmodi, ut facilè ab hoc scriptore ignorari potuerint; Parisiense autem doctoris redivivi prodigium, si publicè, ut nonnulli, quorum narrationem hîc examinamus, memoriæ prodidêre, innumera propemodùm coram hominum multitudine sit factum, ignorâsse Guibertum, rei gestæ synchronum, nulla ratione verosimile apparet. Quod porrò pertinet ad conversionis* S. Brunonis *initiorum occasionem, quam solam, non autem etiam conversionis causas, commemorare, Guiberto propositum fuerit, efficere id non potest, ut quoquo modo verosimile evadat, Guibertum fuisse prodigium illud, si accidisset, silentio praeteriturum. Quis enim non in animum inducat, hunc scriptorem, dum non tantùm conversionis* S. Brunonis *initia, verùm etiam perfectam conversionem seu recessum in eremum recensuit, voluisse seu propositum sibi habuisse, initiorum illorum occasionem seu improbos Manassis mores, minùs memoratu dignos, potiùs commemorare, quàm conversionis perfectæ causam, seu illam, si locum umquam habuisset, doctoris Parisiensis anastasim, rem utique, si acciderit, omni omnium seculorum memoriâ longè dignissimam? Anonymus Annalium Cartusiensium libri quarti hactenus non vulgati auctor, ut à Launoio contra feralem doctoris damnati historiam adductum è Guiberti silentio argumentum enervet, aliam viam init.*

B

Nec Vitæ Guibertinæ locum, quo id servatur,

269 *Etenim & ipsummet Guibertum rerum ad* S. Brunonem *Cartusianosque spectantium imperitiæ arguit, & Vitæ Guibertinæ libri primi caput* XI, *quo doctoris damnati historia commemoranda fuisset, & tamen silentio praeteritur, insigniter esse interpolatum aut etiam, alium, quam Guibertum, habere auctorem, contendit. Argumenta praecipua, seu magis valida, quibus hanc opinionem suam probare, aut nititur, aut etiam reipsa probatam dare, videri potest, ipsissimet iterum illius verbis huc transcribo. Primò itaque lucubrationis suæ num.* 94, *nonnullis, quæ hîc praetereo, praemissis, sic habet:* Describit (*Guibertus nempe loco cit.*) majorem Cartusiam eo modo, quo erat post mortem Guigonis nostri, qui obiit anno MCXXXVI. „Claustrum quidem, „ inquit, " satis idoneum „pro cœnobiali consuetudine habentes, sed non „claustraliter, ut cæteri cohabitantes. Habent „quippe singuli cellulas per gyrum claustri pro„prias, &c.„ Quibus verbis exprimit novum Cartusiæ monasterium, ab anno MCXXXII extructum post nive oppressos (*adi Labbeum tom.* I *Bibliothecæ novæ Mss. pag.* 640) in priori loco monachos. Nam eo tempore, quo Guibertus creditur scripsisse, nempe ante vel circa annum MCXXIV cellulæ per gyrum claustri non erant dispositæ, sed ab ipso claustro penitus separatæ, ut probabimus in Annalibus ad annum MLXXXIV. Dum verò subdit: " Aquam autem tam haustui, „quàm residuo usui ex ductu fontis, qui omni„um obambit cellulas, & singulorum per certa „foramina ædiculis influit, habent, „ his innuit tempora sancti Antelmi, septimi Cartusiæ Prioris, qui, ut ait Vitæ illius auctor, "Aquæ-ductus mul„to, sed infatigabili labore fabricans, longis „meatibus ad cellas, coquinam cæteraque offi„cinas aquarum tantam direxit abundantiam, &c. Quod quidem opus primùm Guigo aggressus fuerat, sed morte praeventus illud per cellas deducere non potuerat.

C

D

in medium ex eodem hîc de S. Brunone

270 Scribit, (*Guibertus nimirum loco suprà cit.*) Cartusienses "nusquam penè loqui, nam si „quid peti necesse est, signo exigitur.„ Sed videamus ex Guigonis nostri consuetudinibus, an Guibertus rectè mores nostros calluerit. Sic igitur loquitur Guigo: "Soli degentes signa cœno„biorum aut nulla, aut pauca novimus, suffi„cere putantes linguam solam, non etiam cæ„teros artus reatibus implicare loquendi; & i„deò si tanta necessitas urget, uno vel duobus, „aut certè paucissimis verbis, quod res postu„lat, maluimus indicari.„ Non igitur signis, ut vult Guibertus, sed linguâ, quæ nobis necessaria sunt, exigimus. Sunt autem," inquit „Guibertus,„ infra montem illum (Cartusiæ) habitacula laïcos, vicenarium numerum excedentes, fidelissimos retinentia." At idem Guigo „sic fanxit: „ Laïcorum autem numerus, quos „Conversos vocamus, sedecim statutus est.„ Hinc suspicamur, vel Guibertum non obiisse anno MCXXIV, & vixisse usque ad tempora Basilii Prioris Cartusiæ, id est, post annum MCI, vel capitulum illud (XI *nempe lib.* I *suprà cit.*) Operi Guiberti à quodam alio fuisse insertum. Nam circa tempora Basilii numerus conversorum & mercenariorum cœpit augeri, ut patet ex chartis capitulorum generalium, & confirmatur à Petro Clusiacensi, qui in capite XXVIII lib. 2 de Miraculis, quem circa annum MCI. edidit, ut suo loco dicemus, scribit, numerum conversorum tunc fuisse octodecim. Asserit Guibertus, Cartusienses " tanto cœptæ contemplationis fer„vore ferri, ut nulla temporis longitudine à sua „institutione desistant, nec aliqua arduæ illius „conversationis diuturnitate tepescant.„ Ex his certè verbis colligimus, magnam" temporis lon„gitudinem„ seu" diuturnitatem conversationis„ ab institutione Ordinis effluxisse usque ad tempus, quo hæc scribebantur, ita ut esset admirationi, quæ profectò non fuisset, si ultra ætatem Guiberti, qui fuit S. Brunonis coævus, non extenderetur. Nec propterea adeò fuissent laudandi Cartusienses.

Cartusianisque addusta,

271 Pergit Guibertus suam circa sanctum Brunonem imperitiam prodere, dicens: " Inde „etiam„ (de Cartusia)" qua nescio occasione, „mirabilis iste Bruno recedens, postquam his, „quæ prælibavimus, rudimenta multa dictorum „& factorum inculcatione praestiterat, ad Apu„los, nescio, Calabrosne concessit, & ibidem huic „quiddam simile vivendi genus instituit.„ Sanctus Bruno invitus è Cartusia recessit, jubente & cogente Urbano II summo Pontifice, quem piis consiliis per aliquot annos juvit, maximè in conciliis, tunc temporis celebratis. Sed hæc omnibus nota solus ignoravit Guibertus, qui fatetur, se nescire, qua occasione sanctus Bruno Cartusiam dimiserit. Deinde putat, sanctum Patriarcham rectâ viâ â Galliis se transtulisse in Apuliam vel Calabriam, sed ad utram revera concesserit, ignorat. Sanctus Bruno, dum in aula Urbani versabatur, à clero Regiensi in archiepiscopum, annuente Pontifice, postulatus, electioni assensum praebere noluit, acceptaque ab ipso Urbano licentiâ, in solitudinem, quam in Calabria elegerat, secessit. Sed Guibertus, horum omnium ignorans, scribit, eum, dum in eremo latitabat, suarum nihilominùs virtutum ful-

E

F

A fulgore proditum, à ſummo Pontifice, ut fieret epiſcopus, quæſitum & tentum, aufugiſſe. „Ibi, inquit Guibertus (An in Apulia vel in „Calabria, neſcit)„ cùm multa humilitate ſe a„geret, & omnimoda piorum exemplorum „præbitione circumquáque fulgeret, ad epiſcopi „dignitatem ab Apoſtolica Sede quæſitus & ten„tus fugit.„ Ex his patet, Guibertum penitus ignorâſſe, an ſanctus Bruno umquam Urbano Papæ adhæſiſſet, quod tamen apprimè ſcire debuerat; quandoquidem & Urbani coævus fuerat, & quaſi eâdem provinciâ genitus. Nam ipſe ex urbe Bellovaco oriundus erat, poſtea factus abbas de Novigento in diœceſi Laudunenſi, utraque civitate ſub metropoli Remenſi; Urbanus verò ex territorio & clero Remenſi erat, ut ipſemet Guibertus ſcribit.

quorum nonnulla ad hos

272 Poſt verba, à Launoio ex Guiberto exſcripta, prout ea ſuperiùs retulimus, ſtatim ſubjungit Guibertus in eodem capitulo: " Hæ, in„quam, perſonæ converſionum tunc temporis ex„tulêre primordia. His cohæsêre continuò vi„rorum fœminarumque greges, omnis protinus B „ordo concurrit.„ Et inferius: " At fœminæ iti„dem inſignes, maritorum celebrium jugalitate „deſerta, & à piis cordibus liberorum abſtenta, „collatis inibi opibus, eccleſiaſticis ſe ſtipendiis „contradebant.„ Quid hæc ſibi volunt? Guibertus obiit circa annum MCXXIV & tamen loquitur de fœminis ſive monialibus Cartuſienſibus, quas in Ordinem admiſſas tantùm fuiſſe circa annum MCXLV, in Annalibus probabimus. Et de fœminis quidem loquitur, quæ " deſerta marito„rum jugalitate, „ noſtrum inſtitutum amplexæ fuerant, cùm conſtet, nullas umquam in partheniis noſtris ſuſceptas fuiſſe mulieres ſive viduas, ſive nuptas, ſed tantùm fœminas ſeu virgines, nuptiarum omninò expertes, propter conſecrationem, quæ ſemper in uſu fuit apud noſtras moniales, quæque ſolis virginibus concedítur. Præterea toto primo Ordinis noſtri ſeculo unum tantùm parthenium Cartuſienſe fundatum extitit. Pergit ibidem Guibertus: " Quid „de ætatibus loquar, cùm decennes & unde„cennes infantuli ſimilia meditarentur & multa „caſtigatiora gererent, quàm ætatula pateretur?„ Quis umquam talia audivit, vel ſcripſit de Ordine Cartuſienſi? ad quem pueris nullus umquam C patuit aditus; imò ſemper prohibitus juxta ſtatutum R. P. Guigonis, ſic de ætate ſuſcipiendorum ſcribentis: "Pueros ſive adoleſcentulos non reci„pimus, quia per eos monaſteriis multa contigiſſe „dolemus... ſed viros, qui juxta præceptum Do„mini per manum Moyſi viginti ad minùs „annorum ſacra poſſint ad bella procedere.„

non ſpectare

273 Sunt & multa alia his ſimilia in eodem capitulo apud Guibertum, à noſtri Ordinis inſtitutis ita aliena, ut nobis ea legentibus ſubierit in animum, vel ea non eſſe Guiberti, vel ſaltem ad nos nullatenus ſpectare, licèt Dacherius, vir alioqui ſagaciſſimus, contrarium ſentiat, in ſcholiis ad marginem eorumdem verborum ſic ſcribens poſt Notulas de ſancto Brunone: "Viri ac fœminæ illius vivendi genus arri„piunt. Etiam decennes & undecennes infantes. „Innumera conſtituit„ (nempe Bruno, qui præter Majorem Cartuſiam & monaſterium in Calabria nullum aliud ædificavit) "monaſteria.„ Et in Indice ad eumdem Guibertum: "Cartuſi„enſis Ordinis origo pag. CDLXV ſeu CDLXVII. „Cartuſiæ deſcriptio CDLXVI ſeu CDLXVIII. Viri, „fœminæ ac pueri illud vivendi genus arripiunt. „Innumera conſtituunt monaſteria, ibid. Abun„dè ditantur. CDLXVII. &c.„ Scripſit quidem eodem loco Guibertus, hominibus ſive Cartuſienſibus ſive aliis, de quibus locutus eſt; "cœpiſſe „ubique loci nova conſtrui monaſteria, &, un„decúmque confluentibus magnos alimentorum „reditus adhiberi,„ ſed nobis, abditiora rerum Cartuſienſium perſcrutantibus, horum innumerorum monaſteriorum fundationes nuſquam occurrerunt; imò patebit in noſtris Annalibus, ante annum MCXXIV vix quinque aut ſex cartuſias tunc fuiſſe fundatas, & eas quidem pauperrimas. *Hactenus Cartuſianus anonymus, meritò ſanè, contrà ac antea opinatus fuerat Dacherius, exiſtimans, ad Cartuſianos non ſpectare, quæ à Guiberto de ingenti feminarum puerorumque, religioſæ monaſticæve vitæ ſeſe dedentium, multitudine lib. & cap. citt. traduntur.*

AUCTORE C. B.

oſtenduntur, alium, quàm Guibertum

274 *Etenim hæc, quæ ſuis ibidem de* S. Brunone *dictis proximè ſubjungit, ſequentia verba,* Hæ... perſonæ converſionum tunc temporis extulêre primordia, *non ad ſolum* S. Brunonem, E *ſed etiam ad S. Simonem Criſpeienſem Ordinis S. Benedicti è comite monachum, in Opere noſtro ad* XXX *Septembris diem jam datum, Ebrardum, Britolienſem comitem, alioſque, ad vitam monaſticam aut ſaltem meliorem, à Cartuſiana tamen diverſam, converſos, de quibus proximè ante habitum de* S. Brunone *ſermonem egerat, referenda ſunt, ac proin quæ deinde ſubdit,* His (*perſonis nempe, quæ* converſionum tunc temporis extulêre primordia) cohæsêre continuò virorum feminarumque greges, omnis protinus ordo concurrit. Quid de ætatibus loquar? Cùm decennes & undecennes infantuli ſenilia meditarentur, & multò caſtigatiora gererent, quàm ætatula pateretur. Fiebat in illis converſionibus &c, *ita accipienda ſunt, ut ſignificent, tunc feminas viroſque, imò etiam pueros, meliori quidem caſtigatiorique vitæ ſeſe dediſſe, non tamen omnes inſtitutum à* Brunone *Ordinem, ſed vel hunc vel alium, prout cujuſque ſexus aut conditio ferebat, eſſe amplexos, itáque* Brunoni *aliiſque, de quorum converſione Guibertus egerat, cohæſiſſe, cuidam ſcilicet è diverſis, quæ hi vel inſtituerant, vel ſectati fuerant, melioris vitæ generibus ſeſe dedendo. Jam verò, cùm id ita ſit, non eſt ſanè, cur, quæ apud Guibertum lib. & cap. citt. de viris, mulieribus, pueriſque memorantur, erroris falſitatiſve arguantur, hincque Guiberto, veluti qui talia litteris mandare non potuerit, abjudicentur. Quod alioquin fieri deberet, cùm certè ætate Guiberti, qui anno* 1124, *ut Mabillonius Annalium Benedict. lib.* 74, *num.* 71, *& poſt hunc Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* X, *pag.* 438 *docent, vitâ functus eſt, nullæ omninò, quæ Cartuſienſis Ordinis eſſent, moniales exſtiterint, nec ullæ umquam in hunc viduæ nuptiaſve expertæ mulieres fuerint admiſſæ.* F

habere auctorem,

275 *Sed quid dicendum de aliis, à Guiberto pariter memoratis, quæ ſcriptorem, ut Cartuſianus noſter anonymus putat, anno* 1124 *poſteriorem exigunt, quæque proinde, ni Guibertus ultra hunc annum vitam protraxerit, litteris abs illo mandata eſſe non poſſunt? Talia ſunt (adi num.* 269) *laïcorum ſeu converſorum numerus, tempori ſubſecuto dumtaxat conveniens, cellularum per gyrum clauſtri exſtructio, ac tandem ductus fontis, cellulas omnes ambientis atque in has influentis.*

Vo-

AUCTORE C. B.

Verùm laïcorum ſeu converſorum numerum majorem, quàm eſſet, facere potuit Guibertus è narratione erronea ſibi facta. Potuit etiam eodem ex capite in cellularum ſitu (de hoc tamen quid contra Guibertum num. 269 *velit Cartuſianus anonymus, non ſatis intelligo) aſſignando errare. Quod autem ad fontis ductum pertinet, cùm à Guigone, qui ab anno* 1110 *Cartuſiæ ad annum uſque* 1136 *præfuit, opus illud, uti ipſemet Cartuſianus noſter anonymus docet, fuerit inceptum, quid ſi Guibertus, quòd magnâ induſtriâ ac labore à Guigone inchoatum intellexerat, ad apicem etiam perductum ſibi perſuaſerit? Quid ſi fontis, omnes Cartuſiæ cellulas ætate Guiberti ambientis aquiſque reſpergentis, ductui præſtantior ab Antelmo pòſt aquæ-ductus fuerit ſubſtitutus? Neceſſe itaque non eſt, ut hæc vel ab alio, quàm à Guiberto, ſcripta ſint, vel ut hic ultra annum* 1124 *vitam produxerit. Id etiam dicendum de ſequentibus, quibus Guibertus cit. Vitæ ſuæ libri primi cap.* XI *Cartuſienſes celebrat, hiſce verbis:* Tanto cœptæ contemplationis fervore feruntur, ut nulla temporis longitudine à ſua inſtitutione deſiſtant, nec aliqua arduæ illius converſationis diuturnitate tepeſcant. *Ut quid enim hæc de Cartuſienſibus, qui jam triginta aut etiam viginti dumtaxat annis in ſuſcepta auſteriſſimæ in Cartuſia vitæ norma,* à Brunone *anno* 1084 *inſtitui primùm cœpta, conſtanter perſeverâſſent, pronuntiare Guibertus, anno demùm* 1124 *vitâ functus, nequierit?*

B

276 *Jam verò, cùm hæc omnia ita habeant, laudatum Guibertinæ Vitæ caput* XI *ipſummet Guibertum non habere auctorem, dictove hujus Operi à ſcriptore poſteriore fuiſſe inſertum, in medium ſuprà ex annaliſta Cartuſiano anonymo adducta minimè evincunt, etſi interim fatendum ſit, palàm ex his eſſe, Guibertum rerum omnium ad* S. Brunonem *inſtitutumque ab eo Ordinem ſpectantium, haud ſatis gnarum fuiſſe. Quod dum dico, non eſt, cur continuò putes, Guibertum etiam & in aliis, quæ de* Brunone *narrat, à veritate aberrâſſe, & Pariſienſe, quo hic in eremum pulſus ſit, prodigium ignorâſſe, ac proin mirum nemini illius de hoc ſilentium debere accidere. Ea enim, quæ Sanctus noſter in Cartuſia ab omnium ferè hominum conſpectu ſemotus, ac deinde in Calabria, procul à Galliis Novigentinaque abbatia diſſita, geſſit, diſtinguenda ſunt ab iis, quæ Remis aliiſque in locis, Novigento haud multùm remotis, præſtitit. Etſi enim in illis ſubinde errâſſe deprehendatur Guibertus, in hiſce tamen idcircò, utpote quibus non tantùm tempore, ſed & loco fuerit vicinus, pariter errâſſe cenſendus non eſt, niſi ſolida, quæ id probet, ratio aliunde poſſit afferri. Quod verò ad Pariſienſe prodigium nominatim pertinet, cùm publicè coram innumera propemodum hominum multitudine in opinione, quam hîc diſcutimus, nec admodùm procùl à Novigentina abbatia evenerit, id Guibertum ignorâſſe, nullo modo veroſimile fieri poteſt ex eo, quòd aliqua Sancti vel in Cartuſia vel in Calabria procul à Novigento aut certè extra omnium ferè hominum conſpectum geſta ſatis explorata perſpectaque haud habuerit.*

C

277 *At verò Tractatûs, de* S. Brunone *à Cartuſianis hujatibus mecum communicati, auctor lucubrationis ſuæ num.* 36 *ea præterea ſcribit, quibus Opus, à Guiberto de Vita ſua ſcriptum atque à Dacherio editum, pro ſuſpecto interpolatoque indicat habendum. En ejus verba:* Cùm Claudius Hemeræus doctor Sorbonicus Opus ſatis grande anno MDCLXXII Brunoni d'Affringues Ordinis noſtri præpoſito generali dicâſſet, inſcriptum Cartuſianus ſive Iter ad ſapientiam & ad ejuſdem Operis calcem Fragmenti ex Guiberti Tractatu S. Brunonis & inſtituti noſtri laudes complectens curâſſet adjungi, de hujus Fragmenti fide hæc idem præpoſitus generalis ad Joannem de Bacca Cartuſiæ Paulariſtanæ in Caſtella Priorem ſcripſit: "Imprudenter fecit ille dominus Hemeræus, qui in ſuo Cartuſiano inſeruit Fragmentum de Origine noſtri Ordinis, quod eſt falſum & fictitium, ut monuit me Prior Pariſienſis, ſcribens de præfato domino Hemeræo, auctore dicti libri, qui inſcribitur CARTUSIANUS. Et revera Lucas d'Achery, monachus Benedictinus, de Eccleſia ob editos codices bene meritus, totius tractatûs apographum fatetur eſſe recentiori manu ſcriptum, mendis ſcatens quàm pluribus, inverſa verba, ſententias interdum aut mutatas aut prorſus ſublatas, ut nonnulla penitiùs inſpicienti ſibi fuerint vix non divinanda. Quam ob rem cùm cuncta Guiberti Opera in lucem vellet emittere, omnem movit lapidem, ut præfati tractatus autographum, quod paulò ante in manus cujuſdam doctoris Pariſienſis devolutum fuiſſe audiverat, comperire poſſet; ſed fruſtra.

D

E

278 *Ita ille: aſt quamvis Dacherio Operis, quod Guibertus de Vita ſua ſcripſit, apographum dumtaxat præluxerit, iſque librorum Mss., in bibliothecis latentium, diligentiſſimus editor pluribus id mendis ſcatere, nec autographum, diligentiſſima fabla indagine, ſeſe invenire potuiſſe in Admonitione prævia, quam editis à ſe Guiberti Operibus præmiſit, edoceat, illud tamen Operis iſtius apographum non videtur ita fuiſſe corruptum, ut capita integra, aut etiam capitum Fragmenta notatu utcúmque digna, qui Guiberti non eſſent, ſibi haberet inſerta. Fas eſt id colligere ex ipſis, quæ hac de re in laudata Admonitione prævia occurrunt, Dacherii verbis. Ea idcircò hùc tranſcribo. Sic habent:* Abbatis noſtri (*Guiberti*) librorum de Vita ſua apographum tantummodò invenire fas fuit, graphicè quidem ac recentiori manu ſcriptum, ſed mendis ſcatens quàm pluribus, inverſa verſa, ſententiæ interdum (*verbi ſcilicet unius alteriuſve, uti ex ſequentibus apparet, ſcriptione aut erronea, aut lectu difficili*) aut mutatæ aut prorſus ſublatæ, ut nonnulla penitiùs inſpicienti mihi fuerint vix non divinanda; cætera verò, quæ me præterîêre verba, eorum loco puncta ſupplevi, ſeu margini adſcripſi alia quædam. Audiveram ſanè & multoties repetitum agnoveram, autographum ad noſtra tempora inter eccleſiæ Laudunenſis vetuſtos codices aſſervatum, ac poſtmodùm antiquæ rei perito viro D. Dey doctori Pariſienſi, qui pridem obiit, collatum; quas autem in manus poſthac devolutum fuerit, omnem movi lapidem, quatenus comperire valerem, ſed fruſtra. *Hæc Dacherius: aſt, cùm verba dumtaxat ſententiaſque eo, quo jam monui, modo mendis laborâſſe, edicat, quis hinc capita integra, inſigniaque Fragmenta, quæ Guiberti non eſſent, Operi fuiſſe adjecta, concludat? Jam verò, cùm id ita ſit, ſuprà plùs ſemel citatus hujus locus, quo initiorum converſionis* S. Brunonis *occaſio memoratur, pro additamento, ad Guibertum facto, haberi non poteſt, ac proin, quod ex ſervato ibidem ab hoc ſcriptore de doctoris Pariſienſis anaſtaſi ſilentio formatur, argumentum negativum vim omnem, quam ſuprà ei attribui, conſervat.*

F

interpolatæ, ſilentium tribuit, vis ſua ſuprà aſſignata manet.

evincunt: qui cùm præterea damnati hiſtoriam, ſi fuiſſet, ſciviſſet,

argumento, quod illius de hac in Vita ſua, non ita, ut hic innuitur,

§ XVI.

A

§ XVI. Quid de Ordinis Cartuſienſis, uti id Launoius vocat, & Petri Venerabilis ſilentio cenſendum.

Silentium de doctoris anaſtaſi, in elogiis quinque primorum Cartuſiæ Priorum

Quæ apud Labbeum tom. 1 Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag. 638 & binis ſeqq. exſtant, quinque primorum Cartuſiæ Priorum elogia ſummo antiquitatis merito gaudere, ac nominatim quidem quatuor priora ante annum 1138 ſcripta eſſe, ſatis ſuperque, quæ § 1 in medium adduxi, evincunt. Hinc illorum auctores, aut potiùs, ſi de quatuor dumtaxat primis ſermo ſit, auctorem non immeritò antiquis, qui S. Brunonis *meminerunt, ſcriptoribus in ſua de vera cauſa ſeceſſûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione cap. 1 Launoius accenſet. Aſt an pariter ibidem ex ſervato in quinque illis elogiis, in veteri Ms. Statutorum & Conſuetudinum Ordinis Cartuſienſis codice inventis, de prodigioſa doctoris anaſtaſi ſilentio* B *Cartuſianorum, cujus hoc vocat, Ordinem contra illam teſtari, non immeritò arguit? Antequam, quæ mea hac de re ſit opinio, edicam, Launoii verba unà cum Cartuſiani noſtri anonymi ad hæc in Annalium Ordinis ſui libro quarto hactenus non vulgato reſponſione huc tranſcribo. Launoius itaque poſt deſcriptum è codice Ms. mox laudato Sancti noſtri elogium ita differit:* Hîc mentio nulla doctoris vel canonici Pariſienſis mortui, qui ſolemnes inter exequias damnatum ſe eſſe reſponderit, aut hujuſce portenti, quod beatum Brunonem in eremum Cartuſiæ impulerit: quæ tamen duo rata eſſe apud antiquos omnes, Raynaudus ſcribere non dubitavit. Antiquis porrò ſcriptoribus non poſſum non accenſere eos, qui codicem illum Statutorum Pariſiis, ubi nunc apud Cartuſienſes aſſervatur, vel alio in loco deſcripſerunt, & quinque primorum Cartuſiæ Priorum hiſtoriam ita ediderunt, ut, ſi quid in iis miraculi deprehenſum eſt, obſervârint.

occurrens, attributam Hic ei à Launoio, ſit meritò C

280 Quam ob rem nihil eſt admodùm, cur cauſeris, hos auctores, de quibus loquimur, ea ſilentio præteriiſſe, quæ ad commendandam Priorum illorum converſionem & ſæculi fugam conducerent. Neque verò cauſa mihi ulla ſuppetit, cur vetuſtiores Cartuſiani præcipuum originis ſuæ monimentum omiſiſſent, quod recentiores ex iis nonnulli in libros & parietinas tam cupidè conjiciunt, & "Horrendum ſæculiſque omnibus memorandum ſpectaculum„ appellant. Hoc certè monimentum ejuſmodi non eſt, ut antiquos omnes Cartuſianos latuerit, & ſolis notum eſſe potuerit recentioribus, qui hac in parte ſi rectè ſaperent, non niſi ex antiquiorum commentariis ſapere deberent. "Quod enim„ inquit Baronius, "de rebus adeò antiquis ſine „alicujus vetuſtioris auctoritate profertur, contemnitur.„ *Ita ille: audi modò, quæ reponat laudatus Cartuſianus anonymus.* Lectorem benevolum, *inquit Annalium ſuorum lib. cit. num.* 102, teſtem appellamus, utrùm quæ ſuprà de Brunone & ſucceſſoribus ejus (*quatuor proximis ſcilicet*) in jejuno illo (*Adi Labbeum Bibliothecæ Novæ loco proximè cit.*) vitæ eorum Breviario tam paucis verbis auctor codicis (*qui ex num. præced. Launoio præluxit*) præmiſit, tanti ſint ponderis, ut ex iis juſtè & meritò Launoius ducere potuerit hanc conſequentiam: "Antiquis„ inquit, "ſcriptoribus non poſſum non accenſere „eos, qui codicem illum Statutorum Pariſiis, „ubi nunc apud Cartuſienſes aſſervatur, vel alio „in loco deſcripſerunt & quinque primorum „Cartuſiæ Priorum hiſtoriam ita ediderunt, „ut, ſi quid in iis miraculi deprehenſum eſt, „obſervârint.„ Ecce quantas projicit ampullas juxta Poëtæ effatum, ut ſtylo tumido ſuas extollat auctoritates." Non poſſum, „ inquit, "eos, qui codicem illum deſcripſerunt.„ Nonne meliùs veriùſque dixiſſet, eum qui codicem illum deſcripſit," cùm vix triginta foliola con„tineat, niſi velit totidem fuiſſe ſcriptores, quot ſunt codicis folia?

AUCTORE C. B.

Cartuſianus noſter anonymus contemdit,

281 Sed levia ſunt hæc. Audi tumidiora. „Ii, qui codicem illum deſcripſerunt, quinque „primorum Cartuſiæ Priorum hiſtoriam ita edi„derunt, ut, ſi quid in eis miraculi deprehen„ſum eſt, obſervârint.„ Sed, quæſo, quænam ſunt hæc miracula, quæ in tam brevi narratione, uno folio contentâ, ſcriptores illi obſervârint? Nulla certè, ſaltem in elogiis quatuor primorum Priorum, quæ ſuperiùs ex omnium hujuſmodi codicum antiquiſſimo (*adi dicta num.* 4) retulimus. De Guigone enim nunc tacemus, quia ejus elogium, ut monuimus, à recenti manu ſuperinductum fuit. Numquid propterea nihil miraculi inter hos primos Patres, aut ab eis factum eſt? Pro nobis iterum reſpondeat Petrus Cluniacenſis. "Multa, inquit,„ in illo ſacro (*Cartuſienſium nimirum*) Ordine miracula contigiſſe, à pluribus accepi.„ An igitur falſa ſunt, quia ſcriptores codicis de iis ſiluerunt? Sed ad ſanctum Brunonem redeamus. Scriptores ſive potiùs ſcriptor hujus codicis, ut correctiùs modò loquamur, totam ejus vitam ab infantia illius uſque ad receſſum in Cartuſiam his pauciſſimis verbis complectitur: "Bruno Teutonicus, „ex urbe Colonia parentibus non obſcuris na„tus, litteris tam ſecularibus quàm divinis val„de munitus, eccleſiæ Remenſis canonicus & „ſcholarum magiſter, relicto ſeculo, eremum „Cartuſiæ fundavit & rexit ſex annis.„ Ecce totam converſionem S. Brunonis, quinque verbis comprehendit, "Relicto ſeculo, eremum „Cartuſiæ fundavit,„ quod de cujuſlibet ſæculo abrenuntiantis converſione dici poteſt. An tam paucis verbis hiſtoriam Brunonis? "Ita edi- F „dit„ ſcriptor ille, "ut, ſi quid in ea miracu„li deprehenſum eſt, obſervârit,„ ut vult Launoius? Sed, ſicut tacuit de viſione ſeptem ſtellarum, ſancto Hugoni exhibita, de ſex ſancti Brunonis ſociis, de perſecutionibus Manaſſæ, de voto illius, & de multis aliis, præclarè ab eo geſtis, ita non mirum, ſi & ſpectaculum prætermiſit.

E

vim non obtinet.

282 Denique notandum eſt, videri ſcriptoris ſcopum hunc fuiſſe unicum, nempe catalogum Priorum Cartuſiæ contexere, & annos prælationis eorum deſignare. Nihil enim accuratiùs deſcribere videtur, cùm maximè de Brunone obſervet, quòd "ſex annis Cartuſiam rexerit,„ & in Galabria obierit.„ Undecimo plus minùs anno poſt egreſſum Cartuſiæ. Quod & diligenter de aliis annotat, ita ut ſub finem annos ſummatim repetat, qui à fundatione Cartuſiæ uſque ad mortem Joannis Tuſci effluxerant. "Colligun„tur itaque,„ inquit," à primo magiſtri Bru„nonis anno uſque ad hujus„ (Joannis) "ulti„mum

AUCTORE C. B.

„mum anni viginti quinque (qui ante obitum „ejus, qui eſt Nonis Octobris) circa nativita„tem B. Joannis Baptiſtæ complentur; tali quip„pe tempore à magiſtro Brunone præfata cœpit „eremus habitari.„ Quod etiam obſervavit ille, qui Guigonis elogium eidem codici inſeruit. *Ita habet anonymi Cartuſiani ad petitum à Launoio è codicis num.* 279 *laudati ſilentio argumentum negativum reſponſio. Et verò, cùm Codicis, id eſt, quatuor primorum Cartuſiæ Priorum Chronici auctor Sancti noſtri vitam ac geſta omnia ex inſtituto non deſcripſerit, multaque de* Brunone *ſubticeat, quæ tamen apprimè, maximè ſi, ut apparet, Guigo is fuerit, explorata habuit, formatum ex illius ſilentio argumentum vim aut prorſus nullam aut certè perexiguam hîc obtinet, maximè cùm ratio afferri non queat, quâ utcúmque veroſimile evadat, ſcriptorem illum commiſſurum non fuiſſe, ut Pariſienſe prodigium, quod, ſi factum fuerit, haud dubiè cognôrit, ſilentio præteriret.*

De eadem anaſtaſi ſilet etiam Petrus Cluniacenſis. 15

283 *Ad alterum modò, quod § præſenti etiam examinandum, quodque è Petri, cognomento* Venerabilis, *ſilentio formatur, argumentum negativum progrediamur. Vir hic, anno circitèr* 1093 *natus, cùm glorioſam per annos aliquot operam militiæ navâſſet, monachis Cluniacenſibus, ſeculo relicto, ſeſe adjunxit, cúmque deinde abbas hiſce anno* 1122 *fuiſſet præfectus, hocque munus triginta quatuor amplius annis obiiſſet, anno* 1156 *ad Dominum migravit, ſanctitate vitæ juxtà ac variis Operibus, quæ concinnârat, poſt ſe relictis illuſtris. Hæc inter unum eſt, de miraculis conſcriptum atque in duos libros diviſum. In horum altero, ſeſe* ad roborandam fidem & mores inſtituendos miracula, *vel ipſo ſuo* tempore, *vel* circa *ſua* tempora geſta, quorum cognitio indubia datur, ſcribere *propoſuiſſe, Petrus præfatur & tamen miraculi ſeu prodigii, quo doctor Pariſienſis, ſe damnatum, innumeræ adſtanti populi multitudini publicè denuntiârit, nuſpiam in toto laudato ſuo Opere mentionem facit. Hinc, omnem de luctuoſa hac hiſtoria narrationem in fabulis eſſe habendam, Launoius in ſua de vera cauſa ſeceſsûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione cap.* 2 *pronuntiat. Verùm an meritò hic, Papyrium Maſſonum ſupergreſſus, tanto in pretio habuit Petri Venerabilis illa de re ſilentium? Carthuſianus noſter anonymus, qui Annalium Ordinis ſui librum quartum hactenus non vulgatum concinnavit, quò, Petrum Pariſienſis prodigii in toto ſuo de miraculis Opere meminiſſe non debuiſſe, oſtendat, nonnulla primùm de ſcopo, quem in hoc contexendo ſibi præfixum habuit ſanctus is Cluniacenſis abbas, in medium adducit, ſimulque, quæ & qualia in illo referat miracula, examinat, ac deinde, quæ Launoium, ut magnam contra doctoris damnati anaſtaſim Petri de hac ſilentio vim ineſſe putaret, impulêre, rationes rationibus contrariis confutare conatur. Totum, quod hunc in finem inſtituit, ratiocinium, cùm id ad confutandum Launoium pluriműm valere autumet, ob rationem, num.* 185 *in fine datam, integrum huc, utut valde longum ſit, tranſcribo, adjecturus etiam ad calcem, quæ mea ſit de re iſthac opinio.*

C

Silentii hujus cauſam per verba,

284 *Sic itaque Operis ſui num.* 105 *præfatur:* Cujus (*Petri Venerabilis*) ſilentium de noſtro (*doctoris redivivi ac damnati*) ſpectaculo tanti facit Launoius poſt Papyrium Maſſonum, ut inde illam narrationem in fabulis habendam eſſe, audacter pronuntiet. Sed antequam argumentationes ejus refellamus, præſtat *Petri Venerabilis* Opus, de quo quæſtio eſt, ab auctore inſcriptum" De miraculis,„ minutatim expendere, ut ex accurato illius examine ceſſent lectores admirari, quòd de tam ſtupendo prodigio ſiluerit; *ac deinde rem ipſam mox aggrediens hunc proſequitur in modum:* Hoc Opus in duas partes, ſive libros diſtinguitur. In prioris libri Præfatiuncula hanc reddit ſanctus Abbas rationem, cur de hac materia (*de miraculis ſcilicet*) ſcribere aggreſſus fuerit, nempe ne " Ea miracula, quæ noſtris, „ inquit, " temporibus „proveniunt, cùm non ſit, qui ad illa ſcriben„da animum applicet, quæ prodeſſe legentibus „manifeſtata poterant, infructuoſo ſilentio tecta „diſpereant.„ Hic liber viginti octo comprehendit capitula, quorum viginti & unum complectuntur res mirabiles, quæ vel in ipſa Cluniacenſi abbatia, vel in aliis ejuſdem Ordinis monaſteriis peractæ ſunt. In quinque aliis capitulis referuntur hiſtoriæ, quæ in locis à Cluniaco non remotis contigerunt, ſi unum aut duo excipias. Nam ipſe abbas in capitulis nono, & vigeſimo tertio declarat, ſe relaturum, quæ in Cluniacenſi monaſterio, vel circà accidiſſe audierat. Alia denique duo faciunt mentionem de quodam Sacerdote, & quodam juvene in Teutonicis partibus, divinis myſteriis & ſacra Communione abutentibus.

D

E

quæ in medium

285 Unum acceperat Petrus ab epiſcopo Claromontenſi, qui videtur eſſe Aymericus, antea abbas Caſæ-Dei Ordinis Cluniacenſis, aliud à Priore & fratribus cujuſdam monaſterii, in iiſdem locis ſiti. Quid verò hîc intelligat per Teutonicas partes, videtur poſtea indicare, ubi de urbe Matiſcone, in cujus diœceſi ſitum eſt Cluniacum, loquens ſic ſcribit:" Eſt eadem Ma„tiſcus in finibus regni Francorum, quod à Teu„nicorum vel Romanorum imperio Arar fluvius, „à Lotharingia ſumens initium, Rhodanuſque, „in mare Mediterraneum habens profluxum, di„ſterminat.„ Ex quibus verbis licet conjicere, hæc duo miracula etiam facta fuiſſe in regione à Cluniaco non remota. Unde Petri ſcopus fuiſſe videtur, tantùm ea narrare, quæ in ſuo Ordine geſta fuerant, additis nihilominùs quibuſdam, quæ caſu audierat circa Cluniacum accidiſſe. Quæ quidem omnia, in his viginti octo capitulis contenta, videntur patrata, ipſo abbate jam præſidente, id eſt, poſt annum MCXXII præter quædam ad Ordinem Cluniacenſem pertinentia, quæ geſta ſunt ſub Hugone, qui eamdem abbatiam rexerat annis circitèr ſexaginta, in ejus regimine mortuus anno MCIX. Præterea notandum eſt, quòd cuncta, in hoc libro à Petro recenſita, exceptis duobus aut tribus exemplis, ei relata fuerint à perſonis ejuſdem Ordinis, inter quas etiam annumerandus eſt, ut diximus, Aymericus epiſcopus Claromontenſis.

F

hîc adducuntur,

286 In poſterioris libri Prologo ſic ſcribit venerabilis Abbas:" Quoniam ad roborandam „fidem & mores inſtituendos miracula, noſtro tem„pore vel circa noſtra tempora geſta, quorum „cognitio indubia datur, ſcribere propoſui &c.„ Hæc non ſolùm ad ſequentem librum, ſed ad primum ſpectant, in quo, ut monuimus, quædam circa tempora illius, id eſt, tempore ſancti Hugonis abbatis; & quidem de rebus tantùm, Cluniacenſem Ordinem tangentibus, geſta fuerant. Hic alter Liber de miraculis triginta duo continet capitula, in quorum primo Petrus ex communi fama narrat, quomodo quidam comes Matiſconenſis olim viſibiliter à diabolo raptus eſt.

In

A In ſecundo agit de homine, " Qui terrâ obrutus „per Sacrificia & orationes Eccleſiæ ab angelo „paſcebatur; „ quod in Gratianopolitano epiſcopatu eveniſſe aſſerit, & forſan acceperat veniens ad Cartuſiam Majorem, ad quam non ſemel aſcendiſſe ſuis locis in Annalibus dicemus. A capitulo tertio ad capitulum vigeſimum tertium incluſivè vitam Matthæi monachi Cluniacenſis & epiſcopi Albanenſis, anno MCXXXIX ſanctiſſimè defuncti, perſcribit. In vigeſimo quarto & vigeſimo quinto, vigeſimo ſexto, vigeſimo ſeptimo, trigeſimo primo, & trigeſimo ſecundo capitulis, quæ recenſet, eo præſidente, in ſuo Ordine contigerant. In vigeſimo octavo capitulo tractat, "De inſtitutis Cartuſienſium „monachorum.„ In vigeſimo nono " De quodam „fratre Cartuſienſi,qui mira vigilans vidit.„ In tri„geſimo " De miraculo cereorum Romanorum, „ quod affirmat ſingulis annis fieri in eccleſia S.Mariæ Majoris, " uſque ad hanc „noſtram ætatem, „ inquit, " & quantum deinceps Deo placuerit. „ Ex his triginta duobus capitulis viginti ſeptem ſpectant ad Ordinem Cluniacenſem: duo prima
B cum vigeſimo octavo & vigeſimo nono, quæ ſunt de Cartuſienſibus, res comprehendunt in regionibus, à Cluniaco non remotis, tranſactas. Solum capitulum trigeſimum rem narrat, longè à Cluniaco patratam, nempe Romæ, quam forſan ipſemet ante aliquot annos ibidem degens vel audierat vel viderat.

idem Cartuſianus anonymus aſſignat,

287 Totum igitur illud Opus, duobus libris diſtinctum, continet ſexaginta capitula, quorum quadraginta octo ſunt de miraculis, apud Cluniacenſes ſub ipſo Petro abbate vel ſub S. Hugone, qui eum monachum fecerat, perpetratis. In aliis decem (nam de duobus Cartuſienſes ſpectantibus modò non loquimur) agitur de rebus mirabilibus, quæ, Petro vivente vel etiam præſidente, ut ex earum narrationibus conjicere licet, ſi unum portentum de comite Matiſconenſi excipias, evenerunt Ordini quidem Cluniacenſi extraneæ, ſed vel circa Cluniacum (ut ipſe abbas monuit) ſolo ferè dempto Romano miraculo, actæ vel à monachis ejuſdem Ordinis Petro enarratæ præter quinque aut ſex, quas ab hominibus externis, ſed fide dignis & Cluniaco vicinis didicerat. Hæc autem omnia diligenter, & fortè paulò latiùs examinata ſatis evidenter declarant, ſilentium Petri
C Cluniacenſis nihil veritati noſtræ hiſtoriæ detrahere. Quid enim mirum, ſi inter quinque aut ſex miracula, ad ſuum Ordinem non pertinentia, ſpectaculum noſtrum non recenſuerit? Hæc præter unum aut duo acta videntur circa Cluniacum, Petro vivente, & ei ab amicis vicinis relata fuerunt; prodigium verò damnati hominis Pariſiis ſatis longè à Cluniaco, & forſan inter privatos parietes (*ſi etiam coram paucis, nullam ſanè petitum ex Petri ſilentio argumentum vim habet*) contigit, & annis ferè quindecim, antequam idem abbas naſceretur. Nec etiam dubium eſſe debet, quin multa alia prodigia in Galliis, in Hiſpaniis, in Anglia, in Italia, Petri temporibus, vel circa ejus tempora evenerint, & tamen, his exceptis, quæ ad ſuum Ordinem attinent, de nullo meminit, licèt in has exteras regiones profectus fuiſſe legatur, non ſolùm monaſteriorum ſui Ordinis, ſed totius Eccleſiæ negotia promoturus. Cur igitur noſtrum potiùs, quàm illa alia prodigia, ſuo Operi inſeruiſſet?

288 Sed audio, qui pro Launoio reſpondeat 1 " Petrum ſtatuiſſe miracula, quæ ſuo „tempore ubivis contigerant, litteris conſignare.„ II " Singula miracula, quæ ſuis uſurpaverat ocu„lis, vel quæ ab hominibus fide dignis accepe„rat, duobus libris comprehendiſſe.„ III " Ad „ſecundi libri calcem Cartuſianæ religionis ini„tium, ſtatuta & mores uberiori oratione depinxiſ„ſe.„ IV "Sefe dolere plurimùm, teſtatum fuiſ„ſe, quòd plura non poſſet referre miracula, quæ „ad amantiſſimum ſibi Cartuſianorum Ordinem „ſpectant.„ V Inter miracula, quæ ſuo tempo„re paſſim in Galliis facta commemorat, & in„ter ea, quæ de prima Cartuſianorum origine „& miraculis diſſeruit, ſtupendam hominis mor„tui narrationem deſiderari.„ Poſtremò ipſum Petrum " dixiſſe, Cartuſienſium Ordinem ſuo „tempore inſtitutum eſſe.„ Hæ ſunt rationes, quas cùm ex verbis, tum ex ſilentio Petri Venerabilis contra veritatem prodigii Pariſienſis deduxit Launoius. Ad 1 reſpondemus, Petrum quidem dixiſſe, conſilium fuiſſe, " Miracula ubili„bet ſuo tempore facta ad poſterorum memoriam „tranſmittere, „ ſed probavimus, eum etiam E
dixiſſe, mentem ſuam fuiſſe, narrare ea, quæ circa Cluniacum geſta fuerant; & ex diſcuſſione totius Operis comperimus, cuncta ferè ab eo conſcripta miracula, quæ ſuum Ordinem non reſpiciunt, patrata fuiſſe in regionibus, à Cluniaco non multùm remotis: quæ verò in exteris ſive remotioribus locis contigerant, vel in ſui Ordinis monaſteriis acta fuiſſe, vel à perſonis ejuſdem ſibi relata. Ad II Fecimus ſatis, cùm oſtendimus, eum toto ſuo Opere comprehendiſſe tantùm miracula, ad ſuum Ordinem ſpectantia, præter decem, quorum quatuor aut quinque à Cluniacenſibus monachis, cætera ab amicis Cluniaco vicinis didicerat.

AUCTORE C. B. *rationeſque, ob quas ſilentium illud mirum videri queat,*

rationibus aliis, quibus ejuſdem vim concutit

289 Ad III fatemur, Petrum longa narratione ſtatuta & mores noſtri Ordinis depinxiſſe, ſed non ita ubertim initia ejus depinxit, ut vult Launoius. Sic enim de his habet: " Serva„tur, „ inquit, " in Burgundiæ partibus inter „omnes Europæ noſtræ monaſtici Ordinis profeſſiones profeſſio quædam, multis aliis ejuſdem „monaſtici propoſiti ſanctior & cautior, inſti„tuta noſtro tempore à quibuſdam Patribus ma„gnis, doctis & ſanctis, magiſtro Brunone Colo„nienſi, magiſtro Lauduino Italico, ac quibuſ„dam aliis verè magnis, ut dixi, & Deum ti- F
„mentibus viris, qui quorumdam antiquorum „monachorum tepiditate, negligentiâ ac deſi„diâ prædocti, ſeculo abrenuntiare volentes, „cautiùs ſibi ſuiſque in via Dei ſectatoribus, con„ſuluerunt &c.„ Deinde multa de veſtibus, de reditibus, de moribus ac ſtatutis addit. Hæc eſt ejus uberior, ſivè potiùs ſterilior narratio de initio Ordinis. Nam ibi tantùm dicit, quòd "Profeſſio quædam aliis ſanctior inſtituta fuerit „à magiſtro Brunone Colonienſi, magiſtro Lau„duino Italico ac quibuſdam aliis verè magnis „Patribus.„ Sed poſtea ut rectè annotavit Launoius, " Uberiori oratione depingit ſtatuta & „mores Ordinis.„ Hic enim erat ſcopus illius, ut ſapienter monuit doctus Sauſſæius, nempe " Agere de inſtituto, non de inſtitutione Cartu„ſiani Ordinis.„ Et revera ſi decreviſſet, inſtitutionem Ordinis depingere, multa alia narrâſſet, quæ ignorare non poterat. Unde nihil de cauſa inſtitutionis, ſive illa orta fuerit ex colla-

AUCTORE C. B.

tione ſanctum Brunonem inter & alios clericos Remenſes habita, ſive ex perſecutionibus Manaſſæ, aut ex terrificis damnati hominis clamoribus: nihil etiam de modo, de Sancti Brunonis, & ſex ſociorum ejus Gratianopolim adventu, nihil de acceſſu ad ſanctum Hugonem epiſcopum, nihil de ſeptem ſtellarum eidem epiſcopo facta viſione profatus eſt; quæ tamen ignorâſſe minimè credendus eſt: imò ne verbum quidem unum de ſancto Hugone ſibi optimè noto profert, quo conſulente, juvante, comitante, Cartuſiæ ſolitudinem primi Patres adierant, & extruxerant; adeò eſt Petrus propoſiti ſui tenax ſive ſcopi, quo de inſtitutis Cartuſienſibus tantùm loqui aggreſſus fuerat. Et quod magis eſt obſervandum, nec ipſam Cartuſiam, nec ipſum Ordinem, de quo loquebatur, nominat. Unde dubitari poſſet, de quo verba faciat, niſi ſuam narrationem tali inſcriberet titulo: " De inſtitu-„tis Cartuſienſium monachorum. „ Non eſt igitur irridendus à Launoio Sauſſæius, quód diſtinxerit inſtitutionem ab inſtitutis.

B *aut convelli autumat,*

290 Ad IV ignoramus, quid ſibi velit Launoius, dum Petrum Cluniacenſem deſcribit, "Dolentem, quòd plura non poſſit referre mi-„racula, quæ ad amantiſſimum ſibi Cartuſiano-„rum Ordinem ſpectent. „ Si nihilominus divinare licet, credimus, eum his verbis ingenioſis ſubtiliter voluiſſe declinare objectionem ſibi ex verbis Venerabilis abbatis faciendam, cujus vi omnes conſequentias, quas ex ſilentio ejus ducit, penitus corruturas prævidebat. Nam per hæc verba ſignificat pius Abbas, alia quidem miracula in Ordine Cartuſienſi fuiſſe patrata, ſed dolore ſe affici, quòd ea non poſſit referre. Statimque cauſam ſui doloris hanc fuiſſe ſanctus vir enuntiat his verbis jam ſuperiùs præcitatis, ſed, hîc neceſſariò repetendis: " Multa quidem, „ inquit, " In illo ſacro Ordine miracula contigiſ-„ſe, à pluribus accepi; ſed quia ipſi humilita-„tis virtute, quâ ſemper ſervi Dei miranda o-„pera ſua, quanto poſſunt niſu, occultant, „vix aliquid ex his prodere alicui voluerunt, „rara, imò rariſſima, quibus omnimoda fides ac-„commodanda eſſet, ad me miracula pervene-„runt. Quæ tamen abſque dubio certa compe-„ri, tacere nec volo, nec propoſui. „ Deinde duo mirabilia de quodam fratre converſo, nec plura de eo, vel de aliis narrat. Hæc ſcripſit Petrus diu poſt annum MCXLV, ut ex capitulo XXV libri ſecundi colligimus, ubi ſic loquitur; " In

C „primordiis Pontificatûs domini Papæ Eugenii, „ad viſitandum tam ipſum, quàm communem „matrem Romanam Eccleſiam, Romam adii.„ Electus eſt Eugenius anno MCXLV, ſed quando hæc Petrus ſcribebat, plures jam annos effluxiſſe, innuit dicens: " In primordiis Pontificatûs „domini Papæ Eugenii. „ Cùm igitur tantùm meminerit de Ordine noſtro capitibus XXVIII & XXVIIII ejuſdem libri, patet ea, quæ de antiquis Patribus refert, ab eo tantùm ſcripta fuiſſe diu poſt annum MCXLV. Unde non mirum, ſi à Cartuſienſibus, opera ſua occultantibus, ſpectaculum illud etiam Petro celatum fuit, quod jam ferè ab annis ſeptuaginta vel etiam ampliùs contigerat, & diu ante ortum ejuſdem abbatis, ut mox probabimus.

undecúmque conquiſitis

291 Ad V Huic rationi factum eſt ſatis ex ſuperioribus reſponſis, quibus probavimus, pleraque miracula, quæ ſuo tempore paſſim in Galliis facta commemorat, ſpectare monaſteria Cluniacenſis Ordinis; pauciſſima verò, quæ ad eum non pertinent, edita fuiſſe circa Cluniacum; quæ D licèt daremus paſſim etiam facta in Galliis, nihil etiam nobis obeſſet Petri ſilentium, qui tam pauca in toto ſuo Opere deſcribens, multa alia vel ignoravit vel tacuit. Ad ultimum, concedimus, Petrum ſcripſiſſe, inſtitutam fuiſſe ſuo tempore Cartuſienſium Religionem, ſed ejus verba non ita ſtrictè ſumenda eſſe, ex hoc ipſo liquet, quòd conſtet, eum pluribus poſt conditum Ordinem annis natum fuiſſe. Nam cùm dicatur electus abbas anno Chriſti MCXXII, ætatis verò (*aliter ſtatue ex num.* 283) ſuo vigeſimo fermè octavo, debuit tantùm naſci anno MXCV, vel circitèr, id eſt, quatuordecim poſt editos damnati hominis clamores annis. Ergò non Petri tempore, ſed ante ejus tempora Ordo inſtitutus eſt. Nec juvat reponere, illum etiam retuliſſe hiſtorias & miracula, circa ſua tempora perpetrata, quod quidem verum eſt erga res Cluniacenſium, ſed non erga prodigia eidem Ordini extranea, quæ ferè omnia, uno aut duobus duntaxat exceptis, vivente vel etiam præſidente Petro, accidiſſe, ex præcedenti examine oſtendimus. Denique multa miracula E Petrum fugiſſe aut latuiſſe, colligimus ex ejus Præfatione ad ſecundum librum de miraculis; ubi ſic conqueritur, quòd non ſit, qui ad miracula ſcribenda animum applicet: " Ad tan-„tum autem, „ inquit " jam fructum infructuo-„ſa hujus ſilentii ſegnities pervenit, ut quæcúm-„que in Eccleſia Dei ſive in regnis Chriſtianis à „quadringentis vel quingentis fermè annis facta „ſunt, univerſa penè nobis & omnibus ignota ſint.

diluere ac enervare nititur,

292 " Tanta enim apparet diſtantia noſtrorum „temporum, ut, quæ ante quingentos & mille „annos geſta ſunt, nobis notiſſima; quæ verò „exinde ipſis quoque diebus noſtris acta ſunt, „prorſus ignota ſint. Inde eſt, quòd hiſtoriis an-„tiquis, eccleſiaſticis geſtis, libris multiplicis „doctrinæ, Patrum inſtructiones & exempla con-„tinentibus, abundamus; eorum autem, quæ „temporibus nobis contiguis contigerunt, ne-„ſcio, ſi vel unum habemus. „ Hæc ille, qui ſuperiùs dixerat, " Dolere ſe & ſuprà quàm mul-„tis fortè credibile ſit, torpori multorum iraſci, „qui, cum ſcientiâ, litteris atque eloquio abun-„dent, miranda omnipotentis Dei opera, quæ „ſæpe in diverſis terrarum partibus ad inſtructio-„nem Eccleſiæ fiunt, memoriæ poſterorum man-„dare ſcribendo pigritantur. „ Quam ob rem ſub finem profitetur, ſe " Secundum vires à Deo da-„tas, ſi quid dignum vel utile invenire potuerit, „ad Dei laudem vel profectum legentium mo-„dernis vel poſteris manifeſtaturum. „ Et tamen, cùm hujuſmodi tanto teneretur deſiderio, nihil de ſui temporis thaumaturgo, ſancto ſcilicet Bernardo ſibi amiciſſimo & familiariſſimo dixit, cùm amplus ſibi pateret miraculorum ab ipſo frequentiſſimè patratorum campus, ex quo ſaltem pauca, eaque inſigniora excerpere potuiſſet, in quibus eſſet illa notatu digna ducis Aquitaniæ Guilelmi converſio. Nihil de ſanctis Norberto & Roberto de Arbricello; nihil de tot aliis viris ſanctiſſimis, qui eodem cum Petro vivebant tempore; nihil de Ordinibus monachorum, qui tunc multis claruerunt ſignis & virtutibus; nihil, inquam, de his omnibus ſcripſit. Cúmque plura de Cartuſienſibus referre potuiſſet, quos ille in quadam epiſtola, quam dabimus anno MCLVI, fatetur " innumeris per orbem „diffuſis miraculis claruiſſe, „ quæ ideò illum latere non potuerant, unius tamen fratris converſi ſolùm meminit, non ſolùm, quia primi Patres

A tres ſua opera prædicare nolebant, ſed certè etiam ex defectu ſuæ memoriæ, ut conſtare videtur ex hiſtoria illa miraculoſa Auduini monachi Cartuſiæ, intra nives & ruinas monaſterii poſt dies duodecim vivi reperti, quam omiſit Petrus, licèt eam optimè nôſſet, cùm de caſu illo nivium & rupium conſolatoriam ſcripſerit ad Guigonem epiſtolam, quam ſuo loco in Annalibus dabimus.

nec tamen, quod è Petri ſilentio formatur, omni prorſus,

293 Sed quod magis miraberis, nihil Petrus de ſancto Hugone abbate Cluniacenſi, à quo monaſticum habitum ſuſceperat, præter quamdam viſionem, narravit; à quo tamen multa præclara & ſtupenda miracula, tum in vita, tum poſt mortem patrata, legimus in ejus Vita. Debilem itaque argumentationem ex ſilentio Petri Cluniacenſis rimatus eſt cum Maſſono Launoius, qui ſola illa ratione hiſtoriam hanc nomine fabulæ & anilis narrationis traduxit. Cujus ſi regulis teneremur, inter fabulas etiam cenſeremus, quidquid de aliis Sanctis Petrus tacuit. *Hæc omnia Cartuſianus noſter anonymus. Sed an*

B *negativo, quod è Petri Cluniacenſis ſilentio formatur, argumento vim omnem adimunt? A Petro Venerabili, ait quantùm ad ſubſtantiam, dumtaxat quinque aut ſex, quæ ad Cluniacenſem Ordinem non ſpectent, miracula recenſentur, ac proin pauca hæc inter non inveniri prodigioſam doctoris damnati anaſtaſim, mirum non eſt, maximè cùm Petrus ſtellarum ſeptem viſionem, S. Hugoni Gratianopolitano epiſcopo, dum ad eum* S. Bruno *cum ſex ſociis accederet, oblatam, aliaque nonnulla, ad* S. Brunonem *ſpectantia, ſilentio etiam præterierit. Atque hæc quidem, ob quam petitum è Petri ſilentio contra doctoris damnati hiſtoriam argumentum enervè putat ac infirmum, ratio videtur præcipua; verùm etſi omnia ferè miracula, quæ Petrus litteris conſignavit, ad Cluniacenſem Ordinem ſpectent, hic tamen ſcriptor propoſitum ſibi habebat ad poſteros tranſmittere etiam miracula, quæ alibi, quàm in Cluniacenſi ſuo Ordine, eveniſſent.* Hæc, *inquit lib.* 2, *cap.* 28, ... in toto iſto Opere principalis, ut ſæpe jam dixi, fuit mihi cauſa ſcribendi, hoc eſt, miracula ubilibet, & quolibet tempore facta ad præſentium vel poſterorum memoriam tranſmittendi. *Audi etiam, quæ huc facientia in eodem libro ſecundo fuerat præfatus.* Quoniam ad roborandam fidem (*verba ſunt Petri*) & mores inſtituendos miracula noſtro tempore vel circa noſtra tempora geſta, quorum cognitio indubia datur, ſcribere propoſui. Poſt ea, quæ præmiſſa ſunt, alia quoque legentibus vel audientibus non minùs, ut credo, utilia adjungenda ſunt.

C

nti ex hîc adductis

294 In quibus, ut ſuprà jam dixi, nullum temporis ordinem ſervo, nullius generis miracula vito, ſed ſicut ea vel olim didici, vel quotidie à diverſis & fide dignis diſcere poſſum, ſcripturæ commendo. *Ut quid ergò Petrus, cui, ut ex hiſce recitatis verbis intelligitur, quæcúmque & ubicúmque geſta miracula in litteras mittere propoſitum erat, ſilentio præteriit, ſi factum umquam ſit, horrendum illud prodigium, quo doctor Pariſienſis tantiſper redivivus, juſto Dei judicio ſe damnatum, publicè coram innumera propemodùm populi multitudine è feretro proclamârit? Ais quidem, multa alia prodigia ac miracula ſilentio pariter à Petro involvi; verùm iſthæc, quæ pariter ab hoc ſcriptore non memorantur, ſunt hujuſmodi, ut facilè ab eo vel ignorari, vel cùm ſcriberet, in memoria non haberi, vel denique velut minùs notatu digna præteriri potuerint. At verò Pariſienſe prodigium, utpote quod in opinione, quam hîc diſcutimus, coram innumera propemodùm populi multitudine factum, longéque proinde ac latè divulgatum atque ad poſteritatem tranſmiſſum fuiſſet, ignorari haud facilè ab eodem Petro potuiſſet, à quo etiam proinde, utpote ſimul & notatu digniſſimum, & ad finem præterea à Petro intentum, ſeu* ad fidem (*adi ejus verba proximè recitata*) roborandam *bonoſque mores inſpirandos longè aptiſſimum, veroſimiliter & in mente habitum, & commemoratum fuiſſet, maximè cùm Petrus inſuper ſtudium & operam poſuerit, ut, quæ ad Ordinem Cartuſienſem ſpectabant, miracula undecúmque conquireret, compertaque litterarum monumentis conſignaret, uti ipſemet libro* 2, *cap.* 29 *indicat hiſce verbis:* Multa quidem in illo ſacro (*Cartuſienſium ſcilicet*) Ordine miracula contigiſſe, à pluribus accepi, ſed quia ipſi humilitatis virtute, quâ ſemper ſervi Dei miranda opera ſua, quanto poſſunt niſu, occultant, vix aliquid ex his prodere alicui voluerunt. Rara, immò rariſſima, E quibus omnimoda fides accommodanda eſſet, ad me miracula pervenerunt; quæ tamen abſque dubio comperi, tacere nec volo, nec propoſui.

apparet, argumentum negativum vi deſtituitur.

295 *Adhæc Petrus lib.* 2, *cap.* 28 *ſic ſcribit:* Servatur in Burgundiæ finibus inter omnes Europæ noſtræ monaſtici Ordinis profeſſiones profeſſio quædam, multis aliis ejuſdem monaſtici propoſiti ſanctior & cautior, inſtituta noſtro tempore à quibuſdam Patribus magnis, doctis & ſanctis, magiſtro Brunone, magiſtro Lauduino Italico ac quibuſdam aliis. *Quibus verbis cùm pauca ſaltem de Cartuſienſis Ordinis inſtitutione commemoret, veroſimile apparet, ſcriptorem illum, qui totus eſt in referendis miraculis, apta hac exponendi, quæ ſacri illius inſtituendi Ordinis cauſa fuiſſet, occaſione obtenta, luctuoſam juxtà ac prodigioſam doctoris damnati hiſtoriam, ſi locum umquam hæc obtinuiſſet, ſilentio non fuiſſe præteriturum. Omnibus itaque, quæ Cartuſiani anonymi verbis ſuprà recitatis includuntur, rationibus ritè expenſis, argumento negativo, quod è Petri Venerabilis ſilentio contra doctoris Pariſienſis anaſtaſim formatur, omnem prorſus vim denegare non auſim, etſi interim multùm abſit, ut Launoio aſſentiar, qui in ſua de vera cauſa ſeceſſûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione vel ob ſolum Petri Venerabilis de prodigioſa doctoris anaſtaſi ſilentium fabulis commentiſque hanc accenſendam autumat. Et verò, cùm Petrus (adi ejus verba num. præced. recitata) diſertè affirmet, ſeſe rara, imò rariſſima, quæ ad Ordinem Cartuſienſem ſpectarent, fidemque omnimodam mererentur, miracula intellexiſſe, eaque nihilominus, quæ indubitata eſſe, comperit, litteris mandâſſe, fieri poteſt, ut horribilem doctoris damnati hiſtoriam, utut ſibi non ignotam, commemorandam non duxerit, quòd eam, utpote quam fortè nullis prorſus litterarum monumentis, ſed ſola traditione populive famâ intellexiſſet, pro omninò certa atque indubitata non haberet.*

F

AUCTORE C. B.

§ XVII. Quid de aliorum, quos Launoius præterea laudat, ſcriptorum antiquorum ſilentio ſtatui debeat.

Notam de doctore damnato narrationem, nec Sigebertus Gemblacenſis

INter ſcriptores antiquos, ſilendo, ut vult Launoius, prodigioſam doctoris Pariſienſis anaſtaſim à vero alienam teſtatos, eſſe etiam nonnullos, quorum ſilentium aut nulla, aut valde exigua contra hanc vi pollet, jam ſuprà indicavi. Verùm iis, de quorum ſilentio duobus proximè prægreſſis §§ diſſerui, hîc adhuc ex recenſitis à Launoio alios nonnullos, à Bulæo in Univerſitatis Pariſienſis Hiſtoria tom. 1 *adductos, addere idcircò lubet, quòd illorum omnium ſilentium contra hunc ſcriptorem, maximi id facientem, nullius prorſus eſſe roboris contendat Cartuſianus anonymus, Annalium Ordinis ſui libri quarti hactenus non vulgati auctor, cujus argumenta omnia, doctoris damnati hiſtoriæ utcúmque ſuffragantia, in medium ſtatui proferre. A Sigeberto Gemblacenſi duco initium. Hic in Chronographia ad annum* 1084 *de ſancto* Brunone *ſic ſcribit:* Bruno natione Teutonicus ex urbe Colonia, litteris apprimè eruditus, Remenſis eccleſiæ canonicus & ſcholarum magiſter, relicto ſeculo, eremum Cartuſiæ fundat, propoſitumque monaſticæ converſationis ſatis arduum inſtituit. Hujus ſancti propoſiti cooperator & æmulator beatæ memoriæ Hugo, Gratianopolitanus epiſcopus ab eodem Brunone habitum monachicum ſumpſit, cunctiſque ibi habitantibus inſigne præbuit exemplum. *Launoius in ſua de vera cauſa ſeceſsûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione recitatis etiam hiſce verbis ſubdit:* Hæc ex editione Piſtorii, quæ in editione Miræi deſunt. Miræus tamen in editione ſua unum Sigeberti manuſcriptum codicem è bibliotheca Juſti Lipſii citat, in quo hæc erant de Brunone: "In vaſta eremo, quæ Cartuſia di-„citur, apud Gratianopolim monaſterium & cel-„las ædificare incipit.„*

B

297 Hæc omnia lectorem celare nolui, ne ſibi fucum ex Sigeberto fieri queratur. Sed ſive Lipſii codicem, ſive Piſtorii editionem ſequamur, inde conſtabit ſemper, apud antiquos omnes ratam non eſſe de doctore narrationem. *Ita Launoius, rectè ſanè hîc innuens, Chronographiæ Sigebertinæ per Piſtorium editionem in verbis proximè ex hac recitatis à genuino Sigeberti textu deflectere. Id porrò Cartuſianus noſter anonymus Operis ſui num.* 101 *ampliùs declarat hunc in modum:* Sigibertus dicitur obiiſſe anno MCXIII. Quod ſi ita eſt, concedi neceſſariò debet hæc verba (*ſuprà jam mox recitata*) ab aliquo alio ejus Chronographiæ addita fuiſſe. Nam, ut ſuperiùs annotavimus, ſub teſte quinto Sigiberti de Brunone pars prior eiſdem ferme verbis habetur in Chronico quatuor primorum Priorum Cartuſiæ, quod conſtat editum tantùm poſt mortem Sigiberti. Nec auctor Chronici dici debet ea mutuatus fuiſſe à Sigiberto; nam quæ ſequuntur apud Sigibertum, apertiſſimè declarant, ea fuiſſe ſcripta, mortuo jam ſancto Hugone, qui Sigiberto annis ferè viginti ſuperfuit. " Hu-„jus ſancti propoſiti, „ inquit ille ſubditicius Sigibertus, " cooperator & æmulator beatæ

ſeu potiùs, qui hunc interpolavit,

C

„memoriæ Hugo Gratianopolitanus epiſcopus „ab eodem Brunone habitum monachicum ſum-„pſit, cunctiſque ibi habitantibus inſigne præ-„buit exemplum.„ Quis non videat, hîc verba fieri de Hugone tamquam mortuo & jam inter Sanctos relato, cùm ornetur titulo " B. Memo-„riæ„ & dicatur in præterito "inſigne præbuit „exemplum?„ Præterea conſtat, in iiſdem verbis craſſiſſimum irrepſiſſe errorem, ubi ſanctus præſul dicitur habitum monachicum ab eodem Brunone ſumpſiſſe, quod falſiſſimum probabimus in Annalibus ad annum MLXXXVII.

D

ſcriptor antiquus,

298 In hos certè errores Sigibertus non impegiſſet, qui vivebat eodem tempore, quo ſanctus Hugo Cartuſiam frequentabat, & pluribus ante eum annis obiit. Sed etſi hæc concederentur ab eodem Sigiberto ſcripta fuiſſe, nihil nobis obeſſent, cùm ille minùs hiſtoricus dicendus ſit, quàm compendiator, qui nihil habet eorum, quæ à cæteris digeruntur. *Sanè verba, è Sigeberti Gemblacenſis Chronographia ſuprà huc tranſcripta, Sigeberti non eſſe, ſed ſcriptoris poſterioris, qui in hanc illa intruſit, Cartuſianus noſter anonymus, ſibi etiam Launoium, uti proximè recitata hujus verba ſatis indicant ſuffragantem habens, meritò hîc contendit. Atque id quidem etiam ſufficienter, ne dicam invictè, probatum dat, etſi interim, per verba, quæ aſſignat, de Hugone, tamquam mortuo, jamque inter Sanctos relato, ſermonem fieri, perperam exiſtimet è ſolo, quo hic in illis ornatur,* Beatæ memoriæ *titulo, utpote viventibus adhuc, ut Cangius in Gloſſario ad vocabulum* Memoria, *aliique docent, per ſcriptores antiquos ſubinde etiam attributo. Verùm an ſilentium, quod de prodigioſa doctoris anaſtaſi in laudatis Chronographiæ Sigebertinæ verbis ſervatur, meritò etiam, ſi hæc Sigeberti verè eſſe concedantur, nihili facit? Ita omnino exiſtimo, quòd nulla planè occurrat ratio, ob quam veroſimile utcúmque evadat, futurum fuiſſe, ut Sigebertus luctuoſam illam hiſtoriam, utut optimè etiam ſibi perſpectam, in pauciſſimis, quæ de* Brunone *memoriæ prodit, commemoraret. Atque hinc etiam nullius planè ponderis apparet ſilentium, in iiſdem verbis ſervatum, quiſcúmque demum ſit ſcriptor antiquus, à quo hæc, uti ex dictis factum, in Sigeberti Chronographiam fuêre illata.*

E

nec pariter, uti quæ hic

299 *Diſpiciamus modò, an validiùs contra Pariſienſe prodigium ex Roberti de Monte, qui Sigeberti Chronographiam continuavit, ſilentio arguatur.* Multa, *inquit de hoc ſcriptore in ſua de vera cauſa ſeceſsûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione cap.* 1 *Launoius,* de Cartuſianorum inſtitutis, conſuetudinibus, & origine ipſa differit, nec ullum tamen damnato doctori teſtimonium præbet. *Verba omnia, quæ Roberto de Monte attribuit, huicque ſuæ contra Pariſienſe prodigium objectioni Launoius præmittit, Cartuſianus noſter anonymus tranſcribit, ſimulque ad hanc reſpondet. Textum ejus integrum unà cum Roberti, quæ includit, verbis huc tranſfero. Sic habet:* Robertus de Monte.... Cartuſienſium monachorum ad annum MCXXXI meminit his verbis: "Monachi Cartuſienſes paula-„tim pullulabant, qui, præ cæteris continentes, peſti „avaritiæ, quâ plurimos ſub religionis habitu „laborare videmus, terminos poſuerunt, dum „certum numerum hominum, animalium, poſ-„ſeſſionum, quem eis prætergredi nullo modo „liceat, ſtatuerunt; & ipſi ſingulas ſinguli cellu-„las habentes, ac rarò niſi vel ob Dei cultum, „vel ob mutuum in caritate ſolatium conve-„ni-

F

A „nientes, perfectiùs mori mundo, & ceteris tan-
„tò diligentiùs, quantò ſecretiùs vivere Deo e-
„legerunt.„ Hæc Robertus in editione, quâ u-
„ſus eſt Launoius; nam in editione, quam mo-
„dò præ manibus habemus, facta anno MDC-
XI Lutetiæ Pariſiorum apud Joannem Billaine
ſtudio & operâ doctiſſimi ac religioſiſſimi Lucæ
Dacherii nihil prorſus ad præfatum annum MC-
XXXI, neque in tota Appendice de Cartuſienſibus
habetur, ſicut neque ad annum MCXXXII, ubi
Launoius hæc de ſancto Hugone in ſuo exem-
plari legit: "Obiit vir ſanctus, Hugo Gratiano-
„politanus epiſcopus, cujus religioſam admo-
„dum vitam conſcripſit Guigo Prior Cartu-
„ſiæ.„

recitantur, Cartuſiani noſtri anonymi

300 Codicem, quem habuit Dacherius, au-
ctographum exiſtimat; unde liquet, ea, quæ de
ſanctis Brunone & Hugone in aliis codicibus
reperta ſunt, à quodam recentiore fuiſſe adje-
cta. Quod etſi nobis ſufficeret ad rejiciendam
verborum à Launoio relatorum auctoritatem,
nihilominùs aeſi eſſent genuina Roberti verba,
Launoio Reſpondemus, 1 Robertum in tota ſua
B Appendice ad Sigibertum juxta noſtram editio-
nem nihil referre eorum, quæ acciderant ante an-
num MCI, quo Chronicon Sigiberti perſequi cæ-
pit, niſi quando agit de principum genealogia
vel epiſcoporum ſucceſſione, quæ quidem altiùs
non numquam, licèt rarò repetit. II Verba à
Launoio relata, non de initiis Ordinis loqui, ſed
de ejus progreſſu, ut ex ipſiſſimis verbis appa-
ret, " Monachi Cartuſienſes paulatim pullula-
„bant.„ Et revera eorum anno MCXXXI, id eſt,
ferè quinquaginta poſt fundatum Ordinem an-
nis erant tantùm quinque aut ſex domus Cartu-
ſienſis Inſtituti in tota Eccleſia: III Roberti
præcipuum in hac Appendice ſcopum fuiſ-
ſe, Normannorum & Anglorum hiſtoriam de-
ſcribere, quod ipſemet profitetur in Prologo
his verbis: " Igitur quia prædictus Sigibertus
„Chronica ſua incipit ab anno Incarnationis Do-
„minicæ CCCLXXXI, & produxit ea uſque ad
„annum ejuſdem Dominicæ Incarnationis MC,
„ego exinde.... uſque ad annum MCLXXXII ea,
„quæ in diverſis provinciis, & maximè in Nor-
„mannia & Anglia evenerunt, & ad meam no-
„titiam pervenerunt, ſub annis Dominicæ In-
„carnationis colligere aggrediar. Et hoc ideò
C „libentiùs, quia volo geſta primi Henrici, ſtre-
„nuiſſimi regis Anglorum & ducis Normanno-
„rum, à quo habeo incipere, ſummatim per ſin-
„gulos annos annotare.„

verba ſuadent.

301 Stetit promiſſis Robertus; nam per to-
tum ſuum Opus nullum præterit annum, quo
de Normannis & Anglis multa non referat, ſæpe
nihil vel pauciſſima de aliis provinciis ſcribens.
IV Robertum nihil ferè de aliis Ordinibus aut
de eorum originibus & inſtitutis ſcripſiſſe in hac
Appendice; unde non mirum, ſi de Cartuſienſi-
bus etiam ſiluerit, aut tam pauca dixerit juxta
citationem à Launoio factam. Denique notan-
dum, hunc auctorem in ſuo Prologo innuere
quidem, multa ſe relaturum prodigia, ut etiam
fecit, ſed conſtat, eum tantùm de iis meminiſ-
ſe, quæ evenerunt ab anno MCI, ut jam ſuprà
monuimus. Non eſt igitur Robertus annume-
randus inter auctores, " Qui famoſam damnati
„hominis anaſtaſim non prætermiſiſſent, ſi etiam
„aut legiſſent, aut audiviſſent accidiſſe.„ Neque
contrarium concludi debet ex verbis ejuſdem Ro-
berti, qui " In Tractatu de immutatione Ordi-
„nis monachorum de abbatibus & abbatiis Nor-
„mannorum capite II de origine Cartuſienſium
„hæc habet: " Eodem ferè tempore, quo Ordo
„Ciſtercienſis in Cabillonenſi parochia exortus
„eſt, Cartuſienſis etiam in epiſcopatu Gratiano-
„politano adinventus eſt. Genus hoc eremita-
„rum ſub Priore agit, nec numerum tertium deci-
„mum multitudo tranſcendit. Unuſquiſque in cella
„ſua privatis diebus ſeparatus ab aliis orat, dor-
„mit & manducat; quæ tamen cellæ contiguæ
„& loco conjunctæ ſunt. Feſtis diebus ad eccle-
„ſiam & ad menſam conveniunt, & de ſpiritua-
„libus inter ſe conferunt. Inſtituta verò & diurni
„& nocturni Officii ſecundum Regulam ſancti
„Benedicti perſolvunt.„

AUCTORE C. B.

Robertus de Monte,

302 Hæc ille, qui cauſam vel occaſionem,
quæ ſanctum Brunonem in eremum impulit,
non affert, quia nihil omninò de ſancto Bruno-
ne, nec ipſius nomen habet. Sed tantùm loqui-
tur de quibuſdam Cartuſienſium moribus, quos
ex Guigonis noſtri Conſuetudinibus videtur hauſiſ-
ſe. Sic & de aliis aliorum Ordinum fundatori-
bus & patriarchis tam ſummatim meminit, ut
nihil ferè de iis referat memorabile, contentus
tempus converſionis eorum aſſignare cum anno,
quo vel ſeculo abrenuntiaverunt, vel ſuum In-
ſtitutum inchoaverunt. *Luculentiſſimè profectò
hæc evincunt, aut parùm admodùm aut nihil lu-
ctuoſæ damnati hiſtoriæ officere ſervatum de hac
à Roberto de Monte ſilentium. Neque verò vel
hoc, vel quod ſuprà jam memoratum, Sigeberti
Gemblacenſis ſcriptoriſve antiqui, qui in hujus
Chronographiam num. 296 huc tranſcripta ver-
ba intulit, ſilentium ad horrendi prodigii falſita-
tem monſtrandam multùm conducere, exiſtima-
vit ipſemet Launoius, utpote ex recitatis ambo-
rum ſcriptorum illorum verbis, in quibus nihil
omnino de infauſti doctoris anaſtaſi occurrit, con-
tra Raynaudum dumtaxat inferens, ratam hanc
apud omnes ſcriptores antiquos non eſſe; quod ut
verum ſit, falſum eſſe luctuoſum illum eventum,
non requiritur. Sed hæc de Sigeberti Robertique
de Monte, qui hujus Chronographiam proſecutus
eſt, ſilentio dicta ſufficiant. Inter ſcriptores an-
tiquos à Launoio recenſitos, quorum de damnato
doctore ſilentium majori in pretio Bulæus habuit,
locum etiam obtinet Gaufredus Voſienſis Prior, qui
Chronicon, à Labbeo tom. 2 Bibliothecæ novæ
librorum Mss. publici juris factum, ſeculo duo-
decimo ſeneſcente contexuit.*

E

303 *Scriptor ille in hoc ſuo Opere cap.* 21
ſic ſcribit; Ordo Cartuſienſium ſanctiſſimus in-
cepit hoc tempore, ſcilicet anno MLXXXVI (*imò
anno* 1084, *uti infrà probabimus*) per Bruno-
nem virum ſanctum, natione Alemannum de
Colonia Agrippina, magiſtrum in Theologia,
cum ſex aliis venerabilibus viris in diœceſi Gra-
tianopolitanenſi. Hic Ordo, teſte B. Bernardo,
inter omnes eccleſiaſticos ordines primatum te-
net, non ratione temporis, ſed vigore ſanctita-
tis: unde ipſe vocat eum Speciоſiſſimam colum-
nam Eccleſiæ. Victor Papa, dum eſſet mona-
chus Caſſinenſis, per ſomnium vidit Deum, ſuæ
dignationi in ſolitudine Carthuſianæ habitaculum
conſtruentem, & dicitur, quòd ſpiritu prophetiæ
pollebat. *Verùm an ex eo, quòd damnati hiſto-
riæ Gaufridus hîc non meminerit, rectè contra
hanc, veluti vel idcircò fictitiam aut certè com-
menti ſuſpectam, Launoius & poſt hunc Bulæus
arguunt? Cartuſianus noſter anonymus, poſtquam
Gaufredi verba jam nunc recitata in Opus ſuum
intulit, ita ſubjungit:* Hæc Gaufredus, qui nova
& hactenus inaudita atque à nullo commemora-

F

aut etiam Gaufredus, Voſienſis Prior,

ta

AUCTORE C. B.

ta nobis revelat, dum dicit, Victorem Papam ſpiritu prophetico fundationem Ordinis (*qua de re quid ſit, infrà examinabitur*) prævidiſſe, de cujus viſione diximus anno MLXXXVI. His Gaufredi verbis (*jam proximè recitatis*) ſubjungit Launoius: " Hic de damnato doctore & cano-„nico loquendi locus erat ampliſſimus, Gaufre-„dus tacuit, quia tunc illud otioſi homines non-„dum invexerant. „

ſilentio ſuo infirmat; infirmat tamen utcúmque,

304 Sed illud jam, non quidem invexerant, ſed prout à fide dignis ſibi fuerat relatum, ſcriptis mandaverant anonymus noſter Cartuſienſis & Cæſarius Eiſterbacenſis Gaufredi coætanei. Neque mirum, ſi Gaufredus illud tacuerit, cùm & ferè alia omnia de ſancto Brunone & Ordine dicenda tacuerit, qui etiam hiſtoriam, jam ab annis centum & ultrà peractam, cujuſque memoria tunc apud ſolos penè Cartuſienſes ſervata fuerat, ignorare poterat. *Quòd ſi hiſtoria illa publicè ingenti hominum adſtante multitudine, acciderit, nulla ratione veroſimile apparet, ejus memoriam ætate Gaufredi, qui centum nondum, imò fortè ne ſexaginta quidem,* à Brunonis *obi-*

B *tu elapſis annis floruit, apud ſolos penè Cartuſienſes ſuperfuiſſe. Quis ergò factum credat, ut horrendum prodigium ignorârit, ideóque ejus non meminerit Gaufredus? Attamen cùm hic ſcriptor, ut rectè etiam obſervat Cartuſianus anonymus, alia ferè omnia ad* Brunonem *ſpectantia omittat, nec ullo ex capite Pariſienſe prodigium, utut perſpectum exploratumque id habuiſſet, pauca inter, quæ de Sancto tradit, commemoraturus fuiſſe videatur, argumentum ſanè, quod ejus ſilentium ſuppeditat, admodùm infirmum apparet. Verùm, quibus nonnihil plus roboris ineſſe videtur, nunc ſubdo. Monachus Autiſſiodorenſis, qui ſub finem ſeculi* XII *& initio ſequentis, aut certè, Innocentio III ſummo Pontifice, floruit, apud Launoium Diſſertatione de vera cauſa ſeceſsûs* S. Brunonis *in eremum cap.* 1 *ſic ſcribit:* Circa id tempus S. Hugo, Gratianopolitanus epiſcopus, vidit per ſomnium in ſolitudine Cartuſiæ Deum ſuæ dignationi habitaculum conſtruentem, ſtellas etiam ſeptem ducatum ſibi præſtantes itineris. Et ecce, ſanctitatis ejus odore tracti ad ipſum veniunt ſeptem viri, qui omnes uno deſiderio ſuccenſi locum eremiticæ vitæ congruum quærebant, necdum

C repererant. Horum primus magiſter Bruno, vir religione ſcientiâque famoſiſſimus, alii quatuor litterati, duo laïci, quos ſanctus Hugo gratanter ſuſcepit, & voti compotes fecit. Ipſo namque juvante, conſulente, comitante, Cartuſiæ ſolitudinem intraverunt. Sic cœpit Ordo Cartuſienſis, inter cæteros Ordines puritate mentium ac theoriæ ſtudio ſingularis.

quidquid hîc contrà Cartuſianus anonymus

305 *Launoius, qui, ut jam innui, in laudata ſua Diſſertatione verba hæc recitat, iis deinde ſubjungit:* Non magìs apud hunc, *monachum nempe Autiſſiodorenſem*, quàm apud alios, *quos nimirum jam antè retulit*, rata eſt de doctore narratio, & terribilis eventus, qui Brunonem in eremum abegerit. Neque profectò horribilem illius doctoris anaſtaſim præteriiſſet monachus ille, qui paſſim memorat incertos rerum exitus, & in pleriſque hominibus ancipitem vitæ fortunam, ſpectra & id genus prodigiorum. *Accipe modò, quid ad hæc reponat Cartuſianus noſter anonymus. Sic itaque Annalium Ordinis ſui lib.* 4, *num.* 116 *habet:* Hæc (*verba videlicet monachi Autiſſiodorenſis è Launoio proximè huc tranſcripta*) ille anonymus apud Launoium, qui, ut videtur, hæc omnia ex Vita ſancti Hugonis à Guigone edita exſcripſit, mutato tantùm verborum ordine, cujus propterea teſtimonio eadem opponimus, quæ ſuperiùs Guigonis teſtimonio (*adi num.* 263 *& ſequentem*) oppoſuimus. Præterea quid ponderis habeat auctoritas negativa, judicent viri docti. Monachus Autiſſiodorenſis nihil habet de ſpectaculo, ergò falſum eſt ſpectaculum. Si liceret ita argumentari, ipſæ etiam ruerent Euangelicæ Veritates, quarum multæ in ſola nituntur traditione. Sed eſto, quòd monachus ille "paſſim memo-„ret, „ ut aſſerit Launoius, "incertos rerum „exitus, & in pleriſque hominibus ancipitem „vitæ fortunam, ſpectra & id genus prodigio-„rum, „ nunquid omnes memorat, vel in omnibus hominibus memorat? Quod certè aſſerere, videtur temerarium. Quoſdam igitur, imò & permultos rerum exitus omiſit, & inter illos iſtud prodigium omittere potuit, ſicut & tres ſancti Euangeliſtæ piſcinam probaticam nimis admirandam, & Lazari ſuſcitationem ſtupendam omiſerant.

D

E

opponat, monachus Autiſſiodorenſis,

306 Poſtremò monachus ille, ut habet Launoius, floruit ſub Innocentio III, ſummo Pontifice, quo tempore noſter anonymus Cartuſienſis (*videſis hujus teſtimonium num.* 199 *& ſeq., uti etiam dicta num.* 12 *& ſeqq.*) primus omnium cœpit hanc hiſtoriam ſcriptis mandare, cujus memoria apud ſolos ferè Cartuſienſes, adhuc paulatim tantùm pullulantes cuſtodiebatur. Unde non mirum, ſi monachus ille Autiſſiodorenſis, cui forſan cum Cartuſienſibus nulla intercedebat conſuetudo, veram non noverit Ordinis originem, cujus nullam propterea cauſam attulit, ſed ſola verba exſcripſit, quæ in Vita ſancti Hugonis legerat. Denique cùm præfati auctoris Chronicon modò non habeamus præ manibus, plura ex eo contra Launoium elicere non poſſumus. *Ita ille; an autem in omnibus rectè, nunc dicendum. Ac primò quidem, cùm dubium non appareat, quin monachus Autiſſiodorenſis ſuprà hùc tranſcripta verba ex Hugonis Gratianopolitani epiſcopi Vita, per Guigonem quintum Cartuſiæ Priorem ſcripta, deprompſerit, ſervatumque ab hoc in illis de doctoris Pariſienſis anaſtaſi ſilentium nulla omninò contra hanc (adi num.* 265) *vi polleat, conſectarium fit, ut nec, quod in iiſdem monachus Autiſſiodorenſis de eadem ſervat, magni roboris ſit. Quod verò pertinet ad ſilentium, quo hic omnibus etiam aliis Chronici ſui locis horrendum prodigium præterit, inde etiam, falſum hoc eſſe, haud rectè concluditur. Cùm enim, ut Cartuſianus noſter anonymus rectè obſervat, non omnes prorſus rerum exitus commemoret, horribile doctoris exitium eſſe poteſt ex iis, quos ſilentio ſuppreſſit. Attamen cùm monachus ille, ut Launoius innuit, multus equidem ſit in recenſendis prodigiis, minùs veroſimile apparet, futurum fuiſſe, ut Pariſienſe, ſi contigiſſet, damnati ſpectaculum, ceteris omnibus, quæ narrat, prodigiis memoratu utique longè dignius, litteris conſignare omitteret.*

F

uti etiam Chronographus Malleacenſis, aliique tres;

307 *Atque hinc jam fit, ut ad eorum, qui luctuoſum eventum negant, opinionem è laudato Autiſſiodorenſi monacho, ſilentio hunc prætereunte, robur qualecúmque accedat. Nec juvat reponere, horrendam hiſtoriam, utpote cujus verè factæ memoria apud ſolos ferè Cartuſienſes ſeculo tertio decimo ſuperfuerit, Autiſſiodorenſi monacho, qui tunc ex dictis floruit, fuiſſe ignoratam; quàm parùm enim veroſimile*

id

A *id ſit, ex jam ſuprà dictis liquet. Porrò rationes ſimiles ferè ac pares iis, ob quas, ut modò docui, monachi Autiſſiodorenſis ſilentium contra prodigioſam doctoris anaſtaſim robur obtinet, faciunt etiam, ut eidem Malleacenſis Chronici, cujus auctor circa annum* 1140 *floruit, ſilentium officiat. De hoc enim Chronico Launoius in ſua de vera cauſa ſeceſsûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione cap.* 1 *ita loquitur:* Plenum eſt viſionibus & eventis memorabilibus, quæ ab auctore cupidiſſimè narrantur; ut vel inde judices, nuſquam prætermiſſurum fuiſſe tale ſpectaculum, ſi contigiſſet & ea contigiſſet ratione, quæ libros auctorum omnium impleviſſet; *Launoio autem in iis, quæ hîc de Malleacenſi Chronico, ſeu potiùs de hujus auctore affirmat, eſſe aſſentiendum, ipſummet inſpectum docebit hoc Chronicon, quod apud Labbeum tomo* 2 *Bibliothecæ novæ librorum Mss. modò exſtat inſertum. Nec omni etiam vi deſtituitur de doctoris anaſtaſi ſilentium ab auctore Florum Mss. Hiſtoriarum Adamo, Vincentio Bellovacenſi & ſcriptore Chronici S. Martini Turonenſis ſervatum. Etſi enim*

B *tres hi ſcriptores, ut Cartuſianus noſter anonymus rectè obſervat, verba ſua, à Launoio recitata, vel ex Guigone quinto Cartuſiæ Priore, vel ex Gaufredo Voſienſi, vel ex aliis denique, quorum ſilentium ex dictis aut nihil omninò, aut certè parùm admodùm prodigioſæ anaſtaſi obeſt, indubiè acceperint, alios tamen etiam non paucos ſcriptores, ſeculo* XIII, *quo floruerunt, antiquiores, adhibuêre, atque, in hiſce ſi quid memoratu dignum invenerunt, id in lucubrationes ſuas paſſim intulêre.*

quibus tamen nec S. Bernardus

308 *Quare cùm nullam uſpiam in hiſce doctoris redivivi, qui, ſeſe juſto Dei judicio damnatum, publicè è feretro adſtantibus denunciârit, mentionem faciant, argumento id eſt, apud ſcriptores illos, è quibus fortè aliqui temporum injuriâ modò etiam periêre, à Vincentio aliiſque duobus laudatis ſcriptoribus feralem hiſtoriam non fuiſſe inventam. Unde fit, ut contra hanc non parùm faciant tres iſti ſcriptores, utpote ſilentio ſuo ſilentium aliorum omnium, à ſe adhibitorum, quodammodò teſtantes involventeſque, quorum tamen aliqui ſaltem luctuoſum hujuſmodi notatuque digniſſimum eventum, ſi locum unquam habuiſſet, veroſimiliter ſcituri memoraturique fuiſſent.*

C *Ceterùm ſcriptoribus antiquis, qui ſilentio ſuo horribili prodigio, utpote id pariter, ſi fuiſſet, veroſimiliter vel argumenti, quod tractârunt, ratione, vel aliqua quacúmque de cauſa commemoraturi, utcúmque officiunt, addi etiam poſſent, tum Hugo Flaviniacenſis multique alii, à Launoio non memorati, quos hîc enumerare neceſſum non eſt, tum maximè aſcetici, divinique verbi præcones, qui, cùm, ut homines & à vitiis peccatiſque avocarent, & ad virtutem inflammarent, ſermones pios habuerint, tractatus ſacros ediderint, religioſas meditationes compoſuerint, horribile illud prodigium, ſi contigiſſet, alicubi in hiſce veroſimiliter commemorâſſent, utpote quo nihil ferè ad finem à ſe intentum magis aptum magiſque conducens excogitare aut fingere potuiſſent. Hinc Launoius Diſſertationis ſæpiſſimè jam laudatæ cap.* 1 *ſcriptoribus antiquis, quorum ſilentium prodigioſæ doctoris anaſtaſi officit, etiam Humbertum Burgundum, quintum Prædicatorum generalem magiſtrum, & S. Bernardum, Claræ-vallenſem abbatem, accenſet; ac priorem quidem rectè; at non item poſteriorem, habita etiam ratione epiſtolæ, ad Fratres de Monte-Dei conſcriptæ.*

AUCTORE C. B.

nec plures alii, quos Launoius adhuc laudat, adjungendi ſunt.

309 *Hic enim Sanctus, quò ad vitia vitanda virtutemque amplectendam legentes audienteſve excitet, unicè ferè, quæ Sacra Scriptura ſuppeditat, incitamenta in ſermonibus piis, quos habuit, tractatibuſque ſacris, quos edidit, adhibere eſt ſolitus: epiſtolam autem, ad Fratres de Monte-Dei ſcriptam, non Bernardi, ſed Willelmi, monaſterii S. Theodorici prope Remos abbatis, fœtum eſſe, Mabillonius tom.* 2 *Operum S. Bernardi pag.* 198 *& poſt eum Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* XI *pag.* 654 *dilucidè oſtendunt, certéque ſancto huic abbati non poſſe attribui, apud omnes modò eruditos in confeſſo eſt. Nec eſt tamen, cur hinc modò inferas, Willelmum S. Theodorici prope Remos abbatem, cujus ex jam dictis laudata epiſtola eſt, auctoribus antiquis, quorum ſilentium luctuoſæ damnati doctoris hiſtoriæ officit, eſſe accenſendum. Etſi enim Willelmus verè ſit antiquus, nihil tamen occurrit, quò veroſimile utcúmque fiat, futurum fuiſſe, ut horribile prodigium, ſi factum id ſciviſſet, in epiſtola illa commemoraret. Quod modò*

E *ad alios, quos Launoius in rem ſuam adhuc adducit, ſcriptores pertinet, iis hîc, quòd tales, ſi fortè Joannem de S. Victore exceperis, non ſint, ut famoſam doctoris anaſtaſim, ſi eam aut legiſſent uſpiam, aut audiviſſent accidiſſe, commemoraturi veroſimiliter fuiſſent, nominatim recenſendis, ut ſuprà facturum me monui, ſuperſedeo, & ad diſcutiendas, ad inſtitutum noſtrum præcipuè ſpectantes, quas ex auctorum à ſe laudatorum ſilentio Launoius format, concluſiones progredior.*

§ XVIII. Concluſiones præcipuæ, quas Launoius ex ſcriptorum antiquorum, à ſe adductorum, ſilentio format, diſcutiuntur.

Concluſionum, quas contra doctoris anaſtaſim ex univerſali antiquorum ſilentio,

F.

UT *quid contra luctuoſam doctoris damnati hiſtoriam, & an tantùm, quantùm Launoius vult, antiquorum ſcriptorum ſilentium ſeu potiùs formata ex hoc argumenta negativa valeant, magis adhuc eluceſcat, juverit, hiſce modò diſcuſſis, concluſiones etiam, quas Launoius ex iiſdem ſequi aſſerit, examinare. Atque id quidem, ne vel huic ſcriptori, cujus de vera cauſa ſeceſsûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertationem librorum prohibitorum Catalogo Romanâ cenſurâ novis adſcriptam, nimiùm attribuiſſe, vel, quæ Launoio anonymus Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor opponit, argumenta infirmâſſe videar, ea ratione præſtabo, ut ipſa tum hujus, tum illius verba plerúmque deſcripturus ſim, ac tum demum, quæ mea de Launoii concluſionibus, Cartuſianique ad has reſponſionibus ſit opinio, adjuncturus. Launoius itaque ex auctorum omnium, quos adduxit, ſilentio primùm concludit,* Coloratam illam & picturatam (*in Cartuſia ſcilicet Pariſienſi præcipuè*) hiſtoriam, quæ ſecedendi in eremum cauſam Brunoni dediſſe fertur, obrui contumaci ſilentio auctorum omnium, qui ab anno Chriſti MLXXXIV ad annum MCCCXXII & eò

AUCTORE C. B.

ampliùs claruerunt. Quod apud cordatos atque eruditos homines ſufficit ad fabulæ confutationem. In cumulum accedit hinc auctoritas Brunonis ipſius, Cartuſianorum fundatoris, qui non Lutetiæ Pariſiorum, ſed Durocortori Remorum abeundi in eremum cauſam accepiſſe ſe ſcribit; inde Guiberti Novigentini abbatis teſtimonium, qui certam abitûs in eremum cauſam peculiariter deſignat. Uterque Pariſienſem de canonico & doctore redivivo fabulam exſcindit, & ſimplicem veritatis rationem exponit.

cujus vim elevare hîc nititur Cartuſianus anonymus,

311 *En modò quid, recitatis hiſce Launoii verbis, Cartuſianus noſter anonymus reponat.* Hæc, *inquit, habet Launoius,* quaſi diceret: Hi ſcriptores hanc hiſtoriam tacuerunt, ergò eam veram eſſe negaverunt. De robore hujuſmodi argumentationis judicet lector. Sed nos dicamus, quod in ſuperioribus ſatis docuimus, nempe auctores illos hoc prodigium ſiluiſſe, ſicut alia S. Brunonis præclarè facta ſiluerunt. Nullus enim ex tot allatis à Launoio ſcriptoribus Vitam S. Brunonis deſcribere aggreſſus eſt; ſed omnes, quidquid de eo vel de Cartuſienſium Ordine ſcripſerunt, pauciſſimis verbis more compendiatorum illud tradiderunt. Imò plerique S. Brunonem de ſolo nomine appellârunt; alii nec ipſum nomen expreſſerunt; aliis verò, qui fuſiùs de eo locuti ſunt, ſatis fuit, quatuor aut quinque lineis dicere, quòd fuerit inſtitutor Ordinis Cartuſienſis, illumque tali anno & ſub tali Pontifine inſtituerit. Quidam erga Cartuſienſes bene affecti plura de eorum ſtatutis, moribus & conſuetudinibus ſcripſerunt; ſed nullus de inſtitutione eorum, de cauſa originis aut de aliis ab eis & apud nos præclarè geſtis ſingulariter tractare in animo habuit. Unde non mirum, ſi apud citatos auctores nihil occurrat de redivivi hominis ſpectaculo. Sed quando Cartuſienſis Ordo cœpit propagari, anonymus noſter, qui primus circa annum MCCXX (*imò veroſimiliter, ut num.* 12 *& ſeqq. docui, non ante annum* 1250) de induſtria ſuſcepit initia illius mandare litteris, fuſiùs ac prolixiùs Acta S. Brunonis deſcribens, hanc anaſtaſim ſeceſsûs illius in eremum cauſam fuiſſe, ediſſerere non omiſit.

B

C

Launoius format, prima admittenda non eſt,

312 *Hæc ille, tranſcriptis deinde, quæ jam recitavi, hiſce Launoii verbis* In cumulum accedit *&c, ſic pergens:* Jam ſuprà ſatis oſtendimus, ſanctum Brunonem non Dorocortori Remorum, ſed Lutetiæ Pariſiorum conſilium ſecedendi in eremum accepiſſe, ut etiam cenſet doctus Bulæus. Præterea quàm incertum ſit Guiberti teſtimonium, patet ex tot hallucinationibus, quas in textu narrationis illius deteximus. *Ut quæ de hiſce modò mea ſit opinio, paucis edicam, ſanè Launoius ex omnium, quos in medium adducit, auctorum de funeſta doctoris anaſtaſi ſilentio perperam hanc in fabulis habendam, ſeu indubiè falſam eſſe, concludit, uti infrà oſtendam, cùm, quid contra luculentoſum eventum univerſale de hoc ſcriptorum omnium tum æqualium, tum aliorum poſteriorum ſilentium valeat, inquiram. Enerve autem ac elumbe prorſus non eſſe aliquorum, quos Launoius citat, ſcriptorum ſilentium, ſeu negativa, quæ ex hoc formantur, argumenta omni prorſus vi non carêre, ſuprà probavi, ac nominatim quidem negativo, quod ex Guiberti, Novigentini abbatis, ſilentio deducitur, argumento roboris nonnihil ineſſe ſatis ſuperque, quantùm opinor, quæ num.* 267 *& ſeqq. in medium adduxi, evincunt, etſi interim rerum, ad* S. Brunonem *inſtitutumque ab eo Ordinem ſpectantium, Guibertus ſat peritus haud fuerit, uti etiam fatendum eſſe ibidem edixi. Ad ſecundum Launoii concluſionem progrediamur.*

D

uti nec ſecunda.

313 Alterum, *inquit, quod ex auctorum adductorum ſilentio ſequitur, eſt,* Romani Breviarii correctores in iis, quæ è ſancti Brunonis Lectionibus expunxerunt, apprimè ſecutos eſſe Eccleſiæ canones, quibus ſancitur, ut quidquid à veritate alienum in ſacrorum Officiorum codices irrepſit, tollatur. *Sed quid modò ad hæc Cartuſianus noſter anonymus?* Ergò, *inquit,* ſi vera eſt hæc Launoii argumentandi ratio, quidquid Breviarii Romani correctores è Lectionibus ſancti Brunonis expunxerunt, à veritate alienum erat; ergò & præclara illa fidei profeſſio, à S. Brunone in extremis poſito emiſſa & è Lectionibus ejuſdem ſublata, aliena eſt à veritate. Quis hoc dicat aut dicere cogitet? Certè nec ipſum Launoium hæc dicturum fuiſſe credimus, ſi rem attentiùs obſervâſſet. Veram igitur cauſam, quæ cenſores Romanos, viros doctiſſimos ac ſapientiſſimos movit, ut cùm ſpectaculum illud, tum profeſſionem fidei è Breviario auferrent, hanc fuiſſe ipſimet cenſores ſignificârunt, nempe quòd illæ lectiones eſſent juſto prolixiores. *Sanè è Lectionibus* S. Brunonis *prodigioſam doctoris anaſtaſim non idcircò, quòd falſa putaretur, fuiſſe expunctam, indubitatum faciunt, quæ num.* 190 *& binis ſeqq. in medium ſunt adducta. Nec eſt, quòd quis pro Launoio reponat, ſolam deprehenſam falſitatem eſſe poſſe cauſam, ob quam quid è Breviario expungatur. Id enim à vero alienum non obſcurè fatetur ipſemet Launoius in ſua de vera cauſa ſeceſsûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione cap.* 5 *in concluſione ſic ſcribens:* Alia nulla potior cauſa (*è Breviario ſcilicet quid expungendi*) eccleſiaſticis præſcribitur regulis, quàm deprehenſa falſitas. *Quibus verbis cùm affirmet, potiorem falſitate quidquam è Breviario expungendi cauſam non dari, aliam utique dari præterea poſſe, agnoſcit.*

E

Aliud tamen de tertia,

314 *Sed quid porrò Launoius è citatorum à ſe auctorum ſilentio pergat concludere, audiamus.* Tertium *eſt, inquit,* quòd Bruno Pariſienſis theologus fuerit, ſcholaſque Lutetiæ aliquando rexerit, poſſe adhuc ex nocturnis illius vigiliis tolli, non ſolùm quia veterum auctorum nemo Brunonem magiſtrum Pariſienſem fecerit, vel ſcholas Lutetiæ rexiſſe dixerit, uti vidimus, ſed etiam quia ante Brunonis ætatem ſtatum fuiſſe Pariſiis Theologiæ ſtudium, atque ibi magiſterium in Theologia dari ſolitum, vix probaretur. *Quod ad hæc reſpondet Cartuſianus noſter anonymus, nullius momenti eſt; neque enim Bulæus, ut ait, Lutetiæ aliquando ſtuduiſſe ſcholasque rexiſſe* Brunonem, *auctoritatibus argumentiſque, quæ adducit, ullatenus evincit. Res liquet ex ſuprà dictis, ac præcipuè ex iis, quibus* Brunonem *Pariſiis veroſimillimè numquam docuiſſe, dubiumque etiam eſſe, an ibidem unquam ſtuduerit, oſtendimus. Launoio itaque,* S. Brunonem *nec Theologum Pariſiis fuiſſe, nec ſcholas ibidem rexiſſe, contendenti refragari non poſſum. Attamen hic ſcriptor perperam in dubium revocat, an ante Sancti noſtri ætatem ſtatum Pariſiis Theologiæ ſtudium fuerit; etſi enim tunc ibidem magiſterium in Theologia (neque enim uſitati modò in univerſitatibus gradus diverſi excogitati adhuc fuerant) dari non ſoluerit, artes tamen liberales omniſque generis ſcientiæ tradebantur, celeberrimâque ac florentiſſimâ jam tum Pariſienſis civitas gaudebat academiâ, cui ad univer-*

F

A *universitatis splendorem nihil ferè præter nomen deerat, uti probant, quæ Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom. 7 pag. 102 & seqq. docent. Quartam modò Launoii conclusionem examinemus.*

ac quarta statuendum.

315 Quartum, *inquit, quod ex laudatorum antiquorum silentio sequitur, est,* à Theophilo Raynaudo perperam assertum, eam de triplici doctoris anastasi narrationem, quæ Brunonem in eremum exegerit, apud antiquos omnes ratam esse; deinde falsò quoque additum, " Quòd si„lentium Petri Cluniacensis de prodigiosa do„ctoris anastasi & inde impulso ad solitudinem „Brunone supplent auctores perantiqui & illius „plerique temporis, quo res gesta proditur.„ Siquidem planum fecimus, Petrum Cluniacensem in iis rerum & temporum conditionibus scripsisse, ut ex ejus silentio æquipollens affirmationi ratio ducatur; deinde nullos esse Brunonis vel Petri Cluniacensis æquales, suppareve auctores, qui huic de doctoris anastasi historiæ patrocinentur. Quin etiam unicus Guibertus abbas de Novigento productus id habet, quod & sumptum ex silentio Petri Cluniacensis argumentum solidè confirmat, & omnem institutæ Cartusiensium religionis causam dilucidè exponit. *Nec hîc quidquam, quod hanc Launoii conclusionem evertat, Cartusianus noster anonymus reponit. Et verò hanc quantùm ad primum, quod complectitur, veritati esse dissonam, nullo ex capite appareat. Cùm enim scriptores antiqui, numero sanè non pauci, quos Launoius in rem suam citavit, Parisiensis prodigii, seu luctuosæ damnati doctoris historiæ nuspiam meminerint, qua veritatis specie esse hanc apud omnes antiquos ratam, possit asseverari? Quod autem ad Petri Cluniacensis & Guiberti silentium pertinet, vim aliquam, non tamen, quam Launoius contendit, formatis inde argumentis negativis inesse, suprà ostendi. Launoius interim, Petri Cluniacensis de prodigiosa doctoris anastasi silentium* per auctores antiquos & illius plerosque temporis, quo res gesta traditur, non suppleri, *meritò affirmat. Quos enim scriptores hujusmodi Raynaudus laudavit, ex Polycarpo de la Riviere laudavit, quem male in hisce obtrudendis fidei exstitisse, Launoius contendit, tacitéque Columbius & post hunc (adi num. 196) Papebrochius noster agnoscunt.*

C *Quinta S. Brunonis & Petri Venerabilis*

316 Quintum *est (ita in conclusionibus suis pergit Launoius)* didascalicum scriptorem non satis accuratè perpendisse vel certè dissimulâsse omnia momenta Epistolæ, quam ex Apulia (*imò Calabria*) Bruno ad Radulphum Remensem præpositum misit... Deinde non minùs aberrâsse, cùm docuit, Petrum Venerabilem ideò spectaculum memoratum non recensuisse, quòd ea tantùm miracula, quæ suo tempore contigerant, recensere statuisset. Quasi Petrus ipse conceptis verbis non affirmaret, Cartusiensium Ordinem fuisse suo tempore institutum. *Ad hæc Cartusianus noster anonymus ita reponit:* Certè, quod hîc Saussæio Launoius exprobrat, id etiam ei magis justè exprobrari potest. Nam si accuratè hæc verba perpendisset, quibus sanctus Bruno fatetur post votum emissum " Intervenientibus causis divinum „amorem elanguisse, refriguisse animum, fer„voremque evanuisse; „ & ea æquiori judicii lance cum narratione Guiberti de Novigento examinâsset, non concluisset, sanctum Brunonem votum Remis emisisse & statim post relictam urbem Remensem sine ulla mora Cartusiam petiisse. Constat enim ex superiùs à nobis fusè pro-

batis, sanctum Brunonem non nisi octo post Remis excessum annis in eremum abiisse. Quod autem spectat ætatem Petri Cluniacensis, liquidò etiam demonstravimus, Ordinem institutum fuisse pluribus, antequam ipse abbas nasceretur, annis, eumque nihil de miraculis apud Cartusienses patratis scripsisse præter quasdam visiones, cuidam fratri converso factas circa tempora, quibus Opus suum de miraculis edidit, id est, annis ferè septuaginta post institutionem Ordinis. Hinc lector judicet, si accuratè Launoius Petri Cluniacensis verba perpendat, cùm asserit, Ordinem illius ætate institutum. Sed pro Launoio reponet quis, Petrum Venerabilem conceptis verbis id affirmare. Nam sic loquitur præfatus abbas: " Servatur in Burgundiæ parti„bus.... professio quædam.... instituta nostro „tempore.„

AUCTORE C. B.

317 Verum est, hæc verba esse Petri, sed verum est etiam, quòd hæc scripserit septuaginta annis post damnati hominis spectaculum; nec modicum istud est temporis intervallum, imò permagnum, quod, junctis variis, quibus ratione officii detinebatur, negotiis, satis sufficiens fuit, omnem ab ejus animo dicti spectaculi recordationem auferre, sicut & abstulit recordationem multorum mirabilium, sua ætate à viris sanctissimis tam in Ordine suo, quàm in aliis Ecclesiæ Ordinibus gestorum. *Etsi negativis, quæ ex ipsiusmet* S. Brunonis *in scripta ad Radulphum Viridem epistola & Petri Venerabilis de prodigiosa doctoris anastasi silentio petuntur, argumentis vis tanta, quantam eis tum suprà, tum hîc in suis conclusionibus Launoius attribuit, neutiquam competat, omninò tamen illa non esse infirma, ac robore destituta, suprà ostendi, nec contrarium evincunt, quæ hîc Cartusianus noster anonymus Launoio reponit. Etsi enim, Petrum non ante elapsos à Parisiensi prodigio septuaginta annos suæ de Miraculis lucubrationi manum admovisse, detur, hoc tamen abs illo, utpote qui tunc in miracula, ad Cartusiensem Ordinem spectantia, sedulò ex dictis inquisierit, vel ex ignoratione, vel ex memoriæ lapsu prætermissum fuisse, parum verosimile apparet. Nec refert, alia etiam miracula, & quidem quæ & ætate sua, & in Ordine suo gesta essent, silentio Venerabilem scriptorem præteriisse. Cùm enim, ut verbis, num.* 293 *huc transcriptis, ipsemet indicat, ea recensere miracula, quæ* ad roborandam fidem & mores instituendos *conducerent, propositum sibi habuerit, miracula nonnulla, etiam ad Ordinem suum spectantia, potuit omittere, non quòd ea incomperta illi essent memoriâve antea scita excidissent, sed quòd ad mox dictum finem haud satis viderentur idonea; ad quem cùm vix aliud quidquam magis conducens, quàm Parisiense prodigium, fingi queat, fit mihi vel hinc minùs verosimile, luctuosum hunc eventum, si locum habuisset, commemorandum non fuisse à Petro Venerabili, cui nihilominùs tum cognitus, ut jam dictum, verosimillimè fuisset.*

silentio, quod omni tamen vi non caret, nimium attribuit.

E

318 *Sexta & septima conclusione unicè ferè, quid in ratiocinando discriminis Raynaudum inter & Saussæum intercedere existimet, Launoius assignat, ut nos hîc morari non debeat. Conclusione octava affirmat,* vulgarem conversionis sancti Brunonis causam, *seu horribile, quo doctor tantisper redivivus, justo Dei judicio sese damnatum, publicè è feretro adstantibus denunciârit, Parisiense prodigium,* si revocetur ad natales suos,

Octava suppeditat, quæ infrà discutienda.

AUCTORE C. B. tum demum revocari ad publicum ſine auctore rumorem. *Aſt contrà illam converſionis* S. Brunonis *cauſam, ſi ad natales ſuos revocata fuerit, non ad publicum ſine auctore rumorem, ſed ad ipſummet* S. Brunonem *ejuſque ſocios revocatum iri contendit, probareque etiam nititur Cartuſianus noſter anonymus.* Hi enim, *inquit Annalium Ordinis ſui lib.* 4 *hactenus non vulgato, num.* 124, probè noverunt, ob quam cauſam & qua ratione mundo abrenuntiârint, & id abſque dubio ſuis tradiderunt ſequacibus. Neminem verò eſſe arbitramur, qui vellet obſtinatè aſſeverare, ſanctum Brunonem & ſocios ejus ſequaces ſuos non edocuiſſe, qualiter & ob quam cauſam tam arduum vitæ genus amplexati fuiſſent; aut ipſum Ordinem Cartuſienſem ignorâſſe occaſionem & cauſam ſuæ inſtitutionis. Hos autem inter ſequaces repertus eſt, qui octoginta aut circitèr annis poſt eorum mortem (*de anonymo num.* 199 *& ſeq. adducto hîc loquitur, qui quo circitèr tempore veroſimiliùs floruerit, num.* 12 *& ſeqq. docui*) cauſam hanc ſcriptis mandavit, quod fortè etiam ante eum aliquis fecerat, cujus codex lapſu temporum diſperire potuit. Creſcente verò
B domorum Ordinis numero, crevit & codicis, à noſtro anonymo editi, exemplarium numerus, ita ut circa finem ſeculi tertii decimi & initium quarti decimi in omnibus Ordinis provinciis reperiretur, & inde hiſtoriæ hujus fama in omne vulgus emanaret. *Ita hactenus ille: rectène, an ſecus, ſeu an vera ac genuina traditio, cui prodigium Pariſienſe ſeu vulgaris converſionis* S. Brunonis *cauſa ſuperſtruatur, in Ordine Cartuſienſi detur, infrà diſcutiam. Ad reliquas Launoii concluſiones pergamus.*

Nona univerſali ſcriptorum antiquorum ſilentio,

319 Nonum *eſt, inquit hic ſcriptor*, vix ullum reperiri figmentum in hiſtoria, quod validiùs juxtà & frequentiùs (*quàm prodigium Pariſienſe ſcilicet*) confutetur, validiùs quidem, ſi ſpectetur inſtructa tot ſcriptoribus acies, quæ in eam de horribili doctoris ſpectaculo narrationem, & quæſitum ex ea Cartuſianorum initium dirigitur; frequentiùs verò, ſi conſiderentur ex iis ſcriptoribus plures, qui ſeorſim eamdem narrationem & narrationis appendicem evertunt. *Ita Launoius, falſam ſcilicet eſſe celebrem de doctoris damnati ſpectaculo narrationem, contendens, tum quòd de horribili illa hiſtoria*
C *omnes prorſus, quos laudavit, ſcriptores ſileant, tum quòd ex his plures ſint, qui, cùm eamdem, ſi contigiſſet, ſcituri ſcitamque commemoraturi fuiſſent, particulari ſuo ſilentio, ut pro comperta falſitate haberi debeat, efficiunt. Cartuſianus noſter anonymus paulò aliter, & fortè non immeritò, proximè recitata Launoii verba accepit, uti liquet ex illius ad hæc reſponſione, quæ ſic habet:* Quis non miretur his in verbis vanam hyperbolen, quâ ſoli ſimplices decipi poſſent? nullus ex tot ſcriptoribus à Launoio allatis hiſtoriam refutat aut negat, ſed omnes tantùmmodò eam non narrant, imò nec narrare poſſunt aut debent juxta propoſitum ſuum; nam omnes parùm de ſancto Brunone, & nihil de illius converſione habent, ut videre eſt ſuprà, ſi unum excipias Guibertum de Novigento. Et nihilominus audet Launoius pronuntiare, "Vix ullum „reperiri figmentum, quod validiùs juxtà & fre„quentiùs confutetur, „ cùm è contrario nihil ſit invalidius auctoritate negativa, quâ utitur, tot teſtimonia producens, nihil adverſus veritatem hujus hiſtoriæ teſtificantia.

320 Quod autem addit, & frequentiùs con„futetur, ſi conſiderentur ex iis ſcriptoribus, „ D
quos citavit, " plures, qui ſeorſim eamdem nar„rationem & narrationis appendicem evertunt, „ id certè verum non apparet ex diſcuſſione, quam de ſcriptorum eorum auctoritatibus ſuperiùs fecimus, cùm ne unus quidem eorum ſeorſim, nec conjunctim dictam narrationem, aut ejus appendicem evertat, ſed nec tantiſper concutiat. *Hactenus Cartuſianus anonymus, volens nimirum, argumento negativo contra Launoium, qui ei nimium attribuit, nullam omninò vim ineſſe, ac proin prodigioſam doctoris anaſtaſim ſcriptorum antiquorum de hac ſilentio non tantùm non negari, ſed nec ulla ratione concuti, nedum convelli. Verùm contra hanc roboris non nihil habere præcipuorum è laudatis à Launoio ſcriptoribus antiquis ſilentium, jam ſuprà edocui; quantum autem ſcriptorum prorſus omnium, qui, integro primo & fortè etiam ſecundo poſt rem geſtam ſeculo labente, floruerunt, ſilentium contra eamdem valeat,* § *ſequens aperiet, uti etiam an Launoius in concluſione, de qua hîc, celebrem de doctoris damnati ſpectaculo narrationem, è ſolo auctorum,* E *quos laudat, ſilentio pro falſa meritò habeat, & velut commentum ac fabulam explodat concluſione decima & ultima, de qua ut nonnulla antè hîc adhuc dicam, inſtituti mei ratio exigit.*

uti aliqua ſecuma & ſimpa.

321 *Ultimò itaque, uti hâc vult, ex unanimi auctorum omnium, quos adduxit, ſilentio ſequitur*, poſt annos à condito Cartuſianorum Ordine ducentos quadraginta & ampliùs, fictam eſſe illam de doctoris vel canonici Pariſienſis anaſtaſi narrationem, quæ S. Brunonem in eremum impulerit. Hic eſt, *inquit*, palus terminalis, quo hæc narratio defixa retinetur, hæc eſt temporis epocha, quæ nullum fabularum vindicibus tergiverſandi locum relinquit. *Famoſa ergò de doctore, qui publice è feretro, ſeſe damnatum, vociferatus ſit, narratio poſt annum demum* 1324, *utpote ad quem à condito primùm Cartuſianorum Ordine ſeu ab anno ex dicendis* 1084 *efluxêre anni omninò* 240, *ab otioſis hominibus fuerit conficta, ſi Launoio aſſentiendum hîc ſit. Verùm narrationem illam, ſi reipſa, quod an factum ſit, ex infrà dicendis ſtatues, fuerit conficta, diu ante dictum annum* 1324 *confictam eſſe, neceſſe eſt. Eam enim jam ante hunc annum litteris prodidêre ſcriptores nonnulli antiqui,* §§ XI *&* XII *recenſiti, at in primis quidem, ut reliquos miſſos faciam, Cartuſianus anonymus quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronici auctor, & Cartuſianus Majorevenſis itidem anonymus, quorum alter (adi num.* 12 *& ſeqq.) certò ante annum* 1313, *alter anno* 1298, *uti ipſemet affirmat, ſcriptioni manum admovit. Paulò plura, huc facientia, Cartuſianus noſter anonymus, qui Annalium Ordinis ſui librum quartum hactenus non vulgatum contexuit, ſuppeditat. Verba tamen ejus huc tranſcribere viſum non eſt, quòd pauca jam adducta, quod probandum erat, ſufficienter evincant. Nec hoc tantùm ex illis habetur, verùm etiam Gerſonem, contra ac Launoius in ſua de vera cauſa receſſûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione cap.* 2 *præterea vult, primum non fuiſſe, qui anno circitèr* 1420 *feralem de infauſto Pariſienſi doctore narrationem, aut, quemadmodùm hanc vocat, fabulam, aliquamdiu jam antè confictam, in litteras miſerit. Ad alia modò, quæ ſequenti* § *diſcutienda, mox dixi, progrediamur.*

§ XIX.

A

§ XIX. Quid contra prodigioſam anaſtaſim, quâ doctor Pariſienſis, ſeſe damnatum, publicè è feretro denunciârit, univerſale ſcriptorum omnium, qui, integro primo & fortè etiam ſecundo poſt rem geſtam ſeculo labente, floruerunt, ſilentium valeât, & an, hoc ſtante, certam illam aut etiam veroſimilem poſſint efficere teſtimonia antiqua ſuprà adducta.

B

Perperam Launoius ob univerſale ſcriptorum antiquorum ſilentium,

EX adductis à Launoio contra lucluoſam doctoris Pariſienſis hiſtoriam eſſe nonnullos, qui huic nonnihil ſilentio ſuo officiant, quatuor §§ proximè prægreſſis edocui. Nunc diſpiciendum, quid contra feralem illum eventum univerſale illorum omnium, ac maximè eorum, qui, integro primo ac fortè etiam ſecundo poſt rem geſtam ſeculo labente, ſeu, cùm hæc nondum litteris mandata fuiſſet, floruerunt, ſcriptorum antiquorum ſilentium valeat. Launoius Diſſertationis ſuæ ſæpiſſime jam laudatæ locis non paucis mirandum illud memoratuque, ſi accidit, digniſſimum prodigium, veluti indubitatam falſitatem, anilem fabulam, putidumque commentum traducit, idque unicè, quòd à ſcriptoribus antiquis, quos laudat, litteris commendatum non ſit. Verum an rectè? Neutiquam ſanè, uti ex iis, quæ num. 258 modò dixi, ſatis patet, ampliúſque ex iis, quæ jam nunc dicturus ſum, pateſcet. En unum alterumve, ut alia omittam, exemplum, quo, quæ facta traduntur nec tamen à ſcriptoribus ſynchronis litteris conſignata reperiuntur, fabulis continuò commentiſque accenſenda non eſſe, docemur. Benedictus XIV Papa De Servorum Dei Beatificatione & Beatorum Canonizatione lib. 3, cap. 10, num. 5. circa finem ita memoriæ prodit: Fama erat, ſanctos Fauſtinum & Jovitam, Patronos Brixianæ urbis, in armis aureis apparuiſſe ad ejuſdem tutamen adverſus Nicolaum Picininum, Mediolanenſium copiarum præfectum, ipſam obſidentem ac maxima vi oppugnantem. Sed à pleriſque dubitabatur de miraculo hujus inſignis apparitionis, ſilentibus videlicet hiſtoricis Brixianis æquævis, illudque narrante Elia Capreolo, qui octoginta integris annis poſt ſolutam obſidionem deceſſit & fabuloſa quædam ſuis Commentariis inſeruit; cùm operâ & ſtudio Cardinalis Angeli Mariæ Querini binæ litteræ inventæ ſunt Ludovici Fuſcareni ad ſanctum Laurentium Juſtinianum, tunc patriarcham Venetiarum, quæ rem totam in aperto ponerent.

ſuperat quæ, uti binæ

323 Etenim cùm quatuordecim annis poſt Brixiam ab obſidione liberatam Fuſcarenus ejus civitatis adminiſtrationem ſuſcepiſſet, ſibi à Veneto ſenatu demandatam, biduo poſt aditam provinciam rumor increbuit, conſilium initum fuiſſe à quibuſdam religioſis viris inde aſportandi Venetias corpora ſanctorum Fauſtini & Jovitæ; ac niſi ipſe religioſos illos opportunè ſervâſſet, populi irâ ferroque periiſſent. Fuſcarenus in allatis epiſtolis cauſam aperiens pii furoris, qui mentes Brixianorum incenderat, hæc habet: "Memores ſunt, cùm circumvallati, in„cluſi fame laborarent, ultima experirentur pe„ricula, viſos ab hoſtibus tutores ſanctiſſimos „aureis armis Brixiam tueri: quo miraculo at„tonitus Nicolaus Picininus, dux fortiſſimus, „potiundæ urbis ſpem perdidit, ſupplicii peten„di, aurumque habendi aviditatem remiſit. „Quas ob res difficiliùs his corporibus care„rent." Fuſcareni epiſtolæ integræ inſertæ ſunt in epiſtola prædicti Cardinalis typis edita & ad patrem Cyprianum Benagliam abbatem & præſidem generalem Congregationis Caſſinenſis data. Poſt quæ idem doctus Cardinalis hæc ad rem ſubdit: "Supereſt tandem, ut unà mecum fatea„ris, argumentum, quod negativum Criticæ artis magiſtri vocant, quoque aliqui ex ipſis haud ita rarò abutuntur ad convellendam monumentorum eccleſiaſticorum authoritatem, facilè accidere poſſe, ut omni ipſum authoritate deſtitutum comperiatur. Certè triumphare illud quàm maximè videbatur in ſubjecta huic epiſtolæ materia, nam veterum ſcriptorum ſilentium eò vehementiùs in eamdem torqueri poterat, quòd plures modò ſuppetant Commentarii, Brixianæ obſidionis tempore de obſidionis illius rebus conſcripti.

AUCTORE C. B.

F

in medium hic adducta

324 At quam vanus foret ille triumphus detectæ à me Fuſcareni litteræ oſtenderunt. Undenam, per Deum immortalem, certò divinare ſe poſſe, confidet Criticorum illorum natio, priſcis illis monumentis, quibus ipſi præcipiti auſu bellum indicunt, teſtimonia hujuſcemodi olim defuiſſe, cùm tot ſæculorum lapſu, fortè malo fato, aut omninò interierint, aut in tenebris adhuc deliteſcant? *En ſanè præclarum facti exemplum, quod, etſi revera acciderit, ab auctoribus tamen ſynchronis memoriæ proditum non invenitur, quodque idcircò ſemper aut pro falſo habitum, aut certè in dubium revocatum fuiſſet, niſi Fuſcareni Litteræ, quæ lucidiſſimum ei teſtimonium perhibent, ab eminentiſſimo Cardinale Querino detectæ fuiſſent; qui interim hinc argumenti negativi vim nimiùm elevare videtur. Etſi enim hoc non ſufficiat, ut quidlibet, cui opponitur, à vero pronuntietur alienum, id tamen (adi num. 258) roboris ſibi non rarò habet adjunctum, ut factum, contra quod militat, vel magis vel minùs, prout rerum temporumque adjuncta fuerint, vero efficiat abſimile; ad quod, nè argumentis negativis locum numquam eſſe velis, non requiritur, ut certum, ſed tantùm ut veroſimile ſit, rem à ſcriptoribus antiquis, qui perierint, memoriæ proditam non fuiſſe; hoc autem habetur, ſi certò ſciatur, à nullis ſcriptoribus antiquis, modò adhuc exſtantibus, litteris conſignatam inveniri, quorum aliqui aut unus ſaltem alterve veroſimiliter tales ſint, ut eam, ſi fuiſſet, ſcituri, ſcitamque commemoraturi fuiſſent. Accipe alterum modò rei, quæ accidit, nec tamen à ſcriptoribus ſynchronis memoratur, exemplum.*

F

exempla argumento ſunt, res verè geſtæ

325 *Ab Honorio tertio, ſummo Pontifice, celeberrimam indulgentiam, quæ* Portiunculæ *dicitur, petiiſſe ac porrò impetrâſſe S. Franciſcum Aſſiſiatem, nulli prorſus ſcriptores ſynchroni, imò ne ipſi quidem, qui vitam ejus omnem ac geſta ex inſtituto diligentiſſimè deſcripſerunt,*

AUCTORE C. B.

Thomas Celanus & S. Bonaventura. Hinc ſeculo ſexto decimo potiſſimùm non defuerunt, qui indulgentiam illam S. Franciſco ab Honorio umquam fuiſſe conceſſam, vel animo obſirmato negârint, vel ſaltem in dubium revocârint, hac inſuper ratione ad id impulſi, quòd diſciplinæ uſibuſque, qui S. Franciſci ætate in Eccleſia viguerunt, indulgentiæ tam amplæ, quàm ſit Portiunculana, conceſſio minimè congrueret. Verùm ſeculo proximè elapſo ex antiquis codicibus in lucem tandem (Adi Operis noſtri tom. 2 Octobris pag. 887 & ſequenti) fuêre prolata teſtimonia, quadraginta circitèr poſt obitum S. Franciſci annis, cùm indulgentia illa jam tum, quòd nullæ de ea litteræ Pontificiæ exſtarent, in dubium revocata aut etiam negata à nonnullis fuiſſet, à B. Benedicto Aretino, per ipſum S. Franciſcum in Ordinem olim admiſſo, atque à Raynerio de Mariano, hujus Benedicti ſocio, reddita, quibus hi ambo, dictam indulgentiam & per S. Franciſcum petitam & ab Honorio tertio conceſſam fuiſſe, è narratione, ſibi hac de re à fratre Maſſeo de Marignano, qui præſens adfuerat,

B *facta, teſtantur. Acceſſit potiſſimùm & teſtimonium aliud, quo Petrus Zalſanus (videſis eumdem Operis noſtri tom. 2 Octobris pag. 890) teſtatus eſt, ſeſe in eccleſia Sanctæ Mariæ de Portiuncula præſentem adfuiſſe, cum in ea S. Franciſcus, ſeptem adſtantibus epiſcopis, acceptam ab Honorio indulgentiam promulgaret. Tria porrò hæc teſtimonia dubitare non ampliùs ſinunt, quin inſignis illa indulgentia & per S. Franciſcum reipſa fuerit petita, & eidem per Honorium conceſſa, & tamen rei hujus, ut jam dictum, nulli prorſus ſcriptores contemporanei ac ne ipſi quidem Franciſci biographi, utut res omnes, ab eo geſtas, calamo diligentiſſimè complexi, meminerunt; quod ſanè argumento eſt perquàm valido, continuò conſequens non eſſe, ut res, quæ à ſcriptoribus contemporaneis non memorantur, indubiè falſæ ſint.*

ſubinde etiam premuntur, damnati hiſtoriam

326 *Jam verò, cùm pronum admodùm ſit, ut res, quæ, etſi geſtæ, à ſcriptoribus contemporaneis non memorantur, ſilentio etiam à ſequioris ævi ſcriptoribus prætereantur, continuò ſanè non eſt, quod tam ab his, quàm ab aliis ſubticetur, pro falſo ſeu pro non facto habendum, ac proin perperam Launoius prodigioſam doctoris*

C *Pariſienſis anaſtaſim, quòd nec à ſcriptoribus contemporaneis, nec ab aliis, qui ſeriùs poſt rem geſtam floruêre, litteris conſignata reperiatur, velut inane commentum anilemque fabulam explodit, à veritate omni dubio procul longiſſimè alienam. Nec eſt, cur pro Launoio reponas, antiqua equidem teſtimonia jam adducta pro indulgentia Portiunculana exſtare, legitimamque, ob quam hujus mentio ſcriptoribus ſynchronis haud fiat, rationem poſſe afferri; etſi enim ſervati à ſcriptoribus contemporaneis ipſisque S. Franciſci biographis de indulgentia Portiunculana ſilentii ratio non inepta, uti iterum in eodem Operis noſtri tom. 2 Octobris pag. 890 videre licet, reipſa addaucatur, fieri tamen poteſt, ut tam undecimi, quo prodigioſa doctoris anaſtaſis contigiſſe narratur, quàm ſequentis ſeculi ſcriptores ob cauſam nobis ignotam hujus non meminerint: aut, ſi id diſpliceat, omnem prodigii illius luctuoſique eventus mentionem omittere potuerunt, non quidem, quòd legitimâ quâdam ad id impulſi fuerint cauſâ, ſed quòd in rebus, tempore ſuo geſtis, memoriæ prodendis accurationem aut nullam ferè, aut certè mediocrem dumtaxat adhibuerint. Apparitionem,* D *quâ SS. Fauſtinus & Jovita Nicolaum Picininum, Mediolanenſium copiarum ducem ejuſque milites, civitatem Brixianam vi maxima obſidentes, terruerunt, litteris non mandârunt hiſtorici Brixiani æquævi, & tamen ſilentii hujus rationem, quæ ſat certò ſit legitima, nullam invenio afferri; unde ea, quam admiſêre, omiſſio vel ignotæ nobis cauſæ, vel modicæ, quam hi in temporis ſui rebus annotandis adhibuerunt, accurationi attribuenda videtur.*

certò falſam affirmat. Talis tamen hæc veroſimiliter eſt.

327 *Quod autem ad ſuprà laudata teſtimonia, quæ, ſilentibus licèt auctoribus contemporaneis, indulgentiam Portiunculanam certam efficiunt, ſpectat, nihil hoc ad rem facit; liquet enim vel hinc, fieri poſſe, ut, licèt factum quoddam, à recentioribus relatum, ab omnibus ſcriptoribus contemporaneis ſilentio prematur, re tamen ipsâ acciderit. Quod cùm ita habeat, perperàm ſanè feralem doctoris, qui, ſeſe damnatum, adſtantibus publicè è feretro denuntiârit, hiſtoriam indubiè falſam pronuntiâris hâc ſola de causâ, quòd ab auctoribus contemporaneis litteris commendata non ſit. Nec, quòd præterea à* E *ſcriptoribus aliis, qui ſeriùs floruerunt, ſilentio prætereatur, rectè eam Launoius, ut jam dixi, indubiè falſam aſſerit. Verùm an ſaltem luctuoſus ille eventus, quòd à ſcriptoribus omnibus tum ſynchronis, tum aliis, qui, integro primo & fortè etiam ſecundo poſt rem geſtam ſeculo labente, floruerunt, ſilentio prematur, pro admodum dubio aut etiam pro probabiliter, ſeu etiam veroſimiliter falſo nequit haberi? Ita omninò exiſtimo; etſi enim ex omnibus, quæ horum aliquot ſuprà etiam adductorum de ferali hiſtoria ſilentium ſuppeditat, argumentis negativis vix ullum, ſeorſum ſumptum, ſit admodùm validum, omnia tamen ſimul accepta, numquam eam habuiſſe locum, veroſimile ſanè reddunt eo ferè modo, quo rationes plures, quæ ad aſſertionem quampiam ſtabiliendam concurrunt, ſolidè hanc probabilem nonnumquam, ſi ſimul accipiantur, efficiunt, etſi interim ſingulæ, ſeorſum acceptæ, parùm ſint validæ. Et verò cui veroſimile non appareat, numquam habuiſſe locum prodigium hujuſmodi, quod à ſcriptoribus omnibus proximè dictis ſilentio prætereatur, quodque tamen, ſi* F *accidiſſet, per omnium ora & calamos fuiſſet volitaturum, utpote ſimul futurum & notatu digniſſimum & in opinione, quæ hîc diſcutitur, quæque id publicè coram innumera propemodùm populi multitudine factum, ſtatuit, omnibus paſſim notiſſimum?*

nec eam primorum quinque Cartuſiæ Priorum

328 *Neque hîc reponas, prodigioſam illam anaſtaſim, quâ doctor tantiſper redivivus, feralis de ſe judicii denuntiatione ingentem hominum multitudinem terruerit, utut ſilentio à ſcriptoribus æqualibus & ſubæqualibus ſit ſuppreſſa, ab iis tamen, qui non adeò diu poſt hoſce floruerunt, commemorari. Etenim, qui primus luctuoſam hanc hiſtoriam in litteras miſit, Cartuſianus eſt anonymus, qui quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon, cujus § 1 notitiam dedi, concinnavit; hic autem, ut ibidem etiam docui, ſcriptioni manum veroſimillimè non ante annum 1250, imò fortè ne ante annum quidem 1300 circitèr admovit, idque proinde non priùs fecerit, quàm cùm jam anni ampliùs centum & quinquaginta, imò fortè ducenti poſt rem geſtam ſeu poſt horribilem eventum eſſent elapſi. Dices quidem, ſcriptorem illum fortè jam inde ab anno circitèr 1220*

aut

A *aut paulò etiam citius floruiſſe, ſibique prælucentem habuiſſe ſcriptorem antiquiorem, è quo, quæ de doctoris redivivi prodigio pulſoque hinc in eremum ſancto Patre ſuo refert, deprompſerit. Aſt nec unum, nec alterum veritati conſonum ullatenus apparet. Imò verò, ut ad id, quod ultimo loco ponitur, primò reſpondeam, ſcriptorem nullum antiquiorem, è quo ſua hauſerit, primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctori præluxiſſe, ex ipſa, quâ hic initio utitur, loquendi formula colligendum videtur. Hæc enim ſic habet;* Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXII vel circa illum, dum ſolemne ſtudium floreret Pariſiis, *&c* tale prodigium ibi dicitur accidiſſe. Quidam enim doctor *&c. Quibus verbis anonymus ille Chronologus indicare videtur, ſeſe, quod ſubjungit doctoris redivivi, prodigium, non in ſcriptoribus monumentiſve antiquioribus legiſſe, ſed ab aliis, viva voce rem narrantibus, accepiſſe.*

qui alium antiquiorem ſibi prælucentem habuiſſe

B 329 *Adhæc idem chronologus, ſi quid alibi è ſcriptoribus ſe prægreſſis acceptum in Sancti noſtri Vitam intulit, lectorem rei monet, imò etiam horum nomen prodit. Num.* 10 *tranſcripturus, quæ de* S. Brunone *ejuſque ſex ſociis in S. Hugonis Gratianopolitani epiſcopi Vita, à Guigone, quinto Cartuſiæ Priore, ſcripta, leguntur, verba hæc præmittit:* Ut utar omnino verbis ſcriptis in Legenda Vitæ S. Hugonis epiſcopi memorati; *ac deinde recitatis omnibus, quæ ad* S. Brunonem *ejuſque ſocios ſpectant, Guigonis verbis ſubjungit:* Omnia prædicta ſunt verba domni Guigonis ſcripta in Vita S. Hugonis Gratianopolitani epiſcopi. *Num.* 24 *& ultimo ubi tempus, quo Sanctus poſt egreſſum è Cartuſia diem extremum clauſerit, è quatuor primorum Cartuſiæ Priorum Chronico, antiquis Guigonis (adi num.* 6) *Conſuetudinibus præfixo, deſignavit, mox ſubdit:* Sicut in libris Conſuetudinum domni Guigonis, quæ ſunt in domo Cartuſiæ, continetur. *Quòd ſi itaque, quam narrat, prodigioſam doctoris anaſtaſim è ſcriptoribus vetuſtioribus hauſiſſet, id veroſimillimè etiam aut indicâſſet, aut hos etiam nominâſſet, maximè cùm feralem illam hiſtoriam narraturus, præmittat:* Tale prodigium ibi dicitur accidiſſe, *facileque ac opportunum, ut rei adeò miræ fidem faceret, fuiſſet adjungere, à quibus ea dicatur*

C *ſeu narretur. Jam verò, cùm hæc ita habeant, veroſimillimum utique, ne dicam indubium, apparet, ſcriptores antiquiores, à quibus Pariſienſe prodigium memoriæ proditum fuerit, anonymo quinque primorum Cartuſiæ Priorum chronologo, ſeu vetuſtiori Sancti noſtri biographo non præluxiſſe; ut proinde hoc ex capite fidem majorem ſuæ de doctoris damnati anaſtaſi narrationi nequeat adjungere. Porrò cum laudatus chronologus ſeu Sancti biographus, ut jam dictum, ſcriptores antiquiores, ſi quos ad horribilem de doctore narrationem adhibuiſſet, nominaturus veroſimillimè fuiſſet, nec tamen Cæſarium nominet, conſectarium ſit, ut ſcriptoris hujus num.* 241 *datam narrationem veroſimillimè aut non viderit, aut hanc à ſua exiſtimârit diverſam.*

annoque circiter 1220 *floruiſſe non videtur,*

330 *Quod jam pertinet ad annum* 1220, *quo circiter aut etiam paulò citiùs anonymus quinque primorum Cartuſiæ Priorum chronologus ſeu Sancti noſtri biographus floruerit, id ex dictis num.* 12 *& ſeqq. veroſimiliter ſecùs habet. Nec, etſi ita haberet, quidquam inde, quo luctuoſa doctoris Pariſienſis hiſtoria ſat certa aut etiam veroſimilis redderetur, poſſet confici. Fac enim, laudatum chronologum, qui primus eam litteris commiſit, anno circiter* 1220 *manum ſcriptioni reipſa admoviſſe, ſic equidem adhuc annis circiter quadraginta & centum à re geſta abfuerit ac proin temporis ſpatio longiori, quàm ut ei fidem indubitatam conciliare queat. Quamvis enim ſubinde fiat, ut factum, etſi à ſcriptoribus, qui integro ampliùs poſt id geſtum ſeculo floruerunt, dumtaxat commemoratum, pro veroſimili, imò etiam pro certo ſit habendum, id tamen, ut apparet, locum habere non poteſt, quando, uti hîc fit, factum ſeu res, quæ controvertitur, eſt hujuſmodi, ut, ſi contigiſſet umquam, ab ipſis etiam ſcriptoribus ſynchronis ac coævis veroſimiliter commemorata fuiſſet. Aſt, inquies, cædes S. Mauritii, ſociorumque, legionis Thebææ militum martyrum, à ſcriptoribus contemporaneis memoriæ prodita non invenitur, taliſque videri poteſt, ut, ſi contigiſſet, commemorata veroſimiliter ab hiſce fuiſſet, nec propterea tamen illam falſam eſſe, aut parùm veroſimilem, meritò quis pronuntiârit. Fateor, ſic habet: verùm quid tum? Cur cædem illam, utut notatu digniſſimam notiſſimamque, ſcriptores ſynchroni ſilentio præterierint, rationes non ineptæ apud nos tom.* VI *Septembris,* E *in quo de ſanctis illis martyribus à pag.* 308 *actum, in Comment. ad horum Acta prævio,* § VII *redduntur; quod cùm fieri poteſt, ſeu potiùs fit, argumentis negativis, quæ à ſcriptorum ſilentio petuntur, vim nullam ineſſe, apud omnes in confeſſo eſt.*

chronologus antiquior,

331 *Accedit, de celeberrimorum illorum martyrum cæde (unde, quidquid contra hanc probabilitatis ex auctorum ſilentio oriri poſſet, eliditur) conſtare tum è multis in Comment. proximè cit. adductis, tum maximè è S. Eucherio, Lugdunenſi epiſcopo, qui primus illam in litteras miſit, quique, quamvis ſeculo demùm quinto floruit, è genuinæ tamen traditionis fonte, quem ipſemet aſſignat, ſua deprompſit. At verò nec univerſalis ſilentii, quo, qui integro amplius primo poſt rem geſtam ſeculo labente floruerunt, ſcriptores prodigioſam doctoris anaſtaſim prætereunt, ratio ulla ſat idonea reddi poteſt, nec de horrenda hac hiſtoria ex ullo monumento conſtat, nedum ex anonymo primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctore, qui, unde illam hauſerit, non edicit, nec aliunde habetur compertum. Et verò, cùm hic, ut jam docui, ſcriptores antiquiores, è quibus hauſerit, ſibi prælucentes haud habuerit, quo tandem ex fonte, cui tutò fidere poſſimus, narrationem ſuam deprompſiſſe queat? An fortè ex fama publicove rumore? Verùm quàm incertus hic auctor ſit, nemo non novit. An ex Ordinis ſui traditione? Ita ſanè, qui Pariſienſis prodigii pulſique hinc in eremum* S. Brunonis *hiſtoriam tuentur, exiſtimant, ac porrò, ut opinionem ſuam propugnent, affirmare debent. Verùm an illa Ordinis Cartuſienſis traditio genuinæ traditionis nomen mereatur, uti etiam, quanti ad aſſerendam prodigii Pariſienſis veritatem valeat, infrà diſcutiam, cùm prævie, quod præſenti § facere conſtitui, examinâro, an reliqua pro Pariſienſis, qui, ſeſe damnatum, publicè denunciârit, doctoris anaſtaſi* F *§§* XI *ac* XII *adducta ſcriptorum antiquiorum teſtimonia certam eam aut etiam veroſimilem, ſtante univerſali ſcriptorum ſilentio proximè dicto, poſſint efficere.*

nec alii ſuprà laudati, nec ipſe etiam Joannes Iperius,

332 *Cùm ſcriptores illi omnes narrationem ſuam vel ex ipſa jam diſcuſſa quinque primorum Cartuſiæ Priorum chronographi narratione, aliqua dumtaxat in hac facta pro arbitrio mutatione, acceperint, aut certè è ſcriptoribus aliis, qua-*

AUCTORE C. B.

quorum etiam narratio ſuam iſti originem debeat, indubiè deprompſerint, prodigio utique fidem majorem, quàm, qui primus illud in litteras miſit, dictus chronologus mereatur, conciliare non poſſunt, etſi interim, ut jam ſuprà docui, eorum teſtimonia evincant, prodigioſam doctoris Pariſienſis anaſtaſim fuiſſe & diutiſſimè pluribus indubitanter creditam, & diu etiam ante Joannis Gerſonis ætatem, contrà ac Launoius vult, litteris conſignatam. Quid itaque ſingulorum illorum ſcriptorum, quos §§ XI & XII videſis enumeratos, auctoritas hìc valeat, pluribus indagandum non eſt. Verùm, utut res ita habeat, nec ratione ulla ſatis ſolida contrarium queat probari, ſunt tamen, qui, quemadmodùm ex Notitiis Mss. penes me exſtantibus intelligo, Joannis Iperii teſtimonium, num. 222 huc tranſcriptum, magni faciendum contendunt. Ita autem idcircò autumant, quòd, quamvis Iperius ante ſeculum quartum decimum non floruerit, ac proin, ſpectato diuturno temporis ſpatio, quo à præſtituta Pariſienſi prodigio epocha ſeu anno 1082 abfuit, certum id atque indubitatum ſola ſua auctoritate facere non poſſit, auctorem tamen antiquiorem

B *reique geſtæ ſynchronum, è quo, quæ de hac tradit, hauſerit, ſibi prælucentem habuerit. Quod poſtremum ut æſtimaretur, effecit Marteneus prævia ſua in Iperii ſeu S. Bertini Chronicon, tom. 3 Theſauri Anecdotorum inſertum, Admonitione. In hac enim ſub finem ita loquitur:* Hinc colliges, Chronicon iſtud Bertinianum tantò majorem apud eruditos promereri fidem, quò antiquiores habet auctores, qui ſui temporis res geſtas, prout viderant, aut à teſtibus oculatis audierant, ſcriptis mandârunt, nec mirum videri debere, à ſubſecutis auctoribus tanti habitum fuiſſe, ut, quæ dicenda de rebus Belgicis habuerunt, ab eo accipere non dubitaverint.

de quo, quod tulit Marteneus, judicium minimè eſſe exactum,

333 *Iperius ergò, uti hìc docet Marteneus, narratas in Chronico ſuo res ex antiquioribus, qui eas aut ipſimet viderant aut ex teſtibus oculatis audierant, ſcriptoribus accepit, hique, ut idem Marteneus in laudata Admonitione prævia etiam docet, numero tres fuêre, videlicet Folquinus Bertinianus monachus, qui vetera monaſterii ſui inſtrumenta ſeculo decimo in unum volumen retulit, Simon Sythienſis ſeu Bertinianus abbas quadrageſimus ſecundus, anno 1148 defunctus, qui Chronicæ Bertinianæ ſeu Sithienſis eccleſiæ à tempore Roderici, id eſt, ab ineunte*

C *ſeculo XI, quo monaſterio Sithienſi Rodericus abbas præerat, ad ſuam uſque ætatem deſcripſit, ac tandem anonymus, qui anno 1229 ſcribebat, Simoniſque Opus ad ſuum uſque tempus proſecutus eſt. Jam verò cùm unus dumtaxat, nimirum Simon abbas, è tribus hiſce ſcriptoribus, qui Iperio in contexendo Bertiniano Chronico præluxêre, luctuoſæ doctoris damnati hiſtoriæ, uti ex mox dictis liquet, fuerit ſynchronus, fuiſſe hanc ex illo, ac proin ex auctore contemporaneo, qui eamdem ſaltem è teſtibus oculatis audiiſſet, ab Iperio in Chronicon Sithienſe illatam ſummamque adeò fidem promereri inde conclusêre. Et verò, ſi lato à Marteneo de Sithienſi Chronico, per Iperium conſcripto, judicio ſtandum ſit, erit ſanè, cur quis, damnati hiſtoriam è Simonis abbatis Opere reipſa eſſe ab Iperio depromptam, non immeritò ſuſpicetur. Verùm multùm abeſt, ut Martenei de laudato Chronico judicium pro accurato poſſit haberi. Quod ut pateat, unáque ex Iperii de luctuoſa doctoris damnati hiſtoria teſtimonio nihil omninò ad hanc aut certè parùm admodùm ponderis poſſe accedere, ſtudioſus lector intelligat, ſubminiſtratam à Stiltingo noſtro tom. 2 Septembris pag. 555, à num. 25 ad Martenei de Iperii Chronico judicium reſponſionem hùc tranſcribo.* D

verbis hìc tranſcriptis

334 *Sic itaque ibidem habet:* Mallem ego, ut laudatus editor (*Marteneus nempe*) accuratam de hoc Chronico criſim dediſſet, quàm laudes exaggeratas: ita enim lector ſtudioſus meliùs intellexiſſet, quid ex eo amplecti tutò poſſit, à quibus contrà cavere debeat. Certè chronotaxis plerúmque vitioſa eſt in prioribus hujus Chronici ſeculis, ut patebit per decurſum. Imò ne facta quidem relata in hoc Chronico tam certa eſſe tamque immunia ab erroribus, ut correctione ſat frequenti non indigeant, non rarò oſtendere cogar. Conatur Chronici auctoritatem probare Marténius, quia Iperius ſecutus eſt Folquinum diaconum, Simonem abbatem & eorum continuatorem anonymum ſeculi XIII, quem ait ſcripſiſſe anno MCCXXIX "Ex ,,quibus, ,, inquit, "ita Chronicon ſuum con-,,feciſſe videtur Joannes Iperius, ut eorum inte-,,gras lucubrationes Operi ſuo inſeruiſſe meritò ,,cenſendus ſit.,, Oſtendere id conatur verbis quibuſdam allegatis, quæ Iperius de ſe proferre non poterat, quæque idcircò antiquioribus attribuenda ſunt ſcriptoribus, quorum dicta eatenus non mutata Chronico ſuo Iperius inſeruit. Verùm vehementer ſuſpicor, Martenium numquam contuliſſe Chronicon Iperii cum tribus illis ſcriptoribus, à quibus eum tam multa mutuatum dicit. Certè ſi diligenter verba Iperii contuliſſet cum verbis anonymi continuatoris, qui eſt compilator Vitæ S. Bertini, à Mabillonio editæ, vidiſſet totum verborum ſenſum mutatum ab Iperio in facto, quod referetur in Appendice miraculorum num. XXV, ut ibidem obſervabo. E

Stiltingus noſter docet,

335 Præterea ſi iſtos auctores tres diligenter contuliſſet & examinâſſet, vidiſſet pauciſſima ab iis narrari tanquam viſa, ſed pleraque ut longè præterita: eaque de cauſa non dixiſſet, "Chro-,,nicon iſtud Bertinianum tantò majorem apud ,,eruditos promereri fidem, quò antiquiores ha-,,bet auctores, qui ſui temporis res geſtas prout ,,viderant aut à teſtibus oculatis audierant, ſcri-,,ptis mandârunt.,, Inconſideratè & ſine ſufficienti examine hæc dicta ſunt: nam pauca ex ſcriptoribus, qui viderant, aut facta ſuo tempore ſcripſerant, hauſit Iperius, ſaltem in primis ſeculis Chronici ſui, longè plura ex iis ſcriptoribus, qui geſtis, quæ referebant, longè erant poſteriores. Quin & plura ex aliis ſcriptoribus habet Iperius, quàm ex tribus illis, quorum tantùm non continuatorem facit Martenius. Hæc de Iperio obſervanda cenſui, ne quis immodicis Martenei laudibus deceptus, me ſtatim reprehendendum exiſtimet, ubi viderit auctoritati iſtius ſcriptoris non acquieſcentem. Nolim tamen debita laude fraudare Iperium, cujus Chronicon utile & minimè contemnendum judico, ſed non cæcè ſequendum. Unde ille ſua hauſerit, quantaque fide ſcripſerit, indicat ipſe in Prologo ſecundo his verbis: "Præſens Opuſcu-,,lum ex multis voluminibus ſcripeiſque authen-,,ticis grato labore collegimus, ſumendo de ,,quolibet, quod ad propoſitum ſpectare viſum eſt, ,,nihil inſerendo, quod non authenticis ſcriptis ap-,,probatur.,, Deinde explicat, quid per ſcripta F

au-

A authentica designet, multas videlicet Vitas Sanctorum, Chronica item non pauca, Antiquitates, Annales, Historias & archiva tam ecclesiæ Sithiensis, quàm aliorum monasteriorum Belgii & Franciæ, libros alios historicos, ac demùm cartas privilegiorum.

verosimilem utcúmque efficit.

336 Ex hisce omnibus monumentis se Chronicon suum concinnâsse asserit: "Ex die & con-„sule tempora temporibus & ex causis in eo „contentis negotia negotiis concordando.„ Non dubito, quin id & diligenter & bona fide præstiterit vir pius & doctus; at sine erroribus factum non esse, luce clarius est. Et sanè tale Opus illo seculo, quo vixit Iperius, sine variis erroribus conscribere, humanæ non erat industriæ, tum quòd monumenta multa, quibus utendum erat, non omni carerent errore, tum quòd varia per conjecturas erant concilianda. Hæc autem conciliatio tantò erat difficilior, quantò minùs ad perfectionem hodiernam accedebat scientia chronologica & critica. *Hactenus Stiltingus noster, qui, quæ hîc de Iperii Chronico affirmat, loco deinde non uno in Commentario ad Vitam S. Bertini prævio validissimè juxtà*
B *ac luculentissimè probat, uti cuique, hunc evolventi, manifestum evadet. Jam verò, cùm Iperius, ut alia omittam, non solùm è tribus scriptoribus, à Martenco memoratis, Folquino nimirum Sithiensi monacho, Simone abbate & continuatore anonymo, verùm etiam è multis aliis, à Stiltingo mox assignatis, narratas in Chronico suo res hauserit, non est, cur prodigiosam, quam narrat, doctoris Parisiensis anastasim è Simonis, Sithiensis abbatis, Chronicis depromptam existimemus, ruitque proinde, quæ alioquin famosæ de ea narrationi accederet, summa fides. Imò verò, cùm res ita habeat, ne quidem ex Iperii Chronico Parisiense prodigium verosimile utcúmque efficitur, uti ex jam suprà dictis pronum est eruere.*

§ XX. An prodigium, quo doctor, sese damnatum, publicè adstantibus denunciârit,
C ## certum aut saltem verosimile, stante universali scriptorum antè dictorum silentio, reddere etiam non possit traditio.

Qui feralis de damnato historia, quam continua

INnocentius le Masson, *ex recensione Morotii Prior Majoris Cartusiæ* 49, *in Opere, à se contexto, quod* Annales Ordinis Cartusiensis *inscripsit, annoque* 1687 *typis Correrianis vulgavit, lib.* 1, *cap.* 1 *de prodigiosa, quâ* S. Bruno *in eremum pulsus fuerit, doctoris anastasi multa differit, suique etiam, quò hanc verè contigisse probet, celeberrimi Ordinis traditionem adducit. Ne quid, quod ad horribilem illam historiam probandam aut saltem verisimilem reddendam conducere utcúmque possit, silentio à me præteritum, quis queratur, ex Opere illo, quod omnium passim manibus non teritur, totum hùc spectans, utut prolixum ac parum urgens, Massoni ratiocinium transcribo. Hisce num.* 8 *& seq. ibidem positis verbis concipitur:* Fal-

AUCTORE C. B.

luntur, qui putant per abstinentiam à carnibus, etiam in morbis, & alias austeritates vitam Cartusiensium abbreviari; nam experimento videmus, plures apud nos usque ad decrepitam senectutem vivere, & octogenarium, imò aliquando ferè nonagenarium annum attingere. Videmus ergò non rarò monachos sexaginta & ampliùs annos vixisse in Ordine, etiam hoc seculo, quando longitudinem vitæ humanæ diminutam esse omnes fatentur, si cum præcedentibus seculis comparetur. Pro exemplo nobis sit hujus firmioris sanitatis sanctæ memoriæ reverendus Pater domnus Joannes Pegon prædecessor noster, qui ultra sexaginta sex annos vixit in Ordine, LXXXV annos ætatis habens obiit, & tanto animi vigore pollebat, ut pridie quàm moreretur, adhuc calamo uteretur ad dispositiones faciendas in Ordine. Sint etiam pro exemplo duæ moniales, quæ nostris diebus diem clausêrunt extremum: quarum una LXX annos vixerat in Ordine, altera LXXII. Plures similes in promptu esset hîc referre, qui nostro seculo obierunt.

F

traditione Cartusianorum alii ab aliis

338 At si ad præterita secula retrogrediamur, reperiemus personas, quæ LXXX & ampliùs annos vixerunt, imò unam præ cæteris, quæ ultra centum annos vixit in Ordine. Occurret nobis R. P. Jancelinus, qui LVIII annis præfuit toti Ordini. Supputatione autem facta & longiori ætate reducta ad LXX tantùm annos in Ordine exactos, quam ætatem plures attigisse in singulis seculis, imò longè superâsse, certum est, reperiemus, senem illum, qui hoc seculo LXX annis vixit in Ordine, potuisse videre & discere ab alio ejusdem ætatis sene, quæ audierat ab alio sene, qui postremus senex etiam ab alio didicerat & audierat historiam, de qua agitur, & sic traditio illorum quatuor senum ferè ad trecentos annos extenditur; quam traditionem à se invicem facilè accipere potuisse, perspicuum est, cùm tres ex illis se videre & mutuò alloqui, nulla vi illata communi naturæ cursui, potuerint; nihil enim obstat, quin ultimi primordia cum primi extremitate concurrerint, & monachus, vigesimum annum agens, nonagenarium viderit & audierit. Habemus ad manum icones in capite veterum Statutorum præfixas, quæ à centum & octoginta annis typis excusæ sunt, in quibus videtur historia illa depicta, addita narratione, quam suprà retulimus. Si ergò constituamus nobis pro epocha tempus illud, quo icones illæ typis excusæ sunt, & præcedere faciamus quatuor illos seniores, reperiemus, illos potuisse discere ab his, qui immediatè primis Patribus Ordinis successerunt, historiam illam; imò potuisse tunc reperiri in pago Cartusiæ vicino rusticos, qui S. Brunonem & ejus socios viderant. Nam rustici in istis rupibus, ubi aura purior est, & valde frugalis vivendi modus, diu vivunt.

F

acceperint, ad Puteanum venire potuerit, Massonus exponit;

339 Vidi ipse & non semel interrogavi senem domesticum domûs Cartusiæ, vocatum Nicolaum Planes, è pago Corbello oriundum, qui viderat R. P. D. Bernardum Carrassum, vitâ functum circa annum MDLXXXVI & narrabat plura, quæ audierat in juventute sua ab aliis, in decrepita ætate tunc constitutis, qui viderant R. P. Franciscum à Puteo, circa annum MDXXI defunctum. Centum circitèr annorum erat iste Nicolaus, dum diem clausit extremum anno MDCLXXVII. Et ut adhuc res viciniùs & enucleatiùs exponatur & exprimatur, ponamus, aliquem è sociis S. Brunonis vixisse triginta tantùm

AUCTORE C. B.

tùm annis à die acceſsûs eorum ad rupes Cartuſiæ, quemdam etiam ex his, quem ad Inſtitutum ſuum primi Patres receperant, LXX annis ei ſupervixiſſe, ecce jam ferè centum annos tenemus, & ſic annum MCLXXXIV attigimus; quibus ſi addatur ætas quatuor illorum ſeniorum, quæ ad CCLXXX annos pervenit, annum MCDLXIV habebimus, ſicque ætatem R. P. Franciſci à Puteo attingemus, viri in utriſque litteris verſatiſſimi & inſignis doctoris, qui Statuta iſta vetera typis mandari curavit, in quorum capite icon, hiſtoriam illam repræſentans, poſita eſt cum prædicta narratione; quam, ſi ſuſpicionem fabulæ habuiſſet, numquam tanti ingenii vir effingi permiſiſſet. His addite, quòd domus Cartuſiæ pluries incendiis abſorpta veteres ſcripturas habebat, ex quibus liquidò de iſtius hiſtoriæ veritate conſtabat; quæ à pluribus lectæ & viſæ fuerunt, prout etiam nos à ſenioribus monachis, quos in juventute noſtra vidimus, didicimus; qui ab oculatis teſtibus id audierant. Et tandem hæc traditio ſemper & ubique in Ordine, nemine umquam reclamante, viguit. Quis ergò non fateatur, talem traditionem eſſe firmis fundamentis innixam?

B

340 *Hactenus Maſſonus, prolixa ſua hac oratione unicè oſtendens, traditione continua, quam, jam inde à* S. Brunonis *ejuſque ſociorum ætate inceptam, Cartuſianorum alii ad alios tranſmiſerint, fieri potuiſſe, ut feralis de doctore damnato hiſtoria uſque ad Franciſci à Puteo, qui eam, ligno inciſam, editis à ſe anno* 1510 *Ordinis ſui Statutis præfixit, cognitionem pervenerit. Verùm id reipſa ita factum, nullo modo, ut conſideranti patebit, probatum dat, quod tamen omnino erat neceſſum, ut quidquam pro prodigio adſtruendo, ſeu potiùs pro vera jamque à rei geſtæ initio inchoata, quâ hæc Puteano innotuerit, traditione ſtabilienda conficeret. Fieri enim facilè poteſt, ut, quod poſt trecentos ampliùs annos, à re geſta elapſos, jam inde ab hujus initio, uti à Maſſono fit, tradi potuiſſe aſſeritur, diu dumtaxat poſt tradi re ipſa inceperit, ſicque non à vera traditione, ſed ab incerto rumore trahat originem. Hinc non ſatis capio, cur Cartuſianus noſter anonymus Lucubrationis ſuæ ſapiſſime laudatæ num.* 47. *ſic ſcribat:* Quod ſpectat ad Patrum traditionem, hanc ſatis ſuperque ſolida ratiocinatione ſtabilivit R. P. (*Innocentius le Maſſon ſcilicet*) libro 1., cap. 1 dilucidè luculenterque oſtendens, omnes, quotquot fuerunt & ſunt in orbe Chriſtiano, Cartuſienſes nullam umquam aliam inſtituendæ noſtræ Religionis cauſam ſeu occaſionem agnoviſſe præter funeſtam hujus hominis anaſtaſim, quam aſſerunt ſe accepiſſe ab antiquioribus, qui & ipſi eam à Patribus ſuis, ad quos à S. Brunone & ſociis ejus, eorumque diſcipulis ac ſequacibus per longam multorum annorum traditionem pervenerit, didicerunt.

id tamen verè ita factum, non probat.

C

341 *At verò, etſi ita hîc loquatur ille, tacitè tamen agnoſcit, Puteani ætatem, ad quam Pariſienſe prodigium traditione perducit Maſſonus, eſſe à re geſta remotiorem, quàm ut huic illa, utpote ex jam dictis dubii dumtaxat nominis traditio, fidem certam atque indubitatam facere queat eo modo, quem Maſſonus aſſignat. Verbis enim proximè recitatis, ut longam illam traditionis deductionem contrahat, ſequentia hæc ſubdit:* Verùm ne res tam inſolens & ſtupenda tamque ad credendum difficilis ex tam longa traditionis deductione planè videatur incredibilis, præſertim hominibus hujus ſeculi nequam, qui nihil ferè credunt, quàm quod, ut vulgari dicitur proverbio, in oculos intuentium proſilit, hoc argumentum, ex traditione petitum, quinque ferè ſeculis, ſi ita loqui liceat, decurtabimus, hujuſmodi traditionem non longiori quàm ſexaginta, aut ad ſummum octoginta annorum ductu ab obitu ſociorum ſancti Brunonis protrahentes, ut ſequitur. Qui primus ex Cartuſienſibus hanc hiſtoriam ſcriptis mandavit, vivebat circa annum MCCXX, vel etiam antè (ut inferiùs probabimus) id eſt, octoginta pòſt annis & non multò ampliùs, quàm obierat Stephanus Dienſis, unus ex ſociis ſancti Brunonis, quem in noſtris Annalibus videbimus adhuc fuiſſe ſuperſtitem circa annum MCXXXVI. Nec impoſſibile eſt, quoſdam alios ex ſeptem primis Ordinis fundatoribus diutius vixiſſe. Quis enim inficias eat, inter eos quoſdam, qui annum ætatis vigeſimum quintum non attigerant, quando in ſolitudinem ſe receperunt, poſtmodùm ad ſeptuageſimum, aut etiam octogeſimum vitæ annum, Chriſti verò milleſimum centeſimum quadrageſimum & ultrà pervenire potuiſſe?

D

E

Chronographum, qui primus rem litteris mandavit,

342 Hic primus hujus hiſtoriæ ſcriptor plures procul dubio monachos viderat, qui noverant aut ſaltem noviſſe poterant quoſdam ex diſcipulis præfatorum ſeptem Ordinis primipilorum; quos quidem diſcipulos vitam ſcimus protraxiſſe ultra annum MCC, ut ſunt ſanctus Artaldus, profeſſus domûs Portarum, qui ad fundandam Cartuſiam Arveriæ miſſus circa annum MCXXXII, poſteà ibidem factus Prior & eccleſiæ Bellicenſis epiſcopus, ac tandem redux apud Arveriam obiit anno MCCVI, annos natus centum quinque. Garnerius, dominus de Balmeto, confundator domûs Majorevi, erectæ anno MCXVI, qui, poſt mortem uxoris factus ibidem converſus, annum vidit milleſimum ducenteſimum decimum quartum. Frater Aynardus converſus, profeſſus Majoris Cartuſiæ, qui forſan ſanctum Brunonem viderat, cùm conſtet ex Vita ſancti Hugonis Lincolnienſis, eum tantùm obiiſſe anno ætatis ſuæ centeſimo vigeſimo ſexto, qui fuit annus Chriſti milleſimus ducenteſimus quartus vel paulò ampliùs, ut ex eadem Vita, ab auctore coævo conſcripta, diſcimus & ſuis locis fuſiùs narrabimus. Conſtare igitur debet, præfatum ſcriptorem hanc potiùs accepiſſe hiſtoriam à monachis, qui cum his & aliis ſociorum ſancti Brunonis diſcipulis convixerant, (inter quos & annumerari poteſt R. P. Jancelinus Cartuſiæ Prior, qui poſt regimen annorum ferè ſexaginta obiit anno MCCXXXIII, quem & ipſe noſter auctor procul dubio agnoverat) quàm " ex incerto credulæ plebis rumore, & „quorumdam recentiorum fabulis„, ut nobis, tamquam otioſis hominibus, objecit Launoius.

ab iis hanc, qui S. Brunonis ſociorum diſcipulis convixerant, didiciſſe.

F

annoque circiter 1220 *jam vixiſſe, vult annaliſta anonymus,*

343 Unde, quæſo, tunc temporis ille "in„certus rumor„ noſtris clauſtris diſpergi potuit? Nonne potiùs ex iiſdem clauſtris longè latéque paulatim diffuſus fuiſſe dicendus eſt? Et quidem ab ipſorum Patrum alumnis, viris utique graviſſimis & ſanctiſſimis; quorum & ſucceſſorum eorum fidem tanti faciebat Guillielmus Durandus, magni nominis & eruditionis auctor, ut in Speculo juris, quod Adriano V dicavit eo tempore, quo hæc hiſtoria jam à noſtris evulgata fuerat, cenſuerit " Regulam „Juris, quâ nemini licet in ſua cauſa teſtimo„nium dicere, non habere locum in Cartuſianis „&Ciſtercienſibus propter eorum ſanctimoniam„.

Dum

A Dum hæc ſcribebat Durandus, florebant in Ordine Boſo, Prior Cartuſiæ, & Guillelmus de Hyporegia monachus ejuſdem, qui ambo vel ſaltem eorum alter hujus in ſuis ſcriptis hiſtoriæ meminerunt, ut mox dicemus. Hos certè, quos tam dignos fide exiſtimabat Durandus, non ſibi perſuaſiſſet huic anaſtaſi ſive commento, ut volunt adverſarii, dediſſe initium, ut Ordinis ſui cunabula turgentibus buccis in populos concreparent ex tam inſolito prodigio. Sed quàm levis & puerilis ſit hujuſmodi vanitas, per ſe patet, quæ profectò priùs in ore calumniantium nos nata fuit, quàm in corde noſtrorum concepta. Licèt enim iſtud fabula foret, aut ad fabulam accederet, non tamen minùs in Eccleſia Dei Cartuſienſium Religio haberetur, quam omnes nôrunt ſatis aliunde inſignibus præfulgere prærogativis. *Hactenus Cartuſianus noſter anonymus, volens potiſſimùm, ſcriptorem anonymum, qui primus ex Cartuſienſibus prodigioſam doctoris Pariſienſis anaſtaſim litteris mandavit, contextoque à ſe primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronico inſeruit, ſexaginta aut ad ſummum octoginta dumtaxat annis à ſociorum* S. B Brunonis *obitu ſeu jam inde ab anno circitèr* 1220 *floruiſſe, remque ab ipſis horum diſcipulis, ac proin ex vera traditione*, non ex incerto credulæ plebis rumore, *accepiſſe.*

met ab eo, ut verba, 344 *Ratiocinium hoc jam tranſcriptum, quo hæc probare Cartuſianus noſter anonymus nititur, anonymus itidem Tractatûs de* S. Brunone, *à Cartuſianis hujatibus mecum communicati, auctor additionibus nonnullis ampliſicatum exhibet. Atque hic quidem, dum id facit, rem quampiam poſtea probare proponens, ait:* Ut ſuo loco in Annalibus dicemus, *alibique etiam hoſce, veluti à ſe edendos, laudat. Hinc autem, quod hac occaſione obſervandum duxi, non immeritò dubitari poteſt, an Maſſonus ſuprà laudatus, Ordinis ſui Annales ſcripturus, Tractatum illum, è quo deinde à Cartuſiano noſtro anonymo in Annalium Cartuſienſium librum* 4 *hactenus non vulgatum nonnulla fuerint illata, non concinnârit. Utut ſit, & ejus verba, ne quid, quod aſſerendæ genuinæ de prodigio Pariſienſi traditioni ſuffragari utcúmque queat, omiſiſſe videar, huc tranſcribo. Sic habent:* A fundatione Ordinis ad Boſonis ætatem, qui domos S. Hugonis & Majoris Cartuſiæ cum toto Ordine rexit ab anno MCCLXXII ad annum MCCCXIII, quo decrepitus deceſſit, altum in ſuis clauſtris ſilentium Cartuſienſes tenuerunt, nec quicquam aut de ſui Ordinis ortu, aut de mirabilibus, quæ paſſim inter eos fiebant, ſinebant propalari. Hoc de his teſtatur & amicè conqueritur Petrus Venerabilis, Cluniacenſis abbas: "Multa,,, inquit, "in illo ſacro Ordine miracula conti-„giſſe à pluribus accepi; ſed ipſi humilitatis „virtute, quâ ſemper ſervi Dei miranda opera „ſua, quanto poſſunt niſu, occultant, vix ali-„quid ex his prodere voluerunt.„ Neque à Patrum tramite deflexiſſet Boſo, niſi ad ſuum inſtitutum à quorumdam alterius Ordinis religioſorum calumniis vindicandum hujus humilis ac ſancti ſilentii leges tamdiu ſervatas violare coactus fuiſſet, edito tractatu fuſiſſimo ſive ſuo marte, ut quidam volunt, ſive ſuo juſſu, uſus nempe calamo Guillelmi de Hyporegia Cartuſienſis Itali, viri docti, quem tribus circitèr ante ſuum obitum annis ad majorem Cartuſiam evocaverat.

345 Hunc tractatum inſcripſit "De origine „& veritate perfectæ Religionis„ ad defendendum Ordinem Cartuſienſem. Nihil in eo de tragico hominis damnati fine egit (neque enim tunc temporis hæc quæſtio mota fuerat) ſed ad illius calcem voluit adjici Chronica de exordio Ordinis Cartuſienſis, hanc hiſtoriam enarrantia, ab auctore incerti nominis, ejuſdem tamen Ordinis profeſſo, olim conſcripta, quem propterea anonymi nuncupatione deinceps deſignabimus. Unum codicem tam Boſonis ſive Guillelmi de Hyporegia Tractatum, quem, præfati anonymi Chronicon complectentem, è Montis-Dei Cartuſia habuimus, ſub initium ſeculi quarti decimi, id eſt, circa finem regiminis Boſonis exaratum, ut ex charactere colligimus; quod etiam nobiſcum ſenſit vir quidam doctiſſimus & in hujuſmodi characteribus verſatiſſimus, quem Pariſiis cujuſdam amici interventu conſuluimus. Cùm igitur Boſo medio ſeculo decimo tertio noſtrum profeſſus ſit inſtitutum, non dubium eſt, quin author Chronici anonymus ipſo ſit paulò antiquior; quod etiam probari poteſt ex bibliothecæ Colbertinæ codice, in quo ejuſdem Chronici exemplum reperitur exſcriptum ante medium dicti ſeculi tertii decimi, ut nos Stephanus Baluzius, vir doctrinâ clariſſimus & de quovis bene merendi ſtudioſiſſimus, per litteras his verbis commonuit: "In codice 3806 eſt „quædam tabula continens capita LI de perfe-„ctione & privilegiis Ordinis Cartuſienſis. Eſt „imperfecta & incipit in capite XVI. Codex il-„le eſt CDL annorum,„ id eſt, circa annum MCCXL. "Continet Chronicon de exordio Ordi-„nis Cartuſienſis "(Sic etiam in noſtro codice inſcribitur)" uſque ad annum MCXXXVII, quo „obiit Guigo. Deinde ſequitur Bernardus de „contemplatione. Incipit "Cùm die quodam.„ „Veroſimile eſt, apographum iſtud ex ipſo au-„thographo, "quod modò periit," expreſſum „fuiſſe, & à quodam ex primis Cartuſiæ Pariſi-„enſis è majori Cartuſia illuc allatum, quod poſt-„ea bibliothecæ Thuanæ, tandem Colbertinæ „adſcriptum fuit.„

AUCTORE C. B. *qui hæc*

tranſcribatur.

346 Cùm igitur hic anonymus ſuum Chronicon ſcripſerit circa vel ante MCCXL; potuit ineunte eodem ſeculo fieri monachus, & idcircò hanc hiſtoriam accipere ab antiquioribus Patribus, qui eodem tempore ſuperſtites erant, ex quibus quoſdam ſociorum ſancti Brunonis, & cum eo noſtri propoſiti fundatorum diſcipulos fuiſſe conſtat, ut fuerunt B. Artaldus, qui, regente Ordinem ſancto Anthelmo, Prior domûs Arveriæ effectus eſt, & deinde Bellicenſis epiſcopus, tandemque, abdicatis infulis, vitam protraxit ad annum MCCVI, quo centenario major in cella occubuit, & Aynardus converſus, Majoris Cartuſiæ profeſſus, de quo res mirabiles narrantur in ſancti Hugonis Lincolnienſis Vita, ubi & dicitur ſana mente obiiſſe ætatis ſuæ anno centeſimo vigeſimo ſexto, quatuor circitèr poſt S. Hugonem annis, ſcilicet circa MCCIV. Quod vix credi poſſet, niſi qui illum cognovit, id ſcriptis aſſeruiſſet, ut ſuo loco in Annalibus dicemus. Hos inter annumerari meritò poſſunt venerandi planè ſenes Bovo, S. Hugonis Lincolnienſis, in Withamienſi Prioratu ſucceſſor, licèt annis in Ordine tranſactis multò major Jancelinus, qui matrem Cartuſiam & totum Ordinem paulò poſt Baſilium, S. Anthelmi ſucceſſorem, ſexaginta ferè annis moderatus eſt; Guifridus, Cartuſiæ con-

C

E

F

AUCTORE C. B.

versus, qui, anno MCCXII sexagenarius in Ordine, testatus est quibusdam in litteris, se vidisse fratrem Olmarum, Magni Guigonis tempore conversum, & qui procul dubio quosdam ex septem Ordinis fundatoribus noverat. Ab his igitur & quibusdam aliis ejusdem fidei & auctoritatis monachis hanc historiam noster anonymus, aut certè, qui eam ipsi Bosonique & ejus coætaneis retulerunt, potiùs acceperant, quàm ex incerto credulæ plebis rumore, & quorumdam recentiorum fabulis, ut objecit Launoius.

fidem faciunt,

347 Unde enim, quæso, tunc temporis ille incertus rumor nostris claustris dispergi potuit? Nonne potiùs ex iisdem claustris longè latéque paulatim diffusus fuisse dicendus est, & quidem ab ipsis primorum Patrum alumnis, viris utique gravissimis & sanctis, quorum & successorum fidem tanti faciebat Guilelmus Durandus, magni nominis auctor, ut in Speculo juris, quod Adriano V eo tempore dicavit, quo primi florebant hujus historiæ scriptores, consuerit, Regulam juris, quâ nemini licet in sua causa testimonium dicere, non habere locum in Cartusiensibus & Cisterciensibus propter eorum sanctimoniam. Hos certè, quos tam dignos fide existimabat Durandus, non sibi persuasisset hujus anastasis narrationi, si commentum fuisset, ut volunt adversarii, dedisse initium, ut Ordinis sui incunabula turgentibus buccis in populos disseminarent ex tam insolito prodigio, ex quo, sive verum, sive falsum esset, nihil tamen gloriæ aut dedecoris, nihil utilitatis aut damni suæ Religioni, satis abundè insignibus præfulgenti pietatis prærogativis, conferre poterant; nec credidissent, ut exprobrat Launoius, non satis illustrem Brunonis historiam, quæ jam illo eventu careret. Si enim tam ipsi, quàm eorum posteri, amabant, ut quidam (*Columbus scilicet in sua de Cartusianorum initiis Dissertatione num.* 20) pro nobis observavit, quæritabantque illustria, & ad populi admirationem idonea dicere de Brunone, profectò longè illustriorem fecissent Vitam ejus & maximè ad vulgus admiratione suspendendum aptam, si quæ de Paulo, Antonio aliisque, seu monachis seu anachoretis, antiquioribus, legimus, affinxissent Brunoni & sociis ejus. At viri, veritatis amantes ac omnis fictionis osores, ingenuè, quod à Patribus audierant, de Brunone narraverunt juxta illud Moysis: "Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, „majores tuos & dicent tibi.„

C

anonymus alter multùm abludit.

348 Itaque cùm noster anonymus hanc historiam exscripserit ex ore narrantium, qui Brunonis socios noverant, vel saltem institutum nostrum professi fuerant ante seculum tertium decimum, id est, durante primo Ordinis nostri seculo, hinc sequitur, traditionem istam ultra sexaginta aut septuaginta post quorumdam ex nostri Ordinis autoribus mortem annos autoritate scripturæ non caruisse; quod vix reperire est in multis sanctæ Ecclesiæ traditionibus. Quot enim (extra omnem comparationem loquor) quantaque fuerunt, non solùm per unum, sed per duo, tria & adhuc plura secula ab Ecclesia credita, culta, servata, observata, quæ sola traditione, scriptis nondum firmata, nitebantur? Unde nihil hostes ejus habuerunt, nec hodie habent antiquius, quàm ipsius impugnare traditiones. Quibus etiam armis contra nos potissimè usus est Launoius, ut postea videbimus. *Hactenus auctor anonymus laudatus, toto suo ratiocinio hùc jam transcripto eò potissimùm spectans,*

D

ut suadeat, anonymum primorum quinque Cartusiæ Priorum Chronici auctorem, qui primus Parisiense doctoris tantisper redivivi seque damnatum publicè vociferati prodigium in litteras misit, hausisse id seu intellexisse ex ipsis primorum S. Brunonis *sociorum discipulis, aut certè ex ejusdem instituti monachis, qui illud ex hisce audiverant; quod postremum duntaxat velle videtur ratiocinio suo pariter huc jam transcripto Annalium Cartusiensium libri quarti hactenus non vulgati auctor. Ambo sanè, ut alterutrum suadeant, non immeritò laborant. Quòd si enim feralem historiam aut anonymus primorum quinque Cartusiæ Priorum auctor, aut qui huic illam narrârunt, è sociorum* S. Brunonis *discipulis audierint, quis falsam eam pronuntiare facilè audeat? Verùm qui, anonymum primorum quinque Cartusiæ Priorum Chronici auctorem è probato adeò fonte narrationem suam hausisse, probant?*

Ast chronographum illum jam tuum in vivis agisse.

349 Cùm igitur, *inquit Tractatûs de* S. Brunone *à Patribus Cartusianis hujatibus mecum communicati auctor*, hic anonymus (*primorum scilicet quinque Cartusiæ Priorum Chronici scriptor*) suum Chronicon scripserit circa vel ante MCCXL, potuit ineunte eodem seculo fieri monachus & ideircò hanc historiam accipere ab antiquioribus Patribus, qui eodem tempore superstites erant, ex quibus quosdam sociorum sancti Brunonis & cum eo nostri propositi fundatorum discipulos fuisse constat. *Ita ille; à quo anonymus Annalium Cartusiensium libri quarti hactenus non vulgati auctor non multùm abludit.* Qui primus, *ait*, ex Cartusiensibus hanc historiam scriptis mandavit, vivebat circa annum MCCXX; *ac deinde, nonnullis interpositis*, Hic primus hujus historiæ scriptor plures procul dubio monachos viderat, qui noverant aut saltem noviisse poterant quosdam ex discipulis prædictorum septem Ordinis primipilorum; quos quidem discipulos vitam scimus protraxisse ultra annum MCC..... Constare igitur debet præfatum scriptorem hanc... accepisse historiam à monachis, qui cum his & aliis sociorum sancti Brunonis discipulis convixerant. *Anonymum itaque primorum quinque Cartusiæ Priorum Chronici auctorem eo ipso tempore, quo aliquot è* S. Brunonis *sociorumque ejus discipulis in vivis superstites adhuc erant, vitam jam duxisse aut etiam Cartusianum jam fuisse professum, autumant, hincque ex his luctuosam historiam aut illum ipsum, aut certè eos, qui hanc ei narrârunt, hausisse. Verùm an jam tum anonymum, qui primus prodigium Parisiense litteris mandavit, in vivis fuisse, aut etiam Cartusianum exstitisse, alicunde constat? Scriptorem illum ante annum* 1250 *scriptioni manum verosimiliter non admovisse, num.* 12 *& seqq. ostendi, nec plura de ejus ætate, seu tempore, quo vivere monachumve agere inceperit, disputare decreveram; verùm cùm duo, de quibus hìc, scriptores jam inde, ut modò dictum, à seculi tertii decimi initio anonymum, qui primus Parisiense prodigium litteris consignavit, in vivis fuisse velint, hincque præcipuè illum hoc aut ex* S. Brunonis *ejusque sociorum discipulis, aut certè ex iis, qui hisce aliquando convixerant, didicisse contendant, lubet modò adhuc, an anonymi dicti ætatem non nimiùm maturent, aut etiam an hunc jam inde à seculi tertii decimi initio vixisse, utcúmque probent, examinare.*

hoc ratiocinio hæc loca,

350 *Annalium Cartusiensium libri quarti hactenus non vulgati auctor anonymum quidem illum,*

A *tum, quòd* Chartularii *in Cartuſia exſtantis*, circa *cujus* principium litteræ papales (*Urbani II*) & Siguini inſtrumentum (*tum hoc, tum illæ infrà recitabuntur*) inveniuntur, *mentionem faciat, anno circitèr* 1151 *Chronicon ſuum non ſcripſiſſe, nobiſcum* (*adi num.* 12) *omninò ſentit; verùm quò illum equidem jam inde ab anno circitèr* 1220 *vixiſſe probet, ſequentem diſſerit in modum:* Hunc tamen (*anonymum nempe primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctorem*) conjicimus vixiſſe ante tempora reverendi patris Boſonis, qui, circa annum MCCLX Ordinem noſtrum ingreſſus, Cartuſiæ regimen iniit anno MCCLXXVII. Quam conjecturam ſic ſtabilimus ex Chartulariis, quæ nunc habemus in Cartuſia. Ibi enim duo reperiuntur, unum ſub regimine R. P. Franciſci à Puteo, & illius curâ confectum anno MDVII, continetque duo volumina, in quorum priori ſub finem, non circà principium, ut dicitur in citato Chronico, ſunt litteræ præfatæ Urbani II. Inſtrumentum verò Siguini antè deſcribitur, ſed multùm poſt medium. Unde liquet, auctorem tractatûs non

B meminiſſe hujus chartularii. Et revera codex Thuaneus, quem omnes conſulere poſſunt, licèt noſtro codice recentior, longè ante hoc chartularium exaratus eſt. Alterum Cartuſiæ chartularium tribus ex voluminibus conflatum erat, quorum primum ultimo incendio periit, ut nobis cum dolore affirmant officiales Cartuſiæ; alia duo adhuc aſſervantur illæſa & integerrima diverſis characteribus exarata; quorum prius, quod fuit ſecundum, talem præfert titulum ad frontem indicis chartarum in eo contentarum: "In hoc volumine continentur chartæ & litteræ „domûs Cartuſiæ ad comitatum Sabaudiæ perti„nentes.„

quod inte-rim 351 Deinde ad verticem primi folii, quod continet primum inſtrumentum, datum anno tantùm MCCCIII, ſic legitur: " Hic incipit char„tularium novum de comitatu.„ Ex his verbis "Chartularium novum„ intelligimus quoddam aliud fuiſſe antiquius, quod etiam olim periit. Secundum hujus voluminis inſtrumentum datum eſt anno MCCCVI. Deinde ſequuntur multa alia diverſis temporibus tranſacta ab anno MCCVII ad annum MCCCXXVI, uno excepto dato anno MCCCXXXI, ſed quod in folio ſeparato deſcribitur. Cùm igitur charta, quæ hoc volu-

C men inchoat, data ſit anno MCCCIII; charta verò recentior ſit anno MCCCXXXVI, hinc rectè colligimus, idem volumen fuiſſe compoſitum ſub regimine & curâ Aymonis Prioris Cartuſiæ, qui præfuit ab anno MCCCXIII ad annum MCCCXXX; & quidem poſt deplorandum illud incendium, quod accidit anno MCCCXX; cujus flammis cùm forſan antiquius chartularium fuiſſet conſumptum, novum deſcribi curavit R. P. Aymo. Alterum volumen, quod erat tertium, pluribus etiam ſcriptum eſt manibus, quarum tamen nulla videtur recentior charactere prioris voluminis; unde & colligimus, illud fuiſſe inchoatum ſub eodem Aymone & continuatum ſub ejus ſucceſſoribus uſque ad annum MCCCXLVI, quo datum eſt inſtrumentum recentius hujus voluminis; quod etiam conjicimus ex his verbis ad caput Indicis appoſitis in hunc modum: *Ligetur iſtud chartularium ex integro cum po„ſtibus, quando videbitur eſſe ſatis groſſum & „perfectum; & poſteà incipiatur aliud.„ Deinde ſequuntur bullæ ſummorum Pontificum ab Alexandro IV ad Joannem XXII incluſivè. Poſt quas alio charactere deſcribuntur inſtrumenta, quorum primum datum eſt anno MCCC, cui talis præfigitur inſcriptio: "Hic incipit Chartularium „novum de Delphinatu.„ AUCTORE C. B.

bis recitat 352 Denique indiſcriminatim, ut in priori volumine, inſeruntur chartæ & litteræ ab anno MCCXV ad annum MCCCXLVI. Et in quibuſdam tranſumptis quædam etiam antiquiores, ut ſunt literæ ſancti Hugonis Gratianopolitani & aliæ. Sed in neutro amborum voluminum reperiuntur bullæ Urbani II & inſtrumentum Siguini abbatis. Non eſt igitur dubium, quin & primum ejuſdem Chartularii volumen, quod nunc deſideratur, procurante eodem R. P. Aymone, deſcriptum fuerit, in quo, ſi adhuc extaret, forſan præfatæ bullæ & Siguini inſtrumentum reperirentur, quod tamen non conſtat. Sed licèt id daremus, non ſequeretur, idem eſſe, de quo loquitur auctor noſter anonymus. Imò ex duobus ſequentibus voluminibus, quæ dicta fuiſſe NOVA, vidimus, conſequens eſt, hoc quoque primum volumen recens fuiſſe tunc temporis. Ac proinde aliud fuiſſe ab eo, quod flammam incendii anni MCCCXX devorâſſe credimus. Sed hæc o- E

mnis dubitatio adimitur ex tractatu R. P. Boſonis "De Origine & veritate perfectæ Religio„nis,„ in quo Chronicon noſtri anonymi de exordio Ordinis Cartuſienſis totum reperitur inſertum. Cùm enim Boſo præfuerit domibus Vallis ſancti Hugonis & Majoris Cartuſiæ ab anno MCCLXXII ad annum MCCCXIII, quo deceſſit; inde liquet chartularium, in præfato Chronico citatum, ante Boſonis tempora fuiſſe conſcriptum, ac propterea ipſum auctorem etiam ante annum MCCLXXII floruiſſe, cujus vitæ tempus aſſignantes circa annum MCCXX, nullum inde nos ſubire vituperium putamus, cùm etiam potuerit aliquot ante annos vixiſſe, ac etiam vidiſſe beatum illum ſenem Jancelinum, Priorem Cartuſiæ & alios plures monachos, diſcipulos diſcipulorum ſancti Brunonis aut etiam ſociorum ejus. *Ita Cartuſianus noſter annaliſta anonymus, Operis ſui loco non uno etiam indicans, chronographum anonymum, quem jam inde ab anno* 1220 *aut etiam citiùs in vivis fuiſſe, hìc ſtatuit, ab hoc ipſo etiam anno aut citiùs ſuam de primis quinque Cartuſiæ Prioribus lucubrationem elaborâſſe. Verùm in toto ejus huc jam tranſcripto ratiocinio nihil omnino occurrit, quod evincat, chronographum illum anonymum ſeu primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctorem anno illo inter vivos jam egiſſe, aut, ſi id ita habuerit, Chronicon ſuum concinnâſſe.* F

anonymorum illorum prior. 353 *Fac enim Chartularium, cujus in hoc, veluti Pontificias Urbani II litteras & Siguini abbatis inſtrumentum in capite præferentis, meminit, non eſſe illud, quod, curante Aymone Cartuſiæ Priore, poſt annum* 1320 *fuit conſcriptum, ſed aliud antiquius, quod V. G. jam inde ab anno* 1120 *aut etiam, ſi velis, citiùs fuerit confectum, hincne conſequens erit, ut chronographus anonymus, qui illud laudavit, jam inde ab eodem etiam anno aut in vivis fuerit, aut dictam lucubrationem ſuam adornârit? Cùm Chartularium antiquius, quod Pontificias Urbani II litteras & Siguini abbatis inſtrumentum complectebatur, anno demum* 1320, *quo Cartuſiæ incendium accidit, flammis fuerit fortaſſis conſumptum, aut certè citiùs periiſſe, non conſtet, ut quid id chronographus anonymus; etiamſi anno demum* 1290 *aut etiam nonnihil ſeriùs ſcriptioni manum admoviſſet, laudare non potuerit?*

AUCTORE C. B.

Neè quidquam ad rem facit, quod Cartuſianus noſter anonymus (adi ejus verba proximè recitata) adjungit de Boſone, qui ab anno 1272 uſque ad annum 1313 domibus Vallis ſancti Hugonis & Majoris Cartuſiæ præfuerit. Fuerit enim reipſa, quod in ſuo quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronico auctor anonymus laudat, Chartularium ante Boſonis ætatem conſcriptum, hinc tamen conſectarium nondum erit, ut ante hanc pariter ſen ante annum 1272 anonymus is ſcriptor floruerit, ſuamque lucubrationem adornârit. Quid nì enim, utut diu etiam poſt hunc annum ſcripſiſſet, Chartularium multò ante confectum nequierit laudare? Adhæc ex eo etiam, quòd Boſo concinnato aut à ſe aut juſſu ſuo, qui De Origine & veritate perfectæ Religionis *inſcribitur, Tractatui primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronicon integrum inſeruerit, conſequens neutiquam eſt, ut hujus auctor anonymus ante annum 1272 id exarârit.*

nec rationibus, quæ hîc proponuntur,

354 *Boſo enim, ut Tractatûs de* S. Brunone *à Cartuſianis hujatibus mecum communicati auctor modò hùc tranſcriptis verbis docet, tribus dumtaxat annis ante obitum ſuum, qui anno 1313 evenit, Tractatum proximè laudatum aut ipſemet ſcripſit, aut conſcribi fecit; nihil autem impedit, quò minùs in hunc quinque primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon, utut id auctor à decem dumtaxat aut etiam paucioribus annis concinnâſſet, potuerit inferri. Fuiſſe itaque hanc lucubrationem anno circitèr 1220 aut etiam citiùs elaboratam, nihil planè ex omnibus, quæ verbis proximè recitatis ab Annalium Cartuſienſium libri quarti auctore anonymo adducuntur in medium, evincit. Imò verò ne quidem ex hiſce ullo modo etiam conſequitur, ut lucubrationis ejuſdem auctor anonymus jam inde ab eodem dicto anno 1220 aut etiam citiùs inter vivos agere jam cœperit. At verò anonymus Tractatûs de* S. Brunone *à Cartuſianis hujatibus mecum communicati auctor, viam aliàm ingreditur, quò probatum det, eumdem primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctorem anonymum ab anno circitèr 1220 vixiſſe, imò jam tum Cartuſianum fuiſſe profeſſum, ac proin, quæ de Prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi memoriæ prodit, è* S. Brunonis *ſociorum diſcipulis, aliiſve ſaltem, qui rem ex hiſce audiiſſent, intelligere potuiſſe aut etiam reipſa intellexiſſe. Ait ergò, primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronicon, non quidem jam inde ab anno 1220, ſed ſaltem ab anno circitèr 1240 fuiſſe exaratum, ac proin hujus auctorem jam inde ab anno 1220 non tantùm vixiſſe, ſed & Cartuſianum fuiſſe profeſſum. Verùm anne rem utcúmque evincit? Chronici illius exemplar, quod in Bibliotheca Colbertina aſſervatur, Stephanus Baluzius* epiſtolâ *ad Cartuſianos datâ ab annis quadringentis quinquaginta, ac proin, cùm hæc ſeculo præterito, ad finem ferè jam provecto, ſcripta ſit, anno circitèr 1240 ſcriptum edocuit. Ita quantùm ad ſubſtantiam, quem proximè laudavi,* Tractatûs de S. Brunone *à Cartuſianis hujatibus mecum communicati auctor anonymus.*

poſterior evincit.

355. *Verùm unde illud Chronici dicti exemplar tantæ antiquitatis eſſe reſcivit Baluzius? Id ſanè vir clariſſimus, ut ſibi hac in re fidem faceret, debuiſſet adjungere. Reor ego, unicè illum è characteribus, quibus idem Chronici exemplar ſcriptum eſſet, tantam illius, quantam aſſerit, antiquitatem collegiſſe. Verùm etſi quidem è characteribus, quibus antiqua monumenta exarata ſunt, ſeculum propemodùm, quo exarata ſunt, determinari atcumque queat, quis tamen inde etiam annum circiter, quo exarari ea contigerit, ſat certò determinet? Qualecúmque igitur fuerit de tempore, quo, quod in bibliotheca Colbertina aſſervatur, primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronici exemplar ſcriptum ſit, Stephani Baluzii judicium, dubium mihi æquè ac antè manet, an Chronicon illud triginta aut etiam quadraginta annis ſeriùs, quam hìc ſtatuat, ſcriptum non ſit. Nec dubium illud mihi adimit, quòd, ut Cartuſianus proximè hìc laudatus Lucubrationis ſuæ num. 24 docet, Majoris Cartuſiæ chartularium, quod in Chronico, de quo hìc, laudatur, anno circitèr 1240 veroſimiliter fuerit confectum. Ut quid enim hoc à Chronicæ auctore, diu dumtaxat pòſt, imò triginta aut quadraginta etiam annis ſerius ſcribente, laudari non potuerit? Jam verò, cùm hæc omnia ita habeant, dubiumque proinde ſit, an anonymus primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctor non tunc primùm, cùm jam uno alterove decennio ſeculum decimum tertium medium eſſet elapſum, florere inceperit, dubium pariter ſit, neceſſe eſt, an primorum* S. Brunonis *ſociorum diſcipulos, alioſque, qui hoſce in Cartuſienſi Inſtituto proximè ſunt ſecuti, videre potuerit, diſcereque ex iis, quæ, ut communiter creditur, primus omnium de prodigioſa doctoris Pariſienſis anaſtaſi litteris mandavit.*

Neque ſi res ſecùs foret, vera inde illum

356 *Atque hinc porrò jam ſit, ut ambigendum ſit, verane traditione, ſeu an ab ipſomet* S. Brunone *ejuſque primis ſociis, rei geſtæ ſynchronis, ſeu viva voce ſeu alio quovis modo fuerit feralis de doctore damnato narratio ad poſteros tranſmiſſa, à quibus deinde ad ſequioris ætatis Cartuſianos ac tandem ad anonymum, qui eam primus omnium litteris conſignavit, pervenerit. Quod cùm ita ſit, manet Pariſienſe prodigium pro parium veriſimili habendum, maximè ob univerſale ſcriptorum omnium antiquorum de hoc ſilentium, quos inter, ut jam ſuprà docui, nonnulli veroſimiliter ſunt qui illud, ſi fuiſſet, ſcituri, ſcitumque commemoraturi fuiſſent. Atque ita ſanè in opinione, quâ primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologus jam inde ab anno circitèr 1220 non vixiſſe, nedum Cartuſianum egiſſe, ſtatuitur, res ſeſe habet. Nec aliter etiam ſeſe haberet, etſi cum jam tum in vivis egiſſe Cartuſianumque fuiſſe profeſſum, tantiſper daremus. Etſi enim illum, ſi jam inde ab anno circitèr 1220 Cartuſianus exſiterit, feralem de doctore damnato narrationem è ſociorum* S. Brunonis *diſcipulis, aut certè ex iis, quibus hi illam retulerant, intelligere potuiſſe, bini ſcriptores anonymi verbis ſuis proximè recitatis rectè doceant, id tamen reipſa factum, neutiquam probant. Rem quidem potiùs ex hiſce, quàm ex incerto credulæ plebis rumore didiciſſe laudatum chronologum, exiſtimandum indicant; aſt, præterquam quòd nec id ulla ratione probatum dent, contrarium exiſtimandum videtur, tum quòd, unde narrationem ſuam hauſerit, non edicat, idque nihilominùs, ſi è probato adeò fonte eam hauſiſſet, veroſimiliter, ut num. 329 jam docui, fuiſſet facturus, tum quòd prodigium Pariſienſe narraturus dicat,* Tale ibi (*Pariſiis nempe*) prodigium dicitur accidiſſe, *ſicque ambigentis potiùs quàm aſſeverantis in modum de horrenda hiſtoria loquatur, de qua tamen, ſi ei vel à ſociorum* S. Brunonis *diſcipulis, vel ab iis, qui eam ex hiſce audiviſſent, fuiſſet relata, dubitaturus veroſimiliter non fuiſſet.*

A *traditione didiciſſe prodigium, conſtaret.*

357 *Adhæc anonymus quinque primorum Carthuſiæ Priorum chronologus, utut jam inde ab anno circiter* 1220 *vixiſſe ſtatuatur, quadraginta equidem & centum circiter annis à prodigio Pariſienſi abfuerit; etſi autem ſubinde quidem contingat, ut, quæ à ſcriptoribus non ſynchronis memoriæ produntur, vera ad hoſce traditione perveniſſe ſint credenda, id tamen locum vix obtinere poteſt, quando, uti hîc fit, quæ narrantur, ſunt hujuſmodi, ut, ſi contigiſſent, à ſcriptoribus etiam ſynchronis veroſimiliter commemorata fuiſſent, nec tamen ab horum ullo commemorata inveniuntur. Nec quidquam ad rem facit, quod de Eccleſiæ traditionibus addit Tractatûs à Carthuſianis hujatibus mecum communicati auctor; cùm enim, quæ traditionibus hujuſmodi accepta fuêre, diu fuiſſe, imò per unum, duo, tria aut etiam plura ſecula in Eccleſia credita, culta & obſervata dicat, de traditionibus Divinis & Apoſtolicis indubiè loquitur;* Quemadmodùm *autem* nihil (*verba ſunt Papebrochii noſtri in ſuis ad Exhibitionem errorum Reſponſionibus articulo* 19, *num.* 11) pro Divina & Apoſtolica traditione recipitur, quod ex ſanctis Patri-

B bus non probatur ipſorum ætate fuiſſe obſervatum in Eccleſia univerſali, tamquam ab initio ſic traditum; ita nec humanas, prætenſas ut tales, prudenter admittimus, quæ vel cum certioribus auctoritatibus pugnant, vel nequiviſſent ab antiquioribus non attingi aliquando, ſi veræ forent. *At verò, inquies, unde ergò de Pariſienſi prodigio, ſi traditione vera acceptum id non ſit, ortus eſſe poteſt incertus, ut vult Launoius, in Carthuſianorum clauſtris rumor? Illudne hi forſan confinxerint? Ita ferè etiam bini Carthuſiani anonymi ſuprà laudati. Verùm, etſi id anonymus primorum quinque Carthuſiæ Priorum chronologus vera traditione non didiciſſe ſtatuatur, conſequens tamen hinc non ſit, ut id vel ex incerto rumore vel è Carthuſianorum antiquorum figmentis acceperit. Quid ſi enim horrenda damnati hiſtoria non publicè, ſed intra privatas defuncti ædes coram paucis acciderit, temporiſque deinde lapſu in adjunctis, nullo licèt interveniente figmento, fuerit corrupta? Fieri ſanè id potuiſſe, ex infrà dicendis pateſcet, uti & modus, quo factum eſſe queat.*

C

§ XXI. Alia quædam facientia pro prodigio, quo doctor Pariſienſis, ſeſe damnatum, adſtanti multitudini publicè è feretro denuntiârit, rationum momenta afferuntur, & an ex his tandem illud veroſimile utcúmque non fiat, examinatur.

E judicii infernique timore eremum petiiſſe in S. Mariæ Remenſis,

QUòd è *titulis funebribus, quîs Sancto noſtro eccleſiæ monaſteriaque diverſa parentârunt, nonnulli, eum è divinorum judiciorum infernique timore in eremum ſeceſſiſſe, haud obſcurè indicent, hinc, in illis ad luctuoſam damnati doctoris hiſtoriam alludi, anonymus Tractatûs de* S. Brunone *à Carthuſianis hujatibus mecum communicati auctor conjicit; quod ſi autem ad feralem eventum reipſa in dictis Titulis alludatur, conſequens eſt, ut hic non tantùm acciderit, verùm etiam ut publicè acciderit, utpote quem alioquin eccleſiæ monaſteriaque, quorum ii ſunt, perſpectum haud habuiſſent. Ne quid itaque, quod prodigio Pariſienſi utcúmque favêre, videri poteſt, inobſervatum præteream, laudati auctoris anonymi verba, memoratam conjecturam complectentia, unà cùm titulis funebribus, quibus hanc ille ſuperſtruit, huc tranſcribo, deinde etiam, quæ mea hac de re ſit opinio, adjuncturus. Sic habent:* Veram illius (S. Brunonis *videlicet*) ſeceſsûs *in eremum* cauſam nulli ita apprimè cognoſcere potuerunt, quàm eccleſiæ, *in qua Sanctus olim egerat canonicum*, Sanctæ Mariæ Remenſis canonici, qui eam ſuo Titulo, *qui inter edendos locum* 54 *tenet*, ſic inſinuant:

"Judicis examen venturi Bruno paveſcens;
„Mundanas contempſit opes, eremumque
„petivit;
„Atque ſuavis ibî fructus emiſit odoris,
„Ad Chriſtum revocans, quos gloria vana
„fefellit.„

E *aliiſque, qui huc*

359 Radulphus Viridis præpoſituræ dignitate in ea eccleſia tum gaudebat, qui forſan hujus Tituli auctor ad invitationem, quâ paulò antè per epiſtolam ad monaſticum habitum ex voto induendum à Brunone incitatus fuerat, tacitè alludit his verbis "Ad Chriſtum revocans, „quos gloria vana fefellit.„ Eccleſiæ Remenſi adſtipulatur particularis eccleſia S. Bartholomæi in monte Or, non longè ab eadem urbe diſſita, cujus elogium, *inter Titulos funebres edendos ordine* 65, totum eſt de mortis & inferni horrore, quo territus Bruno dicitur eremum penetrâſſe.

"Orbis amareſcens claudeſcit pondere mor-
„tis,
„Et trahit ad ſpeciem humanæ per devia
„ſortis.
„Mergit & exilio propriorum quæque tabe-
„ſcens:
„Unde tumeſcis homo miſer hac ætate ſe-
„neſcens;
„Fonte Carybdineo mergêris ad ultima fi-
„nis;
„Ac cinis in cineres ſolvêris ut umbra lu- F
„cernis,
„Eſt labor ejus amor, & inextricabilis error,
„Defectu cujus animam complectitur hor-
„ror,
„Poſtquam nudata fuerit de carcere car-
„nis
„Vel fatanæ ducibus huc circumſepta cater-
„vis.
„Quod metuens animoſus in hoc diſcrimine
„Bruno
„Servitio penetrat eremum certaminis uno,
„Linquit opes mundique decus, ne gloria
pœna
„Fiat in interitum &c.„

tranſcribuntur, titulis funebribus

360 Simile quid primariæ eccleſiæ Pariſienſis canonici amico Brunoni parentantes (*Titulo nempe inter recudendos* 109) ſuccinunt.

"O vos mundani, qui re gaudetis inani,
„Spernite culturam carnis ſubitò peritu-
„ram.
„Corpus enim vaſtum varia pinguedine pa-
„ſtum

„Quò

AUCTORE C. B.

„Quò magìs impletur, putidum magis effi-
„cietur.
„Cur impinguatur caro, quâ vermis satia-
„tur ?
„Cur adeò cupimus bona, quæ retinere ne-
„quimus ?
„Quos malè seducit mundus, per devia du-
„cit,
„Et sectatores carnis fallit per honores,
„Blandaque prætendit, dum nobis retia ten-
„dit.
„Est & in hoc mundo mundanis sollici-
„tudo,
„Pænaque lucratur pœnam; caro bis cru-
„ciatur.
„Qui lucra sectantur, subitâ nece præcipi-
„tantur,
„Et subeunt antrum carnes animæque bara-
„thrum.
„Hæc satis attentè pertractans Bruno repen-
„te,
B „Ille magistrorum decus, informatio mo-
„rum,
„Remigium turbæ Remensis major in urbe
„Mundum despexit, iter ad cælestia fle-
„xit,
„Vilibus indutus pannis te, Christe, se-
„cutus,
„Huic igitur cœli pateant, populoque fi-
„deli,
„Cum quo lætatur Bruno, semper socia-
„tur. „

361 Monachi quoque sancti Germani ejusdem Urbis (*Parisiensis nempe*) testantur (*in Titulo funebri nimirum* 26) Brunonem ultimi judicii recordatione perterrefactum fuisse.

Bruno innuitur. Prodigium tamen Parisiense vel hinc,

„Mentibus in nostris deberet semper ha-
„beri
„Lux, in qua reprobi mala tollent, seu bo-
„na justi.
„Hanc timuit Bruno, sophiæ qui verus a-
„mator. „

Ex his & quibusdam aliis titulis, qui similia indicant, non absurdè conjectare possumus, Brunonis amicos in eis implicitè alludisse redivivi hominis spectaculo; illos verò non clarè historiam designâsse, ne famam illius ejusque consanguineorum violare viderentur. Fatemur eadem de quolibet alio, mundo valedicente, cujus conversionis causa latet, dici posse, sed cùm apud omnes Cartusienses semper ratum fuerit, Brunonem ex horrendo damnati magistri judicio tremefactum mundo abrenuntiasse, gravis inde
C conjectura elicitur, idem judicium in prædictorum titulorum verbis contineri. Cur enim amici ei cariores, qui optimè callebant, quænam illius conversionis causa fuerit, non aliam præter mortis, judicii & inferni timorem attulerunt? Cur nihil de Manassæ Simoniaci accusationibus, aut ejus perversis moribus meminerunt, si Brunonem in eremum impulerunt, ut Launoius ex Guiberto necessariò consequi vult? *Ita hactenus ille, qui cùm fateatur, quæcúmque in Titulis funebribus huc jam transcriptis aliisque continentur, esse hujusmodi, ut de quolibet alio, qui mundo valediceret, possint pronuntiari, formatæ à se ex hisce conjecturæ multum roboris non ineſſe, haud obscurè agnoscit; quâ sanè in re assentiendum ei hîc est, uti consideranti patebit. Ad alia modò, quæ pro prodigiosa doctoris anastasi facere utcúmque videntur, progrediamur.*

D *vel ex picturis*

362 *Saussaus in Didascalica sua Epistola, suprà plùs semel jam laudata, quæ anno* 1645 *typis Colonienſibus in lucem prodiit, in Parisiensis prodigii subsidium etiam vocat imagines & celebrem Cartusiæ Parisiensis picturam, horribilem damnati doctoris historiam exprimentes. Ac primò quidem de hoc argumento pag.* 22 *sic scribit:* Accedebant figuræ & imagines, quibus funestum illud spectaculum repræsentabatur. Hæ expressæ erant in sacrarum precatiuncularum, quas Horas vocitant, libellulis, immò etiam in Breviariis aliquot, atque Missalibus non modò hujus (*Parisiensis nempe*) diœcesis, sed aliarum quoque nonnullarum. *Ac deinde eadem pag.* 22 *sic habet:* Insuper ostendebatur nobis celebris illa pictura, quæ in monasterii Patrum Cartusianorum hujus (*Parisiensis*) urbis claustro ecclesiæ propinquiori etiamnum cernitur, seriem exprimens vitæ miseri hujus hominis & funesti excessus horrendæque illius damnationis, ab ipso publicè in ecclesia post mortem declaratæ, & ejectionis ejus cadaveris in profanum locum E horribilem catastrophen. *Hæc ille; verùm ad posteriora Launoius in sua de vera causa secessûs* S. Brunonis *in eremum Dissertatione ita respondet:* Hæc pictura nihil plus habet auctoritatis, quàm libri, ex quibus originem trahit. Designatum argumento suo tempus non excedit, sed longo pòst intervallo sequitur. Ad annum quippe MDXXXII delineata est, ut scriptum nuper videbatur supra portam, quâ è minore itur ad majus claustrum: nuper, inquam, cùm, vertente superiori anno pictura illa celebris partim deleta sit, partim novis, quæ parietinis adhærent, substructionibus, iisque cùm lapideis, tum ligneis arcuatim dispositis occultetur.

imaginibusque,

363 Deinde recentem fuisse figuram omnino testabatur forma pilei, quo tectus Bruno auditores suos hinc inde docebat. Hoc enim capitis operimentum, quod in veteribus academiæ libris biretum rotundum & vocabatur & erat, ad annum MDXX aliter deformari cœpit, & in cornutum quadrum definere; cujusmodi erat pileus seu birretum magisterii insigne, quo, ut diximus, Brunonis caput tegebatur. Ceterùm qui pinxit prodigium, & qui fratres pingi curârunt, illud ita evenisse, ut pingebatur, opinor, credide-
F runt, sed decepti fuêre ab iis, qui pingendæ rei falsæ argumentum dederunt; *ad priora autem ita reponit:* Vidimus quoque multos ejusmodi libros, in quibus nihil tale comparebat. Cur autem in quibusdam Parisiensis & aliarum diœceseon libris hæ figuræ & imagines pingerentur, in aliis non pingerentur, conjiciet, qui voluerit. Nos tamen auctori (*Saussaio videlicet*) fidem habemus. Sed hæ figuræ & imagines nullius sunt momenti, cùm iis tantùm fulciantur auctoribus, quos rejecimus. Eas verò imagines, quæ Brunonis tempore depictæ essent, tanquam veritatis testes amplecteremur. *Ita Launoius; & sanè rectissimè:* Ex picturis *enim* & imaginibus, *uti deinde in Dissertationis suæ cap.* 3 *conclusione tradit*, non antè solidum argumentum duci *potest*, quàm quo expressæ fuerint, certum tempus definiatur; *ratio autem est, quia, ut ibidem etiam addit*, Pictores ad exemplar rerum, quæ suo tempore creduntur vulgò, vel geruntur, imagines suas efformare solent, *ita ut, si* fingamus imaginem, quæ centum aut ducentos abhinc annos depicta sit, confectarium *futurum sit*, rem, quæ *eâ* exhibe-

A hibetur, ita tunc creditam vulgò, vel geſtam eſſe. *Hinc Pariſienſi prodigio fidem conciliare nequeunt, quibus id exprimitur, ſeu imagines & picturæ ſeculi quarti decimi, num.* 220 *hîc memoratæ, ſeu tabellæ, Ordinis Cartuſienſis ſtatutis & conſuetudinibus anno* 1510 *Baſileæ excuſis præfixæ; hîc enim argumento dumtaxat ſunt, feralem hiſtoriam tum ſeculo quarto decimo, tum anno* 1510 *creditam fuiſſe; unde minimè conſequitur, ut locum hæc umquam certò habuerit. Sed hæc de picturis imaginibuſque, luctuoſum eventum repræſentantibus, dicta ſufficiant.*

vel ex Officio Defunctorum olim mutato, vel ex capella,

364 *Sauſſaus in horribilis hiſtoriæ probationem eâdem iterum pag.* 22 *Epiſtolæ ſuæ didaſcalicæ ait, factam illam ſibi ex eo probabiliorem, quòd, uti intellexerat, in Pariſienſi de Defunctis Officio è Lectione quarta illud hujus exordium;* Reſponde mihi, *fuiſſet aliquando deletum,* quòd clerico in Officio funeris hæc verba de more pronuncianti reſponderit miſer ille defunctus: "Juſto Dei judicio accuſatus ſum,
B „deinde judicatus ſum, demum verò damnatus.„ *Verùm Sancti noſtri ætate in Pariſienſi de Defunctis Officio veroſimiliter vel nullas fuiſſe Lectiones recitatas, vel haſce, è quibus proinde aliqua ab his verbis,* Reſponde mihi, *incepiſſet, è libro Job non fuiſſe depromptas; jam ſuprà oſtendi. Jam verò, cùm id ita ſit, dubium ſanè admodùm eſt, ne amplius quid dicam, an vera prædicârint, qui ob cauſam, proximè recitatis verbis expreſſam, verba illa,* Reſponde mihi, *in Pariſienſi de Defunctis Officio è Lectione quarta fuiſſe aliquando expuncta, Sauſſæo retulerunt. Vide, quæ huc ſpectantia in ſua de vera cauſa ſeceſſûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione ſuppeditat Launoius, cui hac in parte à nemine contradici invenio. En aliud adhuc, quod pro Pariſienſi prodigio adducitur, argumentum. In Pariſienſi, aiunt, eccleſia Sanctiſſimæ Dei Genitrici dicata, capella eſt, quæ* Damnati capella *dicitur, hocce adeò nomen à damnato ſeu canonico ſeu doctore, qui in dicta eccleſia juſto Dei judicio ſe accuſatum, judicatum ac tandem etiam damnatum, publicè coram innumera propemodùm populi multitudine proclamârit, haud dubiè fortita. Verùm Pariſienſem, quæ modò exſtat, S. Mariæ eccleſiam nondum fuiſſe* S. Brunonis *ætate exſtructam, docet nos Robertus de*
C *Monte in Sigeberti Appendice ad annum* 1177 *ſic ſcribens:* Mauricius epiſcopus Pariſienſis jam diu eſt, quod multum laborat & proficit in ædificatione eccleſiæ prædictæ (*Pariſienſis*) civitatis, cujus caput jam perfectum eſt, excepto majori tectorio. Quod opus ſi perfectum fuerit, non erit opus citra montes, cui apertè debeat comparari.

qua damnati dicitur, nomenclatione,

365 *At verò, aiunt, eo loco, quo Mauricius epiſcopus Pariſienſem S. Mariæ eccleſiam exſtruxit, alia antè exſtitit eccleſia, damnati capellam complexa, hæcque in novo ædificio fuit retenta & conſervata.* Scilicet, *ait loco proximè citato ironicè Launoius,* ad memoriam rei tantæ ſempiternam, ut nomen illius, cui ſepulturæ honos denegatus fuerat, baſilica tali cohoneſtaretur. Tantum abeſt, ut, quem Pariſienſis clerus Morboniam abire juſſerat, perpetua inobſcuraret oblivio. In has, velint nolint, compelluntur anguſtias, qui verum à falſo non ſecernunt. *Ita ille, iterùm nimirum innuens, in fabulis indubiè habendam luctuoſam damnati hiſtoriam. Et verò hæc, ut jam ſuprà docui, etſi certò fabula ſeu commentum non ſit, parùm equidem veroſimilis apparet, nec quidquam ei veroſimilitudinis poteſt adjungere capella, quæ* Damnati vocatur. *Quid ſi enim hæc ita à populo, feralem hiſtoriam, utut numquam factam, in præfata tamen eccleſia accidiſſe, per errorem exiſtimante, fuerit vocata? Quid ſi à damnati, non quidem, qui ibidem damnationem ſuam publicè declarârit, ſed alterius cujuſcúmque, imagine ſeu figurâ, ibidem exſtante, nomenclationem illam acquiſierit? Quid ſi etiam hinc lapſu temporis factum ſit, ut erronea de canonico ſeu doctore, qui, ſeſe damnatum, in eadem dicta eccleſia publicè proclamârit, apud populum invaluerit opinio? Utut res habeat, non una ſanè de cauſa orta eſſe poteſt illa capellæ Pariſienſis eccleſiæ nomenclatio, ac proin ex hac pro luctuoſa doctoris damnati hiſtoria validè argui non poteſt. Atque hæc ſunt rationum momenta præcipua, quæ pro Pariſienſi prodigio præterea inveni, quæque pro hoc adſtruendo aut nihil, aut certè parùm admodùm faciunt, uti ex jam dictis palàm eſt. Alia, quæ minoris adhuc, quàm hæc, roboris ſunt, omittò,* F *ne rem planè inutilem præſtem ac ſupervacaneam.*

vel ex chart.

366 *Atque hinc etiam ſignatas anno* 1084 *fundationis Cartuſæ tabulas exaratumque anno* 1115 *Grandimontenſem codicem nec hîc, nec ſuprà comm morare, initio ſtatueram, quòd & hunc, & illas, pro prodigio Pariſienſi mala fide aut ſaltem immeritò, non ſecùs ac nonnulla alia, hîc proinde non memoranda, à Polycarpo de la Riviere, Ordinis Cartuſienſis alumno, allegari, Papebrochii noſtri verbis, num.* 196 *huc tranſcriptis, perſuaſum mihi haberem. Verùm cùm modò intelligam, fieri poſſe, ut bina illa monumenta à prefato ſcriptore Cartuſiano in Opere, quod* Angelica *inſcribitur, quodque anno* 1626 *typis Lugdunenſibus in lucem prodiit, nec mala fide, nec etiam immeritò laudari, adducta à Theophilo Raynaudo in Hercule Commodiano rationes non nemini ſuadeant, lubet & haſce, antequam prodigii Pariſienſis diſcuſſioni finem imponam, lectori ob oculos ponere, ſimulque, cujus ſint ponderis, examinare. Raynaudus itaque in Opuſculo cit., ſerie* 2, *quæſito* 3, *ut fundationis Cartuſiæ chartam, in qua prodigium Pariſienſe memoretur, mala fide à Polycarpo de la Riviere non fuiſſe citatam, oſtendat, ſic ſcribit:* Optimus & religioſiſſimus pater, Juſtus Perrot Pariſinus, qui paulò antè ex Cartuſiæ ſcriba evectus in Generalem exceſſit è vita ſanctiſſimè, viſam à ſe eam (*fundationis ſcilicet Cartuſiæ*) chartam, nec recenti manu, ſed antiquiſſima exaratam, doctoris damnati prodigium in libri capite continentem, confirmavit. Nec ego id ſolus aſſero, qui ejus Neſtoris alloquiis & benevolentiâ, cùm me in Cartuſiam benignè advocâſſet, honeſtatus ſum, ſed idipſum ab ore ejus acceptum, non ſemel, ſed ſæpiùs dominus Chryſanthus Paulinus, Prior Vallis benedictionis ſecundum Avenionem, vir ſuo merito & antiquitatis prærogativa inter primarios Cartuſiani Ordinis patres annumerandus teſtatur, & atteſtantur ſuperſtites alii bene multi, ut non poſſit eſſe, niſi ex mera obfirmatione, dubitandi locus.

fundationis Cartuſiæ.

367 *Hæc ille; è quibus ſanè, fundationis Cartuſiæ Chartam à Polycarpo mala fide pro prodigio Pariſienſi non fuiſſe laudatam, mihi ſat veroſimile apparet. Verùm quid ſi tam hic ſcriptor, quàm laudatus à Raynaudo Juſtus Perrot in Charta illa eſſe, quod verè in ea non erat, per errorem exiſtimârit? Quî factum id eſſe queat, ſeu potiùs fa-*

AUCTORE C. B.

ctum sit, docent nos hæc Cartusiani nostri anonymi num. 206 *huc transcripta verba:* Inter quos (*libros ab Aymaro Savelli, Cartusiæ Majoris professo, conscriptos*) unus adhuc exstat scriptus anno MCDLV, in quo hæc nostra (*de damnato doctore*) historia iisdem prorsus verbis, quibus habetur in veteri nostro auctore anonymo, exprimitur cum tali inscriptione ad frontem: "Quo-„modò Ordo Cartusiensis habuit originem.„ Statimque post enarratam historiam sequuntur litteræ fundationis Cartusiæ anni MLXXXIV. Unde putamus, natum errorem D. Polycarpi de la Riviere, inter auctores, qui hujusmodi prodigii meminerunt, easdem litteras recensentis, contra quem propterea, velut malæ in scribendo fidei hominem, Launoius paulò acriùs invehi visus est. *Quidquid igitur de Charta fundationis Cartusiæ, in qua prodigii Parisiensis mentionem invenerit, Perrotus Cartusiensis Ordinis Generalis affirmârit, id verosimillimè dumtaxat per errorem eo modo, quem hîc Cartusianus noster anonymus exponit, admissum affirmârit, ut proinde, etsi quidem fortè non mala fide, perperam tamen seu immeritò pro luctuosa historia monumentum illud, utpote hujus mentionem non faciens, allegârit Polycarpus, uti hîc etiam ingenuè agnoscit Cartusianus noster anonymus. Nec est, cur hîc cum Raynaudo reponas, chartam fundationis Cartusiæ à charta donationis ejusdem esse diversam, prodigiique non in hac, quæ modò adhuc exstat, sed in illa, quæ Cartusiæ conflagratione perierit, mentionem factam fuisse. Chartam enim fundationis, quæ à charta donationis Cartusiæ esset diversa, aliquando exstitisse, nec verosimile apparet, nec ullo argumento potest probari.*

B

vel denique è Chronico Grandimontensi certum haud redditur;

368 *Quod jam ad codicem Grandimontensem, à Polycarpo pro prodigiosa doctoris anastasi pariter laudatum, pertinet, fidem quidem Launoii, qui, quæ in codice illo seu Chronico de prodigio scripta inveniuntur, recentiori, imò recentissima manu scripta esse, asseveravit, elevare conatur Raynaudus; verùm Launoio, id post inspectum suismet oculis codicem asserenti, fidem adhibendam puto, tum quòd, quæ Raynaudus adducit, magni roboris non sint, tum quòd Columbius in sua de Cartusianorum initiis Dissertatione Grandimontense Chronicon pro prodigiosa doctoris anastasi non laudet, quique, cùm illud, nî vera prædicâsset Launoius, haud dubiè fuisset laudaturus, malam Polycarpi in monumento illo citando fidem tacitè agnoscit, uti jam ante me verbis num.* 196 *huc transcriptis Papebrochius noster observavit. Accedit, de Polycarpi in citandis monumentis pluribus aliis mala fide constare, ut vel hinc, fuisse eum & in citando Grandimontensi Chronico mala fide usum, verosimillimum evadat. Jam verò cùm res, ut jam dictum, de hoc monumento & charta fundationis Cartusiæ habeat, nequit etiam vel ex hac vel ex illo prodigium Parisiense certum effici. Neque verò, quod coronidis quodammodò loco hîc adhuc adnotare lubet, ipsemet Cartusianus Annalium Ordinis sui libri quarti hactenus non vulgati auctor feralem historiam, si publicè accidisse statuatur, pro omninò certa habuit.*

C

neque verò ab ipso Cartusiano nostro anonymo, uti ejus,

369 *Ita enim lucubrationis suæ num.* 127 *loquitur:* Cur igitur . . . anonymo nostro (*primorum quinque scilicet, qui luctuosum eventum publicè accidisse, scribit, Cartusiæ Priorum Chronici auctori*) fides derogetur, non videtur; *ac deinde, nullis prorsus aliis verbis interpositis, num. proximè seq. subjungit:* Fidem dicimus & exposcimus non divinam, sed humanam, sive potiùs fidei pietatem. Fatemur enim, hujus spectaculi veritatem non esse de fide; quapropter sive admittatur, sive non, nihil refert. Verùmtamen non putamus, à cordatis lectoribus ei posse denegari locum inter veritates illas, quæ sine fidei læsione aliquam apud pios homines credulitatem obtinere possunt. De quibus Joannes Gerson, vir æquè pius ac doctus, sic loquitur in Declaratione veritatum, quæ credendæ sunt de necessitate salutis: "Demùm in „sexto gradu, qui quartus est modo dicto, collocantur veritates illæ, quæ tantummodò faci-„unt ad nutriendam vel fovendam devotionis „religiosam pietatem, quæ magis inducuntur ad „inflammandum affectum, quàm ad instruen-„dum intellectum, ubi pietas devota magis a-„spicitur, quàm veritas certa &c.„ His Gersonis verbis non labefactatur, nec falsitatis damnatur, aut arguitur nostra de damnato homine narratio. Imò quis non videat, eam aptissimè posse collocari inter " veritates illas, quæ tan-„tummodò faciunt ad nutriendam vel fovendam „devotionis religiosam pietatem?„ Et licèt in eis "Pietas devota magis aspiciatur, quàm veri-„tas certa, „ nihilominùs " Veritates eas „ appellat piissimus doctor, & in sexto gradu "Ve-„ritatum credendarum „ collocat. Quid convenientius confirmandæ stabiliendæque veritati nostræ narrationis dici poterat? Quam quotidie experimur multum " Facere ad nutriendam vel „fovendam devotionis religiosam pietatem, „ cùm multi & " devotam pietatem & veritatem „in ea aspicere non contemnunt.

D

E

quæ hîc transcribuntur.

370 Attamen Gerson non minùs prudens, quàm religiosus, ne " veritatem „ sub specie "pietatis devotæ„ negligere videretur, præcitatis verbis moderamen statim adjecit dicens: "Ubi hoc unum reprobatur, si adesset assertio-„nis temeritas, priusquam elucidaretur alio mo-„do per Ecclesiam, vel rationem certam ipsa „veritas„ Si videlicet temere res aliqua asseretur, de cujus veritate taliter dubitaretur, & esset adeò dubia, ut " Per Ecclesiam vel ratio-„nem certam„ meritò esset elucidanda. Atqui nulla hîc adest in assertâ de damnato homine veritate "Assertionis temeritas„ neque ullam in ea esse temeritatem ipse Gerson, credidit, quando posteà, " de plurimis, „ ut ipse loquitur, „exemplum hoc unum & celebre„ proposuit ad inspirandum "exercitatis„ timorem Domini, & " ad nutriendam vel fovendam devotionis re-„ligiosam pietatem.„ Nec opus fuit, ut illa per „Ecclesiam vel rationem certam elucidaretur,„ quæ satis erat lucida, quamque propterea " cele-„brem„ vocavit Gerson, utpotè ab institutione Ordinis (*dubium admodùm ex suprà dictis hoc est*) absque contradictione recepta & approbata. Quam tot auctores asseruerint, nullus damnârit, cui hactenus universus populus Christianus aures accommodârit; quam universus Ordo Cartusiensis, etsi non nisi valde remotè spectet ad laudem ejus, per sexcentos annos (*dubium iterum valde hoc est ex supra dictis*) ad hanc usque diem constanter, perseveranter & unanimiter certam & veram esse crediderit & credat, solo uno eam impugnante Launoio. Cui denique summi Pontifices annuerint, & Gregorius XV & Urbanus VIII hanc apertè in Officio sancti Brunonis appositam approbârint, licèt posteà sacræ Rituum Congregationi visum fuerit, eam cum professione fidei, à sancto Brunone animam

F

A mam efflante edita, è lectionibus Breviarii rescindere, non aliam ob causam, quàm quòd ex utraque factæ fuissent nimiùm longiusculæ, ut posteà sapientissimi censores causam rescisionis scisitantibus declarârunt.

verba manifestant,

371 Et revera, si tamquam fabulosa è Breviario tunc sublata fuisset, cur posteà aliis Breviariis, annis MDCXLVIII & MDCLII recèns editis, restituta fuisset? Cur quotidie doctores Legendas Sanctorum suis chirographis comprobant, in quibus Vita Sancti Brunonis cum ejusdem spectaculi narratione describitur? Id certè ab eis sic agitur & à sacra Rituum Congregatione sinitur, quia nihil in hac narratione fidei contrarium deprehenditur. Juxta quod idem magister Gerson loco citato censuit, Vitas Sanctorum contineri sub sexto gradu veritatum credendarum. "Respicit,, inquit, "iste gradus Legen-„das & miracula Sanctorum, Vitas Patrum, „visiones devotarum personarum, recitationes „& opiniones sacrorum doctorum, quæ omnia „suscipit Ecclesia & legi permittit, non quòd „determinet, talia de necessitate salutis esse cre-„denda, sed quia proficiunt ad commovendos B „affectus pios fidelium & in ædificationibus ipso-„rum, dum in talibus nihil de certitudine sci-„tur esse falsum, quamvis etiam nesciatur il-„lud certitudinaliter esse verum.„ Hæc Gerson, qui cùm superiùs dixisset in genere, "in sexto „gradu collocandas esse veritates illas, quæ tan-„tummodò faciunt ad nutriendam, & fovendam „devotionis religiosam pietatem,„ hîc, quænam sint illæ in specie, declarat, "Legendæ„ scilicet "&c„ & Miracula Sanctorum, Vitæ Patrum, Visiones„ &c, quæ omnia inter veritates collocantur & pro talibus recognoscuntur, & censentur ab Ecclesia, quæ illa legi permittit, neminem tamen cogens ad ea credenda, sicut cogit ad Biblia, sed legi permittit, non prohibendo, nec, ut credantur esse vera, præcipiendo. Et quidem permittit legi, "Quia, ut ait Gerson, „ proficiunt ad movendos affectus pios fidelium & in ædificationibus ipsorum." Et hoc cum tali „conditione, „ Dum in talibus nihil de certi-„tudine scitur esse falsum, quamvis etiam „nescitur illud certitudinaliter esse verum.

pro certo habetur.

372 Vitas igitur & miracula Sanctorum, visionesque & miracula hujusmodi juxta effatum domini Gersonis permittit Ecclesia legi & inter C veritates reponit, id est, vera esse judicat & non falsa, quamvis "non determinet, talia de „necessitate salutis esse credenda, dum in tali-„bus nihil de certitudine scitur esse falsum.„ Hoc autem de damnato homine miraculum sive res mirabilis ad Legendam sancti Brunonis spectat, & nihil in eo "De certitudine scitur esse „falsum, quamvis etiam nesciatur illud certitudinaliter esse verum. Ergò juxta magistri Gersonis regulam, ab Ecclesia receptam, inter veritates est reponendum. *Ita hactenus Cartusianus noster anonymus, Parisiensi prodigio vix quidquam amplius, quàm nos ei attribuamus, postulans attribui. Postulat enim dumtaxat, id reponi inter veritates, quæ dubii solummodò nominis veritates sunt, quæque unicè rebus seu assertionibus conveniunt, nec certò veris, nec etiam certò falsis. Atque hac quidem in re Cartusianum nostrum inter & nos apprimè convenit, utpote qui pariter prodigiosam illam historiam nec certò veram, nec etiam, contrà ac ex dictis Lauinus facit, certò falsam asserimus. Verùm id etiam nos inter & eumdem Cartusianum nostrum discriminis intercedit, quòd hîc utique luctuosum eventum, utpote quem & ab Ecclesia (quod tamen secùs habet) verum judicari, & ab universo Ordine Cartusiensi per sexcentos annos ad suam usque atatem constanter, perseveranter & unanimiter certum & verum creditum affirmat, pro verosimili ut minimùm debeat habere, nos autem eumdem pro parùm verosimili, ne dicam, pro verosimiliter falso, habeamus, si nempe publicè is coram infinita propemodùm populi multitudine evenerit, prout eveniisse statuit, quam huc usque discussimus, opinio. Ceterùm Ecclesia, quod contra Cartusianum nostrum anonymum benè notandum, Vitas, Miracula &c Sanctorum, dum ea legi permittit, hoc ipso vera non judicat. Expendamus modò, quid de luctuosa historia censendum sit in opinione eorum, qui eam intra privatos domûs defuncti parietes, paucis dumtaxat hujus amicis, hosque inter* S. Brunone *ejusque aliquot sociis præsentibus, nec tribus diebus diversis, sed uno eodemque eveniisse statuunt.*

AUCTORE C. B.

§ XXII. Opinio, quæ damnati prodigium intra privatas defuncti ædes coram paucis eveniisse statuit, proponitur, & an velut inepta noviterque conficta repudianda non sit, examinatur. E

Opinio, quæ damnati prodigium, non publicè,

Cartusianus noster anonymus, qui doctoris damnati prodigium, si publicè factum adstruatur, pro certo ex jam nunc dictis non habet, veritati id indubiè consonum, si, non publicè, sed intra privatas defuncti ædes coram paucis dumtaxat accidisse statuatur, existimare videtur; in hoc autem casu feralem historiam, variis adjunctis, quæ apud alios scriptores reperiuntur, hujusque ex jam dictis verosimilitudini plurimùm officiunt, omissis ac resectis, ita concipiendam proponit: Anno MLXXXII quidam homo scientiâ & vitæ probitate, ut ex indiciis externis apparebat, spectabilis, Parisiis defunctus est, qui, cùm domi, donec ad ecclesiam efferretur, ab amicis preces pro suæ animæ refrigerio funderentur, è feretro caput attollens, voce terribili ter repetita se justo Dei judicio accusatum, judicatum ac tandem condemnatum declaravit. Quo audito perterrefactus ac compunctus magister Bruno tunc præsens, adjunctis sibi sociis, quorum quidam eidem adfuerant spectaculo, seculi fugam piis suis adhortationibus persuadens in desertum Cartusiæ aufugit anno MLXXXIV. *Ita ille, mox etiam subdens:* Re sic considerata, non est sanè, quòd quis miretur silentium auctorum coævorum, qui hujus historiæ non meminerunt. Neque etiam nobis exprobrari potest, quasi novam hujus prodigii narrationem comminiscamur, cùm in ea nihil proferamus, quod non apud vetustiores auctores scriptum reperiatur. Omnes siquidem conveniunt, virum doctum, cùm in speciem piè vixisset & obiisset, in feretro positum ter caput sustulisse & stupentibus, qui aderant, trina vociferatione se damnatum renuntiâsse. F

374 Quidam referunt, tale spectaculum non

AUCTORE C. B.

sed intra privatas defuncti ædes coram paucis evenisse, statuit,

in ecclesia, sed in aula domûs ejusdem defuncti evenisse. Quidam non tribus diebus, sed eadem die, eodemque recitationis Officii tempore trinam vocem rediisse. Alii narrant, amicos, non verò multitudinem hominum, præsentes fuisse, inter quos erant Bruno & quidam ex sociis, qui cum eo postea seculo nuntium remiserunt. *Hæc Cartusianus noster anonymus; ei autem hac in re jam præiverat Innocentius Le Masson suprà laudatus, in Ordinis sui Annalium libro* 1, *cap.* 1, *num.* 3 *& seq. sic scribens:* Circa historiam illam doctoris, ut vulgariter dicitur, damnati non modicæ inter criticos ortæ sunt difficultates, aliis verissimam, esse asserentibus, aliis ferè inter aniles fabulas illam referentibus; aliis verò dicentibus, historiam veram quidem esse in substantia, sed variis circumstantiis auctam fuisse, quæ fabulis non sunt absimiles. Inter quas maximè reponitur trina illa ad tres dies diversos remissa deliberatio circa statum defuncti, per cadaveris exanimis ora clamantis dignoscendum, dum interim horâ congruâ repeterentur cæremoniæ funerales,

B precesque pro defunctis ab Ecclesia institutæ, & sic rumore se per totam civitatem spargente, quisque libere posset ad spectaculum illud videndum convenire, acsi ex condicto per tres illos distinctos clamores, dum eadem verba "Re-„sponde mihi„ repeterentur, redeuntes, Deus debuisset signum dare per os cadaveris loquentis, quò potuisset unanime ab adstantibus de defuncti damnatione ferri judicium. Id tentare Deum volentium est, quòd ideò ab episcopo numquam fuisset permissum, maximè in illa florentissima civitate, quæ tot doctis & sapientibus viris abundabat.

proponitur: hæc, cùm substantia

375 Quidquid sit de tertia illa opinione, quæ plausibilior videtur; nam abstrahendo circumstantias à substantia historiæ, & dicendo rem istam inter privatos parietes domûs defuncti evenisse, ubi sanctus Bruno & ejus socii pensum charitatis circa corpus exanime chari sibi defuncti recitando Officium Defunctorum persolvebant, quo durante, tribus vicibus distinctis, veluti à somno mortis evigilatus defunctus horrenda voce clamavit, se accusatum, judicatum & condemnatum, corruunt argumenta omnia, quæ ex silentio auctorum coætaneorum petuntur, qui, de S. Brunonis in eremum Cartusiæ accessu loquentes, nihil prorsus referre dicuntur de illa historia. Licèt enim auctores illi coævi fuerint sancto Brunoni, facile fuit casum illum ignorâsse, qui diu & quantum potuit, silentio pressus fuit & sub secreto servatus propter honorem tum insignis viri defuncti, tum ejus familiæ. Sed insuper tunc temporis aberat facultas tam promptè communicandi exteris regionibus, quod in aliqua regione evenerat; deerat enim veredariorum & cursorum publicorum commoditas, quæ tunc valde rara erat. Quidquid, inquam, sit de illa opinione &c. *Sanè, si prodigiosa damnati historia eo modo, quo à nonnullis, teste hîc Massono, & ab ipso Cartusiano nostro anonymo verbis proximè recitatis exponitur, accidisse statuatur, multò minùs hæc habebit, unde à verisimilitudine abhorreat. Verùm quæri hîc jam potest, primò quidem, an narratio, quâ res ita facta perhibeatur, pro noviter ineptéque ficta haberi non debeat, seu potiùs an & quibus queat antiquitatis testimoniis confirmari; secundò autem, an & quam fidem mereatur, seu an prodigiosa damnati anastasis, prout hanc illa tradit,* D *reipsa evenerit, atque in eremum Sanctum nostrum impulerit. Ac primum quidem ex his præsenti, alterum verò sequenti § lubet discutere. Non rarò fit, ut facta historica, etiam ea, quæ à nemine prorsus revocantur in dubium, certissiméque etiam locum habuêre, adjunctis à veritate longissimè alienis prorsusque commentitiis, si ritè examinentur, inveniantur ornata.*

à rei adjunctis in factis historicis.

376 *Sacros martyrum agones, sævas à tyrannis in Christi fideles motas persecutiones, commissa inter exercitus inimicos prælia, factas urbium obsidiones, aliaque quàm plurima, quæ seculis retrò lapsis gesta sunt, historici tum sacri, tum profani in litteras misêre. Verùm quot hi sive ab impostoribus credulæve plebis rumoribus decepti sive animi præposteris affectibus abducti, sive denique alia quacúmque ex causa in errores illapsi, res seu facta, quæ narrant, falsis omninò ac fabulosis adjunctis non deturpavêre! Sancta Crucis inventio, per Helenam, Constantini Magni matrem, facta, rebus historica fide certis accensenda est, litterisque à Theodoreto primùm fuit commendata. Verùm figmentis quàm plurimis postmodùm fuit fœdata, uti apud nos tom.* 1 *Maii pag.* 363 *fas est videre. Sancti Mauritii Sociorumque Thebæorum militum martyrum gloriosum pro fide certamen certum omnino atque indubitatum est. Verùm id adjunctis falsis non paucis Suriana sanctorum illorum martyrum Acta exhibent vestitum, uti, quæ de hisce apud nos tom.* VI *Septembris pag.* 340 *& seqq. dicta sunt, dilucidè ostendunt. Plura non addo, cùm vix quidquam magis sit obvium, quàm veras historias falsis commentitiisque adjunctis invenire corruptas. Atque hinc jam fit, ut in factis historicis, contrà ac Launoius in sua de vera causa secessûs* S. Brunonis *in eremum Dissertatione vult, rei gestæ substantia ab ejusdem adjunctis sit distinguenda, atque non continuò ex eo, quòd hæc falsa sint, falsam pariter esse illam, sit consequens. Falsa ex jam dictis sunt, quibus apud Surium SS. Thebæorum martyrum Passio ornatur, non nulla adjuncta, hæcque nihilominùs pro certissima est habenda.*

maximè in iis, quæ traditione noscuntur.

377 *Idem obtinet in pluribus aliis aliorum martyrum agonibus aliisque factis historicis, quorum plurima ex historia tum sacra, tum profana forent eradenda, si singula, quæ falsis commentitiisque adjunctis sunt vestita, commentis* E *fabulisque forent accensenda aut certò pro falsis habenda. Atque hæc quidem, quæ de factis, ab ipso statim rei gestæ initio aut certè non diu pòst in litteras missis dicta hîc sunt, multò magis in iis, quæ traditione dumtaxat, à rei gestæ origine per unum alterumve aut etiam per plura secula deductâ, noscuntur, locum habent. Etsi enim, quod gestum est, ab iis, qui id vel viderunt, vel ex oculatis testibus audierunt, ad alios viva voce transmitti, & ab his deinde ad alios, nulla facta notabili mutatione, propagari facilè queat, fieri tamen id vix, ac ne vix quidem potest, si res per unum amplius seculum ad alios atque alios continua traditione, nullo scripturæ munimine firmata, transmittantur. Jam verò, cum ex suprà dictis prodigiosa doctoris Parisiensis anastasis, si locum umquam habuit, centum amplius annis, antequam litteris fuerit mandata, contigerit, mirum sanè fuerit, ni multùm vitiata, mutataque in adjunctis, quæ eam comitata sint, ad anonymum primorum quinque Cartusiæ Priorum Chronici auctorem*

A *dorem, qui primus eam in litteras miſit, pervenerit. Atque hinc jam fit, ut dubium admodùm ſit, an is ſcriptor, dato etiam, prodigium reipſa eveniſſe, falſis id adjunctis non veſtierit, quæ traditione in hiſce corrupta didicerit. Quî factum id eſſe, queat, expono. Horrendi illius eventus ſubſtantia in eo unicè videtur conſiſtere, quòd defunctus, qui piè in ſpeciem vixerat, juſto Dei judicio ſe accuſazum, judicatum, ac condemnatum trina emiſſa è feretro, in quo jam poſitus erat, voce, adſtantibus declarârit; unde factum, ut* S. Bruno, *qui aderat, horribili eventu compunctus, in eremum ſeceſſerit.*

ſit diſtinguenda,

378 *Quid ſi ergò hanc hiſtoriam, omnibus ferè adjunctis nudatam, quidam temporis lapſu, auò qui accidiſſet, exponerent, adjunctis pro arbitrio aſſumptis, iiſve, quæ vero magis exiſtimabant ſimilia, ornârint, hæcque deinde ita ornata ad anonymum proximè laudatum pervenerit? Fieri ſanè non nunquam, ut ſcriptores res, quas adjunctis deſtitutas inveniunt, adjunctis veroſimilibus pro arbitrio exornent, aut etiam adjunctis, quibus eas veſtitas inveniunt, nova alia,* B *quæ veroſimiliora cenſent, ſubſtituant, argumento eſſe poteſt in hac ipſa, quam tractamus, materia Chronographus Cartuſienſis, num.* 203 *memoratus, qui ſub Elizario Cartuſiæ Priore ſeculo quarto decimo floruit. Hic enim etſi, quam apud anonymum primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctorem invenerat, integram de damnato doctore narrationem adoptârit, horrendam tamen hiſtoriam, quam anonymus in aula defuncti contigiſſe refert, in eccleſia factam ſcribit; hanc autem, quantùm opinor, in anonymi narratione mutationem idcircò fecerit, quòd hic ad ferale ſpectaculum totam ferè Pariſienſem civitatem conveniſſe tradat, illeque hoc in aula defuncti, utpote tantæ multitudinis haud capaci, factum eſſe, veroſimile haud exiſtimârit. Eadem fortè de cauſa etiam factum fuerit, ut, tres damnati vociferationes, non tribus diebus diverſis, ſed uno eodemque rediiſſe, memoriæ prodiderint nonnulli, quorum Sutor lib.* 1 *de Vita Cartuſiana tract.* 2, *cap.* 2 *meminit.*

ineptè non eſt, uti nec noviter conficta,

379 *Et verò, cùm horrendum prodigium, ſi unquam locum habuit, ad anonymum primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctorem traditione, in adjunctis, ut dictum, veroſimiliter vitiata, pervenerit, illi ſanè, quod in hiſce minùs veroſimile videbatur, mutantes, infauſti doctoris vociferationibus, non dies diverſos tres, ut ille, ſed unum dumtaxat non ineptè aſſignâſſe videntur, maximè cùm narrationis ſubſtantia ſive uno ſive tribus diebus diverſis tres illæ vociferationes factæ ſtatuantur, integra maneat, atque illæſa, uti num. præcedenti dicta conſideranti patebit. Jam verò, cùm id ita ſit, veroſimiliuſque etiam appareat, horrendum prodigium, ſi unquam acciderit, non publicè coram innumera populi multitudine, ſed intra privatos domûs defuncti parietes, paucis adſtantibus, eveniſſe, nec is ſanè, qui illud & poſteriori hoc modo & uno eodemque die factum ſtatuerit, ineptè facturus videtur, maximè cùm nec hinc narrationis ſubſtantia num. præcedenti aſſignata lædatur. Verùm nonne ſaltem ſic noviter quid confictum attulerit? Nec hoc ex capite, ut apparet, ejus fuerit repudianda narratio. Fuerunt enim etiam antiqui, qui damnati vociferationes tres diverſas & uno eodemque die, & intra privatos domûs defuncti parietes eveniſſe, crediderunt. Fas eſt id colligere ex auctore, qui commentarium,* C *quem* De quatuor paradiſi fluminibus ad purgandam animæ civitatem *inſcripſit, ſermone Gallico contexuit. Hujus de damnato doctore narrationem, Latinè à ſe redditam, Launoius in ſua de vera cauſa ſeceſſûs* S. Brunonis *in eremum Diſſertatione cap.* 2 *recitat, eamdemque deinde in Annalium Ordinis ſui librum quartum hactenus non vulgatum ſermone tum Gallico, quo primitus fuit conſcripta, tum etiam Latino intulit Cartuſianus noſter anonymus.* AUCTORE C. B.

utpote in antiquiore, cujus his

380 *Atque hic quidem id facturus, de auctore dicti Commentarii, qui in Pariſienſis prodigii adjunctis ab anonymo primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronici auctore diſſonat, hunc præfatur in modum:* Hic eſt auctor manuſcripti codicis in membrana caprina charactere & ſtylo obſoletis, in archivo Caſtellioneæ familiæ reperti & in Bibliotheca collegii Societatis Jeſu Metenſis modò aſſervati, in quo habetur hiſtoria illa Gallico ſermone conſcripta. Ejus verò ſcriptorem inter Cartuſienſes recenſemus, quòd profiteatur totam ſuam narrationem à grandævo graviſſimoque noſtri Ordinis monacho accepiſſe. Codicem non vidimus, ſed ex eo tranſſumptum E hujus hiſtoriæ teſtimonium, prout à R. P. Claudio Tifanio Societatis Jeſu, Campaniæ provinciæ præpoſito, & collegium Metenſe luſtrante anno MDCXXXIX miſſum fuit ad V. P. Carolum le Bret Cartuſiæ Montis-Dei Priorem, hîc de verbo ad verbum, ne apice quidem prætermiſſo, aut immutato, ſubjicimus, ut dè ejus antiquitate, & noſtris in illud notis lector faniùs certiúſque judicet; *Deinde verò conceptam verbis Gallicis de damnato doctore narrationem, Latina etiam hujus adjecta ad calcem interpretatione, tranſcribit. Hanc ſolam huc tranſtuliſſe ad inſtitutum meum ſuffecerit. Itaque ſic habet:* Narratur, quemdam Pariſiis magiſtrum exſtitiſſe, qui omnes alios illius temporis magiſtros ingenio & ſcientiâ ſuperabat. Hic, prout apparebat exteriùs, honeſtæ erat converſationis, nec in eo ulli deprehendebantur perverſi mores, aut quodcúmque turpe vitium, niſi fortè vanitas ob inſignem ſcientiam & eximium judicium, quibus à Domino egregiè inſtructus fuerat. Contigit verò ejus tempore, ut tres præcipuæ nobilitatis ſcholaſtici Pariſios ſtudiorum causâ accederent, qui confeſtim ſe in diſciplinam præfati magiſtri tradiderunt, quippe qui omnium aliorum magiſtrorum eſſet eminentiſſimus. F

narratio datur,

381 Cúmque ſub eo vacâſſent ſtudiis, poſt longum tempus mortuus eſt ille. Unde multùm contriſtati diſcipuli, quem in vita dilexerant magiſtrum, etiam poſt mortem honorare pergentes, noctem illam circa defuncti corpus ex ſpeciali devotione vigilias agere conſtituerunt. Dicto verò mortuorum Officio, Pſalterium inchoârunt. Cúmque primum abſolviſſent Matutinum, ſive Nocturnum, corpus, quod hîc jacebat mortuum, erexit ſe & reſidens in feretro hæc verba protulit: "Æquus eſt, qui me judicavit.„ Tunc hi tres clerici & ſocii, qui aderant, circa corpus, etſi vehementer conterriti, nihilominùs ab opere pio non deſtiterunt, ſed alterum Pſalterii nocturnum proſecuti ſunt, quo expleto, defuncti corpus, ſicut priùs erigens ſe dixit: "Juſtus & æquus eſt ille, qui me judicavit & „condemnavit. Tunc tres illi clerici magis adhuc obſtupefacti, quàm antea fuerant, crucis ſignum ſibi imprimentes, tertium Nocturnum devotiſſimè inceperunt; quo expleto, idem cor-

AUCTORE C. B.

pus, tertiò caput erigens, dixit: "Juſtus & æquus eſt ille, qui me judicavit & condemnavit „& tortoribus addixit & tradidit.„ Hiſque dictis, defuncti corpus quaſi ſubitaneus turbo adveniens abreptum ex omnium oculis aſportavit, nec deinde, quid de eo factum fuerit, reſciri potuit. Illi verò tres clerici, qui ejus fuerant diſcipuli, ſtupore vehementi acerboque dolore perculſi ſunt ex tam infelici magiſtri exitu. Tunc ad propria ſe recipientes ſciſcitati ſunt per notos & familiares, quanam de cauſa vir tantus pœnis æternis addictus eſſet. Et poſt factam ſedulam inquiſitionem nihil agnoſcere potuerunt, quod mortale peccatum ſecundum externa indicia judicandum eſſet, exceptâ vanâ gloriâ. Quam ob rem hi tres clerici, viri potentiâ & generis nobilitate conſpicui, concepto divinorum judiciorum timore, communi ſtatuêre conſilio ad ſalvandas animas ſuas & perpetuæ periculum damnationis evadendum mundi converſationem derelinquere, & in ſolitudine duram ac ſeveram vitæ rationem ſuſcipere & obire.

B

ſcriptore fundata. Tempus circitèr,

382 Divino igitur concitati ſpiritu in Burgundiam ad locum deſertum & incultum, montibuſque obſitum perrexerunt, ubi inter montes, conſtructis cellulis, religiosè admodùm & auſterè vixerunt. Et ſic per hos viros tres ſanctos, & eos, qui, exemplum illorum ſecuti, idem vitæ genus duxerunt, cœpit & adhuc ſtat, & obſervatur Ordo Cartuſienſis, ſicut à quodam ex majoribus & antiquioribus ejuſdem Ordinis, hæc omnina narrante, coram domina fœmina Sancti Pauli comite audivi. *Ita habet tota de infauſto doctore auctoris libri De quatuor Paradiſi fluminibus è Cartuſiani noſtri anonymi interpretatione narratio; ſequentia autem, ut tempus, quo circitèr libri illius auctor floruerit, determinet, ſubjungit:* Auctorem narrationis hujus circa Gerſonis vel Antonini tempora tantùm vixiſſe, putat Launoius & ex duobus conjicit, ex Gallica locutione, quam ad illorum ætatem pertinere vult, & ex modo loquendi, quem etiam contendit notitiam rei nondum ſatis compertam & receptam importare. Sed docti alii aliter ſentiunt. Claudius Tiſanius, de quo ſuprà, ex ſtylo tam ejuſdem narrationis, quàm totius codicis cenſuit eſſe ſeculi decimi tertii; idque etiam probari poteſt ex his vocibus ſubobſcuris, quas in eadem narratione (uti etiam revera in hac occurrunt) occurrere aſſerit Raynaudus. Una eſt USEILLE, altera GRAIGNEUR. Prima ſignificat VIGILIAM, poſterior ſignificat MAGNUM. Quæ ultima vox in eodem capite citati codicis reperitur, ubi auctor hæc verba Eccleſiaſtiei: "Quantò magnus es, humilia te in omnibus," ſic idiomate illo Gal„licano deſito vertit, DE TANT HUMILIE TOY PLUS, COMME TU SERAS GRAIGNEUR. Et in apographo, à præfato Claudio ad Montem-Dei tranſmiſſo, hæ adhuc dictiones antiquiſſimæ & obſoletæ leguntur: "QUE DIEU ABSOILLE, id eſt, DEUS ABSOLVAT.

C

383 Ex his omnibus auctorem hujus narrationis eſſe antiquiorem, quàm putavit Launoius, ſatis evidens eſt. Et adhuc evidentius erit, ſi quænam ſit hæc fœmina ſancti Pauli comes conſideretur. Haud dubium, quin cujuſdam comitis ſancti Pauli uxor fuerit. Hiſtoriam familiæ dominorum de Caſtellione ſuper Matronam, à quibus antiqui comites Sancti Pauli, ab Andrea Du Chenio editam perlegimus, & inter comitum ſancti Pauli uxores nullam reperimus erga noſtrum Ordinem præcipuè propenſam prætor Mariam Joannis II ducis Brittanniæ & Beatricis ab Anglia filiam, Guidonis III comitis ſancti Pauli uxorem, matrem verò Mathildis, comitis Valeſii conjugis, & cum eo Cartuſiæ Fontis Beatæ Mariæ fundatricis. Guido ejus maritus fuit comes ſancti Pauli poſt mortem Joannæ, ſuæ conſanguineæ, filiæ & hæredis Joannis comitis Bleſenſis, ejuſdem Guidonis patrui. Hanc Joannam Petri comitis Alenconii uxorem (quo mortuo ſine liberis anno MCCLXXXIII vidua remanſit) primùm exiſtimavimus eam eſſe fœminam comitem Sancti Pauli, de qua in præfata narratione, quia fuit magna benefactrix Cartuſiæ vallis Sancti Petri, & quaſi altera fundatrix Pariſienſis, in qua quatuordecim cellas ædificavit & dotavit. Sed licèt reditibus comitatus Sancti Pauli uſque ad annum MCCLXXXXI, quo obiit, fruita fuerit, nuſquam tamen nec in documentis utriuſque Cartuſiæ, nec in citata Duchenii Hiſtoria reperimus, eam titulum geſſiſſe comitis Sancti Pauli, ſed tantùm Alenconii & Bleſarum. Quam ob rem hanc fœminam comitem, in cujus præſentia hæc narratio facta eſt, cenſuimus eſſe potiùs præfatam Mariam, cujus parentes materni, reges videlicet Angliæ, magni fautores noſtri Ordinis extitêre. Hæc autem vixit cùm Guidone Marito ab anno MCCXCII ad annum MCCCXVII, quo ille obiit, cui diu ſuperfuit, in viduitate perſeverans uſque ad mortem, quam oppetiit anno MCCCXXXIX. Cùm igitur iſtius codicis ſcriptor coætaneus fuerit præfatæ comitis, hancque hiſtoriam acceperit, ut ibidem teſtatur, à quodam Cartuſienſi monacho antiquiſſimo, hinc colligimus, hunc fuiſſe ſupparem noſtro anonymo, qui primus hiſtoriam ſcriptis mandavit, cùm jam in Ordine noſtro vivere potuerit ante annum MCCLXXX, ac proin patet, rem illam indubitatam jam fuiſſe ſeculo decimo tertio, id eſt, annis ut plurimùm octoginta poſt mortem ſociorum ſancti Brunonis, & eo tempore, quo Cartuſienſis Ordo cœpit è primaria domo latiùs diffundi.

D

E

quo hic ex Cartuſiani noſtri opinione floruerit,

384 *Hæc Cartuſianus noſter anonymus, ut, quo circitèr tempore narrationis proximè hujus tranſcriptæ auctor floruerit, determinet. Et ſanè ex iis, quæ de comitiſſa S. Pauli in medium adducit, ſat veroſimile apparet, floruiſſe eum aut ſeculo tertio decimo jam propè elapſo, aut potiùs tunc, & aliquot ſeculi proximè ſequentis annis. Nec contrarium evincunt duæ Launoii conjecturæ, quarum alteram hic ſcriptor repetit à Gallica locutione, alteram à modo loquendi, tam hunc, quàm illam ad Gerſonis & S. Antonini ætatem pertinere contendens. Modus enim loquendi, quem auctor adhibet, notitiam rei nondum ſatis compertam & receptam, ut vult Launoius, reipſa importet, nondum tamen hinc conſequens erit, ut narratio ejus ad Gerſonis & S. Antonini ætatem pertineat, itáque dumtaxat exiſtimavit Launoius, quòd Gerſonem, qui de prodigio dubitantis ferè in modum loquitur, primum fuiſſe velit, qui id in litteras miſerit. Aſt id à vero alienum eſſe, ex jam ſuprà dictis ſatis liquet. Adhæc, cùm Launoius, feralem de doctore damnato narrationem, antequam à Gerſone ſcriptis conſignaretur, fuiſſe confictam, affirmet, quid ni de eâ, veluti de re nondum ſatis comperta receptaque, loqui potuerit, qui ante Gerſonis ætatem ſcripſerit? Quod modò ad Gallicam, quâ, de cujus ætate hìc diſſerimus, auctor libri De quatuor Paradiſi fluminibus utitur, locutionem pertinet, cùm is, ut Cartuſianus noſter anonymus verbis proximè recitatis*

neque ipſa ſcripſiſſe,

F

A *tatis docet, feralem, quam ſuppeditat, de doctore damnato narrationem è Cartuſiano grandævo coram Maria Sancti Pauli comite, quæ ad annum uſque 1339 vitam protraxit, intellexerit, fieri poteſt, ut hoc non diu ante hunc annum acciderit, cumque fieri queat, ut rem, cùm primum eam audierat, in litteras non miſerit, id fortè dumtaxat anno circiter 1350 fecerit; que tempore locutionem Gallicam ab ea, quæ Gerſonis ætate ſeu ſeculi decimi quinti initio fuit, tam fuiſſe diverſam, ut inde, tunc primùm, qui illam adhibuit, ſcripſiſſe auctorem, concludere potuerit Launoius, mihi ſat veroſimile non apparet, quòd quinquaginta dumtaxat aut paulò etiam plurium annorum ſpatium in linguas ſeu idiomata non ſoleat tantam mutationem inducere.*

ſeu potiùs, quod ſcripſit, didiciſſe videatur.

385 *Atque hinc jam fit, ut nec indubitanter adhærere auſim Tiſanio, qui narrationem, de quâ hîc, integrumque, qui hanc includit, codicem ſeculi tertii decimi eſſe, è ſolo, quo auctor utitur, ſtylo cenſuit. Neque enim video, cur hic anno circiter 1350 talis ferè adhuc eſſe nequierit, qualis fuiſſe putatur ſeculo tertio decimo jam ſenescente ſeu anno 1292, ante quem narratio illa litteris mandata veroſimiliter non fuit, uti ex iis, quæ verbis proximè recitatis Cartuſianus noſter anonymus docet, pronum eſt eruere. Utut ſit, cùm eamdem narrationem ab auctore, qui eam in litteras miſit, fuiſſe tunc primùm, cùm Maria, Joannis II ducis Britanniæ filia Sancti Pauli comes eſſet, ſeu eo temporis ſpatio, quod ab anno 1292 uſque ad annum 1339 excurrit, è provectæ admodùm ætatis Cartuſiano auditam, ex iiſdem Cartuſiani noſtri anonymi verbis etiam intelligatur, tempus equidem, quo circiter illa auctori, à quo ſcriptis conſignata fuit, veroſimiliter innotuerit, definitum habemus; quod præcipuum hîc eſt, atque ad inſtitutum præſens ferè ſufficit, licèt interim, an provectæ admodùm ætatis Cartuſianus, è quo hîc luctuoſam hiſtoriam didicit, non ſerius, quàm octoginta poſt ſociorum* S. Brunonis *obitum annis floruerit, dubium admodùm idcirco appareat, quòd nullum ex his ultra annum 1145 vitam protraxiſſe inveniam, fierique, uti ex jam dictis pronum eſt eruere, facilè poſſit, ut, qui hiſtoriam litteris mandavit, eam non ante annum 1330 ex illo provectæ ætatis Cartuſiano audierit. Quale porrò de præfata narratione Cartuſianus noſter anonymus judicium ferat, nunc habe.* Hujuſmodi, *inquit*, narratio ſatis ingenua ac ſincera videtur, totiuſque hiſtoriæ medullam prorſus candidè exprimit ex antiquorum teſtimoniis. Ibi enim habes prodigium illud accidiſſe Pariſiis, nec non ejus occaſione Cartuſienſe inſtitutum habuiſſe originem.

B

C

Narrationem illam idem Cartuſianus anonymus

386 Trina quoque vociferatio perhibetur à ſolis damnati magiſtri amicis in ejus domo audita. Nihilque occurrit priſtinæ noſtri anonymi narrationi non conſentaneum præter trinam illam vocum repetitionem, quam non tribus diebus, ſed eodem die ter factam dicit. Quòd verò ibi narretur cadaver ab oculis adſtantium venti turbine ſublatum diſparuiſſe, nullam fert contradictionem, cùm noſter anonymus & alii citati auctores, quid de eo factum fuerit, ſiluerint. Nam illud in ſterquilinio ſepultum fuiſſe, ſoli recentiores meminêre ex conſequentia idonea, quia damnatio ejus certa erat. *Ita ille; verùm plus aliquid, quàm hîc aſſignet, inter anonymi primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronographi narrationem, animaque, quam libri De quatuor Paradiſi fluminibus auctor ſuppeditat, diſcriminis intercedit. Ille enim, contra ac abs hoc fit, innumeram populi multitudinem ad ferale doctoris, juſto Dei judicio ſeſe damnatum vociferati, ſpectaculum accurriſſe eique adeò adfuiſſe, non obſcurè indicat, quod interim adjunctum ſi à narratione abfuerit, minùs hinc evadet iſthæc creditu difficilis veroque abſimilis, uti ex jam dictis ſatis patet, magiſque adhuc pateſcet ex iis, quæ dicturus ſum, poſtquam quæ Launoio, prædictam narrationem ut futilem explodenti, Cartuſianus noſter anonymus opponit, huc tranſcripſero. Sic itaque poſt verba proximè recitata proſequitur:* Launoius, qui veterum & modernorum circumſtantias confundit, eorumque diſſonantiam multis exaggerat, in hanc narrationem velut "ineptam plenamque ignorantiæ,, inſurgit ex tribus maximè; primò, quòd "A-,,doleſcentibus ſeu tribus clericis vel ſcholaribus ,,Cartuſianorum Ordinis initium aſcribat; ,, Secundò quòd ejuſdem Ordinis "Fundamenta in ,,montibus Burgundiæ jacta fuiſſe referat; tertiò quòd, quæ de ſublato magiſtri cadavere tradit, ,,cum picturis & parietinis monaſterii Pariſienſis ,,non concordent.,,

AU FORT C. B.

E

rationum momentis, quæ ipſis

387 Ad primum reſpondemus, eam narrationem fuiſſe verbotenus ſolummodò factam ab illo monacho & ideò codicis ſcriptorem, qui forſan ea diu pòſt ſcripſit, fallente memoria, facilè decipi potuiſſe. Nam fatemur, ibi de tribus tantùm clericis nominatim commemorari, cùm revera ſeptem fuerint, incluſis duobus laïcis, qui Ordinis fundamenta poſuerunt, quos tamen omnes non conſtat ſpectaculo adfuiſſe. Sed indéne rectè inferatur totius hiſtoriæ falſitas, cordatus lector judicet. Imò, quòd ibi ab aliis auctoribus diſcrepat, ex contextu ejuſdem narrationis ſine labore conciliatur. Etſi enim auctor trium tantùm in curſu ſuæ narrationis meminerit, plures tamen Ordinem inſtituiſſe innuit, cùm ſub finem ſermonis addit: "Et ,,par ces trois Saints hommes, & par ceux, qui ,,prêndrent exemple à eux, & veſquirent & ,,converſerent auſſy comme eux, fut commen-,,cié, & eſt encore maintenue & gardée l'Ordre ,,de Chartreuxe,,, Id eſt, "Et ſic per hos vi-,,ros tres ſanctos & eos, qui exemplum illorum ,,ſecuti ſunt, & idem genus vitæ duxerunt, cœ-,,pit & adhuc ſtat & obſervatur Ordo Cartuſi-,,enſis.,, Et ſuperiùs: "Lors ces trois clercs & ,,lor compagnie, qui eſtoient environ le corps: ,,Tunc hi tres clerici & ſocii eorum, qui erant ,,circa corpus.,, Nonne quatuor alii, qui cum tribus his clericis initium Ordini dederunt, contineri potuerunt in illo cœtu? Sed etſi daremus, nullam prorſus ibi fieri mentionem niſi de tribus clericis, nonne fieri potuit, quòd ex illo ſeptenario numero tres quidem tantùm funeri adfuerint, ſed qui alios quatuor poſtea ſecum in ſolitudinem traxerint?

F

ejus verbis proferuntur,

388 Nam revera eos idem vitæ genus pluribus aliis perſuadere voluiſſe, conjicimus ex Radulpho & Fulcio, quos lucrari Deo ſanctus Bruno adniſus fuerat, etiam voto cum eis emiſſo habitum induendi monaſticum; de quibus nihilominùs jure dubitari poteſt, an præſentes fuerint ſpectaculo, quandoquidem & ante illud patratum tale votum emiſiſſe potuerunt. Prætereà ex ſeptem primis patribus tres tantùm videntur propriè clerici dicendi, nempe S. Bruno, Lauduinus & Hugo; nam ex quatuor aliis duo erant canonici Sancti Ruffi, & duo laïci.

AUCTORE C. B.

laici. Denique in illa narratione magiſter ille dicitur defunctus fuiſſe diu, poſtquam tres illos clericos docuiſſet. Sic enim ibi legitur: "Et „quant il i orent eſté & lonc têms leur meſtre „mourut, „ id eſt, "Cùm ſub eo ſtuduiſſent, „diu pòſt magiſter eorum defunctus eſt, ſive ut „reddidimus ſuprà, Dumque ſub eo vacâſſent „ſtudiis, poſt longum tempus mortuus eſt ille. Launoius verò hæc verba ſic interpretatur: "Qui cùm illos aliquamdiu docuiſſet, abiit è vita. Sed in hac interpretatione, inviti dicimus, non fuit ſincerus; nam "Aliquamdiu„ non ſignificat "long-tems„ ſive "Per longum tempus, „ ſed "Per aliquod tempus. „ Cùm igitur ille homo obierit diu, poſtquam illos tres clericos docuiſſet, non erant tunc illi in ſtatu ADOLESCENTIS ſtrictè ſumpto, ut videtur ſumptum à Launoio, ut narratio hæc inde ineptior appareret. Nec etiam ſcholares erant, ſed duo ex ipſis jam doctores & magiſtri, ut conſtat de S. Brunone & Lauduino. Neque id impedit, quò minùs quidam ex aliis ſociis S. Brunonis ſcholares forſan tunc fuerint; nam duo Stephani ſatis juvenes
B erant, qui nondum ad ſacerdotium erant promoti.

contra Launoium tuetur.

389 Nihil ergò ineptum in hac narratione occurrat cuicúmque lectori, verborum illius ſenſum benignè & ſine ulla animi occupatione interpretanti. Quidquid ad hæc reponant adverſarii, fundum tamen, ut ita loquamur, ipſius hiſtoriæ totaque illius ſubſtantia conſtanter perſeverabit, nec illam ſubvertere poterunt tam leves in adjunctis diſſonantiæ. Haud ſatis poſſumus mirari Launoii, viri perſpicaciſſimi, in hac obſervatione inconſiderantiam, qui cùm priùs cap. 1 ſuæ Diſſertationis, in expoſitione teſtimonii Petri Cluniacenſis legiſſet, & ſcripſiſſet "Servari in Burgun„diæ finibus„ ſive "partibus„ ut alibi legitur, "profeſſionem quamdam„ id eſt, Cartuſienſem, "multis aliis monaſtici propoſiti ſan„ctiorem„ & in expoſitione teſtimonii Jacobi de Vitriaco, "Eſt alia Sanctorum Congregatio, „quos Cartuſienſes appellant, in ultimis Bur„gundiæ partibus„ hìc nihilominús auctorem codicis ineptiæ & ignorantiæ arguit, quòd fundamenta Ordinis in Burgundiæ montibus jacta fuiſſe retulerit. Licèt enim Major Cartuſia modò ſita in Delphinatu cenſeatur, olim tamen
C in Burgundia computabatur, quia & Sabaudia & Delphinatus erant partes veteris Burgundiæ. Unde & aſtruitur codicis Caſtellionei antiquitas, cujus auctor ſi ſcripſiſſet poſt annum MCCCXLVI, quo vel circa Delphinatus regno Franciæ aſcribi cœpit, aliter de Delphinatu locutus fuiſſet. Ad III jam ſuperiùs feciſſe ſatis arbitramur, cùm diximus, recentiores tantùm, inter quos picturas & parietinas Cartuſiæ Pariſienſis aſcribimus, adinveniſſe hujuſmodi ſepulturam in ſterquilinio, licèt ſimiliſior vero videatur, quàm illa à turbine aſportatio. *Hæc ſunt, quæ Launoio, ſuppeditatam à libri De quatuor Paradiſi fluminibus auctore narrationem veluti ineptam ignorantiæque plenam, explodenti, Cartuſianus noſter anonymus opponit.*

eúmque ex verè repudiandum non ſit,

390 *Et verò Launoius immeritò ſanè eam repudiat vel ex eo, quòd Cartuſienſis Ordinis fundamenta in Burgundiæ montibus jacta referat, vel quòd infauſti doctoris cadaver à dæmone arreptum ac ſublatum, contrà ac Cartuſiæ Pariſienſis picturis exprimitur, inſinuet. Verè enim montes, Majorem Cartuſiam complectentes, Sancti noſtri ætate ad veterem Burgundiam ſpectabant, uti liquet ex iis, quæ in Notitiis Galliarum ad vocabulum* Burgundia *in medium adducit Valeſius. Quòd verò de damnati cadavere non idem, quod in Cartuſiæ Pariſienſis picturis exprimitur, factum prodat, nihil planè ad rem facit, cùm Pariſienſis Cartuſiæ picturæ, dato etiam, Pariſienſe prodigium accidiſſe, non expolleant auctoritate, ut, quod cum hiſce pugnat, rejiciendum ſit. Nec inepta etiam, de qua hìc, reputanda eſt narratio, quòd tribus adoleſcentibus ſeu clericis ſeu ſcholaribus Cartuſianorum Ordinis initium adſcribat. Hos enim, cùm id fecerunt, adoleſcentes non ampliùs fuiſſe, innuit. Adhæc etſi horrendo damnati ſpectaculo tres dumtaxat adfuiſſe tradat, plures tamen Ordinem inſtituiſſe, orationis contextu indicat, nec eos omnes ſcriptorum antiquorum ullus, qui ſpectaculi meminerit, præſentes eidem adſtitiſſe aſſirmat. Sed etſi id plorique ex his diſertè etiam aſſererent, conſectarium dumtaxat foret, hos inter & libri De quatuor Paradiſi fluminibus auctorem in adjunctis exactè non convenire. Verùm quid tum? Id dumtaxat argumento eſt, hunc non ex eodem fonte, è quo ill, ihauſiſſe, non autem narrationem, quam ſuppeditat, à narratione, quam illi, in ſubſtantia eſſe diverſam, aut hanc idcircò à veritate exiſtere alienam. Poteſt enim, uti ex jam ſuprà dictis liquet, narrationis cujuſpiam ſubſtantia veritati eſſe exactiſſimè conſona, licèt interim adjunctis aut certò falſis aut dubiè dumtaxat veris ſit veſtita. Et verò hujuſmodi eſſe adjuncta omnia, quæ veſtiunt tum narrationem, quam primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronologus aliique hunc ſecuti ſuppeditant, tum alteram, quæ libri De quatuor Paradiſi fluminibus auctori adſcribitur, perſuaſum idcircò habeo, quòd, quibus tum hæc, tum illa ornatur, nata ſint è ſola traditione, ad tempus uſque, quod à rei geſtæ origine centum amplius annis diſtat, deducta, quæ, cùm tamdiu abſque ſcripturæ munimine durat, facere ſolet, ut ad rei geſtæ ſubſtantiam adjuncta non pauca, quæ initio erant ignota, accedant.*

nec, quæ ab hac præcipuè fundatur, opinio ſuprà dicta repudianda eſt.

391 *Hinc, dato etiam, luctuoſam damnati hiſtoriam accidiſſe, dubium mihi ſemper erit, an Sanctus noſter, quod tamen ex libri De quatuor Paradiſi fluminibus narratione ſuprà huc tranſcripta concludendum apparet, Pariſiis unquam ſtuduerit. Dubium itidem, etiam hoc dato, ſemper manebit, clericúſne, an doctor exſtiterit, qui damnationem ſuam adſtantibus è feretro manifeſtavit. Doctorem tamen eum ſuprà plerúmque nominavi, quòd hoc titulo à primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronologo, aliiſque hunc ſecutis ornetur. Etſi itaque, quæ de hìc diſputamus, narratio ab ea, quam antiquior Sancti noſtri biographus aliique hunc ſecuti ſuppeditant, in adjunctis differat, repudiandam propterea eſſe, conſequens non eſt. Nec eſt, quòd reponas, ſolam eſſe, quæ doctoris damnati prodigium, non publicè, ſed intra privatas defuncti ædes coram paucis accidiſſe ſtatuat. Etſi enim id ita ſit, illam auctor libri De quatuor Paradiſi fluminibus, à quo in litteras miſſa fuit, è provecta ætatis Cartuſiano, ut ſuprà dictum, didicit. Quare cùm hic feralem hiſtoriam è Cartuſianis, quibuſcum vivebat, haud dubiè audiviſſet, debet hæc teſtimonii multorum inſtar haberi, hincque de eadem, veluti à pluribus tradita, ſuprà etiam*

ſum

A *ſum locutus. Accedit, teſtimonia antiqua ſuprà adducta, quæ prodigium publicè factum ſtatuunt, ex anonymi primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronographi narratione eſſe accepta, omniaque proinde ſimul ſumpta teſtimonium quodammodò non niſi unum conſtituere. Jam verò cùm hæc ita ſint, nihilque præterea contra libri De quatuor Paradiſi fluminibus narrationem militet, nec hæc, nec opinio, quæ in hac præcipuè fundatur, quæque Pariſienſe prodigium non publicè, ſed coram paucis dumtaxat factum ſtatuit, rejicienda eſt, veluti inepta noviterque conficta.*

§ XXIII. Quam fidem mereatur opinio, quæ doctoris damnati anaſtaſim in privatis hujus ædibus coram paucis accidiſſe ſtatuit, & quid tandem de hac etiam ita conſiderata cenſendum.

B

Cùm traditiones, utut in adjunctis falſæ, veri aliquid

NOn rarò, *quæ traditione dumtaxat noſcuntur, facta hiſtorica, utut adjunctis falſis veſtita, veri etiam aliquid complecti, è dictis § proximè prægreſſo pronum eſt eruere. Attamen ut, quæ modò de luctuoſa damnati hiſtoria dicenda hîc ſunt, luculentiùs pateſcant, lubet adhuc quædam, à præſenti inſtituto non omninò aliena, quæ Papebrochius noſter ſuppeditat, in medium proferre. Hic itaque in ſuis ad Exhibitionem errorum Reſponſionibus articulo* 19, *num.* 10 *ita ſcribit:* Contingit... ſæpe, traditionis ſubſtantiam talem eſſe, ut, licèt non niſi temere poſſit in dubium revocari, etiam coævorum teſtimoniis deſtituta; puta quòd aliqua S. Urſula cum plurima turba ſociarum à barbaris fuerit ante urbis Colonienſis, ab iis obſeſſæ, muros interfecta &c; quòd S. Dionyſius epiſcopus Româ miſſus in Galliam, Pariſiis fidem prædicaverit, & ſuo ſanguine conſignârit, aliaque ſimilia; contingit, inquam, ſæpe, ut ea, quæ primæ traditionis ſubſtantiæ poſtea acceſſerunt tamquam ex traditione aut revelatione (ut factum

C per compoſitiones Legendarum, puta Legendæ Dionyſianæ ſeculo IX, Urſulanæ ſeculo XI) meritò rejiciantur, ut recentiorum ſomnia commentaque, toti retrò antiquitati ignota: recentiorum, inquam, non reſpectivè ad nos hodie viventes, ſed reſpectivè ad rem, ipſos ſeculis multis prægreſſam. *Ita rectiſſimè, ut mihi equidem apparet, laudatus Papebrochius, qui deinde eodem articulo num.* 13 *hæc etiam huc ſpectantia ſupditat,* Traditionibus popularibus, ſacris vel profanis,... plerúmque veritatis aliquid quoad ſubſtantiam ſubeſt, ſed multum furfuris ſucceſſivè aſperſum, à quo difficile ſit, eas ſic repurgari, ut hominis prudentis intellectus iis, tamquam eatenus certis, citra formidinem acquieſcat: *ac poſtea num.* 19 *etiam iſta:* Fama, principio plerúmque minimo & ſæpe non vero orta,

"Mobilitate viget viresque acquirit eundo
„Parva metu primò, mox ſeſe attollit in au-
„ras
„Ingrediturque ſolo & caput inter nubila
„condit.„

AUCTORE C. B.

393 Eodem ferè modò ſe habet traditio popularis. Principium ejus plerúmque eſt factum aliquod memorabile, vel quod reipſa contigit aliquando, ſed curſu temporis talibus ornamentis atque additamentis induitur, ut ſeipſum poſtea miretur & vix agnoſcat; vel quod ab otioſo ingenio priſcas rerum origines in ſui ſuorumve commendationem indagantis, fingitur contigiſſe; & à levi vulgo, avidè, quod optat, credente, adoptatur pro vero, & colitur pro tali per multa ſæpe ſecula. Exempla tam in ſacra quàm profana hiſtoria occurrunt. *Hæc omnia de traditionibus Papebrochius, & ſanè, ut jam dixi, rectiſſimè. Quam ob rem, cùm ſecundum hæc non rarò contingat, ut, quamvis traditiones aut, ſi mavis, narrationes, quæ ſolis traditionibus ſuperſtruuntur, falſitatibus plurimis ſint infectæ, veræ tamen in ſubſtantia ſint, aut certè veri aliquid quantùm ad hanc contineant, fieri facilè poteſt, ut Cartuſianorum de horrendo, quo* S. Bruno *in eremum pulſus fuerit, prodigio Pariſienſi traditio, aut, ſi mavis, anonymi primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronographi aliorumque ſuprà laudatorum ſcriptorum de eodem narratio, è traditione illa primitus profecta, in ſubſtantia vera ſit, aut certè veri aliquid quantùm ad ſubſtantiam contineat, etſi ad eam non pauca adjuncta falſa eo modo, quem ſuprà expoſui, temporis lapſu acceſſerint. Ut clariùs loquar, fieri poteſt, ut, Sanctum noſtrum prodigio, quo defunctus, in feretro jam poſitus, primò ſeſe accuſatum, deinde judicatum ac tandem condemnatum, adſtantibus declarâſſet, in eremum pulſum fuiſſe, primi ejus ſocii diſcipulive ſequacibus ſuis narrârint, horumque deinde poſteri, re temporis lapſu falſis adjunctis aucta, prodigium illud publicè coram infinita propemodùm populi multitudine accidiſſe, damnatique voces tribus diebus diverſis rediiſſe, crediderint, licèt interim feralis hiſtoria intra privatas defuncti ædes coram paucis dumtaxat, quorum unus fuiſſet* S. Bruno, *accidiſſet, damnatique voces, non tribus diebus diverſis, ſed uno eodemque repetitæ fuiſſent.*

Subinde contineant, opinio, quæ damnati prodigium coram paucis tantùm

E

394 *Quid ſi ergò res poſteriori hoc modo evenerit? Sanè, qui ita verè factam autumârit, haud multùm à veriſimilitudine ejus abhorrebit opinio, imò verò potuerit utcúmque veroſimilis videri. Ita puto, quòd, ut jam ſuprà ſatis inſinuavi, ſubinde etiam fiat, ut facta hiſtorica, etiamſi ſilentio à ſcriptoribus omnibus contemporaneis ſint ſuppreſſa, ad eoſque, à quibus tandem litteris fuêre commendata, traditione dumtaxat, quæ centum ampliùs annis à rei geſtæ origine diſtet, fuerint tranſmiſſa, pro veris ſint habenda, nec, quò minùs Pariſienſe prodigium, ſi non publicè, ſed coram paucis tantùm intra privatas defuncti ædes accidiſſe ſtatuatur, factis hujuſmodi accenſeri queat, univerſale de eo ſcriptorum omnium, qui integro primo, & fortè etiam ſecundo poſt rem geſtam ſeculo labente floruerunt, obſtet ſilentium, utpote cujus ratio non inepta, à facti ignoratione repetita, occurrit. Cùm enim luctuoſus eventus, ſi non publicè acciderit, Guibertum de Novigento alioſque ſcriptores antiquos ſuprà recenſitos facilè latere potuerit, non eſt ſanè, cur eorum de hoc mirum accidat ſilentium, aut rem ex hoc falſam eſſe arguamus. Adhæc, niſi Pariſienſe prodigium, quo in eremum actus ſit* S. Bruno, *coram paucis ſaltem intra privatas defuncti ædes locum habuiſſe admittatur, oportet, ut vel ipſimet Cartuſiani horribilem*

eveniſſe fatuit, à veriſimilitudine omninò non abhorret,

F

AUCTORE C. B.

ribilem hiſtoriam ex toto conſinxerint, vel ut jam ab aliis conſictam adoptârint; primum autem feciſſe viros religioſos, veritatis amantiſſimos, fabularumque oſores, quis facilè in animum inducat? An ergò in alterum ipſos impegiſſe, aſſeremus?

nec id, ita conſideratum, tria diverſa prodigia,

395 Si fabula eſt, *inquit de damnati hiſtoria in Opere, quod Ordinis Cartuſienſis Annales inſcripſit, lib.* I, *cap.* I, *num.* XI *Maſſonus ſuprà laudatus*, à quibuſnam, quæſo, compoſita? Certè non ab aliis, quàm à ſecularibus hominibus dici poteſt excogitata. Quonam autem modo à primis Cartuſianis ac ſuis deinde ſucceſſoribus talis fabula, à ſecularibus fabricata, pro re veriſſima admitti potuit, & poſteritati ſuæ tam firmiter & abſque ulla umquam contradictione aut reclamatione tranſferri? Id profectò moraliter impoſſibile eſſe, nemo non videt. *A primis certè Cartuſianis, id eſt, à* S. Brunonis *ſociis horumve diſcipulis feralem de damnato narrationem, ſi fabula ſit, non fuiſſe adoptatam, atque ad poſteros tranſmiſſam, quiſque facilè agnoſcet; verùm, inquiet non nemo, quid nî factum eſſe queat, ut poſterioris ævi Cartuſiani, id eſt, qui ſeculo tertio decimo floruerunt, hiſtoriam illam, utut commentitiam, pro vera ab impoſtore decepti acceperint? Imò verò erit fertaſſis, qui hîc Blömenvennam objiciat, in contexta à ſe* S. Brunonis *Vita tria diverſa narrantem prodigia, quorum unum quidem omni dubio procul commentum eſt, duo verò reliqua commenti, ne quid pejus dicam, vehementiſſimè ſunt ſuſpecta. Tria illa prodigia ſeu potiùs fabulas, ne ſiniſtrè de antiquis Cartuſianis ſuſpicandi anſam darem, in medium hîc non proferre animus primùm fuerat; verùm cùm officii mei ratio exigat, ut tam, quæ obeſſe, quàm quæ prodeſſe Cartuſianorum de prodigio, quo* Bruno *in eremum actus fuerit, traditioni queunt, ſtudioſo lectori exhibeam, nec intra paucorum manus ſit contexta à Blömenvenna Sancti noſtri Vita, ipſa ſcriptoris hujus verba, præfata miracula ſeu potiùs fabulas complectentia, huc tranſcribo, ad calcem deinde, tum quæ ex hiſce contra Pariſienſe prodigium difficultas formari queat, tum quid ad hanc reſponderi debeat, adjecturus.*

quæ ſingula in Sancti noſtri Vita,

396 *Sic itaque habet hic Sancti noſtri biographus*; Non eſt ſilentio prætereundum, quod in primo ingreſſu in Carthuſiam, antequam normam ſibi vivendi inſtituiſſent, ſtupendum legitur eveniſſe miraculum. Cùm quadam vice beatus Hugo ex more ſuam viſitaturus dioceſim (ſicut in Adventu & Quadrageſima conſueverat) valediceret fratribus, eoſque benediceret, carnium refectione miſſa. Ipsâ Dominicâ Quinquageſimæ, peracto Divino Officio, hora prandii, benedictis priùs menſis, ſanctus Bruno, homo profundi cordis, loco lectionis admonitionem ſaluberrimam propoſuit, inter alia dicens: Attendamus, oro, fratres chariſſimi, quia antiquus hoſtis nos decipit. Venimus enim in eremum hanc ad pœnitentiam agendam more antiquorum patrum, Pauli primi eremitæ, Antonii, Arſenii, Hilarionis, Macharii &c. Numquid hi carnibus veſcebantur, ut nos cœpimus? Reſponderunt ei, qui in oppoſita menſa ſedebant, An ſumus nos, venerande Pater, majores ac meliores Apoſtolis, quibus præcepit Dominus, In quamcúmque domum intraveritis &c, edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt; Brunone verò cum illis, qui in ſua ſedebant menſa, contrarium tenentibus, uſque in veſperam diſputatio protracta eſt. Tandem fatigati inclinantes ſe uſque ad terram obdormierunt. Reverſus autem à viſitatione epiſcopus miſit nuncios ad ſanctos fratres, ſignificans eis de reditu ſuo, & quòd more ſolito vellet die ſequenti, hoc eſt, die Cœnæ Domini ſumere cum eis mandatum novum. Nuncius autem inveniens eos dormientes juxta menſas, intuens ſimul carnes fumantes ſuprà menſas, ſcandaliſatus valde, reverſus renuntiavit domino ſuo, quæ viderat. At illa verbis illius non credidit, donec, nuncio ſecundo tertioque miſſo, idem nunciaretur.

à Blömenvenna verbis

397 Stupefactus epiſcopus, nec adhuc fidem adhibuit, dicenſque, Niſi ipſe videro, non credam, aſcenſo equo, venit in montem. Ubi cùm omnia inveniſſet, ut famuli antè nunciaverant, averſus ab ipſis, atque cum indignatione receſſurus ſtatim ut pedem in limine poſuit, ſanctus Bruno cum ſuis expergefacti reverenter epiſcopum ſalutaverunt, devotas illi gratiarum actiones referentes pro univerſis beneficiis ſibi ab eo collatis. Conſueverat enim ipſe epiſcopus de ſuis facultatibus eis liberaliter erogare, & ſingula neceſſaria miniſtrare. Interrogans autem epiſcopus Brunonem ait: Quæ dies eſt hodie? At ille reſpondit: Dominica Quinquageſimæ. Et epiſcopus; Quare, inquit, tamdiu tardâſtis ad prandium? Narrante autem Brunone ordinem geſtæ rei, & de diſputatione inter ipſos habita, epiſcopus, accerſito clàm diſpenſatore domûs ſuæ, interrogat, utrùm eædem ſint heæ carnes, quas Dominica Quinquageſimæ miniſtrâſſet. At ille diligenter conſiderans, eaſdem eſſe renunciat. Tunc ſtupefactus epiſcopus, converſus ad fratres, ait: Noveritis, fratres mei chariſſimi, quia hodie eſt feria quarta poſt Dominicam Palmarum. Cúmque miniſtri juſſu epiſcopi carnes auferre vellent, mox ut eas tetigerunt, verſæ ſunt in pulverem, mirantibus cunctis & ſtupentibus. Quod cùm epiſcopus vidiſſet, unà cum familia ſua flexis genibus venjam à ſancto Brunone & fratribus humiliter petierunt ſuper falſo judicio, quo eos judicare cœperant. Fratribus verò iſtud fuit occaſio, ut carnibus perpetuò abſtinere proponerent; quod poſtmodùm, aliis miraculis ſuccedentibus, ſtrictiſſimè ſancitum uſque hodie ſervant.

huc tranſcriptis

398 Alio namque tempore quidam juvenis genere nobilis, egregiè doctus, in domo Carthuſiæ monachum induens laudabiliter in ſenium uſque vixit, in ſpirituali vita adeò proficiens, ut prophetiæ quoque ſpiritum habere mereretur. Ad extremum verò confectus ſenio cùm ægritudine graviſſima teneretur, ardenti deſiderio petiit à Priore, eum viſitante, carnes ſibi miniſtrari. At ille reputans, eum, agente ſenio vel ægritudine, non eſſe ſanæ mentis, aut certè aſtutiis antiqui hoſtis illudi, illa vice diſſimulans abiit. Poſt tres verò dies redeunte ad ſe Priore, infirmus deſiderio carnium æſtuans dixit, ſe gratiâ Dei nequaquam mente alienatum talia dixiſſe; ſed quoniam ſciret, ſe pro certo moriturum, niſi carnium ſibi uſus concederetur; & hæc dicens obteſtabatur Priorem, niſi ocyùs ſuo deſiderio ſatisfaceret, de ſua morte in die judicii rationem ſe redditurum, ſciret. Quibus auditis, Prior ſciens, infirmum virum eſſe ſanctum, multùm expaveſcens, conventum convocavit & rem omnem expoſuit. At illi concorditer decreverunt, ut in extrema neceſſitate conſtituto carnes miniſtrarentur. Interrogatus deinde infirmus, quas potiſſimùm carnes deſideraret, reſpondit, perdicis. Statimque Prior, accerſito juvene quodam nobile monacho novitio de Gratia-

A tianopoli, juſſit, ut à venatoribus acceptam perdicem afferret infirmo. Ille verò ſine mora perrexit tum propter ſuperioris obedientiam, tum propter charitatem erga infirmum, cujus diſcipulus fuerat, & non attendens iré pontem, per quem communis erat tranſitus, ſuper aquas ambulans flumen tranſivit, celeriterque perdicem attulit.

narrantur, 399 Quam cùm Prior optimè coctam infirmo, præſente conventu, præſentâſſet, ille ſuſpiciens in cœlum cum lachrymis ait: Domine Jeſu Chriſte, exaudi me peccatorem famulum tuum, ſuppliciter precantem bonitatem tuam, ut, ſi iſte tam vehemens appetitus tuæ eſt placitus voluntati, proveniat mihi ad ſalutem corporis & animæ hoc edulium. Sin aliàs, piiſſime Domine, qui vitæ & mortis tenes imperium, digneris huic creaturæ tuæ, quæ mei causâ occiſa eſt, reddere vitam, ut avolans in viam ſuam nos famulos tuos cognoſcere faciat, contrarium eſſe voluntati tuæ, me vel quemcúmque noſtræ religionis monachum quacúmque occaſione vel infirmitate carnes comedere. Cúmque in concluſione orationis omnes, qui aderant, reſpondiſſent Amen, illico avis, receptâ vitâ, plumis

B veſtita repentino volatu diſparuit, videntibus cunctis, qui aderant, & ſtupentibus ac gratias agentibus Deo, qui facit mirabilia magna in cælo & in terra. Alio etiam tempore cùm quidam epiſcopi & alii, ante Quinquageſimam Carthuſiam venientes, vidiſſent quoſdam ſenes debiles, carnium carentiæ hoc attribuentes, rogaverunt Priorem inſtantiſſimè, ut debiles illi de carnibus, quibus totus mundus illo in tempore uteretur, aliquod haberent refocillamen, addentes, multos doctos viros & timuiſſe & timere de nimia in hoc Ordinis duritia. Cùm verò Prior nullatenus aſſentiret, rogaverunt, ut ſaltem pro ſe & ſuis comitibus carnes emi faceret. Quid multa? Emptæ carnes Carthuſiamque perlatæ, apertis ſarcinulis, cernebantur verſæ in veros & optimos piſces, colore, odore, ſapore. Quo viſo, Prior, Videtur, inquit, quia non eſt voluntas Domini, ut carnibus carnem nutriamus. Deinde piſces cocti conventui & aliis ſunt propoſiti, atque eorum guſtu infirmi ac debiles ſanati & confortati. Non crediderunt epiſcopi, carnes in piſces converſas, donec mittentes ad macella & diligentiſſimè inquirentes, de re tam ſtupenda evidentiſſima teſtimonia audierunt.

C

commentitia quæ omnia videntur, 400 *Talia ſunt tria diverſa à Blömenvenna relata prodigia: ac primum quidem ex his, ut jam dixi, omni dubio procul commentitium eſt. Guigo enim, quintus Cartuſiæ Prior, in Vita S. Hugonis, Gratianopolitani epiſcopi, illius non meminit; dubium autem nullum eſt, quin prodigium hujuſmodi, utpote ſimul & ad Cartuſienſem Ordinem & ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum, qui partem non minimam in eo habuiſſet, ſpectans, biographus is, ſi contigiſſet umquam, ſciturus ſcitumque commemoraturus fuiſſet in lucubratione, quâ S. Hugonis vitam omnem geſtaque etiam minùs memorabilia diligentiſſimè eſt complexus. Quod verò pertinet ad duo alia prodigia, à Blömenvenna pariter commemorata, ſunt & hæc, ut jam monui, veroſimillimè commentitia; etſi enim, quo id invictè probatum dem, argumentum ſat validum haud ſuppetat, ita tamen vel idcircò autumo, quòd tam hæc, quàm primum, ut perpetuam à carnibus abſtinentiam à Cartuſianis, periculosè etiam decumbentibus, ſerva-*

ri ſolitam, Deo omninò probari contra obtrectatores oſtenderetur, conficta fuiſſe videantur, unicéque hunc in finem à Blömenvenna, cùm jam antè fuiſſent conficta, in eam, quam contexuit, S. Brunonis *Vitam ſint illata. At verò, inquiét non nemo, cùm è tribus illis, quæ Blömenvenna refert, prodigiis unum indubiè, duo reliqua veroſimiliter ſint fictitia, quid ſi ergò olim etiam fuerint in Cartuſianorum, non ſecùs atque in aliorum Ordinum monaſteriis inventi viri pii quidem, ſed ſimul ita ſimplices, ut nova pro arbitrio prodigia, quæ vel ad Ordinis ſui ſplendorem commendationemque, vel ad Dei Sanctorumque gloriam conducerent, comminiſci ſibi fas putarent, reque ipſa etiam ſeculo tertio decimo, quo præcipuè plures fabulis fingendis operam in cœnobiis dediſſe noſcuntur, nonnulla ſubinde ſint commenti?* AUCTORE C. B.

pro indubitato commento habendum oſtendunt. 401 *Quid ſi è commentis illis unum ſit doctoris tantiſper redivivi, qui ſeſe damnatum, publicè è feretro proclamârit, horrendum prodigium, dicto ſeculo tertio decimo primùm litteris, uti ex ſuprà dictis liquet, commendatum? Quid ſi id tunc, ut vitæ auſteriſſimæ, à* S. Brunone *inſtitutæ, quam nonnulli olim carpebant, ratio redderetur, fuerit confictum? Eò deducunt relata à Blömenvenna prodigia ſeu potiùs figmenta. Verùm, quidquid ſit, nec hæc facere poſſunt, ut feralem damnati hiſtoriam pro indubitato commento fabulave habeam, maximè in opinione, quâ illa, uti hîc modò ſit, non publicè coram innumera propemodùm populi multitudine, ſed intra privatos domûs defuncti parietes coram paucis dumtaxat facta ſtatuitur. Etenim nec omnia, quæ ſeculi decimi tertii ſcriptores in litteras miſerunt, commentitia ſunt, nec, etſi tria præmemorata prodigia ſeu potiùs commenta à Blömenvenna in* S. Brunonis *Vitam ſint illata, ea univerſus Cartuſianorum Ordo pro veris aut habere aut umquam habuiſſe deprehenditur, videturque proinde is nec pro vero etiam indubitatoque, uti conſtanter per plura ſecula jam habuit, habiturus fuiſſe Pariſienſe prodigium, ſi commentum dumtaxat fabulaque id fuiſſet. Utut ſit, opinio equidem, quæ Pariſienſe prodigium inter privatos domûs defuncti parietes factum ſtatuit, à veriſimilitudine multo minùs abhorret, quàm quæ id publicè coram innumera propemodum populi multitudine eveniſſe adſtruit. Anne interim reipſa luctuoſa hiſtoria, ſive publicè, ſive intra privatos domûs defuncti parietes accidiſſe ſtatuatur, locum umquam habuerit, Sanctumque noſtrum in eremum impulerit, ſtudioſo lectori ex omnibus, quæ jam fusè de ea diſputata ſunt, dijudicandum relinquo, non ſufficientibus, ut mihi equidem apparet, rationibus ſuprà adductis, ut illam vel certò veram vel certò falſam pronuntiem. Rerum modò, ad Sanctum noſtrum ſpectantium, ſeriem proſequamur.*

E

F

AUCTORE C. B.

§ XXIV. Remisne, an Parisiis Sanctus in solitudinem secesserit, quandonam id fecerit, & an tunc rectà Cartusiæ eremum adierit.

Socii aliquot, de quibus hic

A *Nonymus primorum quinque Cartusiæ Priorum chronologus, qui proxilius Sancti nostri elogium, Vitæ antiquioris nomine, ut suprà monui, edendum, contexuit, Franciscus à Puteo seu Puteanus, Petrus Blömenvenna, aliique recentiores ejus biographi, qui Parisiense prodigium, quo doctor, sese damnatum, è feretro publicè vociferatus sit, in litteras miserunt,* Brunonem, *postquam id accidisset, vehementissima efficacissimaque habita oratione, ut nonnulli, qui & ipsi horrendo spectaculo adfuissent, seculo nuntium remittere unàque cum illo in eremum secedere decreverint, effecisse, memoriæ produnt. Et anonymus quidem, qui Sanctum Parisiis tunc docuisse non scribit, fuisse illos omnes hujus socios seu familiares indicat; recentiores verò, qui* Brunonem *tum ibidem magistrum egisse volunt, quosdam etiam ex illis faciunt hujus discipulos. Verba huc spectantia tum anonymi, tum recentiorum, seu potiùs, qui, quòd ei reliqui ex his consentiant, omnium locum tenebit, Blömenvennæ huc transcribo. Anonymus itaque num.* 5 *sic scribit:* Ea tempestate erat ibi magister Bruno, natione Theutonicus, de civitate Colonia non obscuris parentibus natus, ecclesiæ Remensis canonicus & ibidem scholarum magister in Theologia, qui suprascriptis vocibus (*doctoris scilicet, sese damnatum, vociferati*) salubriter territus atque compunctus allocutus est quosdam socios ibi præsentes, *ac, recitata deinde, quam ad hosce Sanctus habuerit, oratione, num.* 8 *subjungit:* His vel similibus verbis atque sententiis sanctus Bruno seipsum & quosdam socios alloquens & exhortans deliberaverunt ipse & sex alii probi viri secum abrenuntiare mundo & pompis ejus, & ad perpetuam pœnitentiam peragendam heremi deserta competentia quærere &c.

B

C

nonnulla disseruntur, sibi adjunctis,

403 *En modò, quæ Blömenvenna commemoret.* Territus igitur, *inquit*, & salubriter (S. Bruno *nimirum*) compunctus, vocatis nonnullis ex sibi magis familiaribus sociis atque discipulis, inter quos erant magister Lauduinus, qui post eum primus Carthusiæ Prioratum suscepit, duo Stephani, unus Burgensis, alter Diensis, ambo canonici Sancti Rufi, Hugo etiam, quem appellabant Capellanum, eò quòd solus ex eis sacerdotis officio fungeretur, & duo laici, Andreas scilicet & Guarinus, qui omnes præfatis horribilibus defuncti clamoribus interfuerant, his vel similibus verbis eos lacrymabiliter affatus est, Dicens: O amici & sodales *&c. Hæc ille, quosdam ex iis, quos* S. Bruno *post visum auditumque horrendum prodigium vehementissima oratione fuerit affatus, Sancti hujus fuisse discipulos, non obscurè utique docens. Verùm id, dato etiam, horribilem doctoris damnati historiam reipsa habuisse locum, idcirco mihi parùm verosimile apparet, quòd verosimillimè Sanctus, ut* § VIII *ostendi, nec eo tempore, quo luctuosus casus contigisset, nec unquam aliàs Parisiis docuerit seu magistrum egerit. Accedit, apud anonymum primorum quinque Cartusiæ Priorum chronographum seu antiquiorem Sancti nostri biographum, qui majoris utique, quàm Blömenvenna aliique recentiores, auctoritatis est,* sociorum *dumtaxat, non autem etiam* discipulorum *nomine venire eos, ad quos à Sancto post feralem eventum orationem habitam perhibet. Utut sit, quosdam equidem ex iis, quos Sanctus in eremum secum attraxit, ejus antè exstitisse discipulos, hacque occasione factum, ut eis secedendi secum in eremum consilium inspirârit, nullo planè è capite vero apparet absimile, maximè cùm Remos,* docente ibidem Brunone, *ingens undequáque, non modò indigenarum, ast etiam extraneorum alienigenarumque multitudo litteras discendi ergò confluxerit, ut suprà num.* 171 *docui.*

D

Bruno in solitudinem, non Parisiis, sed Remis secessit.

404 *Verùm quæri hìc jam potest, Remisne, an Parisiis in solitudinem Sanctus abierit, itemque quo anno id fecerit. Blömenvenna, Puteanus aliique recentiores, qui in* S. Brunonis *Vita, quam ex instituto describsêre, fuisse hunc, Parisiis docentem, horrendo redivivi prodigio in eremum pulsum tradunt, Parisiis etiam illum, compositis rebus, eò secessisse, non obscurè indicant. Idem etiam facit antiquior noster biographus seu primorum quinque Cartusiæ Priorum chronographus, etsi interim, Parisiis docuisse Sanctum, memoriæ non prodat, uti jam mox docui. Verùm Sanctus, cùm in eremum secessit, Remis versabatur, pristino ibidem post Manassis archiepiscopi expulsionem statui restitutus. Ita docent nos hi, qui, quo ecclesiæ cathedralis Remensis canonici Sancto parentârunt, titulum funebrem, inter recudendos* 52, *ex parte constituunt, sequentes de* Brunone *versiculi, num.* 154 *adhuc recitati:*

Qui cùm multimodè nostra polleret in urbe,
Solamenque suis atque decus fieret,
Cúmque faveret ei fortuna per omnia, jamque
Hunc præferremus omnibus & meritò;
Namque benignus erat omnique peritus in arte,
Facundusque satìs divitiisque potens;
Omnia postposuit Christo, nudumque secutus
Christum, cum multis suscipit hunc eremus.

E

F

Jam verò, cùm hoc ita habeat, Brunonem *sanè, dato etiam, eum prodigio, quo doctor, sese damnatum, denunciârit, Parisiis præsentem adstitisse, hincque esse factum, ut seculo nuntium remiserit, in eremum sese, non Parisiis, sed Remis, quò hinc, facto jam prodigio, res suas compositurus redierit, contulisse, verosimillimum, ne dicam indubium, apparet.*

Id ante annum 1081, contra ac Historia literaria

405 *Atque hoc quidem primum est, quod definiendum hìc erat; quod jam ad secundum, seu ad tempus, quo Sanctus eremum, seculo relicto, petierit, pertinet, in opinione eorum, qui pro luctuosa doctoris damnati historia pulsoque hinc in eremum* S. Brunone *stant, id certè ante annum* 1082 *circitèr factum non esse, necesse est, cùm hoc circitèr anno ferale spectaculum evenisse unanimi consensu scribant, uti tres diversas Sancti nostri Vitas, Commentario huic ex dictis subdendas, inspicienti patescet. Verùm cùm feralis historia certa ex suprà dictis non sit, alia via, quâ vel secessûs* S. Brunonis *in eremum epocha, vel etiam dumtaxat tempus, ante quod hæc figi haud queat,*

A *queat, tutiùs certiúsque determinetur, neceſſariò ineunda eſt. Sanctus noſter, uti dicta* § VIII *manifeſtant, in priſtinum Remis ſtatum ante annum* 1081 *reſtitutus non fuit, ac proîn, cùm ex mox dictis nòn priùs in eremum, quàm cùm id factum fuiſſet, ſeſe receperit, conſectarium omninò eſt, ut hoc poſtremum ante eumdem annum* 1081 *non fecerit; ut proinde à vero deviare videantur hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores, dum hujus Operis ſui tom.* 9, *pag.* 236, Brunonis *in eremum ſeceſſum vel anno* 1078 *vel certè tunc, cùm Manaſſes exauctoratus Remenſis archiepiſcopus armis ſibi aſſerere malè acquiſitum archiepiſcopatum conaretur, ſeu anno* 1080 *contigiſſe, affirmant. Nec tantùm laudati ſcriptores Sancti noſtri in ſolitudinem ſeceſſum loco cit. nimiùm naturant, verùm etiam ſocios, qui eum ad hanc comitati ſunt, è clero Remenſi, cujus an eorum ullus fuerit, eſt dubium, exſtitiſſe aſſeverant. Aſt de hoc infrà tractabo; nunc in tempus, quo Sancti in ſolitudinem ſeceſſus acciderit, ante omnia inquirendum.*

B *Scriptores proximè laudati, qui hunc, ut jam dictum, cum anno* 1080 *aut etiam cum anno* 1078 *componunt, facere id videntur, quòd Sancti cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo de falſis mundi delectationibus æternúmque duraturis cœli gaudiis collationem, de qua jam ſuprà fusè actum, anno circitèr* 1077 *acciditſe ſtatuant*, Brunonemque *ſimul, qui unà cum hiſce ſeculo renuntiandi, monachicumque habitum aſſumendi votum tum emiſerat, Deo id exſolvere haud diu diſtuliſſe, exiſtimârint. Aſt votum ſeſe non ſtatim impleviſſe, ipſemet Sanctus in epiſtola ſuprà plùs ſemel laudata, quâ ad hujus exſolutionem Radulphum Viridem hortatus eſt, non obſcurè indicat.*

406 *In hac enim ad Radulphum ſic ſcribit:* Reminiſcitur quippe dilectio tua, quòd, cùm ego & tu & Fulcius Monoculus quadam die ſimul fuiſſemus in hortulo adjacenti domui Adæ, ubi tunc hoſpitabar, de falſis oblectationibus & perituris mundi hujus divitiis, nec non de perennis gloriæ gaudiis aliquamdiu, ut opinor, tractaremus, unde divino amore ferventes promiſimus ac vovimus Spiritui Sancto in proximo fugitiva ſæculi relinquere & æterna captare, nec non monachicum habitum recipere; quod & in vicino peractum eſſet, niſi tunc Fulcius Romam abiiſſet, ad cujus reditum peragenda diſtulimus; quo moram faciente aliiſque intervenientibus cauſis, divinus amor elanguit, refriguit animus, ferveque evanuit. *Ita Sanctus noſter, qui ſanè, utpote in plurali numero dicens*, peragenda diſtulimus, *non ſolùm de Radulpho, qui voti emiſſi exſolutionem diſtulerit, ſed etiam de ſeipſo, qui id pariter fecerit, indubiè loquitur, ut proinde promptitudine, quam* Bruno *ad voti obligationem exſolvendam attulerit, laudati hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores moveri non debuerint, ut ejus in eremum diſceſſum vel ipſi, quo votum ſtatuunt emiſſum, anno* 1078 *affigerent, aut certè ultra annum* 1080 *non differrent. Nec eſt etiam, cur quis ob Guiberti abbatis Novigentini ſuprà ſæpiſſimè jam laudati auctoritatem Sancti noſtri in ſolitudinem ſeceſſum ante annum* 1081 *contigiſſe exiſtimet. Scribit quidem hic ſcriptor lib.* 1 *de vita ſua, cap.* XI: Hujus ergò (*Manaſſis Remenſis archiepiſcopi ſimoniaci*) mores prorſus improbos & ſtupidiſſimos habitus cùm omnis honeſtus horreret, Bruno in eccleſiis tunc Galliæ opinatiſſimus, cum aliis quibuſdam Remenſium clericorum nobilibus infamis illius odio exceſſit ab urbe *Remenſi, ac deinde, nonnullis interpoſitis, ſubjungit:* At Bruno, urbe (*Remenſi ſcilicet*) deſerta, ſæculo etiam abrenuntiare proponit, qui ſuorum notitias horrens ad Gratianopolitanum proceſſit territorium. Ibi in arduo & admodum terribili promontorio, ad quod difficillimum & valde infolens iter intenditur; ſub eo etiam præruptiſſimæ vallis vorago dehiſcit, habitare deligens, hujuſmodi mores inſtituit, & ſequaces ejus hodieque ſic vivunt.

Franciæ ſcriptores ſtatuunt, non contigit,

AUCTORE C. B.

407 *Verùm, etſi ſcriptor, uti ex illius huc jam tranſcriptis verbis liquet, Sancti noſtri ex urbe Remenſi diſceſſui ſeceſſum in Cartuſiæ eremum ſubjungat, hunc tamen inter & illum nullum planè aut perexiguum dumtaxat temporis ſpatium interceſſiſſe, ſeu* Brunonem, *ſtatim atque ob improbos Manaſſis mores urbe Remenſi exceſſerat, in eremum abiiſſe, non edicit, nec, ſalva veritate, edicere id potuit, uti ex ſuprà dictis tum de tempore, quo Sanctus ex urbe Remenſi abiit, tum de rebus, quas deinde geſſit, pronum eſt eruere. At verò, inquies, nihilne etiam aliud Guibertus, unde Sancti in eremum ſeceſſûs tempus utcúmque determinari poſſit, ſuppeditat? Recitatis proximè binis textibus ſequentia verba interſerit:* Quem (*Manaſſem*) poſtmodùm proceres, clerus atque burgenſes, cùm ab Hugone, qui Dienſis agnominabatur, archiepiſcopo Lugdunenſi, Apoſtolicæ ſedis legato, viro in fœnore juſtitiæ clariſſimo, creberrimo anathemate feriretur, & ille manu militari theſauros eccleſiæ dilapidare niteretur, à ſede, quam malè obſederat, pepulerunt, & exilio relegatus æterno, cùm ſe ad excommunicatum tunc temporis Henricum imperatorem ipſe etiam excommunicatus contuliſſet, hàc illácque oberrans, ſine communione poſtremò defungitur; *cùm autem ſcriptor ille hæc verbis, quæ è binis ejus num. præcedenti huc tranſcriptis textibus poſterior includit, proximè præmittat, Manaſſis ex urbe ſedeque Remenſi expulſioni Sancti noſtri in eremum ſeceſſum poſtponit, hincque fieri poteſt, ut huic illam præiviſſe, Guibertus indicare non nemini videatur, ac proîn, ſi ſcriptore hoc ſtandum ſit,* S. Bruno *ante annum* 1081, *utpote ante quem ex urbe ſedeque Remenſi Manaſſem expelli non contigerit, in eremum non abiiſſe. Verùm etſi Guibertus Manaſſis expulſioni* Brunonis *in eremum receſſum poſtponat, propterea tamen conſequens non eſt, ut huic illam præiviſſe ſignificatum voluerit.*

etſi interim ex Guiberto de Novigento

C F

408 *Etenim ſibi, Sancti noſtri relato ob improbos Manaſſis mores ex urbe Remenſi exceſſu, propoſitum dumtaxat habuiſſe videtur, quid deinde tum de hoc, tum de illo factum eſſet, lectorem edocere, nulla interim ordinis, quo quæque geſta eſſent, ratione habita. Ita omninò apparet, quòd dum reipſa, quid tum de Manaſſe, tum de* Brunone *evenerit, enarrat, Manaſſis etiam mortem Sancti in eremum ſeceſſui præmittat, quo tamen illam diu poſteriorem fuiſſe, dubitandum non eſt. Manaſſem enim diu dumtaxat, poſtquam ex urbe Remenſi fuiſſet ejectus, diem extremum clauſiſſe, ipſemet Guibertus verbis proximè recitatis, uti hæc conſideranti patebit, indicare videtur, idque omninò ſuadent, quæ Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* VIII *pag.* 655 *& ſeq. memoriæ produnt; Sanctum autem non diu admodùm poſt Manaſſis ex urbe Remenſi expulſionem in ſolitudinem ſeſe recepiſſe, ex hìc dicendis facilè colliges. Jam verò, cùm res ita habeat, ex eo ſanè, quòd*

nec eventûs illius epocha,

AUCTORE C. B.

Guibertus Manaſſis expulſioni Sancti noſtri in eremum ſeceſſum poſtponat, conſectarium neutiquam eſt, ut huic illam præiviſſe, ſignificatum velit, etſi interim ex dictis § VIII *revera non ante in eremum Sanctus, quàm ex urbe Remenſi Manaſſes fuiſſet expulſus, ſeſe receperit.*

nec tempus, quo Sanctus ſeculo renuntiare propoſuerit, conſtare queat;

409 *Atque hinc jam conſequitur, ut Guibertus nec Sancti noſtri ſeculo renuntiandi propoſitum, etſi & hoc Manaſſis expulſioni per verba ſuprà recitata poſtponat, fuiſſe hâc poſterius, ſignificatum voluerit; quod hîc accuratè notandum idcircò duxi, quòd ex hiſce contendere non nemo poſſet, monachici habitûs induendi votum, quod in collatione, cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo habita, Sanctus emiſit, eſſe pariter, contrà ac ſuprà ſtatuimus, facta anno* 1081 *Manaſſis ex urbe Remenſi expulſione poſterius. Res hæc interim, quod bene etiam notandum, nec ita indubiè ſeſe haberet, etſi etiam Guibertus, ſeculo renuntiandi propoſito,* B *de quo per verba num.* 406 *& alibi recitata loquitur, Manaſſis ex urbe Remenſi expulſionem præiviſſe, diſertè aſſereret. Sitne enim ſcriptori huic per verba illa de emiſſo à Sancto ſecedendi in eremum ſeculoque renuntiandi voto, an de ipſo, qui utique cum ſecedendi conſilio ſeu propoſito fuit conjunctus, ſeceſſu illius in eremum ſermo, admodùm eſt dubium, maximè cùm Guibertus, qui ex ſuprà dictis rerum, à* S. Brunone *publicè non geſtarum, minùs gnarus exſtitit, facilè ignorare potuerit votum, quod Sanctus noſter cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo intra privatos domûs Adæ, in qua hoſpitabatur, parietes ab aliorum hominum conſortio ſejunctus emiſit. Atque hinc eſt, cur* § VI *pro ſtabilienda opinione, qua habitam à* Brunone *cum Radulpho Viridi & Fulcio Monoculo collationem emiſſumque in hac ſeculo renunciandi eremumque petendi votum poſt illius ex urbe Remenſi diſceſſum collocat, recitata ſuprà, quæ huc faciunt, Guiberti verba in ſubſidium non vocârim, licèt interim hæc eidem opinioni, quòd fortè equidem iis de voto, per Sanctum emiſſo, loqui Guibertus voluerit, ſuffragari, num.* 177 *edixerim. Hiſce modò notatis, in tempus, quo Sanctus, quod ex dictis ante annum* 1081 *non evenit, in eremum* C *ſeceſſerit, inquirere pergamus.*

aſſ cum Bruno, mundò valedicens, non rectà, contrà ac

410 *Cartuſiæ eremum* S. Bruno *anne* 1084 *omni dubio procul, uti infrà oſtendam, primùm eſt ingreſſus; quare, ſi eremus, quam Sanctus, mundo nuntium remittens, primùm adiit, Cartuſiana exſtiterit, ſeu, ſi rectà tunc Cartuſiam adierit, dubium non erit, quin eodem anno* 1084 *mundo primùm valedixerit, ſeſeque in ſolitudinem abdiderit. Atque hoc ſanè Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor anonymus, qui doctoris, ſeſe damnatum vociferati, prodigium anno* 1082 *accidiſſe ſtatuit, omnino contendit, idque, ut apparet, quòd illud verè habuiſſe locum, tueatur, ſeu potiùs, ut aptam ſilentii, quo iſtud Guibertus Novigentinus abbas præteriit, rationem reddere queat. Et verò ſi dictum prodigium anno* 1082 *Sanctique in ſolitudinem ſeceſſus anno demum* 1084 *contigerit, fieri facilè potuerit, ut, an hujus illud cauſa exſtiterit, Guibertus ignorârit, ac proîn ut luctuoſam hiſtoriam, etſi optimè ſibi compertam, ſilentio præterierit, dum de Sancti converſione hujuſque initiis lib.* I *de vita ſua, cap.* XI *tractaret. Audi, quî laudatus Cartuſianus anonymus, cui deinde, ut Guiberti ſilentio ſeu formato ex hoc contra prodigium argumento negativo vis ſuæ ſuprà aſſignata maneat, reſponſurus ſum, in proximè iterum cit. Annalium Ordinis ſui lib. quarto hactenus non vulgato num.* 99 *ſub finem de hac re loquatur.* Nec juvat, *inquit*, reponere, Guibertum tacuiſſe de ſpectaculo. Tacuit enim, quia vel illud ignoravit, ſi tantùm inter privatos parietes evenit; vel, ſi publicum fuit, & coram ingenti hominum multitudine actum, neſcivit, utrùm fuerit cauſa ſeceſsûs ſancti Brunonis, qui tantùm annis ferè duobus poſt illud receſſit, ut legitur apud anonymum noſtrum, & in citatis Chronicis, ab auctoribus Cartuſienſibus editis.

Cartuſianus anonymus, biennii circitèr ſpatium

411 Unde non mirum, ſi ſolis Cartuſienſibus hæc cauſa innotuerit; & maximè cùm ſoleant ejuſmodi conſilia ſervari ſecreta, & non niſi paucis intimiſque aperiri & communicari; quod ſanctum Brunonem feciſſe, credibile eſt juxta illud celebre placitum, à Petro Cluniacenſi, ut jam diximus, commendatum, quo ſanctus Patriarcha ſuis ſequacibus inſpiravit, "Miranda o-„pera, quanto poſſent niſu, occultare.„ Quod nihilominùs de præſentium tantùm & propriis operibus intelligendum eſt, non verò de præclaris antiquorum Patrum geſtis, quæ poſteris ad ædificationem commendare jubet Deus per Eccleſiaſticum dicentem: "Laudemus viros glo-„rioſos & parentes noſtros in generatione ſua.„ *Ita hactenus ille; tacitè interim agnoſcens, futurum fuiſſe, ut Guibertus, Pariſienſi prodigio in eremum pulſum fuiſſe* S. Brunonem, *exploratum haberet, ſi brevî hic in illam, poſtquam feralis hiſtoria publicè eveniſſet, ſeſe receperit. Et ſanè, ſi Sanctus, ſtatim atque prodigium accidiſſet, aut certè non diu pòſt in eremum, ſex ſibi ſociis adjunctis, abiiſſet, fuiſſet utique, feciſſe hoc illum, horrendo eventu impulſum, Guiberto aliiſque paſſim notiſſimum, maximè cùm Sanctus tum eos, quos ſecum in ſolitudinem attraxit, tum alios non paucos horribili illo damnati doctoris exemplo ad pœnitentiam agendam excitârit, quemadmodum omnes, qui prodigium propugnant, unanimi conſenſu contendunt. At verò, ait Cartuſianus noſter anonymus, Sanctus non priùs, quàm cùm jam biennium ferè à prodigioſa doctoris anaſtaſi eſſet elapſum, in eremum ſeſe recepit,* F *hincque id feciſſe illum, horribili eventu impulſum, ignoravit Guibertus. Verùm cui, quæſo, veroſimile appareat,* Brunonem, *qui jam inde ex voti dudum emiſſi religione ad habitum monaſticum ſuſcipiendum tenebatur, huicque obligationi ſatisfacere diutiùs differens gravioris noxæ periculo ſeſe erat expoſiturus, non priùs in ſolitudinem, quàm cum biennium ferè à prodigio, quo, ut loquuntur nonnulli,* animitus fuerat concuſſus, *eſſet elapſum, ſeceſſiſſe?*

inter Sancti in eremum ſeceſſum & Pariſienſe prodigium

412 *Id ſanè incenſo, quod, viſo horribili ſpectaculo, conceperit, ſalutis æternæ rerumque cæleſtium deſiderio minimè congruit. Nec eſt, quòd reponas, tanto temporis ſpatio rebus ſuis componendis, parandiſque, quæ ad novum ſuſcipiendum vitæ genus opus erant, indiguiſſe Sanctum. Etſi enim dubitandum non ſit, quin poſt prodigium, ſi reipſa locum id umquam habuit, temporis aliquod ſpatium, quo res ſuas componeret, neceſſariaque ad novum vitæ genus pararet, verè impenderit, fuiſſe tamen illud aut eſſe debuiſſe duorum circitèr annorum, nulla omninò ratio ſuadet. Quid nî enim bonis ſuis ſeſe abdicare, amicis valedicere, paucaque, quæ ei, pauperrimam vitam ducturo, neceſſaria eſſent futura, pararo duorum etiam dumtaxat triumve menſium ſpatio pe-*

A *potuerit ? Aſt, inquit Cartuſianus noſter anonymus, Sanctum anno* 1084 *Cartuſiæ eremum eſſe ingreſſum, primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologus ſeu antiquior Sancti noſtri biographus num.* XI *diſertè tradit, eique, qui pòſt floruerunt Cartuſiani alii, pro prodigioſa doctoris damnati anaſtaſi teſtati, jamque in medium* § XI *adducti, etiam conſentiunt. Fateor, ſic habet: verùm quid tum ? Sanctum equidem poſt factum prodigium in ſolitudinem, ab eremo Cartuſiana diverſam, antequam hanc adiret, ſeſe non abdidiſſe, nuſpiam affirmat. Nec, etſi id affirmaret, conſequens propterea fieret, ut, ſpectatis iis, quæ is ſcriptor memoriæ prodit, Sanctus noſter, antequam in ſolitudinem ſecederet, biennium circiter à prodigioſa anaſtaſi ſiverit elabi. Etſi enim anonymus ille chronologus, ſeu antiquior noſter biographus, definito anno* 1084 Brunonis *in Cartuſiæ eremum ſeceſſum innectat, ſuo tamen ſcribendi modo non efficit, ut Pariſienſe prodigium*

B *anno* 1082 *neceſſariò ſit innectendum. Etenim id relaturus num.* 1 *ita memorat:* Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXII vel circa illum, dum ſolemne ſtudium floreret Pariſiis, præcipuè in Philoſophia & Theologia & jure Canonico, ſicut generaliter conſuevit, tale prodigium (*quo ſcilicet doctor Pariſienſis tantiſper redivivus, ſeſe damnatum, è feretro adſtantibus denuntiârit*) ibi dicitur accidiſſe.

perperam interponens, opinatur,

413 *Prodigioſa ergò doctoris damnati anaſtaſis, ſpectatis iis, quæ antiquior noſter biographus memoriæ prodit, non definito anno* 1082, *ſed vel hoc ipſo anno, vel uno aut altero proximè ſeu prægreſſo ſeu ſecuto, evenit, nec quidquam tibi occurrit, quod feralem illam hiſtoriam, ſi unquam accidit, determinato anno* 1082 *cogat innectere. Quid ſi ergò illa, ſi contigit, ipſo anno* 1083, *ad finem ferè jam provecto, reipſa etiam, uti ex dictis fieri poteſt, contigiſſe ſtatuatur, ita ſanè hanc inter & Sancti in Cartuſiæ eremum ſeceſſum, qui ex dicendis anno* 1084 *circa diem, S. Joanni Baptiſtæ ſacrum, evenit, non biennium circiter, ſed arctius longè temporis ſpatium interceſſerit, quod Sanctus rebus ſuis componendis parandiſque, quæ ad conſilii ſui exſecutionem opportuna arbitrabatur, impendere potuerit, quodque, ſi longius adhuc videatur, quàm ut à Sancto rebus ſuis componendis neceſſariiſque vitæ eremiticæ amplectendæ parandis impenſum fuiſſe credatur, contrahi adhuc poteſt differendo etiam ad annum uſque* 1084 *Pariſienſe prodigium, utpote quod nec neceſſariò ante hunc annum ex jam dictis acciderit. Quoquo modo itaque res habeat, biennii circiter ſpatium annum inter, quo Sanctus in Cartuſiæ eremum abiit, prodigiique Pariſienſis epocham interceſſiſſe, ex iis, quæ anonymus primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologus ſeu antiquior Sancti noſtri biographus memoriæ prodit, conſequens non eſt. Atque id quidem, nec immeritò ob jam dicta, ſtatuimus, Cartuſiano noſtro anonymo dantes tantiſper, Sanctum noſtrum, cùm mundo valedicturus Remis exceſſit, rectà in Cartuſiæ eremum ſeceſſiſſe, ſeu ad S. Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, à quo in hanc ex dicendis ductus fuit, ſeſe contuliſſe.*

Cartuſiam non adierit, ſed antè, uti è laudata à Mabillonio

414 *Verùm Sanctus, antequam hoc faceret, ſolitudinem à Cartuſiæ eremo diverſam adiiſſe, in eaque aliquamdiu commoratus fuiſſe videtur. Ita opinandi anſam ſeu fundamentum præbent varii funebres Sancti Tituli, uti etiam Mabillonius in Ordinis ſui Benedictini Annalibus, lib. 66, num. 66. Hic enim ſcriptor ibidem, de Sancto noſtro, qui, Cartuſiam adiens, magni nominis eremitam, ſi Blömenvenna ex Henrico Calcar rectè notet, in via conſuluerit, ſermonem faciens, hæc ſequentia prodit memoriæ:* Quinam ſit ille magni nominis eremita, quem Bruno adeundo Cartuſiam conſuluit, nemo hactenus, ne quidem divinando, aſſecutus eſt. Conjiciebam aliquando, fuiſſe Stephanum Tiernenſem, qui tum Mureti apud Lemovicos non ſine magni nominis fama eremiticam vitam cum ſuis agebat. At quibuſdam monumentis adducor, ut credam, illum magni nominis eremitam non alium eſſe, quàm Robertum, abbatem Moliſmenſem. Exſtat in illius monaſterii tabulario Rainardi de Barro, & Johannis de Laniaco charta, quâ " terram apud Siccam-fon-„tanam, labore hominum„ partim " jam com-„planatam, „ laudante Valentio comite Brenenſi & Barrenſi, cujus "hoc caſamentum „ erat, eccleſiæ Moliſmenſi conferunt.

AUCTORE C. B.

E *monaſterii Moliſmenſis chartæ, variiſque*

415 "Cùm verò eccleſia loci illius, quam „ædificaverant Petrus & Lambertus, diſcipuli „magiſtri Brunonis, qui cum eo in territorio illo erant, & eremiticè vixerant, à domno Ro-„berto Lingonenſi epiſcopo in honore beatæ „ſemper Virginis Mariæ dedicaretur, atriumque „benediceretur, prædictus comes & idem Ray-„nardus & Acelenus cum multis aliis præſentes „fuerunt.„ Ex quibus intelligitur, Brunonem apud Siccam-fontanam, qui locus eſt diœceſis Lingonenſis in archidiaconatu Barri ſuper Albam, aliquamdiu eremiticè vixiſſe cum prædictis Petro & Lamberto ipſius diſcipulis & de proximo conſulere potuiſſe Rotbertum Moliſmenſem abbatem, magni tum nominis, qui eremiticam paſſim vitam agebat. Nulla prædicto inſtrumento apponitur chronica nota; ſed ad marginem recentiori manu adſcriptus eſt annus MLXXXI, qui tempori ſeceſſûs Brunonis apprimè convenire poteſt. Nec obſtat, quòd Rotbertus Lingonum præſul & ipſe Brunonis diſcipulus, qui Siccæ-Fontanæ eccleſiam dedicavit, non ante annum MLXXXV hanc ſedem inierit. Nam hæc dedicatio aliquanto poſt receſſum Brunonis facta eſt. Certè Brunoni Remis Gratianopolim adeunti obvium erat Moliſmenſe monaſterium, adeóque Rotbertus ejus abbas, quem nullus tum eremitarum aut monachorum, ad perfectionem illis in partibus contendentium, non rectorem ac ducem habere cupiebat. *Ita ille; è Titulis autem funebribus, è quibus, Sanctum rectà in Cartuſiam, cùm mundo valedixit, non ſeceſſiſſe, exiſtimo, primus S. Petri Trecorum*

C F *eſt, locumque inter edendos* 47 *tenens ſic habet:*

Ut Titulus dicit, mundi tentamina vicit
Bruno vir ſapiens juſſa Dei faciens.
Sprevit opes multas, ſibi nec fuit ulla facultas;
Sed quidquid potuit, fratribus exhibuit.
Fugit ab hac vita, monachus fit & hinc eremita.
Dum ſic abſtinuit, regna poli meruit *&c.*

funebribus Sancti Tituli

416 *Secundus, qui monialium Tituli S. Joannis Baptiſtæ eſt, locoque* 68 *recudetur, binos hoſce unà cum aliis nonnullis complectitur verſiculos:*

Vivit adhuc Bruno, ſibi traditur à Patre vita.
Clericus ipſe fuit, fit monachus, hinc eremita.

Ter-

AUCTORE C. B.

Tertius, inter recudendos 139, *quo Albertus, eccleſiæ Beverlacenſis canonicus, Sancto parentavit, hexametro duntaxat pentametroque conſtat.*

Det pietas Chriſti tibi, Bruno, quod meruiſti.
Factus in hac vita monachus priùs, hinc eremita.

Quartus, ſeu 143 *inter recudendos, quem Sancto Caſtrenſis S. Petri eccleſia inſcripſit, hiſce potiſſimùm verſiculis concipitur:*

Gloria juſtorum, ſolatia ſola reorum
Bruno fuit vivens, parque dolor moriens.
Totius cleri decus, exemplar quoque veri
Mors dolor eripuit, dum Pater occubuit.
Effectus monachus priùs, hinc eremitaque rectus,
Gratia ſumma Dei propitietur ei.

Sanctus itaque, uti ex hiſce jam recitatis funebribus Titulis ejus apparet, monachum priùs induit egitque, quàm vitam eremiticam fuerit amplexus. Ita ſcilicet, quemadmodùm Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom. 9, *pag.* 237 *obſervant, Titulorum illorum auctores deſignare voluerint tempus, quo Sanctus, antequam in Cartuſiæ eremum ſecederet, ſolitudinem inhabitavit, ſeu, quod eòdem recidit, ſolitudinem à Cartuſiæ eremo diverſam, antequam in hanc ſeſe abderet, Sanctum noſtrum inhabitaſſe, vitamque in ea monachicam duxiſſe.*

B

colligitur, in Sicca-fontanæ ſolitudine

417 *Ita ferè quantùm ad ſubſtantiam illi, addentes etiam locum, in quo Sanctus, antequam in Cartuſiæ eremum ſecederet, aliquamdiu fuit verſatus, Siccæ-fontanæ ſolitudinem exſtitiſſe. Et Sanctum ſanè in hac, antequam Cartuſiam adierit, aliquanto temporis ſpatio habitâſſe, mihi ſat veroſimile, ne dicam certum, faciunt, quæ Mabillonius, quem etiam in margine laudant, loco ſuprà cit. in medium adducit. Verùm eùm ex hiſce ibidem, non monachicam, ſed eremiticam duntaxat vitam duxiſſe Sanctus intelligatur, qua ratione veritati congruunt Tituli diverſi funebres proximè recitati, quibus* Brunonem *primò monachum, ac deinde eremitam factum eſſe docemur? Difficilis ſanè implicatuſque valde hic nodus videtur. Verùm quid ſi Sanctus à monachico habitu, quem mox, cùm in Sicca-Fontanæ ſolitudinem ſeſe abdidit, induerit, primò quidem monachus, eremita verò pòſt à vivendi norma, quam & tunc deinde amplexus ſit, factus fuiſſe in præfatis Titulis funebribus dicatur? Quid ſi etiam id fiat, quòd in Moliſmenſi abbatia, Siccæ-Fontanæ ſolitudini vicina, reipſa monachum, monachico etiam habitu aſſumpto, egerit, ac deinde tum in Siccæ-Fontanæ ſolitudine, tum in Cartuſiæ Calabriæque eremis vitæ eremiticæ ſeſe dederit? Sanè ut poſtremum hoc veroſimillimum putem, faciunt tum dicti Tituli funebres, tum votum induendi monachum, à Sancto ex dictis antè emiſſum; ut autem alterutrum adſtruatur, ſuadere etiam videtur, quo Sancto ab eccleſiæ ſeu abbatiæ Moliſmenſis ſeu Molernienſis monachis parentatum fuit, funebris Titulus, inter recudendos* 40. *Hoc enim, familiariſſimum ſibi fuiſſe* S. Brunonem, *laudati monachi produnt.* Noſtris *inquiunt*, verſiculis, qui habitamus Molernium addentes vobis, qui eſtis Turri, innoteſcimus, quòd pro domino Brunone patrono veſtro, noſtro autem familiariſſimo, Miſſarum ſolemnia diebus triginta celebravimus; etiam ejus obitûs anniverſarium diem in catalogo fratrum noſtrorum conſcripſimus.

C

418 *At verò, inquies, etſi Primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologus ſeu antiquior Sancti noſtri biographus aliique recentiores non impediant, quò minùs Pariſienſe prodigium, ſi unquam contigit, ultra annum* 1082 *queat differri, ſtantibus tamen iis, quæ ſcribunt, Sanctus noſter, cùm ſeculo valedixit, rectà in Cartuſiam ſeceſſiſſe videtur, nec alibi, antequam eò ſeſe conferret, aliquamdiu eſſe commoratus. Etenim, ut ab antiquiori noſtro biographo ducatur initium, mox hic, recenſita, quam Sanctus, viſo horribili ſpectaculo, habuerit, oratione, ita proſequitur:* His vel ſimilibus verbis atque ſententiis ſeipſum & quoſdam alios alloquens & exhortans deliberaverunt ipſe & ſex alii probi viri ſecum abrenuntiare mundo & pompis ejus, & ad perpetuam pœnitentiam peragendam heremi deſerta competentia quærere, & ibidem, relictis omnibus divitiis & deliciis & honoribus hujus mundi, accipere ſinguli cruces ſuas & nudum Chriſtum ſequi per arctam viam, quæ ducit ad vitam, & latam ac ſpatioſam deſerere, quæ amatores & ſectatores mundi perducit ad ſupplicia damnatorum. Et ideò, quia audierant famam ſanctitatis ſancti Hugonis epiſcopi Gratianopolitani, qui priùs aliquo tempore ejuſdem magiſtri Brunonis in ſcholis creditur ſocius extitiſſe, ſancto Spiritu inſpirante, propoſuerunt ad memoratum ſanctum epiſcopum ſimul accedere & ejuſdem auxilium & conſilium requirere, ut in ejus diocæſi, quam audierant multis deſertis montibus habundare, mererentur locum congruum obtinere, in quo ſuum ſanctum & ſalubre propoſitum poſſent effectui mancipare. Septem igitur ſancti viri ſuprà ſcripti prædicta de cauſa ad prædictum Sanctum epiſcopum, duce ſancto Spiritu, pervenerunt. *Cùm igitur orationi, à* S. Brunone *poſt prodigium habitæ, mox hujus ſociorumque Hugonem accedendi conſilium, proximèque ſecutum ad ſanctum hunc epiſcopum acceſſum, nullius prorſus rei, quæ media interceſſerit, mentione facta, ſubjungat, Sanctum ſanè, facto Pariſienſi prodigio, rectà ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum ſe contuliſſe, nec alibi antè aliquamdiu eſſe commoratum, non obſcurè indicat, uti quiſque, quantùm opinor, rem attentè conſiderans, facilè agnoſcet.*

quidquid in contrarium ex antiquiore

E

aliiſque Sancti biographis arguatur.

F

419 *Nec minùs clarè id ipſum indicat in contexta à ſe Sancti noſtri Vita Blömenvenna. Oratione enim, quâ* Bruno, *viſo doctoris damnati ſpectaculo, vocatos ad ſeſe è diſcipulis ſuis familiaribuſque nonnullos allocutus atque ad pœnitentiam agendam adhortatus primùm fuerit, recenſita, duos Stephanos, Burgenſem unum, Dienſem alterum, quos hiſce accenſet, ita primò loquentes inducit:* Non longè à civitate Valentiæ, cui noſtrum adhæret monaſterium ſancti Rufi prope fluenta Rodani in confinio diocæſis Dienſis eſt civitas Gratianopolis atque in ea beatus Hugo, ejuſdem civitatis epiſcopus, quem frequenter vidimus & cognoſcimus virum utique ſanctum, juſtum & rectum ac timentem Deum, virum in omni virtute exercitatum atque perfectum. Is habet in diocæſi ſua montes altiſſimos, in quibus ſunt deſerta loca plurima, ab omni hominum tranſitu & conſortio ſeparata, ac per hoc ad pœnitentiam agendam accommodatiſſima. Iſte etiam, exemplo & monitis ad pœnitentiam omnes invitans, in adventu noſtro, ſi ipſum acceſſerimus, gaudebit & voti compotes faciet. Eſt enim ſupra modum pius, benignus & miſericors. Nos verò, qui viam,

A viam, quâ ad eum itur, frequenter ambulavimus, ad ipſum vos ducere valemus; *ac deinde quî* Bruno *ejuſque ſocii, probato mox omnium calculis, quod hiſce verbis includitur, utriuſque Stephani conſilio, ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum, rebus ſuis compoſitis, conſultoque in viâ magni nominis eremita, ſeſe contulerint, exponit, nulla planè, quæ illorum ad hunc acceſſui præiverit, commorationis alio in loco mentione facta. Puteanus porrò in edenda, quam concinnavit, Sancti Vita ad amuſſim ferè (neque enim, eum conſulti in via eremitæ non meminiſſe, quidquam ad rem hîc facit) Blömenvennæ conſonat, ut proinde tam ſecundum hoſce Sancti noſtri biographos, quàm ſecundum alterum, num. præced. memoratum ſeu primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologum* Bruno *ejuſque ſocii, cùm ſeculo nuntium remisêre eremumque petiêre, rectà ſeſe ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum, à quo ex dicendis in*
B *Cartuſiæ ſolitudinem haud multò pòſt ducti fuêre, ſeſe contulerint.*

aliquamdiu commoratus ſit,

420 *Verùm cùm Puteanus & Blömenvenna ſeculo demum ſexto decimo ſuam de Sancto lucubrationem elaborârint, hiſque antiquior primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologus non priùs ex ſuprà dictis, quàm cùm jam anni ampliùs centum à* Brunonis *eſſent obitu elapſi, floruerit, recentiores remotioreſque ab hujus in Cartuſiæ eremum ſeceſſu omnes ſunt, quàm ut iis unquam, quæ de hoc narrant, fidem certam atque indubitatam facere poſſint, nedum quando cum antiquiori fidei integræ monumento pugnant; locum autem hoc poſtremum hîc obtinet. Sanctum enim, antequam in Cartuſiæ eremum ſeſe abderet, in Siccæ-fontanæ ſolitudine vitam eremiticam aliquamdiu duxiſſe, antiquam, quam verbis ſuprà recitatis Mabillonius laudat, monaſterii Moliſmenſis charta prodit, nec ullo ex capite vetus hoc Sanctoque noſtro æquale monumentum ſuppoſititium ſpuriumve apparet. Adhæc opinioni, quæ Sanctum, cùm mundo valedixit, in Cartuſiæ eremum non rectà ſeceſſiſſe, ſtatuit, etiam Guigo, quintus Cartuſiæ Prior, in conſcripta à ſe S. Hugonis Gratianopolitani epiſcopi Vita ſuffragatur. Etenim, ubi* Brunonis
C *ſociorumque ejus (Adi, quæ ex ea num.* 422 *huc tranſcribentur, verba) ad Hugonem acceſſum refert, ita de illis ſcribit:* Quærebant autem locum, eremiticæ vitæ congruum, necdumque repererant. *Quibus verbis non obſcurè indicat,* Brunonem *ejuſque ſocios, antequam ad Hugonem veniſſent, operam jam dediſſe, ut locum eremiticæ vitæ aptum invenirent; hinc autem fit, primò quidem, ut à vero alienum videatur,* Brunonem *ejuſque ſocios, cùm poſt prodigium jam jam mundo valedicturi eſſent, communi conſilio, ut laudati mox biographi docent, ſtatuiſſe, ad Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, ut ab eo in diœceſis Gratianopolitanæ montibus locum eremiticæ vitæ aptum impetrarent, ſeſe conferre; deinde verò, ut vel hinc, Sanctum noſtrum, antequam ad Hugonem accederet, in Siccæ-fontanæ ſolitudine, quò, an locus hic vitæ eremiticæ aptus eſſet, exploraret, aliquamdiu fuiſſe commoratum, veroſimile evadat, ac proin laudatæ à Mabillonio monaſterii Moliſmenſis chartæ, quæ id ex dictis factum prodit, pondus qualecúmque accedat.*

in ſolitudinem vel anno 1081 *vel altero è binis ſeqq. ſeceſſit.*

421 *Accedunt Tituli funebres ſuprà laudati, qui, ſi Sanctus noſter, cùm mundo valedixit, rectà in Cartuſiam, ubi eremiticam vitam duxit, ſeceſſerit, veritati haud ſatis aptè*

intelligentur congruere. Omnibus itaque ſeduló perpenſis, dubitandum vix apparet, quin Sanctus, cùm ſeculo nuntium remiſit, non rectà in Cartuſiam, ſed aliò priùs conceſſerit. Et locum quidem, quem tunc petiit, atque aliquamdiu inhabitavit, Siccæ-fontanæ ſolitudinem fuiſſe, laudata ſuprà à Mabillonio monaſterii Moliſmenſis charta fidem facit. Verùm quanto quidem temporis ſpatio Bruno *in hac, antequam ad Cartuſiæ eremum ſeu ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum ſe conferret, fuit moratus? Nihil omninò, ut quid certi hac de re ſtatuatur, occurrit. Cùm eccleſiæ ſeu monaſterii Moliſmenſis, ſolitudini Siccæ-fontanæ adjacentis, monachi in titulo funebri, quo* Brunoni *parentârunt,* familiariſſimum ſuum *ex jam dictis eum appellent, Sanctum ſanè, quò eis adeò notus eſſe potuerit, temporis ſpatio ſatis longo in ſolitudine illa aut etiam in ipſo, in quo ex dictis monachum egerit, Moliſmenſi monaſterio eſſe commoratum, ſat veroſimile apparet. Quid ſi ergò per annum circitèr aut adhuc diutiùs ibidem hæſerit, ac tum demùm, cùm locum vitæ eremiticæ, cui ſe dederit, minùs aptum experiretur, ad Hugonem Gratianopolitanum, ut ab eo aptiorem obtineret, ſeſe contulerit? Id ſanè à veriſimilitudine minimè abhorrere mihi videtur. Jam verò, cùm hæc ita ſint, Sanctuſque, ut ſuprà docui, certè non ante annum* 1081 *in ſolitudinem, ſeculo relicto, abierit, nec ſeriùs ex dicendis, quàm anno* 1084 *circa diem S. Joanni Baptiſtæ ſacrum Cartuſiæ eremum ſit ingreſſus, conſequens fit, ut vel anno* 1081 *vel altero è binis ſequentibus in ſolitudinem ſuam ex dictis Siccæ-fontanæ indubiè fuerit, ſeſe, ſeculo relicto, primùm abdiderit. Alia, ut tempus, quo id evenerit, propiùs determinem, invenire haud quivi. Ad alia modò, quæ pòſt ſecuta ſunt, diſcutienda progrediamur.*

AUCTORE C. B.

E

F

§ XXV. Sancti ad Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, acceſſus, quales ejus fuerint ſocii, & an tunc ſacerdotio initiatus exſtiterit.

Sanctus ad Hugonem Gratianopolitanum venit. Fuit huic, quæ ex Guigone,

CUm Sanctus noſter, ſexque ejus ſocii, quibus ille, ut apparet, eremiticæ vitæ deſiderium inſpirârat, locum hactenus huic vitæ generi ſatis aptum, utut diligenter quæſitum, haud inveniſſent, ad Hugonem tandem Gratianopolitanum epiſcopum, ut ab eo, de cujus virtutibus planè eximiis vitæque ſanctitate inaudierant, locum quemdam propoſito ſuo idoneum impetrarent, pervenerunt. Hæc aliaque nonnulla fas eſt colligere ex Guigone, quinto Cartuſiæ Priore, in ſancti illius antiſtitis Vita, apud nos tom. 1 *Aprilis edita num.* XI *ita ſcribente:* In his (*ſanctus Hugo*) agebat, &, ecce, tribus necdum in epiſcopatu, poſt monaſterii reditum, completis annis, adeſt magiſter Bruno, vir religione ſcientiaque famoſus, honeſtatis & gravitatis ac totius maturitatis quaſi quoddam ſimulacrum. Habebat autem ſocios magiſtrum Landuinum, qui poſt eum Carthuſiæ Prior extitit, duos Stephanos, Burgenſem & Dienſem (hi S. Rufi ca-

AUCTORE C. B.

nonici fuerant, sed desiderio vitæ solitariæ ei, abbate favente, sese conjunxerant) Hugonem etiam, quem cognominabant Capellanum, eò quòd solus ex eis sacerdotis fungeretur officio; duos laïcos, quos appellamus Conversos, Andream & Guarinum. Quærebant autem locum eremiticæ vitæ congruum necdumque repererant. Hac ergò spe, simul & suavi sanctæ conversationis ejus odore trahente, ad virum sanctum venerunt. Quos ille non solùm gratanter, sed & reverenter suscepit, tractavit & voti compotes fecit. Ipso namque consulente, juvante, comitante, Carthusiæ solitudinem intraverunt atque extruxerunt. Viderat autem circa id tempus per somnium in eadem solitudine Deum, suæ dignationi habitaculum constituentem, stellas etiam septem, ducatum sibi præstantes itineris. Erant verò & hi septem.

à brevi Ordinis Cartusiensis Historia, B

423 *Scriptor anonymus, qui è primorum quinque Cartusiæ Priorum chronologo suprà sæpissime laudato, aliisque brevem Ordinis Cartusiensis historiam, à Marteneo tom. 6 amplissimæ collectionis à col. 151 insertam, contexuit, narrationem quoque, quâ, uti hîc à Guigone fit, & Sancti nostri ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accessum & visionem huic divinitus oblatam refert, suppeditat; verùm à jam huc transcripta Guigonis narratione non nihil discrepat, licèt interim & hanc è Guigone à quinque primorum Cartusiæ Priorum Chronologo esse depromptam, & hunc ipsis Guigonis verbis usum fuisse, profiteatur. Lubet & ejus verba huc spectantia, quòd nonnulla annotanda offerant, hùc transcribere. Ab iis, quibus Sancti ad Hugonem accessum exponit, duco initium. Sic habent:* Adest magister Bruno, vir religiosus scientiâque famosus, honestatis, gravitatis ac totius maturitatis quasi quoddam simulacrum, habebat autem idem socios propositi sui, magistrum scilicet Landuinum, qui post eum extitit Prior Cartusiæ, & duos Stephanos, Burgensem & Diensem: ii ambo beati Rusi canonici fuerunt; sed desiderio solitariæ vitæ, eis abbate eorum favente, sese ei conjunxerant; Hugonem quoque, quem cognominabant Capellanum, eo quòd solus ex iis sacerdotio fungeretur, duos autem laïcos, quos appellant Conversos, Andream scilicet & Guarinum. Quærebant autem locum eremiticæ vitæ congruum & necdum reperêrant: vigilante autem prædicto episcopo & de visione septem stellarum (*quæ ei scilicet paulò antè fuerat oblata*) cogitante, adsunt præfati septem viri, scilicet magister Bruno cum sex præfatis sociis suis. Cadentibus autem iis septem ante pedes sancti viri, conferebat ipse sanctus vir in corde suo de septem stellis, quas in visione viderat; qui eos benignè levavit ad pacis osculum, & inquisitâ & diligenter intellectâ, qua de, causâ, venissent, dixit eis: Scio locum vestrum, à Deo vobis paratum & duxit eos non sine grandi labore ad locum, ubi steterunt stellæ septem, & ait; Ecce locus vester.

C

à Guigone nonnihil dissona,

424 *Ita anonymus laudatæ Historiæ Ordinis Cartusiensis auctor, nonnihil sanè & à Guigone & ab anonymo, qui Guigonis verba proximè recitata in Opusculum suum intulit, primorum quinque Cartusiæ Priorum chronographo seu antiquiore Sancti nostri biographo dissonans, ut illius verba proximè pariter hîc recitata cum Guigonis verbis conferenti patebit. Audi modò, quî, Hugoni Gratianopolitano episcopo, cùm ad sanctum hunc antistitem Sanctus noster accessit, visionem, de qua ex dictis etiam Guigo, divinitus oblatam referat. Hanc, quam Guigo, hunc-que secutus dictus anonymus, paucis dumtaxat hisce verbis memorant,* Viderat autem præfatus episcopus (*Hugo scilicet*) circa idem tempus (*quo nempe ad eum* S. Bruno *ejusque socii accedebant*) per somnium in eadem (*Cartusiæ*) solitudine Dominum suæ dignationi habitaculum constituentem, stellas etiam septem ducatum sibi præstantes itineris, *prolixiùs ille, additis etiam nonnullis, quæ à Guigone absunt, adjunctis, hunc in modum proximè ante verba suprà recitata exponit:* Septem igitur viri infrà descripti (Bruno *videlicet sexque ejus socii*) præfata de causa (*ut nempe locum vitæ eremiticæ aptum invenirent*) ad prædictum sanctum episcopum (*Hugonem Gratianopolitanum*) duce Spiritu Sancto, pervenerunt. Cumque intrarent præfatam civitatem (*Gratianopolim*) contigit, ut præfatus sanctus episcopus in camera sua obdormiret: viditque in somnis sanctam visionem: & ecce, septem stellæ cadebant ante pedes ejus, & postea ascendebant per diversos montes & multa deserta usque ad quemdam locum horridum valde, & à populis remotum, Carthusia nuncupatum, steteruntque ibi. *Hactenus laudatæ Ordinis Cartusiensis Historiæ auctor; qui, cùm præterea, narrationem, num. præced. huc transcriptam, daturus, ipsis sese id primorum quinque Cartusiæ Priorum Chronici verbis factûrum insinuet, præ manibus habuisse videtur Opusculi hujus exemplar, iis adjunctis auctum, quæ, qui illa eidem adjecit, scriptor recentior verosimilia arbitratus est, nec tamen, quantùm opinor, in auctore monumentove vetustiori invenit.*

D

E

atque è recentiori Sancti nostri biographo

425 *Ita vel idcircò quantùm ad hoc postremum autumo, quòd tum primùm, cùm jam* Bruno *ejusque sex socii urbem Gratianopolitanam ingrederentur, visionem S. Hugoni, Gratianopolitano episcopo, oblatam fuisse scribat, idque cum narratione Guigonis non satis conveniat. Illud enim hic S. Hugonis biographus, non per, sed,* circa idem tempus, *quo* Bruno *ejusque socii Gratianopolim venerunt, factum prodit, ut proinde, spectata Guigonis auctoritate, oblata S. Hugoni visio aliquanto temporis spatio Sancti in urbem Gratianopolitanam ingressum præcesserit. Recentiores Sancti nostri biographi, Puteanus videlicet, Blömenvenna & Surius, qui variis adjunctis, nec à Guigone, nec ab antiquiore nostro biographo expressis, Sancti nostri ad S. Hugonem Gratianopolitanum accessum, oblatamque huic visionem exornant, de tempore, quo hæc acciderit, verosimiliùs atque ad Guigonis narrationem accommodatiùs loquuntur. Ac Puteanùs quidem visionem nocte, quæ* Brunonis *sociorumque ejus in urbem Gratianopolitanam adventum præcessit, Hugoni oblatam refert, Blömenvenna verò & ex hoc Surius tunc, cùm Sanctus noster sexque ejus socii Gratianopolim pergerent. Omnia Blömenvennæ verba, visionem illam Sanctique nostri ad S. Hugonem accessum spectantia, ob ea, quæ num. 23 dixi, huc transcribo. Primò itaque, Sanctum nostrum, Gratianopolim pergentem, magni nominis eremita in via consulto, iter prosecutum fuisse, narrat, ac deinde, quæ ad institutum præsens pertinent, subjungit.*

F

Blömenvenna recensetur, visio,

426 *Sunt autem hæc:* Viderat eodem tempore sanctus Hugo episcopus in somnis Deum in solitudine Carthusiæ suæ dignationi habitaculum constituentem; septem quoque stellas

A las aureas in modum coronæ disposítas atque à terra paululùm elevatas, à ceteris in firmamento fixis situ, motu, colore & splendore differentes, itineris sibi ducatum præstantes. Cogitante autem eo de visione, affuerunt viri supra dicti (Bruno *nimirùm ejusque socii*) præ foribus palatii episcopalis. Hujus rei meminit vir venerabilis Guigo in Vita ejusdem sancti Hugonis in hæc verba, "Adest, „ inquiens, " magister Bruno, vir religiosus scien„tiâque famosus, honestatis & gravitatis ac to„tius maturitatis quasi quoddam simulacrum. Ha„bebat autem socios suprà nominatos.„ Quærebant verò locum heremiticæ vitæ congruum, necdumque repererant. Cùm ergò nunciatum episcopo fuisset, viros præfatos ipsius postulantes colloquium præ foribus præstolari, confestim eos introduci jubet. Quibus ingressis & ad pedes ejus humiliter prostratis optatam largitus est benedictionem. Cùm verò elevati ab ipso secum pariter consedissent, causam adventûs ipB sorum diligenter scisciatus est. Brunone autem prosequente ea, quæ Parisius in clamoribus prædicti doctoris acta fuerant, nec non confœderationem mutuam in proposito solitariæ vitæ, auxilium etiam ad inveniendum locum aptum pœnitentiæ rogitante, episcopus præ novitate rei primùm obstupuit, ad ipsorum tamen conversionem, animi stabilitatem, ardui propositi, pluribus profuturi sibique ostensæ visioni accommodi utilitatem oculos deflectens, amplexans viros cum ingenti gaudio non solùm gratanter, verùm etiam reverenter suscepit, & benignè tractavit. Facto quoque in se Spiritu Domini, intellexit visionem eisque per ordinem cuncta, quæ viderat, enarravit, & locum, quem quærebant, jam sibi divinitus revelatum asseruit.

Brunone Gratianopolim nondum intrante, oblata.

427 Septem quippe viros, terrena despicientes, deserta quærentes & per desiderium æternorum, velut astra micantes, septem stellarum numero designari non hæsitavit. *Hactenus Blömenvenna, S. Hugoni, Gratianopolitano episcopo, visionem non tunc primùm, cùm jam* Bruno *ejusque socii urbem Gratianopolitanam ingrederentur, sed aliquantò citiùs, cùm scilicet in itinere versus hanc adhuc versarentur, fuisse oblatam, memoriæ prodens, ut jam monui.* C *Et verò visionem illam vel tunc vel certè, ut Puteanus ex jam dictis tradit, nocte illa, qua Sancti ejusque sociorum in præmemoratam urbem adventum proximè prægressa est, non autem tunc primùm, cùm Gratianopolim illi jam ingrederentur, evenisse verosimillimum est, tum quòd ex dictis cum Guigonis narratione id magis congruat, tum quòd visio illa, utpote per somnium Hugoni oblata, nocte verosimillimè acciderit, Sanctusque ac ejus socii, non noctis, sed diei tempore, Gratianopolim verosimillimè sint ingressi. Alia modò, quæ Blömenvenna aliique de visione Hugoni oblata memorant, etiam discutiamus. Secundum hunc scriptorem Hugo episcopus, cùm jam* Bruno *ejusque socii Gratianopolim adveniissent, præque foribus palatii episcopalis starent, de visione sibi divinitus oblata cogitavit. Idem etiam memoriæ prodit brevissima Ordinis Cartusiensis Historia, à Marteneo tom. 6 ampliſſimæ Collectionis ex dictis inserta, uti etiam in Sancti nostri Vita num. 29 Puteanus. Et verò, si vel tunc primùm, cùm* Bruno *ejusque socii Gratianopolim ingrederentur, vel nocte, huic eorum ingressui proximè*

prævia, visio illa acciderit, Hugonem sanè de ea tunc, cùm illi ad ostium, alloquium ejus petentes, jam adstarent, cogitâsse, vero neutiquam apparet absimile. AUCTORE C. B.

An vera sint, quæ de stellis, in hac visis, Puteanus

428 *Licèt enim, Hugonem episcopum, dum* Bruno *ejusque sex socii ei jam præsentes adstarent, de visione sibi oblata cogitâsse, Guigo verbis suprà recitatis dumtaxat insinuet, nihil tamen impedit, quò minùs & tunc & paulò antè, cùm scilicet in episcopi conspectum* Bruno *ejusque socii nondum fuissent adducti, de eadem visione Hugo cogitârit. Attamen cùm hæc ex dictis verosimillimè non tunc primùm, cùm* Bruno *ejusque socii Gratianopolim ingrederentur, Hugoni fuerit oblata, dubiumque itidem ex dictis sit, noctene illa, quæ Sancti in urbem Gratianopolitanam ingressum proximè præcessit, an aliquantò citiùs id evenerit, nec, si postremum hoc locum habuit, ulla ratio suppetat, quæ Hugonem Gratianopolitanum episcopum, Sancto ejus alloquium ad palatii ostium adhuc præstolante, de visione meditatum fuisse suadeat, feceritne id* F *tunc verè sanctus ille antistes, pro certo asseverari non potest, cùm id nec in Guigonis, nec in alterius cujuscúmque scriptoris antiqui auctoritate fundamentum habeat. Hinc etiam, an stellæ septem, quæ Hugoni in memorata visione apparuerunt, tales exstiterint, quales eas exstitisse, Blömenvenna, cui hac in re Puteanus in Sancti Vita num. 29 etiam consonat, verbis proximè hùc transcriptis tradit, mihi admodùm dubium apparet, uti etiam an eo modo, quem vel bini hi* S. Brunonis *biographi, vel brevissima plùs semel jam laudata Ordinis Cartusiensis Historia assignat, sese Hugoni spectandas exhibuerint, itemque an una ex hisce, quâ* S. Bruno *designatus fuerit, ceteris lucidior exstiterit; quod etiam non quidem apud Blömenvennam aut Puteanum, sed apud Zachariam Benedictum in Sancti nostri Vita, stylo ligato sub seculi sexti decimi initium ex suprà dictis conscripta, aliosque nonnullos recentiores, quos hîc nominare nihil attinet, memoriæ proditum invenio.*

& Benedictus memoriæ produnt,

429 *Versus omnes, quibus tum id, tum integram stellarum septem visionem, Hugoni oblatam, metricus ille Sancti biographus canit, lubet hùc, quòd id futurum sperem lectori non ingratum, transcribere. Sic habent:*

F

Jamque propinquabat Bruno, stipante caterva,
Gratianopoli; à priscis fuit olim dicta Misora.

Ac deinde, nonnullis interpositis,

Mox igitur septem stellas ex æthere summo
Demisêre poli; quibus una nitentior ibat
Ante alias, nec non Phœbi nascentis ab ortu
Ferre videbatur gressum ad sublimia tecta
Præsulis Hugonis, rigidumque ascendere montem,
Qui vicinus erat, celsoque incumbere saxo.
Talia, quum dulci decumberet ille sopore,
Suspicit; è somno postquam expergiscitur, omne
Mente agitat factum, pensat secum atque repensat.
Quid, bone, vult, Deus, hoc, inquit, mirabile signum?

AUCTORE C. B.

Quid, rogo, portendunt hæc ſeptem ſidera mundo?
Altiùs hæc igitur dum cogitat, imminet urbi
Sex ſociis Doctor comitatus, & introit ædem
Pontificis, quem ſe ſecreto affamine dixit
Viſere velle. Intra penetralia adducitur aulæ,
Et comites pariter. Flectens genua, oſcula figit
Sacratis manibus Bruno, ſicque incipit ore &c.

eſt dubium, uti etiam, an Bruno Hugoni de doctore damnato locutus ſit.

430 *Nec tantùm viſionis, Hugoni Gratianopolitano epiſcopo oblatæ, adjuncta proximè hîc jam memorata, quæ à Puteano, Blömenvenna, Zacharia Benedicto aliiſque recentioribus abſque antiquo vade referuntur, ancipitis admodùm ac dubiæ ſunt fidei, verùm etiam, quod Blömenvenna (adi ejus verba proximè huc tranſcripta) de relata à* Brunone *Hugoni epiſcopo luctuoſa damnati doctoris Pariſienſis hiſtoria affirmat.*

B *Præterquam enim, quòd huic umquam fuiſſe locum, certum ex jam ſuprà dictis non ſit, feralis prodigii apud Hugonem meminiſſe Sanctum noſtrum, à nullo prorſus alio ſcriptore, qui fidem utcúmque rei facere natus ſit, litteris commendatum invenio. Utut id ſit, è modo interim, quo tum Blömenvenna, tum alii jam laudati ſcriptores dictam ſtellarum ſeptem viſionem hujuſque adjuncta referunt, veritati liquet eſſe apprimè conſonum, quod* § XXII *docui, in rebus ſcilicet ſeu factis hiſtoricis rei ſubſtantiam ab ejuſdem adjunctis eſſe diſtinguendam, fierique nonnumquam, ut quæ adjunctis vel nullis ferè veſtita vel omnibus prorſus deſtituta apud ſcriptores antiquos invenerunt recentiores, ea ipſi adjunctis, quæ veroſimilia rebantur, pro arbitrio ornârint. Guigo in Vita S. Hugonis Gratianopolitani epiſcopi (adi ejus verba num.* 422 *recitata) viſionem dumtaxat refert, quâ Hugo in ſomnis viderit Deum, in Cartuſiæ ſolitudine dignationi ſeu majeſtati ſuæ habitaculum conſtruentem, ſtellaſque præterea ſeptem, quæ itineris, ad id ducentis, Hugoni ſeſe duces offerrent; ſcriptores autem proximè citati & modum & tempus viſionis aliaque adjuncta rei hujus ſubſtantiæ adjecerunt, quæ tamen omnia & ſingula, contrà ac illi exiſtimâſſe videntur, veriſimilia non ſunt, uti palàm eſt ex jam dictis. At verò, invenio etiam, qui viſionem illam alteri, quàm Hugoni Gratianopolitano epiſcopo oblatam fuiſſe ſcripſerit. Gaufredus is eſt Voſienſis Prior.*

C

Eadem aut ſimilis viſio

431 *Res hæc, ut fidem ſuprà datam liberem, modò examinanda. Hic itaque ſcriptor in Chronico ſuo apud Labbeum tom.* 2 *Bibliothecæ novæ librorum Mſs. pag.* 289 *ita memorat:* Ordo Carthuſienſium ſanctiſſimus incepit hoc tempore ſcilicet anno MLXXXVI (*imò ex dicendis anno* 1084) per Brunonem virum ſanctum, natione Alemannum de Colonia Agrippina, magiſtrum in Theologia, cum ſex aliis venerabilibus viris in diœceſi Gratianopolitanenſi. Hic Ordo, teſte B. Bernardo, inter omnes eccleſiaſticos Ordines primatum tenet, non ratione temporis, ſed vigore ſanctitatis; unde ipſe vocat eum ſpecioſiſſimâm columnam Eccleſiæ. Victor Papa, dum eſſet monachus Caſſinenſis, per ſomnium vidit Deum ſuæ dignationi in ſolitudine Carthuſianæ habitaculum conſtruentem, & dicitur, quòd ſpiritu prophetiæ pollebat. *Gaufredus ſeculo duodecimo, ac proin annis nondum centum,* D *imò fortè ne quinquaginta quidem ab obitu* S. Brunonis *elapſis, floruit; unde videri poteſt, quæ de* Brunone *inſtituroque per eum Ordine in litteras miſit, ſat probè explorata habuiſſe: verùm, quidquid de Gaufredi ætate auctoritateque ſit, hac equidem in re Guigone, quinto Cartuſiæ Priore ſanctique Hugonis biographo ſtandum eſt. Præterquam enim quòd Hugoni Gratianopolitano epiſcopo fuerit æqualis familiariſque, quæcúmque in hujus Vita, ſummi Pontificis juſſu à ſe contexta, memoriæ prodit, vel ipſemet oculis ſuis aſpexit, vel è teſtibus oculatis aut ex ipſo etiam S. Hugone didicit, ut veroſimillimè, & quod de viſione præmemorata Hugoni oblata ſcribit, ex hoc ipſo etiam audierit. Aſt, inquies, etſi id ita ſit, nondum tamen eſt conſequens, ut Gaufredus Victori III Papæ, antea Caſſinenſi monacho nomine Deſiderio, viſionem, quâ hic Deum, in ſolitudine Cartuſiæ habitaculum ſibi conſtruentem viderit, perperam adſcribat. Deus enim & Victori & Hugoni, quid in Cartuſiæ ſolitudine facturus eſſet, viſionibus duabus diverſis revelare potuit.*

E

Victori III Papæ

432 *Fateor ſic habet: verùm de una eademque viſione, de qua Guigoni ſermo eſt, ſermonem etiam eſſe Gaufredo, vel ex eo liquet, quòd ſequentia verba,* Vidit Deum, ſuæ dignationi in ſolitudine Carthuſianæ habitaculum conſtruentem, *quibus hic illam exponit, ad apicem ferè etiam occurrant in narratione Guigonis, num.* 422 *data. Imò verò conſequi hinc videtur, Gaufredum verba illa ex Vita S. Hugonis, per Guigonem ſcripta, aut certè è ſcripto alio, in quod eadem ex hac fuiſſent illata, mutuatum eſſe, viſionemque, per illa ſancto iſti antiſtiti attributam, caſu neſcio quo, Victori Papæ perperam adſcripſiſſe. Accedit, à Gaufredo, dum hoc facit, nova & inaudita revelari, ut Cartuſianus anonymus Annalium Ordinis ſui libri quarti hactenus non vulgati auctor verbis num.* 303 *huc tranſcriptis rectè obſervat; neque enim ſcriptorum etiam illorum, qui Victoris Papæ meminerunt, ullus eſt, qui, quâ de hîc agimus, viſionem ei fuiſſe oblatam, memoriæ prodat. Adhæc quorſum, quæſo, viſionem hujuſmodi Victori adhuc Caſſinenſi monacho Dominus obtuliſſet? Hugoni autem illam Deus obtulit, tum ut quis* Brunoni *ejuſque ſociis Gratianopolim venturis aſſignandus eſſet eremiticæ vitæ ducendæ locus, Hugoni aperiret, tum* F *ut hunc, quò* Brunoni *ejuſque ſociis favorem opemque impenderet, excitaret. Fas eſt id colligere è verbis, quæ Guigo, quam narrat, viſioni præmittit ac deinde etiam ſubjungit.*

oblata fuiſſe non videtur. An è ſex Sancti ad Cartuſiam comitibus

433 *Etenim verbis num.* 422 *huc tranſcriptis, quibus viſionem Hugoni divinitus oblatam refert, mox ſubjungit:* Erant verò & hi ſeptem. Quapropter non iſtorum tantùm, ſed & qui ſucceſſerunt eis, conſilia libenter amplexus eſt, & uſque ad mortem Carthuſiæ habitatores conſiliis fovit ſemper & beneficiis. *Quibus verbis non obſcurè indicat, per ſtellas ſeptem, quæ S. Hugoni in viſione apparuerant, deſignatos fuiſſe* S. Brunonem *ac ſex ejus ſocios, hincque factum, ut ſanctus ille Gratianopolitanus præſul, qui id ſibi, agente intùs Deo, perſuaſum habebat, toto vitæ ſuæ tempore non ſolùm in* S. Brunonem *ejuſque ſocios, verùm etiam in eorumdem ſequaces beneficus exſtiterit. Nec alia etiam ex cauſa factum eſſe, ut Hugo* Brunoni *ejuſque ſociis Cartuſiam inhabitandam aſſignârit, comitem ſeſe hanc adeuntibus junxerit, neceſſariaque ædificia ex-*

A *exſtruentibus auxilium opemque attulerit, Guigo pariter ſat clarè innuit, ut verba ejus num.* 422 *huc tranſcripta conſideranti pateſcet. Jam verò cùm id ita ſit, fuit ſanè, cur narratam à Guigone viſionem Divina benignitas Hugoni offerret. Aſt quorſum, iterum peto, ſimili favore Victorem Papam, Caſſinenſem adhuc monachum, afeciſſet? Id ſanè (neque enim Victor, uti infrà docebo, inſtitutum à* Brunone *Ordinem confirmâſſe eſt putandus) nullius planè utilitatis futurum fuiſſe videtur, ac proin vel hinc, factum non eſſe, apparet. Poſſet quidem modò hîc de S. Hugonis erga* S. Brunonem *ejuſque ſocios benevolentia, de hiſce per illum in Cartuſiam inductis aliiſque nonnullis huc ſpectantibus tractari; veràm id § ſeq. commodiùs præſtabitur, cùm hîc nonnulla adhuc, quæ ad Sanctum ejuſque ſocios pertinent, dilucidâro.* Habebat autem (*Guigonis ſunt de* S. Brunone, *ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum accedente, verba num.* 422 *jam recitata*) ſocios magiſtrum Landuinum, qui poſt eum Carthuſiæ Prior extitit, duos Stephanos, Burgenſem & Dienſem (hi S.
B Rufi canonici fuerant, ſed deſiderio vitæ ſolitariæ ei, abbate favente, ſeſe conjunxerant) Hugonem etiam, quem cognominabant Capellanum, eo quòd ſolus ex eis ſacerdotis fungeretur officio; duos laïcos, quos appellamus Converſos, Andream & Guarinum.

è clero Remenſi illius exſtiterit,

434 *Sex itaque Sanctus, cùm ad S. Hugonem Gratianopolitanum antiſtitem acceſſit, ſocios tantùm ſibi habebat adjunctos, verùm cùm hi omnes unà cum Sancto, quemadmodum Guigo per verba num.* 422 *recitata fidem facit, locum eremiticæ vitæ aptum quæſierint, talemque, cùm ad Hugonem venirent, nondum inveniſſent, aliquanto temporis ſpatio omnes unà cum Sancto noſtro in ſolitudine Siccæ-fontanæ vitam eremiticam, antequam Gratianopolim ad Hugonem ſeſe conferrent, duxiſſe videntur. Jam verò, cùm in monaſterii Moliſmenſis charta, ſuprà è Mabillonio laudata partimque recitata, Petrus & Lambertus, qui ſex ſociis, unà cum* Brunone *Gratianopolim profectis, à Guigone non accenſentur,* Brunonis *in ſolitudine Siccæ-fontanæ diſcipuli fuiſſe tradantur, Sanctus plures, quàm ſex ſocios, cùm mundo valedicturus Remis exceſſit, aut ſaltem, cùm in ſolitudine Siccæ-fontanæ jam verſaretur, veroſimiliter ſibi habuerit adjunctos, ſex videlicet ſuprà à Guigone enumeratos, Petrum ac Lambertum, in laudata è Mabillonio*
C *charta memoratos, & nonnullos fortè adhuc alios, qui unà cùm duobus hiſce in ſolitudine Siccæ-fontanæ verſati ſint, quando inde cum enumeratis à Guigone ſociis Sanctus noſter, locum propoſito ſuo exſequendo aptiorem quæſiturus, Gratianopolim ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum ſe contulit. Verùm an hi omnes è clero Remenſi exſtitêre? Fuiſſe quoſdam, qui cum Sancto in ſolitudinem ſeſe recepêre, è clero Remenſi, Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores tom.* 9, *pag.* 236 *non obſcurè docent. Aſt an verè è clero illo Petrus & Lambertus, qui ex dictis Sancto cùm Remis in eremum abiit, aut certè cùm in ſolitudine Siccæ-Fontanæ jam verſaretur, adhæſêre, exſtiterint, compertum haud habeo; quòd verò ad Sancti ſocios, à Guigone receuſitos, pertinet, fueritne horum ullus ex eodem clero, valde eſt dubium. Ita apparet ex iis, quæ de ſingulis eo ordine, quo à Guigone ſuprà recenſentur, jam nunc adducam in medium.*

435 *Landuinus apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag.* 639 *in antiquiſſimo, cujus num.* 4 *& ſeqq. data notitia, primorum quatuor Cartuſiæ Priorum Chronico inſigne ſibi contextum habet elogium. His verbis concipitur:* Landuinus, natione Tuſcus ex urbe Luca, litteris & ipſe divinis & humanis eruditus, annis decem *Cartuſiæ præfuit.* Qui cùm ad magiſtrum Brunonem pergeret, incidit in manus Guitberti ſchiſmatici, quod multùm horrebat. Adverſus cujus minas & promiſſiones, dolos & violentias, Divina juvante gratia, modis omnibus perſeveravit inflexus. Quem in ſuo defunctum errore lacrymabiliter planxit, adeò ut à circumſtantibus argueretur, quòd eum fleret, à cujus perverſitate Eccleſiam ſuam Chriſti bonitas liberâſſet. Poſt ejus obitûs ſeptimum diem etiam ipſe defunctus eſt, poſituſque in monaſterio S. Andreæ ad pedem montis Siraptis, cui vicinum eſt caſtrum, ubi captus in cuſtodia tenebatur. *Tale eſt in vetuſtiſſimo illo fideique digniſſimo monumento Landuini elogium, in quo ſanè ne vel verbum occurrit, è quo fuiſſe illum cleri Remenſis, utcúmque colligas. Imò verò, cùm* E *natione Tuſcus fuiſſe elogii illius, huc jam tranſcripti, initio dicatur, alterius potiùs cleri, quàm Remenſis fuiſſe videtur. Landuino proximè Guigo ſubjungit ambos Stephanos, Burgenſem unum, Dienſem alterum, qui cùm fuerint, teſte eodem Guigone, S. Rufi canonici, Regulares ſcilicet, cleri Remenſis clerici indubiè non fuerunt. Audi interim, quî de ambobus illis canonicis, ut, quæ ad eoſdem ſpectant, magis elucidentur, Cartuſianus anonymus Annalium Ordinis ſui libri quarti hactenus non vulgati auctor ſuprà ſæpiſſime laudatus loquatur.*

duobus Stephanis

436 A Guigone, *inquit*, dicuntur ſimpliciter (*Duo Stephani ſcilicet*) " Canonici Sancti „Rufi & deſiderio vitæ ſolitariæ, abbate favente „ſeſe ſancto Brunoni conjunxiſſe.„ Sed utrùm fuerint ex ipſo Sancti Rufi monaſterio totius Ordinis capite, aut ex aliquo ejuſdem Ordinis, non habet. Surius poſt anonymum auctorem Vitæ Sancti Brunonis, Operibus illius (*apud Bertholdum Remboldum, ut ſuprà docui, excuſis*) præfixæ, ſcribit, eos fuiſſe alumnos monaſterii ſancti Rufi, quod quidem non eſt inveriſimile, at errat cum ſuo anonymo, dicens monaſterium illud ſecus Valentiam tunc fuiſſe conſtitutum. Sic enim præfatos Stephanos cum ſancto Brunone inducit colloquentes: " Non „longè à Valentia, cui noſtrum Sancti Rufi F „adjacet monaſterium, prope fluenta Rhodani „in confinibus diæceſis Dienſis, unde alter no„ſtrûm originem duxit, eſt civitas Gratianopo„lis„ &c Verùm conſtat, abbatiam ſancti Rufi, canonicorum Regularium caput, primitus fuiſſe conſtructum Avenione extra urbem. "Aſt „fremente„„ inquit Chopinus *lib.* 2 *monaſt. titul.* 1, *num.* 1," Albiorum (*Albigenſium*)„ bello „ſacro, coacti ſunt religioſi homines aliò ſedes „lareſque transferre Valentiam verſus Delphina„tum, ubi cœnobium majus beati Rufi nomi„ne erigitur.„ Hancque tranſlationem factam fuiſſe tantùm anno MCCX ſcribunt Sammarthani, alii altiùs eam referunt; ſed nihil ad nos. Ergò corrigenda ſunt, quæ apud Surium & alios lectitantur de eodem monaſterio juxta Valentiam conſtituto, quod adhuc ſtabat juxta Avenionem tempore inſtituti Ordinis Cartuſienſis. Apud Sammarthanos loco citato extant literæ Urbani Papæ II, datæ anno MLXXXXVI, quibus ſummus Pon-

AUCTORE C. B. *ea, quæ de Landuino,*

AUCTORE C. B.

tifex confirmat abbatiæ ſancti Rufi extra muros Avenionenſe eccleſias ſanctæ Mariæ infra urbem Lugdunenſem & ſancti Petri ſecus Diam.

Dienſi ſcilicet Burgenſique,

437 Poſſet quidem fieri, ambos noſtros Stephanos canonicos fuiſſe præfatæ eccleſiæ ſancti Petri Dienſis, ſed non conſtat, an illis temporibus hujuſmodi eccleſiæ ſive prioratus, quas & cellas vocabant, novitios admitterent ad profitendum, aut canonicos jam profeſſos ex archimonaſterio Avenionenſi reciperent, ut conjicere erit ex ſubjecto exemplo. Inter Titulos infra annum obitûs ſancti Brunonis conſcriptos legitur Titulus fratrum ſancti Rufi in Coſta ſancti Andreæ, in finibus Allobrogum juxta Viennam metropolim, in quo Titulo (*inter recedendos* 14) ſic loquuntur canonici ejuſdem eccleſiæ: "Nos fratres ex canonicis ſancti Rufi com-„morantes in quadam cellula Sancti Andreæ, „quæ vulgò Coſta vocatur, prò piiſſimi anima „Brunonis per ſeptem dies continuatos Matu-„tinas & Miſſas celebrabimus. Et ſicuti uni „ex nobis pro animæ ejus ſolatio præbendam „dabimus. Et in catalogo Fratrum noſtrorum B „nomen ejus ſcriptum habebimus. „ Cùm ſe dicant "Fratres ex canonicis Sancti Rufi com-„morantes in quadam cellula ſancti Andreæ &c„ apertè innuunt, ſe fuiſſe alumnos principalis abbatiæ ſancti Rufi. Ex qua etiam noſtros Stephanos fuiſſe, veriſimilius eſt, & rectè colligendum videtur, ex verbis Guigonis noſtri, quibus dicit, eos, "Favente abbate, „ qui non poteſt eſſe alius, quàm abbas Sancti Rufi Avenionenſis, "ſeſe ſancto Brunoni conjunxiſſe.„ Præterea cùm præfati canonici, cellulæ ſancti Andreæ tunc incolæ, tantum beneficium contulerint ſancto Brunoni, nomenque ejus catalogo Fratrum ſuorum adſcripſerint, non levis eſt conjectura, eos id beato Viro conceſſiſſe, rogantibus duobus Stephanis, ſuis quondam in primario ſancti Rufi monaſterio commilitonibus, tunc verò Cartuſienſibus monachis. *Hactenus Cartuſianus noſter annaliſta anonymus, duo hîc potiſſimùm evincere contendens, videlicet primarium canonicorum Regularium S. Rufi monaſterium* Brunonis *ætate prope Avenionem ſitum fuiſſe, hujuſque alumnos exſtitiſſe duos Stephanos, Burgenſem & Dienſem, Sancti noſtri ſocios.*

C

& de Hugone proferuntur, dubium relinquunt.

438 *Ac primum quidem contra Surium, huncque prægreſſos Puteanum & Blomenvennam, qui monaſterium illud Valentiæ tunc fuiſſe adjectum, afficta à ſeſe alteri è Sthephanis oratione indicant, indubitatum efficit; quod verò ad ſecundum pertinet, veroſimile ſaltem id reddit. Verùm cujuſcúmque demum monaſterii alumni exſtiterint duo Stephani, canonici equidem Regulares fuerunt, ac proin, quod huc potiſſimùm ſpectat, indubiè non è clero Remenſi, ut ſuprà jam monui. Supereſt, ut de Hugone, qui è ſociis,* S. Brunonem *ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum comitatis, ultimo loco nominatur, qualemcúmque notitiam nunc demus. Eum Morotius in Theatro chronologico ſacri Ordinis Cartuſienſis inter Majoris Cartuſiæ Priores loco ſexto collocat, ſequentique ornat elogio:* Hugo ſex Brunonis, à mundo recedentis, ſymmiſtarum quartus & capellani titulo à reliquis diſtinctus, quòd iis, ſacerdotio minimè initiatis, à ſacris foret, Cartuſiam, primo ſuæ converſionis tempore inchoatam, effæta jam ætate biennio rexit. Eo exacto, ſucceſſorem enixè deprecatum lætabundus cùm excepiſſet, ſeptenium ſupervixit, quo toto ſeſe ad æternitatem compoſuit. *Guigo, quintus Cartuſiæ Prior, anno* 1137 *diem extremum clauſit; quare, ſi vera hîc memoret Morotius, ad annum uſque* 1145 *vitam Hugo protraxerit, ut verba ſcriptoris hujus jam nunc recitata conſideranti patebit. Utut res hæc habeat, nihil equidem verbis recitatis ſuppeditat Morotius, unde Hugonem fuiſſe è clero Remenſi, utcúmque conficias, ac proin id, utpote quod nec aliunde poſſit probari, admodùm eſt dubium, etſi interim nihil etiam occurrat, unde Hugonem ex altero potiùs, quàm è Remenſi clero fuiſſe, meritò arguas. Dubium itaque, uti ex omnibus in medium modò adductis (neque enim Andreas & Guarinus, utpote laïci, commemorandi hîc ſunt) manifeſtum efficitur, eſt admodùm, an ullus è ſociis, quos Sanctus, ſeculo nuntium remittens, Remiſque excedens, ſibi habuit adjunctos, cleri Remenſis exſtiterit.*

D

Nec etſi ex iis Landuinus & Stephanus Burgenſis

439 *Nec aliquot ex hiſce clericos Remenſes fuiſſe, aſſeruiſſent laudati Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores, ſi conſiderâſſent, Sanctum bis, aliò migraturum, urbe Remenſi exceſſiſſe, primò quidem, quò Manaſſem archiepiſcopum vitaret, anno ſecundum jam dicta vel* 1076 *vel ſequenti; ſecundò autem, ut in eremum, poſtquam priſtino ſtatui aut fortè etiam meliori, Manaſſe expulſo, Remis reſtitutus fuiſſet, anno* 1081 *aut altero, ut ſuprà jam docui, è binis ſequentibus; ac certò quidem priori vice, at non item poſteriori, Sanctum ex ante dictis ac maximè è Guiberti abbatis Novigentini teſtimonio clericos aliquot Remenſes ſocios ſibi habuiſſe adjunctos. Porrò Guigonis verba, num.* 422 *huc tranſcripta, ulteriori adhuc commentatione indigent. Cùm enim iis dicatur Hugo, è ſociis* S. Brunonis *unus,* capellanus *appellatus fuiſſe,* eò quòd ſolus ex eis ſacerdotis *fungeretur* officio, *quæri hîc jam poteſt; primò quidem an Sanctus reliquique ejus tres clerici ſocii, ambo ſcilicet Stephani & Landuinus ſacerdotio umquam fuerint initiati, ſecundò autem an Sanctus jam tum, cùm ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum acceſſit, ad dignitatem illam non fuerit evectus. Et Landuinum quidem alterumque è duobus Stephanis, Burgenſem nempe, etſi tunc, cùm Gratianopolim cum* Brunone *venerunt, ſacerdotes nondum fuerint, poſtea tamen ad dignitatem hanc fuiſſe promotos, Cartuſianus noſter annaliſta anonymus ſat aptè probare videtur. Verba ejus proinde è facientia huc tranſcribo.*

E

ſacerdotes aliquando exſtiterint,

440 Poſteà, *inquit,* ad ſacerdotii dignitatem *fuiſſe evectos Landuinum & Stephanum Burgenſem,* extra omne dubium eſſe debet, *quia nempe, ut ſubdit,* alioquin non potuiſſent regimen animarum habere in Ordine, ſicut habuerunt Landuinus in Majori Cartuſia, cui præfuit poſt ſanctum Brunonem; Stephanus verò Burgènſis in domo Majorevi, cujus protoprior à Guigone inſtitutus fuit. Nec opponi poſſunt exempla quorumdam abbatum, qui monaſteria gubernârunt, etiamſi numquam fuiſſent ſacerdotes. Eo enim tempore, quo Cartuſienſis Ordo cœpit, ſancitum erat, ut nullus fieret abbas, niſi etiam fieret ſacerdos juxta decretum in ſynodo Romana ſub Eugenio II, quod expreſsè habet, ut abbates ſacerdotalem quoque honorem ſint adepti; & renovatum fuit ſub Hugone & Roberto Francorum regibus, ut videre eſt inter canones Abonis abbatis Floriacenſis capite nono decimo: "Abbates, qui presbyteri „non ſunt, presbyteri fiant aut prælationes a-„mit-

F

A ,,mittant, ,, prout decreverat concilium Pictavienſe, anno MLXXVIII celebratum ab Hugone Dienſi legato Apoſtolico; quod poſteà infertum fuit Decretalibus. Juxta hæc decreta ſanctus Bruno ſequaces ſuos erudiens præcepit, ne ullus in Priorem eligeretur, niſi poſſet ad ſacerdotium promoveri. Unde Guigo Conſuetudines Ordinis, ſicut eas ſanctus Bruno diu ante eum viva voce & exemplo inſtituerat, deſcribens declarat, quòd mortuo Priore, conventuales "Majorum meliorumque conſilio ex ,,ſeipſis unum eligant, aut ſacerdotem aut ad ſacerdotium promovendum, qui in feſtis ſolemnioribus, "& cum frater aliquis profeſſio-,,nem facturus eſt, Miſſam cantat Majorem. ,,

441 *Hæc ille, è quibus ſanè, Landuinum & Stephanum Burgenſem ſacerdotio fuiſſe aliquando initiatos, indubitatum apparet. Quod modò ad Stephanum Dienſem & ipſummet* S. Brunonem *pertinet, fueritne Stephanus ille umquam ſacerdos, admodùm eſt dubium, nec quidquam, quo id tolli queat, occurrit;* Brunonem *autem, ſi non* B *tunc, cùm ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum acceſſit, poſteà equidem ſacerdotem fuiſſe, ſuadet mihi vel ſolus collatus ab eo, ſervatis omnibus Eccleſiæ cæremoniis, comitis Rogerii filio Baptiſmus, ut poſtea videbimus. Adhæc, ſacerdotem ſeſe fuiſſe, ipſemet Sanctus noſter ſuo in Epiſtolæ* 1 *ad Corinthios cap.* 10 *Commentario utcúmque indicare videtur. Ibi enim ſic ſcribit:* Fugiendum vobis eſt à cultura idolorum, quia calix, id eſt Sanguis Chriſti, calix, dico, benedictionis, per quem benedictiones gratiarum accipimus, quia per ſanguinem Chriſti, ſi dignè ſumimus, & à prioribus peccatis liberamur, & contra venientia confortamur: cui calici nos benedicimus, laudantes eum, quòd numquam hujusmodi calix fuerit, qui & à peccatis liberaret, & ne ultrà peccaremus, confortaret. Vel calix benedictionis, id eſt, quem ipſe Deus benedicit & conſecrat; & cui nos benedicimus per officium noſtrum; Deus enim hoc efficit per ſacerdotem miniſtrum. *Per hæc verba* Bruno *eo modo hîc loquitur quo, ſi ſacerdos non exſtitiſſet, locuturus fuiſſe non videtur ac proin ſacerdotem ſe, uti apparet, utcúmque indicat.*

C 442 *Verùm an jam tum, cùm ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum acceſſit, ad dignitatem illam erat evectus?* Adeſt, *inquit loco ſuprà cit. de* S. Brunone, *ad Hugonem Gratianopolim accedente Guigo,* magiſter Bruno..... Habebat autem ſocios magiſtrum Landuinum... Duos Stephanos, Burgenſem & Dienſem.... Hugonem etiam, quem cognominabant Capellanum, eò quòd ſolus ex eis ſacerdotis fungeretur officio. *Quibus è verbis, utpote quibus eo ipſo loco, quo tam de* Brunone, *quàm de ejus ſociis ſermo fit, ſolus Hugo ſacerdotis officio functus fuiſſe aſſeritur, concludendum apparet, Sanctum noſtrum, cúm ad Hugonem acceſſit, ſacerdotio initiatum nondum fuiſſe. Attamen, inquiunt nonnulli, hoſque inter Cartuſianus noſter annaliſta anonymus ſuprà ſæpiſſime laudatus, recitata Guigonis verba, quibus ſolus Hugo ſacerdos fuiſſe affirmatur, non de ipſo* S. Brunone, *ſed de ejus dumtaxat ſociis videntur intelligenda. Cùm enim, aiunt, ſociorum clericorum, quos Sanctus ſecum habebat, recenſitis nominibus, Guigo ſtatim de Hugone ſubjungat,* Quem cognominabant capellanum, eò quòd ſolus ex eis ſacerdotis fungeretur officio, *videntur duo hæc verba* Ex eis *ad ſolos clericos Sancti ſocios, non autem etiam ad* Brunonem, *referenda. Ita illi; verùm neſcio, an futurum ſit, ut hæc verborum Guigonis interpretatio ſat accurata & ad auctoris mentem accommodata appareat. Sanè hæc verba* Quem cognominabant capellanum *tam de* S. Brunone, *qui Hugonem Capellanum appellârit, quàm de Sancti ſociis, Landuino & duobus Stephanis, intelligenda videntur, ac proin non video, cur & hæc duo alia* Ex eis *æquè ad* Brunonem, *quàm ad ejus ſocios referenda non ſint.* AUCTORE C. B.

443 *Accedit, integrum verborum Guigonis textum, in ſenſu magis obvio & naturali, quem hic ſcriptor indubiè ſecutus fuerit, acceptum, videri exigere, ut Guigo intelligatur de ſacerdotio, quo tum gaviſus fuerit ſolus Hugo, Sanctuſque ac reliqui ejus ſocii caruerint, ut proinde, ſi verba Guigonis eo modo, quo veroſimiliùs debent, intelligantur, Sanctus noſter, cùm ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum acceſſit, ſacerdotio initiatus nondum fuiſſe videatur, niſi forte, quod tamen etiam adſtruere vix auſim, à* E *Guigone ſolum Hugonem ſacerdotis functum officio aſſeverare velis, non quòd ſolus ſacerdos eſſet, ſed quòd ſolus munia, ſacerdoti convenientia, obiret, ipſomet* Brunone *reliquiſque ejus ſociis præ humilitate aliave ex cauſa ab iis abſtinentibus. Aſt, inquies, Sanctus in pluribus titulis funebribus Eccleſiæ murus, eccleſiarum lux, metropolis Remenſis columna, etiam ante ſuum in eremum Cartuſiæ ſeceſſum, exſtitiſſe, aut diſertè aſſeritur, aut certè non obſcurè innuitur. Fateor ſic habet: Verùm quid ni titulis hujuſmodi condecorari potuerit, quòd planè inſigni eſſet tum doctrina, quâ Remenſis aliarumque eccleſiarum alumnos, Remos ad Sanctum audiendum magno concurſu confluentes, erudiiſſet, tum etiam virtute, quâ diu eccleſiam Remenſem adverſus impios Manaſſis, Simoniaci antiſtitis, conatus fuiſſet tutatus? Nequit itaque etiam ex honorum titulis, quibus Sanctus ſive in verſibus illis funebribus, ſive alibi afficitur, quidquam roboris accedere ad opinionem, quæ fuiſſe illum jam tum, cùm ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum acceſſit, ſacerdotio initiatum, ſtatuit,* F *ac proin revera illum tum ſacerdotem nondum fuiſſe, longè mihi, omnibus conſideratis, veroſimilius apparet. Rerum ad Sanctum ſpectantium ſeriem modò proſequamur.*

ſacerdotio initiatum, haud certum appareret.

idemque etiam de Brunone dicendum videatur,

fuiſſe tamen hunc jam tum, cùm Gratianopolim acceſſit,

§ XXVI. Sanctus Cartuſiæ eremum ingreditur: quandonam id acciderit.

Sanctus, comite S. Hugone, in Cartuſiæ eremum, cujus quæpiam hic,

CUm *Hugo Gratianopolitanus epiſcopus,* S. Brunonem *ſexque ejus ſocios ſuprà nominatos, quos per ſtellas ſeptem, ſibi in ſomno divinitus oſtenſas, deſignatos fuiſſe nullus dubitabat, Cartuſiæ eremum ſeu montem eſſe illis à Deo deſtinatum eremiticæ vitæ ducendæ domicilioque conſtituendo locum, narratâ, quâ Deum ſibi in eremo illa habitaculum ædificantem conſpexerat, viſione edocuiſſet, verbiſque etiam, ut apparet, quò locum illum ſibi inhabitandum deligerent, fuiſſet adhortatus, omnes illi & divinæ voluntati obſequi & in horridam ſolitudinem ſecedere paratiſſimos ſeſe exhibuerunt. Nec multum temporis fatigatis è via corporibus in epiſcopali pala-*

AUCTORE C. B.

palatio, curante benigniſſimè Hugone, reficiendis impenderant, cùm itineri ſeſe Cartuſiam verſus commiſêre, ipſummet S. Hugonem epiſcopum ſocium ac comitem ſibi habentes adjunctum. Ipſo namque (*Hugone ſcilicet Gratianopolitano epiſcopo*) conſulente & juvante ac comitante Cartuſiæ ſolitudinem intraverunt atque extruxerunt, *inquit de* S. Brunone *ejuſque ſociis in ſancti illius antiſtitis Vita loco ſuprà cit. Guigo. Dubitandum non apparet, quin ſanctiſſimus hic præſul neceſſaria tum itineri iſti, tum qualibuſcúmque ſeu domibus ſeu cellulis & ſibi &* Brunoni *ejuſque ſociis in Cartuſiæ eremo exſtruendis neceſſaria parari, eóque deferri curârit. Atque id reipſa etiam factum, Zacharias Benedictus in metrica Sancti noſtri Vita, iis antè, quæ pridie Sancti noſtri ejuſque ſociorum in eremum ſeceſsûs hos inter & S. Hugonem geſta adſtruit, narratis, non obſcurè indicat, quapiam etiam Cartuſiæ ſolitudinis deſcriptione adjecta. Verſus, quibus id exſequitur, huc tranſcribo.*

B *tum ex Zacharia Benedicto,*

445 Summis quumque jugis afferret Juppiter æthram,
Atque diurna novo ſole intervalla rediret,
Mandat equos præſul, pulmentaque multa parari
Atque legi varios fabrili ex arte magiſtros.
Omnia ſunt præſtò, curſant per tecta magiſtri.
Cæmenta & lateres ac ligna feruntur onuſta,
Hinnitus jumenta gravi ſub pondere mittunt.
Jam montana petunt omnes; in culmen apricum
Orbita difficilis fert, imæ concava vallis
Ora patent, jamque inceſſu ſpeculantur ab alto
Planitiem terræ, turreſque ac oppida circùm.
Quadrupedando ſuper tumulos hiat agmen equorum.
Stapegeri ſudant, certatimque ire laborant.
Ad ſupremum igitur tandem venêre cacumen,
C Hernica ſaxa vident, horrenteſque undique rupes.
Non arbuſta illic ſeu ligna ferentia fructus.
Vix ibi ſunt herbæ virides humileſque geneſtæ,
Et larices abieſque & tenſæ in ſidera pinus.

Blömenvenna, etſi de iis, quæ hîc de paratis juſſu epiſcopi itineri ſedique in Cartuſia figendæ neceſſariis memorat Benedictus, nullo planè verbo mentionem faciat, Hugonem tamen antiſtitem Brunoni *ejuſque ſociis, qualis eſſet Cartuſiæ ſolitudo, cùm adituri hanc jam forent, ita exponentem inducit:* Locus.... vobis à Deo deſignatus eſt eremus quædam in montibus altiſſimis, appellaturque Cartuſia. Ampla quidem ſed penitus inhabitata, * ſolis feris pervia, hominibus verò & cæteris domeſticis animantibus propter loci aſperitatem penè ignota.

*non habitata

446 Altis & tamquam exciſis hinc inde rupibus & ſcopulis circumvallata, infructuoſis arboribus conſita, ſupra modum frigida & per majorem partem temporis nivibus operta; adeò etiam prærupta, ſterilis & infructuoſa, ut nihil in ea aut ſeri valeat aut meti, ad quam etiam

um ex Blömenvennæ generalis notitia,

eſt aſcenſus gravis & laborioſus; ingreſſus verò difficilis & periculoſus, utpote inter duas miræ altitudinis rupes, quæ, velut rectæ lineæ ſurſum ſe erigentes, in culmen tandem coeunt, ita ut introeuntibus hororri ſint & terrori. In medio verò ejus eſt parvus fluvius, qui GNERUS MORTUUS, quaſi quædam imago mortis, dicitur, ex circumſtantibus undique montibus collectus, cum ſtrepitu maximo torrentium aut inundantium aquarum more fluens, &, ut paucis agam, tanta eſt loci illius aſperitas, tantus horror, ut carcer potiùs aut purgatorii locus, quàm humanæ vitæ habitaculum dici poſſit. *Hactenus Blömenvenna, ſua hæc ferè omnia, ut non rarò alibi, è Puteano mutuatus. Atque ita quidem tum è Benedicto, tum è Blömenvenna, &, ſi velis, etiam è Puteano generalem quampiam modò habes, ſtudioſe lector, eremi Cartuſiæ ſeu notitiam ſeu deſcriptionem; diſtinctam longè magis atque ad præcipuas ejus partes extenſam ſuppeditat Innocentius le Maſſon ſuprà adhuc plùs ſemel laudatus lib. 1, cap. 2 Operis, quod Ordinis Cartuſienſis Annales inſcripſit, annoque 1687 typis Correrianis vulgavit. Lubet & hanc, quòd Maſſonum ex dictis, in ipſa Cartuſia pluribus annis commoratum, eorumque proinde, quæ de illa ſcribit, apprimè gnarum, auctorem habeat, nec dictum ejuſdem Maſſoni Opus omnium paſſim manibus teratur, hùc tranſcribere, ut ſic qualis illa, quæ milliaribus circitèr decem ſeu tribus leucis Septemtrionem versùs Gratianopoli abeſt, atque è Sancto noſtro inhabitata primùm fuit, celeberrima eremus ſit, unuſquiſque habeat in promptu. His itaque deſcriptio illa verbis concipitur:* Eremus hæc noſtra tunc temporis (*cùm in illam Sanctus ſeſe abdidit*) longè aſperior, quàm nunc viſitur, apparebat; erat enim omnino inculta acceſſuſque ejus planè difficilis.

ampliorque longè à Maſſono diſſuſa, quæ

447 Silvæ omnia ferè occupabant, quæ poſtea in pleriſque locis eradicatæ, in prata ſatis amœna converſæ fuerunt. Hujus eremi figura eſt veluti oblongi ampitheatri, excelſis rupibus undique cincti; cujus arena à parte meridionali longè depreſſior eſt, & in modum monticulorum ſenſim ſe invicem ſuperantium aſſurgit, donec in loco, ubi eſt ſitum ſacellum divi P Brunonis, alti montis adinſtar erecta ſit, qui ſtatim præruptis ferè rupibus clauditur. In ejus declivi conſtructa nunc eſt domus Cartuſiæ, ab illo ſacello diſtans eo ſpatio, ad quod pedibus conficiendum opus eſt ſeſquiquadrante horæ. In declivi ergò & ſubmiſſiori parte arenæ noſtri ab ipſa natura formati amphitheatri, quæ pars aſpicit Meridiem, præterfluit torrens, fontibus è variis deſerti locis circumquáque ſcaturientibus & illic confluentibus primò compoſitus; deinde ab aquis pluviarum & nivium liqueſcentium ex rupibus altiſſimis defluentibus tumefactus, amnes mediocres communiter æmulatur. Sed quando abundantia pluviarum eſt, magnis tunc adæquatur fluviis. Optimos etiam fert piſces, qui truttæ ſaxatiles dicuntur. In ſuperiori verò parte, quæ Septentionalis eſt, cingitur illa rupe, quæ le Col vocatur, in cujus vertice ſitum eſt amplum & amœnum pratum, quod rupi illi impoſitum eſt diadematis adinſtar. A dextris habet rupem, quæ vocatur Bovinant, & à ſiniſtris aliam, in cujus apice (nam rupes iſtæ quaſi per gradus ſe invicem ſuperantes in ſublime eriguntur) altiſſima illa rupes, quæ Alienard dicitur, ſita eſt.

448 A parte Orientali aſſurgunt & ſe invicem

recitantur, verbis

cem quasi manu tenent altissimæ rupes, inter quas primas obtinet illa, quæ dicitur Le grand son, quod Latinè sonat magnam summitatem, quia omnium rupium censetur altissima; & sic in modum murorum se protendunt rupes illæ, donec ad locum, ubi nunc est pons Cartusiæ, per præruptum præcipitium deficientes, ingressum ad eremum aperiant triginta aut quadraginta pedes tantummodò latum. Nam statim alia prærupta rupes ex alia parte torrentis assurgit, ita ut duæ istæ rupes se erigere videantur, ut in alteriori parte viciniores effectæ, quasi in mutuos ruant amplexus, quod certè mirum naturæ artificium est. Inter utramque rupem præterfluit torrens, ibique stat pons ille, per quem datur accessus ex parte urbis Gratianopolitanæ ad eremum & domum Cartusiæ. Ibidem etiam domunculam sanctus antistes Hugo constrúi curavit, ut custos in ea habitaret, qui aditum ingredi volentibus concederet, vel negaret. Mediâ circitèr viâ inter pontem illum & domum
B Cartusiæ sita est domus Correriæ, quæ in Consuetudinibus R. Patris Guigonis Domus inferior dicitur, ubi procurator & conversi ad rem familiarem agendam morabantur; & inter pontem illum & sacellum S. Brunonis, in quo loco primò constructa fuit domus Cartusiæ, iter unius horæ intercedit; unde conjici potest, quanta sit longitudo arenæ amphitheatri nostri à parte Meridionali ad Septentrionalem. Ultra torrentem videtur amœnissimum pratum, vocatum Valombrey, quod cingitur rupibus sensim se invicem superantibus & tandem in sublime caput quasi certatim attollentibus; quas omnes superat illa, quæ vocatur Charmanson, in cujus capite latissimum pratum cernitur, quod vix ab intuentibus rupem istam è domo Cartusiæ credi posset, cùm ad modum dentium alicujus scopuli summitas ejus terminari videatur.

descriptio hîc exhibetur, secùs fit.

449 Sed maxima pars illorum, quæ ultra torrentem sita sunt, primis patribus non fuerat donata & termini illorum torrente claudebantur; quæ tamen pars postea à piis secularibus fuit domo Cartusiæ dono data, ut suis locis in secundo volumine latiùs explicabitur. Ex illa parte Meridionali ad Occidentalem pergentibus statim occurrunt rupes altissimæ à se invicem separatæ, inter quas fluit torrens versus urbiculam Sancti Laurentii de ponte. In cujus torrentis ripa magno
C labore sive evulsis sive sectis aut pulvere tormentario excussis saxis aperta est via, quâ ex parte sancti Laurentii ad Cartusiam pervenitur. Exinde oculis se objicit rupes illa, in cujus cacumine sita est grangia, Chartrousette vocata; ubi rem agrariam & pecorum nutrimenta primos Patres locâsse credimus; ibi enim sunt prata & pascua ampliſſima, & agri quidam, qui sulcantur. Pergunt sic murorum adinstar rupium invicem se tangentium situs, donec perveniant ad eam, cui supereminere diximus altissimam rupem de Alienard & amphitheatri nostri circulum claudant. Illud autem quasi medium secat interluens amniculus, qui à fonte sancti Brunonis ortum accipiens & aquas vicinarum rupium etiam recipiens, à parte Septentrionali usque ad Meridionalem deducit, donec in torrentem mergatur. Porrò in nostro amphitheatro à natura, ut diximus, oblongè formato, tres distincti gradus elevationis intuentibus apparent, in quorum inferiori sunt prata vi-

rentia, in secundo silvæ annosis arboribus refertæ; quæ silvæ in modum ampliſſimæ fasciæ locum cingunt. Tertio denique visuntur rupes, quæ per inæquales summitates stridoris dentium ab invicem paululùm distinctorum speciem gerunt. *Hæc est eremus, in quam Sanctus, cùm planè adhuc esset inculta, sese unà cum sex sociis suis, Landuino, duobus Stephanis, Burgensi ac Diensi, Hugone, Andrea & Guarino, sese recepit, comitante eos Hugone Gratianopolitano episcopo, necessariaque tum victui, ut apparet, tum habitaculis, in quibus commorari possent, ædificandis suppeditante.* AUCTORE C. B.

450 *Ac statim quidem illos, atque eremum ingressi essent, operi manum admovisse, indubitatum apparet. Verùm hac de re infrà tractabo; nunc in tempus, quo Sanctus ejusque socii ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accesserint, Cartusiæ eremum, sancto hoc antistite comitante, ingressi primùm sint, monasterioque ibidem exstruendo manum admovere inceperint, unicè inquirendum. Alii id anno* 1084 *factum statuunt, alii contrà pro anno* 1085 *aut etiam pro anno* 1086 *decertant. Ac Baronius quidem Sancti nostri sociorumque ejus ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accessum, eorumdemque, duce Hugone, haud dudum pòst secutum in Cartusiam ingressum cum anno* 1086 *in Annalibus Ecclesiasticis ad hunc ipsum annum componit, ita ibidem scribens:* Cùm superiùs dictum sit ex sancti Hugonis (*Gratianopolitani episcopi nimirum*) Vitæ Actis, ipsum anno millesimo octogesimo creatum fuisse episcopum Gratianopolitanum, post duos verò annos adiisse Cluniacenses, ibique moratum annum unum, inde ad episcopatum reversum in eo transegisse tres annos, planum invenies, sexto anno à sua ordinatione cum sociis, hoc nempe anno, petiisse Cartusiam. *Hanc igitur, quam assignat, S. Hugonis sanctique* Brunonis *ac sociorum ejus in eremum secessûs epocham eruditissimus Annalium Ecclesiasticorum parens è S. Hugonis, episcopi Gratianopolitani, Actis seu potius ex Guigone, quinto Cartusiæ Priore, qui horum auctor est, collegit; quare cùm hic scriptor tam S. Hugoni, quàm* S. Brunoni *æqualis fuerit, rerumque tam ad hunc quàm ad illum spectantium apprimè gnarus, nec aliquo ex capite fidei queat esse suspectæ aut infirmæ, fieri sanè vix poterit, quin Baronio assentiendum sit, si modò hic Guigonem ritè interpretatus sit, quod propterea nunc examinandum.* *Id anno* 1085 *factum statuit Baronius.* E

451 *Columbius, in sua de Cartusianorum initiis Dissertatione num.* 102 *& seq., sententias duas diversas, Cartusianorum antiquorum unam, Baronii alteram, de anno, quo* S. Bruno *ad S. Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accesserit seque in Cartusiæ eremum receperit, circumferri præfatus, posteriorem quidem, quæ ex S. Hugonis, Gratianopolitani episcopi, Actis, per Guigonem scriptis, pro anno* 1086 *stat, falsam; priorem verò, quæ pro anno* 1084 *militat, veram asseverat, ac deinde subjungit:* Ut hæc aperta sint, age, componamus utramque (*sententiam scilicet de anno secessûs* S. Brunonis *in Cartusiam*) cum verbis Guigonis. Ita loquitur "Hugo (*Gratianopolitanus episcopus*) „duobus post consecrationem„ (Hæc Romæ *anno, uti infrà docebo,* 1080 facta fuerat) " expletis annis, contemptis omnibus, Casæ-Dei „Ordinis Cluniacensis factus est monachus, ibi *Guigonis verba, è quibus ita hic scriptor existimârit,* F

AUCTORE C. B.

„novitius annum vixit. Post hoc „ seu post hunc novitiatûs annum atque adeò tertium à consecratione Romana, "Cogente Gregorio „septimo, è monasterio, quò fervens intravе„rat, ferventior est reversus; pro claustro cir„cumspectionem habens pervigilem ..... pro „abbate justitiam.... pro congregatione aut „religiosos, quibus carere numquam voluit, so„cios, aut universalem Ecclesiam.... In his „agebat, „ seu ita claustrum, abbatem, congregationem habere sibi videbatur, " & ecce, „tribus necdum in episcopatu post monasterii „reditum completis annis, adest magister Bru„no. „ Hactenus Guigo. Baronius sic interpretatur ejus verba, ut Hugo primùm annos duos solidos post consecrationem Romanam exegerit, & in Casæ-Dei monasterio tertium; deinde è Casa-Dei Gratianopolim reversus, alios ferè tres in episcopatu posuerit ante adventum Brunonis. Vult igitur, Brunonem ad eum venisse, cùm non longè erat à fine anni sexti episcopatûs. Neque immeritò ita sentit, Guigonisque voces interpretatur. Omnino enim, si tres "in episco„patu „ anni, qui "necdum completi „ feruntur, censeantur fluxisse post reditum è monaste**B** rio Casæ-Dei, quem tres anni "post consecra„tionem „ Romanam præcesserant, ut prima specie videtur postulare Guigonis oratio, sex Hugo circitèr, non pauciores à consecratione usque ad Brunonis adventum duxisse annos existimandus est.

nec modo, 452 *Hæc laudatus scriptor, à Baronio & recitata à se Guigonis verba, spectato, quem prima fronte offerunt, sensu, rectè exponi, & ex iis,* S. Brunonis *in Cartusiæ eremum secessum cum anno* 1086 *non immeritò componi, affirmans. Verùm cùm nihilominùs Cartusianorum antiquorum, qui anno* 1084 *hunc eventum innexuêre, opinioni adhærendum censeat, verba illa alio modo, quàm quo prima specie accipienda videantur, reque ipsa à Baronio fuerint accepta, interpretanda contendit.* Verùm, *subdit mox verbis proximè huc transcriptis,* nihil cogit ita, *ut scilicet Baronium feciſſe præmisit,* Guigonem interpretari, & quod dicitur "post monasterii reditum „ sic possumus exponere, ut sit idem atque " secundum monasterii reditum „ seu statim, neque multò post monasterii reditum, & loco non suo positum fuerit ante voces "com**C** „pletis annis. „ Igitur erit hæc sententia: Ecce „tribus necdum in episcopatu completis annis, „adest modico post monasterii reditum tempore „magister Bruno. „ Sed, vide, qui necdum completi feruntur, annos esse in episcopatu post consecrationem & Româ reditum positos, inque cura episcopali collocatos. Nam si ab Hugonis consecratione Romana censeas annos, jam tres expleti erant, & quartus fluebat, cùm Bruno ad ipsum venit, scilicet, ut dixerat Guigo, "Duobus post consecrationem expletis an„nis, „ Hugo fuit in monasterio Casæ-Dei novitius per annum unum. *Talis est, quam recitatis à se Guigonis verbis Columbius affingit, interpretatio; verùm violenta omninò est atque coacta.*

hic propositio, 453 *Præterquam enim quòd hæc verba* Post monasterii reditum *à Guigone, qui tamen ataxiæ in scribendo temerè insimulandus non est, loco non suo posita esse, adstruat, à Columbio, ut, quæ suprà recitavit, Guigonis verba, stante etiam, quæ* S. Brunonis *in Cartusiam secessum anno* 1084 *affigit, opinione, vera esse intelli-*

gantur, studiosè nimiùm videtur quæsita, estque, **D** *ut reliquos, quibus laborat, defectus omittam, à quacúmque usitata annos, quos episcopi in episcopatu exegerint, computandi ratione prorsus aliena. Id sic ostendo: Sanctum nostrum ad Hugonem Gratianopolitanum episcopum, cùm hic tres necdum annos in episcopatu implevisset, venisse, Guigo, ut Columbius vult, verbis suprà recitatis tradit; quæ ita idem Columbius interpretari debet, ut per* annos illos tres in episcopatu necdum impletos *intelligantur anni, à sancto illo antistite, cùm anno* 1080 *ineunte Romæ episcopus consecratus fuisset, Gratianopoli ab eodem anno* 1080 *ultra mensem Junium jam provecto usque ad anni* 1084 *Junium, quo ad eum* S. Bruno *ex dicendis venit, in episcopali cura exacti; cùm autem à priori è duobus hisce chronicis terminis usque ad posteriorem anni necdum impleti, non tantum tres, sed quatuor excurrerint, ex hisce annum unum, quem Hugo interea in Casæ-Dei monasterio, in Arvernia sito, novitius absque cura episcopali exegit, subducat, necesse est, ut ita* tres illos annos in episcopatu, *seu, ut exponit,* episcopali cura necdum impletos, *post quos ad* **E** *sanctum illum præsulem* Bruno *venerit, obtineat.*

appositè Columbius, 454 *Verùm, etsi quidem anni, quos episcopi in episcopatu exegerint, non solùm à tempore, quo vel electi vel consecrati fuerunt, sed etiam ab eo, quo jam consecrati episcopatûs possessionem adierunt, computari subinde soleant, nusquam tamen id ita factum invenio, ut anni, quibus episcopi, à grege suo absentes, curam ejusdem haud gessêre, ex annis, in episcopatu exactis, quò accuratus horum numerus habeatur, subducantur; quod cùm ex dictis in interpretatione, Guigonis verbis à Columbio affecta, fieri debeat, apta sanè hæc haud apparet. Nec ad eam, quantùm opinor, quò opinionem, Sancti nostri in Cartusiam recessum anno* 1084 *illigantem tueretur, recursurus fuisset ipsemet Columbius, si omnia & singula verba, quibus tempus, à S. Hugone post episcopalem ordinationem, antequam Casæ-Dei monasterium peteret, exactum, à Guigone tum apud Surium, tum apud nos tom.* 1 *Aprilis pag.* 40 *definitur, præ oculis habuisset. Etenim is S. Hugonis biographus ibidem non dicit,* Hugo duobus, *sed* Hugo NECDUM duobus post consecrationem expletis annis.... Casæ-Dei Ordinis Cluniacensis factus est monachus, *ut vel Columbius è Guigonis textu, quem suprà transcribit,* **F** *voculam* necdum *per errorem omiserit, vel textum, è quo hæc ab altero fuisset erasa, sibi prælucentem habuerit, hincque sit factum, ut, quò Sanctum anno* 1084 *in Cartusiæ eremum secessisse tueretur, sinistrè interpretari coactus fuerit Guigonis verba, quæ aliàs aptissimè ad Guigonis mentem ita possunt exponi, ut & Guigo vera scripsisse intelligatur, & opinioni, quæ* S. Brunonis *in Cartusiæ eremum secessum anno* 1084 *innectit, minimè officiatur, uti ostendam, dum Pagium in Criticis tantisper convenero.*

nec verbis, quæ hic recitantur, 455 *Hic scriptor, qui contra Baronium* Brunonis *in eremum secessum seu Ordinem Cartusiensis fundationem anno* 1084 *pariter illigat, ad annum* 1086 *num.* 7 *sic scribit:* Baronius ideò sanctissimi Ordinis (*Cartusiensis nimirum*) fundationem in hunc annum distulit, quia Guigo, scriptor Actorum Vitæ S. Hugonis, cui necessitudine conjunctissimus fuit, ita loquitur: "Hugo duobus post „consecrationem expletis annis, contemptis o„mnibus, Casæ-Dei Ordinis Cluniacensis factus „est monachus. Ibi novitius annum vixit. Post „hoc,

A ,,hoc,, (ſeu poſt hunc novitiatûs annum, atque adeò tertium à ſua ordinatione) "cogente ,,Gregorio ſeptimo, è monaſterio, quò fervens ,,intraverat, ferventior eſt reverſus.... Et ecce ,,tribus necdum in epiſcopatu poſt monaſterii ,,reditum completis annis, adeſt magiſter Bru-,,no.,, Quæ verba Baronius ſic interpretatur, ut Hugo primùm annos duos ſolidos poſt conſecrationem Romæ, ubi ea facta, exegerit, & in Caſæ-Dei monaſterio tertium; deinde à Caſa-Dei Gratianopolim reverſus, alios ferè tres in epiſcopatu poſuerit ante adventum Brunonis, & ſexto anno à ſua ordinatione, currenti nempe, cum ſociis Cartuſiam petierit. Ita quidem prima fronte locus ille explicandus videtur, ſed charta fundationis Cartuſiæ, quam Baronius non viderat, huic interpretationi adverſatur, demonſtratque ita intelligendum, ut "Bruno poſt mo-,,naſterii reditum,, id eſt, ſtatim vel paulò pòſt ad Hugonem venerit, qui eo tempore necdum tres in epiſcopatu compleverat annos. Nec refert, quod Guigo dicat, Hugonem "duobus

B ,,poſt conſecrationem expletis annis,, monachum induiſſe. Nam in Diſſertatione Hypathica, quemadmodùm & in hac Critica variis paſſim teſtimoniis oſtendi, ſcriptores his loquendi formulis "tribus annis elapſis,, vel "triennio tranſ-,,acto,, ſimilibuſve ſæpe intelligere annos tres utrimque incompletos, & biennium ſumere pro unico anno, ſi res nempe in fine unius incepta & initio ſequentis abſoluta fuerit.

ſat felici ſucceſſu

456 *Ita hactenus Pagius, qui, quamquàm pleraque ſua è Columbio, uti hujus illiuſque verba conferenti pateſcet, mutuatus hìc ſit, ab eo tamen nominando abſtinendum duxit. Feceritne id pro more ſuo, quo auctores ferè dumtaxat, dum eos refutat, nominare ſolet, an quòd aliquantulùm etiam à Columbio diſſentiat, compertum haud habeo. Verùm utut ſit, re equidem vera à Columbio nonnihil diſcrepat. Etſi enim Guigonem tempus, quo Sanctus noſter ad S. Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum acceſſerit atque in Cartuſiam ſeſe receperit, iiſdem planè verbis, quibus ſuprà Columbius, definientem inducat, non tamen, quò id non ſeriùs quàm anno à conſecratione epiſcopali Hugonis quarto factum probet, ſequentia hæc Guigonis verba,* Et ecce, tribus necdum in epiſcopatu poſt monaſterii reditum completis annis, adeſt magiſter Bruno,

C *de annis tribus, ab Hugone in epiſcopali cura, cùm ad eum* S. Bruno *acceſſit, nondum exactis cum Columbio interpretatur; Verùm hæc alia Guigonis verba,* (Hugo duobus poſt conſecrationem (*epiſcopalem ſcilicet, Romæ anno* 1080 *acceptam*) expletis annis, contemptis omnibus, Caſæ-Dei Ordinis Cluniacenſis factus eſt monachus, *ita exponi poſſe putat, ut ſignificent, Hugonem, parte anni* 1080, *quo conſecratus fuit epiſcopus, alterâque anni ſequentis poſt conſecrationem illam elapſa, ſeu anno dumtaxat poſt hanc uno factum eſſe in Caſa-Dei monaſterio monachum. Hæc ei ſedet opinio, quòd, quemadmodum ait, non raro fiat, ut ſcriptores per* biennium expletum, *aut etiam per duos annos tranſactos ſimileſve locutiones annum dumtaxat ſignificent, qui initium & finem cum duobus diverſis Chriſti annis habet conjunctum.*

Pagius interpretatur.

457 *Verùm, etſi id Pagio tantiſper dederimus, locum tamen habere non poteſt, quando auctores ipſimet ſuo ſcribendi modo indicant, accipiantne pro completis, an pro incompletis annos aliaque temporis ſpatia ſeu intervalla, de quibus ſermonem inſtituunt. Id autem in textu, voces haſce* duobus expletis annis *complectente, Guigo facere, ſi eum Columbius & Pagius rectè recenſerent, eſſet exiſtimandus, ac proin dictas voces pro duobus Chriſti annis incompletis ſeu pro anno uno integro, qui initium & finem cum duobus diverſis Chriſti annis habeat conjunctum, non accipere. Etenim in eodem illo apud Columbium & Pagium textu agens de annis tribus, quos S. Hugo, antequam ad eum Sanctus noſter accederet,* in epiſcopatu poſt monaſterii reditum *exegerit, fuiſſe illos incompletos, adjectâ voculâ* necdum *ſignificat,* Ecce, *inquit,* tribus NECDUM in epiſcopatu poſt monaſterii reditum completis annis, adeſt magiſter Bruno. *Quam ob rem ſi in eodem textu per haſce voces* duobus expletis annis, *poſt quos, à conſecratione Romana elapſos, Hugonem Caſæ-Dei monachum factum ſcribit, annos dumtaxat incompletos ſeu annum unum aut paulò amplius temporis ſpatium, initium & finem cum duobus diverſis Chriſti annis habens conjunctum, ſignificare voluiſſet, id pariter haud dubiè voculâ* necdum *aut ſimili adjectâ indicâſſet; quod cùm in textu illo apud Columbium & Pagium non faciat, perperam binos dictos annos de annis incompletis ſeu de anno, qui initium & finem cum duobus diverſis Chriſti annis, id eſt, cum anno* 1080 *& ſequenti habuerit conjunctum, Pagius interpretatur. Quòd ſi interim res ſecùs haberet, ac proin, admiſſo etiam pro genuino, prout à Columbio & Pagio recenſetur, Guigonis textu, Hugonem anno* 1081 *Caſæ-Dei monaſterium petiiſſe, poſſet admitti, textus ille, etiam ſic acceptus, cum opinione, quæ Sancti noſtri in Cartuſiæ eremum ſeceſſum anno Chriſti* 1084 *innectit, apprimè congrueret. Res ex jam nunc de textu genuino, quo, quandonam* S. Bruno *ad S. Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, acceſſerit, Guigo exponit, dicendis pateſcet.*

genuina Guigonis verba.

458 *Textus ille apud nos tom.* 1 *Aprilis pag.* 40 *ita habet:* Hugo.... necdum duobus poſt conſecrationem expletis annis, contemptis omnibus, Caſæ-Dei Ordinis Cluniacenſis factus eſt monachus; ubi.... novitius.... annum fecit.... Poſt hoc, cogente .... Gregorio ſeptimo, ad epiſcopatum è monaſterio, quò fervens intraverat, ferventior eſt reverſus ... & ecce, tribus necdum in epiſcopatu poſt monaſterii reditum

F completis annis, adeſt magiſter Bruno. *Cùm tam anni duo, quos S. Hugo, antequam in Caſæ-Dei monaſterio monachum indueret, ab accepta conſecratione epiſcopali exegit, quàm anni tres, quos idem Sanctus antiſtes, è Caſæ-Dei monaſterio jam reverſus, in epiſcopatu ante* S. Brunonis *adventum vixit, pro annis incompletis, ſeu priores quidem non pro integro biennio, poſteriores verò non pro integro triennio acciplantur, totus Guigonis textus cum opinione, quæ Sancti noſtri ad Hugonem acceſſum anno* 1084 *illigat, nullo poteſt negotio conciliari; imò verò etiam poteſt exponi, qui S. Hugo, ſàm è Caſæ-Dei monaſterio rediiſſet, tres in epiſcopatu annos necdum completos, ſeu duos amplius annos ante* S. Brunonis *ad Hugonem adventum exegerit, hicque nihilominus anno* 1084 *contigerit. Ut rem ordinatè dilucidéque exponam, diſpiciendum primùm eſt, quandonam S. Hugo Romæ fuerit conſecratus epiſcopus. Guigo apud nos tom.* 1 *Aprilis in S. Hugonis Gratianopolitani epiſcopi Vita pag.* 37, *num.*

AUCTORE C. B.

5 *sic scribit :* Aliquanto dehinc exacto temporis spatio, idem legatus apud Avenionem non ignobilem Provinciæ civitatem grande celebravit concilium, in quo multa ad Dei honorem & Ecclesiæ utilitatem præconio digna patravit.

Avenionense concilium,

459 Ad hoc concilium episcopo carentes & episcopum quærentes Gratianopolitani venêre canonici, compertoque, præfatum juvenem conventui præesse præsenti, petierunt suppliciter, suffragante concilio, ab ejus venerabili patrono, cui gratæ officium societatis exhibebat, ut hunc sibi sine dilatione daret episcopum. Quibus ille protinus gratulabundus assensit, tum dilecti comitis gaudens honoribus, tum Ecclesiæ favens profectibus, cujus etiam sacris officiis futurum non dubitabat opportunum. *Ita ille, nonnullis deinde interpositis, etiam docens, S. Hugonem Gratianopolitanum episcopum, absoluto Avenionensi concilio, cum Hugone Diensi, Sedis Apostolicæ legato, Romam, ut ibidem à summo Pontifice consecraretur episcopus, esse profectum. Idem etiam memoriæ prodit apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ novæ librorum Mss. Hugo Flaviniacensis, de Hugone Diensi, Sedis Apostolicæ legato, sic scribens:* Celebravit & septimum apud Avenionem concilium, in quo depositus est Achardus Arelatensis invasor, & electus est Gibilinus in Arelatensem archiepiscopum.... Hugo in Gratianopolitanum episcopum.... quos post expletionem concilii secum Romam duxit, & consecrati sunt à Papa, qui concilium Romæ indixerat. *Hugo ergò Gratianopolitanus in Avenionensi concilio ecclesiæ Gratianopolitanæ in episcopum postulatus datusque fuit, ac deinde, absoluto concilio, Romam, ut ibidem, quod & factum, à summo Pontifice episcopus ordinaretur, cum Hugone, sedis Apostolicæ legato, est profectus.*

B

non annò 1078,

460 *Verùm quo fuit tempore concilium illud celebratum? Cùm à tempore, quo factum id sit, definitio temporis, hîc ex dictis indagandi, quo Hugo consecratus fuerit Romæ episcopus, utcúmque dependeat, conciliique illius celebrationem alii quidem anno* 1078, *alii verò, idque communiùs, anno* 1080 *affigant, lubet hac occasione, ut tandem, quo hæc anno contigerit, pro certo sciatur, operosiùs nonnihil in hunc inquirere. Ac primò quidem concilium illud anno* 1078 *celebratum non fuisse, liquet ex Epistola, anno* 1079, *Kalendis Martiis conscripta, quâ Gregorius VII Papa clerum & populum Arelatensem (adi Labbeum tom.* x *Conciliorum col.* 213) *admonuit, ut archiepiscopum sibi eligerent, qui in Avenionensi, in cujus hîc epocham inquirimus, concilio designatus fuit, uti è proximè recitatis Hugonis Flaviniacensis verbis intelligitur. Quod jam ad annum, cui alii concilium illud illigant,* 1080 *pertinet, Tractatus à Cartusianis hujatibus mecum communicati auctor hujus lucubrationis suæ num.* 17 *de dicto concilio Hugoneque in hoc electo Gratianopolitano episcopo ita scribit :* Præfatum Avenionense concilium & Hugonis electio in annum 1080 à Baronio & aliis rejiciuntur; sed ad præcedentem esse revocanda, facile est probatu. Scribit enim (*in Vita scilicet S. Hugonis Gratianopolitani*) noster Guigo, cujus etiam auctoritate usus est Baronius, S. Hugonem è vita decessisse primâ Aprilis anno MCXXXII, ætatis suæ ad minùs octogesimo, mense quarto, id est, septuagesimo nono & quatuor mensibus.

C

461 Unde rectè colligimus, eum natum fuisse anno MLII circa Novembrem, ac proinde eodem tantùm mense anni MLXXIX vigesimum septimum ætatis annum expleviſſe; cùm verò ab eodem auctore dicatur fuisse annorum ferè viginti septem, quando à Gratianopolitano clero in pastorem postulatus est in Avenionensi concilio, hinc videtur necessariò conficiendum, istud concilium eodem anno ante Novembrem coactum fuisse, quod etiam ex Gregorii VII epistola, Laterani quarto Kal. Julias, Indictione secunda data conjicere licet, quâ summus Pontifex quemdam Bosonem admonet, quòd si aliquid justitiæ in ecclesia (*de qua scilicet agebatur*) se habere confidit, ante legatum, Diensem episcopum, in concilio, quod proximè celebraturus est, se præsentare debeat. Nec certè Gregorius loquitur de concilio Lugdunensi, quod tantùm mense Januario anni sequentis habendum esse, testatur in alia ad Manassem, archiepiscopum Remensem, epistola. Præterea juxta eumdem Guigonem Hugo Romam cum Hugone legato posteà profectus est, ut à Sedis Apostolicæ summo consecraretur antistite. Idem refert Hugo Flaviniacensis de eodem legato agens. "Celebravit, „ inquit, "& septimum apud Avenionem con-„cilium, in quo depositus est Achardus Arelatensis invasor, & electus est Gibilinus in Are-„latensem archiepiscopum..., Hugo in Gratia-„nopolitanum episcopum.... quos post exple-„tionem concilii secum Romam duxit, & con-„secrati sunt à Papa,„ qui concilium Romæ indixerat anno MLXXX in Quadragesima, cujus prima Dominica Calendis Martiis occurrit; cui quidem concilio Hugonem legatum & consequenter Hugonem nostrum adfuisse, ex Gregorii Epistolis discimus.

sed anno, quemadmodum ex cons scripta per Guigonem

E

462 Ex his iterum patet, Hugonis ad episcopatum electionem, quam Baronius à consecratione non discernit, sicut & synodi Avenionensis celebrationem referendas esse ad præfatum annum MLXXIX; consecrationem verò ad sequentem; quod etiam absolutè conficiendum est ex verbis Guigonis, addentis, eum obiisse "Anno consecratio-„nis ad minùs quinquagesimo secundo,„ quem ex justa supputatione, ab anno MLXXX deducta, invenimus jam expletum fuisse mense Martio MCXXXII, quo, ut diximus, primâ Aprilis defunctus est. *Ita ille, è Vita præcipuè S. Hugonis, Gratianopolitani episcopi, per Guigonem, scriptorem æqualem fideque dignissimum; litteris mandata, contendens, & concilium Avenionense anno* 1079 *celebratum fuisse, & S. Hugonem, qui in hoc fuit Gratianopolitanis postulatus datusque in episcopum, anno* 1080 *Romæ consecratum fuisse. Et sanè concilium illud anno, quem assignat, celebratum fuisse, spectatis, è quibus id probatum dare nititur, præfatæ S. Hugonis Vitæ verbis, indubitatum apparet. Etenim, ut Guigo ait, S. Hugo* obiit anno.... ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo secundo, ætatis.... suæ ad minùs octogesimo, mense quarto... Kalendis Aprilis; *quod perinde est, acsi diceret, Hugo obiit anno* 1132, *vel cùm jam octogesimum ætatis suæ annum ageret, vel etiam cum octogenario esset major; verùm si octogenario major obiit, consequens est, ut ante annum* 1052 *natus sit, ac proin, ut concilium Avenionense, cui, teste Guigone, annis fermè viginti septem natus interfuit, ante annum* 1079 *celebratum fuerit; quod cùm ex di-*

S. Hugonis Vitæ

F

A dictis admitti non possit, anno ætatis suæ octogesimo, mense quarto obiisse est dicendus, ac proin concilium Avenionense, cui ex dictis viginti septem fermè annis natus interfuit, anno 1079 fuisse celebratum.

contra Hugonem Flaviniacensem

463 Verùm Hugo Flaviniacensis, auctor pariter æqualis, calculo huic per verba, proximè recitatis auctoris, qui Tractatum de S. Brunone à Cartusianis hujatibus mecum communicatum contexuit, verbis inclusa, adversari videtur. Hæc enim ille Chronici Virdunensis scriptor sex diversorum, quæ Hugo Diensis, Sedis Apostolicæ legatus, in Galliis celebrârat, conciliorum recensioni proximè subjungit, sicque Avenionense sex hisce, quorum tamen unum, Lugdunense nempe, ante annum 1080 ex communi eruditorum omnium opinione celebratum non fuit, exstitisse posterius, ac proin etiam ante eumdem annum 1080 celebratum non fuisse, indicare videtur. Ita contra calculum, quo concilii Avenionensis celebratio cum anno 1079 componitur, potest argui. Verùm cùm Hugo Flaviniacensis (Adi Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom. 10, pag. 79 B & seqq.) in factis tam undecimi, quo floruit, quàm anteriorum seculorum recensendis ordinem non semper, quo quæque gesta sunt, observet, fieri potest, ut hunc nec in Avenionensi, sexque aliis conciliis, quæ Avenionense fuerint prægressa, recensendis observârit. Nec est, quòd reponas, à scriptore illo, postquam de sex aliis conciliis sermonem fecit, Avenionense septimum disertè vocari; fieri enim potest, ut ita, non ordinem, quo tum hoc, tum sex alia celebrata fuissent, sed illum unicè, quem ipsemet in iis commemorandis servat, spectârit. Adhæc Hugo Flaviniacensis (Adi iterum Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom. proximè cit.) in narrandis etiam iis, quæ ætate sua gesta sunt, subinde & à vera chronologia & à veritate historica aberrat, hocque nævo laborare Guigo non deprehenditur, ut proinde, etsi etiam ab Hugone Avenionense, in cujus hîc epocham inquirimus, concilium anno 1080 disertis verbis affigeretur, credendum tamen potiùs adhuc foret, celebratum id fuisse, non tunc primùm, sed anno proximè prægresso, id est, anno 1079, uti è suppeditatis à Guigone characteribus chronicis à Tractatûs, quem Cartusiani hujates mecum communicavêre, auctore anonymo verbis suprà recitatis eruitur.

C

hîc ostenditur.

464 Neque hîc cum Mabillonio Præfatione in Seculi VI Benedictini parte 2, num. 86 pro Hugone Flaviniacensi, seu potiùs pro tempore, quo ex hoc scriptore, concilium Avenionense celebratum, à nonnullis colligitur, in medium adducas epistolam, à Gregorio VII, summo Pontifice, ad clerum & populum Arelatensem, quâ hic, ut archiepiscopum sibi eligeret, fuit admonitus, Kalendis Martiis anno 1079 conscriptam atque à Labbeo tom. X conciliorum col. 213 insertam. Licèt enim hâc clerum & populum Arelatensem, ut archiepiscopum sibi eligant, summus Pontifex admoneat, fueritque huic Pontificio monito in concilio Avenionensi obtemperatum, inde tamen minimè consequitur, ut id non priùs, quàm anno 1080 fuerit celebratum. Quid ni enim post Kalendas Martias ejusdem anni 1079, quo proximè dictam epistolam Gregorius scripsit, celebrari potuerit? Sanè, quò minùs id tunc factum credatur, nimis angustum haud est tempus elapsum à Kalendis Martiis anni 1079 usque ad anni proximè sequentis initium, Mabillonioque anno 1080, cui illud concilium loco proximè cit. primùm illigârat, annum 1079 substituendum, in Annalibus lib. 66, num. 34 non obscurè innuit. Porrò pro anno 1079, cui tractatûs de S. Brunone, à Cartusianis hujatibus mecum communicati, auctor præmemoratum Avenionense concilium innectit, utcúnque etiam militat epistola, quam hic verbis suprà recitatis laudat, ab eodem summo Pontifice ad Bosonem quemdam quarto Kalendas Julias anno 1079 conscripta. In hac enim Pontifex concilii ab Hugone Diensi, legato suo, proximè celebrandi meminit; ita autem, quod proinde ipso anno 1079 celebratum fuerit, concilium Avenionense idcircò designare videtur, quòd duo proximè post Kalendas Julias anni 1079 celebrata concilia sint Avenionense & Lugdunense, hocque postremum ante annum 1080 certè locum non habuerit. AUCTORE C. B.

anno 1079 fuit celebratum.

465 Consideratis itaque omnibus, dubitandum non apparet, quin Avenionense concilium, in quo S. Hugo Gratianopolitanis postulatus datusque fuit episcopus, anno 1079 fuerit celebratum, idque ante hujus mensem Novembrem, uti etiam ex Guigone suprà docet laudatus Tractatûs de S. Brunone, à Cartusianis hujatibus mecum communicati, auctor, licèt interim, quam concilio isti præstituit, epocham minimè confirment, quæ ibidem etiam addit de S. Hugonis cum Hugone, Sedis Apostolicæ legato, itinere, post Avenionense concilium Romam versus suscepto, ejusdemque ibidem tum ordinatione episcopali, tum præsentia in concilio, anno 1080 in Quadragesima celebrato. Etenim Hugo legatus, non anno 1079, sed sequenti tantùm Romam, ut concilio ibidem celebrando præsens adesset, profectus est. Liquet id ex concilio Lugdunensi, quod, antequam id faceret, celebravit, quodque postquam anno 1080 (adi quæ num. 147 dicta sunt) post tertiam Januarii diem celebrârat, celebrare aliud Avenione, antequam Romam se conferret, potuisset. Quod modò ad S. Hugonis ordinationem episcopalem, præsentiamque in concilio, Romæ celebrato, pertinet, fuit hoc, ipsomet laudato Tractatûs de S. Brunone, à Cartusianis hujatibus mecum communicati, auctore (adi num. 461) docente, in Quadragesima, cujus Dominica prima in Kalendas Martii incidit, anno 1080 celebratum, ut hoc ipso anno 1080 jam inchoato Hugo legatus & concilium Avenione celebrare, & hoc facto, Romam, ut concilio, ibidem in Quadragesima celebrando, interesset, pervenire potuerit, ac proin ut, quamvis ex dictis concilium Avenionense anno 1079 celebratum fuerit, id tamen tunc factum, ex asserta S. Hugonis, episcopi Gratianopolitani jam electi, in concilio Romano præsentia argui non possit. E

Post id Hugo Romæ, quò tamen sese hoc anno non contulit,

466 Nec id tunc factum, argui etiam potest ex ordinatione episcopali, quam S. Hugo anno 1080 Romæ à summo Pontifice accepit. Etenim nihil omninò cogit hoc illam anno tam parùm provecto statuere, ut Romæ ad eamdem suscipiendam esse nequierit, nisi jam inde ab anno 1079 Avenione, eò se collaturus, iter fuisset aggressus. Et verò S. Hugonem ante annum 1080 Romam versus non perrexisse, indubitatum est, quòd itineri illi sese dederit cum Hugone Sedis Apostolicæ legato, hicque illud non ante annum 1080, imò verò non ante hujus mensem Februarium susceperit; quod sic ostendo: Gregorius VII, summus Pontifex, Manassem, Re-

AUCTORE C. B.

Remensem simoniacum archiepiscopum, epistolâ Tertio nonas Januarii, Indictione secunda, *id est ex dictis num.* 147, *anno* 1080 (*Adi Labbeum tom.* x *conciliorum col.* 223) *signatâ, admonuit, ut concilio, Lugduni ab Hugone Sedis Apostolicæ legato celebrando, præsentem se sisteret; dubitandum autem non apparet, quin inter epistolæ hujus scriptionem conciliique Lugdunensis celebrationem tantum temporis spatium interceserit, ut eo & dicta epistola ad Manassem perferri & hic, illâ acceptâ, Lugdunum ad concilium pervenire potuerit. Jam verò, cùm ad hoc non minus quàm quatuor aut quinque hebdomadarum spatium necessarium fuisse videatur, consequens est, ut Lugdunense concilium ante anni* 1080 *Februarium celebratum non fuerit, ac proin ut & S. Hugo & Hugo legatus, utpote ex dictis Romam demum, concilio Lugdunensi jam celebrato, profecti iter illud ante idem tempus non susceperint.*

A Pontifice anno 1080 *mense Martio fuit consecratus.*

B

467 *Quod cùm ita sit, S. Hugo sanè ordinationem episcopalem Romæ anno* 1080 *tam parùm provecto non acceperit, ut ibidem tunc esse nequierit, nisi jam inde ab anno* 1079 *Avenione versus civitatem illam itineri sese dedisset. Atque hæc de tempore, quo concilium Avenionense celebratum fuerit, argumentisque, quibus id seu probetur seu non probetur, anno* 1079 *celebratum fuisse, dicta sufficiant. Verùm quandonam post id jam celebratum S. Hugo Romæ ordinatus fuit episcopus? Cùm ex dictis Romam cum Hugone legato profectus non sit, nisi jam Lugdunensi celebrato concilio, hocque itidem ex jam dictis ante anni* 1080 *Februarium celebratum non fuerit, Romam verosimillimè ante mensem Martium anni* 1080 *non pervenerit, ac proin nec ante hoc tempus ibidem à summo Pontifice fuerit consecratus episcopus. Verùm nonne aliquanto etiam temporis spatio seriùs id evenit? Cùm S. Hugo, uti apud nos tom.* 1 *Aprilis pag* 46 *in ejus Vita num.* 33 *Guigo testatur,* anno... ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo secundo, ...consecrationis...ad minus quinquagesimo secundo, Kalendis Aprilis.... migrârit ad Dominum, *sintque à prima die mensis Martii anni* 1080 *usque ad anni* 1132 *primam Aprilis diem, quâ S. Hugo obiit, anni quinquaginta duo unà cum aliquot dumtaxat hebdomadis elapsi, fuisse hunc non seriùs etiam, quàm mense Martio anni* 1080 *à summo Pontifice episcopum consecratum, verosimillimum, ne dicam, indubitatum, apparet, ac proin cùm nec ante eumdem dicti anni mensem consecrationem episcopalem Romæ à Pontifice ex dictis acceperit, consectarium fit, ut id ipso illo anno & mense verosimillimè acciderit.*

C

Hinc veritati apprimè, si modo hic proposito exponantur, etiam in opinione,

468 *Tempus itaque, quo S. Hugo Romæ fuerit consecratus episcopus, modò etiam habemus. Proximum nunc est, ut & ostendamus, quî in opinione, quæ* S. Brunonis *ad S. Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accessum ejusdemque in Cartusiæ eremum secessum anno* 1084, *ad Junium ex dicendis jam provecto, affigit, veritati possint intelligi consona ex Guigone num.* 458 *recitata verba, quibus hic fidei omninò probatæ scriptor, quandonam* S. Bruno *ad S. Hugonem Gratianopolitanum episcopum accesserit, Cartusiæque eremum petierit, definit seu potiùs indicat. Cùm ex dictis S. Hugo mense Martio anni* 1080 *Romæ fuerit consecratus episcopus, quid si anno* :081 *ad mensem Maium aut Junium jam provecto, Casæ-Dei monasterium, uti reipsa fieri potuit, petierit, monachum, contemptis rebus omnibus, induerit, cúmque novitium anne circiter, seu novem (neque enim annum integrum hîc indicare Guigo videtur) decemve mensibus ibidem egisset, ad episcopatum, jubente summo Pontifice, anno* 1082 *mense Martio circiter è dicto monasterio fuerit reversus? Ita sanè à Guigone* necdum duobus post confecrationem expletis annis, *Casæ-Dei monachus factus esse, anno ibidem novitius vixisse, ac tandem Gratianopolim,* tribus necdum in episcopatu post monasterii reditum, *id est, à suo, è Casa-Dei reditu,* completis annis, *venientem* S. Brunonem *anno* 1084 *excepisse, absque ullo veritatis dispendio dici potuerit, uti unusquisque, quantùm opinor, qui rem attentè perpenderit, facilè perspiciet, remque proinde modo jam assignato reipsa gestam esse, concipiatur, aut, si mavis, admittatur, necesse est, ne alioquin, cùm equidem* S. Brunonis *ad S. Hugonem accessum anno* 1084 *innectendum, aliunde constet, veritati dissona Guigo scripsisse sit credendus.*

D

Quæ Sancti ad Hugonem accessum anno 1084 *illigat, Guigonis verba co[nfonant,]*

E

469 *Ast, inquies, ita Hugo post consecrationem quidem anno dumtaxat uno & duobus circiter mensibus in Casæ-Dei monasterio monachum induerit, post suum verò ex hoc reditum annis dumtaxat duobus totidemque circiter mensibus, antequam ad eum* S. Bruno *accessit, in episcopatu egerit, videnturque è recitatis Guigonis verbis hæc quidem* Necdum duobus expletis annis *amplius aliquod temporis spatium, quàm anni unius duorumque mensium, illa verò* Tribus necdum completis annis, *quàm duorum annorum totidemque mensium significare. Fateor; res sanè, si in sensu magis obvio accipiatur, ita omninò habet; verùm, si secundum strictam verborum significationem consideretur, non video, cur Guigo annum quidem unum mensesque duos per annos duos necdum expletos, annos verò duos totidemque circiter menses per annos tres, necdum completos, designatos velle non potuerit. Enimverò, qui annum dumtaxat unum mensesque duos, biennium nondum integrum, itemque qui annos dumtaxat duos totidemque menses, triennium integrum nondum implevit, nec video, à veritate futurum devium, qui annum dumtaxat unum mensesque duos biennii necdum completi nomine, itemque, qui duos tantùm annos totidemque menses triennii necdum expleti appellatione designârit. Utut sit, prædicta equidem, de quibus hîc, Guigonis verba modo jam assignato accipienda videntur, tum ne, quod absonum nec sat fundatum apparet, sequentia horum tria* Post monasterii reditum *loco non suo posita cum Columbio dicere cogamur, tum ne pugnare idem Guigo, in quem falsitatis suspicio haud cadit, asserendus sit cum opinione, quæ* S. Brunonis *ad S. Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accessum, secessumque in Cartusiæ eremum anno* 1084 *innectit, quamque omni dubio procul veritati esse apprimè consonam, non pauca in medium modò adducenda suadent. A charta donationis Cartusiæ duco initium.*

F

itáque proinde re etiam ipsa, cùm Sanctus, uti hic variis

470 *Hæc, quam integram infrà ex apographo, à Michaële Morkensio ad Chronologico-diplomatica, quam de* S. Brunone *contexuit, Diatribæ calcem adjecto, editurus sum, sub finem sic habet:* Præfata quidem terra, (*Cartusiæ videlicet*) his terminationibus (*suprà nimirum determinatis*) concluſa, à magistro Brunone & ab his, qui cum eo erant, fratribus cœpit inhabitari & construi anno ab In-

A Incarnatione Domini MLXXXIV, episcopatûs verò Domini Hugonis Gratianopolitani episcopi quarto, qui videlicet laudat & corroborat hoc donum, quod fecerunt suprà scriptæ personæ, cum omni conventu clericorum suorum & quantùm ad se pertinet, quidquid sui juris esse videtur, omnino concedit. *Sanctum itaque anno* 1084 *Cartusiæ eremum esse ingressum, ex ipsa, quâ fundata hæc fuit, charta habetur compertum; quî autem, uti in hac innuitur, quartus episcopatûs S. Hugonis annus, qui ex dictis jam inde à mense Martio anni* 1080 *episcopus consecratus fuit, in cursu adhuc, cùm Cartusiæ eremum Sanctus noster primùm adiit habitareque anno* 1084, *ad Junium ex dicendis jam provecto, cœpit, esse potuerit, infrà exponam, quando chartam illam integram, uti me facturum modò monui, hùc transcribam. Sancti ad Hugonem Gratianopolitanum accessum atque in Cartusiæ eremum secessum anno* 1084 *accidisse, modò hîc ulteriùs probandum. Sanctus, uti infrà docebo, ab Urbano II, summo Pontifice,*
B *qui illius olim fuerat discipulus, è Cartusia Romam fuit evocatus, Cartusiæque eremum, quòd, eo abeunte, Landuinus pariter aliique, quibuscum in sacram illam solitudinem sese abdiderat, discedere ex hac vellent, Siguino, Casæ-Dei abbati resignavit, qui postea eamdem eidem Landuino aliisque Sancti discipulis, cùm ad locum à se desertum, suadente Sancto, redirent, mediâ chartâ publicâ restituit; hæc autem anno* 1090 *data notatur, ut hoc anno Landuinus aliique Sancti nostri discipuli, ad Cartusiam, quam,* Brunone *Romam abeunte, deseruerant, jam rediissent.*

argumentis 471 *Jam verò cùm in quatuor primorum Cartusiæ Priorum Chronico, summæ utique (adi quæ de hoc § 1 dicta sunt) antiquitatis fideique monumento, Sanctus noster, antequam Romam Pontificiæ voluntati obsecuturus peteret, Cartusiam sex annis rexisse dicatur, hique, si pro completis sint habendi, ab anno* 1090, *usque ad Junium, quo ex dicendis in eremum illam primùm sese abdidit, provecto, aut, si pro incompletis, quales ex dicendis verè fuerunt, debeant haberi, ab eodem anno* 1090 *nondum ad Junium, aut ab anno* 1089, *ultra Junium jam provecto, ordine retrogrado computati, deducant ad annum* 1084, *sit vel hinc,* S. Brunonem *hocce anno ad*
C *S. Hugonem veniisse Cartusiamque adiisse, omninò indubitatum. Adhæc in eodem illo Chronico seu potiùs in Sancti nostri, quod in illo continetur, elogio vitam hanc mortalem cum immortali* Bruno *communâsse traditur* Post egressum Cartusiæ (*videsis num.* 7) undecimo plùs minùs anno; *quare cùm Sanctus, ut jam dictum, Cartusiam, antequam ex hac à Summo Pontifice accersitus, egrederetur, annis sex rexisset, consectarium fit, ut annus* 1101, *quo, uti inter omnes convenit, diem extremum clausit, septimus decimus fuerit ab ejus in illam ingressu, ac proin ut eamdem anno* 1084 *primùm fuisset ingressus. Atque id tunc factum, etiam ex Guigonis, quinti Cartusiæ Prioris, quod apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag.* 639 *& seq. ad primorum quatuor Cartusiæ Priorum Chronicon exstat adjectum, quodque ab auctore,* S. Brunoni *aut æquali aut certè subæquali, contextum videtur, elogio conficitur. Etenim in hoc Guigo obiisse asseritur,* cùm ab exordio Cartusiensis eremi annus quinquagesimus tertius agebatur; *quare, cùm Guigo, quemadmodum inter omnes convenit, anno* 1137 *diem extremum clauserit, computatique ab hoc anno ordine retrogrado anni quinquaginta & tres ad annum* 1084 *deducant, consequens est, ut hoc anno Cartusiæ eremus initium acceperit, seu, quod eòdem recidit, ut in hanc tunc primùm Sanctus noster fuerit ingressus.* AUCTORE C. B.

472 Denique, *inquit Mabillonius Præfatione in seculi sexti Benedictini part.* 2, *num.* 86) *esse id tunc factum, etiam* probat sancti Brunonis epitaphium, è veteri codice descriptum in hæc verba: *dilucidè probatur, annò* 1084

„Anno milleno, quarto quoque si bene pen-
„ses,
„Ac octogeno sunt orti Cartusienses.
„His ortum tribuit excelsus Bruno magi-
„ster„ &c.

Quantæ antiquitatis sit codex, è quo hosce versiculos deprompsit, Mabillonius nuspiam edicit, nec alibi id comperire quivi. In confirmationem adduci hîc præterea posset Sigeberti Gemblacensis testimonium, & charta, mense Julio anni 1084 E *ab Hugone Gratianopolitano episcopo, ut Mabillonius loco proximè cit. memorat, in Cartusianorum favorem concessa; verùm cùm hæc ad manum non sit, verbaque, quæ de* S. Brunone *Pistorii editio Sigeberto attribuit, supposititia ex dictis num.* 298 *sint, nec, quæ in editione Miræi occurrunt, characteribus iisdem, quibus, quæ certò Sigeberti sunt, exprimantur, faciendum id non duxi; neque verò ullatenus fuit necesse, cùm ex aliis, quæ in medium jam adduxi, certum omnino atque extra omnem controversiam positum videatur, Sanctum nostrum anno* 1084 *ad Hugonem Gratianopolitanum accessisse, Cartusiaque eremum fuisse ingressum.*

473 *Quod cùm ita sit, Guigonis verba, è quibus, id anno* 1086 *factum,* Baronius *aliique existimavêre, eo modo, quem suprà exposui, omni dubio procul sunt intelligenda, cùm præterea Sancti in Cartusiam secessus mense Junio acciderit, uti jam nunc ostendo. Quatuor primorum Cartusiæ Priorum chronologus, qui quam fidem mercatur, § 1 exposui, apud Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag.* 639 *in Joannis Tusci, quarti Cartusiæ Prioris, elogio ita prodit memoriæ:* Colliguntur ita à primo magistri Brunonis anno usque ad hujus (*Joannis Tusci nempe*) ultimum anni viginti quinque, qui ante obitum ejus, qui est Nonas Octobris, circa nativitatem B. Joannis Baptistæ complentur. Tali quippe tempore à magistro Brunone præfata cœpit eremus habitari. *Sanctus ergò, uti ex his verbis liquet, in Cartusiæ eremum primùm sese circa lucem, S. Joanni Baptistæ sacram, recepit. Quare, cùm sancti Præcursoris Domini festum in vigesimam quartam Junii diem quotannis incidat, nec Sanctus noster ejusque socii, postquam Gratianopolim advenissent, diu apud Sanctum civitatis hujus antistitem, antequam Cartusiam adirent, commorati fuisse videantur, dubitandum non videtur, quin eodem mense Junio, in quem festiva Præcursoris Domini lux incidit, & ad S. Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accesserint, & hoc comitante necessariaque fini, quem intendebant, subministrante, Cartusiæ eremum adierint novique in ea Ordinis, qui à loco illo, in quo initium accepit,* Cartusiensis *appellatur, fundamenta posuerint. Atque ita modò anno, mense ac ipso* *mense Junio in Cartusiam secesserit, exponenda sunt.*

F

etiam

AUCTORE C. B.

etiam propemodùm die, quo res, memoratu sanè dignissima, acciderit, determinato, proximum est, ut quid deinde Bruno *sociique ejus, locum eremiticæ vitæ aptissimum pro voto suo jam nacti, egerint, vitæque rationem, quam ibidem inierint, examinemus.*

§ XXVII. Quid Sanctus ejusque socii, Cartusiam jam ingressi, primùm egerint, & quem vivendi modum tenuerint.

B *Sanctus, ut primùm Cartusiam ingressus fuerat, cellulas,*

DE S. Brunone *ejusque sex sociis, Cartusiam comitante S. Hugone, Gratianopolitano episcopo, jam ingressis, Blomenvenna in Sancti illius Ordinis sui Patriarchæ Vita sic scribit:* Ibidem (*in Cartusiæ eremo*) in parte superiori montis loco, qui nunc dicitur Ad beatam Mariam de Casalibus, ædificare cœperunt ecclesiam, nec non & parvas cellulas, juxta fontem quemdam, qui usque in hodiernum diem vocatur Fons Sancti Brunonis, haud procul ab ea distantes, à se invicem distinctas & aliquantulùm separatas, ne alter alterius solitudinem impediret. In his bini & bini per singulas habitantes cellulas, more antiquorum Ægyptiorum monachorum silentio, lectioni, orationi, puritati cordis contemplationique studebant, ac deinde etiam operi manuum, maximè in conscribendis libris, insistebant. *Ita laudatus Sancti nostri biographus, à quo Puteanus in contexta à se* S. Brunonis *Vita haud multùm abludit. Et sanè verissima esse, quæ verbis hisce memorat Blomenvenna, argumento esse possunt, quæ Guibertus de Novigento lib* 1 *de vita sua cap.* XI, *Petrus Venerabilis lib.* 2 *de Miraculis, cap.* 28, *& Guigo, quintus Cartusiæ Prior, in Vita S. Hugonis Gratianopolitani episcopi, num.* 12 *memoriæ produnt vel de* S. Brunone *ejusque sociis in Cartusia jam degentibus vel de Cartusianorum institutis. Singulorum verba, quæ huc potissimùm facere possunt, lubet transcribere. Ab iis, quæ Guigo suppeditat, duco initium.*

C *quas bini & bini tunc inhabitârunt,*

475 *Loco itaque jam cit. de S. Hugone, in Cartusiæ eremo cum Sancto nostro ejusque sociis commorante, sic habet:* Licèt verò & priùs (*cùm scilicet nondum Cartusiam cum* Brunone *adiisset*) divini amoris totus arderet incendiis, non aliter tamen ad disciplinæ cœlestis exercitia eorum (S. Brunonis *ejusque sociorum*) exemplis & familiaritate inferbuit, quàm si flammanti quis faci plures circumponat alias ardentes. Erat cum eis non ut dominus aut episcopus, sed ut socius & frater humillimus, & ad cunctorum, quantùm in ipso erat, obsequia paratissimus, adeò ut vir venerabilis Guilhelmus, Prior tunc S. Laurentii, postea S. Theofredi abbas, magistro Brunoni etiam ipse religiosa devotione non mediocriter alligatus, B. Hugonis contubernalis (bini quippe tunc per singulas inhabitabant cellas) apud magistrum Brunonem non leviter conquereretur, quòd penè omnia, ad humilitatem spectantia, intra cellam sibi præriperet officia, & episcopus non secum saltem ut socius, sed potiùs conversaretur ut famulus: non licere sibi, tristis asserens, ex servilibus operibus quidquam attingere, quæ juxta morem debebant per vices efficere, eo sibi cuncta præripiente. *Hæc Guigo; ex quibus compertum habetur, primò quidem cellulas à* S. Brunone *ejusque sociis, Cartusiæ eremum primùm ingressis, fuisse exstructas; secundò non singulos in singulis cellis monachos, ut postea factum esse, quæ de Cartusianorum institutis à Guiberto & Petro Venerabili locis suprà citt. traduntur, manifestum efficiunt, sed in una eademque cella binos & binos, ut Blomenvenna verbis proximè recitatis docet, tunc fuisse commoratos; tertiò duos quosque, qui eamdem cellam incolerent, alternis vicibus ministeria domestica debuisse obire. Accipe modò, quæ huc spectant, Guiberti verba.* D

476 Ecclesia, *inquit loco cit.*, ibi (*in Cartusiæ eremo*) est non longè à crepidine montis, paulò sinuatum devexum habens, in qua tredecim sunt monachi; clausttrum quidem satis idoneum pro cœnobiali consuetudine habentes, sed non clausttraliter, ut cæteri cohabitantes. Habent quippe singuli cellulas per gyrum clausttri proprias, in quibus operantur, dormiunt ac vescuntur. *Ita ille, qui cùm anno, ut num.* 170 *docui,* 1124 *circiter è vivis abierit, ecclesiæque, quam ætate sua in montis crepidine exstructam Cartusiæ eremus fuit complexa, mentionem faciat, ecclesiam, à Blomenvenna memoratam, utpotè ab hac verosimillimè non diversam, à Sancto nostro ejusque sociis jam tum, cùm Cartusiam primùm essent ingressi, fuisse exstructam, verosimillimum, ne dicam indubium, apparet. Et verò quin Sanctus ejusque socii id tunc fecerint, dubitare non sinit eximius planè eorum in Deum amor, quo verosimillimè factum fuerit, ut Cartusiam jam ingressi nihil habuerint antiquius, quàm sacratam unicè cultui ejus domum seu ecclesiam aut saltem sacellum exstruere. Adhæc, ut ad Petri Venerabilis verba, huc potissimùm spectantia, jam veniam, sequentia hæc de Cartusianis, suo tempore seu sæculo duodecimo, quo, ad annum usque secundum supra vigesimum provecto, abbatis munere apud Cluniacenses fungi cœpit, Cartusiæ eremum incolentibus, lib.* 2 *de Miraculis, cap.* 28 *suppeditat:* More antiquo Ægyptiorum monachorum singulares cellas (S. Bruno *ejusque socii, Cartusiam primùm ingressi, bini & bini, ut jam dictum, per singulas cellas, quòd fortè hæ monachorum numerum non æquarent, incoluêre*) perpetuò inhabitabant; ubi silentio, lectioni atque operi manuum, maximè in scribendis libris, irrequieti insistunt. In eisdem cellis debitum regularium horarum, hoc est, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Completorium signo ecclesiæ commoniti Deo persolvunt. Ad Vesperas & Matutinas in ecclesia cuncti conveniunt. *ecclesiamque, uti* E F

variè probatur,

477 *Cùm ergò Petri Venerabilis ætate Cartusiensis eremi incolæ statis temporibus, uti ex his Petri verbis intelligitur, ad Matutinas & Vesperas convenire essent soliti, hique vitam suam ad normam, quam* S. Bruno *ejusque socii moribus suis expressérant, omni dubio procul exegerint, ambigendum non est, quin & Sanctus ejusque socii ad Matutinas & Vesperas convenire pariter solverint; ut proinde, quò locum, in quo id facerent, haberent, qualemcúmque saltem ecclesiam seu sacellum, statim atque Cartusiæ eremum essent ingressi, ædificari verosimillimè, ne dicam indubiè, curârint, sumptus*

A *ptus liberaliſſimè ſuppeditante S. Hugone, Gratianopolitano epiſcopo. Porrò Maſſonus, ſuprà non rarò jam laudatus, in Opere, quod Ordinis Cartuſienſis Annales inſcripſit, lib. 1, cap. 2, num. 10 ad quæſtionem, quâ,* qualiter... S. Bruno & ſocii ejus domicilium ſibi conſtituere cœperint in iſta (*Cartuſiæ*) eremo, in prominenti illo loco, ubi ſacellum ſancti Brunonis (*adi num.* 447) nunc viſitur, *ſeipſum interrogat, ſequentibus hiſce, ut Sanctum ejuſque ſocios, Cartuſiæ eremum primùm ingreſſos, monaſterio ſeu cellulis, eccleſiæque ſeu ſacello ædificandis manum admoviſſe, confirmet, verbis reſpondet:* Traditione conſtat, eum (S. Brunonem *videlicet*) cellam illic habuiſſe, imò & ſacellum vicinum, in quo Miſſam celebrabat; altare enim iſtius ſacelli huc uſque immotum perſeverâſſe creditur. Ibidem etiam tria aut quatuor magna fragmenta rupium, olim ab altis rupibus ſoluta & deciſa, cernuntur, à ſe invicem paululùm ſeparata, ad quorum pedes tuguria tunc illos fabricâſſe multi ſuſpicati ſunt; & quidem id quaſi in tranſitu factum fuiſſe, probabile eſt.

B *ædificari curavit.* 478 At ſtatim illos cum S. Hugone, & ſub ejus ope de parvo monaſterio ibi conſtruendo, & de locis regularibus erigendis tractâſſe, credendum eſt. Viſio enim, quam viderat in ſomnis ſanctus antiſtes, Chriſti ſibi domum in iſta eremo conſtruentis, ad id impellebat. *Hæc Maſſonus, addens præterea, quò tunc à* Brunone *ejuſque ſociis tum eccleſiam, tum nominatim monaſterium ſtatim exſtrui cœptum probet, tempore Guigonis jam plurima ædificia exſtitiſſe exſtructa, nec futurum id fuiſſe, nî Sanctus ſtatim à ſuo in Cartuſiam ingreſſu manum operi admoveri curâſſet. Verùm cum à tempore, quo Sanctus ejuſque ſocii in Cartuſiæ eremum primùm ſeſe abdidère, ad tempus uſque, quo Guigo Cartuſiam gubernandam accepit, anni ſex ſupra viginti, uti ipſemet loco cit. Maſſonus fatetur, excurrerint, non video, quî ædificia, quæ Cartuſia Guigonis ætate complectebatur, exſtructa eſſe jam tum nequiiſſent, etiamſi* Bruno *ejuſque ſocii iis conſtruendis ſtatim à ſuo in Cartuſiam ingreſſu initium non dediſſent. Utut ſit, equidem tum jam ſuprà dicta, tum, quâ preſſi indubiè fuerunt* Bruno *ejuſque ſocii, ſeſe adverſus æeris injurias tutandi neceſſitas dubitare non ſinit, quin ſtatim à ſuo in Cartuſiam ingreſſu cellulas qualeſcúmque, quæ omnes ſimul quamdam monaſterii ſpeciem præferrent, ædificârint. Ait quidem in Stylita myſtico puncto 2, num. 3. Raynaudus, tunc ipſos in rupium cavitatibus ſedes fixiſſe, uſoſque tuguriis, opere tumultuario exſtructis, alii aſſeverant; verùm id, utut ita forſan initio habuerit, diu tamen non durâſſe, cellaſque interea ac eccleſiam à* Brunone *ejuſque ſociis ædificatas fuiſſe, vel ſola fidem facit fundationis Cartuſiæ charta infrà recitanda, in qua præter alia hæc leguntur:* Præfata .... (*Cartuſiæ*) terra, his terminationibus concluſa, à magiſtro Brunone & ab his, qui cum eo erant, fratribus cepit inhabitari & conſtrui anno ab Incarnatione Domini MLXXXIV.

Fons, juxta quem ædificârunt, miraculo excitatus dicitur; 479 *Porrò eccleſiam ac cellulas juxta fontem, qui hodieque* Fons S. Brunonis *dicitur, fuiſſe tunc à* S. Brunone *ejuſque ſociis exſtructas, Blömenvenna recitatis num.* 474 *verbis affirmat. Atque hoc quidem certum apparet, nec, quin qualiacúmque illa ædificia* Ad honorem Dei & beatæ ſemper Virginis Mariæ & beati Johannis

Baptiſtæ *fuerint exſtructa, dubitandum eſt, cùm ita in Guigonis, teſtis omni exceptione majoris, Conſuetudinibus cap. 23 diſertè aſſeratur. Verùm ſunt, qui fontem illum miraculo excitatum fuiſſe ſcribunt; ac alii quidem, quorum Raynaudus in Stylita myſtico puncto 2, num. 3 meminit, id meritis* S. Brunonis, *alii contra hoſque inter Dorlandus Chronici Cartuſienſis lib. 2, cap. 8, precibus S. Hugonis, Gratianopolitani epiſcopi, attribuunt. Zacharias Benedictus, fontem illum precibus &* S. Brunonis *& aliorum omnium, qui cum eo in Cartuſia, dum primùm in hanc ingreſſi ædificia neceſſaria conſtruerent aquæque penuriâ laborarent, à Deo fuiſſe impetratum, in metrica à ſe adornata Sancti noſtri Vita hunc canit in modum:* AUCTORE C. B.

Planitie in ſumma cellæque & phana ſtruuntur.
Chriſtiparæque ſacrum Genitrici ac ara dicatur.
Ille locus privatus erat fluvialibus undis.
Non ibi ciſternæ puteuſque nec ullus ibidem.
In fovea tamquam pluvialis lympha manebat E
Mortua, & interdum luteo fœtebat odore.
In mœrore omnes incommoda tanta ferebant;
Sed quid certa fides non impetrat atque meretur?
Se dedit in lacrymas oravitque inclytus ille
Cœtus & obtinuit ſupplex, quod ab arce petivit;
Namque ſtatim in dura fodêre crepidine rupis;
Nec mora, continuò latices fluxêre recentes
Et rivos egêre amplos vel fluminis inſtar.
Lætati fremuêre omnes laudeſque dederunt,
Atque ſalutârunt ex imo pectore cœlum.
Lambit adhuc curvo fons ille cacumina curſu,
Cellarumque hortos vitreo circumfluit amne.

à vero id alienum videtur: 480 *Hactenus laudatus Benedictus, qui quamvis fontem, de quo loquitur, hodieque* fontem S. Brunonis *appellari non edicat, eumdem tamen fontem, quem ita in hodiernum uſque diem nominari, auctores ſuprà laudati aſſirmant, indubiè celebrat, cùm tam fons, de quo hi, quàm fons, de quo ille, miraculo feratur exortus. Aſt veréne fons is miraculo ſuam debeat originem? Id equidem non puto. Quod enim à ſcriptoribus recentioribus, uti hîc ſit, nullo prorſus vade antiquo adſtipulante, miraculo factum aſſeritur, miraculo verè factum eſſe, credi non debet, niſi ratio omninò ſolida ac convincens contrarium ſuadeat. Quid autem, quæſo, occurrit, ut fontem, qui à* S. Brunone *in Cartuſia hodieque nomen conſervat, prodigio olim excitatum, in animum inducamus? An quòd hodieque* fons S. Brunonis *vocetur? Verùm quid nî nomenclationem hanc contrahere atque in hodiernum uſque diem conſervare potuerit, quòd Sancto ejuſque ſociis aquam, quam quotidianis ſuis uſibus neceſſariam habebant, ſubminiſtrârit? Quid nî etiam ita vocari potuerit, quòd propè eum* Bruno *cellulam, in qua habitârit, exſtructam habuerit? Utut ſit, Putcanus equidem, Blömenvenna & Surius, etſi omnes fontis, cui* S. Brunonis *cella fuerit adjuncta, mentionem faciant, de miraculo tamen, quo hic fuerit excitatus, altùm ſilent, qui tamen,* F

AUCTORE C. B.

ac maximè Puteanus, utpote cui Zachariæ Benedicti metrica S. Brunonis *Vita, in qua id memoratur, anno* 1510, *seu quinquennio, antequam suam de hoc sancto Patre suo lucubrationem adornaret, ab ipsomet auctore inscripta ac dedicata fuerit, perspecta haud dubiè, quæ de prodigioso fonte dicebantur, apprimè habuerunt; ut proinde silentio suo ea sibi minimè probari indicare videantur. Sed hæc de fonte, qui prodigio, cùm Sanctus ejusque socii Cartusiam essent ingressi, excitatus fuerit, dicta sufficiant; qui plura de eo desiderat, adeat Surianum in suis in caput* 12 *Surii Observationibus, num.* 12, *& Raynaudum in Stylita mystico puncto* 2, *num.* 3.

de ecclesiæ tamen dedicatione, quæ hîc à metrico biographo,

481 *Zacharias Benedictus in metrica, quam concinnavit, Sancti nostri Vita prodigio fontis, divinitus excitati, novæ ecclesiæ, una cum aliis qualibuscúmque ædificiis in Cartusia, statim atque Sanctus ejusque socii eremum hanc fuissent ingressi, ædificari ex dictis cœptæ, jamque ad umbilicum cùm iis perductæ, consecrationem, quæ ab Hugone Gratianopolitano episcopo summo apparatu facta fuerit, subjungit. Ut & hîc præstem, quod curioso lectori futurum spero non ingratum, versus præcipuos, quibus metricus ille biographus rem hanc describit, ac celebrat, huc transcribo. Sic habent:*

B

Jamque dies solemnis erat, quo machina surgens
Hospitio poterat monachos servare decenti.
Hugo ciet clerum civesque invitat ab urbe
Ad summos aditus incultaque limina montis
Visuros fieri festivi encenia templi.
Æs sublime sonat, clamatque ad festa catervas.
Tunc delubra parant, foliisque virentibus ornant.
Aptatur paries hederis, pendente corymbo;
Hique ligant buxos, & quas Tritonia frondes
Servat; ab excelsis trabibus Peneïa laurus
Frondet, & hirsutæ coëunt in serta miricæ,
Sparguntur flores, violæque per ardua tecta.

C

Lilia non desunt, narcissus, achantus & aiax
Purpureæque rosæ, quæ per vicina ministri
Oppida legerunt; crocus est & myrtus odora.
Esse hîc Pestanos hortos & rura putares.
Hîc aulæa patent; hîc picta tapetia fulgent.
Misit ephimerides varias & munera præsul
Ad nova phana, quibus muri tegerentur & aræ.
Ostro & luminibus stellant altaria circùm.

per Hugonem episcopum facta, celebratur, aliud omninò,

482 *Versibus his Benedictus alios nonnullos, quibus ipsos etiam cœlicolas ad solemnitatem convenisse memorat, seu potiùs more Poëtico, & quidem non nihil, quàm par sit, licentiori, fingit, mox subnectit, ac deinde ita prosequitur:*

Præsul adest, sacras solito capit ordine vestes
Et decus imponit capiti, bifidamque tiaram.
Fumus odoratus veniens è thure Sabæo
Altiùs ascendit, phanique volumina complet.
Pontifici cathedram parat ille, hic stragula sternit, D
Jamque sacerdotes æquo discrimine vocum
Incipiunt cantus, rutilas assurgit ad aras
Pastor & erectis cœli ad fastigia palmis
Mystica sancta litat superis & munera libat.
Implentur clangore tubæ, cava tibia dulces
Ad numeros inflabat ebur, dant organa plausus.
Alternant litui partito carmine versus;
Plectra lyræque aderant, Phœbeaque cuncta supellex.
Dedicat intereà templum clausumque sacerdos,
Sitque novæ domui nomen Carthusia mandat,
Condendasque domos habituras nomen ab illa.
Prædia donavit, donavit pinguia villæ
Jugera, quò monachi sine quæstu vivere E possint.

Ita laudatus metricus Sancti nostri biographus. Et verò Cartusiæ ecclesiam, cùm ad umbilicum fuisset adducta, à S. Hugone, Gratianopolitano episcopo, consecratam fuisse, unusquisque, quantùm opinor, etiam absque vade antiquo facilè credet, etsi interim tanto id apparatu, quanto hîc innuitur, peractum fuisse, persuadere natus haud sit is scriptor, qui præterquàm quòd à re gesta quatuor amplius seculis remotus vixerit, poëtarum loquitur in morem, qui plerúmque res, quas tractant, variis figmentis, ornamentorum quodammodò locum tenentibus, amplificant.

at non item de monastico, quem tunc Sanctus ejusque socii

483 *Verùm multùm abest, ut propensè adeò credam, quæ deinde idem Benedictus absque ullo pariter vade antiquo tradit de habitu monastico, quem* S. Bruno *ejusque socii eo ipso die, quo prænemorata Cartusiensis ecclesia dedicatio facta est, à S. Hugone susceperint. Audi, quî rem illam statim atque solemnem ecclesiæ Cartusiensis dedicationem retulit, metricè exponat. Hisce ejus oratio versibus concipitur:*

Tunc adyta ingreditur Bruno, senique sodales,
Singulus exuitur preciosis atque lacenis
Mollibus, atque trahunt crepidas è cruribus omnes F
Confestim, tondent generoso è vertice crines.
Apparent juvenum generosa & lactea membra,
Nudatique manent, genibusque & corpore flexi.
Dulcia mittebat suspiria pectus anhelum;
Nec poterant retinere pios pia pectora planctus.
O juvenum fervor, divique affectus amoris!
Candida Doctoris fratrumque tenerrima dorsa
Mox operit lugens cilicino tegmine pastor,
Atque rudi sacco, niveumque imponit amictum
Virgine de lana, nivea tum cannabe cingit,
Atque tegit scapulas albo clausoque cucullo,
Indicium æternæ clausuræ munditiæque.

In-

A Innumeræ aſtabant turbæ cunctique gemebant
Hoc tanto exemplo moti & dulcedine tanta.

ab Hugone epiſcopo ſuſceperint, habitu ſtatuendum eſt.

484 *Addit prætereà laudatus metricus Sancti noſtri biographus, angelorum, rebus die illa in Cartuſia geſtis applaudentium, voces auditas fuiſſe. Verùm de re hac cenſendum quid ſit, facilè ex jam dictis quiſque intelliget; quod verò pertinet ad habitum monaſticum, quem tunc* Bruno *ejuſque ſocii ab Hugone Gratianopolitano epiſcopo acceperint, etſi quidem, ipſos in Cartuſia vilioribus aſperioribuſque, quàm antè, veſtibus uſos eſſe, è Petro Venerabili lib. 2 de Miraculis, cap. 28 colligendum appareat, Sanctum tamen habitu monaſtico ab Hugone primùm fuiſſe indutum, haud credo. Præterquam enim, quòd id à nullo prorſus ſcriptore antiquo memoriæ proditum inveniatur,* Brunonem *jam inde ab eo tempore, quo in Siccæ-fontanæ ſolitudine adhuc verſaretur, ac proin Cartuſiam nondum adiiſſet, habitu monaſtico indutum fuiſſe, reque etiam ipſa*

B *monachum exſtitiſſe, ſuadent, quæ* § XXIV *in medium adducta jam ſunt. Nec eſt, quòd reponas, Sanctum à Guigone in S. Hugonis Gratianopolitani Vita eo loco, quo ad hunc acceſſiſſe narratur,* Magiſtri *titulo condecorari, ac proin eum, cùm ad S. Hugonem acceſſit, habitu monaſtico indutum nondum fuiſſe, nedum monachum exſtitiſſe; præterquam enim quòd tum Sanctus, quia à Landuino aliiſque, qui cum eo Gratianopolim venerant, ſeque in illius diſciplinam dederant,* Magiſtri *titulo honorabatur, magiſter à Guigone appellari potuerit, potuit etiam, utut Remenſium ſcholarum magiſterio ſeu præfecturâ jam ſeſe abdicâſſet, ita adhuc ob id olim geſtum vocari. Ac poſteriori quidem hoc ſenſu Sanctum à Guigone vocari* Magiſtrum *idcircò exiſtimo, quòd ibidem & Landuinus* Magiſter *ab eo vocetur, nec alia de cauſa, quàm quòd olim ſcholarum alicubi magiſterium geſſiſſet, altioriſve ordinis ſcientias docuiſſet, talis huic nomenclatio videatur potuiſſe attribui. Utut ſit, Sanctum equidem ex eo, quòd à Guigone eo loco, quo ad Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, cum ſex ſociis acceſſiſſe narratur,* Magiſter *nuncupetur, habitu monaſtico indutum tum nondum fuiſſe, argui non poteſt, cùm etiam in charta donationis Cartuſiæ infrà huc tranſcribenda, dataque anno* 1086, *quo Cartuſianum biennio jam egerat,* Magiſter

C *vocetur, eodemque etiam titulo, cùm pòſt in eremo Calabrina jam verſaretur, ad mortem uſque honoratus fuerit.*

Normæ, ad quam Sanctus, ejuſque ſocii vitam

485 *Ad vivendi modum, quem Sanctus ejuſque ſocii in Cartuſia tenuerint, ſermonem modò convertamus. Quem* S. Bruno *ejuſque ſocii in Cartuſia tenuerunt vivendi modum, eumdem etiam aut certè non multùm abſimilem ſervâſſe, qui quadraginta nondum poſt Sancti obitum elapſis annis ſeu Petri Venerabilis ætate floruerunt, religioſos Cartuſienſis eremi incolas, ambigendum non apparet. Ut ergò, quam illi vivendi rationem fuerint ſecuti, lectorem utcúmque edoceam, vitæ ab hiſce ductæ capita præcipua è Petro Venerabili ei exhibeo. Hic itaque ſcriptor, fide utique hac in re longè digniſſimus, lib. 2 De Miraculis, cap. 28 de ſui temporis Cartuſianis ita memorat:* Ad edomandum jumentum corporis ſui, & ad ſubigendam juxta Apoſtolum legem membrorum ſuorum, repugnantem legi mentis ſuæ, duris carnem ciliciis ſemper exaſperant, continuatis penè acribus jejuniis corpora affligunt, extenuant & deſiccant. Inde eſt, quòd pane furfureo ſemper utuntur, vino adeò adaquato, ut meritò magis villum, quàm vinum dicatur. Ab omni carnium eſu tam ſani quàm ægri in perpetuum abſtinent. Piſces numquam emunt, ſed fortè ex charitate datos accipiunt. Die Dominico & & quintâ Feriâ tantùm caſeum vel ova ad veſcendum admittunt. Tertiâ feriâ ac Sabbato, aut legumine aut olere cocto utuntur. Omni ſecundâ, quartâ & ſextâ feriâ pane ſolo & aquâ contenti ſunt. Semel in die ſemper comedunt, exceptis octo diebus Natalis Domini, octo diebus Paſchæ, octo diebus Pentecoſtes, Epiphaniâ Domini, Repræſentatione ejus, hoc eſt, Purificatione ſanctæ Mariæ, Annuntiatione Domini, quando Paſchali tempore provenit; Aſcenſione Domini, Aſſumptione ac Nativitate jam dictæ ſacræ Virginis, Matris ejus, & exceptis feſtis duodecim Apoſtolorum, ſancti Joannis Baptiſtæ, ſancti Michaëlis, ſancti Martini, & illo, quod in Kalendis Novembris celebratur, feſto omnium Sanctorum.

AUCTORE C. B.

E

exegerint, capita nonnulla

486 Super hæc omnia more antiquo Ægyptiorum monachorum ſingulares cellas (*tempore* S. Brunonis *ex dictis num.* 475 *bini in ſingulis cellis morabantur*) perpetuò inhabitant, ubi ſilentio, lectioni, orationi atque operi manuum, maximè in ſcribendis libris, irrequieti inſiſtunt. In eiſdem cellis debitum regularium Horarum, hoc eſt, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Completorium, ſigno eccleſiæ commoniti Deo perſolvunt. Ad Veſperas & Matutinas in eccleſia cuncti conveniunt, ibique, non perfunctoriè, ut quidam, ſed intentiſſimè, oculis in terram demiſſis, cordibus cœlo infixis, Deo preces, Deo gratiarum actiones perſolvunt, totumque ſuum tam interiorem, quàm exteriorem hominem habitu, voce, vultu, rebus viſibilia excedentibus, ſpretis cunctis aliis, intentum, immò affixum eſſe, oſtendunt. Ab hoc more excipiunt illos feſtivos dies, qui ſuprà ſcripti ſunt, in quibus bis comedunt, & in quibus more monachorum non per cellas, ſed ſimul habitantium, non ſolùm omnes Regulares Horas in eccleſia decantant, ſed & in refectorio tam poſt Sextam, quàm poſt Veſperas, nullo ſoſpite excepto, communiter edunt. Quibus tantùm diebus antiquorum eremitarum æmulatione, ne ab aliis ſacris operibus, licèt dignitate inferioribus, impediantur, ſalutare omnipotenti Deo pro ſalute ſua ac mundi Sacrificium offerunt, quod ex uſu jam veteri tracto nomine, quia Deo mittitur, Miſſa vocatur. His ſacris diebus, qui ſingulari privilegio à Domino vel ejus Reſurrectione Dominici dicuntur, ac ſæpe dictis ipſius vel Sanctorum ejus ſolemnitatibus Miſſas celebrant. Diebus, quibus eis legumine uti licet, illud ipſi, ad menſuram acceptum, ſibi aptant & coquunt.

F

Petrus Venerabilis verbis hic recitatis docet.

487 Hoc verò tunc, quando non communiter in refectorio, ſed quando eos in cellis ſuis ſolos comedere eremitica inſtitutio præcipit. Vinum nullo tempore ante menſam vel poſteà ſumunt. Sed ſi quis tunc ſitim paſſus fuerit, aquâ ei, non vino, uti licet. *Eadem ferè aut certè non multùm abſimilia, quæ à Cartuſianis, ætate ſua florentibus, fuerint obſervata, Guibertus de Novigento ſæpiſſimè ſuprà laudatus, qui anno* 1124 *è vivis exceſſit, lib.* 1 *de Vita ſua, cap.* XI *recenſet; ad quem proinde curioſum lectorem remitto, Petri Venerabilis ver-*

AUCTORE C. B.

verba, huc ſpectantia, qui majoris utique fidei auctoritatiſque, quàm Guibertus, hac in re eſt, in medium protuliſſe contentus. Non poſſum tamen, quin hùc tranſcribam verba, quibus hic ſcriptor Cartuſienſium ſtudium, à S. Brunone *parente ad eos indubiè tranſmiſſum, in conſcribendis libris prædicat.* Cùm, *inquit lib.* I *de vita ſua, cap.* XI, in omnimoda paupertate ſe deprimant, ditiſſimam tamen bibliothecam coaggerant. Quò enim minùs panis hujus copiâ materialis exuberant, tanto magis illo, qui non perit, ſed in æternum permanet, cibo operosè deſudant. *Confirmat id deinde comitis Nivernenſis exemplo, qui, cùm argentea, quæ Cartuſianis miſerat, munera repudiata fuiſſe, accepiſſet,* Boum tergora & pergamena plurima eis tranſmiſit, quæ pænè inevitabiliter ipſis (*ad conſcribendos conſuendoſque ſcilicet libros*) neceſſaria eſſe, cognovit. *Cur porrò ſummam diligentiam operamque in deſcribendis libris ponerent, docet nos Guigo, in Conſuetudinibus cap.* 28 *ſic ſcribens:* Libros, ... tanquam ſempiternum animarum noſtrarum cibum, cautiſſimè cuſtodiri & ſtudioſiſſimè volumus fieri; ut, quia ore non poſſumus, Dei verbum manibus prædicemus. Quot enim libros ſcribimus, tot nobis veritatis præcones facere videmur. *Addi poteſt, partim etiam id feciſſe illos, tum ut inopiæ ſuæ (pauperes enim verè erant, ſeque ipſos vel* Pauperes *vel* Pauperes Chriſti, *uti apud Cangium ad vocem* Pauper *videre eſt, appellabant) conſulerent, tum ne Eccleſiæ viderentur prorſus inutiles, hincque eorum inſtitutum calumniandi anſam malevoli arriperent.*

B

§ XXVIII. An Sanctus novam Regulam ſcripſerit, & an ad ullam ex antè ſcriptis ac nominatim Benedictinam obſervandam ſe ſuoſque diſcipulos adſtrinxerit.

Sanctus novam Regulam diſcipulis ſuis

C

Austeram admodùm, quam Sanctus ejuſque diſcipuli in Cartuſia duxère, fuiſſe vitam, vel ſola normæ, ad quam hanc exegerint, § *præcedenti è Petro Venerabili propoſita capita ſufficienter oſtendunt; verùm quæri hîc jam poteſt, primò quidem an hæc* S. Bruno *aliaque Regulâ quâpiam præſcriptâ diſcipulis ſuis obſervanda injunxerit; deinde verò an hoſce ſimul ac ſeipſum ad ullam ex antè ſcriptis, ac nominatim S. Benedicti Regulam obſtrinxerit. Innocentius le Maſſon in Opere, quod Ordinis Cartuſienſis Annales inſcripſit, lib.* I *cap.* 3, *num.* 3 *ſic ſcribit:* Nullam vivendi normam à ſancto Brunone ſcriptam fuiſſe, credimus: ſed ſancti illius Viri documenta & exempla erant illis quaſi vivens Regula, quam adimplere & ad ſuos ſucceſſores per exempla etiam ipſi transferre didicerant. Ipſam tamen eamdem eſſe non dubitamus, quam poſteà R. Pater Guigo ſcriptis mandavit; nihilque in ejus Conſuetudinibus reperiri credimus, quod quaſi ab ore ſancti Brunonis per diſcipulos, qui eum viderant & audierant, non didicerit. Vix enim ante quinque aut ſex annos ſanctus Bruno obierat, quando Guigo noſter ad Ordinem venit. In iſtis ergò ſcriptis à R. Patre Guigone Conſuetudinibus firmiter credendum eſt, ſancti Brunonis mentem, documenta & dirigendi modum depingi & contineri, acſi propria ejus manu ſcripta fuiſſent. Quod eò faciliùs quisque ſibi perſuadebit, quò certior fieri debet, B. Landuinum, quem ſanctus Bruno ſociis, ad eremum Cartuſiæ revertentibus, præfecerat, viam longiſſimam arripuiſſe, ut ipſum Cartuſienſis Inſtituti fundatorem, in eremo Calabriæ tunc degentem, adiret, cum eo de obſervantiis Cartuſienſibus tractaturus, & ab ipſius ore auditurus, quid & qualiter in Cartuſiana converſatione & vivendi modo eſſet à ſuis affectis obſervandum. Primæ ergò Cartuſianorum Conſtitutiones legi gratiæ non erant abſimiles; nam potiùs ſcriptæ erant in tabulis cordis carnalibus, non littera, ſed ſpiritu, quàm in manuſcriptis codicibus.

D

non ſcripſit. Argumenta, quibus, Sanctum ſe ſuoſque

489 *Ita Maſſonus, nullam à* S. Brunone *Regulam ſcriptam fuiſſe, docens; qua ſanè in re non poſſum non ei aſſentiri, cùm id à Sancto factum, à nullo hactenus ſcriptore ſive recentiori ſive antiquiori memoriæ proditum invenerim. Aſt an nulli pariter Regulæ ex antè ſcriptis, nec nominatim Benedictinæ, ſeſe ſuoſque adſtrinxit? Mabillonius in Seculi ſexti Benedictini partem ſecundam Præfatione num.* 87 *ſic ſcribit:* Nunc poſtulat locus, ut de prima Regula Cartuſienſium agamus, quam ſanctus Bruno eis præſcripſit, antequam prima illius Ordinis Statuta à Guigone in ſcripta redigerentur. Hanc autem Regulam ſancti Benedicti fuiſſe, multis conſtat argumentis. Primò Guigo ipſe Statuta ſua edidit ad mentem hujus Regulæ, ut docet inſcriptio eorumdem Statutorum in codice Portarum, in quo illa habentur ſub hoc titulo: "Statuta Guigonis Cartuſiæ Prioris & aliorum „Patrum juxta Regulam ſancti Benedicti.„ Unde Guigo ipſe in Præfatione ſua hæc ſtatuta ſcribere ſe diſtuliſſe ait, "quod vel in Epiſto„lis beati Hieronymi, vel in Regula beati Be„nedicti ſeu in ceteris ſcripturis autenticis, o„mnia penè, quæ hîc religiosè,„ inquit "a„gere conſuevimus, contineri credebamus. „ Certè non aliam in capite XXIII formulam profeſſionis, quàm Benedictinam proponit. Deinde Eugenius III in privilegio, Cartuſiæ Montis-Dei conceſſo, ſtatuit, "ut Ordo monaſticus „ſecundum beati Benedicti Regulam, normam „quoque & Inſtitutiones fratrum Cartuſienſium „perpetuis ibi temporibus inviolabiliter con„ſervetur.„ Adhæc Paſchalis II Lanvino Squillacii poſt ſanctum Brunonem Priori indulget, ut in quadam eccleſia juris eremi, quæ apud Squillacium ſita erat, monaſterium conſtituat, „ut fratres, auſteritatem eremi ferre non valen„tes, juxta beati Benedicti Regulam illic poſſint „omnipotenti Deo deſervire: quam nimirum ha„bitationem per præpoſitum & decanum,„ inquit, "gubernari diſponique præcipimus; ſic ta„men ut eremi præpoſitus ſemper præferatur „& major habeatur, & ſic ut idem monaſteri„um eremi diſpoſitioni ſubjaceat, item ejuſ„dem loci præpoſitus & decanus ſubjiciatur ma„giſtro eremi. Data Lateranis VI Kal. Febru„arii. „

E

F

ad Regulam Benedictinam adſtrinxiſſe, Mabillonius contendit.

490 Ex quibus intelligitur, duplex illic Cartuſienſium genus fuiſſe, anachoretarum & cœnobitarum, ut apud Camaldulenſes; & utriſque Priorem eremi præfuiſſe ſecundum Regulam ſancti Benedicti, qui utroſque in Regula ſua inſtituit. Hoc autem diploma intelligitur de monaſterio Mentauri, quod Squillacio tribus millibus diſtabat, ut fuſiùs in Annalibus no-

A noſtris referemus, ubi utrorumque, ſcilicet anachoretarum & cœnobitarum Squillacenſium, conſtitutiones referemus. Denique Cartuſienſes ante ſancti Brunonis canonizationem ſanctum Benedictum in ſua confeſſione Patrem ſuum dicebant, retinentque etiam nunc diſpoſitionem Officii divini ex Regula ſancti Benedicti, cujus feſtum ſollemni pro more ſuo ritu ſemper obſervârunt. *Ita hactenus Mabillonius contendens,* S. Brunonem, *qui ex dictis novam Regulam non condidit, particularem tamen Regulam ſuis præſcripſiſſe, ſeu ſe diſcipulosque ſuos uni cuidam particulari Regulæ adſtrinxiſſe, hancque S. Benedicti Regulam fuiſſe. Verùm anne argumenta, quæ in medium adducit, rem planè evincunt? Id equidem non puto; imò verò ex hiſce, quæ Guigo in Præfatione, conſcriptis à ſeſe Cartuſiæ Conſuetudinibus ſeu ſtatutis præmiſſa, ſuppeditat, quæque Mabillonius pro ſe laudat, ſequentibus verbis*, A quo negotio (*conſcribendis nempe Cartuſiæ Conſuetudinibus*) rationabilibus, ut putamus, de cauſis diu diſſimulavimus, videlicet quòd vel in Epiſtolis beati Hieronymi, vel in Regula beati Benedicti, ſeu in cæteris ſcripturis autenthicis omnia penè, quæ hìc (*in Cartuſia nimirum*) religiosè agere conſuevimus, contineri credebamus, *conſectarium potiùs videtur, ut nulli prorſus particulari Regulæ* S. Bruno *ſeſe ſuoſque adſtrinxerit.*

B

à Guigonis verbis repetit, ei ipſi officit,

491 *Audi, quî Maſſonus in Opere, quod Ordinis Cartuſienſis Annales inſcripſit, verba illa commentetur.* Hinc (*è recitatis nempe Guigonis verbis*) patet, inquit, libertas, quâ S. Bruno & ſucceſſores ejus voluerunt propoſitum & modum ſibi vivendi eligere, & componere, prout ſpiritus & prudentia ſuggererent, & non ſe adſtringere ad illas Regulas ſeu conſtitutiones ſpecificas, quæ in variis Ordinibus monaſticis ſive in Oriente ſive in Occidente jam dudum fuerant conditæ. Nihil ſibi elegit S. Bruno pro vivendi modo, quod non eſſet ſanctorum Hieronymi, Benedicti & aliorum ſcriptis laudatum, ſed non ideò illorum Regulis ſe addixit, quamvis inde veluti ſpiritualis apis collegerit, unde mel & ceram propriam componeret. Non ergò improperari poteſt ſui Inſtituti profeſſoribus, quòd has vel illas ſanctorum ſive Antonii, ſive Climaci ſive Benedicti ſive Bernardi aut veterum Orientalium Patrum inſtituta & praxes non ſequantur, quia ſui propoſiti non ſunt, nec illas ſervandas ſibi elegerunt. *Sanè, cùm Guigo verbis recitatis doceat, non in ſola S. Benedicti Regula, ſed vel in S. Hieronymi Epiſtolis, vel in S. Benedicti Regula vel denique in ſcriptis aliis, quod ad tempus uſque, quo ſcribebat, in Cartuſia religiosè agi ſolitum fuiſſet, contineri, ſatis utique indicat, fuiſſe tunc Cartuſianos non uni S. Benedicti Regulæ obſervandæ obſtrictos, ſed ea ſecutos eſſe optima vivendi inſtituta, quæ ſive apud S. Hieronymum, aut Benedictum, ſive apud alios quoſcúmque ſanctos Patres ei vitæ generi, quod amplexi erant, magis exiſtimabant idonea; ut Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor anonymus meritò contendat*, S. Brunonem ejuſque diſcipulos numquam ſeſe determinatæ alicui ex monaſticis Regulis adſtrinxiſſe, ſed pro arbitro accepiſſe ex antiquorum tum ſcriptis, tum exemplis, quod vitæ eremiticæ perfectioni accommodatum videretur.

C

nec quæ, vel è codicis Portarum titulo,

462 *At verò ait verbis proximè recitatis Mabillonius, condita à Guigone ſtatuta in codice Portarum hunc præferunt titulum:* Statuta Guigonis Cartuſiæ Prioris & aliorum Patrum juxta Regulam ſancti Benedicti. *Primum hoc eſt, quod pro opinione ſua is ſcriptor adducit, argumentum. Verùm præferant, ut inquit, hunc in codice illo titulum Guigonis Statuta, hinc tamen, ut vult, conſequens non eſt, ut hæc ad Regulæ Benedictinæ mentem Guigo exegerit. Cùm enim titulus ille ipſummet, ut apparet, Guigonem non habeat auctorem, fieri poteſt, ut ab aliquo, qui, quâ ratione Guigo ſtatuta ſua condidiſſet, minùs habebat compertum, præfato codici fuerit adſcriptus. Utut ſit, ad ſolius Regulæ Benedictinæ mentem Statuta ſua non exegiſſe ſeu condidiſſe Guigonem, ipſemet in Præfatione, quam hiſce præfixit, non obſcurè indicat. Ait enim, ſeſe, non nova ſeu præcepta ſeu ſtatuta, ſed Conſuetudines ſcriptis mandare, id eſt, quæ agi tunc ſolerent in Cartuſia; quare, cùm hæc, uti ipſemet verbis ſuprà huc tranſcriptis indicat, non in ſola S. Benedicti Regula, ſed vel in hac, vel in Epiſtolis beati Hieronymi, vel in aliis ſcripturis authenticis contineantur, conſequens fit, ut Guigo Statuta ſua ad ſolam S. Benedicti Regulam non exegerit, ac proin, ut ad hanc unicè ſervandam ſe ſuoſque ſequaces non adſtrinxerint* S. Bruno *ejuſque diſcipuli. Nec Sanctum ejuſque diſcipulos ſeſe uni S. Benedicti Regulæ adſtrinxiſſe, evincit, quod Mabillonius etiam laudat, privilegium, Cartuſiæ Montis-Dei ab Eugenio III conceſſum.*

AUCTORE C. B.

E

vel ex Eugenii III privilegio, vel ex Divini,

493 *Hoc enim Pontifex ſtatuit, ut ibidem Ordo monaſticus inviolabiliter ſervetur non tantùm* ſecundum beati Benedicti Regulam, *ſed etiam* ſecundum normam & inſtitutiones fratrum Cartuſienſium; *ut proinde Privilegii illius Pontificii vi in Montis-Dei monaſterio non una, imò ne tota quidem S. Benedicti Regula fuerit obſervanda, ſed ea dumtaxat hujus partes, quæ cum particularibus Cartuſienſium inſtitutionibus convenirent; ex eo autem, quòd aliqua Regulæ Benedictinæ inſtituta à* S. Brunone *ejuſque diſcipulis horumve ſequacibus adoptata fuerint atque obſervata, conſequens non eſt, ut ad unam ac totam illam Regulam obſervandam ſeſe* S. Bruno *ejuſque diſcipuli voluerint obſtringere. Hinc pro opinione ſua Mabillonius nihil poſſet conficere, etſi etiam ei, quod præterea in argumentum adducit, tantiſper daremus, Cartuſianos hodieque Divini Officii diſpoſitionem retinere ex Regula S. Benedicti. Verùm ne hoc quidem veritati exactè videtur conſonum. Etenim Maſſonus in Opere, quod Ordinis Cartuſienſis Annales inſcripſit, in hæc Statutorum Guigonis verba* In quo (*Officio divino nimirum*) cum cæteris monachis multùm, maximè in Pſalmodia Regulari, concordes inveniantur, *ita commentatur:* Non dicit, "In totum,, quia revera in componendo divino Officio Cartuſiano ritus quidem monaſticus in duodecim pſalmis, tribus Canticis & XII Lectionibus & aliis ſimilibus aſſumptus eſt, ſed non pauca etiam ei adjuncta fuerunt ex ritibus tum eccleſiæ Lugdunenſis, tum Gratianopolitanæ, in cujus diæceſi ſita eſt Cartuſia, ut probari poteſt ex antiquis Miſſalibus eccleſiæ Gratianopolitanæ & modo celebrandi Miſſam tunc ibi uſitato, quæ in noſtris ad unguem ferè referuntur; itemque ex veteribus Antiphonariis & precibus, quæ ab eccleſia Lugdunenſi in noſtrum uſum conſtat fuiſſe tranſumpta.

F

quæ in uſu apud Cartuſianos eſt, Officii diſpoſitione,

494 *Cartuſianus anonymus, Annalium Ordinis ſui libri quarti hactenus non vulgati auctor, in auctiori hujus Operis ſui exemplari, quod penes*

AUCTORE C. B.

me non exſtat, quodque Cartuſiæ Vallis-Dei eſt, nonnulla etiam huc ſpectantia pag. 56 ſuppeditat. Verba, quibus id facit, Cartuſianus Pariſienſis ſuprà adhuc laudatus, qui illud, ut mihi ipſemet ſignificavit, ad manum habet, quique ſuum nomen ſubticeri omnibus modis vult, deſcribere, mecumque communicare pro ſumma ſua humanitate eſt dignatus. Sunt autem hæc: Sanctum Benedictum, cœnobiticæ vitæ in partibus Occidentalibus inſtauratorem, ab ipſius Ordinis incunabulis noſtri venerati ſunt, ejus feſtum præ cæteris ſolemne ſemper colentes, ut ex Conſuetudinibus Guigonis videre eſt. Nec immeritò, cùm ex ejus Regula cœnobiticæ vitæ accommoda quædam deprompſerint, maximè ea, quæ circa Divinum Officium verſantur. Unde Robertus de Monte, in Tractatu de abbatibus & abbatiis de origine Cartuſienſium agens, ait: "In ,,ſtituta verò nocturni & diurni Officii ſecundum ,,Regulam ſancti Benedicti perſolvunt.,, Et noſter Guigo in Prologo ſuarum Conſuetudinum dicit, "quòd in Divino Officio cum cæteris mo- B ,,nachis multùm, maximè in Pſalmodia Regu- ,,lari, concordes inveniantur.,, Non tamen ità ſtrictè ritus ſancti Benedicti obſervamus, quin in quibuſdam diſcrepemus ab eis, maximè circa cæremonias tum Miſſæ, tum divini Officii, circa Lectiones Matutinarum, preces Horarum, Cantus, Hymnos, & alia hujuſmodi, quæ partim recenſet Cardinalis Bona. *Ita ille, ſimul etiam ſuggerens, cur Cartuſiani ſolemne ſemper habuerint S. Benedicti feſtum, quòd ſcilicet, non quidem ſolam ac totam ſancti hujus monachorum patris Regulam, ſed aliquot ſaltem ex hac capita Ordinis ſui ſeu Statutis ſeu Conſuetudinibus adſcripſiſſent. Atque hinc factum etiam eſſe poteſt, ut Cartuſiani ante* S. Brunonis *canonizationem S. Benedictum in ſua confeſſione* Patrem ſuum *dixerint; ut proinde hinc etiam, S. Benedicti Regulam à* S. Brunone *primis Cartuſienſibus fuiſſe præſcriptam, neutiquam evincat Mabillonius.*

vel denique è profeſſionis formula, aut Paſchalis III privilegio deducit, rem evincunt,

C

495 *Nec id porrò etiam evincit duobus aliis hîc adhuc diſcutiendis argumentis, quorum alterum à privilegio, per Paſchalem II Lanvino, Squillacii poſt* S. Brunonem *Priori conceſſo, alterum à profeſſionis formula, apud Cartuſianos uſurpata, repetitur. Quis enim ex eo, quòd hæc eadem ſit, quæ Benedictinorum, meritò concludendum putet, Regulam, quæ horum eſt, Cartuſianorum pariter eſſe? Profeſſionis formula eadem ferè eſt quantùm ad ſubſtantiam in pleriſque, ne dicam in omnibus, religioſis Ordinibus, nec propterea tamen horum omnium eadem pariter eſt quantùm ad ſubſtantiam Regula. Nec refert, profeſſionis formulam tum Cartuſianorum, tum Benedictinorum iiſdem planè verbis concipi. Uti enim ex eo, quòd quæpiam Regulæ Benedictinæ ſtatuta verbotenus etiam in Cartuſianorum Regulam ſint illata, conſequens ſecundum jam dicta non eſt, ut hanc totam ac ſolam primis Cartuſianis obſervandam* S. Bruno *præſcripſerit, ita nec hoc, ut conſideranti patebit, conſectarium eſſe poteſt ex eo, quòd, quibus verbis apud Benedictinos profeſſionis formula concipitur, iiſdem etiam hanc ſibi uſurpandam Cartuſiani acceperint. Quod modò ad Privilegium, à Paſchale II Lanvino conceſſum pertinet, unicè in hoc agitur de particulari monaſterio Mentauri, à Lanvino, Pontifice indulgente, tribus à Squillacio milliaribus erecto, in quo, qui vitæ eremiticæ idonei non erant, vivendi modum, à Cartuſianorum reliquorum vivendi modo diverſum, tenuerunt; quare, etſi etiam novis monaſterii illius incolis ſolam & integram S. Benedicti Regulam diſertè fuiſſe præſcriptam, tantiſper daremus, conſectarium inde nondum foret, ut hæc pariter primis Cartuſienſibus à* S. Brunone *fuerit præſcripta. Atque ita modò nullo prorſus ex argumentis, quibus Benedictinæ Regulæ Cartuſienſes à* S. Brunone *fuiſſe adſtrictos, Mabillonius contendit, evictum id utcúmque dari, ex omnibus jam dictis ſatis liquet.* D

Cartuſianoque anonymo, ſpeciale quoddam vitæ genus

496 *Et verò, ut meam modò hac in re apertè dicam ſententiam, Sanctum noſtrum nec ſe, nec ſuos ad ſolam ac totam S. Benedicti Regulam obſervandam obſtrinxiſſe, vel ex eo palàm eſt, quòd, quæcúmque obſervanda ſibi ſuiſque impoſuit, reque ipſa obſervavit, ea ferè omnia in Conſuetudinibus Guigo ſcripto expreſſerit, multúmque abſit, ut hæ ſolam ac totam Benedictinam Regulam comprehendant. Vidit id tandem, quantùm opinor, Mabillonius, hincque à priori opinione nonnihil deflectens,* Brunonem *dumtaxat* S. Benedicti Regulam, quatenus anachoretarum ferebat inſtitutum, ſibi ſuiſque ſectandam *propoſuiſſe, Annal. Bened. lib. 66, num. 65 ſcripſit. Verùm ne hoc quidem, uti ex jam dictis ac porrò dicendis pronum eſt colligere, ſuprà adducta è ſcriptore illo, quem tamen hîc Veterum Script. tom.* VI *in Præfat. num.* 32 *Marteneus ſequitur, argumenta evincunt. Aſt contrà, ſpeciale quoddam vitæ genus* S. Brunonem *ejuſque ſequaces aſſumpſiſſe, ſeu ſpeciali cuidam Regulæ, quæ & à Benedictina & ab aliis quibuſcúmque antè conditis eſſet diverſa, ſeſe adſtrinxiſſe, meritò contendit Cartuſianus anonymus, Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor, ita hujus lucubrationis ſuæ, ut Cartuſianus Pariſienſis num.* 494 *iterum laudatus me etiam docuit, loco ibidem citato ſcribens:* Haeftenus... libro primo Diſquiſitionum monaſticarum, tractatu nono de Regulis, duodecimo ſeculo ſcriptis, diſquiſitione quarta Statuta noſtra, quæ verè dici Regulam fatetur, à Regula ſancti Benedicti diſtinguit. Et tractatu ſecundo libri ſecundi, diſquiſitione quinta de Cartuſienſibus loquitur, tanquam diverſis ab Ordine Benedictino: "Ut eos omittam,, inquit, "qui ſub S. Benedicti Regula Deo ſer- ,,viunt (qui potiùs unius Ordinis variæ Con- ,,gregationes, quàm diſtincti Ordines cenſendi ,,ſunt) Ordo Cartuſianus plurima à S. Benedi- ,,cto mutuatus eſt &c.,, Quibus verbis apertè F innuit, Cartuſienſes, etſi plurima à ſancto Benedicto mutuati ſint, non tamen ſub ejus Regula Deo ſervire. Et revera tractatu ſexto ejuſdem libri, diſquiſitione quarta recenſens Ordines, Benedictinam Regulam profitentes, nullam facit mentionem Cartuſienſium.

S. Brunonem ejuſque ſocios eſſe ſecutos aſſerenti,

497 Idem cenſuit ante ducentos annos ſanctus Antoninus, ita (*part. nimirum 2 hiſt., tit. 15, cap. 14*) ſcribens: "Poſt Benedictum o- ,,mnes monachi Occidentis militant ſub Regula ,,beati Benedicti & ipſum habent in patrem, ,,exceptis Cartuſienſibus, qui habent ſpeciales ,,ſuas Conſtitutiones.,, Et revera cùm Guigo, primus legifer noſter dicat loco citato, "In Epi- ,,ſtolis B. Hieronymi vel in Regula B. Benedi- ,,cti ſeu in cæteris ſcripturis authenticis omnia ,,penè, quæ in Cartuſia religiosè agere conſue- ,,vimus, contineri,,, his verbis ſatis apertè innuit, Cartuſienſes ſibi aliquam ſpecialem vivendi normam præſcripſiſſe, à cæteris Regulis diverſam. Quam ob rem Franciſcus à Puteo, explicans illud Raynaldi noſtri ſtatutum, quo prohibetur, ne profeſſi in Ordine Ciſtercienſium & con-

AUCTORE C. B.

§ XXIX. An Victor III Papa Cartusiensem Ordinem approbârit, & quî Sanctus Hugonem Gratianopolitanum episcopum suî reverentem habuerit, Cartusiæque eremum sibi donari impetrârit.

A consimilium, ad nos transeuntes, possint habere aliquam obedientiam, declarat, quòd per illud verbum CONSIMILIUM intelligantur monachi omnes, qui militant sub Regula sancti Benedicti. Quis non videat, nostrum Puteanum tacitè Cartusienses à cæteris sancti Benedicti monachis distinguere, tanquam alteri Regulæ subditos. Noster Boso scribens contra eos, qui dicunt, Ordinem Cartusiensem non habere Regulam, agnoscit quidem, Statuta nostra ex diversis sanctorum Patrum scriptis composita esse, "patet ,,namque, ,, inquit, " in eisdem Statutis, quòd ,,illa, quæ ibi scripta sunt, aut sunt de Regula ,,B. Benedicti, aut de Epistolis B. Hieronymi, ,,aut de Collationibus Patrum seu de Vitis Pa,,trum vel etiam de libris Cassiani, & aliorum ,,sanctorum doctorum Ecclesiæ.,, Deinde multas recenset Regulas, subditque: "Sed Ordo Car,,tusiensis nullam potuit assumere de his prædi,,ctis, quia omnes prædictæ Regulæ sunt vel ,,fuerunt de vita communi & cœnobitica insti-
B ,,tuta; de vita verò eremitica invenitur Regula ,,laudabilis & devota, à Petro Damiano stylo ,,eloquentissimo edita & digesta, sed nec illam ,,potuerunt, & noluerunt Cartusienses assumere, ,,quia vita Cartusiensium, ut suprà ostensum ,,est, quamvis à majori & digniori parte sit e,,remitica judicanda, tamen est composita ex ,,solitaria & communi.

assentiendum concluditur.

498 ,,Et ideò omninò oportuit, cùm nulla ,,priùs esset talis Religio, quòd sibi facerent ,,Regulam specialem. Quia secundum Regulas ,,suprà dictas beati Augustini, Benedicti & alio,,rum suprà scriptorum monachi vel canonici ,,simul habitare debent, simul comedere, si,,mul dormire & sic de singulis, sicut exigit vi,,ta cœnobitica & communis. Cartusienses er,,gò, qui pro majori parte anachoreticam vi,,tam ducunt, & soli frequenter comedunt & ,,soli dormiunt, sicut superiùs est ostensum, ,,non potuerunt sumere aliquam Regulam de ,,prædictis. Sed sibi novam, sanctam & ratio,,nabilem ediderunt, Sancto Spiritu inspirante, ,,quam, eodem Spiritu operante, sancta Ro,,mana Ecclesia ex certa scientia perfectissimè ,,confirmavit, ut alibi probabimus.,, Ex his & aliis, quæ diximus suprà, patet, Cartusienses speciale quoddam vitæ monasticæ genus assumpsisse, ac proinde Ordinem, ab aliis Ordinibus
C diversum, constituere in Ecclesia Dei. *Ita hactenus Cartusianus anonymus laudatus, è rationibus, tum quas è Bosone ipsis hujus verbis recenset, tum quas aliunde repetit, contendens, Regulam, à Regulis omnibus antecedentibus diversam, Cartusianos ac proin* S. Brunonem, *qui hos illam suo exemplo vivendique modo docuerat, sibi servandam statuisse. Et verò cùm, ut Boso ait, Cartusianorum vitæ ratio partim eremitica, partim cœnobitica sit, nec ulla è Regulis, ante* S. Brunonis *ætatem conscriptis, hujusmodi vitæ generi foret accommoda, aliam sanè, quæ hac prærogativa gauderet, sibi suisque sequacibus præscribere seu hisce exemplo suo effingere, necesse habuêre Sanctus noster primique ejus discipuli, idque proinde, ut verbis recitatis Annalium Cartusiensium auctor anonymus contendit, re etiam vera fecisse existimandi sunt; quod cùm præterea ex aliis etiam supra dictis satis manifestum appareat, finem rei hujus discussioni impono.*

E visione, quam Victori III Papæ divinitus oblatam, credidit,

E

Gaufredo, Vosiensi Priori, qui, ut suprà docui, Victori III Papæ visionem, quâ hîc Dominum, in Cartusiæ eremo habitaculum sibi construentem, viderit, divinitus oblatam refert, in metrica, quam adornavit, Sancti nostri Vita fidem adhibuit Zacharias Benedictus, hincque, visionem illam à Deo, qui nihil facit frustra, Victori indubiè, non quidem adhuc monacho, ut Gaufredus ait, sed jam Papæ, quò ex hac factam à Sancto Cartusiæ fundationem Dei opus esse, intelligeret, itáque ad hanc Apostolica auctoritate confirmandam moveretur, oblatam fuisse, ratus, fuisse reipsa abs illo Cartusiæ fundationem confirmatam, in animum induxit, ut sequentes, quibus rem hanc canit, versus fidem faciunt.

Septimus excelsis titulis in sede Latina
Gregorius residens orbis retinebat habenas;
Quo moriente, habuit Petri moderamina Victor,
Isque ad olympiacos tum fortè aspexit in axes,
Feliceque choros vidit splendore coruscо
Sedibus è sanctis lætum associare Tonantem;
Qui Cartusiacos pergens invisere colles,
Hi sibi fundabant dignas in cotibus ædes.
Obstupuit, montes illos & clima notavit,
Cursoremque illuc celerem celeresque tabellas
Misit, & Hugoni visa hæc miracula scripsit.
Hugo admiratus, quodcúmque evenerat illo
Tempore rescripsit, quæve in confinibus illis
Egerat Omnipotens, calamo dat nota volanti,
Doctorem & senos comites à turbine mundi
Conversos, septem stellarum lumina, nec non
Ordinis incepti seriem, strictumque rigorem.

fuisse abs hoc Cartusiæ fundationem confirmatam,

500 Nuncius abscessit, Latiamque redivit ad urbem.
Maximus ut Pastor cepit nova nuncia, gaudens
Convocat extemplò patres, sanctumque senatum,
Quos Romana facit sublimes purpura, pandit
Omne, quod acciderat, factum, & divinitus auctum
Confirmavit opus votis concordibus aulæ,
Divinisque illud, confecto grammate, donis
Munivit, variisque effecit dotibus almum,
Servanturque notis signata bifrontibus æra.
Hic fuit ante gradum supremi culminis abbas

Montis

AUCTORE C. B.

Montis Oliviferi, cui nomen ab urbe Caſinas,
Quæ fuit Æneadum celebrata colonia quondam.
Hoc & idem plures ſummi fecêre parentes,
Qui caput excelſum triplici diademate cingunt.

Ita ille, & viſionem, quam hîc canit, Victori Papæ, non adhuc, ut jam dixi, Caſſinenſi monacho, aut, ſi mavis, abbati, ſed jam, contrà ac Gaufredus ſcribit, creato ſummo Pontifici, fuiſſe oblatam, & abs illo Cartuſiæ fundationem, cùm hanc à S. Brunone *factam, ex Hugone, Gratianopolitano epiſcopo, intellexiſſet, datis litteris Apoſtolicis confirmatam fuiſſe, memoriæ prodens. Verùm confirmationis hujus nec ipſemet Gaufredus, qui viſionem Victori Papæ oblatam ſcribit, nec ulli alii, quos quidem hactenus viderim, meminerunt ſcriptores, Zacharia Benedicto antiquiores. Hinc fit, ut illam ex conjectura tantùm, quam è credita ſibi, quæ Victori fuerit oblata, viſione formavit, metricum illum Sancti noſtri biographum adſtruxiſſe, vehementiſſimè ſuſpicer, ne dicam, pro indubitato habeam. Verùm cùm ex ſuprà dictis Gaufredus, dum viſionem, quâ Victor III Papa Deum, in ſolitudine Cartuſiæ habitaculum ſibi conſtruentem viderit, litteris mandavit, à veritate aberrârit, ab hac pariter, quam ex viſione illa format, conjecturam dictam aberrare, ambigendum non eſt.*

B

purperam conjicit Zacharias Benedictus,

501 *Adhæc Victor anno* 1086 *ad ſolium Pontificale fuit evectus, nec vitam protraxit ultra annum proximè ſequentem, quo ei Urbanus II ſucceſſit; non exſtitiſſe autem ante tempus, quo Urbanus II S. Petri Cathedram occupare cœpit, Pontificias litteras, Ordinis Cartuſienſis facientes mentionem, anonymus primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronographus, ſeu antiquior Sancti noſtri biographus, qui majoris utique fidei auctoritatiſque eſt quàm metricus, de quo hîc, biographus Zacharias Benedictus, non obſcurè docet; poſtquam enim ab Urbano II litteras infrà hùc tranſcribendas, quibus Siguinus, Caſæ-Dei abbas, Cartuſiam Landuino hujuſque ſociis, qui eam,* Brunone *abeunte Romam, deſeruerant, reſtituere juſſus fuit, ſcriptas fuiſſe, num.* 19 *retulit, num. proximè ſequenti ſubjungit:* Et iſtæ videntur primæ litteræ Papales, quæ inveniuntur de Ordine Cartuſienſi facere mentionem. *Jam verò, cùm litteræ illæ, quas ex dictis Urbanus ſcripſit, primæ ſint, quæ Ordinis Cartuſienſis mentionem facere inveniantur, litteris ſcriptis à Victore III Cartuſiæ fundationem confirmatam ſeu approbatam non fuiſſe, pro indubitato, accedente præterea univerſali de re hac ſcriptorum omnium antiquorum ſilentio, eſt habendum; ut proinde Zacharias Benedictus id factum, perperàm notârit. Nec ex hoc tantùm metricus hic Sancti biographus erroris arguendus venit; verùm etiam ex eo, quòd S. Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, Cartuſienſem habitum à* S. Brunone *ſuſcepiſſe, Cartuſianiſque adeò fuiſſe etiam adſcriptum, memoriæ prodat; etenim rei hujus nuſpiam meminit Guigo, Hugonis accuratiſſimus ſideque digniſſimus biographus, qui tamen eam, ſi fuiſſet, omni dubio procul ſciturus, ſcitamque litteris commendaturus fuiſſet.*

C

nec Hugonem rectè Cartuſianum facit. Hic tamen, in Cartuſianos optimè affectus,

502 *Aſt hic error, à ſubdititio Sigeberto (adi num.* 297) *primùm profectus, utcúmque excuſandus videtur: etſi enim Hugo habitum Cartuſienſem numquam induerit, Cartuſianus tamen quodammodò æſtimari potuit, tum ob deſiderium, quo, ut Cartuſianum, abdicato epiſcopatu, profiteri poſſet, arſiſſe dignoſcitur, tum ob ſingularem, quo in Cartuſianos ferebatur, affectum frequentemque cum hiſce in Cartuſia commorationem. Ac maximum quidem S. Hugonis in* S. Brunonem *Cartuſianoſque affectum fuiſſe, palàm eſt tum ex Guigonis verbis ſuprà huc tranſcriptis, tum ex eo, quòd, ut Guibertus de Novigento lib.* I *de vita ſua cap.* XI *docet,* abbatis *quodammodò ac* proviſoris *domûs Cartuſienſis* vices, *cùm ſcilicet ex ea* Bruno *jam diſceſſiſſet, agere gravatus non ſit ſanctus ille antiſtes. Accedit antiquior Sancti noſtri biographus, qui eum ita in Ordinem domumque Cartuſienſem beneficum fuiſſe, num.* 14 *ſcribit, ut tum hujus, tum illius cum* S. Brunone *dici poſſit* fundator, & quamvis non primus, tamen quodammodò præcipuus inſtitutor. *Quod autem ad Hugonis in Cartuſia commorationem pertinet, fuiſſe hanc ſanè admodùm frequentem, ejuſdemque illum tempore ad Cartuſianorum exemplar ac normam, unde & pro Cartuſiano quodammodò haberi potuerit, vitam ſuam ad amuſſim exegiſſe, docet nos iterum Guigo in conſcripta à ſe ſancti illius antiſtitis Vita partim verbis ſuprà huc jam tranſcriptis, partim hiſce, quæ nunc ſubdo:* In tantum autem (*S. Hugo videlicet*) eremum (*Cartuſiæ cum* S. Brunone *ejuſque ſociis*) devotus incolebat & ſedulus, ut eum magiſter Bruno nonnumquam exire compelleret, Ite dicens, ite ad oves veſtras, eiſque, quod debetis, exoluite. Eo tempore, magnæ paupertatis & humilitatis ardore ſuccenſus, voluit equitaturas ſuas cunctas vendere, & diviſo pauperibus pretio, propriis pedibus in prædicatione diſcurrere. Sed homo profundi cordis, magiſter Bruno ſcilicet, cujus conſiliis non aliter, quàm præceptis obtemperabat abbatis, non conſenſit timens, ne apud ſe forſan extolleretur, aut à ceteris de ſingularitate judicaretur epiſcopis; aut (quod dubium non erat) id ipſum propter aſperitatem & inæqualitatem itinerum conſummare non poſſet.

D

ſuo eis in Cartuſiam jure ceſſit, aliique, ipſo agente,

503 *Nec tantùm, quod jam dixi, ex hiſce Guigonis verbis intelligitur, verùm etiam Hugonem non minori in* S. Brunonem *veneratione, quàm affectu fuiſſe, tantamque eam exſtitiſſe, ut illum abbatis quodammodò loco haberet. Hinc meritò antiquior Sancti noſtri biographus tranſcriptis tum hiſce, tum aliis, quæ jam ſuprà data ſunt, Guigonis verbis num.*14 *ſubjungit:* Omnia prædicta ſunt verba domni Guigonis ſcripta in Vita S. Hugonis, Gratianopolitani epiſcopi, quæ hîc inferenda judicavimus, quia in eis primordia fundationis Cartuſiæ declarantur, & magiſtri Brunonis excellentia innoteſcit & in hoc quòd eidem tam venerabilis, tam ſanctus epiſcopus cum tanta reverentia ſic ferventer & humiliter adhærebat. *Maximo porrò in amore ac pretio apud S. Hugonem exſtitiſſe Sanctum noſtrum ejuſque ſocios, rectè etiam concluſeris tum ex charta, quam, ſi Mabillonius (neque enim an hæc uſpiam exſiſtat, novi) Præfatione in Sæculi* VI *Benedictini parte* 2, *num.* 86 *rectè notet, vix uno menſe integro poſt* S. Brunonis *ad Hugonem acceſſum præsbyteris & laïcis ſui epiſcopatûs ſanctus ille antiſtes ſcripſit, præcipiens,* Ut ne feminæ (*verba ſunt Mabillonii*) tranſeant per terram Cartuſiæ fratrum, qui, Deo placere cupientes, mundum & turbas fugiebant; & ne quiſquam intra terminos ipſorum poſſeſſionis piſcationem aut venationem exerceat, & ſua animalia

E

F

AUCTORE C. B.

A lia pascenda deducat, *tum ex eo, quòd Sancto ejusque sociis, quidquid sibi in Cartusiam juris competeret, libens cesserit, verosimillimèque etiam, ut Blomenvenna, Puteanum iterum aliosque Sancti biographos sibi consentientes habens, affirmat, effecerit, ut alii, qui in eamdem eremum juris quidpiam haberent, ei datâ chartâ publicâ in* S. Brunonis *ejusque sociorum favorem renuntiârint. Integram illam, ut locus exigere videtur, modò huc ex apographo, Chronologico-diplomaticæ Mörkensii Diatribæ suprà jam sæpius laudatæ inserto, transcribo. Sic habet*: Gratiâ sanctæ & individuæ Trinitatis misericorditer nostræ salutis admoniti, recordati sumus humanæ statum conditionis & vitæ fragilis lapsus inevitabiles, quam sine termino ducimus in peccatis. Itaque judicavimus, nos peccati servos de manu mortis redimere, temporalia pro cælestibus mutare, æternam hæreditatem pretio perituræ possessionis comparare, ne duplici contritione conteramur, & præsentis vitæ

B miserias laborum & dolorum initium sumamus.

diplomate, quod his

504 Itaque magistro Brunoni & his, qui cum eo venerunt, fratribus, ut Deo vacarent, ad inhabitandum solitudinem quærentibus, ipsis eorumque successoribus in æternam possessionem spatiosam eremum concessimus, Ego Humbertus de Miribel, unà cum Odone fratre meo & ceteris, qui juris aliquid habebant in prædicto loco; hi verò scilicet, Hugo de Tolnone, Anselmus Garcinus; deinde Lucia & filii ejus Rostanus, Guigo, Anselmus, Pontius atque Boso, precibus & interventu prædictæ matris eorum; Bernardus quoque Longobardus cum filiis suis; similiter & domnus abbas Siguinus de Casa-Dei cum suorum fratrum conventu, quidquid ibi juris habere videbantur, supradictis concesserunt fratribus. Ipsa verò, quam eis dedimus, eremus hos habet terminos, scilicet infra locum, qui vocatur Clusa, & rupem claudentem vallem & pertingentem usque ad molarem claudentem & dividentem Combam-Caldam, & pervenientem usque ad rupem mediam, quæ est super Borghesos; deinde molarem alium, qui descendendo perducitur per usque ad rupem à Bonviant. Exinde molarem alium, qui descendendo perducitur per crepidinem plataneti à

C Bonviant usque ad rupem, quæ est supra furnum de la Follia. Similiter ab illo monte, qui de eadem rupe porrigitur usque ad montem Aillinart, & à monte Aillinart descendendo extenditur juxta Mortam contra Occidentem usque ad rupem, quæ est super Correriam, & ab hac rupe porrigitur usque ad rupem de Pertuso. Inde postremò protenditur descendendo usque ad flumen, quod vocatur Guerus-mortuus. Inde quoque ab eodem clauditur usque ad Clusam. Si qua verò persona potens aut impotens hanc donationem infregerit, tamquam sacrilegii rea ab Omnipotentis Dei gratia & fidelium consortio separata anathemate maranatha feriatur æterni ignis incendio, nisi dignè satisfecerit, cum Dathan & Abiron & Juda proditore concremanda.

recitatur, dato idem fecerunt.

505 Præfata quidem terra, his terminationibus concluſa, à magistro Brunone & ab his, qui cum eo erant, fratribus cœpit inhabitari & constrŭi anno ab Incarnatione Domini MLXXXIV; episcopatûs verò domini Hugonis, Gratianopolitani episcopi, quarto, qui videlicet laudat & corroborat hoc donum, quod fecerunt supra scriptæ personæ, cum omni conventu clericorum suorum, & quantum ad se pertinet, quidquid sui juris esse videtur, omnino concedit. Testes Hugo decanus, Joannes de Podio, & Rostagnus Guigo de Lanz, & Galterus Bueta, Petrus & Gilbertus, Agelbertus & Aldelemus, Petrus & Ricardus. Lecta est autem hæc charta Gratianopoli in ecclesia Beatæ & gloriosæ semper Virginis Mariæ, quartâ Feriâ secundæ hebdomadæ Dominici Adventûs in præsentia prædicti domini Hugonis, Gratianopolis episcopi, atque canonicorum suorum, aliorumque multorum, tam sacerdotum, quàm ceterorum Ordinum clericorum, celebrantium sanctam synodum quinto Idus decembris. *Cùm hæc charta, quæ, ut characteres chronici, quibus munita est, testantur, hebdomadæ secundæ Adventûs Feriâ quartâ, quæ in nonum Decembris diem incidit, lecta est,* S. Brunone *Cartusiam adhuc inhabitante, seu temporis spatio, annum* 1084, *quinque sequentes & partem anni* 1090 *complectente,* E *data haud dubiè sit, tuncque, ut computanti aut etiam Chronologiam Technicam Labbei dumtaxat inspicienti pateſcet, Feriam quartam hebdomadæ secundæ Adventûs in quintum Idus seu diem nonum Decembris incidere solo anno* 1086 *contigerit, fuisse chartam, quæ huc jam transcripta est, hoc ipso anno lectam seu datam, manifestissimum est.*

Id ex anno quarto Hugonis, quo signatur,

506 *Atque hoc primum est, quod in illam notandum occurrit. Ne porrò erronea in notis chronicis à quoquam putetur, exponendum modò, quî in ea à Sancto ejusque sociis, quod anni* 1084 *mense Junio ex dictis factum, Cartusiæ eremus inhabitari cœpta rectè dicatur anno quarto episcopatûs Hugonis, Gratianopolitani episcopi, qui interim, ut suprà ostendi, jam inde ab anno* 1079 *electus, annique proximè sequentis initio consecratus fuit Gratianopolitanus episcopus, quique adeò, cùm Cartusiæ eremus inhabitari à Sancto cœpit, quintum jam inde episcopatûs annum egerit, si modò episcopatûs ejus anni vel ab electione vel à consecratione sint computandi. Verùm idne ita fieri necesse est? Anonymus Tractatûs de* S. Brunone *à Cartusianis hujatibus mecum communicati auctor annos episcopatûs Hugonis non ab electione, aut consecratione, sed ab adita episcopatûs possessione computari solitos fuisse, Hugonemque non ante exeuntem annum* 1080 *episcopatûs Gratianopolitani possessionem adiisse, præfatus, ita mox, quo tam hoc, quàm illud evictum dat, subjungit:* Asservatur in Majoris Cartusiæ tabulario donatio per Guigonem comitem & reginam Mathildem illius uxorem domui Calesiensi facta, quæ data est anno Incarnationis Domini MCX. XI Cal. Novembris, anno Pontificatûs Domini Hugonis, episcopi Gratianopolitani, XXX. Hic annus pontificatûs Hugonis non est electionis aut consecrationis; alias enim (*cùm scilicèt, ut iterum mox monui, Hugo anno* 1079 *electus, annique proximè sequentis initio consecratus sit Gratianopolitanus episcopus*) notandus fuisset XXXI aut XXXII. Dicendus est igitur annus possessionis, quam nondum (*illum*) adeptum fuisse anno MLXXX mense Octobri sequitur ex die designata XI Cal. Novembris.

erroris arguendum non est.

507 Idem necessariò conficiendum est ex alio instrumento, quod extat editum De usu feodorum Delphinatûs, cujus initium & finis

AUCTORE C. B.

sic habent: "Ego Hugo, Gratianopolitanus e-„piscopus, rogatu canonicorum concelli abba-„ti Fosoni beatæ Mariæ Crudatensis, & suc-„cessoribus suis tres ecclesias .... Facta est hæc „donatio de tribus prædictis ecclesiis... IV No-„nas Novembris anno Incarnationis Domini „MCX, anno pontificatûs domini Hugonis epi-„scopi XXX.„ Ergò necdum episcopatum Hugo inierat sub initium Novembris anni sæpe dicti MLXXX. *Adhæc ut, quod hîc instituti mei ratio postulat, adjungam, cùm Hugoni, utpote ex dictis anno* 1079 *electo, ineunteque anno* 1080 *consecrato Gratianopolitano episcopo, anno* 1110 *ad* IV *Nonas seu ad secundam Novembris diem jam provecto, annus ab electione consecrationeque non trigesimus, sed trigesimus primus fluxerit, &* B *tamen instrumentum, cujus hîc initium & finem Tractatûs de* S. Brunone *auctor anonymus exhibet, anno episcopatûs Hugonis trigesimo datum notetur, consequens est, ut tam in hoc, quàm in altero, quo Guigo comes ejusque uxor Mathildis domui Calcitensi benefecit, anni episcopatûs Hugonis, Gratianopolitani antistitis, non ab electione consecrationeve, sed ab adita post consecrationem sedis illius possessione numerentur. Jam verò, cùm res ita habeat, uti laudatus Cartusianus anonymus suprà affirmat, annosque adeò episcopatûs Hugonis non ab electione consecrationeve, sed ab adita primùm possessione computari solitos fuisse, veritati consonum appareat, non est sanè, cur suprà huc transcripta donationis Cartusiæ charta erroris in notis chronicis suspecta habeatur, accusaturve ex eo, quòd Cartusiæ eremum anno episcopatûs Hugonis Gratianopolitani antistitis quarto à* S. Brunone *ejusque sociis inhabitari captam prodat; quod ex supra dictis verum esse non potest, nisi instituto computo à tempore, quo Hugo episcopatûs possessionem iniit.*

§ XXX. Sanctus, à summo Pontifice arcessitus, Cartusiam, ritè jam ordinatam, incolarumque numero auctam, deserere cogitur: quandonam id, & quanto discipulorum Brunonis luctu factum.

Sanctus, Cartusiâ jam ritè ordinatâ, incolarumque

Quatuor aut quinque, aut etiam paucioribus à Sancti ejusque sociorum in Cartusiam ingressu elapsis annis, eo jam inde modo, qui vitæ eremiticæ maximè congruit, ritè omnia, tum quantùm ad religiosorum eremi incolarum habitacula, tum quantùm ad vivendi normam, fuisse ordinata, dubitandum non apparet, uti etiam Sanctum ejusque socios susceptæ vitæ austeritate juxtà ac sanctimoniâ longè latéque inclaruisse. Atque hinc factum reor, ut & nonnulli alii ad incultam anteà ac penè inaccessam eremum venerint, atque in celeberrimi, qui hanc moderabatur, Viri discipulorum numerum cooptari postulârint. Ac primò quidem, Petrum & Lambertum, qui unà cum Sancto, Cartusiam nondum ingresso, in Siccæ-Fontanæ solitudine vitam eremiticam, uti plùs semel è Mabillonio jam laudata monasterii Moliſmensis charta fidem facit, aliquamdiu duxêre, institutum à Brunone *vitæ genus tandem etiam sive in Cartusia sive in Calabria esse amplexos, Historiæ litterariæ Franciæ scriptores tom.* 9, *pag.* 241 *non obscurè indicant. Ibi enim opinari sese, manifestant, Petrum quidem à Petro, qui, quamvis Bethunæ natus esset, à diuturna tamen sua in Francia commoratione* Francus *cognominatus fuit, secundusque à* S. Brunone (*adi Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag.* 639) *Cartusiæ Prior extitit, Lambertum autem à Lamberto, qui Cartusiæ Calabrinæ Prior seu magister religiosis hujus incolis optimas leges præscripsit, diversum non esse. Et verò, cùm facilè factum esse queat, ut Petrus & Lambertus, qui priùs* Brunonem *è* D *Siccæ-Fontanæ solitudine Gratianopolim abeuntem* E *sequi noluerant, consilium postea, cum de fixa à Sancto in Cartusia sede inaudivissent, mutârint atque in horridam hanc eremum, Sancto annuente, concesserint, reipsa id feciſſe illos, neutiquam vero apparet absimile, licèt interim Lambertum, qui cum Sancto in Siccæ-Fontanæ solitudine versatus est, eumdem cum Lamberto, Cartusiæ Calabrinæ Priore, asseverare non ausim.*

509 *Ast quocúmque modo res habeat, fuisse equidem, dum Sanctus è Cartusiæ eremo discessit, discipulos ejus numero plures, quàm cùm primùm hanc solitudinem ingrederetur, suadent mihi binæ chartæ, infrà integræ hus transcribendæ, quarum alterâ Rogerius, Calabriæ & Siciliæ comes, eremum Calabrinam* S. Brunoni *ejusque sociis donat, alterâ donationem hanc Rogerius Apuliæ, Calabriæ Siciliæque dux, cujus Rogerius comes patruus erat, confirmat. In priori enim comes ita loquitur:* Rogerius Dei gratiâ comes Calabriæ & Siciliæ omnibus fidelibus suis & Ecclesiæ Dei filiis tam præsentibus quàm futuris salutem. Notum esse volumus fraternitati vestræ, per Dei misericordiam à Galliarum partibus ad regionem istam Calabriæ sanctæ religionis, viros Brunonem videlicet & Lanvinum cum sociis eorum perveniſſe &c. *In posteriori verò Rogerius dux hunc fatur in modum:* Rogerius Apuliæ, Calabriæ, Siciliæ Dei gratiâ dux, omnibus fidelibus Christianis præsentibus & futuris in domino salutem. Notum esse volumus fraternitati vestræ de duobus viris, Brunone F scilicet & Lanvino, qui sanctæ religionis studio accensi cum sociis suis in terram Calabriæ à Galliarum partibus, disponente Deo, venerunt *&c. Sanctus ergò, cùm in Calabriam, quod ex dicendis non diu admodùm ab ejus è Cartusia egressu factum, ad comitem Rogerium venit, socios sibi aliquot, è Gallia appulsos, quorum in hisce chartis mentio fit, habebat àdjunctos; quare, cùm unus saltem ex his, Lanvinus videlicet, ab omnibus sex Sancti sociis, Cartusiæ eremum cum eo primùm ingressis, sit diversus, consectarium fit, Sancti discipulos, dum hic è Cartusiæ eremo Pontificem aditurus discederet, numero plures fuisse, quàm cùm solitudinem eam primùm ingrederetur; Lanvinum autem, in binis laudatis chartis memoratum, ab omnibus sex dictis Sancti sociis, seu potiùs, quod hîc potissimùm dubium non nemini videri queat, à Landuino esse diversum, sic ostendo: Sanctus, uti ex dicendis patescet, non priùs cum Lanvino in Calabrinam eremum secessit, dictisque binis chartis sibi illam donari ac confirmari impetravit, quàm cùm Cartusiam Majorem, quam deseruerant, Landuinus unà cum discipulis, seu Cartusianis, quibus à*

numero, uti bis

S.

A S. Brunone *fuerat præfectus, repetiisset, ut proinde, hunc ab illo diversum esse, sit necessum.*

probatur, auctâ, §10 *Adhæc Lanvinus, qui cum Sancto in Calabrinam eremum seceſſit, in Normannia, Franciæ provincia, Landuinus verò, qui, monente* S. Brunone, *Cartusiam Majorem repetiit, in Tuscia natus erat. Accedit, Landuinum Tuscum anno* 1100, *cùm è Cartusia Majori, cui Prior præerat,* Brunonem *in Calabriam venisset invisum, diem extremum* (*Adi Labbeum tom.* 1 *Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag.* 639) *clausisse; Lanvinum autem* S. Brunoni, *qui anno ex dicendis* 1101 *obiit, vixisse superstitem, eique in Cœrtusiæ Calabrinæ præfecturam fuisse suffectum, uti videre licet apud Mabillonium Annalium Benedictinarum lib.* 70, *num.* 30. *Lanvinum itaque, qui cum Sancto in eremo Calabrina commoratus est, à Landuino Tusco esse distinctum, indubitatum est, quod, ne unum cum altero in decursu confundas, bene est notandum.*

B *Porrò è Sancti sociis, quorum binæ chartæ proximè memoratæ mentionem faciunt, aliquot saltem adhuc alii verosimillimè fuerunt à sex Sancti sociis, Cartusiæ eremum cum eo primùm ingressis, diversi; ut proinde hi, cùm inde Sanctus abiit, Calabriamque petiit, numero jam aucti exstiterint. Nec est, quòd reponas, socios, quibuscum Sanctus in Calabriam venisse in laudatis binis chartis memoratur, ac nominatim Lanvinum* (*adi in* Brunonis *Vita cap.* 17 *Zanottium*) *non priùs ei sese, quàm cùm, relictâ Cartusiâ, in Italia jam existeret, adjunxisse; Sanctum enim brevi temporis spatio, quo ex dicendis, antequam in Calabriam secederet, apud Pontificem commoratus est, inveniſſe statim Romæ, qui in disciplinam ejus sese dederint, appulsos è Galliarum partibus viros, quod tamen, ut quidquam hîc contra opinionem nostram posset confici, requireretur, parùm verosimile apparet.*

à Pontifice in Italiam evocatur; §11 *Quod cùm ita habeat, esse sanè non videtur, cur, an Sanctus, cùm è Cartusia discesſit, discipulorum suorum numerum auctum viderit, revocetur in dubium, magisque eum adhuc augeri indubiè vidisset, si diuturnior ejus esse potuisset in Cartusia commoratio. Verùm, cùm sex annis, quorum ultimus saltem incompletus ex dicendis fuerit, Cartusiæ eremum Prior seu potiùs* (*is enim illi proximisque ejus successoribus titulus ab omnibus ferè scriptoribus tribuitur*) *Magister rexisset, Pontificium fuit allatum mandatum, quo ei, ut ad Romanam curiam sese conferret, severissimè ab Urbano II Papa, ad Pontificalem apicem anno* 1088 *evecto, injungebatur. Hic olim Sancti nostri Remis, ut jam suprà docui, fuerat discipulus, hincque raram Viri prudentiam ingeniique sagacitatem apprimè perspectam habens, eum apud se, quò ad consilia adhiberetur, habere volebat in difficillimis illis temporibus, quibus, à Papa dissidente frequenterque arma in Pontificios in Italia movente imperatore Henrico IV, deplorandum in modum res Ecclesiæ in Italia & Germania erant turbatæ. Ut nuntius ille ad* Brunonis *discipulorum aures pervenit, ingens mox omnium animos luctus subiit. Audi, quæ huc spectantia Blömenvenna in Sancti nostri Vita à se conscripta commemoret.* Et ecce, *inquit*, vix annis sex in tali conversatione exactis, rursum tentatur.... Papa nempe

C

Urbanus II, priùs dictus Otto, abbas Cluniacensis, qui olim discipulus fuerat beati Brunonis, cum Pontificatum summum adeptus esset, cupiens illum dignè administrare, non immemor excellentissimæ doctrinæ & probitatis ejusdem sui Præceptoris, vocavit eum ad Sanctæ Ecclesiæ obsequium, addito etiam obedientiæ præcepto. AUCTORE C. B.

discipulos hinc mœstos solatur, §12 Quo perlecto mandato, vox in Rama audita est, ululatus & ploratus multus filiorum sancti Brunonis, nolentium consolari obtestantiumque Patrem, quòd ejus orbati solatio nullo pacto in loco horroris & vastæ solitudinis perseverare possent. Sed si maneret, manerent, si abiret, abirent & ipsi. Quorum fletibus piissimus Bruno vehementer turbatus & ad compassionem motus, cùm sibi quoque durissimum esset, post tam placidæ & tranquillæ solitudinis quietem rursum externis curis & inquietudinibus implicari. Nisus est tamen eorum animos sedare & consolari. Sciebat ipse scriptum esse, "Qui E ,,vos audit, me audit, & quod semel loquitur ,,Deus, & secundò id ipsum non repetit.,, Et ideò non aliter Apostolici jussionem, quàm cœlesti oraculo ad se delapsam vocem accepit. Quapropter alloquens suos ait, Manere vobiscum, fratres mei dilectissimi, gratissimum mihi est, separari à vobis gravissimum. Sed mandatis Apostolicis obedire necessarium mihi est. Quid enim prodesset hîc vobiscum exteriùs carnem jejuniis & abstinentiis atterere, si per inobedientiam animæ meæ damnationem contingat acquirere &c. *Ac deinde nonnullis adhuc, quibus ultrò citróque sermonem miscentes inducit Sanctum ejusque discipulos, interpositis, subjungit:* Audiens hæc beatus Bruno, cùm videret, eos consolationem non recipere, nec persuaderi eis posse, ut manerent, metuens, ne post suum & eorum recessum eremus Cartusiæ, locus jam Deo dicatus, ad manus laïcas & profanas iterum deveniret, cogitans scilicet illam cum suis repetere, commendavit & dedit eam venerabili viro domino Siguino abbati monasterii Casæ-Dei, qui unus fuerat ex primis donatoribus, de quibus diximus, confecto super hoc publico instrumento. Sicque beatus Bruno, susceptа Benedictione à sancto Hugone, episcopo Gratianopolitano, obedientia cogente, Romam profectus est.

F

hisque nihilominus, uti, eo abeunte, facere statuerant, §13 *Ita hactenus ille, Puteano, è quo iterum sua ferè omnia mutuatus est, apprimè consonans, nec pugnans cum antiquiore Sancti nostri biographo seu primorum quinque Cartusiæ Priorum chronologo. Atque hi omnes tres quidem, uti etiam, qui sua è duobus horum recentioribus, Puteano scilicet & Blömenvenna, deprompsit, Surius, universos Sancti discipulos summo fuisse, cùm eum è Cartusia à Pontifice accersiri intellexerunt, mœrore affectos, Cartusiamque, abeunte Sancto, deserere statuisse, litteris rectè consignâsse videntur. Id enim, utut à nullo prorsus auctore synchrono seu æquali memoriæ proditum inveniatur, veritati tamen è restitutionis Cartusiæ infrà huc transcribendæ charta, utpote in qua ex hac eremo* S. Brunonis *socii ob hujus absentiam recessisse innuuntur, consonum videtur. Verùm indicant etiam recentiores laudati Sancti nostri biographi,* Brunonem, *cùm Cartusiam Siguino dedit, atque ex hac, ad Pontificem se collaturus, exiit, isthuc posteà redire statuisse; quod, cùm instrumento, quo Sanctus, ad Pon-*

AUCTORE C. B.

tificem tendens, Siguino Casæ-Dei abbati Cartusiam donavit, nulla omninò de hac Brunoni *ejusque sociis, si redirent, reddenda mentio ingeratur, parùm verosimile mihi apparet. Nec verosimilius est, quod tamen etiam nonnulli volunt, instrumentum, quo Sanctus Cartusiam Casæ-Dei abbati Siguino contulit, datum ei jam tum fuisse, cùm ejus discipuli è Cartusia ob dilecti ex hac Magistri discessum nondum dilaberentur, dilapsurique tantummodò brevî pòst à Sancto præviderentur.*

è Cartusia dilabentibus, publico hanc instrumento

514 *Etenim in charta restitutionis Cartusiæ dicitur* Bruno *Cartusiam, cùm* loci, fratribus recedentibus propter absentiam ejus, destitutionem videret, *Siguino abbati dedisse ac commendâsse; ut proinde instrumentum, quo Cartusiam Siguino Sanctus dedit, collatum ei, primis Cartusiæ Majoris incolis Sancti discipulis nondum dilabentibus seu Cartusiam relinquentibus, haud*

B

fuerit, maximè cùm id in fratrum seu discipulorum Sancti è Cartusia recessu factum, diserte tradatur in epistola infrà pariter huc transcribenda, quâ Urbanus II Papa Siguino abbati, ut Cartusiæ eremum S. Brunonis *discipulis, ad hanc redeuntibus, restituat, injungit. At verò, inquies, si Sanctus chartam, quâ Cartusiam Siguino dedit, dilabentibus è Cartusia discipulis suis, seu in horum ex eremo illa recessu impertiit, quî verum intelliget, esse illos ob Sancti absentiam seu eo in itinere è Cartusia versùs Pontificem jam existente, uti charta restitutionis Cartusiæ jam pluries laudata indicat, è Cartusia dilapsos? Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. 77, num. 92 sic scribit:* Eodem tempore, quo natus est Bernardus, Bruno, Cartusiæ Majoris primus institutor, ab Urbano II, qui ipsius apud Remos discipulus fuerat, Romam evocatur, ut ejus consiliis in Ecclesiæ moderamine uteretur. Ægrè hanc discessionem tulit novellus grex, tanti Pastoris solatio destitutus; cunctisque, eo absente, intolerabilis visa est Cartusiæ habitatio & vitæ asperitas. Sed tandem parendum fuit summi Pontificis auctoritati, qui locum Seguino, abbati Casæ-Dei, commendavit. Recessit itaque Bruno è Cartusia post annos sex, quàm eam incolere cœperat. Ejus discessu conturbati fratres, quæ humana tentatio est in rebus arduis, deficiente magni meriti Duce, locum deserunt; quod ubi Bruno resciviset, litteris ad Seguinum, Casæ-Dei abbatem, scriptis Cartusiam ei ejusque monasterio concessit.

C

Siguino Casæ-Dei abbati tradit.

515 *Ita Mabillonius,* Brunonem *scilicet tunc demum, cùm in itinere Romano aut etiam Romæ versaretur, instrumentum, quo Cartusiam in Seguinum abbatem transcripsit, confecisse epistolâque ad eum misisse, indicans. Et sanè, re ita considerata, facilè quisque intelliget, quî, cùm Sanctus jam absens esset, seu in itinere versus Pontificem aut Romæ existeret, discipuli ejus dilabi è Cartusia, ipseque hisce dilabentibus seu potiùs dilapsis, instrumentum publicum, quo hanc Siguino Casæ-Dei abbati tradidit, donare potuerit, salva eorum omnium veritate, quæ in charta restitutionis Cartusiæ occurrunt. Attamen cùm Sanctus, antequam iter Romanum susciperet, in ipso discipulorum suorum è Cartusia recessûs actu Cartusiam in Siguinum Casæ-Dei abbatem transcripsisse videatur, ita malim rem gestam concipere:* S. Bruno, *cùm è Cartusia, Landuino in locum suum substituto, jam excesserat, ad Hugonem Gratianopolitanum episcopum, uti reipsa feciisse à Blomenvenna aliisque narratur, sese, ei valedicturus, contulerit, discipulique intereà, quos in Cartusia reliquerat, audito Sancti discessu, Cartusiam pariter, desiderium ejus ferre haud valentes, reliquerint. Ita sanè facili etiam negotio intelligetur, quî & Sanctus, è Cartusia discedens, dilabentibus ex hac discipulis suis, mox id audire & instrumentum, quo Cartusiam Siguino Casæ-Dei abbati commendavit, conficere, confectumque aut ipsemet ad hunc deferre, aut etiam ab altero deferendum curare potuerit.*

Sanctus, nullo fortè è discipulis comite, ad Pontificem profectus est

516 *Porrò ex charta restitutionis Cartusiæ etiam collige, opinionem eorum, qui Sanctum in itinere, quod Pontificem versus suscepit, omnes prorsus suos in Cartusia discipulos comites habuisse, statuunt, veritati neutiquam posse congruere. In illa enim charta, quâ hisce Siguinus Cartusiam restituit,* Bruno *abiens Landuinum omnibus aliis suis discipulis in Cartusia commorantibus præposuisse dicitur; quî autem factum id esse queat, si cum Sancto & Landuinus & reliqui omnes ejus discipuli iter versus Pontificem susceperint? Verùm nonne Sanctus aliquot saltem ex hisce socios itineris sibi habuit adjunctos? Est sanè, cur id non nemo sibi persuadeat, cùm, ut suprà docui, in chartis Rogerii comitis, & Rogerii ducis Sanctus cum sociis sibi adjunctis è Galliæ partibus in Calabriam dicatur*

E

advenisse, nec sat aptè dici id posse videatur, nisi Sanctus unà cum sociis, quos sibi habebat adjunctos, iter Calabriam versus ex ipsa Gallia inchoârit. Quod si interim id displiceat, dubitandum equidem non est, quin Sanctus, cùm omnes ejus Cartusienses discipuli consecuti eum in Italia essent, aliquot ex hisce, in Cartusiam remissis aliis, apud se retinuerit. Unde enim alioquin, cùm ad comitem Rogerium (adi num. 509 & seq.) in Calabriam accessit, socios sibi, qui è Galliarum partibus veniissent, habuisset adjunctos? Sed hæc de discipulis, quos Sanctus, cùm Cartusiam summi Pontificis jussu deseruit, curiamque Romanam petiit, sub disciplina sua habuerit, dicta sufficiant; in tempus modò, quo sese, Cartusiâ desertâ, ad curiam Romanam contulerit, inquiramus.

P

hoc iter, quod ab aliis communiter anno 1090 *consignatur, Ruinartius anno* 1089

517 *Baronius id anno* 1092 *factum statuit, quòd Sanctus, uti intellexerat, anno commorationis in Cartusia sexto ad curiam Romanam fuisset evocatus, sexque anni ab anno* 1086, *quo, ut suprà vidimus, Sancti in Cartusiam secessum consignat, ad dictum annum* 1092 *deducant. Verùm cùm ex suprà dictis* Bruno *non anno primùm* 1086, *sed jam inde ab anno* 1084 *in Cartusiæ eremo sedem fixerit, seque, ut antiquissimum fideque ex dictis dignissimum primorum quatuor Cartusiæ Priorum Chronicon in Sancti elogio, num. 7 huc transcripto, testatur, Romanam ad curiam, cùm eremum Cartusiæ rexisset sex annis, contulerit, consectarium fit, ut id anno* 1090, *ultra mensem Junium, quo ex dictis sese in Cartusiam Sanctus abdidit, jam provecto, indubiè fecerit, si anni sex, quibus in Cartusiæ commoratus à primorum quatuor Cartusiæ Priorum chronologo traditur, pro completis sint habendi. Ac Mabillonius quidem in Annalibus Benedictinis lib. 67, num. 92 Sancti è Cartusia egressum anno* 1090 *innectit. Mabillonio consonant Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores tom. 9, pag. 239, uti etiam Pagius in Criticis, aliique eruditi passim omnes. Verùm in Vita Urbani*

II

A *II Papæ, Mabillonii & Ruinartii Operum poſthumorum tom. 3 inſerta, pag. 69 poſterior è binis hiſce ſcriptoribus, poſtquam, Urbanum II Papam anno 1089 conſilium ſeu ſynodum Melphi celebrâſſe, Barii oſſa S. Nicolai tranſtuliſſe, Eliam epiſcopum conſecrâſſe ac tandem Calabriam perluſtrando Rhegium uſque penetrâſſe narravit, ita memorat:* Eadem etiam occaſione Brunonem, Cartuſianorum parentem, cum Urbano Calabriam perluſtrâſſe, plùs quàm probabile eſt. Is nempe à Pontifice, ſuo olim, ut diximus, cùm litteras Vir ſanctus in Rhemenſis eccleſiæ academia doceret, diſcipulo, evocatus, hoc anno (1089 *videlicet*) ad illum acceſſit, nec dubium, quin etiam eum ſecutus fuerit in Apuliam & Calabriam, cùm eo animo Brunonem accerſiviſſet Urbanus, ut ejus conſiliis in rebus difficillimis, quæ tunc frequenter emergebant, uteretur. Aliud habetur ejuſdem rei argumentum, quòd nempe Brunonis ſanctitas ex eo tempore adeò nota fuerit apud Calabros, ut paulò pòſt datus ei fuerit locus in ea regione ad inhabitandum, quem reipſa anno ſequenti cum nonnullis è ſuis incolebat. Id conſtat ex Rogerii comitis diplomate, quod G. Surianus in Notis ad Vitam S. Brunonis, & Ughellus tom. IX ſimul cum Theodori Squillacenſis epiſcopi confirmatione ediderunt.

B 518 *Quòd ſi ergò rectè hîc notet Ruinartius, Sanctus noſter jam inde ab anno 1089, & quidem, hoc nondum ultra menſem Septembrem provecto, ad Urbanum II Papam acceſſerit; Urbanum enim, ut vult, in Apuliam anno illo proficiſcentem comitatus eſt, concilioque, ibidem tunc menſe Septembri, ut docet, celebrato, cum eo interfuit. Verùm nihilne eſt, quòd hanc Ruinartii opinionem vetet amplecti, ſeu à vero alienam eſſe evidenter evincat? Antiquior Sancti noſtri biographus num. 24 ita de* Brunone *prodit memoriæ:* Heremum Cartuſiæ rexit ſex annis, & pòſt, ut prædictum eſt, à Papa vocatus, & non diu pòſt ad heremum Calabriæ, cui Turris nomen eſt, tranſiens, ibi, ſancto conſtructo monaſterio, multorum Dei ſervorum anachoretarum rector extitit & miniſter, & ibidem, felici vitæ ſuæ curſu peracto, migravit ad Dominum poſt egreſſum Cartuſiæ undecimo anno, nec plùs, nec minùs, ſicut in libris Conſuetudinum domni Guigonis, quæ ſunt in domo Cartuſiæ, continetur. *Ita ille, cui ſi aſſentiendum ſit, Sancti è Cartuſia egreſſum ſeu acceſſum ad Urbanum II Papam anno 1089, ultra Septembrem non provecto, Ruinartius omni dubio procul perperam innectit. Cùm enim Sanctus, uti apud omnes in confeſſo eſt, infráque probabitur, anno 1101, VI Octobris die, è vivis abierit, ejus è Cartuſia egreſſum, ſi annus, qui ab hoc cucurrit undecimus, cum mox dicto emortuali ejus anno 1101 verbis recitatis ab antiquiore noſtro biographo rectè componatur, non anno, ut ſtatuit Ruinartius, 1089, ultra Septembrem nondum provecto, ſed anno 1090, & quidem ultra VI Octobris diem jam provecto, eveniſſe, neceſſe eſt, cùm ab anno quidem 1089, ultra Septembrem nondum provecto, uſque ad anni 1101 ſextam Octobris diem anni amplius duodecim completi, anno autem 1090, ad VI Octobris diem nondum provecto, ad eamdem ſextam anni 1101 Octobris diem anni amplius undecim completi excurrerint, ſicque, contrà ac antiquior noſter biographus ſcribit, Sanctus non undecimo, ſed vel duodecimo aut etiam decimo tertio poſt ſuum è Cartuſia egreſſum anno vivere deſiiſſet. Verùm anne hic primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologus ſeu antiquior Sancti noſtri biographus annum 1101, Sancto emortualem, cum definito poſt ejus è Cartuſia egreſſum anno undecimo rectè componit?* AUCTORE C. B.

519 *Neutiquam ſanè: Sanctum enim, antequam annus 1090 ad Octobrem, imò ad ſeptimam decimam Septembris diem eſſet provectus, è Cartuſia ſeſe ad Urbanum II Papam contuliſſe, è Charta infrà huc tranſcribenda, quâ Siguinus Caſæ-Dei abbas Cartuſiam redeuntibus ad hanc, à quibus,* Brunone *ad Urbanum abeunte, fuerat relicta, Cartuſianis reddit, certum omnino eſt atque indubitatum, cùm* anno ab Incarnatione Domini MXC, XV Kal. Octobris *data notetur, annique ampliùs undecim à ſeptima decima anni 1090 Septembris die uſque ad ſextam anni 1101 Octobris diem, Sancto noſtro emortualem, excurrerint. Atque ita quidem jam liquet, annum* Brunoni *emortualem definito anno poſt ejus è Cartuſia egreſſum undecimo ab antiquiore Sancti noſtri bigrapho perperam innecti. Imò verò id faciens, cùm ſimul, Sancti diſcipulos, dum hic Romam ad Urbanum II Papam abierat, è Cartuſia* in fine ſexti *à ſuo in hanc ingreſſu* anni *receſſiſſe, num. 23 dicat, ipſemet ſecum pugnat, ut conſideranti patebit. Verùm anne etiam perperam non citat libros Conſuetudinum domni Guigonis, aut an horum exemplar, quod ad manum habuit, in notis chronicis, annum, quo Sanctus à ſuo è Cartuſia egreſſu obierit, exprimentibus, non fuit corruptum? Corruptum ſanè fuiſſe, omninò neceſſe eſt. Etenim libri Conſuetudinum, quos laudat, alii indubiè non ſunt, quàm Guigonis (adi, quæ § 1 à num. 4 uſque ad num. 7 dicta ſunt) Statuta ſeu Conſuetudines, quatuor primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon, ſeu horum quatuor elogia ſibi habentes præfixa, in quibus, non autem in ipſis Conſuetudinibus, notas chronicas invenit, quibus, quo anno Sanctus poſt ſuum è Cartuſia egreſſum obierit, deſinit; antiquiſſimum autem ac genuinum (adi iterum § 1) primorum quatuor Cartuſiæ Priorum Chronici exemplar, Sanctum noſtrum* poſt egreſſum Cartuſiæ, *non, ut antiquior ejus biographus è libris Conſuetudinum Guigonis ſeſe facere affirmat,* undecimo anno nec plùs, nec minùs, *ſed* undecimo plùs minùs anno *obiiſſe, memoriæ prodit.* *definito anno poſt Sancti è Cartuſia egreſſum undecimo perperam illiget,*

E

F

520 *Jam verò cùm hæc ita habeant, ex eo ſanè, quòd antiquior noſter biographus,* Brunonem *à ſuo è Cartuſiæ egreſſu* undecimo anno nec plùs, nec minùs *obiiſſe, ſcribat, argui non poteſt, à veritate eſſe deviam Ruinartii opinionem, quæ ex dictis Sancti è Cartuſia egreſſum ſeu acceſſum ad Urbanum II Papam anno 1089, ultra Septembrem nondum provecto, conſignat. Verùm nonne eidem opinioni officit quatuor primorum Cartuſiæ Priorum Chronicon, in quo Sanctus ad Dominum migrâſſe poſt ſuum è Cartuſia egreſſum* undecimo plùs minùs anno *traditur? Cùm hâc loquendi formulâ ſignificari videatur, Sanctum non definito poſt ſuum è Cartuſia egreſſum anno undecimo, ſed vel undecimo poſt egreſſum illum anno, vel aliquanto temporis ſpatio ſeu ante ſeu poſt hunc obiiſſe, itáque, ut non nemini fortè appareat, temporis ſpatium, quod nec multò anterius, nec multò etiam anno illo ſit poſterius, deſignetur, neſcio, an ſtante, quam primorum quatuor Cartuſiæ Priorum chronologus adhibet, loquendi formulâ prædictâ, obitus Sancti* *adducta vel ab ipſo Ruinartio,*

innectendum putat. Aſt hanc opinionem, licèt etiam idem iter antiquior noſter biographus

C

AUCTORE C. B.

noſtri, qui ex jam dictis ante duodecimum à ſuo è Cartuſia egreſſu annum vitâ functus certò non eſt, tanto temporis ſpatio poſt undecimum ab egreſſu illo annum collocari queat, ut is in annum uſque ab illo Sancti è Cartuſia egreſſu tertium decimum, prout Ruinartii exigit opinio, poſſit differri, nulla omnino ratione alia id ſuadente. Ait quidem Ruinartius, Brunonem *eo animo ab Urbano acceſſitum fuiſſe, ut in rebus difficillimis, frequenter tunc emergentibus, conſiliarius adhiberetur, idque proinde tam maturè factum fuiſſe, ut non niſi tertio decimo anno poſt* Bruno *è vivis abierit. Verùm non video, quî accidiſſe nequeat, ut Urbanus, etiamſi* Brunonem, *magiſtrum olim ſuum, & maximo in pretio haberet, & ad conſilia adhibere omnino vellet, ab eo tamen ad ſe evocando ad annum uſque* 1090 *ſeu duobus circitèr annis, poſtquam jam ſummus creatus fuiſſet Pontifex, abſtinere voluerit.*

B *vel ab huic adhærente Mörkenſio*

521 *Nec id jam inde ab anno* 1089 *factum, etiam ſuadet nota Sancti, quam Ruinartius etiam in argumentum adducit, ab eo tempore apud Calabros ſanctitas; præterquàm enim quòd hâc jam tum apud populum illum inclaruiſſe* Brunonem, *Ruinartius non probet, potuit etiam ſanctitatis fama, quam is vitâ, in Cartuſiæ ſolitudine auſteriſſimè actâ, divitiarumque, dignitatum ac mundi contemptu per totam latè Galliam ſibi pepererat, ad Calabros etiam jam tum fuiſſe perlata. Atque hinc fit, ut neque ex loco, quem ex dicendis jam inde ab anno* 1090 *aut certè ſequentis initio ad inhabitandum in Calabria Sanctus obtinuit, neque ex ipſa etiam ejus, quæ eodem tempore accidit, ad Rhegienſem archiepiſcopatum electione pro ſtabilienda Ruinartii opinione ſat ſolidè argui poſſe exiſtimem. Adhæc etſi ex eo, quòd anno* 1090 *à Rhegienſibus electus fuerit archiepiſcopus, ſpeciali quodam modo hiſce notus exſtitiſſe, ac proin in Rhegienſi civitate, quæ in extremo Calabriæ angulo ſita eſt, jam inde ab anno, quo eam ex dictis Urbanus II Papa inviſit,* 1089 *verſatus fuiſſe, non nemini queat videri, fieri tamen poteſt, ut à Rhegienſibus, etſi iis vix non omnino eſſet ignotus, in archiepiſcopum, quod, ut primorum quatuor Cartuſiæ Priorum chronologus teſtatur,* Papa *Urbano* volente, *factum, è ſola hujus commendatione fuerit electus. At verò, ait, qui pariter Sancti è Cartuſia egreſſum atque ad Urbanum acceſſum anno* 1089 *innectit, in Chronologica-diplomatica ſua de* S. Brunone *Diatriba Mörkenſius, inter Sancti è Cartuſia diſceſſum, & diſcipulorum ejus, qui dilectiſſimi Patris abſentiam ferre non valentes, in Italiam pariter, eo abeunte, Cartuſiam relinquentes, abierant, factum tandem ad hanc reditum anni ut minimùm unius ſpatium intereſſiſſe, res tempore utrumque inter eventum medio geſtæ requirunt, ac proin, cùm ad Cartuſiam ex jam dictis ac porrò dicendis* S. Brunonis *diſcipuli ante Octobrem anni* 1090 *ſint reverſi, abiiſſe hunc ex illa anno* 1089, *ad Octobrem nondum provecto, neceſſe eſt. Ita ferè quantum ad ſubſtantiam ille.*

C

ſat validè haud probant, hincque, accedente, quæ hîc proſertur, ratione, Sanctum dicto anno 1090

522 *Verùm non video, inter Sancti è Cartuſiæ diſceſſum, illiuſque diſcipulorum ad hanc reditum res tot tantaſque eveniſſe, ut eæ longè etiam minori, quàm anni unius, ſpatio geri nequierint. Quid enim?* Bruno, *relictâ commendatâque ſeu donatâ Siguino, Caſæ-Dei abbati, Cartuſiâ, in Italiam ad ſummum Pontificem Urbanum II, à quo evocatus fuerat, ſeſe contulit, diſcipulos, qui abeuntem, relictâ pariter Cartuſiâ, in Italiam fuerant ſecuti, benignè ad ſe venientes excepit,* D *reditum iis ad Cartuſiam ſuaſit, atque reipſa ad dilectam hanc ſancto Patri ſuo eremum Pontificiis ad Siguinum, Caſæ-Dei abbatem, quibus huic, ut Cartuſiam reſtitueret revertentibus ad hanc* S. Brunonis *diſcipulis, Urbanus Papa imperabat, litteris muniti redirent, etiam effecit. Verùm quid nî hæc omnia ſex circitèr duntaxat aut ſeptem menſium ſpatio geſta eſſe potuerint? Imò verò quid nî etiam Sanctus, uti verè ex infrà dicendis factum, eo ipſo anno, quo Cartuſiam deſeruit, atque ad Urbanum II Pontificem venit, in Calabriam, obtenta ab hoc ad eremiticam vitam redeundi facultate, ſeſe recipere potuerit? Non magis itaque, quæ Mörkenſius affert, quàm quæ ſuprà è Ruinartio adducta ſunt, Sancti noſtri è Cartuſia diſceſſum, atque ad Urbanum II, à quo accerſitus fuerat, acceſſum ante annum* 1090 *cogunt ſtatuere. Quod cùm ita ſit, ut, quæ mea tandem ſit opinio, apertè edicam,* E *Sanctus noſter abſque ſolida ratione ſtatui non poteſt obiiſſe temporis ſpatio poſt ſuum è Cartuſia egreſſum longiori, quàm pati videatur loquendi formula, quâ, ut jam dictum, à primorum quatuor Cartuſiæ Priorum chronologo* Poſt egreſſum Cartuſiæ undecimo plùs minùs anno *diem extremum clauſiſſe traditur; quare cùm nullum planè, quod Sanctum jam inde ab anno* 1089, *ad Octobrem nondum provecto, unde eum tali tempore obiiſſe, foret conſequens, è Cartuſia ad Pontificem diſceſſiſſe, evincat, argumentum ſat validum occurrat, id illum ante annum* 1090, *ut Mabillonius aliique communiùs ſtatuunt, non feciſſe, in animum induco.*

menſe Martio circitèr ad Pontificem è Cartuſia abiiſſe appare

523 *Verùm quo circitèr anni illius menſe res hæc acciderit? Cùm* Bruno poſt egreſſum è Cartuſia undecimo plùs minùs anno, *primorum quatuor Cartuſiæ Priorum chronologo, à quo ex dictis non recedendum, teſtante, è vivis, quod anno ex dicendis* 1101 *factum, abierit, hicque proinde eventus non valde diu, poſtquam undecimus à Sancti è Cartuſia egreſſu annus eſſet elapſus, ſtatui poſſe videatur, dicti anni menſe Martio circitèr è Cartuſia* Bruno *veroſimiliter diſceſſerit, ſequentique menſe Aprili aut certè Maii initio ad Pontificem Urbanum, qui tunc, ut Ruinartius in hujus Vita ſuprà plùs* F *ſemel jam cit. luculentiſſimè probat, ex Apulia & Calabria Romam erat reverſus, pervenerit. Ita rem factam idcircò præcipuè exiſtimo, tum quòd in hac opinione Sanctus noſter, utpote anno* 1101 *vitâ functus, non ſeriùs, quàm cùm jam quinque aut ſex circitèr menſes poſt undecimum à ſuo è Cartuſia egreſſu annum eſſent elapſi, diem extremum clauſerit, nec quò minùs ejus obitus tanto temporis poſt undecimum illum annum ſpatio ſtatui queat, impedire videatur loquendi formula, quâ* poſt Cartuſiæ egreſſum undecimo plùs minùs anno *obiiſſe, à primorum quatuor Cartuſiæ Priorum chronologo aſſeritur, tum quòd etiam in eadem opinione facili negotio, qui, quæ inter Sancti è Cartuſia diſceſſum, illiuſque diſcipulorum ad hanc reditum geſta traduntur, reipſa etiam geri potuiſſe intelligantur, uti ex iis, quæ § ſequenti ſuppeditaturus ſum, magis elucеſcet. Adhæc cùm Sanctus haud diu è Cartuſia, antequam eum ſequerentur diſcipuli, abiiſſe videatur, opinioni iſti, ut conſideranti patebit, etiam ſuffragatur antiquior noſter biographus, utpote num.* 23 *ſcribens, è Cartuſia illos receſſiſſe* in fine ſexti anni *à ſuo in hanc ingreſſu, qui ex jam ſuprà dictis menſe Junio anni* 1084 *evenit.*

§ XXXI.

§ XXXI. Sanctus Romam ad Urbanum Papam venit, discipulis, ut Cartusiam repetant, suadet, litteras his ad Siguinum abbatem à Pontifice impetrat, archiepiscopatum Rhegiensem recusat, &, ut sibi à curia in eremum iterum secedere liceat, ab Urbano obtinet.

Urbanus Papa, cùm ad eum Bruno venit, Romæ exstitit.

B *Blömenvenna in contexta à se Sancti nostri Vita ita prodit memoriæ:* Beatus Bruno, suscepta benedictione à sancto Hugone, episcopo Gratianopolitano, obedientia cogente, Romam profectus est; de cujus adventu summus Pontifex ineffabili repletus gaudio benignissimè eum suscepit (utpote quem intimè diligebat & venerabatur) atque inter primos & præcipuos sibi peculiares familiaresque consiliarios & fideles amicos semper habuit, utens ejus semper consiliis in arduis Ecclesiæ negotiis. *Ita ille Sancti nostri biographus, sua iterum ad verbum ferè hîc mutuatus è Puteano, qui tamen, quod etiam Surius facit,* Brunonis *ad Urbanum accessum Romæ accidisse, seu Urbanum tunc, cùm ad eum* Bruno *venit, Romæ exstitisse, disertè magis, quàm Blömenvenna, tradit. Ast num verè etiam Urbanus, cùm ad eum Sanctus noster venit, Romæ fuit versatus? In opinione eorum, qui, Sanctum jam inde ab anno* 1089, *ultra Septembrem nondum provecto, ad Urbanum accessisse, statuunt, Romæ verosimillimè, cùm id accidit, Urbanus Papa, utpote quem quatuor ultimis anni illius mensibus vel in Apulia, ubi & mense Septembri Melfitanum concilium celebravit, vel in Calabria exstitisse, adducta à Ruinartio in Pontificis illius Vita probant, versatus haud fuerit. At verò cùm Urbanus, ut idem Ruinartius in ejus Vita pag.* 77 *ostendit, Romam anno* 1090, *quinto Kalendas Aprilis, seu* XXVIII *Martii reversus jam fuerit, ibique ad mediam usque æstatem circitèr substiterit, in opinione sanè, quâ Sanctum non ante anni* 1090 *Aprilem ad Urbanum venisse, suprà statuimus, Romæ hic Pontifex, cùm ad eum Sanctus noster venit, indubiè exstiterit.*

C

Eò illum, uti hic Blömenvenna tradit,

525 *Quod modò ad reliqua, proximè recitatis Blömenvennæ verbis comprehensa, pertinet, veritati esse hæc apprimè consona, indubitatum apparet, ac in primis quidem Sanctum ad consilia ab Urbano, utpote à quo hunc in finem, teste primorum quatuor Cartusiæ Priorum chronologo, evocatus esset, fuisse adhibitum. Ad alia modò hic discutienda sermonem convertamus. Haud diu admodùm, quantùm apparet, ad Pontificem Sanctus noster pervenerat, cùm ad dilectissimum Parentem, Cartusiâ relictâ, pariter venisse ejus discipulos, omnes Sancti nostri biographi unanimi consensu affirmant.* Venerunt autem (*subdit verbis suis proximè huc transcriptis Blömenvenna*) ad eum, Spiritu sancto operante, sui omnes, qui in Cartusia cum eo fuerant, dolentes plurimùm (ipse verò ampliùs) quòd locum prædictum Cartusiæ, quem Dominus sibi elegerat, & in quo locum sibi extruere visus fuerat, reliquissent. In mente etiam veniebant eis, non carnes, cucumeres aut pepones, (sicut murmuratoribus illis in deserto) sed devotæ meditationes, orationes, lectiones, & spirituales consolationes, quas priùs in eremo Carthusiæ habuerant; & ideò, cùm se jam viderent in curia post tam jucundum quietis suæ silentium maximo circumdari tumultu ac strepitu, à lacrymis abstinere non poterant. *Hactenus Blömenvenna, cui iterum Puteanus, è quo sua hausit, uti etiam Surius, ad amussim ferè consonat. Verùm duo hîc jam quæri possunt. Alterum est, an Sanctum verè in Italiam ac Romam secuti sint ejus discipuli; alterum verò, an, si res ita habeat, singulari quodam prodigioso modo divinitus impulsi id fecerint, prout jam mox recitata Blömenvennæ verba innuere videntur.*

AUCTORE C. B.

è Cartusia sunt secuti ejus discipuli.

E

526 *Ut ab eo, quod primum est, ducam initium, Sancti nostri discipulos ad eum, in Calabriæ eremum, Pontificiâ curiâ relictâ, nondum profectum, sese contulisse, concludendum apparet ex charta præsenti § transcribenda, quâ Siguinus, Casæ-Dei abbas, Cartusiam Landuino, ejusque sociis, ad hanc redeuntibus, restituit; in hac enim, ut hi celeberrimam illam eremum, quam, dilectissimo Patre suo ad Pontificem abeunte, deseruerant, unanimi consensu repeterent,* Bruno *Romam jam profectus atque apud Pontificem existens effecisse innuitur his verbis:* Rogatu Patris nostri Papæ Urbani, & precibus prænemorati fratris Brunonis, & eisdem (*hujus nempe discipulis*) fratribus, ut ibidem remanerent, à Priore eorum Brunone plurimùm confortatis, fratri Lauduino, quem magister Bruno discedens (*è Cartusia scilicet ad Pontificem*) ceteris fratribus præposuit, ipsi & ceteris fratribus sub eo degentibus & eorum successoribus donum, quod nobis prædictus Bruno (*ejus videlicet discipulis, uti chartæ hujus initio dicitur, è Cartusia recedentibus*) fecerat, coram congregatione nobis commissa.... Ego ipse frater Siguinus, prædictæ Casæ-Dei abbas... reliqui; *quare cùm Sanctus noster, ut unanimi consensu ad Cartusiam, quam reliquerant, discipuli sui reverterentur, verosimillimè, nî sibi præsentes habuisset, vel nulla omninò ratione vel certè non nisi ægerrimè litteris efficere potuisset, reipsa hi tunc Sancto adfuisse ac proin eum post suum è Cartusia egressum secuti in Italiam videntur. Accedit, tum Cartusianorum traditio, tum antiquior noster biographus, qui, omnes Sancti discipulos ad eum, in curia Pontificia existentem, accessisse, num.* 19 *indicare etiam videtur: ut, id verè factum esse, tum hæc, tum maximè, quibus Siguinus, Casæ-Dei abbas, Cartusiam, ut mox dixi, redeuntibus ad hanc S.* Brunonis *discipulis restituit, litteræ publicæ mihi sanè verosimillimum, ne dicam indubitatum, reddant.*

F

Miraculo interveniente, id, ut appareret, factum non est.

527 *Quod nunc pertinet ad modum, quo factum sit, ut ad Sanctum, in curia Pontificia existentem, omnes ejus discipuli, Cartusiâ relictâ, accesserint, in prodigio illum pariter constituere videtur antiquior noster biographus; Sancti enim discipulos non statim à suo è Cartusia egressu dilectissimum Patrem suum in Italiam esse secutos, sed tunc aliò atque aliò abiisse, indicat, ac deinde, cùm Sanctum, ut è curia Pontificia in eremum iterum secedere sibi fas esset, ab Urbano impe-*

AUCTORE C. B.

impetrâſſe, narravit, ſubjungit: Priùs tamen, quàm de curia recederet, ejus, ut creditur, meritis & precibus divina Miſericordia omnes ejus ſocios & ſubditos revocavit, ita quòd omninò omnes redire Carthuſiam conſenſerunt; *quibus verbis utique, eorum ſimul, quibus antè, Sancti diſcipulos à ſuo è Cartuſia egreſſu varias in partes fuiſſe diſperſos, inſinuavit, ratione habita, prodigium adſtruere videtur divinitus factum, quo hi ad Sanctum, antequam è curia Pontificia diſcederet, confluxerint atque ad Cartuſiam redire conſenſerint. Verùm etſi quidem, ut jam dixi, ad* Brunonem, *in curia Pontificia exiſtentem, acceſſiſſe è Cartuſia ejus diſcipulos, vix non indubitatum putem, prodigio tamen nullo interveniente id factum, haud facilè crediderim, quòd res hæc, ut diſcipulorum Sancti in Italiam ad hunc acceſſus, in Siguini Caſæ-Dei abbatis charta ſæpiùs jam laudata fundata non ſit, nec biographi noſtri horumque etiam vetuſtior, à quibus memoriæ proditur, ſatis antiqui ſint, ut rebus,*

B *quas ſoli de Sancto ejuſque diſcipulis narrant, fidem indubitatam facere queant. Quid Sanctus, cùm ad eum, quos in Cartuſia habuerat, diſcipuli Romam acceſſiſſent, potiſſimùm egerit, modò diſpiciamus.*

Brunone agente, Carthuſiam repetunt,

528 *Curâſſe illum apud Pontificem, ut commodo hoſpitio, in quo ſtatui ſuo congrua exercitia obire poſſent, exciperentur, dubitandum non eſt, etſi interim id nullo prorſus ſcriptoris antiqui teſtimonio firmari queat. Verùm cùm Sanctus dilectam ſibi Cartuſiæ eremum à religioſis ſuis incolis eſſe deſertam, ægerrimè ferret, hiſce, ut ad hanc redirent, ſuadere, identidem fuit conatus; nec fruſtra: cùm enim, utut hoſpitio, ſtatui ſuo congruo, veroſimiliter, ut dictum, excepti, ſolita tamen, quâ in Cartuſia gaviſi fuerant, quiete non gauderent, hincque deſertæ Cartuſienſis eremi cos pœniteret, redituin ad hanc ſuadenti* Brunoni *faciles aures præbuère, munitique litteris, tum Pontificiis, quibus Urbanus Papa Siguino, Caſæ-Dei abbati, ut Carthuſiam redeuntibus ad hanc* S. Brunonis *diſcipulis reſtitueret, præcipiebat, tum aliis, quibus illud ipſum* Bruno *hunc abbatem enixiſſimè rogabat, itineri tandem ad illam, quam reliquerant, eremum revertentes, ſeſe dederunt, ut biographi noſtri unanimi conſenſu tradunt. Illas Urbani litteras, ex ſuprà laudato Annalium Carthuſienſium libri quarti hactenus non vulgati Vallis-Dei exemplari exſcriptas, mecumque à jam ſæpiùs laudato, qui ſeſe nominari nulla ratione vult, Carthuſiano Pariſienſi communicatas, hùc tranſcribo. Hiſce concipiuntur verbis:* Urbanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, cariſſimo filio Siguino abbati Caſæ-Dei, & omni congregationi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eos,

C qui ob Eccleſiæ Romanæ obedientiam laboribus fatigantur, Romanæ quoque Eccleſiæ ope dignum eſt relevari, Quia ergò nos ad Sedis Apoſtolicæ ſervitium Brunonem, cariſſimum filium, evocavimus, ipſo ad nos perveniente, ut ejus cella detrimenti aliquid patiatur, pati non poſſumus, quoniam nec debemus. Veſtram ergò dilectionem rogamus, & rogando præcipimus, ut eamdem cellam in libertate priſtina remittatis, chyrographum quoque, quod vobis de eadem cella prædictus Filius noſter in fratrum dilapſione fecerat, pro noſtra dilectione reſtituite, ut in libertate priſtina valeat permanere. Nunc enim fratres, qui dilapſi fuerant, Deo inſpirante, regreſſi ſunt, nec aliter acquieſcunt in eodem loco perſiſtere. Sanè poſtquam hæ D vobis perlatæ ſunt litteræ, intra triginta dies præfatum chyrographum pro noſtræ juſſionis reverentia reſtituere ne moremini.

quæ eis chartâ hic recitatâ reſtituitur.

529 *Porrò Siguinus, ſtatim atque hæ ac* S. Brunonis *litteræ exhibitæ ei fuerunt, Pontificio mandato, uti omnes iterum Sancti biographi ſcribunt, obtemperans, Carthuſiam Landuino aliiſque* S. Brunonis *diſcipulis, ad hanc redeuntibus, reſtituit. Chartam publicam, ſuprà ſæpiſſimè jam laudatam, quâ id fecit, ſubjungo. Sic habet:* Ego frater Siguinus, abbas Caſæ-Dei, notum fieri volo præſentibus & futuris, quòd frater Bruno à D. Papa Urbano Romam evocatus, videns loci deſtitutionem, fratribus recedentibus propter abſentiam ejus, dedit locum Carthuſiæ nobis & Congregationi nobis commiſſæ. Poſtmodùm verò rogatu Patris noſtri Papæ Urbani, & precibus præmemorati fratris Brunonis, & eiſdem fratribus, ut ibidem remanerent, à Priore eorum Brunone plurimùm confortatis, fratri Lauduino, quem magiſter Bruno diſcedens ceteris fra- E tribus præpoſuit, ipſi & ceteris fratribus ſub eo degentibus, & eorum ſucceſſoribus donum, quod nobis prædictus Bruno fecerat, coram congregatione nobis commiſſa in capitulo noſtro ſub præſentia Gratianopolitani epiſcopi Hugonis Ego ipſe frater Siguinus, prædictæ Caſæ-Dei abbas, cum conſenſu fratrum noſtrorum reliqui, & eis, & ſucceſſoribus eorum locum prædictæ Carthuſiæ pro voluntate eorum omninò liberum feci, & juri eorum omninò tradidi. Sed charta, quam prædictus Bruno nobis fecerat, ideò non eſt reddita, quoniam à fratribus noſtris in capitulo ſub interdicto requiſita non potuit inveniri; & ſi umquam inventa fuerit, eorum ipſa charta ſit juris. Factum eſt anno ab Incarnatione Domini MXC, XV Kal. Octobris. Ego Siguinus abbas ſubſcripſi, & in præſentia archiepiſcopi Hugonis hanc chartam ex integro confirmavi.

Hæc pro ſuſpecta habenda non eſt.

530 *Mörkenſius, è cujus apographo, in chronologico-diplomaticam, quam de* S. Brunone *contexuit, Diatribam illato, atque ad autographum, uti ait, recognito, chartam hanc deſcripſi, Hugonem archiepiſcopum, in cujus præſentia ſeſe jam recitatam chartam ex integro confirmâſſe, Siguinus, Caſæ-Dei abbas, affirmat, meritò ab Hugone, Gratianopolitano epiſcopo, utpote qui archiepiſcopus non fuerit, diſtinctum pronuntiat, aliumque eum non eſſe, quàm Hugonem, anno* 1080 *ex epiſcopo Dienſi Sediſque Apoſtolicæ legato, ſuprà ſæpiſſimè laudato, Lugdunenſem archiepiſcopum creatum, inſinuat. Idem etiam in ſua de Carthuſianorum initiis Diſſertatione num.* 108, *ubi hùc jam tranſcriptam chartam pariter tranſcribit, Columbius obſervat, & rectè quidem; alium enim Hugonem archiepiſcopum, quem Siguino, recitatam chartam confirmanti, adſtitiſſe veroſimile ſit, non novi. Nec eſt, cur mirum accidat, Hugonem alium in charta, alium in chartæ ſubſcriptione commemorari; nihil enim obſtare videtur, quò minùs Siguino, Caſæ-Dei abbati, tunc quidem, cùm Landuino ejuſque ſociis Carthuſiam reſtituit, Hugo, Gratianopolitanus epiſcopus; tunc verò cùm chartam, quâ reſtitutionem hanc fecit, confirmavit, Hugo, Lugdunenſis archiepiſcopus, adfuiſſe credatur. Quod ſi id diſpliceat, vide, num hæc chartæ verba,* Donum, quod nobis prædictus Bruno fecerat, coram congregatione nobis commiſſa in capi- F

tulo

A tulo noſtro ſub præſentia Gratianopolitani epiſcopi Hugonis ego ipſe frater Siguinus . . . . reliqui, *interpunctione poſt verbum* fecerat *omiſſa, poſitaque poſt nomen* Hugonis *legi nequeant, ut ſenſus chartæ ſit,* Brunoni *quidem, dum Cartuſiam Siguino Caſæ-Dei abbati donavit, Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum; Siguino autem, dum hanc Landuino ejuſque ſociis reſtituit, Hugonem, Lugdunenſem archiepiſcopum, præſentem adſtitiſſe. Utrolibet modo res habuerit, ita equidem apparet, non eſſe, cur è duobus Hugonibus diverſis, quorum alter in ipſa charta, alter in hujus ſubſcriptione memoratur, antiquum hocce monumentum pro ſuſpecto habeatur.*

E diſcipulis, qui Romam venerant, aliquot Sanctus apud ſe retinuit.

531 *Ex hoc porrò præter alia non pauca, de quibus jam ſuprà actum, etiam habemus, Landuinum aliosque Sancti diſcipulos Româ, quò* Brunonem *fuerant ſecuti, ab anni* 1090 *decimo quinto Kalendas Octobris, ſeu ſeptima decima Septembris die, quâ dictum monumentum datum notatur, ad Cartuſiam fuiſſe reverſos. Atque* B *hinc jam conſequitur, ut non uno ampliùs anno, quemadmodùm nonnulli abſque vade antiquo contendunt, ſed paucis dumtaxat menſibus apud Pontificem cum* Brunone *ſint commorati. Verùm anne omnes, qui antè Cartuſiam inhabitârant, cum Landuino ad hanc tunc redîêre? Omnes ſanè propemodùm id fecerint, ſi Zanottio, qui, duos dumtaxat, Lanvinum nimirum & Lambertum, apud Sanctum manſiſſe, in conſcripta à ſe* Brunonis *Vita ſeu Hiſtoria pag.* 89 *affirmat, ſit credendum. Verùm, etſi numerum eorum, qui cum Landuino ad Cartuſiam redierint, aliorumque, qui cum* Brunone *manſerint, definire haud poſſim, plures tamen poſteriores hoſce fuiſſe, quàm duos, à Zanottio ex dictis memoratos, palàm eſt ex duobus ſuprà adhuc citatis diplomatibus, quorum alterum à Rogerio, Apuliæ & Siciliæ duce, alterum à Rogerio itidem, hujus patruo, Calabriæ & Siciliæ comite, in* S. Brunonis *ejuſque ſociorum, qui in Calabriam, aliis Sancti diſcipulis ad Cartuſiam jam reverſis, ſeceſſerant, favorem fuit conceſſum. Tam in uno enim, quàm in altero (adi num.* 509) *dicuntur* Bruno *& Lanvinus à Galliarum partibus cum ſociis in Calabriam adveniſſe; ut proinde, Landuino* C *aliiſque nonnullis Cartuſiam repetentibus, plures apud Sanctum, quàm Lanvinus & Lambertus, manſerint. Quomodò enim alioquin (videſis num.* 510) Bruno *ſimulque Lanvinus, ſi, cùm in Calabriam venerunt, unus ipſis Lambertus adfuit, ſocios ſibi è Galliarum partibus habuiſſe adjunctos, dici in duobus præfatis diplomatibus potuêre? Quin itaque Sanctus duos ut minimùm præter Lanvinum ſocios, aliis in Cartuſiam remiſſis, apud ſe retinuerit, dubitandum vix apparet.*

Bruno ad archiepiſcopatum Rhegienſem nec ſecùs

532 *Examinemus modò, quid hiſce Sanctoque deinde ſit factum. Quatuor primorum Cartuſiæ Priorum chronologus in Sancti noſtri elogio (videſis Commentarii hujus num.* 7) *de* Brunone *apud Pontificem Urbanum jam verſante, ſic ſcribit:* Sed cùm tumultus & mores curiæ (*Pontificiæ ſcilicet*) ferre non poſſet, relictâ curiâ, contempto etiam archiepiſcopatu Rhegienſis eccleſiæ, ad quem, ipſo Papa volente, electus fuerat, in Calabriæ eremum ſucceſſit, *ſeu, ut aliàs meliùs ſcribitur,* feceſſit. *Sanctus itaque, qui, uti hîc à ſcriptore fide enimvero digniſſimo docemur, in Calabriam, Pontificiâ curiâ relictâ, ſeceſſit, ad Rhegienſem etiam archiepiſcopa-* AUCTORE C. B. *tum, antequam in regionem illam ſecederet, fuit electus; ut proinde, cùm ſeceſſus is ex dicendis currente adhuc ipſo anno* 1090 *acciderit, certè non ſeriùs, quàm hoc etiam anno ad dignitatem illam fuerit poſtulatus. Verùm annè id etiam non citiùs, quàm eodem anno* 1090 *evenit? Id ſanè nullo ex capite apparet;* Bruno *enim ex jam dictis ante eumdem dictum annum* 1090 *ad Pontificem non venit, nec ullâ ratione veroſimile videtur, fuiſſe eum, cùm nondum ad Urbanum, diſcipulum olim ſuum, veniſſet, à Rhegienſibus in archiepiſcopum electum. Adhæc Ughellus tom.* 9 *Italiæ ſacræ in Archiepiſcopis Rhegienſibus col.* 324 *Sanctum noſtrum ſequenti ornat elogio:* Moritur (*Arnulphus Rhegienſis archiepiſcopus*) anno . . . MXC. Ejus in loco clericorum ſenatus ſanctum Brunonem, Carthuſianorum patriarcham, in archiepiſcopum ſuum delegiſſe fertur; verùm eum illam dignitatem recuſâſſe, ac ſolitudinis amore dignitatem humiliter reſpuiſſe ſcribunt. Tunc Bruno, excuſſo mundanæ gloriæ jugo, eremum apud Scyllacium in Calabriæ finibus petiit, ubi, conſtructo cœnobio S. Stephano ſacro, ac, Rogerio duce, ibidem angelicam vitam traduxit, meritis plenus, ſanctitate non minùs, quàm miraculorum ac doctrinæ famâ clarus obdormivit in Domino anno MCI, ſepultuſque eſt in ſuprà relato cœnobio, ubi hactenus honorificè colitur. B

nec citiùs,

533 *Ita ille, Sanctum noſtrum non tantùm, quod mox iterum laudatus primorum quatuor Cartuſiæ Priorum Chronologus facit, ad archiepiſcopalem Rhegienſis eccleſiæ ſedem electum fuiſſe, affirmans, verùm etiam Arnulphum Rhegienſem archiepiſcopum, poſt cujus obitum id accidit, anno* 1090 *diem extremum clauſiſſe. Id ipſum porrò etiam, ut Mörkenſius in Chronologico-diplomatica ſua de* S. Brunone *Diatriba docet, Severus à Neapoli, Ordinis Cartuſienſis alumnus, in Ms. antiquo Rhegienſium archiepiſcoporum catalogo notatum invenit; ut proindè Arnulphum dicto anno* 1090 *obiiſſe, dubitandum non ſit, maximè cùm nihil occurrat, quod aliam eventui huic epocham præſtituere, utcùmque ſuadeat. Jam verò cùm res ita habeat, atque Arnulphus, ut laudatus Ughellus loco proximè cit. etiam docet, Gregorio VII qui anno* 1085 *obiit, S. Petri Cathedram occupante, aut certè, ſi id, quòd Arnulphi deceſſor anno* 1086 *adhuc in vivis fuiſſe videatur, diſpliceat, Urbano II ad illam nondum evecto, Rhegienſium creatus fuerit archiepiſcopus, conſectarium eſt, ut ſub Urbani Pontificatu ſedes Rhegienſis ante annum* 1090 *non vacârit, ac proin ut etiam ante hunc annum Sancti noſtri ad illam electio, utpote Papa Urbano, quemadmodùm primorum quatuor Cartuſiæ Priorum chronologus verbis proximè recitatis memoriæ prodit, volente, facta, non contigerit. Nec ſeriùs eamdem, ut jam ſuprà probatum, contigiſſe, ſimili ratiocinandi modo facilè etiam probabitur, ſi modò Rangerius ad archiepiſcopatum Rhegienſem ipſo anno, ut veroſimiliùs factum,* 1090 *fuerit electus; cùm enim ille ad annum ut minimùm* 1106 *ſedem illam tenuerit, conſequens erit, ut Sancti noſtri ad eamdem electio poſt annum* 1090, *utpote poſt quem ita, vivente Urbano, ſub cujus Pontificatu hæc ex dictis accidit, ſedes illa non ampliùs vacârit, certiſſimè haud contigerit.* F

AUCTORE C. B. *quàm anno* 1090,

534 *Hinc Ruinartius in Urbani II Papæ Vita jam pluries laudata num.* 81 *meritò sic scribit:* Ad hunc annum (1090 *scilicet*) Brunonis ad Rhegiensem archiepiscopatum electionem, quam vulgati auctores anno MXCV consignare solent, ideò revocamus, quòd hoc solummodò anno sub Urbani Pontificatu sedes illa vacua fuerit, morte scilicet Arnulphi archiepiscopi, cui, recusante dignitatem illam Brunone, substitutus est sub hujus anni finem Rangerius. Hic quippe privilegium Theodori Squillacensis episcopi suprà laudatum (*infrà id recitabimus*) confirmavit die XVII Decembris anno MXC archiepiscopus Rhegiensis electus, ac deinceps ad annum MCVI variis conciliis & publicis instrumentis subscripsisse memoratur sub archiepiscopi titulo, ut videre est apud Ughellum tom. IX Italiæ sacræ. *Sanctum itaque* Brunonem *nec seriùs, nec citiùs, quàm anno* 1090 *ad archiepiscopatum Rhegiensem fuisse electum, certum omnino atque extra omnem controversiam argumentis modò in medium adductis positum videtur; ut proinde biographi nostri recentiores, aliique scriptores, qui, Sanctum nostrum in Placentino concilio, seu hujus, ante annum* 1095 *non celebrati, tempore à Rhegiensibus in archiepiscopum postulatum primùm fuisse, volunt, audiendi non sint. Verùm quo circiter anni* 1090 *mense* S. Brunonem *in Rhegiensem archiepiscopum eligi evenit? Cùm ante Aprilem dicti anni* 1090 *Sanctus ex dictis Romam ad Urbanum Papam appulsus non sit, nec ante suum ad hunc accessum, ut pariter ex dictis apparet, ad Rhegiensem sedem electus postulatusve fuerit, consequens est, ut nec hoc ante dicti anni* 1090 *Aprilem acciderit; ipsone autem hoc mense, an seriùs, definire haud queo, omnibus prorsus, quæ ad id utcúmque sufficiant, argumentis deficientibus. Attamen dispiciamus, an ex iis, quæ discipulorum* S. Brunonis *ad Cartusiam reditum excepêre, nihil omnino, quo Sancti ad Rhegiensem archiepiscopatum electionis tempus propiùs adhuc definiatur, possit elici.*

B

535 Visum est, *inquit de Urbano Papa in hujus Vita num.* 82 *Ruinartius,* circa hujus anni (1090 *nimirum*) medium, cùm ei Romæ vix respirare liceret, provincias, Rogerio (*Apuliæ scilicet, Calabriæ & Siciliæ duci*) & Boamundo (*præcedentis fratri*) subjectas, adire, ut ibi paulò liberiùs rerum ecclesiasticarum curam ageret. Certè eum sub medium mensis Augusti hoc anno in Campania exstitisse, constat ex privilegio sancti Basoli, quod Sinuessæ datum est hoc anno die XVIII Kalendas Septembris, Burchardo ejusdem loci abbati inscriptum. *Ut Urbano Romæ, quemadmodùm hîc ait Ruinartius, respirare tunc vix licuerit, factum indubiè fuerit ex eo, quòd, cùm Henricus imperator, Alpes transgressus, infesto agmine, uti ex Bertholdi Constantiensis presbyteri ad Hermannum Contractum Appendice ad dictum annum* 1090 *intelligitur, in Pontificem ejusque adjutores ferretur, Romani antipapæ Guiberti asseclæ, audaciores inde facti, in Officio contineri vix possent, tutamque Urbano Romæ commorationem nullo modo relinquerent. Verùm, ut ad rem jam veniam, erit fortassis, qui, quòd Urbanus tunc in Campaniam Româ sese receperit itáque tum Rhegienſi civitati propior sit factus, Sanctum nostrum, Pontifice illo, quem in Campaniam secutus fuerat, agente, ad Rhegiensem archiepiscopatum fuisse electum, suspicetur. Et verò, si Urbanus, uti anno* 1089, *ita etiam anno* 1090 *Rhegii fuisset, esset sanè, cur quis non immeritò id suspicaretur. Verùm cùm in Campania Pontifex, postquam Româ esset egressus, reliqua anni illius parte commoratus fuisse videatur, nec minùs efficaciter, cùm Romæ adhuc exsisteret, quàm cùm in Campania jam versaretur,* S. Brunonem *in Rhegiensem archiepiscopum eligendum curare potuerit, feceritne id ille, cùm adhuc Romæ, an cùm jam in Campania ageret, planè est incertum, ac proin etiam an ante, an post mediam anni* 1090 *æstatem, quo tempore, ut jam dictum, Urbanus Româ in Campaniam abiit, Sanctus noster fuerit Rhegiensis electus archiepiscopus. Utut sit, id equidem anno* 1090, *& quidem ut minimùm ad hujus Aprilem jam provecto, factum, indubitatum est ex suprà dictis.*

ad Aprilem provecto, fuit electus,

C

536 *Nec minùs, utpote in irrefragabili primorum quatuor Cartusiæ Priorum chronographi testimonio* (*Adi num.* 532) *fundatum, indubitatum est,* S. Brunonem, *cùm sublimem maximè dignitatem sibi oblatam recusâsset,* in Calabriæ eremum, cui Turris nomen est, *secessisse. Verùm quandonam id Sanctus fecit, aut, ut ab eo, quod prius indubiè fuerit, incipiam, quandonam id faciendi facultatem à Pontifice Urbano obtinuit? Blömenvenna in conscripta à se Sancti nostri Vita ita prodit memoriæ:* Beatus... Bruno, cùm summo Pontifici propter obedientiam annis paucis adhærens non modicum Ecclesiæ profuisset suis consiliis, prudentia & sapientia incomparabili, prout ex ejusdem Papæ Urbani decretis & aliis factis conjici datur, in quibus sanctus Bruno (haud dubium) indefesso labore desudaverat, semper tamen ad dilectæ suæ Rachelis amplexus, ad eremi & solitudinis quietem redire desiderans, curiæ strepitus & tumultus molestissimè semper ferebat, cúmque non posset ultrà flammam tanti desiderii comprimere, antequam præfatus summus Pontifex de Placentia transiret in Galliam, cum multa instantia vix tandem obtinuit licentiam, relictâ curiâ, eremum, quam incoluerat, repetendi, aut aliam, si placeret, eligendi. *Hactenus Blömenvenna, præcipua saltem, quæ hic memorat, è Vita, per Puteanum contexta, mutuatus, nec Surius, qui ex ambobus hisce biographis suam de* S. Brunone *lucubrationem concinnavit, multùm sive ab uno, sive ab altero hîc dissentit; quòd si autem rectè notent, Sanctus à Pontifice secedendi in eremum, curiâ Pontificiâ relictâ, facultatem non priùs obtinuerit, quàm cùm jam hic, celebrato Placentiæ concilio, in Galliam esset abiturus; quod cùm anno* 1095, *uti inter omnes convenit, factum sit, consequens erit, ut Sanctus nec ante hunc annum, nec ante quinquennalem circiter apud Urbanum* (*ad eum enim ex dictis anno* 1090 *venerat*) *commorationem recedendi à curia Pontificia repetendique eremum facultatem impetrârit.*

eaque dignitate recusata, eremum repetendi, non anno 1095.

D

E

F

537 *Verùm, uti Sanctum ante annum* 1095, *contrà ac iidem* Brunonis *biographi scribunt, electum fuisse Rhegiensem archiepiscopum, ita etiam illum ante eumdem annum eremi vitæque solitariæ repetendæ facultatem ab Urbano obtinuisse evincunt infrà huc transcribendæ chartæ Rogerii comitis, Mesmerii, Squillacensis episcopi, aliæque, è quibus Sanctum ante annum* 1095, *imò jam inde ab anno* 1090, *aut certè ab anno* 1091 *in eremo Calabrina, Pontificiâ curiâ relictâ, fuisse versatum, manifestum est, uti quisque ex infrà dicendis facilè intelliget. Et verò laudati biographi, seu potiùs ii, è quibus horum antiquior*

sed 1090, *paucis dumtaxat mensibus*

AUCTORE C. B.

§ XXXII. An Sanctus à Rogerio Calabriæ comite, venationem exercente, in Calabriæ ſpecu, in quo ſe cum ſociis abdiderat, fuerit repertus; quò, relictâ Pontificiâ curiâ, primùm conceſſerit, & cur tunc Cartuſiam non repetierit.

Sanctum à Rogerio comite, necdum eum noſcente, inter venandum.

Sanctum noſtrum, Pontificiâ curiâ ex Urbani Papæ conſenſu relictâ, in Calabriæ eremum, cui Turris nomen, ſeceſſiſſe, ſedem ibidem, caſis humilibus exſtructis, fixiſſe, in ſpeluncis, in quibus cum ſociis morabatur, à Rogerio Calabriæ & Siciliæ comite, qui eum tum nondum cognoverit, venationem exercente, fuiſſe inventum, hacque occaſione factum, ut eremum illam ab hoc principe obtinuerit, memoriæ produnt omnes præcipui, quos ad manum habeo, ſeculo quinto decimo poſteriores S. Brunonis *biographi, videlicet Zacharias Benedictus, Puteanus, Blomenvenna & Surius. Solius Blomenvennæ, quod reliquos ſibi ad amuſſim ferè conſonantes habeat, horumque proinde omnium locum tenere queat, verba huc ſpectantia, reliquis ferè omnibus omiſſis, tranſcribo. Sic habent:* Cum voluntate itaque & benedictione ſummi Pontificis dimiſſus (S. Bruno *nimirum*) Calabriæ deſerta petiit cum aliquot ejuſdem propoſiti viris, quos ferventiſſimis ſuis exhortationibus ad mundi contemptum induxerat. Audierat enim, illic deſerta eſſe loca plurima ad pœnitentiam agendam ſolitariamque vitam ſectandam aptiſſima. Optabat, prout frequenter decreverat, redire Carthuſiam ad fratres ſuos chariſſimos, quos præmiſerat; ſed quia ſummus Pontifex cum ſua curia tranſibat in Galliam, in cujus finibus Carthuſia ſita eſt, metuebat, ne curiam, quam fugiebat, ibi declinare non poſſet. Et ideò ad Calabriæ potiùs deſerta ſe contulit.... Venit itaque Vir ſanctus ad quamdam Calabriæ eremum, cui Turris nomen eſt, in dioceſi Squillacenſi, ibique non cellas pretioſas, quia ſumptus ad eas non ſuppetebat, ſed caſas humiles de vili materia, ſed in Chriſto pretioſa, ædificaverunt.....

contrà ac verbis hic recitatis Blomenvenna tradit.

540 Cùm autem dictam eremum primùm inhabitare cœpiſſent, contigit, Domino hoc operante, ut quodam die comes Calabriæ Rogerius, cum ſuo non parvo comitatu & canum multitudine copioſa in eadem eremo Turris venationi inſiſtens, ad locum, ubi ſervi Dei habitare cœperant, deveniret. Canes autem, olfactu ſuo diverſa ferarum veſtigia inſequentes, ad ſpeluncas ſeu caſas, in quibus ſanctus Bruno cum ſuis habitabat, devenerint. Ubi fixis pedibus, latratibus multis domino ſuo indicabant, magnam ſe inveniſſe prædam. Quo viſo, comes, cum ſuis concito curſu veniens, repperit Patres prædictos in eiſdem ſpeluncis, flexis genibus erectiſque in cœlum vultibus ac manibus ſimul orantes & Deum laudantes. Videns hoc comes, magna admiratione repletus,

A *quior Puteanus id hauſit, Sanctum noſtrum tamdiu apud Urbanum Papam commoratum eſſe, non alio fortè ex capite in litteras misêre, quàm quòd priori quinquennio, quo Calabrinam eremum inhabitavit, ſubinde à Pontifice illo, conſiliis ejus in rebus arduis implexiſque, difficillimis iis temporibus frequenter emergentibus, uti volente, è ſolitudine ſua fuerit evocatus, uti infrà docebo. Utut ſit, Sanctum equidem non quinque annis, ſed totidem dumtaxat, aut fortè etiam paucioribus, menſibus apud Urbanum poſt ſuum è Cartuſia egreſſum manſiſſe, palàm eſt ex eo, quòd ad hunc ex dictis non ante anni* 1090 *Aprilem aut Maium acceſſerit, eoque ipſo anno adhuc currente, in Calabria jam exſtiterit atque ibidem eremum, quam aut eodem anno* 1090, *aut certè non diu pòſt inhabitare cœpit, à Rogerio, Calabriæ & Siciliæ comite, ſibi conceſsâ chartâ publicâ impetrârit, uti infrà dicenda aperient. Nec, Sanctum diutiùs, quàm jam ſtatuerim, apud Urbanum Papam, antequam à ſuo è Cartuſia egreſſu Pontificiâ à curiâ ſecedendi facultatem obtineret, Calabriamque peteret, commoratum eſſe, credidêre, ut apparet, vetuſtiores Cartuſiani.*

B *apud Pontificem commoratus, facultatem obtinuit.*

538 *Etenim primorum quinque Cartuſiæ Priorum Chronologus ſeu antiquior Sancti noſtri biographus, qui ex ſuprà dictis ſeculo* XIII *floruit, de* S. Brunone *primò quidem num.* 16 *& ſeq. ita prodit memoriæ:* Venerabilis Pater, ad ſummum Pontificem veniens, eidem, non longo, ſed brevi tempore aſſiſtens, conſiliis & auxiliis ſalutaribus ejus multa onera ſupportabat, & multùm in regimine ſanctæ Dei Eccleſiæ ejus ſollicitudinem ſua promptitudine ſublevabat. Diu tamen patienter diſſimulare non potuit triſtitiam & dolorem conceptum de ſuorum diſperſione filiorum, & ſtrepitus & tumultus curiæ, impedientes dulcedinem & quietem, quâ frui & paſci in heremo conſueverat, graviter ferens & diutiùs ferre non ſuſtinens, expoſita ſummo Pontifici ſua deſolatione, cum ſumma inſtantia imploravit & impetravit à curia ſeparari & quòd poſſet ad heremum & cellæ jam præguſtatam dulcedinem & deſideratam requiem repedare; *deinde verò num.* 24 *ſequentia, quæ huc etiam faciunt, ſuppeditat:* Bruno igitur, vir ſanctiſſimus & geminâ ſcientiâ præditus, tam divinâ ſcilicet, quàm humanâ,.... heremum Cartuſiæ

C rexit ſex annis, & pòſt, ut prædictum eſt, à Papa vocatus, & non diu pòſt ad heremum Calabriæ, cui Turris nomen eſt, tranſiens, ibi, ſancto conſtructo monaſterio, multorum Dei fervorum anachoretarum rector extitit & miniſter. *Ita ille utrobique, quantùm apparet,* S. Brunonem, *non quinque annis, ſed longè breviori temporis ſpatio, antequam curiæ Pontificiæ relinquendæ facultatem obtineret, atque in Calabriam ſecederet, apud Urbanum Papam fuiſſe commoratum, ſuis, quas adhibet, loquendi formulis indicans. Quare, cùm Cartuſiani antiquiores, qui quidquam de ſancto Ordinis ſui Inſtitutore litteris conſignavêre, ſua ferè omnia è laudato, cujus hîc jam recitata verba ſunt, primorum quinque Cartuſiæ Priorum chronologo hauſerint, veroſimillimè hujus inhærentes veſtigiis Sancto noſtro, non quinquennalem, ſed longè minùs diuturnam apud Urbanum Papam commorationem attribuerint; nec ſanè immeritò, cùm Sanctus ad hunc ante anni* 1090 *Aprilem non venerit, hocque ipſo anno Pontificiam curiam reliquerit, uti ex jam ſuprà dictis ſatis liquet, magiſque ex dicendis pateſcet.*

AUCTORE C. B.

equo, cui insidebat, desiliens, devotè & humiliter ipsos salutavit, deque causa adventûs statuque ipsorum sollicitè interrogavit. A quibus cùm singula per ordinem didicisset, gavisus est valde laudans Deum & glorificans, quòd tali eum dignum judicâsset præda. Sperabat enim religiosus comes, se terramque suam eorum meritis & precibus adjuvari apud Deum atque in pace conservari. Et propterea, ut possent ibidem quietiùs vivere, diutiusque perseverare, dedit eis ecclesiam beatæ Mariæ & beati Stephani de eremo; ubi eos frequenter visitans, de vitæ necessariis providebat, documentaque salutis ab eis libenter audiebat; beatum verò Brunonem, ipsorum omnium pastorem ac patrem, quem præ ceteris arctiùs diligebat, ad se frequenter evocabat. Quem etiam in magna reverentia semper habuit, & tamquam primum in domo sua, ejus consiliis acquiescens, ejus orationibus, quibus plurimùm confidebat, se jugiter commendans.

B

inventum non fuisse, à Rogerii diplomate,

541 *Hactenus Blömenvenna, seu potiùs omnes suprà laudati* S. Brunonis *biographi: nunc singula aut saltem præcipua, quæ verbis recitatis adstruuntur, examinanda, ac in primis quidem, an Sanctus, obtenta à Pontifice eremum repetendi facultate, rectà in Turritanam Calabriæ eremum sese receperit, ibique à Rogerio, Calabriæ & Siciliæ comite, venationem exercente, nondumque, ut recitata Blömenvennæ verba indicant, eum noscente, in specu fuerit repertus. Rogerius, Roberti Guiscardi Rogerii comitis mox dicti fratris filius, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ dux, in diplomate infrà huc transcribendo, quo Calabrinæ eremi donationem,* S. Brunoni *ejusque sociis à comite Rogerio patruo suo factam, anno* 1093 *ex dicendis confirmavit, ita loquitur:* Notum esse volumus fraternitati vestræ de duobus viris, Brunone scilicet & Lanvino, qui, sanctæ religionis studio accensi, cum sociis suis in terram Calabriæ à Galliarum partibus, disponente Deo, venerunt, & meo ductu in terram, quæ prædicta est, locum, qui eorum proposito conveniret, quæsierunt, quem cùm sibi idoneum penes me non invenissent, elegerunt manere inter locum, qui dicitur Arena, & oppidum, quod appellatur, Stilum. Locum autem illum Rogerius, comes Siciliæ, patruus meus.... illis donavit; de comitatu enim

C

ipsius per meam concessionem erat. *Cùm ergò Sanctus noster ejusque socii, uti hîc Rogerius dux declarat, in Calabriam, partim huic, uti infrà docebo, partim comiti Rogerio tunc subditam, venerint, ibique, cùm antè ipsiusmet ducis Rogerii ductu in terris, huic subditis, locum proposito suo aptum quæsivissent, nec invenissent, talem tandem in Rogerii comitis comitatu seu terris huic subjectis elegerint, consectarium est, ut, obtenta à Pontifice curiam relinquendi, eremumque petendi facultate, non rectà, ut Blömenvenna verbis proximè recitatis docet, in Turritanam Calabriæ eremum, Rogerio comiti subjectam, sed in terras, duci Rogerio subditas, locum eremiticæ vitæ aptum ibidem quæsituri, sese contulerint.*

alteroque ipsiusmet Rogerii comitis probatur.

542 *Imò verò, cùm, ut jam dixi, loco in hisce, quem proposito suo idoneum arbitrarentur, non invento, talem in terris, uti diplomatis, à Rogerio duce collati, proximè recitata verba fidem faciunt, Rogerio comiti subjectis, quæsierint, verosimiliter ad hunc antè Sanctus ejusque socii, quò voti sui compotes fieri, locumque abs hoc principe, si quem proposito suo aptum in terris ejus invenirent, impetrare possent, à duce Rogerio fuerint adducti. Quod ut credam, etiam facit, quo Rogerius comes* S. Brunoni *ejusque sociis Calabrinam eremum concessit, diploma. In hoc enim comes sequentem fatur in modum:* Notum

D

esse volumus fraternitati vestræ, per Dei misericordiam à Galliarum partibus ad regionem istam Calabriæ sanctæ Religionis Viros, Brunonem videlicet & Lanvinum cum sociis eorum perveniisse, qui, contempta mundialis gloriæ vanitate, soli Deo elegerant militare. Horum itaque desiderium ego cognoscens, & ipsorum meritis & precibus apud Deum adjuvari desiderans, ab eorum karitate precibus multis obtinui, ut in terra mea locum sibi habilem eligerent, in quo ad serviendum Deo, qualia vellent, habitacula præpararent; *quibus verbis cùm sese comes effeciisse indicet, ut* Bruno *ejusque socii in terra sua, seu in Turritana Calabriæ eremo, uti ex consequentibus intelligitur, locum proposito suo aptum, in quo, qualia vellent, habitacula construerent, elegerint, consectarium est, ut, antequam id facerent, cum comite Rogerio de re egerint, ad eum adeò à duce Rogerio, qui eos ductu suo in quærendo in terris suis loco antea ex dictis juverat, verosimiliter adducti. Atque hinc porrò jam consequitur, ut, electa jam sibi in prædicta eremo sede, habitaculisque qualibuscúmque con-*

E

structis, à Rogerio comite, rei hujus, ut Blömenvenna suprà recitatis verbis aliique laudati biographi indicant, planè inscio, inter venandum inventi non fuerint.

Cum hisce, quod Blömenvenna adstruit, non convenire, fuit jam antè observatum.

543 *Quare, ut Rogerius comes* Brunoni *ejusque sociis loci in ditione sua, qui eremiticæ vitæ aptus foret, optionem fecerit, contigisse puto, non occasione venationis, in qua eos, in specu abditos orationique intentos, repererit, sed duce Rogerio interveniente, è quo cùm de austerissima* Brunonis *ejusque sociorum vita, sanctissimisque moribus nonnulla inaudivisset, viros hujusmodi, utpote quorum precibus ac meritis auxilium sibi à Domino, uti ipsemet proximè recitatis diplomatis sui verbis indicat, adfuturum speraret, in ditione sua sedem figere desiderârit, atque ad sese adductos, ut in ea, quem vellent, locum sibi eligerent, rogârit. Et verò quod de* S. Brunone *ejusque sociis, quos, antè sibi numquam visos penitusque ignotos, inter venandum comes Rogerius in specu Deum intentissimè orantes invenerit, plurimisque idcirco beneficiis auxerit, à laudatis Sancti nostri biographis memoriæ proditur, haud sat aptè, quemadmodùm modò abundè indicavi, cum duobus jam citatis diplomatibus concordare, ante me in Neapoli sacra apud Surianum Annotationum in contextam à Surio Sancti nostri Vitam pag.* 189 *à Cæsare de Engenio jam observatum invenio. Nec observationem hanc à vero alienam pronuntiare ausi sunt Cartusiæ Colonienſis alumnus Mörkenſius in sua chronologico-diplomatica de* S. Brunone *Diatriba & Zanottius in adornata à se Bononienſibusque in Italia Cartusianis inscripta Sancti ejusdem Vita seu Historia; verè tamen Sanctum nostrum ejusque socios à principe Rogerio, venationi operam dante, in specu orantes fuisse inventos, hincque, ut hic in illos plurima beneficia contulerit, factum esse, conantur ostendere, idque viis duabus diversis.*

F

Qualia sint, quæ huc spectantia

544 *Ac prior quidem, Sanctum non à comite Rogerio in Turritana seu Squillacensi Calabriæ eremo, sed à duce Rogerio in quodam ditionis suæ antro seu spelunca cum Lanvino aliisque, quos sibi habe-*

A *habebat adjunctos, ſociis inventum fuiſſe, adſtruit; cùm autem ſeſe huic potiùs opinioni, quàm alteri, quæ Sanctum, non à Rogerio duce, ſed comite, inventum ſtatuit, ob ſuprà recitata conceſſi à Rogerio duce diplomatis verba adhærere edixit, rationem etiam, ob quam, fuiſſe equidem reipſa Sanctum, orationi in ſpecu vacantem, ab alterutro Rogerio, venationem exercente, inventum exiſtimet, lectori reddit, de hiſtoria, quæ id factum prodit, ſequentem ſcribens in modum:* Hæc pro veritate hiſtoriæ, quam ex traditione majorum agnoſco veriſſimam, & agnoverunt compilator Faſciculi temporum, Henricus Kalkarienſis de Ortu & progreſſu Ordinis Cartuſienſis, Puteanus ſcriptor Vitæ, ſcriptoreſque domeſtici omnes. *Ne quis verò contra illam, uti ait, traditionem etiam arguat ex eo, quòd Sancti, in ſpeluncis à Rogerio ſive duce ſive comite, venationem exercente, inventi, mentio non occurrat in utriuſque hujus principis diplomatibus ſuprà citatis, mox verbis proximè huc tranſcriptis ſequentia hæc*

B *ſubjungit:* Nec eſt, cur quis hæſitet, dubitetve de veritate rei ex eo, quòd neque dux, neque comes, ambo Rogerii, iſte in præfato diplomate, hic in ſuis chartis (*plures enim infrà recitandas, quàm jam ſuprà plus ſemel memoratam, in* S. Brunonis *ejuſque ſociorum favorem dedit*) ullam de ea faciant mentionem, qui tamen poſtremus in altera ſua charta longè pòſt data meminit Capuanæ proditionis, ſibi à S. Brunone in viſu nocturno revelatæ; alia enim hujus & alia iſtius eſt conditio. In iſto donat locum, ab hominum cultura deſertum, & poterat legitimè, nulla etiam data ratione, in illo verò Capuanæ proditionis reos capite damnatos tradit S. Brunoni in perpetuam ſervitutem; cujuſmodi mancipationis cauſa ſecundum leges formanda erat.

545 *Hactenus ille, contendens ſcilicet, non fuiſſe,* vel Mörkenſius. *cur, etſi Sanctus verè à Rogerio ſeu duce ſeu comite, venatione animum relaxante, in ſpelunca unà cum ſociis Deum orans inventus eſſet, rei hujus in præmemoratis diplomatibus mentio fieret, falſamque proinde illam ex horum ſilentio argui non poſſe. Verùm ſit ita; fuiſſe equidem Sanctum, uti veroſimilius eſſe autumat, à Rogerio duce inter venandum inventum, nullo omninò poteſt ſcriptoris ſive recentioris ſive antiquioris teſtimonio confirmari; ut proinde à Mörkenſio id omninò gratis videatur confictum, licèt interim contra hanc illius opinionem, uti contra Blomevennæ, aliorumque biographorum noſtrorum, qui Sanctum in Turritana Calabriæ eremo à comite Rogerio, morari in hac illum ignorante, fuiſſe inventum ſtatuunt, opinionem fieri poteſt, nullum omnino ex jam ſæpe laudatis diplomatibus argumentum poſitivum queat formari, nihilque etiam aliunde obſtet, quò minùs à duce Rogerio in quadam ditionis ſuæ ſpelunca inventus fuiſſe credi queat Sanctus noſter, quem, priuſquam Rogerii comitis terras adiret, in terris ducis Rogerii exſtitiſſe, recitata ſuprà ex hujus diplomate verba fidem faciunt. At verò Surianus, qui pro opinione, Sanctum noſtrum à comite Rogerio, cui prorſus adhuc ignotus erat, deſerto in ſpecu fuiſſe repertum, adſtruente, ſeu potiùs pro Surio illam tradente ſtat, in ſuis in hunc Annotationibus pag. 192 contra Cæſarem de Engenio, qui, ut jam dictum, hiſtoriam illam cùm diplomatibus ſuprà citatis haud ſat a piè componi in ſua Neapoli ſacra obſervârat, diploma ſeu privilegium, infrà recitandum, quod*

C *à Meſimerio, Squillacenſi epiſcopo,* Bruno *accepit, in præſidium advocat.*

546 *Ita enim ibidem ſcribit:* Ait præfatus Cæſar, exquiſitam ſe diligentiam in hac veritate (*de* Brunone *ſcilicet à Rogerio comite, cui adhuc penitus ignotus erat, in deſerti ſeu eremi Calabrinæ latebris reperto*) perveſtiganda adhibuiſſe: non negaverim. Sed nihilominùs non vidiſſe diploma vel certè leviter expendiſſe Meſimerii, epiſcopi Squillacenſis, multa perſuadent. Si enim librâſſet illud, quod ibi dicit, S. Brunonem in deſertis Calabriæ locis per tempus ſatis longum degiſſe, priuſquam ad Squillacenſem tranſiret eremum, utique non in fixis tentoriis, ſed in obviis ſpecubus, & hujuſmodi ſubterraneis diverſoriolis habitâſſe conſentiret, *Hactenus ille; aſt* S. Brunonem *in deſertis Calabriæ locis, priuſquam ad Squillacenſem eremum tranſiret, per tempus ſatis longum degiſſe, Meſimerius, Græcus Squillacenſis epiſcopus, contrà ac his verbis vult, in ſuo diplomate, Græcè ſcripto, nuſpiam tradit. In hoc enim, quibus id facere videri queat,* E *de* S. Brunone *ejuſque ſociis ſequentia dumtaxat è verſione Mörkenſii commemorat:* Qui quidem in deſertis locis degentes per tempus ſatis longum illuc tranſmigrârunt ad partes Stili in mea diœceſi; *aut, ſi mavis, è verſione Ughelli tom.* IX *Italiæ Sacræ col.* 425 *iſthæc:* Qui cùm per multos annos in locis ſolitariis vitam tranſegiſſent, huc ad partes Styli in mea diœceſi tranſmigrârunt; *hiſce autem verbis, fueritne Sanctus in Calabriæ deſertis, an in aliis per tempus ſatis longum, antequam in Squillacenſem eremum ſeſe abderet, cum ſociis ſuis commoratus, non edicit. Quid ſi Meſimerius de Cartuſiæ & Siccæ-Fontanæ deſertis, in quibus Sanctus, antequam Calabriam adiret, per longum ſatis tempus ſeu per multos annos fuerat verſatus, dumtaxat loquatur? Id ſanè nullo ex capite vero abſimile, nedum incredibile, apparet.*

547 *Adhæc de aliis etiam, quàm de Cartuſiæ & Sicca-Fontanæ eremis, Meſimerio ſermo* vel denique Zanottius in medium adducit. *ſit, hincne conſequens erit, ut in hiſce Sanctus noſter à comite Rogerio, cùm huic adhuc omnino eſſet ignotus, inter venandum fuerit inventus? Neutiquam ſanè, uti quiſque, quantùm opinor, haud difficulter agnoſcet. Verùm, inquies, ita equidem facilè factum eſſe potuerit, ut, ad quod credendum Mörkenſius ex dictis propendet, Sanctus noſter, non quidem à comite Rogerio, ſed à* F *duce homonymo, cujus is patruus erat, cùm illi adhuc planè eſſet ignotus, in ſpelunca, in quam ſeſe cum ſociis receperat, inter venandum fuerit inventus. Fateor, ſic habet, nec quò minùs ita factum eſſe potuerit, repugnant diplomata ſuprà dicta; verùm anne reipſa ita factum ſit, dubium mihi vel idcircò ſemper erit, quòd res nullo planè probatæ ac certæ fidei monumento queat probari. Ad Zanottium modò veniamus. Hic, ut Sanctum, quod Surius aliique Sancti biographi tradunt, à comite Rogerio, venationi operam dante, in ſpelunca fuiſſe inventum, tueatur, rem hanc non antè, ſed poſtquam Sanctus comiti Rogerio notus eſſet, Turritanamque ſeu Squillacenſem Calabriæ eremum inhabitandam ab eo jam accepiſſet, geſtam eſſe ſtatuit; quod cùm ne in ſpeciem quidem, ut conſideranti patebit, cum diplomatibus ſuprà citatis pugnet, ac proin, quò minùs tunc geſtum credatur, impedire hæc non poſſint, Zanottii non minùs, quàm Mörkenſii opinio credibilis apparet; ſitne tamen reipſa veritati conſo-*

AUCTORE C. B. *vel Surianus,*

AUCTORE C. B.

na, dubium planè est, quòd in nullo antiquo sat certæ fidei seu auctore seu monumento sit fundata, nec certam eam facere possint suprà laudati Sancti nostri biographi, qui præterquam quòd aliis eam, quàm Zanottius, adjunctis vestiant, recentiores omnes sunt, quàm ut sola sua auctoritate rebus, quas de S. Brunone *narrant, fidem certam atque indubitatam facere possint.*

Qui verosimiliùs eremum Calabrinam à Rogerio comite Sanctus obtinuerit,

548 *Quare, omnibus ritè libratis, Sancti è curia Pontificia in Turritanam Calabriæ eremum secessum eo ferè, quem hìc subdo, modo accidisse, verosimillimum puto. Pontificem Româ in Campaniam subjectasque Rogerio duci ejusque fratri Boamundo ditiones mediâ anni* 1090 *æstate abeuntem comitatus est ex suprà dictis* S. Bruno, *ibidemque abs illo curiam relinquendi eremumque repetendi facultatem enixissimè petiit. Hâc tandem obtentâ, mox in Calabriam, ubi deserta loca esse plurima audierat, ad Rogerium ducem, quem fortè alicubi in Campania jam viderat, suumque redeundi ad vitam solitariam desiderium edocuerat, sese contulerit, cúmque, eo consentiente ducenteque, in Calabriæ parte, ei subjecta, locum eremiticæ vitæ aptum quæsivisset, nec invenisset, ad comitem Rogerium*
B *ab eodem principe, qui ad eum fortè alias ob causas properabat, ductus fuerit, impetrataque ab illo, cui à Rogerio duce ob insignem vitæ sanctitatem valdè fuerit commendatus, eligendi sibi in Calabriæ parte, quæ ei parebat, quemcúmque proposito suo idoneum arbitraretur locum, facultate, Turritanam eremum elegerit, hancque sibi, uti mox videbimus, à dicto comite Rogerio donari impetrârit. Res ita ordinata conceptaque nihil sanè habet, quod vel cum diplomatibus suprà laudatis pugnet, vel utcúmque à verisimilitudine abhorreat. Quod cùm ita sit, eo modo, quo jam dixi, Sanctum in Calabriam secessisse, Turritanamque eremum sibi donari impetrâsse, vix non certum indubitatumque puto. Quòd si interim, Sanctum, Deum intentissimè orantem, in sibi jam data hac eremo à comite Rogerio, venationi operam dante, inventum fuisse, cum Zanottio quisquam contendat, aut id ei in Apulia à duce Rogerio obvenisse, cum Mörkensio præfractè adstruat, ei equidem haud magnopere refragabor, cùm hæc equidem ejus opinio, utut minùs verosimilis, cum diplomatibus suprà citatis pugnatura*
C *non sit. Verùm utcúmque tandem hæc omnia habeant, equidem Sanctus noster, cùm è curia Pontificia abiit, in Turritanam Calabriæ eremum, ut jam dictum, secessit. Ac illum quidem, cùm in itinere versus hanc existeret, Barensem S. Nicolai, ac S. Michaëlis in monte Gargano ecclesias invisisse, archangelum hunc bis sibi apparentem habuisse, aliaque nonnulla in contexta à se Sancti Vita cap.* 18 *narrat Zanottius; verùm ea nullo prorsus antiquitatis testimonio vel ipse firmat, vel alibi firmata invenio.*

& cur ad hanc sese receperit,

549 *Modò itaque examinandum hìc restat, cur tunc sese in Calabriam potiùs recipere, quàm ad dilectam sibi Cartusiam redire Sancto visum fuerit?* Optabat (*verba sunt Blömenvennæ suprà adhuc recitata*) redire ad Carthusiam ad fratres suos charissimos, quos præmiserat, sed quia summus Pontifex (*Urbanus II*) cum sua curia transibat in Galliam, in cujus finibus Carthusia sita est, metuebat, ne curiam, quam fugiebat, declinare non posset, & ideò ad Calabriæ potiùs deserta se contulit; ***ita ille: verùm*** Brunonem *non ob rationem, quam his verbis allegat, in Calabriam potiùs secessisse,* D *quàm ad Cartusiam rediisse, sola ratio temporis, quo Urbanus Papa in Galliam transiit, Sanctusque in Calabriam secessit, evincit. Urbanus enim, uti inter omnes convenit, non ante annum* 1095, *quo, postquam Placentiæ in Italia celebrârat concilium, in Galliam, Claro-monte aliud longè celeberrimum, in quo sacrarum adversus infideles pro Terræ Sanctæ recuperatione expeditionum fundamentum jactum fuit, celebraturus concessit;* Bruno *autem, uti ex jam dictis ac porrò dicendis pronum est eruere, in Calabriam è curia Pontificia anno* 1090 *sese recepit. Sanctum ergò in Calabriam potiùs sese contulisse, quàm ad Cartusiam rediisse, reor, quòd Pontifex, difficillimis, quibus vivebat, temporibus futurum præscius, ut subinde, Româ relicta in terras, Rogerio duci, comitique homonymo subjectas, sese recipere cogeretur,* Brunonem, *quem interdum ad sese evocare, atque ad consilia adhibere volebat, in Galliam seu ad Cartusiam, procul ab utriusque Rogerii ditionibus dissitam, abire noluerit.*

non autem ad Cartusiam

550 *Ea mihi sedet sententia, quòd reipsa Sanctum, cùm jam in Turritana eremo versaretur, ab Urbano subinde, sive* ut indictis interesset conciliis, *sive alia quacúmque de causa evocatum fuisse, suadeat, cujus fragmentum Mabillonius lib.* 70 *Annalium Benedictinorum num.* 30 *suppeditat, epistola à Paschale II Papa, proximo Urbani successore, ad Lanvinum, Sancti nostri discipulum, proximumque in eremi Calabrinæ prioratum successorem,* VI *Kal. Decembris anno* 1101 *conscripta. Hæc enim, quam integram, ex Annalium Cartusiensium libri quarti hactenus non vulgati Vallis-Dei exemplari descriptam, suprà plùs semel jam laudatus Cartusianus Parisiensis mecum communicavit, sic habet:* Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Lanvino salutem & Apostolicam benedictionem. Quod magnopere desideravimus, & vehementi desiderio expectavimus, hoc, Domino propitiante, peractum est. Revertente siquidem fratre R.* Albano episcopo, pacem & concordiam eremi reformatam, & te in locum sanctæ memoriæ magistri Brunonis successisse cognovimus. Sit ergò in te ejusdem Viri spiritus, idem sit eremiticæ disciplinæ rigor, eadem morum & gravitatis constantia: quia nos, opitulante Domino, quidquid auctoritatis & potestatis ipsius Magistri probabilis sapientia & religio ab Apostolica Sede promeruit personaliter, hoc tibi, eodem te spiritu concomitante, concedimus. Volumus autem, ut in proxima Quadragesima nos visitare debeas, quatenus cordis secreta os ad os pleniùs proloquamur. Interim verò monemus, ut de refarcienda pace terræ, quam vehementer turbatam audivimus, cum fratribus nostris & religiosis viris, qui circa te sunt, satagas, & alios ad hoc commonere procures. Abbati sancti Juliani, quem reprehensibilem audivimus, præcipe ex nobis, ut nostræ audientiæ se repræsentet; eumque de contemptu litterarum legati nostri vehementer argue. Datum Romæ sexto Calendas Decembris.

E

* Richardo

F

potiùs redierit.

551 *Cùm ergò, uti ex hac Paschalis Papæ epistola liquet, fuerit ab hoc proximo Urbani II in S. Petri Cathedram successore Romam evocatus Lanvinus, proximus Sancti in eremi Turritanæ Prioratum successor, fuisse quoque ipsummet* S. Brunonem, *quem summis laudibus Paschalis hìc effert, ab Urbano II evocatum, dubitandum non apparet. Quod cùm ita sit, summum*

A *mum hunc Pontificem, quò ad ſeſe ſubinde evocare* Brunonem *facilè poſſet, haud procul eum à regionibus, in quibus ſe non rarò commoraturum prævidebat, diſcedere voluiſſe, hincque factum, ut* Bruno *ad Cartuſiam non redierit, ſed in Calabriam ſe receperit, non immeritò conjeceris. Hæc porrò conjectura utcúmque etiam confirmatur tum ex Ordinis Cartuſienſis, uti vocatur, traditione, tum ex eo, quòd, teſte omni exceptione majori quatuor primorum Cartuſiæ Priorum chronologo in hunc tranſcripto num. 7 Sancti noſtri elogio, evocatus hic è Cartuſia ab Urbano II Pontifice fuerit, ut conſiliis ſuis hunc adjuvaret; unde verofimile ſit, Urbanum dum* Brunoni *è curia ſua diſcedendi facultatem conceſſit, conſiliis ejus uti deinceps adhuc voluiſſe, huncque in finem, dum à Calabria non nimiùm abeſſet, ſubinde illum ad ſe evocâſſe. Adhæc, niſi Sanctus, quòd Pontifex eum haud procul à locis, in quibus ipſe verſabatur, commorari dictum in*
B *finem vellet, in Calabriam ſeceſſiſſe adſtruatur, quænam tandem, cur hoc poſt obtentam à Pontifice in eremum ſecedendi facultatem fecerit, nec potiùs ad Cartuſiam redierit, ratio afferetur?*

§ XXXIII. Sanctus Turritana Calabriæ eremo à comite Rogerio donatur, eique deinde à Meſimerio, Squillacenſi epiſcopo, ac pòſt ab Urbano II Papa donatio hæc confirmatur.

Turritanam eremum Sancto donat comes Rogerius.

Sanctus, facta ſibi eo modo, quo § præcedenti expoſui, à Siciliæ & Calabriæ comite Rogerio eligendi in ditionibus, principi huic ſubjectis, locum, quem eremiticæ vitæ ducendæ maximè idoneum arbitraretur, Calabriam mox diligenter perluſtravit, cúmque in hac eremum, cui Turris nomen, inter Stilum & Arenam ſitam intraque diœceſis Scyllacenſis, ſeu,
C *ut alii ſcribunt, Squillacenſis terminos concluſam, quam propoſito ſuo percommodam, utpote montoſam valde, adituque arduam ac difficilem, judicabat, inveniſſet, hunc illi locum comes Rogerius publico confecto inſtrumento ſeu diplomate benigniſſimè eſt largitus, donationemque deinde Meſimerius Scyllacenſis epiſcopus ac Urbanus II Papa confirmârunt. Chartas ſeu inſtrumenta, quibus id fecerunt, lectoris oculis, quòd nec paſſim omnia ad manum ſint, nec paucis, quæ de Sancto jam dicta ſunt ac porrò dicentur, lucem afferant, juverit ſubjeciſſe, obſervatis ad ſingulorum calcem nonnullis, ſive de notis chronicis, quibus muniuntur, ſive de perſonis, quarum nomine notantur, ſive denique de aliis quibuſcúmque, quæ elucidatione commentationeve indiguerint. A Rogerii comitis diplomate tranſcribendo exordior. His verbis ex Mörkenſii recenſione concipitur.* Rogerius Dei gratiâ comes Calabriæ & Siciliæ omnibus fidelibus ſuis & Eccleſiæ Dei filiis tam præſentibus quàm futuris in Domino ſalutem. Notum eſſe volumus fraternitati veſtræ, per Dei miſericordiam à Galliarum partibus ad regionem iſtam Calabriæ ſanctæ Religionis viros, Brunonem videlicet & Lanvinum cum ſociis eorum perveniſſe, qui, contempta mundialis gloriæ vanitate, ſoli Deo elegerant militare. AUCTORE C. B.

553 Horum itaque deſiderium ego cognoſcens, & ipſorum meritis & precibus apud Deum adjuvari deſiderans, ab eorum karitate multis precibus obtinui, ut in terra mea locum ſibi habilem eligerent, in quo ad ſerviendum Deo, qualia vellent, habitacula præpararent. Elegerunt ſi quidem in terra mea quendam ſolitudinis locum ſitum inter locum, qui dicitur Arena, & oppidum, quod appellatur Stilum. Hunc ego locum ad honorem Dei Omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, & ad honorem beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis genitricis Chriſti Dei & Domini noſtri omniumque Sanctorum donavi eis, eorumque ſucceſſoribus ibidem Deo ſervituris cum tota ſilva & terra & aqua & monte in ſpatium unius leugæ * in omni parte adjacenti, concedens & conſtituens, quatenus locum iſtum liberè & quietè cum hac adjacentia
E ſua in perpetuum poſſideant; nec ex hoc mihi vel alicui perſonæ angariam vel ſervitium faciant. Conteſtor autem & contradico ex parte Dei Omnipotentis & ſanctæ Mariæ perpetuæ Virginis & omnium Sanctorum & mea; ne ſit aliquis meorum aut extraneorum, Stratigotus * videlicet aut vice-comes, ruſticus aut miles, ſervus ſive liber, qui in loco iſto paſcuæ, vel agriculturæ ſeu etiam piſcationis aut lignorum occaſione, aut ex quacúmque cauſa ſervis Dei moleſtiam aut injuriam faciat; ſed in eorum poteſtate ſit, prædictum locum cum tota adjacentia ſua ſecundum voluntatem ſuam poſſidere, diſponere, ordinare & erogare. Quòd ſi quis deinceps contra hujus paginæ conſtitutionem venire præſumpſerit, imprimis niſi dignè ſatisfecerit, iram Dei & maledictionem incurrat, & conatu tali ad nihilum redacto, pro præſumptione tanta centum librarum auri pœnam in curia noſtra ſuſtineat. *Charta publica.* **al.* leuc **al.* Strategus

554 Igitur ut conſtitutio hæc inviolabilis & omninò firma permaneat, concedente uxore mea Adelai comitiſſa & filio meo Gofrido in præſentia bonorum hominum donationem iſtam feci & ſigillo meo ſigillari præcepi. Ego Gofridus, Melitenſis eccleſiæ epiſcopus, licèt indi-
F gnus, kartam hanc manu mea ſcripſi rogatu comitis Rogerii, laudans & confirmans conſtitutionem hanc, anathemate verò & excommunicatione dampnans eum, quicúmque hanc infringere præſumpſerit, niſi tamen reſipiſcens ſatisfecerit. Facta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo. Inſuper donavi Mule cum filiis ſuis ad cuſtodiendam ſilvam. Teſtes autem affuerunt hi Stephanus presbyter, Giraldus præsbyter, Petrus de Moritono *, Ricardus Maletus, Ragnulfus eleëmoſinarius, Nicolaus notarius & alii plures. *Mörkenſius, è cujus recenſione, ut jam monui, hanc chartam hîc exhibeo, integrè recitatæ ſubjungit:* Nota, hanc chartam donationis eremûs Calabrinæ &c ab Italia ex autographo deſumptam accepi. Eſt quoque in Annotatis (*pag. nempe 199 & tribus ſeqq.*) ad Vitam S. Brunonis Suriani noſtri. Ex hac manifeſtè conſtat, S. P. N. Brunonem cum Lanvino & aliquot ſociis jam anno MXC ex Galliæ partibus in Calabriam veniſſe, atque à Rogerio comite fuiſſe rogatum, ut in ea terra ſua remaneret, eligeretque eremum propoſito ſuo accommodam. *Ita ille, & rectè ſanè, quantùm mihi apparet: ſunt tamen, qui recitatam donationis* *al. Moritonio *quâ id fecit.*

AUCTORE C. B.

tionis à Rogerio factæ chartam ante annum 1091 *datam non fuisse, contendunt, quòd mense Januario aut Februario scriptam hanc esse velint, hique duo menses, spectata, quam Rogerius comes secutus sit, annos Domini, non ab ejus Nativitate, sed ab Incarnatione consequendo nos tribus mensibus, computandi ratione, non in annum* 1090, *cujus mensibus Januario & Februario Sanctus verosimillimè, ne dicam indubiè, in Cartusia adhuc versabatur, sed in annum* 1091 *incidisse debeant.*

Hanc cum altera perperam confundit Mabillonius.

555 *Verùm Rogerium annos Domini, non ab ejus Incarnatione, sed à Nativitate computare solitum fuisse, varia ejus apud Rocchum Pirrum, Ughellum aliosque exstantia diplomata fidem faciunt, uti quisque, qui hæc consulere voluerit, facilè deprehendet. Porrò Mabillonius lib.* 68 *Annalium, num.* 32 *recitatam modò donationis chartam cum charta, infrà à nobis etiam recitanda, quâ postèà Rogerius comes Turritanæ eremo, quam* Brunoni *ejusque sociis jam antè donârat, terminos circumscripsit seu assignavit, confundit hancque præterea Rogerio duci perperam attribuit;*

B *quod utramque non possum non mirari, cùm hæc ipsa charta, quam ex parte eo ipso loco transcribit, quamque, ut monui, Rogerio duci attribuit, in capite, non Rogerii ducis, sed Rogerii comitis nomen apud eum præferat, sequentiaque in contextu verba contineat:* Hunc ergò locum, situm *scilicet* inter locum, qui dicitur Arena, & oppidum, quod appellatur, Stilum, *seu Turritanam eremum* & omnia undique in circuitu adjacentia in spatium unius leucæ Deo & B. Mariæ, ac ipsis eorumque successoribus in proprietate, sicut nostra fuerunt, sub omni immunitate atque libertate donavimus... Rogavimus insuper venerabilem virum, Melitensem episcopum Gofredum super hac donatione nostra confirmationis chartam conscribere, quam & sigillavimus.... hanc autem donationem nostram tam domnus Apostolicus noster Urbanus, quàm Squillatinus episcopus Theodorus, in cujus episcopatu ipse locus situs est, laudaverunt, privilegiis confirmaverunt atque terribili anathemate munierunt; *quibus cùm dicatur Urbanus Papa Turritanæ Calabriæ eremi donationem,* S. Brunoni *à comite Rogerio factam, confirmâsse, chartaque, quâ id fecit, anno* 1092, *uti ipsemet Mabillonius loco cit. fatetur, data fuerit, non video, quî meritò hic scriptor chartam, quam ex parte recitat, quamque anno* 1093 *signatam exhibet, pro charta, quâ Rogerius dictam eremum* S. Brunoni *ejusque sociis primùm donavit, accipere potuerit.*

C

Ducis & comitis Rogerii prosapia,

556 *Attamen, cùm Mabillonius suprà recitatam, quâ Rogerius Calabriæ & Siciliæ comes Turritanam eremum Sancto nostro verè donavit, chartam ad manum non habuisse videatur, hinc fortè in hunc errorem inciderit; verùm nihil hujusmodi utcúmque excusat errorem alium, quo, ut jam monui, quam ex parte transcribit, chartam, à Rogerio comite profectam, Rogerio duci, cujus is patruus erat, attribuit; hunc enim ab illo esse diversum, quicúmque Historiam Siculam vel à limine salutavit, habet perspectum, nec ipsemet ignoravit Mabillonius, ut proinde id hîc probare, supervacaneum foret. Attamen ut & quisque inter utrumque Rogerium distinguere, & de chartarum huc transcribendarum, quas tam Rogerius dux, quam comes, in* S. Brunonis *ejusque sociorum favorem dedit, ingenuitate ferre queat judicium, lubet huc nonnulla, quæ ad ambos illos principes eorumque stirpem Normannicam ac progeniem potissimùm spectant, in medium proferre. Tancredus ab Alta-villa, ut Gaufredus Malaterra, auctor synchronus, Historiæ Siculæ à se contextæ lib.* 1 *refert, prope Constantiam in Normannia, Galliæ provincia, nobili loco natus, seculo undecimo floruit, éque duabus uxoribus diversis filios genuit duodecim, è priori quidem, cujus nomen excidit, Guilielmum, cognomine* Ferrea-brachia, *Drogonem, Humfredum, Gaufredum & Serlonem; è posteriori verò, quæ* Fransendis *cognominata fuit, Robertum, postèà* Guiscardum *appellatum, Malgerium, Guilelmum, Alveredum, Humbertum, Tancredum ac tandem Rogerium, qui omnes, duobus exceptis, qui in patrio solo hæreditatis paternæ carpendæ causâ manserunt, Italiam petierunt, factisque bellicis in Apulia potissimùm & Campania clari, regiones hasce vicinasque alias, Græcis Saracenisque, earumdem dominis, expulsis, paulatim sibi subjecerunt. Præcipuè tamen eos inter enituêre Robertus,* Guiscardus *cognominatus, & qui omnium junior erat, Rogerius, in* S. Brunonem *beneficiis, nec minùs singulari in personas alias locaque sacra liberalitate, quàm armis magnum sibi nomen apud seram etiam posteritatem adeptus.*

D

E

uxorum, liberorum & ditionum notitia.

557 *Ac Robertus quidem Apuliæ ducatum unà cum Calabriæ parte aliisque aliquot ditionibus vicinis tenuit, annoque* 1085 *vitam cum morte commutavit, tres quatuorve post se filios relinquens, quorum secundò genitus Rogerius in ducatum Apuliæ ac potiorem hæreditatis paternæ partem successit, uxoremque habuit Adelam, Roberti Frisii comitis Flandriæ filiam; Rogerius verò, qui, quamvis Calabriæ partem dumtaxat teneret, supremumque totius regionis hujus dominium penes Guiscardum ac deinde penes filium ejus Rogerium exstitisse videatur, Calabriæ non minùs, quàm Siciliæ comes audiit, tres uxores diversas, si harum tamen prima, quæ ab Orderico Vitali Normannorum Historiæ lib.* 3, *pag.* 484, Judith, *à Gaufredo autem Malaterra Historiæ Siculæ lib.* 2, *cap.* 29 Delicia *vocatur, uxoris legitimæ nomine venire queat, matrimonio sibi junctas habuit. Prima nullos ipsi, uti laudatus Ordericus Vitalis loco cit. docet, liberos peperit; secunda, apud Malaterram lib.* 4, *cap.* 14 Elemburga, *apud Cangium in Stemmate Siculo, Annotationibus in Annam Comnenam inserto,* Eremburgis *appellata, filium Gaufredum, seu, ut ab aliis scribitur, Goffredum, filiasque aliquot genuit; tertia nomine Adelaïs, seu, ut alii signant, Adelasia, quæ Bonifacii, marchionis Montis-ferratensis, filia erat, anno* 1089 *matrimonio ei fuit collocata, ex eaque procreavit duos filios, quorum alter, nomine* Simon, *infans obiit, alter, ut pater,* Rogerius *appellatus, Siciliæ rex postèà factus est. Atque hæc, ut, quæ in diversa comitis Rogerii diplomata, unumque Rogerii ducis, in* S. Brunonis *ejusque sociorum favorem concessa, annotanda erunt, intelligantur, partim ex Gaufredo Malaterra, partim ex Orderico Vitale præmittenda hîc duxi. Ac primò quidem ex his jam liquet, nihil contra proximè huc transcripti, quo Rogerius comes Turritanam seu Squillacensem Calabriæ eremum* S. Brunoni *anno* 1090 *concessit, diplomatis sinceritatem posse opponi ex eo, quòd, comitis uxore Adelai filioque Gofrido concedente, datum dicatur. Nec est, cur monumentum illud suspectum fiat ex eo, quòd in Calabria datum fuerit, comesque Rogerius anno* 1090 *exeunte, quo datum fuit, in Calabria exstitisse non sciatur; etsi enim, principem illum ibi tunc fuisse, Malaterra*

F

A *ra aliique, qui res ab eo gestas litteris mandârunt, expressè non edicant, nihil tamen etiam, unde contrarium certò consequatur, memoriæ produnt.*

Factam Sancto à Rogerio donationem confirmat Squillacensis episcopus. Instrumentum,

558 *Venio modò ad chartam, quâ Theodorus Mesimerius, Squillacensis episcopus, in cujus diœcesi Turritana eremus, ut jam monui, sita erat, factam hujus* S. Brunoni *à comite Rogerio donationem approbavit. Instrumenti hujus, quod Græcè à Mesimerio, utpote in Calabria, instrumenta publica Normannicæ etiam dominationis initio Græcè exarare solitâ, ecclesiæ Græcæ episcopo, primitus datum fuit, ecgraphum, ex ipso Græco autographo desumptum atque ex Italia sibi submissum, Mörkensius, ut in suis ad illud Annotationibus ait, præ manibus habuit, idque Latinè à se redditum ad Chronologico-diplomaticæ, quam de* S. Brunone *adornavit, Diatribæ calcem adjecit. Operam dedi, ut & Græcum monumenti illius apographum, lectori hîc exhibendum, nanciscipossem; verùm cùm frustra laborârim, alienaque interpretatione, scilicet vel Suriani in Annotationibus in scriptam à Surio Sancti Vitam pag.* 207 *& seq., vel Ughelli tom.* IX *Italiæ sacræ in* B *episcopis Squillacensibus, vel denique Mörkensii, cogar esse contentus, instrumentum illud, prout à posteriori hoc scriptore in linguam Latinam est conversum, hùc transcribo. Sic itaque ex ejus recensione habet:* Theodorus Mesimerius Dei misericordiâ episcopus Castrorum, Scyllacei, Stili & Tabernæ, ac protosyncellus, petitioni clarissimi comitis, domini nostri Rogerii, qui me rogare dignatus est pro honoratissimis monachis & eremitis, domnis scilicet Brunone & Lanvino, non quidem summa & tyrannica authoritate mecum agens; sed, ut dixi, me rogare dignatus pro suprascriptis monachis, locum à Deo servatum, qui Turris dicitur, incolentibus in veneranda admodùm ecclesia glorioſissimæ Dominæ nostræ, Dei genitricis ac Sancti Joannis Baptistæ præcursoris, qui quidem in desertis locis degentes per tempus satis longum illuc transmigrârunt ad partes Stili in mea diœcesi.

quo id fecit, 559 Et sicut dominus noster comes vobis donavit montem, campos & molendina circa ecclesiam usque ad duo milliaria, ipsa in perpetuum possideatis, vos monachi superiùs laudati, & socii & successores vestri, qui hunc locum inhabitabunt usque ad seculorum finem citra alicujus prohibitionem aut molestiam; tributum verò aut decimam, vel quamlibet vexationem C vobis cæterisque sociis, & successoribus, nullus nec ego ipse vel alii, qui post me in episcopos eligentur, inferant; si quis autem ausus fuerit hoc nostrum sigillum (*id est, diploma*) contemnere, habeat anathema à Patre & Filio & Spiritu sancto, & à trecentis decem & octo (*concilii scilicet Nicæni* I) Deiferis Patribus. Istud sigillum firmum & inviolabile ad sæculorum finem permaneat. Etenim ego hoc præsens sigillum bullatum pro supradictis monachis feci, & bullans meâ bullâ plumbeâ signavi ✠ Mensis Decembris septimâ, Indictione decima quinta anni millesimi nonagesimi. Ego Raingerius Dei clementiâ electus archiepiscopus sanctæ metropolitanæ ecclesiæ Rhegii præsens confirmavi, prout omnino scriptum habetur, & apud ipsos Dei servos, quorum suprà mentio facta est, Brunonem, Lanvinum & ceteros socios; sed & apud eos, qui successuri sunt, ratum fixumque permaneat, & usque ad sæculorum finem validitatem obtineat. *Græca Mesimerii chartæ, hîc ex recensione Mörkensii jam datæ, adscripta exstat, quemadmodùm hic scriptor & Surianus pag.* 209 *testantur, & altera Latina, seu potiùs paulò liberior dictæ chartæ Græcæ ab ipsomet, ut apparet, Mesimerio facta interpretatio. Ut de approbata per Mesimerium, quam Rogerius comes* S. Brunoni *fecit, donatione suum ferre queat studiosus lector judicium, lubet & Latinam illam chartam huc transcribere.* AUCTORE C. B.

addita etiam interpretatione Latina, fecit.

560 *His verbis concipitur:* Ego Theodorus Mesimerius, Dei gratiâ episcopus de Squillatio, & de Stilo & de Taberna, & protosynquillos, dono gratis, non coactus, sed comitis Rogerii precibus & consilio plurimorum procerum suorum adquiescens, terram de Turribus, scilicet duo milliaria circa ecclesiam, in monte constitutam, ex omni parte domno Brunoni & Lanvino sociisque, eorumque successoribus, illum montem inhabitantibus, eo modo & tenore, ut in vita liberè habeant & possideant, & post eorum decessum successores eorum similiter liberè possideant montem atque terram cum bosco infra fines supradictorum duorum milliarium ab omni parte E circa ecclesiam in suprà dicto monte constitutam, non episcopo Squillatii nec comiti, neque cuilibet personæ aliquod servitium persolventes, & si ordinationem aliquam facere voluerint, aut consecrationem, prout libuerit, agant. His autem quicúmque contraire voluerit, cum Juda proditore pereat, nisi ad satisfactionem & emendationem fratribus ecclesiæ venerit. Ego Raingerius Rhegii electus hanc cartulam confirmo & laudo. *En modò etiam, quid præcipuè præter id, quod jam dixi, ad instrumenti hujus à se transcripti calcem Mörkensius observet.* Πρωτοσυγκελλὸς Mesimerius (*in facta scilicet ex dictis ab ipso Mesimerio, quæ Græca hujus chartæ exstat adscripta, interpretatione*) Latinè scripsit PROTOSYNQUILLOS, ego, imitatus quosdam Latinos, scripsi protosyncellus, alius fortè vertet primus sacellanus, sed nihil ad rem, legat quisque, ut volet. Originale appensum habet ex cannabe alba parvam plumbeam bullam, in cujus una parte est Sanctus quidam, brachiis & palmis expansis. Arbitror, esse sanctum Agacium martyrem, Scyllacensium patronum, in altera verò parte sunt characteres Græci minutissimi vix legibiles. F

difficultate chronica laborat. Id tamen idcircò,

561 *Ita ille. Et rectè quidem vocabulum Græcum* Πρωτοσυγκελλὸς *Latinè vertit* Protosyncellus; *verùm anne idem vocabulum Græcum rectè etiam quis verterit* Primus sacellanus? *Protosyncellus seu* Πρωτοσυγκελλὸς *idem significat, quod syncellorum primus; qualis autem significatio vocabulo* syncellus *competat, pro certo nequeo edicere. Adi Cangium in Glossario mediæ & infimæ Latinitatis ad Vocabula* Protosyncellus & Syncellus. *Ad ea, quæ chronicæ, quibus Græca Mesimerii charta munitur, notæ observanda dilucidandaque offerunt, accedo. Annus, quo instrumentum illud datum notatur, cum Indictione non convenit. Quid ergò de eo hìc statuemus? Spuriumne idcircò aut suppositititium pronuntiabimus? Chartas, quòd difficultates chronologicas complectantur, haud facilè rejiciendas esse, apud Cangium in Glossario mediæ & infimæ Latinitatis ad vocabulum* Annus *solidè probatur. Verba omnia, utut prolixiora, quibus id fit, juverit huc transcripsisse, ne quis recitatam Mesimerii chartam, maximè si dicta,*

AUCTORE C. B.

quâ laborat, chronologica difficultas utcúmque tolli queat, facilè repudiet, aut etiam ſuſpectam dumtaxat habeat. Sic habent: Inveniuntur nihilominùs quædam Pontificum diplomata, inquit idem auctor (*Mabillonius de Re diplomatica lib.* 2, c. 25, n. 9) quorum calculus recentiorem noſtrum prævertit. Ejus generis duo Calliſti II. nobis ſuppeditat eruditus Chiffletius in Hiſt. Trenorchienſi. Primum eſt "Datum Albæ „per manum Griſogoni S. R. E. diaconi Card. „ac bibliothecarii XV Kal. Junii Ind. XIV Inc. „Dominicæ an. MCXXII. Pontificatûs Domini „Callixti Papæ anno III.„ Alterum habet eaſdem notas.

cum ſimili de cauſa inſtrumenta facilè rejicienda non ſint,

562 Atquî indictio XIV convenit, non anno MCXXII ſecundum calculum noſtrum, ſed anno præcedenti. Unde idem Chiffletius in lemmate prioris privilegii notat, datum eſſe privilegium an. MCXXII, à die XXV Martii deducto, ſcilicet quatenus Incarnatio novem menſibus præcedit: ſed anno Dionyſiano MCXXI, ut oſtendit Indictio XIV. Alia ejus generis Pontificia diplomata videntur. Verùm quædam reperiuntur, quorum calculus uno anno Dionyſianum præcedit, non ſolùm menſibus novem; quæ proinde non poſſunt ad calculum Piſanum, ... *qui ab Incarnatione Dominica, prout hæc novem menſibus Nativitatem præceſſit, ducit initium, itáque totidem menſibus calculum communem prævertit,* accommodari. Exſtat hujuſmodi autographum non dubium in archivo Dionyſiano datum "XII Kal. „April. Ind. X. Incarnationis Dominicæ anno M„CIII Pontificatûs autem domni Paſchalis ſecun„di Papæ III.„ Quæ Indictio, ſicuti annus Paſchalis tertius anno MCII conveniunt in Martio; nec ſequenti anno convenire poſſunt, etiamſi calculus Piſanus admittatur; niſi integro anno dicatur hoc Diploma Dionyſianum præceſſiſſe. Occurrit & aliud apud Puricellum pag. DXII ejuſdem Paſchalis planè conſimile. "Datum Laterani per „manum Johannis S. R. E. diaconi Cardinalis, „XVI Kal. Martii, indict. X. Incarnationis Do„minicæ anno MCIII; Pontificatûs autem Do„mini Paſchalis ſecundi Papæ III. „ Hic idem cancellarius, eædem chronologicæ notæ, quæ eruditis diſcutiendæ proponuntur, aliæque ſimiles haud rarò occurrentes. Hæc ferè ad verbum ex Mabillonio, fuſiùs quidem, ſed haud inutiliter ad oſtendendum non facilè rejiciendas eſſe chartas, in quibus chronologicæ difficultates occurrunt, cùm & in iis animadvertantur diplomatibus, quæ nullo modo poſſunt in dubium revocari.

Indictioque, in qua error cubare non videtur,

563 *Hactenus ibidem, & rectè quidem, ut jam monui. Verùm quî modò chronologicam, quæ in Meſimerii charta occurrit, difficultatem tollemus? Dicemuſne, vel in anno vel in Indictione errorem cubare, à librariorum oſcitantia profectum, qui quis annus quæve indictio per litteras Græcas, Rogerii chartæ ſubſcriptas, deſignetur, haud ſat accuratè notârint? Verùm characteres chronici, quibus hujus inſtrumenti non tantùm autographum, verùm etiam, quod Mörkenſio præluxit, apographum ſeu ecgraphum munitum fuit, non compendio per litteras, numerorum locum tenentes, ſed integris, uti notulâ in margine adjectâ ipſemet hic ſcriptor docet, vocibus erant expreſſi hunc in modum:* Μηνὶ Δεκεμβρίῳ εἰς τὰς ἑπτα, ἰνδικτιόνος δεκατῆς πεμπτῆς τοῦ ἐννεακοσοῦ χιλιοστοῦ ἔτους, *id eſt,* Menſis Decembris ſeptima, Indictione decima quinta anni milleſimi nonageſimi, *uti rectè interpretatur Mörkenſius. Etſi enim ſubſtantivum non adſit, cum quo feminini generis articulus τὰς conveniat, ſubintelligitur tamen ſubſtantivum accuſativi pluralis numeri ἡμέρας cum participio προβεβηκότι, quod ad ſubſtantivum μηνὶ refertur, ita ut ſenſus ſit* μηνὶ Δεκεμβρίῳ εἰς τὰς ἑπτα ἡμέρας προβεβηκότι, *id eſt,* menſe Decembri ad ſeptem dies jam provecto. *Sic in appendice ad Bernardi Montfauconi Paleographiam pag.* 512 *ſequens codicis Octateuchi, in collegio univerſitatis Oxonienſis aſſervati, Græca inſcriptio ſeu potiùs clauſula,* Τέλος εἴληφεν ἡ Ὀκτάτευχος βίβλος Νοεμβρίῳ εἰς τὰς κ', *Latinè redditur,* finem accepit Octateuchus Novembris vigeſima. *Ex iis quidem, quæ Surianus in ſuis ad contextam à Surio Sancti Vitam Annotationibus ſuppeditat, in apographo, quod ſcriptori huic præluxit, exaratum fuiſſe videtur* εἰς τὰς, *non autem* εἰς τὰς ἑπτα; *verùm id vel in deſcribentis errorem, vel in dialectum, quam fortè Meſimerius fuerit ſecutus, eſt refundendum. Utut ſit, error equidem, qui à librariis commiſſus ſit, in characteribus chronicis, quibus Meſimerii charta ſeu potiùs hujus apographum, ex Mörkenſii recenſione huc jam tranſcriptum, ſignatur, cubare non videtur. Verùm quî tandem ergò chronologica, quam characteres illi offerunt, difficultas è medio tolletur.*

cum anno, quo pariter ſignatur, queat eo,

564 *Mörkenſius, ad Chronologico-diplomatica ſuæ calcem nonnulla pro chronicis, quibus varia, quæ protulit, diplomata ſeu inſtrumenta publica muniuntur, characteribus in concordiam revocandis lectori proponens, de Meſimerio ait, eum* more Siculo nos conſequi anno uno, atque ideò datam illius producendam eſſe uſque ad ſubſequentem annum noſtrum; *quod ſi verum ſit, Squillacenſis illius antiſtitis charta ſuprà recitata, quæ anno* 1090 *data notatur, anno proximè ſequenti data fuerit, ſicque Indictio* XV, *quâ ſignatur, cum anno, quo verè data fuit, apprimè congruet omniſque chronologica difficultas, quâ inſtrumentum illud laborat, evaneſcet. Verùm, cùm hæc annos Chriſti computandi ratio in uſu apud Siculos paſſim fuiſſe non noſcatur, certumne etiam ſit, numquam cuiquam uſurpatam fuiſſe, diſpiciendum. Rocchus Pirrus in eccleſiæ Panormitanæ Notitia prima ad annum* 1144, *annum Chriſti natalem cum anno ab orbe condito* 5508 *à Græcis communiter componi, hancque computandi rationem ab iis in Siciliam manâſſe, præfatus, ſic ſcribit:* Fridericus Sylburgius Faſtos Siculos exhibet, è Chronico erutos, quod in vetuſta Siciliæ bibliotheca inventum eſt ab Hieronymo Surita, ac deinde ab Antonio Auguſtino in Italiam, pòſt in Hiſpaniam tranſlatum eſt; in eo verò annum Chriſti natalem ſtatui refert ſub coſſ. Lentulo & Piſone, & anno ab orbe condito 5507. Neque varietas hæc lectorem commovere debet, ſi nimirum advertat, plures ſcriptores uno aut altero anno communem Chriſti æram antevertiſſe. Sentio igitur in Sicilia noſtra juxta hanc computandi methodum in diplomatibus explicandum eſſe annorum ab orbe condito numerum, ut ſcilicet rejicias annos 5508, & qui numerus erit reſiduus, is Chriſti annum in hac communi & vulgari æra, quâ nunc utimur, ſignabit; putavit enim Sicilia, Chriſtum eſſe natum poſt annum ab orbe condito 5508, & primum Chriſti annum incidere in annum 5509.

qui hîc explanatur. modo componi,

565 *Hactenus ille. Quid ſi ergò, ut alii, de quibus hîc Roschus Pirrus, Communem Græcorum Chriſti æram, qui eſt annus ab orbe condito* 5508, *uno*

A *ano alterove anno anteverterunt, ita Meſimerius anno uno ſubſecutus ſit, Chriſtumque, non anno ab orbe condito* 5508, *ſed* 5509 *natum exiſtimârit? Sanè, cùm alii aliis ab orbe condito annis Chriſtum natum ſtatuant, Meſimerium, Squillacenſem ſeu Scyllacenſem epiſcopum, fuiſſe in ea opinione, mihi nequaquam vero apparet abſimile; ſecundum hanc autem annus ab orbe condito* 6599, *qui, ut computanti patebit, ſecundum jam dictam Siculorum & Græcorum æram communem anno Chriſti* 1091 *erat in curſu, anno Chriſti* 1090 *cucurrerit; ut proinde poſterior hic Chriſti annus, quo charta, à Meſimerio in* S. Brunonis *ejuſque ſociorum favorem conceſſa, ſignatur, propriè pro anno* 1091 *ſit habendus; cui, ad ſeptimam Decembris diem, uti eadem charta fert, jam provecto, Indictio quinta decima, in eodem illo inſtrumento ſignata, apprimè conſonat, ut computanti pateſcet. Atque hinc jam fit, ut illud ego, quod verè ex jam dictis, non anno* 1090, *quo notatur, ſed anno* 1091 *datum fuerit, pro ſpurio ſuſpectove habere non auſim,*

B *maximè cùm id tamquam genuinum Ruinartius in conſcripta à ſe Urbani II Papæ Vita pag.* 86, *aliique viri eruditi in variis, quæ concinnavêre, Operibus laudent, integrumque etiam non tantùm ſuis in contextam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus Surianus, verùm etiam Ughellus tom.* 9 *Italiæ ſacræ inſeruerit, nec ſcriptorem ullum hactenus invenerim, à quo cenſurâ minùs faventi notetur.*

Nec quidquam, quæ contra illius ſinceritatem afferri 566 *Nec eſt porrò, cur etiam ſuſpectum habeatur, quòd eremi Squillacenſis ſeu Turritanæ, à Rogerio comite* S. Brunoni *conceſſæ, magnitudinem duobus milliaribus definiat, quam unius leucæ facit donationis per Rogerium comitem factæ charta ſuprà huc jam tranſcripta; licèt enim leuca pro tribus paſſuum millibus ſubinde ab antiquis fuerit accepta, id tamen ſemper apud horum quoſcúmque locum non obtinuit, nec, etſi ſecùs foret, propterea dicendus eſſet Meſimerius cum Rogerio comite pugnare in magnitudine, quam ereino,* S. Brunoni *in poſſeſſionem datæ, attribuit. Leuca enim in laudata Rogerii charta pro menſura terræ, uti apparet, accipitur; leuca autem, hoc ſenſu acrepta, apud Francos ſeu in Francia, è cujus provincia Normannia Rogerius erat, duobus paſſuum millibus ſeu milliariis*

C *conſtabat, uti in Gloſſario ad vocabulum* Leuca *docet Cangius. At verò, inquiet non nemo, in charta, à Meſimerio conceſſa, Rangerius vocatur* archiepiſcopus Rhegienſis electus; *ut tunc, cùm hæc data fuit, conſecratus ſeu ordinatus nondum fuiſſe videatur; cùm autem ex ſuprà dictis anno* 1090 *ad ſedem Rhegienſem fuerit electus, fuiſſe eum anno* 1091, *ad* VII *Decembris jam provecto, quo tempore dicta charta data notatur, nondum conſecratum ſeu ordinatum epiſcopum, veroſimile haud apparet, conſequenſque proinde ſit, ut inſtrumentum illud, non anno* 1091, *quo datum, à nobis ſtatuitur, ſed anno* 1090, *quo reipſa ſignatur, veroſimiliter datum fuerit, ac proin ut Indictionem, cum anno, quo ſignatur, pugnantem, præferat. Ita præterea ab iis, qui Meſimerii chartam pro ſpuria habendam voluerint, poteſt argui. Verùm, etſi quidem, ipſo anno* 1090, *quo Rhegienſem ſedem Sanctus noſter recuſârat, fuiſſe ad hanc electum Rangerium, veroſimilius ex dictis ſit, id tamen omnino certum non eſt. Quid ni enim factum eſſe queat, ut, cùm ad dignitatem illam promoveri* Bruno *renuiſſet, alium ad eamdem eligere Rhegienſes ſive ſponte ſua, ſive alicunde, quo minùs id facerent, impediti, aliquamdiu diſtulerint?*

AUCTORE C. B. *adhuc queunt, evincant, pro ſpurio habendum non eſt, uti nec à*

567 *Utut ſit, Rangerium equidem, ſi eum anno* 1091, *ad Decembrem provecto, nondum fuiſſe conſecratum Rhegienſem archiepiſcopum, jamque tamen ab anno* 1090 *fuiſſe electum, admitti haud queat, ad dignitatem hanc, non anno* 1090, *ſed anno* 1091 *fuiſſe promotum, idcircò ſtatuendum eſt, quòd memorata charta, quam tamquam Rhegienſis electus confirmavit ac laudavit, ante annum* 1091 *data eſſe poſſe haud videatur; quod ſic oſtendo:* Bruno *ejuſque ſocii glorioſiſſimæ dominæ noſtræ Dei Genitricis ac S. Joannis Baptiſtæ eccleſiam, in eremo Squillacenſi ſeu Turritana ſitam, incoluiſſe in charta illa dicuntur; hæc autem eccleſia, uti infrà docebo, ædificata primùm fuit, cùm eremus illa à comite Rogerio* S. Brunoni *fuiſſet donata; quare cùm id ex ſuprà dictis non priùs, quàm cùm annus* 1090 *ad finem jam vergeret, factum fuerit, jam inde ab hoc anno eccleſiam, glorioſiſſimæ Dei Genitrici & S. Joanni Baptiſtæ ſacram, quam Sanctus ejuſque ſocii hoc ipſo etiam anno inhabitârint, in*

E *eremo Turritana exſtitiſſe, nequaquam veroſimile eſt, ac proin præfatam Meſimerii chartam, in qua hoc innuitur, non anno* 1090, *ſed anno* 1091 *datam fuiſſe, neceſſe eſt. Atque ita ruit etiam, quod contra chartæ, à Meſimerio datæ, ſinceritatem afferri adhuc poterat, argumentum, hæcque adeò pro ſpuria habenda non eſt. Proximum nunc eſt, ut, quò ea, quæ § præſenti facere ſtatui, opere exſequar, modò etiam Bullam, quâ Urbanus II Papa ſuprà recitatas Rogerii comitis & Meſimerii, epiſcopi Squillacenſis, chartas confirmavit, novoque favore* Brunonem *ejuſque ſocios affecit, huc tranſcribam. His itaque verbis concipitur:* Urbanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiis Brunoni & Lanvino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Piæ voluntatis affectus ſtudio debet proſequente compleri. Quia igitur noſtri officii intereſt, ſervorum Dei quieti, prout Dominus poſſe dederit, providere, petitionibus veſtris, filii in Chriſto kariſſimi & reverentiſſimi, clementer annuimus.

Quæ Rogerii & Meſimerii chartæ approbatæ fuerunt,

568 Per hujus ergo Apoſtolici privilegii paginam Apoſtolicâ auctoritate ſtatuimus, ut locus ille, quem inhabitationi veſtræ, diſponente Domino, elegiſtis, à jugo, poteſtate, injuria, moleſtiâ omnium hominum omnino liber cum tota ſilva & monte, terra & aqua in ſpatium unius leugæ* in omni parte adjacenti in veſtra omnimodis & ſucceſſorum veſtrorum diſpoſitione permaneat, ſicut vobis à dilecto noſtro filio Rogerio comite condonatus eſt, & à confratre noſtro Theodoro, Squillacino epiſcopo, confirmatus. Nemini intra prædictum ſpatium liceat paſcuæ, agriculturæ ſeu piſcationis aut lignorum occaſione aut quacúmque ex cauſa vobis aut veſtris ſucceſſoribus injuriam aut moleſtiam irrogare, ſed totum ſecundum voluntatem veſtram poſſideatis, diſponatis, ordinetis & erogetis. Siquid præterea epiſcopalis officii indigueritis, ad quem potiſſimùm vicinorum antiſtitum volueritis recurrendi præſenti decreto liberam licentiam indulgemus. Decimarum quoque uſum ex veſtris, vel puerorum veſtrorum laboribus veſtri juris eſſe cenſemus. Quòd ſi quæ puerorum veſtrorum offenſa contigerit, in veſtra tantùm manu omnis eorum correctio maneat. Nec ullus ſe de his, quæ ad vos pertinent, ſine veſtra voluntate occaſione aliqua in-

F

* *al.* leucæ

AUCTORE C. B.

tromittat, quatenus omnipotentis Dei ſpeculationi liberis mentibus inſiſtatis, & ad ejus faciei dulcedinem, ipſo præſtante, pervenire valeatis. Sanè ſi quis in craſtinum archiepiſcopus aut epiſcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vice-comes, judex aut perſona quælibet potens aut impotens, hujus noſtri privilegii paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundò tertióve commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, eum honoris ſui & officii periculo ſubjacere decernimus, & à Chriſti atque Eccleſiæ corpore auctoritate poteſtatis Apoſtolicæ ſegregamus. Conſervantibus autem pax à Deo, & miſericordia præſentibus ac futuris ſeculis conſervetur. Amen, Amen, Amen. Datum per manum Joannis S. R. E. diaconi Cardinalis, pridie idus Octobris, Indictione prima, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, nonageſimo ſecundo, Pontificatûs autem domini Urbani ſecundi anno quinto.

Urbani Papæ bulla.

569 *Mörkenſius, è cujus chronologico-diplomatica de* S. Brunone *Diatriba Pontificiæ hæ Urbani II litteræ deprompta ſunt, ſequentem hanc eidem Annotationem ſubjungit.* Bulla hæc, *inquit*, Urbani II Papæ, uti ab Italia perſcribitur, eſt deperdita; exemplar tamen ejus extat in perantiquo Ms. codice, qui Breviarium privilegiorum domûs Calabrinæ inſcribitur. In eo continentur omnia privilegia in membrana conſcripta, quæ ab anno MXC uſque ad annum MCC huic eremo donata fuêre. *Hæc ille: ne autem, quibus recitatæ Urbani litteræ ſignantur, notas chronicas ſeu annum* 1092 *& Indictionem quintam decimam ſeſe inter non convenire quis putet, annum à Januario, Indictionem verò ab anni præcedentis aut Septembris initio more Græcorum, aut certè* VIII *Kal. Octobris ſeu* XXIV *Septembris die computare Urbanus incepit, è tribus vulgatis Indictionum generibus Conſtantinianam ſeu Cæſaream ſecutus. Liquet id è diverſis à Pontifice hoc datis bullis, ac nominatim, ut reliquas omittam, è bulla alia, in* S. Brunonis *favorem anno* 1098 *conceſſa, infráque huc tranſcribenda, quæ data notatur* Salerni menſe Septembri, Indict. 6, *alteraque, quæ ab illo, cùm Barii Eliam archiepiſcopum conſecrâſſet, fuit conceſſa, quæque data notatur* Apud Barum anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIX, Pontificatûs II, Indict. XIII, IX Octobr. *Jam verò, cùm id ita ſit, atque à Septembris quidem initio Conſtantinopolitana ſeu Græcorum, à* XXIV *verò Septembris die Cæſarea Indictio prima anno* 1092 *currere inceperit, annus & Indictio, quibus huc tranſcriptæ Urbani Papæ II, quem hoc anno & menſe in Calabria fuiſſe, Ruinartius in Vita ejus num.* 116 *& ſeq. docet, litteræ notantur, apprimè inter ſe conveniunt, omniſque proinde, ab quam non nemo forſan haſce ſpurias autumet, difficultas chronologica evaneſcit.*

§ XXXIV. Quid poſt factam à Rogerio comite eremi Calabrinæ donationem Sanctus egerit, quî hanc deinde Rogerius dux confirmârit, terminiſque Rogerius comes circumſcripſerit.

Sanctus in eremo Calabrina eccleſiam ædificari curat.

Rogerium comitem, non tantùm Turritanam eremum, verùm etiam eccleſiam, ſanctiſſimæ Dei genitrici Mariæ ſanctoque Stephano ſacram, S. Brunoni *ejuſque ſociis ſtatim atque hos in ſpecu orantes invenerat, dediſſe,* Blomevenna *verbis num.* 540 *huc tranſcriptis indicare videtur, nec ab eo hac in re Puteanus & Surius diſſentiunt. Aſt id à vero alienum apparet. Ea enim eremus, non, ut ipſi ſtatuunt, anno* 1095, *ſed anno* 1090 S. Brunoni *ejuſque ſociis data fuit, tuncque nondum, ut videtur, eccleſiam, quæ ſive ſanctiſſimæ Dei Genitrici ſive S. Stephano ſacra eſſet, complectebatur. Ita autumo, quòd eremi illius eccleſia, S. Stephano ſacra, diu dumtaxat pòſt, uti ex infrà dicendis pateſcet, fuerit exſtructa; eccleſia verò, quæ ſanctiſſimæ Dei genitrici Mariæ ſacra eſſet, ante annum, uti pariter ex infrà dicendis pateſcet,* 1094 *conſecrata non fuerit; unde eam, ipſomet Sancto noſtro curante, conditam fuiſſe, veroſimillimum, ne dicam indubitatum, apparet.* Bruno *ſcilicet, uti, cùm primùm Carthuſiam fuerat ingreſſus, eccleſiam ad honorem Dei, Sanctiſſimæ Dei genitricis & S. Joannis Baptiſtæ exſtrui ex ſuprà dictis curavit, ita etiam in Calabria eremo, cùm hanc à Rogerio obtinuiſſet, fieri veroſimillimè curârit. Atque in hac quidem opinione maximè confirmor ex eo, quòd Rogerius comes in charta ſuprà huc tranſcripta, quâ præfatam Calabrinam eremum* S. Brunoni *ejuſque ſociis dedit, eccleſiæ, quæ in hac ſanctiſſimæ Dei Genitrici ſacra eſſet, non meminerit, ejuſque nihilominus, utpote eremi penè incultæ ac deſertæ, quam inſtrumento illo* Brunoni *impertiit, partem præcipuam conſtituentis, mentionem veroſimillimè, ſi jam tum exſtitiſſet, facturus fuiſſe videatur.*

Dum id faceret, apud comitem Rogerium commoratus fuiſſe

571 *Porrò in altera charta, infrà huc tranſcribenda annoque* 1099 *ex dicendis data, indicari invenio, quod tunc, cùm eremus Calabrina Sancto primùm data fuiſſet, geſtum videtur, hicque proinde recenſendum eſt. In hac itaque charta Rogerius comes de* S. Brunone *ſequentem loquitur in modum:* Rogavi quoque humiliter, ut pro Dei amore in terra Squillacii ſumere dignaretur largos redditus, quos donabam, renuens ille recipere dicebat, quòd ad hoc domum ſui patris meamque dimiſerat, ut à mundi rebus extraneus deſerviret liberè Deo ſuo. Hic fuerat in tota domo mea, quaſi primus & magnus; *hiſce autem è verbis, Sanctum aliquamdiu in Rogerii comitis domo commoratum eſſe, apparet. Atque id quidem poſt datam ei Turritanam eremum, dum in hac, quæ maximè neceſſaria eſſent, ædificia qualiacúmque exſtruerentur, contigiſſe opinor; verùm anonymus Annal. Carthuſienſium libri* 4 *hactenus non vulgati auctor, etſi quidem, Sanctum, in Rogerii comitis curia aliquamdiu commoratum exiſtimet, id*

A *id tamen, antequam Sanctus in Cartuſiam ſeceſſeret, factum putat. Audi, qui Operis ſui hactenus non vulgati num.* 13 *loquatur.* Qui geſta, *inquit,* ſancti Brunonis tenuiter nôrunt, forſan arbitrati ſunt, nos graviter hallucinatos, cùm diximus, ſanctum Patriarcham aliquando apud Rogerium comitem Calabriæ fuiſſe commoratum ante ſuam converſionem, qui non niſi poſt plantatam Cartuſiam Majorem in Calabria viſus fuiſſe perhibetur. Nova quidem fatemur nos revelare, ſed ea veriſſima adſtruimus ex litteris, quas idem comes dedit ſancto Brunoni, non ſolùm jam converſo, ſed etiam Calabrinæ Cartuſiæ magiſtro, ſeu Priori jam conſiſtenti, in quibus dicit quòd ſanctus Bruno tenuerit accipere plurimas donationes, ab ipſo Rogerio ſibi oblatas, eò "quòd ad hoc domum ſui patris, meamque,, (ſunt verba Rogerii in diplomate) "dimiſerat, ,,ut à mundi rebus extraneus deſerviret liberè Deo ,,ſuo. Hic fuerat in tota domo mea quaſi pri-,,mus & magnus,, &c. Ex quibus verbis colligimus (ſi bene opinamur) beatum Virum man-
B ſiſſe in curia, & comitatu Rogerii, non poſt, ſed ante converſionem; nam gravitas eremitici inſtituti iſtud fieri potuiſſe, prohibet cogitare. Sagaci tamen lectori aliter ſentire poſſe per nos licet.

572 *Ita ille: verùm opinio, quam his verbis*
Sanctus videtur. Charta, quâ factam Sancto à Rogerio comite donationem *proponit, mihi neutiquam placet: præterquàm enim quòd, uti ipſemet fatetur, nova omnino ſit, nullo penitus fundamento innititur. Quod enim ait, eremitici Inſtituti gravitati contrariam futuram fuiſſe Sancti in curia Rogerii commorationem, nihil omnino evincit? Quid nî enim Sanctus, impetrata jam à Rogerio comite Calabrina eremo, aliquandiu apud hunc, donec & eccleſia aliaque maximè neceſſaria ædificia exſtructa eſſent, commorari potuerit, cúmque ut diutiùs ibidem pergeret verſari, urgeretur, humaniter id recuſâſſe? Rem ſanè ita geſtam, veroſimillimum mihi apparet, maximè cùm non videam, quo potiori modo præfatæ chartæ num. præced. huc tranſcripta verba veritati poſſint intelligi congrua, nec Sanctus ante ſuum in Cartuſiam ingreſſum in Italia fuiſſe uſpiam legatur. Ad chartam modò, quâ factam à Rogerio comite eremi Calabrinæ donationem Rogerius dux confirmavit, progredior. Sic habet:* Rogerius Apuliæ, Calabriæ, Siciliæ Dei gratiâ dux, omnibus fidelibus Chriſtianis, præſentibus & futuris, in
C Domino ſalutem. Notum eſſe volumus fraternitati veſtræ de duobus viris, Brunone ſcilicet & Lanvino, qui ſanctæ religionis ſtudio accenſi cum ſociis ſuis in terram Calabriæ à Galliarum partibus, diſponente Deo, venerunt & meo ductu in terram, quæ prædicta eſt, locum, qui eorum propoſito conveniret, quæſierunt, quem cùm ſibi idoneum penes me non inveniſſent, elegerunt manere inter locum, qui dicitur Arena, & oppidum, quod appellatur Stilum. Locum autem illum Rogerius comes Siciliæ, patruus meus & fidelis, ipſorum precibus apud Deum deſiderans adjuvari, toto cordis affectu illis donavit; de comitatu enim ipſius per meam conceſſionem erat, & à totius ſervitutis debito & ab omni angaria in perpetuum liberavit; ita ſiquidem ut aliquis ſuorum vel extraneorum ſtratigotus aut vice-comes, ruſticus aut miles, ſervus aut liber, non ſit, qui in eo loco paſcuæ, aut agriculturæ, ſive piſcationis aut venationis aut lignorum occaſione aut ex quacúmque cauſa Servis Dei moleſtiam ſeu injuriam faciat, ſed in eorum poteſtate ſit omnino locus prædictus, ut ſecundum quod voluerint, poſſideant, ordinent & diſponant.

AUCTORE C. B.

573 Talem ejus loci donationem, & libertatis prædictæ conceſſionem ego Rogerius dux laudo & corroboro, & quoniam terra illa de meo ducatu eſt, ut nullam in perpetuum patiatur calumniam, modis omnibus contradico. Quòd ſi quis contra ſententiam, quæ data eſt, agere præſumpſerit, & noſtrum violaverit præceptum, certiſſimum habeat, quia aut de cunctis finibus noſtris in æternum exterminabitur, aut gladio meo ſive ſucceſſorum meorum ferietur. Ut omnia igitur ſuperiùs conceſſa firma & illibata permaneant, hanc chartulam cuidam noſtro clerico Rodolpho ego Rogerius dux & uxor mea Adela ſcribere præcepimus, & ſigillo noſtro ſignavimus. Aō Dominicæ Incarnationis Mō nonagō IIII. Indict. Ima. *Mörkenſius, poſtquam chartam hanc integram ad ſuæ de* S. Brunone *Diatribæ calcem tranſcripſit, ſubjungit, ſeſe ejus apographum inter Garnefeltii, Cartuſiæ Colonienſis alumni, editis eremitarum antiquorum Vitis clari, Analecta reperiſſe, idque cum autographo concordare; Surianus autem, etſi monumentum illud cum aliis, quæ ad* S. Brunonem *remque Cartuſianam ſpectant, inſtrumentis publicis in ſuas ad conſcriptam à Surio Sancti Vitam Annotationes inferendum non duxerit, id tamen pag.* 395 *laudat, aitque, anno* 1094 *datum fuiſſe. Verùm, etſi etiam hunc annum ea ipſa charta exhibeat, non tunc tamen, ſed anno* 1093 *data fuiſſe videri poteſt ex Indictione* 1, *quæ ei apponitur, quæque non anno* 1094, *ſed anno* 1093 *congruit. Nec ex eo, quòd binæ hæ notæ chronicæ, quibus charta illa ſeu diploma munitur, ſeſe inter non concordent, pro ſuppoſititio id eſt habendum, cùm ex ſuprà dictis inſtrumenta publica non facilè ut ſpuria rejicienda ſint, fierique poſſit, ut vel in dictos characteres chronicos librariorum vitio error irrepſerit, vel ut tabellio, qui Rogerii ducis juſſu inſtrumentum hîc memoratum exaravit, annos Chriſti, non à Nativitate, ut communiter fieri aſſolet, ſed Piſanorum more ab Incarnatione, prout hæc Nativitatem novem menſibus præceſſit, numerârit; qua computandi methodo ab anni* 1093 *vigeſima quinta Martii die ſeu ſanctiſſimæ Dei Genitricis Annuntiationis feſto annus ab Incarnatione Domini* 1094 *jam erat in curſu, eucurritque per reliquam ejuſdem anni* 1093 *partem, ſequentiſque idem* F *ſanctiſſimæ Dei Genitricis feſtum.*

Rogerius dux confirmavit. Hæc, quòd annus Indictioni, quâ hic ſignatus,

574 *Opponi quidem hîc poteſt, hanc computandi annos Chriſti methodum Rogerio duci uſitatam fuiſſe, nullis omnino, quæ ejus nomine vel in Sicilia vel in Calabria data fuerint, diplomatibus poſſe probari; verùm, præterquam quòd contrarium etiam probari diplomatibus hujuſmodi non poſſit, fieri poteſt, ut quamvis etiam in Calabria & Sicilia annos Chriſti à Nativitate ejus, aut, ſi mavis, à Kalendis Januarii & Rogerius dux & plerique alii numerare inciperent, tabellio tamen, qui diploma ſeu inſtrumentum, de quo hîc, exaravit, computandi annos Chriſti modum minùs etiam ibidem uſitatum fuerit ſecutus. Sanè, etſi in numerandis Chriſti annis Sicilia olim, contrà ac Zanottius in contexta à ſe* S. Brunonis *Vita cap.* 16 *vult, à communi aliorum more non diſcederet, is tamen, ut laudatus Rocchus Pirrus in Eccleſiæ Panormitanæ Notitia* 1 *ad annum* 1144 *docet, in tabellionum inſtrumentis uſque ad ſcriptoris hujus ætatem mos viguit,* Ut anni initium ſtatuerent ipſi die XXV Martii, licèt

congruere non videatur.

AUCTORE C. B.

à Kalendis Januarii numerarent populus, imò & magiſtratus; ubi ergò nos dicimus, die XVIII Febr. anni MDCXXX, dixiſſent ipſi die XVIII Febr. anni MDCXXIX. *Quemadmodùm ergò tabelliones, de quibus hîc Rocchus, annos Chriſti, non à Nativitate, ſed contra receptum morem ab Incarnatione trimeſtri ſpatio Nativitatem ſubſequendo numerârunt, ita eorumdem computum novem menſibus, uti verè accidit, hanc prævertendo calculumque Piſanum ſequendo ab Incarnatione ſeu vigeſima quinta Martii die inire potuit, qui ſuprà recitatam, de qua hîc, Rogerii ducis chartam conſcripſit. Quòd ſi autem ille ita reipſa annos Chriſti numeravit, fuerit hæc ſecundum calculum communem anno, ut conſideranti patebit,* 1093 *ante Septembrem conceſſa, ſicque Indictionem cum anno, quo verè data fuit, pugnantem haud præferet. Porrò charta illa Annalium Cartuſienſium lib.* 4 *hactenus non vulgato integra exſtat, ibique, uti ex notitiis, à Cartuſiano Pariſienſi ſæpiſſimè laudato mihi ſubmiſſis diſco, anno* 1094, *Indictione* 2 *data notatur; quod ſi autem notis hiſce chronicis chartæ autographum verè ſit munitum, nulla planè id, cùm Indictio* 2 *anno* 1094 *congruat, difficultate chronologica laborat, conſequenſque eſt, ut in illius exemplari, quod Mörkenſio præluxit, error cubuerit.*

B

rejiciendo non eſt, uti nec chartæ aliorum,

575 *Verùm cùm hîc ſcriptor dicat, in ipſo autographo, uti è litteris, ex Italia, id eſt, quantùm opinor, è Cartuſia Calabrina acceptis, didicit, cum anno* 1094 *Indictionem* 1 *componi, ipſimet anonymo Annalium Cartuſienſium auctori apographum erroneum veroſimiliùs præluxerit. Utut ſit, cùm equidem vel hunc ſcriptorem ſequendo, vel annos Chriſti computandi methodum Piſanam in diplomate, dequo hîc, admittendo, omnis, quâ id laborare videtur, difficultas chronologica evaneſcat, rejiciendum ob hanc non eſt. Ego interim chartam illam, contra quam quoque ex Adelæ, ducis Rogerii uxoris, nomine ei incluſo nihil poſſe objici, è dictis num.* 557 *liquet, hoc loco recenſendam duxi, quòd veroſimiliùs, uti ex jam dictis pronum eſt eruere, anno* 1093 *data ſit, ſortéque adeò etiam præceſſerit chartam alteram, hoc ipſo anno etiam datam, quâ Rogerius comes donata à ſe antea* S. Brunoni *Calabrinæ eremo terminos aſſignavit, donationemque magis firmavit ac ampliavit.*

C

Lubet & illam tum alias ob cauſas, tam maximè ne deinceps vel Mabillonii exemplo cum charta, quâ eremum illam Sancto Rogerius comes primùm largitus eſt, à quopiam confundatur, vel pretioſum antiquitatis monumentum ſtudioſo lectori deſiderandum relinquatur, integram huc tranſcribere. Sequentibus hiſce verbis concipitur: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Rogerius, Divinâ clementiâ comes Calabriæ & Siciliæ notum ſit omnibus Chriſti noſtriſque fidelibus tam futuris, quàm præſentibus, quoniam miſeratio divina ſanctæ religionis Viros, Brunonem videlicet & Lanvinum cum ſociis ſuis, ad nos uſque tranſmiſit, ſancto ſuo propoſito aptum ſolitudinis locum quærentes; quorum nos deſiderio congaudentes, meritiſque talium ac precibus apud Deum adjuvari confidentes, multis eos exhortati ſumus precibus, ut in terra noſtra locum ſibi habilem eligerent, in quo ad ſerviendum Deo, qualia vellent, habitacula præpararent.

quâ Rogerius comes data jam S. Brunoni

576 Elegerunt itaque quemdam ſolitudinis locum, ſitum inter locum, qui dicitur Arena, & oppidum, quod appellatur Stilum. Hunc ergò locum & omnia in circuitu adjacentia in ſpatium unius leugæ* Deo & beatæ Mariæ ac ipſis eorumque ſucceſſoribus in proprietatem, ſicut noſtra fuerunt, ſub omni immunitate atque libertate donavimus cum omnibus rebus infrà ſitis, terris, ſilvis, aquis, paſcuis ac ceteris omnibus cultis vel incultis, mobilibus vel immobilibus. Rogavimus inſuper venerabilem virum, Melitenſem epiſcopum Gofredum, ſuper hac donatione noſtra confirmationis kartam conſcribere, quam etiam ſigillavimus. Sed cùm poſteà gratiâ commendandi nos ipſorum orationibus ſuprà dictos viſitâſſemus fratres, eorumque ſocietatem (Deo gratias) ſuſcepiſſemus, prædictæ ſpatium leugæ* his in circuitu terminis diſtinctè per nos ipſos deſignavimus, ac terminorum nomina in memoriam futuris conſcribere juſſimus: de parte Orientis caſtellum, qui locus eſt in cacumine montis de Stilo, inde vadit per ferram ejuſdem montis uſque ad Malarepoſta, ſcilicet ad ſuperiorem collem montis, & inde per magnam cavam, quæ verſa eſt ad Occidentem, uſque ad pedem montis deſcendit, in qua aqua decurrit, & inde tranſit duos ruſeletos & vallonem in directo uſque ad jugum montis, quod eſt apud Occidentem, ſicut prædicta cava reſpicit, & inde per jugum ejuſdem montis uſque Brontiſmenon, & inde tranſit vallonem rectè ad viam, quæ venit de Arena, & vadit ad locum, qui vocatur Sancta-crux, & inde in directo* uſque ſuper cacumen montis Embacaht, & inde deſcendit per cavam, ſicut aqua decurrit, per ſpatulam uſque ad flumen Enchinar, & inde aſcendit illud flumen uſque ad aliud flumen, quod vocatur Alba, & inde aſcendit idem* flumen uſque ad magnam cavam, quam Græci vocant Bachiriachæ, & aſcendit per eamdem cavam uſque ad caſtellum, unde incepimus.

*al. leucæ

F

*al. leucæ

*al. indirectè

*al. illud

Turritanæ eremo limites

577 Hanc autem donationem noſtram tam dominus Apoſtolicus Urbanus, quam Squillacinus epiſcopus Theodorus, in cujus epiſcopatu ipſe locus ſitus eſt, laudaverunt, privilegiis confirmaverunt, atque terribili anathemate munierunt. Quapropter præcipiendo rogamus, & rogando præcipimus ex parte Dei Omnipotentis, beatæ Mariæ, quibus ipſum conceſſimus locum, & noſtra, ut nullus aliquando, cujuſcúmque dignitatis ſit vel poteſtatis, noſter aut extraneus, in toto prædicto ſpatio quicquam magnum vel parvum ſibi vindicet, nec nos ipſi. Nullus umquam occaſione aliquâ vel cauſa fratribus ibidem Deo ſerviturîs injuriam aut moleſtiam irroget, vel ullam inquietudinem faciat, & illi* neque homines eorum aliquam angariam, aut ſervitium omnino faciant. Nulli, nec nobis ipſis, aliquam ibi culturam facere, ullum animal paſcere, ligna incidere, venari vel piſcari, aut quicquam omninò ſine fratrum licentia liceat, ſed in eorum poteſtate ſit, quæcúmque intra prædictum continentur ſpatium, juxta voluntatem ſuam poſſidere, diſponere, ordinare, & erogare, tamquam Dei poſſeſſionem & ſuam immunem atque liberam. Quòd ſi quis aliquando hanc noſtram conſtitutionem in aliquo violare præſumpſerit, fratribus ibidem degentibus dignè ſatisfaciat. Quod ſi contempſerit, principi terræ, qui fuerit, centum libras auri perſolvat. Ut igitur conſtitutio hæc inviolabilis & omninò firma permaneat, concedente uxore mea Adelaï comitiſſa, & filio noſtro Gofrido, in præſentiâ bonorum hominum donationem iſtam fecimus & ſigillo proprio ſignavimus.

F

*al. nec illi

578 Inſuper donavi Mule cum filiis ſuis ad cu-

circumſcribit,

AUCTORE C. B.

cuſtodiendam ſilvam. Data in pratis Squillacii, ubi tunc, collecto exercitu, morabamur. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo tertio, Indictione prima, Nonis Maii.

✠ Rogerius comes. ✠ Adelaïs comitiſſa.
✠ Goffredus filius comitis Rogerii.
✠ Guillielmus de Alta-Villa.
✠ Guilielmus Culchebret. ✠ Gosbertus de Luciaco.
✠ Rogerius presbyter de Stilo.
✠ Baſtardus.

Mörkenſius, è cujus ſæpiſſimè jam laudata de S. Brunone *Diatriba inſtrumentum hoc etiam accepi, ita in illud ad calcem obſervat :* Chartam hanc reperi inter Analecta noſtri Georgii Garnefeltii ; ſed quoniam hinc inde interpolata eſſet, ſubveritus, ne fortè & vitiata ; quare viſum eſt mihi eam ad autographum, *id eſt, nî fallar, ad autographi* (*neque enim hoc Mörkenſio ad manum fuiſſe reor*) *ecgraphum*, conferre ; feci & iſtas interpolationes in margine notavi. Ab autographo dependet in ſerica albi coloris corda bulla plumbea, & in ea imago Dei genitricis Mariæ
B brachio ſiniſtro tenentis Filium, in dextra ſua habentem avem. *Interpolationes, quas hîc memorat Mörkenſius, quaſque in margine ſeſe notâſſe ait, lectiones ferè dumtaxat variantes ſunt, eaſque proinde ut tales in margine pariter adſcripſi.*

ſæque meritorum à S. Brunone ejuſque ſociis factum participem,

579 *Porrò Mörkenſius in ſua mox iterum laudata de* S. Brunone *Diatriba eo loco, quo rerum ad hunc ſpectantium chronologiam texit, ad annum* 1093 *ita de Rogerio comite ſcribit :* Anno MXCIII fratres (S. Brunonem *ſcilicet ejuſque ſocios*) in eremo inviſens enixè ſe commendat illorum precibus, participemque meritorum ut ſe faciant, efflagitat, & voti compos effectus, conſcripta VII Maii chartâ limites eremi ſatis amplè deſignat ac circumſcribit accuratè, efficitque, ut Rogerius dux Apuliæ, ejus ex fratre nepos, dato eodem adhuc anno (*& quidem fortè, ut jam innui, ante dictam* VII *Maii diem*) diplomate (*id num.* 572 *& ſeq. jam recitavi*) donationes factas corroboret. *Ita ille, è duabus ſcilicet huc jam tranſcriptis chartis, quarum altera Rogerii ducis, altera Rogerii comitis eſt, deducens, quæ hîc memorat ; & ſanè, quantùm ad ea, quæ ex hac poſteriori deducit, rectiſſimè, ut conſideranti patebit. Etenim Rogerius comes, uti ipſemet in proximè recitata charta ſua docet,* S. Brunonem *ejuſque ſocios* gratiâ commendandi ſe ipſorum orationibus anno 1093 inviſit, eorumque ſocietatem (*pro qua re etiam Deo gratias agit*) ſuſcepit ; *quibus è verbis ſanè, Rogerium comitem à Sancto ejuſque ſociis, ut meritorum ſuorum participem eum efficerent, flagitâſſe votique etiam factum eſſe compotem, rectè concludi videtur. Ait quidem in ſuis in concinnatam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus pag.* 221 *Surianus, iiſdem jam recitatis diplomatis, à Rogerio comite conceſſi, verbis innixus, principem hunc anno* MXCIII *à* Brunone *ejuſque ſociis*, ut eum in ſocietatem ſuam recipere, & nomen ejus inter nomina ſua ſcribere dignarentur, *poſtulâſſe, idque re etiam vera impetrâſſe ; verùm hoc cum interpretatione, quam tranſcriptis diplomatis, à Rogerio conceſſi, verbis Mörkenſius applicat, neutiquam pugnat, locumque etiam, licèt interim rem hanc revocari inveniam in dubium, veroſimiliter obtinuit, uti*
C *ex infrà adhuc laudando, quod apud Ughellum tom.* 9 *Italiæ ſacræ, col.* 426 *exſtat, Latini in civitate Squillacenſi epiſcopatûs fundationis diplomate, quòd in hoc Lanvinum* Fratrem ſuum *vocet Rogerius comes, colligendum videtur.*

ac in pratis Scyllacii, cùm eam dedit, verſatum eſſe, declarat.

580 *Quod modò pertinet ad diploma, quo à Rogerio duce factæ anteà* S. Brunoni *donationes, comite Rogerio, ut Mörkenſius ait, agente, confirmatæ fuerint, ſponténe ſua, an Rogerii patrui ſui impulſu chartam illam Sancto impertierit dux Rogerius, dubium mihi admodùm idcircò apparet, quòd is optimè et etiam, uti ex ſuprà dictis ſatis liquet, in* S. Brunonem *fuerit affectus, ac proin ſtimulo, ut huic benefaceret, haud indiguerit. Porrò ne quis fortè cuiquam contra proximè huc tranſcriptam Rogerii comitis chartam ſcrupulus oboriatur ex eo, quòd à comite, in pratis Squillacii cum exercitu tunc commorante, data notetur, Boamundus, Rogerii ducis frater, anno* 1093 *in Calabria verſabatur, cúmque hunc vita functum eſſe, falſo rumore inaudiiſſet, caſtra nonnulla, ad eumdem in Calabria ſpectantia, occupavit ; quâ re ad iram commotus comes Rogerius militibus ſuis, ut Boamundum armis laceſſerent, præcepit, eumque è tota Calabria expulit. Ita quantum ad ſubſtantiam ſæpius hîc jam laudatus ac porrò laudandus auctor ſynchronus Gaufredus, Ordinis Benedictini monachus, cognomento* Malaterra, *lib.* 4, *cap.* 20. *Hiſtoriæ Siculæ, quam ipſiuſmet Rogerii comitis juſſu concinnavit, uti Muratorius, qui hanc tomo quinto Rerum Italicarum ſcriptorum inſeruit, in ſua ad eamdem Præfatione docet. Nihil itaque obſtat, quò minùs Rogerius comes, collecto exercitu, anno* 1093, *uti in ejus, de qua hîc, charta aſſeritur, in pratis Scyllacii commoratus fuiſſe credatur. Imò verò, cùm hinc, principem illum ibidem re ipſa exſtitiſſe, dubitandum non ſit, Scyllaciumque haud procul à Turritana Calabriæ eremo ſitum ſit, facilè etiam factum eſſe poteſt, ut Rogerius comes, quod in eadem charta ſe feciſſe, hîc præterea ex dictis ait,* S. Brunonem *ejuſque ſocios inviſerit, precibus eorum ſe commendaverit, chartamque, de qua hîc, iiſdem conceſſerit. Quæ cùm ita ſint, notæque chronicæ, quibus hæc notatur, ſeu annus & Indictio inter ſe conveniant, nec quidquam præterea, quod contra inſtrumenti illius ſinceritatem faciat, aliunde occurrat, non eſt enim verò cur id pro ſuſpecto, nedum pro ſpuriò habeatur, & ad alia proinde, quæ ad Sanctum noſtrum ſpectant, ſermonem converto.*
E F

§ XXXV. Sanctus conſtructam in eremo Calabrina eccleſiam magno apparatu conſecrari curat, & magis ac magis comitem Rogerium benevolum erga ſe experitur.

Turritanæ eremi eccleſiam, agente veroſimillimè Brunone.

CUm Bruno *eccleſiam, quam ex dictis, ſtatim atque à comite Rogerio Turritanam Calabriæ eremum obtinuerat, in honorem Dei, ſanctiſſimæ Dei Genitricis & S. Joannes Baptiſtæ ædificari ibidem curavit, ad umbilicum videbat adductam, apud comitem Rogerium, ut eam ſolemni ritu conſecrandam curaret, veroſimillimè egit.*

AUCTORE C. B.

git. Utcúmque res habeat, illa equidem eccleſia ſummo apparatu ab Alcherio, Panormitano archiepiſcopo, quinque aſſiſtentibus epiſcopis, conſecrata fuit, idque fieri laudatus comes Rogerius non tantùm curavit, verùm etiam ſacram illam ædem donis non paucis, S. Brunoni *collatis, hac occaſione ditavit, uti liquet ex charta, in illius eccleſiæ ſanctique* Brunonis *favorem ab eodem comite tunc conceſſa. Chartæ hujus ſeu diplomatis partem dumtaxat Ughellus tom.* IX *Italiæ ſacræ col.* 425 *recitat, idemque etiam in eccleſiæ Catanenſis Notitia facit Rocchus Pirrus. Verùm ego illam, ne venerandæ antiquitatis monumentum, quod integrum typis excuſum publicaque luce donatum videre nondum mihi obtigit, curioſi lectoris oculis ſubtraham, integram huc è recenſione Mörkenſii tranſcribo.*

conſecrari curat, datoque diplomate, multa,

B

582 *Sic habet:* In nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo quarto, Indictione ſecunda, cùm ego Rogerius comes Calabriæ & Siciliæ pro Dei amore & animæ meæ remedio, & pro ſalute animæ Roberti Guiſcardi fratris mei, glorioſiſſimi ducis Apuliæ & Calabriæ, & pro remedio animarum fratrum meorum atque omnium parentum & uxorum mearum vellem dedicari facere ad honorem Dei & beatæ Mariæ & beati Joannis Bapt. eccleſiam de heremo, quæ ſita eſt inter Arenam, & oppidum*, quod dicitur Stilum, ſuper territorio dicti oppidi Stili, per venerabiles & ſanctiſſimos patres Panormitanum archiepiſcopum, Melitenſem, Tropienſem, Neocaſtrenſem, Catanienſem & Squillacenſem epiſcopos, collaudantibus eiſdem ſanctiſſimis patribus, dedi beato patri Brunoni magiſtro ejuſdem heremi, ſibi & ſucceſſoribus ſuis monaſterium ſanctæ Mariæ de Arſafia cum omnibus pertinentiis ſuis, ubicúmque ſint, eximendo eandem eccleſiam ſeu monaſterium de Arſafia ab hodierno die in antea in perpetuum de omni temporali ſervitio & Turri, ad quæ tenebatur, oppido meo de Stilo, ut eccleſia de heremo & fratres in perpetuum illam quietè habeant ſine omni calumnia & ſine temporali ſervitio, omni remoto tremari & placario, & horum omnium remotis infeſtationibus.

**al.* Miletenſem

qua hic determinat,

C

583 Hæc autem donaria eccleſiæ prædictæ de Boſco, & fratribus, ibi Deo ſervientibus, dotem dedi, Adelayde conjuge mea conſiliante & laudante & concedente Goffrido filio meo, Malgerio filio meo. Quod monaſterium Arſafiæ capella mea erat exempta ab epiſcopali juriſdictione per ſacro-ſanctam Romanam Eccleſiam, quod conſtare feci prædictis archiepiſcopo & epiſcopis, qui teſtes ſunt hujus donationis, & teſtes ſunt Gosbertus de Luciaco, Paganus de Gorgis, Rogerius Bonellus *, Fulco capellanus meus, qui hæc ſcripſit. Hæc autem dedi teſtimonio ſupraſcriptorum teſtium, & hi termini & limites ſanctæ Mariæ de Arſafia, videlicet ab arbore querceus &c. " Sequitur, „ *inquit hic Mörkenſius*, " terminatio limitum, quam omit-„to, quia ad rem noſtram parùm aut nihil fa-„cit & ſolùm exſcribo loca, hac circumſcri-„ptione incluſa. „ Cum duobus caſalibus intercluſis, ſcilicet de Sancto Andrea, & Roſeti, liberis & exemptis ab omni communitate caſalium meorum de oppido Stili; item locum, qui dicitur cum duobus caſalibus Vingi & Buaungi ſimiliter liberis & exemptis ab omni communitate caſalium meorum de dicto oppido Stili; item eccleſiam ſancti Fantini exemptam ab epiſcopi juriſdictione Giracei *, quæ ad eamdem eccleſiam Arſafiæ pertinet, quæ poſita eſt in pertinentiis Agrotteriæ in tenimento Giracei * cum omnibus rationibus & pertinentiis ſuis; item caſale Arunchi in pertinentiis civitatis Squillacii cum omnibus rationibus & pertinentiis ſuis, ſicut tenere & habere eadem eccleſia Arſafiæ conſuevit.

**al.* Mileten-ſem

**al.* Giracii

**al.* Giracii

D

bona S. Brunoni concedit.

** al.* prænotata

584 Hæc autem pernotata* loca dono & concedo pro eadem eccleſia in dotem domino patri Brunoni, & ſucceſſoribus ejus cum omnibus rationibus, aquarum decurſibus, molendinis, nemoribus & arboribus, cultis & incultis, mineriis æris & ferri & omnium metallorum, paſcuis & omnibus juribus, quæ ego & curia mea habere hactenus conſuevit, ita ut nemo aliquid ibi, niſi dicta eccleſia eremi habeat, ſicut ex tunc nemo aliquid juris habuit, niſi ego. Item concedo eidem eccleſiæ heremi in reliqua terra mea uſum liberum mineriarum æris & ferri, & paſcua libera in eadem terra mea pro animalibus ejuſdem eccleſiæ, atque cuſtodum nec non & eorum, qui in dictis caſalibus habitant. Concedo etiam, ut dicta eccleſia heremi commendatos habere poſſit in ſuprà dictis Caſalibus & locis, quæ eidem eccleſiæ dedi. Nemo in ſuprà dictis locis ſuo vel meo nomine aut hæredum & ſucceſſorum meorum præſumat jus aliquod proſequi vel habere, nec ego, ſed omnia conſerventur eidem eccleſiæ ſolida & intacta, quia parùm eſt pro Dei amore ſuis tribuere famulis, qui mihi multa præſtitit larga manu. Si verò perſona aliqua, filius meus aut aliquis hæres aut ſucceſſor hoc meum quaſſaverit donum, ſeu privilegium, mihi vel poſteris meis aut Eccleſiæ Romanæ centum libras auri perſolvat, niſi ad condignam venerit ſatisfactionem Fratrum ibi Deo ſervientium & perpetuæ ſubjaceat damnationi.

Id, quòd vel ſuſceptam contra Guilielmum,

585 Hæc autem acta ſunt menſe Auguſti, cùm regreſſus eſſem de expeditione, quam feceram ſuper Guilielmum & ab obſidione Caſtri-Villæ, & hoc meum privilegium ad perpetuam firmitatem juſſi & mandavi & feci mea pendente bulla communiri.

✠ Rogerius comes.
✠ Adelaïs comitiſſa.
✠ Goffridus, filius domini comitis.
✠ Malgerius, filius comitis Rogerii
✠ Paganus de Gorgis.
✠ Josbertus de Luciaco.
✠ Rogerius Bonellus*.
✠ Ego Fulco, domini comitis Rogerii capellanus, de mandato ejus hoc privilegium ſcripſi & me ſubſcripſi.

F

** al.* Tonellus

Habe modò etiam, quam chartæ huic à ſe tranſcriptæ Annotationem ſubnectit Mörkenſius. Hanc, *inquit*, eccleſiæ eremi conſtitutionem etiam inter Analecta Garnefeltii noſtri reperi interpolatam & ad autographum recognitam reſcripſi, adſcripſique in margine interpolationes, aſteriſco notatas. Sigillum eſt plumbeum, uti ſuperius, & pendet ex corda crocei coloris. *Interpolationes, quas iterum hic ſcriptor memorat, dumtaxat ferè ſunt lectiones nonnihil variantes; eas interim ad marginem pariter hìc adjeci. Verùm ſunt & alia in idem inſtrumentum notanda.*

Ac

A *Ac primò quidem notæ chronicæ, quas in capite præfert, ſeu annus* 1094 *& Indictio* 2 *ſeſe inter apprimè conveniunt. Nec eſt, cur ſcrupulum cuiquam injiciat, quòd, cùm Rogerius comes ab expeditione, in Guilielmum ſuſcepta, atque à Caſtri-Villæ obſidione reverſus eſſet, datum in fine dicatur.*

quæ, qualis fuerit, exponitur, expeditionem,

586 *Etenim, teſte Hiſtoriæ Siculæ lib.* 4, *cap.* 21 *& ſeq. Gaufredo Malaterra, Guilielmus de Grantavul ſeu, ut ab aliis ſcribitur, de Grantemanil, qui Mabiliæ, Rogerii ducis ſorori, matrimonio junctus erat, anno* 1093, *cùm & ipſe non ſecùs ac Boamundus, de quo jam ſuprà, Rogerium ducem è vivis abiiſſe, falſo ad ſe delato rumore credidiſſet, varia ad principem illum, uxoris ſuæ fratrem, pertinentia tum caſtra, tum oppida, hæcque inter Caſtri-Villam, occupavit, cúmque hæc, audita licèt memorati rumoris falſitate, domino ſuo legitimo, Mabiliæ uxoris ad illa jus prætexens, reddere non vellet, bello eum dux Rogerius appetiit, unáque*

B *cum Rogerio comite, patruo ſuo, qui ei ſeſe adjunxerat, Caſtri-Villam obſedit, ac expugnavit. At verò in illo Rogerii comitis diplomate alia, quæ id fortè non nemini ſuſpectum reddat, difficultas occurrit. Cùm enim, ut ſuprà docui, Rogerius comes è priori uxore ſua Judith, ſeu, ut aliter etiam vocatur, Delicia nullos prorſus liberos habuerit, præterque plures filias unicum dumtaxat filium è ſecunda,* Elemburga *ſeu* Eremburga *cognominata, quæ anno* 1089 *jam obierat, procreârit, unde aut quis ille, qui recitato diplomati ſubſcribitur, Rogerii comitis filius Malgerius? Hunc ſanè è nulla uxorum ſuarum legitimarum genuiſſe Rogerius videtur. Quid ergò? An nothum dicemus? Verùm obſtat Gaufredus Malaterra, Hiſtoriæ Siculæ lib.* 4, *cap.* 18 *de Jordano, qui comitis Rogerii, uti idem auctor lib.* 3, *cap.* 36 *docet, filius nothus erat, ſequentem ſcribens in modum:* Jordanus ... filius comitis, propter ſtrenuitatem ſuam omnibus amabilis, quem plures, quia jam Gaufredum, quod dolorem non minuit, morbus elephantinus pervaſerat, comitis hæredem futurum ſuſpicabantur (nam neque alium maſculum habebat) apud Syracuſam, ſui juris urbem febris typo percuſſus eſt.

C 587 *Cùm ergò, uti ex his Gaufredi verbis intelligitur, Rogerius comes, dum Jordanus, filius eius nothus ſeu ſpurius febri apud Syracuſas, quod anno* 1092 *contigiſſe, laudatus Malaterra lib.* 4, *cap. proximè cit. docet, correptus jaceret, prolem aliam maſculam, quàm dictum Jordanum & Goffredum non habuerit, conſequens eſt, ut nec nothus ſeu ſpurius comitis Rogerii filius exſtiterit Malgerius, qui chartæ proximè huc tranſcriptæ, annoque* 1094 *à Rogerio comite datæ ſubſcribitur. Reſtat ergò, ut vel ſecunda Rogerii comitis uxor Elemburga, aut tertia Adelaſia, dum cum eo matrimonium iniit, vidua fuerit, filiumque è prioribus nuptiis Malgerium habuerit, vel ut Malgerius ille, qui tamquam comitis Rogerii filius nomen ſuum adſcripſit, de ſacro fonte ab eo levatus aut etiam in filium adoptatus fuerit, vel denique, ut Rogerius comes præter filias, quas ei, ſingulis ſuo aſſignato marito, ſtemma Siculum, Annotationibus ad Annam Comnenam à Cangio inſertum, & principum Normannorum Arbor genealogica Malaterræ Hiſtoriæ Siculæ apud Muratorium tom.* v *Rerum Italicarum Scriptorum præfixa, attribuunt, aliam ſal-*

vel Malgerium Rogerii *filium commemoret, pro ſpurio habendum non eſt.*

tem adhuc habuerit, huicque Malgerius ille matrimonio junctus fuerit. Utut ſit, cùm aliquo equidem ex hiſce capitibus factum eſſe queat, ut Malgerius ille Rogerii comitis filius appellatus fuerit, non eſt, cur huc tranſcripta principis hujus charta pro ſpuria ſuſpectave ob ſolum, quod ei adſcribitur, Malgerii filii comitis nomen habeatur. Plus aliquid contra illam facere videri poteſt Beati *titulus, quem Sancto (adi num.* 582) *adjungit: attamen, cùm is, etſi à chartæ autographo abeſſet, ecgrapho forſan à librario dumtaxat recentiori è veneratione in Sanctum fuerit imprudenter adjectus, huicque adhuc viventi ab ipſomet comite Rogerio, qui* Brunonem, *uti ex dicendis ampliùs pateſcet, pro Sancto habebat,* Beati *titulum fuiſſe attributum, prorſus incredibile non ſit, ego nec idcircò inſtrumentum illud, quod alias ſuppoſitionis notas non habet, rejicere auſim, ut certò ſpurium, maximè cùm veritati conſonent, quæcúmque in eo de Turritanæ eccleſiæ conſecratione temporeque, quo hæc facta eſt, traduntur.*

AUCTORE C. B.

F *Aliud ei, quod huc tranſcribitur, inſtrumentum ſuffragatur.*

588 *Ut, quàm nihil hîc à vero alienum pronuntiem, ſtudioſus lector perſpiciat, inſtrumentum publicum, apud Rocchum Pirrum in Sicilia ſacra, Ughellum tom.* IX *Italiæ ſacræ col.* 425, *alioſque ſcriptores exſtans, huc ex Mörkenſii recenſione lubet transferre; hoc enim, eccleſiam illam, quinque aſſiſtentibus epiſcopis, Melitenſi videlicet, Tropienſi, Neocaſtrenſi, Catanenſi & Squillacenſi, fuiſſe conſecratam, ipſemet Alcherius, Panormitanus archiepiſcopus, qui ſolemnitatem illam magno apparatu ac pompâ peregit, teſtatur, recitatæque adeò Rogerii comitis chartæ, in qua idem traditur, monumentum illud ſuffragatur. Sequentibus hiſce verbis concipitur:* Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MXCIV menſe Auguſti, feſto beatæ Mariæ aſſumptæ ego Alcherius Hic..., archiepiſcopus Panormitanus, conſecravi eccleſiam iſtam in honorem Dei & B. Mariæ Virginis, & B. Joannis Baptiſtæ in præſentia Melitenſis, Tropienſis, Neocaſtrenſis, & Squillacenſis epiſcoporum unà cum domino Rogerio comite Calabriæ, Adelaïde comitiſſa, magiſtro Brunone & Lanvino, & ceteris patribus aſſiſtentibus, & in præſentia bonorum hominum.

Ego Alcherius archiepiſcopus Panormitanus
Ego Triſterius, Tropienſis epiſcopus interfui F
Ego Angerius, Catanenſis epiſcopus.
Ego Theodorus epiſcopus Squillacenſis
Ego N. Neocaſtrenſis epiſcopus interfui.

Porrò cùm proximè huc tranſcripta Rogerii comitis charta, in qua de Turritanæ eccleſiæ conſecratione, veluti de re quàm primùm futura, mentio fit, menſe Auguſto (Adi num. 585) *data notetur, jamque recitatum Alcherii, Panormitani archiepiſcopi, teſtimonium conſecrationi iſti quintam decimam Auguſti aſſignet, apprimè, quibus utrumque hoc inſtrumentum ſignatur, notæ chronicæ ſeſe inter conveniunt.*

Id apud Mörkenſium quatuor dumtaxat epiſcopos

589 *At verò, cùm ipſum è Mörkenſio huc tranſcriptum Alcherii teſtimonium, non ſecùs atque recitata Rogerii comitis charta, conſecrationi tradat quinque adſtitiſſe epiſcopos, Melitenſem ſcilicet, Tropienſem, Neocaſtrenſem, Catanenſem & Squillacenſem, nec tamen quinque, ſed quatuor tantùm, Tropienſem nimirum, Catanenſem, Squillacenſem & Neocaſtrenſem, qui ſolemnitati iſti adfuerint, epiſcopos, Melitenſi omiſſo, ſubſcriptos exhibeat, oportet, ut vel Teſtimonii illius apographum, in epiſco-*

AUCTORE C. B.

piſcoporum ſubſcriptione corruptum, Mörkenſio præinxerit, vel ut ipſemet in eo deſcribendo erràrit, maximè cùm teſtimonium illud tam apud Rocchum Pirrum in eccleſiæ Catanenſis Notitia ad annum 1094, *num.* 10, *quàm apud Ughellum tom.* 9 *Italiæ ſacræ, col.* 425 *epiſcopos non tantùm quatuor jam laudatos, ſed etiam Melitenſem, ſubſcriptos ſibi habeat hoc modo;*

✠ Ego Archerius Nic.... archiepiſcopus Panormitanus

✠ Ego Triſtanus Tropejenſis epiſc. interfui.

✠ Ego An. Catanenſis epiſc. interfui.

✠ Ego Theodorus epiſc. Squillacenſis præſens f.

✠ Ego Goffridus Melitenſis epiſc. interf.

✠ Ego Henricus Neocaſtren. epiſc. interfui.

Morotius, qui in Chronologico ſacri Ordinis Carthuſienſis Theatro, parte 6, *ad annum* 1090 *idem monumentum recitat, inter ſubſcriptos ei epiſcopos Melitenſem etiam non recenſet, contrà ac nihilominùs, è quo illud ſe deſumpſiſſe ibidem ait, Camillus Tutinus in Hiſtoria Ordinis Cartuſienſis Proſpectu facit.*

B *ſibi ſubſcriptos errore, in Morotium conjiciendo, exhibet, aliaſque*

590 *Hinc Mörkenſium è Morotio, cui proinde, quod abs eo omiſſione ex dictis peccatum, attribuendum eſt, Alcherii huc jam tranſcriptum teſtimonium deprompſiſſe exiſtimo; in hac autem opinione maximè etiam confirmor ex eo, quòd ſequentia hæc verba,* Qui omnibus verè pœnitentibus & confeſſis... quadraginta dies de vera indulgentia... pœnitentiæ relaxavit archiepiſcopatus ſui anno..., *quæ in monumento iſto locis proximè citt. apud Ughellum & Rocchum Pirrum vocibus hiſce* In præſentia bonorum hominum *ſubduntur, atque à Morotio, utut apud Camillum Tutinum exſtantia, omiſſa ſunt, pariter omiſſa ſint apud Mörkenſium, qui, unde, de quo hîc diſſerimus, deprompſerit monumentum, non edicit. Porrò in diverſis teſtimonii, ab Alcherio dati, exemplaribus jam memoratis lectiones variantes occurrunt non tantùm duæ modò expoſitæ, quibus à Roccho, Ughello & Tutino Morotius & Mörkenſius diſſonant, verùm etiam aliæ, quibus à Morotio, Tutino & Mörkenſio Ughellus & Rocchus hique etiam duo invicem diſcrepant in monumenti illius tum contextu, tum epiſcoporum, qui eidem ſubſcripſerunt, nominibus. Ut præcipuas, reliquis prætermiſſis, recenſeam,*

C *pro lectione, quâ Morotius & Mörkenſius in teſtimonii contextu legunt,* Magiſtro Brunone & Lanvino & ceteris Patribus (*Tutinus habet* Fratribus) aſſiſtentibus, *Ughellus quidem, omiſſa poſt vocem* Brunone *conjunctione* &, *commateque ei ſubſtituto, legit* Magiſtro Brunone, Lanvino B. & cæteris fratribus eremitis aſſiſtentibus; *Rocchus verò, omiſſo etiam commate, habet,* Magiſtro Brunone Lanvino & cæteris fratribus heremitis aſſiſtentibus; *Verùm poſterior hæc lectio, ut per ſe patet, omni dubio procul mendoſa eſt.*

in variis ſui exemplaribus variantes, quæ recenſentur,

591 *Ex ea interim præcipuè eſt factum, ut Rocchus è* Brunone *& Lanvino unam eamdemque perſonam perperam fecerit, loco ſuprà cit. in recitatum à ſe Alcherii teſtimonium ita obſervans:* Ex iis verbis "Magiſtro Brunone Lanvino „ facilè intelliges, diploma illud, quod in Notit. Meſſan. ad annum MXCIV, num. VIII retulimus, à Paſchali II Pontifice tranſmiſſum fuiſſe huic Bruno; in eo enim habes: "Paſchalis epiſcopus, „ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Lanvino ſalu„tem & Apoſt. benedict. de Meſſanenſis epiſcopi „cauſa„ &c. *Ex epiſcopis, qui teſtimonio ſubſcribuntur, Panormitanus archiepiſcopus, qui id dedit, à Tutino, Morotio & Mörkenſio* Alcherius, *ab Ughello & Roccho* Archerius, *facta in nomine litteræ unius mutatione, additoque, quod per* Hic *Morotius & poſt hunc Mörkenſius in chartæ textu ſupplent, nominis fragmento apud Ughellum quidem* Nic..., *apud Rocchum autem* Nico..., *vocatur. Aſt, cùm archiepiſcopus ille apud ipſummet Rocchum eccleſiæ Panormitanæ Notitiâ, ad annum* 1094, *num.* 6 *in diplomate, quod Rogerius, Siciliæ & Calabriæ comes, eccleſiæ Panormitanæ anno* 1095 *dedit,* Alcherius *appelletur, nomen ejus, uti à Tutino, huncque ſecutis Morotio & Mörkenſio fit,* Alcherius *potiùs, quàm* Archerius *efferendum puto. Quod autem pertinet ad nominis fragmentum* Nic. *aut* Nico, *quod apud Rocchum & Ughellum dumtaxat in chartæ ſubſcriptione legitur, id fortè, quòd integra vox non eſſet, omittendum duxerit Tutinus; verùm, ut cujus nominis illud pars veroſimiliter ſit, lectorem edoceam, Rocchus loco proximè cit., ubi Alcherium ab anno* 1083 *ad annum ut minimùm* 1099 *archiepiſcopalem eccleſiæ Panormitanæ ſedem occupâſſe, edixit, Alcherio fortaſſis* Nicodemi appellationem ſive uti ſecundum nomen, ſive uti cognomen, attributam *fuiſſe, dici poſſe arbitratur, idque, quæ ibidem affert, ſat veroſimile efficiunt.*

D

E

lectiones patitur.

592 *Inter epiſcopos, teſtimonio de Turritanæ eccleſiæ conſecratione ſubſcriptos, proximè poſt Alcherium, eccleſiæ Panormitanæ archiepiſcopum, comparet Tropienſis, ſeu, ut ab aliis ſcribitur, Tropeienſis in Ulteriori Calabria eccleſiæ antiſtes, qui apud Ughellum & Rocchum locis ſuprà citt.* Triſtanus; *à Morotio verò & Mörkenſio* Triſterius *nuncupatur, licèt interim à Tutino* Triſtenus *vocitetur. Ughellus tom.* X *Italiæ ſacræ in epiſcopis Tropienſibus col.* 450 *de epiſcopo illo ita ſcribit,* Juſtegus vel Juſteyrus, & Tuſteius, qui & Triſtanus eſt, primus Latinorum Tropeienſis eccleſiæ munus epiſcopale ſuſcepit circa annum Dom. MXCIV, *ſubditque, nonnullis interpoſitis, conceſſum anno* 1094 *à Rogerio, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ duce eccleſiæ Tropeienſi diploma, in quo, qui hujus tum antiſtes erat,* Juſtegus *nominatur. Qui ex epiſcopis, teſtimonio ſubſcriptis, poſt Tropienſem ſequitur, Catanenſis prioribus dumtaxat duabus nominis ſui litteris ab Ughello & Roccho deſignatur; à Tutino verò huncque ſecuto Morotio* Augerius *& à Mörkenſio* Angerius *vocatur. Antiſtitem hunc propriè nuncupatum fuiſſe* Anſgerium, *ſediſſeque ab anno* 1091 *ad annum uſque* 1124, *liquet ex iis, quæ de illo in eccleſiæ Catanenſis Notitia ab anno* 1091 *Rocchus Pirrus in medium adducit. Quod ad Squillacenſem & Melitenſem epiſcopos, quorum ſubſcriptio Catanenſis epiſcopi ſubſcriptioni proximè ſubditur, jam ſpectat, prioris ex his, qui, quemadmodùm infrà contra Ughellum docebo, anno* 1095 *aut ſequenti mortalitatem explevit, eodem ubique modo nomen effertur, nec ullam etiam poſterioris, quod ex dictis à Morotio huncque ſecuto Mörkenſio omittitur, variationem patitur apud Rocchum, Ughellum & Tutinum, à quibus recenſetur.*

F

nec tamen idcircò pro ſpurio eſt habendum.

593 *Notandum porrò eſt, hunc, non celeberrimæ Melitenſis inſulæ, ſed Melitenſis ſeu potiùs Militenſis, Calabriæ Ulterioris civitatis, exſtitiſſe antiſtitem, uti patet ex iis, quæ Rocchus Pirrus in Melitenſis eccleſiæ Notitia proximè ante annum* 1089, *& Ughellus tom.* I *Italiæ ſacræ in epiſcopis Melitenſibus col.* 942 &

A *& ſeq. in litteras mittunt. Ad Neocaſtrenſem nunc tandem, qui omnium ultimus Alcherii de Turritanæ eccleſiæ conſecratione teſtimonio ſubſcripſit, epiſcopum venio. Hic, quem ab anno* 1094 *uſque ad annum ſaltem* 1112 *ſediſſe adducta ab Ughello tom.* 9 *Italiæ ſacræ col.* 402 *& binis ſeqq. ſuadent,* Henricus *à Roccho & Ughello nuncupatur; licèt autem à Tutino, huncque ſecutis Morotio & Mörkenſio inter epiſcopos teſtimonio mox iterum laudato ſubſcriptos, recenſeatur, nomine tamen vel* Henrici *vel altero, quia fortè nullum in teſtimonii illius exemplari, quod ſibi præluxit, Tutinus invenit, haud afficitur; ut proinde & hîc à Tutino hujuſque ſequacibus Roschus Pirrus & Ughellus lectionis diverſitate ſat notabili differant. Verùm, etſi id ita habeat, cùm equidem inter hoſce omnes, quantùm ad lectionem tum anni* 1094, *tum ſanctiſſimæ Dei Genitricis, in cœlos aſſumptæ, feſti, quo eccleſiæ Turritanæ conſecratio fuerit peracta, apprimè conveniat, nec aliunde, cur monumentum illud, quod tam variè ex dictis apud varios legitur, pro ſpurio ſuſpectove habeatur, quidquam occurrat; neutiquam id ut tale ob varias variorum exem-*

B *plarium variantes lectiones, quæ amanuenſium librariorumve errores dumtaxat plerúmque ſunt, rejiciendum eſt. Atque hinc jam, partimque è proximè recitato Rogerii comitis diplomate fit, ut ambigendum non ſit, quin illa dictæ eccleſiæ, quam perperam Tutinus, uti ex hoc etiam inſtrumento liquet, cum eccleſia S. Mariæ de Arſafia pag.* 7 *Proſpectûs confundit, dedicatio & anno* 1094, *ut jam dictum, & ipſo ſanctiſſimæ Dei Genitricis in cœlos aſſumptæ feſto fuerit peracta.*

§ XXXVI. An concilio Placentino, in quo Præfationem de Beata compoſuerit, Sanctus interfuerit, & cur, ſi ita ſit, eo celebrato, ad Majorem Cartuſiam non redierit.

Sanctus, qui conciliis Troiano & Beneventano veroſimiliter interfuit,

C *POſt Sancti è curia Pontificia in Turritanam Calabriæ eremum receſſum duo fuiſſe ab Urbano II Papa haud procul inde ante annum* 1095 *celebrata concilia, Beneventi ſcilicet in Campania unum, Troiæ in Apulia aliud, ex ipſis temporis hujus ſcriptoribus monumentiſque habetur compertum. Ad primum, quod anno* 1091, *ut Bertholdus, Conſtantienſis presbyter ſcriptorque ſynchronus, in ſua ad Hermannum Contractum Appendice teſtatur, adverſus Guibertum anti-papam ejuſque ſequaces celebratum fuit, tot epiſcopi & abbates, quemadmodùm in veteri, è quo Labbeus illius canones edidit, codice Romano legitur, convenerunt,* Ut eorum numerus facilè adnotari non potuerit. *Nec patrum, qui ad ſecundum convenêre, exiguus exſtitit numerus, uti fidem facit concilii illius titulus à Labbeo in tom.* 10. *conciliorum ex antiquis codicibus Mss. illatus, hiſque verbis conceptus:* Anno Dominicæ Incarnationis MXCIII. V Idus Martii convenit Troiæ in Apulia concilium epiſcoporum ferè LXXV, abbatum XII. *Ac* Brunonem *quidem ad duo hæc concilia, haud procul admodùm à Calabria, eremoque, in qua verſabatur, cele-*

AUCTORD C. B.

brata, ab Urbano è ſolitudine ſua evocatum fuiſſe, veroſimile vel idcirco apparet, quòd, cùm in eremo Calabrina jam commoraretur, ſubinde ex hac à Pontifice illo, prudentiſſimi Viri conſiliis in majoris momenti negotiis uti volente, veroſimillimè arceſſitus fuerit; ut jam ſuprà docui.

ad Placentinum veroſimiliter etiam à Pontifice fuit arceſſitus.

595 *Verùm anne etiam Sanctus ad celeberrimum numeroſiſſimumque concilium, anno* 1095, *ut Bertholdus presbyter iterum mox laudatus teſtatur, loco à Calabria nonnihil remotiori, Placentiæ nimirum, celebratum, aliudque, quod huic præivit, quodque (neque enim in eo quidquam ſtatutum fuiſſe legitur) non tam concilium, quàm præparatio ad Placentinum concilium exſtitiſſe videtur, Guaſtallæ, ſeu, ut ab aliis ſcribitur, Guardiſtallæ aut Ewardaſtallæ anno* 1094 *exeunte habitum, ab Urbano Papa fuerit evocatus?* Brunonem *ſanè jam dicto, in quo iterum Guibertus Anti-papa & Henricus imperator communione Eccleſiaſtica fuêre privati, concilio Placentino interfuiſſe, Blömenvenna, ceterique ejus biographi, ſeculo quinto decimo poſteriores, qui ſanctum Virum à ſuo è Cartuſia diſceſſu ad annum uſque* 1095 *Urbano adfuiſſe, tuncque demum, Rhegienſi, ad quem electus fuerat, archiepiſcopatu recuſato, Pontificiâque curiâ relictâ, in Turritanam Calabriæ eremum ſeſe recepiſſe volunt, unanimi conſenſu affirmant. Et verò, etſi hanc eorum aſſertionem nullo teſtimonio ſatis antiquo firmare queam, vero tamen neutiquam puto abſimilem, cùm factum facilè eſſe queat, ut Pontifex, qui Sanctum celebratis Troiæ & Beneventi conciliis intereſſe, veroſimiliter ex jam dictis voluerat, eum quoque ad Placentinum, in quo graviſſimi ponderis negotia tractanda erant, è Calabrina ſolitudine arceſſierit.* Pontifici, *inquit in jam ſæpiùs laudata Urbani Papæ II Vita num.* 171 *Ruinartius,* in eadem ſynodo (*Placentina ſcilicet*) conſiliarium adfuiſſe ſanctum Brunonem, parentem Cartuſianorum, omnes fermè vulgati auctores tradiderunt, nec animus eſt hanc opinionem impugnandi; at illis aſſentiri non poſſum, qui aſſerunt, huic ſancto Viro tunc temporis oblatum fuiſſe à Pontifice archiepiſcopatum Rhegienſem in Calabria. *Ita ille, non multùm, ut apparet, abludens ab opinione, quâ Sanctum Placentino concilio veroſimiliter interfuiſſe, nec tamen, in hoc illi archiepiſcopatum Rhegienſem fuiſſe oblatum, exiſtimo.*

F *Compoſuiſſe in hoc Præfationem de Beata putatur à nonnullis.*

596 *At verò ſunt etiam, qui* Brunonem *concilio iſti non tantùm interfuiſſe, verùm etiam è Præfationibus, in Miſſa recitari ſolitis, decimam, quæ eſt de beata Maria, quæque in concilio iſto promulgata fuerit, concinnâſſe contendunt. Ac in primis quidem ita opinatur Surianus, in ſuis ad contextam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus pag.* 192 *& ſeq., ac deinde in ſua ad eamdem Vitam Chronotaxi pag.* 396. *Verba ejus omnia, quorum primis, concilio Placentino interfuiſſe Sanctum, probare potiſſimùm nititur, huc tranſcribo. Priori loco hiſce ſequentibus utitur:* Paris difficultatis eſſe cenſetur, quòd concilio dicitur (S. Bruno *nempe*) interfuiſſe Placentino, quod anno MXCV celebratum eſt, cùm diplomata donationis (*Turritanæ eremi per Rogerium comitem*) factæ anno MXC & confirmatæ ab Urbano II biennio pòſt, repugnent. Sed nec hoc ſuo deſtituitur fundamento, cùm Antonius Beuter, chronographus Valentinus, antiquitatum indagator egregius, in ſuo, quem inſcripſit de Miſſæ cæremoniis, libello id non ob-

AUCTORE C. B.

ſecurè aſſerat, dum ait, Præfationem, quæ decima eſt, de B. Maria Virgine tunc ab eo fuiſſe compoſitam. Potuit igitur adhuc circa Placentini tempora concilii adhæſiſſe Pontifici, & ſuo nihilominùs præfuiſſe Turrenſi monaſterio; nam id ſolemne & ſolitum tunc fuiſſe, probant acta varia, præſertim S. Bernardi Claræ-Vallenſis; in quibus legitur eum ſexennio, & ampliùs à ſua abfuiſſe Clara-valle, variis pro Sede Apoſtolica laboribus peregrinationibuſque ſuſceptis, ut de aliis taceamus, qui ad commune reſtinguendum ſchiſmatis incendium ex remotiſſimis orbis partibus acciti fuêre; *poſteriori verò iſtis:* Antonius Beuterius chronographus Valentinus, antiquitatum mirus obſervator, in libello, quem edidit de partibus & cæremoniis Miſſæ, refert, Præfationem de B. Maria Virgine in hoc concilio, quod Urbanus Placentiæ habuit, à Cartuſiano fuiſſe compoſitam. Quis ille, niſi S. Bruno, cujus ſapientiam in quodam diplomate extollit Paſchalis Papa, dicitque multum auctoritatis apud Sedem Apoſtolicam obtinuiſſe.

B *Aſt hæc opinio, cùm monumenta, quæ pro ea laudantur,*

597 *Hactenus ille, pro opinione, quæ Præfationem de B. Maria Virgine à* S. Brunone *concilii Placentini tempore compoſitam fuiſſe ſtatuit, Antonium Beuterum dumtaxat allegans; verùm, cùm hic ſcriptor, utpote longiſſimo temporis intervallo à Sancti noſtri conciliique Placentini ætate remotus, ſola ſua auctoritate fidem indubitatam rei iſti facere haud poſſit, potiſſimùm modò, unde hanc is hauſerit, diſpiciendum. Cùm laudatum à Suriano, quò commodiùs certiúſque facere id poſſem, Beuteri Opus neceſſarium foret, nec id ad manum ſit, opportunè hîc ſuccurrit Mörkenſius in Chronologico-diplomatica ſua de* S. Brunone *Diatriba Ms. ita memorans:* Sequenti anno MXCIV, cùm Guibertini, teſte eodem Bertholdo, Turrim Creſcentii adhuc obtinerent, & Urbanus minimè tutus foret ab hoſtibus, exceſſit Urbe in Longobardiam, ac Guaſtallæ ad Padum flumen, adunato ſacrorum antiſtitum cœtu, Eccleſiæ neceſſitatibus conſuluit, in quo Præfationem B. V. Mariæ vulgavit. Catalogus Ms. Rom. Pontificum apud Papebrochium in Urbano; Sigonius & Leander Albertus in Deſcriptione Lombardiæ de Guardiſtallo. Præfationem illam, quæ decima eſt, à Cartuſiano compoſitam, reperit inter antiqua monumenta Antonius Beuterus in ſuo libro de

C partibus Miſſæ; vult tamen in concilio Placentino promulgatam, fortè in hoc poſteriori, utpote celebriori, reiteratam. *Beuterus ergò, quod de compoſita à Cartuſiano, quæ de B. Maria Virgine eſt, Præfatione aſſeverat, ex antiquis monumentis hauſit. Verùm cùm ſimul, quanta hæc antiquitatis fuerint, Mörkenſius, quòd id à Beutero notatum veroſimillimè non invenerit, haud edicat, véréne à Cartuſiano, uti è monumentis illis Beuterus didicit, compoſita fuerit dicta Præfatio, dubium admodùm mihi adhuc apparet, cùm monumenta illa, quæ Beutero præluxêre, ſubleſta dumtaxat fidei forſan fuerint.*

non de S. Brunone, ſed tantùm de Cartuſiano generatim loquantur,

598 *Adhæc, etſi etiam tantiſper daremus, monumenta antiqua, è quibus id Beuterus didicit, probatæ omnino notæ ac fidei fuiſſe, nondum tamen hinc conſectarium fuerit, à* S. Brunone *Præfationem decimam, quæ de B. Maria Virgine eſt, fuiſſe concinnatam. Hanc enim ille, non à* S. Brunone, *ſed à Cartuſiano, non definiendo, Sanctuſne is, an alius fuerit, compoſitam fuiſſe, è monumentis, quæ laudat, dumtaxat tradit. Reponi quidem poteſt, non alium Cartuſianum, quàm* Brunonem, D *concilio Placentino interfuiſſe; verùm ſi Sanctus, uti veriſimile ex dictis eſt, concilio iſti reipſa interfuit, ſocium ſibi habuiſſe adjunctum, veroſimillimum, ne dicam indubitatum, apparet. Nec eſt, cur, hoc dato,* Brunoni *equidem potiùs, quàm alteri cuivis Cartuſiano, qui ad concilium Placentinum comitatus eum fuerit, opus illud attribuendum putes, quòd huic ille adornando, utpote ſummâ eruditione vir, fuerit aptiſſimus; præterquam enim, quod ad id magna eruditione opus haud fuerit, Sanctus, uti ipſemet in ſua infrà huc tranſcribenda ad Radulphum Viridem eccleſiæ Remenſis præpoſitum epiſtola docet, ſocios nonnullos, aut, ſi mavis, diſcipulos probè eruditos in Turritana Calabriæ eremo ſibi habuit adjunctos; ut proinde abs horum uno, quem ad dictum concilium ſecum Sanctus duxiſſet, Præfatio illa compoſita eſſe potuerit. At verò ſunt, qui hanc nec* Brunonis, *nec alterius cujuſcúmque Cartuſiani, ſed ipſiuſmet Urbani II Papæ opus eſſe, contendunt; ac in primis quidem Cardinalis Bona lib. 2 Rerum Liturgicarum cap. 10, num.* E *3, & Ruinartius in contexta à ſe Pontificis hujus Vita num. 176. Omnia poſterioris hujus ſcriptoris verba vel idcircò, quòd antiqua, è quibus, quæ huc ſpectantia ibidem litteris mandat, deprompſerit, ſeu teſtimonia ſeu monumenta comprehendant, huc tranſcribo.*

dictamque Præfationem Pandulfus,

599 *Sic habent:* Recepta eſt apud auctores vulgatos traditio, Urbanum Papam in hoc concilio (*Placentino nempe*) decimam Præfationem, quæ eſt de beata Maria, novem antiquis addidiſſe. Id diſertè habetur in veteri codice Ms. archi-monaſterii Remigiani apud Remos, ab annis circitèr quingentis ſcripto, ubi poſt relatum ſub Pelagii Papæ nomine de novem Præfationibus decretum, eadem manu adduntur hæc verba: "Decima addita fuit in concilio Placentino ſub „Urbano Papa celebrato.„ Rem verò ſic contigiſſe ferunt. Cum Pontifex "Apud Sanctam Ma„riam de Campania, vetuſtiſſimæ pietatis tem„plum, ſacris operaretur, ut Deus incœpta concilii bene verteret, jamque Præfationem offerret; repente ex inſtinctu Divino in illa dulciſſima verba, populo demirante prorupit: " Et te in „veneratione beatæ Mariæ virginis collaudare, „benedicere & prædicare; quæ & Unigenitum „tuum ſancti Spiritus obumbratione concepit, „& Virginitatis gloria permanente, huic mundo F „lumen æternum effudit Jeſum Chriſtum Do„minum noſtrum, per quem &c.„ Quam Præfationem univerſalis poſtmodùm Eccleſia adoptando probavit, & etiam nunc retinet. Hanc nonnulli à beato Brunone editam fuiſſe volunt; at eam ab ipſo Urbano factam fuiſſe, diſertè tradit Pandulphus in ejus Vita, non quidem in Placentina, ſed in Ewardeſtallenſi, ut jam (*num. videlicet* 168) monuimus, ſynodo. Plura de hac Præfatione habet Petrus-Maria Campus in Hiſtoria Placentina, lib. XII ad an. MXCV, quæ cùm non ſatis ſibi conſtent, huc referre viſum non eſt.

ſuppar probataque fides ſcriptor,

600 *Hactenus Ruinartius. Atque ex his quidem ejus verbis intelligitur, Præfationem, quæ de B. Maria Virgine eſt, non certò in concilio Placentino, ſed vel in hoc, ſi codici Remigiano, quem laudat, fides ſit, vel in Ewardeſtallenſi ſeu Guaſtellenſi, ſi Pandulpho credendum ſit, factam fuiſſe. Verùm ſive in hoc, quod veroſimilius reor, ſive in illo è binis hiſce conciliis facta fuerit, vera eſſe poteſt eorum opinio, qui Sanctum noſtrum illius facinus au-*

A *auctorem, cùm nihil omninò obstet, quò minùs hic tam Guastellensi, quod ex dictis anno* 1094 *exeunte celebratum fuit, quàm Placentino, quod Guastellensi haud multò fuit posterius, interfuisse credi queat. At verò, cùm verba, è codice Remigiano à Ruinartio hîc adducta, nihil omnino suggerant, quod dictam Præfationem ab ipsomet Urbano compositam fuisse, suadeat, potissimùm hîc jam dispiciendum, primò quidem, an Pandulphus, qui eam ab Urbano factam asseverat, fidem indubitatam mereatur; deinde verò, an illa ejus assertio tam clara tamque distincta sit, ut nullum superfit dubium, quin eâ, Præfationem illam ab ipsomet Urbano concinnatam fuisse, significatum voluerit. Ac Pandulphum quidem dignum esse, cui fides indubitata adhibeatur, dubitandum non videtur. Etsi enim eum, contrà ac nonnulli censent, à Pandulpho Masca, quem Lucius III, ad Pontificatum anno* 1181 *evectus, purpuratorum Patrum senatui adscripsit, diversum esse, Muratorius tom.* 3 *rerum Italicarum scriptorum pag.*274 *versa cum Pagio rectè doceat, Urbano tamen* B *secundo Pontifici fuit æqualis aut certè suppar, uti liquet ex iis, quæ de eodem scriptore loco cit. idem Muratorius docet, hunc scribens in modum:* Quandoquidem Ambrosianæ bibliothecæ ditissimum promptuarium quorumdam summorum Pontificum Vitas à Pandulpho Pisano conscriptas exhibet, has etiam collectioni præsenti inserere socii palatini atque ego utilissimum putavimus.

Urbano II Papa

601 Incipiunt autem à Gregorio VII & desinunt in Alexandrum III atque à scriptore proficiscuntur, qui iisdem temporibus in vivis erat atque ea scriptis mandabat. Jamque, testibus Felino, Onuphrio Panvino, Ludovico à sancto Carolo aliisque, noveramus Pandulphum ejusmodi Vitas elucubratum fuisse; & ex iis etiam multa in suos Annales derivârat summus ecclesiasticæ historiæ illustrator Baronius. Imò Constantinus Cajetanus anno MDCXXXVIII typis Romanis tradidit, ac notis illustravit Gelasii II Vitam, ab eodem Pandulpho conscriptam, ex qua intelligimus, scriptorem hunc anno MCXVIII, ecclesiasticæ militiæ adscriptum, in Romana curia vixisse. *Quin itaque Pandulphus fidem mereatur in iis, quæ de Urbano II Papa memoriæ prodit, dubitandum non apparet. Dispiciamus modò, an, Præfationem, quæ de B. Maria Virgine est,* C *à Pontifice illo compositam fuisse, tam disertè tamque expressè edicat, ut id illum proprio marte fecisse, innuat. Verba ejus huc spectantia apud Papebrochium in Propylæo Maii in Conatu chronico-historico ad Romanorum Pontificum Catalogum in Urbano II & apud Muratorium tom.* 3 *Rerum Italicarum Scriptorum pag.* 352 *hæc sunt:* Sex concilia (*Urbanus II Papa*) celebravit, unum apud Clarimontem; alterum apud Guardestallum Longobardiæ, in quo fecit Præfationem de festivitatibus B. Mariæ Virginis; aliud verò apud Melsiam, & alterum Romæ in ecclesia B. Petri. Aliud apud Troiam in Apulia, & alterum apud Placentiam. *Hactenus Pandulphus. Atque hisce quidem verbis, fuisse ab Urbano II Papa Præfationem, de qua hîc, proprio marte compositam, disertè asserere visus est Ruinartio, fuisseque sanè eam proprio marte ab Urbano compositam, erit dicendum, si res eo modo, quo eam* (*adi Ruinartii verba num.* 599 *recitata*) *contigisse ferunt, reipsa contigerit. Verùm, ut ad id, quod posteriori loco hîc ponitur, primò respondeam, præterquam quòd ii, ac in primis Petrus Maria-Campus, à Ruinartio laudatus, à quibus res ita gesta narratur, recentiores omnes sint, fidemque proinde indubitatam facere haud nati, Placentiæ illam* (*adi iterum Ruinartii verba num.* 599, *locoque hisce citato Mariam-Campum*) *ita gestam statuunt, ut ne quidem alibi initium accepisse potuerit, sicque cum Pandulpho, utpote qui eamdem Guastallæ seu Guardestalli accidisse, tradat, tantopere pugnant, ut ne quidem modo, per Mörkensium suprà assignato, in concordiam possint adduci.*

AUCTORE C. B.

602 *Quod nunc pertinet ad mox huc transcripta verba, quibus, Præfationem de Beata ab ipsomet Urbano compositam fuisse, disertè tradere Pandulphus Ruinartio est visus, cùm non rarò fiat, ut reges, imperatores, Pontifices aliique in potestate constitutæ personæ fecisse dicantur etiam ea, quæ non proprio ipsarum marte, sed jussu dumtaxat facta sunt, nescio, an futurum sit, ut quisque ob dicta Pandulphi verba Urbano Papæ Præfationem illam, tamquam proprio marte* E *abs eo compositam, indubitanter adscribat. Quod ad me pertinet, cùm res ita habeat, nihilque ex dictis obstet, quò minùs Sanctus noster, ut Placentino, ita etiam Guastallensi concilio, cujus tempore Præfationem de Beata concinnatam fuisse, recitatæ Pandulphi, auctoritate, quantùm reor, codici Remensi per Ruinartium suprà laudato præferendi, verba verosimillimum saltem faciunt, interfuisse credatur, eam ego* Brunoni *indubitanter abjudicare non ausim, licèt interim, an ejus opus verè sit, vehementer dubitem, tum ob jam suprà dicta, tum quòd opinionem, quæ eamdem Urbano Papæ, tamquam proprium ejus opus, attribuendam statuit, longè verosimiliorem idcircò autumem, quòd ei recitata Pandulphi verba, in sensu magis naturali & obvio accepta, suffragentur. Accedit, Præfationem illam* (*adi Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores tom.* 8, *pag.* 533 *&* 553) *fortassis & Urbano &* Brunone *esse antiquiorem. Sed hæc tam de decima è Præfationibus in Missa recitari solitis, quæ à nonnullis Sancto attribuitur, quàm de ejus in conciliis Guastallensi & Placentino præsentia disseruisse sufficiat. Dispiciamus modò, quò* Bruno, *finito Placentino concilio, cui ex jam dictis forsan interfuerit, sese contulerit, cur tunc saltem Cartusiam Majorem non repetierit, & quæ tum primùm egerit, seu potiùs egisse tradatur.*

attribuat, dubia admodùm apparet.

F

603 *Statim Sanctum ad Turritanam Calabriæ eremum à Placentino concilio esse reversum, scriptores prorsus omnes, qui huic illum interfuisse adstruunt, unanimi consensu affirmant. Verùm multùm abest, ut eos inter quantùm ad rationem, ob quam tunc Sanctus Calabriam petierit, nec ad Cartusiam Majorem redierit, tam rectè conveniat. Alii enim, hosque inter Puteanus, Blömenvenna & Surius, Sanctum id fecisse volunt, quòd, cùm Pontifex tunc in Galliam, in qua sita est Major Cartusia, proficisceretur, metueret,* si ipse quoque (*verba sunt Surii*) eò se conferret, ne aut curiam declinare non posset, aut illam non reliquisse, sed sequi videretur; *alii contrà alias, quas hîc omnes commemorare, necesse non est, rei illius causas allegant. Verùm, etsi ita sit, nec, quemadmodùm suprà jam docui, allegata à biographis nostris causa effecerit, ut Sanctus anno* 1090 *ad Cartusiam non redierit, pugnare inter se idcirco dicendi non sunt, cùm factum esse queat, ut diversas ob causas ad Cartusiam Majorem redire noluerit. Ac mihi.*

Cur Sanctus à concilio Placentino Cartusiam non repetierit.

AUCTORE C. B.

nihi quidem, quidquid tandem de cauſis, per alios allegatis, ſit, idcircò potiſſimùm Cartuſiam Majorem non repetiiſſe, ſed ad Turritanam Calabriæ eremum rediiſſe Bruno *videtur, tum quòd hanc curâ ſuâ ſummopere adhuc indigere nôſſet, tum quòd Calabriæ & Siciliæ comes Rogerius, ſanctum Virum, quem, nondum ferè cognitum, quòd ſanctiſſimis ejus precibus præſidium ſibi ditionibuſque ſuis à Domino ſperaret adfuturum, obnixiſſimè ex dictis, ut, quem vellet, locum in ditione ſua ſibi deligeret, jam inde ab anno* 1090 *erat precatus, quemque, jam probè ſibi cognitum, non ſecùs ac Sanctum colebat, reverti in Calabriam omnibus modis vellet, nec* Bruno *poſſet non ſatisfacere deſiderio principis tam pii tamque benevoli, quem in ſe ſocioſque ſuos, ut jam vidimus, maximè beneficum fuerat expertus.*

& quid in reditu ad Calabriæ eremum egiſſe tradatur.

604 *Utut ſit, Sanctus equidem à concilio Placentino, ſi fortè huic interfuit, in Calabriam rediit, nec Cartuſiam, utut id facere maximè fortaſſis deſideraret, repetere ei viſum fuit. Aç Sanctum quidem, cùm è concilio illo Calabriam repeteret, ad locum, duobus milliaribus Senis diſſitum, divertiſſe, aliquamdiu ibidem commoratum eſſe, vicinos Senenſes aliquoties hinc adiiſſe, ac tandem monitis ſuis, ut ad Urbani Papæ II, à quo, quòd Guiberto antipapæ adhærerent, ſub interdicto poſita fuerat eorum civitas, obedientiam accederent, effeciſſe, Zanottius in* S. Brunonis *Hiſtoria ſeu Vita cap.* XXV *memoriæ prodit, citans etiam pro hac ſua narratione Vitam* S. Brunonis *Ms., cujus auctor ſit Fulgentius Ceccaronius; verùm, cùm fuiſſe illud à Sancto noſtro factum, à nullo prorſus ſcriptore alio commemoratum inveniam, nec Fulgentius Ceccaronius, è quo id Zanottius hauſit, pro ſcriptore antiquo, habita ætatis, quâ poſt* S. Brunonem *floruit, ratione, poſſit haberi, commemorari hîc à Zanottio, quæ veritati conſonent, aſſeverare haud queo, remque proinde in medio relinquens, ad ea, quæ Sancto, ad eremum Calabrinam jam reverſo, obvenêre, diſcipulique ejus in Cartuſia paſſi eſſe narrantur, ſermonem converto.*

B

§ XXXVII. Graviſſimam, abſente Sancto, religioſi Cartuſiæ Majoris incolæ tentationem patiuntur; natum comiti Rogerio filium Sanctus baptizat, novoque abs illo beneficio afficitur.

C

Brunonis in Cartuſia diſcipuli graviſſimam tentationem patiuntur,

NOn *rediiſſe* S. Brunonem *à celebrato, cui ex dictis forſan interfuerat, Placentino concilio ad Majorem Cartuſiam, religioſis hujus incolis importunum ſanè quàm maximè accidit, ſi vera memorent noſtri biographi; graviſſimam enim, ſi hi rectè ſcribant, à dæmone tentationem paſſi ſunt, in qua, ſi dilectis diſcipulis Vir ſanctus adfuiſſet, ſolatio eis juxtà ac auxilio eſſe potuiſſet. Tentationem illam, quæ, ſi locum verè habuit, haud ita dudum, uti ex dicendis intelliges, poſt Placentinum concilium, aliudque, quod proximè hoc excepit, Claromontanum veroſimiliùs acciderit, Blömenvennæ verbis commemorare hîc lubet. Is itaque Sancti biographus, è quo & Puteano, quæ eâ-dem ſpectantia Surius ſuppeditat, mutuatus eſt, ſic ſcribit:* Non defuit in paradiſo hoc ſpirituali (*Cartuſia nimirum*) etiam ſerpens antiquus. Præſentieus nempe, quanta damna accepturus eſſet ex Ordine illo, cujus fundamenta jam tunc jaciebantur, maxima illos puſillanimitate & perplexitate turbavit, præcipuè per linguas, id eſt, eos, qui novitatis ipſos arguentes, ſcilicet periculum occiſionis propriæ ingerebant, adeò ut prorſus neſcirent, quid agendum ſibi eſſet, tum propter vitæ inſtitutæ rigorem, tum propter heremum horribilem, in qua ſe periclitari, illorum moti ſermonibus, formidabant & ipſi. Econtrà verò timebant, ſi abirent, duces ſuas ſtellas Deumque offenderent.

D

eâque per apparitionem divinitus oblatam liberantur.

606 *Tali fuêre à maligno ſpiritu Cartuſiæ Majoris incolæ,* Brunone *abſente, tentatione vexati; cui ſanè diſpellendæ opportunus maximè Sanctus fuiſſet; verùm quod hic abſens præſtare non potuit, benigniſſimè id, ſi fides iterum ſcriptoribus mox dictis, præſtare dignata eſt divina Clementia.* Cùmque (*ſubdit verbis proximè recitatis Blömenvenna*) his aliquamdiu exagitati eſſent perplexitatibus, ecce, benigniſſimus Dominus, qui numquam deſerit ſperantes in ſe, miſit ad eos, de hac re colloquentes (ſicut de Spiritu ſcribitur, Neſcis, unde veniat, aut quò vadat) virum honorabilem, criſpos ac canos habentem capillos, dicentem eis: "Perplexi eſtis, fratres, utrùm manere in loco hoc, „an recedere debeatis, ſed ego dico vobis ex „parte Dei, quia beata Dei Genitrix ſemper „Virgo Maria confervabit vos in loco iſto, ſi „Höras ejus legeritis ante Horas canonicas; „Completorium verò poſt eas.„ Quo dicto, diſparuit homo; illi verò gaviſi ſunt gaudio magno, elegeruntque beatam Virginem Mariam in patronam Ordinis, in patronum verò ſanctum Johannem Baptiſtam. Hominem autem illum ſanctum Apoſtolum Petrum fuiſſe, ex illo vel maximè conjiciebant, quòd ſucceſſor ejus Urbanus ſecundus in conſilio Clarimontenſi Horas beatæ Mariæ à clericis quotidie dici inſtituit. Ex hac autem viſione adeò ſunt confortati in Domino, ut nec mors, nec vita ipſos poſſet ſeparare à charitate Chriſti. *Hactenus Blömenvenna: nunc in verba ejus, ſeu potiùs in ea, quæ hiſce memoriæ prodit, docetve, quædam obſervanda.*

E

Hæc, quæ an omnium, quorum cauſa aſſeritur, verè etiam cauſa exſiterit,

607 *Ac primò quidem, quod pertinet ad apparitionem, quâ S. Petrus primis Cartuſiæ incolis ſeu Landuino ejuſque ſociis, ſenis ſpecie aſſumptæ, ſpectandum ſeſe præbuerit, ad quotidianam eos Parvi de ſanctiſſima Virgine Maria Officii recitationem excitârit, factumque ſit, ut illi & periculoſiſſima tentatione liberati fuerint, & in Ordinis ſui patronam quidem eamdem ſanctiſſimam Virginem Mariam, patronum verò S. Joannem Baptiſtam elegerint; eventum illum quidem, utut nec ſcriptoris, nec monumenti ſatis antiqui ſeu æqualis teſtimonio auctoritateve confirmatum, indubitanter negare idcirco non auſim, quòd ei tum conſtans, uti eam vocant, totius Ordinis traditio, tum aſſiduus in eodem recitandi Parvi de Sanctiſſima Virgine Officii uſus ſuffragetur; verùm nihilne etiam eſt, ob quod, an apparitio illa, eave, quæ hanc ſecuta narrantur, locum umquam habuerint, dubitandum queat videri?* Sanctiſſima Virgo Maria *in patronam, & ſanctus Joannes Baptiſta in patronum, utpote in quorum honorem ex ſuprà dictis Cartuſiam* S. Bruno *condiderit, din ante memoratam*

F

A *ratam apparitionem à Sancto ejuſque diſcipulis veroſimiliter fuêre electi; ut proinde an electionis hujus cauſa, ut verbis recitatis Blömenvenna innuit, apparitio illa exſtiterit, ſit dubium, maximè cùm eâ (videſis Blömenvennæ verba proximè data) Landuino ejuſque ſociis, non S. Joannes Baptiſta, ſed S. Petrus Apoſtolus videndum ſeſe obtuliſſe memoretur, poſterioremque proinde è duobus hiſce Sanctis, non autem priorem, ſi electionis, quam Blömenvenna memorat, præfata apparitio cauſa exſtitiſſet, in patronum ſibi illi electuri fuiſſe videantur. Adhæc Ruinartius in Vita Urbani II Papæ ſæpiſſime jam laudata num. 226 ſic ſcribit:* Ferunt etiam, hac ipſa ſacræ expeditionis occaſione preces horarias beatæ Mariæ, quæ jam antea à Petro Damiano in ſuis monaſteriis erant inſtitutæ, à clericis, immò & ab ipſis laïcis ex Urbani præſcripto (*in Claromontana ſcilicet ſynodo, in qua ſacra in Terram Sanctam expeditiones decretæ fuerunt, condito*) frequentari cæpiſſe, ut eo pacto, qui expeditioni ſuſcipiendæ inhabiles eſſent, his ſaltem precibus milites adjuvarent, eis tantæ Virginis patrocinium promerendo.

B 608 *Cùm ergò, ut preces illæ horariæ de beatiſſima Virgine, quæ vulgò ejus Officium appellari conſueverunt, à clericis recitarentur, ab Urbano Papa, uti recitata Ruinartii verba declarant, clericis injunctum fuiſſe feratur, imò reipſa, ut apparet, in concilio Claromontano (adi Labbeum tom. X Conciliorum col. 517) fuerit injunctum, Cartuſiani ut idem facerent, recenti illo Urbani præſcripto moveri potuêre; quare, cùm ad id apparitione, Blömenvennæ verbis jam relata, opus haud habuerint, fuerintne hâc verè, ut preces illas recitandas aſſumerent, impulſi, dubitari poſſe videtur. At verò, erit fortaſſis, qui, ut id dicta apparitione factum, tueatur, concilii Claromontani celebratione fuiſſe hanc anteriorem, contendat. Atque in hac quidem opinione fuiſſe videtur Petreius. Etenim in ſuis in Dorlandi Chronicon Elucidationibus lib. 4, cap. 4 ſic ſcribit:* Apparens eis (*Cartuſianis*) D. Petrus Apoſtolus conſilium ſalutare ſuggeſſit, quatenus Horas canonicas in honorem ſacratiſſimæ Virginis quotidie decantarent, quod deinde etiam clerus univerſus, uti ex decretis Claremontens. concilii conſtat, imitandum ſuſcepit. *Ita ille: verùm quod hic aſſeverat, nullo planè argumento probat, nec ſola ſua auctoritate, ut fidem ei adhibeamus, facere poteſt. Dorlandus, quem ſua illa obſervatione elucidare Petreius voluit, Sanctum Petrum Cartuſianis, quibus apparet, ita loquentem inducit:* Unum noveritis, ſacratiſſimam Dei Matrem Mariam vos hîc ab incommodis omnibus ſervaturam, & patronam veſtri Ordinis futuram, tantùm Horas ejus, ut nuper in Romana Eccleſia inſtitutum eſt, decantetis.

eſt dubium, concilio Claromontano, contrà ac Petreius,

C 609 *Cartuſianis ergò S. Petrum apparuiſſe, eoſque, ut Horas beatiſſimæ Virginis Mariæ decantarent, admoniſſe eo tempore, quo haud ita pridem Horarum beatiſſimæ Virginis recitatio in Eccleſia Romana ſtatuta fuerat, Dorlandus exiſtimavit, ac proin, cùm hæc alibi, quàm in Claromontano concilio, ſtatuta fuiſſe non reperiatur eo circiter tempore, quo dicta apparitio contigerit, concilio illo hanc exſtitiſſe poſteriorem. Atque hoc ipſum etiam exiſtimavit Blömenvenna, uti ſatis manifeſtant, quæ, poſtquam dictam Apoſtoli Petri apparitionem narravit, mox ſubjungit, ſequentia hæc ejus ſuprà adhuc recitata verba:* Hominem autem illum ſanctum Apoſtolum, Petrum fuiſſe, ex illo vel maximè conjiciebant quòd ſucceſſor ejus Urbanus ſecundus in conſilio Clarimontenſi Horas beatæ Mariæ à clericis quotidie dici inſtituit. *Blömenvennæ porrò aſſentitur etiam Surius; etſi autem nec hic, nec Blömenvenna & Dorlandus ullum afferant, quo opinionem ſuam firment, teſtimonium monumentumve antiquum, tribus tamen hiſce ſcriptoribus, ſi memorata S. Petri Apoſtoli apparitio locum umquam habuit, potiùs adhærendum autumo, quàm uni Petreio. Hic enim illam concilio Claromontano anteriorem facere dumtaxat videtur ex præconcepta opinione, quâ Horas ſanctiſſimæ Virginis Mariæ recitandi conſuetudinem à Cartuſianis primùm uſitatam ac deinde ab hiſce ad alios propagatam fuiſſe exiſtimat. Aſt ea à veritate omni dubio procul eſt devia.*

à quo Blömenvenna aliique diſſenſerint,

610 *Etenim, teſte Petro Diacono in Reg. S. Benedicti cap. 64 Horæ ſanctiſſimæ Virginis jam in monte Caſſino addebantur quotidie Officio majori ex conſtitutione Grgorii II Papæ, qui anno 715, ac proin diu ante ortos Cartuſienſes Pontificatum iniit. Adhæc earumdem Horarum recitationem in quodam ſuorum monaſteriorum, in quibus frequentari hæc ſolebat, divinitus confirmatam fuiſſe, contra Bozonem monachum, ſanctæ illius conſuetudinis improbatorem, Petrus Damianus, qui ante Cartuſienſis Ordinis initium, conciliumque Claromontanum ad Superos jam migrârat, epiſtola 32 ad eremitas Gamugnenſes docet. Jam verò, cùm id ita ſit, præfatam, quâ S. Petrus Cartuſianis apparuerit, eoſque, ut quotidianum ſanctiſſimæ Virgini Mariæ Horarum penſum ſolverent, monuerit, apparitionem concilio Claromontano poſteriorem exſtitiſſe, ob Dorlandi ſimul, Blömenvennæ & Surii auctoritatem, quæ ob jam dicta unius Petreii auctoritate potior hîc eſſe debet, veroſimilius exiſtimo. Jam verò cùm res ita habeat, fueritne, ut quotidianus recitandi Parvi de ſanctiſſima Virgine Maria Officii uſus apud Cartuſianos invaleſceret, apparitione illa factum, dubitari poſſe, ut jam dixi, videtur, ac proin, cùm meritò præterea, an hi, ut ſanctiſſimam Virginem Mariam in Patronam, ſanctum verò Joannem Baptiſtam in patronum eligerent, eadem iſta apparitione impulſi fuerint, dubitandum ex jam ſuprà dictis ſit, habueritne hæc ipſa umquam locum, dubitandum etiam apparet. Mihi interim eam hîc commemorare viſum eſt, quòd, quamvis ex dictis, ſi locum umquam habuit, concilio Claromontano fuerit poſterior, fortaſſis tamen ipſo adhuc anno 1095, cujus Novembri celebratum id fuit, acciderit, hicque de rebus, hoc circiter tempore geſtis atque ad Sanctum ſpectantibus, eſſet tractandum. Rerum modò, propiùs nonnihil hunc tangentium, ſeriem proſequamur.*

opinatus eſt, veroſimiliùs, ſi umquam accidit, fuerit poſterior.

E

F 611 *Haud dudum* Bruno *è Placentino concilio, ſi tamen huic illum interfuiſſe, verum ſit, erat reverſus, cùm Rogerius comes, quanto in pretio ac amore eum haberet, aliter etiam, quàm donationibus, in Turritanam Calabriæ eremum, uti antè fecerat, liberaliſſimè collatis, manifeſtavit. Camillus Tutinus proximè iterum laudatus in Hiſtoriæ Ordinis Cartuſienſis Proſpectu ad annum 1097 ita memorat:* Naſcitur comiti Rogerio ex Adelaida filius, quem Bruno in eccleſia Militenſi baptizat, & Lanvinus à fonte levat. Fuit is Rogerius primus Siciliæ rex. Interfuit Maraldus & ipſo Carthuſianus,

Rogerium comitis Rogerii filium, qui non anno 1097, ut Tutinus ſtatuit,

AUCTORE C. B.

nus, qui melicum in hac functione Rithmum edidit. *Ita ille; verùm an Rogerii, primi post exactos è Sicilia Saracenos insulæ hujus regis, nativitatem anno* 1097 *rectè consignat? Romualdus Salernitanus, auctor synchronus, in Chronico apud Muratorium tom.* 7 *Rerum Italicarum Scriptorum col.* 196 *de Rogerio, Rogerii comitis filio primoque Siciliæ rege, sic scribit:* Glorioſiſſimus rex Rogerius poſt tot victorias & triumphos apud Panormum febre mortuus eſt & ſepultus in archiepiſcopio ejuſdem civitatis anno vitæ ſuæ quinquageſimo octavo, menſibus duobus, diebus quinque, XXVI die menſis Februarii, anno regni ſui XXIV; anno autem Dominicæ Incarnationis MCLII, Indict. I. *Ita Romualdus; qui cùm optimè, quo ætatis ſuæ anno Rogerius rex obierit, exploratum habere potuerit, reipſa hunc, ut verbis recitatis tradit, ætatis ſuæ anno quinquageſimo octavo obiiſſe, in animum induco. Rogerium quidem, non anno, uti hîc Romualdus ſeu potiùs recitata ſcriptorique huic attributa verba ſignant, Dominicæ Incarnationis* 1152, *ſed anno*

B 1154, *ad* XXVII *Februarii diem provecto, vitam cum morte commutâſſe, Pagius in Criticis ad hunc annum luculentiſſimis argumentis evincit, nec dubium eſt, quin alii adhuc errores in Chronicis, quas Romualdi huc tranſcriptus textus exhibet, notis cubent.*

ſed anno, uti partim ex Romualdo Salernitano,

612 *Verùm hæ compendio per litteras, numerorum locum tenentes, ſcriptæ dumtaxat ſunt; in quas librariorum oſcitantiâ errores facillimè nec rarò irrepere, experientiâ habetur compertum; quoto autem ætatis ſuæ anno diem extremum Rogerius clauſerit, non compendio litteris numericis, ſed vocibus integris, in quas errorem difficulter aut certè non tam facilè tamque frequenter irrepere, eruditi omnes nôrunt, in recitato Romualdi textu exprimitur; adhæc nihil planè uſpiam occurrit, quod Rogerium altero vitæ ſuæ anno obiiſſe, ſuadere utcúmque ſit natum; ut proinde, ſi non certum, veroſimillimum ſaltem ſit, eum aſſignato in Romualdi textu Vitæ ſuæ anno* 58, *& quidem, uti infrà docebo, duobus jam menſibus ac quinque diebus, qui integris pariter in eodem textu vocibus exprimuntur, jam completo, diem ſuum obiiſſe. Jam verò, cum id ita ſit, annique quinquaginta octo, menſes duo, dies quinque, ex anno Incarnationis Dominicæ* 1154, *ad* XXVII *Januarii diem jam provecto, quo Rogerium regem è vivis abiiſſe, Pagius ex dictis luculentiſſimè probatum dat, ſubducti, ad Dominicæ Incarnationis annum* 1095, *propè jam terminatum, deducant, conſectarium eſt, ut Rogerius rex, in cujus tempus natale hîc inquirimus, poſteriori hoc anno, ad Decembrem jam provecto, natus ſit.*

C

quidquid etiam è Malaterra in contrarium aſſeratur,

613 *At verò, inquies, Gaufredus Malaterra, non rarò jam ſuprà laudatus, qui majorem utique hîc fidem, quàm Romualdus mereri videtur, lib.* 4 *Hiſtoriæ Siculæ, cap.* 26 *de Capua, per Rogerium, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ ducem, hujuſque patruum Rogerium, Calabriæ & Siciliæ comitem, obſeſſa, ſic ſcribit:* Anno Dominicæ Incarnationis MXCVII ibi (*in caſtris ſcilicet ante Capuam obſeſſam*) ſe imprægnavit comitiſſa Adalaſia de comite Rogerio; *cùm autem hîc de Rogerio poſtea rege ab Adalaſia ſeu Adelaide concepto ſermo ſit, nec, quemadmodùm ex infrà dicendis de tempore, quo Capuæ obſidio acciderit, pateſcet, Rogerius comes Adalaſiæ maritus ante Penteco-*

D *ſten, quæ anno* 1097 *in vigeſimam quartam Maii diem incidit, in Caſtris ante Capuam, dato etiam, civitatem hanc anno illo à Rogerio comite fuiſſe obſeſſam, exſtitiſſe potuerit, conſectarium è recitatis Gaufredi Malaterræ verbis fit, ut Rogerius, primus Siciliæ rex, non anno* 1095 *ferè jam finito, ſed anno demum* 1098 *ineunte natus ſit. Fateor, ſic habet: verùm, præterquam quòd ſic equidem nondum nativitas illa anno* 1097, *cui eam ex dictis Camillus Tutinus innectit, acciderit, eſſe de Rogerio poſtea rege, quem Adelaſia in caſtris ante Capuam è Rogerio comite marito ſuo conceperit, in huc tranſlatis è Malaterræ Hiſtoria Sicula verbis ſermonem, probari non poteſt. Nec, etſi ſecùs foret, quidquam inde pro Rogerii regis nativitate anno* 1097 *aſſigenda haberetur, cum verba illa Malaterræ attribuenda non ſint, ſed ad paginæ oram, è qua deinde in ipſum textum ab imperito librario fuerint traducta, ab inepto adnotatore fuerint adſcripta, uti infrà oſtendam, cùm tam de Capuanæ obſidionis tempore, quàm de diplomate, quo poſt hanc* S. Brunoni *eremoque Calabrinæ multa bona Rogerius comes contulit, ſermonem inſtituam.*

E *partim ex Inſcriptione ſepulcrali apparet,* 1095 *exeunte natus eſt.*

614 *Mihi itaque, omnibus conſideratis, Rogerium, Rogerii comitis filium, poſteáque Siciliæ regem, non anno* 1097, *ut ſtatuit Tutinus, ſed anno* 1095 *exeunte natum eſſe, veroſimilius adhuc manet partim ob ſequentia, quæ ſuprà adhuc recitavi, Romualdi de Rogerio rege verba,* Mortuus eſt... anno vitæ ſuæ quinquageſimo octavo, menſibus duobus, diebus quinque, *partim quòd hæc, quamvis Romualdus in Chronico ſuo annum, numero ordinali, quem ei adjungit, deſignatum, pro anno completo abſque additione, quâ fieri id à ſe apertè edicat, accipere non ſoleat, de anno tamen quinquageſimo octavo, duobus jam menſibus ac quinque diebus completo, interpretanda hîc ſint, uti liquet è ſepulchrali inſcriptione regis Rogerii, quæ apud Rocchum Pirrum in regum Siciliæ Chronologia, Siciliæ Sacræ tom.* I *præfixa, pag.* 8 *exſtat, quæque ſic habet:* Vix. an. LIX, regn. XXIV. obiit MCLIV. *Jam verò, cùm id ita habeat, annique quinquaginta octo, menſes duo & dies quinque, à vigeſima ſeptima Februarii die anni* 1154, *quo ex dictis idem princeps omni dubio procul vitâ functus eſt, ordine retrogrado computati, ad annum* 1095 *ferè elapſum deducant, conſequens eſt, ut tum, quemadmodùm jam dictum, Rogerius rex natales ſit conſecutus. Quod cùm ita ſit, ſimul etiam tempus, quo baptizari eum à* Brunone *contigerit, determinatum habemus. Verùm unde conſtat, Sancto id honoris à Rogerio comite delatum fuiſſe, ut baptizari ab eo filium ſuum voluerit?*

F *ſacris undis, uti in melico, à ſe compoſito*

615 *Inter eremi Calabrinæ incolas, qui poſt* S. Brunonis *obitum novi Prioris ſeu Magiſtri, qui toti eremo præeſſet, electioni interfuerunt, Maraldus recenſetur in infrà huc tranſcribendo eorumdem Catalogo, qui in antiqua charta, cui ſinguli nomina ſua ipſimet inſcripſerant, fuit repertus. Maraldi etiam, Cartuſienſis monachi, qui Chronicon quoddam digeſſerit, Rocchus Pirrus in regum Siciliæ Chronologia alibique non rarò meminit, eumque poëticâ venâ divitem fuiſſe, atque ad annum* 1095 *floruiſſe, Morotius in Chronologico Ordinis Cartuſienſis Theatro affirmat. Atque ex his omnibus jam ſit, ut & Maraldum, Cartuſiæ Calabrinæ alumnum, Rogerii poſtea regis baptiſmo, ut Tutinus ait, verè adſtitiſſe, & à Sancto noſtro Rogerium, primum poſt exactos Saracenos Siciliæ regem, uti is in Rhythmo melico, quem ea de re, Tutino aliiſque teſtantibus, cecinit, nos docet, baptizatum verè fuiſſe, perſuaſum mihi habeam, futurumque putem, at idem mecum è monumento iſto ſtudioſus*

A *dioſus lector perſuaſum ſibi habeat. Id proinde integrum huc è Tutino tranſcribere, operæ pretium exiſtimo, licèt interim locis nonnullis ita malè vel ab ipſomet auctore verſiculi tornati, vel deſcribentium errore vitiati ſint, ut vix ac ne vix quidem, quid iis ſignificetur, intelligas.*

616 *His itaque conſtat verſiculis.*

hucque tranſcripſe

Totus orbis claret orbis
Claro natalitio:
Marchionis Militonis
Bonifacii Itali
Neptis ornat, quem exornat
Uxor Adelaſia,
Brutiorum Siculorum
Comitem Rogerium;
Et Northmannum venerandum
Donat fœtu femina
Generoſa, glorioſa,
Quem enixa peperit.
Jam auctum? Avitum* ſenſit, ſe præſenſit
Comes ille filio,
Menſe deno qui terreno
Tectus exit pondere.
B Melitenſis fit immenſis
Urbs antiqua gaudiis.
Imma cuncta ſtant injuncta
Lætis & Trinacria.
Chorus lætus ac diſcretus
Læta ludit carmina,
Pro lavacro divo ſacro
Undæ tum luſtralis
Comes orat & exorat
Brunum Alemanicum;
Nam tenetur, ut ligetur
Illius devotio.
Accerſitus non invitus
Jubiloſus advenit.
Baptizatur & lavatur
Sacro Puer flumine,
Lanuinus eſt patrinus
Nobilis Northmanicus,
Tumque ſacro de lavacro
Olivo Bruno inungitur.

Rhythmo Maraldus fidem facit,

617 Siſtunt bellum pòſt puellum
Chriſto Deo ſupero.
Felix omen, tenet nomen
Puer hic Rogerius,
Canunt omnes, ſtant inſomnes
Metris jubilantibus.
C Ardet forus, gaudet thorus
Nimio præ gaudio.
Militenſis nam oſtenſis
Gaudebat eccleſia,
Quia tapete cum abiete
Exornata cernitur;
Fronde viret, nemo ſilet,
Cuncti ludunt gaudiis.
Tum Urbanus, ſed humanus
Jubilat natalibus,
Hic ſecundus, totus mundus
Quem adorat protinus
Chriſti ſede cum mercede
Regni beatiſſimi;
Hic precatur, dum levatur,
Puerili Domino
Salutarem atque parem
Vitam Chriſti cælibem.
Ergò nato, ſed renato
Chriſtus regna puero
Donet cæli dono zeli
Simul & juſtiſſimo.
Summo jugis laus frugis
Deo ſit in ſæcula. Amen.

AUCTORE C. B.

618 *Habueritne Adelaſia, comitis Rogerii uxor, ut patrem, ita etiam avum aut patruum, nomine* Bonifacium, *ex horum verſiculorum tertio & tribus ſeqq., quòd admodùm obſcuri ſint, definire non auſim; è reliquis autem, quorum quinam præterea obſcuritatis vitio maximè laborent, quiſque facilè, me etiam tacente, perſpiciet, notandi potiſſimùm, qui & Sanctum à comite Rogerio, ut filium ſuum baptizaret, rogatum fuiſſe, & id illum muneris obiiſſe, docent, ſunt ſequentes:*

Sanctus ablui.

Pro lavacro divo ſacro
Undæ tum luſtralis
Comes orat & exorat
Brunum Alemanicum;
Nam tenetur, ut ligetur
Illius devotio.
Accerſitus non invitus
Jubiloſus advenit,
Baptizatur & lavatur
Sacro puer flumine,
Lanuinus eſt patrinus
Nobilis Northmanicus E
Tumque ſacro de lavacro
Olivo Bruno inungitur.

Atque hiſce quidem verſiculis quid ſignificetur, ſatis liquet; ne quis tamen de ultimi ſignificatione, quæ huc potiſſimùm ſpectat, forte dubitet, Bruno *in hoc dativus eſt, à nomine* Brunus, *quod poëta hîc, uti è duobus hiſce anterioribus ejus verſiculis,* Comes orat & exorat Brunum Alemanicum, *manifeſtum fit, pro nomine* Bruno *uſurpat, deductus, proque ablativo cum præpoſitione à præcedente Græcorum more adhibitus; ut verſiculi illius ſenſus ſit* Olivo à Brunone inungitur, *doceatque cum nonnullis proximè antecedentibus & conſequentibus, Rogerium, Rogerii Calabriæ & Siciliæ comitis, filium, à* S. Brunone *Mileti in Calabria ſolemni ritu, idque anno, uti ex jam ſuprà dictis pronum eſt eruere,* 1095 *exeunte fuiſſe baptizatum.*

619 *Haud multum porrò temporis ſpatium à Rogerii, poſtea Siciliæ regis, baptiſmate erat elapſum, cum Sanctus benevolum iterum in ſe Rogerii, Calabriæ & Siciliæ comitis, animum fuit expertus. Docet id me Surianus, in ſuis ad conſcriptam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus pag.* 397 *ſic ſcribens:* Anno MXCVI Rogerius comes villanos quoſdam donat S. Brunoni, dato diplomate, in quo ſe Chriſtianorum adjutorem intitulat. *Donatio, quam hîc Surianus commemorat, eadem haud dubiè eſt, de qua ad eumdem hiſce Suriani verbis notatum annum* 1096 *in Ordinis Cartuſienſis Hiſtoriæ Proſpectu Camillus Tutinus ita loquitur:* Additur & alia ab eodem comite Brunoni & Lanvino, eorumque in dicto monaſterio (*Turritano ſcilicet in Calabria*) ſucceſſoribus donatio quinquaginta hominum familiæ unius in eoſdem ligii & homagii. Privilegium Græco idiomate exaratur. *Privilegium ſeu diploma, quo donationem illam Sancto factam, Camillus Tutinus & Surianus verbis recitatis aſſeverant, invenire nuſpiam potui; non dubito tamen, quin id alteri ſaltem horum ſcriptorum, Tutino nempe, qui id Græcè exaratum dicit, ad manum fuerit. Quare & donationem illam Sancto verè etiam à comite Rogerio factam fuiſſe, perſuaſum mihi habeo, licèt interim, quò rem certiorem lectori reddere poſſem, privilegium illud ſeu diploma, hîc ei exhibendum, vellem habere.*

novoque haud dudum pòſt beneficio à comite Rogerio afficitur.

F

AUCTORE C. B.

§ XXXVIII. Mortuo Theodoro Meſimerio, Græco Squillacenſi epiſcopo, Joannes de Nicephoro Latinus ut ſubſtituatur, Sanctus ſuadet, & ab hoc deinde privilegium ampliſſimum, quod & à Pontifice confirmari curat, Turritanæ eremo, novo jam in hac conſtructo S. Stephani monaſterio, impetrat.

Joannem de Nicephoro in Scyllacenſem epiſcopum delegi ſuadet.

B

QUamdiu Græcis Orientis imperatoribus Calabria paruerat, non alii ferè Scyllacii, quàm qui Eccleſiæ Græcæ eſſent, ſederant epiſcopi. Verùm, regione illa à gente ac principibus Normannis, qui Eccleſiæ Latinæ ritum ſequebantur, ſeculo undecimo ſubacta, in Theodori Meſimerii, Græci Scyllacenſis epiſcopi, anno 1095 *aut ſequentis initio è vivis ſublati, locum non alium, quàm qui Eccleſiæ Latinæ eſſet, ſufficere epiſcopum Rogerio, Calabriæ & Siciliæ comiti, ad cujus ditionem Scyllacium aut, ut alii ſcribunt, Squillacum ſeu Squillacium ſpectabat, eſt viſum; ſuadentibus id autem ei unà cum nonnullis ritus Latini epiſcopis* S. Brunone *& Lanvino, in primum ſedis illius ritûs Latini epiſcopum Joannem de Nicephoro delegit. Docet hæc omnia exſtans apud Ughellum tom.9 Italiæ ſacræ in Epiſcopis Squillacenſibus col.* 426, *annoque, unde ab hoc ſcriptore Meſimerii obitum cum anno* 1096 *exeunte aut ſequentis initio perperam loco citato componi liquet,* 1096, *Indictione quinta ſignatum diploma, quo tunc præterea idem Rogerius in Scyllacenſem ſedem bona non pauca contulit, ac de novo quodammodò eam fundavit. Verba illius, eò facientia, ſic habent:* Ego Rogerius Siciliæ comes & Calabriæ, unà cùm uxore mea, nomine Adelaſia.... conſilio Caſſanenſis epiſcopi Saxonis, & Vicarii D. Urbani Papæ, atque D. Roberti Meſſinenſium, Stephani.... Angerii Cathanenſis, Stephani Mazarienſis, Engerlandi Agrigentinenſis, Rogerii Siracuſan. epiſcoporum aſſenſu, atque D. Brunonis & fratris noſtri Lanvini eremitarum, virorum ſanctorum, conſiliis D. Joannem de Nicephoro, qui canonicus & decanus venerabilis ſanctæ Militenſis eccleſiæ erat, vir honeſtus, vir prudens, atque omni copioſus honeſtate, ibique in magiſtrum elegi & pontificem, & eccleſiam ſuam quot & quantis mihi placuit beneficiis ditavi, & honeſtavi dignitatibus, & quantùm ad me pertinuit, deſtinavi & deſcripſi ſuam parochiam &c.

C

Novum monaſterium, quòd, ut ait Tutinus, antiquum monachis,

621 *Cùm Rogerius* S. Brunonem *ac Lanvinum* Virorum Sanctorum *titulo hîc condecoret, horumque partim conſilio, uti ipſemet prodit, Scyllacenſi ſedi Joannem de Nicephoro epiſcopum bonaque non pauca impertierit, argumento ſanè etiam dictum diploma eſt, quanto in pretio apud principem illum Lanvinus, ac nominatim* S. Bruno *exſtiterit. Haud dudum porrò Meſimerio, eccleſiæ Squillacenſis ritus Græci epiſcopo vitâ functo, Joannes de Nicephoro, qui ritus Latini e·at, à comite Rogerio, Sancto noſtro ac Lanvino* D *ſuadentibus, fuerat ſuffectus, cùm* Bruno *in Turritana Calabriæ eremo novam eccleſiam monaſteriumque ſub ſanctiſſimæ Virginis Mariæ & S. Stephani protomartyris nomine condere incepit.* Creverat, *inquit in Hiſtoriæ Ordinis Cartuſienſis Proſpectu ad annum* 1097 *pag.*12 *Camillus Tutinus,* jam multitudo monachorum in hæremo S. Mariæ, & cùm locus ille numerum non caperet, Rogerio comite jubente, prope hæremum ſub titulo ejuſdem Virginis, & protomartyris Stephani peramplum ac magnificum conſtruitur monaſterium. *Sanctus ergò, ſi Tutino hîc fides ſit, non tantùm priori monaſterio, quod ex dictis ſtatim à ſuo in Cartuſiam Calabrinam ingreſſu in ſanctiſſimæ Virginis Mariæ & S. Joannis Baptiſtæ honorem exſtruxerat, novum addiderit, ſed etiam id fecerit, quòd & ita fieri vellet comes Rogerius, & ad eam jam multitudinem monachi excreviſſent, ut eos ſacrum S. Mariæ & S. Joanni Baptiſtæ monaſterium haud caperet. Et partim quidem ob poſteriorem hanc cauſam id feciſſe* Brunonem, *veroſimile mihi vel idcircò apparet, quòd anno, quo ex dicendis Sanctus ad Dominum migravit,* 1101, *ac proin quinquennio dumtaxat poſt Joannis de Nicephoro ad cathedram Scyllacenſem promotionem* E *elapſo, monachi ampliùs triginta in Turritana eremo exſtiterint, uti fidem facit antea adhuc laudatus monachorum hujus, qui poſt ſancti Parentis obitum Lanvino, veluti eremi magiſtro, obedientiam promiſêre, Catalogus, è charta antiqua, cui ſinguli eorum nomina ſua inſcripſerunt, excerptus, atque in Annalium Cartuſienſium librum quartum hactenus non vulgatum illatus.*

quorum numerus jam multùm creverat, non ſufficeret.

622 *Monumentum illud, è libri hujus Vallis-Dei exemplari deſcriptum, mecum, ut multa alia, communicare dignatus eſt Cartuſianus Pariſienſis jam ſuprà ſæpiùs laudatus, idemque etiam ego, quòd & hîc & antea citatum jam fuerit infràque citandum adhuc veniat, cum lectore, cui id minimè futurum reor ingratum, communicare operæ pretium exiſtimo. His verbis concipitur:* Frater Vugo promiſi obedientiam magiſtro Lanvino. Similiter & frater Leo; ſimiliter & frater Maraldus; ſimiliter & frater Romanus; ſimiliter & frater Stabilis; ſimiliter & frater Radulphus de Crucifixo; ſimiliter & frater Urſus ſubdiaconus; ſimiliter & frater Rainerius ſubdiaconus; ſimiliter & frater Guildericus; ſimiliter & frater Girardus; ſimiliter & frater Tricus; ſimiliter & frater Gualterius Morinus; ſimiliter & frater Landulphus; ſimiliter & frater Herchen. ("Hoc nomen, *notat dicti Annalium Cartuſienſium libri quarti auctor anonymus,* non in„tegrum exſtat, quia corroſa eſt charta)„ ſimiliter & frater Renaldus Cæmentarius; ſimiliter & F. Albertus; ſimiliter & F. Rembaldus & F. Ugo; ſimiliter & F. Odo; ſimiliter & F. Longuiſus; ſimiliter & F. Odo; ſimiliter & F. Anſelmus; ſimiliter & frater Gumbertus; ſimiliter & frater Bernardus; ſimiliter & frater Durandus; ſimiliter & frater Loinus; ſimiliter & frater Hato; ſimiliter & frater Fulco diaconus; ſimiliter & Frater Heldicus; ſimiliter & frater Guarinus ſubdiaconus; ſimiliter & Frater Lambertus. *Ita laudatus Catalogus, triginta ampliùs, ut computanti patebit, Turritanæ eremi monachos, qui poſt Sancti obitum Lanvino obedientiam promiſerunt, complectens; ut proinde horum numerum quinquennio etiam circitèr antè, ſeu, promoto primùm ad cathedram Scyllacenſem Joanne de Nicephoro, majorem multò, quàm ini-*

F

tio

A tio exſtitiſſe, hincque partim, ut novum S. Stephani monaſterium Sanctus exſtruxerit, factum eſſe, veroſimile ſanè, ut jam dixi, appareat.

623 Verùm cauſam, ob quam id Bruno fecerit, longè diverſam aſſignat Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor anonymus. En ejus, quæ huc ſpectant, verba è dicti libri Vallis-Dei exemplari deſcripta, mihique à ſæpiſſime jam laudato, qui nomen ſuum prodi vetat, Cartuſiano Pariſienſi ſubmiſſa. Ipſam porrò Calabrinam eremum, quam à Rogerio S. Bruno obtinuit, in honorem S. Mariæ & S. Joannis Baptiſtæ, quos jam in ſpeciales patronos in Cartuſia elegerat, conſtrui voluit, ut vidimus in litteris (ſuprà jam recitatis Squillacenſis epiſcopi) Theodori, & ſub iiſdem nominibus dicari curavit anno MXCIV cum magno apparatu.... Quale verò fuerit deſertum hoc, quod colebat S. Patriarcha, ſic ipſe deſcripſit in epiſtola ad Radulphum, Remenſis eccleſiæ tunc præpoſitum, dicens: "In finibus Cala-„briæ cum fratribus religioſis„ &c. Uſque ad hæc verba incluſivè: "Arcus enim ſi aſſiduè ſit „tenſus, remiſſior eſt, & minùs ad Officium B „aptus.„ Hæc S. Bruno de ſua ſolitudine, ubi ſæpiùs morabatur cum illis ex ſoeiis ſuis, quos ad vitam anachoreticam ducendam à Deo vocatos exploraverat. Cùm enim videret, multos diverſæ conditionis, diverſarumque virium homines ad ſe venire converſionis gratiâ, ſtatuit, fortiores & in quibus vocationem ad id Divinam probaverat, ſecum in ſua eremo detinere, cæteris verò, quos minùs eremiticæ vitæ idoneos cenſebat, monaſterium conſtruxit, in honorem S. Stephani protomartyris conſecratum, unum circitèr milliare ab eremo diſtans, in quo vitam agerent, eremiticam quidem, ſed paulò remiſſiorem minúſque rigidam.

624 Bruno itaque, ſi laudato Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctore anonymo ſtandum ſit, novum S. Stephani monaſterium, quòd infirmitati eorum, qui eremiticæ vitæ minùs apti erant, ſubventum vellet, ædificârit; quod etiam verum eſſe poteſt, cùm nihil omnino obſtet, quò minùs id partim ob rationem hanc, partim ob ſuprà aſſignatam feciſſe credatur. Quoquo modo interim res habeat, Sanctum equidem monaſterio, ſanctiſſimæ Dei Genitrici C & Joanni Baptiſtæ ſacro, quod & monaſterium S. Mariæ de eremo ſeu de Turri dicebatur, adjeciſſe aliud, eidem ſanctiſſimæ Dei Genitrici & S. Stephano protomartyri dedicatum, indubitatum eſt, uti etiam id anno 1099, ſecunda Auguſti die jam fuiſſe inhabitatum. Etenim Rogerius, Calabriæ & Siciliæ comes, in diplomate infrà huc tranſcribendo, quod in S. Brunonis favorem anno illo & die conceſſit, monaſterii S. Stephani, quod tunc in eremo Turritana exſtiterit, atque à fratribus inhabitatum fuerit, mentionem facit. Nota eſſe volo, inquit, omnibus fidelibus Chriſtianis beneficia, quæ mihi peccatori conceſſit Deus orationibus reverendi viri F. Brunonis, piiſſimi Patris fratrum, qui habitant in eccleſiis Sanctæ Mariæ de eremo, & S. prothomartyris Stephani, quæ ſitæ ſunt in terra mea inter oppidum, quod dicitur Stilum, & Arenam. Atque hinc jam liquet, Blömenvennam à veritate omni dubio procul aberrare, dum, poſtquam jam dictum, quo Rogerius comes S. Brunoni multa donavit, diploma ex parte tranſcripſit, mox ſubjungit: Vigore itaque hujus donationis ædificavit ibi

quòdque, ut Annaliſta Cartuſienſis vult, nonnullorum ex his infirmitati

ſubventum vellet, ædificari, non priùs poſt datum anno 1099,

(in Turritana Calabriæ eremo) primò eccleſiam ad honorem beatæ Mariæ Virginis juxta ſpeluncam ſeu antrum quoddam ſubterraneum, in quo ipſe manebat. Ædificavit & aliam haud procul ab illa diſtantem ad honorem Sancti Stephani protomartyris cum contiguo illi monaſterio, in quo ceteri fratres habitabant, ſub cura & regimine tanti Patris Chriſto militantes. AUCTORE C. B.

625 Ita ille, à Sancto noſtro non priùs S. Stephani eccleſiam ſeu monaſterium fuiſſe exſtructum, tradens, quàm cùm per diploma, cujus partem recitat, donationem, in hoc expreſſam, Rogerius comes ei feciſſet; quare, cùm in hoc ipſo diplomate monaſterii illius, veluti jam exſtantis ſeu exſtructi, mentio fiat, errorem ſanè admittit manifeſtiſſimum; hunc autem, in quem duo etiam alii, nempe ante illum Puteanus & poſt illum Surius prolapſi ſunt, maximè vel idcircò mirari ſubit, quòd in ea ipſa dicti diplomatis parte, quam tam hi, quàm ille, recitant monaſterii S. Stephani, veluti jam exſtructi, mentio inſtituatur. Adhæc, in eremo Calabrina eccleſiam, Sanctiſſimæ Dei genitrici ſacram, non priùs etiam fuiſſe à Sancto exſtructam, quàm cùm memorato diplomate donatio, quæ in hoc exprimitur, à Rogerio comite in Sanctum noſtrum collata fuiſſet, tam Blömenvenna verbis proximè recitatis, quàm duo alii mox laudati biographi noſtri, Puteanus ſcilicet & Surius, tradunt; quæ eorum narratio non minùs, quàm præcedens de S. Stephani eccleſia, erronea eſt, cùm, dictam ſanctiſſimæ Dei Genitricis eccleſiam jam inde ab anno 1090 ædificari cœptam, annoque 1094 conſecratam fuiſſe, ex jam ſuprà dictis conſtet. Nec video, quî, quæ tres jam dicti biographi noſtri de S. Stephani eccleſia, in eremo Calabrina à Sancto noſtro poſt datum, de quo jam hîc, diploma primùm exſtructa, tradunt, cohærere queant cum aliis eorum verbis, quibus, S. Mariæ & S. Stephani eccleſias S. Brunoni à comite Rogerio, cùm illum hic nondum ſibi notum in Turritana eremo inter venandum inveniſſet, donatas fuiſſe, jam antea memoriæ prodidêre. Etenim, ſi Sanctus umquam à comite Rogerio, venationem exercente nondumque eum noſcente, fuit inventus, id certè, uti ipſimet laudati biographi admittere ex jam ſuprà dictis debent, non ſeriùs, quàm anno 1095 vel ſequentis initio contigerit; quod cùm ita ſit, quomodo verum eſſe poteſt, Brunoni F tunc S. Stephani eccleſiam largitum fuiſſe comitem Rogerium, & tamen hanc primùm poſt ſuprà memoratum diploma, non citiùs, quam anno 1099, ex infrà dicendis datum, fuiſſe ædificatam?

626 Fuerintne forſan Sancti noſtri ætate quatuor in eremo Calabrina eccleſiæ, quarum duæ quidem, altera nempe S. Mariæ, altera S. Stephano ſacra, ante Brunonis in ſolitudinem illam ingreſſum exſtiterint, duæ verò, altera itidem S. Mariæ, altera S. Stephano ſacra, poſt Sancti in eamdem ſolitudinem ingreſſum exſtructæ primùm fuerint? Aſt id nec veroſimile apparet, nec ab ullo prorſus ſcriptore ſive recentiore, ſive antiquiore memoriæ proditum invenio. Et verò non quatuor, ſed duas dumtaxat eccleſias ſeu monaſteria, à Brunone ejuſque diſcipulis inhabitata, quæ Sancti noſtri ætate in Turritana Calabriæ eremo exſtiterint, anonymus Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor commemorat, ad annum 1114, uti iterum ſæpiſſime jam laudatus, quem, quòd nolit, non no-

probatur, Rogerii comitis diploma,

AUCTORE C. B.

nomino, Cartuſianus Pariſienſis me docuit, ita ſcribens: Annis MXC & MXCVII vidimus, jam duo exſtitiſſe (*in Turritana ſcilicet Calabriæ eremo*) monaſteria tempore ſancti Brunonis, unum B. Mariæ (*addi poteſt*, & S. Joanni Baptiſtæ) dicatum, ubi ipſe morabatur; aliud non multùm à priori diſſitum, in ejuſdem B. Mariæ, & ſancti Stephani honorem ædificatum, in quo cum omnibus converſis quidam etiam monachi ſive minùs ferventes, ſive potiùs infirmi facti degebant, quorum ipſe Lanvinus erat Prior; ſed omnes uſque ad præſentem annum (1114 *videlicet*) eremiticè vixerant, quaſi unum tantùm conventum componentes, ut conſtare videtur ex epiſtola encyclica, poſt mortem ſancti Brunonis ad amicos ejus miſſa, in qua (*Adi hanc, Titulis funebribus edendis præfixam*) unius tantùm monaſterii mentionem faciunt, cum ſe inſcribant "Humiles eremitæ Calabriæ monaſterii „ſanctæ Dei genitricis Mariæ.„

ſed anno circiter 1097 curavit,

627 Et in pleriſque litteris, à Paſchali II Lanvino datis, quas ſuperiùs ſuis locis exſcripſimus, ipſe Papa Lanvinum vocat "Eremita- „rum præpoſitum & multorum anachoretarum „patrem & magiſtrum.„ Nec loquitur niſi de uno tantùm monaſterio: "Pacem „ inquit, "& concordiam eremi (*Adi num.* 550) refor- „matam cognovimus.„ Et ad omnes ſcribens, "Lanvino & cæteris fratribus, domni Brunonis „eremum habitantibus ſalutem.„ Et ad ipſum magiſtrum eremi, "Fratres tuos, eremi coha- „bitatores, ſalutamus.„ Sicque eremitæ dicti ſunt & perſtiterunt, donec tandem præſenti anno (1114 *nimirum*) aliud tertium erigeretur monaſterium pro cœnobitis apud Squillacium, ut in ſuprà ſcriptis litteris dicitur. *Hactenus ille, duo dumtaxat, ut jam dixi, à Cartuſianis inhabitata, quæ non tantùm* S. Brunonis *ætate, ſed etiam diu poſt hanc ſeu ad annum uſque* 1114 *in eremo Calabrina exſtiterunt, monaſteria recenſens. Atque unum quidem ex his, ſanctiſſimæ Dei Genitrici & S. Joanni Baptiſtæ dicatum, cujus Priori ſeu magiſtro monaſterium S. Stephani, utut etiam proprium Priorem habens, parebat, anno* 1090 *condi ex dictis cœptum, anno* 1094 *ſolemni ritu magnoque apparatu, ut jam ſuprà docui, fuit conſecratum; alterum verò, eidem ſanctiſſimæ Dei Genitrici & S. Stephano protomartyri ſacrum, quod poſtea* monaſterium S. Stephani de boſco *ſeu* de nemore *nuncupatum fuit, anno* 1099, *ſecunda Auguſti die, quâ ſuprà memoratum diploma datum notatur, jam erat exſtructum, uti liquet ex iis, quæ hac de re jam diſſerui. At verò quanto quidem tempore citiùs conſtrui cœpit? Cùm ex ſuprà dictis monaſterium ſeu eccleſia, ſanctiſſimæ Dei Genitrici ſacra, ante annum* 1094 *ſolemni ritu conſecrata haud fuerit, nec antequam hoc fieret, condi cœptum fuiſſe videatur S. Stephani monaſterium, hujus conſtructio veroſimillimè, uti ex jam dictis quiſque facilè colliget, inter annum* 1094 *& annum* 1099 *evenerit; ut proindè eam Camillus Tutinus in Hiſtoriæ Ordinis Cartuſienſis Proſpectu anno* 1097, *quod & anonymus Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati autor facit, rectè fortaſſis conſignet.*

annoque ſequenti à Squillacenſi epiſcopo privilegium,

628 *Et verò cùm in diplomate, quod, ut ſuprà docui, Rogerius comes* S. Brunoni *anno* 1096 *conceſſit, nulla omninò, quantùm reor, monaſterii S. Stephani, veluti jam tum exſtantis, mentio fiat, fiatque tamen in altero, cujus jam proximè memini, anni* 1099 *diplomate, monaſterium illud* S. Brunonis *curâ anno circiter* 1097 *condi cœptum fuiſſe, veroſimillimum vel idcircò reor, quòd, cùm ex omnium conſenſu amplum exſtiterit, anni ſaltem duo ad ejus ſtructuram requiſiti fuiſſe videantur, jamque ad umbilicum anno* 1099 *eſſet adductum, uti ex jam dictis nemo non intelliget. Haud dudum porrò poſtquam ædificium hoc condi cœptum fuiſſet, evenit, ut Joannes de Nicephoro, quàm benevolo in Sanctum noſtrum, cujus conſilio ex dictis ad Squillacenſem cathedram fuerat evectus, Turritanamque eremum animo eſſet, manifeſtârit. Etenim anno milleſimo nonageſimo octavo, cùm anno fortè nondum integro ſediſſet, Henrico Neocaſtrenſi epiſcopo aliiſque præſentibus donationes omnes privilegiaque omnia* S. Brunoni *ejuſque in monaſterio S. Mariæ de Turri ſucceſſoribus conceſſa confirmavit, ac tanta inſuper aſceterium illud libertate donavit, ut ſibi ipſi & ſucceſſoribus ſuis epiſcopale in id jus ademerit, quemadmodum inſtrumentum publicum, ſeu privilegium, quo id præſtitit, fidem facit. Illud iterum, ex Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati Vallis-Dei exemplari deſcriptum, mecum pro ſumma ſua humanitate communicare dignatus eſt Cartuſianus Pariſienſis ſæpiſſimè laudatus, idque, tamquam pretioſum antiquitatis monumentum, hincque, quantùm opinor, futurum non ingratum, cum lectore pariter communicare hîc lubet.*

quod hîc in medium adducitur,

629 *Hiſce itaque verbis concipitur:* In nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Joannes, voluntate Dei Squillacinæ ſedis epiſcopus, SS. Patrum præcedentium veſtigia ſecutus, facta eorum & decreta religioſa volo imitari, & pro poſſe meo conſervare inviolata. Monaſterium ergò, quod dicitur S. Maria de Turri, cui præeſt venerabilis Pater Bruno, liberum eſſe laudo, aſſero, & confirmo, qua libertate à Rogerio comite eſt fundatum, & à B. PP. Urbano donatum, & ab anteceſſore meo bonæ memoriæ Theodoro epiſcopo confirmatum. Noverint ergò fideles quique & amatores veritatis, præfatum monaſterium, inſuper locum illum, qui Arſafia dicitur, de quo præfatum monaſterium dotatum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis & cum omnibus hominibus, tam de clero, quàm de populo, quos ad præſens ſupradictum monaſterium habet, vel inpoſterum habiturum eſt, ex extraneis quoque omnibus, qui in poteſtate habitant, vel ſunt habitaturi, hac libertate donatum; nec ego, nec quilibet ſucceſſorum meorum ullum epiſcopale jus ibi habeat, abſque communi ſpontanea voluntate Fratrum prædicti monaſterii. Conſecrationes, Ordinationes, Chriſma, cæteraſque epiſcopalis officii indigentias, à quo potiſſimùm epiſcopo conſequantur longè vel propè, & non ſit qui prohibeat. Decimæ eorum ipſis ſint. Offenſa ſubjectorum & correctio ad eos reſpiciant. Hæc, quæ diximus, auctoritate & privilegio mei antæceſſoris Theodori, natione Græci, confirmata ſunt. Hæc & nos privilegio præſenti & auctoritate, quam à Deo conſecuti ſumus, teſtificamur, confirmamus, & nec mihi ipſi quandoque aliter, quod abſit, ſapienti, vel alicui ſucceſſorum meorum hæc violare liceat. Si quis igitur pertinaciter hanc ſententiam noſtram, veraciter prolatam, ſcriptam, ſignatamque in ſignum ſtabilitatis, ingenio vel potentiâ delere ſtuduerit, deleatur & ipſe de libro viventium. Aſſentientibus verò & defendentibus pax & vita cum Vivente & Regnante in ſecula ſeculorum. Amen.

639

A

630 *Diploma hoc ſeu privilegium, quod nullas, neque initio, neque in fine notas chronicas ſibi hîc adjunctas exhibet, anno* 1098, *Indict.* 6, *ſeptimo Idus Maii ſeu nona menſis hujus die datum notari affirmat Cartuſianus anonymus, è cujus illud, ut jam monui, Annalium Cartuſienſium libro quarto hactenus non vulgato communicatum mecum fuit. Verùm notaſne illas chronicas in ipſo, quod ſibi præluxit, privilegii illius ſeu autographo ſeu exemplari, an alibi, invenerit, non edicit. Hinc primò an inſtrumentum illud anno* 1098 *datum verè fuiſſet, hæſi dubius, donec eamdem ei epocham ab Ughello tom.* 9 *Italiæ ſacræ col.* 427 *aſſignari comperi. Verùm, etſi quidem diplomati iſti ſeu beneficiis, per id Sancto collatis, Ughellus & laudatus Cartuſianus anonymus eumdem annum, uti etiam Indictionem, aſſignent, in menſe tamen, quo id dari contigerit, neutiquam conſonant. Hic enim, ut jam docui, nona Maii die, ille contra nona Martii die privilegium datum affirmat.*

B

Aſt debetne ob id diſcriminis monumentum illud antiquum pro ſuſpecto haberi? Camillus Peregrinus in Annotationibus, quas ad Lupi Protoſpatæ chronicon ad annum 1098 *adjecit, ita obſervat:* Menſem Martium pro Maio ſæpe aliàs ſuppoſitum, manifeſtum eſt; idque ex ea fortè occaſione natum, quòd, nomina propria cùm ſub Nortmannorum ætate capitalibus tantummodò literis depictis compendiarentur, Martius menſis, ſic deſcriptus, pro Maio à recentioribus librariis ſæpe numero eſt acceptus. Sicut in Kalendario antiqui etiam Breviarii Campani, in quo feſtum S. Potentianæ virginis perperam notatur ad diem XIX Martii, quod colitur XIX Maii. *Fortè itaque menſis, quo Joannis de Nicephoro privilegium, ſuprà huc tranſcriptum,* S. Brunoni *datum fuerit, littera capitali M primitus dumtaxat fuerit expreſſus, hincque id librariorum ſeu deſcribentium alii quidem menſe Maio, alii contrà menſe Martio datum notârint.*

obtinuit. Id, quod pro ſuſpecto

631 *Jam verò, cùm res ita habeat, non eſt ſanè, cur antiquum illud monumentum, quòd menſe Maio à Cartuſiano anonymo laudato, Martio contrà ab Ughello datum notetur, pro ſuſpecto habeatur, etſi interim hinc fiat, ut, utro menſe datum reipſa fuerit, determinari haud queat. Atque ita quidem ut exiſtimem, etiam facit, tum quòd nihil omninò aliud, unde diploma illud ſeu privilegium ſuſpectum utcúmque reddatur, uſpiam occurrat, tum quòd reipſa à Joanne de Nicephoro, Squillacenſi epiſcopo, datum fuiſſe* S. Brunoni *diploma ſeu privilegium, fidem faciat diploma aliud, quo, quod ab eo fuerat conceſſum, Urbanus II Papa confirmavit. Lubet & illud, quòd non minùs quàm præcedens ad Sanctum noſtrum ſpectet, ex Ughello, apud quem tom.* 9 *Italiæ ſacræ col.* 427 *& ſeq. exſtat, huc transferre. Ita habet:* Urbanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiis Brunoni & Lanvino ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Quia igitur noſtri officii intereſt, ſervorum Dei quieti & commodis, prout in Domino poſſederit, providere, petitionibus veſtris, filii in Chriſto cariſſimi ac reverendiſſimi, clementer annuimus. Per hujus igitur Apoſtolici privilegii paginam Apoſtolica auctoritate concedimus, & firmam & ſtabilem & in perpetuum permanſuram confirmamus donationem terrarum, quæ vobis datæ ſunt in Squillacenſi territorio, & conſcriptæ & determinatæ & deſignatæ per terminos certos à dilecto noſtro filio R. comite, &, Johanne confratre noſtro, Squillacenſi epiſcopo, concedente, & confirmata.

habendum non eſt, Urbanus II Papa, dato, quod & hic

C

AUCTORE C. B.

632 Quocirca prædicta auctoritate præcipimus, ſtatuimus, & ea, quæ vobis conceſſa ſunt, licentiâ interdicimus, ut à die in antea neque comiti ipſi, neque alicui hæredum ſuorum ſupradictam veſtram donationem & hanc noſtram confirmationem violare vel dearctare liceat. Neque de his, quæ confirmamus, aliqua re intromittat perſonam ſine veſtra voluntate, quatenus Omnipotentis Dei ſpeculationi mentibus liberis inſiſtatis, & ad ejus faciei dulcedinem, ipſo præſtante, pervenire valeatis. Si qua verò perſona aut hæres comitis ipſam violaverit, niſi ad condignam venerit ſatisfactionem, eum honoris vel officii ſui periculo ſubjacere decernimus, & à Chriſto ac Eccleſiæ corpore ſegregatus atque in æterno examine diſtrictè ſubjaceat ultioni ſine intermiſſione & remedio; conſervantibus autem piè à Deo & miſericordia ejus præſentibus & futuris ſæculis conſervetur. Amen. Si verò tam legalis comes, aut ejus hæres addere aliquid huic voluerit donationi, ſub hac noſtra confirmatione ratum eſſe ſtatuimus.

aſſertur, diplomate.

E

Urbanus Catholicæ Eccl. epiſcopus.
Ego Rainerius Card. ſubſcripſi.
Ego Joannes Card. SS.
Ego Alphanus Salernitanus archiepiſc. SS.
Ego Amatus Capellanus & ſacerdos SS.
Ego Dis Capellanus SS.
Ego Conſtantinus Catacenſis epiſc. SS.

Datum Salerni menſe Septembri, Indict. 6 anno ab Incarnatione Dominica MXCVIII.

633 *Ruinartius in Urbani II Papæ Vita, narrato Pontificis hujus cum Rogerio, Calabriæ & Siciliæ comite, poſt Capuam menſe Junio anni* 1098, *uti infrà probabo, à principe illo expugnatam in urbe Salernitana congreſſu, pag.* 299 *ad eumdem annum* 1098 *ita memorat:* Paulò poſt id tempus, die ſcilicet XX Julii ſequentis Pontifex ad alterius Rogerii, nempe ducis Apuliæ, & Alfani archiepiſcopi preces inſigne privilegium Salernitanæ eccleſiæ conceſſit, collato ei primatu in duas metropoles, Compſanam & Acherontinam, quæ olim ipſi jure metropolitico ſubjectæ fuerant. Data eſt bulla die XIII Kalendas Auguſti anno MXCIX, ut præferunt ejus exemplaria, ſed qui à menſe Martio anni præcedentis inchoandus eſt, ut ad præſentem annum revocari poſſit. At Indictio IV, quæ ibi apponitur, excuſari nequit, niſi error in Amanuenſes rejiciatur. Locus hîc eſſet de altero Urbani reſcripto agendi, quo in gratiam ejuſdem eccleſiæ privilegia Cavenſis monaſterii revocantur, ſi datum Romæ non diceretur, & Indictio VII, quam præfert, huic anno convenire poſſet. De eo inferiùs. At ſincerum omninò & penitus indubium eſt illud, quod menſe Septembri hujus anni (1098 *nempe*) Urbanus ſancto Brunoni, Cartuſianorum parenti, qui tunc in Squillacenſi eremo morabatur, conceſſit, ad ei confirmanda & aſſerenda omnia bona, quæ à Rogerio comite & Johanne, Squillacenſi epiſcopo, ipſius monaſterio collata fuerant. Illud datum eſt Salerni Hoc anno (1098 *nimirum, ut jam monui*) menſe Septembri, Indictione VI; unde conjicimus, Urbanum ea in urbe uſque ad Barenſe concilium, *quod dicto anno* 1098 *menſe Octobri celebratum fuit*, permanſiſſe.

Salerni eodem anno

F

AUCTORE C. B. *ante 24 Septembris confirmavit.*

634 *Hæc de ſuprà recitato, quod Urbanus Papa* S. Brunoni *conceſſit, diplomate Ruinartius. Atque ex his quidem habemus, anno* 1098 *Salerni, quo loco & anno diploma datum notatur, Urbanum exſtitiſſe; ut fortè, cùm civitas illa à Turritana eremo non admodùm ſit remota, Sanctus noſter, cujus ac Lanvini petitione ſeſe, quod jam recitavi, privilegium dediſſe, Pontifex innuit, Salernum ſeſe ad hunc cum Lanvino tunc contulerit, Barenſique concilio, haud dudum poſt datum privilegium celebrato, interfuerit; quod verò ad notas chronicas, quibus privilegium Pontificium ſignatur, pertinet, cùm Urbanus II Papa, quemadmodùm num.* 569 *docui, Indictione Cæſarea ſeu Conſtantiniana uſus ſit, hujuſque generis Indictio ſeptima, non ſexta, à vigeſima quarta Septembris anni* 1098 *die uſque ad eumdem Septembris anni ſequentis diem fuerit in curſu, conſequens eſt, ut privilegium Pontificium, utpote anno* 1098, *Indictione ſexta menſeque Septembri notatum, menſe hoc ad vigeſimam quartam diem nondum provecto datum fuerit.*

B

§ XXXIX. Sanctus comitem Rogerium præſentiſſimo periculo per viſionem, quâ hujus illum monet, in obſidione Capuana liberat, novumque hac occaſione, quo plurima ei bona Rogerius confert, diploma obtinet.

Sancti meritis præſentiſſimo periculo liberatur comes Rogerius,

INter *omnia diplomata, quæ Sanctus ſive à comite Rogerio, ſive ab aliis quibuſcumque in Turritanæ in Calabria eremi favorem impetravit, nullum eſt illuſtrius magiſque à ſcriptoribus celebratum, quàm quod Capuanæ obſidionis occaſione ab illo principe anno, uti infrà probabo,* 1099 *obtinuit.* Accidit, *inquit Gaufredus Malaterra Hiſtoriæ Siculæ lib.* 4, *cap.* 26, ut Ricardus Juvenis, Jordanis principis filius, princeps & ipſe Averſæ, defuncto patre orbus, puſillus ſuperſtes, fraude Longobardorum urbe Capuana injuſtè jam dudum privatus,

C

cùm jam ad intelligibilem ætatem perveniſſet, damnum ſibi illatum videns & dolens, ac de auctoribus ultionem petere diſponens, ad ſibi conſanguineum comitem (*Calabriæ nempe & Siciliæ Rogerium*) prudentes viros ſupplex illorſum* ut ſibi auxilium laturus accelerare non differat cum ſervitio ſuo. *Comes conſanguinei ſui legatione motus non exiguum collegit exercitum, hocque in illius ſuppetias in Campaniam adduxit, & cum Rogerii ducis, cujus patruus erat, ac Richardi Averſani principis, cognati ſui, copiis conjuncto Capuam, uti infrà docebo, anno* 1098 *obſedit ac expugnavit. Verùm obſidionis tempore magnum comes incurrit periculum. Sergius Græcus, quem ducentis nationis Græcæ armigeris præfecerat, pecuniâ cum Capuanis pactus erat, ſeſe eis, quò noctis tempore in Rogerii exercitum ex improviſo irrumpere, itáque eum cædere ac comitem ipſum necare poſſent, aditum aperturum. Nox jam aderat, quâ effectum fortitura erat proditio, Capuanorumque copiæ, ut, quod cum hiſce Sergius pactus erat, exſequerentur, paratæ adſtabant, cùm* S. Bruno *ſeu potiùs* D *ex dicendis, facientibus id hujus meritis ac precibus, ſub* Brunonis *habitu ac ſpecie angelus comiti in ſomnis apparuit, imminentiſque periculi eum commonuit. Comes hinc timore perculſus, itáque expergefactus milites excivit ad arma, ſtructas ſibi inſidias diſpulit, hoſtes fugavit, pleroſque proditionis reos cepit, Capuamque haud dudum pòſt ſubegit.*

** ſupple* mittit,

hinc quo ei privilegium, à multis celebratum, concedit.

636 *Hac porrò ad felicem exitum expeditione perducta, primò ſe Salernum, ubi cum eo Urbanus II Papa colloquium habuit, atque aliquanto temporis ſpatio fuit verſatus, ac deinde Squillacium in Calabriam contulit, cúmque ibi quatuordecim dierum ſpatio adverſa valetudine laboraret,* S. Bruno, *quo eum in morbi moleſtiis conſolaretur, ad amantiſſimum ſui principem, quatuor aliis religioſis eremi Calabrinæ incolis ſibi adjunctis, venit. Comes ſanctum Virum benigniſſimè de more excepit, eique, quòd ſuî etiam abſens in obſidione Capuana curam geſſiſſet, ſummas gratias egit, multa ei grati animi ergò dona offerens. Verùm hæc* Bruno, *qui non ſe,* E *ſed angelum, principibus tempore belli adſtantem, in obſidione Capuana comiti apparuiſſe, aſſeverabat, noluit accipere. Attamen, cùm poſteà Sanctus aliqua ſaltem à comite ſibi donari conſenſiſſet, dato hic diplomate Turritanæ eremi poſſeſſiones auctiores longè, quàm ante fuiſſent, reddidit, militeſque proditionis Capuanæ reos, quos ſecum ex hac Squillacium morte plectendos duxerat, vitâque tamen, Sancto noſtro intercedente, donârat, ei Turritanæque eremo in ſervitutem perpetuam tradidit. Conſtant hæc omnia partim ex Gaufredo Malaterra cap. proximè cit. & duobus ſeqq., partim ex ipſo, quod, dicta bellica expeditione finita, Sancto noſtro Rogerius comes dedit, diplomate. Ac id quidem tum hac de cauſa, tum quòd à Puteano, Blomenvenna, Surio in contextis à ſe* S. Brunonis *Vitis, Baronio in Annalibus eccleſiaſticis, Summontio in Neapolitani regni Hiſtoria, aliiſque ferè omnibus ſcriptoribus, à quibus memoratur, ex parte dumtaxat exhibeatur, integrum è Mörkenſii recenſione § præſenti, additis etiam ad calcem, quæ commodè in id hîc notari poterunt, lectoris oculis ſubjicere; definitionem autem temporis, tum quo datum illud fuerit, tum quo obſidio Capuana acciderit ac proin* S. Bruno, *comiti Rogerio in ſomnis apparens, imminenti periculo eum eripuerit, in § ſequentem, ne alioquin præſens in nimiam molem excreſcat, differre eſt viſum.*

F

Id, quo Rogerius primò periculum, cui in Capuana obſidione

637 *Sic itaque monumentum illud habet:* In nomine Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejuſdem milleſimo nonageſimo octavo, indictione ſexta, glorioſus Rex David ſpiritu præventus "Narrabo,, inquit, "omnia mirabilia tua,, propter quod ego Rogerius divina miſericordia comes Calabriæ & Siciliæ notum* eſſe volo omnibus fidelibus Chriſtianis beneficia, quæ mihi peccatori conceſſit Deus orationibus reverendi viri F. Brunonis, piiſſimi Patris Fratrum, qui habitant in eccleſiis ſanctæ Mariæ de heremo, & ſancti Protomartyris Stephani, quæ ſitæ ſunt in terra mea inter oppidum, quod dicitur Stilum, & Arenam, cùm eſſem in obſidione Capuæ Kalendis Martii, & præfeciſſem Sergium natione Græcum principem ſupra ducentos armigeros nationis ſuæ, & exercitûs excubiarum magiſtrum, qui ſatanica ſuaſione præventus principi Capuæ, promittenti auri non modicam quantitatem, ad

**al.* nota

in-

A invadendum me, meumque exercitum, noctu aditum eſt pollicitus ſe præbere. Nox proditionis advenit & princeps Capuæ ejuſque exercitus juxta promiſſum eſt paratus ad arma, dumque me ſopori dediſſem, interjecto aliquanto noctis ſpatio, adſtitit cubili meo quidam ſenex reverendi vultus, ſciſſis veſtibus non valens lachrymas continere. Cui cùm in viſu dicerem, Quæ cauſa ploratus & lachrymarum, viſus eſt mihi duriùs lachrymari. Iteratò quærenti mihi, quis eſſet ploratus? Sic ait: Fleo animas Chriſtianorum, teque cum illis; ſed exurgens quantocyus arma ſume, ſi liberare Te Deus permiſerit, & tuorum animas pugnatorum. Hic per totum mihi videbatur, velut ſi eſſet per omnia venerabilis pater Bruno.

fuerit expoſitus, enarrat,

638 Expergefactus ſum cum terrore grandi, pro viſione paveſcens, illico ſumpſi arma, clamans & militibus, ut armati equos aſcenderent, viſionem, ſi vera eſſet, ſatagens comprobare. Ad quem ſtrepitum & clangorem fugientes impius Sergius, ejuſque ſequaces ſubſecuti ſunt principem Capuæ, ſperantes in dictam civitatem

B confugium ſeſe habituros; ceperunt autem milites inter vulneratos & ſanos centum & ſexaginta duos, à quibus viſionem fore veram probavimus. Reverſus ſum, Deo volente, viceſimo nono Julii menſis Squillacium, poſt habitam Capuæ civitatem, ubi fui per quindenam continuam infirmatus; venit verò ad me jam dictus venerabilis pater Bruno, cum quatuor de fratribus ſuis, qui me ſanctis devotiſque colloquiis conſolati ſunt, cui reverendo Viro, & viſionem retuli, & humiles egi gratias, quòd me etiam abſente curam in ſuis orationibus habuiſſet. Qui

**al. fuiſſe* ſe humilians aſſeruit, non ipſum fore*, quem credidi, ſed angelum Dei, qui ſtat pro principibus tempore belli. Rogavi quoque humiliter, ut pro Dei amore in terra Squillacii ſumere dignaretur largos redditus, quos donabam; renuens ille recipere dicebat, quòd ad hoc domum ſui patris, meamque dimiſerat, ut à mundi rebus extraneus deſerviret libere Deo ſuo. Hic fuerat in tota mea domo, quaſi primus & magnus. Tandem vix cum eo impetrare potui, ut gratis acquieſceret ſumere modicum munus meum.

multaſque deindè tum donationes, **al.* Mentauro

639 Donavi autem eidem patri Brunoni, ejuſque ſucceſſoribus ad habendum in perpetuum abſque temporali ſervitio monaſterium S. Jacobi de Nuntauro* cum caſtro, quod eſt ſubtus

C dictum monaſterium, antiquitus conſtructum & caſtrum ligneum ſitum in cacumine montis verſus mare, qui mons per directum fabricati caſtri deſcendit, quod caſtrum Belvider à loci incolis nuncupatur, & caſale S. Mariæ, quod eſt ad ripam dicti montis inter Orientem & Meridiem; domum etiam meam, quæ Buttarium dicitur, cum Buttis, quæ in ea domo ſunt, quæ fuerunt Roberti Guiſcardi fratris mei, & dedit mihi Rogerius dux, cariſſimus nepos meus. Caſalia Mentabri, & Oliviani, & Gaſparinam, ubi antiquitus caſale fuerat, cum omnibus pertinentiis eorumdem, ſicut hîc diviſæ ſcribuntur: videlicet à terra Coxani &c (*deſcriptionem terminorum terræ hujus, quòd, ut ait, nihil ad rem ſuam faceret, hîc omiſit Mörkenſius*) omnia autem quæcúmque intra*

**al. infra* hos ſunt terminos, tam vaſallos, qui in dictis caſalibus habitant nunc, quàm qui habitaturi ſunt, tui juris, tuorumque Fratrum tibi ſuccedentium, pater Bruno, eſſe concedo. Concedo etiam, ut recommendatos habeas tu, & ſucceſſores tui, tam de comitatu Calabriæ & Siciliæ, quàm extra undecúnque ſint. Habitationes caſalium tibi, ſucceſſoribuſque tuis, quandocúnque volueritis, commutare licebit & etiam monaſterium ipſum S. Jacobi, quod donavi, & omnia in eadem, & de eadem terra facere, quæ ego facere potui, cùm licebat. AUCTOR C. B.

tum immunitates,

640 Nemini inter has diviſas licebit aliquid proprium ſuum dicere, vel habere, cùm omnibus, qui inibi poſſeſſiones habebant, voluntarium & cambium dederim ſatis gratum, cui terras, cui denarios, quibuſdam verò, quia villani erant, perpetuas libertates. Multæ intra* has **al.* infra diviſas terræ ſunt, quæ ad te, pater Bruno, ſpectant, & ſucceſſores tuos, quas cum Arſafia dedi majori eccleſiæ veſtræ tempore dedicationis ipſius. Nullus intra* has diviſas aviare, venari, aut in mari piſcari audeat ſine dictorum **al.* infra fratrum conſenſu, & de iis omnibus dicti fratres habeant jura tua, paſcua ſumere ſive glandes, ligna incidere, aquas divertere, foreſtas habere, vel prata: nec quiſquam omninò in iis terris contrà facere, vel venire, occaſione alicujus conſuetudinis, prætextu nobilis vel baronis aut ab eis, ſive vaſallis, ſive villanis, eorum, tam illorum, qui ſunt, quàm quos habituri ſunt, aut recommendatis aliquid exigere ſervitii temporalis; nec eoſdem vaſallos, vel villanos cogere, ut communitates habeant cum terra Squillacii, aut Severeti, vel caſalium eo-

E

rumdem; ſed in ſolida libertate, & ipſorum fratrum uſus, & dominium proſerventur ad perpetuos habituros. Et in mari juxta terminos, quos taxavi, jus omne habebunt, quod & ego habui temporibus retroactis.

ſingillati hic

641 Ad petitionem fratris Lanvini hîc juſſi apponi terminos caſalis Arunchi, & tenimenti ſui, quod ab antiquo pertinet ad Arſafiam. Dedi etiam eidem patri Brunoni, & ſucceſſoribus ſuis viridarium ſancti Nicolai, quod proprium tenebam in manu mea. Dedi etiam eidem hæreditatem Calogerici villani mei, qui mortuus fuerat ſine lingua & filiis, & vaſallos & villanos in eodem caſali commorantes, & in eadem libertate & uſu tranquillo, quo ſunt, & alia loca ſuperiùs condonata, & per meam voluntatem liberata ab omni jugo ſervili tam ad dictos Fratres, quàm ad vaſallos, recommendatos, & villanos omnique libertate gaudebunt in iſto loco, qui Arunchum dicitur, & omnibus locis, qui conjungi valeant, his diviſis, quos, Deo volente, ha-

F bituri ſunt, ſeu villanos, tam dominis & fidelibus Chriſtianis, quàm in locis ſcriptis ſuperiùs, gaudere ipſos prævidi. Dono quoque tibi patri Brunoni, & ſucceſſoribus tuis in perpetuum meum molendinum, & fullonem, quæ ſunt ſubtus Squillacium juxta fontem, qui dicitur Alexi, ſub omni libertate & immunitate, ut nemini teneamini pro eiſdem, nec mihi, nec ſucceſſoribus meis. Ab ipſa mea flomaria poſſitis totam aquam aſſumere, & poſitionem aquæ ductus molendini & fullonis, in ipſa terra mea, ſi volueritis in melius commutare, abſque contradictione aliqua hominis alicujus, & mea, & ſucceſſorum meorum, & de aquis, quæ in terra veſtra ſunt, omne beneficium faciatis ad veſtræ arbitrium voluntatis.

recenſitas,

642 Dono etiam tibi patri Brunoni, & ſucceſſoribus tuis in ſervos perpetuos & villanos centum duodecim lineas ſervorum & villanorum eorumque filios in perpetuum, ubicúnque ſint,

&c

AUCTORE C. B.

& morentur, cum omnibus bonis eorum, quos ad tui tuorumque ſucceſſorum obſequia reſervavi, qui inventi ſunt apud obſidionem Capuæ in proditionis conſortio Sergii peſtilentis. Hos morti obnoxios in reverſione mea Squillacium ſervaveram, diverſis mortibus puniendos, ſed tuis poſtulationibus liberatos, filioſque eorum, tibi, & ſucceſſoribus tuis obligo, & filios filiorum in æternum ſervos perpetuos,& villanos ad beatæ Mariæ & protomartyris Stephani perſonalem & perpetuam ſervitutem. Inſuper concedo ad petitionem tuam, frater Lanvine, quòd animalia veſtrorum vaſallorum, recommendatorum & villanorum per tenimenta terrarum & locorum circùm adjacentium libere paſci poſſint, & per omnia mea nemora glandes habere. Hoc privilegium ſcriptum eſt ſecundo menſis Auguſti, anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo nono Indictione ſeptima, per manus Fulconis capellani mei, apud Squillacium in capella ſancti Matthæi, præſente & confirmante B venerabili, & ſanctiſſimo patre Joanne Squillacenſis ſedis epiſcopo, reſidente ibi juxta fores eccleſiæ, & concedente Adelaïde comitiſſa conjuge mea, reſidentibus quoque mecum & teſtibus hujus donationis Rodulpho comite de Lorotello nepote meo, Guilielmo de Altavilla, Odone Bono-markiſio; Josberto de Luciaco,Borello Malgerio filio meo, Malduitho Berengerio, Niello de Ferlit, Ricardo de Treveris, Rodulpho Pain evin, Huberto de Solma, Renaldo de Chincham, Roberto de Cuculo, Ermenfredo Capellano de S. Matthæo, Roberto de Layna ſtratigoto villæ, Blaſilio protoſpatario, Theodoro Manchino.

S. Brunoni largitur.

643 Nullus contra hanc voluntariam donationem meam & deſideratam præſumat in aliquo minimo, vel magno aliquid facere, vel dicere, ſi quidem, ſi fuerit ruſticus, vel Burgenſis, curiam meam, ſi quid ipſe habuerit, habituram credat de rebus mobilibus, & nihilominus ipſis Fratribus decem auri libras perſolvet, & eorum Fratrum damna, ſi quæ perpeſſi fuerint, de illorum maleficorum bonis reſicientur, ſi accuſatus fuerit, & convictus. Quòd ſi miles aut baro, ducentas auri libras perſolvet ſucceſſorum meorum curiæ, ſive meæ; quòd ſi tantum non habuerit, ejus mobilia omnia mea erunt, & eiſdem fratribus, niſi ſatiſfecerit condignè, quinquaginta libras auri perſolvet. Nec mihi, nec ſucceſſoribus meis de omnibus, quæ libere per me data ſunt, liceat in antea aliquid innovare, facere, vel contradicere in aliquo parvo vel magno. Quòd ſi ego, quod abſit, aliquando, C vel ſucceſſores mei contrarium fecerimus, in aliquo parvo vel magno, in omnibus ſupradictis iram ſempiterni Dei, & beatæ Mariæ, & beati protomartyris Stephani incurramus. Et iſdem pater Joannes epiſcopus ad petitionem meam contra tales in majori ejus eccleſia omni præſente populo, & iſtis, qui ſupradicti ſunt, teſtibus, anathema graviſſimum promulgavit; conſervantibus autem communionem Sanctorum, & meritum bonum à Deo Patre noſtro & Domino Jeſu Chriſto. Amen, Amen, Amen.

✠ Rogerius Comes. ✠ Adelaïs Comitiſſa.
✠ Guilielmus de Altavilla.
✠ Rodulphus Comes de Lorotello.
✠ Odo Bonus Markiſius.
✠ Josbertus de Luciaco.
✠ Niellus de Ferlit. D
✠ Malgerius Filius Comitis Rogerii
✠ Rodulphus Pain evin.
✠ Ricardus de Treveris.
✠ Ego Fulco Domini Rogerii Capellanus de mandato ejus hoc privilegium ſcripſi, & ſubſcripſi.

non de Brunone, ſed de angelo, qui ſub hujus habitu Rogerio apparuerit,

644 *Tale eſt ampliſſimum illud juxta ac celeberrimum, cujus autographo bullam plumbeam eſſe appenſam, Mörkenſius ad calcem notat, privilegium ſeu diploma*, S. Brunoni *à comite Rogerio, cùm ejus, ſibi apparentis, monitu ac meritis liberatum ſeſe præſentiſſimo periculo in obſidione Capuana fuiſſe, non ambigeret, conceſſum. Nunc in id quædam obſervanda, ac in primis quidem in viſionem, quâ*, S. Brunonem *aut certè ſenem, qui ſanctum hunc Virum facie totiuſque corporis habitu referret, in ſomno à ſe viſum, monentemque auditum fuiſſe, Rogerius comes affirmat. Ut id eo, quo convenit, modo præſtem, ſuffecerit ferè, tantum hîc recitâſſe, quæ huc ſpectantia anonymus Annalium Cartuſienſium libri quarti hactenus non vulgati auctor in litteras miſit, quæque iterum, ex Operis hujus Vallis-Dei exemplari deſcripta, Cartuſianus Pariſienſis ſæpiſſimè laudatus mecum communicavit. Sic itaque ille Ordinis Cartuſienſis annaliſta habet:* Ex apparitione S. Brunonis (*comiti Rogerio factæ*) quæſtio oriri poteſt, an verè S. Bruno comiti Rogerio apparuerit, quoniam ipſum comitem poſt reditum ab obſidione (*adi num. 638 diploma huc jam tranſcriptum*) infirmum conveniens præſentialiter negavit, ſe ipſum fuiſſe, qui apparuit, ſed angelum Dei, qui adſtat principi tempore belli, ut legitur in priori (*jam recitato ſcilicet*) diplomate: utrùm hoc S. Bruno ex humilitate dixerit, an ex rei veritate, reſolvi poteſt ex eis, quæ ſcribunt (*lib. nempe De cura pro mortuis cap.* 10, *& ſeq. & lib. De ſpiritu & anima cap*, 29) S. Auguſtinus & poſt eum (*lib.* 7 *videlicet, cap.* 35 *De Offic. mort.*) Durandus, dicentes, quia viventes plerùmque apparent in ſomnis dormientibus, dum ipſi ſe neſciunt apparere, & ab eis, qui hoc ſomniaverunt, audiunt dicentibus,quòd eos in ſomnis agentes aliquid vel loquentes viderunt. Unde credibile eſt, operationes eſſe angelorum, apparentium ſub forma & habitu eorum, ob quorum merita apparitiones fiunt propter diſpenſationem providentiæ Dei ad qualecúmque ſolatium vivorum. Sicque probabile eſt, F angelum Dei apparuiſſe comiti Rogerio ſub forma & habitu S. Brunonis, cujus gratiâ & meritis facta fuit apparitio. Videat lector Thyræum libro de apparitione ſpirituum, & Cardinalem Bonam De diſcretione ſpirituum, præclarè iſta tractantes.

intelligendum eſt. Principis Capuani, quæ in eo memoratur, notitia incerta.

645 *Ita ille, & rectè quidem, quantùm apparet. Cùm porrò hiſce diplomatis recitati verbis*, Nota eſſe volo beneficia, quæ mihi conceſſit Deus orationibus R. viri F. Brunonis, piiſſimi Patris Fratrum, qui habitant in eccleſiis ſanctæ Mariæ de eremo & ſancti Stephani protomartyris, *eccleſiarum duarum, ſcilicet S. Mariæ de eremo & S. Stephani protomartyris, veluti ſi eſſent, uti etiam ex jam dictis verè fuerunt, duo monaſteria diverſa, mentio fiat, hiſque ambobus* S. Bruno *præfuiſſe innuatur, ita in illa obſervat:* Quamvis S. Bruno dicatur Pater fratrum utriuſque eccleſiæ, id tamen intelligendum eſt tantùm de ſuprema auctoritate, quam in utraque habebat, tamquam patriarcha; nam Lanvinus

in

A in altero (*quod ſcilicet anno* 1101 *datum fuit infráque recitabitur*) diplomate dicitur Prior S. Stephani. "Ad petitionem, „ inquit "Rogerius „F. Lanvini Prioris eccleſiæ S. Stephani.„ Attamen bona, à Rogerio conceſſa, utriſque communia erant. Hoc patet ex priori (*jam dato nimirum*) diplomate, in quo Rogerius conjuratores, "& filios filiorum„ (*eorum videlicet*) "in æternum „ſervos perpetuos & villanos ad beatæ Mariæ & „S. Stephani protomartyris perſonalem & per„petuam ſervitutem concedit.„ *Ceterùm, cùm in tranſcripto diplomate monaſterii S. Jacobi de Mentauro, à Rogerio* S.Brunoni *ejuſque diſcipulis collati, principiſque Capuani, cui Rogerium Sergius prodere voluit, mentio occurrat, tam principis hujus, quàm monaſterii S. Jacobi de Mentauro notitiam qualemcúmque idem etiam auctor ſuppeditat. Ac de principe quidem ſic ſcribit;* Nomen principis Capuæ, "cui Sergius ad in„vadendum Rogerium aditum noctu eſt polli„citus, ſe præbere, „ non potuiſſe apud ſcriptores inveniri, fatetur Michaël monachus in Sanctuario Capuano, à ſe edito annò MDCXXX; ſed in recognitione ſui Operis, anno MDCXXXVII facta, B nomen dat hujus hactenus ignoti principis: "I„gnoratum, „ inquit " mihi principis nomen „tandem cognitum: D. Camillus Tutinus, Nea„politanus antiquitatum indagator, adſervat „Chronicon Ms., in quo legitur, Landonem, „Theani comitem, ex genere principum Lon„gobardorum, electum fuiſſe à Capuanis in prin„cipem, ejecto Richardi filio.„ *At verò, cùm princeps, qui à Capuanis ejectus fuit, non Richardi, ſed Jordani, ut Malaterra lib.* 4, *cap.* 26 *docet, filius fuerit, contrà ac in Chronico illo Ms., apud Tutinum aſſervato, legitur, ſuſpectum mihi hoc apparet, ac proìn facere non poteſt, ut, Landonem fuiſſe Capuanorum principem, cui Rogerium tradere voluerit Sergius, pro certo habeam.*

De monaſteriis S. Jacobi, Brunoni conceſſo. quid factum,

646 *Quod modò ad monaſterium S. Jacobi de Mentauro pertinet, ita de hoc laudatus Ordinis Cartuſienſis annaliſta obſervat:* Monaſterium S. Jacobi de Mentauro, à Rogerio conceſſum S. Brunoni, juxta notas noſtri Conſtantii eſt grangia, quæ modò dicitur S. Anna, in qua ſub initium recuperationis hujus Cartuſiæ unus converſus aſſiduè morabatur. Ibidem poſt mortem S. Brunonis Lanvinus quoſdam monachos, vitæ eremiticæ minùs idoneos, C cum licentiâ Pontificis conſtituit, qui cœnobiticam vitam agerent, ut ſuo loco dicemus. *Atque id etiam, quod hìc poſteà ſe dicturum ſpondet laudatus Annalium Cartuſienſium auctor, re etiam ipſa ad annum* 1114 *exſecutus eſt, ita ibidem ſcribens:* Quod autem pertinet ad res Cartuſienſes in Calabria, hoc anno (1114 *videlicet*) Lanvinus, cùm juxta licentiam anno elapſo à Paſchali (*ſummo Pontifice*) obtentam, multos non ſolùm è gentibus, ſed etiam ex longinquis partibus, ut loquuntur bullæ Pontificiæ, ad vitam eremiticam recepiſſet, cernens, quoſdam ex eis minùs ad eam aptos eſſe, decrevit aliud monaſterium conſtituere, in quo ſaltem cœnobiticè converſarentur. Id ille ſapienter excogitavit; cùm enim juxta Regulam, à ſancto Patriarcha non ſcriptis, ſed viva voce traditam, ea tantùm conditione inter nos reciperetur novitius, "ut, ſi fortè noſtrum nequiret aut nollet „tollerare propoſitum, ad ſeculum nequaquam „rediret, ſed aliquod potiùs aliud religionis ge-

AUCTORE C. B.

„nus, quod ferre poſſet, acciperet; „ Sic honori & ſaluti conſulebatur egredientis novitii, qui ex eremo ſtatim ad cœnobium tranſmeare poterat. Utriuſque monaſterii curam magiſter eremi habebat, & qui cœnobitis præerat ſub nomine Præpoſiti vel Decani, vel etiam Prioris, eidem magiſtro, tamquam ſupremo Priori, morem gerebat juxta decretum ſummi Pontificis Paſchalis, à quo ſequentes litteras Lanvinus in hunc finem obtinuit. Paſchalis epiſcopus ſervus ſervorum Dei &c.

& quid præterea in datum Rogerii comitis diploma obſervandum.

647 *Hæc laudatus Annaliſta anonymus; alia porrò ferè non ſunt, quæ in tranſcriptum Rogerii comitis diploma obſervanda hìc ſint; poſſet quidem quidpiam præterea notari in verba, quibus, Sanctum aliquamdiu in Rogerii comitis domo commoratum eſſe, in inſtrumento illo innuitur; verùm de hiſce num.* 571 *& ſeq. actum jam ſatis eſt, uti etiam num.* 586 *& ſeq. de Malgerio, qui in diplomatis & contextu & ſubſcriptionibus* comitis Rogerii filius *vocatur, nec tamen filius ejus ſeu legitimus ſeu nothus exſtitit. Quod verò pertinet ad alios, qui diplomati aut ſubſcribuntur, aut donationi, per hoc facta, teſtes interfuiſſe in inſtrumenti ejuſdem contextu memorantur, Rodulphus comes de Lorotello, quem in hoc* nepotem ſuum *Rogerius comes vocat, patruum hunc, uti è Cangio in Annotationibus in Annam Comnenam pag.* 238 *& ſeq. facilè intelliges, veroſimiliter habuit; è reliquis autem, quorum aliqui aliis etiam jam datis Rogerii comitis diplomatibus ſubſcribuntur, non pauci inſtrumentis nonnullis publicis, apud Rocchum Pirum in Sicilia ſacra exſtantibus atque à Rogerio comite datis, ſubſcripti etiam, uti quiſque, qui hæc conſulere voluerit, deprehendet, reperiuntur; quod hìc ſaltem, cùm diſtinctam ſingulorum notitiam dare non poſſim, juverit notâſſe. Ceterùm, ne Commentarius, qui mole ſua modum jam ferè excedit, abſque neceſſitate adhuc creſcat, quid quæque in diplomate hìc dato occurrentia vocabula barbara ſignificent, non expono; atque ita tum ad hoc, tum ad alia Sancto noſtro conceſſa diplomata faciendum haud gravatè duxi, quòd à ſtudioſo lectore vocabulorum illorum ſignificatio tum in Indicibus noſtris onomaſticis, tum in Cangii mediæ & infimæ Latinitatis Gloſſario facilè inveniri queat.*

E

F

§ XL. Quo tempore Rogerius comes Capuam obſederit, & an eodem anno, quo id accidit, diploma, quod, civitate hac ſubacta, Brunoni hic princeps contulit, datum fuerit.

In diplomate hìc memorato Capuana obſidio anno 1098 *contigiſſe traditur.*

QUo tempore *à comite Rogerio Capuam obſideri contigerit, ipſemet nos hìc princeps in proximè huc tranſcripto, quod* S.Brunoni *conceſſit, diplomate ſat apertè docet. Etenim hujus initio ita loquitur:* In nomine Dei æterni & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejuſdem milleſimo nonageſimo octavo, Indictione ſexta, glorioſus rex David, Spiritu Sancto præven-

AUCTORE C. B.

tus, "Narrabo,„ inquit, "omnia mirabilia „tua.„ Propter quod ego Rogerius, divinâ misericordiâ comes Calabriæ & Siciliæ, nota esse volo omnibus fidelibus Christianis beneficia, quæ mihi peccatori concessit Deus orationibus reverendi viri F. Brunonis, piissimi patris fratrum, qui habitant in ecclesiis sanctæ Mariæ de eremo, & S. protomartyris Stephani, quæ sitæ sunt in terra mea inter oppidum, quod dicitur Stilum, & Arenam, cùm essem in obsidione Capuæ Kalendis Martii & præfecissem Sergium, natione Græcum, principem super ducentos armigeros nationis suæ, & exercitûs excubiarum magistrum &c. *Hisce autem, sese anno* 1098 *in Capuæ obsidione fuisse, significat. Etenim verba omnia, quæ inter duas hasce voces* Indictione sexta, *& alias hasce* cùm essem in obsidione Capuæ *interjiciuntur, pro præfatiuncula dumtaxat, parenthesi inclusa, debent haberi, ita ut sensus sit,* Anno ab Incarnatione ejusdem (*Jesu Christi*) MXCVIII, Indictione sexta.... cùm essem in obsidione Capuæ Kalendis Martii. *Ita autumo, primò quidem, quòd in altero diplomate, infrà huc transcribendo annoque* 1101 *dato, ipsemet Rogerius comes, obsidionem Capuanam anno* 1098 *contigisse, apertissimè indicet hisce verbis:* Hæc sunt nomina eorum,... qui inventi sunt in obsidione civitatis Capuæ Calendis Martii, Incarnationis Domini anno MXCVIII, indictione sexta, quos ego Rogerius &c. *Deinde verò quòd in dicto diplomate, in cujus epocham præsenti § inquirendum, annus, quo hoc datum sit, per annum* 1098 *designari non possit, cùm id Sancto ex dicendis comes Rogerius ante annum, qui obsidionem Capuanam ac proin oblatam in hac principi isti Sancti apparitionem, proximè excepit, non impertierit, annoque* 1098 *bellicam hanc expeditionem contigisse, aliunde constet, uti jam nunc probare aggredior.*

B

649 *Lupus Protospata auctor synchronus, qui, quod bene notandum, annum more Græcorum à Septembri inchoat, apud Muratorium tom.* 5 *rerum Italicarum scriptorum pag.* 47 *sic scribit:* Anno MXCVIII mense Octobris apparuit stella cometes... & hoc anno comprehensa est Capua à Rogerio comite mense Martii. *At verò Michaël monachus in Sanctuario Capuano, diploma, de quo hîc differimus, è cameræ regiæ actis integrum exscriptum, legendum sibi traditum fuisse, præfatus, ita scribit:* Lupus Protospata editus à P. D. Antonio Carraciolo scribit, annum MXCVIII fuisse Capuæ obsidionis annum; sed non est recedendum à computatione Baronii, qui juxta Gaufredi narrationem obsidionis annum notat MXCVII; cui anonymus Cassinensis, cum eodem Protospata impressus, consentit; imò & hoc privilegium adstipulatur. En Rogerius ab obsidione Squillacium redit vicesima nona Julii. Idem secunda Augusti privilegium hoc sancto Brunoni concedit. At quia inter privilegii concessionem & Rogerii reditum multi intercedunt dies, præsertim illi quindecim, per quos Rogerius (*adi num.* 638) infirmatur, à sancto Brunone visitur, de facienda donatione tractat; idcircò Julius & Augustus, nominati menses, ad eumdem annum pertinere non possunt, sed Julius cum sua vicesima nona est anni MXCVII, & Augustus cum sua secunda die est anni MXCVIII. *Hactenus ille: & rectè quidem, mensem Julium, quo Squillacium ab obsidione Capuana reversus est comes Rogerius mensemque Augustum, quo diploma datum notatur, ad duos annos diversos spectare, affirmat; comes enim, uti ipsemet (adi iterum num.* 638) *in diplomate docet, vigesima nona Julii Squillacium rediit; diploma verò secunda Augusti die datum signatur; ut, si comitis reditus, & diplomatis concessio ad diversos annos non spectarent, hanc inter & illum tres dumtaxat dies intercessissent; quod, uti ex ipsiusmet diplomatis contextu (videsis denuò eumdem num.* 638) *apparet, verosimile non est.*

D

hocque etiam anno, quo & à Lupo Protospata consignatur,

C

650 *Verùm, etsi quidem rectè, ut jam dictum, mensem Julium, quo Squillacium comes Rogerius ab obsidione Capuana rediit, mensemque Augustum, quo diploma percelebre Sancto dedit, ad duos annos diversos laudatus scriptor referat, Capuanam tamen obsidionem contra apertum Lupi Protospatæ testimonium anno* 1097 *cum Baronio, à quo non recedendum pronuntiat, perperam innectit ob Gaufredi Malaterræ, scriptoris pariter synchroni, auctoritatem. Etenim, etsi quidem in Sicula Scriptoris hujus Historia lib.* 4, *cap.* 26 *verba, quibus obsidio illa anno* 1097 *non obscurè consignatur, occurrant, ea tamen Malaterræ non sunt, certóque, quam eventui isti Lupus Protospata proximè huc transcriptis verbis præstituit, epocha retinenda est. Duo hæc asserta ex jam nunc dicendis patescent. A posteriori seu à veritate epochæ, quam obsidioni Capuanæ Lupus Protospata, anno* 1098 *eam illigans, assignat, demonstranda duco initium. Romualdus Salernitanus, auctor suppar, in Chronico de cruce signatis Christianis, bellum in Oriente contra infideles gerentibus, sic scribit:* Ceperunt Antiochiam, civitatem famosissimam, in anno Incarnati Verbi millesimo nonagesimo octavo, Indict. VI; *ac deinde, nonnullis, quæ huc non faciunt, interpositis, subjungit:* Ipso quoque anno, eadem Indictione, Rogerius dux unà cum Rogerio Siciliæ comite urbem Capuanam obsedit, & quadragesimo die ejus obsidionis acquisitam eam Riccardo principi reddidit. *Reponi quidem hîc potest, in notis chronicis, quibus Romualdus rerum, quas narrat, tempus determinat, errores sæpenumero cubare; verùm, etsi id ita sit, id tamen ferè, ut Romualdi Opus expendenti palàm fiet, locum dumtaxat obtinet, dum characteres chronicos compendiè per numeros, litterasve, numerorum locum tenentes, exprimit; expugnatæ autem à Christianis Antiochiæ annum* 1098, *quo etiam à duce Rogerio, ejusque patruo comite Rogerio Capuam fuisse obsessam, memoriæ prodit, non compendio per numeros, litterasve numerorum locum tenentes, sed per voces integras designat, verèque fuisse à Christianis anno, ut notat,* 1098 *Antiochiam expugnatam, apud omnes in confesso est; ut proinde, cùm in anno* 1098, *quo id factum, signat, non erret, errare etiam censendus non sit, dum eodem loco obsidionem Capuanam eidem anno* 1098 *affigit.*

verè illam accidisse, & Romualdo Salernitano,

E

F

651 *Verùm res hæc secùs habeat, parvique faciendum hîc sit Romualdi testimonium, Capuanam equidem obsidionem ab hoc scriptore & Lupo Protospata anno* 1098 *rectè consignari, Eadmerus, qui non tantùm obsidionis illius tempore floruit, verùm etiam ei præsens adfuit, indubitatum facit. Hic S. Anselmo, Cantuariensi archiepiscopo, ut toto vitæ tempore, ita etiam anno* 1097 *ex Anglia Romam discedenti ac deinde ad Rogerium, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ ducem, in castris ante Capuam obsessam existentem, properanti comes adhæsit assiduus,*

ac præcipuè ex Eadmero, scriptore omnè exceptione majori,

A *ſidnus, illiuſque, uti apud nos tom. 2 Aprilis, pag. 865 videre licet, non tantùm vitam in duos libros diviſam contexuit, verùm etiam à Seldeno typis vulgatos ac deinde in præfatum Operis noſtri tomum illatos Hiſtoriæ Novorum in Anglia ſex libros, quorum quatuor prioribus res quoque, ad eumdem ſanctum Cantuarienſem archiepiſcopum ſpectantes, ac nominatim dictum iter ejus Romanum, atque ad ducem Rogerium ante Capuam acceſſum complexus eſt; hujus autem Hiſtoriæ apud nos lib. 2, cap. 2, num. 19 in fine, poſtquàm, quî tandem poſt multas moleſtias Anſelmus Romam adeundi facultatem à rege Angliæ impetrârit, lectorem edocuit, ſubjungit.* Anno ab Incarnatione Filii Dei milleſimo nonageſimo ſeptimo acta ſunt hæc, feria quinta, quæ fuit Idus Octobris; *ac deinde, nonnullis, quæ haud dudum poſt quintam decimam Octobris diem anno hiſce verbis aſſignato geſta fuêre, interjectis, ſancti illius antiſtitis iter, Romam verſus ſuſceptum,*

B *enarrat; ut proinde hoc ille eodem anno* 1097 *indubiè ſit aggreſſus. Porrò Anſelmus in itinere illo, uti partim ex ejus Vitâ, ab Eadmero ex dictis pariter conſcriptâ atque in præfatum Operis noſtri tomum illatæ lib. 2, cap. 4, partim è dictâ Hiſtoriæ, quæ eumdem Eadmerum auctorem habet, lib. itidem 2, cap. 2 & ſeq. intelligitur, natalitiam Chriſti feſtivitatem cum ſancto Hugone abbate Cluniaci celebravit, inde Lugdunum progreſſus eſt, hincque iter proſecutus, cùm Seguſio ignotus tranſiiſſet, apud ſanctum Michaëlem de Cluſa in Pedemontio Paſſionis ac Reſurrectionis Dominicæ ſolemnia celebravit, feliciterque Guibertinorum, quæ paratæ ei erant, evitatis inſidiis, Romam tandem haud dudum pòſt pervenit.*

luculenter probatur, verbaque Hiſtoriæ Siculæ, quæ pro anno 1097 *facirent.*

652 *Porrò, diebus decem Romæ tranſactis, invitatus à Johanne, ſuo olim apud Beccum diſcipulo, tunc verò abbate ſancti Salvatoris prope Teleſium, urbem in terra Laboris, ad eum divertit; cùm autem ab hoc in villam monaſterii ſui, nomine Sclaviam, in vicino monte ſitam, ductus fuiſſet, ibique aliquanto temporis ſpatio degiſſet, ad ducem Rogerium acceſſit, qui, in caſtris ante Capuam obſeſſam tunc verſans, inſignemque viri ſanctitatem edoctus, eum, ut ad ſe veniret, invitârat. Ita ferè quantùm ad ſubſtantiam, ut jam monui, Eadmerus, partim in*

C *conſcripta à ſe S. Anſelmi Vita, partim in Novorum Angliæ Hiſtoria locis ſuprà citt. Jam verò cùm Anſelmus, teſte Eadmero, auctore ex dictis ſynchrono, ſanctumque hunc antiſtitem in itinere illo comitato, anno* 1097, *menſe Octobri ex Anglia Romam verſus iter arripuerit, eóque haud dudum poſt Reſurrectionis Dominicæ feſtum, quod anni* 1097 *Octobrem proximè excepit, appulerit, nec multò pòſt ad Rogerium ducem, qui unà cum patruo ſuo comite Rogerio, cognatoque Richardo Capuam tunc obſidebat, acceſſerit, ex iis ſanè, quæ Anſelmus, auctor omni exceptione hîc major, memoriæ prodit, conſectarium eſt, ut Capua anno* 1098 *omni dubio procul fuerit obſeſſa. Atque hoc primum, quod hîc oſtendendum erat, alterum eſt, ut verba, quibus in Sicula Gaufredi Malaterræ Hiſtoria, Capuæ obſidionem, quâ durante,* S. Bruno *comiti Rogerio apparuit, imminentique periculo eum eripuit, anno* 1097 *contigiſſe indicatur, ſcriptoris hujus non eſſe, probatum nunc dem. Verba illa ita habent:* Anno Dominicæ Incarnationis MXC-

VII ibi (*in caſtris nempe ante Capuam obſeſſam*) ſe imprægnavit comitiſſa Adelaſia de comite Rogerio; *hæc autem, ut ante me Peregrinius in ſuis ad Lupi Protoſpatæ Chronicon rectè obſervavit, gloſſula damtaxat ſunt, ab otioſo adnotatore ad paginæ oram adſcripta, & ex hac deinde in ipſum auctoris textum ab imperito librario tranſlata.* AUCTORE C. B.

653 *Id ſic oſtendo: Malaterra Hiſtoriæ Siculæ libro* 4, *cap. 26 ſub finem ſic habet:* Ipſe autem comes (*Rogerius ſcilicet*) omni diluculo ante lucem ſurgens, utrumque exercitum, pontem tranſeundo "(quem nempe, „ *ut laudatus Peregrinus loco cit. notat,* „ ſuper Vul-„turnum conſtruxerat, ut ſuo exercitui, & ducis „Rogerii principiſque Richardi communis, faci-„liſque pateret via, qui trans flumen ad Septem-„trionem Capuam obſidebant) „ inviſens, utrùm attenti eſſent ad excubias, viſum ibat. Porrò ipſi rubore perfundebantur, quòd juvenes ipſi & ad quos peculiariùs negotium attinebat, ſegniores forent comite provectioris ætatis, & corporis plagarum laborumque aſperitatis viro vigilantiore exiſtente. Nam & ab omni exercitu ejus vigilantia admirationi erat, omneſque in ejus exemplo vigilantiores reddebantur. *Ita hactenus textus, qui Malaterræ extra omnem controverſiam eſt; huic autem, quæ dictum libri quarti cap. 26 terminant, quæque an Malaterræ ſint, hîc quærimus, recitata num. præced. de imprægnata ante Capuam Adelaſia verba proximè ſubduntur, ac deinde ſequitur caput 27, quod ita inchoatur;* Cùm iſta aguntur, Papa Urbanus colloquium ducis & comitis deſiderans à Roma progrediens, Capuam, ubi obſeſſionem tenebant, venit. *Tale eſt, quod Hiſtoriæ Siculæ libri quarti caput 27 apud Malaterram habet, initium; verùm quis non videt, per verba de imprægnata in caſtris ante Capuam Adelaſia, quæ hoc inter & Malaterræ genuinum, quem jam recitavi, quemque caput proximè præcedens ſuppeditat, textum interjiciuntur, continentem ſcriptoris hujus narrationem perturbatam reddi ac diviſam? Quod cùm ita ſit, nec vitioſus adeò in narrandis rebus modus in Malaterram quadrare videatur, verba illa non ipſi, ſed inepto adnotatori, ut jam dixi, attribuenda ſunt. Ut res certior evadat, juverit eam alio adhuc argumento firmâſſe.* *argumento uno*

F 654 *Malaterra in Præfatione lib. 2 Operis ſui, ſeu Hiſtoriæ Siculæ à ſe conſcriptæ, temporum ſeſe annorumque ordinem in narrando ſervaturum pollicitus, id ipſum ſeſe facturum, lib. 4, cap. 18 ejuſdem Operis iterum profitetur; poſtquam autem temporum annorumque in narrando ordini ita ſeſe bis obſtrinxit, eodem libro quarto, cujus cap. 18 hanc ſibi obligationem ſecundò impoſuit, cap. 25 narrat, quî comes Rogerius filiam Hungarorum regi in matrimonium dederit, eamque ab Henrico, Leocaſtrenſi epiſcopo, anno* 1097, *menſe Maio in Pannoniam itinere maritimo duci curârit. En ipſa ejus verba:* Anno itaque, *inquit,* Incarnationis milleſimo nonageſimo ſeptimo, apparatis, quæ neceſſaria erant, menſe Maio cum trecentis militibus uſque Thermas conducere facit (*comes Rogerius filiam ſuam*) Henricum Leocaſtrenſem epiſcopum & quoſdam de fidelibus ſuis, abinde maritimo curſu uſque Pannoniam cum puella procedere faciens, qui, navibus apparatis puellam cum multis ſponſalibus intromittentes, velis *atque altero, ex ipſa Malaterra*

AUCTORE C. B.

vento commissis, prospera aura flante per æquora feruntur usque dum in portum Albæ, qui juris regum Ungarorum est, impune applicant. *Hæc, quæ anno* 1097 *partim mense Maio, partim paulò serius gesta sunt, dicto lib.* 4 *cap.* 25 *Malaterra; qui autem comes Rogerius à Richardo, principe Aversano & à Rogerio duce consanguineis suis, ut suppetias eis adversus Capuanos, Richardo rebelles, ferret, missa etiam ad eum à Rogerio duce uxore sua, rogatus fuerit, cap. proximè seq. exponit, ac deinde eodem cap. subjungit:* Comes autem pietate consanguinei principis & multis verbis ducissæ, sibi à duce delegatæ, legatione deprecatoris & humilitate exponentis illectus & persuasus, exercitum, qualem numquam antea habuisse dignoscitur, ab omni Sicilia & Calabria forti imperio conflato, primâ hebdomadâ Aprilis secunda pace Pharum transiens illorsum (*versus Capuam nempe seu, quibus suppetias laturus ibat, versus Richardum, Aversanum principem, & Rogerium ducem*) accelerat.

B *Historia Siculæ formato,*

655 *Hæc loco cit. Malaterra, ibidem etiam mox tradens, quî Rogerius, cùm Pharum mense Aprili trajecisset, per Calabriam & Apuliam exercitum duxerit, ducem Rogerium in via obvium habuerit, Pentecosten prope flumen,* Sabatum *seu, uti ipse scribit,* Sabbatum *vocatum, celebrârit, ac castra tandem ad Capuam posuerit, hancque urbem unà cum duce Rogerio & Richardo principe Aversano obsederit; cum autem, postquam, quod anno* 1097 *mense Maio gestum fuerat, narravit, scriptor ille, qui sese temporum annorumque ordinem in narrando servare profitetur, ea omnia, uti ex jam dictis liquet, in litteras mittat, oportet, ut secundum ipsammet narrationem ejus & Aprilis, quo Pharum comes Rogerius trajecit, & Pentecoste, quam prope flumen Sabatum celebravit, ipsumque adeò etiam tempus, quo brevî pòst castra ad Capuam posuit, urbemque hanc obsedit, non ad annum* 1097, *sed ad proximè subsequentem spectent. Et verò, nisi ita res habeat, Malaterra secum ipsemet pugnare erit dicendus; cùm enim, uti ex dictis narrat, comes Rogerius, postquam Pharum mense Aprili trajecisset, Pentecostenque prope flumen Sabatum celebrâsset, Capuam obsederit, si Aprilis ille cum anno* 1097, *quo Pascha quinta Aprilis ac proinde Pentecosten vigesima quarta Maii celebrari contigit, fuerit conjunctus, consequens erit, ut dicti anni* 1097 *mense Maio comes Rogerius partim in Calabria aut certè Apulia, partim in castris ante Capuam exstiterit. Atqui Malaterra hunc principem eo ipso anno & mense neque in Calabria Apuliave, neque in castris ante Capuam, sed in Sicilia præsentem facit, libro* 4 *scilicet, cap.* 25, *ut jam docui, memoriæ prodens, abs illo, in Sicilia, uti ex eorum, quæ ibidem scribit, contextu liquet, tunc existente, è regione hac filiam suam in Pannoniam matrimonio regni hujus regi conjungendam, eodem anno ac mense sub Henrici Leocastrensis episcopi ductu maritimo itinere missam fuisse.*

C

656 *Jam verò, cùm hæc ita habeant, ne Malaterra, quem, quæ sese inter pugnent, scripsisse, nemo dixerit, Rogerium comitem, quem toto mense Maio anni* 1097 *præsentem in Sicilia facit, eo ipso mense in Apulia & in Castris ante Capuam, à Sicilia procul dissitis, præsentem sistere sit dicendus, necesse omnino est, ut mensis Aprilis, quo Rogerius comes, ut scriptor ille narrat, Pharum trajecit,* D *Pentecoste, quam prope flumen Sabatum celebravit, tempusque, quo brevî pòst Capuam obsedit, non ad annum* 1097, *sed ad proximè sequentem etiam secundum ipsum Malaterram spectârint. Hinc porrò jam consequitur, ut hic scriptor obsidionem Capuanam non alio, quàm Lupus Protospata, anno consignet, ac proin, ut vel verba de imprægnata anno* 1097 *in castris ante Capuam Adelasia suprà huc transcripta Malaterræ non sint, vel ut, si ipsi, non autem incepto adnotatori, debeant attribui, error in annum* 1097, *quo illa afficiuntur, librariorum vitio oscitantiâve irrepserit, proque anno illo annus* 1098 *debeat substitui. Porrò Pagius in Criticis, Malaterram, à quo obsidionem Capuanam anno* 1097 *consignari, ob memorata verba de imprægnata ante Capuam Adalasia arbitrabatur, cum Lupo Protospata, qui eamdem obsidionem anno* 1098 *innectit, in concordiam adducere volens, fuisse anno* 1097 *Capuam obsideri cœptam, annoque demum* 1098, *ad mensem Maium provecto, expugnatam adstruxit. Verùm, cùm ex jam dictis non anno* 1097, *ut nonnulli ob verba de imprægnata anno illo ante Capuam Adalasia persuasum sibi habuêre, sed anno* 1098 *Capuanam obsidionem accidisse, ipsemet Malaterra tradat, scriptor ille corrigendus est.* E

Malaterræ non esse, ostenditur.

657 *Quòd si enim ipso standum foret, consectarium esset, ut pluribus mensibus Capuana obsidio tenuerit; hoc autem à vero alienum esse constat, tum ex Malaterra, qui Rogerium comitem anno* 1098 *prope flumen Sabatum Pentecosten, quæ anno isto in sextam decimam Maii incidit, celebrâsse, tunc demum exercitum Capuæ obsidendæ admovisse, nec diu admodùm pòst urbem illam deditione accepisse, partim lib.* 4, *cap. cit., partim, quæ hoc proximè excipiunt, cap.* 27 *& duobus seqq. docet, tum etiam ex Romualdo Salernitano & monacho Cassinensi anonymo, ab Antonio Caracciolo primùm ac deinde à Camillo Peregrinio luce publica donato tandemque à Muratorio, additis etiam posterioris hujus editoris Annotationibus, unà cum Lupo Protospata in tomum* V *Rerum Italicarum scriptorum illato; qui ambo Capuam quadragesimo obsidionis die deditionem fecisse, seu à duce Rogerio patruoque ejus comite Rogerio subactam fuisse, in Chronicis suis disertè tradunt, prior quidem verbis num.* 650 *huc transcriptis, posterior verò hisce sequentibus:* Dux Rogerius cum comite Rogerio Capuam per quadraginta dies obsidentes receperunt, & Richardo Jordani filio restituerunt. *Isthæc quidem ad annum* 1097, *unde pro obsidione Capuana anno huic affigenda non nemo fortè arguat, in codice Cassinensi* 47, *è quo monachi illius anonymi Chronicon à Caracciolo primùm fuit editum, apud hunc & Muratorium referuntur; verùm Peregrinius in hunc codicis illius locum ita observat:* De more annum anticipat Codex XLVII, & ex eo editus. Non sic codex CXCIX, in quo ista sub anno sunt MXCVIII. *Ita ille: Capuæ autem, uti ex iis, quæ in suo ad Chronicon illud monito prævio observat, facilè perspicies, obsidionem deditionemque in codice Cassinensi* 47 *ad annum* 1097 *referri, non laudato monacho anonymo, qui eodem circitèr tempore, quo Capua fuit obsessa, floruit, sed librario recentiori, qui, quæ hic in litteras miserat, pro suo arbitrio digesserit, annisque distinxerit, est adscribendum. Quod cùm ita sit, nihil etiam contra opinionem, quâ obsidionem Capuanam anno* 1098 *affigimus,* F

Bellica illa expeditio nec tamdiu, quàm Pagius statuit, duravit.

è

A *è monacho illo anonymo habetur, manetque adeò à Lupo Protoſpata, qui hoc ipſo anno bellicam illam Rogeriorum ducis & comitis expeditionem conſignat, non eſſe recedendum.*

nec Martio, ut Lupus ſcribit, Capuæ deditione terminata fuit.

658 *Verùm, etſi quidem ita quantùm ad annum, quo hic ſcriptor Capuæ deditionem conſignat, res habeat, aliter tamen de menſe, cui eam affigit, cenſendum eſt. Etenim civitatem illam* menſe Martio à comite Rogerio comprehenſam *notat; id autem ſeriùs, quàm anno* 1098 *ad menſem Martium provecto, eveniſſe, liquet tum ex S. Anſelmi, Cantuarienſis archiepiſcopi Vita, per Eadmerum conſcripta, tum etiam ex Gaufredo Malaterra. Ut id ex dicta Anſelmi Vita conſtare, primò probem, Eadmerus in hac apud nos tom.* 2 *Aprilis pag.* 886 *& ſeq., Reſurrectionis Dominicæ feſtum, quod anno* 1098 *in vigeſimam octavam Martii incidit, ſe ſimul ac S. Anſelmum in S. Michaëlis cœnobio, in ditione Pedemontana ſito, celebrâſſe, Romam deinde adveniſſe, decem diebus ibidem tranſactis, in Ter-*

B *ram-Laboris ad S. Salvatoris monaſterium, à cujus abbate, ſuo olim diſcipulo, amiciſſimè invitatus fuerat, diverti ſſe, ac tandem ad Rogerium ducem, qui Capuam obſidebat, quique eum, ut ad ſe veniret, rogari juſſerat, acceſſiſſe, aliquantoque temporis ſpatio apud eum manſiſſe, memoriæ prodit. Jam verò, cùm id ita ſit, nec, ſi anno* 1098 *jam inde à Martio deditionem Capua feciſſet, S. Anſelmus, Cantuarienſis archiepiſcopus, qui ex jam dictis obſidioni Capuanæ aliquandiu interfuit, ullo modo ei, uti ex omnibus, è Sancti hujus antiſtitis Vita modò adductis, quiſque facilè intelliget, intereſſe potuiſſet, fit ſanè ex hac, comiti Rogerio anno* 1098 *menſe Martio Capuam ſeſe non dedidiſſe, omninò perſpicuum. Nec minùs id ex Malaterra manifeſtum efficitur. Cùm enim, uti ex jam dictis ſcriptor hic memoriæ prodit, Rogerius comes non priùs, quàm cùm Penteco ſten, quæ anno* 1098 *in ſextam decimam Maii diem incidit, prope flumen Sabatum celebrâſſet, Capuæ obſidendæ copias admoverit, ei enimverò civitatem hanc jam inde ab anni illius menſe Martio deditam non fuiſſe, è Malaterra indubitatum eſt.*

Pro hoc tamen menſe, non Maius, C

659 *Aſt, inquies, quis ergò pro Martio, quem urbis Capuanæ deditioni Lupus Protoſpata aſſignat, menſis ſubſtituendus? Pagius in Criticis ad annum* 1098, *Henſchenius in ſuis in Eadmeri Novorum Angliæ librum* 2, *cap.* 2 *Annotationibus, aliique eruditi pro Maio pronuntiant; Peregrinius verò in ſuis in Lupum Protoſpatam Annotationibus, an Junius etiam Martio in Protoſpatæ de Capuæ deditione textu, ſuprà huc tranſcripto, non poſſit ſubſtitui, ſubdubitat. Ita enim ibidem ſcribit:* Capua itaque recuperata eſt, ut citiùs, extremo menſe Maio, atque ingruente æſtate, numerandi cùm videantur quadraginta dies obſidionis (*à Romualdo ſcilicet, ut ſuprà docui, & anonymo Caſſinenſi aſſignati*) non ab acceſſu comitis, ſed ab die, quâ princeps Richardus II, qui Averſam proximam urbem retinuerat, Capuam ſolus circumvallaverat; nam alioquin receptam eam fuiſſe, dicendum eſt, menſe Junii; quod equidem non recuſaverim, ſi in Lupo menſis * Martii reſtitui debeat Junii, non Maii. Verùm enimverò menſem Martium pro Maio ſæpe aliàs ſuppoſitum, manifeſtum eſt, idque ex ea fortè occaſione natum, quòd nomina propria, cùm ſub Nortmannorum ætate capitalibus tantummodò litteris depictis compendiarentur, Martius menſis, ſic deſcriptus, pro Maio à recentioribus librariis ſæpenumero eſt acceptus. Sicut in Kalendario antiqui etiam Breviarii Campani, in quo feſtum S. Potentianæ virginis perperam notatur ad diem XIX Martii, quod colitur XIX Maii.

AUCTORE C. B.

**l. pro menſe*

ſed, quemadmodùm è variis,

660 *Ita ille, nonnihil quidem, ut jam monui, an pro menſe Martio, quo in Lupi Protoſpatæ Chronico Capua capta narratur, reponendus ſit Maius, ſubdubitans, ſimulque tamen in opinionem, quæ Martio Maium ſubſtitui omnino vult, magis propendens, hincque, ut eam tueatur, urbem Capuanam, cui obſidendæ exercitum ſuum certè ante decimam ſextam Maii diem, uti ex ſuprà dictis facile eſt colligere, Rogerius comes non admovit, à Richardo principe Averſano circumvallatam fuiſſe, & à tempore, quo hoc factum eſt, non autem ab eo, quo ad caſtra cum exercitu ſuo Rogerius comes primùm acceſſit, quadraginta dies, quibus ex Romualdi Salernitani & anonymi Caſſinenſis, ſcriptorum ſuprà laudatorum, teſtimonio, obſidio Capuana* B *tenuit, numerandos eſſe, pronuntians. Verùm Capuam nec ante comitis Rogerii adventum circumvallatam, nec, currente adhuc menſe Maio, quo ad eam princeps is caſtra poſuit, ſubactam fuiſſe, ex iis, quæ Malaterra Hiſtoriæ Siculæ lib.* 4, *cap.* 26 *& binis ſeqq. memoriæ prodit, concludendum apparet. Etenim Rogerius comes, uti ibidem is ſcriptor narrat, cùm verſus Apuliam è Calabria exercitum duceret, obvium ſibi apud Liſcum habuit ducem Rogerium, tractatuque ſeſe inter habito, hic quidem Melfam, ille verò Beneventum verſus movit exercitum; ut proinde, properante jam ad Capuam obſidendam comite Rogerio, ad civitatem hanc nondum caſtrametaretur ducis Rogerii exercitus, quo eam princeps Richardus, proprias ex dicendis, quibus id feciſſet, copias ſufficientes haud habens, circumvallatam jam tum tenere potuerit. Porrò comes Rogerius, Benevento, cùm aliquanto temporis ſpatio prope hanc urbem refeciſſet exercitum, movens, ad Sabatum fluvium caſtrametatus eſt, cúmque ibi Penteco ſtes feſtum, anno illo, qui fuit ex ſuprà dictis à Chriſti nativitate* 1098, *in ſextam decimam Maii diem incidens, celebrâſſet, nec diu pòſt, ut apparet, è legatis, quos ad Capuanos miſerat, nullo modo hoſce vel pacis conſilia admittere, vel cum principe Richardo in gratiam velle redire, intellexiſſet, cum* F *exercitu tandem Capuam obſeſſurus Capuanos fines eſt ingreſſus.*

quæ hic tum è Sicula

661 *Audi modò, quæ præterea huc ſpectantia cap.* 26 *Malaterra ſuppeditet.* At, *inquit de comite Rogerio,* ubi legatis regredientibus, eos (*Capuanos*) nîl moliri, ſed prorſus in malitia ſua ſuperbè perſiſtere audit, inde (*à fluvio Sabato*) commovens Capuanos fines pervadit, quò diluculo cum mille armatis exercitum præcedens ad urbem (*Capuanam nempe*) accedit, extractos plurimos militariter dejectos damnosè ludificavit, multoſque ampliùs læſiſſet, nî pulvis, equorum pedibus excitatus, & à vento condenſiſſimè agitatus, interceſſiſſet. Sic ad caſtra ſua reverſus in craſtinum cum toto exercitu urbi ſe viciniorem conferens à Meridiana plagæ obſidione vallando à ripa Orientali uſque ad Occidentalem cingit. *Cùm ergò Capuani, uti ex his Malaterræ verbis intelligitur, in comitem Rogerium, qui ad eorum urbem, antequam exercitum ſuum ei admoviſſet, mille dumtaxat militibus ſtipatus acceſſerat, armatam militum manum emiſerint, circumvallatam Capuam tum*

AUCTORE C. B.

nondum fuisse, apparet. Adhæc cùm Malaterra comitem Rogerium, exercitu suo Capuæ jam admoto, ab Orientali hanc Occidentalique plaga cinxisse, verbis proximè recitatis tradat, hisque sequentia, Dux autem & princeps cum suo exercitu ab Aquilonari parte obsidentes urbem tendunt prægravari, *mox subjungat, innuere videtur, Capuam eo ipso tempore, quo eam à Meridionali & Occidentali plaga comes Rogerius cinxit, à Septemtrionali plaga per ducem Rogerium & principem Richardum circumdatam primùm fuisse; ut proinde illam hic ante comitis Rogerii accessum circumvallâsse putandus non sit.*

662 *Et verò principi Richardo, ut id tum faceret, copiæ sufficientes fuisse non videntur. Præterquam enim, quòd solam Aversam, parvumque civitati huic adjacentem terrarum tractum sub ditione sua teneret, Malaterra verbis jam nunc recitatis etiam hæc proximè adjungit :* Porrò comes, cujus consilio omnes incedebant, quia sollicitior, quia prudentior in omnibus agendis vigilanti cura erat, pontem ex lignis erigens ita trans flumen (*Vulturnum nempe*) ordinavit, ut suo exercitui & ducis, libero aditu patente, fieret transitus, sicque urbs ab utroque exercitu in tantum oppressa est, ut nulla ex parte arida vel liquida egrediendi tutò vel ingrediendi aditus pateret; *Hisce autem è verbis, utpote quibus Malaterra duos dumtaxat exercitus, alterum Rogerio comiti, alterum Rogerio duci parentem, commemoret, colligendum apparet, paucas dumtaxat copias principi Richardo, qui tamen, quas habebat, haud dubiè omnes ferè ad expeditionem illam, quòd felix hujus successus maximè illius interesset, adduxerit, in ducis Rogerii exercitu fuisse, licèt interim hic tam Richardi, quòd nimirum aliquas saltem hic princeps copias in illo haberet, quàm Rogerii ducis exercitus à Malaterra verbis aliis suprà huc transcriptis etiam vocetur. Jam verò, cùm principi Richardo parùm admodùm, uti ex jam dictis videtur, à copiis fuerit prospectum, Capuam ante comitis Rogerii ad eam adventum abs illo, cui neque tum ex dictis ducis Rogerii exercitus aderat, circumvallatam fuisse, parùm verosimile apparet.*

Malaterra Historia,

B

663 *Hinc porrò jam consequitur, ut verosimiliter Capuana obsidio tunc primùm, cùm urbi huic exercitum comes Rogerius admovisset, initium acceperit, ac proin ut mense Maio, cum sic ex dictis ante sextam decimam mensis hujus diem inchoata non fuerit, diesque quadraginta tenuerit, ad exitum adducta non fuerit. Verùm, demus etiam tantisper, à principe Richardo Capuam ante comitis Rogerii ad eum cum exercitu suo accessum circumvallatam fuisse, nec sic civitatem illam mense Maio deditionem fecisse, verosimile evadet. Cùm enim, uti ex suprà dictis liquet, comes Rogerius ad Sabatum fluvium à Benevento haud procul, sexta decima Maii die, in quam anno* 1098 *Pentecoste incidebat, cum exercitu suo substiterit, hocque festum ibidem celebrârit, nec statim pòst cum eodem inde movisse videatur, ad Capuam eum ante vigesimam Maii diem castra non posuisse, verosimillimum apparet; ut proinde, si urbs hæc, currente adhuc Maio, deditionem fecerit, consectarium futurum sit, ut diebus dumtaxat decem circitèr obsidioni ejus interesse comes Rogerius potuerit. Verùm diebus amplius decem bellicæ isti expeditioni principem illum adfuisse, ex iis, quæ tum Malaterra Historiæ Siculæ lib. 4, cap. 26 & binis seqq., tum Eadmerus in S. Anselmi, Cantuariensis archiepiscopi, Vita apud nos tom. 2 Aprilis pag. 887 num. 45 & seq. memoriæ produnt, manifestum apparet. Ut, quæ huc spectantia Malatera loco cit. suppeditat, remque minùs, quàm quæ Eadmerus suggerit, dilucidè evincunt, brevitatis ergò omittam, posterioris dumtaxat scriptoris hujus verba, nec nisi quæ huc potissimùm faciunt, lubet transcribere.*

D

664 *Postquam itaque, S. Anselmum, ut ad ducem Apuliæ Rogerium, Capuana obsidione occupatum, ad quam expeditionem bellicam, ut ait, Rogerius Siciliæ comes multa Saracenorum millia adduxerat, eique proinde tum intererat, sese conferre dignaretur, invitatum fuisse, paucis narravit, mox subdit :* Ascendimus, ivimus & plures in obsidione dies exegimus, remoti in tentoriis à frequentia & tumultu perstrepentis exercitus. Erat autem, ubi eramus, quædam ecclesiola penitus deserta & juxta ostium cisterna desuper dirupta, magnæ profunditatis hiatum sua diruptione prætendens. In qua ecclesia, velut in camera, pro velle conversabamur, tam quieti, quàm operi in ea indulgentes, & ducem ipsum cum suis nobiscum singulis diebus, ut volebamus, in promptu habentes. Quadam verò nocte, cùm in ea dormiremus, contigit Anselmum sui corporis necessitate silentio surgere, &, ne inquietaremur, suo more lento pede ad ostium tendere. Quod cùm exisset, & immemor foveæ per tenebras in partem divertisset, in profundum cecidit clamosa voce cadendo dicens: Sancta Maria. Ad quem sonitum nos ac socii nostri, qui in tentoriis quiescebant, expergefacti lectis prosilivimus, accurrentes hominem in profundo vidimus, & præ timore simul & angustia cordis exanimati ferè sumus. Quod ipse percipiens, mox levato capite, vultu jucundo, intuitu nobis innuit, nil læsionis sese perpessum. Descendentes igitur quidam ex nostris ex altera parte ipsius præcipitii, quà via erat descendendi, eduxerunt eum à loco sanum omnino atque incolumem.

per Eadmerum scripta,

E

665 Cùm post hæc sedis Apostolicæ Pontifex Urbanus illò adventaret, & ei ab Anselmo & principibus totius exercitus obviam itum esset, ingenti mundialis gloriæ pompa prosecutus ductus est in tentorium, quod juxta nos sibi ceteris excellentius constitutum erat. Sicque, donec civitas in deditionem transiit, obsidio illius Dominum Papam & Anselmum vicinos habuit, ita ut familia utrorumque magis videretur una, quàm duæ, nec facilè quivis declinaret ad Papam, qui non diverteret ad Anselmum. Papa namque colebatur à cunctis, quemadmodùm pater & pastor communis; Anselmus verò diligebatur ab omnibus, sicut homo mansuetus & mitis, & cui suo judicio nihil debebatur à quovis. *Cùm ergò, uti verbis hîc jam recitatis Eadmerus docet, S. Anselmus, qui tunc, uti idem Eadmerus paulò antè tradidit, in S. Salvatoris prope Telesam monasterii villa Sclavia versabatur, à Rogerio duce, ut ad se ad castra ante Capuam veniret, invitatus fuerit, in hisce, quibus tum, teste iterum paulò post verba jam recitata Eadmero, comes Rogerius intererat, per plures dies fuerit moratus, post hosce ad eadem castra Urbanus II Papa accesserit, & cum Anselmo, donec obsidio deditione urbis terminaretur, ibidem manserit, Eadmerus sanè, dum hæc omnia, durante obsidione Capuana, præsenteque comite Roge-*

adducuntur in medium, probatur.

F

C

tum è S. Anselmi Vita,

A *Rogerio, accidiſſe tradit, diebus amplius decem obſidionem illam, cùm ei jam præfatus comes intereſſet, tenuiſſe, omninò indicare videtur, maximè cùm verbis proximè recitatis nonnulla etiam adjungat, quibus Anſelmum, durante obſidione, in ducis comitiſque caſtris frequenter fuiſſe, non obſcurè indicat. Jam verò, cùm hæc ita habeant, diebus amplius decem Capuanæ obſidioni Rogerius comes veroſimillimè interfuerit, ac proin, dato etiam, illam ante hujus acceſſum inceptam jam fuiſſe, non feciſſe tamen, menſe Maio adhuc currente, Capuanos deditionem ex iis, quæ Eadmerus narrat, veroſimillimum adhuc, ne dicam, indubitatum erit. Adhæc, non verno, ſed æſtivo tempore Capuam fuiſſe ſubactam, Petrus Diaconus in Chronico Caſſinenſi lib. 4, cap. 10 docet, eique etiam Eadmerus, utpote S. Anſelmum in villa Sclavia, è qua ad caſtra ante Capuam à duce Rogerio invitatus fuit, æſtatis tempore eſſe verſatum, in ſancti hujus antiſtitis apud nos Vita num. 43 tradens, ſuffragatur. Quare, cùm Maium ſtrictè loquendo æſtivum tempus non complectatur, Capua hoc menſe, ſtan-*

B *tibus iis, quæ Petrus Diaconus & Eadmerus ſcribunt, ſubacta haud fuerit.*

Junius veroſimiliùs debet ſubſtitui. Quî pro hoc Martius in Rogerii diplomate irrepſerit.

666 *Et hanc quidem civitatem, menſe Maio adhuc currente, deditionem non feciſſe, fuſius hîc operoſiúſque probare volui, tum ut quàm proximè fieri poteſt, apparitionis, quâ comitem Rogerium præſentiſſimo periculo Sanctus, ſeu potius, ut ſuprà dictum, ſub hujus ſpecie angelus exemit, tempus noſcatur, tum ut pro Martio, cui Capuæ deditionem Lupus Protoſpata affigit, non Maium, ſed Junium, aut etiam, quod tamen minùs placet, Julium reponendum eſſe, pateat, ſicque ob menſem, quo civitatis illius deditionem accidiſſe, Rogerii comitis diploma, ultimò huc tranſcriptum, exigit, ſuſpectum id non habeatur. Cùm enim, ſeſe (adi num. 648) in Capuana obſidione* Kalendis Martii *exſtitiſſe, Rogerius comes in illo affirmet, hicque certè, uti ex jam ſuprà dictis liquet, ante ſextam decimam Maii capuæ obſidendæ exercitum non admoverit, ſeu, quod eódem recidit, in civitatis hujus obſidione non fuerit, ſanè pro Martio, cujus Kalendis ſeu prima die in obſidione Capuana ſeſe exſtitiſſe ait, non Maius, ſed Junius aut fortè etiam Julius debet ſubſtitui. Ne verò ob chronicum illum errorem inſtrumentum illud, velut ſpurium ſuppoſititiumque quis rejiciat, unde ortus is eſſe queat, reque etiam veroſimiliter ortus ſit, expono. Cùm ſub Nortmannorum*

C *ætate, ut Peregrinius in ſuis in Lupi Protoſpatæ Chronicon Annotationibus ſuprà docet, nomina propria capitalibus tantummodò litteris depictis compendiarentur, fieri poteſt, ut hoc modo menſis, quo, ſeſe in Capuana obſidione exſtitiſſe, Rogerius comes in dicto diplomate affirmat, tantummodò fuerit expreſſus, utque deinde, capitali illa littera, quâ menſis iſte erat expreſſus, vel vetuſtate in autographo exeſa, vel caſu quopiam detrita, librarius minùs peritus, qui id deſcribebat, eo loco, quo litteram, quam aut quòd ferè detrita eſſet, aut etiam præ formæ ſingularitate legere non poterat, exſtitiſſe aut adhuc exiſtere animadvertebat, ad vocem* Kalendis, *ut ſenſum compleret,* Martii *adjecerit, ratus ſcilicet Lupi Protoſpatæ, cujus Chronicon forſan legerat, auctoritate ac fide civitatem Capuanam, cujus obſidioni ſeſe interfuiſſe, loco illo comitem Rogerium aſſeverare obſervabat, deditionem menſe Martio feciſſe.*

667 *At verò, inquies, etſi quidem modo jam expoſito factum eſſe queat, ut error chronicus, ſuprà notatus, in proximè recitatum Rogerii comitis diploma ſeu potiùs hujus ſive apographum ſive ecgraphum irrepſerit, id tamen verè ita factum eſſe, nullo argumento indiciove ſat certo poteſt probari. Fateor, ſic habet; verùm ſi non illo, alio certè modo, quo in documenta etiam ſincera ſeu potiùs horum ecgrapha errores illapſi noſcuntur, memoratum errorem in inſtrumentum illud irrepſiſſe neceſſe eſt, cùm equidem & nullo prorſus alio, quo pro ſuſpecto, nedum pro certè ſpurio, haberi debeat, vitio laboret, & à ſcriptoribus quàm plurimis, tamquam genuinum ac ſincerum, laudetur, nec ab ullo prorſus, quod ſciam, rejiciatur. Reſtat modò, ut id non anno* 1098, *quo Capuam obſideri contigit, ſed anno* 1099, *datum oſtendam. Monumentum illud antiquum, ſeu potiùs, è quo id tranſcripſi, exſtans in Chronologico-diplomatica de* S. Brunone *Morkenſii Diatriba Ms. illius apographum ita ſub finem habet:* Hoc privilegium ſcriptum eſt ſecundo menſis Auguſti anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo nono, Indictione ſeptima; *fuit itaque, in cujus epocham hîc inquirendum, diploma, non anno* 1098, *ſeu eodem anno, quo Capua fuit obſeſſa, ſed anno, qui obſidionem hanc proximè excepit,* 1099 *à comite Rogerio* S. Brunoni *conceſſum. Verùm duos, qui nobis hîc adverſantur, ſcriptores probè eruditos invenio, Michaëlem monachum ſuprà adhuc laudatum & Camillum Peregrinium in ſuis ad Lupum Protoſpatam Annotationibus. Ac prior quidem, etſi alio anno, quàm quo Capua fuit obſeſſa, diploma datum velit, id tamen, cùm ſimul urbis hujus obſidionem anno* 1097 *accidiſſe contendat, anno* 1098 *datum putat; hæc autem ei ſedet ſententia, quòd, ut ait, in diplomatis exemplari, quod in actis cameræ regiæ aſſervatur, anno* 1098 *datum id fuiſſe, legerit. Verùm ſit ita: cùm equidem idem inſtrumentum & ſecunda Auguſti die & Indictione ſeptima etiam notari fateatur, errorem in laudato à ſe cameræ regiæ exemplari vel quantùm ad annum, vel quantùm ad Indictionem cubare fateatur, neceſſe eſt.*

AUCTORE C. B. *hoc à Rogerio Sanctus, non anno* 1098.

D

668 *Etenim ab anni* 1097 *prima Septembris die uſque ad anni* 1098 *primam itidem Septembris diem Indictio ſexta, & à prima iterum hujus poſterioris anni Septembris die uſque ad primam itidem anni* 1099 *Septembris diem Indictio ſeptima cucurrit; ut proinde diplomatis cameræ regiæ exemplar, quod Michaëli monacho legere datum fuit, quodque, ut ait, ſecunda Auguſti anno* 1098, *Indictione ſeptima ſignatur, annum cum Indictione non convenientem præferat, utque adeò, cùm in notis chronicis eſſe corruptum, hinc conſtet, per ſeſe annum nobis, quo verè datum fuerit, certum atque indubitatum reddere non poſſit. Quod cùm ita ſit, Rogeriumque diploma ſecunda Auguſti die ipſiuſmet anni, cujus (adi num. 638) vigeſima nona Julii die, ac proin tribus tantùm diebus antè, Squillacium ex obſidione Capuana, anno ex dictis* 1098 *facta, advenerat,* Brunoni *impertiiſſe, parùm veroſimile appareat, notis chronicis, quæ, quo tempore inſtrumentum illud datum ſeu ſcriptum fuerit, in hujus huc tranſcripto è Morkenſii Chronologico-diplomaticæ de* S. Brunone *Diatriba exemplari ſignant, ſtandum puto, idque proinde anno, uti in hoc notatur,* 1099 *datum fuiſſe. Verùm, ut ad Camillum Peregrinium, qui Capuam anno* 1098 *à comite Rogerio, fuiſſe obſeſſam, eodemque anno diploma, de quo hîc, Sancte noſtre à principe illo con-*

ſed anno, contra ac Camillus Peregrinus

F

AUCTORE C. B.

conceſſum vult, jam veniam, hic in Annotationibus, quas Lupi Protoſpatæ Chronico ad annum 1098 *ſubnexuit, de diplomate, in cujus epocham hîc inquirimus, ſequentem ſcribit in modum :* At hoc ipſo in diplomate aliud inſidere mendum, legendumque in eo opinor, Rogerium reverſum „Vigeſima nona Junii menſis Squillacium, „ non „Julii, „ niſi mavis " nona Julii, perhabita „Capuæ civitate, & per quindenam continuam „fuiſſe ibidem infirmatum;„ privilegiumque feciſſe " die 11 Auguſti anno ab Incarnatione Do„mini MXCVIII Indictione VI„ (malè nonnulli edunt Indictione VII) " confirmante Joanne „Squillacenſis ſedis epiſcopo, reſidente juxta fo„res eccleſiæ.„

hîc contendit,

669 Nec cum viro docto ſentiendum eſt, privilegium datum quidem in anno MXCVIII, minimè tamen Capuam obſeſſam, receptamque, ut Lupus perhibet, eodem anno, ſed anno antecedenti, ſicut habet Gaufredus Malaterra, qui ejuſce obſidionis tempore " affirmat, ibi „imprægnatam in anno MXCVII comitiſſam Ade„laſiam de comite Rogerio;„ haud, inquam, annus dati diplomatis ab anno Capuanæ obſi- B dionis ægrotantiſque comitis Rogerii diſtinguendus videtur; nec comes ultroneam ſuam donationem poſt ſuſceptum beneficium in annum ſequentem diſtuliſſe, nulla interim expoſita ejuſmodi dilationis occaſione, quæ ſanè nulla; quin imò convenientiſſimè dixerimus, non revoluto nec anniverſario anno Rogerium rediiſſe Squillacium; ſed cùm primùm è Capua illuc appulit ac per valetudinem valuit, præfatum privilegium indulſiſſe. *Ita hactenus Peregrinius diploma ſeu privilegium eo ipſo anno, quo Capua à comite Rogerio fuit obſeſſa, eique reddita,* S. Brunoni *datum fuiſſe, idcircò, ut apparet, potiſſimùm, ne dicam unicè, contendens, quòd, privilegium illud, Sancto noſtro à comite Rogerio grati animi ergò, quòd, eo apparente monenteque, graviſſimum periculum ante Capuam evaſiſſet, liberaliſſimè conceſſum, anno ampliùs poſt beneficium acceptum integro à principe illo, in* Brunonem *optimè affecto ac maximè benevolo, dilatum fuiſſe, veroſimile haud putârit, ita ſcilicet animo comparatus, quòd nullam comiti, ob quam in annum id differret, eſſe potuiſſe cauſam, crediderit, aut certè, quænam illi eſſe potuerit, haud compererit. Verùm, etſi quidem comes eo ipſo anno, quo ab obſidione Capuana rediit, privilegium illud ampliſſimum* S. Brunoni *impertiri paratiſſimus fuerit, reque etiam ipſa, ſi liberum id ei omninò fuiſſet, haud dubiè impertiiſſet, rationem tamen, ob quam id tunc non fecerit, ipſummet diploma ſeu privilegium ſuggerit.*

C

1099 obtinuit.

670 *Etenim in hoc Rogerius comes (adi num.* 638) *de ſe, cùm primùm ab obſidione Capuana Squillacium eſſet reverſus, ita loquitur:* Rogavi quoque (S. Brunonem *videlicet*) humiliter, ut pro Dei amore in terra Squillacii ſumere dignaretur largos redditus, quos donabam: renuens ille recipere dicebat, quod ad hoc domum ſui patris meamque dimiſerat, ut à mundi rebus extraneus deſerviret liberè Deo ſuo. Hic fuerat in tota mea domo quaſi primus & magnus. Tandem vix cum eo impetrare potui, ut gratis acquieſceret ſumere modicum munus meum. *Quòd itaque ipſo anno* 1098, *quo Capua obeſſa ſubactaque à comite Rogerio fuit, ampliſſimum, de quo hîc nobis ſermo, privilegium* S. Brunoni *conceſſum à comite Rogerio non fuerit, in cauſa fuit, non hic, ſed ipſemet* S. Bruno, *qui nimirum donationes largiſſimas liberaliſſimaſque, ſibi tunc ab hoc principe oblatas, noluerit accipere, quique tandem, cùm ſcilicet annus ampliùs integer à tempore, quo ſibi à comite Rogerio donationes illæ Squillacii oblatæ fuerant, eſſet elapſus, quampiam harum partem in ſe publico inſtrumento tranſcribi ægrè conſenſerit. Quòd ſi pro vigeſima nona Julii die, quâ poſt captam Capuam Rogerius Squillacium in diplomate dicitur reverſus, poni poſſet, ut Peregrinio placet, vigeſima nona Junii, aut etiam nona Julii dies, neutiquam ſanè ipſum hoc inſtrumentum, quo minùs anno* 1098 *datum crederetur, characteribus chronicis ſibi incluſis obſtaret; verùm cùm cubare in inſtrumentis antiquis errores, de quibus non omninò conſtat, admittendum non ſit, nec in inſtrumento, de quo hîc, vigeſimam nonam Julii perperam notari alicunde conſtet, Peregrinio hac in re aſſentiri non poſſum, idque non ante annum* 1099 *datum ob rationes jam adductas exiſtimo, maximè cùm anno illo apud Surianum etiam ſignetur, ipſumque etiam autographum eodem anno notatum, quemadmodùm, quæ mecum Cartuſianus Pariſienſis ſæpiſſimè laudatus è quarti Annalium Cartuſienſium libri hactenus non vulgati, quod ad Vallis Dei Cartuſiam ſpectat, exemplari communicavit, excerpta me docent, Severus à Neapoli invenerit. Nec eſt, quòd adhuc opponas, Rogerium comitem anno* 1098 *Squillacii exſtitiſſe, diplomaque, de quo jam diſputatum, Squillacii etiam datum notari; quid nî enim Rogerius anno* 1098, *iterumque anno* 1099 *Squillacii eſſe potuerit?* D E

§ XLI. Ducem etiam Rogerium benevolum in ſe iterum Sanctus experitur, viſitur à Landuino Cartuſiæ Majoris Priore, perque hunc, quem ægre à ſe dimittit, ad Cartuſiæ fratres litteras ſcribit. Hæ unà cum litteris, ad Radulphum Viridem ſcriptis, hîc producuntur. F

Sanctus ducem Rogerium benevolum erga ſe experitur.

NOn tantùm poſt obſidionem Capuanam, in qua ex dictis præſentiſſimo periculo, facientibus id Sancti meritis, comes Rogerius fuerat liberatus, principem hunc de novo beneficum erga ſe ſenſit Sanctus noſter; verùm etiam, cujus ille patruus erat, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ ducem Rogerium. Anno MXCIX, *inquit Surianus in ſuis ad conſcriptam à Surio Sancti Vitam Annotationibus pag.* 400, Rogerius dux Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ, anno ducatus ſui XIV dedit eccleſiæ S. Mariæ, quæ in eremo ſita eſt, loco, qui ab incolis Turris dicitur, villanos, quos apud Squillatium habebat, pro Dei amore & M. Brunonis, qui monaſterio præerat, reverentia. Diplomati ſubſcripſerunt Rogerius, archiepiſcopus Regitanus; poſt quem Rogerius dux, Fallo Caſtanenſis epiſcopus & Papæ vicarius; Arnulphus Culentinus* archiepiſcopus, Tuſtenus epiſc., Guido Roberti ducis filius. *Donationem hanc memorat quoque in Hiſtoriæ Cartuſienſis*

* Cuſentinus

A *ſis Proſpectu pag.* 14 *Camillus Tutinus; verùm, cùm diploma, quo facta à Suriano traditur, ad manum non ſit, plura de hac addere conſultum non duco, ac proîn ad alia progredior.*

672 *Surianus in ſuis in contextam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus pag.*172 *hæc Surii de Sancto verba* Crebrò ad eos (*religioſos Cartuſiæ Majoris incolas*) ſcripſit, *ita commentatur:* Cùm... de die in diem differretur ejus (S. Brunonis *nempe*) reditus, mittitur ad eum Landuinus Prior ex Cartuſia, qui cum eo comitia quodammodo auſpicaretur, & conferret de univerſali Ordinis inſtituto. Et ille quidem magnis itineribus ad eum profectus cum eo contulit, quantùm res & tempus patiebantur, cúmque regredi cœpiſſet itinere, quo venerat, incidit in manus antipapæ, à quo cùm nullis precibus aut minis adduci poſſet, ut legitimum Pontificem negaret, in teterrimum carcerem conjectus eſt, ubi & extinctus eſt, veram in Chriſti Vicarium teſtatus fidelitatem ad ultimum uſque ſpiritum. *Ita ille; ac primò quidem Landuinum ad* S. Brunonem *in Calabriam veniſſe, litteræ, præ-*
B *ſenti § recitandæ, quas per hunc, cùm ad majorem Cartuſiam reverteretur, ad ſuos in hac commorantes diſcipulos Sanctus miſit, indubitatum ipſo ſtatim ſuî initio faciunt. Quare elogii, quo à primorum quatuor Cartuſiæ Priorum Chronologo, fide ex dictis § 1 longè digniſſimo, apud Labbeum tom. 1 Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag.* 639 *Landuinus ornatur, ſequentia de ſecundo hoc Cartuſiæ Majoris Priore verba* Qui cùm ad magiſtrum Brunonem pergeret, incidit in manus Guiberti ſchiſmatici, *ita debent intelligi, ut ſimul Landuini ad* S. Brunonem *acceſſum, ejuſdemque ab hoc reditum ſeu totum, quod ſancti Patris ſui viſendi causâ Landuinus confecit, iter complectantur. Cùm enim, uti idem Chronologus docet, Landuinus, in Guiberti antipapæ manus illapſus, in carcerem, in quo obiit, fuerit conjectus, conſectarium foret, ut ad* Brunonem *in Turritanam Calabriæ eremum non pervenerit, ſi, cùm in itinere, ut ſanctum Patrem ſuum inviſeret, verſus hanc eſſet, in manus Guiberti inciderit, ut recitata laudati chronologi verba prima fronte ſignificare videntur.*

C 673 *Quod autem ad cauſam, ob quam Landuinus longiſſimo periculoſiſſimoque itinere ad Sanctum in Calabriam venerit, nunc ſpectat, id ille non tantùm, ut cum ſancto Patriarcha de communi vitæ, quod ſequebantur, inſtituto conferret, verùm etiam ut, ſi fieri quoquo modo poſſet, è Calabria ad Cartuſiam ſanctum Virum reduceret, veroſimillimè fecerit. Ita mihi perſuaſum habeo, tum quòd Landuinus, aliique, qui ſub eo in majori Cartuſia vivebant, religioſi viri ſummo ſancti Patris ſui deſiderio, uti ex dictis de illorum ob hujus abſentiam è Cartuſia receſſu manifeſtum eſt, tenerentur, tum quòd Sanctus ſcriptas ad hoſce, quas, ut jam dixi, per Landuinum miſit, infráque integras huc tranſcribam, litteras ita concludat:* De me, fratres, ſcitote, quoniam mihi unicum poſt Deum eſt deſiderium veniendi ad vos & videndi vos. Et, quando potero, opere adimplebo, Deo adjuvante; *quibus è verbis apparet, Sanctum à ſuis Cartuſiæ diſcipulis, aut ſi mavis, horum nomine à Landuino, ut ad hanc reverteretur, rogatum fuiſſe. Landuinum, ut reditum ad Cartuſiam* S. Brunoni *ſuaderet, ad Turritanam Calabriæ eremum veniſſe, Zanottius quoque in contexta à ſe ſancti Patriarchæ Vita cap.* 29 *exiſtimat;* & *rectè quidem, uti ex jam dictis apparet; verùm, quod addit de fratre converſo ad Cartuſiam antea cum litteris à* Brunone *è Calabria miſſo, cum quo iſthuc revertente ad ſanctum Patrem ſuum Landuinus ſeſe contulerit, antiquo certæ fidei monumento nec ipſe firmat, nec ego firmare queo. Citat quidem, ut ſæpe aliàs, in inferiori paginæ margine Monumenta Calabriæ Mss.; verùm quæ qualiaque illa ſint, nuſpiam edicit. Imò verò ea, utpote, an quæ narrant, vera ſint, dubitare ſeſe, ſubinde indicans, pro certæ indubitataque fidei documentis nec ipſemet habuiſſe videtur.*

AUCTORE C. B.

A Landuino, Cartuſiæ Majoris Priore,

inviſitur, eique, quem ægre à ſe dimittit,

674 *Verùm, etſi id ita habeat, Landuinum tamen, ut pariter ibidem narrat, à* S. Brunone *amiciſſimè fuiſſe exceptum, nemo eſt, qui revocet in dubium, uti etiam Sanctum inter & illum de Cartuſianæ vitæ inſtituto fuiſſe tractatum. Silent quidem de hiſce ſcriptores antiqui; verùm præterquam quòd horum, ut ſimilia credantur, teſtimonium non requiratur, à Sancto cum Landuino de Cartuſienſi inſtituto hujuſque in Cartuſia ſectatoribus ſermones habitos fuiſſe, fidem facit jam bis laudata epiſtola, quam per revertentem ad Cartuſiam Landuinum miſit ad ſuos in hac commorantes diſcipulos. In ea enim, de religioſa horum Vita, diſciplinæ rigore, ſanctiſque moribus ſeſe nonnulla è Landuino intellexiſſe indicat, ut eam evolventi pateſcet. Nec minùs ex eadem pateſcit, Landuinum à* S. Brunone, *non ſecùs atque amantiſſimum filium à patre exceptum fuiſſe. En verba, quæ id manifeſtum faciunt.* Fratrem..., *inquit Sanctus,* Landwinum nobiſcum detinere volui propter graves & crebras infirmitates noſtras; ſed quia ſibi nihil ſanum, nihil jucundum, nihil vitale & utile ſine vobis reputat, non acquievit, proteſtans mihi in lachrymarum fonte pro vobis emanante, & ſuſpiriis multis, quanti apud eum ſitis, & quàm perfecta charitate vos diligat. Unde coactionem nullam facere volui, ne læderem eum aut vos, quos chariſſimos pro merito virtutum veſtrarum habeo. *Ita Sanctus: quis verò hunc ſummo amore ac benevolentiâ non excepiſſe arbitretur illum, quem apud ſe, gravibus jam aſſiduiſque ferè, ut verba recitata fidem faciunt,* F *infirmitatibus conflictatum, tam libenter detinuiſſet? Verùm Landuinus, utut benevolè adeò ac amanter à ſancto Patre exceptus, utque longiorî temporis ſpatio apud eum in Turritana eremo commorari vellet, enixiſſimè rogatus, dilectiſſimos ſibi Cartuſiæ incolas, ne diuturniori ſua abſentia eos affligeret, maluit reviſere, nec illi revertendi ad hoſce Sanctus, etſi id ex obedientiæ virtute, quâ virum ſibi tenebat obſtrictum, facere potuiſſet, facultatem voluit negare.*

E

abeunti litteras ad ſuos in Cartuſia diſcipulos tradit. Ad hoſce illa,

675 *Qua itaque Landuinum, ad ſe in Calabriam venientem, amoris ac benevolentiæ ſignificatione exceperat, eâdem illum à ſe dimiſit, traditâ ei, quam ſcripſerat, quamque Landuinus, cùm in Cartuſiam redux eſſet, religioſis hujus incolis dare debebat, in manus epiſtolâ. Verùm Landuinus, cùm eâdem, quâ ad Sanctum venerat, viâ Cartuſiam repeteret, à Guiberti antipapæ ſectatoribus captus eſt, ab iiſque, quòd hunc pro legitimo Chriſti in terris vicario nollet agnoſcere, in tetrum carcerem conjectus, in quo inediâ conſumptus occubuit. Præcipua, quæ huc ſpectant, primorum quatuor Cartuſiæ Prio-*

AUCTORE C. B. *rum chronologi verba, ſuprà jam recitata, iterum huc tranſcribo, quòd ex his maximè innoteſcat tempus, quo circitèr & S. Bruno jam memoratam epiſtolam ſcripſerit, & Landuinus eum in Calabriæ eremo inviſerit, póſtque à Guiberti aſſeclis captus diem extremum, eximio planè in Sedem Apoſtolicam fidei relicto exemplo, in carcere clauſerit. Hunc itaque ſcriptor ille de Landuino ſcribit in modum:* Incidit in manus Guiberti ſchiſmatici, quod multùm horrebat. Adverſus cujus minas & promiſſiones, dolos & violentias, divina juvante gratia, modis omnibus perſeveravit inflexus. Quem in ſuo defunctum errore lacrymabiliter planxit, adeò ut à circumſtantibus argueretur, quòd eum fleret, à cujus perverſitate Eccleſiam ſuam Chriſti bonitas liberâſſet. Poſt ejus obitus ſeptimum diem etiam ipſe defunctus eſt, poſituſque in monaſterio S. Andreæ ad pedem montis Siraptis, cui vicinum eſt caſtrum, ubi captus in cuſtodia tenebatur. *Landuinus ergò, uti hiſce verbis ſcriptor ille, fide utique ex dictis digniſſimus, indubitatum facit, ſeptimo poſt Guiberti antipapæ obitum die è carcere, in quem, quòd à legitimi Papæ partibus diſcedere non vellet, fuerat conjectus, ad Dominum migravit.*

B

quæ nec ſeriùs quàm anno 1100, nec citiùs etiam, quàm anno,

676 *Quam ob rem, cùm Guibertus antipapa, uti ad annum* 1100 *Pagius in Criticis ex Hugone Flaviniacenſi docet, anno* 1100, *concilio Valentino, quod hoc ipſo anno* 11 Kal. Octobris, *id eſt, trigeſima Septembris die inchoatum, brevique poſt finitum fuit, durante, vitâ functus ſit, conſequens eſt, ut Landuinus, utpote qui ſeptem dumtaxat diebus Guiberto fuerit ſuperſtes, anno* 1100, *menſe Octobri currente, vitam hanc mortalem cùm immortali commutârit. Attamen Landuinus, uti è Chronologico-diplomatica Mörkenſii de* S. Brunone *Diatriba diſco,* XIV *Septembris obiiſſe, in Cartuſiæ Menologio notatur. Et verò cùm Hugonis Flaviniacenſis textus, è quo tempus, quo Guibertus pſeudo-pontifex obierit, loco cit. Pagius definit, verbis hiſce,* In ſpatio temporis, quo Valentinenſe celebratum eſt concilium, obiit Wibertus, *dumtaxat conſtet, neſcio, an Hugo ita nequeat intelligi, ut, Wibertum ſeu Guibertum antipapam eo circitèr tempore, quo Valentinenſe celebratum fuit concilium, è vivis exceſſiſſe, ſignificatum dumtaxat voluerit; quòd ſi autem Hugo ita queat intelligi, Guibertum ſeptimâ Septembris die, quò ſcriptor ille cum Menologio Cartuſienſi in concordiam adducatur, obiiſſe, erit dicendum. Utut ſit, certum equidem ex dicto Hugonis Flaviniacenſis textu eſt, Guibertum antipapam ac proîn ex dictis etiam Landuinum anno* 1100 *obiiſſe, huncque, cùm id accidit, ad Septembrem ut minimùm fuiſſe provectum. Jam verò, cùm id ita ſit, conſequens eſt, ut certè ſeriùs, quàm anno* 1100, *nec Landuinus* S. Brunonem, *in Turritana Calabriæ eremo commorantem, inviſerit, nec hic per illum, è Calabria Cartuſiam repetentem, epiſtolàm plùs ſemel jam memoratam ad religioſos hujus alumnos, amantiſſimoſque ſuos diſcipulos miſerit. Verùm anne hæc etiam ante eumdem annum* 1100 *non evenêre?*

C

pro quo Mabillonii facit opinio,

677 *Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum* 1099, *num.* 109 *ſic ſcribit:* Hoc anno Landuinus Majoris Cartuſiæ Prior ad Brunonem, in Calabria degentem, profectus eſt, tum ut eum inviſeret, tum ut de variis inſtituti ſui dubiis conſuleret. Ejus adventus tam gratus ac jucundus fuit venerabili Patri, ut eum ſecum retinere tentaverit. Verùm non tulit Landuinus fratres ſuos, quos in Majori Cartuſia reliquerat & de ſuo reditu certiores fecerat, ejus præſentia & directione fraudari. Tam juſto ejus propoſito acquieſcens Pater ſanctus, eum à ſe diſcedere paſſus eſt, datis ad fratres Majoris Cartuſiæ litteris, quarum priorem partem huc afferre lubet. *Tranſcribit modò Mabillonius priorem litterarum, quas hîc memorat, partem, ac deinde, poſtquam etiam, nonnullis interpoſitis, poſteriorem earumdem partem recitavit, ſubjungit:* In fine (*litterarum ſcilicet, quarum verba non pauca in Opus ſuum intulit*) teſtatur Vir ſanctus, unicum ſibi poſt Deum eſſe deſiderium eos reviſendi & primo quoque tempore ſe id opere exſecuturum, ſi fieri poſſit. At neque Brunoni datum eſt in Galliam reverti, neque Landuino ipſi, qui in reditu à Guiberto antipapa comprehenſus inflexuſque ad ejus minas & promiſſiones, tamdiu in carcere detentus eſt, quoad ſchiſmaticus ſuperſtes fuit, ſcilicet uſque ad annum ſequentem. *Exiſtimavit itaque Mabillonius, anno* 1099 *& Landuinum ad* S. Brunonem *in Calabriam veniſſe, &, cùm inde ad Cartuſiam Majorem reverteretur, à Guiberto captum & in carcerem conjectum fuiſſe; ut adeò è ſcriptoris illius opinione etiam litteræ, per Landuinum ad Cartuſiæ Majoris alumnos à Sancto miſſæ, in quarum epocham præcipuè hîc inquirendum, anno* 1099 *ſcriptæ fuerint.*

D

E

1099 ſcriptæ ſunt:, veroſimiliter, mortuo licèt in via Landuino, pervenerunt.

678 *Verùm cum laudatus Mabillonius nullam planè, cur ita exiſtimârit, rationem adducat in medium, annique* 1100 *menſes octo, menſem hujus Septembrem, ante quem ex dictis Landuinus certè non obiit, prægreſſi, temporis ſpatium ſatis longum conſtituant, ut eo Landuinus* S. Brunonem, *in Calabriæ eremo verſantem, inviſere, aliquamdiu apud eum morari, ac in reditu deinde ad Cartuſiam à Guiberto captus atque in carcerem conjectus inediâ in hoc interire potuerit, dubium mihi admodùm eſt, annone* 1099, *an ſequentis initio Landuinus* Brunonem *inviſerit, litteraſque hic ad primævos ſuos Cartuſiæ diſcipulos per illum horum Priorem, à ſe abeuntem, miſerit. Quoquo modo interim res habeat, ea equidem vel anno* 1099 *vel proximè ſequenti ac proîn etiam non citiùs, quàm anno* 1099, *facta eſſe, ſatis ex jam dictis liquet. Atque hinc eſt, cur, ne ab ordine chronico, quem, quantùm fieri commodè poteſt, in rebus ad Sanctum ſpectantibus recenſendis ſequi ſtatui, deflectam, agere hoc loco voluerim tum de Landuini ad Sanctum noſtrum in Calabriam acceſſu, tum de epiſtola, quam, religioſis hujus incolis tradendam, Landuino abeunti Vir ſanctus dedit. Hæc porrò, quamvis Landuino reverti in Galliam haud obtigerit, ad eorum tamen, quibus erat inſcripta, manus pervenit, ſi Hiſtoriæ Litterariæ Franciæ Scriptores tom.* IX *pag.* 249 *rectè notent. Et ſanè rectè eos notare, veroſimile ex eo videtur, quòd pretioſum illud monumentum ad poſteros pervenerit. Integrum id, cujus duas partes dumtaxat Mabillonius in Benedictinos à ſe contextos Annales intulit, Sancti Opera, Coloniæ Agrippinæ anno* 1611 *ac deinde iterum* 1640 *excuſa, tom.* 3 *complectuntur, uti etiam Suriani in concinnatam à Surio* Brunonis *Vitam Annotationes. Lubet illud ex hiſce huc tranſferre.*

F

Is Sanctus ad gaudium de ſua vocatione non laicos,

679 *Sic habet:* Fratribus ſuis unicè dilectis in Chriſto F. Bruno ſalutem in Domino. Cognito rationabilis, & verè laudandæ diſciplinæ veſtræ

AUCTORE C. B.

A veſtræ inflexibili rigore, ex crebra ac dulci relatione beatiſſimi Fratris noſtri Landouini: nec non audito ſancto amore veſtro, & inceſſanti ſtudio erga ea, quæ integritatis & honeſtatis ſunt, exultat ſpiritus meus in Domino. Verè enim exulto & feror in laudem & gratiarum actiones Domino, & tamen amarè ſuſpiro. Exulto quidem, ut juſtum eſt, pro incremento frugum virtutum veſtrarum, me autem doleo & erubeſco, inertem & ſocordem jacere in ſorde peccatorum meorum. Gaudete ergò, fratres mei chariſſimi, pro ſorte beatitudinis veſtræ, & pro larga manu gratiæ Dei in vos. Gaudete, quia evaſiſtis fluctuantis mundi multimoda pericula & naufragia. Gaudete, quia quietam & tutam ſtationem portus ſecretioris obtinuiſtis, ad quem cùm multi venire deſiderent, multi quoque non nullo conatu contendant, non perveniunt tamen. Multi verò poſtquam potiti fuêre, excluſi ſunt, quoniam nulli eorum deſuper conceſſum eſt.

B *Laïcos verò ad perſeverantiam in bono hortatur,*

680 Ideo fratres mei certum ac probatum ſit vobis, quòd, quicúnque optabili hoc uſus eſt bono, ſi quocúnque modo id amiſerit, uſque in finem dolebit, ſi quis reſpectus, vel cura ſalutis animæ ſuæ ſibi fuerit. De vobis, dilectiſſimis fratribus meis laicis, dico: Magnificat anima mea Dominum, quia magnificentiam miſericordiæ ſuæ ſuper vos intueor ſecundum intimationem Prioris veſtri & patris amantiſſimi, qui multùm gloriatur pro vobis & gaudet. Gaudemus & nos, quoniam cùm ſcientiæ litterarum expertes ſitis, potens Deus digito ſuo inſcribit in cordibus veſtris, non ſolùm amorem, ſed & notitiam ſanctæ legis ſuæ. Opere enim oſtenditis, quid amatis, quidve nôſtis. Nam cùm obedientiam veram cum omni cautela & ſtudio obſervatis (quæ eſt executio mandatorum Dei, & clavis, ac ſignaculum totius ſpiritualis diſciplinæ, quæ nunquam eſt ſine multa humilitate & egregia patientia, quam ſemper comitatur caſtus amor Domini & vera charitas) manifeſtum eſt, vos ſapienter legere ipſum fructum ſuaviſſimum & utilem Scripturæ divinæ. Ergò, fratres mei, permanete in eo, ad quod perveniſtis, & morbidum gregem quorundam vaniſſimorum

C laïcorum ut peſtem vitate, qui chartulas ſuas circumferunt muſſitantes, quæ non intelligunt, nec amant, quibus verbis & factis contradicunt. Qui otioſi & gyrovagi, quotquot bonis & religioſis detrahunt, & ſe in hoc laudabiles putant, ſi laudandos infamaverint, quibus obedientia & omnis diſciplina odio eſt.

omneſque, ut Landuini affecta jam valetudine curam gerant, ſeduló monet.

681 Fratrem verò Landwinum nobiſcum detinere volui propter graves & crebras infirmitates noſtras: ſed quia ſibi nihil ſanum, nihil jucundum, nihil vitale & utile eſſe ſine vobis reputat, non acquievit proteſtans mihi in lachrymarum fonte pro vobis emanante, & ſuſpiriis multis, quanti apud eum ſitis & quàm perfecta charitate vos diligat. Unde coactionem nullam facere volui, ne læderem eum, aut vos, quos chariſſimos pro merito virtutum veſtrarum habeo. Quapropter Fraternitatem veſtram ſedulò moneo, & ſummiſsè atque unicè precor, ut charitatem, quam cordè geſtatis, executione operis in ipſum, utpote in Priorem & patrem veſtrum chariſſimum, oſtendatis, benignè & providè ſubminiſtrando, quæ ſibi pro multimoda valetudine ſua neceſſaria ſunt. Quòd ſi vobis in hoc humanitatis officio non conſenſerit, inalens pericliari de ſalute & vita, quàm aliquid de diſciplinæ corporalis rigore omittere, quod prorſus improbandum eſt, forſitan erubeſcet, ut, qui primus in religione eſt, in hac parte poſterior inveniatur, metuens ne occaſione ſui aliquis ex vobis remiſſior vel tepidior fiat, quod nullatenus formidandum puto. Ne hujus gratiæ expertes ſitis, noſtram vicem in hoc tantùm veſtræ charitati concedimus, ut liceat vobis reverenter eum cogere ad ea, quæ ſaluti ſuæ commodâſtis.

Qualis, quam ad Radulphum Viridem ſcripſit, ſit epiſtola.

682 De me, Fratres, ſcitote, quoniam mihi unicum poſt Deum eſt deſiderium veniendi ad vos, & videndi vos. Et quando potero, opere adimplebo, Deo adjuvante. Valete. *Surianus, ubi hanc epiſtolam integram recitavit, ita mox in eam obſervat:* De hac paræneticâ dicere liceat, quod Petrus abbas Cellenſis epiſt. 3, lib. 3 ſcripſit ad Priorem & fratres Cartuſiæ de Monte-Dei: "In craſſitudine animæ bene paſtæ, in „abundantia dulcedinis Dei ſcripſiſtis, & ſicut „adipe & pinguedine ſpiritalis lætitiæ fauces E „meas repleviſtis. Sermo namque veſter talis „non eſt, qui adulterinis formis ſuperinductis „ſpeciem pietatis repræſentet, & virtutem ab„neget. Hoc enim illorum eſt, qui in corde „& corde loquuntur, vel qui molliunt ſermo„nes ſuos ſuper oleum, cùm ipſi ſint jacula. „Non autem verbum veſtrum ſic inſulſum, ſed „gratiæ plenitudine confortatum viſcera replet „Sanctorum &c." *Hæc Petri Venerabilis verba, quæ de epiſtola, à* Brunone *ad Cartuſiæ Majoris alumnos ſcripta, meritò pronuntiari poſſe Surianus affirmat, non minori jure pronuntiâris de altera epiſtola, ſuprà jam ſæpiſſime laudata, quâ Vir ſanctus Radulphum Viridem, Remenſis eccleſiæ præpoſitum, ad voti, in habita olim cum eo & Fulcio Monoculo de falſis mundi delectationibus collatione emiſſi, exſolutionem vehementiſſimè hortatus eſt. Tanto hæc animi erga antiquum amicum affectu, tanta cordis, ut ita dicam, effuſione, tanta Spiritûs divini unctione ſcripta eſt. Integram eam Commentarii hujus initio videre non licuit, quòd, quibus nulla ſuî parte mutila inſerta eſt, libri nulli, nec ipſa Opera* S. Brunonis, *Coloniæ Agrippinæ anno* 1611 *impreſſa, annoque* 1640 *ibidem recuſa, ad manum eſſent.*

F *Hâc primò Radulphum à fide erga amicum laudat,*

683 *Verùm cùm hæc tandem urbis hujus Cartuſiani pro ſua humanitate commodare mihi dignati ſint, deſcriptum ex hiſce pretioſum illud monumentum lubet etiam huc transferre, ut & id, quod paucis dumtaxat libris inſertum invenitur, quodque ne quidem in Sancti Opera, apud Judocum Badium anno* 1524 *Pariſiis excuſa, peneſque nos exſtantia, illatum fuiſſe miror, lectori in promptu ſit, & ita ſimul fidem ſuprà plùs ſemel datam liberem. Sic itaque habet:* Domino ſuo venerando Radulpho, Remenſi præpoſito, ſinceriſſimæ charitatis cultu obſervando, Bruno ſalutem. Veteris approbatæ amicitiæ fides eò præclarior & laude ampliori dignior in te conſpicitur, quò rarior apud homines reperitur. Quanquam enim longo terrarum tractu & prolixiore temporis ſpatio corpora ab invicem ſejuncta ſint, animus tamen benevolentiæ tuæ ab amico avelli non potuit. Quod quidem literis tuis ſuaviſſimis (in quibus mihi amicè blanditus es) nec non beneficiis, non ſolùm mihi, verùm etiam fratri Bernardo causâ noſtrî largè impenſis, aliiſque indiciis nonnullis ſatìs oſtenſum eſt. Unde grates, non quidem meri-

AUCTORE C. B.

tis pares, sed tamen ex puro fonte manantes, benignitati tuæ rependimus. Peregrinum quendam in aliis legationibus satis fidelem cum literis ad te dudum direximus, sed huc usque non comparet. Dignum judicavimus unum ex nostris charitati tuæ transmittere, qui omnia, quæ circa nos sunt (quia minùs ad hæc calamo & atramento sufficimus) copiosiùs viva voce prosequatur.

684 Notificamus ergò dilectioni tuæ, dignationi tuæ, quoniam id tibi non ingratum putamus, nos corpore (utinam sic mente) valere, & quæ ad exteriora pertinent, satis esse pro voto. Verùm etiam opperior, supplicans divinæ misericordiæ manum, quæ omnes inferiores sanet infirmitates meas, & satiet in bonis desiderium meum. In finibus autem Calabriæ cum fratribus religiosis, & aliquot bene eruditis (qui in excubiis persistentes divinis exspectant reditum Domini sui, ut, cùm pulsaverit, confestim aperiant ei) heremum incolo, ab hominum habitatione satis undique remotam. De

B cujus amœnitate aerisque temperie & sospitate vel planicie ampla & grata, inter montes in longum porrecta, ubi sunt virentia prata & florida pascua, quid dignum dicam? Aut collium undique se leniter erigentium prospectum opacarumque vallium recessum cum amabili fluminum, rivorum fontiumque copia quis sufficienter explicet? Nec irrigui desunt horti, diversarumque arborum fertilitas. Verùm quid his diutius immoror? Alia quippe sunt oblectamenta viri prudentis, gratiora & utiliora valde, quia divina. Veruntamen arctiori disciplina, studiisque spiritualibus animus infirmior fatigatus, sæpius his relevatur ac respirat. Arcus enim si assiduè sit tensus, remissior est, & minùs ad officium aptus. Quid verò solitudo heremique silentium amatoribus suis utilitatis jucunditatisque conferat, nôrunt hi solùm, qui experti sunt. Hìc namque viris strenuis tam redire in se licet, quàm libet; & habitare secum, virtutumque germina instanter excolere, atque de paradisi feliciter fructibus uti. Hìc oculus ille conquiritur, cujus sereno intuitu vulneratur Sponsus amore, quo mundo & puro conspicitur Deus. Hìc otium celebratur negotiosum, & in quieta

C pausatur actione.

vitæque solitaria prætium edocet,

685 Hìc pro certaminis labore repensat Deus athletis suis mercedem optatam, pacem videlicet, quam mundus ignorat, & gaudium in Spiritu S. Hæc est illa Rachel formosa, pulchra aspectu, à Jacob plùs dilecta, licèt minùs filiorum ferax, quàm Lia fecundior, sed lippa. Pauciores enim sunt contemplationis, quàm actionis filii. Veruntamen Joseph & Benjamin plùs sunt cæteris fratribus à patre dilecti. Hæc pars illa optima, quam Maria elegit, quæ non auferetur. Hæc Sunamitis pulcherrima sola in omnibus finibus Israël reperta, quæ David foveret senem & calefaceret. Quam tu, frater charissime, utinam unicè diligeres, ut ejus amplexibus fotus divino caleres amore! Cujus si charitas semel animo insederit, mox illecebrosa illa & blanda deceptrix gloria mundi tibi sorderet, sollicitasque opes (menti sanè onerosas) leviter abjiceres; nec non voluptates fastidires prorsus, æquè animo corporique nocivas. Novit namque prudentia tua, quis dicat: "Qui diligit mundum, & ea, „quæ sunt in mundo„ (quæ sunt voluptates carnis, concupiscentia oculorum, atque ambitio seculi) "non est charitas Patris in eo.„ Et item: "Qui est amicus mundi hujus, inimi„cus Dei constituitur.„ Quid ergò tam iniquum, quid sic insanæ & præcipitatæ mentis, quid tam est pernicioſum, quidve infelicius, quàm contra eum, cujus potentiæ resistere, cujusve ultionem justitiæ effugere non vales, inimicitias exercere te velle? Numquid fortiores illo sumus? Nunquid, quia patientiâ pietatis suæ nos modò ad pœnitentiam provocat, injurias contemptus tandem non ulciscetur? D

ac deinde ad seculi fugam,

686 Quid enim est perversius, quid tam rationem, justitiam ipsamque naturam oppugnans, quàm creaturam plùs diligere quàm Factorem? Quid ergò agendum censes, charissime? Quid nisi divinis cedere consiliis, cedere veritati, quæ fallere non potest? Consulit namque in commune dicens: "Venite ad me omnes, qui „laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.„ Nonne pessimus & inutilis est labor, concupiscentiâ distendi, sollicitudinibus & anxietatibus, timore & dolore, pro concupitis incessanter affligi? Quod verò onus est gravius, quàm quod E mentem à sublimi dignitatis suæ arce in infima deprimit, quod est injustitia omnis? Fuge ergò, frater mi, fuge has molestias & miserias omnes, & transfer te à tempestate hujus mundi in tutam & quietam portûs stationem. Novit etiam prudentia tua, quid nobis Sapientia dicat. "Nisi quis „renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest „meus esse discipulus.„ Quod quàm pulchrum, quàm sit utile, quámque jucundum in schola ejus sub disciplina Spiritus S. manere, divinam adipisci philosophiam, quæ sola dat beatitudinem veram, quis non videat? Quapropter operæ pretium est, diligenti examinatione prudentiam tuam ista perpendere; quòd si amor Dei te non invitat, tantorum præmiorum utilitas te non provocat, saltem necessitas & timor pœnarum ad hoc compellere debet.

in memoriam ei contractam ex emisso monachici habitus voto

687 Scis namque, qua sponsione obligatus es, & quàm omnipotens est ac terribilis sit, cui temetipsum munus gratum & omninò acceptabile devovisti; cui nec mentiri licet, nec expedit. Nec enim patitur inultè se irrideri. Reminiscitur quippe dilectio tua, quòd, cùm ego & tu & Fulcius Monoculus quadam die simul fuissemus in hortulo adjacenti domui Adæ, ubi tunc F hospitabat*, de falsis oblectationibus & perituris *al. melius* hospitabar mundi hujus divitiis, nec non de perennis gloriæ gaudiis aliquamdiu, ut opinor, tractaremus; unde divino amore ferventes promisimus ac vovimus Spiritui S., in proximo fugitiva seculi relinquere, & æterna captare, nec non monachicum habitum recipere. Quod & in vicino peractum esset, nisi tunc Fulcius Romam abiisset, ad cujus reditum peragenda distulimus. Quo moram faciente aliisque intervenientibus causis, divinus amor elanguit, refriguit animus, fervorque evanuit. Quid ergò superest, charissime, nisi à tanti debiti nexibus te citiùs expedire, ne pro tam grandi tamque diuturno mendacii crimine iram incurras Potentissimi, & propter hoc cruciatus immanes? Quis namque inultum relinqueret, se à quolibet sibi subdito defraudari munere promisso, maximè si id magnæ foret sibi æstimationis & pretii? Quapropter crede, non mihi, sed prophetæ, imò Spiritui S. dicenti: "Vovete & reddite Domino Deo vestro omnes, „qui in circuitu ejus affertis munera. Terribili „& ei, qui aufert spiritum principum, terri„bili

A ,,bili apud reges terræ.,, Cur hæc omnia inculcat Spiritus Dei, niſi ut te voventem perurgeat reddere, quod voviſti.

688 Quid verò reddere gravaris, quod nullam bonorum tuorum facit jacturam vel imminutionem, quodque tua potiùs, quàm illius, cui perſolveris, accumulat lucra? Quocirca non te detineant divitiæ fallaces, quia inopiam expellere nequeunt: nec dignitas præpoſituræ, quæ non ſine magno adminiſtrare poſſunt periculo animæ. Aliena namque, quorum miniſter ſis & non poſſeſſor, in proprios uſus convertere (ut pace tua dicam) tam eſt odioſum, quàm iniquum. Quòd ſi ſplendoris & gloriæ appetens multam volueris retinere familiam, nonne cùm tua, quæ ex juſto habes, non ſuppetunt, neceſſe eſt, ut quoquo pacto eripias aliis, quod aliis largiaris? Quod non eſt, eſſe beneficum aut liberalem: nihil enim eſt liberale, quod non idem juſtum. Verùm & hoc dilectioni tuæ perſuaſum cupio, ne pro domini archiepiſcopi neceſſitudine, qui plurimùm conſiliis tuis credit & nititur, quæ non B omnia juſta vel utilia facilè dantur, à tam ſublimi declines ſponſione; divina revocetis * charitate, quæ quantò eſt juſtior, tantò & utilior. Quid autem tam juſtum tamque utile, quidve naturæ humanæ ſic inſitum & congruum, quàm diligere bonum? Et quid aliud tam bonum, quàm Deus? Immò quid aliud bonum, niſi ſolus Deus? Unde anima ſancta, hujus boni incomparabilem decorem, ſplendorem, pulchritudinem ex parte ſentiens, amoris flammâ ſuccenſa, dicit: "Sitivit anima mea ad Deum fon,,tem vivum, quando veniam & apparebo ante ,,faciem Dei.,,

obligationem revocando, vehementiſſimè

**al. revocetis*

689 Utinam non aſperneris amicum monentem; utinam non ſurda aure audias verba Spiritus Dei, utinam deſiderio longæque exſpectationi meæ ſatisfacias, dilectiſſime, ne diutiùs crucietur pro te anima mea curis ſollicitudinibuſque atque timore. Nam ſi venerit (Quod Deus avertat) te priùs, quàm debiti votum ſolveris, ab hac recedere vita, me continua triſtitia ſine aliqua ſpei conſolatione tabeſcentem relinques. Quapropter & te exoratum & imprecatum cupio, ut vel causâ orationis ad ſanctum Nicolaum, inde ad nos uſque venire digneris, quatenus videas eum, qui te unicè diligit, & ſtatum C rerum noſtrarum ac religionis ordinem, nec non quæ ad communem utilitatem ſpectant, mutua viva voce tractare poſſimus. Et confido in Domino, quòd non pœnitebit tanti itineris ſubiiſſe laborem. Epiſtolaris brevitatis exceſſi modum, quia dum corpore te habere non poſſum, ſaltem diutiùs ſermocinando tecum morabor; fraternitatem tuam diu incolumem memorem conſilii noſtri nec voti immemorem vigere ſedulus exopto. Vitam S. Remigii nobis transmittas, oro, quia nuſquam in partibus noſtris reperitur. Vale. *Hanc à Sancto epiſtolam, cùm in Turritana Calabriæ eremo verſaretur, ſcriptam fuiſſe, ipſamet ejus verba num.* 684 *poſita manifeſtant; ut autem, cur ſub hujus finem ad S. Nicolaum* Bruno *Radulphum invitet, habeatur perſpectum, ſciendum eſt, ſancti illius præſulis Myrenſis corpus Myrâ Barium, Apuliæ civitatem, anno* 1087, *ut Lupus Protoſpata in Chronico aliique docent, fuiſſe tranſlatum; quod cùm plurimis ab eo tempore miraculis ibidem inclaruiſſet, peregrinationibus frequentiſſimis, ad id Barium è remotiſſimis etiam regionibus ſuſceptis, honorabatur.*

Lucratur.

690 *Porrò, antequam jam recitatam epiſtolam ad Radulphum Viridem Sanctus ſcriberet, litteris jam ab eo fuerat conventus, aliaſque ad antiquum illum, cui tamen an redditæ fuiſſent, eſt dubium, amicum ſuum miſerat. Fas eſt hæc omnia colligere ex ipſa, quam jam dedi, Sancti noſtri ad Radulphum epiſtola. Hæc enim initio ſic habet:* Quanquam longo terrarum tractu & prolixiore temporis ſpatio corpora ab invicem ſejuncta ſint, animus tamen benevolentiæ tuæ ab amico avelli non potuit. Quod quidem literis tuis ſuaviſſimis (in quibus mihi amicè blanditus es) nec non beneficiis, non ſolùm mihi, verùm etiam fratri Bernardo causâ noſtrî largè impenſis aliiſque indiciis nonnullis ſatis oſtenſum eſt. Unde grates, non quidem meritis pares, ſed tamen ex puro fonte manantes, benignitati tuæ rependimus. Peregrinum quemdam in aliis legationibus ſatis fidelem cum literis ad te dudum direximus, ſed huc uſque non comparet. Dignum judicavimus unum ex noſtris charitati tuæ tranſmittere, qui omnia, quæ circa nos ſunt, quia minùs ad hæc calamo & atramento ſufficimus, copioſiùs viva voce proſequatur. Notificamus E ergò dilectioni tuæ &c. *Tale eſt epiſtolæ, à Sancto ad Radulphum Viridem ſcriptæ, initium; è verbis autem jam datis, quibus conſtat, fuiſſe illam ad hunc antiquum* Brunonis *amicum per aliquem è Turritanæ eremi alumnis miſſam, manifeſtum eſt. Verùm quis fuerit, cui id onus Sanctus injunxerit, pro certo nequeo edicere, uti nec quis exſtiterit ille frater Bernardus, cui Sancti noſtri causâ benefeciſſe Radulphus Viridis memoratur proximè huc tranſlatis epiſtolæ ad hunc verbis. Antiquus quidem, quem ſuprà adhuc laudavi, Catalogus monachorum, qui poſt Sancti obitum Lanvino, tamquam Priori, obedientiam in Turritana eremo promiſêre, fratrem quemdam, nomine Bernardum, exhibet.*

AUCTORE C. B.

Per quem Epiſtolam illam ad Radulphum miſerit.

691 *Verùm hunc cum fratre Bernardo, qui* Brunonis *causâ à Radulpho amantiſſimè fuit exceptus, aſſeverare eumdem idcirco non auſim, quòd Bernardus in dicto Catalogo memoratus, ſi res ita haberet, è Turritana eremo ad Radulphum à Sancto miſſus fuiſſe deberet, idque factum non fuiſſe appareat, cùm* Bruno, *ſi id feciſſet, epiſtolam per eum ad Radulphum veroſimiliter miſiſſet, & tamen, antequam ad hunc epiſtolam huc jam tranſcriptam daret, unam dumtaxat ad* F *eum adhuc aliam, quam per peregrinum miſit, ſcripſiſſe è datis epiſtolæ ad Radulphum verbis videatur. Porrò, uti quis Bernardus ille, à Radulpho* Brunonis *causâ benigniſſimè exceptus, exſtiterit, in obſcuro eſt, ita etiam annus, quo epiſtola, quam per unum è ſuis ad Radulphum Sanctus miſit, ſcripta ſit, omninò me latet. Verùm etſi id ita ſit, eam tamen idcirco commemorare hîc libuit, quòd epiſtola, quam ad primos ſuos in Cartuſia diſcipulos Sanctus ſcripſit, recenſenda foret, rectuſque ordo, ut tam de una, quàm de altera uno eodemque loco tractetur, exigere videatur. Atque hinc etiam eſt, cur jam ſuprà eo ipſo loco, quo de binis jam memoratis Sancti epiſtolis agi conveniebat, de reliquis etiam omnibus, quæ vel Sancti verè ſunt, vel ei ſaltem attribuuntur, lucubrationibus ſeriò continua agere conſtituerim, reque etiam vera de binis ſequentibus ſim acturus.*

& cur eam hîc commemorare viſum ſit.

AUCTORE C. B.

§ XLII. Sanctus Commentarios in Psalmos & in S. Pauli Apostoli Epistolas, qui nomine ejus circumferuntur, re etiam vera adornavit; quandonam id & qua methodo fecerit, & quænam præterea lucubrationes certò ei debeant attribui.

Sancti nostri nomine multa, quæ hic recensentur, edita sunt Opera.

B *Commentarios duos, alterum in Psalmos, alterum in omnes S. Pauli Apostoli Epistolas, unà cum nonnullis Opusculis seu Tractatibus Sermonumque collectione sat ampla Judocus Ascensius è Ms., quod à Guilielmo Bibancio, Cartusiæ Majoris Priore, acceperat,* S. Brunonis, *Cartusianorum institutoris, nomine Parisiis anno* 1524 *typorum beneficio vulgavit, eademque deinde Opera omnia, additis etiam nonnullis aliis, volumineque unico, quo ab Ascensio edita fuerant, in tres tomos diversos, quorum prior Commentarium in Psalmos, secundus Commentarium in S. Pauli Epistolas, ac tertius denique Opuscula Sermonesque complectitur, discreto, Coloniæ Agrippinæ anno* 1611 *iterumque anno* 1640 Brunonis *pariter Cartusiani nomine fuêre recusa. Verùm alia ex iis sunt, quæ Sanctum nostrum certò habent auctorem; alia contrà, quæ an illius sint, disceptatur. Ac de prioribus quidem præsenti §, quo, quæ Opera præter duas § præcedenti recitatas Epistolas sancto Cartusianorum Parenti debeant attribui, lectorem edocere statui, agere jam nunc aggredior, tractatu de posterioribus in § sequentem rejecto. A Commentario in Psalmos duco initium.*

Ex his Commentarius in Psalmos verè illum,

693 *Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores tom.* 9, *pag.* 243, *à nonnullis non aliam ob causam, quàm quòd S. Brunonem Signiensem cum* S. Brunone *Cartusianorum fundatore confuderint, ex Operum, abs hoc concinnatorum, Catalogo Commentarium quempiam in Psalmos erasum fuisse, præfati, ita ferè quantùm ad substantiam subjungunt: Quò difficultas isthæc melius elucidetur, nôsse refert, unius nondum integri seculi spatio, ab anno scilicet* 1040 *usque ad annum* 1123 *tres floruisse* Brunones, *qui celebris omnes nominis fuerunt, Psalmis explanandis commentandisve omnes operam dederunt, S. Bruno scilicet, Herbipolensis episcopus, anno* 1045 *vitâ functus,* S. Bruno, *de quo hîc nobis sermo, & S. Bruno, episcopus Signiensis, anno* 1123 *è vivis sublatus. Prioris in Psalterium Opus unà cum aliis ejus lucubrationibus jam inde ab anno* 1494 *typis fuit excusum, & ab his deinde sejunctum Herbipoli anno* 1531 *ac deinde iterum Lipsiæ anno* 1533; *quæ posterior editio ad proximè antecedentem, à Joanne Cochleo factam, fuit exacta. Tandem in Bibliothecam Patrum fuit illata, exstatque in Lugdunensi hujus editione tom.* 18. *Episcopi Signiensis Commentarius luce publica donatus est à Marchesio, Operumque ejus tomi primi, in quo inter Commentarium in Deuteronomium, interque Commentarium in Cantica Canticorum ponitur, partem constituit.*

C

694 *Hæc ferè, ut jam dixi, quantùm ad substantiam illi; atque ita quænam, tum S. Brunoni Herbipolitano, tum S. Brunoni Signiensi, qui ambo Psalmos commentati sunt, expositio in hosce attribuenda sit, lectorem potissimùm edocent; antequam autem, quænam* S. Brunoni, *Cartusianorum institutori, quem psalmos pariter explanâsse, admittunt, adscribenda sit, exponant, argumenta primùm, quibus, re etiam vera commentatum esse Psalmos Sanctum nostrum, probare nituntur, in medium adducunt. Eadem ferè, quò id ipsum probem, adhibere hîc lubet, cùm alia, quæ validiora sint, invenire haud potuerim. Paucis è versiculis, quibus inter funebres Sancti Titulos recudendos tit.* 107 *Miciacensis prope Aurelianum abbatiæ monachi Sanctum celebrant, primum locum obtinet sequens hic:* Doctus Psalmista, clarissimus atque sophista. *Regulares Nolienses S. Vincentii in Inferiori Pictavensi provincia monasterii canonici in Titulo funebri* 173, *quo Sancto parentârunt, ita habent:* Bruno namque veram scientiam & prudentiam liberalium artium, nec non ceteras cardinales virtutes habuit, & servavit, quas in bono fine consummavit. Dudum siquidem ecclesiæ sedis Remensium summus didascalus, utpote in Psalterio & ceteris scientiis luculentissimus, & columna totius metropolis diu exstitit. *Cùm ergò altero è binis hisce titulis funebribus Sancti nostri in Psalmis doctrina, altero, ut apparet, in his explanandis commentandisve claritas celebretur, ad expositionem commentariumve, quem in hosce ille concinnârit, alludi videtur; hinc autem, fuisse verè à* Brunone *Psalmos commentario explanatos, concludendum cum suprà laudatis Historiæ litterariæ Franciæ Scriptoribus apparet.*

D

qui Opus hujusmodi composuisse, argumentis

695 *Attamen, cùm fieri queat, ut præfatis binis Titulis funebribus, non ad Psalmorum, quem Sanctus in litteras miserit, Commentarium, sed ad eorumdem, quam cùm Remis alibive altioris ordinis litteras doceret, viva voce fecerit, explanationem alludi, non nemo fortè contendat, Commentarium à* Brunone *in Psalmos fuisse reipsa compositum, aliis adhuc argumentis cum laudatis Historiæ litterariæ Franciæ Scriptoribus lubet firmare. Seculo eodem, quo Sanctus obiit, fuisse ab hoc in Psalmos Commentarium contextum, tam firmiter habebatur persuasum, ut librarius, si in simile forsan, quod auctoris nomen non præferret, scriptum incidisset, acceptum ex hoc exemplo tam in capite & ad calcem epistolæ dedicatoriæ, quàm in ipso Operis titulo* S. Brunonis, *Cartusianorum institutoris, nomine insigniret. Exemplum hujusmodi Mabillonii tempore in Silviniacensi Ordinis Cluniacensis monasterio, duarum horarum spatio à Molinis in Burgundia sito, asservabatur; in eo enim, uti ipsemet hic scriptor, qui illud ibidem invenit, Operum posthumorum tom.* 2, *pag.* 29 *testatur, legebatur,* Incipit Epistola Brunonis Cartusiensis præpositi ad Hugonem Astensem episcopum. Domino suo Hugoni &c. . . . Explicit Epistola Brunonis Cartusiensis præpositi &c. Incipit expositio Psalterii, excepta à Brunone, Cartusiense præposito, ex tractatibus sanctorum Patrum; *ac Mabillonius quidem, exemplum illud compositi à S. Brunone, episcopo Signino, in Psalmos Commentarii exemplar, cujus initium ab exemplaribus excusis differret, esse existimavit lib.* 70 *Anna-*

E

nonnullis

F

A *nalium Benedictinorum num. 29; verùm, aiunt Historiæ lit. Franciæ scriptores loco citato, neque Operis, quod ab hoc antistite compositum, neque illius, quod à sancto Cartusiensis Ordinis Fundatore fuit contextum, exemplar est. Prima, quæ in Operis contextu leguntur, verba ostendunt, concinnatum esse ab Odone, Astensi monacho, Commentarium, quem Marchesius ad Operum Brunonis Signini, cui inscriptus est, calcem publici juris fecit. Librarius itaque, de quo jam mox fumus locuti, non solùm in auctoris, cui scriptum illud attribuendum, verùm etiam in Mecœnatis, cui dedicatum fuit, nomine erravit, nisi fortè, quod subinde etiam aliàs factum reperitur, duobus diversis, Hugoni nempe, Astensi episcopo, uti in Ms. exemplari legitur, & Brunoni Signino, uti exemplar excusum præfert, fuerit inscriptum.*

hic ostenditur, 696 *Ita quantùm ad substantiam Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores laudati. Jam verò, cùm librarii antiqui, si quem fortè auctoris*
B *nomine destitutum in Psalmos Commentarium invenêre, nomen ei* S. Brunonis, *Cartusianorum institutoris, adscripserint, in ea sanè illos, quâ Opus hujusmodi à Sancto illo fuisse concinnatum, existimârunt, opinione fuisse, dubitandum non est; quod proinde re etiam vera fuisse à Sancto factum, argumento est perquàm valido. Ad id porrò accedit, à scriptoribus ferè omnibus, qui celebriores in re litteraria auctores scriptosque ab hisce libros recensent, Commentarium in Psalmos, qui à* S. Brunone, *Ordinis Cartusiensis fundatore, adornatus sit, commemorari. At verò, inquiet fortassis non nemo, solâ plurium* Brunonum *homonymiâ factum esse potest, ut Commentarius in Psalmos, quem ex iis unus, à* S. Brunone *Cartusiano diversus, contexuerat, huic tamen per errorem à librariis fuerit adscriptus. Fateor, fieri id ita omninò potuit; verùm ita etiam reipsa factum esse, parùm mihi verosimile apparet. Quòd si enim, ut Sancto nostro quispiam in Psalmos Commentarius attribueretur, solâ plurium* Brunonum, *à quorum aliquo Opus hujusmodi fuerit compositum, homonymiâ sit factum, quidnî etiam hâc accidit, ut Commentarii, tum qui à S. Brunone, Herbipolitano episcopo, in omnia Veteris & Novi Testamenti Cantica, tum qui à S. Brunone Signino in Moysis Libros, in Job, in Cantica Canticorum & Apocalypsim sunt contexti,* Brunoni *nostro fuerint adscripti? Sanè, cùm à nullis prorsus scriptoribus sive antiquioribus sive recentioribus id factum inveniatur, & tamen, ut jam dictum, ab hisce ferè omnibus quispiam in Psalmos Commentarius* Brunoni *Cartusiano attribuatur, multùm enimverò vel hinc confirmatur opinio, quæ verè ab hoc Commentarium in Psalmos fuisse elaboratum adstruit, eâque adeò, utpote tum idcircò, tum alias ob causas jam adductas, longè verosimillimâ aut etiam prorsus indubitatâ, est standum.*

habet auctorem. 697 *Cùm porrò res ita habeat, dubitandum etiam non apparet, quin Commentarius, à* S. Brunone *Cartusiano in Psalmos conscriptus, is ipse sit, qui primùm anno* 1524 *Parisiis apud Judocum Ascensium, ac deinde anno* 1611, *iterumque anno* 1640 *typis Colonienſibus prodiit. Hic enim Commentarius à Commentario, qui Brunoni Herbipolitano episcopo tribuitur, multùm differt, nec contrà ac à nonnullis, qui propterea Sancto nostro contexti in Psalmos Commentarii honorem perperam ademerant, putatum ex errore aliquando fuit, cum Commentario,* AUCTORE C. B. *qui Brunonis, episcopi Signini, nomen præfert, est idem; quod iterum, fuisse à Sancto nostro in Psalmos Commentarium elaboratum, argumento est; ut omnia, quò hic illi adscribatur, concurrant, quemadmodùm Historiæ litterariæ Franciæ scriptores, quorum ferè omnia, hactenus hîc adducta, sunt, tom. 9, pag. 245 rectè observant, mox etiam ibidem, quid de hoc* S. Brunonis, *Cartusianorum institutoris, Opere censeant, sequentem ferè exponentes in modum: Quicúmque id attentione vel mediocri evolverit, difficile admodùm esse, fatebitur, invenire generis hujus scriptum, quod simul sit magìs solidum & clarum, magìs concisum & ab obscuritatis vitio alienum. Si notum magìs fuisset, magìs etiam fuisset usitatum, neque adeò, quàm huc usque fuit, neglectum: rectæ Psalmorum intelligentiæ inspirandæ judicatum fuisset aptissimum. Auctorem præfert scientiarum omnium gnarum, Deique spiritu repletum, qualem* S. Brunonem *post eos, qui meliùs illum novêre, exhibuimus. Ita ferè quantùm ad substantiam illi; quàm autem hæc, quæ de dicto Sancti Opere generatim hîc affirmant, veritati consonent, ostendunt, quæ deinde, nonnullis interpositis, quantùm ad methodum in eo servatam magis particularia adjungunt.*

E

Honorificum de illa lucubratione judicium. 698 *Atque ea quidem eò propemodùm recidunt: Postquam Sanctus, quid per Psalterium intelligatur, sensusque diversos, litteralem scilicet, moralem & mysticum, in Psalmis distinguendos, brevi Præfatione exposuit, ad textûs expositionem progreditur. Methodum hanc ita servat, ut, cùm sensum litteralem assignat, semper eum ad sensum spiritualem seu mysticum, à Spiritu Sancto in Psalmis præcipuè intentum, referat. Ita* Bruno *Jesum Christum ejusque membra, seu hunc ejusque Ecclesiam ubique ferè monstrat. Et verò sola hæc via est, quæ ad perfectam Psalmorum intelligentiam deducat. Sanctus noster antiquos Patres, qui ante illum hosce explanârant, evolverat, eosque interdum, ac nominatim S. Ambrosium & S. Augustinum, etiam citat, verbis tamen illorum non transcriptis; ut, quæ ex iisdem accepit, ea sibi quodammodò propria reddiderit, integrumque Opus ex ipsa ejus penu sit depromptum. Dum singulorum Psalmorum, quod, multa rebus obscuris luce affusa, facit, titulos exponit, linguam Hebraicam calluisse sese, manifestissimè prodit. Idem liquet è variis in Operis contextu occurrentibus locis, uti etiam eum ad primigenium seu Hebraïcum textum, ut, quem Vulgata offert, meliùs exponat, recurrere. In toto Commentarii decursu mirationem de se concitat, ac potissimùm, dum Jesu Christi mysteria, ac quempiam Psalmorum locum per alium Sacræ Scripturæ textum exponit. Stylo utitur concisо, simplici, nervoso, claro, nitido tamque probè Latino, quàm cujuscúmque alterius, qui eodem, quo Sanctus, seculo floruit, scriptoris stylus esse potuerit. Eximii hujus Commentarii editiones alias, quàm quas Opera,* S. Brunonis *nomine tum Parisiis anno* 1524, *tum Coloniæ Agrippinæ anno* 1611 *ac deinde iterum anno* 1640 *typis excusa, in capite præferunt, non novimus, ut jam suprà dictum. Optandum interim foret, ut Opus omnium fidelium, ac maximè eorum, qui publico precum divinarum ministerio consecrati sunt, manibus tereretur.*

F

699 *Tale est, quod de præclaro Sancti nostri in Psalmos Commentario Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores ferunt, judicium; quod mihi sanè appa-*

AUCTORE C. B.

apparet æquissimum, si tamen exceperis, quod de Opere illo integro è propria Sancti penu deprompto & tamen partim è sanctis Patribus accepto involvit. Restat modò, ut quo id tempore Bruno *elucubrârit, determinem. Cùm Sancto nostro, ut sacræ Scripturæ studio vacaret, tum maximè, dum in Cartusia Majori ac deinde in Turritana Calabriæ eremo versaretur, otium fuisse videatur, fuisse tunc abs illo, de quo hìc nobis sermo, Commentarium concinnatum verosimile potest videri. Attamen, cùm nihil omnino obstet, quò minùs id etiam, dum Remis adhuc scholarum præfecturam gereret, altioriſque ordinis scientias doceret, feciſſe queat, nec quidquam, quod anachoretarum potiùs, quibus in solitudine præerat, quàm aliorum quorumcúmque fidelium, institutionem spectet, in illa Sancti nostri lucubratione occurrat, hancne ille, cùm seculo nunium jam remisisset, an antè adornârit, dubium admodùm ac incertum apparet. Nec quo tempore lucubratio altera, seu in omnes S. Pauli Apostoli Epistolas Commentarius, qui inter Opera Sancti* B *nomine excusa non infimum locum tenet, integrumque Colonienſis horum editionis tomum secundum implet, concinnatus sit, certiùs definiri potest, uti patescet ex iis, quæ dicam, cùm* Brunoni *Cartusiano Opus illud verè attribuendum ostendero.*

Tempus, quo hæc concinnata sit, est incertum, nec id, quo Commentarius alius,

700 *Plurium* Brunonum *homonymia, quæ, ut Sancto nostro in Psalmos, quem tamen adornârat, Commentarius abjudicaretur, aliquando ex suprà dictis fecit, locum hìc habere nulla prorsus ratione potest. Etenim scriptor auctorve nullus est* Brunoni *homonymus, qui eodem, quo hic seculo, aut saltem ætate floruerit, Commentariumque in S. Pauli Apostoli Epistolas concinnârit. Quare, si,* S. Brunonem, *Cartusianorum Institutorem, hasce esse commentatum, argumento sat solido, alicunde quæsito, possit probari, omnia penitus Operis exemplaria, quæ Sancti nomine insigniuntur, opinioni eorum, qui huic illud adscribunt, suffragantur; re autem vera sat solidum, quod, S. Pauli Apostoli Epistolas commentatum esse Sanctum nostrum, ostendit, argumentum ex ejus in Psalmos Commentario, cùm contextus hic ab illo ex dictis certò sit, deducitur. Idem enim stylus, eademque methodus, quam in Psalmis commentandis secutus est Sanctus, in Commentario etiam,* C *quo S. Pauli epistolas exposuit, invenitur. Voces* id est, *quas in explanandis Psalmis, quò præcedentem auctoris locutionem locutione altera seu phrasi clariorem meliúsve explicatam reddat, non rarò adhibet, frequenter etiam in S. Pauli Apostoli Epistolarum Commentario recurrunt. Adhæc, quod quin postremum hoc Opus* S. Brunonis *verè sit, dubitandi omnem locum adimit, clausula est, in antiquo Commentarii hujus exemplari à Mabillonio reperta hisque verbis concepta:* Explicit Glosarius Brunonis heremitæ super Epistolas B. Pauli Apostoli.

Qui Sancto pariter verè attribuendus ostenditur,

701 *Atque ita, Sancto, qui nomine ejus editus est, scriptum in omnes S. Pauli Apostoli Epistolas Commentarium meritò attribui, modò habemus; de tempore adeò, quo hunc à* Brunone *concinnari contigerit, nunc dicamus. Sunt quidem, qui, Sanctum cùm in solitudine seu Cartusiana seu Turritana jam versaretur, Opus illud contexuisse, verosimilius autumant: & sanè, cùm tunc omni alia cura liber conscribendis libris vacare facilè potuerit, esse videtur, cur id eum tunc feciſſe non immeritò æstimes; attamen cùm* Bruno, *dum Remis adhuc, seculo nondum relicto, versaretur, studiis animum assiduè excoluerit, faciléque interea Opus illud concinnare potuerit, non est etiam, cur id tum certò non feciſſe, sit credendus. Quapropter idne tunc, an, cùm in solitudinem jam seceſſiſſet, præstiterit, ambigendum quàm maximè videtur; cùm autem, quo dubium id esse desinat, non tantùm non in ipso illo Opere, sed nec alibi quidquam occurrat, tempus, quo Commentarium proximè memoratum Sanctus scripserit, non minús sanè, quàm quo Commentarium in Psalmos adornârit, apparet incertum, idque adeò in medio relinquens, quæ de methodo, quam in Opere illo adornando secutus est Sanctus noster, dicenda sunt, expedio. Integrum primò capitis cujusque textum transcribit, singulasque deinde ex ordine sententias clarè ac succinctè exponit, unicè studens, ut omnia, quæ in hisce continentur, seu ethicæ seu fidei ac dogmatis capita lectori manifesta efficiat. Sententiarum verba ad Grammaticæ leges nonnumquam explanat; nonnumquam etiam, quæ verbis aliis Græcè & Hebraicè, quod utramque hanc linguam eum calluisse, argumento est, significatio competat, exponit. Hæc ferè etiam quantùm ad substantiam omnia de methodo, quam in suo in S. Pauli Epistolas Commentario Sanctus noster tenuit, Historiæ litterariæ Franciæ Scriptores laudati tom. 9, pag. 247 suppeditant, addentes etiam nonnulla de Sancti quantùm ad Dei gratiam & liberum hominis sub hac arbitrium doctrina.* D E

Scriptus sit, minùs incertum apparet.

Opera alia Sancto adscribenda.

702 *Verùm cùm hæc ad methodum à Sancto in suo, de quo hìc nobis sermo, Opere servatam non spectent, longiúsque, quàm par sit, ab instituto nostro, quod dumtaxat, quæ Sancto attribuantur, Opera, & quo, quæ illius verè sunt, tempore, modoque scripta sint, examinari exigit, nos abducerent, missis iis, de Paranetico ad cælestia capessenda Epigrammate præclaraque fidei confessione, quæ è scriptis, Sancto nostro indubiè attribuendis, commemoranda adhuc hìc restant, quæpiam proferre in medium nunc lubet. Ac primò quidem Paræneticum illud Epigramma seu, ut ab aliis vocatur,* Elegiam *de mundi contemptu* Brunonis *certò esse, vel ex eo liquet, quòd auctori alteri neque à recentioribus, neque à vetustioribus scriptoribus attribuatur; quanti autem pretii id sit, cuique tum ex Opusculi, quod integrum num. 56 jam recitavi, inspectione, tum è sæpius repetitis ejusdem in Opera varia, quæ omnia hìc recensere operæ pretium non est, illationibus* F *dijudicandum relinquo. Quod modò ad præclaram, quæ Sancti etiam certò est, fidei confessionem spectat, hanc Vir sanctus cùm morti sese vicinum sentiret, emisit, eique nominatim, quæ ad SS. Trinitatis ac divini Verbi Incarnationem spectant, inseruit, in fine etiam, verosimillimè, ut pro more (adi num. 69) tunc usitato, quantopere Berengarii hæresim detestaretur, ostenderet, adjungens,* Credo etiam Sacramenta, quæ sancta credit & veneratur Ecclesia, & nominatim panem & vinum, quæ consecrantur in altari, post consecrationem verum corpus esse Domini nostri Jesu Christi, veram carnem & verum Sanguinem, quæ & nos accipimus in remissionem peccatorum nostrorum & in spe salutis æternæ. *Scripti hujus fragmenta dumtaxat aliqua in conscriptas à se sancti Vitas intulerant ejus biographi; verùm id integrum Surianus in suis ad contextam à Surio Sancti Vitam Annotationibus pag. 253 & seq. ac deinde etiam Mabillonius, quarto Analectorum tomo*

A *mo pag.* 400 *& ſeq. publici juris fecit. Integrum id nos pariter, cùm de tempore, quo Sanctus obiit, tractabimus, Commentario huic inſeremus; de Operibus, quæ Sanctо attribuuntur, nec tamen ejus certò ſunt, modò agendum.*

§ XLIII. An Opera, à jam memoratis diverſa, quæ Sancti nomine edita ſunt, verè eum habeant auctorem.

Opuſculorum, quæ an Sancti ſint, controvertitur, tituli,

Lucubrationes, quæ Sancti nomine editæ ſunt, & tamen an eum verè habeant auctorem, diſceptatur, in Opuſcula ſeu Tractatus particulares, & in Sermones ſeu Homilias dividuntur. Ut, quæ in decurſu dicenda ſunt, ſtudioſo lectori clariùs queant proponi, ſingularum illarum lucubrationum qualemcúmque notitiam, antequam, an Sanctum noſtrum verè habeant auctorem, inquiram, præmitto, tranſlatis huc titulis ſaltem,

B *quibus quæque tom. 3 Operum, nomine* Brunonis *Coloniæ Agrippinæ anno* 1611 *iterumque anno* 1640 *editorum, afficiuntur. Ac primò quidem tituli, quibus Opuſcula horumque capita inſigniuntur, ſequentes hi ſunt:* Liber de Laudibus Eccleſiæ capita octo, nempe I de Paradiſo, II De arca Noë, III De tabernaculo fœderis, IV De templo Salomonis, V De muliere, per quam ſignificatur Eccleſia, VI De civitate ſancta Hieruſalem, VII De baſilicis, quæ ab epiſcopis ordinantur, VIII De Euangelicis lectionibus. Liber de ornamentis Eccleſiæ, continens capita duodecim, I De fide, II De ſpe, III De charitate, IV De quatuor virtutibus cardinalibus, V De humilitate, VI De miſericordia, VII De pace, VIII De patientia, IX De caſtitate, X De obedientia, XI De abſtinentia, XII In quibus virtutibus Eccleſia ornatur. Liber De novis continens capitą decem, nempe I De novo mundo, II De cælis novis, III De nubibus novis, IV De montibus novis, V De arboribus novis, VI De animalibus novis, VII De poteſtatibus novis, VIII De novo mari, ac novis piſcatoribus, IX De avibus novis, X De fluminibus novis.

C *uti etiam Sermonum, qui an Sancti ſint, pariter controvertitur, recenſentur.*

704 *Atque hi quidem Opuſculorum, ad quorum etiam primi caput ultimum ſermo De eccleſiæ dedicatione adjicitur, tituli ſunt; Sermonum verò ſeu Homiliarum, quas liber, qui De feſtivitatibus feſtivitatum inſcribitur, comprehendit, ſequentes:* De SS. Trinitate ſermones tres. De Nativitate Domini ſermo unus. In octava Epiphaniæ ſermo unus. In Ramis Palmarum ſermones duo. In Cœna Domini ſermo unus. In die Paraſceves ſermones duo. In die ſancto Paſchæ ſermo unus. In Aſcenſione Dominica ſermones duo. In die ſancto Pentecoſtes ſermones duo. Sermones quinque de beata Virgine, I De laude B. Mariæ Civitatis Dei, II De Nativitate ejuſdem, III In Purificatione, IV In Annunciatione, V In Aſſumptione. Sermones quinque, I De Martyribus, II De Chriſto vite, & ejus vinea, III De Martyribus, IV De bonis & malis fratribus cohabitantibus, aut martyribus ſimul occiſis, V De laudando Deo inſtrumentis muſicis, per quæ martyrum cruciatus & confeſſorum afflictiones & confeſſiones deſignantur. *Sermonibus hiſce ſeu Homiliis, quas, quæ jam ſuprà memoravi, Sancti nomine edita Opera complectuntur, Sermones de SS. Confeſſoribus undecim, aliique tres ſubduntur. Ac horum quidem poſteriorum primus inſcribitur* De Virginibus, II De ſancto Michaële archangelo, III De contemptu divitiarum; *aliorum verè undecim, qui hoſce præcedunt, primus eſt* De ſale & luce ex verbis Domini, & civitate in monte poſita, de Apoſtolis & ceteris doctoribus ac confeſſoribus, II De lucerna poſita ſuper candelabrum, applicata Salomoni, Chriſto & beato Benedicto, in cujus feſto habitus eſt, & applicabilis cuilibet confeſſori, III De diverſis oculis & de epiſcopis, IV De puteis Abrahæ, id eſt, Sacræ Scripturæ, quos aperiunt Apoſtoli & Catholici doctores, V De Lumbis præcinctis & lucernis ardentibus Confeſſorum, VI De talentis unicuique, ſed præcipuè epiſcopis & aliis prælatis, ad lucrum faciendum in illis à Domino creditis, VII De Confeſſoribus, quibus vigilandum eſt, VIII De continentia & mundo corde, deque Pontificum officio per Rationale ſignificato, IX De quovis Sancto, qui, relictis omnibus, Deum ſecutus eſt, etiam de Virgine, X De Apoſtolis, Euangeliſtis & Doctoribus ſanctis, XI De doctoribus & prædicatoribus ſanctis.

AUCTORE C. B.

E

Lucubrationes illas omnes Brunoni Signino aſſeruit Marcheſius.

705 *Atque hæc ſunt Opuſcula omnia ſeu tractatus, itemque homiliæ ſeu ſermones, qui Operum Sancti noſtri nomine, curante Theodoro Petreio, Coloniæ Agrippinæ anno* 1611, *iterumque poſt hujus obitum anno* 1640 *typis excuſorum, tomum tertium conſtituunt. Verùm Hiſtoriæ litterariæ Franciæ Scriptores tom.* 9 *pag.* 242, *Opuſculis omnibus ſeu tractatibus ac ſermonibus, qui* Brunoni *Cartuſiano tum in hac Operum ejus editione, tum in altera, ſuprà memorata atque à Judoco Badio, ſeu, uti à patria etiam vocatur, Aſcenſio anno* 1524 *adornata, attribuuntur, generatim recenſitis, ſubjungunt:* Verùm è grandi illo ſcriptorum, in duabus illis editionibus S. Brunonis nomine excuſorum, numero expungi debent hinc Opuſcula omnia ſeu tractatus particulares, hinc ſermones omnes ſeu homiliæ. Nec hi, nec illi, utut nomine ejus condecorati, ad eum pertinent, tantúmque per errorem, ex ipſo illo nomine natum, contigit, ut adſcripti ei fuerint. Totidem ſunt fœtus calami S. Brunonis Signini epiſcopi, anno MCXXIII

F vitâ functi, ac proin Cartuſianorum Inſtitutori æqualis. Dubitari hac de re non poteſt, dum huic illos à Petro Diacono Caſſinenſique bibliothecario, qui ante idem (*duodecimum*) ſeculum medium ſcripſit, in Operum ſuorum duobus, *Opuſculo nempe de viris illuſtribus Caſſinenſibus, & Chronico monaſterii Caſſinenſis,* ubi eos ſingulatim enumerat, attribui videmus. Et verò Mauro Marcheſio, Caſſinenſi decano, curæ fuit aſſerere eos ac reddere vero ſuo auctori, ſub cujus nomine Venetiis imprimi eos fecit, duobus tomis diſcretos, qui non niſi unum molis juſtæ volumen conſtituunt. Editio eſt anni MDCLI, & exacta ad plura antiqua Mss., quæ complectuntur alia ejuſdem antiſtitis Opera, quæ inter nonnulla ſunt, quæ Petri diaconi diligentiam fugerant.

Aliquæ ex illis perperam fortè hujus nomine ab antiquis notantur.

706 *Hactenus illi; verùm cùm inter Opera, quæ Maurus Marcheſius anno* 1651 *Venetiis S. Brunonis Signini ſeu Signienſis epiſcopi nomine edidit, ſint etiam, uti ipſimet hîc fatentur, nonnulla, quæ in ſuppeditato à Petro diacono Operum,*

AUCTORE C. B.

rum, quæ Sanctus hic Ordinis Benedictini antistes contexuit, elencho non occurrunt, cur Marchesio, hæc etiam S. Brunonis Signini esse contendenti, assensum, uti verbis recitatis faciunt, præbuêre? An quòd in antiquis Mss., Opera alia, quæ Signini præsulis certò sunt, complectentibus, fuerint à Marchesio reperta? Hanc sanè ob causam ita opinatos illos esse, ex ultima verborum hùc translatorum periodo apparet. Verùm cùm ex Brunonis *nomine, quod Sanctus Cartusianorum Institutor cum sancto Ordinis Benedictini Signino episcopo habet commune, factum esse queat, imò reipsa, quemadmodùm laudati Historiæ lit. Franciæ Scriptores verbis recitatis volunt, factum sit, ut Opera, quæ à Petro diacono S. Brunoni Signino disertè attribuuntur,* S. Brunoni *Cartusiano à librariis fuerint adscripta, quid nî etiam factum eodem ex capite esse queat, ut Opuscula seu Opera quæpiam, in suppeditato à Petro diacono Operum, quæ Bruno Signinus composuit, Catalogo expressè non memorata, huic per errorem à librariis, Mss. antiquorum, in quibus à*

B *Marchesio fuêre inventa, auctoribus fuerint adscripta, licèt interim non illius, sed* S. Brunonis *Cartusianorum Institutoris essent? Aiunt quidem, illa in Mss. hisce antiquis, è quibus à Marchesio eruta fuêre, adjuncta fuisse aliis Operibus, quæ Brunonis Signini esse, certum omnino est atque indubitatum. Verùm quid tum? Codex Ms. antiquus, è quo* S. Brunonis *Cartusiani Opera anno* 1524 *Judocus Ascensius edidit, alterque, qui tum in Cartusia Majori asservabatur, scriptis in Psalmos & in omnes S. Pauli Apostoli Epistolas Commentariis, qui Sancti nostri certò sunt, adjuncta etiam, ut laudatus Judocus Ascensius in præfixa hisce Epistola dedicatoria fidem facit, alia habebat Opuscula, quæ nùnc cum Commentariis illis hic vulgavit, quæque tamen omnia* S. Brunonis *Cartusiani non sunt, uti mox, præfatis scriptoribus, qui nulla ex hisce ei attribuunt, partim assentiendo, docebo.*

aliqua contrà verosimillimè ei

707 *Atque ego quidem, ut ea in dictos Mss. codices seu in horum unum, è quo deinde alter sit transcriptus, fuerint illata, factum reor ex ignorantia præcipitive judicio librarii, qui cùm omnia Sancti nostri Opera describenda sibi sumpsisset, fortéque fortunâ in Opuscula, quæ* Brunonis *simpliciter nomen, nullo addito nomini*

C *huic titulo, præferrent, ea* Brunonis *nostri, aut nullo planè aut perexiguo præmisso examine, esse existimârit, eaque propterea aliis à se jam descriptis genuinis hujus Operibus adjecerit. Verùm cùm res ita habeat, quid nî etiam simili ratione factum esse queat, ut in codices Mss. antiquos, qui Marchesio præluxêre, aut saltem in horum unum, è quo reliqui deinde fuerint descripti, Opuscula aliqua, quæ S. Brunonis, Signini episcopi, non sunt, fuerint illata? Ex Opusculis itaque Homiliisque, quæ Sancti nostri nomine Parisiis ac deinde Coloniæ Agrippinæ in lucem prodiêre, atque à Marchesio interim hunc-que secutis Historiæ litterariæ Franciæ scriptoribus S. Brunoni, Signino episcopo, attribuuntur, verè huic illa attribuenda videntur, quæ tum tituli parùm vulgaris, quem præferunt, tum argumenti, quod tractant, ratione conveniunt cum Operibus, quæ à Brunone, Signino seu Signiensi episcopo, concinnata fuisse, Petrus Diaconus in Opusculo De viris illustribus Casinensibus cap.* 34 *alibive disertè testatur. Ea sedet sententia, quòd, quamvis hic scriptor à veritate etiam subinde deviâsse deprehendatur, nec cum Leone Marsicano, qui, quod deinde Petrus continuavit, Casinense Chronicon incepit, gravitate & auctoritate comparandus videatur, Brunoni tamen Signino Opera, quæ sancti hujus antistitis non essent, adscripsisse censendus non sit, cùm haud dudum, postquam hic ad Dominum migrâsset, in monasterio Casinensi, uti, qui primus ejus De viris illustribus Opusculum publici juris fecit, apud Muratorium tom.* VI *Rerum Italicarum Scriptorum Joannes Baptista Marus in sua in id Præfatione aliique bibliographi passim docent, bibliothecarium egerit, credibileque proinde sit, ad manum eum habuisse Opera, quæ à sancto illo præsule, qui & ipse aliquandiu in monasterio Casinensi monachum atque etiam abbatem egerat, scripta esse, loco citato asseverat.*

D

attribuenda sunt, hæque hic recensentur: Sermonum verò,

708 *Hinc cùm Petrus Diaconus, fuisse à Brunone Signiensi Expositionem in Psalterium, in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Numerum, in Deuteronomium, in Cantica Canticorum & in Judicum conscriptam, capite citato præfatus, mox subjungat:* Fecit & sermones hos: De laudibus Ecclesiæ in dedicatione templi, De Paradiso, De arca Noë, De tabernaculo fœderis, De templo Salomonis, & de muliere, per quam Ecclesia significatur. De civitate sancta Hierusalem; de basilicis, quæ ab episcopis dedicantur. Item de Euangeliis; de ornamentis Ecclesiæ, De fide, De spe, De charitate, De quatuor virtutibus, De humilitate, De misericordia De pace, De patientia, De castitate, De obedientia, De abstinentia: Ubi Ecclesia ornatur, De novo mundo, De cælis novis, De nubibus novis, De montibus novis, de arboribus novis, De potestatibus novis, De mari & piscatoribus novis, De avibus novis, De fluminibus novis, De animalibus novis, *libros seu tractatus tres, num.* 703 *memoratos, Sancloque nostro in præfatis Operum ejus editionibus adscriptos, quorum primus, in capita octo divisus,* De laudibus Ecclesiæ, *secundus, capita duodecim complectens,* De ornamentis Ecclesiæ, *ac tertius denique, capitibus decem discretus,* De novis *inscribitur, à S. Brunone, Signino seu Signiensi episcopo, fuisse reipsa contextos, verosimillimum è titularum, argumentum, quod tractant, experimentium, insolentiâ seu novitate, apud Petrum Diaconum quoque hîc occurrente, apparet. Verùm, quod ad librum, qui* De festivitatibus festivitatum *inscribitur, spectat, cùm hic, prout sive Sancti nostri sive Brunonis Signini nomine est editus, sermones non paucos, quos neque ex titulo singulari seu parùm vulgari, qui apud Petrum diaconum quoque loco proximè cit. occurrat, neque aliunde sancti illius antistitis esse certò constat, complectatur, sinte huic illi, an Sancto nostro attribuendi, est dubium, cùm, præterquam quòd prioris è binis hisce Sanctis esse, neque è Petro diacono neque aliunde, ut jam dictum, constet, fieri possit, ut in Mss. codices, in quibus à Mauro Marchesio unà cum Operibus, Brunonem Signiensem certò habentibus auctorem, fuêre inventi, ratione suprà exposita, utut verè sancti hujus antistitis non essent, fuerint illati.*

E

qui singularibus, quos præferunt, titulis non distinguuntur.

709 *At verò, inquies, Petrus in Chronici Casinensis Supplemento lib.* 4, *cap.* 31 *de* Brunone *Signiensi sic scribit:* Non autem idem vir otiosè hîc vixisse credendus est, qui tales ac tantos nobis Scripturarum exposuerit libros, de quibus summam, illorum scilicet, qui in nostris manibus venêre, pandere curamus, super Psalterium, super

F

A ſuper Geneſim, ſuper Exodum, ſuper Leviticum, ſuper Numerum, ſuper Deuteronomium, ſuper Yſaiam, ſuper Cantica Canticorum, ſuper Judicum, ſuper Apocalypſim. De totius autem anni feſtivitatibus atque diebus Dominicis compoſuit ſermones ſexaginta novem, Omelias centum quinquaginta quinque. *Quibus verbis cùm Petrus diaconus plures ſermones homiliaſque* S. *Brunoni, Signienſi epiſcopo, attribuat, quàm cap.* 34 *De viris illuſtribus recenſeat, ſimulque ſeſe omnia, quæ à ſancto hoc antiſtite compoſita fuêre, Opera ad manum non habuiſſe innuat, fieri facilè poteſt, ut ſermones, in Operum* S. Brunonis *Cartuſiani editionibus ſuprà memoratis ſancti hujus Patriarchæ nomine vulgati, utut apud Petrum diaconum in Homiliarum ſermonumque S. Brunonis Signini elencho titulis parùm ſitatis inſolitiſve affecti non reperiantur, concinnati tamen verè ab hoc fuerint. Fateor, ſic habet: verùm, cùm equidem homilias ſermoneſque dictos Brunonem Signienſem habere auctorem, è Petro Diacono certum, ut jam dictum, non ſit, fuerintque ex jam ſuprà dictis iidem*

B *tam in codicibus Mss. antiquis, qui, quæ* S. Brunonis *Cartuſiani certò ſunt, Opera complectebantur, quàm in codicibus itidem Mss. antiquis, qui, quas nemo Brunoni Signino negat, lucubrationes continebant, reperti, ſintne huic ſancto ex Ordine Benedictino præſuli, an potiùs* S. Brunoni, *Cartuſianorum inſtitutori attribuendi, manet adhuc dubium.*

710 *Nec eſt, quòd reponas, conſtare ſaltem è Petro Diacono, plures fuiſſe à Brunone Signino ſermones compoſitos, eoſque proinde, de quibus hîc diſſerimus, huic potiùs eſſe, quàm* Brunoni *Cartuſiano adſcribendos: uti enim, quin Bruno Signienſis plures, imò plurimos, ſermones concinnârit, ambigendum non eſt, ita nec, quin id* Bruno *noſter fecerit, revocari poteſt in dubium. Ita colligendum reor è Sancti tum Epitaphio, tum Titulo funebri, inter recudendos* 166; *in priori enim è binis hiſce monumentis antiquis, quod* Brunonis *tumulo fuit adſcriptum, Sanctus hic Cartuſianorum Inſtitutor ita loquens inducitur:*

Primus in hac eremo Chriſti fundator ovilis
Promerui fieri, qui tegor hoc lapide.
Bruno mihi nomen, genitrix Alemania, meque
C Tranſtulit ad Calabros grata quies eremi.
Doctor eram, præco Chriſti, *&c.*

In poſteriori verò, quo Andegavenſis S. Mauricii eccleſia Sancto noſtro parentavit, ſequens unà cum multis aliis de S. Brunone *legitur verſiculus:* Multos ſermones faciebat per regiones. *Cùm ergò Sanctus noſter, uti è jam recitatis, quæ præfata bina monumenta antiqua ſuppeditant, teſtimoniis manifeſtum eſt, præconem Chriſti egerit, dubitandum non eſt, quin ſermones etiam, quos ad populum dixit, concinnârit. Quod cùm ita ſit, non eſt ſanè, cur ob ſermonum, à S. Brunone, Signienſi epiſcopo, compoſitorum multitudinem huic potiùs, quàm* Brunoni *noſtro attribuamus editos hujus nomine ſermones, qui titulis, argumentum, quod tractant, exprimentibus, inſolitis ſeu parùm vulgaribus haud diſtinguuntur.*

Sanctum noſtrum, qui & ipſe lucubrationes hujuſmodi multas concinnavit,

711 *Reponi quidem poteſt, ſermones, quos Sanctus ad populum habuit, non linguâ Latinâ, ſed idiomate vulgari fuiſſe indubiè conſcriptos, ac proin ex horum, quos concinnârit, multitudine pro ſermonibus Latinè conſcriptis, de quibus hîc diſputamus, ei attribuendis argui non poſſe; verùm ex eo, quòd multos* Bruno *idiomate vulgari ſermones adornârit, multos etiam eum, quos ad ſuos vel in altioris Ordinis ſcientiis Remis diſcipulos vel in Cartuſiæ Calabriæque eremis monachos dixerit, Latinè concinnâſſe, credibile apparet. Quare quorumdam ſaltem ex iis, qui nomine ejus prodierunt, nec à Petro diacono Brunoni Signienſi diſertè attribuuntur, revera ipſum eſſe auctorem, vero prorſus abſimile non eſt, licèt interim id de omnibus illis, ac nominatim de eo, qui inter undecim ei attributos De confeſſoribus ſermones ſecundum locum obtinet, aſſeverare non auſim, quòd, quemadmodùm Marcheſius in ſua de S. Brunone Signino ejuſque Operibus Diſſertatione hiſtorica, hiſce præfixa, rectè notat, in fine ea contineat, quæ non niſi à monacho, Regulam Benedictinam profeſſo, dici potuiſſe videntur. Primi quidem Cartuſiani jam inde ab ipſis* S. Brunonis *temporibus S. Benedictum* Patrem ſuum *appellavêre, ejuſdemque feſtum ſolemni ritu hodieque celebrant; ut proinde, etſi etiam & in ſermone illo auctor, quod tamen non facit,* Patris *nomine condecoraret S. Benedictum, propterea tamen* Brunoni, E *Cartuſianorum inſtitutori, eſſe eum certò abjudicandum, conſectarium nondum foret; verùm in fine ejuſdem ea præterea tum de S. Benedicto, tum de domibus Benedictinis proloquitur, quæ, neſcio, an in virum, S. Benedicti Regulam non profeſſum, quadrare, facilè admiſſuri ſint omnes, qui illum, de quo hîc, ſermonem attentè evolverint.*

aliqui fortaſſis habent auctorem.

712 *Utut ſit, aliquos equidem è ſermonibus, qui Sancto noſtro in Operum ejus editionibus ſuprà laudatis attribuuntur, re etiam vera ad eum fortaſſis pertinere, ex iis, quæ jam antè adduxi in medium, in animum induco, etſi interim in iis planè eadem non videatur, quæ in aliis Sancti Operibus, ſtyli ratio; aliquantulùm enim diverſam in diverſis ſcriptionis generibus ſtyli rationem ab uno eodemque ſcriptore ſubinde adhiberi, quid mirum? Verùm quandonam ſermones illos Sanctus compoſuerit? Cùm exhortationes, quas complectuntur, monachis ut plurimùm conveniant, fuerint veroſimiliùs iidem abs illo, cùm in eremo ſeu Cartuſiana ſeu Turritana jam verſaretur, compoſiti, atque ad eos, qui in diſciplinam ejus ibidem ſeſe dederant, pronunciati. Nec propterea tamen putes, veroſimile non eſſe, Sanctum noſtrum, cùm Remis adhuc verſaretur, verba ad populum, contrà ac num.* 95 *docuimus, umquam feciſſe; etſi enim Latinos, de* F *quibus hîc, ſermones tunc veroſimillimè haud habuerit, habere potuit alios, idiomate vulgari contextos, qui modò interciderint aut numquam etiam in litteras miſſi fuerint. Idem etiam puta de ſermonibus, ſi quos fortè Sanctus, cùm in ſolitudinem, ſeculo relicto, jam ſeceſſiſſet, ad populum umquam habuerit; quod re etiam ipſa factum eſſe, vero haud apparet abſimile. Quid nî enim factum eſſe queat, ut Sanctus noſter, etſi jam eremitarum, quorum ad populum verba facere non eſt, vitæ inſtitutum amplexus, ſermones ſubinde ad populum habuerit aut in itineribus, quæ ex dictis confecit, aut in eccleſiis, eremo ſeu Turritanæ, ſeu Cartuſianæ, quam incolebat, vicinis, ad eas ab epiſcopis, per pia incenſaque Viri, cujus raram vitæ ſanctitatem perſpectam habebant, monita gregi ſibi commiſſo prodeſſe volentibus, evocatus?* Multos ſermones (*verba ſunt proximè laudati, quo Sancto parentatum fuit, Tituli funebris*) faciebat per regiones.

Quandonam eos adornârit,

713 *Sed hæc de ſermonibus; quos Sanctus compoſuerit atque ad populum diſcipuloſve ſuos dixerit, diſ-*

AUCTORE C. B.

& quid de binis aliis, quæ ei adhuc attributa inveniuntur,

disseruisse sufficiat. Sunt porrò duo adhuc alia Opera, quæ Sancto nostro præter jam suprà recensita attribuuntur. Primum horum est, cujus meminit Possevinus in Apparatu sacro, Operum omnium, quæ vel Sanctus verè contexuit, vel contexta ab eo credi à nonnullis sciebat, elencho subjungens: Extat autem Ms. liber De laudibus vitæ solitariæ, ab eodem Brunone conscriptus, apud Paulum Rogerium, Cartusianum Cartusiæ Venetæ. *Hinc Theodorus Petreius, cùm, omnia* S. Brunonis *Opera Coloniæ Agrippinæ recudi, esset curaturus, librum illum, quò unà cum hisce imprimeretur, habere desiderans, in Cartusiana, quam adornavit, Bibliotheca pag.* 33, *enumeratis omnibus, quæ* Brunonis *esse putabat, Operibus, adjecit:* Quibus (*Operibus nempe à* Brunone *compositis*) Possevinus addit librum De laudibus vitæ solitariæ, quem dicit Veneta in Cartusia apud Paulum Rogerium, nostræ familiæ Religiosum, manuscriptum asservari; quo utinam potiri liceret, ut nimirum simul cum cæteris Divi Brunonis Operibus, jam jam per nos de superiorum voluntate revidendis recudendisque prælo committatur. *Libri quoque de Vitâ solitariæ laudibus, qui apud Paulum Rogerium, Cartusiæ Venetæ alumnum, asservatur, è Pos-*

B *sevino in suis in contextam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus pag.* 251 *Surianus meminit. Verùm cùm Petreius ea, quæ jam dixi, in contexta à se, annoque* 1609 *typis vulgata Ordinis Cartusiensis Scriptorum Bibliotheca in litteras mittat, nec tamen laudatus, qui à* Brunone *scriptus sit, De vitæ solitariæ laudibus liber in lucem hactenus, quod sciam, fuerit prolatus, multùm dubito, an errore factum non sit, ut librum illum Ms. apud Paulum Rogerium, Cartusiæ Venetæ alumnum, exstare existimârit Possevinus.*

Opusculis sit censendum.

714 *Quid si apud Paulum Rogerium liber quispiam exstiterit, Opuscula nonnulla,* S. Brunoni *Cartusiano attributa, complectens, eique, quod Epistolam quoque, à Sancto ad Radulphum Viridem scriptam, in qua nonnulla in vitæ solitariæ laudem commemorantur, contineret, titulus* Libri de vitæ solitariæ laudibus *fuerit adscriptus? Atque hæc de primo è duobus Operibus, quæ in Operum, Sancto attributorum, editionibus non sunt, &*

C *tamen ei, ut jam monui, à nonnullis adscribuntur; quod modò ad secundum ex hisce pertinet, oratio hæc est ad Jesum crucifixum, à vocibus hisce* Ante oculos tuos, Domine, culpas nostras ferimus &c *incepta, quam Meleager Pentimalli, brevi à se conscriptæ, annoque* 1622 *typis Romanis vulgatæ* S. Brunonis *Vitæ præfixit, Sancto-que huic Cartusianorum Institutori attribuit. Verùm, inquit ferè quantum ad substantiam in sua de* S. Brunone *Historia seu Vita Zanottius, sæpius jam suprà laudatus, multùm hîc errat Pentimallius, cùm oratio illa, ut Antonius Maggius, Augustinianus Bononiensis, in Opere, quod anno* 1700 *typis edidit, probatum dat, à S. Augustino, civitate Hipponensi, cujus episcopus erat, à Wandalis undique obsessa, fuerit composita, quò eâ & gregem sibi commissum ad divinum auxilium implorandum animaret, & propria sua peccata ante Crucifixum genuflexus amarè plangeret. Alia de Operibus, quæ vel Sancti sint, vel ei attribuantur, dicenda non invenio, ac proîn ad alia, quæ ad eum pertinent, jam propero.*

D

§ XLIV. Benevolum iterum erga se Sanctus comitem Rogerium, decretorio morbo jam decumbentem, experitur, huncque deinde vita functum haud dudum pòst sequitur, confirmatis ei antea à Paschali Papa donationibus omnibus, privilegiisque, quæ vel à comite Rogerio vel ab aliis acceperat.

Rogerius comes, morti proximus, & singulari in Brunonem amore

Milites omnes, qui in obsidione Capuana Rogerium comitem, dominum suum, Capuanis prodere voluerant, captique, cùm proditionis consilium exsecutioni jam jam essent mandaturi, fuerant, Sancto nostro hic in servitutem perpetuam, dato, quod § 39 *integrum ferè recitavi, diplomate, anno* 1099 *ex dictis jam tradiderat; verùm cùm in hoc singulorum illorum militum, filiorumque eorumdem, quos simul Sancto Turritanæque eremo in servitutem perpetuam is princeps pariter tunc dederat, nomina non essent expressa, Lanvinus, monasterii S. Stephani Prior, ad majorem donationis firmitatem à comite Rogerio ex ægritudine, è qua obiit, Mileti decumbente, diploma aliud, in quo hæc singillatim exprimuntur, postulavit, princepsque, singulari suo in* S. Brunonem *amore, ut dubitandum non apparet, non parùm ad id impellente, postulationi ejus annuens diploma, quale is cupiebat, impertiit. Exstat id, sed initio, quantùm opinor, mutilum, apud Surianum in Annotationibus ad conscriptam à Surio Sancti Vitam pag.* 234 *& sequentibus.*

Turritanæ eremo novum, quo, quos huic antè in servitutem dedit.

716 *Hisce verbis concipitur:* Hæc sunt nomina & lineæ servorum & villanorum centum duodecim, qui inventi sunt cum Sergio proditore in obsidione civitatis Capuæ Kalendis Martii, Incarnationis Domini anno millesimo nonagesimo octavo, Indictione sexta, quos ego Rogerius, Calabriæ & Siciliæ per Dei voluntatem comes, pro miraculo, quod Deus dignatus est mihi visibiliter ostendere orationibus B. Brunonis ad salutem fidelium christianorum, qui mecum erant, & meam, donavi eidem P. Brunoni, ejusque successòribus non solùm ipsos, sed etiam filios filiorum suorum usque in sempiternum, in servos perpetuos & villanos cum omnibus bonis eorum mobilibus & stabilibus, habitis & habendis, ubique locorum sistentibus, cujuscúmque sint artis sive negotii, sive marinarii; quos proditores ex sententia interfici diversis generibus suppliciorum damnaveram; sed ad petitionem dicti P. Brunonis tum eis mortem pernicioſam peperci; & ad ecclesiarum B. Mariæ de eremo & B. Prothomartyris Stephani obligavi perpetuas servitutes & villanigia, & inde fieri feci chirographum apud Squillatium cum donatione, quam feci de monasterio S. Jacobi de Muntauro & tenimenti sui. Sed eorum nomina & lineæ non habentur in eodem chiro-

A chirographo. Ad petitionem autem F. Lanvini, Prioris eccleſiæ S. Stephani, iſto privilegio juſſi poni in memoriam ſempiternam, & hæc nomina & lineæ dictorum ſervorum & villanorum.

nominatim expreſſit, diploma concedit.

717 *Rogerius modò familiarum, quas in ſervitutem perpetuam* S. Brunoni *ejuſque ſucceſſoribus dedit, nomina recenſet, quæ, qui volet, inveniet loco citato apud Surianum, qui primò quidem in horum nonnulla, quæ tranſcribit, ita obſervat:* Nomina harum familiarum impræſentiarum perſeverant pro magna parte, & degunt in pagis, monaſterio (*Turritano ſcilicet in Calabria ſeu S. Stephani de Nemore*) ſubjectis in utroque foro, qui ſunt Serra, Spatul, Biuungium, Gaſparina & Montaurum, & in Monte-pavone in temporalibus tantùm ſubjecto, ubi putatur fuiſſe Olivianum vel Arunchum, & in aliis circumpoſitis pagis & oppidis. Quædam mutaverunt vocales litteras vel ſyllabas paucas. *Deinde verò, reliquarum, quas Sancto in ſervitutem Rogerius dedit, familiarum allatis nominibus, diplomatis, ſeu privilegii, cujus jam initium dedi, finem ſeu clauſulam ſubnectit: ſic autem hæc habet:* Hæ ſunt centum duodecim lineæ ſervorum & villanorum, quos dedi P. Brunoni & ſucceſſoribus ejus cum omnibus bonis eorum, ubicúmque ſint, in perpetuum & habitent ubicúmque & ii fuerunt quaſi omnes de tenimento Squillacii & Suberati. Hoc privilegium ſcriptum eſt quarto Junii menſis in capella S. Martini, quæ ſita eſt in medio civitatis Mileti, infirmo exiſtente Domino meo comite, per manus mei Fulconis capellani dicti domini comitis, & recitatum in camera, ubi idem dominus meus comes infirmus jacebat, præſente domina mea Adelaïde comitiſſa & concedente Malgerio domini comitis filio, præſentibus Petro de Moritonio, Roberto de Layna, Toraldo Carbonello, Raynaldo de Climpcam, Uberto de Selona, Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo centeſimo primo, Indictione nona. Amen. ✠ Rogerius comes. Adelaïs comitiſſa. Petrus de Moritonio. Malgerius, filius comitis Rogerii. Robertus de Layna. Thoraldus Carbonellus. Raynaldus de Climpcam. Ubertus de Solona. Ego Fulco domini comitis Rogerii capellanus de mandato ejus hoc privilegium ſcripſi & me ſubſcripſi.

B

C

Quædam in id Surianus rectè obſervat.

718 *Mörkenſius, qui in chronologico-diplomaticam, quam de* S. Brunone *digeſſit, Diatribam Ms. inſtrumenti hujus partem intulit, ſigillum plumbeum autographo è corda eſſe appenſum, è litteris, quas ex Italia, id eſt, è Turritana, nî fallar, Cartuſia acceperit, obſervat., atque ad amuſſim ferè cum Suriano tum in dicti inſtrumenti clauſula, quam integram dat, tum in perſonis, eidem inſtrumento ſubſcriptis, convenit. Nec inobſervatum relinquit, non uno eodemque modo eorum, qui diplomatibus, quæ dedit, ſubſcripſerunt, nomina ubique exarari; illum enim, qui exempli gratiâ in uno diplomate* Ubertus de Solma *vocatur, in altero* Ubertum de Solona *aut* de Selona *appellari; verùm addit, quod & mihi hîc dicendum eſt, ſeſe, cùm inſtrumentorum illorum autographa ad manum non habeat, ſintne hoc vel iſto modo nomina illa ſcribenda, definire non poſſe. Atque hæc quidem in inſtrumentum illud Mörkenſius; verùm, cùm fieri poſſit, ut non nemo fortè, an Rogerius, qui proditionis Capuanæ reos* Brunoni *in ſervitutem tradidit, Sanctuſque, qui eoſdem hoc modo ſibi ſubjici permiſit, contra manſuetudinem chriſtianam non peccârit, hæreat dubius, è more,* Brunonis *ætate juſtis de cauſis recepto, omni hunc fuiſſe culpa immunem, Surianus in ſuis in contextam à Surio Sancti Vitam Annotationibus pag.* 247 *& ſequentibus rectè oſtendit. Porrò, ſi auctori huic fides ſit, Rogerius comes, non ſolùm, quo de agimus, diploma ſeu privilegium in* S. Brunonis *Turritanæque eremi favorem anno* 1101 *conceſſit, verùm etiam duo adhuc alia.*

AUCTORE C. B.

At veroſimiliùs, dum alia adhuc diplomata anno 1101 *à Rogerio comite*

719 *Etenim, poſtquam in Chronotaxi, quam ſuis in* S. Brunonis *Vitam Annotationibus adjecit, factam diplomatis, quo datos à ſe* S. Brunoni *in ſervitutem proditionis Capuanæ reos, expreſſis ſingulorum nominibus, Rogerius comes recenſuit, conceſſionem verbis ſuprà datis ad dictum annum* 1101 *commemoravit, mox ad eumdem annum ſubjungit:* Item alio ſub diplomate dedit prædictus Rogerius comes eccleſiæ B. Mariæ de eremo, & magiſtro Brunoni caſale Aruchium cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes villanos. Inſuper conceſſit eidem eccleſiæ B. Mariæ & ſupradictis fratribus ſuis molendinum ſubtus Squillatium, conſtitutum ad fontem de Alexi. Hanc donationem rurſus confirmavit prædictus comes in grandi & peremptoria ſua ægritudine coram Roberto, electo Melitenſium epiſcopo, & Joanne Squillacino epiſcopo. *Abs hiſce, quæ hîc Surianus tradit, non prorſus abludit in Hiſtoria Ordinis Cartuſienſis Proſpectu Camillus Tutinus, ita ad annum* 1102 *ſcribens:* Comes Rogerius donat monaſterio S. Mariæ de heremo, nec non Brunoni & Lanvino monachis & ſucceſſoribus in perpetuum tria caſtra Aruncum, Montem-aureum & Olivianum & eorum cives atque inſuper molendinum in civitate Squillacii. *Verùm, præterquam quod Tutinus hæc ad annum* 1102, *quo ex dicendis comes Rogerius jam obierat, perperam indubiè commemoret, non ſatis capio, quî verum eſſe queat, vel tria caſtra, Aruncum nempe, Montem-aureum ſeu Mentaurum, & Olivianum unà cum Squillacenſi molendino, ut Tutinus hîc ſcribit, vel etiam dumtaxat Aruncium & præfatum molendinum, ut Surianus ait, Sancto noſtro poſt annum* 1099, *uti ambo hi ſcriptores tradunt, à comite Rogerio conceſſa primùm fuiſſe; etenim, ut diploma, num.* 637 *& ſeqq. recitatum, fidem facit, molendinum illud & duo è tribus dictis caſtris, Mentaurum nimirum & Olivanum ſeu Olivianum, fuêre ab hoc principe* S. Brunoni *Turritanæque eremo jam inde ab anno* 1099 *collata, tertiumque, quod alii* Aruncum *ſeu* Arunchum, *alii* Aruncium *vocant, jam inde etiam ab anno* 1094, *uti è diplomate, num.* 582 *& binis ſeqq. huc tranſcripto, liquet. Credo itaque, aut binos laudatos ſcriptores tantùm velle, à comite Rogerio caſtrorum illorum ſeu (adi num.* 717) *pagorum donationes, Sancto noſtro priùs factas, novis datis diplomatibus ſemel atque iterum fuiſſe poſt annum* 1099 *confirmatas, aut, quod veroſimilius reor, non tantùm Tutinum, quod quiſque, cùm in ipſo anno, quo res geſta ſit, ex jam dictis certò erret, facilè admittet, verùm etiam Surianum hallucinari.*

E

F

Brunoni data fuiſſe ſcribit, hallucinatur.

720 *Atque id quidem etiam quantùm ad poſteriorem hunc ſcriptorem haud admodùm difficulter induco in animum, quòd in diplomatis, mox memorati annoque ex dictis* 1099 *dati, parte, quam ipſemet Operis ſui pag.* 223 *& ſeqq. recitat, tum Aruncii, tum Squillacenſis molendini donatio,* S. Brunoni *à comite Rogerio facta*

AUCTORE C. B.

occurrat. Nec eſt, quòd pro Suriano hìc reponas, cemitem Rogerium reorum dumtaxat, quos Sancto per diploma anni 1099 *in ſervitutem tradidit, & monaſterii S. Jacobi de Mentauro, quod* S. Brunoni *per diploma itidem anni* 1099 *impertiit, in diplomate anni* 1101, *quo donationes anno* 1099 *Sancto à ſe factas recenſet, facere mentionem, ac proîn, non Surianum, qui Arunchum & molendinum ſubtus Squillacium* S. Brunoni *anno* 1101 *à comite Rogerio datum fuiſſe ſcribit, hallucinari, ſed diploma anni* 1099 *num.* 637 *& ſeqq. huc tranſlatum, quo & hæc & alia multa, proximè recitatis Tutini verbis partim memorata, Sancto comes dederit, eſſe corruptum; Arunchum enim ſeu Aruncum* S. Brunoni *comes non primùm per diploma anni* 1099 *impertiit, ſed jam antea (adi num.* 583) *per diploma anni* 1094 *impertito terminos ſeu limites (videſis num.* 641) *juſſit apponi; quod verò pertinet ad molendinum ſubtus Squillacium, hoc quidem unà cùm Oliviano ſeu Olivano aliiſque nonnullis per diploma anni* 1099 *Sancto primùm largitus eſt comes Rogerius; verùm præterquam quod non pauca ex his ad monaſterium S.*

B

Jacobi de Mentauro ſpectarent, ſicque hujus mentionem in dicto anni 1101 *diplomate faciens Rogerius mentionem pariter illorum faciat, fieri poteſt, ut hic princeps donationes, quas in* S. Brunonem *anno* 1099 *contulerat, non omnes, ſed præcipuas dumtaxat commemorare in præfato anni* 1101 *diplomate voluerit; ut proinde, quas in hoc non recenſet, factas dicto anno* 1099 *non fuiſſe, conſequens non ſit. Jam verò cùm hæc ita habeant, non tantùm Tutinus, ſed etiam Surianus, dum, anno* 1101 *Arunchum & Squillacenſe molendinum Sancto noſtro à comite Rogerio datum fuiſſe ſcribit, fuerit hallucinatus.*

Qui factum eſſe queat, ut in errorem hunc lapſus ſit.

721 *Atque id ex eo factum ſuſpicor, quòd, cùm comitem Rogerium, Arunchi, molendini Squillacenſis, aliarumque multarum rerum donationes, quas Sancto antea fecerat, anno* 1101 *confirmâſſe alicubi legiſſet, confirmationem hanc pro prima donatione quantùm ad Arunchum & molendinum Squillacenſe acceperit, in erroneam hanc opinionem inductus, partim quòd datum num.* 582 *& binis ſeqq. diploma ad manum non habuerit, animumque ad recitatum à ſe anni* 1099 *diploma non adverterit, partim quòd diplomatis, quo anno*

C

1101 *donationes omnes, antea à ſe* S. Brunoni *factas, comes Rogerius confirmâvit, partem dumtaxat, ſuprà huc allatam, in quo nec Arunchi, nec molendini Squillacenſis mentio fit, ad manum habuerit. Ne verò quis putet, perperam à me, quod ex comitis Rogerii anni* 1101 *diplomate ſuprà huc tranſcriptum eſt, pro hujus dumtaxat parte haberi, Mörkenſius in Chronologico-diplomatica ſua de* S. Brunone *Diatriba ad annum* 1101 *ſic ſcribit:* Rogerius comes Calabriæ & Siciliæ in peremptoria ægritudine ſua donationes, immunitates ac privilegia S. Brunoni ac fratribus eremi Calabrinæ hactenus conceſſa confirmat datâ chartâ apud Miletum IV Junii, in qua & Capuanæ proditionis reos nomine quemlibet ſuo exprimit. *Hæc Mörkenſius, qui, uti ipſemet ait, integrum comitis Rogerii diploma, poſtremò huc tranſcriptum, præ manibus habuit; cùm autem diploma, cujus verbis recitatis meminit, quartâ, ut ait, Junii datum fuerit, de alio ſanè diplomate, quàm quo Rogerius comes ſingulorum, quos Sancto in ſervitutem tradidit, nomina expreſſiſſe à Suriano narratur, non loquitur; quod cùm ita ſit, conſequens eſt, ut hoc Rogerius non tantùm nomina illa recenſuerit, verùm etiam donationes omnes,* S. Brunoni *anteà factas, confirmârit, utque proinde, cùm diploma illud, prout apud Surianum exſtat, confirmationem illam non complectatur, non pro inſtrumento integro, ſed pro ejuſdem parte dumtaxat poſſit haberi.*

D

Comes Rogerius diem extremum claudit,

722 *Surianus porrò, poſtquam hanc in medium adduxit, paucis dumtaxat, quæ hìc commemorari neceſſe non eſt, interjectis ſubjungit:* Cæterùm hoc ipſo, *quo nempe ultimò jam memoratum diploma datum notatur,* menſe Junio (XXI die, ut in emortuali libro Cartuſiæ illius, *Calabrinæ nempe S. Stephani*, legitur, *vel* XXII ut in Caſſinenſi) Rogerius comes obiit anno MCI, ut habet Chronicon Lupi Protoſpatæ, qui hoc tempore vivebat in Apulia, quamvis malè Julium habet pro Junio, fortè ſcriptoris vitio. Felix vel hoc nomine princeps, quòd poſt hanc liberaliſſimam donationem, velut in altero ſæculo recepturus mercedem ad Deum ſtatim migrârit pulcherrimis miſericordiæ fructibus cohoneſtatus; quem trimeſtri tantùm pòſt evoluto ſpatio ſequutus eſt S. Bruno, eodem, quo Rogerius, anno de iſtis mundi turbinibus extractus, de morte jam proxima lætus & de vicina acceſſitione ſecurus, poſtquam præceſſiſſe eum vidit, de cujus adhuc unius ſalute cogebatur eſſe ſollicitus. Quem etiam tantò ocyùs & feſtinantiùs ſequi voluiſſe viſus eſt, ut apud ſummum judicem Deum pro animæ ejus abſolutione, ſi fortè locis obnoxia purgatoriis teneretur adhuc, fiducialiùs intercederet, oblatis priùs ſacrificiis corporis & ſanguinis illius, qui à Matre quinque ſiclis olim fuerat redemptus. *Ita ille & rectè quidem, quantùm opinor, Rogerium comitem menſe Junio, non Julio, ut Lupus Protoſpata ſcribit, obiiſſe, è Cartuſiæ S. Stephani Necrologio contendit, licèt interim Fazellus lib.* 7, *decade* 2 *& poſt hunc Rocchus Pirrus in regum Siciliæ Chronologia pro menſe Julio ſtent; menſem enim hunc Rogerio emortualem à Fazello notari, ſola Lupi Protoſpatæ, ni fallar, auctoritate eſt factum, nec rarò fit, ut in Lupi Chronico, quòd in hujus autographo, ut apparet, menſium nomina unica dumtaxat capitali ſeu initiali littera exarata fuerint, menſis Martius pro Maio aut contrà, itemque menſis Julius pro Junio aut contrà à librariis poſitus inveniatur. Jam verò, cùm res ita habeat, Rogerius ſeptem dumtaxat aut octodecim dies à dato, quo, quaſcúmque antea* S. Brunoni *fecerat, donationes confirmavit, diplomate in vivis manſit ſuperſtes.*

E

F

eique, extremùm laboranti, aut ipſemet Sanctus aſtitit, aut alium è ſuis.

723 *Sanctum noſtrum unà cum Lanvino ad Rogerium, extremo ſuo morbo Mileti laborantem, accurriſſe, piiſque adhortationibus & monitis in graviſſimis decretoriæ ægritudinis moleſtiis aſſiduè eumdem eſſe conſolatum, Zanottius in conſcripta à ſeſe Sancti Vita ſeu Hiſtoria, uti eam vocat, cap.* 30 *ſcribit, addens etiam* Brunonem *cùm Mileto, è vivis jam ſublato comite Rogerio, in Turritanam eremum eſſet reverſus, exſequias pro principe illo, cui ſanè plurimùm erat obſtrictus, celebrari, magnumque Miſſarum numerum fieri curâſſe, ac monachis ſuis præterea injunxiſſe, ut precibus, jejuniiſque ac aliis pœnitentiæ operibus multiplicatis divinam Miſericordiam pro principis in Turritanam eremum beneficentiſſimi anima implorarent. Ita loco citato ille. Et ſanè hoc poſtremum, quod etiam à Sancto factum fuiſſe, Surianus verbis proximè recitatis in fine innuit, nemo facilè, quantùm opinor,*

A *nor, qui Sanctum ab ingrati animi vitio longiſſimè haud dubiè exſtitiſſe alienum, conſiderârit, in dubium revocabit, etſi interim res nullo plane antiquitatis teſtimonio confirmata inveniatur. Nec, quin Sanctus aut ipſemet ad comitem Rogerium, graviſſimo morbo, quo diem extremum clauſit, Mileti decumbentem, quò eum in ægritudinis moleſtiis ſolaretur, piiſque monitis ad æternitatis iter præpararet, ſeſe contulerit, aut ſaltem Lanvinum aliumve è ſuis, qui id præſtaret, miſerit, ambigendum videtur, cùm anno* 1098, *ut ſuprà vidimus, eumdem comitem Rogerium, ut eum in morbi, quo ab obſidione Capuana reverſus Squillacii tum decumbebat, moleſtiis ſolaretur, quatuor etiam ſibi adjunctis ſociis, adierit, nec Miletum à Turritana eremo multò longiùs, quam Squillacium, ſit remotum.*

qui id fecerit, miſit; omnia hactenus ſibi conceſſa

724 *Attamen, cùm Sanctus jam inde ab anno* 1100 *aut etiam (adi num.*678) *jam inde ab anno* 1099 *continuis ferè ac gravibus, uti ipſa epiſtola, ſuprà jam data, quam tunc per Landuinum ad Majoris Cartuſiæ fratres miſit, fidem*

B *facit, infirmitatibus laborârit, nec dudum pòſt, uti infra videbimus, è mortali hac vita ad immortalem migrârit, fueritne tunc ille, quo minùs ipſemet comitem, adverſa valetudine Mileti laborantem, adiret, morbo impeditus, non parùm ambigo, licèt interim, quin vel ipſemet Sanctus id fecerit, vel alium ſuî loco ad Rogerium miſerit, dubitandum non arbitrer, ut jam dixi. Utut interim res habeat, ſummâ equidem curâ amantiſſimi principis, à quo plurima beneficia acceperat, ſalutem* S. Brunoni *fuiſſe, facilè quiſque ex jam dictis intelliget. Nec vero apparet abſimile, precibus ſuis apud Deum effeciſſe illum, ut comes Rogerius vitam, inter aſſiduas ferè belli turbas actam, felici exitu tandem terminaret, è miſera hac lacrymarum æruminarumque valle ad æterna cæli gaudia tranſlatus. Haud dudum porrò, ut jam monui, poſt Rogerii comitis obitum Sanctus quoque è vivis exceſſit; antè tamen quàm id fieret, donationes, immunitates, diplomata omnia, Turritanæ eremo hactenus conceſſa, à Paſchale II, ſummo Pontifice, qui Urbano II anno* 1099 *è vivis ſublato, in S. Petri Cathedram ſucceſſerat, confirmari impetravit. Anno ſcilicet* 1101, *ad Julium jam provecto, Miletum venerat Paſchalis, hacque occaſione poſtulari ab eo curavit, aut etiam ipſemet per ſe Sanctus poſtulavit, ut, quæ Turritanæ eremo ſive*

C *à comite Rogerio, ſive ab aliis quibuſcúmque fuerant collata, ea ipſe novâ conceſſâ bullâ roboraret, ſancti autem Viri poſtulato benigniſſimè Pontifex annuit.*

à Paſchali Papa confirmari obtinet,

725 Paſchalis Papa, *inquit ad annum* 1101 *in Chronotaxi, ſuis ad contextam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus addita, pag.* 403 *Surianus*, Mileti exiſtens VI Kal. Auguſti ad petitionem S. Brunonis & Lanuini donationem loci, quem pro habitatione ſua (Bruno *ſcilicet ejuſque ſocii*) elegerant, factam ab egregiæ memoriæ comite Rogerio, & confirmatam ab Urbano II, rurſus diplomate ſuo confirmat, itemque donationes alias & privilegia, eiſdem conceſſa. *Tutinus, donationem dumtaxat, quâ Rogerius comes* S. Brunoni *tria caſtra Aruncum, Montem-aureum, & Olivanum, atque inſuper Squillacenſe molendinum impertierat, à Paſchali confirmatam fuiſſe, in Hiſtoriæ Cartuſienſis Proſpectu pag.* 14 *ſcribit. Verùm Suriano aſſentiendum mihi ſuadet Morkenſius, qui, Bullam aut, ſi mavis, Breve, quod* Brunoni *Paſchalis impertiit, integrum hactenus in Calabrina S. Stephani domo ſeu Cartuſia aſſervari, in chronologico-diplomatica ſua de* S. Brunone *Diatriba affirmat, hunc que præterea ſcribit in modum:* Paſchalis II Papa VI Kal. Auguſti anno MCI Mileti exiſtens omnes donationes, immunitates cæteraque privilegia, à Rogeriis duce & comite conceſſa, ab epiſcopis (*adi num.*558 *& ſeq.*) Rheginenſibus & Squillacenſibus approbata, & ab Urbano II confirmata, datâ bullâ corroborat. *Ita ille, & rectè quidem, quantùm opinor, licèt interim ipſam bullam Pontificiam, quò certiùs de illis, quæ hìc memoriæ prodit, pronuntiare poſſem, ad manum vellem habere.*

AUCTORE C. B.

in graviſſimum morbum incidit, fideique profeſſione,

726 *At verò, cùm modicum dumtaxat temporis ſpatium poſt conceſſam à Paſchale Bullam eſſet elapſum, languore ſeu infirmitatibus, quibuſcum Sanctus, ut dictum, jam ab anno* 1100 *aut etiam paulò citiùs fuerat conflictatus, paulatim ingraveſcentibus, graviſſimum incidit in morbum, quo tandem ad extrema deductus è mortali hac vita ad immortalem, vocante eum ad cæleſtes nuptias Domino, migravit; ut autem Vir ſanctus mortem ſibi appropinquare ſenſit, fratres ſuos ſeu diſcipulos ad ſe vocavit, eiſque totius vitæ ſuæ ab infantia curſum expoſuit, aliaque præſtitit, quæ in encyclica, quam de ſancti Patris ſui obitu ſcripſerunt, quamque integram Titulis funebribus præmittam, epiſtolâ religioſi Turritanæ eremi incolæ exponunt.* Sciens, *inquiunt*, quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, convocatis fratribus ſuis ab ipſa infantia ſingulas ætates ſuas replicavit, & totius temporis ſui ſcientiâ & ſententiâ dignum, *id eſt, ut Mabillonius in Annalibus lib.* 70, *num.* 29 *interpretatur,* "Divi-
„na animadverſione dignum„ proclamavit. Poſtea fidem ſuam de Trinitate protracto & profundo ſermone expoſuit & concluſit ſic. *Profeſſionis fidei modò, quam Sanctus tunc emiſit, partem ſubjungunt; verùm hanc, tum ut, quod ſuprà promiſi, præſtem, tum ne hîc pretioſum venerandæ antiquitatis puræque ac illibatæ Sancti noſtri fidei monumentum ſtudioſo lectori deſiderandum relinquam, integram huc transferre lubet è quarto, cui ad pag.* 400 *exſtat inſertum, Analectorum Mabillonii tomo.*

quæ huc è Mabillonii Analectis tranſcribitur,

727 *Ita habet:* Credo firmiter in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, Patrem ingenitum, Filium unigenitum, Spiritum Sanctum ex utroque procedentem, & has tres perſonas unum Deum. Credo, quòd idem Dei Filius conceptus ſit de Spiritu Sancto ex Maria Virgine. Credo, quòd Virgo caſtiſſima fuerit ante partum, virgo in partu, & poſt partum virgo in æternum permanſerit. Credo, quòd idem Dei Filius conceptus ſit inter homines, ut verus homo, ſine peccato. Credo, quòd idem Dei Filius invidioſè à perfidis Judæis captus ſit, injurioſè tractatus, injuſtè ligatus, conſputus, flagellatus, mortuus & ſepultus. Deſcendit ad inferos, ut captivos ſuos inde liberaret, deſcendit propter redemptionem noſtram, & reſurrexit. Aſcendit ad cælos, inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Credo Sacramenta, quæ Catholica credit & veneratur Eccleſia: & nominatim, quod conſecratur in altari, verum Corpus eſſe, veram Carnem, & verum Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem & nos accipimus in remiſſionem peccatorum noſtrorum, in ſpem ſalutis æternæ. Credo carnis reſurrectionem, vitam æternam. Amen. Confiteor & credo ſanctam atque ineffabilem

E F

Trini-

AUCTORE C. B.

Trinitatem, Patrem, & Filium & Spiritum Sanctum, unum Deum naturalem, unius ſubſtantiæ, unius naturæ, unius majeſtatis atque virtutis. Et Patrem quidem non genitum, non creatum, ſed ingenitum profitemur. Ipſe Pater à nullo originem ducit, ex quo Filius nativitatem, & Spiritus Sanctus proceſſionem accepit. Fons ipſe igitur & origo eſt totius divinitatis: ipſe quoque Pater eſſentiâ quidem ineffabilis, ſubſtantiâ ſuâ Filium genuit ineffabiliter, nec tamen aliud, quàm quod ipſe eſt. Genuit Deus Deum, Lux Lucem. Ab ipſo ergò eſt omnis paternitas in cælo & in terra. Amen.

quæque pro documento ſpurio habenda non eſt, emiſſa,

728 *Monumentum hoc apud Mabillonium ſequentem in capite titulum aut, ſi mavis, ſcriptam à Sancti diſcipulis notulam præfert:* Fidem magiſtri Brunonis, quam communiter fratribus ſuis proteſtatus eſt, cùm horam ſibi appropinquare ſenſiſſet, ut omnis carnis viam ingrederetur, ſcriptam ſervare curavimus, eò quòd ſatis intimè coram Deo nos illius fidei teſtes eſſe rogaret. *Surianus, qui quoque monumentum illud integrum, à Mabilloniano exemplari in nonnullis dumtaxat exigui momenti lectionibus diverſum, in ſuis ad concinnatam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus pag.* 253 *& ſeq. recitat, fuiſſe id in domo S. Stephani anno* 1514, *quo hanc poſtliminio ad Cartuſienſem Ordinem revocari contigit, in fine cujuſdam veteris Menologii repertum, obſervat; ut proinde, quâ id Sancti diſcipuli, Calabrinam eremum incolentes, ſervari ſeſe curâſſe, produnt, exſtans apud Mabillonium, moxque huc tranſcripta notula pro ſuſpecta habenda non ſit. Nec eſt, cur ſcrupulum cuiquam moveat, quòd religioſi Turritanæ eremi incolæ in epiſtola encyclica proximè laudata de Sancto dicant,* Fidem ſuam de Trinitate protracto & profundo ſermone expoſuit & concluſit ſic, "Credo etiam Sacramenta, quæ „ſancta credit & veneratur Eccleſia, & nomina„tim panem & vinum, quæ conſecrantur in al„tari, poſt conſecrationem verum Corpus eſſe „Domini noſtri Jeſu Chriſti, veram Carnem & „verum Sanguinem, quæ & nos accipimus in „remiſſionem peccatorum noſtrorum, & in ſpe „ſalutis æternæ, „ *nec tamen verbis hiſce concludatur modò data, quam Sanctus morti proximus emiſit, fidei profeſſio; etſi enim hiſce de recondito Euchariſtiæ Sacramento verbis alia nonnulla, quæ ad fidem de ſanctiſſima Trinitate ſpectant, in jam recitato è Mabillonii Analectis monumento ſubdantur, ipſo tamen etiam hujus initio verba, quibus ſuam Sanctus de eadem ſanctiſſima Trinitate fidem expoſuit, ponuntur, nec niſi poſt verba, quibus, quæ alia adhuc crederet, Sanctus profeſſus eſt, ſequuntur proximè huc tranſcripta, quibus ſuam de ſanctiſſimo reconditoque Euchariſtia Sacramento fidem fratribus adſtantibus declaravit.*

ſexta Octobris die anni 1101 *è vivis excedit,*

729 *Quod cùm ita ſit, meritò utcúmque Turritanæ eremi incolæ ſeu* S. Brunonis *diſcipuli in præfata epiſtola encyclica, ſanctum Patrem ſuum, quam jam moriturus emiſit, fidei ſuæ profeſſionem iis, quæ de Euchariſtia crederet, concluſiſſe ſeu terminâſſe, aiunt, licèt interim verbis, per laudatos Sancti diſcipulos allatis, quibus id fecit, alia nonnulla de ſanctiſſima Trinitate ſubdantur. Quòd ſi id diſpliceat, dicendum equidem potiùs videtur, Turritanæ eremi Sancti diſcipulos in loquendo minùs fuiſſe exactos, quàm antiquum, quod è Mabillonii Analectis dedi, documentum eſſe corruptum, aut in ordine, quo, quæ complectitur, tam apud hunc, quàm apud Surianum poſita ſunt, eſſe perturbatum. Quid hoc præterea ratione doctrinæ, doctrinæ Berengarianæ è diametro quantùm ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum oppoſitæ, annotandum offerat, facilè quiſque ex iis, quæ num.* 68 *& ſeq. dicta ſunt, perſpiciet. Quare eò remiſiſſe lectorem contentus, ea modò, quæ de tempore, quo Sanctus ad Superos migravit, dicenda hîc reſtant, expedio. Sancti in Turritana eremo diſcipuli in epiſtola encyclica, ad diverſas eccleſias monaſteriaque ſcriptæ jamque ſæpiùs laudata, quâ hiſce dilectiſſimi Patris ſui obitum nuntiârunt, preceſque pro ejus anima ab iiſdem poſtulârunt, ita ſub finem ſcribunt:* Proxima die Dominica ſancta illa anima (Brunonis *videlicet*) carne ſoluta eſt pridie Nonas, *id eſt, ſexta die,* Octobris anno Domini milleſimo centeſimo primo. *E carminibus, quibus Epitaphium, Sancti tumulo appoſitum infráque huc tranſcribendum, conſtat, penultimum ſic habet:* Carnis vincla dies Octobris ſexta reſolvit. *Quare, cùm proximè à Sancti obitu dicta epiſtola encyclica ſcripta ſit, nec dudum etiam poſt epitaphium illud Sancti tumulo appoſitum fuiſſe videatur, dubitandum ſanè nullo modo eſt, quin* Bruno *& anno* 1101 *& ſexta Octobris die ad Dominum migrârit; ut enimverò mirandum ſit, Tutinum in Hiſtoriæ Cartuſienſis Proſpectu, pag.* 14 S. Brunonis *obitum anno* 1102 *innexuiſſe.*

nec alio anno Sancti obitum Ruinartius conſignat.

730 *Nec minùs mirandum eſt, Hiſtoriæ litterariæ Franciæ Scriptores tom.* 9 *in inferiori paginæ* 239 *ora notare, concipi non poſſe, qui Ruinartius in Urbani II Papæ Vita, num.* 2 *pag.* 8 S. Brunonis *obitum anno* 1099 *innectat; ibi enim Ruinartius, non de* Brunone, *ſed de Urbano II Papa, qui hoc anno obierit, ſermonem facit, nec alibi, quod ſciam, in eadem Urbani Papæ Vita alio anno, quàm nos Sancti noſtri obitum conſignat; ut proinde illum malè interpretati laudati Scriptores veroſimillimè fuerint. Porrò antiquior Sancti noſtri biographus de eo num. ultimo ita prodit memoriæ:* Migravit ad Dominum poſt egreſſum Cartuſiæ undecimo anno nec plùs nec minùs, ſicut in libris Conſuetudinum domni Guigonis, quæ ſunt in domo Cartuſiæ, continetur; *verùm in verbis hiſce errorem cubare, vocibuſque* undecimo anno nec plùs nec minùs *ſubſtituendas eſſe, quas ſuppeditatum à primorum quatuor Cartuſiæ Priorum chronologo hîcque num.* 7 *jam datum Sancti elogium exhibet, has ſequentes,* Undecimo plùs minùs anno, *palàm eſt ex iis, quæ* § 30 *de tempore, quo Sanctus è Cartuſia Romam ab Urbano II Papa arceſſitus fuit, diſſerens num.* 518 *& ſeq. in medium adduxi. Atque hæc de anno & die, quo* Bruno *è mortali hac vita ad immortalem migravit, dicta ſufficiant; ad ea modò, quæ Sancti obitum ſecuta ſunt, gradum faciamus.*

§ XLV.

§ XLV. Qua in eremi Turritanæ eccleſia Sanctus fuerit ſepultus, & quid de miraculis, ſepulturam ejus ſecutis, aliiſque nonnullis, ad eum utcúmque ſpectantibus, ac tempus, quo in Sanctorum, ſeu potiùs Beatorum album relatus fuit, prægreſſis, ſit cenſendum.

Sancti corpus in eccleſia S. Mariæ de eremo, aut in adjuncto huic

A

B

C

cœmeterio veroſimiliùs terræ

Cum duæ, ut jam ſuprà docui, in Turritana eremo eccleſiæ, quarum una ſanctiſſimæ Dei Genitrici Mariæ & S. Joanni Baptiſtæ, altera eidem Dei Genitrici & S. Stephano protomartyri ſacra eſſet, Sancti noſtri ætate exſtiterint, fueritne is in hac, an in illa terræ mandatus, poteſt non immeritò dubitari, aliis pro priori è duabus illis eccleſiis, aut certè pro hujus, quæ ſimpliciter etiam eccleſia S. Mariæ de eremo *dicebatur, cœmeterio, aliis contrà pro poſteriori è duabus dictis eccleſiis pronuntiantibus, licèt interim in concordiam omnes utcúmque fortaſſis queant adduci, uti ex infrà dicendis pronum erit colligere. Ac* Brunonem *quidem in S. Stephani eccleſia, quæ & temporis lapſu* eccleſia S. Stephani de nemore ſeu de boſco *dicta fuit, ſepultum fuiſſe, Blömenvenna hunc-que ſecutus Surius in conſcripta à ſe Sancti Vita diſertè, ut apparet, affirmant. Binis hiſce Sancti biographis ſeſe deinde junxerunt Mabillonius in Annalibus Benedictinis lib. 70, num. 29, Hiſtoriæ litterariæ Franciæ Scriptores tom. 9, pag. 240 aliique nonnulli. At verò Camillus Tutinus in Hiſtoriæ Ordinis Cartuſienſis Proſpectu, Sanctum noſtrum in eccleſia S. Mariæ de eremo ſepulturam nactum eſſe, non minùs diſertè tradit, pag. 15 ſic ſcribens:* Corpus S. Brunonis à monachis ſepulturæ traditur in eccleſia ſanctæ Mariæ de heremo prope ejus altare. *Adhæc Sancti, vitâ jam functi, corpus, cùm trium dierum ſpatio publicæ venerationi in eccleſia S. Mariæ de eremo expoſitum fuiſſet, ad extremam deinde cœmeterii, huic adjuncti, partem, uti ipſemet injunxerat, delatum, in arca marmorea ibidem ſepultum fuiſſe, in* S. Brunonis *Vita ſeu Hiſtoria cap. 31 Zanottius ſcribit, monumenta Calabriæ Mss. pro ſe laudans; etſi autem, qualia hæc aut quantæ antiquitatis ſint, nuſpiam edicat, Sanctum tamen, non in eccleſia S. Stephani, ſed vel in eccleſia S. Mariæ de eremo, ut Tutinus tradit, vel ſaltem in adjuncto huic cœmeterio, ut Zanottius è monumentis illis memoriæ prodit, terræ mandatum fuiſſe, credendum videtur, quòd eum in monaſterii, in quo ex dictis decem circiter annis vitam eremiticam duxerat, eccleſia aut ſaltem in hujus cœmeterio potiùs, quàm in monaſterii alterius, quod numquam incoluerat, monachiſque, vitæ eremiticæ minùs aptis, exſtruxerat, eccleſia ſepeliri voluiſſe, veroſimile appareat.*

732 *Adhæc Morotius in Chronologico Ordinis Cartuſienſis Theatro pag. 226 ſic ſcribit:* S. Brunone in Sanctorum album relato, ejus corpus ab eccleſia S. Mariæ de Turri ad aliam S. Stephani de nemore tranſlatum eſt. *Ita ille; cui cùm præterea alii nonnulli ſcriptores hîc aſſentiantur, verè fuiſſe* S. Brunonis, *Sanctis ſeu potiùs ob dicenda Beatis jam adſcripti, corpus ad eccleſiam S. Stephani ex eccleſia S. Mariæ tranſlatum, indubitatum apparet, maximè cùm nullus prorſus ſcriptor occurrat, qui contrarium prodat memoriæ. Jam verò cùm id ita ſit, Sanctuſque è loco, quo terræ fuerat mandatus, ad S. Stephani eccleſiam veroſimiliter fuerit tranſlatus, fuiſſe eum in eccleſia S. Mariæ de eremo ſepulturam nactum, veroſimile apparet. At verò, inquies, poſtquam monaſterium S. Stephani à Cartuſienſi inſtituto ad Ciſtercienſe anno 1192 defecerat, abbates illius veriti, ne Cartuſiani ſacras Inſtitutoris ſui reliquias repeterent, ſummâ eas ſemper curâ, ut Blömenvenna & poſt hunc Surius in ſuis de* Brunone *lucubrationibus è facta per Cartuſianorum Neapolitanorum (adi num. 780) Priorem relatione memoriæ produnt, cuſtodierunt, quod ut facerent ſecuriùs, nunc hoc, nunc illo loco, abbate dumtaxat, alioque viro fide digno rem noſcente, ſacra illa pignora collocârunt; ut proinde ex eo, quòd hæc è S. Mariæ de eremo eccleſia ad eccleſiam S. Stephani de nemore ſeu de boſco,* E *cùm anno 1514 Sanctorum ſeu Beatorum catalogo* Brunonem *adſcribi contigiſſet, fuerint tranſlata, conſectarium neutiquam ſit, ut in eadem S. Mariæ eccleſia terræ fuiſſent mandata. Ita contra opinionem, quâ Sanctum, non in eccleſia S. Stephani, ſed in eccleſia S. Mariæ aut ſaltem in hujus cœmeterio ſepulturam nactum arbitramur, poteſt argui.*

fuit mandatum.

733 *Verùm quid ſi ad præfatum Cartuſianorum Priorem, quod de occultatis à Ciſtercienſibus* S. Brunonis *reliquiis Blömenvenna & Surius memorant, falſo dumtaxat rumore fuerit delatum? Eſſe ſanè apparet, cur ita factum putetur. Etenim ſacrum Sancti corpus anno 1513, Sancti canonizationem, uti eam vocant, proximè prægreſſo, in S. Mariæ eccleſia, ut Tutinus in Hiſtoriæ Ordinis Cartuſienſis Proſpectu ad annum 1513 memoriæ prodit, fuit repertum, nec veroſimile videtur, factum id fuiſſe ex eo, quòd abbates S. Stephani pretioſum theſaurum, quò eum occultarent, è monaſterio S. Stephani, commorationis ſuæ loco, in cujus eccleſia primitus fuiſſet reconditus, ad eccleſiam S. Mariæ, à dicto monaſterio ſejunctam ſeu diſſitam, tranſtuliſſent. Jam verò cùm id ita ſit,* F *fuiſſe* S. Brunonem *in eccleſia S. Mariæ aut ſaltem in adjuncto huic cœmeterio terræ mandatum, veroſimiliùs, omnibus conſideratis, apparet. Nec eſt, quòd hîc objicias anno 1513 datam infráque recitandam Leonis X Papæ bullam, in qua (adi num. 755) ſequentia iſthæc,* In cujus (*monaſterii nimirum S. Stephani*) eccleſia corpus S. Brunonis, dicti Ordinis inſtitutoris, dicitur eſſe reconditum, *verba occurrunt; præterquam enim quòd ex aliorum dumtaxat, qui facilè decipi potuêre, relatione ſeu opinione Pontifex ita ibidem loquatur, cellulæ, à* S. Brunone *prope eccleſiam S. Mariæ de eremo exſtructæ quamdamque unà cum hac monaſterii ſpeciem præferentes, jam inde ab anno, quo religioſi hujus, monaſteriique S. Stephani incolæ ad Ciſtercienſem Ordinem ſeſe ex dicendis tranſtulêre, 1192 aut etiam citiùs inhabitari, ut apparet, deſierunt, eccleſiæ S. Mariæ curam interim ac dominium monaſterio S. Stephani gerente; adeò ut hoc abs illo tempore duas eccleſias, alteram nempe S. Mariæ, alteram S. Stephani dictam, habuerit, utque ſub monaſterii S. Stephani de Boſco nomine, non hoc tantùm, ſed etiam S. Mariæ de ere-*

AUCTORE C. B.

AUCTORE C. B.

eremo monaſterium veniſſe videatur. Ita omnino autumo, quòd in monumentis omnibus, anno 1192 *poſterioribus, in quibus de religioſis Turritanæ eremi ædibus ſermo fit, ſolum S. Stephani de Boſco monaſterium memoretur.*

Epitaphium, quod hîc datur, tumulo fuit appoſitum.

734 *Jam verò, cùm id ita ſit,* S. Brunonis *corpus, utut in S. Mariæ eccleſia eſſet reconditum, in monaſterii S. Stephani eccleſia jacêre, à Leone Papa dici abſque veritatis diſpendio in bulla cit. potuit. Nec apparet, Blömenvennam alioſque, qui, Sancti corpus in monaſterio S. Stephani ſeu in hujus eccleſia ſepultum fuiſſe, ſcribunt, de eccleſia ſanctæ Mariæ non poſſe intelligi. Vecùm ſive tandem Sanctus in hac, ſive in illa eremi Calabrinæ eccleſia tumulum nactus fuerit, ſequens equidem ad hunc, uti in conſcripta à ſe Sancti Vita Blömenvenna, ſermonem de* Brunonis *ſepultura inſtituens, teſtatur, Epitaphium fuit appoſitum:*

Primus in hac eremo Chriſti fundator ovilis
Promerui fieri, qui tegor hoc lapide.
Bruno mihi nomen, genitrix Alemania, meque
Tranſtulit ad Calabros grata quies eremi.
B Doctor eram, præco Chriſti, vir notus in orbe,
Deſuper illud erat gratia, non meritum.
Carnis vincla dies Octobris ſexta reſolvit,
Spiritui requiem, qui legis iſta, pete.

Ita ille Sancti noſtri biographus: ei autem in concinnata à ſe Sancti Vita Puteanus etiam conſentit; in poſteriori tamen hujus editione, apud Jodocum Aſcenſium Pariſiis anno 1524 *adornata, in carminibus, quibus jam datum Sancti epitaphium conſtat, mutatio quæpiam facta eſt. Pro primo enim hexametro, veroſimillimè quòd in eo contra Proſodiæ leges ſecunda ſyllaba in vocabulo* Eremus *contrahatur, poſitum eſt hoc aliud:* Primus in hac Chriſti fundator ovilis eremo; *ſecundo autem pentametro eadem veroſimillimè de cauſa ſubſtitutum eſt hoc ſequens aliud:* Tranſtulit ad Calabros grata quies nemoris. *Adhæc Surius pro ultimo Epitaphii recitati pentametro ſequens exhibet:* Oſſa manent tumulo, ſpiritus aſtra petit. *Verùm cùm & in antiquiori Vitæ, à Puteano contextæ, editione, Baſileæ haud dudum poſt annum* 1514 *adornata & in antiquis documentis, ad editionis hujus calcem adjectis, tria jam dicta carmina eodem modo, quo apud Blomenvennam, legantur, fuiſſe ſanè eodem etiam modo primitus ſcripta, Sanctique tumulo appoſita, veroſimillimum, ne dicam, indubitatum apparet.*

C

Prodigio ad hunc fons

735 *Diſcutiamus modò, quæ poſt Sancti ſepulturam contigiſſe narrantur.* Sepultus eſt autem, *inquit in Sancti Vita Blömenvenna,* Vir Dei in monaſterio ſuo Sancti Stephani prothomartyris poſt ſummum altare; ad cujus ſepulcrum fons emanat vivus, qui Divinâ clementiâ & ejus meritis multis fidelium optatæ remedia confert ſanitatis. Ubi etiam, ut alibi legitur, eſt videre mirabile, cæcos illuminari, ſurdos ad auditum reſtitui, mancos mutilatoſque ſanari, leproſos mundari, à dæmone obſeſſos ocyùs repurgari. Verùm his omnibus miraculis, ſi divo Hieronymo creditur, illud eſt magis mirandum, quod ferme omnes in rotulo (*titulorum funebrium edendorum complexo*) prædicto ſtupere ſe oſtendunt, dum toties replicant ac conſona voce prædicant, gloriam illum & honorem tantùm calcare & in tanta vitæ auſteritate, veritate & perfectione curſum vitæ feliciter conſummare potuiſſe. *Ita ille: ne autem quiſquam de fontis, ad Sancti tumulum, uti hic adſtruere videtur, prodigio excitati, veritate fortaſſis ambigat, mox ſubjungit:* Non debet autem cuiquam ſcrupulum movere, ſi fons ille jam ad ſepulchrum Viri Dei non cernatur; fontes quippe miraculosè educti non ſemper ſunt perpetui, ſicut nec fons olei, qui tempore nativitatis Chriſti Romæ legitur emanâſſe. Vidi ego ad ſanctum Mauricium in loco decollationis ejus foramen ſine oleo, per quod olim emanaſſe oleum ab accolis loci illius aſſerebatur. Miracula enim à Domino fiunt in revelationem & commendationem ſanctitatis ſervorum ejus, & ideò, ubi eorum ſanctitas perfectè innotuerit, non numquam miracula ceſſant. De ſancto Nicolao legitur, quòd ex ſacris oſſibus ejus oleum emanaverit; ſed ob demerita populi, uno è ſucceſſoribus ſuis de ſede ſua injuſtè expulſo, fluere deſierit. D

excitatus fuiſſe hic, ut apparet, aſſeritur.

736 Pari modo exiſtimandum eſt de fonte S. Brunonis, nimirum exulante à monaſterio ejus religione, ab ipſo ſanctiſſimè inchoata. Cùm enim Vir ſanctus obdormîſſet in Domino, manſit monaſterium ipſum in propoſito vitæ heremiticæ ſive Ordinis Carthuſienſis, quem priùs in eremo Carthuſiæ & poſteà in Calabriæ eremo ſanctus Bruno inſtituit. Succeſſerunt ei in regimine dictæ domûs quinque Priores uſque ad tempora venerabilis Guigonis, Prioris Majoris Cartuſiæ. Cunctis verò diebus ſeniorum, qui viderant & audierant & noverant omnia opera Domini, quæ per ſervum ſuum Brunonem operari dignatus eſt; quibus tandem ſuccedentibus aliis, qui hæc non noverant, cùm jam Ordo Carthuſienſis in Gallia circa Carthuſiam & alibi multiplicari cœpiſſet, monaſterium illud Calabriæ ſolum remanſit à ſanctitate & fervore tanti Patris per teporem degenerans. Cùm verò à domo Carthuſiæ viſitatores & reformatores petens, propter diſtantiam nimiam habere non poſſet, ad aliud propoſitum, Ordinem ſcilicet Ciſtercienſem, qui, tum recèns plantatus & à ſancto Bernardo verbo atque exemplo rigatus, in magno fervore perſeverabat, ſe contulit, cùm jam in propoſito Carthuſienſis Ordinis, in quo fundata fuerat, annis ſexaginta durâſſet. *Ita hactenus Blömenvenna, iterum hîc ſibi, ut ſæpe aliàs, quantùm ad ſubſtantiam Surium, non tamen Puteanum, utpote qui Sancti meritis multa poſt ejus obitum miracula operari Dominum dignatum eſſe, generatim dumtaxat ſcribat, conſentientem habens; verùm quid modò de fonte, qui ad Sancti tumulum prodigio excitatus fuerit, de miraculis ad hunc, facientibus id Sancti meritis, magno numero patratis, de tempore, quo is exaruerit ſeu eſſe deſierit, ac tandem etiam de cauſa, ob quam hoc acciderit, ſentiendum eſt?* E F

Aſt, an id veritati conſonet, eſt dubium,

737 *Ut à prodigio excitati ad tumulum fontis ducam initium, cùm hujus nec Puteanus in conſcripta à ſe* Brunonis *Vita, nec ullus, quod ſciam, ſcriptor ſeu æqualis ſeu ſuppar mentionem faciat, eſſe ſanè videtur, cur, an verè ad Sancti tumulum miraculo fons eruperit, in dubium à non nemine revocetur. Et verò cùm inventi fuerint, qui, quemadmodùm ſuprà vidimus, in Cartuſia, cùm hanc Sanctus ejuſque ſocii primùm fuiſſent ingreſſi, divinitus fuiſſe excitatum fontem, confinxerint, aut ſaltem ex errore crediderint, quid nî etiam factum eſſe queat, ut vel ex errore vel ex fingendi licentia, prodigio ad Sancti noſtri tumulum ebulliiſſe fontem, in litteras miſſum fuerit, propenſiúſque deinde ac faciliùs, quàm par eſſet, à prodigiorum amantibus creditum? Attamen cùm ſequentia hæc verba,* Juxta ſepulchrum ejus (S. Brunonis

nimi-

A *nimirum*) immediatè fons vivus emanat, qui divinâ Clementiâ in hujus Viri ſancti meritis multis languoribus fidelium optatæ confert remedia ſanitatis, *primorum quinque Carthuſiæ Priorum Chronologus ſeu antiquior Sancti noſtri biographus num. ultimo ſuppeditet, iſque, ut jam ſuprà docui, ſeculo tertio decimo, ac proin, duobus fortè nondum poſt Sancti obitum ſeculis elapſis, floruerit, nec eum, quod de fonte, ad Sancti tumulum prodigiosè excitato, verbis recitatis memorat, aut ex antiquiori monumento, aut ſaltem è traditione hauſiſſe, vero appareat abſimile, è terra ad* Brunonis *tumulum, aut, ſi mavis, ex hoc ipſo non erupiſſe prodigioſum fontem, indubitanter aſſeverare non auſim, licèt interim de re, quòd indubitatæ prorſus ac certæ fidei vade non innitatur, multùm dubitem.*

nec, quæ pro cauſa, ob quam fons ille exaruerit, afferuntur.

738 *Nec dubitationem, quæ, quòd non amplius, ipſomet Blömenvenna verbis recitatis fatente, ad Sancti tumulum fons inveniatur, non parùm augetur, tollere queunt, quæ potiſſimùm hic Sancti biographus in cauſa fuiſſe ſcribit, ut prodigioſus fons ille exaruerit ſeu eſſe deſierit. Dato enim, verè fuiſſe fontem ad Sancti tumulum prodigio*

B *excitatum, deſiiſſe eum, quòd, ut per verba num. 736 recitata, utpote per vocem* Religio (*adi num. 742*) *idem ibidem, quod per vocem* Ordo, *intelligens, velle videtur, religioſi Turritanæ eremi incolæ Ciſtercienſe inſtitutum eſſent amplexi, parùm veroſimile apparet, cùm hi dumtaxat id fecerint, ut, collapsâ apud eos religiosâ diſciplinâ, à vita minùs auſtera, ad quam, primævo inſtituti ſui rigore relicto, defecerant, ad vivendi normam magis rigidam magiſque ſanctam tranſeuntes Deo perfectiùs poſſent famulari, quemadmodùm ipſemet Blömenvenna verbis recitatis indicare videtur, fidemque etiam facit mox recitanda Cæleſtini Papæ Bulla ſeu Breve. Sunt quidem, qui illos à Carthuſienſi inſtituto ob cauſas, quæ Deo minùs placere debuerint, reſiliiſſe contendunt; verùm hiſce aſſentiendum non eſſe, alii volunt, nec quorum ex parte veritas ſtet, multùm ad rem noſtram facit. Demus enim etiam, juſtam omnino, ob quam Turritanæ eremi incolæ à Carthuſienſi ad Ciſtercienſe inſtitutum deflexerint, cauſam non exſtitiſſe, nec ſic tamen veroſimile evadet, factum eſſe, ut fons, qui ad tumulum* S. Brunonis *prodigio excitatus fuiſſet, ob eorum ad Ciſtercienſe inſtitutum defectionem exaruerit. Qualiſcúmque enim ea fuerit, ſeſe equidem ad vitæ inſtitutum nullo prorſus è capite contemnendum multiſque nominibus ſummopere commendandum tranſtulêre, nec id, niſi, aſſentiente ac approbante ſummo Pontifice Cæleſtino, fecêre, uti è bulla, quâ hic eis ad Ciſtercienſem Ordinem tranſeundi facultatem fecit, manifeſtum eſt.*

C

dubitationem illam tollunt.

739 *Hanc idcircò è Suriano, qui eam ſuis ad compoſitam à Surio* S. Brunonis *Vitam Annotationibus ſeu potiùs Chronotaxi hiſce adjectâ pag. 469 & ſeq. inſeruit, transferre huc lubet. Sic habet:* Cæleſtinus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis fratribus cœnobii S. Stephani de Boſco in Calabria ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad Religionis ordinem propagandum & ad ſuos palmites extendendos ex officii noſtri debito propenſiori cura debemus intendere, & ipſum divinâ flagrantiâ pullulantem tenere pro viribus, & fovere. Cum igitur divina inſpiratione præventi ſub Ciſtertienſis Ordinis obſervantia volueritis militare & ſuper hoc confirmationem Apoſtolicam & favorem Prior veſter, ad nos veniens, obnixè petierit, fratrum noſtrorum communicato conſilio, cùm dexteræ Excelſi mutatio videatur, veſtrum hoc propoſitum commendamus, &, ut amodò ſub eadem obſervantia & correctione abbatis & fratrum Foſſæ-novæ vivere debeatis, & gratum Deo famulatum Deo impendere, auctoritate Apoſtolica, ſalvo Eccleſiæ Romanæ jure, confirmamus. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conſtitutionis & confirmationis infringere &c. Datum Laterani III Idus Decemb. Pontificatûs noſtri anno II. *Cùm ergò, uti è Pontificia hac Bulla ſeu Brevi intelligitur, cœnobii S. Stephani de Boſco in Calabria fratres ſeu religioſi Turritanæ eremi incolæ, non tantùm non repugnante, ſed etiam probante propoſitumque eorum laudante Pontifice, ad Ciſtercienſem Ordinem migrârint, ſicque id faciendo contra Deum indubiè non peccârint, neſcio enim verò, an futurum ſit, ut quiſque ſat veroſimile arbitretur, illum eorum tranſitum cauſam eſſe potuiſſe, ob quam Turritanæ eremi fons, qui ad Sancti tumulum prodigio excitatus fuerit, exiſtere deſierit, aut, ſi mavis, exaruerit. Jam verò, cùm res ita habeat, manet ſanè ex ſuprà dictis, ac maximè ex eo, quòd fons, qui prodigio excitatus fuerit, non amplius exiſtat, æquè ac* E *antè dubium, an miraculo hujuſmodi locus umquam fuerit.*

Si tamen fons prodigioſus ad Sancti tumulum umquam fuerit, diutiùs is,

740 *Nec multùm ad rem facit, prodigioſos fontes non eſſe ſemper perpetuos; etſi enim id verum eſſe dederimus, conſequens dumtaxat erit, ut, etſi ad Sancti tumulum fons non amplius inveniatur, fons tamen prodigioſus ibidem exiſtere aliquando potuerit; unde reipſa etiam fontem hujuſmodi ibidem olim exſtitiſſe, pro indubitato nullus certè habebit. Quòd ſi interim fons prodigioſus ad Sancti noſtri tumulum umquam exſtiterit, atque ob cauſam, à laudatis ſcriptoribus adductam, dumtaxat deſierit, is equidem diutiùs, quàm annis quinquaginta aut ſexaginta durârit. Etenim cùm Cæleſtinus II Papa anno* 1144, *quo monaſterium S. Stephani de Boſco ad Ciſtercienſem Ordinem nondum fuiſſe tranſlatum, ac proin fontem, qui ad* S. Brunonis *tumulum prodigio fuerit excitatus, nondum eſſe deſiiſſe, apud omnes, qui miraculum iſtud admittunt, in confeſſo eſt, vitam cum morte commutârit, nec tamen ſeriùs, quàm ſeculo duodecimo, dictum monaſterium ad Ciſtercienſem ordinem tranſierit, Cæleſtinus Papa, qui Bullam jam recitatam monaſterii S. Stephani de Boſco fratribus impertiit, alius eſſe non poteſt, quàm Cæleſtinus III; quare,* F *cùm hic anno* 1191, *ad Aprilem jam provectò, ad ſupremam Eccleſiæ cathedram fuerit evectus, Bullaque tertio Idus ſeu* XI *Decembris die, anno Pontificatus ejus ſecundo data notetur, conſectarium eſt, ut monaſterii S. Stephani de Boſco fratres ſeu religioſi Turritanæ eremi incolæ anno demum* 1192 *aut ſequentis initio ad Ciſtercienſem Ordinem tranſierint, ac proin, ut monaſterium illud non tantùm annis circiter ſexaginta, ut Blomenvenna verbis ſuprà huc tranſcriptis tradit, ſed centum propemodùm & amplius in vitæ, quod in eo ſecutus fuerat* S. Bruno, *inſtituto durârit, pluresque etiam, quàm quinque, Inſtituti Carthuſienſis, antequam ad Ciſtercienſes tranſiret, Priores habuerit.*

quàm annis quinquaginta aut ſexaginta durârit.

741 *Et verò Camillus Tutinus in brevi, quod ſuo Hiſtoriæ Ordinis Carthuſienſis Proſpectui attexuit, Chronico Priores non tantùm quinque, ſed tredecim, qui ad* S. Brunonis *præſcriptum Turritanam S. Stephani domum, antequam hæc Ciſtercienſe inſtitutum amplecteretur, ad annum uſque* 1192 *rexêre, ſuo ſingulis nomine appoſito, recenſet, eorumque, qui poſt quintum à* S. Bruno-

AUCTORE C. B.

ne *floruit*, *anno* 1138 *obiisse notat. Et sanè à Tutino plures etiam, quàm quinque, qui ad normam, à Sancto nostro in Turritana Calabriæ eremo institutam, vitam exegerint, Priores rectè enumerari, verosimillimum apparet, tum ex jam dictis, tum etiam ex iis, quæ huc facientia in sua de Cartusianorum initiis Dissertatione num.* 20 *& aliquot seqq. Columbius, uti hunc consulenti patescet, in medium adducit. Jam verò, cùm hæc ita habeant, nec fons, qui prodigio ad* S. Brunonis *tumulum ortus sit, exaruisse, seu esse, antequam S. Stephani monasterium ad Cisterciense institutum transiisset, desiisse à Blömenvenna, aliisque, qui ejusdem cum eo opinionis sunt, statuatur, consequens est, ut fons ille non tantùm quinquaginta circiter aut sexaginta, sed nonaginta amplius annis post Sancti nostri obitum debeat durâsse, etsi interim id in opinione dictorum scriptorum, qui eremi Calabrinæ ad Cistercienses defectionem jam inde ab anno* 1160 *aut etiam citiùs factam statuunt, à veritate omnino sit alienum. Atque hæc sunt, quæ tum de prodigioso illo fonte, ad Sancti tumulum, uti*

B *à scriptoribus suprà laudatis refertur, exorto, tum de tempore, quo, & causa, ob quam esse is desierit, dicenda occurrunt. Proximum est, ut de miraculis, quæ magno numero per Sancti merita fuisse patrata, ac maximè in favorem eorum, qui è memorato prodigioso fonte bibissent, contigisse, Blömenvenna verbis suprà huc translatis, aliique memoriæ produnt, nunc tractem.*

Ad fontem illum multa etiam Sancti jam defuncti meritis miracula facta narrantur;

742 Licèt, *inquit de* S. Brunone *Blömenvenna*, miraculis multis claruisse legatur, tamen, quod sine dolore recolere nequeo, non sunt hujusmodi miracula eâ, quâ decuit, diligentiâ conscripta; aut, si conscripta fuerunt, alterius Religionis (*Cisterciensis videlicet*) monachis in monasterium ejus intrantibus, primùm negligentiùs scripta custodita, deinde deperdita sunt. *Ita ille, ad amussim etiam sibi Surium, & quantùm ad miraculorum, quæ generatim Sancti meritis patrata fuerint, multitudinem Puteanum pariter censentientem habens; verùm nullum prorsus, quod à Sancto patratum fuerit, miraculum in particulari recensent; assertionem autem, quâ, multa à Sancto patrata fuisse miracula generatim traditur, scriptoris saltem synchroni fideque digni testimonio confirmari velim. Fuisse quidem multos malè habentes, qui è fonte, ad Sancti tumulum prodigiosè exorto, bibissent, pristinæ sanitati restitutos, antiquior etiam Sancti nostri biographus verbis suprà datis affirmat; verùm nec hic sat antiquus*

C *est, ut tutò ei fidere possimus. Nec quidquam facit, quòd præsentis temporis verbis utens sequentem scribat in modum*, Juxta sepulchrum ejus immeditaè fons vivus emanat, qui divinâ clementiâ in hujus Viri sancti meritis multis languoribus fidelium optatæ confert remedia sanitatis, *sicque de fonte prodigioso, qui ætate sua adhuc exstiterit, miraculisque, quæ tum hausti ex hoc aquis patrata fuerint, sermonem facere videatur; dato enim etiam, hunc nostrum biographum de miraculis tempore suo gestis facere sermonem, fidem is sibi, cùm in Cartusia Majori à Turritana eremo non parùm dissita scripserit, certam undequaque atque indubitatam ægrè admodùm in eorum narratione conciliaturus apud omnes est. Adhæc historicorum in morem, qui, quæ temporibus præteritis gesta sunt, per præsentis temporis verba non rarò exponunt, fortassis hîc loquitur.*

743 *Blömenvenna & Surius eo ipso loco, quo fontem, ad* Brunonis *tumulum prodigio excitatum, ætate sua non amplius exstitisse fatentur, de eo, non secùs atque si adhuc exstitisset, per præsentis temporis verbum loquuntur, prior quidem hoc modo,* Ad cujus (S. Brunonis *nempe*) sepulchrum fons emanat vivus; *posterior verò isto:* Ad ejus sepulchrum fons vivus prorumpit. *Nec alterius, quàm præsentis temporis verbo, quò, multis olim hausta è fonte illo aquâ sanitatem fuisse restitutam, declarent, ibidem utuntur; ut proinde ex eo, quòd antiquior Sancti nostri biographus de miraculis, quæ* S. Brunonis *meritis patrata fuerint, per præsentis temporis verbum loquatur, consequens non sit, ut hæc ætate sua gesta esse, significatum voluerit. Jam verò, cùm id ita sit, an non de iis duntaxat, quæ dudum etiam ante ætatem suam gesta fuerint, sermonem instituat, admodùm est dubium, ac proin, quod de miraculis magno numero per Sancti merita gestis, memoriæ prodit, certum omnino atque indubitatum facere non potest, licèt interim, quin aliquot saltem miracula Sanctus, Beatis nondum adscriptus, patrârit, è sanctitatis fama, quâ apud Calabros ante id tempus per quadringentos amplius annos inclaruit, dubitandum non appareat. Et verò* E *Surianus, in suis ad* S. Brunonis *Vitam Annotationibus, multa miracula, quæ Deus ad declarandam* S. Brunonis, *confessoris sui, gloriam operari ad ejus invocationem dignatus est, ad nostram cognitionem scriptorum inopiâ temporumque injuriâ non perveniisse, pag.* 314 *præfatus, non pauca, quæ post factam* Brunonis, *uti eam vocant, canonizationem evenisse ejus intercessione narrantur, in medium adducit, hisque etiam duo præmittit, quæ, antequam* Bruno *in Sanctorum seu Beatorum album referretur, accidêre.*

est nec hæc certa facere potest antiquior noster biographus.

Duo interim miracula, Sancti canonizationem præcessa.

744 *Cùm de rebus modò, quæ, priùsquam Sancto cultus, Sanctis proprius, Pontificia auctoritate deferretur, evenêre, hîc tractem, lubet huc & duo illa prodigia transferre, lectori, quantùm reor, in summa multorum miraculorum, Sancti meritis ante permissum ejus cultum ecclesiasticum patratorum, quæ ad cognitionem nostram pervenerunt, paucitate futura non ingrata. Primum, in quo tamen, an Sanctus partem habuerit, est dubium, sic habet:* Anno Domini MCXXXI cùm illustris Gaufridus de Lorotello, comes Cantazarii in Calabria, filius Rodulphi comitis de Lorotello, nepotis comitis Rogerii, fundatoris ac dotatoris eremi S. Mariæ de Turre revocâsset donationes cujusdam ecclesiæ Omnium Sanctorum, & terrarum & vinearum in tenimento oppidi Badulati, à se & à matre sua F Berta factas, Deo vindice, gravi apostemate est in pectore sauciatus, unde & ad extrema devenit, atque, condito testamento, cùm morti proximus esset, à Rogerio de Arenis admonitus, ut res, injustè ablatas, restitueret, simul ac ablata restituit, sanguine ex ore & naribus fluente, sanitati pristinæ est redditus; quod clariùs ex ipsiusmet verbis & instrumento restitutionis patebit, ubi sic ait: "Anno ab Incarnati-
„one Domini MCXXXI, indict. VIII mense Octo-
„bris, cùm ego Gaufridus de Lorotello, Can-
„tazari comes, juvenili cupiditate tenerer, ne,
„quod domina mater mea venerabilis Berta
„pro ecclesia Omnium Sanctorum de tenimento
„de Padulato, quam dederat B. Mariæ de ere-
„mo ac beato Protomartyri terras cultas & in-
„cultas, arbores domesticas & silvestres quoque
„villanos & vineas confirmarem, sed potiùs re-
„vocarem, plùs expetens temporalia quàm æ-
„terna, Deo permittente, post meæ revocatio-
„nis triennium in stomacho fui horribili aposte-
„mate

A „mate fauciatus adeò durè, ut, vitalibus ſpi-
„ritûs diminutis, à medicis deſperarer.

in quorum uno tamen is nen certè,

745 "Verùm poſt conditum teſtamentum di-
„xit mihi domtnus Rogerius de Arenis, qui
„modò teſtis adfuit teſtamento apud Caſtellum
novum, ubi eo tempore infirmabar, Confir-
„ma puro reſtituendi propoſito, quæ revocâſti
„B. protomartyri Stephano; eſt enim tanti me-
„riti apud Deum, quòd te poterit ab iſto apo-
„ſtemate liberare. Quibus verbis auditis, juſſi
„per novum teſtamentum, quod in momento
„iterum condidi, confirmari. Mirum in modum
„cœpi ſubito ſanguine putrido, fluente de ore
„& naribus, liberari. Quo viſo miraculo devotus
„miſi litteras fratribus eremitis eo die, quo navis
„Genuenſium, ab Alexandria veniens in por-
„tum Caſtelli novi, ruinam eſt paſſa. Venit au-
„tem ad me ad caſtrum meum Cantazarii Ro-
„dulphus de Crucifixo, eremitarum S. Mariæ,
„& S. protomartyris Stephani magiſter, & cum
„eo frater Arnaldus & Odo, & Guido mona-
B „chi, quibus præſentibus præcepi præſens pri-
„vilegium per manus ſcribæ Roberti conſcribi,
„& quæ domina mater mea dederat &c." *Tale eſt è Suriani recenſione primum, quod hîc commemorandum duxi, miraculum, inſtrumento etiam publico confirmatum; cum verò, nec fortè immeritò, an in hoc partem quampiam* S. Bruno *habuerit, dubitari poſſe videatur, dicto inſtrumento publico, quo id firmat, mox ſubjungit:* Quod (*miraculum nempe jam relatum*) etiam S. Brunoni tribui debere ob curam, quam in cælo poſitus domus ſuæ gerit, nemo eſt, qui ambigat. *Ita ille, partem ſaltem in relato miraculo* S. Brunoni *attribuendam, ſeſe non dubitare indicans; verùm in altero, quod hîc etiam dandum, miraculo ſeu potiùs apparitione partem habuiſſe Sanctum, certum omnino eſt, uti quiſque facilè fatebitur, qui vel id dumtaxat perlegerit.*

in altero autem certò partem habuit, hic referuntur,

746 *En verba, quibus à laudato Suriano pag.* 317 *& ſeq. refertur.* Circa annum MDX Valentiæ in Aragonia Joannes Aloyſius Bertranus Tabellio, qui multo tempore fuit benefactor & procurator Cartuſiæ Portæ-cæli, ob magnam, quam erga S. Brunonem devotionem gerebat, ex diuturna ægritudine ad mortis confinia devenerat ante feriam quartam Majoris hebdomadæ, & cùm à medicis de ejus ſalute conclamatum eſſet, ſubitò aperiens oculos petiit veſtes ad induen-
C dum, atque interrogantibus reſpondit, ſanctos Vincentium Ferrerium & S. Brunonem ad ſe intrâſſe, & ſibi dixiſſe, nequaquam hac vice ſe moriturum, ſed ad eccleſiam eâ feriâ quartâ ad divina Officia audienda accedere debere, quod & reipſa præſtitit. Atque ob id adeò inpoſterum S. Brunonem dilexit, ut, cùm poſteà anno MDXIV Leo X ejus feſtum ſolemniter in eccleſiis Ordinis conceſſiſſet, ipſe ſuis ſumptibus, eamdem Cartuſiam petens, ejus feſtivitatem tam in eccleſia, quam in trichoro peragi procuraverit ad obitum uſque. *Joannes Aloyſius Bertranus, cui apparitio hîc relata obtigit, è ſecunda uxore, quam, priori mortua, duxerat, S. Ludovicum Bertrandum Ordinis Prædicatorum, de quo ad* IX *menſis hujus diem, quo colitur, apud nos agetur, poſtea genuit. Docet id nos tum ipſa, in qua eadem apparitio narratur, ſancti hujus Confeſſoris Vita, à Vincentio Juſtiniano Antiſt, Valentino Ordinis S. Dominici alumno, idiomate Hiſpanico conſcripta ac deinde ab altero ejuſdem Ordinis Religioſo in linguam Italicam verſa, tum etiam laudatus Surianus in apparitionis alterius, eidem Aloyſio Bertrano oblatæ infràque in Appendice ad gloriam poſthumam memorandæ, quam apparitioni jam narratæ proximè ſubjungit, relatione. Atque ita quidem, cùm memorata apparitione, facientibus id tam* S. Brunonis, *quàm S. Vincentii Ferrerii meritis, Aloyſius Bertrandus, periculoſiſſimè decumbens, ſubitò atque inſperatò priſtinæ fuerit ſanitati reſtitutus, miraculum modò habemus, quod partim ſaltem Sancti noſtri interceſſione fuerit patratum, quodque etiam ejus canonizationem, ſeu vivæ vocis oraculum, quo ex dicendis Leo X Papa cultu Sanctis proprio in Ordine Cartuſienſi eum coli permiſit, præceſſit; verùm alia tum patrata, in quibus Sanctus partem habuerit, diligentiſſima licèt facta indagine, invenire haud quivi.* AUCTORE C. B.

alia hîſce etiam dubia fidei adducuntur,

747 *Porrò Zanottius, qui in contexta à ſe* S. Brunonis *Vita cap.* 34 *jam relatam, patrique S. Ludovici Bertrandi oblatam* S. Brunonis *& S. Vincentii Ferrerii apparitionem etiam refert, cap.* 32, *quo è Sancti noſtri tumulo fontem prorupiſſe cum nonnullis aliis ſe prægreſſis ſcribit, è Mss., quæ laudat, Calabriæ monumentis addit, virtutem, dicti fontis aquis à Deo ſanandi morbos inditam, ad parvi lacus, in quo Sanctus, cùm in vivis eſſet, corpus ſuum, quò id caſtigaret, mergere ſubinde ſolebat, aquas tranſiiſſe, cùm primùm Turritanum S. Stephani monaſterium a Cartuſienſi inſtituto ad Ciſtercienſe deflexiſſet. Quò autem id probet, noſtra adhuc ætate, ac maximè Pentecoſtes, quâ ſacrum Sancti corpus ex eccleſia S. Mariæ ad eccleſiam S. Stephani fuit tranſlatum, tribus diebus feſtis aquarum illarum virtute innumera propemodùm quotannis beneficia divinitus conferri, miraculaque patrari, adjungit idem ſcriptor, penes quem tum quantùm ad hæc, tum quantùm ad virtutem, à prodigioſi fontis aquis ad præfati lacus aquas tranſlatam, fides ſit. Cæterùm ut miraculo, quod jam inde à Sancti obitu cœptum, hodieque perſeverare fertur, § hunc claudam, Blömenvenna, quem deîn ſecutus eſt & Surius, ſub finem à ſe contextæ Sancti Vitæ ſic ſcribit:* A monaſterio autem iſto (*Turritano nempe S. Stephani*) per crepidinem torrentis plano itinere MD paſſuum pervenitur ad antrum devotiſſimum. Montibus ſiquidem artum ſatis & cinctum nemoribus, ejuſdem vallis extrema claudentibus, deviis & ſolitariis, nec ultrà aditum humano uſui præbentibus. Supra iſtud antrum ædificatum eſt haud grande ſacellum cum altari ſub titulo ſancti Bru-
F nonis, Colonienſis magiſtri, ſanctæ Mariæ de Turri, Ordinis Carthuſienſis inſtitutoris primi, cujus ibi imago depicta cernitur. In hoc antro idem Dei Servus ex eo tempore, quo primùm illuc venit, uſque in diem mortis ſuæ incredibili fervore permanſit. Ad indicium & commendationem verò eximiæ ſanctitatis ejus uſque in hodiernum diem locus, in quo poſt exceſſus contemplationum laxa membra nuda humo collidebat, herbam numquam reddit in ſpatio, quo tum ipſius ſacri corporis menſura tendebatur, cùm tamen circumquáque creſcere cernatur. Hoc tam evidens miraculum omnes loci illius accolæ conſtantiſſimè aſſeverant.

aſſertaque Sancti continua in antro commoratio expenditur.

748 *Hactenus ille: verùm quidquid ſit de perſeverante hodieque miraculo, quod verbis hîſce memoratur, quodque in medio relinquendum arbitror, Sanctum equidem, contra ac Blömenvenna hîc tradit, à die, quo Turritanam S. Mariæ in Calabria eremum primùm ingreſſus eſt, ad ſuum uſque obitum in antro, per verba recitata deſignato, commoratum non eſſe ſeu habitâſſe,*

AUCTORE C. B.

certum omnìno atque indubitatum mihi facit vel ſolum Meſimerii, Squillacenſis epiſcopi, diploma ſeu privilegium num. 558 *& ſeq. datum. In hoc enim antiſtes ille ſequentem loquitur in modum:* Me rogare (*comes Rogerius*) dignatus eſt pro honoratiſſimis monachis & eremitis, domnis ſcilicet Brunone & Lanvino... locum à Deo ſervatum, qui Turris dicitur, incolentibus in veneranda admodùm eccleſia glorioſiſſimæ Dominæ noſtræ, Dei Genitricis ac ſancti Joannis Baptiſtæ præcurſoris; *quibus verbis cùm tam* Brunonem *quàm Lanvinum in ſanctiſſimæ Dei Genitricis eccleſia habitâſſe, non obſcurè hic innuat, toto Sanctum tempore, quo in eremo Calabrina verſatus eſt, in præfato antro commoratum eſſe, Blömenvennæ aliorumve, abſque antiquo vade id aſſerentium, auctoritate prudenter quis credat? Blömenvennæ quidem alii nonnulli ſcriptores recentiores ſuffragantur; verùm nec hi ullum pro ſe laudant auctorem monumentumve antiquum. Nec eſt, cur pro iis in medium hìc quiſquam adducat, quæ memorato antro, ut Zanottius in Sancti Vita cap.* B 31 *in fine teſtatum facit, inſcripta leguntur, ſequentia verba:* In ſumma veneratione ac reverentia habendus eſt locus iſte, fratres cariſſimi, in quo fidelis Chriſti ſervus ac ſacræ Paginæ doctor Bruno multiplici pœnarum genere corpus ſuum afflixit; in quo poſt hujus miſeræ vitæ curſum ad cælum evolavit; *fuiſſe enim hæc vel ſtatim à Sancti obitu, vel ſaltem haud dudum pòſt antro appoſita, pro certo quis aſſerat? Quod ad me pertinet, multùm dubitandum reor, an Sancti canonizatione, uti eam vocant, antiquiora ſint.* Brunonem *itaque ſubinde quidem, quò orationi divinarumque rerum meditationi ac conſemplationi quietiùs vacaret, in antrum, à Blömenvenna memoratum, quòd à S. Mariæ de eremo eccleſia ſeu monaſterio, quod Sanctus incolebat, haud multùm aberat, ſeceſſiſſe, haud difficulter crediderim; habitâritne tamen in eo, hærebo dubius, donec validiora, quæ omnem de hoc dubitationem animo eximere nata ſint, argumenta producantur in medium.*

§ XLVI. Leo X Papa Ordini Cartuſienſi Turritanum in Calabria S. Stephani monaſterium jubet reſtitui, cultumque Sancti eccleſiaſticum permittit.

C

Sancti canonizatio diutiſſimè poſt ejus obitum tentata nondum fuerat;

IN Titulis funebribus non paucis infrà recudendis ſeu diverſarum eccleſiarum monaſteriorumve ad litteras encyclicas infrà pariter recudendas, quibus S. Brunonis *obitus nuntiatus eis à Sancti è Turritana eremo diſcipulis fuerat, reſponſoriis non tantùm à doctrina virtuteque eximia Sanctus laudatur, verùm etiam eum non tam illorum, qui reſponſorias illas dabant, quàm hoſcemet illius precibus indigere declaratur; quod ſanè illum pro viro ſancto cognitum jam tum univerſim fuiſſe, argumento eſt. Verùm, etſi res ita habuerit, anni tamen jam ampliùs quadringenti, quod mirum videri poteſt, ab ejus obitu erant elapſi, cùm necdum à quopiam, quantùm appareat, tentatum quidquam fuerat, quò Vir ille celeberrimus juxtà ac ſanctiſſimus, qui & clariſſimum Ordinem inſtituerat, & virtutibus ſuis planè eximiis Cartuſiam primùm ac deinde Calabriam potiſſimùm illuſtrârat, ſeu Sanctorum ſeu Beatorum numero à ſummo Pontifice adſcriberetur.* D

750 *Addit Bailletus tom.* 3 *Vitarum col.* 91, *Sancti memoriam toto illo quadringentorum annorum ſpatio in Calabria apud homines adeò fuiſſe neglectam, ut nullus planè ab hiſce religionis cultùs tum illi fuerit delatus. Verùm hac in re falſum fuiſſe ſcriptorem illum, ex iis, quæ ſub contextæ à ſe Sancti Vitæ finem in litteras mittit Blömenvenna, veroſimile apparet. Etenim ibidem ſic habet:* Ad hæc loca (*nempe ad antrum, in quo Sanctus habitârit, & ad eccleſiam S. Mariæ de eremo*) populorum catervæ, ſenes cum junioribus, parvuli & mulieres, nobiles & ignobiles, principes & domini ob ſanctiſſimi Brunonis venerationem & devotionem, ad ejus etiam beneficia obtinenda, quaſi degat in humanis, eum attendentes, certatim confluunt, reverenter accedunt, orant, adorant. Præcipuè verò antrum ſeu ſpecum, de quo ſuprà, in quo ferè ſemper ſolus Domino famulabatur, tantâ E reverentiâ & affectu, incredibilique fide frequentatur, quòd etiam quandoque plures cernuntur non niſi nudis pedibus à monaſterio præfato (*S. Stephani nempe*) illud accedere. Alii flexis genibus ambulando antrum ſacrum, terram & ſaxa ex devotione lingentes, lacrymiſque infuſi circumeunt. Porrò de antro ipſo ſeu rupe aliquid pro maximis habituri reliquiis detrahunt, atque ita ad propria remeant cum gaudio.

ejus tamen interea non adeò, ut Bailletus putavit,

751 Quanta verò devotione ad hunc ſanctiſſimum Patrem Brunonem afficiantur Calabriæ epiſcopi, abbates, prælati religioſi, principes etiam, comites, Barones vulguſque univerſum, nemo verbis explicare ſufficiet. Eſt præterea non longè à monaſterio præfato ſpatio paſſuum ccc nemus ampliſſimum, quod Folo nominant, ab ipſo Servo Dei deputatum ad inſtaurationem monaſterii ejus dumtaxat. Si quis verò auſu temerario contra ſancti Viri ordinationem venire attemptaverit (fama eſt omnium Calabriæ populorum longâ experientiâ firmata) divinam ultionem non evadit. *Hæc ille; quæ cùm, Sancto nondum diu per Leonem X in Sanctorum, ſeu potiùs ex dicendis Beatorum, album relato, in litteras miſerit, nec tunc primùm, cùm id factum à Pontifice illo fuiſſet, eximium planè ac ſingularem, qualem verbis recitatis depingit, cultum in Calabria Sancto fuiſſe delatum, veroſimile appareat, Bailleto aſſerenti,* Brunonem, *cùm Beatis à Leone Papa adſcriberetur, fuiſſe & ex omnium ferè in Calabria memoria deletum, & nullo ibidem cultu affectum, indubitanter aſſentiri non auſim, maximè cùm ex veneratione, quâ erga Sanctum, etiam Beatis nondum adſcriptum, Calabriæ populos fuiſſe, recitata Blömenvennæ verba indicant, veroſimile appareat, fuiſſe illi etiam cultum Sanctis proprium ab hiſce delatum.* F

in Calabria cultus neglectus fuiſſe videtur.

752 *Verùm, utut ſit, fuiſſe eum equidem, etiam cùm nondum Beatorum honores à Cartuſianis publicè ſibi deferri obtinuiſſet, pro Sancto ab hiſce aliiſque habitum honoratumve, ex apparitionis, quâ* Bruno *ſeſe unà cum S. Vincentio Ferrerio ſpectandum Aloyſio Bertrano ægrotanti exhibuit, relatione jam data, utpote in qua ergà* Brunonem, *tamquam Sanctum, modo peculiari affectus is fuiſſe traditur, fas eſt colligere, uti etiam ex eo, quòd Cartuſiani tandem, qui eum, fatente ipſomet Bailleto, privatim ſaltem Sanctorum*

Cartuſiani deputatos, quâ Sancti canonizationem tentent, conſtituunt.

A *rum honoribus in Cartuſiis à Calabrina diverſis colebant, de illius ſeu canonizatione ſeu beatificatione procuranda etiam cogitârint. Camillus Tutinus ſæpiſſime jam laudatus in Hiſtoriâ Ordinis Cartuſienſis Proſpectu ad annum* 1504, *pro quo tamen perperam ſcribitur* 1503, *ita prodit memoriæ:* In generali (*Cartuſianorum*) capitulo, hoc anno celebrato, Priores Carthuſiani tractârunt de procuranda Canonizatione S. Brunonis, & de recuperanda Carthuſia S. Stephani de nemore, quæ ferè annos tercentum penes Ciſtercienſes, & deinde (*ſeculi nimirum, ſi in brevi monaſterii S. Stephani de nemore Chronico apud Tutinum pag.* 195 *rectè notetur, quinti decimi initio, aut etiam nonnihil citiùs*) ad abbates commendatarios pervenerat. Hinc ad litem proſequendam Jacobus de Aragonia, Prior Carthuſiæ Neapolitanæ, Matthæus Prior Bononiæ, Ludovicus Prior Mantuanæ Carthuſiæ, & Hugo Prior Carthuſiæ Romanæ deputantur. Erat ea tempeſtate abbas commendatarius Ludovicus Cardinalis de Aragonia, Ferdinandi I regis Neap. nepos. Jacobus igitur,

B quem ſuprà memoravimus, cùm eſſet Cardinalis affinis, Romæ cum eodem cæterique Priores de reſtitutione agunt, & plurimis hinc inde articulis diſcuſſis, & conditionibus appoſitis, Cardinalis ſe exuere paſſus eſt. Verùm cùm ejus redditus jure amphiteotico ab Euangeliſta Tornafrancia Catacenſi poſſiderentur, quo* etiam ſuo juri cedere promiſerat, Jacobus cetera impleturus Neapolim venit, ſed Euangeliſta, quem oblatæ conditionis pœnituerat, fugâ dilabitur; verùm regiis adhibitis diligentiis interceptus, ac promiſſo ſtare coactus eſt.

**an qui?*

monaſteriique S. Stephani, pro quo recuperando

753 *Ita ille, non tantùm Cartuſianos ſancti Patris ſui canonizationi procurandæ, verùm etiam Calabrino S. Stephani monaſterio de nemore recuperando animum adjeciſſe operamque porrò dediſſe, tradens. Neque verò religioſorum illorum virorum fruſtra hic conatus fuit; primò enim S. Stephani domum ſeu monaſterium Ordini ſuo reſtitui, ac deinde in album, ſi non Sanctorum, Beatorum ſaltem, primum ſuum Inſtitutorem Pontificia auctoritate referri obtinuerunt, uti pateſcet ex iis, quæ de duobus hiſce capitibus pro inſtituti mei ratione dicenda hîc ſunt. A Calabrini monaſterii recuperatione, quòd hæc Sancti canonizationem ſeu potiùs beatificationem præceſſerit, duco initium. Ac primò quidem an Cartuſiani de monaſterio illo recuperando jam inde*

C *ab anno* 1504 *cogitârint, ipſemet Camillus Tutinus, qui id jam tum ab iis factum, verbis mox datis ſcribit, dubitare me facit. Etenim in Chronico, quod concinnato à ſe Ordinis Cartuſienſis Proſpectui attexuit, ita memorat*: Anno MDV Cartuſiani monachi in capitulo generali Jacobo de Aragonia Cartuſiæ Neapolitanæ, Mattheo Bononienſis, Ludovico Mantuæ, Hugoni Romanæ Prioribus demandârunt, ut monaſterium S. Stephani Religioni reſtituendum curarent. Hi poſt varios cum memoratis Cardinali & Tornafrancia tractatus, poſt decennium protractos, mutuis hinc inde petitionibus concluſis, eò controverſiam adduxerunt, ut monaſterium in ſummi Pontificis Leonis X manibus Cardinalis reſignaret, quo adimpleto, Pontifex Cartuſianis cum omnibus ejus bonis iterum conceſſit & tradidit, & abbatialem titulum ſuppreſſit per bullam dat. Romæ MDXIII. *Quare, cùm Tutinus, Ordinis Cartuſienſis Prioribus hîc nominatis à capitulo generali, ut monaſterii S. Stephani recuperationem tentarent, anno demum* 1505, *quod jam inde ab anno* 1504 *factum fuiſſe, verbis ſuprà recitatis in Proſpectu docuerat, in mandatis datum fuiſſe, hîc ſcribat, hocne, an illo anno Cartuſiæ S. Stephani recuperationem tentare decreverint Carthuſiani, dubium ſanè ipſemet efficit.*

AUCTORE C. B.

jam inde ab anno 1504 *ſategerant, à Pontifice per litteras,*

754 *Attamen, cùm monaſterium illud, poſtquam anni jam decem ab incepto de reſtituendo eo Cartuſianis tractatu eſſent elapſi, in manus Pontificis, qui id deinde Cartuſianis reddidit, reſignatum fuiſſe, verbis proximè datis etiam tradat, fuiſſe verè jam inde ab anno* 1504 *à Cartuſianis de dicto monaſterio recuperando tractatum, veroſimilius apparet, quòd bulla, quâ id eis Pontifex Leo X reddi juſſit, anno* 1513, *uti ipſemet etiam Tutinus verbis recitatis fatetur, data notetur, faciléque quidem ab anno* 1504, *non tamen ab anno* 1505 *ad annum uſque* 1513 *annos decem excurriſſe, queat intelligi. Inſtrumentum illud, quòd & ei locum hîc concedi, poſtulatum à me fuerit, & nonnulla, quæ jam dicta ſunt, confirmet, huc tranſcribo. Hiſce verbis concipitur:* Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei

E ad perpetuam rei memoriam. Pro commiſſo nobis deſuper Apoſtolatûs Officio quo univerſalis Eccleſiæ regimini præſidemus, de eccleſiarum, & monaſteriorum, aliorumque regularium locorum omnium ſtatu proſperè & ſalubriter dirigendo continua reddimur attentione ſolliciti: unde aliqua ex eiſdem monaſteriis & locis, ut in eis gratior Deo vigeat obſervantia, creſcat divinus cultus, & fidelium augeatur devotio, novis nonnumquam committimus gubernanda rectoribus, per quorum ſolertiæ ſtudium & providam diligentiam monaſteria & loca ipſa, etiam aliàs votivis in ſpiritualibus & temporalibus proficiant incrementis.

quæ in teſtimonium

755 Sanè monaſterio S. Stephani de Boſco Ciſtercienſis Ordinis Squillacenſis Diœceſis, quod dilectus filius noſter Aloyſius ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconus Cardinalis ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica in commendam nuper obtinebat (commenda hujuſmodi ex eo, quòd idem Aloyſius Cardinalis illi hodie in manibus noſtris ſponte & libere ceſſit, noſque ceſſionem ipſam duximus admittendam, ceſſante) adhuc eo, quo, dum eidem Aloyſio Cardinali commendatum fuit, vacabat, modo vacante; nos verò, ultimum dicti monaſterii vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio & in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes ad proviſionem ſuper ipſius monaſterii

F regimine celerem & felicem, ne monaſterium ipſum longæ vacationis exponatur incommodis, paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam deſuper cum fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad dilectos filios fratres Cartuſienſis Ordinis, in quibus regularis diſciplinæ obſervantia, vitæ ſanctimonia, & exemplares mores in dies tamquam novi palmites in agro Domini pullulare noſcuntur, direximus oculos mentis noſtræ. Sperantes, quòd ſi in monaſterio prædicto, in cujus Eccleſia corpus S. Brunonis dicti Ordinis Cartuſienſis Inſtitutoris dicitur eſſe reconditum, & quod, ut ab aliquibus aſſeritur, olim ejuſdem Cartuſienſis Ordinis domus fuit, dignitas abbatialis & Ciſtercienſis Ordo perpetuò ſupprimerentur & extinguerentur, & Ordo Cartuſienſis hujuſmodi inſtitueretur & plantaretur: & de cætero monaſterium ipſum domus ſub eâdem invocatione S. Stephani nuncuparetur, & dicti Cartuſienſis Ordinis

AUCTORE C. B.

dinis fratribus per eos juxta ipsorum ritus & mores, ac regularia instituta, prout aliæ ejusdem Cartusiensis Ordinis domus reguntur & gubernantur, regendum & gubernandum perpetuò concederetur, ex hoc grata Deo & accepta in dicto monasterio introduceretur bene beatéque vivendi norma, augeretur divinus cultus, aliásque ejusdem monasterii statui in spiritualibus & temporalibus cum circumvicinorum fidelium spirituali consolatione feliciter consuleretur.

hîc proferuntur,

756 Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de dictorum Fratrum consilio, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium in eodem monasterio quovis modo, & ex cujuscúmque personâ vacet, etiamsi ejus provisio ex quavis causa ad Sedem Apostolicam specialiter vel generaliter pertineat, dignitatem abbatialem & Cistercienſem Ordinem hujusmodi perpetuò supprimimus & extinguimus, & dictum Cartusiensem Ordinem, ità quòd de cætero non monasterium, sed domus ejusdem S. Stephani sit & denominetur, instituimus; illudque cum omnibus & singulis ejus mobilibus, & immobilibus bonis, juribus & pertinentiis suis, dictis fratribus per unum Priorem & fratres in decenti numero juxta eorum ritus & mores ac instituta regularia prædicta, & prout aliæ dicti Cartusiensis Ordinis domus reguntur & gubernantur, regendum & gubernandum perpetuò concedimus. Itaque liceat dilectis filiis modernis dicti Cartusiensis Ordinis visitatoribus in Provinciâ remotioris Lombardiæ juxta morem ejusdem Cartusiensis Ordinis, infra cujus Provinciæ limites dicta domus S. Stephani consistit, Cartusiensis Ordinis & illius fratrum hujusmodi nomine corporalem domûs S. Stephani bonorum ac jurium & pertinentiarum prædictarum possessionem per se vel per alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere, &, sicut præmittitur, regendam & gubernandam perpetuò retinere, illiusque fructus, redditus & proventus in fratrum & domûs eorum usus utilitatemque convertere, diœcesani loci & cujusvis alterius licentiâ super hoc minimè requisitâ.

B

restitutione obtenta,

757 Ac Priori & fratribus in ipsa domo S. Stephani pro tempore degentibus, quòd ipsi & dicta domus omnibus & singulis privilegiis, gratiis, immunitatibus, indulgentiis, exemptionibus, præeminentiis, favoribus, & indultis spiritualibus & temporalibus, quibus aliæ dicti Cartusiensis Ordinis domus aut Priores & fratres in illis pro tempore degentes generaliter utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere libere & licitè possint, de simili consilio auctoritate præfata indulgemus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictorum ordinum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscúmque. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, concessionis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertio decimo, decimo septimo Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno primo. *Cartusianis itaque, uti ex huc jam transcripta Bulla manifestum est, Calabrinum S. Stephani de Bosco monasterium, sibi à Ludovico seu Aloysio de Aragonia, S. Mariæ in Cosmedin diacono Cardinali, de quo in Pontificum & Cardinalium Vitis tom. 3, col. 187 Oldoinus, resignatum, anno 1513, XVI Decembris die Leo X restituit; hujus autem haud dudum pòst possessionem illi adîre.*

C

D

tandem etiam, ut sancto Patri suo,

758 Jacobus de Aragonia, *inquit in suo Ordinis Cartusiensis Prospectu ad annum 1514 Camillus Tutinus*, Prior Neapol. cum Priore Clarimontis, aliisque monachis & fratribus conversis Carthusianis die XXVII Februarii monasterii S. Stephani de nemore possessionem cepit. *Dicti itaque monasterii possessionem anni 1514 vigesima septima Februarii die ac proin tribus nondum, postquam id eis restitutum fuisset, elapsis mensibus, possessionem adîre Carthusiani; qui autem factum id sit, Zanottius in sua de* S. Brunone *Historia cap. 33 sequentem ferè in modum exponit: Jacobus de Aragonia, Cartusiæ Neapolitanæ Prior Provinciæque visitator, ac Petras Acerri, Claromontanæ in Basilicata regni Neapolitani provincia Cartusiæ Prior convisitatorque, qui designati ad id fuerant, Priores Bononiensem, Mantuanum & Romanum adjunctos sibi habentes litterisque Pontificiis ac regiis muniti, auxilio, quod eis Adamus Toraldus, Badulati baro, præstitit, sese ad S. Stephani monasterium contulerunt; quò cùm pervenissent, à Cistercienſibus, qui voluntatis Pontificis, per acceptas ab hoc litteras, jam antè facti fuerant certiores, supplicantium in morem inter festivum æris campani sonitum obviàm venientibus recepti ecclesiam mox sunt ingressi, cúmque litteras Pontificias ac regias prælegissent, modo à jure præscripto, monasterii possessionem, solemnibus post rem factam Deo actis gratiis, adierunt. Ita ferè quantùm ad substantiam ille è Calabriæ monumentis Mss., quæ, quòd recentiori memoria gesta memorent, fidem hîc mereri puto. Leo porrò, qui erga Cartusianos benevolum sese præfati monasterii restitutione monstrârat, alio haud dudum pòst majori adhuc favore eos affecit. Etenim eodem anno 1514 miraculis, quæ à* S. Brunone *patrata ferebantur, viâ judiciariâ non discussis, Cartusianis, ut festum ejus annuum Officio ecclesiastico celebrare, ejusque in precibus horariis commemorationem quotidie agere possent, vivæ vocis oraculo concessit. Id litteræ, quas ea de re Antonius Cardinalis Papiensis, Cartusianorum protector, ipso anno 1514 ad hos dedit, manifestum faciunt. Eas adeò, quòd & ad Sancti nostri gloriam multùm faciant, è Benedicti XIV Papæ de Beatorum Canonizatione & servorum Dei Beatificatione lib. 1, cap. 41 huc transcribo.*

E

F

quemadmodùm Cardinalis Papiensis, Cartusianorum protectoris, litteræ,

759 *His verbis concipiuntur:* Antonius miseratione divina tituli sanctæ Praxedis sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis Papiensis necnon totius Ordinis Carthusiensis protector universis, & singulis præsentes nostras inspecturis, & lecturis salutem in Domino sempiternam. Cùm ex nostro protectionis officio benevolentiaque, ac pietate, quâ universo Carthusiensi Ordini prædicto afficimur, hodie ad pedes Sanctissimi Domini nostri Leonis divinâ providentiâ Papæ X præsentavimus venerabiles Religiosos viros DD. Matthæum Bononiæ, Ludovicum Mantuæ, Jacobum Neapolis, & Hugonem S. Crucis in Urbe ejusdem Carthusiensis Ordinis Domorum Prio-

A Priores; & tam nos, quàm religioſi prædicti plura de laudibus, præconiis, ac vitæ ſanctitate beati Brunonis confeſſoris, ejuſdem Ordinis Carthuſienſis primi Fundatoris, ac Inſtitutoris, Sanctitati ſuæ retuliſſemus, & expoſuiſſemus; quî Vir beatus, declinante Chriſtiana militia, & propter iniquitatis abundantiam charitate plurimùm frigeſcente, tamquam dux ſtrenuus ad reſiſtendum hoſtibus novum in Eccleſia inſtruxit & inſtauravit exercitum, & in vineam, quam Dominus ſuâ dexterâ plantaverat, jam vitiorum vepribus, & ſpinis obſitam veluti ſolertiſſimus Pater familias, tot fideles conduxit operarios, ut uberiores in dies ex ea fructus ſanctæ Eccleſiæ proveniant, & odorem ſuavitatis proferat, & ſanctitatis.

760 Ipſius namque beati Confeſſoris multiplex doctrinæ, vitæ caſtigatiſſimæ, innocentiæ, ac munditiæ exemplum plurimos generans ſanctæ adoptionis filios, generatque, & nutrit in dies inceſſanter; cujus meritis Ordo præfatus exornatur, & comprobatur miraculis, & aſſiduè, quaſi de virtute in virtutem, creſcit, rigans montes de ſuperioribus ſuis, & de fructu operum ſuorum ſatiatur terra. Idcircò nos unà cum præfatis Prioribus ab eodem Domino, Domino noſtro Venerabilium virorum Franciſci de Puteo moderni Generalis, aliorumque Priorum, & univerſorum monachorum, monialium, converſorum, & perſonarum dicti Ordinis nomine humiliter ſupplicavimus, ut pro Omnipotentis Dei gloria, qui in ſuorum exultat veneratione Sanctorum, ac beati prædicti Confeſſoris honore, illiuſque evidentiſſimis ſanctitatis operibus, ſigniſque virtutum, quibus in carne poſitus claruit, & ad cælos evocatus perpetuò ſplendet, proque tam præclari Ordinis decore de Apoſtolica munificentia, & benignitate ſub ſexta Octobris die, qua die, poſitâ carnis ſarcinâ, idem beatus Bruno confeſſor ad perpetuam evolavit gloriam, feſtum quotannis in ejus memoriam, ac ſolemne Officium dignis in Domino laudibus, & honoribus celebrandi, & commemorationem ejuſdem cæteris diebus faciendi licentiam concedere dignaretur; quamvis idem beatus Bruno Confeſſor non reperiatur aliter canonizatus per ſummos Pontifices prædeceſſores ſuos, ut moris eſt.

in medium hìc adducta,

B

C

761 Qui præfatus ſanctiſſimus Dominus noſter Papa aſſerens, ſe jamdudum de laudibus, ac ſanctitate ejuſdem beati Confeſſoris plurima intellexiſſe, arbitratus, dignum eſſe, ac conſonum rationi, ut, quem Deus in hoc ſæculo tantis donis, & gratiis inſignivit, aſſumptum in cœlis magis, ac magis venerandum, & cui viventi dederat cor Omnipotens ad præcepta, & legem vitæ, & diſciplinæ, eidem nunc apud thronum Divinæ gloriæ exiſtenti impendatur in terris debitæ devotionis obſequium; hujuſmodi noſtris, & præfatorum Priorum ſupplicationibus libenter annuens, dictis Domino Franciſco moderno, ac pro tempore Generali exiſtenti, & aliis Prioribus, monachis, monialibus, converſis ac perſonis dicti Ordinis, in ipſius Ordinis duntaxat domibus, & eorum eccleſiis, ſeu capellis, feſtum prædictum ſolemniter colendi, & devotione debitâ celebrandi, præfatique Brunonis corpus, & memoriam dignis in Domino laudibus proſequendi, & venerandi, Officiumque conveniens in honore ipſius beati Confeſſoris agendi, & decantandi, necnon commemorationem ſingulis diebus faciendi, ex tunc, & de cætero in perpetuum cum Dei benedictione licentiam vivæ vocis oraculo nobis facto benignè, ac favorabiliter conceſſit pariter, ac indulſit; non obſtante, quòd idem beatus Bruno confeſſor non inveniatur aliter canonizatus, ut ſuprà: præſentibus quoque ibidem reverendiſſimo in Chriſto patre D.D. Laurentio Putio Tituli Sanctorum quatuor Coronatorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbytero Cardinale & reverendo patre Domino Franciſco Amellino cameræ Apoſtolicæ clerico.

AUCTORE C. B.

ſidem faciunt,

762 Quare, ne apud quemquam de hujuſmodi conceſſione poſſit aliquod dubium ſuboriri, præſentes manu propria ſubſcriptas, & noſtri ſoliti ſigilli appenſione munitas confici juſſimus, & per noſtrum quoque ſecretarium ſubſcribi fecimus in fidem, robur, & teſtimonium præmiſſorum, & veritatis. Datum Romæ in Apoſtolico Palatio die XIX menſis Julii anno MDXIV, Pontificatûs verò Domini noſtri anno ſecundo. Antonius Cardinalis ſanctæ Praxedis protector manu propria. Antonius Teſta Verulanus. *Tales ſunt litteræ, quibus Antonius, S. R. E. titulî ſanctæ Praxedis presbyter Cardinalis Papienſis, Ordiniſque Cartuſienſis protector, publicè teſtatus eſt, quibuſcúmque ad hunc Ordinem ſpectantibus ſive viris ſive mulieribus facultatem deferendi S. Brunoni cultum, iiſdem litteris expreſſum, Leonem decimum, ſummum Pontificem, vivæ vocis oraculo indulſiſſe. Zanottius in adornata à ſe S. Brunonis hiſtoria ſeu Vita cap. 33 ita ferè quantùm ad ſubſtantiam ſcribit: Leo decimus Papa anno 1514, die decima nona Julii, Brevi, ab Antonio Cardinali Papienſi, Ordinis Cartuſienſis protectore, ſibi oblato, ſubſcripſit, quo, ut monachi, moniales, atque aliæ quæcúmque perſonæ S. Brunonis Inſtitutum profitentes, in monaſteriis ſuis S. Brunonis feſtum ſolemni ritu Officioque proprio ſexta Octobris die quotannis celebrare, ejuſdemque ſancti Patris ſui commemorationem in quotidiano Officio eccleſiaſtico facere poſſint, conceſſit. Brevis hujuſmodi autographum in Majori Cartuſia modò aſſervatur, in eoque Pontificiæ approbationis teſtes fuiſſe leguntur Cardinalis Laurentius Puccius & Franciſcus Armellinus, reverendæ cameræ Apoſtolicæ clericus.*

cultum deferre poſſint

763 *Ita ferè, ut jam monui, quantùm ad ſubſtantiam ille. Verùm recitatas Antonii Cardinalis Papienſis litteras fuiſſe abs hoc ſcriptore pro Brevi, quod Leo decimus Papa conceſſerit, perperam acceptas, dubitandum non eſt, cùm datum hoc fuiſſe ſcribat eodem anno & die, quo illæ datæ notantur, eaſdemque, quarum tamen nomina paulò aliter ſcribit, perſonas etiam, nempe S. R. E. Cardinalem Laurentium Putium, & Franciſcum Amellinum, Cameræ Apoſtolicæ clericum, qui Pontifici, cùm vivæ vocis oraculo præfatam facultatem Cartuſianis conceſſit, in ipſis recitatis Antonii Cardinalis Papienſis litteris adfuiſſe memorantur, Brevis pariter, quod Leoni decimo Antonius Cardinalis, Ordinis Cartuſienſis protector, obtulerit, approbationi ſeu ſubſcriptioni, per Pontificem hunc factæ, præſentes adſtitiſſe affirmet. Adhæc Leonem, non Brevi, quod conceſſerit, ſed vivæ dumtaxat vocis oraculo, Cartuſianis, ut ſanctum Ordinis ſui Inſtitutorem honorare modo jam dicto poſſent, anno 1514, XIX Julii die indulſiſſe, Antonii Cardinalis recitatæ litteræ, eo ipſo anno 1514 ac die XIX Julii, quo breve hujuſmodi ex Zanottii opinione datum fuiſſet, ſignatæ, fidem faciunt; ut ſanè, quin is ſcriptor hallucinatus hîc ſit, dubitari nullatenus*

vivæ vocis oraculo conſequuntur.

F

AUCTORE C. B.

debeat. Nec ii, qui S. Brunonem *à Leone decimo canonizatione, æquipollenti saltem, Sanctis fuisse adscriptum, contendunt, ab errore immunes videntur, quemadmodùm § sequens aperiet.*

§ XLVII. An Leo X Papa Brunonem etiam canonizârit, & quænam, ad gloriam Sancti posthumam facientia, concessam ab hoc Pontifice cultum ei deferendi facultatem proximè sint secuta.

Papa Leo Brunonem eo ipso, quo eum coli permisit, non canonizavit;

LEonem X Papam non tantùm, ut ecclesiasticus Brunoni *cultus deferretur, concessisse, verùm etiam Sanctis eum adscripsisse seu canonizâsse, nonnulli existimant; ac inprimis quidem ex his exstitisse videtur eruditissimus Annalium Ecclesiasticorum parens Baronius, utpote in suis ad Martyrologium Romanum Annotationibus hodie de* Brunone *ita observans:* Vitâ functus est anno Domini MCI, relatusque est inter Sanctos à Leone decimo, Romano Pontifice. *Verùm aliter longè sensit Benedictus XIV Papa; etenim in suo De servorum Dei Beatificatione & Beatorum Canonizatione Opere lib. 1, cap. 41, § 111, nullo pacto dici posse sanctum* Brunonem *à Leone X canonizatum fuisse, contendit, & sanè non immeritò, uti probant, tum quæ ipsemet ibidem adducit, tum quæ nos modò adducturi hîc sumus. Cùm canonizatio, uti infrà docebo, cultûs præceptum importet, non fuisse sanè* Brunonem *vivæ vocis oraculo, quo, ut ei cultus ecclesiasticus deferri posset, anno* 1514 *dumtaxat impertiisse Leonem X Papam, è recitatis Cardinalis Papiensis litteris intelligitur, in Sanctorum numerum ab hoc Pontifice relatum seu canonizatum, manifestum est. Quare ut, sanctum Cartusianorum Institutorem canonizatum à Leone fuisse, verum esse queat, oportet, ut altera hic illud pòst declaratione, vel vivæ itidem vocis oraculo vel litteris expressa, fecerit. Verùm declarationis, vivæ vocis oraculo factæ atque à declaratione, in Cardinalis Papiensis litteris memorata, distinctæ, quâ in*

C *Sanctorum numerum Leo Papa* Brunonem *retulerit, nullus omnino scriptor meminit.*

bullâ tamen pòst datâ fecisse hoc illum, volunt nonnulli.

765 *Quod autem ad litteris seu bullâ expressam, quâ id fecerit, declarationem spectat, Tutinus quidem in Historiæ Ordinis Cartusiensis Prospectu pag.* 135, *postquam, Leonem X, ut publicus* S. Brunoni *cultus deferri posset, anno* 1514 *vivæ vocis oraculo concessisse, narravit, ad annum* 1515 *subjungit:* Leo X bullam canonizationis sancti Brunonis Generali Ordinis Carthusiensis transmisit, & in ea plura in Ordine servanda injungit. *Tutino porrò, bullam à Leone, quâ Sanctus canonizatus fuerit, datam fuisse, hîc tradenti, alii etiam nonnulli assentiuntur. Nescio tamen, an hisce accenseri debeat Surius. Etsi enim ad scriptæ à se Sancti nostri Vitæ calcem metricè hunc in modum ejus canonizationem describat:*

Papa Leo, gestis & majestate verendus,
Cardineis Patribus celebri circumdatus actu,
Certior est factus, quàm sanctè vixerit olim
Bruno; quod obsequium, dum vixit, præstitit Urbi,
Quódque per hunc cultu divino Ecclesia crevit; D
Hujus & audierat certò miracula quædam.
Propterea votis Patrum concordibus illum
Rettulit in Divos; festum concessit eidem
Octobris sexta celebrari luce quotannis;
(Illo nempe die moriens ascendit olympum)
Erigere huic statuas, ac ædificare sacella
Permittens; super his confecta diplomata confert.
Ordinis hæc nostri mater Carthusia servat
Inter Romani multa instrumenta senatus;

huic tamen descriptioni præfigit hunc titulum: Canonizatio, ut vocant, S. Brunonis carmine conscripta; *quibus è vocibus, fueritne verè à Leone Papa* Bruno *canonizatus, dubitâsse posse videri. Adhæc per diploma, cujus hîc meminit, cum Zanottio (adi num.* 762) *Breve dumtaxat, quo Sancti cultum Leo permisit, fortassis intelligit. Utut sit, bullam equidem, quâ* S. Brunonem *Leo X canonizârit, datam non fuisse, pro indubitato debet haberi.*

E *Ast id, cùm bullæ hujusmodi nec in ordinatione anni* 1515

766 *Id sic ostendo: quòd si bulla hujusmodi, quæ, facta licèt tum Romæ, tum alibi diligentissima indagine, inveniri haud potuit, anno* 1515 *à Leone data fuisset, ea utique aut generali Reverendorum Patrum Cartusianorum capitulo, die septima Maii & sequentibus dicto anno* 1515 *in Cartusia Majori celebrato, si Maium sit prægressa, aut certè, si mense hoc fuerit posterior, generali eorumdem Reverendorum Patrum capitulo, anno* 1516 *die* 21 *Aprilis & sequentibus in Majori itidem Cartusia celebrato, nota fuisset: neutri autem è capitulis hisce generalibus nota illa fuisse ullo modo videtur. Patres enim, ut quotannis, prout à Leone Pontifice fuerat concessum,* S. Brunonis *festum sexta Octobris die solemni ritu celebretur, Officium conveniens de eo agatur, quotidianaque in Officio ecclesiastico commemoratio instituatur, in priori è duobus illis capitulis generalibus ordinaverunt, hancque ordinationem nova condita in posteriori capitulo ordinatione confirmaverunt, injungentes præterea, ut* S. Bruno *& in Litaniis Conventualibus invocetur, & Martyrologio inscribatur; Bullam autem, quâ* Brunonem *canonizârit, cultumque illum ei deferri Pontifex jusserit, non commemorant, facere id utique, si bullæ hujusmodi cognitionem habuissent, non omissuri. Ut, quàm verum id sit, studiosus lector perspiciat,* F *nihilque, quod ad gloriam Sancti posthumam spectet, præteream, ambas ordinationes illas, è Majori Cartusia à Cartusiano Parisiensi suprà sæpissimè jam laudato mihi procuratas huc transcribo. Prior seu illa, quæ in capitulo generali anni* 1515 *condita fuit, sic habet:* Cùm sanctissimus Dominus noster Dominus Leo divinâ Providentiâ Papa decimus & modernus, nobis & Ordini nostro suâ gratiâ dederit & concesserit licentiam & auctoritatem, ut in singulis domibus dicti nostri Ordinis, & earum ecclesiis seu capellis possimus festum beati Brunonis Patris nostri solemniter colere, & debita devotione celebrare, ejusque corpus & memoriam dignis in Domino laudibus prosequi & venerari & Officium conveniens in honorem ipsius agere & decantare, necnon commemorationem singulis diebus de eo facere, & aliàs, prout in desuper confectis litteris (*nimirum Cardinalis Papiensis, quas § præced. dedi*) pleniùs continetur.

767 Propterea ne tantam gratiam neglexisse videamur, ad Dei & ejusdem Patris nostri laudem

quâ, qui ex Pontificis conceſſione licitus erat,

dem & honorem, Ordinis incrementum, & noſtram, noſtrorumque omnium ſalutem, conſolationem, & pacem, dictarum litterarum mentem & tenorem inſequentes, volumus & ordinamus, quòd de cætero annis ſingulis perpetuis futuris temporibus die ſextâ menſis Octobris, qua die idem Pater noſter, carne ſolutus, beatâ fuit immortalitate veſtitus, feſtum prædictum in omnibus & ſingulis domibus totius Ordinis noſtri prædicti & earum eccleſiis ſeu capellis in honorem & ſub nomine & vocabulo ejuſdem beati Brunonis confeſſoris cum candelis ſolemniter celebretur, & ab omnibus & ſingulis Prioribus, monachis, converſis, & aliis perſonis dicti noſtri Ordinis debitâ devotione colatur, ejuſque corpus & memoria dignis in Domino laudibus veneretur, fiatque & decantetur de eo ipſa die ſexta Octobris ſolemne Officium cum duodecim lectionibus, capitulo, refectorio, & cæteris cæremoniis, quæ in ſolemnibus feſtis candelarum ſolent obſervari, in hunc videlicet, qui ſequitur, modum. Ad primas Veſperas Antiphona ſuper Pſalmos, Sint lumbi. Reſponſorium, "Beatus ſer-
B ,,vus.,, Ad Matutinas octo primæ lectiones, ſermo beati Auguſtini epiſcopi, qui incipit: "Domi-,,nus noſter Jeſus Chriſtus, ,, ſicut in feſto S. Martini. Quatuor verò ultimæ, Homilia beati Gregorii Papæ, quæ incipit: "Sancti Euangelii, ,, ſuper Euangelio ſecundum Lucam: "Sint lumbi ,,veſtri, ,, ſicut in feſto S. Benedicti. Ad Miſſam dictum Euangelium: "Sint lumbi veſtri.,, Cætera omnia tam in Miſſa, utriſque Veſperis, Matutinis, quàm cæteris Horis fiant ſicut unius confeſſoris non epiſcopi, exceptis orationibus, quæ dicentur prout infrà in pede præſentis ordinationis ſunt notatæ. Volumus pariter & ordinamus, quòd in vigilia dicti feſti fiat abſtinentia & in die fiat ſermo in capitulo monachorum & converſorum ad laudem ejuſdem Sancti, & ad reformationem Ordinis, & ceſſetur ipſa die ab omnibus operibus, ut divinis laudibus faciliùs & devotiùs intendere valeamus.

Sancto Patri ſuo cultum deferri ſtatuerunt,

768 Item ordinamus, quòd dictum feſtum ſcribatur in Calendariis Ordinis ſub dicta die ſexta Octobris, & in Letaniis poſt ſanctum Benedictum ponatur, ſcribatur, & ab inde dicatur "Sancte Bruno, ora pro nobis.,, Item pariter Ordinamus, quòd ſingulis diebus, quibus cætera dicuntur ſolita ſuffragia in Matutinis & Veſperis, immediatè poſt commemorationem ſancti Joannis fiat de eo commemoratio in hunc modum.
C Antiphona, Similabo. Verſus, Juſtum deduxit. Oratio, "Omnipotens ſempiterne Deus. &c. Ut ,,per ejus interceſſionem & merita divinam in ,,præſenti gratiam, & æternam in futuro gloriam ,,conſequi mereamur.,, Sequuntur Orationes ad Miſſam dicendæ, quarum prima dicetur in die ad utraſque Veſperas, Laudes & Tertiam & quotidie ad commemorationem in Matutinis & Veſperis. ORATIO. "Omnipotens ſempiterne Deus ,,qui renuntiantibus ſæculo manſiones paras in ,,cælo, immenſam clementiam tuam humiliter ,,imploramus, ut intercedente beato Brunone ,,Confeſſore tuo, vota, quæ profitendo fecimus, ,,fideliter implere, & ad ea, quæ perſeverantibus in te dignatus es promittere, valeamus ,,ſalubriter pervenire. Per.,, SECRETA. "Sacrandum tibi Domine munus offerimus, majeſtatem tuam ſuppliciter exorantes, ut per in-,,terceſſionem & merita beati Brunonis Confeſſoris tui, à peccatis omnibus & peccatorum ,,omnium pœnis abſoluti, acceptum tibi ſacri-

,,ficium in tuæ Paſſionis & noſtræ Redemptio-AUCTORE C. B.
,,nis memoriam offerre valeamus. Qui vivis.,, COMPLENDA. "Per hæc ſancta, quæ ſumpſimus, ,,Domine Deus, pium in nobis accende ſanctæ ,,Religionis affectum, ut ejus, quem ut pa-,,trem in terris colimus, veſtigia inſequentes, ,,quod te donante promiſimus, te operante, im-,,plere, & cùm vitæ finis advenerit, ad te, qui via, ,,veritas, & vita es, pervenire mereamur. Qui ,,vivis &c.,,

nec in altera, quâ ſtatutum hoc confirmârunt, anni 1516 ordinatione

769 *Poſterior, ſeu quæ anno 1516 fuit præſcripta, his verbis concipitur:* Ordinationem in præcedenti Capitulo factam circà celebrationem feſti beati Brunonis Patris noſtri confirmamus, & eam perpetuò in Ordine noſtro obſervari volumus & mandamus, hoc addito, quòd, ſicut in Letaniis privatis, ita & in Conventualibus ponatur & ſcribatur, & ab inde dicatur: "Sancte Bruno ora pro nobis.,, Et in Martyrologio ſub die ſexta Octobris ſcribantur hæc verba: In Calabria depoſitio beati Brunonis confeſſoris, primi Inſtitutoris Ordinis Cartuſienſis. Et nihilominus ordinamus, quòd de vita ejus noviter impreſſa legatur in refectorio ſingulis annis in ſingulis domibus Ordinis in dicto feſto. E
Duas has ordinationes, quæ è codice ordinationum, à capitulis generalibus conditarum, in titulo, iis in capite præfixo, deſumptæ notantur, cum ipſis autographis concordare teſtatur ipſemet, qui iiſdem ſubſcribitur, reverendiſſimus Ordinis Cartuſienſis miniſter generalis Franciſcus Biclet. Expende modò, ſtudioſe lector, duo iſta jam recitata documenta, vixque dubito, quin futurum ſit, ut fateare, in horum ſaltem poſteriori Cartuſianos generalis anno 1516 celebrati capituli Patres Pontificiarum, quibus S. Bruno *canonizatus fuiſſet, litterarum facturos fuiſſe mentionem, ſi ad illorum hæ cognitionem veniſſent, miſſæque adeò, ut Tutinus verbis proximè recitatis memoriæ prodit, ad Ordinis Cartuſienſis Generalem fuiſſent. Cùm enim, quâ Pontifex, publicè Sanctum coli, vivæ dumtaxat vocis oraculo impertierat, facultatis mentionem in priori facere capituli generalis anni 1515 Patres non omiſerint, quis Bullæ Pontificiæ, cultum* Brunonis *eccleſiaſticum non tantùm permittentis, ſed etiam decernentis ſeu præcipientis, ſi bullam hujuſmodi noviſſent, mentionem, arbitretur, capituli anni 1516 Patres facturos non fuiſſe in dictorum documentorum poſteriori, quo confirmârunt, quod antea de cultu ſancto Patri ſuo deferendo, cùm is à Pontifice, non præceptus, ſed permiſſus dumtaxat fuiſſet, ſtatuerant?* F

Carthuſiani meminerint?

770 *Adhæc in poſteriori è duabus recitatis ordinationibus, anno ex dictis 1516 condita, generalis capituli tunc celebrati Patres Bullæ Pontificiæ, à Leone decimo Papa ad Ordinis Cartuſienſis Generalem miſſæ, quâ hic Pontifex* S. Brunonem *canonizârit, non tantùm non meminêre, ſed bullam hujuſmodi à Leone ad Ordinis ſui Generalem miſſam non fuiſſe, in hac ipſa ordinatione ſuâ conjiciendi anſam præbent. Dum enim hâc, ut ſanctus Ordinis ſui Inſtitutor Martyrologio inſcribatur, præcipiunt, non cum* Sancti, *ſed cum* Beati *dumtaxat titulo fieri id jubent, ſecùs tamen veroſimillimè facturi, ſi Bullæ Pontificiæ vi, quâ* Bruno *canonizatione ſaltem æquipollenti, ut vocant, canonizatus fuiſſet, Sancti titulum ei competere perſpectum habuiſſent. Nec eſt, quòd reponas,* Brunonem *in præfata ordinatione, utpote quâ per voces haſce,* ſancte Bruno, ora pro nobis, *in Litaniis conventualibus*

AUCTORE C. B.

invocari jubetur, Sancti titulo etiam condecorari; è cælitibus enim, qui in Litaniis hujusmodi, publicè recitari haud solitis, invocantur, tam ii, qui sunt, quàm ii, qui non sunt, in Sanctorum album canonizatione seu formali seu æquipollenti relati, Sancti titulo solent affici. Verùm demus etiam, nullius planè roboris esse, quæ è capitularibus Cartusianorum ordinationibus contra assertam à Camillo Tutino, quam ad Ordinis Cartusiensis Generalem anno 1515 Leo X Papa miserit, canonizationis S. Brunonis *bullam in medium hactenus adduximus; bullam equidem hujusmodi à Pontifice illo datam numquam fuisse, ac proin nec ad Ordinis Cartusiensis Generalem missam, indubitatum esse vel idcirco debet, quòd* S. Bruno, *Cartusianorum parens ac institutor, à Leone decimo canonizatione nec formali nec æquipollenti Sanctorum numero fuerit adscriptus, uti, quæ jam nunc dicturus sum, manifestum efficient.*

Obique in universa Ecclesia modo, qui ad canonizationem requiritur,

771 *Ante omnia, ut, an verè Sanctus à Leone canonizatus fuerit, melius perspiciatur, quid & Canonizatio & Beatificatio sit, sicque quidnam hanc inter & illam discriminis intercedat, videamus. Canonizatio, ut Benedictus XIV De servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione lib.* 1, *cap.* 41, *num.* 1 *docet, duplex est, alia formalis, alia æquipollens. Formalis, quæ fit à summo Pontifice, servata forma judiciali prolataque sententia, & observatis consuetis cæremoniis. Æquipollens, cùm Dei servus, in antiquâ cultûs possessione existens, famâ virtutum & miraculorum celebris, nullâ prolatâ sententiâ nec servato ordine judiciali, omissisque consuetis cæremoniis, coli jubetur in universa Ecclesia certo die per Officii & Missæ recitationem celebrationemque, ritæ etiam, contrà ac in canonizationis formalis bullis (adi laudatum Benedicti XIV Opus lib.* 1, *cap.* 38, *num.* 5 *& seq.) fieri assolet, seu duplici seu semiduplici, quo fieri illud debeat, expressè ac nominatim, uti è variis canonizationis æquipollentis exemplis, à Benedicto XIV Operis; mox iterum citati, lib.* 1, *cap.* 41 *adductis, intelligitur, determinato seu præscripto, ulteriorique proinde (adi iterum laudatum Benedicti XIV Opus lib.* 1, *cap.* 38, *num.* 5 *& seq.) constitutione, ut Sanctus, qui canonizatione æquipollenti canonizatus fuit, ita coli possit, non requisita. Quod modò ad Beatificationem spectat, hæc, non secùs atque Canonizatio, in formalem atque æquipollentem dividitur: formalis quidem est, quando, prævia formali discussione virtutum & miraculorum, Pontifex indulget, ut servus Dei colatur, tamquam Beatus, in aliquo certo loco; æquipollens verò, cùm summus Pontifex, prævia judiciali probatione famæ virtutum & miraculorum, approbat sententiam latam à judice ordinario vel delegato super casu excepto à decretis Urbani VIII. Ita quantùm ad substantiam in Opere laudato lib.* 1, *cap.* 42, *num.* 8 *idem Benedictus XIV.*

B

C

Leo Sanctum non præceperit, à vero alienum apparet.

772 *In eo itaque Canonizatio seu formalis seu æquipollens à Beatificatione seu formali seu æquipollenti potissimùm differt, quòd Beatificatio permissionem duntaxat; Canonizatio cultûs præceptum importet, itemque quòd in Beatificatione cultus ad aliquam provinciam, diœcesim, civitatem religiosamve familiam contrahatur, in Canonizatione ad Ecclesiam universam extendatur. Jam verò, cùm hæc ita habeant, ac maximè quidem cùm in iis, quæ ad Beatum, qui canonizatur, spectant, examinandis judicialis ordo seu forma ad Canonizationem formalem requiratur,* Brunonem *sanè hâc Sanctis non fuisse à Leone adscriptum, manifestum est. Neque verò id quisquam contendit. Quod autem ad canonizationem æquipollentem pertinet, nec hâc* Brunonem *Sanctis Leo adscripsit. Hunc enim in universa Ecclesia per Officium & Missæ celebrationem coli, eo modo, quem canonizationis æquipollentis descriptio, num. præced. data, includit, numquam præcepit. Liquet id ex eo, quòd, quemadmodùm in Appendice ad gloriam Sancti posthumam probabo, anno* 1623 *à Gregorio XV Papa, ut* festum S. Brunonis... die sexta Octobris... in Missali & Breviario Romano reponi, Officiumque de eo semiduplex (*verba sunt Bullæ, à Gregorio hac de re datæ, infráque recitandæ*) ab omnibus ubique fidelibus recitari liberè & licitè posset ac valeret, *Cartusianis supplicantibus, concessum demùm fuerit; unde consequitur, ut enimverò, Sanctum in Universa Ecclesia per Officium & Missæ celebrationem coli, eo modo, quem canonizationis æquipollentis descriptio, num. præced. data, involvit, Leo X Papa jam antea haud præcepisset. Atque hinc, simulque ex antè dictis ulteriùs consequitur, ut nec Bullam, quâ* S. Brunonem *canonizârit, anno* 1515 *dederit, nedum ad Ordinis Cartusiensis Generalem miserit, contrà ac verbis suprà recitatis Camillus Tutinus tradit, aliique nonnulli, ab eo, quantùm opinor, in errorem inducti, hodieque existimant.*

D

E

Nec Brunonem is Pontifex beatificatione formali

773 *Porrò cùm Sanctus noster, qui ex jam dictis à Leone X canonizatus non fuit, non aliter, quàm vivæ vocis oraculo, quo, ut cultu ecclesiastico afficere eum possent, Cartusianis fuit concessum, à præfato Pontifice Beatis fuisse adscriptus inveniatur, non fuisse etiam id abs hoc factum Beatificatione formali, sed tantùm æquipollenti, facilè, quantùm opinor, quisque intelliget partim è jam data tum formalis, tum æquipollentis Servorum Dei Beatificationis descriptione seu notitia, partim ex modo, quo in cælitum honoribus* S. Brunoni *concedendis Leo Papa processisse asseritur tum à Blomenvenna huncque secuto Surio in concinnatis à se Sancti Vitis, tum ab Antonio S. R. E. Cardinali Papiensi in litteris suprà huc transcriptis. Ad formalem enim (adi num.* 771) *Beatificationem formalis, quæ huic præeat seu prævia sit, virtutum miraculorumque Servi Dei, qui Beatis adscribendus proponitur, discussio requiritur; modus autem, quo Leo decimus in concedendis* S. Brunoni *cælitum honoribus processit, sequens fuit: Cùm hic Pontifex, cui, ut* S. Brunonem *festo annuo Officioque ecclesiastico honorandi quotidianamque de eo in precibus horariis commemorationem faciendi facultatem Ordini Cartusiensi concedere dignaretur, Priores Cartusiani deputati, & Antonius S. R. E. Cardinalis Papiensis totius mox dicti Ordinis, cujus protector erat, nomine supplicabant,* jam dudum de laudibus ac sanctitate ejusdem beati Confessoris plurima *intellexisset,* arbitratus dignum esse ac consonum rationi, ut, quem Deus in hoc sæculo tantis donis & gratiis insignivit, assumptum in cælis magis ac magis venerandum, & cui viventi dederat cor Omnipotens ad præcepta & legem vitæ & disciplinæ, eidem nunc apud thronum divinæ gloriæ existenti impendatur in terris debitæ devotionis obsequium, *postulationi eorum lubentissimè consensit.*

F

sed tantùm æquipollenti Beatis adscripsit.

774 *Ita suprà jam datæ num.* 759 *& seqq. Antonii Cardinalis litteræ. Nec ab hisce ea in re Blömenvenna, cui etiam in substantia Surius ad amussim consonat, multùm abludit. En ejus hanc spectantia*

A *tantia verba. Sic habent :* Sanctissimus dominus noster (*nimirum Leo decimus Papa*) cùm multorum relatione de eximia sanctitate beati Brunonis frequenter audîsset, posthabita miraculorum inquisitione, indignum arbitratus est eum, quem Deus tantis in hoc sæculo ornâsset donis & gratiis, nunc assumptum in cælis maximis non efferri præconiis, & cui dedisset Omnipotens cor ad præceptum & legem vitæ & disciplinæ, eidem nunc, apud thronum divinæ gloriæ quiescenti, debitæ devotionis obsequium non impendi in terris. Et propterea non modò generosè auctoritate Apostolica annuit, verùm etiam voluit, ut in singulis domibus totius Ordinis Carthusiensis... festum sanctissimi Brunonis confessoris annis singulis die sexta Octobris... solemniter colatur, & congrua debitaque devotione celebretur. *Jam verò, cùm Leo Papa non formali virtutum miraculorumque discussione præmissa, sed sanctitatis dumtaxat, uti è jam datis Antonii Cardinalis litterarum & Blömenvennæ verbis intelligitur, famâ impulsus, cultum ecclesiasticum, hisce itidem expressum,* S. Brunoni *deferri permiserit, manifestissimum sanè est, formali id eum, utpote ad quam formalis*
B *virtutum miraculorumque discussio ex dictis requiritur, Beatificatione non feciſſe, ac proin nec hâc, sed tantùm æquipollenti, qualis tunc erat in usu, quæque sententiæ, à judice ordinario vel delegato super excepto ab Urbani VIII decretis, utpote tum nondum exsistentibus, casu latæ, approbationem Pontificiam non exigebat, Sanctum nostrum Beatis fuisse adscriptum.*

Ipso anno, quo id accidit, 1514 sacrum Sancti corpus,

775 *Verùm qualiscúmque demum modus fuerit, quo* Brunonem, *sanctissimum Cartusianorum Institutorem, Beatis adscribi, à Leone decimo, summo Pontifice, contigerit, fuit equidem ab hoc, ut illi cœlitum honores publicè deferre possent, Cartusianis concessum. Nec dudum hi facultatem illam irritam esse siverunt. Etenim ut in singulis Ordinis sui domibus permissus à summo Pontifice cultus ab omnibus prorsus seu clericis seu conversis sancto Parenti suo deferretur, in capitulo generali, quod anno* 1515, *dictæ facultatis concessionem proximè secuto, celebratum fuit, districtè, quemadmodùm ordinatio in hoc condita supráque huc transcripta fidem facit, statuerunt, jamque ab ipso anno* 1514, *quo concessa eis à Pontifice dicta facultas fuerat, corpus* S. Brunonis *è S. Mariæ de Turri, quem-*
C *admodùm, nemine eis hac in re contradicente, Tutinus in Historiæ Ordinis Cartusiensis Prospectu pag.* 136 *aliique docent, ecclesia ad ecclesiam S. Stephani de nemore transtulerant. Id quidem loco cit. dictus Tutinus, eodem demum anno* 1515, *quo condita fuit in generali Ordinis Cartusiensis capitulo memorata ordinatio, factum scribit; verùm quemadmodùm hic scriptor, qui non priùs, quàm seculo proximè elapso floruit, ac proin diu à re gesta abfuit, in asserenda bulla, ad Cartusianos missa, quâ Leo decimus Papa* S. Brunonem *canonizârit, hallucinatus ex dictis est, ita etiam hîc in assignando anno, quo sacra Sancti reliquiæ ex ecclesia S. Mariæ ad ecclesiam S. Stephani de nemore fuerint translatæ, omni dubio procul hallucinatur. Blömenvenna enim, qui eo ipso tempore, quo memorata sacrarum Sancti reliquiarum translatio contigit, in vivis exstitit, Cartusiæque Colonienſis (adi in Chronologico Ordinis Cartusiensis Theatro Morotium & in Bibliotheca Cartusiana Petreium) Priorem egit, fuisse illam jam inde ab anno* 1514 *factam, in contexta à se* S. Brunonis *Vita è Matthæi, Cartusiæ Bononiensis Prioris, qui rei gestæ interfuerat, relatione memoriæ prodit, omnesque prorsus scriptores alios, de re illa tractantes, quos quidem viderim, sibi consentientes habet.* AUCTORE C. B.

uti è Prioris Bononiensis, qui rei gestæ interfuit, relatione

776 *Verba, quibus Blömenvenna dictam translationem anno* 1514 *è laudati Bononiensis Prioris, qui præsens huic adfuerat, testimonio affigit, sequentia hæc sunt :* Anno Domini ... MDXIV domnus Mathæus, Prior domûs Bononiæ, qui & ipse ad negotium suprà dictum (*restitutionem monasterii S. Stephani*) urgendum deputatus fuerat, cum translationi ossium sancti Brunonis personaliter interesset, sacrum illius caput, ne cum ossibus altari imponeretur, tenebat in manibus; turbis verò congregatis & amantissimi sui Patroni sanctis reliquiis privari formidantibus, satisfaciebat dicendo, opus, sacrum caput, ab ossibus segregatum, auro & argento vestiri lapidibusque pretiosis ornari: atque ita diligentis custodiæ suspicionem ipsis auferens, ex speciali licentia summi Pontificis partem aliquam capitis detraxit, & aliis communicavit, & præcipuè venerabili patri Gregorio, Priori domûs Friburgensis, portionem modicam de eodem capite dedit anno Domini MDXV tempore capituli generalis, quam ille, minutatim dividens, per domos provinciæ Rheni, sibi tamquam visitatori principali commissas, distribuit. Quia verò sanctus Bruno natione Colonienſis fuit, præfatus dominus Mathæus reservaverat portionem parvam de eodem capite pro Priore domûs Coloniæ, eique in præsentia reverendi Prioris Majoris Carthusiæ donavit plurimùm gaudenti & devotione magna suscipienti anno MDXVI; qui Coloniam reversus eodem anno pretiosissimum gratissimumque sibi munus in ecclesia domus suæ deposuit die Inventionis sancti Stephani; pulveres verò, ex divisione decidentes, distribuit domibus provinciæ Teuthoniæ, scilicet sancti Salvatoris prope Trajectum, sanctæ Mariæ in Monichusen, sancti Andreæ prope Amsterdam, & sancti Bartholomæi prope Delfft. E

Blömenvennæ hîc docet, fuit translatum, annoque 1515 *cum Priore Friburgensi* F

777 Translatum est autem corpus sancti Brunonis anno Domini MDXIV per dominum Joannem Rufi abbatem, &, ut mihi retulit dominus Mathæus, de quo suprà, impositum majori altari, ex candido marmore constructo, circumpositio tabulato spissitudinis quatuor digitorum, crate etiam ferrea undique girante ipsum altare, cujus etiam mensa est de marmore candido. Est autem altare istud locatum in capite ecclesiæ sancti Stephani de Busco. *Ita ille; apertissimè sanè docens, sacrum* S. Brunonis *corpus anno* 1514 *fuisse translatum. Nec hoc tantùm è recitatis Blömenvennæ verbis habemus, verùm etiam per Joannem Rufi abbatem, qui melius fortassis à Surio aliisque* Joannes abbas S. Rufi *vocatur, translationem fuisse peractam, eique etiam Matthæum, Cartusiæ Bononiensis Priorem, interfuisse. Ait porrò in Sancti Vita à se conscripta cap.* 33 *Zanottius, solemnitati isti non tantùm hunc, verùm etiam Neapolitanæ, Claromontanæ in Basilicata regni Neapolitani provincia; Mantuanæ & Romanæ Cartusiarum Priores præsentes adstitisse. Et verò, licèt id scriptoris synchroni æqualisve testimonio confirmatum nuspiam inveniam, vel ex eo tamen, quòd iidem Priores, ut Turritanum S. Stephani monasterium Ordini suo restituendum curarent, deputati antea fuerint, verosimillimum autumo. Sed hæc de*

AUCTORE C. B.

iis, quæ ad ſacri theſauri tranſlationem ſpectant, dixiſſe ſufficiat; nunc de hoc ipſo nonnulla dicamus. Ex eo, dum ſolemnitas iſta peragereturper Matthæum, Cartuſiæ Bononienſis Priorem, capitis partem fuiſſe modo, quem exponit, decerptam, Blömenvenna verbis proximè datis docet, uti etiam partis illius portionem unam Gregorio, Cartuſiæ Friburgenſis Priori, anno 1515 alteramque Cartuſiæ Colonienſis Priori anno 1516 à laudato Matthæo, Cartuſianorum Bononienſium Priore, fuiſſe donatam.

ac altero anno pòſt cum Colonienſi ſacri theſauri pars fuit communicata;

778 *Ac Prior quidem Colonienſis, cui ſacrum hoc donum fuit collatum, ipſemet, qui iſthæc in litteras mittit, quique, quòd Leidæ ſeu Lugduni Batavorum natus ſit,* Leidenſis *etiam à patria nominatus non rarò invenitur, Blömenvenna exſtitit, uti liquet tum ex tempore, quo Cartuſiæ Colonienſi à Petreio & Morotio præfuiſſe memoratur, tum ex Surio, qui, eadem, quæ verbis jam datis Blömenvenna, in conſcripta à ſe Sancti noſtri Vita memorans, ſequentia prodit memoriæ:* Quia ſanctus Bruno patriam habuit Coloniam Agrippinam, idem dominus Matthæus ejus capitis parvam portionem donavit domino Petro Leidenſi, Carthuſiæ Colonienſis Priori, cui munus illud fuit longè gratiſſimum, quique domum reverſus anno MDXVI donum pretioſiſſimum in eccleſia Cartuſiæ Colonienſis die III Auguſti reverenter depoſuit. *Ita Surius. Verùm quî factum, ut Matthæus, Cartuſiæ Bononienſis Prior, capitis* S. Brunonis *portionem Gregorio, Cartuſiæ Friburgenſis Priori, provinciæque Rheni viſitatori anno 1515, uti Blömenvenna verbis recitatis teſtatur, in generali Ordinis Cartuſienſis capitulo, de more in Cartuſia celebrato, impertierit, nec tamen eodem tempore partem capitis, Cartuſiæ Colonienſi, quæ & ipſa in Rheni provincia ſita eſt, deſtinatam, Blömenvennæ, qui etiam tunc provinciæ Rheni viſitator erat, in manus tradiderit? Cùm è duobus ſingularum Ordinis Cartuſienſis provinciarum viſitatoribus unus dumtaxat, uti in Opere, quod Ordinis Cartuſienſis Annales inſcripſit, Innocentius le Maſſon lib. 3, cap. 22 docet, ad capitulum generale, in Cartuſia Majori celebrandum, teneatur quotannis accedere, capitulaque generali anni 1515 Gregorius, Cartuſiæ Friburgenſis Prior, tamquam dictæ Rheni provinciæ viſitator, interfuerit, facilè intelligitur, quî factum eſſe queat, ut Blömenvenna, licèt & ipſe provinciæ Rheni viſitator eſſet, capitulo generali anno 1515 non interfuerit, utque adeò ipſi Matthæus, Cartuſiæ Bononienſis Prior, parvam capitis* S. Brunonis *portionem, quam Cartuſiæ Colonienſi, quòd in hac civitate natus Sanctus eſſet, deſtinârat, ante annum 1516 in manus non tradiderit, ſeu ad illud uſque tempus, quo illum capitulo generali interfuturum ſciebat, in manus tradendam reſervârit.*

B

C

fuerat autem Franciſco à Puteo, Cartuſiæ Majoris Priori,

779 *Porrò tranſlationis Sancti noſtri occaſione non tantùm ſacrorum ejus lipſanorum partem Cartuſiæ Friburgenſis Prior, alteramque Colonienſis Cartuſiæ Prior, qui cum aliis Provinciarum Rheni & Teutoniæ ſeu Belgii Cartuſiis, ut Blömenvenna etiam verbis ſuprà huc tranſcriptis docet, ſacrum donum communicârunt, obtinuêre; verùm etiam è ſacro Cartuſienſium Ordine alii non pauci, ut dubitandum non apparet. Ac inprimis quidem Cartuſiæ Pariſienſis alumni os digiti, quod hodiéque, ut Bailletus tom. 3 Virorum col. 91 docet, ad pedem ſtatuæ,* Brunonem *exhibentis, cernitur, ſibi impetravêre. At verò Zanottius in contexta à ſe Sancti Vita cap. 33 aſſertionem præterea huc facientem ſuppeditat, quæ, an veritati conſonet, animi pendeo. Ait enim, eo ipſo tempore, quo ſacrum Sancti noſtri corpus transferri contigit, Jacobum de Aragonia, Cartuſiæ Neapolitanæ Priorem, è* S. Brunonis *corpore inferioris mandibulæ partem unà cum duobus dentibus, facta ſibi ad hoc à Pontifice facultate, cepiſſe, ſacraque illa lipſana ad Franciſcum à Puteo, Cartuſiæ Majoris Priorem, qui ad ſolemnem Sancto cultum procurandum non parùm contulerat, dono miſiſſe; Blömenvenna autem, qui ex jam dictis rei geſtæ fuit æqualis, eamque etiam è Matthæo, Cartuſiæ Bononienſis Priore, qui Sancti tranſlationi præſens adſtitit, veroſimiliter audivit, ſacrum illud donum Franciſco à Puteo, Cartuſiæ Majoris Priori, citiùs, quàm anno 1514, factum fuiſſe, idque ei non dono miſſum, ſed ab ipſomet Jacobo de Aragonia, Cartuſiæ Neapolitanæ Priore, coràm oblatum fuiſſe, memoriæ prodit.*

D

uti è Blömenvenna ſtatuendum appareret,

780 *En ejus hunc facientia verba.* Cùm negotium, *inquit,* hujus reſtitutionis (*Calabrini ſcilicet S. Stephani monaſterii*) urgeretur ſeu tractaretur, tempore, quo capitulum generale Cartuſiæ celebrabatur, venit Prior domûs Neapolitanæ, cui negotium hoc commiſſum erat, & præſentavit reverendo patri domino Franciſco, Priori domus Majoris Carthuſiæ, partem mandibulæ cum duobus dentibus ſancti Brunonis, narravitque cunctis audire cupientibus, abbates domûs ſancti Stephani, in qua ſacrum corpus beati Brunonis requieſcit, tantâ diligentiâ ſacras reliquias ejuſdem metu Carthuſienſium, ne ſcilicet illud ſubſtraherent, cuſtodiviſſe, ut, oſſibus ſeparatis atque ad diverſa ſecretiora loca repoſitis, eiſdemque locis ſæpe mutatis, nemo ſcire poſſet, ubi ſacræ eſſent reliquiæ, præter abbatem & alium fide dignum. *Hactenus ille. Atque his quidem ſuis verbis, ut conſideranti patebit, apertiſſimè tradit, Sancti mandibulam unà cum duobus ejus dentibus ad Puteanum, Majoris Cartuſiæ Priorem, à Neapolitanorum Cartuſianorum Priore dono non fuiſſe ſubmiſſam, ſed hunc ipſum, contrà ac Zanottius ſcribit, dicto Cartuſiæ Majoris Priori, cùm capituli generalis tempore præſens ei adeſſet, ſacrum illud munus obtuliſſe; quod autem ad tempus, quo res acciderit, ſpectat, tunc eam, cùm, ut S. Stephani monaſterium Ordini ſuo reſtitueretur, Cartuſiani inſtarent, geſtam ſcribit, ac proin antequam id hiſce reſtitutum fuiſſet. Jam verò cùm reſtitutionis hujus negotium anno 1514 menſe Februario ex ſuprà dictis Pontificii decreti, anno 1513 dati, quo ea fieri jubebatur, exſecutione terminatum fuerit, tuncque generale anni 1514 Cartuſianorum capitulum, cujus tempore Jacobus, Neapolitanus Prior, præfatum ſacrum donum Franciſco à Puteo offerre potuerit, celebratum certè (neque enim ante Paſcha generalia ſua capitula Cartuſiani umquam habent) nondum fuiſſet, ex iis ſanè, quæ Blömenvenna verbis recitatis ſcribit, conſectarium omninò eſt, ut ante annum 1514, contrà ac Zanottius tradit, Sancti noſtri mandibulam unà cum duobus ejus dentibus Franciſco à Puteo, Cartuſiæ Majoris Priori, per Jacobum, Neapolitanæ Cartuſiæ Priorem, offerri contigerit.*

E

F

ſacrorum oſſium pars ante annum 1514 donata,

781 *Aſt, inquies, cùm Ciſtercienſes, dum penes ipſos eſſet S. Stephani monaſterium, ſtudiosè admodùm ac callidè, quemadmodùm ex ipſismet recitatis Blömenvennæ verbis intelligitur, ſacra* S. Brunonis *oſſa occuluerint, quî factum, ut ex hiſce mandibulam, quàm unà cum duobus Sancti den-*

A dentibus Cartusiæ Majoris Priori dono daret, Jacobus, Cartusiæ Neapolitanæ Prior, antequam monasterium illud Cartusianis restitutum esset, obtinuerit? Fateor, est sanè, cur nodus hic solutu appareat difficilis. Attamen cùm locus, quo S. Brunonis corpus, aut, si mavis, sacra ejus ossa essent recondita, Antonio Sabino, bonorum omnium ac redituum monasterii S. Stephani procuratori seu præfecto per Cardinalem de Aragonia, commendatarium hujus abbatem, constituto, jam inde ab anno 1513, si Tutinus rectè notet, aut etiam, si Zanottio fides sit, jam inde ab anno 1502 divinitus fuerit revelatus, fieri potest, ut mandibulam ex iis duosque dentes ante annum 1514 à dicto Cardinali, qui bene erga Cartusianos erat affectus, Jacobus, Cartusiæ Neapolitanæ Prior, affinitate cum eo conjunctus, acceperit. Quod cùm ita sit, mandibulam S. Brunonis cum duobus ejus dentibus ante annum 1514 Francisco à Puteo, Cartusiæ Majoris Priori, datam fuisse, ob ea, quæ Blomenvenna, auctor synchronus, ea de re memoriæ prodit, verosimilius, quàm oppositum, à Zanottio, auctore recentiore, traditum, mihi apparet, licèt interim huic etiam suffragetur Camillus Tutinus, in Historiæ Ordinis Cartusiensis Prospectu scribens, anno 1514 reliquias aliquot, de Brunonis corpore collectas, Carthusiis Majori, Colonienſi & Parisiensi distributas fuisse: cùm enim is scriptor, quantùm ad Sancti reliquias, quas Colonienſis Carthusia anno 1514 obtinuerit, ex jam suprà dictis certò erret, pondus iis, quæ de tempore, quo Sancti mandibula unà cum duobus ejus dentibus Francisco à Puteo seu Cartusiæ Majori tradita fuerit, Zanottius in litteras mittit, addere non potest.

B

782 Ceterùm etsi quidem, quæ de tempore ac modo, quo capitis S. Brunonis mandibulam unà cum duobus dentibus à Jacobo de Aragonia, Cartusiæ Neapolitanæ Priore, Franciscus à Puteo, Cartusiæ Majoris Prior, obtinuerit, Zanottius in litteras mittit, pro certis atque indubitatis, uti jam dicta probant, haberi haud queant, ei tamen, residuam capitis S. Brunonis partem, hermæ argenteo, Sanctum repræsentanti, inclusam, in Calabrino S. Stephani monasterio honorificè hodieque asservari, lucubrationis suæ sæpissimè laudatæ cap. 33 proximè cit. asserenti, absque ullo scrupulo assentiendum apparet. Præterquam enim quòd Matthæus, Cartusiæ Bononiensis Prior, sacrum Sancti caput, à reliquis ossibus sejunctum, auro & argento vestiendum, gemmisque ornandum esse, populo adstanti, ut Blomenvenna verbis suprà recitatis docet, in Sancti translatione declarârit, scriptor ille è Calabriæ monumentis, quæ sæpissimè laudat, certò rescire potuit, quæ ea de re memoriæ prodit. Atque vel hinc dubitandum etiam non est, quin veritati consonet, quod de reliquo Sancti corpore in S. Stephani monasterio sub magnifico altari in arca marmorea hodieque asservato è Calabriæ pariter, quantùm opinor, monumentis loco cit. docet, licèt interim hæc in rebus, ab ætate nostrâ remotioribus, fidem indubitatam facere non possint, hincque non pauca, quæ ex hisce Zanottius hausit, quæque datâ operâ confutare operæ pretium non erat, asserta silentio prætereunda seu negligenda in Commentarii hujus decursu duxerim, non secùs ac nonnulla alia, quæ ab aliis scriptoribus recentioribus traduntur, nec sat probato veritatis aut etiam verisimilitudinis fundamento suffulta arbitratus sum.

C

Undique, quæ ex his in Calabria supersunt, honorificè ibi servantur.

D

VITA ANTIQUIOR,

Auctore primorum quinque Cartusiæ Priorum chronologo anonymo,

Ex antiquissimo bibliothecæ Cartusianorum Colonienſium Ms. deprompta a.

a

CAPUT UNICUM

E

Occasio conversionis S. Brunonis; solitudinem petere statuit, alios in idem propositum attrahit, Gratianopolim pergit, in Cartusiæ eremum secedit, ad Pontificem, ex hac evocatus, se confert, solitudinem repetendi facultatem ab eo impetrat, in Turritanam Calabriæ eremum se abdit, ibique moritur.

Doctor Parisiensis clari nominis, qui obierat,

ANno Dominicæ Incarnationis MLXXXII vel circa illum, dum solemne studium floreret Parisiis, præcipuè in Philosophia & Theologia, & Jure Canonico, sicut generaliter consuevit, tale prodigium ibi dicitur accidisse. Quidam enim doctor præcipuus, & vitâ, ut videbatur, famâ atque doctrinâ & scientiâ inter omnes doctores Parisienses excellenter honoratus, & mirabiliter gratiosus, gravi & ultima infirmitate præventus, non diu decumbens diem clausit extremum.

F

primò se accusatum;

2 Cúmque tota die, quâ defunctus est, more Parisiensi in aula, funere in feretro decumbente, fuissent continuè decantata divina Officia, in crastino manè, congregata ibidem Universitate *b* Parisiensi tam scholarium quàm doctorum, ut tam honorabili viro solemnem & honorabilem præberent funeralis Officii sepulturam, cùm reverendi viri feretrum, in quo funus jacebat, vellent elevare ad ecclesiam deferendum, subitò, cunctis stupentibus, qui mortuus videbatur & erat, elevato capite, resedit in feretro, &, omnibus audientibus, altâ & terribili voce clamabat: JUSTO DEI JUDICIO ACCUSATUS SUM, &, hoc dicto, caput deposuit, & decubuit mortuus, sicut priùs.

b

dein judicatum,

3 Quâ voce cuncti attoniti & territi deliberaverunt, ipsum illo die nullo modo fore sepeliendum, sed usque in crastinum reservandum. Manè ergò sequenti cùm multitudo maxima convenisset, & dictum funus, sicut priùs, vellent ad ecclesiam deportare, defunctus, sicut priùs, elevato capite, dolorosa & terribili voce in-

A. ANONYMO.

intonuit: JUSTO DEI JUDICIO JUDICATUS SUM.

4 Quam vocem multitudo, quæ aderat, clarè intelligens & audiens ſtupuit plùs, quàm priùs, & alterutrum conquirentes, quid ſibi vellent innuere tam inſoliti & inexperti defuncti clamores, adhuc determinaverunt ipſum ad aliud craſtinum uſque nullatenus tumulandum. Tertio verò die cùm propter iſta prodigia civitas conveniſſet, & funus, cunctis præparatis, vellent ad tumulum deportare, defunctus, ſicut priùs, jam tertiò altiſſimo & mœſtiſſimo clamore perſonuit: JUSTO DEI JUDICIO CONDEMNATUS SUM *c*.

ac tandem damnatum, publicè è feretro proclamat,

c

5 Qua horribili ſententia audita, quaſi omnes immenſo fuerunt timore & tremore percuſſi, certi facti de condemnatione tanti viri, qui inter alios & ſuper alios videbatur honeſtate vitæ, claritate famæ, dignitatis excellentiâ, & multiplici ſcientia ac ſapientiâ præfulgere. Eâ tempeſtate erat ibi magiſter Bruno *d*, natione Theutonicus, de civitate Colonia non obſcuris parentibus natus *e*, eccleſiæ Remenſis canonicus & ibidem ſcholarum magiſter in Theologia *f*, qui ſupraſcriptis vocibus ſalubriter territus atque compunctus allocutus eſt quoſdam ſocios ibi præſentes infraſcriptis vel ſimilibus verbis: Eia, Cariſſimi, quid faciemus?

Hinc Bruno, qui horrendo ſpectaculo interierat, compunctus præſentes aliquot

d

e

f

B

6 Omnes ſimul peribimus, non ſalvabitur, niſi qui fugerit. Si in viridi hæc fiunt, in arido quid fiet? Si homo tantæ dignitatis, tantæ literaturæ, qui videbatur tam honeſtæ vitæ, qui erat tam celebris famæ, ſic indubitanter damnatus eſt, quid nos miſerrimi homunculi faciemus? Si lugubri voce unius homuncionis tam horribili & ſtupendo timore & tremore concuſſi & ſtupefacti ſumus, quid faciemus, dum rugitus leonis, cùm extremi judicii tuba aures noſtras perculerit? Cùm omnes audiemus: Surgite, mortui, venite ad judicium? Quò tunc fugiemus? Quomodo in tam horrendo judicio, ubi columnæ cæli contremiſcent, & angeli terrebuntur & territi purgabuntur*, apparere poterimus? Ubi tunc latebimus?

vehementiſſima efficaciſſimaque

**an turbabuntur?*

7 Impoſſibile erit latere, intolerabile apparere; fugiamus igitur à facie gladii Dei, præoccupemus faciem ejus in confeſſione, venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos. Poſtquam igitur hodie vocem ejus ſtupendam audivimus, non obduremus corda noſtra, ſed exeamus de medio Babylonis, egrediamur Pentapolim, igne & ſulphure jam ſuccenſam, & exemplo beati Pauli heremitæ, beatorum Antonii, Arſenii, Euagrii aliorumque Sanctorum cum beato Joanne Bapt. antra deſerti quæramus, in montibus nos ſalvos faciamus, ut æterni Judicis iram, & ſententiam damnationis æternæ, & diluvii* peccatorum in arca Noë, & in navicula Petri, in qua Chriſtus ventum & tempeſtatem ceſſare fecit, id eſt, in navi pœnitentiæ evadere valeamus & pervenire poſſimus ad portum & tranquillitatem ſalutis æternæ.

oratione ad pœnitentiam hortatur,

C

**an diluvium?*

8 His vel ſimilibus verbis atque ſententiis ſe ipſum & quoſdam ſocios alloquens & exhortans deliberaverunt ipſe & ſex alii probi viri ſecum abrenuntiare mundo & pompis ejus, & ad perpetuam pœnitentiam peragendam heremi deſerta competentia quærere, & ibidem, relictis omnibus divitiis & deliciis & honoribus hujus mundi, accipere ſinguli cruces ſuas, & nudi nudum Chriſtum ſequi per arctam viam, quæ ducit ad vitam, & latam ac ſpatioſam deſerere, quæ amatores & ſectatores mundi perducit ad ſupplicia damnatorum.

dumque eos dictis obſequentes habet, locum pœnitentiæ aptum

D

9 Et ideò, quia audierant famam ſanctitatis ſancti Hugonis epiſcopi Gratianopolitani, qui priùs aliquo tempore ejuſdem magiſtri Brunonis in ſcholis creditur ſocius extitiſſe *g*, Sancto Spiritu inſpirante, propoſuerunt ad memoratum ſanctum epiſcopum ſimul accedere, & ejuſdem auxilium & conſilium requirere, ut in ejus diocæſi, quam audierant multis deſertis montibus habundare, mererentur locum congruum obtinere, in quo ſuum ſanctum & ſalubre propoſitum poſſent effectui mancipare. Septem igitur Sancti Viri ſupraſcripti prædicta de cauſa ad prædictum ſanctum epiſcopum, duce ſancto Spiritu, pervenerunt *h*.

quæſiturus ad Hugonem Gratianopolitanum epiſcopum cum iiſdem ſe confert.

g

h

10 Et, ut utar omnino verbis ſcriptis in Legenda vitæ S. Hugonis epiſcopi memorati, per ſummum Pontificem, qui eum canonizavit, approbata, & confirmata *i*, Adeſt magiſter Bruno vir religioſus, ſcientiâ famoſus, honeſtatis & gravitatis ac totius maturitatis quaſi quoddam ſimulachrum; habebat autem ſocios magiſtrum Landuinum, qui poſt eum Prior Cartuſiæ extitit, duos Stephanos, Burgenſem & Dienſem (hi ſancti Ruſi canonici fuerant, ſed deſiderio vitæ ſolitariæ eis, abbate favente, ſeſe conjunxerant) Hugonem etiam *k*, quem cognominabant Capellanum, eò quòd ſolus ex eis ſacerdotis fungeretur officio *l*, duos laïcos, quos appellamus Converſos, Andream & Guarinum; quærebant autem locum heremiticæ vitæ congruum, necdumque repererant *m*. Hac ergò ſpe, ſimul & ſuavi ſanctæ converſationis odore trahente, venerunt; quos epiſcopus, nòn ſolùm gratanter, ſed & reverenter ſuſcepit, tractavit & voti compotes fecit.

Hìc illos benignè ſuſcipit,

i

E

k

l

m

11 Ipſo namque conſulente & juvante ac concomitante, Cartuſiæ ſolitudinem intraverunt atque extruxerunt anno Domini milleſimo octogeſimo quarto; epiſcopatûs verò dicti ſancti Hugonis quarto *n*. Viderat autem præfatus ſanctus epiſcopus circa idem tempus per ſomnium in eadem ſolitudine Dominum ſuæ dignationi habitaculum conſtruentem, ſtellas etiam ſeptem ducatum ſibi præbentes itineris *o*. Erant verò & hi ſeptem; quapropter non iſtorum tantùm, ſed & qui ſucceſſerunt eis, conſilia libenter amplexus eſt, & uſque ad mortem Cartuſiæ habitatores ſemper fovit, & beneficiis & conſiliis; licèt verò & priùs divini amoris totus arderet incendiis, nec aliter tamen ad diſciplinæ cæleſtis exercitia eorum exemplis & familiaritate inferbuit, quàm ſi flammanti quis faci plures alias circumponat ardentes.

in condendâ Carthuſiâ juvat,

n

o

F

12 Erat cum eis, non ut dominus aut epiſcopus, ſed ut ſocius, ſed ut frater humillimus & ad cunctorum, quantùm in ipſo erat, obſequia paratiſſimus; adeò ut vir venerabilis Guilhelmus Prior tunc S. Laurentii *p*, poſteà S. Theofridi abbas magiſtro Brunoni etiam ipſe non modica religioſa devotione alligatus, beati Hugonis tunc contubernalis, (bini quippe per ſingulas habitabant cellas) apud magiſtrum Brunonem non leviter conquereretur, quòd penè omnia ad humilitatem ſpectantia intra cellam præriperet officia epiſcopus, non ſaltem ſecum ut ſocius, ſed potiùs converſaretur ut famulus.

humillimè etiam ibidem inter eoſdem vivens,

p

13 In tantum autem heremum devotus in-

co-

Brunonemque ferè loco abbatis habens.

colebat & sedulus, ut eum magister Bruno non numquam exire compelleret, Ite, dicens, ite ad oves vestras, eisque, quod debetis, exolvite. Eo tempore magnæ paupertatis & humilitatis ardore succensus dictus episcopus voluit equitaturas suas cunctas vendere, & de ipsarum pretio pauperibus erogare, propriisque pedibus in prædicatione discurrere; sed homo profundi cordis magister Bruno, cujus consiliis non aliter quàm præcetis obtemperabat abbatis, non consensit, timens, ne apud se de hoc forsitan extolleretur, aut à cæteris de singularitate judicaretur episcopis, aut, quod dubium non erat, id ipsum propter asperitatem & inæqualitatem consummare non posset itinerum. ,,

Ast hic ab Urbano II Papa, quem olim discipulum habuerat,

14 Omnia prædicta sunt verba domni Guigonis scripta in Vita S. Hugonis Gratianopolitani episcopi, quæ hîc inserenda judicavimus, quia in eis primordia fundationis Cartusiæ declarantur, & magistri Brunonis excellentia innotescit & in hoc, quod eidem tam venerabilis, tam Sanctus episcopus cum tanta reverentia, sic ferventer & humiliter adhærebat, & cum eodem verè dici potest domûs & Ordinis Cartusiensis patronus & fundator; & quamvis non primus, tamen quodammodò præcipuus institutor. Feliciter igitur fundata & inchoata fuit domus, & Ordo Cartusiensis tempore summi Pontificis Gregorii septimi, cui in Papatu successit Papa Victor, qui valde modicum, id est, tantùm uno anno & mensibus quatuor circitèr vixit. Quo mortuo, Urbanus secundus creatus est, cujus magister Bruno priùs præceptor fuerat & magister *q*.

B

q

vocatur; licèt autem reliqui, sese, eo abeunte, in Carthusia mansuros, negarent,

15 Hic citò post creationem suam recordatus sapientiæ & sanctitatis & discretionis eximiæ magistri sui Brunonis, statim cogitavit eum habere, ut eum dirigeret & juvaret ad Apostolatûs solicitudinem & onera perferenda *r*. Cùm igitur prætatus magister Bruno jam sex annis heremum Cartusiæ inhabitâsset, & vocatus ad curiam Romanam, oporteret eum summo Pontifici obedire, & filiorum suorum cellicolarum societatem gratissimam, saltem ad tempus, deserere, ipsi subditi sui tanto sunt propter hoc dolore concussi, & tantâ tristitiâ perturbati, quòd omninò etiam ipsi dixerunt, se nullo modo in Cartusia mansuros, si eosdem accideret, tam dulcissimi & dilectissimi Patris orbari præsentiâ & providentiâ spoliari.

r

C

Pontifici tamen obtemperat;

16 Magister igitur Bruno propter istam filiorum desolationem non leviter desolatus, obedientiæ tamen debitum summo Pontifici non volens, nec valens licitè denegare, ne locus Cartusiæ, à cellicolis derelictus, ad profanas & indignas manus, aut usus sæcularium deveniret, ipsum Casæ-Dei abbati, qui fuerat unus de primis fundatoribus, facta donatione & cessione, reliquit, confecto super hoc ei publico instrumento *s*. Deinde venerabilis Pater, ad summum Pontificem veniens, eidem non longo, sed brevi tempore assistens, consiliis & auxiliis salutaribus ejus multa onera supportabat, & multùm in regimine sanctæ Dei Ecclesiæ ejus solicitudinem sua promptitudine sublevabat.

s

verùm ab hoc brevi post solitudinem repetendi facultatem impetrat,

17 Diu tamen patienter dissimulare non potuit tristitiam, & dolorem conceptum de suorum dispersione filiorum, & strepitus & tumultus curiæ, impedientes dulcedinem & quietem, quâ frui & pasci in heremo consueverat, graviter ferens & diutius ferre non sustinens, exposita summo Pontifici sua desolatione, cum summa instantia imploravit & impetravit à curia separari, & quòd posset ad heremum & cellæ jam prægustatam dulcedinem & desideratam requiem repedare.

A. ANONYMO.

atque in Calabria eremum secedit t

18 Et cùm summus Pontifex vellet eum confirmare in archiepiscopum Regiensem, ad quam ecclesiam, ipso Papa annuente, electus fuerat *t*, nullo modo consensit, sed ipso spreto atque contempto, Apostolico valefaciens ad Calabriæ quandam heremum, cui Turris nomen erat, Deo duce, pervenit, ibique, multis clericis & laïcis congregatis, monasterium instituit, in quo usque ad finem vitæ suæ in solitariæ vitæ proposito humilitate constans, caritate flagrans, devotione fervens, Deo semper adhæsit, & ibidem itinerarii sui cursum feliciter consummavit *u*. Quem glorioſum Patrem adeptum fuisse bravium, & coronam felicitatis æternæ divina Clementia per nonnulla miraculosa indicia declaravit.

u

cùm antè effecerat, ut, qui Carthusiam reliquerant,

19 Priùs tamen quàm de curia recederet, ejus, ut creditur, meritis & precibus, divina Misericordia omnes ejus socios & subditos revocavit, ita quòd omninò omnes redire Cartusiam consenserunt *x*. Et ideò magister Bruno impetravit à summo Pontifice litteras ad venerabilem virum Siguinum abbatem monasterii Casæ-Dei, quatenus locum Cartusiæ derelictum per magistrum Brunonem omninò infra triginta dies à receptione Papalium litterarum redderet & restitueret sociis ac subditis magistri Brunonis cum omni pristina libertate.

x

E

eò jam, præposito iis Landuino, rediissent.

20 Et istæ videntur primæ litteræ Papales, quæ inveniuntur de Ordine Cartusiensi facere mentionem *y*; quæ circa principium Cartularii Cartusiæ sunt conscriptæ. Abbas verò Siguinus, recepto mandato Apostolico, gratanter & hylariter obedivit, & magistro Landuino ac suis sociis locum Cartusiæ liberè & liberum reddidit per publicum instrumentum, quod circa principium Cartularii Cartusiæ est transcriptum *z*. Prædictum autem fratrem Landuinum magister Bruno Priorem ordinaverat Cartusiæ, antequam ad partes Calabriæ transmearet *aa*.

y

z

aa

Biographi hâc occasione

21 Quia igitur judicia Dei sunt incomprehensibilia & abyssus multa, non est locus Cartusiæ indignior judicandus ex eo, quòd, postquam sex annis fuerat divino cultui dedicatus, à prædictis sanctis viris fuerit derelictus; sed potiùs propter hoc est mirabilior & dignior reputandus, quasi, qui etiam derelictus, tantæ virtutis fuerit, quòd suos incolas meruerit ac prævaluerit revocare, nec sine Dei cultoribus, nec absque divinis laudibus potuerit remanere.

F

in divinam Providentiam

22 Sicut etiam divinæ dispensationis Providentia Apostolos, jam cæli & terræ principes, æterna prædestinatione constitutos, in passione Christi nihilominùs cadere permisit, & à veritate Christianæ fidei separari *bb*, ita etiam quòd aliqui ex discipulis, civitate sanctificatâ Jerusalem derelicta, ad castella extrinseca infidelitatis vento dispersi, desperationis fluctibus vacillabant, Christo verumtamen corporaliter resurgente, resurrexerunt & ipsi spiritualiter, constantiores & firmiores in fide, & amore Christi postmodùm permansuri, & quia jam recesserant ab Jerusalem stadiis sexaginta, eodem die redeuntes fuerunt Christi visione cum aliis discipulis reformati; ita Deus Cartusiæ incolas primò dimisit recedere, ut postea redeuntes firmiores existerent, & in sancta perseverantia fortiores.

bb

observatio.

23 Qui enim in fine sexti anni recesserant,

A. ANONYMO. in septimo anno redierunt *cc*, ut daretur eis intelligi, quòd, sicut septima die Dominus in creatione primaria à laboriosis operibus requievit, & post passionem eodem die quievit similiter in sepulchro, & septimus annus in lege generali * fuerat deditus requiei, & septies septimus annus dicitur jubilei, ita septimo anno habitatores Cartusiæ redeuntes, ibidem à similibus cessantes operibus peccatorum, spirituali contemplationis requie recreati & in sepulchro Christi, id est, in claustro & cellis absconditi quiescentes, tandem ad septimum septenarium jubilei, laudem & requiem æternam æternæ gloriæ designantis, ipsi tunc numero septem feliciter pervenirent.

cc

**al.* naturali

tempusque, quo Bruno post egressum è Carthusia obierit.

24 Bruno igitur, vir sanctissimus & geminâ scientiâ præditus, tam divinâ scilicet quàm humanâ, eloquentiâ Tullianâ præclarus, discretione, devotione, morum excellenti honestate præfulgens, cælestiumque virtutum copioso thesauro ditatus atque dotatus, Deo & hominibus dilectus & gratus, heremum Cartusiæ rexit sex annis, & pòst, ut prædictum est, à Papa vocatus, & non diu pòst *dd* ad heremum Calabriæ, cui Turris nomen est, transiens, ibi, sancto constructo monasterio, multorum Dei servorum anachoretarum rector extitit & minister *, & ibidem, felici vitæ suæ cursu peracto, migravit ad Dominum post egressum Cartusiæ undecimo anno nec plùs, nec minùs, sicut in libris Consuetudinum domni Guigonis, quæ sunt in domo Cartusiæ, continetur *ee*. Juxta sepulchrum ejus immediatè fons vivus emanat, qui divinâ clementiâ in hujus Viri sancti meritis multis languoribus fidelium optatæ confert remedia sanitatis *ff*.

P

dd

**al.* magister

ee

ff

ANNOTATA.

a *De hac Sancti Vita, auctore, à quo, & tempore, quo scripta videtur, Commentarii prævii num.* 8 *& septem seqq., quæ necessaria congruaque arbitratus sum, in medium adduxi, uti etiam de antiquissimo, è quo deprompta illa fuit ac nobiscum communicata, Ms. primorum quinque Cartusiæ Priorum Chronici exemplari.*

b *Hanc Sancti Vitam ante seculum tertium decimum concinnatam non fuisse, verosimillimum, imò propè indubitatum, apparet ex* Universitatis *nomine, quo hîc condecoratur Parisiensis academia. Adi Commentarium prævium num.* 12 *&* 15; *iis autem, quæ ibidem dicta sunt, addi potest, Pontifices Romanos Innocentium III, qui anno* 1216 *obiit, Honorium itidem III, Innocentium IV & Alexandrum pariter IV seculo* XIII *privilegia Academiæ Parisiensi impertiisse, cúmque litteræ, hunc in finem datæ, à vocibus* Noverit universitas vestra, *aut* Universitas magistrorum & scholarium *inchoarentur, factum hinc, uti inter eruditos ferè omnes modò convenit, primùm esse, ut academia Parisiensis nuncupata fuerit* Universitas.

c *Quid de hîc narrato Parisiensis defuncti, qui, sese damnatum, è feretro vociferatus sit, horrendo spectaculo, sive publicè id coram multis, sive, paucis dumtaxat præsentibus, factum adstruatur, sentiendum sit, uti etiam an ferali historia* S. Bruno *in eremum pulsus fuerit, studioso lectori ex iis, quæ de hac Commentarii prævii §§* 10 *& tredecim seqq. disserui, dijudicandum relinquo.*

d *Dato etiam, horribile damnati spectaculum Parisiis accidisse, cique etiam* S. Brunonem *interfuisse, hinc tamen consequens nondum erit, ut tum ibidem Sanctus docuerit. Vide Commentarii prævii num.* 173 *& seq.* D

e *De nobili* Brunonis *genere videsis Commentarium prævium § 2.*

f *Theologiam scilicet Remis* Bruno *docuit, uti Commentarii prævii num.* 78 *& seq. ostendi.*

g *Actum apud nos est de sancto isto Gratianopolitano episcopo ad* 1 *Aprilis diem, quo nomen ejus Martyrologio Romano exstat insertum;* Anno *autem* ab Incarnatione Domini, *uti ibidem Guigo, quintus Cartusiæ Majoris Prior, Hugoni æqualis sanctâque amicitiâ, quamdiu vixit, conjunctus, in illius Vita, quam, jubente summo Pontifice Innocentio II, concinnavit, num.* 33 *testatur,* millesimo centesimo trigesimo secundo, ætatis... suæ ad minùs octogesimo, mense quarto *è mortali hac vita ad immortalem migravit; quare, cùm ante annum* 1052 *natus haud fuisse videatur;* Bruno *autem jam inde ab anno circiter* 1030, *uti in Commentario prævio § 2 docui, natales sit consecutus, docereque Remis jam inde ab anno* 1060 *aut etiam citiùs è dictis ibidem §* IV *inceperit, ex utriusque ætate liquet, hujus potiùs illum* in scholis discipulum, *quàm* socium, *contrà ac biographus noster ferri hîc ait, aliquando exstitisse; licèt interim nec hoc, utpote nullo etiam antiquitatis testimonio firmari valens, asseverare ausim.* E

h *Sanctum nostrum ejusque socios, viso Parisiis ferali damnati spectaculo, ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, rectà sese contulisse, biographus hîc docet; ast hoc à vero alienum esse probant, quæ in Commentario prævio num.* 414 *& seqq. in medium adduxi.*

i *Guigoni quidem, quinto Cartusiæ Majoris Priori, Innocentius II Papa, postquam anno* 1134 (*Adi operis nostri tom.* 1 *Aprilis pag.* 36, *num.* 4) *in concilio Pisano Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, biennio dumtaxat antè vitâ functum, Sanctis adscripsisset, in mandatis dedit, ut hujus sancti antistitis gesta omnia litteris consignaret; verùm lucubrationem, quâ id Guigo, Pontificio præcepto obtemperans, fecit, à Pontifice illo, uti hîc biographus noster tradit, confirmatam approbatamque fuisse, à scriptoribus antiquis memoriæ proditum non invenio, licèt interim res vero neutiquam appareat absimilis.* F

k *De Landuino, duobus Stephanis, Burgensi* scilicet *ac Diensi, monasterio S. Rufi, è quo hi fuerunt, necnon Hugone capellano, qui Sanctum ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, comitati esse hîc narrantur, videsis Commentarii prævii § 25, à num.* 434 *usque ad num.* 441.

l *An ex his Guigonis verbis consequens sit, ut Sanctus, cùm ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accessit, sacerdotio initiatus non fuerit, Commentarii prævii num.* 442 *& seq. discussum invenies.*

m *Quid ex hisce Guigonis verbis consectarium appareat, Commentarii prævii num.* 420 *vide expositum.*

n *Anno Christi hîc signato verè esse Sanctum, comitesque ejus Cartusiæ eremum ingressos, luculentissimè, quæ in Comm. prev. num.* 470 *& tribus seqq. in medium protuli, contra Baronium potissimùm aliosque, anno* 1086 *id factum, contendentes, evincunt. Nec eventum illum cum anno quarto Hugonis episcopatûs, etsi etiam ad hunc ille jam inde ab anno* 1079 *fuerit promotus, perperam componi,*

poni, palàm eſt ex iis, quæ ibidem num. 506 & ſeq. hanc in rem diſſerui. Verba interim omnia, quæ tempus ingreſſus S. Brunonis ejuſque ſociorum in Carthuſiam exprimunt, quæque, velùti à Guigone in Vita S. Hugonis, Gratianopolitani epiſcopi, ſuppeditata, hìc citantur, ab hac Guigonis lucubratione, tum apud nos, tum apud Surium abſunt; ut adeò vel exemplaria, è quibus tum apud nos, tum apud Surium conſcripta à Guigone S. Hugonis Vita publici juris facta eſt, dictorum verborum omiſſione fuerint vitiata, vel ut biographo noſtro, qui præterea in nonnullis aliis lectionibus à dicta, prout apud nos & Surium edita eſt, ſancti illius antiſtitis Vita diſſonat, Vitæ ejuſdem exemplar corruptum præluxerit. Ac poſtremum quidem hoc veroſimilius vel ex eo puto, quòd elogii quoque, Commentarii prævii num. 7 dati, exemplar, quod ei præluxit, quodque tamen pro incorrupto habuit, fuerit corruptum, uti liquet ex iis, quæ ejuſdem Commentarii prævii num. 519 dicta ſunt.

o De oblata hac S. Hugoni, Gratianopolitano epiſcopo, viſione ejuſque adjunctis videſis Commentarii prævii num. 423 & aliquot ſeqq.

p Cella eſt ſeu prioratus in urbis Gratianopolitanæ ſuburbio, à mox hìc ſubjecto S. Theofridi, de quo Operis noſtri tom. 1 Aprilis pag. 41 in Annotatis ad lit. d, monaſterio dependens; hujus autem è cellæ illius Priore poſtea abbas hìc memoratus Guilielmus, licèt vitam eremiticam ſeu ſolitariam in Carthuſia cum Hugone & Brunone duxerit, propterea tamen non magis, quàm prior è binis hiſce Sanctis Carthuſianus exſtitit. Adi Galliam Chriſtianam auctam tom. 2, col. 766.

q Prior è tribus hiſce Pontificibus anno 1085 exceſſit è vivis, cùmque, qui ei fuerat ſuffectus nomenque Victoris aſſumpſerat, Deſiderius anno 1087 etiam obiiſſet, ad S. Petri Cathedram evectus tandem eſt Otto ſeu Odo, qui Urbani II nomen accepit, quique S. Brunone Remis magiſtro uſus aliquando fuerat, uti in Commentario prævio num. 96 oſtendi.

r Fuiſſe Sanctum ab Urbano II Papa è Carthuſia evocatum, è primorum quatuor Carthuſiæ Priorum Chronologo apud Labbeum tom. 1 Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag. 638 indubitatum eſt, uti etiam Brunonem, antequam id fieret, Carthuſiam, uti mox hìc ſubditur, rexiſſe ſex annis; verùm poſteriorem ex hiſce non pro completo, ſed pro incompleto dumtaxat habendum eſſe, facilè quiſque colliget ex iis, quæ § xxx de tempore, quo Sanctus ad Urbanum II Papam acceſſit, diſſerui.

s De inſtrumento hoc, per S. Brunonem Seguino, celeberrimi diœceſis Claromontenſis in Alvernia monaſterii Caſæ-Dei abbati, qui rectè hìc, quemadmodùm recitatæ Commentarii prævii num. 503 & binis ſeqq. donationis Carthuſiæ litteræ fidem faciunt; è primis hujus donatoribus unus exſtitiſſe dicitur, conceſſo, adi Comment. prævium num. 513 & binis ſeqq.

t Ad Rhegienſem in Calabria archiepiſcopatum Sanctus noſter electus ſeu poſtulatus fuit anno 1090, uti probant, quæ huc ſpectantia in Commentario num. 532 & ſeq. adduxi.

u Anno ſcilicet, ut Commentarii prævii num. 729 docui, 1101, cùm ſibi jam in Turritana eremo triginta circitèr diſcipulos adjunxiſſet, uti è Turritanorum, qui Lanuino poſt Sancti obitum obedientiam promiſerunt, monachorum Catalogo,

in Commentarium prævium num. 622 illato, fas eſt colligere.

x Ut omnes Brunonis diſcipuli Romam ad eùm convenerint, miraculo factum, innuere hìc videtur noſter biographus; quâ de re, quid ſentiam, Commentarii prævii num. 527 edixi.

y Pontificias illas litteras Commentarii prævii num. 528 integras dedi; in iis autem, non Ordinis Carthuſienſis, ſed cellæ dumtaxat ſeu monaſterii, à Brunone conſtructi, mentio fit.

z Inſtrumentum iſtud in Commentarium prævium intuli num. 529. Ceterùm quid de tempore, quo floruerit hic Sancti noſtri biographus, è Cartulario Carthuſienſi, cujus hìc meminit, concludendum appareat, videſis Commentarii prævii num. 12 & ſeqq. expoſitum.

aa Lauduinum S. Bruno, non tunc primùm, cùm apud Pontificem jam exiſteret, uti hìc indicari videtur, ſed cùm è Carthuſia abiret, Priorem conſtituit, uti liquet è recitatis in Commentario prævio num. 529 litteris, quibus Carthuſiam Landuino aliiſque Sancti diſcipulis Siguinus, Caſæ-Dei abbas, reſtituit.

bb Omnes Apoſtolos in Chriſti Paſſione à fide defeciſſe, ſoli heterodoxi aſſerunt; quare à vero hìc aberrat biographus.

cc Liquet hinc, etiam ſecundum hunc biographum noſtrum annos ſex, quibus S. Bruno, antequam ab Urbano II Papa Romam evocaretur, Carthuſiam rexit, incompletos dumtaxat fuiſſe.

dd Paucis dumtaxat menſibus Bruno apud Urbanum Papam, antequam in Turritanam Calabriæ eremum ſecederet, commoratus eſt, uti manifeſtum fit ex iis, quæ Commentarii prævii § xxxi dicta ſunt.

ee Errorem hìc in biographo noſtro cubare, indubitatum eſt. Adi Commentarii prævii § xxx.

ff De prodigioſo, qui hìc memoratur, fonte, miraculiſque, quæ aquarum ejus virtute fuerint patrata, videſis Commentarium prævium num. 735 & aliquot ſeqq.

A. ANONYMO.

VITA ALTERA,

Auctore Franciſco à Puteo Carthuſiæ Majoris Priore,

Ex editione, Baſileæ anno circitèr 1515 adornata.

PROLOGUS.

Cur Sancti Vitam deſcribere aggrediatur, auctor exponit.

NOn ſolùm Dominum in Sanctis ejus, ſed etiam ipſos Sanctos in Domino laudare jubemur, ſicut ſcriptum eſt, Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua a. Homines divites in virtute, & pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis. Quorum corpora in pace ſepulta ſunt: & lau-

Sanctos in Domino laudare,

a

A. Francisco à Puteo

dem eorum nunciat Ecclesia. Laudemus, inquam, & verbo & imitatione dignos laude monstremus viros, sic à virtute dictos, non quidem viatores, cùm Veritas dicat: Neminem salutaveritis in via *b*; sed glorioſos, scilicet in gloriam jam receptos, & de sua immortalitate securos; & parentes nostros spirituales, quorum fidem & opera imitari debemus, & quorum doctrinâ & exemplis Deo geniti sumus, secundum illud Apostoli: Per Euangelium ego vos genui *c*. In generatione sua, id est, secundum ea, quæ fecerunt in vita sua.

b

c

id est, gloriosa eorum facta ad Dei honorem narrare debemus:

2 Homines divites in virtute. Nam virtutes veræ divitiæ sunt, quæ violenter auferri non possunt. Pulchritudinis studium habentes, per veram fidem & debitam ordinationem cogitationum, affectionum, & operum. Pacificantes, id est, pacem habentes & facientes in domibus suis. Quorum corpora in expectatione pacis perfectæ, quæ dabitur in resurrectione, sepulta sunt: &

B laudem eorum nunciat Ecclesia, eorum videlicet exempla, & glorioſa facta narrando ad Dei honorem & aliorum informationem. Hoc est enim illud juge Sacrificium, quod in Dei Ecclesia sine intermissione offertur. Sacrificium acceptabile, holocaustum pingue, non hircorum aut vitulorum, sed laudis; dum scilicet laudatur Deus in Sanctis suis ab homine, quem creavit, quem redemit, cui & regnum cæleste promisit. Hoc est Sacrificium Deo gratum, credentibus verò utile & necessarium. Necessarium quidem, quum per prophetam Dominus dicat: Immola Deo Sacrificium laudis *d*. Ei verò gratum & acceptabile, quia Sacrificium laudis (inquit) honorificabit me *e*. Nobis autem utile, quia illic ostendam illi salutare Dei, Christum scilicet, qui caput est omnium Sanctorum, & merces eorum.

d

e

hinc ad S. Brunonis gesta prædicanda se alioſque exstimulat biographus.

3 Laudemus igitur, dilectissimi fratres, Dominum in Sanctis ejus: & præcipuè in hoc beatissimo patre nostro Brunone, cujus hodie festivitas agitur, qui nos in Christo genuit: qui vitæ viam nobis in eremo præparavit, & vivendi normam suo exemplo monstravit. Et quamvis eum, ut dignum est, laudare non sufficiamus, ab ejus tamen laude cessare non debemus. Exaltemus itaque eum & laudemus, quantùm possumus, quia major est omni laude. Narremus

C mirabilia ejus, quæ fecit: annunciemus inter gentes opera ejus, ut ex eis glorificetur Deus, & ut nos eum, quem patrem habere meruimus in terris, socium & confratrem, ejus nos adjuvantibus meritis & precibus, habere mereamur in cœlis.

ANNOTATA.

a *Ecclesiastici* 44, ℣ 1.
b *Ita ferè Lucæ* 10, ℣ 4.
c *Ad Corinthios* 4, ℣ 15.
d *Psalmo* 49, ℣ 14.
e *Psalmo* 49, ℣ 23.

D

CAPUT I.

Occasione defuncti, qui sese damnatum, inter solemnes exsequias è feretro proclamat, in solitudinem secedere Bruno statuit, alios in idem propositum attrahit, iterque cum his ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, suscipit.

F

Inter exsequias, tribus continuis diebus funeri suo habitas, primo se accusatum, a b

TEmporibus Gregorii septimi, Romani Pontificis *a*, & Henrici quarti imperatoris *b* circa annum salutis nostræ octogesimum secundum supra millesimum, quum in Parisiensi civitate solenne floreret studium, abundans tum multitudine scholarium & perquàm copiosa caterva doctorum solemnium in omni doctrinarum genere, tale in ea contigit horrendum & memorandum spectaculum. Quidam enim solemnis doctor, inter cæteros doctores præcipuus, scientiâ & moribus excellenter ornatus, ac præ cæteris honoratus, gravi quadam infirmitate præventus, lecto decumbens, vitæ suæ diem clausit extremum. Cui cùm solennes de more pararentur exequiæ, ad eum honorandum convenit magistrorum, studentium, & quorumdam civium multitudo copiosa. Quibus comitantibus & funus prosequentibus, defuncti corpus ad ecclesiam, in qua sepulturæ dandum erat, delatum est. Cúmque ab invitatis ecclesiasticis, qui tunc aderant, defunctorum solitum decantaretur Officium, quum ventum est ad eam lectionem, quæ incipit, Responde mihi, surrexit, qui erat mortuus, & erecto paululùm capite, resedit in feretro, cunctisque videntibus & audientibus, ac præ novitate rei stupentibus, alta, licèt horrenda, voce clamare cœpit & ait: JUSTO DEI JUDICIO ACCUSATUS SUM.

F

secundo judicatum,

5 Quo dicto, iterum recubuit. Illi verò, qui hæc audierant & viderant, non modicùm nec immeritò territi, decreverunt consultè quidem & providè, sepulturam ejus in crastinum differendam, rei exitum præstolantes. Die itaque sequenti quum tantum spectaculum jam fuisset in tanta civitate divulgatum, ad dictam ecclesiam convenit maxima & quasi innumerabilis utriusque populi multitudo. Ubi reinceptis & inde continuatis exequiis, dum ventum est ad ejusdem lectionis initium, idem defunctus, ut pridie, de loculo, in quo mortuus jacebat, exiliens, dixit: JUSTO DEI JUDICIO JUDICATUS SUM. Et hoc dicto, intra feretrum iterum se recepit; unde crevit inter astantes admiratio non parva. Quia tamen ex hoc nondum fuerant de ejus reprobatione certi; cùm verba illa accusatus sum & judicatus sum, possent etiam in bonam partem interpretari, tanquam ipse primò injustè fuisset ante tribunal Christi ab eo, qui perdere cuncta festinat, indebitè accusatus, & inde justo Dei judicio ab ejus calumniosa accusatione liberatus,

cunctis

A cunctis placuit & in sequentem tertium diem ejus sepulturam proferre.

ac tertio damnatum, doctor Parisiensis boni nominis, ad tempus redivivus è feretro proclamat.

6 Tertia itaque die factus est concursus nimius virorum & mulierum, ita ut pœnè tota civitas ad tam mirandum Dei judicium agnoscendum confluëret. Et ecce, cùm priore more exequiæ continuarentur & fierent, surrexit jam tertiò idem defunctus, & voce valida, cunctis mortalibus metuenda, dixit: JUSTO DEI JUDICIO CONDEMNATUS SUM. Quæ vox, tam stupenda & horrenda, & à seculo inaudita, omnes, qui astabant, pœnè exanimes reddidit. Qui tamen omnes, eum tanquam à Domino reprobatum, & ejus justo judicio (ut ipse idem attestatus erat) condemnatum, omni Ecclesiæ suffragio, necnon & ecclesiasticâ sepulturâ indignum judicantes, in sterquilinio sepeliri fecerunt *c*. Unde cùm in Parisiensi & cæteris vicinis ecclesiis quarta lectio in agendis justis defunctorum incipiat per Quantas habeo iniquitates, omissis verbis seu dictionibus illis prioribus, Responde mihi, fertur à nonnullis, quòd dicta verba fuerunt ex tunc inde deleta ob perpetuam & indelebilem tam expavendi judicii memoriam *d*.

c

B d

Horrendo spectaculo interest Bruno, qui, hinc compunctus, vocatos ad se quosdam amicos

7 Aderat autem tunc huic tam horrendo spectaculo inter cæteros doctores beatus Bruno, natione Teutonicus ex civitate insigni & regia Agrippina Colonia, de parentibus, non tam genere quàm virtute claris & nobilibus ortus *e*, Remensis ecclesiæ canonicus, doctor & scholarium Parisiensium magister *f*. Doctor utique in divinis præcipuè literis, ut ejus scripta testantur *g*, eruditissimus & præ cæteris honoratus. Qui ex his tam insolitis, tam horribilibus, & totiens iteratis vocibus salubriter territus, & quasi consternatus, vocatis nonnullis ex sibi magis familiaribus sociis & discipulis (inter quos erant magister Lauduinus, qui post eum primus Prior Carthusiæ fuit, duo Stephani, unus Burgensis, alter Diensis, ambo canonici sancti Rufi secus Valentiam Allobrogum, Hugo Capellanus, & duo laici (Andreas scilicet & Guarinus) ait *h*: Frequenter, cùm Apostolum legeremus, audivimus, nunc verò etiam experimento didicimus, fratres mei in Christo dilectissimi & desiderantissimi, quàm incomprehensibilia sint judicia Dei & investigabiles viæ ejus.

e f g

h

C

prolixa oratione, qua hic recitatur,

8 Hunc enim defunctum, dum adhuc viveret, & vidimus & cognovimus, virum utique humanâ sapientiâ doctum, virtutibus (si tamen veræ in talibus virtutes sint) ac moribus ornatum, & secundum exteriorem sapientiam castum, prudentem, pudicum, domui suæ bene præpositum, & ab omnibus honoratum, ac magno in precio habitum, nunc verò ex ore ejus audivimus, justo Dei judicio esse condemnatum. Justo quidem, quoniam justus Dominus & justitias dilexit, cujus propterea judicia non possunt esse nisi justa, licèt plerúmque & ut plurimùm occulta sint, Justo, inquit, Dei judicio condemnatus sum. Vox profectò terribilis & metuenda; quæ, ô utinam, sonaret jugiter in auribus nostris, & cordis intima penetraret, ut eum, cujus judicium effugere non possumus, timeremus, & timendo fugeremus à ventura ira, & salutis, dum tempus est, quæreremus opportuna media! Consideremus, quæso, fratres mei, quid isti nunc in inferno prodest tanto labore quæsita scientia, cùm continua & perpetua laboret cæcitate & ignorantia? Quid divitiæ, cùm nec guttam aquæ ad refrigerandam linguam habere valeat *i*? Quid honores, quid delitiæ? cùm tot nunc cogatur subire tormenta, quot in mundo habuit oblectamenta.

i

A. FRANCISCO à PUTEO.

9 Vidimus corpus ejus nunc sine honore sepeliri in sterquilinio, cogitemus, animam ejus sepultam esse in inferno, æternis incendiis cum impiis æternaliter cruciandam; ubi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur; ubi ardor incomparabilis, fœtor intolerabilis, dolor interminabilis. Ubi quærent homines mortem, nec invenient. Nam tunc mors immortalis erit, quæ depascet eos, non ut moriantur, sed ut ad pœnas iterum renoventur. Quid igitur faciemus? Ad cujus consilium fugiemus? Omnes enim nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit; nec est, qui faciat bonum, non est usque unum. Omnes peccavimus, injustè egimus, iniquitatem fecimus. Omnes nos filii iræ sumus, pari propterea pœna digni, nisi nos inde eripiat misericordia Christi. Quid faciemus? Nonne & omnes simul peribimus? Nonne, si huic non pepercit, nec angelis peccantibus, nec ramis naturalibus, putâmus, quòd neque parcat & nobis? Putamus, quòd sit abbreviata manus ejus, ut ultrà misereri non possit? Aut quòd continebit in ira sua misericordias suas? Absit.

potissimúmque è variis

E

10 Quid igitur faciemus? O fratres mei, in re tam perplexa, tam ardua, & tam gravi, ne in viribus propriis confidisse videamur, quæramus consilium. Non à Judæis, qui in sola legis observatione justificari se credunt. Non à Græcis & antiquis eorum philosophis, qui in sua virtute confidunt. Non à cæteris sæculi hujus conquisitoribus & sapientibus, qui ignorant, quæ Dei sunt; sed potiùs ab iis, qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus. Consulamus igitur primò advocatum nostrum, quem habemus apud Patrem, Jesum Christum justum, qui est propitiatio pro peccatis nostris, &, quid dicat, audiamus. Quoniam, inquit, impletum est tempus, & appropinquavit regnum Dei, pœnitemini & credite Euangelio *k*, quia nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis *l*. Audiamus & Domini præcursorem Joannem, de quo scriptum est, quòd inter natos mulierum non surrexit major eo *m*. Ipse enim prædicans in deserto Judææ baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, ait: Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cælorum *n*.

sacræ Scripturæ locis esse hausta,

k

l

m

F

n

ad pœnitentiam,

11 Et iterum ad Pharisæos & Saduceos: Genimina (inquit) viperarum quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? Facite igitur dignos fructus pœnitentiæ *o*. Audiamus etiam principem Apostolorum Petrum dicentem in Actibus Apostolorum ad populum Judæorum: Pœnitemini & convertimini, ut deleantur peccata vestra *p*. Et iterum, quum quidam ex eis compuncti corde dicerent ad Petrum & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres? Petrus vice omnium respondit: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrûm in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti *q*. Hinc Propheta ait: Si pœnitentiam egerit gens ista à malo suo, quod locutus sum adversus eam; agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei *r*. Et Sapiens, Si pœnitentiam (inquit) non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum *s*. Hoc itaque sanum est & salubre consilium, fratres mei, si Dei justam vindictam & tremendum ejus judicium effu-

o

p

q

r

s

A. Francisco à Puteo

effugere volumus, ut pœnitentiam agamus, & lachrymis peccata purgemus. Hæc namque est via, quæ ducit ad vitam. Hæc secunda post naufragium tabula, per quam peccatores salvantur, & per quam Deus ad misericordiam inclinatur.

namque absque dilatione

12 Propterea, dilectissimi, abjicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, suscipiamus in mansuetudine insitum verbum, quod potest salvare animas nostras. Convertamur ad Dominum, & miserebitur nostri, quoniam benignus est & præstabilis super malitia; nec vult mortem peccatorum, sed magis ut convertantur & vivant. Nec converti differamus in crastinum; quia, qui pœnitentibus veniam spopondit, peccantibus diem crastinum non promisit. Unde qui congruum pœnitentiæ tempus perdunt, frustra ante regni januam cum precibus veniunt. Quibus per Salomonem Dominus ait: Vocavi, & renuistis; extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret; despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, quum vobis, quod timebatis, advenerit. Quum venerit repentina calamitas, & interitus, quasi tempestas, ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia; tunc invocabunt me, & non exaudiam; manè consurgent, & non invenient me *t*.

peragendam, vehementissimè hortatur,

13 Simus igitur factores verbi hujus, & non auditores, fallentes nosmetipsos. Imitemur saltem Ninivitas illos, qui conversi sunt in prædicatione Jonæ, & prædicaverunt jejunium, & involuti sunt saccis, & egerunt pœnitentiam. Et vidit Dominus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala, & misertus est super malitia, quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit. Sic & nos faciamus; quia major est, quàm Jonas hic, qui ait: Pœnitemini & credite Euangelio. Aperiamus pulsanti, vocantem sequamur. Quid dico vocantem, immò certè trahentem & cogentem intrare. Non enim vox ista, quam nunc audivimus, facta est propter eum, qui defunctus est, quia, quamvis sit apud inferos pœnitentia, sera tamen, & infructuosa, sed propter nos, ut nobis vox ipsa proficiat, quos adhuc divina patientia longanimiter expectat. Non igitur ultra de die in diem differamus: quia, quâ horâ Dominus venturus sit, ignoramus; nec incertam mortis horam prævidere valemus.

magistroque Lauduino, locum in mundo, peccandi periculis

14 His auditis, unus ex astantibus, magister scilicet Lauduinus, natione Tuscus, ex civitate Luca, vir utique doctus & timoratus, ait: Magister bone, jam scimus, quia verax es, & legem Dei in veritate doces; verba enim tua verissima sunt, quia Dei iram & justam indignationem effugere non poterimus, nisi lachrymis peccata purgemus. Verùm quia scriptum est, quòd omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ *u*; quis, quæso, innocens inter malos tutus vivere aut dignos pœnitentiæ fructus agere potest, ubi superbia inflat, avaritia enervat, luxuria inquinat? Ubi lites, contentiones, æmulationes, obloeutiones, invidiæ? Ubi fiunt latrocinia, perpetrantur homicidia, falsa proferuntur testimonia, committuntur adulteria, incestus, fornicationes, sacrilegia, veneficia, & similia? Ubi periit in conversatione simplicitas, in societate charitas, in actione justitia, in locutione veritas, & in proximorum necessitate pietas? Ubi denique refrixit charitas & superabundavit omnis iniquitas, teste Propheta, qui ait: Non est misericordia, non est veritas, non est scientia Dei in terra *x*. Aspexi illam, & ecce, vana erat, & cælos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce, movebantur, & omnes colles turbati sunt. Intuitus sum, & ecce, non erat justus, & omne volatile cæli recessit *y*.

ubique pleno,

15 Unde difficile videtur, immò pœnè impossibile, mundum quemquam & ab omni peccato liberum, in mundo posse vivere aut dignos in eo agere fructus pœnitentiæ. Nam, ut Augustinus ait, inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat *z*. Nilque prosunt lamenta, si replicantur peccata. Et vulnus iteratum sanatur tardiùs. Et Gregorius: Qui, inquit, admissa plangit, nec tamen deserit, pœnæ se graviori subjicit; unde ad veram pœnitentiam *aa* necessariò requiritur, ut peccatorum causæ penitùs excidantur. Et propterea si ad hunc pœnitentiæ perfectæ gradum pervenire volumus (quia mundum istum sensibilem, quem cernimus, quamdiu in carne vivimus, omnino deserere non possumus) necesse est, ut saltem, quæ in mundo sunt, omnia penitus relinquamus, dicente Domino: Omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus *bb*. Et iterum ad adolescentem de vitâ æterna interrogantem: Si vis (inquit) perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me *cc*.

agenda pœnitentiæ apiùs assignari postulanti,

16 Qui, cùm hæc audiens tristis abscessisset, ait ad discipulos Dominus: Amen dico vobis, quia dives difficilè intrabit in regnum cælorum *dd*. Hinc ait Sapiens: Qui confidit in divitiis, corruet *ee*; & qui festinat ditari, non erit innocens. Et iterum: Si dives fueris, non eris immunis à delicto *ff*. Nam qui volunt divites fieri (inquit Apostolus) incidunt in laqueum diaboli *gg*. His igitur omnibus, juxta Domini consilium calcatis, distractis & pauperibus erogatis, Christum sequamur & imitemur. Qui, cùm dives esset, egenus factus est, ut nos ejus ditaremur inopiâ. Et quia, doctissime Magister, te docente, veritatis viam & justitiæ semitam agnovimus, cùm periculosum sit, vicino serpente dormire, & inter flammas illæsis pedibus ambulare difficile, restat, ut locum nobis inquiramus, in quo, licèt in mundo, quasi sine mundo ab hominum consortio separati, peccata nostra deflere & pœnitentiæ dignos fructus facere valeamus. Doce nos igitur, quæso, & locum talem nobis ostende, & quicquid inde decreveris, faciemus. Nam salus nostra in manu tua est.

in solitudinem, utpote quam variis iterum adductis

17 Ad hæc beatus Bruno respondit: Viri fratres & patres, audite, non me, sed mecum simul audiamus, inquam, illum summum secretorum Dei conscium, & Prophetam eximium David, cui Dominus incerta & occulta sapientiæ suæ manifestavit. Audiamus primò, quid dixerit, audiamus deinde, quid fecerit. Ipse enim tunc, sicut & nos nunc, contristatus in exercitatione sua, & conturbatus à voce inimici & à tribulatione peccatoris, dixit: Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me; timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Et dixit: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Deinde subjecit, & ait: Ecce, elongavi fugiens, & mansi in solitudine *hh*.

Ecce

A Ecce, inquit, elongavi ab omni occaſione & circumſtantia peccatorum, & mundum iſtum mente & corpore fugiens, & manſi perſeveranter, non in civitate, ſed in ſolitudine. Ille enim fugiens ſe elongat (ut Gregorius ait) qui à turba deſideriorum terrenorum in altam Dei contemplationem ſe ſublevat: manet verò in ſolitudine, qui perſeverat in remota mentis intentione. Unde idem Propheta, ut Dei virtutem & Dei gloriam videre mereretur, ſe ſolitudinis locum petiiſſe teſtatur, dicens: In terra deſerta, & invia, & inaquoſa, ſic in Sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam *ii*.

ii *à ſacra Scripturæ locis,*

18 Solitudo namque eſt via, quæ ducit ad vitam; ubi pro terrenis cæleſtia, pro tranſitoriis mutantur æterna. Hæc eſt locus pœnitentiæ, via juſtitiæ, ſemita gratiæ, ſcala gloriæ. Hæc eſt, inquam, ſcala illa, quam vidit Jacob in ſolitudine in terra ſtantem & cælum tangentem; quæ homines vehit in cælum, & angelos ad noſtrum recipit auxilium. Hæc eſt virtutum nutrix, patientiæ cuſtos, puriſſimæ ſimplicitatis magiſtra, & fraudulentæ duplicitatis ignara. Hæc eſt quies laborantium, conſolatio mœrentium, & in æſtu refrigerium, in qua eſt turris David ædificata cum propugnaculis, ex qua mille clypei pendent, & omnis in ea armatura fortium. In qua eſt campus divini certaminis, angelorum ſpectaculum, & palæſtra viriliter dimicantium luctatorum. In qua Adam tamdiu ſalvus fuit, quamdiu ſolus manſit. Data verò ipſi in auxilium muliere, mox cecidit. Unde raptus eſt Enoch in ſolitudinem paradiſi, ne malitia immutaret cor ejus. In qua Abraham, dum ſolus ſederet ſubtus ilicem Mambræ, tres vidit, & unum adoravit. In qua Jacob, dum, præmiſſis omnibus, ſolus manet, benedictione ſimul & nominis mutatione felix efficitur, plus aſſecutus uno momento ſolus, quàm toto vitæ ſuæ tempore comitatus.

B

19 Moyſes, cùm minâſſet gregem ad interiora deſerti, Dominum in ardenti rubo videre & audire meruit dicentem ſibi: Solve calceamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt *kk*. Cui nunquam, niſi cùm ſolus eſſet, Dominus apparuit. David, ad deſerta fugiens, Saulis evaſit inſidias. Hieremias poſcens aquam dari capiti ſuo, & oculis ſuis fontem lachrymarum, ut lugeret interfectos populi ſui: locum quoque, ubi ſe tam ſancto poſſit in opere liberiùs exercere poſtulat dicens: Quis dabit mihi diverſorium viatorum in ſolitudine *ll*, tanquam hoc ei in civitate facere non vacaret, hoc modo indicans, quòd impedirent ſocii gratiam lachrymarum. Quin etiam, cùm dixiſſet, Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei, addidiſſetque: Bonum eſt viro cùm portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, adjecit & ait: Sedebit ſolitarius & tacebit, quia levabit ſe ſupra ſe *mm*. Helias, in monte ad oſtium ſpeluncæ, ſolus, Dominum tranſeuntem agnovit. Et Heliſeus duplicem ejus ſpiritum, dùm tolleretur, accepit. Joannes Baptiſta, ab utero ſpiritu Sancto repletus, nec mirabili nativitate, nec parentum ſanctitate ſecurus, frequentiam hominum tanquam periculoſam fugiens, ſolitudinis deſerta petiit, ubi quid virtutis, quidve meriti acquiſierit, baptiſmus Chriſti, & pro juſtitia mors ſuſcepta monſtravit. Talis enim factus eſt in ſolitudine, ut dignus eſſet lavantem omnia Chriſtum, ſolus lavare, & pro veritate nec carcerem, nec mortem declinare.

virorumque ſanctorum,

kk

C

ll

mm

20 Quid plura? Jeſus Chriſtus Dominus noſter, cujus virtus nec ſecreto juvari, nec publico poterat impediri, ductus eſt in deſertum, non dubium, quin à ſpiritu ſuo, ut temptaretur à diabolo. Chriſtus idem, relictis turbis, aſcendit in montem ſolus orare. Chriſtus in deſerto turbas pavit, ſuo exemplo nobis, quantùm ſolitudo proſit, inſinuans. Sancti etiam & venerabiles patres, Paulus, Antonius, Hilarion, duo Macharii, Eulalius, Arſenius, Euagrius, Baſilius, Benedictus, & cæteri nobis innumerabiles, quantùm in ſolitudine profecerint, voſipſi conſiderate. Et probabitis, ſuavitates pſalmodiarum, ſtudia lectionum, fervores orationum, ſubtilitates meditationum, exceſſus contemplationum, baptiſmata lachrymarum, magis nulla re, quàm ſolitudine poſſe juvari. Hinc eſt, quòd de peccatrice anima, quam cupit ad ſe Dominus revocare, Propheta ait: Adducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor ejus *nn*. De ea verò, quæ carnis vinculis abſoluta, æterna gaudia intrare meruit, in Canticis dicitur: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? *oo* Quæ non invenitur per vicos aut plateas civitatis, ſed in ſolitudine. Igitur, fratres mei, oremus Deum, ut nobis locum talem dignetur oſtendere, in quo, quæ jam, eo inſpirante, mente concepimus, poſſimus opere perficere.

nn

E

oo

21 Facta itaque oratione, duo Stephani, Burgenſis & Dienſis, canonici, dixerunt: Patres & præceptores venerabiles, non longè à civite Valentia, cui cohæret monaſterium noſtrum ſancti Ruffi *pp* prope fluenta Rhodani, in confinibus diœceſis Dienſis, unde alter noſtrùm originem duxit, eſt civitas alia Gratianopolitana, ſic dicta vel quia ſub Gratiano imperatore condita, vel ab etymologia nominis, quaſi gratioſa, nobilis & populoſa. Et in ea eſt Beatus Hugo, ejuſdem civitatis epiſcopus, qui ante ſui aſſumptionem ad epiſcopalem dignitatem, erat canonicus eccleſiæ Valentianæ oriundus de Caſtro novo ſuper flumen Iſaram, quod quatuor dumtaxat miliaribus à civitate diſtat *qq*. Quem nos ipſi, & vidimus & cognovimus virum utique Sanctum, juſtum & rectum ac timentem Deum.

dumque à duobus Stephanis, Burgenſi ac Dienſi, loca deſerta,

pp

qq

22 Si enim laudatur caſtitas, quis illo mundior? Si ſermonis veritas, quis in loquendo cautior? Si Dei charitas, quis ferventior? Si proximi, quis benignior? Si humilitas, quis dejectior? Si eleëmoſyna, quis largior? Si oratio, quis devotior? Si lachrymarum flumina, quis in illis effuſior? Si contemplatio, quis ſublimior? Si tolerantia, quis in tribulatione fortior? Si juſtitia, quis diſtrictior? Si prudentia, quis circumſpectior? Si temperantia, quis moderantior? Exceptis iis, quæ clero & plebi per eum bona advenerant. Hic itaque habet in diœceſi ſua montes altiſſimos, & in eis deſerta loca quàm plurima ab omni hominum tranſitu & conſortio ſeparata, ad hanc pœnitentiam arctam peragendam propterea optimè diſpoſita. Cùmque ipſe exemplo ſuo & doctrinâ homines ad pœnitentiam invitet & trahat, ſi ad eum libet accedere, locum, quem quærimus, poterimus ab eo faciliter impetrare. Pius enim, benignus & miſericors eſt. Qui & in adventu noſtro gaudebit & voti compotes faciet. Nos quoque vos in via dirigemus, quam & novimus & frequenter ambulavimus.

pœnitentibus convenientia, in diœceſis Gratianopolitanæ montibus eſſe intellexit,

F

A. Franciſco à Puteo. *ac ipſiuſmet Chriſti exemplis laudet, ſecedendum inſinuat.*

A. Francisco à Puteo. *seque ad hæc petenda paratum offert Hugo Capellanus, r r*

23 Tunc Hugo, quem cognominabant Capellanum, eò quòd solus sine canonico aut pastorali beneficio sacerdotio sacellani inter eos fungeretur *rr*, ait: Audivi certè plura de viro hoc, cujus fama jam ubique redolet, quia vir Dei & sanctus est, salutem animarum sitiens. Qui propterea, quia charitas, quâ ipse plenus est, numquam excidit, nos libenter (ut spero) accipiet. Et quamquam ego jam senex sum & debilis, & via hæc arcta est, & difficilis, quia tamen arcta via ducit ad vitam, lata verò ad perditionem, cùm nulla sit ætas ad pœnitentiam sera, dicente Domino: Quacúmque hora ingemuerit peccator, non recordabor ampliùs iniquitatum ejus *ss*. Qui & reddi jussit singulis in vinea sua laborantibus denarios singulos, novissimis sicut & primis; si decreveritis illuc accedere, & hanc viam aggredi, & ego sequar, & quocúmque perrexeritis, pergam. Et quæcúmque vos terra receperit, me recipiet, ibique locum capiam sepulturæ, solaque mors nos ab invicem separabit. *ss*

B *qualis debeat esse pœnitentia, Andreæ & Guarino laicis,*

24 Hæc audientes reliqui duo, Andreas scilicet & Guarinus, pariter dixerunt. Nos semper audivimus, & ex auditu credimus, quia benignus est & misericors Deus, & præstabilis super malitia. Qui neminem vult perire, sed omnes potiùs salvos facere, & ad agnitionem veritatis venire. Apud quem non est personarum acceptio, sed in omni gente, qui fecerit voluntatem ejus, acceptus est illi. Et quamquam nos ambo literas ignoramus, Christum tamen & hunc crucifixum, fide novimus, sine quo omne scire nescire est. Et quicquid Ecclesia credit, firmiter credimus, & simpliciter confitemur, sperantes in hac fide salvari, & remissionem peccatorum accipere per verbum ejus. Vellemus tamen informari, cùm Dominus per plusquàm prophetam suum nos admoneat, ut faciamus dignos pœnitentiæ fructus, quales sint isti digni fructus. Quibus beatus Bruno respondens, Pœnitentia (inquit) est arbor, quam in medio Ecclesiæ suæ plantavit cælestis Agricola. Cujus radix est contritio cordis, rami sunt opera bona, folia, confessio integra, fructus verò, satisfactionis pœna.

id petentibus, exponit,

25 Unde ille facit pœnitentiam, sed non dignos fructus, qui tantùm dolet de commissis. Ille verò agit pœnitentiam & fructus, sed non dignos fructus, qui & dolet, & in parte satisfacit. Sed ille facit dignos fructus, qui in dolore cordis tantum affligitur per pœnam, quantum deliquit per culpam, secundum illud Apocalypsis: Quantum se glorificavit, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum *tt*. Et in Deuteronomio. Pro mensura peccati erit & plagarum modus *uu*. Undè non solùm fructus pœnitentiæ, sed etiam dignos fructus pœnitentiæ admonet esse faciendos. Nam hoc justitia exigit (ait Gregorius) ut, si quis in culpam lapsus est, tantopere à se debeat licita abscindere, quantò se noverit illicita perpetrâsse. Non igitur ultrà negligamus, fratres mei dilectissimi, pœnitentiæ tempus, nec ultrà de die in diem differamus. Quia, quâ horâ Dominus venturus est, ignoramus, & nemo nostrûm scit, utrùm amore, an odio dignus sit. Jam securis ad radicem arboris posita est. Jam iste, quem viventem cognovimus, ut ex ejus ore jam frequentes audivimus, justo Dei judicio damnatus est & æternis cruciatibus datus. C *tt* *uu*

26 Quid igitur faciemus nos peccatores & miseri, qui ex operibus, quæ fecimus, justificari non possumus? Nunquid personarum acceptor est Deus? Absit. Non est enim apud Deum transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio, sed quibus vult, miseretur, & quos vult, indurat. Quid, inquam, aliud faciemus, nisi ut fugiamus à ventura ira? Dedit enim Dominus metuentibus se significationem, ut fugiant à facie arcûs. Hinc & propheta ait: Fugite de medio Babylonis, ut salvet unusquisque animam suam *xx*; & iterum: Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini, & estote quasi hœdi ante gregem *yy*. Et iterum: Fugite, salvate animas, & eritis quasi miricæ in deserto *zz*. Item alius propheta Oh Oh Oh fugite de terra Aquilonis, quoniam in quatuor ventos cœli dispersi vos *aaa*. Et beatus Job: Fugite, inquit, à facie gladii, quoniam iniquitatum gladius est, & scitote esse judicium *bbb*. Et sponsa in Canticis ad sponsum: Fuge, dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque cervorum, super montes aromatum *ccc*. Quid, inquam, aliud hortantur omnes isti, nisi ut mundum istum contemnendo fugiamus? Qui rectè per Babylonem & Aquilonem designatur. Nam Babylon interpretatur Confusio; ab Aquilone verò pandetur omne malum. *xx* *yy* *zz* *aaa* *bbb* *ccc* E

hoc que simul ac alios ad virtutem illatis

27 Fugiamus igitur, quia eum non meliùs quàm fugiendo superamus. Fugiamus, inquam, non sicut Jonas, à facie Domini, sed ad ipsum Dominum, ubique præsentem, humiliter deprecantes, ut per suam misericordiam avertat à nobis indignationem suam, quam justè meruimus, ne & nos omnes cum isto & cæteris impiis pariter pereamus *ddd*. Hæc dicens tam ipse, quàm qui aderant cæteri, lachrymas ultrà continere non valentes, fleverunt pariter, & prostrati in terram levaverunt voces suas dicentes: Domine Deus omnipotens, cujus misericordia omne superexcedit judicium; qui non lætaris in perditione morientium, sed eis potiùs pœnitendi tempus concedis & spatium, qui Abraham servum tuum de terra sua & de cognatione sua & de domo patris sui exire præcepisti, qui populum tuum in manu potenti eduxisti de terra Ægypti, qui verè pœnitentibus veniam promisisti, extende super nos, quæsumus, misericordiam tuam, & mittere digneris sanctum angelum tuum de cælis, qui doceat nos, quid agere debeamus, & dirigat nos in via justitiæ, & in semitis mandatorum tuorum, & locum, quem elegeris, nobis ostendat; in quo tibi dignè servire, mundi hujus pericula evadere, & dignos pœnitentiæ fructus facere valeamus. *vehementiùs adhuc incendit,* *ddd* F

iterque cum omnibus iisdem Gratianopolim versus arripit.

28 Defende nos, Domine, ab insidiis inimicorum nostrorum, qui festinant cuncta perdere, & non intres in judicium cum servis tuis; sed per meritum passionis Jesu Christi filii tui Domini nostri ab omnibus peccatis expiatos, fac nos post hujus vitæ exitum, ad eum, qui via, veritas & vita est, ab omni pœna liberos feliciter pervenire, Dominum nostrum Jesum Christum qui tecum in unitate Spiritus Sancti vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Cúnque respondissent omnes Amen, surgentes inde, uno animo eâdemque sententiâ vendiderunt & pauperibus dederunt omnia sua, & vale dicentes omnibus suis charis & notis, Spiritu Sancto ducti veneruntt, licèt longâ & laboriosâ viâ, angelo Domini eos antecedente, dirigente & protegente, ad memoratum beatissimum Hugonem Gratianopolitanum episcopum *eee*. *eee*

AN-

A. FRANCISCO à PUTEO

A

ANNOTATA.

a *Sanctus hic Pontifex ad S. Petri Cathedram anno* 1073 *fuit evectus, annoque* 1085 *obiit, uti ad* XXV *Maii diem, quo colitur, Romanoque inscriptus est, in Comment. Vitæ ejus prævio docuimus.*

b *Henrico patri anno* 1056 *successit, annoque* 1106 *vivere desiit, uti ad utrumque hunc annum Pagius in Criticis aliique scriptores docent.*

c *Quid de tota illa luctuosa damnati historia sentiendum sit, colligere potest studiosus lector ex iis, quæ in Commentario prævio § 10 & tredecim sequentibus fusè in rem illam disputata sunt. Notet interim inprimis, horrendi prodigii narrationem, à Puteano hîc suppeditatam, à narratione, quam concinnata ab antiquiore Sancti nostri biographo Vita complectitur, non parùm in adjunctis discrepare. Præterquam enim, quòd hæc sepultura in sterquilinio non meminerit, prodigium non publicè in ecclesia, uti hîc Puteanus ait, sed intra privatos domûs defuncti parietes,* B *cùm corpus ejus, terræ mandandum, ad ecclesiam deferendum esset, evenisse refert, licèt interim, non secùs ac Puteani narratio, rem coram ingenti populi multitudine gestam memoriæ prodat.*

d *Fuerintne* S. Brunonis *ætate ullâ in Parisiensi defunctorum Officio Lectiones recitatæ, est dubium, uti etiam an, si verè recitatæ fuerint, una ex hisce à vocibus* Responde mihi *inceperit. Adi Commentarii prævii num.* 228 *& seq.*

e *Sanctum nobili genere Coloniæ Agrippinæ natum esse, inter omnes convenit.*

f Brunonem *scholarum seu, quemadmodùm hîc scribitur, scholarium, non Parisiensium, sed Remensium magistrum exstitisse, in ejus elogio, Commentarii prævii num.* 7 *dato, disertè traditur. Neque verò Sanctus, dato etiam, eum feræli damnati prodigio Parisiis adstitisse, litteras unquam ibi docuit, uti ostendunt, quæ huc facientia Comment. prævii § 8 adduxi in medium.*

g *In primis scilicet duo Commentarii, quorum alterum in Psalmos, alterum in omnes S. Pauli Apostoli Epistolas concinnavit. Adi Commentarii prævii § 42.*

h *De Landuino, aliisque, quos Sanctus allocutus hîc memoratur, uti etiam de S. Rufi monasterio videsis, quæ Commentarii prævii num.* C *433 & aliquot seqq. adducta sunt.*

i *Ad divitem Epulonem hîc alluditur.*

k *Marci cap.* 1, ℣. 15.

l *Ita ferè Lucæ cap.* 13, ℣. 5.

m *Matthæi cap.* XI, ℣. XI.

n *Matthæi* 3, ℣. 2.

o *Ita ferè Lucæ* 3, ℣. 7 *&* 8.

p *Act.* 3, ℣. XIX.

q *Act.* 2, ℣. 38.

r *Jeremiæ cap.* 18, ℣. 8.

s *Ecclesiastici cap.* 2, ℣. 22.

t *Proverbiorum cap.* 1, ℣. 24 *& quatuor seqq.*

u *Epist.* 1 *Joannis, cap.* 2, ℣. 16.

x *Ita ferè Oseæ cap.* 4, ℣. 1.

y *Paulò aliter Jeremiæ* 4, ℣. 23 *& binis seqq.*

z *Non quòd eâ haud fuerint verè pœnitenti peccata antecedentia remissa, sed quòd, qui relabitur, relatum ex eâdem fructum amittat.*

aa *Eam scilicet, quâ quis, relicto peccato, ad perfectionem contendat.*

bb *Lucæ cap.* 14, ℣. 33.

cc *Ita ferè Matthæi cap.* 19, ℣. 21.

dd *Matthæi* 19, ℣. 23.

ee *Ita ferè Proverbiorum cap.* XI, ℣. 28.

ff *Ecclesiastici* XI, ℣. 10.

gg *Epist.* 1 *ad Timotheum cap.* 6, ℣. 9.

hh *Adi Psalmum* 54, ℣. 3 *& quinque seqq.*

ii *Psalmo* 62, ℣. 3.

kk *Exodi cap.* 3, ℣. 5.

ll *Ita ferè Jeremiæ cap.* 9, ℣. 2.

mm *Threnorum cap.* 3, ℣. 27 *&* 28.

nn *Ita ferè Oseæ cap.* 2, ℣. 14.

oo *Cantic. Canticor. cap.* 8, ℣. 5.

pp *De hoc monasterio videsis Commentarium prævium num.* 436.

qq *De sancto hoc antistite, de quo ad diem* 1 *Aprilis, quo colitur, actum apud nos jam est, videsis etiam, quæ Vitæ præced. subnexa sunt, Annotata ad lit.* g.

rr *Guigo, de* S. Brunone *ejusque sociis, ad S. Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, accedentibus, in scripta à se Sancti hujus antistitis Vita verba faciens, solum ex illis Hugonem, qui* capellanus *dicebatur, sacerdotio functum fuisse,* E *tradit; illum autem Puteanus ita hîc interpretatur, ut significatum dumtaxat voluerit, Hugonem tunc solùm exstitisse, non quidem qui sacerdotio initiatus esset, sed qui præterea dignitate seu canonici seu pastoris auctus foret? Verùm hujusmodi interpretationem verbis Guigonis (vide hæc Comment. prævii num.* 442) *parùm admodùm esse accommodam, quis non videat?*

ss *Ezechielis* 18, ℣. 21 *& sequenti:* Si . . . impius egerit pœnitentiam, . . . omnium iniquitatum ejus . . . non recordabor.

tt *Apocalypseos* 18, ℣. 7.

uu *Deuteronom.* 25, ℣. 2.

xx *Ita ferè Jeremiæ* 51, ℣. 6.

yy *Jeremiæ* 50, ℣. 8.

zz *Jeremiæ* 48, ℣. 6.

aaa *Ita ferè Zachariæ* 2, ℣. 6.

bbb *Ita ferè Jobi* 19, ℣. 29.

ccc *Cant. Cantic.* 8, ℣. 14.

ddd *Benigna interpretatione hîc indiget biographus; neque enim, Jonam, uti velle videtur, periisse seu damnatum esse, putandum est.*

eee *Adi, quæ in Vitam præced. ad lit.* h *annotata sunt.*

F

CAPUT II.

Bruno unà cum sociis suis ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, venit, Cartusiæ eremum ab eo obtinet, austerè admodùm in hac vivit, ac post sexennium circitèr à Pontifice evocatur, vocantique obtemperare statuit.

Sanctus ejusque socii Gratianopolim adveniunt, benignéque ab Hugone episcopo,

FActum est autem, dum appropinquarent civitati, vidit idem episcopus in somnis Deum, in solitudine Carthusiæ dignum sibi habitaculum construentem. Vidit etiam stellas septem aureas, in modum coronæ dispositas, à ter-

A. Francisco à Puteo.

ra paululùm elevatas, & à cæteris, quæ in firmamento sunt, in situ, motu, colore & splendore differentes, ejusdem numeri viris septem (tot enim ipsi erant) itineris ducatum præbentes *a*. Manè autem facto, cùm esset super visione hujusmodi sollicitus, affuerunt pulsantes ad fores episcopalis palatii dicti septem viri, beatus scilicet Bruno cum suo, licèt brevi, sancto tamen collegio. Quod cùm fuisset eidem episcopo nunciatum, confestim jubet eos introduci. Ipsi verò ingressi, & ad pedes ejus humiliter prostrati, petita & obtenta benedictione, sui ad eum adventus causas enarrantes, petierunt, ut locum aliquem dignaretur eis in sua diœcesi ostendere, & suâ benignâ clementiâ, pia erogatione concedere; in quo à mundi hujus periculis, & ab hominum ceterorum consortio segregati, desiderium suum perficere, soli Deo dignè servire, & dignum ipsi habitaculum possent exstruere.

a

qui visione sibi oblata designari illos putat, excipiuntur.

30 Hæc audiens beatissimus episcopus, tanquam non ampliùs de visione, quam jam impletam videbat, sollicitus, eos cum ingenti gaudio, non solùm gratanter, sed etiam reverenter suscepit, & benignè tractavit. Quibus & visionem illam, quam nocte illa per somnum viderat, enarravit, & ait: Fratres & filii mei in Christo dilectissimi, propositum & desiderium vestrum non solùm non reprobo, sed etiam vehementer commendo. Mundus enim iste, talibus & tantis plenus est laqueis, periculis, calamitatibus & miseriis, ut electos plerúmque cogat prospera quæque despicere, & Deum per adversa quærere, cùm non possint Deum simul cum mundo diligere. Nam duo isti amores duas civitates constituunt, quæ sibi invicem adversantur, Dei scilicet & diaboli. Deus autem bonus, immò summum bonum est. Mundus verò totus in maligno positus est. Hinc præ cæteris magis dilectus Apostolus ait: Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo *b*. Unde cùm decrevisset Deus Sodomorum civitates delere, ait angelus ad beatum Loth, qui ad Dei civitatem pertinebat, Salva, inquiens, animam tuam, & noli respicere post tergum, nec stes in omni loco circa regionem, sed in monte salvum te fac, ne & tu similiter pereas *c*. Sancti enim illi, quibus dignus non erat mundus, Apostolo teste, egentes, angustiati, afflicti, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terræ *d*.

B

b

C

c

d

Ac primò quidem ab eo, qui de propositi illorum difficultate

31 Et ideò testimonio fidei probati inventi sunt. Quorum vestigia sequi & imitari laudabile est & utile, sed difficile in regionibus istis frigidis maximè, quæ non sunt sicut Ægyptus, Thebais, Scythia *e*, aut Palæstina. Est enim in montibus istis altissimis, quos cernitis inter cæteras solitudines, eremus quædam, quæ Carthusia nuncupatur, decem ferè miliaribus à civitate distans, ampla quidem, sed penitus inhabitata*, solis feris pervia; hominibus verò & cæteris mansuetis animantibus propter loci asperitatem penè incognita, altis & tanquam excisis hinc inde rupibus & scopulis circumvallata, infructuosis arboribus consita, supra modum frigida, & pro majore parte temporis nivibus operta, & adeò prærupta, sterilis, & infructuosa, ut nihil in ea seri valeat sive meti. In cujus medio est quidam parvus fluvius, qui Gnerus mortuus, quasi quædam imago mortis, dicitur, ex circumstantibus undique montibus collectus, & cum strepitu maximo, torrentium aut inundantium aquarum more, fluens. Ad quam quidem Carthusianam eremum est accessus gravis & laboriosus, ingressus verò difficilis & periculosus, utpote inter duas miræ altitudinis rupes, quæ velut rectæ lineæ sursum se erigunt, & in culmen tandem penè coëunt, ita ut introëuntibus horrori sint & terrori.

e

* *i. e.* non habitata

D

nonnulla differit, è Brunonis verbis

32 Et ut paucis agam, tanta est loci illius asperitas, tantus horror, ut carcer potiùs aut purgatorii locus, quàm humanæ vitæ habitaculum dici possit *f*. Unde difficile videtur sine singulari dono Dei, apud quem nihil est impossibile, homines illic habitare posse, aut saltem diu perseverare; scitis autem, fratres mei, quàm grave sit post missam manum ad aratrum retrò aspicere. Unde metuendum est exemplum uxoris Loth, quæ retrospexit, & ubi aspexit, ibi remansit, & in salem conversa est, ut suo prudentes condiret exemplo *g*. Quum autem verbis illis finem feciſſet beatissimus episcopus, B. Bruno respondit: Reverendissime pater, terribilis profectò est, ut audivimus, & jam in parte cernimus, locus iste. Nos autem locum talem ad pœnitendum quærimus. Et quamquam infirmi sumus & fragiles, in Dei tamen, qui potens est, misericordia confidimus, & speramus, ut qui nobis dedit huc veniendi voluntatem, dabit & perseverandi potestatem, cùm non sit abbreviata manus ejus, quo minùs, sicut olim, ita & nobis nunc magnalia sua possit ostendere. Ipse enim scopulos torrentium inclinavit, ut requiesceret populus in Arnon, & recumberet in finibus Moabitarum. Ipse Jonathan & armigerum ejus, reptantes manibus & pedibus, per eminentes petras & scopulos, in modum dentium præruptos, de hostium manibus, datâ ipsis de illis victoriâ, liberavit.

f

g

E

pleni in Deum fiduciâ constantesque deprehensi

33 Ipse tantam multitudinem filiorum Israël & vulgus innumerabile in deserto manna de cælo misso nutrivit. Nunquid & nunc panem dare non poterit, aut parare mensam populo suo? Ipse corvis præcepit ut pascerent Heliam in Carmelo, qui & paverunt Paulum in Ægypto. Ipse prandium, quod messoribus Abachuc paraverat in Judæa, Danieli misit in Chaldæam. Ipse panes in deserto multiplicavit, ex quibus tantam hominum multitudinem satiavit. Ipse dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum. Ipse pascit volatilia cæli, quæ non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea. Nonne & nos Domino pluris sumus illis? Non itaque, etiamsi nobis defuerint humana solatia, de Dei præsentia diffidemus, & providentia, cùm potens sit de lapidibus istis, quos vidimus, panes facere, & aquam in vinum convertere. Qui etiam, quum voluerit, potens est dare nivem sicut lanam, & nebulam sicut cinerem spargere. De tanta igitur ejus potentia & bonitate confisi, iterum ac iterum humiliter supplicamus, ne desiderium nostrum ultrà differas, aut nos in hac nostra petitione confundas *h*. Tunc beatus Hugo, eorum constantiam, & in cœpto proposito perseverantiam considerans, ne eorum vocationi, & divinæ voluntati resistere videretur, ait: Desiderium vestrum, dilectissimi, ego pariter implere desidero, nec ideo distuli, ut auferatur, sed ut dilatione potiùs augeatur.

F

h

Cartusiæ eremo donantur; tum verò,

34 Videns itaque voluntatem vestram, in Christi charitate radicatam & fundatam, vobis & iis, quos eadem charitas vobiscum traxerit, nunc

&

A & in posterum, fratres, locum prædictum, & quicquid juris vel actionis in eo habeo, plena libertate concedo. Et hoc idem à cæteris omnibus, qui jus aliquod in eo habent, fieri procurabo, vobisque & vestris omnibus omnem possibilem mihi humanitatem, quamdiu vixero, libenter exhibebo. Et nihilominus pro pace & quiete vestra ad removendum ea, quæ vestro proposito contraria sunt, domum unam super pontem, qui inter duas rupes prædictas situs est, in introitu dictæ solitudinis ædificari volo, & authoritate divina prohibebo, ut fœminæ per terminos vestros nullatenus transeant, neque viri arma portantes. Prohibebo pariter intra dictos terminos piscationem, venationem, & avium captionem, ovium, caprarum, atque omnium domesticorum animalium pascua & transitum, Deum rogans, ut obedientes huic nostræ donationi & prohibitioni in sua gratia multiplicet, & in omnibus bonis, quæ ibidem usque in seculi finem gerenda sunt, partem eisdem tribuat; inobedientes verò divino judicio puniendos relinquo, quos & per secularem potestatem puniri curabo *i*.

i

B 35 His dictis, surgens amplexatus est eos, flevitque præ gaudio super singulos eorum, laudans & benedicens Deum de adventu ipsorum. Et deinde benedixit eis dicens: Omnipotens sempiterne Deus, cujus misericordiæ nec mensuras ponere possumus, nec tempora definire; qui, quos vis, vocas, & quos vocas, hos justificas & magnificas, respice, quæsumus, oculis clementiæ tuæ super hos famulos tuos, quos ad tuæ servitutis obsequium invitare dignatus es, & præsta auxilium gratiæ tuæ, ut, quæ tibi placita sunt, tota virtute perficiant. Reple eos venerabilibus virtutibus tuis, quibus muniti, carnis, mundi & dæmonum insidias superare, & inde victoriæ coronam immarcessibilem recipere valeant, crescereque eos facias in mille millia, & eos, necnon & illos, qui eorum vestigia secuti fuerint, & in dicta solitudine usque in finem vitæ suæ in vera humilitate & charitate perseveraverint, ab omni culpa & pœna liberos, Sanctorum tuorum collegio sociare digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deo prius, ut ipsis adesse dignetur, invocato,

in eam etiam ducuntur. Cellulas ibidem ædificant,

C 36 Post hæc autem, quia dictus Bruno & ejus sodales omnes erant propter itineris labores non modicùm nec immeritò fatigati, retinuit eos idem beatissimus episcopus in suo episcopali palatio, & eos sua solita benignitate procuravit & recreavit per dies aliquot. Quibus expletis, & præparatis ac dispositis omnibus, quæ necessaria erant in via, ascenderunt in montem & intraverunt ac inhabitare cœperunt dictam eremum Carthusiæ circa solemnitatem nativitatis sancti Joannis Baptistæ, anno salutis nostræ supra millesimum octogesimo quarto *k*, antecedente & dirigente eos, ac in omnibus & per omnia adjuvante, & de necessariis providente præfato beato Hugone episcopo *l*. Et ibidem in parte superiore montis, quæ nunc dicitur Ad beatam Mariam de Casalibus, ædificare cœperunt ecclesiam, necnon & parvas cellulas, non longè à dicta ecclesia distantes, circa quemdam fontem, qui usque in præsentem diem vocatur fons Brunonis, de se tamen invicem distinctas & aliquantulùm separatas, ne alter alterius solitudinem impediret *m*. In quibus singuli per singulas more illorum antiquorum Ægyptiorum monachorum habitabant *n*. Ubi silentio, lectioni, ora-

k

l

m

n

tioni, atque operi manuum, maximè in conscribendis libris, jugiter insistebant *o*. Qui exinde dicti sunt Fratres Carthusienses, à nomine loci nomen sibi imponentes, à quibus etiam Ordo iste Carthusiensis originem sumpsit pariter & nomen.

A. Franciſco à Putbo.

o

37 Ipsi enim septem (beato Brunone cæteros, qui sibi eum in Priorem & animarum suarum pastorem elegerant, & cujus obedientiæ, beato Hugone episcopo annuente, se submiserant, dirigente *p*) volentes mundum, quem reliquerant, & quæ in mundo sunt, omnia, quæ sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, sibi subjicere, quandam vivendi normam satis arduam instituerunt, quam & ipsi tenuerunt, & posteris suis tenendam mandaverunt. Nam contra superbiam, quæ initium est omnis peccati, & contra ejus nefandam sobolem, invidiam scilicet, ambitionem & vanam gloriam, & si qua sunt alia, fecerunt sibi vestes breves & angustas de grosso panno albo, vili & rudi, quæ eos contemptibiles intuentibus redderent & abjectos, & illis horrori essent potiùs, quàm ipsis honori. Et quamvis in sordido habitu interdum superbia lateat, fecerunt tamen ipsi ad eam profugandam, quicquid facere potuerunt. Contra cupiditatem verò, quæ radix omnium malorum dicitur, & avaritiam, quæ idolorum servitus nuncupatur, certos terminos juxta locorum suorum fertilitatem aut sterilitatem majores minoresve præfixerant, ita ut extra eos, etiamsi totus mundus eis offerretur, nec saltem, quantum pes humanus occupare potest, liceret possidere.

vivendique modum.

p

E

38 Certum etiam numerum, quem transgredi nullo modo liceret, animalibus & pecoribus imposuerunt. Et ut non esset eis quandoque necessarium, vel plus terræ quàm dictum est, possessioni suæ addere, aut pecorum numerum augere, duodecim tantùm monachos cum tertio decimo Priore, ac sexdecim conversis, paucisque mercenariis, nullo prorsus superaddito, in suis domibus esse perpetuò decreverunt. Ad edomandam autem carnis concupiscentiam, & legem membrorum, quæ repugnant legi mentis, duris semper ad carnem cilicciis utebantur. Secunda, quarta & sexta feriis, pane & aquâ & sale, sicui placebat, contenti erant. Tertiâ verò, quintâ & Sabbato legumina vel aliquid hujusmodi & vinum, & in feria quinta etiam caseum vel aliquid aliud à coquinario recipiebant, ab omni tamen esu carnium tam sani quàm infirmi perpetuò abstinebant. Panes albos non comedebant, sed solùm tortas *q*, licèt de tritico. Vinum purum nunquam bibebant, sed bene dilutum, quod vocant limphatum, & hoc duntaxat in prandio & cœnâ, & diebus illis, quibus eo uti & cœnare licebat. Jejuniis ferè continuis & prolixis vigiliis carnem macerabant. Pisces nunquam emebant, sed si fortè gratis eis dabantur, eos in charitate recipiebant, & juxta offerentium voluntatem (diebus tamen, quibus eis vesci licebat) distribuebant.

cujus capitis aliquot

F

q

39 Officium divinum, diurnum pariter & nocturnum, tam in ecclesia, diebus & horis illis, quibus in eam conveniebant, quàm per cellas, non perfunctoriè, ut quidam, sed intentissimè, oculis in terram demissis, cordibus verò in cælum fixis, devotissimè persolvebant. Totum quoque suum, tam interiorem quàm exteriorem, hominem habitu, voce, vultu, rebus visibilia excedentem

hic recensentur, admodùm auctorum tenent,

A. FRANCISCO A PUTEO.

dentibus, ſpretis cunctis aliis, intentum, immò affixum Deo, exhibebant. Diebus verò Dominicis & certis Sanctorum feſtivitatibus tantùm antiquorum eremitarum more, ne ab aliis ſacris operibus, licèt dignitate inferioribus, impedirentur, Miſſæ Sacrificium offerebant, quò omnes pariter conveniebant. Et ipſis diebus in refectorio ſimul ad ritum monachorum comedebant. Aliis verò diebus in cellis ſuis ſub arcto ſilentio, orationi, meditationi, contemplationi, & ceteris piis & devotis exercitiis ſine intermiſſione vacabant, ita ut, ubi priùs fuerant ſpecus & cubilia ferarum, tunc videres choros caſtrorum, cuneos prophetarum, conventus monachorum, & cœtus angelorum *r*.

r

Hugonem erga ſe benevolum ſemper habentes. Carthuſiam biographus, quòd hoſce,

40 Memoratus autem epiſcopus ſanctus Hugo, eos frequenter viſitabat, & ut filios tenerrimè diligebat; quos uſque ad mortem ſuam & non tantùm eos, ſed & qui eis exinde ſucceſſerunt, conſiliis ſemper fovit, & beneficiis. Eratque inter eos, non ut dominus aut epiſcopus, ſed ut ſocius, & frater humillimus, & ad cunctorum (quantùm in ipſo erat) obſequia paratiſſimus. In tantum autem devotus eremum incolebat, ut eum interdum beatus Bruno inde exire & ad oves ſuas redire compelleret. Ite, inquit, ite ad oves veſtras, & quod eis debetis, exolvite *ſ*. Ipſo etiam beatiſſimo epiſcopo inſtante & procurante, circumvicini omnes, tam eccleſiaſtici quàm nobiles & populares, videntes beati Brunonis & ejus ſodalium tam ſanctam ac tam honeſtam ac devotam converſationem, dederunt eiſdem, quicquid juris habebant in dictis montibus, & intra fines & limites dictæ ſolitudinis *t*. Iſti itaque ſunt, ô felix Carthuſia, primi patres illi, qui hanc vaſtam ſolitudinem primi inhabitare cœperunt, & in ea Ordinem hunc, qui à te nomen velut oleum ubique terrarum effuſum accepit, primi fundaverunt. Iſti ſunt ſeptem columnæ, quas Sapientia excidit, & in quibus ſibi domum ædificavit. Iſti ſunt ſeptem boves aſcendentes de fluvio, & ſeptem ſpicæ in culmo uno. Et ſeptem buccinæ, quarum uſus erat in jubileo.

ſ

t

ad quorum ſeptenarium numerum

41 Iſti ſunt ſeptem candelabra, in quorum medio Joannes ſcribens ſeptem eccleſiis, quæ erant in Aſia, perhibet ſe vidiſſe ſimilem filio hominis, veſtitum podere, tenentemque in dextera ſua ſeptem ſtellas, quæ ſeptem eccleſiarum ſunt angeli; & in medio throni agnum ſtantem, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, in omnem terram miſſi. Iſti ſunt ſeptem ſportæ fragmentis plenæ, & ſeptem ſignacula libri clauſi, & ſeptem viri, Spiritu Sancto pleni, quos in diaconos ad miniſtrandum elegerunt Apoſtoli, & ſeptem gradus, quos vidit Ezechiël ad aſcenſum exterioris atrii. Iſte eſt ſeptenarius, propter ſeptem Spiritus Sancti dona ſacratus. Iſte ſeptenarius numerus primus in monadibus perfectus eſt redditus ex ſuis partibus aggregatus. Nam unum & ſex, duo & quinque, tria & quatuor, quæ ſunt partes ejus aliquotæ, ſeptem faciunt. Hinc eſt, quòd ſeptimus dies, & ſeptima hebdomada, & ſeptimus menſis, & ſeptimus annus, tanquam perfecti, erant lege feriati.

C

diverſimodè hic alludit,

42 Septem etiam diebus agitur & repetitur omne tempus. Et ſeptimo die ceſſavit Deus ab omni opere. Et ſeptimo die Chriſtus in ſepulcro quievit. In quibus omnibus notatur hujus ſacrati ſeptenarii numeri, & in eo hujus ſacræ Religionis (quæ ab ejuſdem numeri viris iſtis ſeptem primò inſtituta eſt) perfectio. Quæ rectè figurata dicitur per ſtellas illas ſeptem, quas in eorum adventu beato Hugoni Dominus demonſtravit, tam propter magnum hujus ſeptenarii ſacramentum, quàm propter ſtellarum ſublimitatem, ſtabilitatem, claritatem, puritatem, & quantitatem. Iſtæ nanque virtutes Religioſis omnibus nedum conveniunt, ſed etiam neceſſariæ ſunt: qui debent ſicut ſtellæ eſſe in cælo, per contemplationem & mentis affectum, non in terra. Nam ſpecies cæli eſt gloria ſtellarum, ait Sapiens *u*, ſecundo debent eſſe in cœpto religionis propoſito firmi & ſtabiles. Nam ideò poſuit Deus ſtellas in firmamento, ut eſſent in ſigna & tempora, & dies, & menſes & annos. Unde ſcriptum eſt, quòd ſtellæ manentes in curſu ſuo & ordine, pugnaverunt contra Siſaram *x*, id eſt, contra diabolum: ſic enim Siſara interpretatur Excludens gaudentem. Tertiò debent eſſe in tribulatione patientes, ut ſint ſicut ſtella matutina in medio nebulæ.

D

u

x

E

habitatores nacta ſit, felicem prædicat.

43 Fecit enim Deus lunam & ſtellas, ut præeſſent nocti. Quartò ſicut in ſtellas non cadit corruptio, nec caſus, nec error ſecundum Philoſophum, ita & ipſi debent ſervare carnis integritatem ſine corruptione, ut dicere poſſint illud Apocalypſis: Ego ſum genus & radix David, ſtella ſplendida & matutina *y*. Et ne de eis dicatur, quòd ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus. Quintò, ſicut ſtellarum quælibet major eſt tota terra, quamvis brevis & quaſi punctalis, & modica videatur in exteriori apparentia, ſic Religioſi debent ſemper creſcere per charitatem, minui verò per humilitatem. Hæc enim duo, humilitas ſcilicet & charitas, ſunt duo religionis extrema, initium & finis, ſine quibus cætera, quæ mediant, omnia ſunt potiùs pœnâ, quàm merito digna. O igitur iterum atque iterum felix Carthuſia, tamdiu ſterilis, nunc verò fœcunda! Felices montes, qui tales meruerunt habere incolas & cultores! Felix denique Religio iſta divinitus inſtituta, quæ Religiones cæteras poſt Auguſtinum & Benedictum antiquitate præcedit, & has illas etiam vitæ auſteritate! De cujus origine hæc pauca, ut ad cœptum propoſitum redeamus, ſufficiant.

y

Bruno ex eâ ab Urbano II Papa evocatur,

F

44 Beatus itaque Bruno, de quo nobis ſermo, in hac vitæ auſteritate cum ſuis in dicta ſolitudine ferè ſex annorum ſpatio perſeveravit, die ac nocte ſine intermiſſione jejuniis, orationibus & aliis exercitiis religioſis vacans *z*. Contigit autem, ut, mortuo Gregorio ſeptimo Pontifice Romano, ſuccederet ei in Papatu Victor Tertius; quo item poſt paucos menſes mortuo, ſucceſſit ei Urbanus ſecundus, priùs dictus Otho, monachus & abbas Cluniacenſis, qui ejuſdem beati Brunonis, dum in minoribus ageret, fuerat diſcipulus *aa*. Qui paulò poſt ſui aſſumptionem ad Apoſtolatûs apicem, non immemor doctrinæ & probitatis ejuſdem beati Brunonis, ſui olim præceptoris, volensque in ſibi à Chriſto credita adminiſtratione ejus uti conſiliis, vocavit eum ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obſequium, addito etiam obedientiæ præcepto. Dictus verò beatus Bruno, percepto hujusmodi mandato, non modicùm turbatus eſt, quippe qui jam ſolitudinis dulcedinem guſtaverat. Tenebat enim eum Maria, ut quieſceret, trahebat Martha, ut laboraret, rogabant fratres, ne ſe deſereret, Papa, ut obediret. Terrebat

z

aa

A rebat curia, si illùc accederet : conscientia verò timorata ignorabat, quid in re tam perplexa ageret.

Pontifici obtemperandum statuit,

45 Tandem obedientia vicit. Sciebat enim, quòd vera obedientia moras non recipit, nec excusationem aut dilationem admittit. Hinc ad fratres & discipulos suos ait : Manere vobiscum, fratres mei dilectissimi, gratissimum ; à vobis separari gravissimum ; mandatis verò Apostolicis obedire necessarium mihi est. Nam in majoribus est regendi ac jubendi authoritas ; in minoribus verò obsequendi necessitas. Unde quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, propterea quòd Apostolus ait, ut omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, quia non est potestas nisi à Deo ; quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt, & qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit : qui autem resistit, ipse sibi damnationem acquirit *bb*. Quid igitur mihi prodesset exteriùs hîc vobiscum jejuniis & abstinentiis carnem atterere, & per inobedientiam, animæ meæ damnationem acquirere ? Nolite itaque, fratres, B super recessu meo contristari, ne superaddatis dolorem dolori, sed potiùs in ea vocatione, in qua vocati estis, perseverate. Et ego, expletâ mihi injunctâ obedientiâ, ad vos revertar, Domino concedente.

bb

Abiensque Siguino, Casæ-Dei abbati, locum resignat.

46 Tunc omnes cum lachrymis & ejulatu magno clamare cœperunt dicentes : Cur nos, Pater, deseris, aut cui nos desolatos relinquis ? Tu es enim post Deum omnis spes nostra, totumque refugium. Tu nobis in adversis præsidium, in prosperis solatium, in temptatione consilium, in infirmitate subsidium. Quid igitur, te recedente, faciemus, aut ad quem, te absente, recurremus ? Erimus profectò sicut oves errantes, non habentes pastorem. Si igitur te ad Romanum Pontificem obedientia trahat, trahet nos tecum supereminens charitas, quæ est in Christo Jesu, quam separare non poterit, neque mors, neque vita, neque creatura aliqua. Beatus itaque Bruno hæc audiens, timens, ne propter suum & suorum inde discessum locus prædictus, jam Deo dicatus, ad manus laïcas & prophanas iterum deveniret, nolensque illum omnino deserere, sed post expletam sibi impositam pœnitentiam eum intendens cum suis repetere, commendavit & dedit illum venerabili viro domino Siguino, abbati monasterii Casæ Dei, qui fuerat unus ex C primis donatoribus prædictis, & habebat quandam cellam sibi vicinam prope Gratianopolim cc subter castrum Curnilhionis *cc*.

ANNOTATA.

a *Quid de hîc memorata stellarum septem visione, S. Hugoni, Gratianopolitano episcopo, divinitus oblata, ejusque adjunctis, quæ hîc referuntur, nec tamen in Guigone, sancti hujus antistitis biographo, aliove vade antiquo fundantur, sentiendum sit, Commentarii prævii* § XXV *vide expositum.*

b *Joannis Epist.* 1, *cap.* 2, ℣ 15.

c *Ita ferè Geneseos* 19, ℣. 17.

d *Ad Hebræos cap.* XI, ℣. 37 & 38.

e *Loquitur hîc indubiè noster biographus, non de Scythia, Septemtrionali Asiæ regione, in qua non minùs, quàm in terrarum tractu, Carthusiæ eremum complectente, frigida est aëris temperies, sed de Ægypti deserto Schetes seu Sciti,* Schythia *etiam à nonnullis nuncupato, quod, non secùs atque alias Ægypti ac Palæstinæ solitudines, ingens olim, uti apud Rosweydum in Vitis Patrum videre licet, anachoretarum multitudo incolebat.* A. FRANCISCO A PUTEO.

f *Ut, quàm horrida fuerit Cartusiæ solitudo, antequam hanc cum sociis suis Sanctus noster ingrederetur, distinctiùs explanatum invenias, adi Commentarium prævium* § 26.

g *Orationem hanc, seu exhortationem, quam S. Hugo ad* Brunonem *ejusque socios habuerit, penitus esse à biographo confictam, unusquisque, quantùm opinor, propensè in animum inducet.*

h *Esse pariter* Brunoni *hanc responsionem pro arbitrio hîc affictam, uti & Hugoni verba, quæ proximè subduntur, indubitatum apparet.*

i *Mabillonius Præfatione in Seculi sexti Benedictini part.* 2, *num.* 86 *meminit chartæ, mense Julio anni* 1084 *ad diœcesis Gratianopolitanæ, in qua Carthusia sita est, presbyteros ac laïcos datæ, in qua, ne fœminæ per Carthusiæ fratrum, qui Deo placere cupientes, mundum & turbas fugiebant, terram transeant, & ne quisquam intra terminos ipsorum possessionis piscationem aut venationem exerceat, & sua animalia pascenda deducat, Hugo episcopus præceperit ; verùm ego, facta licèt diligentissima indagine, chartam illam nuspiam invenire quivi.* B

k *Rectè hanc* Brunonis *in Cartusiam ingressui epocham à Puteano hîc præstitui, liquet ex iis, quæ Commentarii prævii num.* 470 *& seqq. adduxi.*

l *Vera hîc prædicari, liquet ex iis, quæ Commentarii prævii num.* 502 *& seq. dicta sunt.*

m *De fonte,* S. Brunonis *nomine hodieque distincto, aliisque, hîc memoratis, consule Commentarium prævium* § 27.

n *Puteanus, qui in plerisque, quæ de* S. Brunone *ejusque sociis, Cartusiam primùm ingressis, scribit, cum Blomenvenna consentit, perperam ab eo hîc dissentit ; illos enim tunc, non singulos, sed binos singulas inhabitâsse cellas, Guigo in Hugonis, Gratianopolitani episcopi, Vita, ut Commentarii prævii num.* 475 *videre licet, memoriæ prodit ; hoc autem scriptore, utpote synchrono fideque dignissimo, standum est, etsi interim Cartusiani haud dudum post Sancti obitum non bini, sed singuli singulas cellas occupârint.*

o *Consule Comment. præv. num.* 487.

p *Cùm Sanctus, antequam in Cartusiam se abderet, aliquamdiu eremiticè, ut Commentarii prævii num.* 414 *& aliquot seqq. dixi, in Sicæ-Fontanæ solitudine vixerit, dubitandum apparet, an à sociis, in Cartusiam eum secutis, in Priorem, cùm nondum cum hisce ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, venisset, electus non fuerit, contrà ac iis, quæ hîc scribit, Puteanus existimâsse videtur.* F

q *Consuetudinum Guigonis cap.* 34, *num.* 3 *ita habet :* Panis, quamvis de tritico, torta est ; panem enim album non facimus : *Massonus autem in Opere, quod Annales Cartusienses inscripsit, in Annotat. ad dictum cap. tortam interpretatur* panem subrufum.

r *De vivendi norma, quam Sanctus ejusque socii in Cartusia tenuerint, videsis Commentarii prævii num.* 485 *& binis seqq.*

s *Sanctus verè ita Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, obsequentem habuit. Consule Commentarii prævii num.* 502.

t *Instrumentum, quo id illi fecerunt, Commentarii prævii num.* 503 *& seqq. integrum dedi.*

u *Ecclesiastici* 43, ℣. 10.

x *Judic.* 5, ℣. 20.

A. Francisco à Puteo.

y *Apocalypſeos cap.* 22, ℣. 16.

z *Notata adi in Vitam præced. ad lit.* r.

aa *Videſis, quæ in Annotatis in Vitam præced. ad lit.* q *adduxi.*

bb *Ad Roman.* 13, ℣. 1 & 2; *ibi tamen pro hiſce vocibus*, Quæ autem à Deo ſunt, ordinata ſunt, *iſtæ aliæ de poteſtatibus leguntur:* Quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt.

cc *Charta, quâ id Sanctus fecit, reperta poſtea haud fuit. Adi Comment. prævii num.* 529.

CAPUT III.

Sanctus è Cartuſia Romam ſe confert, ſecutis huc diſcipulis, ut Cartuſiam repetant, ſuadet, ipſeque in Calabria, obtenta à Pontifice ſecedendi
B *facultate, recuſatoque Rhegienſi archiepiſcopatu, deſerta ſeſe abdit, benevolum ibi erga ſe comitem Rogerium habet, novas eccleſias condit, ſanctiſſiméque vivit ac moritur.*

Romam Bruno venit, diſcipulis, qui ſecuti eò illum erant, a

ET deinde à beato Hugone epiſcopo benedictione ſuſcepta, Romam acceſſit *a*. Urgebat enim Apoſtolicum imperium. Quem Pontifex, de ejus, quem intimè diligebat, adventu plurimùm gaudens, benignè ſuſcepit, & inter primos & præcipuos ſibi peculiares ac familiares conſiliarios, & fideles amicos habuit. Cujus in majoribus cauſis & arduis Eccleſiæ negotiis utebatur & adhærebat conſiliis. Convenerunt autem ad eum, Spiritu Sancto hoc operante, cæteri fratres omnes *b*, qui priùs cum eo in Carthuſia fuerant, dolentes plurimùm, ipſe verò magis, quòd locum prædictum Carthuſiæ, quem Dominus ſibi elegerat, & in quo dignum illi habitaculum conſtruxerat *c*, reliquiſſent. Dum enim eis in mentem venirent, non ſicut murmuratoribus illis in deſerto, carnes, cucumeres, aut pepones, ſed devotæ illæ meditationes, orationes, lectiones, & ſpiritales conſolationes, quas priùs in ſolitudine prædicta Carthuſiæ habuerant; & viderent tumultus, ſtrepitus, & pericula curiæ, non poterant ſe à lachrymis continere.

b

C

c

Cartuſiam ut repetant, ſuadet,

48 Tandem verò ſuaſu & inductione ejuſdem beati Brunonis, cùm nondum poſſet ipſe pro ſe licentiam ſeu commeatum redeundi à Pontifice obtinere, tanquam illi in tunc occurentibus negociis neceſſarius, omnes unanimiter conſenſerunt ad Carthuſiam reverti, obtentis priùs ab eodem ſummo Pontifice literis ad prædictum abbatem Siguinum pro reſtitutione dicti loci *d*; quem illi beatus Bruno inde diſcedens (ut jam dictum eſt) remiſerat. Magiſtro itaque Lauduino, quem cæteris fratribus beatus pater Bruno in Priorem loco ſui præpoſuerat *e*, ductore, omnes Carthuſiam repetiverunt. Quibus Siguinus abbas rogatu ſummi Pontificis & ejuſdem beati Brunonis, cum conſenſu ſui conventus & in præſentia præfati beati Hugonis Gratianopolitani epiſcopi, & alterius Hugonis Lugdunenſis archiepiſcopi, locum prædictum Carthuſiæ liberè remiſit *f*, ac juri eorum & ſucceſſorum eorundem tradidit perpetuò poſſidendum. Et ex tunc dictus Lauduinus Prior, & cæteri fratres ac eorum ſucceſſores uſque in præſentem diem dictam eremum Carthuſiæ cum ſuis finibus & juribus tenuerunt & poſſederunt, perſeverantes in ea ſub communi obedientia capituli generalis totius Carthuſienſis Ordinis, quod ibidem annis ſingulis celebratur juxta vivendi normam ab eodem beato Brunone primò, & deinde à cæteris Carthuſiæ Prioribus, & à dicto generali capitulo eis datam *g*.

d

e

f

g

cúmque conſiliis Urbani Papæ, qui Melphi & Placentiæ, ac dein etiam

49 Dictus verò beatus Bruno eidem Urbano Pontifici charus, in regimine Eccleſiæ utiliter & fideliter inſerviebat. Erat enim tunc Eccleſia in turbatione maxima propter perſecutionem Henrici quarti imperatoris prædicti, qui quendam Gilbertum, quem Clementem vocavit, de facto in Papatum intruſerat *h*. Qui ambo, Henricus ſcilicet & antipapa Clemens, verum Pontificem Urbanum perſequebantur. Quorum furorem idem Urbanus declinans, cùm in Romanis (& meritò) minimè confideret, poſtquam in Melphi conſilium habuiſſet, Placentiam venit, & ibi aliud concilium celebravit *i*, in quo inter cætera petulantiam quorumdam eccleſiaſticorum, Gratiano teſte, animoſiſſimè compeſcuit. Et plura in eos decreta fecit, maximè contra eccleſiaſticos incontinentes & ſimoniacos, & contra proprietarios & inſtabiles monachos *k*. Deinde nec ibi ſecurus, ejuſdem imperatoris iterum furorem fugiens, relictâ Italiâ, in Gallias tranſmigravit *l*. Ubi denuo de ſalute fidei cogitans, aliud concilium apud Clarummontem, civitatem Alvernorum, convocari fecit, in quo, eodem Gratiano teſte, plures alias conſtitutiones ordinavit, quæ ad erigendum labentis Eccleſiæ ſtatum reſpicere videbantur. Et inter cætera ſtatuit, ut Horæ beatæ Mariæ à clericis quotidie dicerentur, & ut in Sabbatis ejus Officium ſolemniter celebraretur *m*.

h

E

i

k

l

m

Claromonte in Gallia concilium celebravit,

50 Legi autem in quadam hiſtoria, quæ Faſciculus temporum dicitur, quòd hoc beata Virgo fratribus in Carthuſia revelaverat, haud dubium, quin beato Brunoni & ejus ſodalibus; cùm ipſi ſoli adhuc Carthuſienſes dicerentur *n*. In eodem etiam concilio rem memoratu dignam fecit. Nam principes Galliæ, & cæteram multitudinem, quæ ad concilium convenerat, ad expeditionem contra Turcas pro recuperatione Terræ Sanctæ taliter animavit, ut trecenta milia hominum nomen ſuum in militiam Chriſti doderint, ſignumque crucis ſuſceperint. Inter quos erat Gotfridus de Builhon, dux Lotharingiæ; quo duce moventes per Germanorum fines atque Pannoniam, Bizantium vadunt, ac deinde, tranſmiſſo Helleſponto, Niceam primò, mox Antiochiam, & plures alias Saracenorum urbes, deinde Hieroſolymam civitatem Sanctam, & omnem circa regionem capiunt *o*. Ubi dum vellent Chriſtiani dictum Gotfridum in regem coronare, renuit ipſe, dicens, ſe nolle auream ferre coronam in ea urbe, ubi Chriſtus ſpineam tulerat *p*. Tenuerunt autem dictus Gotfridus & ſeptem alii reges Chriſtiani poſt eum annis octoginta octo dictum regnum Hieroſolymitanum *q*, devictis Babyloniis & Ægyptiis, cum magna infidelium ſtrage, & maximo incremento-

n

F

o

p

q

A to nominis Christiani. Quibus omnibus causam dedit idem Pontifex Urbanus in dicto Claromontensi concilio.

aliquamdiu juvat. secedendi à curia facultatem ab eo impetrat,

51 Quum itaque beatus Bruno eidem Pontifici propter obedientiæ meritum certis annis, licèt paucis, adhæsisset, & non modicùm Ecclesiæ sanctæ Dei circa ejus reformationem & circa recuperationem Terræ Sanctæ suis consiliis profuisset, ut ejusdem Urbani inde secuta decretâ, & alia ejus acta prædicta testantur, nec posset diutiùs tantas inquietudines, & curiæ tumultus ac strepitus sustinere, ad solitudinis ac cellæ, quam dimiserat, quietem jugiter aspirans, antequam idem Pontifex de Placentia transiret ad Galliam, humiliter & cum geminata instantia ab eodem Pontifice petiit & tandem obtinuit veniam & commeatum, ut, relictâ curiâ, eremum, quam reliquerat, repeteret, aut aliam sibi quæreret, quam Dominus ipsi dignaretur ostendere *r*. Et quum idem Pontifex voluisset eum confirmare in archiepiscopatu ecclesiæ Rhegiensis, quæ est prima metropolis totius Calabriæ, ad quam, eodem annuente Pontifice, electus fuerat, ipse electioni à se factæ, sciens

r

B ex iis, quæ in Scriptura sacra legerat, & ex iis, quæ in curia & viderat & audierat, qualia & quanta sint

f in prælatione pericula, consentire recusavit *f*, non quidem pertinaciter, sed solo quietis amore & desiderio, servatâ semper (ut decens est) ad superiorem obedientiâ & humilitate, & ad proximos charitate.

in Calabriæ deserta unà cum aliquot aliis se abdit,

52 Tunc enim, ut dicebat beatus Gregorius, ante Dei oculos vera servatur humilitas, quum hoc, quod quis utiliter subire præcipitur, pertinaciter non recusat. Unde potest quis etiam idoneus laudabiliter ex humilitate prælationis officium recusare, eodem Gregorio dicente, quòd prælatio propter meliorem intentionem fugienda est, maximè cùm ad hoc superna voluntas agnoscitur. Cum voluntate igitur, venia & benedictione Pontificis idem beatus Bruno, relictâ curiâ, Calabriæ deserta penetravit, non quidem solus, sed junctis sibi quibusdam aliis ejusdem propositi viris, quos bonus odor vitæ ipsius ad solitudinem quærendam traxerat *t*. Audiverat enim, illic deserta esse loca & solitaria quamplurima, ad peragendum pœnitentiam aptissima. Et quamvis intenderet & optaret, prout jam sæpius decreverat, Carthusiam

t

C repetere, quam reliquerat, & illuc fratres suos sequi, quos antè præmiserat, quia tamen (ut prædictum est) Pontifex cum curia sua transibat ad Galliam, in cujus finibus sita est Carthusia, ne curiam, quam fugiebat, sequi videretur, sed ut elongaretur ab ea, Calabriam potiùs elegit, quàm Carthusiam *u*, cum ea tamen semper intentione & voluntate, ut, sedatis rebus, ut primùm commodè posset, Carthusiam repeteret, prout in quibusdam ejus literis, quas ex Calabria scripsit fratribus suis, qui erant in Carthusia, apparet, quarum verba sunt hæc: De me, fratres, scitote, quoniam mihi unicum post Deum est desiderium veniendi ad vos, & videndi, & quando potero, opere adimplebo, Deo adjuvante *x*.

u

x

à comite Rogerio, venationi operam dante, ibi invenitur,

53 Venit itaque cum suis prædictis ad quandam eremum in finibus Calabriæ, quæ dicitur Turris in diœcesi Squillacensi *y*, ibique non cellas, quia sumptus ad eas non suppetebant, sed speluncas plures sive cavernas eremitis congruentes de vili quidem materia, sed in Christo

y

precioſa ædificavit, in quibus nocturnis excubiis pariter atque diurnis ipse & qui cum eo convenerant fratres, divinis laudibus & orationibus insistebant, in ea austeritate vitæ, quam ipse priùs in Carthusia tenuerat, & suis tenendam præceperat. Contigit autem, Domino hoc operante, dum quadam die princeps Calabriæ Rogerus *z* cum suo non parvo comitatu, & cum canum multitudine copiosa in dicta eremo Turris venaretur feras, canes olfactu suo diversa ferarum ipsarum vestigia insequentes, ad dictas speluncas, in quibus beatus Bruno, & qui cum eo venerant, fratres pariter habitabant, devenirent. Ubi, fixis pedibus, latratibus multis domino suo indicabant, se prædam magnam aliquam invenisse. Ad quos dictus princeps cum suis concito cursu veniens reperit patres prædictos in dictis speluncis, flexis genibus & erectis in cælum vultibus & manibus simul orantes & Deum laudantes *aa*.

A. Franciſco à Puteo.

z

aa benevolum hunc erga se tunc experitur,

54 Quod ille intuens, magna admiratione repletus, de equo, cui insidebat, desiliens devotè & humiliter salutavit, & de eorum illuc adventu, & singulorum statu diligenter interrogavit. Quibus cognitis, gavisus est valde, Deum laudans & glorificans, quòd tali se dignatus esset præda dignum facere, sperans & se & terram suam eorum meritis & precibus adjuvari, & in pace tueri. Et propterea ut possent ibidem quietiùs vivere & diutius perseverare, dedit eis ecclesiam beatæ Mariæ & Sancti Stephani de eremo *bb*; ubi eos frequenter visitabat, & de vitæ necessariis providebat, documentaque salutis ab eis libenter audiebat. Et beatum Brunonem, ipsorum omnium pastorem & patrem, quem præ ceteris intimè diligebat, ad se frequenter evocabat; quem in magna reverentia semper habebat, & quasi primum in domo sua; cujus consiliis acquiescebat, & ejus se orationibus jugiter commendabat; in quibus plurimùm confidebat *cc*.

E

bb

cc dumque deinde eumdem principem præsentissimo, in quod inciderat,

55 Nec eum fefellit opinio. Nam Deus eum Brunonis meritis à præparata in eum proditione in obsidione Capuanæ civitatis *dd* liberavit, ut idem princeps in suis patentibus literis *ee* per hæc verba testatur: Ego Rogerius divinâ misericordiâ comes Calabriæ & Siciliæ notum * esse volo omnibus fidelibus Christianis beneficia, quæ mihi pecatori concessit Deus orationibus reverendi mei fratris Brunonis, piissimi patris fratrum, qui habitant in ecclesiis sanctæ Mariæ de eremo, & sancti Stephani protomartyris, quæ sitæ sunt in terra mea inter oppidum, quod dicitur Stillum, & Arenam. Quum essem in obsidione Capuæ Calendis Martiis, & præfecissem Sergium, natione Græcum, principem super ducentos armigeros nationis suæ, & exercitûs excubiarum magistrum; qui satanica persuasione præventus, priùs ipsi principe Capuæ promittente auri non modicam quantitatem, ad invadendum me meumque exercitum noctu aditum pollicitus est se præbiturum.

dd

ee

**al.* nota

F

periculo liberat,

56 Nox proditionis advenit, princeps Capuæ ejusque exercitus juxta promissum est paratus ad arma, dumque me sopori dedissem, interjecto aliquanto noctis spatio, adstitit cubili meo quidam senex reverendi vultus, vestibus sciſſis, non valens lachrymas continere. Cui cùm in visu dicerem: Quæ causa ploratûs? Sic ait: Fleo animas Christianorum, teque cum illis simul. Exurge quamprimùm, sume arma, si libe-

A. Francisco à Puteo.

liberari te Deus permiserit, tuorumque animas pugnatorum. Hic mihi per totum videbatur, veluti si esset per omnia venerabilis pater Bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi pro visione pavescens. Illico sumpsi arma, clamans militibus, ut armati equos conscenderent, visionem, an vera esset, satagens experiri. Ad quem strepitum & clamorem, fugientes impius Sergius ejusque sequaces subsecuti sunt principem Capuæ, sperantes se in dictam civitatem confugium habituros. Ceperunt autem milites nostri inter vulneratos & sanos centum sexaginta duos *ff*, quibus & visionem fuisse veram comprobavimus.

ff

57 Reversus sum, Deo volente, vicesimâ nonâ Julii mensis Squillacium, præhabita Capua civitate, ubi fui per quindenam continuam ægrotans. Venit verò jam dictus venerabilis Bruno cum quatuor de fratribus suis, qui me suis sanctis devotisque colloquiis consolati sunt. Cui reverendo Viro visionem retuli & humiles gratias egi, qui de me etiam absente, suis in orationibus curam habuisset. Qui se humiliter asseruit, non ipsum fuisse, quem vidisse credidi, sed Dei angelum, qui astat principibus tempore belli *gg*. Rogavi quoque ipsum humiliter, ut propterea de rebus meis in terra Squillacensi sumere dignaretur largos redditus, quos donabam, renuens ille, recipere nolle dicebat, quòd ad hoc domum sui patris meamque dimiserat, ut omnino de rebus extraneis liber deserviret Deo nostro. Hic fuerat in tota domo mea quasi primus & magnus *hh*. Tandem vix ab eo impetrare potui, ut gratis acquiescceret sumere modicum munus meum.

novis idcirco ab eo beneficiis

B

gg

hh

58 Donavi enim eidem patri Brunoni ejusque successoribus ad habendum in perpetuum, absque temporali servitio monasterium sancti Jacobi cum castro, & complures res, compluraque bona alia, cum amplissimis libertatibus, in dictis literis specificè declaratis. Ædificavit itaque beatus Bruno inibi vigore donationis prædictæ primò ecclesiam quandam ad honorem beatæ Mariæ Virginis juxta speluncam seu antrum quoddam subterraneum, in quo solus ipse manebat. Demum verò pariter ædificavit ecclesiam aliam, à superiore non longè distantem, cum contiguo illi monasterio sub vocabulo sancti Stephani protomartyris *ii*, in quo cæteri fratres habitabant, & sub cura & regimine tanti Patris Christo Domino militabant *kk*. Cum quibus ipse usque ad diem mortis suæ perseveravit in ea observatione, quam priùs cœperat & docuerat in Carthusia, nec declinavit ex ea. Veniens autem ad mortem, sciens, quòd venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, convocatis fratribus suis, ab infantia singulas ætates suas recensuit, & totius temporis sui scientiâ & sententiâ dignum *ll* proclamavit, exhortans eos & admonens ad charitatem & humilitatem & ad perseverantiam.

afficitur, binas ecclesias exstruit, mortem sibi vicinam sentit,

ii

C

kk

ll

59 Postea verò fidem suam de Trinitate protracto & profundo sermone exposuit & concluſit sic: Credo etiam Sacramenta, quæ sancta credit & veneratur Ecclesia, & nominatim panem & vinum, quæ consecrantur in altari, post consecrationem verum Corpus esse Domini nostri Jesu Christi, veram Carnem & verum Sanguinem, quæ & nos accipimus in remissionem peccatorum, & in spe salutis æternæ *mm*. Proxima autem die Dominica sancta illa anima carne soluta est pridie Nonas Octobris, anno Domini millesimo centesimo primo. Corpus verò ejus fratres ibidem honorificè condiderunt. Ad cujus sepulchrum tale fuit appositum Epitaphium.

piissimèque, fidei professione emissa, moritur.

mm

D

Primus in hac eremo Christi fundator ovilis,
Promerui fieri, qui tegor hoc tumulo.
Bruno mihi nomen, genitrix Alemania, meque
Transtulit ad Calabros grata quies eremi.
Doctor eram, præco Christi, vir notus in orbe,
Desuper illud erat, gratia, non meritum.
Carnis vincla dies Octobris sexta resolvit,
Spiritui requiem, qui legis ista, pete *nn*.

nn

Miracula deinde ejus meritis patrantur. Sed cùm etiam absque miraculis

60 Hanc autem ejus sanctam vitam mortemque preciosam secuta sunt miracula multa, quæ Dominus glorioſi sui Confessoris intercessionibus & meritis operari dignatus est, quamvis miracula Sanctum non faciant, cùm non neget Apostolus, montes sine charitate posse transferri. Et propterea non sunt in talibus expetenda seu quærenda miracula, quæ cum malis possunt haberi communia. Nam & magi Pharaonis incantationibus suis multa signa fecèrunt. Judas etiam, filius perditionis, vivens miracula fecit, qui & cum cæteris Apostolis ejiciendi dæmonia potestatem accepit. Multi etiam alii signa fecerunt, nec tamen ob hoc sanctiores, immò potiùs deteriores, & damnabiliores effecti sunt. Qui cùm in judicio dicent, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Respondebit illis Dominus: Quia non novi vos. Discedite à me omnes operarii iniquitatis *oo*. Hinc est, quòd, cùm eidem Domino discipuli redeuntes dicerent: Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo, ait illis: Nolite gaudere, quia spiritus subjiciuntur vobis. Et tanquam quærerent, In quo ergò magister bone, gaudebimus? In hoc, inquit, gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis *pp*.

E

oo

pp

Sanctum quemquam esse posse, ea omnia, quæ hic

61 Multi verò è contrario sancti sunt, à quibus nulla vel pauca facta leguntur miracula, sicut complures Martyres, de quorum sanctitate nullus dubitat. Complures etiam Confessores, qui ad fidei illuminationem multa scripserunt, in eminentia doctrinæ, sanctitatis probationem habentes, ut Augustinus, Gregorius & similes. Unde cùm in canonizatione sancti Thomæ Aquinatis de miraculis quærerent, respondit Papa, non esse de eis inquirendum. Nam tot miracula fecit, quot quæstiones terminavit *qq*. Plures igitur fuerunt, qui in eremo vixerunt in asperitate vitæ à conversatione hominum elongati, in continua pugna contra temptationes & vitia perseverantes, seipsos abnegantes, patrem, matrem, & omnia, quæ possederant, relinquentes, crucem suam portantes, & Christum sequentes, sicut Paulus primus eremita, cujus respectu Antonius ait, se solum monachi gerere nomen. Sicut & Arsenius, Hilarion, Macharius, Eulalius, & cæteri plures. Sicut & hic pater noster beatus Bruno, qui non minus cæteris feciſſe videtur. Quibus omnibus sufficit pro sanctitatis testimonio verbum Domini dicentis in persona Sapientiæ: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt *rr*.

F

qq

rr

proferuntur, ostendant,

62 Et iterum de eadem Sapientia loquens, Supra salutem, inquit, & speciem dilexi illam: &

A & propoſui pro luce habere illam; quam ſine fictione didici, & ſine invidia communico, & honeſtatem illius non abſcondi. Infinitus enim eſt theſaurus ejus, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati *ſſ*. Et in Euangelio, quum dixiſſet Simon Petrus ad Chriſtum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergò erit nobis? Reſpondit: Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres vel ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam poſſidebit *tt*. Et iterum ad diſcipulos ſuos: Amen dico vobis, quia vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël *uu*. Et ad adoleſcentem de vita æterna interrogantem, ait: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me, & habebis theſaurum in cælo *xx*.

B 63 His itaque ſolis ſanctitatis patris noſtri Brunonis teſtimoniis ſanctiſſimus Papa noſter, dominus Leo decimus hoc tempore Pontifex Maximus *yy*, ſine aliqua miraculorum inquiſitione contentus, dignum arbitratus eſt & rationi conſonum, eum, quem Deus tantis in hoc ſeculo donis inſignivit & gratiis, nunc aſſumptum in cælos maximis efferendum præconiis, ut cui viventi dederat Omnipotens cor ad præceptum & legem vitæ & diſciplinæ, eidem nunc, apud thronum divinæ gloriæ quieſcenti, debitæ devotionis obſequium impendatur in terris. Et propterea voluit idem Pontifex, & nobis & Ordini noſtro Apoſtolica auctoritate conceſſit, ut in ſingulis domibus totius noſtri Ordinis & earum eccleſiis ſeu capellis feſtum ejuſdem patris noſtri Brunonis confeſſoris annis ſingulis die ſexta menſis Octobris, qua die illa ejus beata anima, carnis vinculis exuta, ad cæleſtia regna migravit, ſolemniter colatur *zz*, & congrua ac debita devotione celebretur, ejuſque corpus & memoria dignis in Domino laudibus veneretur, & conveniens Officium in honorem ipſius agatur & decantetur, & ut de eo diebus ſingulis commemorationem facere valeamus. Idem etiam C Pontifex domum prædictam ſancti Stephani, quam (ut jam ſæpe dictum eſt) beatus Bruno pater noſter in finibus Calabriæ poſt erectam priùs per eum Carthuſiam fundaverat, & in qua corpus ejus conditum jacet *aaa*, per monachos alterius Ordinis multis annis occupatam, Ordini noſtro reſtituit, & ſub cura juxta ritum, mores ac regularia inſtituta ejuſdem noſtri Ordinis regendam & gubernandam commiſit, prout in deſuper confectis literis Apoſtolicis continetur *bbb*.

64 Gaudeamus itaque omnes, mei dilectiſſimi, gaudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes ſub honore beati patris noſtri Brunonis, de cujus ſolemnitate gaudent angeli & collaudant Filium Dei. Hæc namque eſt dies illa, quam fecit Dominus. Dies, inquam, illa, quæ ab angelis in cælis continua, à nobis verò in terris ad Dei laudem & tanti Patris memoriam annua devotione recolitur. Exultemus igitur & lætemur in ea, & omnipotenti Deo, qui per ſuam miſericordiam hujus noſtræ militiæ ducem & principem tantis ac talibus donis & gratiis prævenit in via, & tantis dotibus ac tantâ gloriâ deinde remuneravit in patria, dignas, quas poſſumus, laudes & gratias humiliter referamus, & ejuſdem Sancti merita dignis efferamus laudum præconiis. Præceptum enim habemus de honorandis parentibus, nedum carnalibus, ſed & tantò magis his, qui nos in Chriſto genuerunt, ſpiritualibus. Unde ſcriptum eſt, quia gloria hominis ex honore patris ſui eſt, & dedecus filii pater ſine honore. Et quia, qui honorat patrem ſuum, vita vivet longiori, & jocundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur, & ſuperveniet ei benedictio à Deo, & benedictio illius in noviſſimo manet *ccc*.

65 Agamus inſuper Deo laudes & gratias, qui, ſicut poſt quadringentos & triginta annos à repromiſſione facta Abrahæ filios Iſraël per manum Moyſi de ſervitute Ægyptiorum liberavit, ita & nunc poſt totidem annos, quadringentos ſcilicet & triginta, hunc Patrem noſtrum, & per eum fundatam domum prædictam Sancti Stephani per manus ſummi legiſlatoris, Romani Pontificis, Chriſti in terris vicarii, de manu alienorum redimere, & ſub noſtri Ordinis poſſeſſionem & obedientiam reſtituere dignatus eſt. Tot enim anni, quadringenti ſcilicet & triginta, numerantur ab ejuſdem Ordinis initio, quaſi quodam divino præſagio, uſque ad annum milleſimum quingenteſimum quartum decimum *ddd*, quo anno idem Pontifex eundem Patrem noſtrum & dictam ejus domum, in qua, ut jam ſæpe dictum eſt, conditus jacet, à prædicta ſervitute liberavit. Et quia tunc Dominum in Sanctis ejus, & Sanctos in Domino dignè veneramur & colimus, quum Sanctorum virtutes & mores imitamur & ſequimur, ſicut & ille Deum perfectè diligit, qui ejus mandata cuſtodit.

66 Propterea, venerabiles patres & fratres in Chriſto dilectiſſimi, ſi veri filii ſumus, non degeneres, ſequamur, & quantùm, Domino cooperante, poterimus, imitemur hujus patris noſtri beati Brunonis mores & veſtigia. Decet enim, filios ſimiles eſſe patri, quum Dominus, de ſeipſo loquens, dicat, non poſſe Filium à ſe facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem. Et quòd quæcúmque ille fecerit, hæc & filius ſimiliter faciat *eee*. Quemadmodùm igitur ille fecit, ita & nos pariter faciamus. Carthuſienſes enim ſumus, & à Carthuſia, ut jam F audivimus, nomen accepimus. Carthuſia autem juxta etymologiam ſui nominis ſecundum Hieronymum in interpretatione Hebraïcorum nominum dicta eſt à Chartus, quod interpretatur perfectè vocatus, vel perfecta vocatio; & ia, quod eſt Dominus vel dominator, quaſi à Domino perfecta vocatio; & inde Carthuſianus dictus eſt, tamquam à Domino perfectè vel ad perfectionem vocatus *fff*.

ANNOTATA.

a *Anno ſcilicet* 1090, *ad Martium circitèr provecto, uti in Commentario prævio num.* 523 *docui.*

b *Miraculo interveniente, id factum non eſt. Conſule Comment. prævium num.* 527.

c *Nimirum ſecundum viſionem, S. Hugoni, Gratianopolitano epiſcopo, paulò ante* S. Brunonis *ejuſque ſociorum ad hunc acceſſum, divinitus oblatam, de qua videſis Commentarii prævii* § xxv.

d *Litteras illas integras Commentarii prævii num.* 528 *exhibui.*

ideò Brunonem coli, Leo X Papa, miraculis non diſcuſſis, permiſit.

Nimo Carthuſianos ad gaudendum,

A. FRANCISCO à PUTEO.

ad laudandum Dominum.

& ad ſancti Patris ſui ſequenda veſtigia biographus hortatur.

A. Francisco à Puteo

e *Cùm nimirum è Cartusia ab Urbano II Papa arcessitus Romam se contulit. Adi Comment. prævii num.* 516 *&* 529.

f *De hac Cartusiæ restitutione, per Siguinum, Casæ-Dei abbatem, facta, illiusque adjunctis, quæ hîc memorantur, videsis Commentarium prævium num.* 528 *& binis seqq.*

g *Sub S. Anthelmo, septimo ex recensione Morotii Cartusiæ Majoris Priore, de annuo cogendo totius Ordinis capitulo cogitari primùm apud Cartusianos cœpit, idque sub Basilio, proximo Anthelmi successore, exsecutioni demùm fuit mandatum, ut Columbius in sua de Cartusianorum initiis Dissertatione num.* 57 *& seq. ostendit: quod cùm ita sit, non omnia, quæ hîc biographus memorat, accuratæ veritati consonant.*

h *Factum id est anno* 1080, *quemadmodùm in sua ad Hermannum Contractum Appendice ad hunc annum docet Bertholdus, Constantiensis presbyter, assentientibus ei etiam scriptoribus aliis, qui tractant de calamitatibus, quas ab Henrico IV, aliis III, sub Gregorio VII potissimùm & Urbano II, Romanis Pontificibus, Ecclesia passa est.*

B

i *Urbanus II Papa, uti in hujus Vita Ruinartius dilucidè ostendit, concilium Melphi anno* 1089, *Placentiæque deinde aliud anno* 1095 *celebravit. Quare is Pontifex non statim à celebrato Melphi concilio, prout quis è scribendi, quo biographus hîc utitur, modo putare posset, sed sex damtaxat annis pòst Placentiam se contulit. Nec, quò Henrici furorem declinaret, id tunc, contrà ac præterea Puteanus hîc docet, Urbanus fecit; tunc enim Pontificii adversus Guibertum antipapam, ejusque sectatores ubique ferè, quemadmodùm laudatus Bertholdus presbyter ad annum* 1095 *docet, prævalebant, idque ita, ut* in media Longobardia in civitate Placentina inter ipsos schismaticos, *id est, Guibertinos,* & contra ipsos generalem synodum condixerit, *reque etiam ipsa* circa mediam Quadragesimam Placentiæ *dicto anno* 1095 *celebrârit.*

k *De rebus, ab Urbano II Papa in concilio Placentino statutis, consuli etiam potest auctor synchronus Bertholdus, Constantiensis presbyter, ad annum* 1095, *& Labbeus tom.* 10 *Concil. col.* 500 *& quinque seqq.*

C

l *Concilium Claromontanum, quod decernendæ parandæque in Terram Sanctam expeditionis causâ convocatum præcipuè fuit, quodque nulla re magis, quàm hâc, omnibus passim notum est, anno etiam* 1095 *mense Decembri, uti inter omnes convenit, fuit celebratum; unde simul & ex mox dictis ad lit.* i *manifestum est, Urbanum Papam tunc, cùm id, uti mox hîc subditur, convocavit, in Galliam, quò Henrici furorem declinaret, non concessisse, contrà ac his traditur.*

m *Adi hac de re Ruinartium in Urbani Papæ Vita num.* 226, *uti etiam Commentarium prævium num.* 607 *& seq.*

n *Operis,* Fasciculi temporum *nomine distincti, in quo verè id ad annum* 1094 *legitur, auctor est Wernerus Rolevinck, Ordinis Cartusiensis alumnus; verùm hic, utpote qui ante seculum* XV *haud floruerit, recentior est, quàm ut rei isti fidem certam atque indubitatam conciliare possit.*

o *Veritati, quæ hîc affirmat Puteanus, esse apprimè consona, uti etiam quo singula tempore gesta sint, videre est ex Historiis, quas de sacris in Terram Sanctam expeditionibus scripsêre Guilielmus Tyrius, aliique antiqui expeditionum illarum scriptores, anno* 1611 *Hanoviæ typis Wechelianis sub titulo* Gesta Dei per Francos *simul editi.*

D

p *Ita Tyrius lib.* 9, *cap.* 9.

q *Fuit scilicet anno* 1099 *Hierosolyma à Christianis expugnata, iisque anno* 1187 *à Saladino erepta, uti omnium, qui de re illa tractant, scriptorum concors fert testimonium.*

r *Citiùs* Bruno, *quàm, cùm Urbanus II Papa, celebrato Placentiæ concilio, Gallias petiit, solitudinis repetendæ facultatem ab eo petiit ac obtinuit. Videsis Commentarii prævii num.* 536 *& binis seqq.*

s *Non seriùs, quàm anno* 1090, *contrà ac existimavit biographus, ad archiepiscopatum Rhegiensem, quem recusavit, electus fuit Sanctus. Adi Comment. præv. num.* 532 *& binis seqq.*

t *Ex his unus fuit Lanvinus Normannus, à Landuino Tusco diversus; Sanctus autem hunc, aliosque, quibuscum è Pontificia curia Calabriæ deserta petiit, ad solitariæ vitæ propositum non tunc primùm, cùm Romæ versaretur, attraxisse, sed jam inde ab eo tempore, quo in Cartusia adhuc morabatur, sibi habuisse adjunctos videtur, uti facilè colliges ex iis, quæ Commentarii præv. num.* 510 *dicta sunt.*

E

u *Urbanus II Papa, cùm Sanctus in Calabriam secessit, Galliam non adiit, ac proin ratio, ob quam tunc Cartusiam non repetiisse hîc asseritur, non subsistit. Videsis Commentarium prævium num.* 549 *& binis seqq.*

x *Cùm verba hæc integram §* 41 *datam, quam Sanctus ad Cartusiæ fratres, per Landuinum, ad hosce revertentem, misit, epistolam claudant, hæc haud dubiè ea ipsa est, cujus hîc meminit Sancti nostri biographus.*

y *De hac eremo videsis Commentarii prævii num.* 552 *& seqq.*

z *Princeps hic seu potiùs Calabriæ & Siciliæ comes quis fuerit, Commentarii prævii num.* 556 *& seq. explanatum invenies.*

aa *Sanctum nostrum, cùm comiti Calabriæ & Siciliæ Rogerio ignotus adhuc esset, non fuisse ab hoc, venationi operam dante, in speluncis repertum, dilucidè, quantùm apparet, probant, quæ Commentarii prævii num.* 541 *& binis seqq. in medium adduxi.*

F

bb *Duas hasce ecclesias, uti hîc biographus noster indicare videtur,* S. Brunoni *ejusque sociis à comite Rogerio, statim atque hos, in specu orantes, inter venandum invenerat, donatas fuisse, à vero alienum apparet. Adi Commentarium prævium num.* 570.

cc *Quæ hîc de comitis Rogerii erga* S. Brunonem *veneratione summa ac amore memorantur, veritati sanè apprimè consonant, uti abundè probant, quæ Comment. prævii locis non paucis disserui.*

dd *De occasione, quâ obsidio hæc contigerit, periculoque, quod hujus tempore comes Rogerius ex proditione, in se parata, fuerit expositus, videsis Commentarii prævii num.* 635 *& seq.*

ee *Litteras hasce seu diploma in Commentarium prævium num.* 637 *& sex seqq. intuli; id autem non anno* 1098, *quo, quemadmodùm Commentarii prævii §* 40 *probavi, obsidio Capuana contigit, sed anno* 1099 *datum fuisse, probant, quæ eodem §* 40 *adduxi in medium.*

ff *Fueritne inter captos, an fugâ evaserit proditionis dux Sergius, compertum haud habeo; quòd si interim inter captos verè fuerit, oportet,*

ut

A *ut veniam à Rogerio comite non obtinuerit, ſed morte fuerit mulctatus, cùm nomen ejus inter captos proditionis Capuanæ reos, quos omnes Rogerius* S. Brunoni *Turritanæque eremo in ſervitutem dedit, apud Surianum in illorum elencho non reperiatur.*

gg *De apparitione, à comite Rogerio hîc narrata, quæ huic fuerit, non per* S. Brunonem, *ſed per angelum, ſub ejus ſpecie ac habitu oblata, videſis Commentarii prævii num.* 644.

hh *Conſequens ex his verbis non eſt, ut Sanctus ante ſuum in Cartuſiam ſeceſſum in Rogerii comitis curia verſatus aliquamdiu fuerit. Adi Commentarii prævii num.* 571 *&ſeq.*

ii *Sanctus quidem, ut* § 38 *Commentarii prævii docui, præter eccleſiam, ſanctiſſimæ Dei Genitrici ſacram, quam in Turritana eremo priùs exſtruxerat, eccleſiam alteram, S. Stephano dicatam, exſtruxit; verùm vel unam vel alteram è duabus hiſce eccleſiis, uti hîc biographus indicat, exſtrui non priùs cœptam fuiſſe, quàm cùm per diploma, quod ſuprà ex parte hîc recitatur,*
B *donationem, in hoc expreſſam,* S. Brunoni *comes Rogerius feciſſet, omni dubio procul à veritate alienum eſt, uti quiſque, qui Commentarii prævii num.* 624 *& binis ſeqq. dicta expenderit, haud difficulter agnoſcet.*

kk *In monaſterio iſto monachos, vitæ eremiticæ minùs aptos, Sanctus conſtituiſſe putatur, eiſque, ſupremâ ſibi ſervatâ præfecturâ, Lanvinum præfecit Priorem. Adi Comment. præv. num.* 623, 626, 645 *&* 716.

ll *Quid veroſimiliùs phraſi hac ſignificetur, videſis Comment. præv. num.* 726.

mm *Integram fidei profeſſionem, à* Brunone *morti proximò emiſſam, nec tamen hiſce verbis terminatam, in Comment. præv. num.* 727 *intuli.*

nn *Hîc, uti etiam aliis locis nonnullis, à Baſileenſi Vitæ hujus editione (adi Comment. præv. num.* 734) *nonnihil diſſonat poſterior Pariſienſis anni* 1524; *hanc autem, etſi non hîc, alibi tamen ſubinde, cùm lectiones meliores magiſve arridentes offerret, ſum ſecutus, quòd lucubratio iſthæc tanti non ſit, ut primævum ejus textum ſcrupulosè ubique exprimi, multùm interſit.*

oo *Nonnihil aliter Matthæi* 7, ℣. 22 *& ſeq.*

pp *Lucæ* 10, ℣. 20.

C qq *Sanctorum numero S. Thomam Aquinatem anno* 1323, *uti apud nos ad diem* 7 *Martii, quâ de ſancto illo Eccleſiæ doctore egimus, videre eſt, Joannes XXII Papa adſcripſit; hic autem de miraculis, quæ S. Thomas patrâſſet, non eſſe inquirendum, haud dixit, ſed contrà diligentiſſimè in ea fecit inquiri. Liquet id tum è dicti Sancti canonizationis bulla, tom.* 1 *Bullarii à Laërtio Cherubino inſerta, tum ex* Proceſſu inquiſitionis factæ ſuper vita, converſatione & miraculis recol. mem. fr. Thomæ de Aquino, *ad præfatum* 7 *Martii diem in Operis noſtri primum menſis hujus tomum pag.* 686 *& ſeqq. illato. Adhæc etſi quidem, quemadmodùm in conſcripta à ſe S. Thomæ Aquinatis Vita, eidem Martii tomo apud nos intexta, num.* 81 *Guilielmus de Thoco, auctor ſynchronus, memoriæ prodit, Joannes Papa Dominicanorum deputatis, qui ad eum, ut inquiri in S. Thomæ miracula Apoſtolica auctoritate juberet, poſtulatum venerant,* divino afflatus Spiritu *dixerit, ſeſe credere, S. Thomæ doctrinam non potuiſſe eſſe ſine miraculo, aliaque deinde nonnulla, quæ hanc plurimùm commendant, in conſiſtorio coram Cardinalibus protulerit, illum tamen, quæ hîc Puteanus ſcribit, de S. Thoma aſſeruiſſe, nuſpiam invenio; neque verò à Pontifice illo, tot hunc Sanctum feciſſe miracula, quot quæſtiones terminâſſet, dictum fuiſſe, ſat veroſimile autumo.*

A. Franciſco à Puteo.

rr *Eccleſiaſtici* 24, ℣. 31.

ſſ *Sapientiæ* 7, ℣. 10, 13 *&* 14.

tt *Matthæi* 19, ℣. 29.

uu *Ibid.* ℣. 27 *& ſeq.*

xx *Ita ferè etiam ibid.* ℣. 21.

yy *Scripſit hanc Sancti noſtri Vitam Puteanus anno circiter* 1515; *Leo autem X ab anno* 1513 *ad annum uſque* 1521 *S. Petri Cathedram occupavit.*

zz *Cùm Leo X Papa Sanctum noſtrum canonizatione nec formali, nec æquipollenti, quæ utraque cultûs præceptum importat, Sanctis adſcripſerit, ſed tantùm, ut Commentarii prævii* § *ultimo probavi, Beatificatione æquipollenti, per ſolam cultûs, quæ in Cardinalis Papienſis litteris, Commentarii prævii* § 46 *datis, exprimitur, permiſſionem facta, biographus noſter, quæ veritati accuratè conſonent, hîc non ſcribit, ſi per præteriti temporis verbum* voluit *idem hîc intelligat, quod per præteriti itidem temporis verbum* injunxit.

aaa *Modò quidem ſacrum Sancti corpus in Turritanâ S. Stephani eccleſia honorificè aſſervatur; verùm in eccleſia S. Mariæ veroſimiliùs terræ fuit mandatum. Adi Comment. præv. num.* 731 *& binis ſeqq.*

bbb *Bullam ſeu litteras Apoſtolicas, quibus hoc Pontifex ille fecit, Commentarii prævii num.* 754 *& tribus ſeqq. integras dedi.*

ccc *Paulò aliter Eccleſiaſtici* 3, ℣. 6, 7 *&* 13.

ddd *Anno ſcilicet* 1084, *quo Sanctus ejuſque ſocii Cartuſiæ eremum primùm ſunt ingreſſi, Cartuſienſis Ordo initium accepiſſe cenſetur.*

eee *Joannis* 5, ℣. 19.

fff *Non pauca adhuc, quæ non ſecùs atque jam data Vitæ* S. Brunonis *nomine notavit vulgavitque Puteanus, hîc adjiciuntur; verùm cùm nihil planè, quod à Sancto geſtum ſit, complectantur, tantúmque unà cum iis, quæ tribus ultimis numeris modò hîc dedi, orationem ad Cartuſianos hortatoriam conſtituant, ab iis, cùm meritò pro parte Vitæ Sancti noſtri haberi haud queant, recenſendis abſtinendum duxi. Ea interim, quæ in hîc*
F *ſuppeditatam à biographo noſtro Cartuſiæ etymologiam Theophilus Raynaudus in Stylita myſtico, puncto* 4, *num.* 9 *obſervat, lubet hîc lectori proponere. Sic itaque ibidem habet:* Quidquid ſit de vocis (*Cartuſiæ nimirum*) originatione primæva, quis neget ad veritatem dixiſſe eum, qui Cartuſiæ nomen à carne tuſa & macerata dictum videri, affirmavit? Primævam hanc fuiſſe originationem hujus vocis, aſſerere non auſim, qui ſciam, ante appulſos illuc S. Brunonem ac ſocios id jam fuiſſe loco nomen, ut liquet ex cap. IX & X Actorum (*à Surio ſcilicet editorum*) S. Brunonis. Niſi ſi poſt Sanctorum illic habitationem & exceptas illic ab eis macerationes & contuſiones corporis, contigit, inditam tunc appellationem retrotrahi ad tempus, priuſquam à Sanctis incoleretur, ſiquando de anteriori illo tempore incideret ſermo. Nam ipſa quoque Scriptura plerúmque nomina locorum deſumit à poſterioribus eventibus, ut fusè proſequitur S. Chryſoſtomus. Quamvis igitur notatio nominis Cartuſiæ, à carne tuſa & macerata, videri poſſit incerta; tamen notationi illi ſubjecta notio perſpicuè eſt ad veritatem. Quadrat ſanè

A. Francisco à Puteo. multò magìs, quàm illa alia, pro qua (*post Puteanum nempe hìc*) fatagit Petrus Sutoris, derivans Carthusiæ vocabulum, à duplici Hebraïca voce, quarum altera CARTUS juxta S. Hieronymum Perfectam vocationem sonet; altera, hoc est, IA, Deum designet, ita ut sensus sit, Carthusiam esse perfectam vocationem Dei. *Hæc adde iis, quæ Comment. prævii num. 28 dicta sunt.*

VITA TERTIA,

E Vitis, per Puteanum & Blömenvennam scriptis, à Surio collecta.

CAPUT I.

B *Defunctus, sese damnatum, è feretro publicè proclamat, spectaculi hujus occasione in solitudinem ad pœnitentiam agendam secedere Sanctus statuit, cum aliquot aliis, quos ad idem faciendum movit, ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, iter arripit, benignéque ab hoc excipitur.*

Coloniæ Agrippinæ è parentibus nobilibus natus est, *a*

BEatissimus Bruno, sacri Carthusiani instituti primus author & architectus, natione Germanus, in insigni Colonia Agrippina parentes habuit & genere & virtute claros *a*, quibus tamen ille, atque adeò toti familiæ suæ, majorem vitæ suæ sanctimoniâ attulit splendorem. Ab ipsis autem incunabulis, gratia Dei C illum dirigente, semper ad meliora proficere studuit, & cùm adhuc puer esset, nihil præ se puerile tulit, sed ætatem morum gravitate vincens, & quasi futuræ religionis specimen quoddam exhibens, multorum monachorum pater & institutor divinitus parabatur. Sortitus verò à Domino est animam bonam, ut Scripturæ verbis utamur, præclaram indolem, illustre ingenium, memoriam tenacem, voluntatem ad optima quæque consectanda studiosè propensam.

litteris operam Parisiis dedit, cúmque ibi versaretur, horrendo, *b*

2 Itaque missus est Lutetiam Parisiorum, ut illic literis & disciplinis liberalibus erudiretur. Ubi tantùm ille profecit præ cæteris coætaneis suis, ut inter primos philosophos numeraretur *b*, & scholarum magister effectus sit *c*. Ad sacræ quoque Theologiæ studia se conferens, in Theologis doctissimus & celeberrimus habitus est, possuntque ei rei testimonium haud vulgare perhibere scripta ejus, quæ extant *d*. Fuit verò etiam Rhemensis ecclesiæ canonicus *e*. Per id tempus cùm in hujusmodi optimis studiis versaretur Bruno, Gregorio VII Romano Pontifice sanctissimo *f*, & Henrico tertio Imperatore *g*, circa annum salutis millesimum octogesimum secundum, Parisiis literarum studia florebant, & erat illic tum magna turba studiosorum, tum non pauci doctores insignes. Accidit autem sanè horrendum & seculis omnibus memorandum in ea tum urbe spectaculum, quod Carthusianæ vitæ instituendæ occasionem præbuit, divina id agente providentia, quæ multorum voluit consulere saluti. D

quo tribus vicibus è feretro se attollens, primâ se accusatum,

3 Quidam enim valde celebris doctor, præ cæteris multâ doctrinâ & eximia morum honestate instructus, quantùm quidem ex vitæ consuetudine homines, qui externa sola intuentur, pectoris arcana videre non possunt, conjicere & existimare possent; tum etiam ante alios illius ipsius & doctrinæ probitatis causâ honoratus, in gravem morbum incidit, & lecto decumbens, morbo ingravescente, diem clausit extremum, ante tamen more Christiano, ut vir Catholicus, Ecclesiasticis munitus Sacramentis, cúmque ei ex recepta apud Christianos consuetudine celebres pararentur exequiæ funeris ejus cohonestandi gratiâ, magistrorum, studiosorum, & civium ingens advenit multitudo; quibus funus E ipsum prosequentibus, defuncti exanime corpus in templum, ubi sepulturæ mandandum erat, illatum est. Viris autem ecclesiasticis, qui ad id invitati fuerant, solitum Officium peragentibus & preces illas, quas Vigilias defunctorum vocant, recitantibus, ubi ventum est ad eam lectionem, cujus initium est, Responde mihi, is, qui erat vitâ functus, in ipso feretro erexit se, &, paululùm elevato capite, cunctis videntibus & audientibus, & ad tantam rei novitatem non immeritò stupentibus, alta & horrenda voce dixit: JUSTO DEI JUDICIO ACCUSATUS SUM; & his dictis, rursus in feretro deposuit caput.

secundâ judicatum

4 Qui verò ejus verba audierunt, & gestus viderunt, non mediocriter perterrefacti, consultè quidem & providè decreverunt sepulturam ejus in diem crastinum differendam, tam inusitatæ rei exitum præstolaturi. Altera luce, cùm jam facti hujus fama tota urbe esset diffusa, & omnium aures implevisset, ad eam ecclesiam innumera propè hominum utriusque sexûs turba confluxit. Tum verò denuo repetitis exequiis, postquam lectionis supradictæ initium recitari cœpit, idem defunctus, erecto capite, ingenti rursus voce clamat, JUSTO DEI JUDICIO JUDICATUS SUM, moxque in feretrum se reponit. Corripiuntur adstantes omnes summa & incredibili admiratione, horrendumque spectaculum stupore afficit universos. Sed quia tamen necdum ea, quæ hactenus dixerat, se justo Dei judicio & accusatum, & judicatum, apertam habebant damnationis ejus significationem, cùm possent etiam in bonam accipi partem, quòd primò quidem iniquè ad Christi tribunal accusatus esset ab eo, qui perdere cuncta festinat, & qui à studio calumniandi diabolus, id est, calumniator rectè dictus est, postea verò ab ejus calumniis æquissimi Judicis sententiâ vindicatus esset, cunctis visum est, etiam in tertium diem ejus protrahere sepulturam. F

ac tertiâ damnatum, doctor Parisiensis

5 Eo autem illucescente, tota ferè civitas accurrit, tam inusitatum & terribile Dei judicium nôsse cupiens, cúmque eodem modo iterarentur exequiarum ritus, & ad lectionem, quam diximus, perventum esset,

Tum rursum exanimus feretro caput extulit alto,

Atque infelicem se contemplando, locutus, sic

c *d* *e* *f* *g*

A Sic ait immenſo luctu, grandique boatu:
Parcite funeribus, mihi nil prodeſſe valetis.
Heu infelicem cur me genuêre parentes!
Ah miſer æternos vado damnatus ad ignes.
b Indeque conticuit ſemper, jacuitque ſupinus *b*.
Ad eam vocem quis tam poſſit eſſe ferreo pectore, ut non totus à ſe diſcedat? Rectè dixit Propheta: Judicia Dei abyſſus multa. Notus erat vir ille omni plebi,& cùm nemo de illo quicquam minùs,ſuſpicaretur, juſto Dei judicio damnatum ſe dixit. Penetravit illa terribilis vox, Juſto Dei judicio damnatus ſum, ipſas oſſium medullas, videbanturque adſtantes omnes penè exanimes.

defunctus clari nominis publicè proclamat,

6 Non enim vulgare illis proponebatur exemplum, nec erat illa res ludicra aut parvi momenti. Damnatum ille ſe juſto Dei judicio clamabat, qui ſic inter homines vixiſſe viſus eſſet, ut ab omnibus ſanctus putaretur. Dicebant alii ad alios, Si ſic accidit huic tanto viro, tam inſigni, quid nos miſeri expectare debemus? Tandem ea tamen omnium fuit ſententia, quandoquidem ille palàm confeſſus eſſet, ſe juſto Dei judicio condemnatum & reprobatum, ut omni Eccleſiæ ſuffragio & ipſa quoque eccleſiaſtica ſepultura indignus cenſeretur, & in loco prophano in ſterquilinio ſepeliretur; quod
i etiam factum eſt *i*. Sunt, qui affirment, ob perpetuam hujus expaveſcendi judicii memoriam, ab eo tempore in ea, quam toties jam commemoravimus, lectione, omiſſa eſſe duo hæc verba, Reſponde mihi *k*. Fuit ſanè multis efficax incitamentum ad vitam animumque corrigendum tam inauditum miraculum.

B

k

ſpectaculo perterritus nonnullos ex amicis diſcipuliſque ſuis,

7 Nam & ipſe venerabilis Bruno, cùm præſens adeſſet, & ſuis oculis atque auribus omnia dicta factaque hauſiſſet, nimiùm formidando obſtupefactus exemplo, totus in lachrymas reſolutus, acerbè plorabat, cogitans ſecum divini judicii ſeveritatem, incertum hujus vitæ exitum, & quàm horrendum ſit incidere in manus Dei viventis. Territus ergò & ſalubriter compunctus, accerſivit ad ſe nonnullos ex magis familiaribus ſociis & diſcipulis ſuis, magiſtrum Lauduinum, qui poſt eum primus fuit Carthuſiæ præfectus, ſive Prior, duos Stephanos, Burgenſem & Dienſem, ambos Canonicos ſancti Rufi, Hugonem, quem dicebant Capellanum,
l quòd ſolus inter eos ſacerdotio initiatus eſſet *l*,
C duos laicos, Andream & Guarinum, qui & ipſi huic ſpectaculo interfuerant,aitque lachrymabundus ad eos: Ecce, fratres & amici mei, in Chriſto unicè chari, vidimus per hos dies & audivimus admiranda planè atque ſtupenda, quæ tamen nobis poſſint magnam adferre utilitatem, ſi ita, ut par eſt, defuncti hujus, modis omnibus infeliciſſimi, non periculum aut caſus dubius, ſed certiſſima damnatio cautos nos faciat, & ſollicitos ad placandum Dominum, cujus manum effugere nemo poteſt.

vehementiſſimè, propoſita potiſſimum eis

8 Et quis, obſecro, tam ſaxeo ſit pectore, quem tale exemplum ad agendam pœnitentiam non invitet modò, ſed etiam impellat? Aut quis tam lethali preſſus ſit ſomno vitiorum, ut deplorati hominis hujus infauſtis clamoribus, immò & tonitruis non excitetur & expergefiat ad curandam ſalutem ſuam? Novimus hunc virum multâ ſapientiâ præditum, moribus ornatum, caſtum, pudicum, prudentem, ab omnibus honoratum & magno in precio habitum. At nunc ex eius ore audivimus, juſto eum Dei judicio condemnatum. Qua voce quid poſſit aut dici, aut fingi terribilius? Quis ad ejus auditum non totus contremiſcat? Quid eſt enim damnatum eſſe, niſi in ea incidiſſe mala, quæ nulla mens capere, nulla lingua explicare poteſt? Quæ tamen ſi quandoque finem haberent, poſſent ſaltem utcúnque videri tolerabilia; jam verò cùm ſint longè acerbiſſima, nec ullum unquam etiam poſt infinitas annorum myriades finem accipiant, non poſſunt non eſſe omnium miſerrimi & infeliciſſimi, qui ad ea devolvuntur. A. SURIO.

damnationis æternæ infelicitate, primò ad pœnitentiam,

9 Videamus nunc, fratres mei, quid apud inferos proſit ei tam multo labore parta ſcientia, cùm illic ſempiterna laboret cæcitate & ignorantia? Quid opes & copiæ, cùm nec una ei ſuppetat aquæ gutta, quâ poſſit æſtuantis gehennæ ardoribus exuſtam refrigerare linguam? Quid honores & deliciæ, cùm tot nunc in omnem æternitatem cogatur ferre tormenta, quot in mundo habuit oblectamenta? Vidimus corpus ejus cum ſumma ignominia ſepeliri in ſterquilinio, cogitemus animam ejus ſulphureis ſemper arſuram flammis, ſepultam in inferno, ubi vermis eorum non morietur, nec ignis extinguetur, ubi ignis ſævit intolerabilis, fœtor E
cruciat abominabilis, dolor vaſtat ineffabilis. Cogitemus hæc, fratres mei, nec perfunctoriè, ſed ſeriò cogitemus, & ſalutari animarum noſtrarum amplectendo remedio nobis proſpiciamus, ne etiam nos cum illo pereamus. Unicum autem ſupereſt remedium vera pœnitentia, cùm ipſe Salvator dicat, Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis *m*. Plena eſt *m*
Scriptura vocibus ad pœnitentiam hortantibus. Hanc itaque nos amplectamur, fratres chariſſimi, ſi volumus juſtum Dei effugere judicium. Sint nobis lachrymæ noſtræ panes die ac nocte, & iis diluamus ſordes peccatorum noſtrorum.

ac deinde etiam ad ſeculi fugam,

10 Voces illæ, quas audivimus, non propter illum editæ ſunt, qui defunctus eſt, ſed propter nos, ut nobis proficiant, quos adhuc divina patientia longanimiter expectat. Non differamus,quæſo,vitæ correctionem de die in diem, cùm neſciamus, quâ horâ Dominus noſter venturus ſit. Qui enim, ut ait beatiſſimus Pontifex Gregorius, pœnitenti veniam ſpopondit, peccanti diem craſtinum non promiſit. His verbis compuncti ſunt corde omnes illi, & ardenti deſiderio cupiebant dare ſe pœnitentiæ, ſed modum & locum necdum videbant. Itaque percontanti de his Lauduino, viro docto & pio, F
ſanctus Bruno reſpondit: Spectaculum, quod vidimus, quod nos ſalubri mœrore affecit, quod conturbavit & exterruit nos, & pœnæ ſempiternæ formidine adduxit ad pœnitentiam, id efficiat in nobis, ut mundum hunc toto pectore contemnamus, & quoad ejus fieri poteſt, extra illum aufugiamus. Succurrat nobis, quid de ſe olim dixerit S. David, contriſtatus in exercitatione ſua, & conturbatus à voce inimici, & à tribulatione peccatoris; quando cor ejus intra ipſum conturbatum fuit, & formido mortis cecidit ſuper eum, timor quoque & tremor venerunt ſuper eum, & contexerunt eum tenebræ, quæ omnia, ut nôſtis, nos quoque experti ſumus.

& receſſum in ſolitudinem hortatur,

11 Quis dabit mihi, inquit, pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Ecce, elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine *n*. Fugere nos admonet hominum frequentiam & peccandi occaſiones, & degere in ſolitudine, quæ locus eſt opportunus agendæ pœnitentiæ, virtutum doctrix, gloriæ revelatrix. Eam ergò nos *n*

A. Surio. par est studiosissimè inquirere, in ea diligentissimè commórari, & usque ad supremum vitæ diem extra eam pedem non efferre. Habemus exempla in ipso Salvatore, quem constat sæpe deserta expetiisse loca, ut nos ad similia provocaret. Joannes Baptista, quo inter natos mulierum nemo surrexit major, in desertis fuit usque ad diem ostensionis suæ. Longum sit, cæteros commemorare homines sanctissimos, qui se in intimas solitudines abdiderunt, nihil cum hoc mundo fallacissimo commercii habere volentes. Inter hæc inflammantur eorum animi, & ardent solitariæ vitæ desiderio; sed cùm incertum haberent, quem potissimùm locum expeterent, sanctus Bruno aliquem virum bonum & fidelem inquirendum dicit, qui eis locum opportunum indicet. Tum Stephani duo, Burgensis & Diensis, Non longè, aiunt, à Valentia, cui nostrum sancti Rufi adhæret monasterium *o*, urbs est Gratianopolis, & in ea beatus Hugo episcopus, quem nos sæpe vidimus & bene cognitum habemus *p*.

o

p

B

auditâque, quâ Hugo Gratianopolitanus clarebat, sanctitatis famâ,

12 Est ille vir sanctissimus, justus ac rectus & timens Deum, atque in omni virtutum genere probè exercitatus. In ejus diœcesi sunt montes altissimi, in iis deserta loca permulta, ab omni hominum consuetudine & habitatione separata, atque eâ causâ pœnitentiæ agendæ maximè opportuna. Et cùm sanctus episcopus verbis & exemplis omnes invitet ad pœnitentiam, ubi ad eum venerimus, adventus noster ei erit gratissimus, facietque nos voti compotes. Est enim perhumanus, benignus & clemens. Habebitis autem nos hujus itineris duces, quod nos crebrò emensi sumus. Mox etiam Hugo sacerdos, audivi, inquit, & ego multa de viro hoc, quippe cujus fama jam ubique redolet; habeoque exploratissimum, eum virum esse sanctum, & animarum saluti summoperè studentem; nec dubium, quin libentissimè nos accepturus sit, & modis omnibus nobis opem allaturus. Et licèt ego jam affecta ætate & infirma sim valetudine, viaque hæc ardua & difficilis, quando tamen arcta via est, quæ ducit ad vitam, nec ulla ætas sera est ad pœnitentiam, si statueritis eò proficisci, ego me vobis comitem præbebo, nec quicquam nos separabit, nisi sola mors, Christi charitate perenniter copulatos atque conjunctos. Eandem animi alacritatem & promptitudinem exhibuêre etiam Andreas & Guarinus, homines laïci & idiotæ, petieruntque breviter doceri, quo pacto dignos pœnitentiæ fructus Deo offerrent.

C

eum illis ad hunc pro obtinendo pœnitentiæ agendæ loco se confert.

13 Quod cùm à beato Brunone factum esset & quædam etiam de vitæ hujus fragilitate & inconstantia, de mundi vanitate & fallacia, de incerto ab hac vita exitu, de doctoris recenti damnatione ille commemorâsset, ab omnium oculis dulces lachrymarum rivuli dimanârunt, moxque in novam Christi æterni Regis militiam simul omnes conjurant, rogant omnipotentem Deum, ut ipsos in sancto proposito confirmet, & angelum suum bonum ad ipsos mittat, qui sit itineris dux, & ad locum suæ majestati gratum ipsos perducat. Deinde cùm de rebus & facultatibus suis constituissent, & omnia sua rectè expedivissent, valedicunt amicis & notis. Et sancto eos ducente Spiritu, atque angelo Domini antecedente, dirigente ac protegente, longo & molesto ac duro itinere ad beatissimum Hugonem, episcopum Gratianopolitanum, se conferunt *q*. In ipso autem itinere ad quendam magnæ religionis eremitam divertunt, ut ab eo, tanquam experto, discant de vita solitaria *r*. Ejus autem sermonibus & piis adhortationibus alacriores effecti, majorique amore in eam vitam inflammati, pergunt ire Gratianopolim.

q

D

r

14 Per idem autem tempus vidit sanctus Hugo episcopus in somnis, Deum in ea eremo, quæ Carthusia dicebatur, suæ majestati domum exædificantem, septem quoque stellas colore rutilo, in orbem dispositas, & à terra paululùm sublevatas, ab illis cælestibus situ, motu, colore & splendore discrepantes, itineris ducatum sibi præstantes *s*. Et cùm de ea visione cogitaret, septem viri, beatus Bruno cum sex sociis, ad fores palatii adsistunt. Ejus rei meminit vir venerabilis Guigo in Vita, quam scripsit, ejusdem beati viri. Adest, inquit, magister Bruno, vir religione scientiâque famosus, honestatis & gravitatis ac totius maturitatis quasi quoddam simulacrum. Habebat autem socios suprà memoratos: quærebant verò locum eremiticæ vitæ congruum, necdumque repererant. Hæc Guigo *t*. Cùm ergò nunciatum esset episcopo, viros septem stare præ foribus, qui cupiant cum ipso colloqui, confestim eos jubet introduci. Ingressis illis, & ad pedes ejus humiliter prostratis optatam impertit benedictionem, cúmque ab eo elevati, pariter consedissent, causam adventus eorum diligenter inquirit. Sanctus Bruno, quid Parisiis vidissent & audîssent, & quemadmodùm ipsi inter se de vita solitaria complectenda sanctè conspirâssent, exponit, & locum pœnitentiæ aptum petit ab Episcopo.

Sanctus hic præsul, visione sibi divinitus oblata

s

t

E

15 At ille præ rei novitate primùm obstupescit; sed tamen accuratè contemplans eorum conversionem, animi constantiam, ardui propositi, pluribus quandoque profuturi, & visioni suæ accommodati, magnam utilitatem, cum ingenti gaudio eos amplexatur, & non modò libenter, sed etiam reverenter excipit illos, & tractat peramanter ac benignè. Divino quoque spiritu eum docente, intelligit jam visionem, eisq totam commemorat, locumque, quem expeterent, sibi jam divinitus demonstratum dicit. Septem enim viros, terrena respuentes, deserta loca inquirentes, & pro cœlestium desiderio, studio ac amore, instar stellarum micantes, nihil ambigebat illis, quas viderat, stellis esse designatos *u*. Itaque volens eos hortari ad perseverantiam, quæ sola obtinet æternæ salutis amplissimas coronas, ex Apostolo Paulo locum illum protulit, ubi sic ait: Sancti, quibus dignus non erat mundus, egentes, angustiati, afflicti circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terræ *x*. Horum exempla, inquit, sequi, & in eorum vestigiis insistere, laudabile & valde salutare est, sed difficile certè, in his præsertim regionibus frigidis, quæ non sunt uti Ægyptus & Palæstina *y*.

S. Brunonem ejusque socios designatos putans, benignè eos excipit,

F

u

x

y

locum, eis à Deo designatum, Cartusiam esse, docet,

16 Vobis autem locus divinitus assignatus est eremus quædam in altissimis montibus, quam Carthusiam vocant. Ampla illa quidem, sed prorsus inculta, atque à nemine habitata, solis feris pervia, hominibus verò & cæteris domesticis animantibus propter loci asperitatem penè incognita & inaccessa. Altas & tanquam excisas hinc inde rupes & scopulos, arboresque sylvestres & infrugiferas habet, estque supra modum frigida, & magna anni parte nivibus operta. Tum quoque adeò prærupta, ste-

rilis

A rilis & infructuosa est, ut nihil in ea neque seri neque meti possit. Ad eam verò etiam accessus & aditus difficilis & periculosus est propter duas præcelsas rupes, quæ cùm directè in sublime sese subrigant, in ipso vertice propemodùm coalescere videntur, ita ut introeuntibus & horrori sint, & terrori. In ejus medio fluviolus est, qui, ex montibus illis collectus, cum ingenti murmure instar torrentium aut aquarum inundantium decurrit.

neque in proposito constantes

17 Et ut multa paucis comprehendam, tanta est ejus eremi asperitas & horror tantus, ut carceris cujusdam potiùs, quàm humanæ habitationis nomen mereatur; nec facile sanè videtur, ut quisquam illic absque singulari Dei præpotentis beneficio habitare, aut certè diu perdurare queat z. Nôstis autem vosipsi, fratres mei, quàm turpe & probrosum sit, post missam manum ad aratum retrò adspicere. Nôstis uxorem Lot, ubi respexit, ibi constitisse, & in salis statuam conversam esse, ut suo prudentes condiret exemplo. Hæc & pleraque alia cùm dixisset ille beatissimus antistes, S. Bruno respon-

z

B dit: Revera terribilis est locus iste, reverendissime pater, & posset suâ ista immanitate absterrere nos, si nos huc alio animo accessissemus, quàm ut talis nobis detur locus, omnia Christi amore perferre cupientibus. Et licèt fragiles nos simus & infirmi sanè, attamen divinâ freti misericordiâ, quâ nos nitimur & non viribus nostris, planè nobis persuademus, qui nobis præstitit huc veniendi animum & promptam voluntatem, eum quoque perseverandi daturum facultatem.

deprehensos donat.

18 Quam ob rem humiliter & obnixè precamur, ne nostrum differas desiderium, neque nos in hac petitione nostra patiaris ferre repulsam. Cernens verò beatus antistes eorum constantiam, & immotum perseverandi propositum, ita ait ad eos: Equidem sanctum hoc desiderium vestrum, dilectissimi, & probo valde, & summopere complere appeto, & jam nunc ad locum optatum & ostensum divinitus vos perducam. Deditque eis eremum Carthusiæ, & quicquid in ea juris & actionis haberet. Promisit etiam, se idem impetraturum ab aliis, qui aliquid sibi in

aa ea juris vendicarent *aa*; tum quoque constructurum se domum in ponte, qui est inter eas,

C quas diximus, rupes duas, ut possent ab ingressu arceri fœminæ, atque etiam viri arma ferentes. Denique prohibiturum illic venationem &

bb piscationem omnem *bb*. Post hæc complectens eos flevit super singulos præ gaudio, laudans & benedicens Deum pro illorum adventu, detinuitque eos apud se, & ex itinere fatigatos pro sua humanitate ad dies aliquot reficiendos curavit.

ANNOTATA.

a *De* S. Brunonis *patria, parentibus ac nobili genere videsis Commentarii prævii* § 2, *uti etiam annotanda in titulum funebrem* 97.

b *Incepta Coloniæ Agrippinæ politioris litteraturæ studia Remis absolvit Sanctus, Turonisque deinde sub Berengario Philosophiæ placita excepit, nec scitur ullis aliis altioris ordinis scientiis Lutetiæ Parisiorum operam dedisse. Adi Commentarii prævii* § 3 & 4

c *Parisiis etiam numquam docuisse* Brunonem, *verosimillimum sanè evadit ex iis, quæ Commentarii prævii* § 8 *disserui.*

d *Hæc inter præcipuum locum tenent Commentarii duo, alter in Psalmos, alter in omnes S. Pauli Apostoli Epistolas conscriptus, de quibus quid sentiendum sit, Commentarii prævii* § 42 *exposui.* A. Surio

e *Verissimum sanè hoc esse probant, quæ Commentarii prævii num.* 84 *adduxi.*

f *Vide dicta ad litteram* a *in Annotatis ad Vitæ præcedentis caput* 1.

g *Princeps hic, qui tum in Vita præcedenti, tum in altera, à Blomenvenna contexta,* Henricus quartus *vocatur,* Tertius *à Surio ad plurium scriptorum aliorum exemplar dumtaxat hìc dicitur, quòd Henricum I, cognomento* Aucupem, *qui, quamvis ab anno* 919 *usque ad annum* 936 *Germaniæ regnum tenuerit, imperator tamen numquam coronatus fuit, imperatoribus accensendum haud duxerit.*

h *Carmina hæc è metrica, de qua videsis Commentarium prævium num.* 19, *Sancti Vita, per Zachariam Benedictum descripta, sunt deprompta, modica dumtaxat in tertio & quinto mutatione facta.*

i *Adi, quæ in Annotatis, præcedentis Sancti* Q *Vitæ capiti* 1 *subnexis, ad litteram* c *dicta sunt.*

k *Adi, quæ in antecedentis Sancti Vitæ caput* 1 *ad litteram* d *notata sunt.*

l *De Hugone capellano, qui solus ex iis, quos Sanctus ad se accersierit, sacerdotio initiatus fuisse hìc dicitur, itemque Landuino & aliis, hìc recensitis, videsis Commentarii prævii* § 25 *à num.* 434 *usque ad finem.*

m *Ita ferè Lucæ* 13, ℣ 3.

n *Psalmo* 54, ℣ 5 *& tribus seqq.*

o *In assignando monasterii hujus situ cum Puteano & Blomenvenna, quos secutus est, Surius hìc errat. Adi Commentarii prævii num.* 436.

p *Vide, quæ de sancto hoc Gratianopolitano episcopo Annotata in antiquiorem Sancti Vitam ad lit.* g *suppeditent.*

q *An Sanctus, dato etiam, eum prodigio defuncti, qui se damnatum è feretro vociferatus sit, in eremum pulsum fuisse, rectà sese, uti hìc biographus indicare videtur, ad Hugonem, Gratianopolitanum episcopum, cum sociis contulerit, in Commentario prævio à num.* 414 *discussum est.*

r *De hoc eremita, à Sancto ejusque sociis in via consulto, quem apud Blomenvennam ex Henrico Kalkar, non apud Puteanum etiam, Surius commemorari invenit, videsis Commentarii prævii num.* 414. F

s *De visione hac, S. Hugoni, Gratianopolitano episcopo, oblata, adjunctisque, quibus hìc à Surio binisque eum prægressis Sancti nostri biographis, Puteano videlicet & Blomenvenna, ornatur, videsis Commentarii prævii num.* 423 *& aliquot seqq.*

t *Nimirum num.* XI *in citata hìc mox à Surio S. Hugonis, Gratianopolitani episcopi, Vita, tomo* 1 *Aprilis apud nos edita, quam, jubente Innocentio II Papa, conscripsit. Adi etiam, quæ in antiquiorem* S. Brunonis *Vitam ad lit.* i *notavi.*

u *Etsi pleraque* Brunonis *ejusque sociorum cum S. Hugone, Gratianopolitano episcopo, congressûs adjuncta, quæ hìc Surius è Blomenvenna & Puteano refert, vero neutiquam appareant absimilia, nullo tamen antiquitatis testimonio queunt firmari. Atque hoc quidem nominatim locum obtinet quantùm ad factum à* Brunone *de doctore damnato sermonem. Adi Commentarium prævium num.* 430

x *Ad Hebræos* XI, ℣. 38.

A. Surio.

y *In pluribus olim Ægypti & Palæſtinæ, quæ regiones calidiore, quàm, quæ Gratianopoli adjacent, aëris temperie gaudent, ſolitudinibus ingens anachoretarum multitudo fuit verſata, uti in Vitis Patrum apud Roſweydum videre licet.*

z *Prolixam eremi Carthuſiæ deſcriptionem ex Innocentio Maſſono lectori exhibui in Commentario prævio num.* 447 *& binis ſeqq.*

aa *Adi Commentarii prævii num.* 503 *& binos ſeqq.*

bb *Videſis, quæ in ſecundum Vitæ præcedentis caput ad lit.* i *Annotata ſunt.*

CAPUT II.

Carthuſiæ eremum Sanctus ingreditur, ex hac, in qua ſanctiſſimè vivit, ab Urbano II Papa evocatur, diſcipulis, Romam eum conſecutis, ut Carthuſiam repetant, ſuadet, Rhegienſem archiepiſcopatum recuſat, ac deinde à Pontifice repetendæ ſolitudinis facultatem impetrat.

B

In Carthuſiam Bruno ejuſque ſocii ab Hugone epiſcopo ducuntur, piiſque ibi,

Is exactis diebus, aſcenderunt in montem, atque incolere cœperunt Carthuſiæ ſolitudinem circa ſolemnitatem nativitatis ſancti Joannis Baptiſtæ anno ſalutis noſtræ milleſimo octogeſimo quarto *a*, antecedente, comitante ac dirigente & adjuvante eos in omnibus, res quoque neceſſarias eis ſuppeditante beato Hugone epiſcopo. Exſtructa tum ab illis eſt in editiori montis parte, quæ nunc dicitur ad beatam Mariam de Caſalibus, eccleſia, & parva domicilia vel cellulæ apud fontem, qui uſque in præſens fons ſancti Brunonis appellatur *b*, haud procul ab ea eccleſia diſtantes, ſed inter ſe tamen aliæ ab aliis ſeparatæ, ne alter alterius quietem & ſolitudinem interturbaret. Atque in iis cellulis ſingulis bini fratres degebant *c*, & quemadmodum priſci illi Ægypti monachi, ſilentio, orationi, lectioni, cordis puritati, & rerum divinarum contemplationi vacabant, certis etiam horis operi manuum, præſertim conſcribendis libris, incumbentes, tum ut ſuæ inopiæ conſulerent, tum etiam, ut ne quam darent occaſionem illis, qui quærunt occaſionem, ſanctum eorum inſtitutum calumniandi, eòd nullam Eccleſiæ Dei navarent operam, ſed ſuis duntaxat rebus ſtuderent *d*.

a

b

C

c

d

ab omni interim manuum opere non abſtinentes,

20 Solent enim imperiti homines eos ociosos & ſanctæ Eccleſiæ parùm utiles exiſtimare, qui, ab hominibus ſeparati, ſoli Deo & ſibi duntaxat vacent. Neſciunt enim id genus ſpiritalium rerum ignari & rudes, quantum poſſint apud Deum efficere preces ſanctorum hominum, etiam in abditiſſimis ſolitudinibus commorantium, idque ob vitæ puritatem & innocentiam, quam faciliùs tueri poſſint, qui extra homines vivunt, quàm qui hominum turbis admiſcentur, niſi ſancta, ut id faciant, eos cogat obedientia, quando etiam ethnicus quidam dicere potuit, ſe nunquam fuiſſe inter homines, quin ſeipſo minor rediret. Sed tamen ſanctiſſimi patres noſtri, qui Carthuſianæ vitæ prima jecêre fundamenta, nihil tale ſibi tribuentes, etiam libris ſcribendis operam dare voluerunt, &, ut ſui ſucceſſores id facerent, hortati ſunt, ut ſaltem manibus verbum Dei prædicarent, quando ore non poſſent. Sic enim loquuntur ſtatuta Patrum antiquorum *e*.

D

e

exercitiis totos ſeſe dedunt;

21 Itaque his & aliis piis exercitiis ſeſe occupantes, omnem curam ſuam, ut Pſalmiſta admonet *f*, ſuper Dominum jactabant, nec quicquam de craſtino ſolliciti erant earum rerum, quæ ad diem craſtinum pertinerent, cogitatione omni in Dominum rejecta, non ignorantes illud Propheticum: Ego autem mendicus ſum & pauper, ſed Dominus ſollicitus eſt mei, cujus eſt terra & plenitudo ejus, qui dat jumentis eſcam ipſorum & pullis corvorum invocantibus eum *g*. Tanta verò in illis charitas inerat, ut alii alios mutuis officiis antevertere conarentur, tantaque humilitas, ut certatim eorum, quæ rectè feciſſent, laudem & gloriam in alios transferre ſinguli cuperent. Sed ita fiebat, ut dum quiſque vult ſub alterius umbra deliteſcere, repercuſſus virtutum ſplendor omnes præclariùs illuſtraret. Erat in cunctis ſpectata morum gravitas & maturitas, & nihilominus inter tot virtutum ornamenta horror & contemptus vanitatis omnis, quæ, haud ſecùs ac tinea pannos, virtutes & merita omnia exedit. Licebat in eis angelicam admirari vitam. Vivebant in multa patientia, in vigiliis, in jejuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuavitate, in Spiritu Sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei.

f

g

E

eos tamen inter Bruno, qui jam antea probus admodùm fuerat,

22 Initio quidem, cùm in eam ſolitudinem perveniſſent, caſas veriùs, quàm cellas, ſibi extruxerunt. Inter eos autem degens vir ſanctiſſimus Bruno, & fundamenta Carthuſianæ Religionis jaciens, verbis & exemplis præclarè eos inſtituebat. Ut enim inter aſtra ſol, ſic ille inter alios vitæ ſanctitate excellere videbatur. In ejus pectore æterna Patris æterni ſapientia Chriſtus Dominus tanquam in ſublimi arca reſidebat, & Spiritus ſanctus ſibi gratiſſimum condiderat domicilium; ſublimis enim & ardui inſtituti futurus architectus ſingulari debuit cœleſtis gratiæ prærogativa eminere. Apparet autem ſanè, etiam ante Carthuſiæ habitationem virum eum fuiſſe raræ cujuſdam probitatis, integritatis, & gravitatis *h*, quod partim teſtantur ea, quæ ſuprà dicta ſunt, & confirmabunt etiam alia, quæ dicturi ſumus. Inde ergò colligi facilè poteſt, qualem ille ſe tum præbuerit, cùm jam, toto mundo contempto, vitam voluit ducere eremiticam, id eſt, rebus hujus mundi emortuam, & ſolis cœleſtibus inhiantem.

F

h

inſignibus virtutum exemplis elucet. Magno hinc

23 Qui enim, inter homines degens & mundi hujus proſperis ſucceſſibus florens, virtutis ſtudioſus fuit, multò ſanè præclariùs & ſublimiùs in horrida illa ſolitudine ita ſe comparavit, ut non ſolùm virtutis ſtudioſus, ſed etiam virtutum omnium eximio ſplendore ornatus videri jure poſſet. Nec dubium, quin ab ejus excellenti ſanctitate in omnia Carthuſiani inſtituti monaſteria illuſtria virtutum dimanârint exempla, quibus effectum ſit, ut Carthuſianus Ordo hodieque præ cæteris, quod tamen pace omnium dictum volumus, priſcum illum rigorem ſuum retinere videatur, non quòd nihil de eo remiſerit, ſed quòd non ab eo ſic deflexerit, ut magnam aliquam ruinam feciſſe cenſendus ſit. Remiſſæ ſunt

A funt nonnihil paucis tolerabiles abſtinentiæ illæ, ſed tamen manet perpetuus piſcium eſus, multa jejunia, prolixæ vigiliæ, diuturnæ preces, multaque alia carni ſanè moleſta. Porrò beatiſſimus Hugo epiſcopus, cujus ſanctitatis fama celebris jam in omnes ſe regiones effuderat, tametſi eos omnes, qui cum ſancto Brunone in Carthuſiæ eremo degebant, multo amore & veneratione proſequebatur, at ipſum tamen Brunonem, quòd in eo majora cerneret divinæ gratiæ ornamenta, in tanto honore & reverentia habuit, ut ejus conſiliis non aliter, quàm præceptis abbatis, obtemperaret.

Apud Hugonem, Gratianopolitanum epiſcopum, qui et,

24 Et licèt, ut ait in ejus Vita Guigo, etiam priùs divini amoris totus arderet incendiis, non aliter tamen ad diſciplinæ cæleſtis exercitia eorum exemplis & familiaritate inferbuit, quàm ſi flammanti quis faci plures circumponat alias ardentes. Eratque cum eis, non ut dominus aut epiſcopus, ſed ut ſocius & frater humilimus & ad cunctorum, quantùm in ipſo erat, obſequia paratiſſimus, adeò ut vir venerabilis Guilhelmus,

i Prior tunc ſancti Laurentii *i*, poſtea S. Theofredi

B Abbas, magiſtro Brunoni etiam ipſe religioſa devotione non mediocriter alligatus, beati Hugonis contubernalis (bini quippe tunc per ſingulas inhabitabant cellas) apud magiſtrum Brunonem non leviter conquereretur, quòd penè omnia, ad humilitatem ſpectantia, intra cellam ſibi præriperet officia, & epiſcopus non ſecum ſaltem ut ſocius, ſed potiùs converſaretur ut famulus, non licere ſibi, triſtis aſſerens, ex ſervilibus operibus quicquam attingere, quæ juxta morem debebant per vices efficere, eo ſibi cuncta præripiente. In tantum autem eremum devotus incolebat & ſedulus, ut eum magiſter Bruno nonnumquam exire compelleret, Ite dicens, ite ad oves veſtras, eiſque, quod debetis, exolvite.

non ſecùs atque abbati obtemperat, in pretio habetur;

25 Volebat etiam eo tempore, magnæ paupertatis & humilitatis ardore ſuccenſus, equitaturas ſuas cunctas vendere, & diviſo pauperibus precio, propriis pedibus in prædicatione diſcurrere. Sed homo profundi cordis magiſter Bruno non conſenſit, timens, ne apud ſe forſan extolleretur, aut à cæteris de ſingularitate judicaretur epiſcopis, aut (quod dubium non erat) id ipſum propter aſperitatem & inæqualitatem conſummare non poſſet itinerum. Ita quidem in

C beati Hugonis Vita, quam lector offendet, primo Aprilis die

k *k*, ſcribit is, quem diximus, Guigo, gravis in primis author & fide digniſſimus. Poteſt autem ex his perſpicuè animadverti, quantæ authoritatis & exiſtimationis fuerit beatus Bruno apud tam inſignem epiſcopum, ut qui ei haud ſecùs, atque ſuo abbati, raro eximiæ humilitatis exemplo obedierit, ob ejus procul dubio excellentem ſanctitatem & ſapientiam. Sunt, qui ſcribant, eundem epiſcopum à beato Brunone Carthuſiani inſtituti habitum monaſticum accepiſſe *l*.

l

aſt, dum ita in Carthuſia vivit, ab Urbano II Papa ex hac evocatur,

m

26 Eo quoque inſtante & efficiente, circumvicini omnes, tam eccleſiaſtici, quàm nobiles & plebeii, prona voluntate dedêre beato Brunoni & fratribus ejus, perſpecta eorum tam ſancta, honeſta & religioſa converſatione, quicquid juris obtinerent in Carthuſiæ montibus, & intra limites ejus deſerti *m*. Etſi autem beatus Bruno, olim in mundo celebris, jam omni mundi hujus calcatâ gloriâ, in eremo latitare, ſolique Deo ardenti amore ac deſiderio inhærere, guſtare, quàm ſuavis ſit Dominus, atque extra eum prorſus nihil appetere ſummopere ſtuderet, non potuit tamen uſquequaque voto potiri ſuo. Nam cùm non totos ſex annos in illa exigua quidem, ſed ſancta ſodalitate exegiſſet, Pontifex Urbanus ſecundus, qui olim beati Viri diſcipulus fuerat, cùm ad illud ſublime præcipui honoris faſtigium evectus eſſet, cuperetque tantum munus accuratè implere, non immemor egregiæ virtutis & illuſtris doctrinæ ejus ſui Præceptoris, accivit eum per literas ad ſanctæ Eccleſiæ præſtanda officia, graviter præcipiens, ne venire ad Urbem cunctaretur *n*. A. Surio.

n

Pontificioque mandato, etſi id ſibi graviſſimum accidat,

27 Illo Pontificis mandato perlecto, ingens dolor invaſit fratres & filios ejus omnes, nec admittebant conſolationem, proteſtantes, nullo pacto in ea vaſta ſolitudine poſſe perdurare, ſi tanti Patris præſentiâ orbarentur; ſe quidem manſuros, ſi maneret ipſe; ſin abiret, ſe pariter abituros. Eorum lachrymis Vir piiſſimus valde conſternatus, & multa commiſeratione permotus, cùm ipſi quoque acerbiſſimum videretur poſt tantam amicæ ſolitudinis quietem, tantam animi tranquillitatem & conſcientiæ ſerenitatem ad mundi hujus curas & ſtrepitus revocari, eos blandè conſolari nitebatur. Sciebat E enim ſcriptum, eſſe: Qui vos audit, me audit *o*: *o* itemque: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit *p*, atque eâ causâ Pontificis man- *p* datum non aliter accepit, quàm cæleſti oraculo ad ſe delatam vocem eſſet accepturus, aitque ad fratres: Manere vobiſcum, mihi, in Domino dilectiſſimi fratres, gratiſſimum; ſeparari à vobis, graviſſimum: ſed mandatis Apoſtolicis obedire, ut ipſi quoque nôſtis, neceſſarium eſt.

obtemperandum ſtatuens

q

28 Scitis, in ejus locum ſucceſſiſſe Pontificem, cui dictum eſt à Chriſto, Paſce oves meas *q*. Non poteſt ergò numerari in ovibus Chriſti, qui non vult illi parêre, cui Chriſtus commiſit paſcendas oves ſuas. Ecquid verò mihi prodeſſe queat, hîc vobiſcum corpus afficere inediâ & jejuniis, duriſque ſuſcepti inſtituti laboribus & exercitiis atterere, ſi interim per inobedientiam perdam animam meam? Nolite igitur, fratres mei, importunis hiſce lachrymis affligere cor meum, & dolores meos doloribus veſtris cumulare: ſed in qua vocatione vocati eſtis, in ea permaneatis, atque in hoc loco perſeveretis. Confido autem in Domino, qui per nos humiles ſi- F bi habitaculum in hoc deſerto conſtruere viſus eſt beato Hugoni epiſcopo, quòd propoſitum gratiæ ſuæ hoc noſtro divortio non patietur in irritum redigi: ſed potiùs præſtabit pro bonignitate ſua, ut ego in hac tentatione, mihi ſanè permoleſta, obediens & fidelis inventus, ejus auctus benedictione, ad vos lætus revertar. Nec dubitare debetis, etiamſi corpore ad tempus à vobis abero, quin ſemper vobiſcum ſpiritu ſim futurus.

Romam, reſignatâ Caſa-Dei abbati Carthuſiâ, ſeſe confert,

29 Hæc illo dicente, omnes cum lachrymis elevant vocem, aiuntque ad eum: Tu es, Pater venerande, poſt Deum ſpes noſtra, tu refugium noſtrum, tu conſolatio & conſilium noſtrum. Te ergò recedente, quid nos facturi ſumus? Aut, te abſente, ad quem recurremus? Erimus profectò ſicut oves non habentes paſtorem. Quam ob rem ſi ad Pontificem te trahit obedientia, tecum nos unà trahat ſupereminens charitas, quæ eſt in Chriſto Jeſu, quam ſeparare & convellere non poterit neque mors, neque vita, neque ulla creatura. Audiens hæc beatus Bruno, cernenſque, eos nullam admittere con-

A. SURIO. consolationem, nec persuadere se illis posse, ut in Carthusia manerent, ne locus ille jam Deo dicatus, ad manus laicas & prophanas rursus devolveretur, quod prudenter ille timebat, commendavit & dedit eum venerabili viro Siguino abbati Casæ-Dei, qui fuit unus ex primis donatoribus *r*, sed ita tamen id fecit, ut omnino constitueret reverti cum suis ad Carthusiam *s*. Peractis autem omnibus perceptaque beatissimi Hugonis episcopi benedictione, urgente Pontificis mandato, Romam profectus est.

r

s

eòque appulsus, ut discipuli, qui secuti illum fuerant,

30 Potest autem ex his quoque non obscurè perspici, quàm eximia fuerit virtute præditus à quo sic pendebant religiosi fratres illi, ut vitam ipsam prorsus insuavem & molestam sibi putarent, si ejus præsentiâ frustrari ipsos oporteret. Ubi autem beatus Bruno Romam venit, Pontifex, ejus adventu mirè exhilaratus, humanissimè eum excepit, quippe quem unicè amaret & veneraretur, atque in primis & intimis consiliariis & fidelibus amicis semper eum habuit, ejus consiliis in arduis Ecclesiæ negociis nunquam non utens. Convenerunt autem ad eum, agente id Spiritu Dei, fratres omnes, quos in Carthusia apud se habuerat *t*, & multo dolore affici cœpêre, ipso vel maximè dolente, quòd Carthusiæ solitudinem, quam Dominus sibi elegerat, reliquissent. In mentem enim eis veniebant, non carnes, aut cucumeres & pepones, ut illis murmuratoribus Israëlitis in deserto, sed sanctæ meditationes, ferventes orationes, studiosæ lectiones, & spirituales consolationes, quibus in Carthusiano deserto perfruiti erant, nec poterant erumpentes cohibere lachrymas, cùm cernerent ex tam alta quiete & tranquillo silentio in molestissimos strepitus & varios rerum tumultus se conjectos esse.

B

t

Cartusiam repetant, suadet.

31 Sed cùm beatus Bruno à Pontifice recedendi copiam necdum impetrare posset, persuasit fratribus, ut ad Carthusiam redirent, obtinuitque à Pontifice literas ad abbatem Siguinum *u*, ut Carthusiæ eremum ipsis restitueret. Præfecit quoque eis suo loco Priorem Lauduinum, quo duce omnes ad Carthusiam reversi sunt *x*. Animadvertit ex his quoque Lector, quis vir fuerit beatus Bruno, quem tanti fecerit ipse totius Pastor Ecclesiæ, quemque tantum apud se familiaritatis & authoritatis locum habere voluerit. Nos nolumus exaggerare singula, ne prolixi simus. Postquam autem fratres cum Lauduino in Carthusiam venêre, & Pontificis literas Siguino abbati exhibuerunt, fratribus ejus cœnobii assentientibus, præsente S. Hugone Gratianopolitano episcopo, & Hugone Lugdunensi Archiepiscopo, liberè eis desertum Carthusianum remisit, & tum illis, tum successoribus eorum perpetuò tradidit possidendum *y*. Et hæ quidem primæ fuêre Romani Pontificis literæ de Carthusiano institutо, quæ magno sunt documento, ab ipsis Carthusianæ Religionis initiis, eam à sede Apostolica approbatam esse *z*.

u

x

C

y

z

Hi deinde in hac gravissimam,

32 Ab eo autem die Carthusiana solitudo semper in Carthusianorum ditione permansit, simulque Carthusiana Religio usque in præsens illic perdurat. Ubi verò sanctus Bruno, in Pontificis curia degens, fratres illos incolumes ad Carthusiam revertisse, locumque illum obtinere, & tranquilla pace ac quiete frui cognovit, crebrò ad eos scripsit, hortans illos, ut in via Domini constanter perseverarent. Verùm non defuit in hoc spiritali paradiso tortuosus ille coluber & serpens antiquus. Præsentiens enim jam tunc, quanta ad ipsum reditura essent damna ac detrimenta ex illo præclaro sublimis & angelicæ vitæ instituto, cujus fundamenta tum substruebantur, immodicam illis fratribus pusillanimitatem & perplexitatem injecit, adhibitis ad eam rem, tanquam aptissimis instrumentis, quorumdam malignorum hominum linguis fraudulentis & fallaciosis, qui, novitatis eos insimulantes, aiebant, illos in mortis discrimen sese conjicere. Et effectum sanè est ab illis, ut optimi patres prorsus dubitarent, quidnam agendum ipsis esset, tum propter susceptæ vitæ austeritatem, tum propter deserti illius horrorem & vastitatem, in qua, illorum nequam hominum moti sermonibus, in vitæ periculum se venturos etiam ipsi jam formidabant. Contrà autem non parùm verebantur, si inde recederent, se Deum & stellas duces, quas episcopus Hugo viderat, offensuros.

D

quâ divinitus liberantur, tentationem patiuntur;

33 His perplexitatibus aliquandiu bene multùm exagitatis illis, ecce, benignissimus Deus, qui nunquam deserit sperantes in se, mittit ad eos, his de rebus inter se colloquentes, virum venerabilem, cano capite, crispo capillo, qui ait ad eos: Perplexi estis, fratres, utrùm hoc in loco permanere, vel ex eo excedere debeatis. Sed ego dico vobis verbis Omnipotentis, Dei Genitricem, Virginem perpetuam, vos in hoc deserto loco conservaturam, si in ejus honorem quotidiè legere velitis preces ejus horarias. His dictis, repentè ab eorum oculis ablatus est. At illi, incredibili affecti gaudio, illam sacrosanctam Virginem, cui scirent ejus Filium, Regem immortalem omnium seculorum, nihil negare posse, patronam totius Carthusiani instituti sibi delegerunt, & beatissimum Domini præcursorem Joannem patronum. Hominem autem illum, qui eis apparuit, sanctum Apostolum Petrum fuisse, inde vel maximè conjiciebant, quòd ejus successor Urbanus secundus in Concilio Claromontensi beatissimæ Matris Dei preces horarias à toto clero dicendas instituit. Ex hac autem visione adeò sunt confortati in Domino, ut neque mors, neque vita illos separare posset à charitate Christi *aa*.

E

aa

Sanctus verò repetendæ solitudinis facultatem ab Urbano obtinet:

34 Cùm autem Beatus Bruno summo Pontifici ad annos paucos strenuam navâsset operam, nec parum Ecclesiæ Dei profuisset consilio, prudentiâ & sapientiâ suâ, molestissimè interim ferens curiæ strepitus & tumultus, quibus posthabitis, optabat semper redire ad tranquillum vitæ solitariæ portum, tandem ultrà ferre non sustinens tanti desiderii flammam, antequam Pontifex è Placentia abiret in Gallias, multâ precum instantiâ vix tandem obtinuit ad suam eremum recedendi, aut certè aliam, si sic visum esset, expetendi, copiam & facultatem. Per id tempus, annuente eodem Pontifice, electus fuit Vir sanctissimus Rheginensis ecclesiæ, quæ est prima totius Calabriæ metropolis, Archiepiscopus, multusque in eo erat Urbanus Pontifex, ut eum in ea dignitate confirmaret; sed non ignorans ille, quot periculis, quot curis & molestiis ejusmodi ecclesiasticæ functiones obnoxiæ sint, noluit electioni præbere assensum *bb*. Neque id pertinaciter tamen, sed modestè & humiliter, solo quietis amore, servatâ erga Pontificem obedientiâ & submissione, & erga proximos charitate.

F

bb

ad Carthusiam tamen non redit, sed in Calabria

35 Tandem cum bona venia & benedictione Pontificis à curia discedens, Calabriæ deserta loca expetiit, adjunctis sibi aliquot ejusdem propositi

A positi viris, quos jam vitæ ejus odor bonus & ferventes exhortationes ad mundi contemptum
cc adduxerant *cc*. Didicerat enim, in Calabriæ regione multas esse solitudines, agendæ pœnitentiæ & vitæ solitariæ confectandæ aptissimas. Maluisset ille quidem, quod etiam crebrò apud se constituerat, redire in Carthusiam ad fratres charissimos, quos eò remiserat; sed quia summus Pontifex cum sua curia proficiscebatur in Galliam, in cujus finibus Cartusia sita est, verebatur, si ipse quoque eò se conferret, ne aut curiam declinare non posset, aut illam non reliquisse, sed sequi videretur. Potiùs igitur visum est Calabriam petere, nihil interim mutata voluntate suos in Carthusiâ revisendi, compositis sedatisque rebus
dd *dd*. Satis hoc declarant literæ, quas ex Calabriæ solitudine fratribus in Carthusia degentibus scripsit, in quarum calce sic habet: De me autem, fratres, scitote, quoniam unicum mihi post Deum est desiderium veniendi ad vos & videndi, & quando potero, opere
ee adimplebo, Deo adjuvante *ee*.

Turritanam eremum secedit, in cujus ipsemet, simulque in vita
ff 36 In ipsa autem Calabria venit ad quandam eremum, cui Turris nomen est, in diœcesi Squillacensi *ff*, ibique non cellas alicujus precii, quod sumptus non suppeterent, sed casas humiles ex vili quidem materia, sed in Christo preciosa, ædificârunt. Quanta autem vitæ integritate & sanctitate cum suis illic versatus sit, quibus vacaverit pietatis & religionis exercitiis, quis verbis explicare queat? Potest quidem id aliqua ex parte innotescere ex epistola, quam Vir sanctus scripsit ad Radulphum Rhemensis ecclesiæ tunc præpositum, postea episcopum, ubi inter cætera ait: In finibus Calabriæ cum fratribus religiosis, & aliquot bene eruditis, qui, in excubiis persistentes divinis, expectant reditum Domini sui, ut, cùm pulsaverit, confestim aperiant ei; eremum incolo, ab hominum habitatione satis undique remotam. De cujus amœnitate aërisque temperie & sospitate, vel planitie ampla & grata; inter montes in longum porrecta, ubi sunt virentia prata & florida pascua, quid dignum dicam? Aut collium undique leniter se erigentium prospectum, opacarumque vallium recessum, cum amabili fluminum, rivorum, fontiumque copia, quis sufficienter explicet? Nec irrigui desunt horti, diversarumque arborum fertilitas.

C 37 Verùm quid his diutius immoror? Alia quippe sunt oblectamenta viri prudentis, gratiora & utiliora valde, quia divina. Veruntamen arctiori disciplina studiisque spiritalibus animus infirmior fatigatus, sæpius his relevatur ac respirat. Arcus enim, si assiduè sit tensus, remissior est, & minùs ad officium aptus. Quid verò solitudo eremique silentium amatoribus suis utilitatis jucunditatisque conferat, nôrunt hi solùm, qui experti sunt. Hìc nanque viris strenuis tam in se redire licet, quàm libet, & habitare secum, virtutumque germina instanter excolere, atque de paradisi feliciter fructibus uti. Hìc oculus ille conquiritur, cujus sereno intuitu vulneratur sponsus amore, quo mundo & puro conspicitur Deus. Hìc ocium celebratur negocioſum, & in quieta pausatur actione. Hìc pro certaminis labore repensat Deus athletis suis mercedem optatam, pacem videlicet, quam ignorat mundus, & gaudium in Spiritu sancto. Hæc est illa Rachel formosa, pulchra adspectu, à Jacob plùs dilecta, minùs filiorum ferax, quàm Lia fœcundior, sed lippa. Pauciores enim sunt contemplationis, quàm actionis, filii. Veruntamen Joseph & Benjamin plùs sunt cæteris fratribus à patre dilecti. Hæc pars illa optima, quam Maria elegit, quæ non auferetur. Hæc Sunamitis pulcherrima sola in omnibus finibus Israël reperta, quæ David foveret senem, & calefaceret. Hæc in illis litteris *gg* scribit Vir sanctus, è quibus in
gg ejus eximiam prædicationem multa peti possent, sed nos ad alia transimus.

Solitaria laudes in epistola ad Radulphum Viridem excurrit.

A. Surio.

ANNOTATA.

a *Cartusiæ eremum verè anno hìc assignato; mensèque Junio, cujus dies quarta supra vigesimam S. Joanni Baptistæ sacra est, ingressum esse* S. Brunonem, *Commentarii prævii num.* 470 *& tribus seqq. invictè probatum dedi.*

b *Ibi modò (Adi Commentarii prævii num.* 447, 448 *&* 477) *exstat sacellum*, S. Brunoni *sacrum, cujus cùm nec Surius hìc, nec Blomenvenna & Puteanus in conscriptis à se Sancti Vitis uspiam meminerint, fuisse illud primùm post Surii, aut certè post Blomenvennæ & Puteani ætatem constructum, conjicio.* E

c *Haud diu post* S. Brunonis *obitum Cartusiani jam non bini, sed singuli singulas cellas inhabitabant. Adi Commentarii prævii num.* 475 *&* 486.

d *Vivendi modum, quem Sanctus ejusque socii in Cartusia tenuêre, Commentarii prævii num.* 485 *& binis seqq. exposui.*

e *Consuetudines nempe, à Guigone conscriptæ cap.* 28, *uti Commentarii prævii num.* 487 *docui.*

f *Psalmo* 54, ℣. 23.

g *Psalmo* 39, ℣. 18.

h *Quàm id apprimè veritati consonet, liquet potissimùm ex iis, quæ Commentarii prævii* § 4 *& quatuor seqq. dicta sunt.*

i *Adi, quæ ad lit.* p *in Vitam antiquiorem suprà annotata sunt.*

k *Et apud nos tom.* 1 *Aprilis, cui eadem sancti illius Gratianopolitani episcopi Vita exstat inserta, pag.* 40, *num.* XI *& seq.*

l *A veritate, qui hoc scribunt, aberrant. Adi Commentarii prævii num.* 501 *& seq.*

m *Chartam publicam, quâ id anno* 1086 *fecerunt, integram intuli in Commentarium prævium num.* 503 *& binis seqq.* F

n *De evocato è Cartusia* S. Brunone *per Urbanum II Papam, qui, quemadmodùm Commentarii prævii num.* 96 *docui, ejus aliquando Remis discipulus fuerat, videsis Commentarii prævii* § 30, *intelligesque ex iis, quæ ibidem disserui, Sanctum nostrum verè, uti hìc Surius ait, non integros annos sex, sed annos dumtaxat quinque, & sex aut septem menses in Cartusia commoratum fuisse, quando ex hac ab Urbano, qui anno* 1088 *ad supremam Ecclesiæ Cathedram fuerat evectus, arcessitus fuit.*

o *Lucæ* 10, ℣. 16.

p *Ad Rom.* 13, ℣. 1.

q *Joannis* 21, ℣. 17.

r *Celeberrimæ hujus in Alvernia abbatiæ regimini, quemadmodùm Mabillonius in Annalibus Benedict. lib.* 65, *num.* 35 *docet, admotus fuit hìc nominatus abbas anno* 1078, *annoque* 1094, *ut laudati Operis lib.* 68, *num.* 103 *idem auctor tradit, munere illo sese abdicavit; fuisse autem eum*

A. Surio. *ex iis, qui Cartusiæ eremum Sancto dedêre, fidem facit Commentarii prævii num.* 503 *& binis seqq. recitata, quâ hæc Sancto ejusque discipulis anno* 1086 *data fuit, charta publica.*

f *Parùm hoc verosimile apparet. Adi Comment. præv. num.* 513.

t *Videsis Comment. præv. num.* 527.

u *Commentarii prævii num.* 528 *integras hasce studioso lectori exhibui.*

x *Landuinum à* Brunone *Cartusiæ fratribus tunc primùm, cùm hi Romam ad Sanctum jam venissent, Cartusiamque repetere consensissent, præfectum fuisse, innuere hîc videtur Surius; verùm id jam inde ab eo tempore, quo Sanctus, Pontificio obtemperans mandato, relictâ Cartusiâ, Romam petiit, factum esse, fidem facit publicum, quo Sancti discipulis Cartusiæ eremum Siguinus restituit, instrumentum, Commentarii prævii num.* 529 *recitatum.*

y *Videsis, quæ de hac Cartusiæ restitutione Commentarii prævii num.* 529 *& seq. in medium fuêre adducta.*

z *Vivendi modum, quem* S. Bruno *ejusque socii in Cartusia tenuêre, Urbano II, summo Pontifici, placuisse, argumento sanè sunt litteræ hîc memoratæ; verùm in hisce (Adi Commentarii prævii num.* 528) *cellæ dumtaxat seu monasterii* S. Brunonis, *non Instituti Cartusiani, mentio fit.*

B

aa *Videsis, quæ de visione hac adjunctisque, eam comitatis, dicta sint Commentarii prævii num.* 605 *& quinque seqq.*

bb *Sanctus sub concilii Placentini, anno* 1095 *celebrati, tempus nec primùm ad Rhegiensem archiepiscopatum fuit electus, nec eremum repetendi facultatem à Pontifice obtinuit, contrà ac Surius hîc docet. Adi Commentarii prævii num.* 532, 533, 536 *& seq.*

cc *Consule, quæ in tertium Vitæ præced. caput ad lit.* t *notavi.*

dd *Cùm Pontifex anno* 1095, *celebrato Placentiæ concilio, in Galliam primùm abierit, Calabriamque* Bruno *jam inde ab anno* 1090 *adierit, liquet sanè, non subsistere rationem, ob quam, cùm in Calabriam secessit, Cartusiam non repetiisse hîc asseritur.*

ee *Litteras, quas hæ voces terminant, quasque ad Cartusiæ fratres per Landuinum, ad hanc è Calabria revertentem, Sanctus misit, Commentarii prævii num.* 679 *& seqq. integras dedi.*

C

ff *Adi Comment. præv. num.* 552.

gg *Quò vera hîc prædicari à biographo deprehendas, adi Commentarii prævii* § 41, *quo litteras illas integras recitavi, eaque, quæ congrua duxi, in easdem notavi.*

D

CAPUT III.

In Turritana eremo à comite Rogerio invenitur, præsentissimo periculo hunc liberat, duo ibi ejusdem liberalitate monasteria exstruit, in horum altero ad mortem usque sanctissimè vivit, post obitum miraculis claret, tandemque, Pontifice permittente, à Cartusianis Cælitum honoribus afficitur.

A comite Rogerio, venationi vacante, in specu invenitur,

POstquam in ea Turrensi eremo beatus Bruno primùm habitare cœpit cum sociis, accidit, Deo id efficiente, ut quodam die Rogerius comes Calabriæ *a*, cum non parvo suorum grege & multa canum frequentia in eadem solitudine venationi incumbens, ad eum locum, quem sibi incolendum sumpserant servi Dei, totius rei nescius perveniret. Ubi cùm canes sagaciter diversa ferarum vestigia explorarent, ad casas, in quibus beatus Bruno cum fratribus commorabatur, accurrerunt, atque illic, fixis pedibus, magno latratu indicabant domino suo, opimam se reperisse prædam. Comes, id conspicatus, ocyus cum suis advolat, offendit Patres illos in speluncis suis flexis genibus, erectisque in cælum vultibus ac manibus simul orantes & laudantes Deum *b*. Tum ille, magna admiratione repletus, ab equo, cui insidebat, desilit, piè & comiter illos salutat, quâ causâ eò advenerint, & quæ eorum sit conditio, accuratè perquirit. Postquam ex eis didicit omnia, impensè lætatus est, laudans & glorificans Deum, qui tali ipsum præda dignum judicâsset.

b

beneficumque in se hunc principem,

39 Persuadebat enim sibi, neque id temere, se terramque suam eorum meritis & precibus apud Deum adiutum & in pace conservatum iri. Atque eâ causâ, ut possent illic quietiùs vivere & diutius permanere, dedit eis ecclesiam sanctæ Mariæ & beati Stephani de eremo *c*. Ubi sanè etiam crebrò eos invisit, & res vitæ degendæ necessarias eis tribuit, & ea, quæ ad salutem animæ pertinerent, libenter ab eis audivit. Ipsum verò beatum Brunonem, aliorum pastorem & patrem, non solùm præ cæteris arctiùs complectebatur, sed etiam sæpius ad se evocabat, multamque ei præstans reverentiam, semper eum primo loco habuit in domo sua, ejusque consiliis libenter parebat, & precibus, quibus plurimùm fidebat, perpetuò sese commendabat *d*: nec eum fefellit opinio. Ejus enim beati Viri meritis Dominus à præsentissimo periculo & structis ei periculis illum liberavit; id quod Comes ipse in Dei gloriam, & ob divulgandam ubique sancti Brunonis sanctitatem literis suis testatum reliquit in hæc verba.

F

c

d

quem in obsidione Capuana præsentissimo

40 Ego Rogerius, divinâ misericordiâ Comes Calabriæ & Siciliæ, nota esse volo omnibus fidelibus Christianis beneficia, quæ mihi peccatori concessit Deus orationibus reverendi mei fratris Brunonis, piissimi patris fratrum, qui habitant

A bitant in ecclesiis sanctæ Mariæ de eremo, & sancti Stephani protomartyris, quæ sitæ sunt in terra mea inter oppidum, quod dicitur Stilum, & Arenam. Cùm essem in obsidione Capuæ *e* Calendis Martii, & præfeciſſem Sergium, nationę Græcum, principem super ducentos armigeros nationis suæ, & exercitûs excubiarum magistrum; qui satanica persuasione præventus, priùs ipsi principi Capuæ, promittenti auri non modicam quantitatem, ad invadendum me meumque exercitum, noctu aditum pollicitus est se præbere.

e

41 Nox proditionis advenit, princeps Capuæ ejusque exercitus juxta promissum est paratus ad arma, dumque me sopori dedissem, interjecto aliquanto noctis spatio, adstitit cubili meo quidam senex reverendi vultus, vestibus sciſſis, non valens lachrymas continere. Cui cùm in visu dicerem, quæ causa ploratûs & lachrymarum esset, visus est mihi duriùs lachrymari. Iteratò quærenti mihi, quis esset ploratus, sic ait: Fleo animas Christianorum, teque cum illis simul. Exurge quamprimùm, sume arma, si liberare te Deus permiserit, tuorumque animas pugnatorum. Hic mihi per totum videbatur, velut si esset per omnia venerabilis pater Bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi, pro visione pavescens. Illico sumpsi arma, clamans militibus, ut armati equos conscenderent, visionem, si vera esset, satagens comprobare.

periculo

B

42 Ad quem strepitum & clangorem fugientes impius Sergius ejusque sequaces subsecuti sunt principem Capuæ, sperantes se in dictam civitatem confugium habuisse. Ceperunt autem milites, inter vulneratos & sanos, centum sexaginta duos *f*, à quibus visionem fore veram comprobavimus. Reversus sum, Deo volente, vicesimâ nonâ Julii mensis Squillacium, perhabita* Capuæ civitate, ubi fui per quindenam continuam infirmatus. Venit verò jam dictus venerabilis Bruno cum quatuor de fratribus suis, qui me suis sanctis devotisque colloquiis consolati sunt. Cui reverendo viro visionem retuli, & humiles gratias egi, qui de me etiam absente suis in orationibus curam habuisset.

liberat,

f

**al.* præhabita

43 Qui se humiliter asseruit non ipsum fore, quem credidi, sed Dei Angelum, qui adstat principi tempore belli *g*. Rogavi quoque ipsum humiliter, ut propterea de rebus meis in terra Squillacensi sumere dignaretur largos reditus, quos donabam. Renuens ille, recipere nolle dicebat, quòd ad hoc domum sui patris meamque dimiserat, ut omnino de rebus extraneis liber, deserviret Deo suo. Hic fuerat in tota domo mea, quasi primus & magnus *h*. Tandem vix ab eo impetrare potui, ut gratis acquiesceret sumere modicum munus meum. Donavi enim eidem patri Brunoni ejusque successoribus ad habendum in perpetuum absque temporali servitio monasterium S. Jacobi cum castro, & quàm plura, res & bona alia, cum amplissimis libertatibus, in dictis literis *i* specificè declaratis. Hæc Comes ille.

experitur,

g

C

h

i

44 Hac autem Comitis liberalitate & donatione fretus beatus Bruno condidit ibi primò ecclesiam in honorem Matris Dei apud specum quandam subterraneam, in qua ipse morabatur. Deinde extruxit etiam alteram, haud procul ab illa distantem, in honorem sancti protomartyris Stephani *k*, cum monasterio illi conjuncto, in quo cæteri fratres habitabant, sub cura & gubernatione tanti patris Christo militantes *l*. Cum quibus Vir sanctus usque ad diem vitæ extremum in ea perseveravit vivendi ratione & vitæ asperitate, quam antea in Carthusia cœperat & docuerat, interim etiam solicitè curam eorum gerens, qui in Carthusiæ eremo degebant *m*, præfecto eis, ut ante diximus, magistro Landuino.

duas ecclesias exstruit,

k

A. SURIO.

m

45 Qui quidem vir venerabilis, ne à vestigiis & institutis tanti Patris & præceptoris sui deflecteret, neve aliter suos instituerent, quàm ab illo cum sociis fratribus didicisset, iter longissimum suscepit ad ipsam usque Calabriæ eremum, singula accuratiùs ex illo percontaturus. Sed cùm à sanctissimo Viro rediret, in manus Giberti schismatici incidit, & cùm non posset à sententia deduci, pro justitiæ defensione in custodia detentus est; unde paulò pòst dimissus, non multo interjecto tempore, impollutum Christo spiritum reddidit *n*.

à Landuino invisitur.

n

46 Incidit verò etiam beatissimus pater Bruno in gravissimam valetudinem, morboque augmenta capessente, quemadmodùm sese habuerit, fratres & filii ejus his verbis in scripto quodam explicant: Ut sciatis, quantâ fiduciâ, quàm certa spe liberationis ejus preces fundatis, transitum illius brevi titulo innotescimus, ut in sancti Viri consummatione veritatem & perfectionem transactæ vitæ colligatis. Sciens enim, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, convocatis fratribus suis, ab ipsa infantia singulas ætates suas replicavit, & totius temporis sui cursum scientiâ & sententiâ dignum *o* proclamavit.

in gravem morbum incidit, ex eoque

E

o

47 Posteà fidem suam de Trinitate, protracto & profundo sermone exposuit, & concluſit sic *p*: Credo etiam Sacramenta, quæ sancta credit & veneratur Ecclesia, & nominatim panem & vinum, quæ consecrantur in altari, post consecrationem verum corpus esse Domini nostri Jesu Christi, veram carnem & verum sanguinem, quæ & nos accipimus in remissionem peccatorum nostrorum, & in spe salutis æternæ. Proximo inde Dominico die sancta illa anima carne soluta est pridie Nonas Octobris anno Christi millesimo centesimo primo, corpusque ejus fratres illic honorificè condiderunt.

emissa fidei professione, diem suum obit.

p

48 Ad ejus sepulchrum hujusmodi Epitaphium appositum est:

Epitaphio, hic recitato, variisque ad epistolam encyclicam,

Primus in hac Christi fundator ovilis eremo
Promerui fieri, qui tegor hoc lapide.
Bruno mihi nomen, genitrix Germania, meque
Transtulit ad Calabros grata quies nemoris.
Doctor eram, præco Christi, vir notus in orbe,
Desuper illud erat gratia, non meritum.
Carnis vincla dies Octobris sexta resolvit,
Ossa manent tumulo, spiritus astra petit *q*.

q

Ejus autem sanctissimam vitam mortemque preciosam consecuta sunt multa miracula, quæ ob ejus præclara merita Christus effecit. Post obitum ejus & sepulturam fratres monasterii ejus chartas miserunt, ut habet consuetudo, in diversas provincias, atque in ipsam quoque Britanniam, quibus & ejus è vita decessum significârunt, & ut preces pro sancta illius anima Domino offerrentur, petierunt *r*.

r

49 Sciebant enim, non esse justum, qui non peccet. Et primò quidem fratres & discipuli ejus, deinde etiam alii, qui eum noverant, quibusque cognita erat ejus eximia eruditio & vitæ san-

mortis ejus nunciam, honorificis responsis fuit decoratus.

A. SURIO. sanctimonia, testimonium de iis vel prosâ, vel carmine in iis chartis asscripsêre. Quæ omnia commemorare si velimus, nimiùm prolixi erimus; si prætermittere omnia tot gravissimorum hominum testimonia, ingratitudinis & impudentiæ notam non effugiemus, præsertim quando ex iis eximia beati Viri sanctitas non obscurè potest animadverti. Et expedit sanè non ignorari ea, quæ annotaturi sumus, vel ob id potissimùm, quòd quidam inepti & insulsi homines, & sibi & aliis persuadere ausi sunt, hunc beatum Virum eum esse doctorem, quem nos in hujus historiæ initio damnatum esse diximus; quod quidem vanissimum est, nescio, cujus somniatoris, commentum, cùm satis constet, illum damnatum doctorem beatissimo Brunoni & sociis ejus occasionem præbuisse de vita sanctiùs instituenda seriò cogitandi, & relictis omnibus hujus mundi rebus, in horridam solitudinem commigrandi *f*.

f

Ea sanctitatem ejus testantur, hacque è miraculis, quæ fecit, etiam patuit.

50 Hæc tantorum virorum, tot insignium collegiorum & personarum præclara testimonia *t* abundè, ni fallor, sufficiunt ad ostendendam beatissimi patris Brunonis excellentem doctrinam, morum honestatem, & vitæ sanctimoniam, etiamsi nulla ejus miracula extarent. Atqui verò multis etiam miraculis claruisse legitur, sed ea tamen, quod sine dolore commemorare non possum, non eâ diligentiâ, quâ par erat, annotata sunt, aut si annotata sunt, alterius Instituti monachis, ejus monasterium occupantibus, primò quidem negligentiùs custodita, deinde verò etiam perdita sunt. Sepultus est Vir præstantissimus in monasterio suo S. Stephani post summum altare *u*. Ad ejus sepulchrum fons vivus prorumpit, qui Christi virtute & ejus meritis multivaria adfert permultis remedia sanitatis. Illuminantur illic cæci, surdi audiunt, manci & mutili redintegrantur, leprosi mundantur, dæmoniaci ocyùs repurgantur. Sed his omnibus miraculis illud admirabilius est, quòd, sicut toties repetunt jam allata testimonia, gloriam & honorem omnem respuere, & in tanta vitæ austeritate, integritate & perfectione perseverare potuit.

t

u

C

Cur fons, qui ad Sancti tumulum prodigio ebullierit,

51 Non debet autem cuiquam scrupulum movere, si fons ille jam non cernatur ad beati Viri sepulcrum. Fontes enim, miraculosè ebullientes, non semper perpetui sunt, & interdum propter hominum demerita ejusmodi Dei beneficia subtrahuntur. Fiunt enim miracula divinitus, ut commendentur & declarentur merita Sanctorum; quæ ubi satis innotuisse videntur, cessant nonnumquam miracula. Nec valde mirandum est, si fons ille ablatus est, exulante ab ejus monasterio sanctissima illa vivendi ratione, quam illic Vir sanctissimus instituerat *x*. Cùm enim obdormisset in Domino, in Carthusianæ vitæ Instituto perseveravit illud monasterium sub quinque Prioribus, qui ei successerunt, usque ad tempora venerabilis Guigonis Prioris Carthusiæ. Inde in Gallia crescente Ordine Carthusiensi, solum illud Calabriæ monasterium à beati patris Brunonis fervore & sanctitate tepescendo degeneravit. Et petebant quidem ejus habitatores à Cartusia visitatores & reformatores, sed nimia locorum intercapedo non facilè id obtinebat.

x

52 Itaque ad Cistertiense institutum illi se transtulêre, quod, tum recèns ortum, incomparabilis viri beati Bernardi abbatis Claravallensis insigni sanctitate, multoque labore mirificè propagatum, in magno fervore durabat *y*. Ad illud autem tempus in Carthusianæ religionis professione permanserat illud monasterium annos sexaginta *z*. Sed, Cistertienses quoque religione successu temporis ibi tepescente, tandem monasterium sancti Brunonis factum est commendatitium *aa* usque ad hæc sanctissimi Pontificis Leonis decimi tempora. Is Pontifex, cùm multorum relatione de eximia beati Brunonis sanctitate crebrò audiisset, omissa miraculorum inquisitione, indignum arbitratus est, eum, quem præpotens Deus in hac vita tot auxisset donis & charismatibus, & nunc cælesti afficeret beatitudine, in terris non eximia laude & prædicatione efferri, nec debita piæ devotionis officia persolvi apud thronum divinæ gloriæ quiescenti, cui dedisset Dominus cor ad præceptum & legem vitæ & disciplinæ.

y

esse desierit Brunonem, non discussis ejus miraculis, Cælitum honoribus

z

aa

à Cartusianis assici Leo X Papa anno 1514 permittit,

53 Itaque non modò authoritate Apostolica clementer annuit, sed etiam voluit, ut in singulis monasteriis totius Ordinis Carthusiensis, & earum ecclesiis sive sacellis festum sanctissimi Brunonis confessoris annis singulis die sexto Octobris, quo decessit è vita, solenniter colatur, & congrua debitaque devotione celebretur; ipsius etiam corpus atque memoria dignam in Domino laudem habeat ac venerationem; conveniens etiam Officium in honore ipsius agatur & decantetur, necnon quotidie in divino Officio de eo commemoratio fiat *bb*. Domum præterea sancti Stephani, quam beatus Bruno in Calabria condiderat, & in qua sacrum ejus corpus quiescit, idem Pontifex à Cistertiensibus ad Carthusianos revocavit anno salutis millesimo quingentesimo decimo quarto *cc*, ut deinceps illic Carthusiano more & instituto vivatur. Cùm autem hæc res ageretur, Prior Carthusiæ Neapolitanæ, cui ejus urgendæ & promovendæ negotium datum erat, exhibuit reverendo patri domino Francisco, magnæ Carthusiæ Priori, partem mandibulæ cum duobus dentibus sancti Brunonis *dd*, aitque, abbates sancti Stephani, ubi, ut dictum est, sacrum corpus beati Brunonis quiescit, tantâ curâ illius sacras reliquias semper asservâsse, veriti *, ne Carthusiani eas repeterent, ut, ossibus in diversa occulta loca repositis, iisdemque locis crebrò mutatis, nemo præter abbatem & alium virum fide dignum, quicquam de illis comperti habuerit *ee*.

bb

cc

dd

*veritos

F

ee

eodemque anno sacra ejus ossa,

54 Porrò anno Christi millesimo quingentesimo decimo quarto sacra illa ossa translata sunt & ei translationi interfuit dominus Matthæus Prior Bononiensis Carthusiæ. Is sacrum illius caput, ne eum ossibus altari imponeretur, manibus tenebat, turbisque amantissimi Patroni sanctis reliquiis se privatum iri reformidantibus ita satisfecit: Oportet, inquit, sacrum caput, ab ossibus segregatum, auro, argento & lapidibus pretiosis ornari. His verbis vulgo suspicionem omnem adimens, summi Pontificis speciali permissu partem quandam de capite detraxit, aliisque inde communicavit, præsertim venerabili patri Gregorio Priori Friburgensi, qui per domos provinciæ Rhenanæ, cujus erat visitator, particulas distribuit anno MDXV. Et quia sanctus Bruno patriam habuit Coloniam Agrippinam, idem dominus Matthæus ejus capitis parvam portionem donavit domino Petro Leidensi, Carthusiæ Colonienses Priori *ff*, cui munus illud fuit longè gratissimum, quique domum reversus anno MDXVI donum pretiosissimum in ecclesia Carthusiæ Colonienses die III Augusti reverenter deposuit.

ff

55

A

Joanne S. Rufi abbate solemnitatem peragente, transferuntur.

55 Ipſum verò beatiſſimi Brunonis ſacrum corpus tranſtulit Joannes abbas ſancti Rufi, anno, ut dictum, MDXIV, impoſuitque eccleſiæ ſancti Stephani ſummæ aræ, ex candido marmore extructæ. Ab hoc monaſterio ad paſſus mille quingentos abeſt ſpecus valde religioſa, inter montes anguſto loco ſita, nemoribus cincta, quæ illius vallis extrema claudunt, prorſuſque devia & hominibus inacceſſa ſunt. Supra hanc ſpecum conditum eſt haud grande ſacellum cum altari, ubi titulus habetur ſancti Brunonis Colonienſis magiſtri, eremi ſanctæ Mariæ de Turri Ordinis Carthuſienſis inſtitutoris primi, cujus etjam imago illic picta cernitur. In hac ſpecu ille Vir Dei ab eo tempore, quo primùm illuc venit, uſque ad obitum incredibili ſpiritûs fer-

gg vore permanſit *gg*. Porrò in argumentum & commendationem ſanctitatis ejus, uſque in hodiernum diem locus ille, in quo poſt exceſſus contemplationum defeſſa membra nudæ humo allidebat, nunquam herbam gignit ad menſuram corporis ejus, cùm tamen circunquáque herbeſcat. Hoc tam illuſtre miraculum omnes loci ejus accolæ

hh conſtantiſſimè aſſeverant *hh*. Eſt præterea illic ad

B lapidis jactum eccleſia beatiſſimæ Mariæ, à comite Rogerio conſtructa pro ſervo Dei magiſtro Brunone, & magiſtro Lanvino Nortmanno

ii ejus ſocio *ii*.

Primaria notæ perſonarum, populique Calabriæ erga Sanctum veneratio.

56 Ad hæc loca populorum catervæ, ſenes & pueri, viri ac fœminæ, nobiles & plebeii, principes & magnates, ob ſanctiſſimi Brunonis venerationem & piam erga illum animi devotionem, atque etiam ob impetranda ejus beneficia, perinde ac ſi degat in humanis, eum animis contemplantes, certatim confluunt, reverenter accedunt, venerantur & orant. Præcipuè verò ſpecum illam, in qua ferè ſolus ſemper Deo ſerviebat, tantâ reverentiâ, fide & affectu frequentant, ut complures non niſi nudis pedibus à jam dicto monaſterio eò accedere conſpiciantur. Alii genibus reptando, ſacram illam ſpecum, terram & ſaxa ex animi pietate lingunt, & lachrymabundi circumeunt, atque de ipſa ſpecu quippiam abradunt, pro magnis reliquiis habituri, ſicque alacres ad ſua abſcedunt. Nec quiſquam ſanè verbis explicare queat, quanta animi devotione & ſtudio Virum ſanctiſſimum proſequantur Calabriæ epiſcopi, abbates, prælati,

C religioſi, itemque principes, comites, barones,

kk & plebs univerſa *kk*. Denique non longè à ſupradicto monaſterio nemus ampliſſimum eſt, quòd Folo vocant, à Viro Dei non niſi inſtaurando monaſterio deputatum. Quòd ſi quis temerarius contra hanc ejus voluntatem venire auſus ſit, quemadmodùm fama apud omnes Calabros longo uſu firmata teſtatur, divinam ultionem non evadit, faciente & hoc & permulta alia, ad declarandam fideliſſimi Servi ſui ſanctitatem præpotente Deo, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

ANNOTATA.

a *Pro principis hujus notitia adi Comment. præv. num. 556 & ſeq.*

b *De fictitia hac, ut apparet, Sancti ejuſque ſociorum per comitem Rogerium, venationi vacantem, inventione videſis Commentarium prævium num. 541 & binis ſeqq.*

c *Quid de duabus hiſce eccleſiis, quas* S. Brunoni *ejuſque ſociis, ſtatim atque hoſce in ſpecu orantes invenerat, comes Rogerius donârit, ſentiendum ſit, Commentarii prævii num. 570 aperui.*

A. SURIO.

d *Vide, quæ in Vitæ præcedentis caput 3 notavi ad litt.* cc.

e *Obſidio hæc, cujus occaſionem Commentarii prævii num. 635 expoſui, anno 1098 evenit, quemadmodùm Commentarii prævii § 40 docui.*

f *An Sergius hos inter fuerit, eſt dubium. Conſule, quæ in Vitæ præcedentis caput 3 annotata ſunt ad litt.* ff.

g *De Viſione hac, comiti Rogerio in ſomnis oblata, videſis Commentarii prævii num. 644.*

h *Ne ex his comitis Rogerii verbis putes,* S. Brunonem *ante ſuum in Cartuſiam ſeceſſum aliquamdiu fuiſſe in principis iſtius aula verſatum. Adi Commentarii prævii num. 571 & ſeq.*

i *Integras haſce Commentarii prævii num. 637 & ſex ſeqq. recitatas invenies.*

k *Nec Sanctus, poſtquam in Turritanam eremum ſeceſſit, continuò in ſpecu, uti hîc Surius velle videtur, commoratus eſt, nec binas eccleſias, hîc memoratas, poſt datum, cujus pars proximè hîc recitatur, diploma primùm condidit. Adi Commentarii prævii num. 624 & binis ſeqq. itemque num. 748.*

E

l *Monaſterio huic Sanctus Lanvinum præfecit Priorem. Conſule Comment. prævii num. 626, 645 & 716.*

m *Veriſſimum ſanè hoc apparet ex litteris, in Commentario prævio § 41 recitatis, quas ad Cartuſiæ fratres per Landuinum, ad hoſce è Calabria revertentem, Sanctus miſit.*

n *Landuinus, qui, ex Calabria, quò* Brunonis *viſendi causâ iverat, Cartuſiam repetens, in manus Guiberti antipapæ incidit atque in carcerem fuit conjectus, inediâ in hoc, quemadmodum ex iis, quæ Commentarii prævii § 41 diſſerui, fas eſt colligere, interiit; ut proinde à veritate aberret Surius, qui illum non priùs, quàm cùm è carcere, in quem conjectus fuerat, dimiſſus paulò pòſt eſſet, obiiſſe, hîc ſcribit.*

o *Pro phraſis hujus ſignificatione adi Commentarium prævium num. 726.*

p *Integram fidei profeſſionem, à Sancto, morti vicinum ſe ſentiente, emiſſam, Commentarii prævii num. 727 ſtudioſo lectori exhibui; verbis interim, quæ hîc ſubduntur, ibidem haud terminatur.*

q *E verſibus hiſce aliquot diſſonant à verſibus,* F *quibus Sancti Epitaphium primitus fuit conceptum. Conſule Commentarium prævium num. 734.*

r *Conſule Comment. præv. num. 24 & ſeq.*

ſ *Ita hîc Surius: & rectè ſanè, ut impiam de Sancto calumniam confutet, mox ſubjungit nonnullos, quibus Sancto à variis eccleſiis parentatum fuit, titulos funebres; aſt cùm non hos tantùm, verùm etiam omnes alios, quibus* Brunonem, *vitâ functum, Italiæ, Galliæ & Angliæ eccleſiæ plurimæ ac perſonæ celebrârunt, daturus infrà ſim, ab iis, quos Surius recenſet, huc tranſcribendis abſtineo.*

t *Titulis funebribus nimirum, quos ex dictis ad lit. præced. recitavit, expreſſa.*

u *De Turritanæ eremi eccleſia, in qua ſepulturam nactus ſit* S. Bruno, *videſis Commentarii prævii num. 731 & binis ſeqq. diſputata.*

x *De fonte, qui ad Sancti tumulum, uti hîc traditur, prodigio excitatus fuerit, rationeque, ob quam fons ille deſiiſſe ſeu exaruiſſe ſimul aſſeritur, conſule, quæ Commentarii prævii num. 735 & aliquot ſeqq. dicta ſunt.*

y *De*

A. Surio.

y *De S. Bernardo, primo Claravallenſi abbate, apud nos tom. 4 Auguſti ad 20 hujus menſis diem, quo colitur Romanoque Mrl. exſtat inſertus, actum jam eſt; is autem Ciſtercienſi Ordini, qui, anno 1098 primùm inceptus, anno 1100 à Paſchali II Papa approbatus fuerat, anno 1113 nomen dedit, vitamque in eo ſanctiſſimè actam anno 1152 feliciſſimè terminavit, uti probant, quæ in præfato tomo de ſancto illo abbate dicta ſunt.*

z *Turritanum S. Stephani monaſterium diutius, quàm hîc ſtatuatur, Cartuſienſi inſtituto manſit addictum. Adi Commentarii prævii num. 740 & ſeq.*

aa *Pro tempore, quo id factum ſit, adi Comment. prævii num. 752.*

bb *Videſis, quæ in Vitæ præcedentis caput 3 annotata ſunt ad litt. zz.*

cc *Bulla, quâ Leo X Papa Turritanum S. Stephani monaſterium Cartuſianis reſtituit, anno 1513 data notatur; hi autem poſſeſſionem illius adierunt anno 1514. Adi Commentarium prævium § 46, quo Bullam illam integram dedi.*

dd *Quid ex iis, quæ hîc Surius poſt Blömenvennam tradit, ſit conſequens, videſis Commentarii prævii num. 779 & ſeqq.*

B

ee *Eo modo, quo hîc aſſeritur, occultatas fuiſſe ab abbatibus S. Stephani* S. Brunonis *reliquias, certum non eſt. Conſule Comment. prævii num. 733.*

ff *Anno ſcilicet, quo ipſemet hic Prior generali Ordinis Cartuſienſis capitulo interfuit, 1516. Adi Comment. prævii num. 777 & ſeq.*

gg *Quid de continua, quæ hîc aſſeritur, Sancti in ſpecu commoratione ſentiam, Commentarii prævii num. 748 edixi.*

hh *Miraculum hoc in medio reliqui Comment. prævii num. 748.*

ii *Eccleſiæ hujus, ut ex Comment. prævii num. 733 intelliges, curam gerunt Cartuſiani, qui Turritanum S. Stephani monaſterium incolunt, hocque, quod modò,* Brunonis *nomine ad Stephani nomen adjecto,* SS. Stephani & Brunonis domus *vocatur, non id ipſum eſt, quod* S. Bruno *exſtruxit, ſed aliud, quod ab hoc jam collapſo ſagittæ circitèr jactu eſt diſſitum, uti intelligo ex notitiis, quas ex Annalium Cartuſienſium libri 4 hactenus non vulgati Vallis-Dei exemplari deſcripſit, mecumque communicavit Cartuſianus Pariſienſis, ſæpiſſime in Comment. prævio laudatus.*

C kk *Summa hodieque apud Calabros in veneratione eſſe* S. Brunonem, *docet in contexta à ſe ejus Vita cap. 34 Zanottius.*

EPISTOLA ENCYCLICA,

Quâ S. Brunonis obitum quaquáverſum nuntiârunt ejus in Turritana eremo diſcipuli, ſolitaque pro illius anima ſuffragia poſtulârunt.

PRimo loco, quem primatem & caput in Eccleſia credimus & confitemur, Apoſtolicæ ſedis Præſulem totamque illam principalem curiam humiles heremitæ Calabriæ monaſterii ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, cujus fundator pater Bruno fuit & prælatus, dum in carne viveret, debita ſubjectione veneramur & ſalutamus, ſanctique Patris noſtri obitum pridie Nonas Octobris denunciamus, ut meritis eorum & precibus adjuvetur apud Deum. Salutamus quoque univerſam ſanctam Eccleſiam in ordinibus & profeſſionibus ſuis, canonicos, monachos, heremitas, Deo dicatas ſanctas virgines, quibus & omnibus ſpirituali præſentia proſternimur, ut defuncti Patris noſtri memores eſſe velint; ut dilectæ illi animæ ſi adhæſit macula (cùm non ſit juſtus, qui non peccet) multiplicatis interceſſoribus & precum inſtantiâ detergatur, & tranſeat ad requiem. Precamur quoque, ut quorumcúmque locorum congregationes, aut perſonæ religioſæ ejus agant memoriam, ſe nominatim non pigeat in hac carta ſubſcribere; ſeparatim verò, ſi qui volunt ejus memoriam ſcriptam & anniverſariam obſervare, ſcribantur, ut congruam vicem ſingulis rependamus, prout pauci ſufficimus. Ut autem ſciatis, quantâ fiduciâ, quàm certa ſpe liberationis ejus preces fundatis, tranſitum illius* utilitatem brevi titulo innoteſcimus, ut in ſancti Viri conſummatione veritatem & perfectionem tranſactæ vitæ colligatis. Sciens, quia venit hora ejus, ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem, convocatis fratribus ſuis ab ipſa infantia ſingulas ætates ſuas replicavit, & totius temporis ſui ſcientiâ & ſententiâ dignum proclamavit. Poſtea fidem ſuam de Trinitate protracto & profundo ſermone expoſuit & concluſit ſic: Credo etiam Sacramenta, quæ ſancta credit & veneratur Eccleſia, & nominatim panem & vinum, quæ conſecrantur in altari, poſt Conſecrationem verum corpus eſſe Domini noſtri Jeſu Chriſti, veram carnem & verum ſanguinem, quæ & nos accipimus in remiſſionem peccatorum noſtrorum & in ſpe ſalutis æternæ. Proxima die Dominica ſancta illa anima carne ſoluta eſt pridie Nonas Octobris anno Domini milleſimo centeſimo primo. Orate pro eo & pro nobis peccatoribus. Fratrem noſtrum, harum litterarum latorem, obedientiæ gratiâ peregrinantem, veſtræ charitati commendamus. Valete.

D

**ſupple ad*

E

F

ANNOTATA.

a *Epiſtolæ huic quaquaverſum ex more tunc uſtato (Adi Commentarii prævii num. 24 & ſeq.) pro annuntiando* Brunonis *obitu miſſæ, tituliſque Funebribus ſeu datis ad hanc reſponſoriis, quæ ad Vitæ* S. Brunonis, *per Puteanum ſcriptæ annoque circitèr 1515 typis Baſileenſibus excuſæ, calcem adjiciuntur, præfixæ, ſeptem præmittuntur verſiculi, qui ibidem pro altero Sancti Epitaphio obtruduntur; alii autem Titulum funebrem, quo ab ipſis religioſis Turritanæ eremi incolis Sancto parentatum fuerit, eſſe illos contendunt. Verùm mihi nec unum, nec alterum placet; non primum, quòd Epitaphii ſpeciem præferre haud videantur; non ſecundum, quòd verſiculis illis ad jam datam Epiſtolam, quod tamen, ut Titulum funebrem conſtituerent, ex dictis in Commentario prævio num. 24 eſſet neceſſum, reſponſum haud fuerit. Utut ſit, ethopœiam, quâ* S. Brunonis *mores lectori ob oculos ponuntur, haud ineptè dixeris, nec mihi vero prorſus apparet abſimile, à Sancti diſcipulis, quo, qualis his fuiſſet, utcúmque docerent, Epiſtolæ encyclicæ jam datæ fuiſſe adjunctos. Ut illos adeò, antequam ad Titulos funebres pregrediar, huc etiam modò tranſcribam, locus exigit. Sic habent:*

Lau-

A Laudandus Bruno fuit in multis & in uno.
Vir fuit æqualis vitæ, vir in hoc specialis.
Semper erat festo vultu, sermone modesto.
Cum terrore patris monstravit viscera matris.
Nullus eum magnum, sed mitem sensit ut agnum.
Prorsus in hac vita verus fuit Israëlita.
Hunc Deus à pœnis rape, sedibus infer amœnis.

b *Porrò Annotationibus nonnulla, quæ in funebribus Sancti Titulis, jam mox hîc subdendis, occurrunt, illustraturum me, in Comment. prævio num.* 24 *significavi; ne autem supposititios hosce esse, quis putet, locorum etiam sacrorum, quorum nomine signantur, ætatem, cùm potero idque conducere existimâro, indicabo, aut certè, an & quid de iis comperire potissimùm potuerim, post singulas, quibus dictos Titulos discreturus sum, sectiones notabo, licèt interim vitia, quibus hi contra Prosodiæ rectæque constructionis leges laborant, plerúmque inobservata, quòd nimis frequentia sint, præterire sit fixum.*

B

TITULI FUNEBRES,

Seu diversæ ad Epistolam præcedentem responsoriæ *a*.

SECTIO I.

b Titulus fratrum montis Amati b.

NOtum autem facimus sanctitati vestræ, nos fratres de vivo, humiles habitatores montis Amati unà cum domino nostro Priore Hieronymo in communi statuisse, pro reverendissimo charissimoque Brunone, vestræ Congregationis patre, septem diebus pro ejus venerabili transitu Vigilias *c*, & Missas celebrare, in matricula *d* conscribere, anniversarium diem agere. Oramus & obnixè petimus, ut nostrî in omnibus bonis vestris memores sitis. Valete.

e Fratrum Fisciclensis cœnobii e.

C 2 Nos Fisciclenses fratres pro reverendissimo ac religiosissimo domino Brunone, eminentissimo eremita, supplicationum preces intentissimè, libenti valde animo, Creatori Deo cum oblationis sacræ libamine persolvemus, & ejus venerabile nomen inter amantissima fratrum nostrorum nomina conscribemus, ejusque anniversarium diem, prout charitas vestra petit, devotiùs celebrabimus *f*.

Rangerii Brunonis discipuli.

3 Ego Rangerius, viri venerabilis Brunonis quondam discipulus *g*, precum supplicationes offerre desidero Deo omnipotenti, ut, qui illum tantâ honestavit gratiâ, tanta pietate decoravit, secundum suæ fidei meritum conferat & coronam. Specialiter autem & pro debito speciali & amoris privilegio anniversariam ejus memoriam exhibebo pro opportunitate rerum & temporis.

S. Frigiani Lucensis ecclesiæ.

4 Nos, humiles sancti Frigiani *h* Lucensis ecclesiæ fratres, pro tanto Viro & tam glorioso voluntariè Officium commemorationis impendimus *i*, credentes nos apud Deum ejus sanctis commendari meritis.

Ecclesiæ Placentinæ.

5 Nos, sanctissimæ Mariæ, sanctæque Justinæ Placentinæ matricis ecclesiæ *k* parvi meriti fratres pro tam venerabilis Viri glorioſissima anima debitas ardenti animo exequias agere voluntariè promittimus, ejusque sanctam memoriam in nostra matricula *l* amantissimè inseremus.

Monasterii sancti Sepulchri m.

6 Monasterii sancti Sepulchri congregatio voluntariè adimplebit, quod petitis *n*.

Ecclesiæ S. Martini de Petra.

7 Ecclesiæ nos canonici sancti Martini, quæ dicitur Petra *o*, gratanter hanc chartam accipientes, humilique mente recordationem in nostra E matricula conscribentes, religiosi hujus viri, Brunonis scilicet, memoriam in die ejus anniversarii facientes.

Clusini cœnobii p.

8 Clusinum collegium, satis humile, & exiguum pro Brunone, religionis socio, insignisque fidei magistro eximio, ac suis orationibus in vita sanctissimi viri patris nostri Benedicti dedito, mœrens se fore destitutum tanti viri solatio, dictim *q* exorabit Dominum, imponendo fratribus Missas & Psalterium, suum complendo videlicet tricennarium *r*. Quem etiam inter nomina fratrum diligenter habebit impositum, ejusque festum devotè celebrabit annuum, ut sibi det requiem, Michaële precante, perennem. Orationum vestrarum clypeo muniri optamus, quibus ascisci inter Sanctorum consortia nos & defunctos nostros minimè dubitamus.

Segusiensis ecclesiæ s.

9 Auctoritas sanxit divina, necnon Apostolica habet sententia, invicem fratres portare onera; hujus ergò auctoritatis dogmate fulcita Segusiensis ecclesia nostra humilis & exigua, fundendo preces, Dei exorat clementiam, ut tanti religiosi viri anima, videlicet Brunonis functi, delictorum veniam consequatur, perhenni Dei gratia *t*.

Præposituræ Ulciensis.

10 Nos humiles fratres sancti Laurentii Ulciensis ecclesiæ, quæ alio nomine Plebs martyrum vocatur *u*, pro tanto Viro, tamque religioso, pro quo etiam totus orbis terrarum preces intercessanter fundere debet, Officium cum tricenario *x*, & deinceps anniversarium ejus, divina subministrante gratia, persolvemus.

Ecclesiæ Gratianopolitanæ.

11 Gratianopolitana ecclesia, quam dominus Bruno monachus atque eremita sibi eremum facere, habitationemque priùs destinavit *y*, quantò tunc gavisa est in ejus præsentia, eam nimirum existimans perpetuam habere, tantò nunc

A magìs dolet præ cæteris ſuper tanti, tamque incomparabilis Viri abſentia. Quocirca Officium ejus commemorationis aſſiduum uſque triceſimum z libenter perſolvit. Panem quoque & vinum cum ceteris ferculis, quæ fratres ejuſdem Congregationis interim ſumpsêre, eadem pro ejuſdem Viri anima pauperibus largita ſunt. Diem verò migrationis ſuæ, quo animam ſuam, memoratu dignam, Deo reddidit, in catalogo ſuorum illuſtrium virorum ponens, anniverſariam & celebrem ſe habere indeſinenter repromiſit. Nos itaque humili prece vos precamur, ut noſtrî ſitis memores, quatenus orationum precumque veſtrarum poſſimus fieri participes.

Eremi Cartuſiæ prope Gratianopolim.

12 Nos quoque Cartuſiæ fratres, piiſſimi patris noſtri Brunonis, viri valde clariſſimi, ſolatio miſerabiliter præ omnibus deſtituti, quid pro ejus dilecta anima, & ſancta faciamus, definire nequimus. Vincunt enim merita beneficiorum ejus erga nos, quicquid poſſumus, & valemus. Itaque ſicut pro unico patre, ac domino noſtro nunc, & ſine fine orabimus, & qualiſcúnque Miſſarum, cæterique ſpiritalis exercitii conſuetudo circa defunctos apud nos tenetur, pro illius anima omni tempore tanquam filii perſolvemus *aa*.

Fratrum Caſæ-Dei ſubtus Cœrnillionem prope Gratianopolim.

13 Nos fratres, & ſervi ſervorum Caſæ-Dei habitantes in cellula beatæ Mariæ, quæ alio nomine dicitur Cornelio *bb*, & eſt vicina eremo Cartuſiæ, pro ſanctitate tanti Viri, cujus doctrinâ, & exemplo ſtirps tanta in Chriſto fructificavit, ſeptem diebus celebrabimus Officium & Miſſas, & dabimus panem & vinum cum ceteris ferculis pauperibus, ſicut uni ex fratribus noſtris, & memoriam anniverſariam ejus in catalogo noſtro ſcribemus.

C *Fratrum S. Ruffi in coſta S. Andreæ.*

14 Nos fratres ex canonicis ſancti Ruffi, commorantes in quadam cellula ſancti Andreæ, quæ vulgò Coſta vocatur *cc*, pro piiſſimi anima Brunonis, per ſeptem dies continuatos Matutinas, & Miſſas celebrabimus *dd*, & ſicuti uni ex nobis pro ejus animæ ſolatio præbendam *ee* dabimus, & in catalogo fratrum noſtrorum nomen ejus ſcriptum habebimus.

ff Athanacenſis cœnobii Lugduni ff.

15 Athanacenſis verò cœtus, divino oraculo præmonitus, pro anima religioſi deoque dilecti Brunonis generale Officium *gg*, ſimulque preces, & orationes perſolvit, & conſcriptis cum eo fratribus obſequia commendationis exhibuit.

Majoris eccleſiæ Lugdunenſis.

16 Sic mors prudenti parcit, velut inſipienti.

Prudens Bruno fuit, ſed citò morte ruit. D
Nempe jacet Bruno tumulo depreſſus in uno,
Qui quantùm potuit, juſtitiæ ſtuduit.
Floruit & vitâ factus ſimplex eremita.
Si fuit iſte reus, tu ſibi parce Deus,
Cui dantur fruſtra pro Pſalmis carmina pulchra.
Plus prodeſſet ei ter Miſerere mei.

S. Mariæ Bleſenſis hh. hh

17 Non eſt deflendum, nec patris morte dolendum.
Non obiit Bruno, qui partem fixit in uno *ii*. ii
Hunc Deus excepit, comitem pia turba recepit.

S. Petri Climiacenſis cœnobii kk. kk

18 Jure dolor poni debet pro morte Patroni *ll*. ll
Gaudeat & mater, gaudet ut ipſe pater.
Fecimus obſequium, quod chartula juſſit agendum. E
Et nobis iidem vos faciatis idem.

S. Romani de eccleſia Lugdunenſi archidiaconi mm. mm

19 Domne tibi Bruno, qui ſemper rege ſub uno
Sacram ſervâſti legem, nec eam violâſti,
Finis adeſt vitæ, triſtantur ob hoc eremitæ.
Sunt tibi poſt fatum ſummæ data gaudia vitæ.
Non ergò pro te gemitus edant eremitæ.
Nam mundo vivens loca deſerta ſubiiſti.
Nunc cœlos nactus lætaris in agmine Chriſti.

S. Vincentii Cabillonenſis eccleſiæ nn. nn

20 Cùm bene præteritam teſtetur littera vitam,
Et cùm poſſe mori nulli dematur honori,
Fletus deponi debent pro morte Patroni. F
Nanque Deus ſedem ſuperam ſibi tradidit ædem.
Nunc igitur, fratres, Pſalmos Miſſaſque canentes
Reddamus Chriſto laudes & carmina noſtro,
Ut proſit cunctis, quod nos adolebimus iſti.

S. Mariæ Belvenſis eccleſiæ oo. oo

21 Ivit ab hac vita Bruno ſimplex eremita;
Tollitur arce poli, terris ſuper aſtra relictis,
Et ſic cum Chriſto mundo requieſcit ab iſto,
Orans pro cunctis viventibus, & modò functis *pp*. pp

S. Anthonii Conteienſis qq. qq

22 Quicquid habet mundus, quicquid vitale vocatur,
Si bene diſcrevi, ſub mobilitate moratur.
Unde ſub incerta mutabilitate tenemur.
Res quoque non ſtabiles & nos & noſtra videmur.
Volvitur in fatis, volvuntur fata diurna.

Ipſa

A Ipsa quidem titubant, quasi commoveantur in urna.
Dulcedo mundi res labilis & metuenda,
Et sibi suppositi velut ignis flamma cavenda.
Accipiunt omnes tali dulcedine letum.
Dulcedo pereat, quæ confert fel & acetum.
Decipit hæc cunctos sibi grata compede junctos,
Deceptis tandem mercedem donat eamdem,
Merces illa quidem datur omnibus exitus idem.
O miser omnis homo, quamvis, quòd decipieris,
Cernas, ipse tamen modicùm curare videris,
Et probo deceptum te lumen cordis habere.
Obscuratur enim, possis ne damna videre.
Nec retinenda tenes, nec vis removenda movêre.
Heu miseræ mentes, metuenda parùm metuentes,
Quæ breviter curant, quæ longo tempore durant,
His nimis intentæ, quæ sunt mutata repente!
B Mors, timidum nomen, miserabile præbuit omen
Venturæ genti primo malè nota parenti.
Mors subit, & moritur vivens, nec finis habetur
Certus in hac vita: Bruno probat hoc eremita.
Bruno ruit, cui sylva domus, cibus herba fuêre;
Qui, quia mundus erat, mundum contempsit habere.
Sancta parens Christi, quæ sola Deo placuisti,
Concedas, ut ei data sit sedes requiei.

Ejusdem.

23 Bruno Dei cultor, vitiorum nobilis ultor,
Ante Dei faciem possideas requiem.
Lector securus quia nunc sospes subiturus,
Huic completa tamen debita dicat amen.

S. Petri Carnotensis rr.

rr C

24 Concio Sylvestris, lachrymarum paree fluentis,
Pastoris vita, fidei cultu redimita,
Votum lætandi nobis dat, non lachrymandi.
Si mundo moritur, paradisi sede potitur.
Perdomuit carnem; dum cæli tendit ad arcem,
Se sociat Christo, mundo dum migrat ab isto.
Si qua tamen carnis violavit viscera Patris
Culpa, licèt parva, tergat miseratio larga
Ejus, quem toto properavit cernere voto.
O miles Christi, qui pugnæ victor abisti,
Quàm bene certâsti, quia certando superâsti!
Spernens terrena, stipendia carpis amœna,
Vivis & exultas, & ad aulæ limina pulsas.
Christe, tuo fesso, quia te petit, obvius esto
Dans illi requiem, dans sine fine diem.

S. Dionysii prope Parisios.

25 Si prosa, vel versus possent conferre salutem,
Nec prosa, nec versus tollent tibi, Bruno, salutem;
Nam prosa vel versus de te volat ore dicaci, D
Quæ tibi sic prosunt: serpentis ab ore minaci
Si tormentari prohiberent, atque vorari,
Sic prosa, vel versus possunt conferre salutem.
Cum strepitu vocis sonet ergò melodia cordis,
Ut prosa, vel versus, quod continet, id meditemur,
Quodque sonat, fieri Dominum de corde precemur.
Bruno digne pater, ut eo salveris ab igne,
Qui non justorum, sed semper erit reproborum.
Et si quid minus est, quod non perfectio donet,
Id tibi donari defectibus & superaddi
Nostra tuis possit devotio, si Deus audit.
Sed Deus audiet, & faciet, quia justa rogamus.
Audiat ergò Deus, & det, quæ justa rogamus,
Ut tibi fine carens cælestis lux tribuatur
Et tecum nostris, & cunctis hîc titulatis. E

S. Germani Parisiensis Ep. ff. ff

26 Mentibus in nostris deberet semper haberi
Lux, in qua reprobi mala tollent, seu bona justi.
Hanc timuit Bruno, sophiæ qui verus amator,
Exuit hîc veterem mortali carne parentem.
Ipsum de terra Christus devexit ad astra.
Serve Dei Bruno, te suscipiat tuus auctor.
Perpetua possis uti requie paradisi.
Hanc habeant omnes nostri cunctique fideles.

S. Maglorii Parisiensis tt. tt

27 Occiduis morbis resolutis, cur dolet orbis?
Consumptâ pœnâ, si pace fruuntur amœna,
Non opus est flendi, quia gaudent luce perenni.
Est homo laudandus: tamen est hac voce juvandus,
Parce Redemptor ei terrenæ materiei. F

S. Petri Fossatensis uu. uu

28 Anima ejus in Christi nomine requiescat in pace. Amen.
Nil prosunt animæ, versus si fecero mille,
Vos orate tamen, pace quiescat, amen.

S. Crucis sanctique Faronis Meldensis xx. xx

29 Cognitus iste satis doctrinâ erat atque beatis
Moribus & vitâ Bruno sapiens eremita,
Principiis primis, summis, fulgebat & imis.
Pòst monachus factus, jam cælica gaudia nactus.
Ecce jacet Bruno tumulo conclusus in uno.
Nam sic tolluntur sapientes, dum moriuntur,
In domini castra, pollentia desuper astra.
Nullus miretur, si Bruno sanctus habetur:
Hoc meruit vitâ dici simplex eremita.
At si peccavit, quod necdum fortè piavit,
Hoc sibi condonet Dominus, cœloque coronet.

A

yy

S. Petri Caſiacenſis cœnobii yy.

30 Qui pro ſalute hominum dignatus eſt fieri Homo, dignetur concedere veniam veſtro Patrono.

ANNOTATA.

a *De modo, quo, rationeque, ob quam Titulos funebres ſeu datas ad epiſtolam encyclicam, quâ* S. Brunonis *obitum quaquáverſum nuntiârunt ejus diſcipuli, reſponſorias etiam hîc edere viſum ſit, conſule Commentarium prævium num.* 24 *& ſeq., ubi etiam invenies, unde, quid de hiſce generatim ſentiendum ſit, ſtatuas.*

b *Lubinus in Brevi abbatiarum Italiæ Notitia pag.* 226 *recenſet Ordinis S. Benedicti abbatiam, Titulo S. Salvatoris Montis Amiati inſignitam atque in territorio & diœceſi Cluſina Veteris Etruriæ ſitam, quam anno circiter* 743, *uti in Epiſcopis Cluſinis tom.* 3 *Italiæ ſacræ Ughellus & poſt hunc Mabillonius tom.* 2 *Annalium Benedictinorum lib.* 22, *num.* 24 *docet, Rachis ſeu Ratchiſus, Longobardorum rex, fundavit; fuiſſe autem ex hac abbatia fratres, quorum nomine funebris hic Sancti Titulus ſignatur, mihi vix non indubitatum apparet, licèt interim monaſterium, cujus illi fuerunt, non* Mons Amiatus, *ſed unius literulæ ſuppreſſione* Mons Amatus *hîc appelletur.*

B

c *Id eſt, Officium, pro defunctis cani ſolitum, prout id hodieque vocatur.*

d *Vox hæc catalogum hîc ſignificat, cui defunctos, pro quibus ſpecialiter orare ſtatuerant, monaſteria eccleſiæve ſolebant inſcribere.*

e *Abbatia eſt Lucanæ ſeu Lucenſis in Italia diœceſis, Titulo S. Salvatoris nobilis ſeculoque* x *fundata. Adi in abbatiarum Italiæ Brevi Notitia pag.* 134 *Lubinum, qui tamen abbatiam illam ſeu monaſterium, non* Fiſciclenſe, *ſed vel* Fiſceclenſe, *vel* Ficiſeli, *aut etiam* Ficoclenſe *appellari, ibidem docet.*

f *In epiſtola encyclica, obitûs* S. Brunonis *nuncia, jam ſuprà Titulis funebribus præmiſſa, petunt Calabrini ejus diſcipuli, ut, qui, hâc acceptâ, anniverſarium defuncti Patris ſui diem eſſent acturi, ii, non rotulo, præfatam epiſtolam complectenti, ſed chartæ ſeparatæ ſeſe ſeu ſuas ad eamdem reſponſorias inſcribant: quare, cùm facilè factum eſſe queat, ut è duobus monaſteriis, Fiſciclenſi nimirum & Montis Amati, utpote haud procul admodùm invicem diſtantibus, unum proximè poſt alterum, qui epiſtolam encyclicam, obitûs* S. Brunonis *nunciam, circumtulit, adierit, anniverſariumque* Brunonis *diem ſeſe celebraturæ, eadem duo monaſteria in ſuis ad hanc reſponſoriis ſeu Titulis funebribus promittant, puto hoſce eo ordine, quo hîc ponuntur, eidem chartæ ſeparatæ fuiſſe inſcriptos; quod etiam exiſtimo quantùm ad nonnullos alios, inter titulum proximè ſequentem, & Titulum quintum decimum interjectos, quibus expreſsè anniverſariæ Sancti lucis celebratio promittitur; qui enim dictam epiſtolam encyclicam circumtulit, ex Etruria, duo præfata monaſteria, Fiſciclenſe nimirum & Montis Amati, complectente, Lugdunum petiit; quare cùm loca ſacra, quorum Tituli iſti ſunt, haud multùm à via, quæ ex Etruria Lugdunum ducit, abducant, tunc ea omnia, idque eo ordine, quo iidem hîc ſubduntur, veroſimillimè adiit.*

C

g *Sunt, qui velint, Rangerium, cujus hic Titulus nomine inſignitur, eum ipſum eſſe Rangerium, qui, poſtquam Sanctus noſter Rhegienſem, ad quem anno* 1090 *electus fuerat, archiepiſcopatum recuſâſſet, ad cathedram hanc, uti apud Ughellum tom.* 9 *Italiæ ſacræ in archiepiſcopis Rhegienſibus videre licet, fuit promotus; verùm Ms. de* S. Brunone *Tractatûs, quem Carthuſiani hujates mecum communicavêre, auctor anonymus cenſet, Rangerium, qui Titulum hunc ſcripſit, ſeque in hoc* S. Brunonis *diſcipulum vocat, eſſe potiùs illum Rangerium, qui, quemadmodùm Ughellus tom.* 1 *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Lucenſibus docet, anno* 1098 *Lucenſem cathedram occupabat, annoque* 1112 *exceſſit è vivis. Et verò cùm inter duos Titulos, eidem chartæ ſeparatæ (adi dicta ad lit. præced.) inſcriptos, quorum altero à Fiſciclenſi diœceſis Lucenſis monaſterio, altero à S. Frigiani cœnobio, in ipſa ex dicendis civitate Lucenſi ſito, anniverſaria Sancti commemoratio fuit promiſſa, Titulus Rangerii nomine notatus, quo factum pariter id fuit, medius hîc ponatur, fuerit veroſimiliter & hic eidem chartæ ſeparatæ inſcriptus; quod cùm ita ſit, Rangerius, qui eum ſcripſit, aut in dicta civitate Lucenſi aut ab ea haud procul, cùm id fecit, veroſimiliter exſtiterit, ſatque proinde probabilis laudati auctoris anonymi opinio poteſt videri, licèt interim nullo modo pro certa queat haberi, quòd nec ex ipſo, de quo hîc, Titulo, nec ex inſcriptione, quam hic præfert, Rangerium, quem habet auctorem, epiſcopum exſtitiſſe, conſtet.*

D

E

h *Intra civitatis Lucenſis muros, quemadmodùm Lubinus in Abbatiarum Italiæ brevi notitia pag.* 192 *docet, monaſterium, ſeculo ſexto fundatum, concluditur, quod* S. Frigidiani *ſeu* Frigiani *appellatur: quin adeò hujus ipſius ſit præſens funebris Sancti Titulus, dubitandum non apparet.*

i *Neſcio an, qui hunc Titulum ſcripſerunt, anniverſariam Sancti lucem ſeſe acturos hac loquendi formulâ non promiſerint. Utut ſit, promiſſum equidem id fuiſſe videtur tam hoc, quàm duobus adhuc aliis, rem pariter diſertè non exprimentibus, funebribus Titulis, ſexto nempe & nono, quorum alter monaſterii S. Sepulcri, alter eccleſiæ Seguſienſis eſt; cùm enim omnes tres pluribus Titulis, qui chartæ ſeparatæ (vide dicta ad lit.* f) *fuêre inſcripti, interſerantur, fuiſſe eos eidem chartæ ſeparatæ pariter inſcriptos, veroſimile apparet; hoc ipſo autem, quòd chartæ ſeparatæ fuerint inſcripti, ſeſe illi, qui eos ſcripſerunt, anniverſarium Sancti diem celebraturos, promiſiſſe videntur ex iis, quæ ad lit.* f *dicta ſunt.*

F

k *Id eſt, eccleſiæ cathedralis. Adi Cangium in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis ad Vocabula* Eccleſia matrix.

l *Adi Annotata ad lit.* d.

m *Cùm eccleſiæ cathedralis Placentinæ Titulo proximè ſubdatur hic Titulus, monaſterium S. Sepulchri, cujus nomen præfert, aliud indubiè quemadmodum ex modò dictis ad litt.* f *&* t *facilè colliges, non eſt, quàm, quæ nomine illo inſignitur, Placentina Ordinis S. Benedicti abbatia, anno* 1056 *fundata, ut Lubinus in Abbatiarum Italiæ brevi Notitia pag.* 300 *docet.*

n *Vide dicta ad lit.* i.

o *Monaſterii hujus notitiam nuſpiam invenire quivi; id tamen inter Placentiam & Cluſinum diœceſis Taurinenſis cœnobium, cujus Titulus proximè*

A *ximè hîc ſubjungitur, ſitum fuiſſe exiſtimo ob ea, quæ ſuprà notavi ad lit.* f.

p *Lubinus in Abbatiarum Italiæ brevi Notitia duas Ordinis Benedictini abbatias, à Cluſa nomen habentes, quarum altera S. Victori, altera S. Michaëli ſacra eſt, pag.* 104 *recenſet; quin autem harum poſterior ſit Cluſinum hîc memoratum monaſterium, dubitandum non eſt, tum quòd ea ſola Sancto ſit antiquior, tum quòd Titulus ſubjectus hunc includat verſiculum:* Ut ſibi det requiem, Michaële precante, perennem.

q *Id eſt, quotidie.*

r *Id eſt, Officium triginta Miſſarum, diebus totidem pro defunctis abſolvendum. Adi Cangium in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis ad vocabulum* Tricenarium.

ſ *Seguſium, incolis* Suſa, *urbs Italiæ eſt in Pedemontio ad radices Alpium Cottiarum, quibus in Sabaudiam & Galliam eſt tranſitus. Cùm urbs illa eo tempore, quo Sanctus noſter obiit, ſeu ſeculi* XII *initio præter S. Juſti abbatiæ eccleſiam plures adhuc alias, quarum tamen nulla erat Cathedralis, fuerit complexa, an & quænam harum in particulari, &* B *an non omnes potiùs ſimul hîc deſignentur, definire non poſſum. Annè forſan abbatiæ S. Juſti eccleſia, quod illius abbas, ut in S. R. E. Cardinalium, archiepiſcoporum & Pedemontanæ regionis chronologica Hiſtoria cap.* 22 *Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia docet, epiſcopalia jura non pauca Seguſii exerceret,* Seguſienſis eccleſia *per excellentiam nominatur?*

t *Adi iterum dicta ad lit.* i.

u *In Geographica Delphinatûs vicinarumque regionum Tabula, hiſtoricis, quæ anno* 1711 *Pariſiis prodiêre, monumentis præfixa, Seguſio haud procul Lugdunum verſus occurrit Ulcium, pagus haud dubiè, qui, in aliis Delphinatûs geographicis tabulis eodem ſitu poſitus, nomine Gallico* Oulx *diſtinguitur. Fratres adeò, qui pagi illius eccleſiam, S. Laurentio ſacram, adminiſtrabant, ſeu præpoſituram incolebant, Titulum hunc (adi dicta ad lit.* f) *veroſimillimè ſcripſerunt.*

x *Id eſt, nî fallar, Officium de Defunctis, quod* Vigilias *vocant, unà cum triginta Miſſis. Vide etiam dicta ad lit.* r.

y *Cartuſiæ eremus ſcilicet, quam Sanctus,* C *priuſquam in Calabriam ſeceſſerit, inhabitavit, in diœceſi Gratianopolitana ſita eſt.*

z *Diem nempe. Adi Cangium in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis ad Vocabulum* Trigeſimum.

aa *Anniverſarium ſancti Patris ſui diem ſeſe acturos, ſat apertè etiam hic promittunt religioſi eremi Cartuſiæ incolæ.*

bb *Cellula hæc ſeu Prioratus, à celeberrima Ordinis S. Benedicti in Arvernia Caſæ-Dei abbatia dependens, Gratianopolitanæ urbis parti, Lugdunum reſpicienti, ad dexteram Iſaræ fluvii ripam adjacet, quemadmodùm diſco è laudata ad lit.* u *Delphinatûs Tabula geographica.*

cc *In eadem Tabula geographica Gratianopolim inter & Lugdunum locus occurrit,* Coſta S. Andreæ *vocatus, qui proinde aut ipſa eſt, quæ hîc memoratur, cellula ſeu Prioratus, à S. Ruſi monaſterio, prope Valentiam modò ſito dependens, aut hunc certè, ſi adhuc ſubſiſtat, complectitur.*

dd *Officium, quod olim* Septenarium *vocabant, quodque per ſeptem dies continuos pro mortuis agebatur, hîc promittitur. Adi Cangium in Gloſſario ad vocabulum* Septenarius.

ee *Prabenda, nî fallar, hîc ſignificat eleëmoſynam, portione monachica, ſeu monaſterii conſtantem; ut fratres, quorum hic Titulus eſt, per ſeptem ſeſe dies tantum cibi ac potûs, quantum intereà ipſorum communitas eſſet ſumptura, pauperibus eſſe daturos, etiam promiſiſſe videantur. Adi Titulum* XI. D

ff *Olim extra Lugduni muros erat, modò ipſis incluſum eſt hoc Ordinis Benedictini monaſterium, ad confluentes Araris & Rhodani ſeculo* VI *aut etiam citiùs exſtructum. Conſule Galliam Chriſtianam auctam tom.* 4, *col.* 233.

gg *Id eſt, Officium ſolemniori, quo poteſt, ritu pro defunctis celebratum. Adi in Gloſſarii Cangiani Supplemento Carpentierum ad vocabula* Officium generale.

hh *In civitate Bleſenſi, quemadmodùm Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores tom.* 8 *col.* 1388 *docent, conſpicitur canonicorum Regularium, cui ſeculo* IX *canonici ſeculares ſervière, abbatia,* Beata Maria Bleſenſis *aut etiam* Burgus-medius *appellata. Iſthæc haud dubiè per S. Mariam Bleſenſem hîc deſignatur.*

ii *Alludi videtur ad illud Lucæ* 10, *v.* 42 Porrò unum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit. E

kk *Cùm monaſterium, quod* Climiacenſe *vocetur, nuſpiam inveniam, in modum, quo ſcriptum eſt hoc nomen, mendum irrepſiſſe puto proque* Climiacenſis *legendum* Cluniacenſis; *ut hoc anno* 910 *conditum monaſterium hîc deſignetur.*

ll *Id eſt, magiſtri, domini aut etiam Prioris.*

mm *Quid hæc Tituli ſubjecti ſibi velit inſcriptio, haud ſatis intelligo.*

nn *Cabilonenſis ſeu Cabillonenſis cathedralis eccleſia jam inde ab anno* 541 *S. Vincentii martyris, priori, quod habuerat, S. Stephani relicto, nomen accepit; ut alia haud dubiè quàm hæc in iſthac inſcriptione non deſignetur.*

oo *In civitate Belvenſi, ſeu, ut modò communiùs ſcribitur, Bellovacenſi præter eccleſiam cathedralem, S. Petro Apoſtolorum principi ſacram, ſex ſunt eccleſiæ collegiatæ, quarum una ſanctiſſimæ Dei genitrici Mariæ dedicata eſt; ut ad hanc, nî fortè hîc* Belvenſis *pro* Belnenſis *perperam ſcriptum ſit, urbiſque adeò Belnæ, quæ in Burgundia à civitate Cabilonenſi haud admodùm procul ſita eſt, eccleſia SS. Dei Genitrici ſacra deſignetur, ſubjectus Titulus veroſimillimè ſpectet.* F

pp *In cœlum receptum eſſe* S. Brunonem, *orareque ibi pro viventibus, haud obſcurè in hoc Titulo indicatur. Idem etiam ferè ſit in quatuor Titulis proximè prægreſſis, infraque in multis aliis, quod ſanè eum proximè etiam poſt ſuum obitum pro Sancto à non paucis habitum fuiſſe, argumento eſt. Conſule etiam Comment. prævium num.* 749 *& Sancti Vitam à Surio ſcriptam num.* 45.

qq *Anne hîc fortè curata, quæ in generali diœceſis Ambianenſis beneficiorum Catalogo, anno* 1648 *Pariſiis excuſo, pag.* 22 *recenſetur, Conteienſis ſeu Contiacenſis S. Antonii in Picardia eccleſia deſignatur?*

rr *Jam ante ſeculum* X, *uti in Gallia Chriſtiana aucta tom.* 8, *col.* 1213 *videre licet, ad radices montis, cui urbs Carnotenſis ſuperimpoſita eſt, exſtitit Ordinis Benedictini monaſterium, quod* Sanctus Petrus in Valle *appellatur. Hoc ipſum haud dubiè per S. Petrum Carnotenſem hîc deſignatur.*

ſſ *Aliud Pariſiis S. Germani, Pariſienſis epiſcopi, ſeu templum, ſeu monaſterium non eſt, quàm quod* S. Germanus à pratis *dicitur; quare*

A *hoc, quod jam inde à ſeculo ſexto fuit fundatum, in hac ſubjecti Tituli inſcriptione deſignari puto.*

tt *Exſtinctum modò eſt hoc, quod diu ante* S. Brunonis *ætatem fundatum fuerat, Pariſienſe monaſterium. Adi Galliam Chriſtianam auctam col.* 306 *& tribus ſeqq.*

uu *Additur in Baſileënſi horum titulorum editione:* Quo loco ſanctus Maurus beati Benedicti diſcipulus corpore quieſcit; *ut adeò monaſterium, quod hâc inſcriptione deſignatur, aliud non ſit, quam Foſſatenſe S. Mauri, quod ſeculo nono, uti Galliæ Chriſtiane auctæ ſcriptores tom.* 7 *coll.* 282 *&* 284 *docent, fuit exſtructum modòque eſt abolitum.*

xx *Amplam hujus monaſterii, quod* S. Brunone *multò eſt antiquius, notitiam ſubminiſtrant Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 8 *col.* 1688 *& binis ſeq.*

yy *Hoc monaſterium, quod ad lævam Matronæ ripam duabus leucis infra Caſtrum-Theodorici in diœceſi Sueſſionenſi ſitum eſt, ſeculo nono, imò octavo, creditur antiquius. Adi Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores tom.* 9 *col.* 427 *& ſeqq.*

B

SECTIO II.

Titulus eccleſiæ S. Mariæ Carnotenſis a.

a

ECcleſiæ murus Bruno fuit haud ruiturus:
Nam bonus, atque piæ mentis fuit, atque ſophiæ.
Doctor erat verus: fleat ipſum plebs bona clerus.
Juſtus, ſincerus, morum gravitate ſeverus
Mortuus eſt Bruno, pugnando rege ſub uno.
Qui ſic pugnavit, Ducis hoſtes quòd ſuperavit,
Cujus miles erat, quapropter præmia quærat
A duce Sanctorum lætiſſima regna polorum.
Et nos mille modis, Pſalmis oremus, & odis,
Ut det Chriſtus ei lucem ſummæ requiei.
Nam ſi promeruit hanc mercedem quis habere,
Nullus Brunonem putet hac mercede carere.

Verſus ſcholares b.

b

C

32 Quis fuerit Bruno, momento temporis uno,
Neſcius, huc veniat, diſcere ſi cupiat.
Iſte fuit juſtus, ſapiens nimis, atque venuſtus;
Sed nulli nocuit diſcere, quod potuit.
Cui pia vota damus, noſtrumque patrem rogitamus,
Ut fugiens rabiem, poſſideat requiem.
Si Bruno vixit, ſicut vixiſſe putatur,
Vivat in æternum, paradiſi ſede fruatur.
Flos erat hic patrum, ſolamen, gloria fratrum,
Veri ſectator, divinæ legis amator,
Semita juſticiæ, fons hic, & origo ſophiæ,
Lux, ſpeculum mundi, rerum ſublime cacumen,
Labentûm baculus, miſerorum dulce levamen;
Nec mens fracta malis, nec erat nimis alta ſecundis.
Hic ſibi non vixit, ſed mundo, quem bene rexit.
Non hic, ſed vita ſpoliata flet hoc Eremita. D
Vitâ non eguit, qui mundo, non ſibi, vixit.
Ut narrem breviter, quis narret ſufficienter?
Quàm phœbe phœbo, quàm cetera ſydera lunæ,
Tam totus mundus aſſit* tibi, Gallice Bruno *c.* *ceſſit

c

S. Margaritæ cœnobii d.

d

33 Cum Patre ſit Nato laus & cum Flamine ſacro,
Mundum ſuſtentat, cœlum ditione gubernat.
Angeli cum ſeraphim, pariterque beata cherubim
Cum ceteris ſanctis, juſtis, ſimul atque beatis.
Occurrant illi ſimul exultantes, & læti.
Et tamen cum ipſis, aſtantibus undique turmis,
Virtutum thronis, & poteſtatibus juſtis
Verè beatificent Dominum, regem quoque laudent,
Inclyti Brunonis adſint animæque parati.
Abraam mox, Iſaac, & Jacob, Job & Helias, E
Eſaii, Daniël, David, ſanctiſſimus Johël,
Abacuc, Abdias, Sophonias & Hieremias
Cum vatum ceteris ſiſtent obtutibus Chriſti.
Supplices, & læti depoſcant dono ditari,
Et nos cum ipſis demus pia cantica laudis
Quamvis indigni, mereatur luce beari;
Exultat cælum, terra gemit, nunc, & reſultat.

S. Mariæ novi monaſterii e.

e

34 Nos fratres novi monaſterii, ſicut poſtulâſtis pro Patre veſtro, ſanctæ recordationis viro domino Brunone, clementiâ Domini prompto animo exorabimus.

S. Benigni Divionenſis f.

f

35 Eſt quia ſurgendum, non eſt de morte dolendum.
Parcere mors neſcit, juſtus bene morte quieſcit.
Mutua vota damus, noſtris eademque rogamus. F

S. Stephani Divionenſis g.

g

36 Qui regit omne, quod eſt, hunc noxa ſolvat ab omni.
Hunc ſociet juſtis, qui regit omne, quod eſt.
Quæ petitis veſtris, eadem perſolvite noſtris
Obſequia, Pſalmos, cantica, vota, preces.
Spiritus in cælo Brunonis ſuſcipiatur
Et ſit cum Chriſto, dum vixit, quem ſequebatur.
Impetret & nobis, quòd ſe poſſimus adire,
Quos cùpit hic mundus peccati fæce perire.

S. Petri Beſuenſis h.

h

37 Tranſit ab hac vita Bruno ſummus eremita,
Quem deflent cuncti ſapientes atque periti.
Hic ſapiens vixit, ſapiens & alta migravit.

Jam

A Jam cælum teneat, jam Chriſto ſedulus aſtet,
Pro ſibi devotis ſecurus fratribus orans.

S. Mariæ Caſtellionenſis i.

38 Bruno vir hîc magnus fuit ac ſimplex, velut agnus,
Qui mundum cernens vileſcere cunctaque ſpernens
Vitam mutavit corpuſque fame maceravit.
Pòſt monachus factus, eremi vaſtiſſima nactus,
Hanc linquens ſedem cæli conſcendit ad ædem,
In qua detur ei locus optatus requiei,
Et ſi quem læſit vel ſi quod crimine adhæſit,
Hoc condonet ei gratia magna Dei.

Lingonenſis eccleſiæ epiſcopi k.

39 Robertus Lingonenſis eccleſiæ ſervus, rogabat ejuſdem eccleſiæ canonicos & ſacerdotes, monachos, eremitas, in epiſcopatu Lingonenſi
B Domino ſervientes, ut orent pro anima chariſſimi magiſtri ſui Brunonis, & eleëmoſynas pauperibus largiantur memoriamque obitus ſui, in quibus poterit, eccleſiis, ſcriptam obſervari faciet.

S. Mariæ Moliſmenſis l.

40 Tempore diſpoſito migrat de corpore Bruno,
Cujus, dum vixit, vita Deo placuit.
Subveniant illi, quibus eſt permiſſa poteſtas,
Ut ſit ei requies & ſine fine dies.

Noſtris verſiculis, qui habitamus Molernium, addentes vobis, qui eſtis Turri, innoteſcimus, quòd pro domino Brunone, patrono veſtro, noſtro autem familiariſſimo *m*, Miſſarum ſolemnia diebus triginta celebravimus, ejus etiam obitûs anniverſarium diem in catalogo fratrum noſtrorum conſcripſimus.

S. Michaëlis Tornodrenſis cœnobii n.

C
41 Mors pia juſtorum, fruitur quia regna polorum,
Morte ſua ſacro ſociatus in agmine Bruno
Vivat & in requie potiatur dona ſophiæ,
Gaudeat hic felix, videat faciem quoque Patris,
Cernere quam Chriſtus faciet ſine fine beatos.

S. Germani Antiſiodorenſis o.

42 Manſio Brunonis ſit perpes cælitus omnis,
Cunque Deo vita fiat ei ſocia,
Nobis vota dari ſemper curate precari
Illius meritis ſedibus æthereis.

S. Stephani Antiſiodorenſis p.

43 Bruno Pius paſtor, puræ pietatis amator,
Dæmonis ignitas ſuperavit ubique ſagittas,
Subjectis largus fuit hic nimis & ſibi parcus,
Factis implebat, quidquid per verba docebat,
Non ſe prælatum, ſed ſe cupiebat amatum,
Gaudeat in cælis, quia vixit corde fidelis.

D
S. Mariæ & S. Joannis Reomenſis cœnobii q.

44 Dans bona Chriſte, poli famulo da regna Brunoni,
Mutanti florem mundi cunctumque decorem
Deſerto vili, quod regno charius illi
Hac fuit in vita. Jam ceſſant plurima ſcripta:
Debita doctori reddantur vota Brunoni,
Atque ſuis cunctis noſtris quoque reddite functis,
Chriſti veraces famuli juſtique ſequaces,
Qui charam fortis eremum colitis modò Turris;
Quæ vos, ut veſtrum, perducet ad aſtra Magiſtrum.

Notum ſit vobis, chariſſimi, nos Reomenſes fratres veſtri memoriam Patroni in Miſſis & orationibus triginta egiſſe diebus, ipſiuſque nomen cum noſtrorum nominibus fratrum, ſicut decet, ſcripſiſſe.

E
Lamberti abbatis Pultarienſis r.

45 Ego frater Lambertus, Pultarienſis monaſterii ex neceſſitate Apoſtolicæ obedientiæ ſervus & procurator exiguus, hujus eximii magiſtri Brunonis in litteralis doctrinæ ſcientia à primordio meæ converſationis de ſeculo in eruditione Catholicæ converſationis & veræ religionis diſcipulus, ejuſdem piiſſimi Patris noſtri & informatoris memoriam in ſeptenariis & tricenariis Officiis & anniverſaria die ſui obitus, cum canticis ſpiritualibus, & pauperum refocillatione quotannis recolenda, cum commiſſis mihi filiis & fratribus procurare & devotè proſequi non fatigabimur, & quos poterimus, ad orandum pro eo excitabimus *ſ*.

S. Petri Aremarenſis cœnobii t.

46 Fons & origo boni, Jeſu, pius eſto Brunoni,
Ne leo tangat ovem, fer, bone Paſtor, opem,
Agnus Bruno tuus ſit, ſit non dæmonis hædus,
Si meruit pœnas, parce reo, bonitas.

F
S. Petri Trecorum u.

47 Ut titulus dicit, mundi tentamina vicit
Bruno vir ſapiens, juſſa Dei faciens.
Sprevit opes multas, ſibi nec fuit ulla facultas,
Sed quicquid potuit, fratribus exhibuit,
Fugit ab hac vita, monachus fit & hinc eremita.
Dum ſic abſtinuit, regna poli meruit;
Sed quia jure pari decet hoc pro fratre precari,
Poſcimus ut requies ſit tibi quæque dies.

S. Petri inſulæ Germanicæ x.

48 Mortua, mors, utinam vel carcere clauſa fuiſſes,
Nec tantum mundo Doctorem furripuiſſes,
Pro quo nos petimus Chriſtum, fontem bonitatis,
Ut det Brunoni munus ſolitæ pietatis.

Chri-

A Chriſte, Patris Verbum, regnum concede ſupernum
Brunoni famulo, qui ſe tibi pectore puro
Vivens conjunxit mundanaque gaudia ſprevit.
Vos igitur, fratres, eremitica clauſtra colentes,
Quod nos pro veſtris facimus, nunc reddite noſtris,
Subtracti leto potiantur quò paradiſo.

S. Stephani Catalmienſis eccleſiæ y.

49 Commiſit protoplaſtus homo, cur poſtera proles
Patris facta luens tendat in interitum?
Omnes intereunt, ſed non omnes cruciantur.
Mors venit injuſtis, vita ſaluſque bonis.
Hic igitur Bruno, vir ſanctæ relligionis,
Mundum contemnens cælica promeruit.
Nos ergò Dominum devota mente precamur,
Ut, qui juſtus erat, juſtificetur adhuc.

B

S. Petri cœnobii de monte z.

50 Nos geſſit moriens Chriſtus de morte reſurgens;
Spes in morte Deus, gloria ſola Deus.
Brunoni requiem tu confer, Chriſte, perhennem,
Gaudia cum Sanctis ſint ſibi pro meritis.

S. Baſoli aa.

51 Bruno polum ſubeat, quem ſtrenua vita venuſtat,
Quò merito fidei gloria creſcat ei.

S. Mariæ Remenſis metropolis.

52 Hic Pater eximius fundator relligionis
Exemplar ſeſe fratribus exhibuit,
Dans illis formam ſpernendi vilia mundi,
Cæleſtis patriæ præmia dum ſequitur;
Pro cujus culpa non credimus eſſe gemendum,
Quem jam gaudentem credimus in requie.
Nam ſi cui Sancto requiem bona vita meretur,
C Huic quoque pro meritis ſumma datur requies,
Qui cùm multimodè noſtra polleret in urbe,
Solamenque ſuis atque decus fieret;
Cúmque faveret ei fortuna per omnia, jamque
Hunc præferremus omnibus & meritò;
Namque benignus erat omnique peritus in arte
Facunduſque ſatis divitiiſque potens,
Omnia poſtpoſuit Chriſto nudumque ſecutus
Chriſtum, cum multis ſuſcipit hunc eremus *bb*.
Propterea requiem ſibi credimus eſſe paratam;
Si tamen ulla levis hæſit ei macula
(Nam patet, in terris nullum ſine labe morari)
Hanc Deus abſtergat dando ſibi veniam.

Alius ejuſdem eccleſiæ.

53 Ut ſervire Joſeph dominæ contempſit amori,
Et fugit amplexus inceſtos meata virili,
Sic contempta jacet, Bruno, tibi gloria mundi. D
Amplecti dum te cuperet tibi brachia tendens
Multas mundus opes multos obtendit amores,
Tuque fugâ lapſus, pompali veſte rejecta,
Amplectens eremum veſtiris forte beata.
Hunc tantum talem cæleſtibus eſſe ſodalem
Credimus, hunc rogitat fratrum devotio tota,
Ut Domino pro ſe dignetur fundere vota:
Pars tamen interior ſi traxerit ab exteriore
Quid ſordis, Deus, hoc pietatis dilue rore.

Item alius ejuſdem.

54 Judicis examen venturi Bruno paveſcens
Mundanas contempſit opes eremumque petivit *cc* *cc*
Atque ſuavis ibi fructus emiſit odoris,
Ad Chriſtum revocans quos gloria vana fefellit.
Nocte dieque Dei præceptis invigilabat
Omnibus exemplar, eremi quos vita decorat.
O quàm felici meriti mercede fruuntur,
Qui ſocii turmis cæleſtibus efficiuntur, E
Lucis & inveniunt loca, quæ ſunt neſcia peſtis,
In quibus æternis celebrantur gaudia feſtis,
Ad quæ ſuſpirans hic diſſolvi cupiebat,
Poſſet ut in Chriſto ſic conregnare Beatis.
Denique finito certamine carne ſolutus
Optatiſque fruens conſcendit ad æthera liber.
Verùm ſi quid ei terrenæ ſortis* adhæſit, **ſordis*
Quatenus ad tumulum* mercedis nil ſibi deſit, **tumulum*
Pulſemus Dominum precibus, quem cuncta verentur,
Nulla quòd inferni tormenta ſibi dominentur.

Alius iterum ejuſdem.

55 Iſte vir Eliæ par Baptiſtæque Johanni,
Hic eremi cultor fuit & bonitatis amator,
Hic Abrahæ ſimilis pius extitit atque fidelis;
Iſte velut Petrus Domini mandata ſecutus
Omnia contempſit & Chriſto pauper adhæſit;
Maluit hic Chriſto pauper, quàm vivere mundo
Dives, ſicque Dei plenè præcepta peregit.
Sed quia, quæ mundi ſunt, mors rapit omnia ſecum,
Mundo ſublatum junxit cæleſtibus iſtum;
Nos verò Domini depoſcamus pietatem, F
Ut tanto Patri mundani ſi quid adhæſit
Pulveris, abſtergat Deus illud fons pietatis.

Adhuc alius ejuſdem.

56 Quem tenerum docuit mater Remenſis alumnum *dd*, *dd*
Propoſiti tenuiſſe fidem lætata Brunonem,
Migrantem ad Dominum lachrymis precibuſque ſalutat.

SS. Martyrum Sergii & Bacchi Andegavenſis ee. *ee*

57 Juſti vel reprobi manet unica ſors moriendi
Et ſimul ad finem deducit tranſitus idem;
Sed judex operum ſedes diſcernit eorum:
Vir bonus ad requiem tranſit, peccator ad ignem.

S. Petri

A

ff *S. Petri cœnobii puellarum ff.*

58 Vitæ forma piæ, totius acerra ſophiæ,
Bruno pater, vita ſi transmigravit ab iſta,
Ad Domini nutum liquet illum carne ſolutum,
Qui juſtum meritâ voluit donare coronâ;
Quem licèt æthereis fidamus ineſſe choreis,
Haud tamen obſequii deerunt ſolacia noſtri.

gg *S. Symphoriani martyris in urbe Remenſi gg.*

59 Si quid lugere de morte juvetque dolere,
Tunc nos triſtemur, ſuper hoc quoque Patre fleamus;
Sed quia nec luctus nec clamor ad æthera ductus
Quemquam de morte valet ad vitam revocare,
Oremus Chriſtum, pro nobis in cruce fixum,
Cæleſti vita potiatur ut hic Eremita.
Scribimus hæc vobis & idem, petimus, date
B nobis.

hh *Eccleſia SS. Trinitatis hh.*

60 Ut petitis, fratres, à nobis, ſic faciemus;
Sed Bruno cum Chriſto regnat, ſicut reputamus,
Quem cruce prælata ſectatus hic eſt eremita,
Illecebris mundi conſtanti mente repulſis.

ii *S. Dionyſii Remenſis ii.*

61 Cunctas liquit opes, cunctos ſimul orbis honores
Pro te, Chriſte pater, pro cæli munere paupet
Bruno factus iter, quorum fuit ante magi-
kk ſter *kk*.
Quattuor ut fontes, ex una parte meantes,
Quos Paradiſus habet, mundi per regna fluentes
Exundant terras, ſic hic quos imbuit, ornat,
Implet & informat, inflammat, dirigit, armat,
Cudit & illuſtrat & adhuc regit, excolit, aptat.
Syderis inſtar erat cunctis, quos ipſe docebat.
C Inter Cælicolas Chriſti requieſcat in aula.

ll *S. Remigii Francorum Apoſtoli ll.*

62 Ne doleatis, oves, Paſtoris funere flentes;
Nam non eſt flendus, fuerat cui vivere Chriſtus
Atque mori lucrum ſuperando dæmonis aſtum,
Hic Pater eximius, nobis meritò venerandus;
Nec ſolùm nobis, ſed quos ſol flammeus urit.
Quem fovet ipſe Deus, quem jam retinet paradiſus
In requie pacis, cur talem, quæſo, doletis?
Raptus enim mundo donatur vivere cælo,
Et vivit verè, ſtuduit quia vivere juſtè.
Conregnare tibi, Deus, annue, quæſumus, illi
Æterna requie dans tecum perpetuari.

S. Nicaſii Remorum archiepiſcopi mm.

mm 63 Deus, fidelium lumen & animarum, ani-

mam hujus Viri Catholici ab omni ſolvat vin- D
culo delictorum.

SS. Martyrum Timothei & Apollinaris nn. nn

64 Hujus Doctoris fuit hæc vis cordis & oris,
Ut toto cunctos ſuperaret in orbe magiſtros:
Sic meditando bonus fuit atque loquendo diſertus.
Huic ſe tota dedit ſapientia totaque ſedit
Hujus in arcanis dives penetralibus hoſpes.
Quod dico, novi, mecum quoque Francia novit,
Et totus novit per climata quattuor orbis.
Hæc illum docuit res hujus ſpernere mundi
Et ſolùm fecit perquirere gaudia cæli.
Huic ſi quid ſordis de carnis lege cohæſit
(Nam cuncti penitus carnali lege gravamur)
Omnipotens tollat, qui crimina noſtra relaxat,
Impleat atque ſibi votum, quod ſemper amavit.

S. Bartholomæi Apoſtoli in E
monte Or oo. oo

65 Orbis amareſcens claudeſcit pondere mortis,
Et trahit ad ſpeciem humanæ per devia ſortis,
Mergit & exilio propriorum quæque tabeſcens.
Unde tumeſcis, homo miſer, hac ætate feneſcens?
Fonte Caribdineo mergêris ad ultima finis,
Ac cinis in cineres ſolvêris, ut umbra lucernis.
Eſt labor ejus amor & inextricabilis error,
Defectu cujus animam complectitur horror,
Poſtquam nudata fuerit de carcere carnis
Vel ſatanæ ducibus, heu! circumſepta catervis.
Quod metuens animoſus in hoc diſcrimine Bruno
Servitio penetrat eremum certaminis uno;
Linquit opes mundique decus, ne gloria pœna
Fiat in interitum, ſed currens nectarea vena
Dulceſcat fluctus animi cordiſque tenorem
In ſe conſtringens ſcelerum conſtringat amorem
Per curſus varios operum virtute bonorum, F
Mortificando caput mortis cum jure malorum.
Quapropter meruit conſortia Cælicolarum
Liber ab hoſte ſtygis aut rerum tartarearum,
Et ſociatur ei, per quem reparabitur orbis,
Quàm longus metâ tam purus denique morbis,
Quò requieſcat amen miſera de morte reſurgens
Nec lædat ſerpens fœda prurigine turgens.

ANNOTATA.

a *Eccleſia Cathedralis Carnotenſis beatam Mariam in cælos aſſumptam, uti Galliæ Chriſtianæ auctæ tom.* 8, *col.* 1091 *me docet, veneratur patronam; quare non aliam hîc quàm iſtam deſignari puto eccleſiam. Porrò cum inter hujus Carnotenſis eccleſiæ Titulum hîc ſubjectum, Titulumque vigeſimum quartum, qui monaſterii S. Petri, in Carnotenſi civitate ſiti, eſt, nonnulli alii Tituli, videlicet S. Dionyſii prope Pariſios, S. Germani à pratis, Maglorii Pariſienſis, S.*

A *Petri Foſſatenſis, S. Faronis Meldenſis & S. Petri Caſiacenſis, in diœceſi Sueſſionenſi ſiti, interjiciantur, nec ullo modo veroſimile appareat, eremi Turritanæ fratrem, qui epiſtolam encyclicam, obitûs* S. Brunonis *nunciam, circumtulit, in itinere, quod hunc in finem confecit, Carnotum iterum, poſtquam ex hac urbe Pariſios, Meldaſque deinde & Caſiacum, diœceſis Sueſſionenſis cœnobium, ſe contuliſſet, fuiſſe reverſum, certum apparet, Titulos funebres omnes, qui chartæ ſeparatæ, in Annotatis, ſectioni præcedenti ſubnexis, ad lit.* f *memoratæ, non fuêre inſcripti, non accuratè eo ordine, quo in Rotulum ſeu Rollum (adi Comment. prævii num.* 24) *fuêre conjecti, in Baſileënſi, quam ſequor, editione recenſeri: ii autem, qui hanc curârunt, ordinem illum maximè, ut apparet, interrupêre Titulorum nonnullorum interpoſitione, qui chartis ſeparatis, quòd iis anniverſariæ Sancti lucis celebratio promitteretur, erant inſcripti. Res ex iis, quæ infrà ſuis locis annotabuntur, magis pateſcet.*

b *Cuilibet olim cathedrali eccleſiæ ſua erat ſchola, in qua, qui volebant, politiori litteratura aliiſque ſcientiis imbuebantur. Titulus itaque,*
B *qui huic inſcriptioni ſubditur, eorum eſt, qui eccleſiæ cathedralis Carnotenſis ſcholam frequentabant.*

c *Ne hinc inferas,* S. Brunonem *natione Gallum fuiſſe. Adi Commentarium prævium num.* 42.

d *Additur in editione Baſileënſi:* Quod ſitum eſt in eremo. *Verùm nec cœnobium, nec eccleſiam inveni, cui hæc inſcriptio conveniat. Nec cœnobium iſtud aſſeverare auſim aut in diœceſi Carnotenſi aut prope illam ſitum fuiſſe. Neutrum enim ex eo, quòd Titulus ejus hîc Titulo eccleſiæ cathedralis Carnotenſis ſubjungatur, poteſt concludi, cum Tituli funebres, chartæ ſeparatæ, de quâ in Annotatis, ſectioni præcedenti ſubnexis, ad lit.* f, *non inſcripti, eo ordine, quo in Rotulo funebri, epiſtolam encyclicam, mortis* S. Brunonis *nunciam, complectente, poſiti fuêre, non ſemper recenſeantur, quemadmodùm ad lit.* a *jam docui.*

e *Niſi ad Novigentinam diœceſis Laudunenſis abbatiam, ſanctiſſimæ Dei Genitricis nomine inſignitam, annoque, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 9, *col.* 603 *docent,* 1076 *fundatam, ſpectet Titulus ſubjectus, definire pariter nequeo,*
C *quodnam hîc monaſterium deſignetur, aut quonam circitèr loco, quod hîc* Novi S. Mariæ monaſterii *titulo inſignitur, ſitum fuerit. Cauſa quantùm ad hoc poſtremum liquet ex iis, quæ ad lit. præced. dicta ſunt.*

f *Monaſterium, S. Benigni nomine inſignitum, cujus hæc eſt inſcriptio Titulusque ſubjectus, in diœceſi Lingonenſi ſitum eſt. Adi Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores tom.* 4, *col.* 668, *qui id anno circitèr* 500 *fundatum fuiſſe, ibidem docent.*

g *Vetus ſecularis S. Stephani Divionenſis in diœceſi Lingonenſi eccleſia, quæ, anno* 1113 *S. Auguſtini Regulam amplexa, anno* 1611 *à ſtatu Regulari ad ſecularem eſt reverſa, ſua propriè neſcit exordia, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores, qui hæc interim ab ineunte ſeculo nono dumtaxat repetunt, tom.* IV *col.* 752 *docent.*

h *Ordinis S. Benedicti monaſterium hoc eſt, in diœceſi Lingonenſi quatuor ab urbe Divione leucis ſitum, quod ſeculo ſeptimo fuit exſtructum. Adi Galliam Chriſtianam auctam tom.* IV *col.* 703.

i *In ſuburbana (adi Galliam Chriſtianam auctam tom.* IV *col.* 770) *civitatis Caſtellionenſis eccleſia, quæ S. Mariæ nomine decorabatur, canonici primò à Brunone epiſcopo Lingonenſi (in diœceſi enim Lingonenſi civitas illa ſita eſt) ſub ſeculi decimi finem fuêre inſtituti, indeque parochia ac tandem abbatia exſtitit. Illa haud dubiè hîc deſignatur.*

k *De hoc Lingonenſi epiſcopo, cujus ſubjectus titulus eſt, videſis Commentarium prævium num.* 96 *& ſeq.*

l *Celebre omni dubio procul hîc deſignatur Ordinis S. Benedicti monaſterium, quod* Moliſmi *aut etiam* Molesmii *nomine diſtinguitur; quodque à S. Roberto, primo illius abbate, ſeculo undecimo, quemadmodùm ad* XXIX *Aprilis, quo apud nos de hoc Sancto actum jam eſt, docuimus, multùm jam provecto in finibus Lingonum Montembarrum inter & Muſſiacum in ſanctiſſimæ Virginis Mariæ honorem fuit exſtructum.*

m *Hinc confirmatur opinio, quæ,* S. Brunonem, *Carthuſianorum inſtitutorem, antequam in Carthuſiæ eremum ſecederet, in Siccæ-fontanæ ſolitudine aliquamdiu eſſe commoratum, adſtruit. Conſule Comment. prævium num.* 417.

n *Hoc Ordinis S. Benedicti monaſterium, quod in diœceſi Lingonenſi in monte Voluto, urbi Tornodorenſi imminente, ſitum eſt, anno* 980 *à Milone, Tornodorenſi comite, coöperante Widrico diœceſano, inſtauratum fuit. Adi Galliam Chriſtianam auctam tom.* 4, *col.* 712.

o *Antiquiſſimum hoc Ordinis S. Benedicti monaſterium in ipſa Autiſſiodorenſi urbe ſitum eſt, fuitque diutiſſime ante* S. Brunonis *ætatem conſtructum, ut videre licet ex iis, quæ de eo Sammarthani fratres in Gallia Chriſtiana antiqua tom.* 4, *pag.* 477 *ſuppeditant.*

p *Cathedralis Antiſiodori ſeu Autiſiodori eccleſia S. Stephano ſacra eſt. Hujus adeò eſſe puto ſubjectum Titulum; neque enim video, cujus alterius ſeu eccleſiæ ſeu monaſterii eſſe queat.*

q *Dubitandum non eſt, quin hîc deſignetur Reomaënſe ſeu Reomenſe diœceſis Lingonenſis monaſterium, quod, cùm primitus ſanctiſſimæ Virgini Mariæ fuiſſet dicatum, poſteà etiam à S. Joanne, primo ſuo abbate, qui id anno circitèr* 440 *fundavit, appellatum fuit. Adi iterum Gallia Chriſtianam auctam tom.* 4 *col.* 658.

r *De Lamberto abbate, cujus eſt Titulus ſubjectus, monaſterioque Pultarienſi, cui ille præfuit, videſis Commentarium prævium num.* 97 *& ſeq., uti etiam Galliam Chriſtianam auctam tom.* 4, *col.* 724 *& ſeq.*

s *Egregiè enimverò ſeſe gratum erga* S. Brunonem, *magiſtrum olim ſuum, hîc præbet Lambertus, Pultarienſis abbas; ut autem videas, quid per ſeptenaria & tricenaria Officia hîc promittat, conſule, quæ poſt ſectionem præced. ad lit.* r *& litt.* dd *annotata ſunt.*

t *Hoc Ordinis S. Benedicti cœnobium, quod in diœceſi Trecenſi quatuor ab urbe Trecaſſina leucis ſitum eſt, anno* 837 *fuit fundatum, quemadmodùm videre eſt apud Sammarthanos fratres in Gallia Chriſtiana antiqua tom.* 4, *pag.* 78.

u *Cùm nullus Trecis, qui S. Petri nomine inſignitus ſit, locus ſacer præter cathedralem eccleſiam exſiſtat, hæc haud dubiè hîc deſignatur.*

x *Loci hujus notitiam nuſpiam invenire quivi.*

y

A y Catalmienſis *pro* Catalaunenſis *mendosè hîc ſcriptum puto civitatiſque adeò Catalaunenſis cathedralem, quæ S. Stephanum protomartyrem, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 9 col. 858 & 859 docent, agnoſcit patronum, eccleſiam deſignari.*

z *Situm eſt hoc monaſterium in diœceſi Catalaunenſi, eratque jam inde ſeculo undecimo exſtructum. Adi Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 9 col. 927.*

aa *Hoc monaſterium, quod in diœceſi Remenſi ſitum eſt, à S. Nivardo, Remenſi archiepiſcopo, anno circitèr 673, quemadmodùm ad primum Septembris diem, quo de illo apud nos actum, oſtendimus, è vivis ſublato, exſtructum fuiſſe docent Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 9 col. 196.*

bb *Hinc collige*, Brunonem, *cùm in eremum ſeceſſit, non Pariſiis, ſed Remis, ſummos inter fortunæ ſecundæ favores fuiſſe verſatum. Adi Commentarium prævium num. 154 & binis ſeqq.*

cc *Ad Pariſienſe defuncti, qui ſuam ipſemet damnationem denunciârit, prodigium hîc alludi conjicit anonymus Tractatûs de* S. Brunone, *à* B *Cartuſianis hujatibus mecum communicati, auctor. Verùm conjecturæ iſti pro adſtruenda ferali hiſtoria multum roboris non ineſſe, ipſemet fatetur is ſcriptor. Conſule Commentarium prævium § 21.*

dd *Hinc colligimus*, S. Brunonem, *adhuc admodùm juvenem, litteris operam in civitate Remenſi dediſſe. Adi Comment. prævium num. 54.*

ee *Monaſterium, horum ſanctorum Martyrum nomine inſignitum, quòd in civitatis epiſcopalis Andegavenſis ſuburbio ſitum eſt, ſeculo octavo fuiſſe conſtructum, aiunt religioſi illius incolæ. Adi in Gallia Chriſtiana veteri tom. 4 pag. 820 Sammarthanos fratres.*

ff *Duo olim in urbe Remenſi S. Petri nomine diſtincta exſtitêre ſacrarum virginum monaſteria, quorum alterum Superius, alterum Inferius nominabatur. Poſtremum ex his (vide Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 9 col. 178) veroſimillimè ætate* S. Brunonis *jam erat abolitum; primum adeò, quod ſub finem ſeculi ſexti, uti apud dictos Scriptores tomo eodem col. 270 eſt videre, fuit exſtructum, quodque modò adhuc ſuperſtes eſt, hîc deſignari conjicio, nî fortè, quod tamen non puto, pro puellari, quod alibi ſitum ſit, cœnobio pronuntiandum potiùs ſit.*

C gg *Seculo undecimo condita fuit hæc Ordinis S. Benedicti abbatia. Adi Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 9, col. 807.*

hh *Quiſnam hîc locus ſacer deſignetur, prò certo determinare non poſſum.*

ii *Remenſe hoc monaſterium diu ante* S. Brunonis *ætatem fuit conditum, uti liquet ex iis, quæ de illo Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 9, col. 288 memoriæ produnt.*

kk Brunonem *exemplò ſuo effeciſſe, ut nonnulli, quos antea ſcientias ſeu ſacras ſeu profanas docuerat, in eremum ſeſe pœnitentiæ agendæ ergò receperint, non omnino ineptè ex hoc funebri ejus Titulo conjeceris.*

ll *In urbe Remenſi ſitum eſt inſigne hoc monaſterium, nec paucorum annorum curſu* S. Brunonis *ætatem præceſſit. Adi Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 9, col. 219 & ſeqq.*

mm *Eſt & hoc monaſterium in urbe Remenſi ſitum, ac* S. Brunonis *ætate longè antiquius. Adi iterum Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 9, col. 204 & ſeqq.*

nn *Remis exiſtit collegiata eccleſia, quæ* S. Timothei *dicitur. Hæc, nî fallar, hîc deſignatur.* D

oo *Cùm S. Bartholomæi nomine, quemadmodùm Galliæ Chriſt. auctæ ſcriptores tom. 9, col. 181 docent, S. Theodorici monaſterium, in monte, veteribus Gallis* Or *nuncupato, tribus ab urbe Remenſi milliaribus ſitum, annoque circitèr 500 exſtructum, olim etiam venerit, dubitandum non apparet, quin hîc illud deſignetur.*

SECTIO III.

Titulus S. Mariæ Laudonenſis a. a

66 Bruno decus cleri, decus & prudentia mundi,
Dum fuit in terris, florebat acumine mentis;
Dum fuit inter nos *b*, florebat & in documentis. b
Integritas morum cumulum ſupplevit honorum;
Sed poſtquam noſtrâ delegit cedere vitâ,
Veſter collega veſtriſque locis eremitâ
Depoſuit curam penitus totius honoris,
Amplectens curam Chriſti ſolius amoris.
Vos igitur, fratres, eremi deſerta colentes,
Fallacem mundum ſic jam ſuperâſſe videntes E
Egregium Patrem, ne triſtè feratis obiſſe,
Quem nos regna poli divina putamus adiſſe.
Cùm ſit cælicola, potuit quid majus habere?
Dum fuit in terris, hæc illi vota fuêre.

Alius ejuſdem

67 Gaudens doctorem, quem Francia, Bruno, recepit,
Clauderis in terra Calabrinus nunc eremita;
Quod clamant omnes, ut tibi ſit requies.

Monialium S. Joannis Baptiſtæ c. c

68 Bruno, laudaris, tua vita decens renovatur
Verſibus & ſcriptis, nec, quanta fuit, memoratur.
Ipſe pius, ſimplex, plenus Deitatis amore,
Impiger & mundus fuit, omni dignus honore.
Vivit adhuc Bruno, ſibi traditur à Patre vita.
Clericus ipſe fuit, fit monachus, hinc eremita. F
Nunc jacet exangue corpus, tamen hoc veneratur.
Vivit adhuc Bruno, cujus flatus gratulatur.
Ipſe fatigatus per tempora nec que reatus,
Nunc ſibi concedat Deus, ut ſemper requieſcat.

S. Nicolai de ſaltu Vedocii d. d

69 Haud doleat quiſquam, morti ſuccumbere quemquam,
Cùm vivat potiùs. Qui corporis enecat æſtus,
Hic in perpetuum jus mortis vitat acerbum:
Et tibi det jugem eum Sanctis, Bruno, quietem.

B. Mariæ Noniandi e. e

70 Egregius Bruno non eſt laudandus in uno,
Qui docuit clerum, pater extitit & monacho-

chorum,
Atque Deo charus per claros ſplenduit actus.
Omnibus hic nobis ſit ſemper commemorandus,
Ipſius ut flatum capiat Deus immaculatum,
Miſſis & Pſalmis ſocietur civibus almis.

Alius ejuſdem.

71 Dum vixit Bruno, monuit fecitque monendo,
Ut nobis mundus vileſcat, ne pereamus.
Mundus habet fraudes, iſtis conjungit & artes.
Denique mellitis incautos vulnerat armis,
Mellificatque dolos, ut ſic perdat malè cautos.
Noſtro Brunoni nunquam potuit dominari,
Ne dominetur ei, nudus deſerta petivit,
Manſit & in pace, pax ut ſibi longa maneret.

Eccleſiæ Sueſſionenſis.

f 72 Sueſſorum mater eccleſia *f* fratribus dilectiſſimis, & Deo charis conſiſtentibus in eremo, quæ dicitur Turris, converſationem ſupernam habere ſemper per Chriſtum. Piiſſimi, ac Deo dilecti patris, verè venerabilis Brunonis, cognito ſancto ac glorioſo deceſſu, dulciter ſuper tali, tantoque Viro commoti fuimus; Officium autem ejus felici animæ fidelium more impendimus, & ad ejus beatam memoriam anniverſariè recolendam diem, quo carnis carcere egreſſus eſt, quomodo à vobis denunciatam accepimus ſanctam ejus reſolutionem, in noſtra matricula ſcripſimus, orantes, & deprecantes, ut ejus ſanctiſſimis veſtriſque precibus adjuvemur tam vivi quàm defuncti. Amen.

SS. Medardi & Sebaſtiani Sueſſione g.

g 73 Plebs pia Medardi, regalis & inclyta ſancti,
Flentibus & mæſtis ſolamina grata ſalutis.
Qui gemitis functum, functi deponite luctum,
Nil juvat extinctum deflere, dolere ſepultum.
Sed potiùs voto proſint libamina ſancta.
Hæc tribuantur ei, quicúnque pericula mortis
Pertimet, horreſcit, pereuntibus omnibus orbis
Continuis precibus ſuccurrat, & auxilietur.
Dum petit & rogitat, pro ſe quoque quiſque laborat.
Cum Moyſes orat, ſuperat plebs Iſraëlita,
Dum ceſſat votis, cadit illico, vincit & hoſtis.
Nos ſimul oremus, nec ceſſet ſpiritus ullus.
Vota juvant hominem, dum vivit & exit ad horam.
Quæ perimit vitam, tulit improba mors Eremitam,
Quæ nocet & lædit juſtum, ſatis impia lædit.
Hæc tam crudelis necat inſatiata Caribdis,
Quos vovet omniparens nullûm miſerata dolores,
Salvet ab hac hominem, qui pertulit in cruce mortem,
Et vitam tribuat, quam non Proſerpina rumpat.

S. Mariæ Bleſenſis h.

h 74 Bruno, vir egregiæ probitatis, gemma ſophiæ,
Cujus honeſtatis ſit præſens carthula teſtis.
Pacis habet fidem cæli tranſlatus ad ædem.
Ergò laudemus Dominum, veneremur, amemus,
Per quem ſervorum decoratur vita ſuorum.

Alius ejuſdem.

75 Uſus eras eremo, liquiſti terrea, Bruno,
Nec mors morte tua tonuit penitus tua jura.
Solvitur in cineres corpus, ſis cælicus hæres.

S. Krileffi Bleſenſis i.

i 76 Contrahit omnis homo primi diſcrimina fati,
Et cunctæ vitium nocet Evæ poſteritati.
Exercens igitur ſtudium mors impietatis
Aggreditur, ſolvitque Virum tantæ probitatis.

S. Mariæ Bernaci k.

k 77 Doctor doctorum fuit, exemplarque bonorum
Noſtris temporibus Bruno vir eximius,
Eſſeque pœnalis culpæ nîl credimus illi,
Ipſe Deum nobis conciliet meritis.

S. Crucis Aurelianenſis l.

l 78 Summum Bruno decus & gloria temporis hujus,
Carne jaces, ſed parte manes meliore ſuperſtes,
Et juſti recipis nunc præmia grata laboris,
Præclaris meritò doctoribus aſſociatus.
Vivens in Chriſto noſtrî, Vir ſancte, memento
Doctrinæque tuæ, quæ toto fulget in orbe,
Chriſto funde preces, mereamur ut eſſe ſequaces,
Quique Deum pro te fraterno more rogamus,
Bruno, tuis ſemper precibus, vir ſancte, juvemur.

Vos quoque, ſanctiſſimi fratres, qui tantum ac talem Patronum ad cælos præmiſiſtis, omni humanæ compaſſionis dolore poſtpoſito, gaudete & exultate in Domino, dignoſque tanto Patre vos fuiſſe moribus oſtendite, ut, ipſo pro nobis intercedente, dignetur vobis Dominus, ſi non ſcientiâ parem, honeſtâ ſaltem vitâ conſimilem patrem providere. Valete.

Abbatis S. Joannis Sueſſionenſis cœnobii m.

m 79 Dilectis in Chriſto & Deo dignis fratribus, Calabriæ reverendis eremitis, in monaſterio ſanctæ Dei Genitricis, ſemper Virginis Mariæ Deo famulantibus, Petrus ſancti Johannis

A nis Sueſſionenſis canonicorum regularium humilis abbas totaque fratrum cum eo degens & Deo ſerviens congregatio bene incepiſſe, meliùs perſeverare, feliciter conſummare. Audito beato fine ſancti patris veſtri & magiſtri mei Brunonis, à cujus ore ſanæ doctrinæ fluenta plerúmque haurire contigit, &, ſi opere non complevi, de abſentia vehementer triſtamur, carnales evaſiſſe anguſtias & requiem adeptum eſſe & cum Deo vivere, prout conjecturam de mundicia & perfectione tranſactæ vitæ, nobis ſatis notæ, facere poſſumus, vehementiùs congaudemus. Ejus ergò memoriam tum quia magiſter noſter fuit, tum quia precibus ejus & veſtris confidimus, tantò apud Deum efficatioribus, quantò ſanctioribus, hoc modo habituros, promittimus triginta diebus Miſſas & Vigilias pro remedio ejus veſtrorumque fratrum defunctorum celebrantes. In libro autem, ubi nomina fratrum defunctorum ſcripta ſunt, nomen ejus conſcribimus, anniverſarium depoſitionis ejus diem debita veneratione, Deo volente, celebrabimus, & omnium beneficiorum, quæ apud nos
B fiunt & in locis, quæ ad nos pertinent, eum participem deſideramus & vos participes ſuſcipimus.

S. Symphoriani martyris Belvacenſis n.

n

80 Abbatem ſanctum narrant hunc ſcripta fuiſſe,
Commiſſumqne gregem virtutis iter docuiſſe;
Ergò ſi vixit, rotulus o teſtatur ut iſte,
o Te ſibi perpetuam requiem petimus dare, Chriſte.

S. Quintini Belvacenſis p.

p

81 Humilis congregatio ſancti Quintini Belvacenſis, ſperans, patrocinio reverendi patris ſui Brunonis apud Deum ſe adjuvari, obedienter ei triceſimum q aſcribit & cum fratribus ſuis memoriam ipſius veſtrûmque omnium amodò tenebit.

q

Raptus ab hac vita Chriſtum ſitiens Eremita,
Ne mala mutarent ſanctam præſentia vitam,
C Quidquid propoſuit vivens, moriendo probavit,
Proderit eccleſiæ fidei veſtigia nôſſe.

Quidam frater de præfata eccleſia, Gauherius nomine, ſanctæ recordationis Viro, quem multùm diligebat & ſolum noſtris temporibus mundo renunciâſſe, prædicabat, triceſimum faciet & quamdiu vixerit, inter familiares ſuos in memoria diligenter habebit.

S. Luciani Belvagorum Apoſtoli r.

r

82 Dux eremitarum, lux corruit eccleſiarum,
Hunc eremus plorat, quem quiſque fidelis honorat.
Eſt etenim dignus, quoniam fuit ipſe benignus.
Nam mundum ſprevit mundanaque cuncta reliquit,
Exercens vitam de ſe faciens eremitam.
Verus in æthereis eremita ſit ipſe choreis,
Vivens cum noſtris hîc fratribus attitulatis. ſ

ſ

D

S. Fuſciani de Sylva t.

t

83 Bruno, vir excellens, probus & vitioſa repellens,
Diſcipulus Chriſti, vita teſtante, fuiſti,
Vita, quies, ſine nocte dies, reparatio mira,
Ipſo dante tibi, pateant ad gaudia vera.

S. Petri Corbeiæ u.

u

84 Divitias Bruno mundanas poſtpoſuiſti,
Exemploque tuo poſtponendas docuiſti,
Et loca deſerti pro Rege poli coluiſti,
Dulcibus alloquiis multorum corda rigâſti,
Talibus extemplò factis extas imitator
Sanctorum patrum, qui doctrinis viguerunt.
Illic inſidias hoſtis per tempora multa
Paſſus manſiſti, cujus fraudes ſuperâſti.
Nunc tamen in Chriſto complêſti fine beato
Mortalis vitæ curſus, & gaudia vitæ
Perpetuæ defunctus habes, hæc eſt tua merces.

E

S. Quintini Vermandenſis x.

x

85 Dum moritur Bruno, moritur, quod traxit ab uno,
Stat meritum cujus, quia vivit ſpiritus ejus.
Vita beatorum, ſpes atque corona piorum,
Ipſum ſydereis ſociet ſuper aſtra choreis.

S. Petri Lehunenſis eccleſiæ y.

y

86 Mortuus hic vivit, quia, ſpretis omnibus, ivit
Cum cruce poſt Chriſtum, dum mundum linqueret iſtum.
Hic nullum læſit, Domino quia ſemper adhæſit.
Hinc vitans pœnas ſedes fortitur amœnas,
Ad quas Altitonans, juſtis pia præmia donans,
Ad convivendum nobis donet veniendum.

S. Furſei Peronæ z.

z

F

87 Hic Vir virtutis, virtutibus inde ſecutis,
Per meriti florem capiat ſine fine decorem.
Ipſe Deus, quo quæque reguntur & omnia conſtant,
Bruno, tuo donet gaudia ſpiritui,
Terra licèt tua membra tegat carnalia vilis,
Spiritus in cæli tranſeat alta tuus.
Bruno pius paſtor, vitam ducens eremitæ,
Attribuente Deo, mereatur gaudia vitæ.

B. Mariæ Alrenenſis eccleſiæ aa.

aa

88 Sancte Bruno, venerande pater, veneranda propago,
Cælica juſſa tenens, vivas cæleſtis imago.

S. Petri Durcurtenſis eccleſiæ bb.

bb

89 Declinare mori neſcit ſapientia mundi,
Nec rem cum voce declinat ſexus uterque.
Aſt ego ni fallar, Bruno declinat utrumque.

Sed ruit in Libra *cc*, meritò quia fors fuit æqua.
Pura fuit vita, sapiens fuit hic eremita.
Appensus libræ discrimen nescíat iræ.
Notificamus igitur vobis, fratres charissimi, prout flagitâstis, nos huic Ecclesiæ Catholicæ Filio tricennarium & anniversarium diem & in catalogo fratrum nostrorum inscriptione devotè conscripsisse.

S. Salvatoris Aquicinensis cœnobii dd.

90 Ego Aimericus, hujus prætitulati cœnobii abbas, animæ inclyti & famosi magistri Brunonis precibus, licèt exiguis, æternam ab æterno & pio Salvatore requiem imploro & diem obitûs ipsius Brunonis in Calendario notavi.

Cœnobii Marcemensis ee.

91 Excessit tandem, defuncto corpore pridem,
Excedens animo famosus carmine Bruno,
Qui tulit exilium vivens in corpore mundum.
Hinc se submovit, eremita bonus latitavit;
Sed bene sic latitat, operum dum luce coruscat.
Delectatur ibi cernendæ spe Deitatis,
Quâ nunc perpetuò cœlis fuitur penetratis.
Omnibus una viâ proveniens variâ
Tristia damnatis, dat gaudia plena beatis.
Ergò beatus erit qui bene transierit.
Felix hic Bruno, cui consonat ore sub uno
Laus modulata piis, comptaque tot studiis.
Nosque precamur ei lumen lucere diei,
Qui non temporibus concidit aut vicibus.
Vos quoque pro nostris oretis commemoratis,
Sic sic concludo breviter, celeberrime Bruno,
Cui famulabaris, Christo sine fine fruaris.

S. Amandi Elnonensis ecclesiæ ff.

92 Hic, quia dum vixit, mentis consedit in arce,
Huic quoque displicuit, quidquid fit dæmonis arte.
Post mortem carnis cælesti conditur urbe,
Sedes pro meritis datur huic, quæ digna sophiæ,
Cui vivens studuit non ficto cordis amore.
Hinc pro morte Patris luctus omittat ovile,
Orbatum quamvis sit multæ lucis honore.
Gaudeat at meritò, sicut gaudet Pater ipse.
Quod facimus vestris, eadem nostris facitote.

S. Petri Islensis ecclesiæ gg.

93 Vera fides Christi laxat peccamina mundi,
Cujus facta caro ligno crucis hostia Patri.
Quod qui corde bono credens votis imitatur,
Ipsius vitæ consortia læta meretur;
Cujus Bruno pater concivis ut efficiatur,
Judicis ad thronum devotio digna feratur;
Prosit defunctis oratio mutua nostris.

S. Mariæ Mecinensis ecclesiæ hh.

94 Commemorande pater Bruno, Christi pia Mater
Dignetur Natum pro nobis in cruce passum
Poscere, cælestis donet tibi præmia regni;
Quò tecum fratres nostri sint atque sorores.

S. Mariæ Formosellensis ecclesiæ ii.

95 Frustra conquerimur, justus si morte sopitur.
Omnibus una viâ proveniens variâ
Tristia damnatis, dat gaudia plena beatis.
Ergò beatus erit qui bene transierit.
Felix hic Bruno, cui consonat ore sub uno
Laus modulata piis, comptaque tot studiis.
Nosque precamur ei lumen lucere diei,
Qui non temporibus concidit aut vicibus.
Vos quoque pro nostris oretis commemoratis,
Sic sic concludo breviter, celeberrime Bruno,
Cui famulabaris, Christo sine fine fruaris.

S. Donatiani Brugensis ecclesiæ kk.

96 Hic cultor veri, dum vixit, gloria cleri,
Carne resolutus habeat nunc gaudia tutus.
Quæ petitis vestris, fratres, impendite nostris
Et qui lector ades, dic sit ei requies.

S. Nicolai Meltensis ecclesiæ ll.

97 Mors breve nomen habet, sed nomine dura sub ipso
Sors latet, & sors, quæ non breve jus habeat.
Calcat opes & sceptra quatit, cathedrasque supinat,
Nemoque novit ubi, quando vel unde venit.
Sensus, honor, meritum, species, vis, res, genus, ætas,
Omnia vanescunt mortis in articulo.
Hæc cùm cuncta forent tibi, Bruno *mm*, pridie Nonas
Octobris tamen es mortuus ipse modò.
Magne pater, qui cuncta potes, cui competit uni
Interiora viri cernere funditus, &
Parcere peccatis, dare post obitum medicinam,
Parce Viro tanti, sisque medela sibi.

ANNOTATA.

a *Laudonensis seu potiùs Laudunensis cathedralis ecclesia sanctissimæ Dei Genitrici sacra est; ut vel hinc spectare ad hanc subjectum Titulum, dubitandum non appareat.*

b *Gallos scilicet, aut, si mavis, archidiœcesis Remensis, cujus Laudunensis episcopatus suffraganeus est, incolas.*

c *Intra urbis Laudunensis ambitum (adi Galliam Christianam auctam tom. 9, col. 587 & seq.) S. Salaberga virgo seculo* VII *ædificavit parthenonem, S. Joannis Baptistæ nomine per longissimum temporis spatium postea vocatum, in quo sacræ virgines perseverârunt ad annum usque* 1128, *quo sanctimonialibus monachos substituere in coacta Atrebati provinciæ Remensis synodo fuit decretum. Hujus itaque parthenonis indubiè est Titulus subjectus, qui, quod etiam hic notandum, per hunc, quem includit, versiculum sequentem,* Clericus ipse fuit, fit monachus, hinc eremita, *opinioni eorum, qui* S. Brunonem, *cùm mundo valedixit, non rectà in Cartusiam secessisse adstruunt, suffragatur, quemadmodùm Commentarii prævii num.* 416 *docui.*

d *Hoc cœnobium, quod tribus circitèr leucis ab urbe Landuno in silva Vedogia, seu Voëgia,* Saltûs

A Saltûs Vedocii *nomine hîc diſtinctâ, ſitum eſt, anno circitèr* 1080 *natales videtur fuiſſe ſortitum. Adi Galliam Chriſt. auct. tom.* 9, *col.* 610 *& ſeq.*

e *Locus ſacer, qui hoc nomine hodie appelletur, olimve fuerit appellatus, nuſpiam à me fuit inventus.*

f *Id eſt, eccleſia cathedralis. Quam porrò vocabulum* Matricula, *in hoc Titulo occurrens, ſignificationem in eo habeat, in Annotato, quod ſectioni primæ ad lit.* d *ſubnexui, expoſitum invenies.*

g *Dubitandum non eſt, quin hîc inſigne deſignetur S. Medardi cœnobium, in urbe Sueſſionenſi ſeculo* VII *fundatum, de quo Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 9, *col.* 405 *& ſeqq.*

h *Eamdem hanc inſcriptionem præfert Titulus decimus ſeptimus; quare exiſtimo, Bleſenſem hanc (vide, quæ ſuprà in Annotatis, Sectioni primæ ſubnexis, ad litt.* hh *dicta ſunt) canonicorum Regularium S. Auguſtini abbatiam* S. Brunoni *parentâſſe tribus Titulis diverſis, nimirum præfato* XVII *& duobus hîc ſubjectis, quos ambos poſteriores ſequentemque ab iſto priori disjunxerint, qui Titulos Sancti funebres edendos curârunt: adeò, quod ſuprà monui, verum eſt, id*
B *hoſce eo ordine non feciſſe, quo Tituli iſti rotulo funebri, epiſtolam encyclicam, mortis* S. Brunonis *nunciam, complectenti, fuêre inſcripti.*

i *In generali beneficiorum diœceſis Carnotenſis Catalogo, Pariſiis anno* 1648 *excuſo, pag.* 87 *recenſetur prope Bleſas, quæ urbs, antequam ei anno* 1697 *epiſcopalis cathedra concederetur, in diœceſi Carnotenſi ſita erat, inſignitus* S. Carileſi *ſeu* Krileffi *nomine Prioratus; hunc adeò hîc deſignari conjicio.*

k *Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* XI *col.* 830 *inter eccleſiæ Lexovienſis monaſteria recenſent unum, quod ſeculo* XI *in honorem ſanctiſſimæ Dei Genitricis fuiſſe exſtructum docent, quodque cùm* Bernaicum *vocent, ipſum indubiè eſt, quod unius dumtaxat literulæ mutatione* Bernacum *hîc appellatur.*

l *Cathedralis Aurelianenſis eccleſia, uti è Gallia Chriſtiana aucta tom.* 8, *col.* 1409 *intelligo, S. Cruci eſt dicata; ut iſthæc indubiè hîc deſignetur.*

m *Indubiè hîc deſignatur monaſterium, in monte ſeu colle, urbi Sueſſionenſi contiguo, ſitum, quod modò S. Johannes in vineis nuncupatur, quod-*
C *que ſeculo* XI *fuit fundatum. Adi Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 9, *col.* 456; *de Petro autem, monaſterii illius abbate, cujus ſubjectus Titulus eſt, videſis Commentarium prævium num.* 97 *& binis ſeqq. Notandum porrò ex ſubnexis ſectioni ſecundæ Annotatis ad lit.* a, *nec hunc Titulum, duos proximè antecedentes & 73 eo ordine, quo hîc ponuntur, rotulo funebri fuiſſe inſcriptos.*

n *Hoc monaſterium in colle, urbi Bellovacenſi imminente, ſeculo* XI *initium acœpit, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 9 *col.* 807 *docent.*

o *Pro vocis hujus ſignificatione adi Commentarium prævium num.* 24.

p *Hoc monaſterium in ſancti martyris Quintini honorem & memoriam haud longè à mœnibus Bellovaci anno* 1067 *fuit exſtructum. Ita Gallia Chriſtiana aucta tom.* 9, *col.* 818.

q *Vocabuli hujus ſignificationem in Annotatis, Sectioni primæ ſubnexis, ad lit.* r *ſuppeditavi.*

r *Seculo ſexto fuit hoc monaſterium trecentis à Bellovaco paſſibus exſtructum. Adi iterum Galliam Chriſtianam auctam tom.* 9, *col.* 778.

s *Hinc colligendum puto, Titulo huic fuiſſe adſcriptos nonnullos vitâ functos, pro quibus à religioſis Turritanæ eremi incolis orari poſtulârint monaſterii S. Luciani monachi.* D

t *Hîc indubiè deſignatur diœceſis Ambianenſis monaſterium, quod à Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptoribus tom.* 10, *col.* 1302 S. Fuſcianus in nemore *vocatur, quodque uti ex iis, quæ ibidem in litteras mittunt, manifeſtum eſt,* S. Brunonis *ætate longè eſt antiquius.*

u *De hoc monaſterio, quod ſeculo ſeptimo quatuor ab urbe Ambianenſi leucis, præcipuâ ejus Baſilicâ SS. Petro & Paulo dedicatâ, fuit exſtructum. Videſis denuo Galliam Chriſtianam auctam tom.* 10, *col.* 1263.

x *Hoc monaſterium, quod etiam* S. Quintinus de monte *nuncupatur, primo ab urbe Perona lapide in pago Veromanduenſi diœceſique Noviomenſi ſitum eſt, ſtetitque, quemadmodùm ex iis, quæ de eo Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 9, *col.* 1097 *& quinque ſeqq. memorant, ſtatuendum apparet, ante ſeculum undecimum.*

y *Cellæ Lehunenſis meminerunt Galliæ Chriſt. auctæ Scriptores tom.* 3, *col.* 411, *credibileque eſt ex iis, quæ ibidem ſcribunt, eam jam inde ante* S. Brunonis *ætatem exſtitiſſe.* E

z *Erchinoaldus, Clodovei II major-domus, S. Furſeo, patriâ Scoto, monachiſque ejus ſeculo* VII *juxta caſtrum ſuum Peronenſe exſtruxit monaſterium, monachiſque in hoc jam inde à ſeculo nono canonicorum collegium hodieque ſuperſtes, quod proinde hâc inſcriptione deſignari puto, ſucceſſit. Adi Galliam Chriſtianam auctam tom.* 9, *col.* 1035 *& ſeq.*

aa *Nec locum ſacrum, hoc nomine inſignitum, invenire uſpiam quivi, ut mendosè expreſſum id hîc eſſe putem.*

bb *In diœceſi Cameracenſi (adi Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 3, *col.* 112) *ad Scaldim fluvium haud procul ab oppido S. Quintini ſitum eſt monaſterium, quod in diviſione monaſteriorum regni Lotharii, anno* 870 *inter Ludovicum & Carolum Francorum reges facta, momoratur, quodque ab aliis quidem* Hunnocurtum, *ab aliis verò aliter, magna tamen in hoc nomine mutatione haud facta, appellatur. Nec aliud, quàm hoc monaſterium, in has Tituli ſubjecti inſcriptione deſignari puto.*

cc *Sanctus ſcilicet ſexta Octobris die ſeu eo* F *tempore, quo ſol Zodiaci ſignum,* Libræ *nomine diſtinctum, motu proprio percurrit, ad ſuperos migravit.*

dd *Dubitandum non apparet, quin monaſterium, ad quod ſubjectus Titulus ſpectat, illud ipſum ſit, quod apud Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 3, *col.* 408 Aquicintinum *ſeu* Aquicinctenſe *aut etiam* Aquicinenſe S. Salvatoris monaſterium *nominatur, quodque, ſeculo undecimo exſtructum, ad Scarpim fluvium ſecundo ab urbe Duaco milliari ſitum eſt.*

ee *Deſignari hîc autumo Ordinis S. Benedicti monaſterium, quod à Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptoribus tom.* 3 *col.* 393 Marchianenſe *appellatur, ſeculoque ſeptimo fuit exſtructum.*

ff *Tribus circitèr ab urbe Tornaco leucis ad Elnonem fluvium ſitum eſt hoc Ordinis S. Benedicti monaſterium, ab ipſomet S. Amando ſeculo ſeptimo exſtructum. Conſule Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 3, *col.* 254.

gg *Cùm Inſulenſis in Flandria civitas* Inſulæ *etiam nuncupata reperiatur, habeatque inſignem collegiatam eccleſiam, S. Petro ſacram, eam hîc deſignari, indubitatum apparet.*

hh *Haud dubiè hîc deſignatur Ordinis S. Benedi-*

A *nedicti nobilium virginum abbatia, quæ ab aliis* Meſſinenſis, *ab aliis* Miſſeniacenſis *vocatur, ſeculoque undecimo ſecundo ab urbe Iprenſi lapide fuit exſtructa. Adi Galliam Chriſtianam auctam tom.* 5, *col.* 341.

ii *Hoc monaſterium, quod non prope Furnas, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 5 *col.* 351 *tradunt, ſed prope Ipras ſitum eſt, anno* 1068 *fuit fundatum, ut iidem ibidem docent.*

kk *Hæc eccleſia, quæ cathedralis modò eſt,* S. Brunonis *ætate collegiata dumtaxat erat.*

ll *Cùm nec templum, nec monaſterium, quod Meltenſe vocetur ſanctoque Nicolao dedicatum ſit, inveniam, quiſnam hîc deſignetur locus ſacer, definire non poſſum.*

mm *Dignitatibus, opibus ac genere præſtitiſſe* Bruno *non obſcurè hîc traditur; quare tam hinc, quàm ex iis, quæ Commentarii prævii § 2 in medium adduxi, nobili eum ſtemmate ortum eſſe, pro certo debet haberi.*

B

SECTIO IV.

Titulus S. Petri Pictavis a.

a

SUnt duræ ſortis nigræ ſpectacula mortis.
Ullius exors & fortunæ libera mors eſt,
Cunctorum cladem trutinâ quæ librat eâdem.
Sicut privato, ſic parcit nobilitato,
Anguſtoſque lares vacuat, ſicut populares.
Nam juvenis, flores, decus, & decor, res & honores
Præter divina ſunt omnia ſub libitina.
Hunc obiiſſe Virum, non ergò ſit hoc tibi mirum.
Sed qualis fuerit, ſi fortè rudis mihi quærit,
Solvat & evolvat cartham *b* rurſuſque revolvat.

b

B Mariæ Pictavis c.

c

99 Vivis & in cælis gaudes, Eremita fidelis,
Quem felix eſſe ſequitur, fugit omne neceſſe.
O Patrem ſanctum, pro quo ſcelus eſt dare planctum,
Cujus gaudere nequit ulla lues abolere,
C Vivere cui Deus eſt, cui lux, cui vera ſalus eſt!
Euge, Dei verna frueris mercede ſuperna.
Accipis inventum modico ſudore talentum,
Quod prudens Domino ſolviſti fœnore bino.
Pro meritis tantis tibi clamant verba Tonantis,
Utere, ſerve bone, mecum ſumma regione.

S. Hilarii Pictavis d.

d

100 Brunonis vitæ ſeriem ſpectent eremitæ,
Mundum florentem, mundanos decipientem,
Qui dum conſpiceret, ſed mundi labe careret;
Dum ſibi vileſcit, dum fœtida gaudia neſcit,
Inhærens Chriſto ſeclo diſceſſit ab iſto.
Hac caruit vita Bruno, felix eremita,
Eſt Dominum nactus, cum dictis conſonet actus.
Non igitur flemus, quem ſic migrâſſe videmus.

Alius ejuſdem.

101 Hoc dum vixiſti mundo, veſtigia Chriſti,
Pluribus exutus vitiis, es, Bruno, ſecutus; D
Ergò tibi Chriſtus præſtabat regna polorum,
In quibus exultat lætiſſima turba bonorum.

S. Radegundis Pictavis e.

e

102 Rex immenſe Deus, qui verbo cuncta creâſti,
Qui Sanctis requiem cæleſtia regna parâſti,
Quique tuos ducis ad cælica gaudia lucis,
Fac hunc gaudere cum Sanctis ſede polorum,
Quâ gaudet verè cœtus ſine fine bonorum.

B. Mariæ ac S. Cypriani martyris f.

f

103 Omnis imago boni ſis clemens, Chriſte, Brunoni;
Hic eremita fuit, unde tibi placuit.
Quæ pòſt oblitus cupiens hoc viſere littus,
Te non per ſpeciem, ſed videt ad faciem.

S. Joannis Euang. Pictavis g.

E g

104 Gallia feſtivas poſtponens carminis odas,
Nunc lugubres cantus & mœſtos excipe planctus;
Namque tuus doctor, quondam per cælica ductor,
Bruno pius moritur, flos fœni ſubtumulatur.
Hinc eſt quòd doleas, ſed vivit, pone querelas,
Verè pro meritis juſtis ſonatur* in aſtris, *ſociatur
Cum quo ſint nobis, tibi nec non gaudia lucis.

S. Petri Virſionenſis cœnobii h.

h

105 Turrinis monachis ſit pax per ſecula cunctis.
Dum Phœbus radios per coſmum tendere fulvos
Inciperet, bajulus veſter, pro funere Patris
Deflens, huc venit, quem mors inimica peremit,
Cujus nos pro anima celebravimus ordine vota,
Ut mos Eccleſiæ ſanctæ cognoſcitur eſſe,
Ipſiuſque animam Chriſto commiſimus almam.
Nam donec vixit, Domino ſervire cupivit, F
Moribus inſtructus, divino lumine fultus,
Fratribus atque Deo manſit dilectus in ævo.

S. Martini pleni pedis i.

i

106 Quoniam nullus ſuarum virtutum precumve remige hujus exitialis vitæ nauſragium inevitabile quoquomodo poteſt evadere, cæleſtiſque immarceſſibile præmium obtinere; quod Catholicam decet religionem, fratres expoſcitis. Ut igitur, ejus veſtriſque precibus noſtrorum rubigine criminum ſaluberrima decocta, purgemur, veſtri Patris diem recolemus anniverſariam.

S. Maximini Miciacenſis cœnobii k.

k

107 Doctus Pſalmiſta, clariſſimus atque ſophiſta*, *i.e. philoſophus*
Gallia quem mirè ſua deberet ſepelire,
Ut fertur Calabris nunc Bruno ſepultus in agris,

Hâc

A Hâc functus vitâ, sub temporibus stabilitâ,
Transeat ad vitam sine temporibus stabilitam.

Alius ejusdem.

108 Bruno consurgat Regi, qui crimina purgat,
Sanctorum Christo, cui mundo vixit in isto.
Excessit vitâ monachus, sapiens eremita,
Hinc clerus tristis moneatur versibus istis
Prœmia donantem Dominum rogitare tonantem,
Ut det ei requiem, plebs pia dicat Amen.

l *S. Mariæ Parisiorum l.*

109 O vos mundani, qui re gaudetis inani,
Spernite culturam carnis subitò perituram.
Corpus enim vastum, varia pinguedine pastum,
Quò magis impletur, putidum magis efficietur.
Cur impinguatur caro, quâ vermis satiatur?
Cur adeò cupimus bona, quæ retinere nequimus?
B Quos malè seducit mundus per devia ducit,
Et sectatores carnis fallit per honores,
Blandaque prætendit, dum nobis retia tendit.
Est & in hoc mundo mundanis sollicitudo,
Pœnaque lucratur pœnam, caro bis cruciatur.
Qui lucra sectantur, subita nece præcipitantur
Et subeunt antrum carnes animæque barathrum.
Hæc satis attentè pertractans Bruno repentè,
Ille magistrorum decus, informatio morum,
Remigium turbæ Remensis, major in urbe,
Mundum despexit, iter ad cælestia flexit,
Vilibus indutus pannis te, Christe, secutus.
Hujc igitur cæli pateant populoque fideli,
Cum quo lætatur Bruno, semper sociatur.

m *S. Petri Resbacensis m.*

110 Temporibus nostris, finis dum proximat orbis,
Extitit in mundo proximus iste Deo;
Nam dives fuerat, mores sapienter agebat,
Contempsit cuncta, pòst pauper & est eremita
C Factus pro Domino, qui solus regnat in alto.
Iste viam carnis tenuit: per secula felix
Sit pietate Dei, qui secula morte redemit.

n *S. Petri Latunacensis n.*

111 Arbore de quadam fructum gustaverat Adam,
Arbore pòst de qua sors imminet omnibus æqua.
Si non peccâsset, genus humanum recreâsset.
Sed quia peccavit, morti mala cuncta paravit.
Ergò dolor, luctus, lachrymarum fundite fluctus,
Quòd mors sic mordet, sævit, ruit, omnia sorbet.
Hâc ruit omnis homo pro gustato malè pomo.
Hic valet & vivit, mox terræ membra reponit.
Sic caro flos fœni, fit fœnum gloria mundi,
Dum juvenum flores marcescunt atque decores.

D Cum parvo magnus, cum justo transit iniquus.
Hoc probat omnis homo, sed, homo quod comprobat omnis,
Intulit ipse pater, sed quod pater intulit ipse.
Expulit ipse Deus, sed quod Deus expulit ipse,
Nobile fecit opus, sed opus, quod nobile fecit,
Sentit origo sequens; sed & hoc, quod sentit origo,
Sensit & hic Bruno: quoniam Bruno sentit & iste,
Vivit in æternum, non ergò fleamus ob ipsum.
Si qua tamen gessit, Domino quæ non placuêre,
Os, mens, lingua Deum non deneget ista rogare,
O Theos, alpha boni, dà cælica regna Brunoni.

S. Petri Neocastrensis o.

112 Hâc vixit vitâ dum felix hic eremita,
Dictus Bruno bonus, noster per cuncta patronus,
Quo vixit pago, vivens permansit imago E
Veræ justitiæ, doctrinæ, philosophiæ,
Exemplum cunctis qui dans ratione potitis
Struxit structuram, quam novit non ruituram
Ætheream sedem, per secula cuncta manentem
In summis cælis, ubi gaudet Bruno fidelis,
Cujus mirantes vitam, mores imitantes
Omnes oremus prece, qualicúmque valemus,
Hic ut tam dignus, tam verax tamque benignus
Pro nobis toto fundens oracula voto,
Quo gaudet lætus, cælesti culmine fretus
Nos congaudere faciat secumque manere.

S. Trinitatis Falesiæ p. p

113 Tanti doctoris fuerat de morte dolendum,
Omnibus atque bonis noctesque diesque gemendum,
Si possent luctus hominem revocare sepultum,
Et lachrymæ fructus facerent, non plangere stultum.
Sed quia Missarum lachrymis suffragia præstant F
Atque preces hominem justæ super æthera gestant,
Hymnis & Psalmis, precibus grex ergò fidelis
Christi poscat opem, missis omnino querelis,
Ut faciat cælis animam residere Brunonis,
Ne populetur ovem, conservet ab ore prædonis.

S. Gervasii ejusdem loci q. q

114 Gallia multorum mater, nutrixque virorum,
Isti quando pares es habitura mares?
Iste tuus quondam doctrinæ præbuit undam
Gentibus & cleris: heu bona fama peris!
Francigenæ gentis nil confert littera, sentis,
Hoc obeunte quidem, nunc habes inde fidem.
Istius fossâ Calaber tumulus tegit ossa.
Vivere præstet ei gratia magna Dei.

A

S. Mariæ Tornacenſis r.

115 Quem genuiſſe Colonia, Francia vult a-
luiſſe ſ;
Gloria Bruno pater, genti communis utrique,
Aſcenſu facili ſociatur ad agmina cæli,
Quorum civis erat, etiam dum vita manebat.
Non tamen hinc fruſtra comes eſt oratio juſta.
Conferat hoc Dominus, meritis quod defuit ejus.

S. Petri Blandinenſis cœnobii t.

116 Eſt commune mori, mors nulli parcit honori.
Mors eſt vita piis, pœna diurna malis.
Ibimus abſque mora, ſed qua neſcimus in hora,
Eſt quia vita brevis, fluxa, caduca, levis.
Ecce, ſatis ſcimus, quod non evadere quimus,
Et quis erit finis, vermis & inde cinis.
B Dum vixit, vitâ nituit ſatis hic Eremita,
Mortuus ipſe tamen pace quieſcat: amen.

S. Leodegarii martyris u.

117 Poſcitis auxilium, præbeat quod Chriſtus in ævum.
Brunoni petimus migranti corpore Summus
Quatenus optati concedat munera regni.

S. Bavonis in Gandavo x.

118 In verbis quanquam nobis ſit magna facultas,
Non pro poſſe tamen, ſit prodere verba voluntas,
Sed flentes breviter dicamus: Summe magiſter,
Brunoni charo tibi, Rex, in carne fideli,
Cui ſuper omne bonum placuerunt gaudia cæli,
Illud des eſſe, quod nuſquam novit abeſſe.

S. Mariæ Connatrenſis in Anglia y.

C

119 Hunc pietate ſua rex Chriſtus in arce polorum
Collocet, atque frui requie concedat eorum

S. Audomari epiſcopi z.

120 Exemplum miſeris mortalibus eſſe ſolebas,
Ut colerent Chriſtum, quem ſemper, Bruno, colebas;
Pro quo divitias ſpreviſti totius orbis,
Ut tibi perpetuas daret auctor totius orbis.
Ergò vera fides, quam tu ſemper coluiſti,
Te trahat ad Chriſti requiem, quam, Bruno, petiſti.

S. Pauli Apoſt. Lundonienſis aa.

121 Tanti fama Viri diffuſa ſub ultima mundi
Excitat ardentes in digna precamina mentes,
Et, licèt, ut quimus, complere petita velimus,
Vota probatorum paſſim promiſſa virorum
Nos pro poſſe monent, Dominum memorare Brunonem,
Deceſſumque ſuî Miſſis celebrare quotannis.
Archidiaconi Rengerius, Walterus, Quintilianus, Robertus, Duranduſque ſcholaſticus, Theobaldus, Arturus, ceterique omnes canonici eccleſiæ ſancti Pauli Lundonenſis ſalutamus fraternaque dilectione impertimus eremitas eccleſiæ ſanctæ Dei genitricis Mariæ Turris Calabriæ, concedimuſque, ut petiiſtis, anniverſarium fieri ſingulis annis reverendo magiſtro domino Brunoni ſervo Dei cunctiſque fratribus cœnobii veſtri pridie Nonas Octobris; id conceſſimus publico conſenſu fratrum noſtrorum, nomenque ejus nominibus fratrum noſtrorum aſcripſimus in memoriam prædictæ commemorationis.

S. Petri Caſſellenſis eccleſiæ bb.

122 Brunonis vermes carnem paſcuntur inermes,
Proh dolor! immenſi vas ſenſus & bonitatis.
Non tamen eſt inde, quod defleo; nam mihi conſtat,
Illum Sanctorum concivem, ſed quia cœtus
Ipſius mœret privatus Patre benigno.

S. Mariæ Atrebatenſis ſedis cc.

123 Lux æterna Deus, præter quam nil valet eſſe,
Qui nobis voluit naſci de ſemine Jeſſe,
Participem faciat te, Bruno, ſuæ bonitatis,
Qui fons multifluus eſt mirificæ pietatis.

Alius ejuſdem.

124 Rectæ, Bruno, viæ dux & fons Philoſophiæ
Non aliter docuit, vivere quàm ſtuduit.
Dum bene vivendo fecit, quodcúnque loquendo
Vir bonus oſtendit, cælitus emicuit.
Unde ſibi merces donetur gloria perpes
Ac diuturna quies & ſine nocte dies.

F

S. Vedaſti Nobiliaci cœnobii ſcholæ dd.

125 Ploret vita brevi ſeries quòd tranſeat ævi;
Tanſit enim, quidquid jam præſens cernitur eſſe.
Sic decet, idque petit, quod habet natura neceſſe.
Gloria ſtat rerum, perit hæc in tempore finis.
Nil habet æternum, niſi ſint imitamina veri.
Ergò quiſquis homo vult prudens eſſe videri,
Diligat hæc tantùm, quæ ſunt ſibi dona ſalutis.
Si bene ſtant curæ, bona lucis amando futuræ
Non procuret eâ, quæ ſic fugiunt, velut aura.
Quicquid habet mundus, eſt quædam captio mentis,
Ut ſeducat eam, ſemper vigil ars inimici.
Ille leo rugiens, quærens, quem devoret, hoſtis
Nunquam dormitat, nec præſtat membra quieti.
Irrequieta manet omnis ſua cura per horas,
Nec

A Nec habet occaſum furor hic, nec ſacra voluntas.
Unde, rogo, caveas, homo, ne tenearis ab illo.
Mente ſed intentus ſuperis & ſenſibus omne
Impendas ſtudium, vero quo functus honore,
Divino ſemper puroque fruaris amore.
Deperit omne, quod eſt, ſapiens ſimul inſipienſque,
Pauper, inops, dives, quos vilis contegit urna,
Lege necis ſumpta, ſic fiunt pulvis & oſſa.
Juſtus obit, moritur. Aliquo fit crimine læſus,
Nec caret maculâ communi lege creatus.
Cedit enim ſorti, nimirum quam pater Adam
Per matrem meruit, quam littera nominat Evam.
Mens mea dum queritur ſuper his, per plura vagatur,
Ampla nimis ratio per mentem multiplicatur.
Clare pater Bruno, peto, ſit tibi vita perhennis,
Dicat Amen quiſquis mihi reſpondendo fidelis.

Alius ejuſdem.

B
126 Lumen & ordo viæ ducentis ad alta ſophiæ
Occidit, hinc cedens naturæ Bruno recedens
Par pecudis brutæ. Tibi, Bruno magiſter acute,
Viluit hic flore mundus, ſterilique decore.
Flos fuit in fœno, viguit ſub ſole ſereno,
Dum tua cantaret, ſtudio dum muſa vacaret,
Dum modò lactaret Remos, modò pane ci-
cc baret *cc.*
Hinc tamen, abjectis opibus ſtudiiſque rejectis,
Clauſus in obſcuro frueris labamine duro,
Nilque ſequens Bruno varium, fundatus in uno,
ff Sic pater, ô Bruno, capis unum captus ab uno *ff.*

ANNOTATA.

a *Cùm S. Petro Apoſtolo nuncupata ſit, quæ ſeculo quarto S. Hilarium habuit epiſcopum, cathedralis Pictavenſis eccleſia, huic indubiè attribuendus eſt Titulus ſubjectus.*

b *Rotulum ſcilicet funebrem, qui & epiſtolam encyclicam, obitûs* S. Brunonis *nunciam, & Titulos plures funebres ſeu datas ad hanc reſponſorias, in quibus non pauca de Sancto memorantur, complectitur.*

C c *Plures ſunt in urbe Pictavenſi eccleſiæ, ſanctiſſimæ Dei Genitricis nomine inſignitæ, quarum una, quæ collegiata eſt, & jam inde à ſeculo decimo exſtitit,* S. Maria Major *appellatur; hanc autem hîc per S. Mariam, ſolitariè poſitam antonomaſticéque acceptam, deſignari autumo.*

d *Cùm duæ ſint, quemadmodùm apud nos ad diem* 13 *Januarii, quo de S. Hilario, Pictavenſi epiſcopo, egimus, videre licet, in urbe Pictavenſi eccleſiæ,* S. Brunone *antiquiores, quarum altera* S. Hilarius de Cella *ſeu* Minor, *altera* S. Hilarius Major *ſeu* Magnus *nuncupatur, dubitari non immeritò poſſe videtur, utrius ſit Titulus ſubjectus. Attamen, cùm per S. Hilarium, ſolitariè ſeu abſque addito, uti hîc ſit, poſitum, per antonomaſiam, non Minor, ſed Major S. Hilarii eccleſia intelligenda videatur, pro hac potiùs, quàm pro illa, pronuntiare velim.*

e *Sancta Radegundis regina, de qua apud nos ad* 13 *Auguſti diem actum, poſt factum cum Clotario, Francorum rege, marito ſuo divortium ſeſe Pictavium recepit, hacque in urbe, uti ibi-*

dem docuimus, duas eccleſias, alteram viris, D *alteram ſacris virginibus, condidit. Poſterior unà cum adjuncto parthenone* S. Crucis *nomine hodieque decoratur; prior verò, cui* S. Mariæ *nomen inditum initio fuit, poſteà* S. Reginæ *ſeu* S. Radegundis Baſilica, *uti è Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptorum tom.* 2, *col.* 1299 *diſco, fuit nuncupata; ut iſthæc proinde eccleſia, quæ collegiata eſt, veroſimillimè, ne dicam, indubiè hîc deſignetur.*

f *Certum apparet, hîc deſignari veterem ac nobilem S. Cypriani abbatiam, à Pipino, Aquitaniæ rege, anno* 828 (*adi Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 2, *col.* 1230) *in ſuburbio Pictavenſi exſtructam, quæ varias paſſa eſt, non tantùm viciſſitudines, ſed & nominis mutationes.*

g *Hoc monaſterium, quod Ordinis S. Benedicti eſt, in urbe Pictavenſi ſub titulo S. Johannis Euangeliſtæ ſeculo* XI *fuit exſtructum. Adi iterum Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 2, *col.* 1263 *& ſeq.*

h *In diœceſi Bituricenſi ſitum eſt hoc cœnobium dinque ante* S. Brunonis *ætatem fuit exſtructum, uti liquet ex iis, quæ de illo Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 2, *col.* 133 *&* E *tribus ſeqq. memoriæ produxit.*

i *Hæc Ordinis S. Auguſtini abbatia, quæ in diœceſi Bituricenſi duabus ab Avarico leucis ſita eſt, anno circiter* 1080 *fuit fundata. Ita Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 2, *col.* 186.

k *Hæc diœceſis Aurelianenſis cœnobium, quod partim à Miciano agro, in quo fuit exſtructum, partim à S. Maximino, ſecundo ſuo abbate, ad diem* 15 *Decembris, quo colitur, in Opus noſtrum inferendo, ita vocatur, ſeculo ſexto ineunte initium accepit. Adi Galliam Chriſtianam auctam tom.* 8, *col.* 1526 *& ſeq.*

l *Sub nomine beatiſſimæ Virginis Mariæ dedicata eſt cathedralis Pariſienſis eccleſia; quare hanc, quæ jam inde à primis regum Franciæ temporibus initium accepit, hîc deſignari, veroſimillimum arbitror.*

m *Hujus monaſterii, à S. Audoëno, Rothomagenſi archiepiſcopo, in diœceſi Meldenſi ſeculo ſeptimo exſtructi, notitiam invenies apud Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 8, *col.* 1679 *& ſeq., uti etiam apud nos tom.* 4 *Auguſti, quo de S. Audoëno actum, pag.* 812 *ad lit.*m *in Annotatis.*

n *Pro* Latunacenſis *hîc ſubſtituendum puto* Latiniacenſis; *ut deſignetur Latiniacenſe diœceſis Pariſienſis monaſterium, in pago Briegio ad fluminis Matronæ ripam poſitum, quod S. Furſeus, nobilis Hibernus, uti ad* 16 *Januarii diem, quo de illo apud nos actum, docuimus, ſeculo* VII *exſtruxit, quodque, cùm deinde à Normannis ruinam paſſum fuiſſet, ſeculo* XI *inſtaurandum curavit Herbertus III comes, Herberti II Veromanduorum comitis filius.*

o *Cùm non pauca, quæ* Novi-caſtri *ſeu* Neocaſtri, *Gallicè* Neuf-chatel, *nomine diſtinguuntur, loca inveniantur, nec ullum, cujus eccleſiam S. Petro nuncupatam eſſe ſciam, reperire potuerim, quiſnam hîc locus ſacer deſignetur, pro certo determinare haud queo.*

p *Faleſia, Gallicè* Falaiſe, *Normanniæ Inferioris civitas, caſtrum, in rupe ſitum, ſibi habet adjunctum, binaſque, ut Martiniereus in Dictionario Geographico docet, complectitur parochiales eccleſias; quarum altera* SS. Trinitatis, *altera* S. Gervaſii *appellatur; dubitandum itaque non apparet, quin ad priorem ex his ſpectet Titulus ſubjectus.*

A q *In editione Basileensi additur* Castri; *ut posterior è duabus ad lit. præced. memoratis ecclesiis, quæ Faleſiense castrum complectatur, verosimillimè hîc designetur.*

r *Cathedralis Tornacensis ecclesia sanctissimæ Dei Genitrici sacra est; ut huic proinde adscribendus sit Titulus subjectus.*

s *Quid ex hoc discamus versiculo, videsis Commentarii prævii num.* 42.

t *Nobilissimum hoc Gandense monasterium solo hodie* S. Petri, *sub cujus & S. Pauli patrocinio fuit exstructum, nomine venire solet, licèt primitus à monte Blandinio, urbi Gandavensi vicino, in quo à S. Amando seculo* VII *fuit exstructum,* Blandinium *fuerit vocatum. Adi de S. Amando Operis nostri tom.* 1 *Februarii, pag.* 822, *ubi etiam Galliæ Christ. auctæ. Scriptores tom.* 5, *col.* 184.

u *Cùm varia sint, uti ad secundam Octobris diem in Commentario, Actis S. Leodegarii prævio, docuimus, loca sacra, Sancti hujus nomine insignita, nec Tituli funebres eo ordine, quo rotulo fuêre inscripti, recenseantur, quodnam hîc seu templum seu monasterium designetur, definire haud*
B *queo.*

x *Insigne monasterium, quod* S. Bavonis *nomen postea accepit, in castro Ganda ad Scaldis & Legiæ seu Lisæ confluentes seculo* VII *à S. Amando conditum fuit; post varias autem vicissitudines seculo tandem* XVI *à statu Regulari (monachorum enim Benedictinorum erat) ad statum canonicorum Secularium transiit, cúmque deinde in arcem convertendum esset, hi ad S. Johannis basilicam tunc paræcialem, nunc verò cathedralem,* S. Bavonis, *nomine* Johannis *depositio, appellatam, commigrârunt, cathedrale deinceps in hac episcopatûs Gandensis, recèns tunc erecti, canonicorum collegium constituturi. Adi Operis nostri tom.* 1 *Octobris Gloriam posthumam S. Bavonis* § 5, *uti etiam Sanderum Rerum Gandens. lib.* 4, *cap.* 3 *& Galliæ Christ. auct. Scriptores tom.* 5, *col.* 171 *& tribus seqq.*

y *Cùm locum sacrum, qui ita nominetur, neque in Monastico Anglicano, neque alibi inveniam, puto, in illius scriptionem mendum hîc irrepsisse, proque* Connatrensis *legendum* Conventrensis; *ita ut hîc designetur cathedralis hujus nomi-*
C *nis in Anglia ecclesia, quæ, sanctissimæ Dei Genitrici nuncupata,* S. Brunonis *ætate est antiquior. Adi Mabillonium tom.* 4 *Annal. Bened. lib.* 58, *num.* 69, *& Monasticon Anglicanum tom.* 2, *pag.* 428.

z *Puto, hîc designari monachorum cœnobium; Operis nostri tomo præcedenti in Commentario ad Vitam S. Gerardi, Brononiensis abbatis, prævio num.* 245 *memoratum, quod jam inde à seculo nono canonicorum secularium factum fuisse, ibidem docuimus.*

aa *Cathedralis Londinensis in Anglia ecclesia S. Paulo sacrâ est; quare ad hanc puto spectare Titulum subjectum.*

bb *Castetum, Flandriæ Occidentalis oppidum, quod Gallicè & Flandricè* Cassel *appellatur, hinc que ab iis, qui subjectum Titulum scripsêre,* Cassella *seu* Cassellum *Latinè dici potuit, duas habet collegiatas ecclesias, quarum altera* S. Petri, *altera* S. Mariæ *nuncupatur; ut proinde priorem ex his hîc designari, fas sit conjicere.*

cc *Atrebatensis cathedralis ecclesia, sanctissimæ Dei Genitrici sacra, indubiè hîc designatur.*

dd *Atrebatense S. Vedasti monasterium, quod priùs* Nobiliacum *dictum fuit, seculo septimo fuit constructum. Dubitandum itaque non apparet, quin à schola, quam pro more, seculo duodecimo ineunte usitato, monasterium illud instituebat, Titulus subjectus processerit*

ee *Sanctum Remis Poësim docuisse, hinc concludendum apparet. Adi Comm. prav. num.* 77.

ff *Alludi videtur & hîc ad illud Lucæ* 10, ℣. 42 Porrò unum est necessarium. Maria optimam partem elegit.

SECTIO V.

Titulus S. Mariæ Morlivensis ecclesiæ a.

FLoruit in mundo Vir prudens ore profundo.
Utilis est forma fors ejus & ultima norma.
Scivit enim verè, mundum non posse manere.
Calcavit flores ejus, contempsit honores.
Nunc requies sibi sit, quoniam sacra pagina dixit:
Non est damnosa mors justi, sed preciosa;
Bruno Hierusalem conscendit spiritualem.
E

SS. Petri & Augustini Anglorum Apostoli b.

128 Bruno piâ vitâ cælo vivàs eremitâ.
Reddidimus vestris, reddantur debita nostris.

S. Edmundi regis martyris c.

Transit ab hac vitâ Bruno pater ac eremita,
Transeat in requiem spiritus ejus: Amen.

Alius ejusdem.

130 Annuat huic Dominus Brunoni gaudia verus,
Agmina Sanctorum, qui continet alta piorum.

S. Mariæ Spalingæ ecclesiæ S. Nicolai Andegavensis d.

F
131 In mundo rutilat solis jubar & rutilando
Transit & excedit sidera clara poli;
Sic & Brunonis sapientia tanta refulsit,
Inter Francorum sidera solus ut hic
Esset cunctorum flos & fons Philosophorum.
Flos speciosus erat, fonsque profundus erat.
Ex hoc manavit sapientia tanta per orbem,
Ut quos imbueret, philosophos faceret.
Splendor sermonis fuit & lux relligionis,
Ejus relligio scitur ubique satis;
Ejus doctrinâ sunt facti tot sapientes,
Quos mea mens nescit & mea penna tacet;
Ejus in exemplo sunt multi relligiosi
Et sectatores discipulique crucis.
Ipse crucem Christi tulit & sua cuncta reliquit,
Seque negando sibi profuit ipse sibi.
Dives, famosus, facundus & generosus
In mundo nituit, sed sibi displicuit.
Mundus & ipsius res & mundana potestas
Non sibi chara fuit, omnibus abstinuit.
Nullus amor vel honor nocuêre Deum sitienti;
Sed quærendo Deum fuit* in exilium. **fugit*

Exul

A Exul erat patriæ, loca præsidiumque Mariæ
Obtinuit, cujus filius ipse fuit.
Felix exul erat, quem virgo Maria recepit.
Hæc sibi refugium præstet & auxilium,
Fiat ei portus, cujus fuit integer ortus
Filius æternus, sit tibi certa salus.
Religiosis fratribus in loco, qui Turris appellatur, Deo devotè famulantibus Lambertus abbas & tota congregatio sancti Nicolai salutem & dilectionem. Dolori vestro & desolationi charitatis visceribus compatientes dominoque Brunoni ex hoc mundo ad Patrem, ut credimus, transeunti congaudentes & triumphalis funeris debitum exolventes justis petitionibus vestris & desideriis satis facimus, annuentes, ut illius depositio in Martyrologio nominibus fratrum nostrorum interscribatur & perpetua memoria recolatur.

S. Mariæ ecclesiæ Lincolnienſis e.

132 Transisti mundo securus, maxime Bruno,
Quem quia sprevisti, nil nocuisse puto.
Te voluit rebus fallacibus illaqueare,
B Sed tibi prospiciens non cadis in laqueum.
Obtulit iste quidem, quæ pronus stultus adorat,
Hoc est, divitias & bona, quæ pereunt.
Et quia nemo potest horum splendore beari;
Quippe nihil prosunt, sed nimis officiunt,
Omnibus abjectis, eremum lætus petiisti,
Hoc solum cupiens posse placere Deo.
Nec bona fama Viri latuit dispersa per orbem,
Sed vaga permultos commonuit populos.
Profuit & multis dans exemplum famulandi
Illi, qui bonus est, qui Dominus Deus est.
Hoc igitur melius quis homo posset meditari?
Ista salus multis profuit atque tibi
Quis tam felicem novit atque sapientem?
Non novi talem nec tibi consimilem.
In te revera patuit sapientia vera,
Te pietas Domini nutriit & docuit.
Hunc elegisti præ cunctis, hunc & amâsti,
Quem quicunque colit, non coluisse pudet.
Sit tibi lux, patria, requies & gloria parta,
Cui servire fuit gloria sola tibi.

f C

S. Mariæ Eboracenſis f.

133 Filius ecclesiæ mortali carne solutus,
Bruno vir sapiens, quod sua facta probant,
Non est plorandus, quia numquam jam ruiturus,
Spes, amor atque fides, quod meruêre, tenet.

Alius ejuſdem.

134 O si voce rei divini pompa trophæi
Posset laudari, vel plenè notificari!
Sed quia deficeret, nisi se mea vox cohiberet,
Quod mihi velle datur, perfectè posse negatur.
Sed tamen absque mora surgat mea per mare prora,
Ut, si fas detur, Christum laudando precetur.
Laus tibi, summe Pater, cui subditur inferus ater,
Laus tibi, laus, Christe, cui mundus subjacet iste.
Cælestis doni da præmia, quæso, Brunoni;
Ut tibi, qui vixit, qui mundo se crucifixit,
Vivat in æternum nec mortis tangat avernum. D
Quod petitis vobis, impendite mutuò nobis.

S. Petri Eboracenſis Angliæ metropolis g.

g

135 Pro quo Bruno brevis reprobavit noxia vitæ,
Ipse rependat ei munera perpetuæ.

Alius ejuſdem.

136 Fama prius nobis retulit, quam litera vestra,
Non de morte quidem, sed bonitate Viri.
Gemma domûs Domini Bruno fuit atque columna,
Et fidei verus cultor apostolicæ.
Vera fides ejus, virtutibus ædificata,
Ætereas ædes ædificavit ei.
Gloria, divitiæ, persona, scientia rerum
Illi clara satis, sed pede pressit ea.
Sunt quæ dant homini post mortem vivere posse, E
Nec tamen hæc possunt morte carere dare.
Mors premit omne caput; quæ si cui parcere posset,
Certè Brunoni parcere debuerat.
Mors bona, mors felix, si mors est illa vocanda,
Quam sequitur requies vitaque perpetua.
Si quid ei terrena dedit contagio sordis
(Nam sine peccato vivere nemo potest)
Abluat illa Deus, qui trinus vivit & unus
Et det ei requiem, dicat & omnis: Amen.
Quod petitis vestris jam fecimus & faciemus,
Et petimus, nostris ut faciatis idem.

S. Joannis archiepiſcopi Beverlacenſis eccleſiæ h.

h

137 Bruno, quod sprevit vivens, in morte reliquit.
Nam mundum fugit mundanaque vilia dixit.
Christo servivit, quare cœlum penetravit.
Ipsius tales transmittere sed quia fratres F
Chartam fecerunt, nostri domini voluerunt
Pro Famulo tanto postremo tempore functo
Officium servis gratum persolvere cunctis.

Ricardi i.

i

138 Qui casu mortis, sublato Patre, doletis,
Ponite tristiciam, manet omnis* exitus idem. *omnes
Hinc est pensandum, quia mundi gloria fœnum,
Ad tempus floret, florens pertransit & aret;
Et quia sic floret florens, sic transit & aret,
Declinemus eam, magis inquirendo futuram.
Jam præcessisti, jam regula, Bruno, fuisti,
Jam conclusisti, quod cautè proposuisti.
Florebas mundo fragili, sed flore caduco
Sprevisti mundum fragilem, floremque caducum,
Contemplativæ quærens succedere vitæ,
Quam tibi concedat, qui sæcla per omnia regnat.

Alberti.

139 Det pietas Christi tibi, Bruno, quod meruisti,

A Factus in hac vita monachus priùs, hinc eremita *k*.

k

Turſtani.

140 Sit tibi, Bruno, quies, ſit lux, ſit gloria perpes,
Sit tibi vera ſalus, vera medela Deus.

Richardi.

141 Æternam ſedem nobis invidit & ædem
Æternæ ſedis factus prior exul & ædis,
Arboris illicitæ dum guſtum ſuggerit Evæ.
Guſtat, ſit guſtans mortalibus addita fatis,
Porrexitque viro, caſu ſimili ruituro.
Immortalis erat, ſicut Deitatis imago,
Immortalis erat, coſtis educta virago;
Sed mox poſt guſtum mortales efficiuntur
Dejectuque gravi paradiſo dejiciuntur.
Intravit mundum mors effera, ſubdidit illum
Legibus illa ſuis, moritur, qui naſcitur, omnis.
B Parcere non novit, ſed nec tibi, Bruno, pepercit.
Appoſuit patribus, jam ſit tibi vivere Chriſtus
Et raptum mundo te reſtituat paradiſo.

Wilhelmi.

142 Carmina ſi poſſent tanto prodeſſe Patrono,
Jam prodeſſet ei muſa canora mei.
Carmina cantâſſet titulo fruitura perenni,
Mille modis tanto pſalleret illa Viro,
Pſalleret illa Viro, ſtudioſa mente manuque
Linguaque magnificum magnificaret eum.
Sed quia defuncto nil proſunt carmina laudis,
Virtus ſumma Dei propitietur ei.
Torruerat phœbus bis ſex octoque diebus
l Libram, cùm vita diſceſſit ab hac eremita *l*.

m ## *S. Petri Caſtrenſis eccleſiæ m.*

143 Gloria juſtorum, ſolatia ſola reorum
Bruno fuit vivens parque dolor moriens.
Totius cleri decus, exemplar quoque veri,
Mors dolor! eripuit, dum Pater occubuit.
Effectus monachus priùs, hinc eremitaque rectus,
Gratia ſumma Dei propitietur ei.
Huc tendunt vota, quò propitiatio tota
Sit fragili vitæ ſub brevitate ſitæ.
Huic fuit Octobris immanibus edita probris
Finis ſexta dies, ſit ſibi jam requies.

Alius ejuſdem.

144 Perſonæ titulus ſub nomine prætitulatus
Virginis & Matris, quam poſt Dominum colit orbis,
Diverſos luctus mundus ſonat undique totus,
Ad multas mortes ſecum ducendo cohortes.
Poſternit cunctos ſacro baptiſmate lotos,
Sicut demonſtrat Brunonis clara lucerna.
Is cùm multorum laudetur voce virorum,
Sit meritis morum ſpectabilis eximiorum,
Lege tamen mortis ſors hunc tulit impia portis.
Flemus vobiſcum, ſed opus quid ad hæc niſi Chriſtum
Poſcere, quòd requies ſibi ſit poſt funera perpes. D
Ut veſtris functis dedimus, ſic vos date noſtris.

S. Mariæ & S. Aldelmi Malmesbenenſis eccleſiæ n. *n*

145 Hic bonus Athleta, cujus celeberrima vita
Iſtic narratur, laudabilis eſſe probatur.
Nam ſi ſic vixit, præſens ut chartula dixit,
Et ſi munificus fuit & pius atque pudicus,
Si ſibimet parcus fuit, indiguis quoque largus,
Si caleator opum, ſi ſpretor deliciarum,
Si verbis cultus fuit & bene morigeratus,
Eſt quid opus verbo, quid dicere plura laboro?
Jam nunc tantorum cœtum tenet arte bonorum;
Nam ſibi pro meritis eſt redditus aſtriger axis.
Nunc igitur Bruno lætatur & hæret in uno,
Unum ſuſcepit Bruno, qui multa reliquit.
Eſt tamen hoc ſolum cunctis præſtantius unum. E
Si quàm ſit magnum, juvat hoc addiſcere lucrum,
Sat dicam breviter, pauciſque docebo patenter.
Suſcepit Chriſtum ſolamen dulce laborum,
Quid prodeſt igitur, quod nos ſibi verſificamur?
Sed puto, proficere, ſi dico: Deus miſerere.
Aſt quoniam nemo peccaminis eſt ſine nævo,
Si quod habet facinus, tu bone terge Deus.

S. Mariæ Rothomagenſis eccleſiæ o. *o*

146 Eccleſiæ ſanctæ totius lugeat ordo,
Humani generis flens irreparabile damnum.
Mundo deceſſit mundani victor honoris
Bruno pater, ſanctæ fundator Relligionis;
Cujus tanta piam vitam commendat honeſtas,
Ut ſit cùm cuiquam non æquiparare poteſtas. F
Ipſe fuit ſapiens, vir nobilis, indole fulgens,
Imbutus fonte totius philoſophiæ;
In quo cùm virtus probitatis viva niteret,
Glorificos faſces, quâ promeruiſſe valeret,
Proculcator opum, cunctorum ſprètor honorum,
Et mundi ſtultam pede contudit ambitionem
Et ſtudio ſanctam fundavit Relligionem.
Mundum declinans, mundi ſublimia vitans
Elegit potiùs privatâ degere vitâ.
Sed quamvis humilis clarus meritis eremita,
Cujus magnificæ quoniam ſeriem pietatis
Nemo referre valet, actuſve piæ bonitatis,
His præterminiſſis, precibus nos invigilemus.
Atque Patrem ſummum devota mente rogemus,
Ut Pater eximius vitali luce fruatur,
Juſtus & agminibus juſtorum conſocietur.
Nos Rothomagenſes metropolis eccleſiæ canonici ſingulis annis venerabilis viri Brunonis anniverſarium faciemus.

A

p S. Trinitatis Rothomagi p.

147 Quamvis mens hominis neſcit diſcernere, finis
Quis ſit cunctorum; ſed fons & origo bonorum,
Cui patet occultum, nec quid dimittit inultum,
Nos tamen, ut mores deſignant exteriores,
Dulcis & emeritæ pia conſummatio vitæ,
Credimus, ad Superos quòd veſter tranſiit Heros.
Quæ vos oratis de votis concelebratis,
Hæc eadem noſtris expoſcimus ut faciatis,
Ut vivant Chriſto, quos carcere ſolvit ab iſto.

q S. Leodegarii q.

148 Hic Leodegarii titulus deſcribitur almi.
A facie mortis nequit ullus ſiſtere fortis;
Sed fumo ſimilis vita viri ſterilis.
B Labitur ut ventus pulcherrima nata juventus.
Æquè tolluntur peſſimus atque bonus.
Omnes morte ruunt, terramque cadavera quærunt,
In nihilum veniunt, vermibus eſca fluunt.
Corpora putreſcunt, quæ viva ſuperba fuerunt,
Horrida fit caro mortua cuncta caro.
Mox homo cùm moritur, ſtatim ſua foſſa paratur,
Charus pòſt nullus curet habere ſuus,
Sed ſociat cineri jam fœtens corpus amici.
O quàm vanus amor, cùm cadit omnis honor!
Brunoni dedimus, quod debitus exigit uſus,
r Vos & idem noſtris perſolvite ſubtitulatis r.

s S. Mariæ Potilevienſis ſ.

149 Exiit è mundo Vir, mundi ſpretor, ad illum,
Qui mundum fecit, quem ſine fine videt;
Et licèt hic, tanquam tenebroſus, Bruno vocetur t,
t C Eſt tamen & famâ lucidus & meritis.
Luce Dei fruitur, quia lucem reſpuit iſtam,
Et pro deſerto cælica regna colit.
Vos igitur, fratres, pro leto ne doleatis,
Eſſe ſuos lætos lætus & ipſe cupit.
Si quid ei minus eſt, Deus illi compleat illud
Et noſtras veſtris jungat ei precibus.

ANNOTATA.

a *Cùm locum, qui ſeu* Morlivum *ſeu* Morliva *vocitetur, nuſpiam inveniam, occurrat autem in Britannia Minori civitas, quæ* Morlæum, *Gallicè* Morlais *ſeu* Morlaix, *nominatur, eccleſiamque, ſanctiſſimæ Dei Genitrici ſacram, habet, ſpectare ad hanc Titulum ſubjectum, veroſimile apparet perperamque adeò* Morlivenſis *pro* Morlæenſis *hîc exarari.*

b *Inſigne hîc puto deſignari Cantuarienſe monaſterium, quod S. Auguſtinus, Cantuarienſis in Anglia epiſcopus,* Anglorum Apoſtolus *nominatus, de quo apud nos ad diem 26 Maii actum, in honorem S. Petri Apoſtoli Cantuariæ ſeculo ſeptimo exſtruxit. Adi tom. 1 Monaſtici Anglicani pag.* [illegible], *ubi etiam Operis noſtri tom. 6 Maii pag.* 440.

c *Vide de hoc monaſterio Monaſtici Anglicani tom. 1 pag.* 284 *& binis ſeqq., ubi ea traduntur, ex quibus palàm eſt, diu illud fuiſſe ante* S. Brunonis *ætatem conſtructum.*

d *Andegavenſe Ordinis S. Benedicti monaſterium, cui à* S. Nicolao *nomen eſt inditum, ſeculo undecimo, quemadmodùm in Gallia Chriſtiana veteri Sammarthani fratres tom.* 4, *pag.* 688 *docent, fuit fundatum; atque hoc quidem hîc per Andegavenſem S. Nicolai eccleſiam deſignari autumo; per aliud autem, quod huic præmittitur,* S. Mariæ Spalingæ *nomen unam ex eccleſiis, quas de more (plures enim olim majoribus cœnobiis erant eccleſiæ) monaſterium illud habebat.*

e *Lincolnienſis cathedralis in Anglia eccleſia ſanctiſſimæ Dei Genitrici Mariæ, uti tom.* 3 *Monaſtici Angl. pagg.* 257 *&* 259 *videre licet, ſacra eſt; quare dubitandum non apparet, quin ad hanc referendus ſit Titulus ſubjectus.*

f *Hoc monaſterium, S. Mariæ nomine inſignitum, diu pariter ante* S. Brunonis *ætatem fuerat exſtructum. Adi Monaſt. Anglic. tom. 1 pag.* 384, *& Mabil. in Annal. Bened. lib.* 7, *num.* 69.

g *Dubium non eſt, quin hîc deſignetur cathedralis, quæ S. Petro ſacra eſt, Eboracenſis eccleſia.*

h *Hæc eccleſia, quæ collegiata eſt atque in agro Beverlacenſi ſita, diu ante* S. Brunonis *ætatem exſtitit, uti videre eſt tum ex iis, quæ de S. Joanne Beverlacenſi, archiepiſcopo Eboracenſi, ad 7 Maii diem, quo de hoc apud nos actum, docuimus, tum etiam ex iis, quæ tom. 3 Monaſtici Anglicani in Collegiatis Angliæ eccleſiis pag. 1 in litteras miſſa ſunt.*

i *Hic, qui Titulo ſubjecto, aliique, qui quatuor Titulis proximè ſequentibus Sancto nominatim parentârunt, collegiatæ Beverlacenſis eccleſiæ canonici indubiè fuerunt. Singulorum porrò nomini in editione Baſileenſi additur* Ad eumdem; *quo quid veroſimiliter ſignificetur, ex Annotatis, ſectioni ſextæ ad lit.* d *ſubdendis, collige.*

k *Opinioni eorum, qui Sanctum, cùm mundo valedixit, non rectà in Carthuſiam ſeceſſiſſe ſtatuunt, ſuffragatur hic Titulus. Adi Commentarium prævium num.* 415 *& ſeq.*

l *Annò nimirum* 1101, *quo* S. Bruno *obiit, nondumque Gregoriana Calendarii correctio facta erat, ſignum Libræ ſol fuit ingreſſus die* 17 *Septembris, à quo ad diem 6 Octobris, Sancto emortualem, dies viginti, computato utroque extremo, effluxerunt.*

m *Hîc fortaſſis collegiata Angliæ eccleſia de Ceſtre, quæ S. Petro ſacra ſit, deſignatur.*

n *Malmesburienſe, de quo tom. 1 Monaſtici Anglicani pag.* 49 *& ſeq. agitur, monaſterium, in agro Wiltonienſi ſitum, veroſimiliter hîc deſignatur, perperamque proinde* Malmesbenenſis *pro* Malmesburienſis *ſcribitur.*

o *Cùm eccleſia cathedralis Rotomagenſis ſanctiſſimæ Dei Genitrici ſacra ſit, illam hîc deſignari, indubitatum apparet.*

p *Hoc monaſterium, quod in monte prope Rotomagum ſitum erat, ſeculo* XI *fuit exſtructum, & ad annum uſque* 1597, *quo menſa abbatialis Carthuſiæ Gallionenſi attributa eſt, ſub abbatibus perſeveravit, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* XI, *col.* 124 *& ſeq. docent.*

q *Pratellenſe S. Leodegarii cœnobium, quod in diœceſi Lexovienſi ſitum eſt, ſeculoque* XI, *ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* XI, *col.* 853

D

E

F

A 853 *docent, fuit exſtructum, veroſimillimè hîc deſignatur.*

r *Adi, quæ in Annotatis, Sectioni tertiæ ſubnexis, ad lit.* ſ *dicta ſunt.*

ſ *Hoc cœnobium, quod ſanctiſſimæ Virgini Mariæ ſacrum eſt, quodque ab aliis* Pontilevium *vocatur, in diœceſi Bleſenſi ſitum eſt, ſeculoque undecimo, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* 8, *col.* 1379 *docent, fuit exſtructum.*

t *Alluditur ad nomen* Brunonis, *quod à nomine Teutonico* Braun, *Flandrico* Bruyn *& Gallico* Brun, *idem, quod Latinè* Fuſcum *ſeu* Subnigrum *ſignificante, deductum videri poteſt.*

SECTIO VI.

Titulus S. Mariæ Bajocenſis eccleſiæ a.

a

150 Strennuus & fortis conſervator monachorum,
Providus & mortis, fundator cœnobiorum,
B Sanctorumque patrum pius & clemens imitator,
Solamen fratrum, ſanctæ virtutis amator,
correctur Morum contrector* juſtus, pia ſpes miſerorum,
Juſticiæ rector, cuſtos & ubique bonorum,
Moribus ornatus, vas & plenum pietatis,
Fortiter armatus clypeo veræ probitatis,
Humanæ Bruno ſubiit jus conditionis,
Cœtibus angelicæ conjungendus legionis.
Non ibi raptores habitant, nec turba rebellis
Nec pravi mores ibi ſunt, ſed quiſque fidelis.
Quò nobis aditum tribuat Rex perpetualis,
Mortis poſt obitum protectio ſpiritualis.
Spiritus hic ſumma Brunonis pace fruatur
Luceque ſplendiflua pietate Dei potiatur.

Verſus ſcholares ejuſdem urbis b.

b

151 Hic dolor, ô Bruno, plùs quàm proceſſit ab uno;
C Unde dolet, plangit, quàm mors tua funditus angit!
Non lachrymando parùm communis turba ſcholarum
Atque genu prono tali viduata Patrono
Pro merito dando diffundit vota precando,
Et Regem poſcit, qui cuncta latentia noſcit,
Ut tibi det vitam, te ſuſcipiens eremitam.

S. Georgii ejuſdem urbis c.

c

152 Flos eremitarum, lumen mirabile, clarum
Sydus, Bruno, patrum vigor, ordo, regula fratrum
Exemplarque viæ cæleſtis, fonſque ſophiæ,
Has tetigit metas, quibus omnis clauditur ætas.
In numero fratrum te ſcripſimus, optime patrum,
Sedula devotè fundendo precamina pro te,
Ut pietate Dei tibi detur pars requici.

S. Stephani d.

D d

153 Si vel per gemitum vel per lachrymas dare vitam
Hic mundus poſſet, mundus utrunque daret,
Ut ſibi ſublatum ſemel eliceret redivivum
Brunonem, miſeris ſpem, decus, auxilium;
Qui ſectans eremum, propriamque crucem bajulando
Actu complevit, ore quod edocuit,
Remigiumque tenens fidei ſpem fixit in aſtris,
Et rate felici jam mare tranſiliit:
Et quia non per ſe valet ullus poſſe beari,
Hunc immenſa Dei gratia juſtificet.

S. Vigoris Ceraſiaci cœnobii e.

e

154 Humilis grex cœnobii Ceraſienſis beati Vigoris, prænonitus oraculo divino, pro anima religioſi ac Deo dilecti Brunonis generale officium *f* perſolvit, orans, ut ei parcat ſumma Dei pietas. f E

S. Mariæ Conſtantienſis eccleſiæ g.

g

155 Chriſtus doctorum doctor, fons atque bonorum,
Donet Brunoni, quod meruêre boni.
Eſſe Deum verum ſequitur non eſſe ſeverum,
Huic igitur placidus ſit ſine fine Deus.
Nam genus humanum, confectum crimine vanum,
Iſte pater docuit quàm meliùs potuit,
Chriſti mandatum pandens, dare munus amatum
Servanti vitam dat quia perpetuam.
Nec ſolùm verbis, ut durus doctor, acerbis
Perdocet, aſt factis perſequitur propriis.
Perpetuâ vitâ cur non caret hic Eremita,
Eſt quoniam verus ſolus in orbe Deus.
Quod petitis veſtris, hoc Chriſtus det quoque noſtris,
Inſimul ut ſocii ſint ſine fine Dei.

F

Verſus ſcholares ejuſdem h.

h

156 Bruno multorum præceptor grammaticorum
Cunctis corporeum nuntiat interitum.
Grammaticus, rhetor, dialecticus aſtrologuſque
Effugerent mortem, ſi fugienda foret.
Sed quia mors nullâ nequit auferri medicinâ,
Semper quiſque ſuum cogitet interitum.

S. Michaëlis de periculo maris i.

i

157 Mira Dei virtus mirandos perficit actus.
Quoſdam juſtificat, quoſdam de morte repulſat.
Quos vult, ignorat, quos vult, ſolidè ſibi firmat;
In quibus hic Bruno, vir religionis amator,
Colligitur, capitur, feliciter annumeratur,
Hujus ſicut opus rotuli conteſtificatur.

S. Petr

A

k

S. Petri Caſalis k.

158 Vita Brunonis, fides & opera ſi talis extitit, ut dicit littera,
Non eſt lugendus, cùm ſit Superis ſociatus;
Sed ſi, dum fragilis toleramus pondera carnis,
Nullus compareat, qui ſic ſine crimine vivat,
Ut caveat factis aut non delinquere verbis;
Idcircò Chriſtum deprecamur, ut, ſi in aliquo offendit iſte Pater, dignetur indulgere.

l

S. Mariæ Louleii cœnobii l.

159 Audito tranſitu beatiſſimi eremitæ Brunonis, Cenomanenſis mater eccleſia trigenarium
m ei fecit *m*, anniverſarium depoſitionis diem celebratura.

n

S. Juliani Cenomanenſis n.

B 160 Morte tua flendum non credimus, optime Bruno,
Qui, fugiens vanos mundi pereuntis honores,
Angelicam in terris vitam ſapiens imitatus
Corpore adhuc vivens cœleſtia mente petebas.
Corporis ergò malis, Chriſto miſerante, ſolutus
Sedibus ætherèis æterna pace fruêris.
O utinam tua ſancta ſequi veſtigia poſſem,
Corporis iſtius quò lætus damna ſubirem!

Alius ejuſdem.

161 Vixit in Eccleſia firmiſſima Bruno columna,
Occidit, unde decus Eccleſiæ titubat.
Mundalis luget, cæleſtis curia gaudet.
Hæc perdit, tantum ſuſcipit illa Virum.
Debita naturæ ſolvit meliora ſecutus,
Cui pro morte brevi vita perennis erit.

Alius item ejuſdem.

C 162 Ad Superos Superûm cultor ſociuſque receſſit
Commendans terræ Bruno, quod ejus erat,
Sarcinulaſque leves & agentem Prothea mundum
Deſpicit, æternas pauper adeptus opes.
Depoſitum interea cineri miſcetur, idemque
Sperat & expectat præmia ſorte pari.
Suſpicor, angelicas huic exultare cohortes,
Et cæli cives plaudere Cive novo.
Sexta dies Octobris erat, cùm Bruno, ſecutus
Naturam, Superos exoneratus adit.

Alius adhuc ejuſdem.

163 Iſte ſuperna petens ſyncera relligione,
Regnat cum Sanctis in cæleſti regione.
Iſte laboravit, felix labor, unde vocavit
Gloria ſanctorum, merces miranda laborum,
Te, tibi ſe, Bruno, dans regnum Rege ſub uno:
Rege ſub hoc dico, majeſtas cujus olympo
Fulget & eſt Sanctis lux, gloria, vita perennis. A
Iſtius ergò decet nos commendare laborem
Muneris æterni decet & laudare datorem.
Impetret & nobis noſtræ devotio laudis,
Munere divino regnemus Rege ſub illo.

S. Vincentii Cenomanenſis o.

164 Si poſſet lachrymis & planctu vita reduci,
Cum gemitu magno & lachrymis planctuque protervo
Totius florem mundi clerique decorem
Triſtis Brunonem lachrymarer luce carentem.

B. Juliani de prato p.

165 Iſti Brunoni tribuatur vita perennis,
Spiritus atque ſuus, cæleſti ſede receptus
Regnet cum Domino, felix ſit nunc & in ævo.
Hic vir præclarus vitâ doctorque beatus
Felix in clero fulſit, per dogmata mundo:
Unde pio gemitu, profuſis fletibus, & nos
Oremus Chriſtum, quò det ſibi nunc paradiſum. E

S. Mauricii ſedis Andegavenſis q.

166 Gallia triſtatur, Calaber populus lachrymatur,
Doctoremque bonum gemit iſta, flet illa patronum.
Vitæ præſentis hæc laudat eum documentis,
Ejus & eximia celebratur ubique ſophia.
Pluſquam Maronis laudatur lingua Brunonis,
Gloria Platonis vileſcit laude Brunonis.
Hic præcellebat doctoribus, hic faciebat
Summos doctores, non inſtituendo minores.
Doctor doctorum fuit hic, non clericorum*. *clericulorum
Nam nec honeſtates verborum, nec gravitates
Sumpſit Brunonis, niſi vir magnæ rationis.
Rectio prudentis ſuperabat acumina mentis,
Ut documentorum doctor ſatis extitit horum.
His plùs perfectam voluit præponere ſectam,
Nunciat egregiam divina docendo ſophiam,
Primaque deſtruxit & tanquam frivola duxit F
Dux priùs erroris monſtravit iter melioris
Poſteà doctrinæ r, quæ gaudia dat ſine fine.
Sed nîl mundana ſapientia dat niſi vana.
Hæc facit elatos pompâ, facit illa beatos.
Factis complebat operando, quod ore docebat.
Multos ſermones faciebat per regiones.
Urbem tranſivit Romam, Calabroſque petivit.
Hic abbas factus eſt tandem cælica nactus.
Hinc gens illa gemit, quia patrem caſus ademit,
Cúnque virum talem plorat tam ſpiritualem,
Non mors paſtoris, ſed damnum cauſa doloris.

S. Florentii Glamuenſis cœnobii ſ.

167 In variis membris corpus diſtinguitur illud,

A Cui caput eſt Chriſtus, regnator Catholicorum ;
In quo nos monachi, mediocria membra, locati
Credimus excelſos in eo veros eremitas,
De quorum numero te, Bruno magne, fatentes,
Spretus honor mundi quod nobis teſtificatur,
Et ſanctæ vitæ finis bonus aſtipulatur,
Cùm tibi deſcriptas laudes omnino probemus
Noſque tuis meritis fulciri poſſe putemus,
Ut tamen orantûm fratrum precibus faveamus,
Effudiſſe preces pro te nos notificamus,
Unde vicem nobis reddendam non dubitamus.

S. Nicolai ejuſdem urbis t.

* 168 Necdum veſter noſtros lares rolliger *u* attigerat, cum Lambertus abbas noſter jam eum ſuſceperat & de tanto Patre dignos jam verſus
B aſcripſerat; illud autem, quod promiſit, libenter concedimus & augere jam promiſſis iterum
x promittimus *x* pro Brunone, quem jam cum Deo regnare credimus.
Bruno fuit fons doctrinæ, norma veri dogmatis,
Ariſto telis profunda ſuperans & Socratis,
Supergrediens Platonem ſacri dono chriſmatis.
Vixit homo, plus quàm homo preſſus mole carnea,
Vivens tamen preſſit carnem, tendens ad ætherea,
Spernens mundum moribundum ob regna cæleſtia.
Vivat Bruno felix cælis cum ſupernis cœtibus,
Cernat Regem, cujus legem conſervavit actibus ;
Voſque patres & confratres orate pro fratribus.

S. Mariæ Dolenſis cœnobii y.

y 169 Prout veſtra dignatur expetere ſanctitas, & nos Dolenſis cœnobii fratres, fraternitatis veſtræ deſolationi compaſſi, pro beati pa-
C tris noſtri ac magiſtri Brunonis z anima devotiſ-
z ſimarum orationum ſuffragia mox, ut ejus audivimus obitum, omnipotenti Domino perſolvere curavimus, ac præter cætera Miſſarum tri-
aa cennalium *aa*, necnon eleëmoſynarum ſuffragia annuæ ſibi miſſæ beneficium, quod quotidie &, annuente Domino, perſolvitur, paternæ devovimus dilectionis affectu. Inſuper & ejus memo-
bb riam noſtræ ſcripto matriculæ *bb* commendamus, ut quotannis fraternæ devotionis affectus ad commendandum eum omnipotenti Domino, ejus lecto nomine, excitetur.

S. Michaëlis eremi cc.

cc 170 Mors hominum ſæva, quam nobis attulit Eva.
Omnibus illa nocet, ut liber iſte docet.
Omnes illa terit, regnum ſuper omnia quærit.
Juſtus Bruno fuit, ut liber hic docuit.
Bruno fuit juſtus, ſimplex, humiliſque, venuſtus,
Mors tamen ut voluit, vivere non potuit;
Et quia membra jacent, gemitus pro funere D
ceſſent,
Pro gemitu quoniam nullus habet veniam.
Nos ergò inſtemus Dominumque Deum rogitemus,
Ante ſuam faciem, quòd ſibi det requiem.

S. Mariæ Lucionenſis dd. dd

171 Fratres, qui eſtis in eremo, quæ dicitur Turris, notum ſit omnibus vobis, quòd pro domino Brunone agamus charitativè ſeptem vigilias *ee* & ſeptem Miſſas, & panem & vinum, do- ee
mino Reginaldo abbate *ff* imperante. ff

S. Petri Apoſtoli Maliacenſis gg. gg

172 Concedatur ei locus à Domino requiei,
Quem ſemper coluit, vivere dum potuit.

S. Vincentii cœnobii Nolienſis hh. hh

173 Nolienſium conventum in beati Vincen- E
tii eccleſia juxta ſummi patris Auguſtini inſtituta Horis regularibus pſallendo attentum, viſâ ſchedulâ, quæ Brunonis incomparabilis philoſophi obitum patefecit, tantus timor tantuſque horror occupavit, quòd vix debitum Officium complere prævaluit. Quis enim non obſtupeſceret, immò ab intimis cordis ingemiſceret, cùm tantum virum totius ſcientiæ & penè omnium clericorum lumen & fundamentum naturæ conceſſiſſe audiret? Sed quia inevitabile conſtat, & Salvatorem noſtrum legem mortis ad horam ſubiiſſe credimus, quod in aliis lugeremus, mærorem in Brunone gaudio mutamus. Bruno namque veram ſcientiam & prudentiam liberalium artium, necnon cæteras cardinales virtutes habuit & ſervavit, quas in bono fine conſummavit. Dudum ſiquidem eccleſiæ ſedis Remenſium ſummus didaſcalus, utpote in Pſalterio & cæteris ſcientiis luculentiſſimus *ii* & columna to- ii
tius metropolis diu extitit. Sed quia hoc totum verè tranſitorium perpendit, poſt vitam eremiticam arctiorem & inuſitatiſſimam eremum in tranſmarinis partibus expetiit *kk*, & inde, Domino kk
vocante, ad ſummi Regis convivia lætus per- F
rexit; ubi, licèt angelicum Pſalterium credamus cum Chriſto decantare, tamen ſi quid maculæ, quoad viveret, ex originali parente ſeu ex actuali vita, oblivione ſeu incuria, contempſit abolere, totius pietatis nec non miſericordiæ Fontem prece & mente oremus aſſiduè, quatenus ei velit indulgere & ut pro eo illud impetremus, continuis ſeptem diebus Officium, mortuis debitum, Chriſto perſolvemus.

Schola ejuſdem ll. ll

174 Lumen erat Bruno, dum vixit, Francigenarum,
Lux cleri, fruitur nunc lumine cælicolarum.
Eſt etenim tali condignus honore potiri,
Qui vitam vita cæleſtem duxit in iſta.
Delirat planè, cor habet rationis inane,
Quiſquis teſtatur ſecùs, aut aliud meditatur,
Ut narrat, chartam nobis qui detulit iſtam.
Si de terrena ſibi quicquam fæce cohæſit,
Illud ab hoc tergat, qui mundi crimina purgat.

Alias

Alius ejuſdem.

175 Lux fuerat, mundo Bruno dum vixit in iſto,
Sed modò relucet, quia cæli ſede relucet.
mm Novit Pſalterium *mm*, ſed nunc canit organa ſurſum.
Edocuit multos, nunc cernit in æthera Sanctos,
Doctor doctorum nunc unus cælicolarum.
In terris doctor, nunc Chriſto plaudet in alto.
Funde preces ergò pro nobis, inclyte Bruno,
Et nos econtra nitemur reddere vota.
Nam cupimus tecum cum Chriſto vivere ſurſum,
Et decimo cuncti flagitamus in ordine poni.

S. Pauli Apoſtoli Cormaricenſis nn.

nn 176 Dominis & fratribus meis, Deo omni-
B potenti in monaſterio ſanctæ Mariæ de eremo, quæ Turris dicitur, ſervientibus, Mainardus uti mundo, frui Deo. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo ſecun-
oo do Calendis Novembris ſuſcepi rotulum iſtum *oo*. Legi in eo, beatam, ut puto, animam ſuaviſſimi magiſtri mei Brunonis ſeculi hujus vaporem tranſitorium perſeverando in vera charitate efflaviſſe, penniſque virtutum cæleſtia regna ſubiiſſe. Gaviſus utique ſuper tanti Viri glorioſo fine, ſed quia intentio indefeſſa mihi inerat ad eum in brevi pergere, eumque videre & audire, omneſque animi mei æſtus in illum refundere, & vobiſcum ſub ejus ducatu ſanctiſſimæ Trinitati obedire, ultrà quàm dicere poſſim, de inopinato tranſitu ejus conturbatus ſum, nec retinere potui habenas ultro profluentium lachrymarum. Mainardus, inquam, ego in Cormarienſi monaſterio monachorum plurimorum nomine, non opere, Prior *pp*, Remorum civitatis oriundus fui, domini hujus Brunonis aliquot annis doctrinam audivi, Deoque volente, admodum profeci, profectuſque mei grates domino Brunoni & ſi in hac vita reddere non potui, nunc ſaltem animæ illius exhibere ſtatui. Habebo itaque illum omneſque in Chriſto di-
C lectores ejus in memoriali meo, quamdiu ſpirare potero, univerſoſque convictores meos, filios ac fratres ſpirituales ad idem opus pro poſſe meo provocabo, excitabo, promovebo, preces, oblationes, eleëmoſynas pro eo non aliter, nec minùs, quàm pro meipſo offeram Deo, Trinitati, quamdiu fuerit ſpiritus in naribus meis.

S. Salvatoris mundi ſanctique Gildaſii Conf. Dolenſis qq.

qq 177 Quoniam pro omnibus hominibus, quos ſancta virgo mater Eccleſia per aquam & Spiritum ſanctum per univerſa mundi climata ab omni errore & primo originali peccato emundans per dies regenerat, debet fideliter ad Dominum oratio fundi, maximè pro illis precum inſtantia orationumque perpes memoria debet ab omni Catholico adhiberi, quorum adjutorio & beneficio credimus poſſe adjuvari. Quocirca, hujus excellentiſſimi viri Brunonis audita à Domino D vocatione, tria Officia in conventu pleniora ſtatuimus peragere. Anima ejus requieſcat in pace.

S. Mariæ Tropeienſis eccleſiæ rr. *rr*

178 Unde Deo gratus fuit Bruno, inde beatus:
Quem ſi laudarem, non hunc pro laude bearem.
Reddo Deo grates, quòd habebat tot bonitates,
Quot poſſunt dici linguâ ſapientis amici.
Inde cutis colli teritur præ pondere rolli,
Rolligeri collum nequit ultrà tollere rollum *ſſ*. *ſſ*
Quo tot cum tantis ſcribuntur & aula Tonantis
Et ſol cum luna, ſtellarum curſus & unà
Lux, polus, aër, humus, mare, tartara, ſulphura, fumus
Lividus, obſcœnus fœtenſque putredine plenus;
Quæ plaga Plutonis procul eſt à ſorte Brunonis. E
Ampla fuit charta, nunc parva videtur & arcta;
Quâ ſors, quâ fatum, quâ ſcribitur omne creatum,
Atque creatoris ſine tempore tempus honoris.
Cujus in hac vita vitæ fuit hic eremita,
Quàm pius & mitis, ſimplex, ſine agmine litis
Dicere ſi nôſſem, non eſt, quo ſcribere poſſem.
Intus & à tergo jam pellis ſcribitur ergò.
Ultrà quid dicam? Jam neſcio dicere quicquam.
Sed tamen, ut creſcat benedictio, dico quieſcat.
Pace dico datus, cum ſit ſuper aſtra locatus;
Si tamen in foſſa fiat caro pulvis & oſſa,
Non obiit, vivit, patriam redeundo petivit.
Vivere, quæ Bruno vivit, poſſimus in uno *tt*. *tt*

ANNOTATA.

a *Sanctiſſimæ Dei Genitrici ſacra eſt, quemadmodùm Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* XI *col.* 346 *docent, cathedralis Bajocenſis eccleſia; quare ad hanc referendum puto Titulum ſubjectum.* F

b *In Annotatis, Sectioni ſecundæ ſubnexis, ad lit.*b *docui, ſingulis ferè cathedralibus ſuas olim fuiſſe ſcholas, in quibus, qui volebant, litteras docebantur: verùm, cùm præter ſcholas haſce, quæ* epiſcopales *vocabantur, monaſticaſque, quæ in monaſteriis inſtituebantur, eſſent etiam in urbibus nonnullis ſcholæ, quæ à magiſtris, ab epiſcopo approbatis, extrà cathedrales eccleſias monaſteriaque inſtituebantur; neſciamque, quî res in urbe Bajocenſi* S. Brunonis *ætate habuerit, ſpecteatne ad epiſcopalem, an ad aliam Bajocenſem ſcholam Titulus ſubjectus, pro certo nequeo edicere, poteſtque is profectus eſſe ab omnibus ſimul civitatis Bajocenſis ſcholis, ſi plures fortè ibidem fuerint.*

c *In generali beneficiorum diœceſis Bajocenſis elencho, anno* 1648 *typis Pariſienſibus excuſo, pag.* 23 *curatis civitatis Bajocenſis eccleſiis accenſetur eccleſia,* S. Georgii *dicta; quare cùm locum ſacrum alium, vel abolitum, vel modò adhuc*

A *adhuc exſiſtentem, cui in civitate Bajocenſi vel ſit, vel olim fuerit à S. Georgio nomen, haud reperiam, eccleſiam illam hîc deſignari conjicio.*

d *In editione Baſileënſi habetur* S. Stephani ad eumdem, *id eſt, nî fallar,* ad eumdem Titulum; *hujuſmodi autem inſcriptio, cùm vocem* Titulus *ſubinde etiam ad Epiſtolam encyclicam, obitûs cujuſpiam nunciam, ſignificandam* S. Brunonis *ætate fuiſſe uſurpatam, ex ipſa proximè ante funebres hoſce Titulos deſcripta Epiſtola encyclica, mortis* S. Brunonis *nuncia, manifeſtum ſit, æquivalet huic ſequenti:* Reſponſio S. Stephani ad eamdem epiſtolam encyclicam, mortis S. Brunonis nunciam. *Jam verò, cùm diœceſis Bajocenſis ſitum in urbe Cadomenſi, quod* S. Stephani *nomine diſtinguitur ſeculoque undecimo fuit exſtructum, monaſterium complectatur, proceſſiſſe ab hoc Titulum funebrem, ſeu ſubjectam ad encyclicam, quâ mors* S. Brunonis *quaquaverſum nunciata fuit, epiſtolam reſponſionem, veroſimile apparet.*

e *Hoc diœceſis Bajocenſis monaſterium,* Ceraſium *etiam appellatum, quod à Normannis adhuc ethnicis Neuſtriamque infeſtantibus, fuerat*
B *deſtructum, ab iiſdem, factis Chriſtianis, ſeculo undecimo fuit inſtauratum. Conſule Galliam Chriſtianam auctam tom.* XI, *col.* 408 *& ſeq.*

f *Adi in Annotatis, Sectioni primæ ſubnexis, dicta ad litt.* gg.

g *In inferiori Normannia ſita eſt urbs epiſcopali ſede nobilis Conſtantia; hujus autem cathedralis eccleſia, quemadmodùm Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* XI *col.* 863 *docent, ſanctiſſimæ Dei Genitrici Mariæ nuncupata eſt; quare locum ſacrum, ab eccleſia illa diſtinctum, hîc deſignari non puto.*

h *In editione Baſileenſi additur* Urbis; *quare vide mox notata ad lit.* b.

i *De hoc diœceſis Abrincenſis monaſterio, quod ab aliis* S. Michaël in periculo maris *appellatur, ſanctique* Brunonis *ætatem longo temporis ſpatio præceſſit, adi Operis noſtri tom.* 8 *Septembris pag.* 80 *&* 3 *ſeqq., uti etiam Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* XI, *col.* 510 *& tribus ſeqq.*

k *Locum ſacrum, qui hoc nomine diſtinguatur, dicique aliqua veri ſpecie is, qui hîc deſignatur, poſſit, nuſpiam invenio.*

l *Monaſterium, in diœceſi Cenomanenſi ſi-*
C *tum, quod* Lonleyum *vocatur, ſeculo undecimo fuit exſtructum. Liquet id ex ipſo, utpote cui Sigefridus, ſeculo undecimo non multùm proveto, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom.* XI, *col.* 680 *docent, Sagienſis epiſcopus, ſubſcripſit, ſuppeditato à Sammarthanis fratribus tom.* 4, *pag.* 579 *& ſeq. fundationis inſtrumento. Iſtud porrò monaſterium, quod, quemadmodùm ab iiſdem Sammarthanis fratribus ibidem traditur, in ſanctiſſimæ Virginis Mariæ honorem fuit conditum, eſſe puto illud ipſum, quod hac in inſcriptione, literulæ unius facta mutatione,* Louleii cœnobii *nomine diſtinguitur. Mirum interim accidit, in Titulo ſubjecto exponi, non quid hoc, ſed quid* Cenomanenſis mater, *ſeu cathedralis,* eccleſia *pro* S. Brunone *præſtiterit, ſequentique etiam tempore ſit præſtitura.*

m *Adi, quæ Sectioni primæ ſubjunxi, Annotata ad lit.* r.

n *Cùm cathedralis Cenomanenſis eccleſia S. Juliano, primo Cenomanenſium epiſcopo, nuncupata ſit, nec ab hac diſtinctus, cui à S. Juliano nomen fuerit, convenireque poſſe Titulus ſubjectus videatur, locus ſacer ullus in Cenomanenſi* D *ſeu civitate ſeu diœceſi ſeculo duodecimo, cujus anno primo Sanctus noſter obiit, exſtitiſſe inveniatur, cathedralem illam eccleſiam hac in inſcriptione deſignari, exiſtimo; quòd ſi autem vera ſit hæc mea opinio, Claudium Robertum & poſt hunc Sammarthanos fratres, qui, cathedralem Cenomanenſem eccleſiam, cùm primò B. Mariæ ac deinde S. Gervaſio conſecrata fuiſſet, anno demum* 1201 *S. Juliano, tranſlato in illam ſacro hujus corpore, dedicatam fuiſſe, in concinnatis à ſe Galliis Chriſtianis ſcribunt, à veritate aberrare neceſſe eſt, niſi fortè, quod tamen non puto, iſthæc Tituli ſubjecti inſcriptio ab iis ſolummodò, qui funebres Sancti Titulos ſeculo* XVI *edendos curârunt, fuerit profecta.*

o *Hæc Ordinis S. Benedicti abbatia, quæ in uno civitatis Cenomanenſis ſuburbio ſita eſt, ſeculo ſexto fuit ædificata à S. Domnolo, Cenomanenſi epiſcopo. Ita docet in Annalibus Benedictinis lib.* 6, *num.* 43 *Mabillonius.*

p *Situm eſt in diœceſi Cenomanenſi hoc ſanctimonialium Benedictinarum monaſterium, diuque ante* S. Brunonis *ætatem exſtitit, uti liquet* E *ex iis, quæ de eo lib.* 1 *&* 2 *Annalium Benedictinorum memorat Mabillonius.*

q *Dicata eſt S. Mauritio cathedralis Andegavenſis eccleſia; quare dubitandum non eſt, quin hæc per ſedis ſeu cathedræ Andegavenſis S. Mauritium hîc deſignetur.*

r *Ne hinc putes,* S. Brunonem *à fidei orthodoxæ veritate devium aliquando exſtitiſſe. Adi Commentarium prævium num.* 69 *& ſeq.*

ſ *De S. Florentio, presbytero confeſſore, ad vigeſimum ſecundum Septembris diem, quo in Martyrologio Romano aliiſque faſtis ſacris memoratur, vitamque, ſeculo quinto circiter ineunte, cum morte commutavit, actum apud nos jam eſt, ibique in Commentario, Actis ejus prævio, expoſitum, quî monaſterium, in hodierni ducatus Andegavenſis monte Glonna, aliis Gloma aut etiam Glomna ſitum, quod à Sancto illo nomen habet, quodque modò, ut à novo S. Florentii monaſterio, prope Salmurum ſeriùs exſtructo, diſtinguatur,* S. Florentius vetus *appellatur, ſeculo decimo poſt duplicem everſionem, quam primò à Britonibus, ac deinde à Normannis acceperat, inſtauratum denuò fuerit. Sacrum illud aſceterium, de quo etiam in Galliæ Chriſtianæ antiquæ tom.* 4 *pag.* 388 *Sammarthani fratres, illud ipſum omni dubio procul eſt, quod hîc* S. Florentii Glamuenſis, *literula unius, veroſimillimè per errorem, facta in hoc vocabulo mutatione,* cœnobii *nomine diſtinguitur.* F

t *Id eſt, nî fallar, Andegavenſis; ut hîc Andegavenſe, de quo in Annotatis, Sectioni præcedenti ſubnexis, quæpiam jam ad lit.* d *memoravi, S. Nicolai monaſterium iterum deſignetur.*

u *Adi pro hujus vocabuli ſignificatione Commentarium prævium num.* 24.

x *Titulum hunc ab Andegavenſis S. Nicolai monaſterii monachis, aliumque ordine* 131 *ſuprà datum abs abbate illorum Lamberto fuiſſe conſcriptum, hinc liquet. Nota etiam, cùm nonnullorum aliorum locorum Tituli interjecti hunc inter & illum ſint, fuiſſe binos hoſce vel chartæ ſeparatæ (adi, quæ in Annotatis, ſectioni ſecundæ ſubnexis, ad lit.* b *dicta ſunt) ſeorſum inſcriptos, vel certè, ſi res ſecùs habeat, non eo, quo in rotulo funebri communi fuêre exarati, ordine editos.*

y *Cùm*

A y *Cùm nec Dolæ in Britannia Minori, nec Dolæ in Comitatu Burgundiæ cœnobium exſiſtat ſanctiſſimæ Dei Genitrici ſacrum, indubitatum apparet, hîc deſignari Dolenſe monaſterium, quod in ejuſdem ſanctiſſimæ Dei Genitricis honorem in Biturigibus, uti apud Mabillonium tom. 3 Annalium Benedictinorum lib. 42, num. 12 videre licet, ab Ebbone, toparcha Dolenſi, ſeculo decimo fuit exſtructum monachis Benedictinis, quibus tandem, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 2, col. 148 docent, canonici ſeculares anno 1623 fuêre ſubſtituti.*

z *Quid hinc concludendum appareat, videſis Commentarii prævii num. 166.*

aa *Id eſt, ni fallar, per triginta dies, aut etiam fortè annos, celebrandarum.*

bb *Vocabuli hujus ſignificationem in Annotatis, Sectioni primæ ſubnexis, ad lit.* d *aſſignavi.*

cc *Perantiquum hoc Ordinis S. Benedicti monaſterium, quod* S. Michaël in eremo *communiter modò vocatur, in diœceſi Lucionenſi ſitum eſt, fuitque anno circitèr 680 ab Anſoaldo, Pictavenſi epiſcopo, fundatum. Adi Galliam Chriſtianam auctam tom. 2, col. 1418.*

B dd *Hæc abbatialis olim eccleſia, ſanctiſſimæ Dei Genitrici ſacra, quam in cathedralem Joannes XXII Papa anno 1317 evexit, ſeculo octavo eſt antiquior, uti liquet ex iis, quæ de ea memorant Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 2, col. 1404 & ſeq.*

ee *Pro vocis hujus ſignificatione adi, quæ Sectioni primæ ſubdidi, Annotata ad lit.* c.

ff *Hic abbas inter Goffridi, Lucionenſis abbatis, qui anno 1091 obiit, ſucceſſores primus recenſetur in Chronico Malleacenſi. Adi Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores loco proximè citato.*

gg *Celeberrima hîc indubiè deſignatur Malleacenſis ſeu Malliacenſis jam à ſeculo decimo exſtructa ſanctoque Petro ſacrata abbatia, quæ in epiſcopatu Pictavenſi ſita olim fuit, póſtque ipſamet à Joanne XXII Papa epiſcopalis facta eſt. Adi iterum Galliam Chriſtianam auctam tom. 2, col. 1362 & binis ſeqq.*

hh *Hoc Ordinis S. Auguſtini cœnobium, quod olim Malleacenſis, nunc Rupellenſis diœceſis eſt, in Chronico Malleacenſi Ms., uti Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 2, col. 1395 docent, anno 1068, al. 1069, ædificari cœptum fuiſſe legitur.*

C ii *Ad Commentarium, quo Sanctus omnes Davidis Pſalmos dilucidè expoſuit, hîc alludi videtur. Adi Commentarium prævium num. 694.*

kk *Qui Titulum hunc ſcripsêre, non ſat noviſſe videntur, quo loco Turritana, in quam tandem Sanctus, Galliâ relictâ, ſeſe abdidit, eremus ſita ſit; neque enim hæc, uti hîc innuunt, in tranſmarinis partibus ratione Galliarum ſita eſt. Sed fortè per errorem, à librariis profectum,* tranſmarinis *pro* tranſalpinis *hîc ſcribitur.*

ll *Monaſterii nempe Nolienſis ſeu potiùs, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptoribus loco proximè citato exaratur, Niolienſis; ut ad ſcholam, quam iſthoc monaſterium pro more tunc uſitato inſtituebat, ſpectent indubiè bini Tituli proximè hîc ſubjecti.*

mm *Alludi iterum hîc videtur ad concinnatum à Sancto in omnes Davidis Pſalmos Commentarium, aut certè ad eximiam planè, quâ enituit, horum intelligentiam.*

D nn *Hoc Ordinis S. Benedicti monaſterium, quod in diœceſi Turonenſi ſitum eſt, ſeculo octavo in S. Pauli Apoſtoli honorem fuit exſtructum, uti in Galliæ Chriſtianæ antiquæ tom. 4, pag. 299 docent Sammarthani fratres.*

oo *Qui ergò epiſtolam encyclicam, mortis* S. Brunonis *nunciam, circumtulit, Cormaricenſe monaſterium non adiit, niſi cùm jam annus à* S. Brunonis *obitu aliquamdiu eſſet elapſus; quare exiſtimo, illum Angliæ loca ſacra, quorum ſuprà exſtant funebres de* S. Brunone *Tituli, priùs adiiſſe, ac tum demum trajeciſſe in Normanniam, è qua deinde ad Cormaricenſe cœnobium aliaque loca ſacra vicina ſeſe contulerit.*

pp *De hoc* S. Brunonis *piiſſimo diſcipulo videſis Commentarium prævium num. 97, 99 & ſeq.*

E qq *Hoc olim Ordinis S. Benedicti monaſterium, quod ſedecim leucis ab Avarico Biturigum ad Indrum fluvium in diœceſi Bituricenſi ſitum eſt, ab Ebbone, caſtri Dolenſis principe memoratique ad lit.* y *cœnobii cognominis auctore, pro abbate & monachis Ruyenſis S. Gildaſii monaſterii, Normannorum, Aremoricam, in qua hoc ſitum erat, ſeculo nono & decimo incipiente fœdè vaſtantium, furorem fugientibus, fuit fundatum; qui autem id factum fuerit, Galliæ Chriſtianæ auctæ Scriptores tom. 2, col. 153 & binis ſeqq. exponunt, uti etiam quî tandem monachis canonici ſeculares anno 1623 fuerint ibidem ſubſtituti.*

rr *Tropeia, epiſcopalis Calabriæ ulterioris citerioris, cathedrali gaudet eccleſia ſanctiſſimæ Dei Genitrici, ut Ughellus tom. 9 Italiæ ſacræ col. 449 docet, ſacrata. Hanc adeò, maximè quod locus ſacer alius, cui competere queat Titulus ſubjectus, non occurrat, eſſe puto ipſam, quæ hac inſcriptione deſignatur, Tropeicenſem S. Mariæ eccleſiam, licèt interim hanc, qui epiſtolam encyclicam, mortis* S. Brunonis *nunciam, circumtulit, poſt reliqua dumtaxat, quorum Tituli funebres præcedentes ſunt, loca ſacra adiiſſe è diverſis, quibus Titulus ſubjectus concipitur, verſiculis videatur, mirumque videri queat, tam ſerò eum, & non niſi, cùm jamjam domum eſſet reverſurus, adiiſſe eccleſiam, à Turritana eremo haud multùm remotam.*

ff Rolli & rolligeri *ſignificationem in Commentario prævio num. 24 ſuppeditavi.*

F tt *Futilia ſanè & vana, quemadmodùm in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis ad vocabulum* Titulus *Cangius affirmat, in Titulis funebribus, quibus olim parentari vitâ functis contigit, ſcripta ſubinde fuiſſe, palàm eſt vel ex nonnullis, quæ tum in hoc, tum in aliis nonnullis ſuprà datis de* S. Brunone *Titulis funebribus occurrunt; licèt interim iidem ferè ſimul complectantur, quæ ad* Brunonis *tum doctrinæ, tum ſanctitatis, quâ ſtatim ab obitu inclaruit, famam manifeſtandam conducunt.*

AUCTORE C. B.

APPENDIX

Seu ſupplementum ad gloriam Sancti poſthumam.

§ I. Veneratio Sancto, Beatis jam adſcripto atque ad eccleſiam S. Stephani tranſlato, in Calabria exhibita, frequentiaque ad ejus invocationem miracula patrata, quorum aliquot, annum MDC prægreſſa, recenſentur.

B

Sanctus ad monaſterii S. Stephani appellationem nominis ſui adjectione

Poſtquam ſacrum Brunonis, *Beatis à Leone X Papa, uti in Commentario prævio § 47 docui, anno* 1514 *adſcripti, corpus è Turritana, in qua jacebat reconditum, ſanctiſſimæ Dei Genitricis eccleſia ad Turritanam itidem S. Stephani eccleſiam ipſo dicto anno* 1514 *fuiſſet tranſlatum, ſingularem, quâ in ſanctum Ordinis ſui Inſtitutorem ferebantur, venerationem Cartuſiani univerſim omnes, ac nominatim Turritani magis ac magis non uno manifeſtavêre indicio. Ac primò quidem, Turritanum S. Stephani monaſterium, unicè tunc, primævo* S. Mariæ & S. Stephani *nomine mutato*, S. Stephani de Boſco *ſeu* de Nemore *appellari ſolitum, ſub cujus etiam tum, non ſecùs ac hodiè, nomine Turritana (adi Commentarium prævium num.* 733) *S. Mariæ eccleſia totumque ædificiorum, ad Turritanam eremum ſpectantium, complexum veniebat, non* S. Stephani *modò, ut Leo X Papa (adi Comment. prævium num.* 755 *& ſeq.) ſtatuerat, ſed, ad ſancti illius martyris nomen nomine* S. Brunonis *adjuncto*, S. Stephani & S. Brunonis domum *in ſancti Patris ſui honorem deinceps appellavêre, eumdemque etiam in finem temporis lapſu Ordinis ſui*

C *provinciam, quæ Turritanam cartuſiam modò complectitur, quæque antea* Provinciæ Lombardiæ Ulterioris *nomine diſtinguebatur*, S. Brunonis provinciam, *quo nomine hodieque iſthæc gaudet, nuncupavêre, uti diſco partim ex Morotio in Theatro chronologico pag.* 226, *partim ex Camilli Tutini Ordinis Cartuſienſis ad annum* 1514. *Proſpectu.*

ac annue, quâ caput ejus transfertur, ſolemnitatis inſtitutione honoratur.

2 *Verùm in facta monaſterio ſuo à* S. Brunone *appellatione, quod parum ſanè fuiſſet, neutiquam ſtetit Cartuſianorum, Turritanam eremum, ſibi à Ciſtercienſibus Leonis X Papæ juſſu tandem redditam, incolentium, eximia planè erga ſanctum illum Patrem ſuum veneratio. Quod enim (Vide recitata in Commentario prævio num.* 776 *verba) de ſacro* Brunonis *capite faciendum, populo adſtanti, dum pretioſa ejus lipſana tranſferrentur, dixerat Matthæus, cartuſiæ Bononienſis Prior, exſecutioni id illi mandandum curantes hermæ argenteo, affabrè elaborato, ſacrum Sancti caput, ſeu potiùs hujus, quæ penes ipſos adhuc manſit, partem inclusêre. Nec contenti ita effeciſſe, ut pretioſum hoc pignus congruâ debitâque reverentiâ cuſtodiatur, haud dudum etiam, ut apparet, poſt annum* 1514 *inſtituêre, ut quotannis, quò & apud populum incrementa caperet Sancti cultus, ſacrum ejus caput, hermæ, ut dixi, argenteo jam incluſum, ſecundo Pentecoſtes feſto è S. Stephani eccleſia, in qua ſervatur, ad eccleſiam S. Mariæ ſolemni ritu deferretur, poſtridieque ex hac ad S. Stephani eccleſiam eodem modo reportaretur. Et verò felici ſucceſſu haud caruit hujus ſolemnitatis inſtitutio. Non ſolùm enim ex hac multùm increvit Sancti cultus; verùm etiam ſubinde eſt factum, ut, qui ad illam venerant, infirmi,* S. Brunonis *implorato auxilio, priſtinæ ſanitati fuerint reſtituti.*

D

miraculiſque inclarefcens, lapſum è loco declivi

3 *Ita teſtantur varii, qui, quæ Dominus ad manifeſtandam Servi ſui gloriam operari tunc dignatus eſt, miracula in litteras misêre. Aliquot ex hiſce ſimulque nonnulla alia, quæ aliis etiam temporibus ad* S. Brunonis *invocationem ante annum* 1600 *fuêre patrata, lubet præſenti §, ſervato, quo contigêre, ordine chronico, recenſêre. Ne hunc adeò perturbem, abs illis, quæ extra præfatæ ſolemnitatis tempus facta ſunt, duco initium. Surianus in ſuis ad* S. Brunonis *Vitam, à Surio ſcriptam, Annotationibus pag.* 319 *ſic ſcribit:* Anno MDXXIII prima die Februarii V. P. Jacobus Aragonenſis, profeſſus cartuſiæ Neapolitanæ ac Prior cartuſiæ S. Stephani ſuprà dicti, & cæteri monachi conventuales ſcripſerunt capitulo generali Ordinis Cartuſienſis ſequentia miracula, quæ tunc recèns poſt receptam domum (*Calabrinam nempe S. Stephani*) acciderunt: Iſtis diebus noſtris nobilis Alphonſus Toraldus Neapolitanus, frater germanus excellentis domini Adami Toraldi, baronis de Badulato, valde erga S. Brunonem piè affectus, cùm eſſet Tropeæ, quæ eſt urbs Calabriæ maritima, animi causâ deambulans juxta mare ſuper quandam declivem rupem altitudinis ferè centum cubitorum, accidit, ut, fallente pede, in præceps, capite inverſo, laberetur. Qui cadens ruinoſam maceriem manibus apprehendere, ne in ima corrueret, tentavit; ſed ipſa eadem ſuper eum delapſa eſt; unde & in eo diſcrimine poſitus S. Brunonem adjutorem invocavit, & mox aſpexit monachum, veſtibus albis aſpectuque decorum, manum ſuam dextram tenentem & ad ima loca ſe leniter deducentem.

E

ſervat incolu-lumem, infirmæ ſanitatem reſtituit,

4 Quo factum eſt, ut nullam ex eo caſu paſſus ſit læſionem, cùm tamen ejus comites, qui ad cadentem accurrerant, extinctum eum aut corpore confractum ex lapſu exiſtimarent. Igitur pedeſter domum eſt regreſſus, ne vehiculo quidem aut alienâ operâ indigens ad iter; quod beneficium maximum meritis S. Brunonis acceptum tulit. Accidit id circa annum MDXXII. *Camillus Tutinus idem etiam miraculum in concinnato à ſe Ordinis Cartuſienſis Proſpectu recenſet; verum id, non ad annum circitèr, uti hîc Surianus,* 1522, *ſed ad annum* 1518 *refert. At verò, etſi id ita ſit, duo iſti ſcriptores ſeſe inter pugnare cenſendi propterea non ſunt, cùm Surianus miraculum illud, non diſtrictè anno* 1522 *innectat, ſed anno circitèr* 1522, *quæ loquendi formula trium quatuorve annorum extenſionem patitur, accidiſſe, dumtaxat ſcribat. Utut ſit, miraculum illud præceſſiſſe videtur tria alia, quæ ex Jacobi Arragonii reliquorumque religioſorum Cartuſiæ S. Stephani incolarum relatione in præfatis ſuis ad Vitam* S. Brunonis *Annotationibus narrare pergit Surianus. Primum ſic habet:* Domna laura Carrafa, filia ducis Niverniæ, comitiſſa Avenarum, cùm prægnans eſſet,

in

A in gravissimam incurrit valetudinem, quæ cùm in extremis ageret, vir ejus D. Franciscus, comes Arenarum, qui semper S. Brunonem piè coluerat, votum fecit, oblaturum se ad illius altare calicem argenteum; & tunc, sicut comes ipse & comitissa testati sunt, sanata est ab illa gravi infirmitate, & tempore opportuno enixa est infantem, cui nomen S. Brunonis in baptismate imposuerunt. Et ne immemor umquam esset accepti beneficii mater, vovit vestes albas induere, qualibus indutus fuisse visus ipse S. Pater, qui in somnis ei apparuerat.

dæmonem ex energumena expellit,

5 *Secundum his verbis concipitur:* Anno MDXXII quidam ex oppido Zimbario Squillacensis diœcesis, quatuor ferè passuum millibus à monasterio (*S. Stephani nimirum*) dissito, nomine Garetus Scopa-casa, cum uxore sua Isabella adduxerunt ad januam monasterii unicam filiam suam, habentem spiritum immundum, cúmque ad eam allatæ fuissent reliquiæ sanctorum Stephani & aliorum Divorum, ut dæmon ab ea ejiceretur, sicut aliàs factum fuerat, & nulla spes egressionis appareret, V. P. Vicarius P. de Cordubâ

B consilium parentibus puellæ dedit, ut ad specum S. Brunonis, quæ milliario à monasterio abest, eam ducerent. Quò cùm perveniissent, ter flexis genibus capellam devotè orantes circumierunt. Dein puella post osculum pedibus imaginis S. Brunonis impressum hausit aliquantulum pulveris ex eadem specu. Mirabile dictu, post sumptum pulverem spiritus infestus cœpit per viscera puellæ discurrere, ac inde immigrans in brachium ad manum tandem devenit; &, ut indicium excessûs sui relinqueret, in summitate digiti unius tumore facto, latiùs apertis poris non sine sanguine exitum sibi providit & penitus abscessit. Tam malo hospite liberata puella cum parentibus ad monasterium regressa est, ubi Deo & S. Brunoni, liberatori suo, gratias immensas retulit. *En modò etiam postremum è tribus suprà dictis miraculis. Sequentibus hisce apud Surianum pag.* 323 *verbis exponitur:* Per eadem tempora (*annum scilicet* 1523, *quo trium dictorum miraculorum certius redditum fuit generale Ordinis Cartusiensis capitulum, haud multùm prægressa*) in oppido Pizzone diœcesis Melitensis, sexto lapide

C à monasterio (*Turritano S. Stephani nimirum*) dissito, sacerdos quidam è gremio cleri secularis nomine Sophranus Miriano, habens apostema in pectore circa vitales partes, votum nuncupavit S. Brunoni. Qui, continuò sanus effe-

* cereæ ctus, sicut ipse scripto testatus est, facem cereæ* virgineæ misit ad altare S. P. Brunonis, in qua curationis & sospitatis series legebatur. *Subdit modò hîc Surianus alia miracula*, S. Brunonis *meritis patrata*, quæ, *quemadmodùm ait*, exscripta sunt ex schedis Mss. D. Nicolai Riccii de Taberna, professi ejusdem (*S. Stephani*) domûs, *accuratiúsque, adjectis etiam aliis nonnullis, à V. P. Severo à Neapoli fuêre digesta.*

sui visione oblatâ patrem S. Ludovici Bertrandi, ut maneat in seculo, monet,

6 *Verùm cùm primum ex his anno demum* 1524 *accidisse notetur, citiúsque fortassis, quàm hîc me relaturum, in Commentario prævio num.* 746 *spopondi*, S. Brunonis *&* *S. Vincentii Ferrerii apparitio, Aloysio Bertrano seu Bertrando S. Ludovici Bertrandi patri, divinitus oblata, evenerit, lubet hanc, antequam ullum ex iis recenseam, lectori hîc, ne ab ordine chronico deflectam, exhibere. A Suriano itaque pag.* 318 *&* *seq. hunc narratur in modum:* Isdem (*pater scilicet S. Ludovici Bertrandi*) alia vice, defuncta prima sua AUCTORE C. B. uxore, pergebat ad eamdem domum (*Cartusianam nempe*) Portæ-cæli, quæ Valentiâ (*Hispaniæ scilicet Tarraconensis civitate, in qua commorabatur*) quatuor leucis abest, religiosum habitura petiturus, atque in itinere iidem SS. Vincentius & Bruno se videndos præbuerunt, dicentes, voluntatem Dei non esse, ut religiosus fieret, sed ut ad seculum rediret. Qui ex secunda postea ducta uxore Joanna Angela anno MDXXVI sustulit B. Ludovicum Bertranum Ordinis Prædicatorum, qui, sanctitate & miraculis clarus, ad cælum abiit anno MDLXXXI. *Ita loco citato Surianus, ibidem etiam addens, relationem istam à P. Joanne Madariaga part.* 1 *Vitæ* S. Brunonis *cap.* 22, *§* 3 *è S. Ludovici Bertrandi Vita, per fratrem Justinianum Antist exarata, fuisse descriptam; quod sanè, cùm in hac relatio eadem reperiatur, veritati puto esse consonum. Ad miracula modò, quæ ex Nicolai Riccii schedis Mss. deprompsit accuratiúsque; teste ex dictis Suriano, digessit aliisque nonnullis auxit Severus à Neapoli, progredior.*

restituere, quod ad Turritanam cartusiam spectabat, statuentem sanat,

7 *Primum è Suriani recensione sic habet:* Anno Domini MDXXIV, cùm esset Prior hujus (*S. Stephani*) domûs V. P. David de Charcascolis Mediolanensis, professus cartusiæ Papiensis, excellens dominus Joannes Baptista Carrafa de Neapoli, comes tunc Agrottariæ ac dominus Castri-veteris necnon & Rocellæ, infirmatus est usque ad mortem, omnique medicorum auxilio destitutus cùm ageret in extremis, nocte quadam per visum objectus est ipsi S. Bruno dicens: Joannes Baptista, si restituere distuleris territorium, per tuos injustè occupatum, domui meæ S. Stephani de Nemore, morte morieris & non vives. At ille, simili voce respondens, ait: Quod territorium Pater? Territorium, intulit, quod vos de Ninfo dicitis, concessum mihi & successoribus meis à comite Rogerio Normanno, &, his dictis, evanuit. Statuit præfatus comes intra se de hoc certius aliquid cognoscere, ac omnia reddere. Mirum dictu! vix hoc apud animum suum constituerat, cùm meliùs habere cœpit & febri prorsus omnique vitæ discrimine exemptus est. Dein accersitis notario & testibus visionem retulit, ac territorium, multis jam annis occupatum, restituit, ac quàm plurima alia beneficia F à S. P. Brunone obtinuit, quæ latiùs in instrumento restitutionis continentur. Hoc confectum est Neapoli XVIII Novembr. MDXIX (*error hîc cubat, estque annus, quo restitutionem illam factam, infrà num.* 13 *invenies,* 1529 *substituendu*) per notarium Virgilium de Bulutio de Neapoli inter V. P. D. Octavianum de Mantua, Priorem tunc domûs S. Stephani ac visitatorem provinciæ, & præfatum comitem, qui, ut in eo scribitur, bonam fidem cognoscens & attendens devotionem maximam, quam se gerere dixit erga monasterium S. Stephani & propter reverentiam, quam habet S. Brunoni, cujus sanctæ reliquiæ in monasterio prædicto venerabiliter sunt repositæ, cujus merito & intercessionibus continuò extitit adjutus, & præsertim in obtinenda à Domino prole, atque pro animæ suæ & prædecessorum suorum salute, certioratus priùs & plenè informatus de jurisdictione monasterii &c sponte, & bona, pura & libera voluntate relaxavit prædictum territorium de Ninfo, ac per fustem resignavit V. patri Priori &c. Cujus capta fuit corporalis possessio XXIX Januarii anno

MDXXX

AUCTORE C. B.

MDXXX à præfato Octaviano Priore, præsente cum aliis monachis D. Stephano de Suriano professo ejusdem domus.

ac Catharinam Thomasiam, adhuc juvenem, gravissimo periculo eripit,

8 *Tale est primum, quod è Mss. Nicolai Riccii de Taberna schedis, à Severo de Neapoli accuratiùs digestis atque aliunde auctis, Surianus loco suprà citato refert; huic autem sequens proximè subjungit:* Circa annum MDXL, cùm B. Catharina Thomasia Majoricensis, postea canonica Regularis Ordinis S. Augustini in monasterio S. Mariæ Magdalenæ urbis Majoricarum, ætatis esset annorum circitèr quinque, & cum avo suo iter haberet in loco declivi juxta Cartusiam Majoricarum, apparuit ei monachus quidam in veste alba, quæ Cartusiensium est propria, qui S. Bruno fuisse creditur, quique ei prædixit, eam Christi sponsam futuram, & non, ut avus optabat, matrimonio copulandam. Alia similiter vice, antequam decimum ætatis annum attingeret, cùm antrum quoddam introgressa in foveam lapsa esset, unde sine humano auxilio exire non poterat; eo deficiente, divinum imploravit, quod continuò adfuit: nam adstitit ei humana specie vir augustior in veste candida, qui ejus sententiâ Cartusiensis videbatur. Sed S. P. Bruno, qui aliàs ei eodem schemate apparuerat, fuerit oportet; qui & eam consolatus, ne timeret, admonuit, atque ut baculum, quem manu tenebat, apprehenderet ac firmiter teneret; quo apprehenso, facilis ei fuit ascensus è fovea, moxque ab ejus oculis subtractus est. *Hoc duplicis apparitionis prodigium, quod an* Brunoni *verè attribuendum sit, dubitari posse videtur, non ex Nicolai Riccii schedis, sed aliunde hausisse videtur Severus à Neapoli. Ita opinari me facit Surianus, cùm ad illius calcem notet, esse id depromptum è Catharinæ Thomasiæ, quæ inter Prætermissos ad* V *Aprilis diem relata apud nos est, Vita, Hispanico idiomate à V. P. Bartholomæo Valperga, Cartusiæ Majoricensis monacho, conscripta, annoque* 1617 *Majoricæ typis excusa.*

B

injuria sibi illata Deum habet vindicem,

9 *En modò alterius generis miraculum, nimirum, non quo cuiquam Sanctus beneficium contulit, sed quo, qui in eum fuerat injurius, divinitus fuit punitus. Id Surianus jam nunc narrato proximè subnectit itáque exponit:* Anno Domini MDXLIV, V Octobris pridie illius dici, qui S. P. Brunoni sacer est, vir quidam nobilis & clarus genere, sed à callidissimo hæretico Martino Bucero miserè seductus, in cartusia Colonienſi sub tempus, quo Vespertinæ preces horariæ aguntur, sedebat in hypocausto, ubi hospites excipi solent, parùm quid edens & bibens cum religioso P. Petro Boechem, tunc procuratore ejusdem cartusiæ, postea Priore Confluentino, à quo cùm audisset, die sequenti S. Brunonis celebrandum festum solemne, non sine stomacho respondit: Putatis vos, illum in Divorum numerum relatum? Certè, si ille Sanctus est, nunquam post haustum hoc poculum contingat prospera me uti valetudine. Dixit, bibit, moxque tanquam aliud agens cœpit sedere cogitabundus, ut solent phantastici. Paulò pòst equum conscendens ad castrum suum abiit. Nec mora: in lectum decidens, paucis pòst diebus ita, ut sibi ipse erat imprecatus, ex morbo periit, vel invitus approbans S. Brunonis sanctitatem. *Prodigium istud, seu divinam de irrogata Servo suo injuria vindictam etiam refert in Sacrario Agrippino pag.* 214 *Erardus Winheimius; verùm tam hic, quàm Surianus, quod nomen fuerit viro nobili, qui ob prolata in* S. Brunonem *verba injuria miserè interiit, non edicit, ita verosimillimè ambo, ut nobilissimæ ac notissimæ hodieque familiæ, è qua is ortus fuit, honori parcerent, faciendum rati. Et sanè laudando omnino consilio ita fecêre; quare & ego eorum exemplo à prodendo viri illius nobilis nomine hîc abstineo, licèt interim id è Cartusiæ Liranæ antiquo, probatæque fidei monumento apprimè compertum habeam.*

C

D

operariis, in præsentissimò periculo constitutis, succurrit,

10 *E miraculis, annum* 1600 *prægressis, quæ è Mss. Nicolai Ricii de Taberna schedis, à Severo à Neapoli aliunde auctis, apud Surianum referuntur, hîcque in medium adducenda sunt, alterum modò recenseamus.* Cùm . . . monasterium S. Stephani (*adi Surianum in suis ad* S. Brunonis *Vitam, à Surio conscriptam, Annotationibus pag.* 331 *& seqq.*) in ampliorem formam redigeretur anno Domini MDLIII, Priore existente D. Petro Paulo Lumbulo de Cajeta, professo domûs Neapolis, cujus vita mansuetudine, pietate ac religione plena fuit, refectorii pars superna opere testudineo fabrefacta, quam Italici incolæ Lamiam vocant, valde profectò nitida, multoque sumptu constructa, jam sibi cohærens ac constans videbatur, ut, humore deficcato, fulcra lignea, quæ lapides, cœmento compactos, substinebant, subduci atque amoveri possent, opus illud aliquantò citiùs, quàm oportuit, aggressi demoliri cœmentarii subitò horribilem fragorem audiunt ex fatiscente testudine. Accidit verò, ut quidam, nomine Bonellus, operis magister ac alii ejusdem artis illi assistentes, cùm in tam præsenti discrimine versarentur ac periclitarentur, omnes una voce clamare cœperint: Sancte Bruno, fer opem nobis. Quo dicto, vident quemdam monachi specie, vultu venerabilem, qui eorum manus apprehendens, eos in aliam partem extra refectorium transtulit, & continuò testudo fatiscens collapsa est. Unde B. Brunonis meritis incolumes evadentes Deo beatoque Patri gratias ingentes retulerunt. *Egregiè enimverò, quàm potens sit in cœlis* S. Brunonis *patrocinium, è postremo hoc miraculo eluxit; ne autem de ejus veritate quis ambigat, apud Surianum mox subjungitur:* Hoc miraculum eo anno MDLIII contigisse, præter Joannem Madariagam, id asserentem ex testificatione jurata V. P. Sylvii Prioris lib. I, cap. XXII, confirmat etiam pictura ejusdem refectorii, quæ opus (*quod scilicet post collapsam anno* 1553 *prioris structuræ testudinem fuerat resumptum*) indicat consummatum anno MDLIV & etiamnum adhuc ibidem memoria viget à majoribus accepta.

E

F

sacerdoti, Ordinis sui olim alumno, felicem vitæ exitum,

11 *Nec minùs, quanti apud Deum meriti sit* S. Bruno, *aliud, quod nunc etiam subdo, probat miraculum. Hisce apud Surianum pag.* 335 *& seqq. concipitur verbis:* Eodem ferè tempore scilicet ante annum MDLVIII quidam domnus Stephanus Carezza ex oppido Suriano diœcesis Melitensis sex ferè passuum millibus à monasterio (*S. Stephani videlicet*) ex primis professis domûs hujus an. MDXXXV, propter varia crimina (verba sunt cartæ capituli generalis anni MDXXXV in dispositione provinciæ & hujus domûs) in magnum scandalum Ordinis ab eo perpetrata & propter frequentes ejus apostasias, tanquam incorrigibilis, ab Ordine expulsus & alienus denuntiatus est. Qui deinde vixit in eodem oppido more sæcularium clericorum plurìbus annis, ac tandem in maximum laterem dolorem & febrim incidit; unde & ad extrema de-

A deductus omnique prorsus destitutus auxilio elata voce clamare cœpit: Sancte pater Bruno, adjuva me. Conspiciebatur torvis oculis ac tristi facie multos motus per cubile facere, & nihilominus semper magnis vocibus iterabat: Sancte pater Bruno, adjuva me, nec alia verba in ore habens magis magisque cruciabatur. Hæc animadvertens frater ejus Jacobus Carozza cum cæteris domesticis, commiseratione moti, Priorem monasterii adierunt, qui, his auditis, mox P. Franciscum Micelottam de Biuungio, professum & procuratorem hujus domûs, destinavit cum plena sua potestate & facultate eum Ordini reconciliandi & illius habitu induendi. Perrexit ille, atque intrans domum more recepto dixit: Pax huic domui &c. Statimque infirmus, qui velut exanimis jacebat, exclamavit: Induc me, pater, nam mori nequeo, nisi priùs in gratiam receptus, habitum quoque, quem dimisi, recepero. Hoc mihi donum à Deo obtinuit pater sanctissimus Bruno. Qui simul ac habitu fuit indutus, meliùs habere cœpit, & eidem patri peccata confessus sacratissimum Sacramentum
B Eucharistiæ humiliter petiit & accepit. Deinde cum magna cordis contritione sacro oleo est perunctus, & sic munitus diem clausit extremum, atque ad monasterium corpus ejus delatum in communi cœmeterio tumulatum fuit. Hoc autem circa annum MDLVIII contigisse oportuit; nam anno MDLIX Fr. Micelota institutus est per capitulum Prior domûs Trisulti, & obiit MDLX.

terîæ de Ninfo, quam, Turritanæ Cartusiæ ab avo suo restitutam, invaserat,

12 *Miraculum istud, seu beneficium, à S.* Brunone *sacerdoti, Ordinis sui olim alumno, impensum, ex Ordinis Cartusiensis capituli carta, uti relationis jam datæ initio indicatur, primitus hausturn esse, Surianus etiam, qui id ex actis per Severum à Neapoli Nicolai Riccii schedis accepit, ad calcem subjungit, ac deinde, aliis nonnullis, quæ brevitatis causâ omitto, interpositis, pag. 354 sequens, quod, in Fabricio Carrafa, cum terram de Ninfo, ab avo suo Joanne Baptista Carrafa (adi num. 7) Cartusiæ S. Stephani restitutam, iterum occupâsset, patratum, in easdem schedas è Turritanæ S. Stephani cartusiæ tabulario fuit illatum, subnectit:* Anno, *inquit,* MDLXXXVI mense Octob. dominus Fabricius Carrafa, marchio Castri-veteris, Hieronymi F. ac Jo. Baptistæ Carrafæ nepos, cùm
C majorum suorum contumacia in eo propagaretur in occupando atque indebitè retinendo territorio sæpe dicto de Ninfo, & à Priore illius temporis V. P. Petro Bono de Agrottaria in jus vocatus pro restitutione contemneret, in febrim incidit acutissimam, adeò ut à medicis de illius vita conclamaretur, familiares religiosissimam matrem adhuc superstitem, in proximo oppido commorantem, accersierunt ad luctuosum sui nati funus deflendum. At illa ex infortuniis, quæ prædecessoribus suis ob prædicti territorii usurpationem evenerunt, edocta nuntiis respondit: Ego veniam & curabo eum, Deo dante, & S. Brunone suffragante. Illicò ad filium pergens, jam morti proximum sic allocuta est: Meritò hæc pateris, quia territorium de Ninfo S. Brunonis injustè occupas, & nunc audi sermonem meum, accersi Priorem S. Stephani dictumque locum ei restitue, & statim liberaberis, scieisque, quia manus Domini super te est, affligens & eruens te.

restitutionem spondenti liberationem à febri, aliaque multis aliis,

13 Statim ille matris monitis obtemperavit, ac coram multis adstantibus se ita facturum protestatus est. Misericors autem Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur &

vivat, statim febri imperavit ac recessit, atque incolumis effectus, quod spoponderat, opere adimplevit, publico confecto instrumento XVIII Octob. MDLXXXVI, Indict. XV per manus Consalvi Ermogida de terra Spatulæ, in quo sanitatem miraculosè se recepisse confitetur his verbis: Pro summa devotione prædicti S. Brunonis & per merita & beneficia recepta & diversimodè habita, & quæ à prædicto S. Brunone habere sperat, & indies habet, & præsertim in præsenti sua magna infirmitate &c, & confirmavit cessionem Jo. Baptistæ sui avi XVIII Novembr. anni MDXXIX, ut (*vide num.* 7) suprà. Eodem die etiam litteras dedit ad conventum, commendans se ejus precibus. *Venio nunc tandem ad miracula, è jam sæpe laudatis schedis hausta, atque in annua, quâ è Turritanâ S. Stephani ecclesia ad Turritanam itidem S. Mariæ ecclesiam sacrum* Brunonis *caput deferri ex suprà dictis modò solet, solemnitate ad ejus invocationem patrata. Surianus pag. 356 sic scribit:* Anno MDLXXXIX convenientibus juxtà morem ex castris, oppidisque circumpositis quamplurimis sacerdotibus & promiscui sexus turbis cum solemni
E supplicatione, qua è monasterio S. Stephani Feriâ secundâ post Pentecosten conventualiter à monachis defertur simulachrum argenteum umbilico tenus, in quo asservatur caput S. P. N. Brunonis, & digitus integer S. Stephani protomartyris, in manu itidem argentea reconditus, qui ab Urbano II, instante comite Rogerio, huic domui (*Calabrinæ nimirum S. Stephani*) donatus fuisse perhibetur, ad ecclesiam B. Mariæ, milliario hinc distantem, juxta quam olim fuit eremus, à S. Brunone constructa, multi ex diversis languoribus Dei Genitricis auxilio & S. Brunonis meritis curati sunt, quos propriis oculis multi ex nostris viderunt; erant enim ibi monachi & conversi num. XXV.

Ac nominatim binis hîc memoratis, insignia beneficia à Deo obtinet.

14 Ibidem vidisses alios supplicabundos opem B. Virginis, alios S. P. N. Brunonis nomen inclamantes; nec frustra: sanabantur enim à quacumque detinebantur infirmitate. Adfuit tum inter eos mulier quædam ex vicino oppido, Pizzone dicto, muta, quæ decem & octo annos elocuta verbum non fuerat, & mox in illa præfata ecclesia clamare cœpit: Misericordia; tuncque loquendi liberum usum recepit. In cu-
F jus accepti beneficii memoriam habitum Ordinis album more sanctimonialium nostrarum semper gestavit, & quotannis ad festivitatem annuam ejusdem ecclesiæ inter primas advenit. Alia quædam mulier ex oppido Suriano ad præfatam ecclesiam accessit, quæ, duodecim annos habens in infirmitate sua, omnem ferè substantiam frustra in medicos erogârat. Hæc coram omnibus flexis genibus orans clamare cœpit: Serve Dei S. Bruno, jam confessa sum, jam sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscepi, si expedit saluti animæ meæ, impetra mihi sanitatem; sin autem, felicem obitum; læta enim moriar, si hoc mihi contigerit in hac ecclesia. Mirabile dictu! Continuò defuncta est, & quasi ridens ab omnibus conspiciebatur, atque in eadem ecclesia sepulturæ tradita est. *Talia sunt duo, quæ præsenti § recensenda adhuc erant, seu miracula seu beneficia. Verùm erit fortassis nonnemo, qui, an primum ex his* S. Brunonis *patrocinio patratum fuerit, revocet in dubium, quòd mulier muta, in cujus favorem obtigit, invocâsse illum non legatur. Attamen, cùm hæc album sanctimonialium Cartusianarum*

AUCTORE C. B.

more habitum in accepti beneficii memoriam deinceps geſtârit, acceptum id Brunoni *retuliſſe, itáque ſeſe hunc invocâſſe confeſſa videtur; quod cùm ita ſit, partem equidem in illo ſeu miraculo ſeu beneficio, niſi fortè, quod tamen non puto, ſanctiſſimæ Dei Genitrici adſcribendum potiùs totum id ſit, habuiſſe Sanctum, admittendum apparet. Ad ea modò, quæ § ſequenti expedire ſtatui, progrediamur.*

§ II. Aliquot miracula, ſeculo XVII, ante annum tamen hujus XXIV, patrata, recenſentur, & quî tandem Sancti cultus ad univerſam Eccleſiam extenſus, feſtumque ejus tunc Coloniæ Agrippinæ celebratum fuerit, exponitur.

B *Energumenus, pulvere ex antro, cui à S. Brunone nomen,*

NOn *pauca pulvere abraſo è lapide ſpecûs ſeu antri, in quo, ut nonnulli ex dictis in Commentario prævio § 45 volunt, continuò* S. Bruno *poſt ſuum in Turritanam eremum receſſum habitavit, reque etiam vera ſubinde (Adi eumdem Commentarium prævium num.* 748) *commoratus fuiſſe videtur, in ægrotantium languidorumque favorem patrari miracula, Surianus in ſuis ad* Brunonis *Vitam, à Surio contextam, Annotationibus è Nicolao Riccio de Taberna ſuprà laudato præfatus, ſequens ſeu miraculum ſeu beneficium, quod, pulvere illo adhibito, patratum fuit, è recenſione Severi à Neapoli, qui id, ut præmittit, è Baſilio, Cartuſiæ Turritanæ fratre converſo, reique geſtæ oculato teſte audivit, pag.* 361 *in medium adducit hiſce ipſis Severi verbis:* Frater Blaſius de Pace ex eadem Serra oppido vicino ad milliare, monaſterii (*S. Stephani de Nemore*) converſus, profeſſus ejuſdem, Deo permittente, à maligno ſpiritu obſeſſus miſere vexabatur. Cui V. Prior prædictus (*Ludovicus Süeſpeckh nimirum*) ſumma, quâ præditus erat, caritate compatiens, cupiens ovem ſuam ab invaſione infernalis lupi eripere, ſciens etiam, genus quoddam dæmoniorum non niſi oratione & jejunio ejici, tribus diebus pane & aquâ dumtaxat victitavit, atque, aliis negotiis intermiſſis, ſolùm orationi vacans permanſit. Poſt tertium diem, accuratiori generali peccatorum confeſſione præmiſſa, in ſacrarii altari, in quo in fabrefacto loculamento, ebeno argentoque permixto variè cælato, aſſervantur caput S. P. Brunonis in argenteo ſimulachro, & aliæ Sanctorum reliquiæ, Miſſam quoad devotiùs potuit, celebravit, præſente fratre Blaſio arreptitio & prædicto fratre Baſilio.

C

16 Poſt Miſſam ventum eſt ad exorciſmos, & cùm dæmon egredi cunctaretur, recordatus eſt P. Prior lapidis ſpecûs S. Brunonis, ac ſtatim mandavit F. Baſilio, ut, conſcenſo equo, quantocyus lapidis pulverem, è ſpecu ſumptum, ad ſe perferret. Qui juſſa complens, cùm, accepto inde pulvere, domum rediret, in medio itinere derepente ventum validum contra ſe irruentem ſenſit. Quo violenter ex equo excuſſus in terram malè acceptus decidit. Eodem momento dæmon, in cachinnum ſolutus per os arreptitii in hæc verba prorupit Calabrorum dialecto: At come buono conzato ſe ne terra! quæ Latinè ſic ſonant: At quam bene acceptus redit. Ita mihi præcisè referente eodem fratre Baſilio, equo ſine ſeſſore rectà ad monaſterium redeunte, homines ad proſtratum, ut exiſtimârunt, nec è terra adhuc ſurgere valentem, excurrerunt, domumque reduxerunt. A quo accepto pulvere atque contra dæmonium adhibito, illud exire ab homine coëgit, ac ſtatim liberatus ad obitum uſque incolumis permanſit. Obiit verò poſtea 1 Aug. MDCXXV. *Cùm Ludovicus Süeſpeckh, qui, dum Turritanæ S. Stephani &* S. Brunonis *Cartuſiæ Prior eſſet, dæmonium, pulvere ex lapide antri* S. Brunonis *adhibito, è fratre Blaſio energumeno, uti hîc narratur, expulit, Prior primùm, quemadmodùm apud Surianum loco cit. Severus à Neapoli docet, anno* 1608 *fuerit creatus, annoque* 1611 *obierit, oportet, ut tempore, inter utrumque hunc annum medio, prodigium iſtud acciderit; quare cùm fortè etiam annum* 1609 *præceſſerit, viſum eſt id hîc præmittere aliis adhuc recenſendis miraculis, quæ vel hoc ipſo anno vel ſeriùs evenêre.*

adhibito, liber evadit,

17 *En adeò nunc unum, quod anno* 1609 *accidit, quodque, licèt non pulvere, è Brunoniani antri lapide accepto, Sancti tamen patrocinio fuit patratum. Hiſce exſtat apud Surianum pag.* 363 *& ſeq. verbis expreſſum:* Sub eodem P. Priore (*monaſterii S. Stephani Ludovico Süeſpeckh*) anno MDCIX, cùm ad monaſterium vectaretur magnus lapis, è vicina lapidicina exciſus, quadratus, octo vel ampliùs palmos habens undique in longitudine, & unum ferè cum dimidio diametralem, uſui futurus pro tabula ſummi altaris eccleſiæ, tanti ponderis, ut à pluribus boum jugis ſupra lignea machina ægrè advehi potuerit, & multus ad viſendum populus accederet, quidam David Muller Brandeburgenſis, in lapide & ligno egregius ſculptor, qui ſuæ artis admiratione digna multa emblemata ex lignorum ſegmentis coagmentatis verſicoloribus effecit in hoc monaſterio, quique præfatæ machinæ ſtructor & præfectus operis aderat, cùm medio itinere flexo poplite currum adaptare vellet, ac ſubtus aſpiceret, altera ex rotis tibiam illius adeò validè preſſit, ut in terra, penitus humo cedente ponderi, abſconderetur, ipſo David clamante, S. Bruno, opem fer mihi; cúmque plurimi commiſerationis ergò accurriſſent, tibiam ejus commiautam exiſtimantes, inventa eſt aliquantulùm in nervis læſa, quæ etiam paulò pòſt perfectè curata eſt. In eodem loco præfatus ſculptor ædiculam ſeu parvulam capellam, in colle ſitam, ſuis ſumptibus erigendam ad rei futuram memoriam curavit, quæ adhuc extat. *Duobus hiſce jam relatis atque apud Surianum exſtantibus miraculis aliud modò ſubjungo, typis hactenus, quòd ſciam, non ſubjectum, quod in* S. Brunonis *imagine Caballione, ſeu, ut ab aliis ſcribitur, Cavallione, epiſcopali Vindaſcini in Provincia ad Sedem Apoſtolicam ſpectantis comitatus civitate, anno* 1610 *patratum eſt, quodque cum Majoribus noſtris è magna Cartuſia anno* 1668, *uti, quam ei adſcripſerunt, notitia me docet, fuit communicatum.*

Imago, in qua Sancto alienus habitus, proprio deleto, fuerat appictus,

18 *Sequentibus hiſce verbis deſcribitur:* Anno Domini MDCX, menſe Auguſto, Alexander Mauriſſius, civis Cavallicenſis, visâ tabellâ quâdam in choro PP. Capucinorum Cavallicenſium, in qua recenter à patre Bernardino effigies ſancti Ludovici, epiſcopi Tholoſani ejuſdem Ordinis (*S. Fran-*

D

E

F

A *Franciſci Aſſiſiatis nimirum; neque enim ſec.* XIII, *quo S. Ludovicus Tholoſanus floruit, Capuccini adhuc inveniebantur*) profeſſi, deformata fuerat, illius elegantiâ ſupra modum delectatus & captus, acceſſit ad patrem Fabianum de Sault ſibi familiarem, inſtantiſſiméque petiit & ab eo obtinuit, ut imagunculam ſancti Brunonis hîc appenſam, quam pro ſua in eum antiqua devotione aſſervabat, ſuperductis coloribus opera dicti patris Bernardini in ſimilem ſancti Ludovici repræſentationem delinearet; huic igitur operi xx ejuſdem menſis primam admovet manum P. Bernardinus & imaginis fundum indico pro more oblinere aggreditur. Verùm cùm opus ob exiguitatem diſpliceret, ſupervenienti cuidam pictori, nomine l'Empereur, tradit penicillum, rogatque, ut illud jam bene inchoatum adinſtar imaginis ſancti Ludovici abſolvat, acquieſcit pictor & imaginis fundum atque ipſum in cruce pendentem Salvatorem ſubjectamque calvariam atra fuligine oleo ſubacta inficit, candidam ſancti Brunonis veſtem in leucophæam demutat, capitium producit, manicas ſubſtringit, pro cucul-
B la cannabinam plagulam aſſüit, totam denique imaginem, demptis Pontificiis inſignibus, pedo ſcilicet ac mitrâ, ſanctique Brunonis capite, in aliam transfigurat. Porrò, adveſperaſcente multùm jam die, ſic affectam tabellam recedens P. Bernardino relinquit: qui ſequenti die, manè facto, alieni operis curioſus explorator, dum imaginem propiùs intuetur, hæret attonitus, & inuſitato ſucceſſu perculſus, vix oculis ſuis credit, nullus penicilli ductus, nullum coloris, nullum indici veſtigium, pura omnia & veluti ſpongiâ deterſa exiſtunt, ſola ſandaracha, velut in perpetuum rei geſtæ monimentum, ſed integris prioribus lineamentis, remanſerat, ſicque ſanctus Bruno, rejecto aſcititio ſchemate & colore, in veſte nativa candidus apparebat. Ergò inter pavorem & gaudium dubius pater Bernardinus ad patrem Andræam d'Arles cœnobii Guardianum accurrit, rem omnem communicat, ſigillatim exponit, imaginem exhibet.

priori ſtatui miraculosè reſtituta invenitur.

19 Certatim omnes è domo Patres, audita rei novitate, adſunt, ſciſcitantur, audiunt, imaginem explorant, & una voce, ingens id eſſe miraculum, exclamant. Adeſt quoque Joſephus
C L'Empereur pictor, promiſſi memor, penſum abſoluturus, ſed à patre Bernardino, quod acciderat, miraculum edoctus, prohibetur ultrà manum operi (quando id inauſpicatò ceſſerat) adhibere, aut ullam deinceps alicujus Sancti effigiem in alterius commutare aggredi. His igitur omnibus viſis & auditis, non ſine rubore & metu dominus Mauriſſius imaginem, ſibi reſtitutam, ſumma cum veneratione recipit, eandemque tandem, à multis viſam & religiosè ſpectatam, D. Dionyſio Sailly, Priori carthuſiæ Bonipaſſus, dono dedit. Extat de ea re authenticum inſtrumentum, à reverendo officiali & vicario Generali reverendiſſimi epiſcopi Cavallicenſis, Alexandro Mauriſſio, Joſepho L'Empereur & Joanne Baptiſta Gemifrem notario & ſcriba Curiæ ſpiritualis Cavallicenſis ſubſcriptum & ſigillo epiſcopali munitum, quod unà cum prædicta imagine, ſuprà exhibita, Carthuſiam ab eodem D. Dionyſio tranſmiſſum in tabulariis domûs integrum aſſervatur. *Majores noſtri, qui, quemadmodùm ſuprà jam indicavi, ſeſe è Carthuſia Majori conceptam hiſce verbis miraculi, in* S. Brunonis *imagine patrati, relationem accepiſſe, in margine adſcripſerunt, notulâ appoſitâ etiam monent, ſeſe & illam Sancti imaginem, & ipſum inſtrumentum authenticum, cujus ſub finem jam datæ relationis mentio fit, in ſacello,* S. Brunoni *in Carthuſia Majori ſacro, vidiſſe, cùm ibi anno* 1662 *verſarentur. Porrò imaginis illius exemplar ad Majores noſtros unà cum miraculi relatione miſſum fuiſſe, è verbis, quibus hæc initio & fine concipitur, apparet; verùm ego id, quod alioquin æri inciſum lectori hîc exhiberem, inter ſepoſitas de* S. Brunone *notitias invenire haud quivi. Unum modò adhuc, quod miraculis, à Sancto factis, apud Surianum accenſetur, quodque annum* 1624 *præceſſit, ſtudioſo lectori, antequam ad alia, ad gloriam Sancti poſthumam ſpectantia, ſermonem convertam, hîc exhibeo.*

AUCTORE C. B.

Irreverens — eccleſiam terrore incuſſo alioque modo punitur.

20 *His verbis exponitur:* Anno MDCXXIII, cùm eſſet Prior D. Joannes Manduci de Seminaria oppido diœceſis Melitenſis, qui ſacella SS. Stephani & Brunonis, ſita in tranſverſa parte eccleſiæ ſub tholo, marmoribus verſicoloribus Româ magno ſumptu advectis exornanda curavit, coaptandorum marmorum causâ venit etiam huc inde quidam Gaſpar marmorarius, qui, E humani generis hoſte ſuggerente, & carnis fomite titillante, quadam die cum alio ejuſdem artis ſocio, dicto Michaële Siculo, intra eccleſiam S. Mariæ (*De Turri nempe*) ſolus cum eo de certa muliere ad inhoneſta ſollicitanda verba miſcebat prope parvam januam ad dextrum latus dictæ eccleſiæ, tuneque repentè audiunt, quatuor validis ictibus pulſari gradus, tunc ligneos, dein verò lapideos factos, quibus ab exteriori parte eccleſiæ aſcenditur ad chorum ſuper atrium eccleſiæ conſtructum. Ad quem ſtrepitum exterritus Gaſpar egreſſus eſt foras per eam lateralem januam, ac clarè conſpexit terga monachi noſtro habitu induti vicinum nemus petentis ac penetrantis. Ex cujus aſpectu majore timore eſt perculſus, cùm probè ſciret, monachos noſtros nec illa die & horâ illic adeſſe, nec unquam ſolos eò advenire ſolere; unde nec vanè opinatus eſt, S. Brunonem fuiſſe, cui cordi ſemper fuit, & eſt honeſtas ac ſanctitudo Dei domum decens. Dein timore compunctus rem totam aperuit D. Mathiæ Nucifero profeſſo, & tunc monaſterii Sacriſtæ: quo referente, hæc in Acta relata ſunt. Eodem anno illa mulier interfecta eſt à cognatis, & Gaſpar de nocte, tempore carnis-privii, ad proximam villam divertens graviter eſt in capite vulneratus, ſed brevi convaluit, S. P. N. Brunoni ſe commendans: qui & me hæc ſcribentem, ut Miſſam ad illius altare & honorem offerrem, exoravit; quod libenter, neſciens, rem occultam eſſe, præſtiti.

F

Gregorius XV Papa per Breve, quod hîc

21 *Cùm hæc, quæ apud Surianum pag.* 365 *& binis ſeqq. Severus à Neapoli hîc narrat, anno* 1623 *accidiſſe, ipſa probat data hujus relatio, eodemque etiam anno Sancti noſtri cultum propagari contigerit, chronologicus, quem ſequi ſtatui, ordo exigit, ut de re hac modò hîc tractem. Publica* S. Brunonis *veneratio ab anno* 1514, *quo fuerat is explicato in Commentario prævio* § 47 *ritu in Beatorum numerum relatus, apud ſolos ferè Carthuſianos locum habuerat, cùm tandem, his agentibus, Gregorius XV Papa conceſſit, ut* S. Brunonis *feſtum Miſſali & Breviario Romano inſcribi Officiumque de eo ſemiduplex die ſexta Octobris, in quam illud incidit, ab omnibus ubique fidelibus, qui ad Horas canonicas tenentur, liberè ac licitè recitari poſſit. Breve Apoſtolicum, quo id fecit, Benedictus*

AUCTORE C. B.

XIV Papa è Cartusia Majori, uti ipsemet docet, accepit, atque in contexti à se de Servorum Dei beatificatione, & Beatorum canonizatione Operis librum primum intulit; hisce autem ibidem cap. 41 num. 7 verbis concipitur: Gregorius Papa XV ad perpetuam rei memoriam. Domini nostri Jesu Christi, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donat in cælis, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, ex adjuncto nobis pastoralis officii debito procurare tenemur, ut eorumdem servorum Christi debita veneratio indies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis. Quam ob rem fidelium quorumlibet, præsertim verò sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium, votis, quæ peculiarem Sanctorum hujusmodi cultum & venerationem respiciunt, libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

recitatur, ritu semiduplici Sanctum colendi

22 Supplicationibus itaque dilecti filii D. Bernardi Gazii, Ordinis Cartusiensis procuratoris generalis, Nobis humiliter porrectis inclinati de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio,

B quòd de cætero perpetuis futuris temporibus festum S. Brunonis, ejusdem Ordinis fundatoris, die VI Octobris, quâ in cælum evolavit, in Missali, & Breviario Romano reponi, Officiumque de eo semiduplex ab omnibus ubique fidelibus recitari liberè & licitè possit & valeat, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium concedimus & indulgemus. Quocirca venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, cæterisque ecclesiarum prælatis, in universo terrarum orbe constitutis, præcipimus & mandamus, ut in suis quibusque ecclesiis, provinciis, & diœcesibus præsentes nostras literas solemniter publicari, & ab omnibus ecclesiasticis personis secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus omnino observari faciant, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscúnque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XVII Februarii MDCXXIII Pontificatus nostri anno tertio. S. Cardinalis sanctæ Susannæ. Ita est, Silvester Spada, illustrissimi & reverendissimi domini Cardinalis vicarii notarius. Locus ✠ sigilli.

C

impertitam antea viva voce facultatem, plenariamque omnibus,

23 *Apostolico huic Brevi jam præiverat sacræ Congregationis rituum indultum, quo idem, quod per istud hîc conceditur, anno 1622 jam fuerat concessum. Exstat id pariter apud Benedictum XIV loco proximè citato, sicque habet:* Supplicationi, à domino Bernardo Gazio, Ordinis Carthusiensis procuratore generali, sacræ rituum Congregationi porrectæ, eadem Congregatio communi illustrissimorum R. P. assensu inclinata, habita etiam Sanctissimi Domini nostri confirmatione, festum sancti Brunonis, ejusdem Ordinis fundatoris, die VI Octobris, quâ in cælum evolavit, in Missali ac Breviario Romano reponi, & Officium de eo semiduplex ab omnibus ubique fidelibus recitari concessit. Illi enim inter Sanctos præcipuè universalem Ecclesiæ venerationem expostulare videntur, qui sacrarum Familiarum institutores militanti eidem Ecclesiæ numquam interitura suffragia reliquerunt. Sign. Franciscus Maria, Cardinalis à Monte. Locus ✠ Sigilli. Joannes Baptista Rinuccinus secretarius. *Hoc instrumentum, quod, qui illud cum Benedicto XIV Papa de mandato reverendi patris, Ordinis Cartusiensis Generalis, communicavit, Ambrosius Crollet, hujus scriba,* XIX *Novembris anni 1622 datum notat, Cartusianis petentibus à sacrâ rituum Congregatione fuit indultum, ipsomet annuente, uti recitata, quibus id constat, verba fidem faciunt, summo Pontifice Gregorio XV; ut proinde hic illud ipsum, quod anne 1623 per Breve, num. 21 & seq. recitatum, Cartusianis postulantibus concessit, vivæ vocis oraculo antea impertiisse videatur. Nec tantùm hic Pontifex, ut* S. Bruno *per universam Ecclesiam cultu publice affici posset, indulsit; verùm etiam, quò reipsa, etiam ab iis, qui ad Horas canonicas non tenentur, veneratione congrua honoraretur, indulgentiam plenariam omnibus, qui luce ipsi sacra Cartusianorum ecclesias visitarent, exigique pro lucrandis plenariis indulgentiis solitas preces ibidem effunderent, propensissimè concessit. Exstantes apud Surianum litteras Apostolicas, quibus id fecit, lubet etiam huc transcribere.*

D

E

luce Brunonis sacra Cartusianorum ecclesias visitantibus, indulgentiam

24 *Sequentibus itaque apud hunc Vitæ* S. Brunonis, *per Surium concinnatæ, commentatorem verbis concipiuntur:* Gregorius Papa XV ad perpetuam rei memoriam. Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium, de clementissima ejus majestate sperantium, tunc præcipuè benigno favore prosequitur, cùm devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur. Volentes igitur, omnes & singulas ecclesias monasteriorum monachorum Cartusianorum ubicúmque existentium aliquo spirituali munere illustrare, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, verè pœnitentibus & confessis ac sacrâ Communione refectis, qui aliquam ex dictis ecclesiis die festo sancti Brunonis, sexto mensis Octobris celebrari solito, à primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione ac sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quòd præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis & sigillo alicujus personæ, in dignitate ecclesiastica constitutæ, munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die III Julii anno MDCXXIII, Pontificatûs nostri anno tertio.

F

anno 1623 concessit, annoque sequenti, edito,

25 *Surianus, Pontificiâ hâc, quâ quamlibet Cartusianorum ecclesiam die sexta Octobris seu luce* S. Brunoni *sacra frequentantibus indulgentia plenaria à Gregorio XV fuit concessa, pag. 266 & seq. recitatâ Bullâ, mox subjungit:* Hâc autem Bullâ, velut classico personante, varii variarum regionum excitati populi, certatim quisque pro sua in sanctum Brunonem religiosiore observantia, exaggeratum cultum (*eidem nempe* S. Brunoni) impenderunt, *ac deinde narrat, quanta solemnitate ac pompâ Sancti festum Coloniæ Agrippinæ nominatim, Leodii & Liræ in Brabantia celebratum*

A *tum tum fuerit. Ut brevitati ſtudeam, quî id in priori è tribus hiſce civitatibus, quæ Sancto natalis obtigit, factum fuerit, è laudato Sancti Vitæ, per Surium ſcriptæ, commentatore lectorem edocere dumtaxat lubet. Ac primò quidem, antequam verba, quibus is ſcriptor rem exponit, huc tranſcribam, de anno, quo ſolemnitas iſta Coloniæ Agrippinæ acciderit, nonnulla dicenda ſunt, ne quis fortè illam, quòd litteris Apoſtolicis, mox recitatis annoque* 1623 *datis, proximè à Suriano ſubdatur, hoc etiam anno, quod ex dicendis ſecùs habet, eveniſſe arbitretur. Solemnitati itaque, quâ, cùm Pontificia, quam proximè memoravi, Bulla data fuiſſet, Coloniæ Agrippinæ* S. Brunonis *feſtum celebratum fuit, præivit edictum, quo Ferdinandus princeps elector & archiepiſcopus Colonienſis omnes archidiœceſis ſuæ clericos, ut inſtans* S. Brunonis *feſtum congruâ debitaque devotione celebrarent, vehementer hortatus eſt, nonnullaque eò ſpectantia præſcripſit. Lubet & Monumentum illud, quod inter ſepoſitas à Majoribus noſtris de* S. Brunone *notitias inveni, integrum huc*

B *tranſcribere, tum ne quid, notatu dignum, quod ad gloriam Sancti poſthumam facit, præteream, tum quòd ex eo, ſolemnitatem, de quâ hîc nobis ſermo, Coloniæ Agrippinæ, non anno* 1623, *ſed anno* 1624, *celebratam fuiſſe, intelligatur, quemadmodùm mox, cùm id recitâro, oſtendam.*

26 *His verbis concipitur:* Ferdinandus Dei gratiâ ſanctæ Colonienſis eccleſiæ electus & confirmatus archiepiſcopus, S. Rom. Imp. per Italiam archicancellarius, & princeps elector, epiſcopus Paderbornenſis, Leodienſis, & Monaſterienſis, adminiſtrator Hildesheimenſis, Corbejenſis & Berchteſgadenſis, princeps Stabulenſis, comes Palatinus Rheni, utriuſque Bavariæ, Weſtphaliæ, Angariæ, Bullionis dux, marchio Francimontenſis, comes Loſſenſis, Longienſis, Hornenſis, S. Sedis Apoſtolicæ legatus natus, &c. Venerabili clero & univerſis, ac ſingulis Chriſti fidelibus civitatis & archidiœceſis noſtræ Colonienſis ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm Deus Opt. Max. Pater ille miſericordiarum pro paterna ſua providentia & infinita erga nos caritate ſuos quibuſque locis & temporibus Sanctos variè diſpertitur, ut nobis in caligineſo iſto mundo inter tot dogmatum,

C ac morum errores facem præferant, ac in viam ſalutis æternæ quaſi manu ducant, tum verò jugiter hanc noſtram Colonienſem eccleſiam oculis ſuæ benigniſſimæ miſericordiæ reſpexit, & cæteris orbis terrarum regionibus ac provinciis eminentiorem reddidit, dum clementiſſimè voluit & conceſſit, ut plurimorum maximorumque Sanctorum parens, alitrix, domicilium & cuſtos eſſet; quorum nimirum meritis & ſuffragiis, poſtquam fidem ſuſcepit, recidiva non fuit, ſed in fide ſtabilis, eſtque & audit Romanæ Eccleſiæ fidelis filia, aliaque, quæ inde velut è perenni omnium bonorum fonte ſcaturiunt & derivantur, conſequitur. Inter quos ſanè velut ſtella matutina refulget ſanctus Bruno, magnum Eccleſiæ Dei decus & ornamentum, civis Coloniensis, Coloniæ nobili Hartenfauſt familiâ natus & educatus, anno partæ ſalutis poſt milleſimum centeſimum primo mortuus; poſt milleſimum quingenteſimo decimo quarto à Leone X inter Sanctos relatus, celeberrimi juxtà & ſanctiſſimi Ordinis Cartuſienſis (cujus laus eſt in Eccleſia) fundator & patriarcha. Porrò nuper nobis exhibitæ & intimatæ fuerunt litteræ Sanctiſſimi Domini noſtri Gregorii felicis recordationis Papæ XV ſuper celebratione feſti altememorati S. Brunonis hujuſmodi ſub tenore.

AUCTORE C. B.

27 *Hîc modò Gregorii XV Papæ, qui anno* 1623 *die* VIII *Julii, ac proin, antequam hoc Colonienſis archiepiſcopi edictum emitteretur, vitâ functus eſt, recitatur Breve, num.* 21 *&* 22 *datum, ac deindè pergitur hoc modo:* Nos itaque tum pro ea obedientia, quam debemus S. Sedi Apoſtolicæ, tum pro religioſo noſtro affectu & veneratione erga Sanctos Dei, eos præſertim, qui nos & eccleſiam noſtram propiùs contingunt, tenore præſentium auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, nec non de conſilio & conſenſu Venerabilis noſtri Capituli vobis ſupradictis litteras Apoſtolicas notificamus, & pro illarum executione clericos tam ſeculares quàm Regulares enixè in Domino requirimus & monemus, ut diem iſtum ſolemniter debitâ & exemplari cum devotione juxta tenorem ſupra poſiti Brevis Apoſtolici celebrent, aliiſque Chriſti fidelibus ſuo exemplo præeant, eccleſiarum verò rectoribus, paſtoribus, & divini Verbi concionatoribus diſtrictè ſerióque præcipimus & mandamus, ut in feſto S. Michaëlis, E quod incidit in Dominicam XVII poſt Trinit., XXIX Septemb. Chriſti fideli populo alta & intelligibili voce publicent, & eundem, expoſitâ Sancti vitâ, diligenter adhortentur, quatenus feſtum ejus piè ac religioſè obeant, haud dubiæ ſpe, quòd Sanctus iſte origine & educatione noſter pio in patriam affectu nos gregemque nobis commiſſum ſuis apud divinam Majeſtatem precibus & ſuffragiis, hiſce periculoſiſſimis exulceratiſſimiſque locis ac temporibus, tueri porrò & conſervare perget: id quod ſanè eò magis nobis neceſſarium, quo graviora ab hæreſi & à bello circumſtant pericula. Quò verò Chriſti fideles ad debitam venerationem ac devotionem promptiùs obeundam magis excitentur, ſignificamus præterea & atteſtamur ſupra memoratum SS. D. N. Gregorium Papam XV aliis ſpecialibus litteris (perpetuis futuris temporibus valituris), omnibus utriúſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis ac ſacra communione refectis, qui eccleſiam Cartuſianorum die feſto S. Brunonis, VI menſis Octobris celebrari ſolito, à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmodi ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum exſtirpatione, ac Sanctæ matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & Remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſiſſe.

F

28 Quod quidem nos ita declaramus, ut fideles fœminei ſexus (quibus aditus intra ſepta monaſterii & limina eccleſiæ præcluſus eſt) ante ipſum monaſterium ſive eccleſiam foris orando eaſdem indulgentias lucrari poſſint, & valeant. *Cùm anno illo, quo Ferdinandus, Colonienſis archiepiſcopus, iſthoc edictum emiſit, Dominica poſt SS. Trinitatis feſtum ſeptima decima in vigeſimam nonam, uti ipſum illud inſtrumentum manifeſtat, Septembris diem inciderit, hocque non anno* 1623, *ſed, ut computanti patebit, anno* 1624, *quo Paſcha die* VII *Aprilis ac proin ſanctiſſimæ Trinitatis feſtum die ſecunda Junii celebratum fuit, evenerit, edictum illud poſteriori hoc anno, quo etiam apud Petrum Cholinum Coloniæ Agrippinæ excuſum ad calcem notatur, editum fuiſſe, neceſſe eſt. Jam verò, cùm id Colonienſi, de qua hîc diſſerimus, ſolemnitati, ut jam dictum, præiverit, conſequens eſt, ut nec hæc*

Coloniæ Agrippinæ magna, quæ Suriani verbis

quod in medium

hîc profertur, prævîè emiſſo.

AUCTORE C. B.

ante annum 1624 *contigerit; quin autem hoc ipſo anno evenerit, dubitandùm non apparet, cùm equidem haud dudum à præfato edicto locum habuerit, quemadmodum ex ipſis, quibus hoc concipitur, verbis fas eſt conjicere. Verba modò, quibus ea à Suriano deſcribitur, huc transferamus. Sequentia hæc ſunt:* Feſtum (S. Brunonis *nimirum*) tota civitas (*Colonienſis nempe*) ſolemniter, jucundantiumque in morem celebravit & encæniavit. Totus ſenatus in cartuſia ſecundum faciem Sanctorum lætum diem egit, tam in choro, quàm in trichoro. Univerſus clerus & omnes omninò aliorum Ordinum Religioſi conteſſerârunt. Et ne ſequior ſexus ſe doleret & quereretur excluſum, ante portam pegma & ſpectandæ magnitudinis ara fuit erecta. Quo in loco confertiſſimæ mulieres Miſſam & Communionem, concionemque avidis animis exceperunt.

hîc deſcribitur, ſolemnitate Sancti feſtum fuit celebratum. B

29 Phonaſcorum quoque non defuit in Veſperis utriſque & Miſſa gratiſſimus concentus. Proceſſum eſt ſubinde per periſtylium majus cum ea gravitate pompaque, quæ Sanctos deceret; ponè ſequente ſenatu P. Q. Col. In ipſo flagrante die feſto Miſſam cantavit baro & canonicus eccleſiæ metropolitanæ, diaconum egit comes & canonicus, ſubdiaconum canonicus presbyter. In octavis (nam per totas Octavas conſluxus populi non defuit) vicarius ſereniſſimi principis Miſſam quoque cecinit, cui canonici duo ſubſervierunt, & phonaſci tam in Miſſa, quàm in utriſque Veſperis ſuum officium egregiè ſanè impleverunt. Ut verbo abſolvam, ex quo ſtetit illa Cartuſia, nihil illi ſolemnitati comparabile, nihil æquale vidit. Totius tandem ſolemnitatis coronidem adjecit ipſe ſereniſſimus prineeps elector & archipræſul, qui poſt Octavas proximâ Dominicâ cartuſiam viſitavit, S. Euchariſtiam percepit, hoſpitatuſque ea nocte eſt in paſtophorio. *Colonienſis archiepiſcopus Ferdinandus hîc memoratus Guillelmi V Bavariæ ducis ex Renata Lotharinga exſtitit filius, anno* 1577 *natus, qui, cùm patruo ſuo Erneſto, Colonienſi archiepiſcopo, anno* 1595 *datus fuiſſet coadjutor, ei etiam, anno* 1612 *vitâ functo, in Colonienſem ſucceſſit archiepiſcopatum, quem ad annum uſque, quo obiit,* C 1650 *optimè adminiſtravit. Porrò verbis proximè recitatis ſubdit mox Surianus, quî Leodii ac deinde quî Liræ, poſtquam, ut Sanctus ſexto Octobris die per univerſam Eccleſiam ritu ſemiduplici coli poſſet, à Gregorio XV Papa anno* 1623 *fuiſſet conceſſum, feſtiva ejus lux ſolemniter, à primariæ etiam notæ viris, qui Cartuſiani Ordinis non eſſent, fuerit celebrata. Verùm cùm à verbis, quibus tum peractam in binis hiſce civitatibus ſolemnitatem ſcriptor ille exponit, recenſendis abſtinere, brevitatis ſtudio, ut jam monui, ſit fixum, ad alia, quæ ad gloriam Sancti poſthumam adhuc ſpectant, gradum modò facio.*

D

§ III. Fueritne Sanctus anno MDCXXIII à Gregorio XV, an ſeriùs dumtaxat à Clemente X canonizatus, examinatur, reliquaque, quæ ad gloriam ejus poſthumam faciunt, magiſque videntur notatu digna, in medium proferuntur.

Fuiſſe Sanctum æquipollenter canonizatum

A *Poſtolicis litteris, § præcedenti recitatis, quibus, ut* S. Brunonis *feſtum die* VI *Octobris, quâ ad cælos is migravit, Miſſuli & Breviario Romano inſcribi, Officiumque de eo ſemiduplex ab omnibus ubique fidelibus libere ac licite recitari poſſit, Gregorius XV Papa anno* 1623 *conceſſit, æquipollenter canonizatum Sanctum non fuiſſe, Benedictus XIV Papa in ſuo, quod Commentarii prævii loco non uno laudavi, de Servorum Dei Beatificatione & Beatorum Canonizatione* E *Opere exiſtimat; ita enim in hoc, lib.* 1, *cap.* 41, *num.* 6 *ſcribit:* Nullo certè pacto dici poſſe videtur (*adi, quæ huc facientia Commentarii prævii § 47 diſputata ſunt*) ſanctus Bruno à Leone X canonizatus; ſed ejus æquipollens canonizatio, eximiis tanti Viri meritis, præclariſſimi Ordinis fundationi, continuatæ inſignium miraculorum famæ, cultûſque conceſſioni, primùm quidem univerſo Carthuſianorum Ordini à Leone X factæ, poſtea toti Eccleſiæ ad libitum à Gregorio XV, innixa, aſſignanda videtur ſummo Pontifici Clementi X, ut ex ſequenti decreto colligitur: "Enixis precibus, San-
„ctiſſimo Domino noſtro Clementi X porrectis
„per Eminentiſſimum dominum Cardinalem Ni-
„tardum nomine ſereniſſimæ Hiſpaniarum re-
„ginæ, quibus Sanctitati ſuæ ſupplicabatur, ut
„ſignaretur concedere, quòd Officium ſancti
„Brunonis confeſſoris, fundatoris Ordinis Car-
„thuſienſis, hactenus ab Eccleſia univerſali ſub
„ritu ſemiduplici recitatum„ (ſupple ad libitum)
"inpoſterum ſub duplici recitaretur ab omnibus
„utriuſque ſexus tam ſecularibus, quàm Regulari- F
„bus, qui ad Horas canonicas tenentur, & re-
„miſſis à Sanctitate ſua ad ſacrorum rituum Con-
„gregationem, eadem ad relationem Eminentiſ-
„ſimi domini Cardinalis Sfortiæ cenſuit, præ-
„dictam gratiam concedi poſſe, ſi eidem San-
„ctiſſimo Domino noſtro viſum fuerit, die III
„Martii MDCLXXIV. Et facta de prædictis San-
„ctiſſimo relatione per me ſecretarium, Sanctitas
„ſua benignè annuit die XIV ejuſdem menſis Mar-
„tii, & anni MDCLXXIV.„

à Clemente X, Benedictus XIV exiſtimavit. Verùm hæc ejus opinio

31 *Ita Benedictus XIV Papa laudatus,* S. Brunonem *à Clemente X, ac proin non præfatis Apoſtolicis Gregorii XV litteris, canonizatum fuiſſe, non obſcurè docens; ita autem opinatus eſt, quòd, quemadmodùm inſerta ſacrorum rituum Congregationis decreto, quod hîc recitat, parentheſi ſatis indicat, litteris illis cultûs præceptum non includatur. Verùm Ambroſius Crollet, reverendiſſimi patris Generalis capitulique Ordinis Cartuſienſis ſcriba, qui eaſdem litteras, mandante eodem Reverendiſſimo Patre, cum Benedicto XIV communicavit, aliter prorſus cenſuit. Iiſdem enim apud eumdem Benedictum Operis laudati lib.* 1, *cap.* 41, *num.* 7 *ſequentia verba præmiſit:*

A *tit:* Anno MDCXXIII ſuprà memoratus Gregorius Papa præcepit, ut die VI Octobris omnes ſæculares & regulares ubique terrarum ſub ſemiduplici ritu recitent Officium ſancti Brunonis confeſſoris, fundatoris noſtri, nec non in Breviario, Miſſali & Kalendariis inpoſterum imprimendis feſtum ejuſdem ſancti Brunonis deſcribendum ſtatuit; *è quibus ſanè manifeſtum fit, laudatum Ambroſium Crollet in ea opinione fuiſſe, quâ ſuprà recitatas Gregorii XV Papæ litteras cultûs eccleſiaſtici præceptum includere, exiſtimavit. Verùm utri aſſentiendum eſt? Huicne Ordinis Cartuſienſis alumno, an Benedicto XIV? Etſi Gregorius XV Papa, ſeſe, ut* S. Bruno *ab omnibus ubique fidelibus, ad Horas canonicas obligatis, ritûs ſemiduplicis Officio die ſexta Octobris coli licitè poſſit, impertiri, in memoratis litteris primò dumtaxat dicat, mox tamen adhibens verba, præceptum ſonantia, ſubjungit, ſeſe patriarchis, archiepiſcopis, epiſcopis ceteriſque eccleſiarum prælatis, in univerſo terrarum orbe conſtitutis, præcipere & mandare,* ut ab omnibus eccleſiaſticis perſonis ſæcularibus & quorumvis Ordinum Regularibus obſervari faciant *litteras prædictas; hinc autem factum fortè eſt, ut hiſce omnes fideles, qui ad Horas canonicas tenentur, ad Officium de* S. Brunone *die ſexta Octobris, quâ is obiit, ritu ſemiduplici recitandum obſtringere voluiſſe Gregorium, Crolletus exiſtimârit.*

B

pro certa admittenda non videtur.

32 *Forſan etiam, nî, ut id illi faſerent, Gregorius præcepiſſe ſtatuatur, haud ſatis intellexerit, qua ratione factum eſſe queat, ut Urbanus VIII Papa, proximus Gregorii XV in S. Petri Cathedram ſucceſſor, Officium de* Brunone, *novo, quo hunc coli præceperit, decreto non emiſſo, Breviario Romano (adi Commentarium prævium num.* 188 *&* 193) *juſſerit inſcribi. Res ſanè, ut meam modò promam ſententiam, admodùm videtur implexa. Et verò cùm ſacræ rituum Congregationis decretum, Benedicti XIV Papæ verbis, num.* 30 *huc tranſcriptis, incluſum, quo hæc, ut Officium de* S. Brunone, *quod hactenus ab Eccleſia univerſali ſub ritu ſemiduplici recitatum dumtaxat fuerat, ſub duplici deinceps recitaretur, anno* 1674, *ſummo Pontifice Clemente X annuente, conceſſit, nullum prorſus, quod cultûs,* S. Brunoni *deferendi, præceptum apertè ſonet, verbum includat, fueritne magis à Clemente X, quàm à Gregorio XV Sancti cultus præceptus, in dubium revocari non immeritò poſſe videtur. Quod cùm ita ſit, cultûſque præceptum ad canonizationem neceſſariò requiratur,* S. Brunonem *canonizatum, canonizatione ſcilicet, uti eam vocant, æquipollenti, à Clemente X potiùs, quàm à Gregorio XV fuiſſe, pro certo aſſeverare non auſim. Neque verò id à Clemente factum fuiſſe, pro prorſus indubitato habuit ipſemet Benedictus XIV; etenim (adi ejus verba num.* 30 *recitata) canonizationem* S. Brunonis *Clementi X non affirmatè aſſignat, ſed, adhibitâ, quæ dubitantium eſſe ſolet, loquendi formulâ, Pontifici huic illam* aſſignandam videri, *dumtaxat ait. Verùm, etſi res ita ſit, dubiumque ſimul, an Sanctus ſeu à Clemente ſeu à Gregorio, ac proin an umquam (neque enim Pontifex, Clemente poſterior, coli* Brunonem *præcepiſſe invenitur) canonizatus verè fuerit, ex omnibus jam dictis queat videri, fuit equidem, ut Officium de eo, quod dumtaxat ſub ritu ſemiduplici recitari conſueverat, ab omnibus deinceps, qui ad Horas canonicas tenentur, ſub ritu duplici recitari poſſet, à Clemente X, ut ſuprà à Benedicto XIV allegatum Congregationis rituum decretum fidem facit, anno* 1674, *ſupplicante Hiſpaniarum regina, conceſſum. Atque id hîc, quòd de ea Clementis conceſſione ſacræque Congregationis rituum, quo declarata hæc fuit, decreto fuerit agendum, commemorandum duxi, etſi interim Pontificio iſti indulto præiverint tria è miraculis, præſenti § recenſendis, quæ, ut id daretur, partim fortaſſis effecerint.*

C

AUCTORE C. B.

Tria apud Surianum, quorum alterò graviſſimus morbus,

33 *En adeò, cùm de præfata Pontificia conceſſione actum jam ſatis ſit, ſtudioſe lector, nunc etiam illa, continua ſerie, prout apud Surianum è ſchedis, ſuprà jam ſæpius laudatis, depromptа pag.* 369 *& ſeqq. exſtant, recitata. Sic habent:* V. P. Bernardus Gort Barcinonenſis, profeſſus cartuſiæ Scalæ-Dei in Catalonia, olim Oliſiponenſis, & pòſt Eborenſis in Luſitania Prior, ſequens miraculum refert. Illuſtriſſimus & reverendiſſimus D. Theotonius à Bragantia, archiepiſcopus Eborenſis, ampliſſimus fundator cartuſiæ Scalæ-Dei (*aliis* Scalæ-cæli) prope Eboram in Luſitania, obtinuit à reverendo patre Priore Cartuſiæ Ordinis generali quandam portionem ſeu reliquiam capitis S. P. N. Brunonis, quam in argenteo ſimulachro, effigiem ejuſdem umbilico tenus referente, recondidit, quod ſimul cum multis emblematum, hyeroglyphicorum, poëmatumque compoſitionibus eidem cartuſiæ Eborenſi donavit, ubi & reverenter hodiéque aſſervatur. Anno MDCXXVIII circa finem Januarii, cùm præceſſiſſet magnus lunæ defectus, dux Bragantiæ Theodoſius II in maximam ac periculoſam ægritudinem incidit; de cujus valetudine adeò timebant ejus familiares, ut ſolis medicis ingreſſum ad eum permitterent. Quod ſciens V. P. Antonius Coëllo, tunc Eborenſis cartuſiæ Prior, cum D. Alvaro de Fonſeca procuratore ejuſdem ad oppidum Villæ-vitioſæ, ubi dux æger decumbebat, conceſſit, ſecum deferens prædictam reliquiam S. Brunonis, duci adorandam exhibiturus, in memoriam eidem revocans, eam reliquiam eſſe olim à R. P. Generali tranſmiſſam Domino Theotonico magno ſuo patruo. Qui ſtatim ſe decentiſſimè compoſuit, & dictus Prior cum maxima reverentia oſtendit duci ſacram reliquiam, recitatiſque cum ſocio quibuſdam precibus cum oratione prædicti Sancti, eandem illi adorandam obtulit, præſentibus duce Barcellenſi ejus primogenito, nunc duce Bragantiæ, aliiſque duobus filiis D. Edoardo & Alexandro, genibus flexis cereos accenſos tenentibus. Cúmque dux ſacram reliquiam adorâſſet, præſentibus filiis dixit, ſe valde Deo fidere, ſanitatem recepturum, quod in ſua ægritudine ab eo Sancto meruerit viſitari.

D

E

F

altero periculoſa tentatio,

34 Receſſit Prior cum ſocio è cubiculo, ſecum referens ſacram reliquiam, veritus, ne dux penes ſe eam retinere vellet, uti eum cupere noverat. Poſtea dux cœpit morbo levari, atque eadem nocte adeò convaluit, ut à medico febre carens ſit repertus, & brevi eſt prorſus ſanitati priſtinæ redditus. Anno MDCXXXI quidam monachus, cujus nomen conſultò prætereo, quia adhuc ſuperſtes eſt, profeſſus unius ex domibus provinciæ S. Patris Brunonis, cùm hoſpitaretur in domo S. Stephani de Nemore, multo tempore graves mentis anguſtias paſſus, tandem ad id devenit, ut palàm de Ordine deſerendo tractaret, atque in Romana curia hoc per idoneum hominem procuraret. Cujus rei procurator generalis Ordinis certior ab ipſo factus non modò non contradicebat, verùm etiam annuebat illius ab Ordine egreſſui, ut ab illius importunitate

ſe

AUCTORE C. B.

se liberaret. Insuper oculorum ægritudinem contraxerat, ut vix de nocte lumen ad sacras preces recitandas sustinere posset. Demum S. P. Brunoni se commendans abluit oculos suos aquâ ex lacu S. Brunonis sumptâ, quæ scilicet ex fluvio decurrente prope nemus ecclesiæ S. Mariæ colligitur in alveum, muro septum à parte viæ, in forma orbiculari oblonga, in cujus medio crux lignea posita est, ex qua S. Bruno bibere & lavari solitus dicitur. Simul ac ex hac aqua oculos abluit, statim exteriùs interiúsque illustratum se sensit, ac, depositò Ordinis deferendi consilio, in sancto proposito se confirmavit, atque de sua hac illuminatione V. P. Josephum Laudinum, Priorem cartusiæ Romanæ ac Ordinis in Romana curia procuratorem generalem, certiorem fecit, per suas litteras ex hac domo, mense Decembri MDCXXXI datas, quas & aliis familiaribus suis legit. Vivit adhuc & sospes est. Ex aqua autem hujus lacus multi devotionis causâ bibunt, & ad domos suas asportant, quam etiam variis morbis profligandis efficacissimam experiuntur, qui cum aliquo sensu pietatis eam sumunt.

Secundum ex his aquarum lacûs, a Sancto dicti, virtutem probat, hancque alia,

ac tertio gravissimus item morbus pulsus fuit, adscripta Sancto miracula.

35 Labente anno MDCXXXIII, illustrissimus dominus Henricus Loffredus Neapolitanus marchio Trivici & comes Potentiæ in Lucania urbis, ubi ex gravissimo morbo de vita periclitabatur. Quare, medicorum ope & opera abjecta, ad Sanctorum præsidia confugit, adeóque hortatu fratris Angeli Massæi Neapolitani conversi, professi Cartusiæ S. Laurentii prope Padulam, tunc commorantis in grangia ejusdem Cartusiæ, sita intra civitatem Potentiam, se commendavit S. P. Brunoni pio cordis affectu, hausto etiam pulvere de specu ejusdem Sancti loco pharmaci, ab eodem converso sibi exhibito, qui Dei beneficio per merita S. Brunonis brevi convaluit, nec non ope B. Ægidii Minoritæ, cujus corpus apud Laurentianum oppidum integrum asservatur, cui ab ejus matre commendatus fuerat. Ob id anno MDCXXXIV, ut Sanctis debitas grates obsequiumque persolveret, circa initium Julii ad prædictam Cartusiam Padulæ accessit S. P. Brunoni gratias redditurus. Quod clariùs ex ejus epistola, V. P. Joanni Baptistæ Manducio Priori ac provinciæ visitatori directa, patebit. Admodùm reverende Pater observandissime. Superioribus mensibus ob gravissimum morbum vitæ tale discrimen incurri, ut considerans, jam vanam medicorum operam esse, ad Deum Op. Max. atque ad cælites sanctos confugerim, sed peculiari affectu ad S. Brunonem, atque ad B. Ægidium. Nunc ut multo, quod his Sanctis debeo, satisfacere queam debito, statui personaliter ad eos venerandos accedere, patrem S. Brunonem istuc ad S. Laurentium de Padula scilicet, & B. Ægidium Laurentianum. Quare Paternitatem V rogo, ut mihi gratiam concedas & facultatem F. Angelo, ut mecum veniat: nam ex parte cognoscens ab eo meam sospitatem tum illius precibus, tum hortatu, ut me S. P. Brunoni commendarem, à Paternitate vestra hanc consolationem exopto, ut prædictus frater, sicut auxilio mihi fuit ad sospitatem mihi impetrandam, ita etiam sit ad gratias reddendas. Tandem offerens me semper ad tui, ac tuæ Religionis obsequia promptum, tuis me orationibus commendatum cupio. Potentiâ, die XXVII Junii MDCXXXIV.

C

36 *Talia sunt tria, quæ sacræ rituum Congregationis, à ritu semidupli ad duplicem, annuente Clemente X, elevantis Sancti cultum, decreto prævêre, hîcque recensenda duxi, ad* S. Brunonis *invocationem patrata miracula. Ac horum quidem secundum, etsi quod de virtute à prodigiosi fontis aquis (adi Comment. præv. num.* 747) *ad lacûs, cui à* S. Brunone *nomen est, aquas translata Zanottius in contexta à se Sancti Vita tradit, neutiquam confirmet, prodigiosam tamen lacûs illius aquis è Sancti nostri meritis virtutem verè inesse, argumento qualicúmque est. Verùm hanc plura luculentiùs commonstrant, quæ ipsemet Zanottius in laudata sua de* S. Brunone *Lucubratione cap.* 34 *narrat, miracula, aquarum illarum virtute præsenti seculo ac proin post dictum, quod anno* 1674 *Congregatio Rituum dedit, decretum patrata. Lubet hæc, pluribus aliis, quæ tum apud Surianum adhuc, tum alibi exstant, è lingua Italica in Latinam versa lectori hîc exhibêre, idque, cùm protis nullum seu scriptorem seu monumentum, contrà ac aliàs facere solet, laudet Zanottius, è solâ hujus, quem ea nihilominus è probato fonte hausisse reor, scriptoris fide. Hisce itaque ab illo Sancti nostri biographo verbis narrantur:* Anno MDCCXV Oliva Spani Cantacienſis tali modo à maligno spiritu fuit obsessa, ut die quopiam abs illo violenter supra carbonum ardentium massam fuerit conjecta, unde vulnus insanabile contraxit. Maritus illius, quem graviter id affligebat, magna cum fide sanctum Patrem (Brunonem *nempe*) invocavit, cúmque mulierem ad lacum S. Brunonis duxisset, ibique lavisset, continuò vidit illam hoste infernali liberatam, atque à vulnere curatam. Anno MDCCXIX, die XXVIII Maii Joannes Bernardus S. Petri Cosentiensis, cùm à septem jam annis morbo detentus, multisque corporis sui partibus, ita ut miseranda visu res esset, contractus fuisset, à parentibus suis, qui in brachia eum accepêre, ad lacum S. Brunonis delatus, sese dumtaxat lavando sanitati integræ mansit restitutus.

E

quæ à Zanottio hic referuntur,

37 Eodem anno Angela Rizzi Cantacienſis, à pluribus mensibus à dæmone infesta, sese ex ingressu in dictum lacum liberam sensit, idemque eodem die multis aliis energumenis obvenit. Anno MDCCXXI baro Leffelliol, copiarum cæsarearum in Calabria capitaneus, sectâ Lutheranus, parvum S. Brunonis lacum, quò curiositati suæ satisfaceret, visitavit, videnſque uno die viginti quatuor miracula, à variis energumenis per Sancti intercessionem obtentâ, internè ad fidem Catholicam amplectendam motus est, & ideò vocationi divinæ obtemperans, dieque XXIV Junii Lutheranismum abjurans, fidei Catholicæ professionem, patre Columbano Theysen Colonienſi Minorita Conventuali, militiæ cæsareæ sacellano, & Augustino Maria Lucanensi, concionatore Capuccino, præsentibus, Rhegii in Calabria in Capuccinorum ecclesia emisit, duoque suprà dicti patres illum à censuris consuetâ sanctæ Ecclesiæ formâ absolverunt. De hoc toto instrumentum authenticum, cui duo suprà dicti Religiosi aliique præterea subscriberent, totumque verum esse, jurarent, confici voluit idem capitaneus, póstque ipsemet anno sequenti, cùm gratias S. Brunoni sepulcrum ejus visendo acturus veniſſet, scripturam hujusmodi authenticam in S. Stephani Cartusia depositit. *Cùm duobus posterioribus è tribus Pentecostes festis, quorum altero sacrum Sancti caput ad Turritanam S. Mariæ ecclesiam ex ecclesia S. Stephani transferri, altero ad hanc referri quotannis solet, ingens fiat populi, quemadmodùm eo ipso Lucubrationis*

F

A *brationis ſuæ capite, quo jam recenſita refert miracula, Zanottius teſtatur, ad Turritanam Cartuſiam concurſus, tuncque èò ſanandi infirmi energumenique undequáque ſoleant adduci, viginti quatuor miracula, per quæ, in totidem energumenis Sancti interceſſione uno die patrata, copiarum cæſarearum capitaneum ad fidem Catholicam converſum fuiſſe, ſcriptor is hîc refert, alterutro è dictis Pentecoſtes feſtis fortaſſis evenêre; quòd ſi autem re etiam vera ita res habuerit, fuiſſe è viginti quatuor energumenis uno eodemque die dæmonem ejectum, magis erit, quàm alioquin foret, credibile.*

luculentiùs oſtendunt. Iis factum Nunninghio, quod ipſis hujus verbis

38 *Utut ſit, adhibitis equidem lacûs,* à S. Brunone *dicti, aquis non pauca miracula, quæ proinde, ut jam monui, prodigioſam harum virtutem luculentiùs, quàm unum num.* 34 *relatum, commonſtrant, in energumenis potiſſimùm patrata fuiſſe, credendum apparet. Nec, quæ ſuprà è Suriano aliiſque attuli, dubitare ſinunt, quin plura etiam ad ſolam Sancti invocationem fuerint patrata miracula, idque præcipuè in Turritana, cui modò &* à S. Brunone *nomen eſt, S. Stephani Cartuſia. Lubet nunc ibidem patratis jamque narratis unum præterea, quod alibi geſtum eſt, ſeu miraculum, ſeu beneficium coronidis quodammodò loco adjungere. Mörkenſius in Ms. ſua, quam in Commentario prævio ſæpiſſime laudavi, de* S. Brunone *Diatriba Chronologico-diplomatica in fine ſic habet:* Ut tandem diſquiſitionem hanc finiam, mirum iſtud, quod recenter in occaſione hujus qualiſcunque ſcriptionis contigiſſe paulò antè memoravi, huc ſubjungo ex epiſtola viri clariſſimi Domini Judoci Hermanni Nunninghii J. U. doctoris, proto-notarii Apoſtolici ac perilluſtris eccleſiæ collegiatæ Vredenſis ſcholaſtici &c. Huic tranſmiſeram hanc meam de S. P. N. Brunone Diatribam, eatenus ut eam legeret, atque dijudicaret, mihique pro amore noſtro, & amicitia reſcriberet, quid de ea ſentiret: ſatisfecit affatim; ante tamen quàm ſententiam ſuam diceret, præfatur: "Verùm antequam me tuis accingam, præmitto caſum, mihi ſanè, ex aliis permirum, ac prodigio, ut candidè loquar, plenum. Jam manus meas ſubierat Diatriba tua de Vita S. Brunonis Ms., quando reſiduus in venis ex febribus calor inopinatum mihi excitat narium ſtillicidium, à veſpera per pluriſmam noctem ſat funeſto ſpectaculo protractum, cui evocati ex vicino oppido chirurgi congruam maturè opem contulêre; quod & medicus meus hæmorragiam ſanitatis criticam bono omine interpretatus eſt."

C

Hic refertur, ſeu beneficium, ſeu miraculum adjungitur, hæque de Sancto

39 "Interea evolvendis tuis ſcriptis cùm ſedulus diſtringor, intra octiduum me ex improviſo alterum aggreditur, priori longè periculoſius. Hora veſperæ circitèr octava erat, quâ infirmum corpus requie donandum compono, vix caput reclino, en copioſiſſimus eâdem, quâ nuper, venulâ ſanguis prorumpit, inter modicas horas exanimandum præſagiens. Gemini per ora & nares rivuli tanto impetu eâque cruoris jacturâ continuò diſcurrunt, ut affligerent, atque in lachrymas cogerent circumſtantes. Ego placato animo ferre malum, ceu è cælo immiſſum. Interea nihilo remiſſior profuſio in horam tertiam noctis excurrit, accerſuntur denuò chirurgi Borekenſes; qui tamen ob clauſas portas aliaque militaris præſidii impedimenta, tum noctis opacum, ſegniùs aceedunt. His moram aucto periculo trahentibus, humana ope deſtitutus ad cæleſtem recurro, voto ad divum Brunonem patriarcham facto, cujus gloriæ tunc tuî causâ utcúnque inſerviebam, præſenti mortis periculo eriperet, ſi pios conatus proſequi cælum decreviſſet: vix abſolveram vota verbis & animo; ecce, nihil obſtante ſanguinis profluxu, caput ſupinum pulvinari dimiſſum, ac ſuavi hoc ſomno conſopitum lethali ſtillicidio finem facit, germano fratre ceteriſque circumſtantibus rem miram obſtupeſcentibus. Adquitantes chirurgi demum circa quartam matutinam miraculoſo didicêre exemplo, quantùm Superûm auxilia humanis omnibus ſint præſtantiora. Ignoſce profuſo calamo opera Dei indiſpenſabiliter manifeſtanti."

AUCTORE C. B.

Appendix luculento venerationis, quâ Coloniæ gaudet, argumento concluditur.

40 *Miraculi hujus ſeu potiùs beneficii, Nunninghio ad* S. Brunonis *invocationem collati, relationi adjectâ brevi clauſulâ, tractatum, quo res, ad Sanctum ſpectantes, fusè ſedulòque diſcuſſit, Mörkenſius abſolvit. Verùm, antequam & ego inceptum de iis, quæ de gloria Sancti poſthuma dicenda ſupererant, ſermonem hîc concludam, luculentum adhuc, ut fidem Commentarii prævii initio datam liberem, eximiæ prorſus, quâ Sanctus in patrio ſolo, imò in ipſa, in qua natus eſſe exiſtimatur, domo Coloniæ Agrippinæ afficitur, venerationis argumentum commemorandum eſt. Auguſtinus Aldenbrück, Societatis noſtræ ſacerdos, in epiſtola, quam poſt inſpectam domum illam, quæ (adi Commentarium prævium § 2) ad Rubeam Steſſam appellatur, anno 1767, die 27 Julii ad nos dedit, aliis nonnullis, ad* S. Brunonem *pertinentibus, quæ memorat, ſequentia hæc addit:* Vidi etiam in antiqua domo (ad Rubeam Steſſam, prout etiamnum nuncupatur) cubiculum, quod incolæ à S. Brunone, dum Coloniæ adhuc degeret, inhabitatum dicebant, tantâ ſemper reverentiâ cultum, ut nulli nocturna quies in eo concederetur. In eodem cubiculo monſtrata mihi fuit ſponda lecti, quâ ad quietem uſus ſit, vetuſtiſſima illa quidem è ligno querno, ſed, quod miratus fui, nullo terebrantium morſu in hunc diem appetita, nedum vitiata. Quam, quòd per domeſticos, famulos alioſque, qui ſpectatum admittebantur, nimiis fruſtis identidem avulſis mulctaretur, nuper operculo incluſerunt moderni ædium domini & inquilini. *Fuerunt verè* S. Bruno, *cùm Coloniæ Agrippinæ adhuc verſaretur, & cubiculo & ſpondâ lecti, hîc memoratis, uſus, non inquiro; verùm, utut id habeat, cura equidem ſingularis, quâ ſponda illa, à Sancto, ut putatur, ad quietem adhibita, cuſtoditur, ſtudiumque, quo nonnulli fruſta ex ea ſibi acquirendi correpti fuêre, eximiæ prorſus, quâ erga Sanctum Coloniæ non pauci feruntur, venerationis argumento ſunt minimè dubio, hincque non priùs, quàm id etiam adduxiſſem, huic ad gloriam Sancti poſthumam Appendici finem imponere eſt viſum.*

B

AUCTORE J. B.

DE B. ARTALDO, ORDINIS CARTHUSIANI, EP. BELICENSI CONF.

IN BEUGESIA, GALLIÆ PROVINCIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. B. Artaldi cultus, natales & vitæ inſtitutum.

ANNO MCCVI. *Artaldus Cartuſiæ Arverienſis in Beugeſia alumnus,*

B

Beugeſiana provincia, quam nonnullis Sebuſianam *appellare placuit, Galliæ tractus eſt Rhodanum inter & Idanum ſitus: Idanus* (l'Ains) *eam à Brexia dividit; ceteri ejus limites ſunt Burgundiæ comitatus, ager Gexiacus, Sabaudia & Delphinatus.* Le Bugey *Galli vocant; quà Rhodanum verſùs & Siſſam* (Siſſel) *urbem protenditur, exiguus quidam terræ tractus ſitus eſt, cui Vallis Romanæ* (Val-Romey) *nomen eſt inditum.* Valromeſium *recentiores dicunt; alibi verò* Veromæi vallem, *& in Teſtamento Humberti, domini Montis-lupelli, anno* 1236 *condito, apud Guichenon in Bibliotheca Sebuſiana centuriâ* I *pag.* 148 Verrummeis *appellatum invenio.* Veronneſium *habet apographum noſtrum Vitæ* B. Artoldi, *forſitan corruptè pro* Veromeſium, *quod equidem ad* Veromæi pagum *accedit propiùs. Porrò in Valromeſio & Gebennenſi diœceſi, cujus ſedes Aniciacum Sabaudiæ Catholicorum diſceſſione tranſlata eſt, ſita eſt Arveria, ubi* B. Artoldus *Cartuſianorum, quorum Inſtitutum erat amplexus, monaſterium condidit & corporis ſarcinam exuit.*

licet à paucis ſcriptoribus

2 *Numero pauci* B. Artaldi, Artoldi *ſeu* Arthaudi *meminêre ſcriptores: in his Saminarthani fratres in Gallia Chriſtiana, ubi de Epiſcopis Belicenſibus; D. Carolus Joſephus Morotius in Theatro chronologico ſacri Carthuſienſis Ordinis pag.* 45; *Samuel Guichenonus in Serie chronographica epiſcoporum Belicenſium pag.* 36 *&* 143: *priore loco ex veteri Ms. cœnobii Portarum, in quo* B. Artoldus *Carthuſianorum Inſtituto ſeſe addixit, hæc compendio refert:* Artholdus, adhuc & Carthuſianus & Sanctus, dum hominum fugit frequentiam, ab hominum

C

frequentia deſideratur, & à ſolitudine & eremo d' Arvieres, lumine è cœlo latitantem detegente, evocatur, & Bellicenſi eccleſiæ præficitur circa annum ſalutis MCLXXXIV. Vix potuit bonus Vir per aliquot annos antiſtitis munere fungi, renunciat ergò, renitente, ſed nihil proficiente clero, etiam & populo, epiſcopatui, & ad ſolitudinem d' Arvieres, inter perpetua frigora, impiger remeat, ubi piè vivit, & piè moritur annoſus valde: nam anno Salutis MCCV, beatus Hugo, Lincolnienſis in Anglia epiſcopus, ſenem, & Sanctum in cellula commorantem inviſit.

& uno tantùm Martyrologo celebratus;

3 *E martyrologorum verò claſſe unus mihi Caſtellanus occurrit, qui* B. Artoldum *Martyrologio ſuo Gallico hiſce verbis, Latinè redditis, ad diem* VI *Octobris inſeruit.* Bellicæ in Brexia, Venerabilis Artaldus illius civitatis epiſcopus, ex Carthuſianorum Ordine, cultus à populis ob prodigia, quæ ad illius tumulum contigerunt: *in quæ pauca obſervo. Brexiæ* (la Breſſe) *Beatum ea de cauſa adſcribit, quòd Beugeſia ſeu Baugeſia haud rarò ſcriptoribus Gallis pars ſit Brexianæ provinciæ. Belicæ verò propterea Beatum fortaſſis annunciat, quòd hujus civitatis inſulas geſſerit: neque enim Belicæ* B. Artoldo, *quòd quidem ſciam, honores ſacri ſpeciatim exhibentur, neque illic ſacræ illius exuviæ, ſed Arveriæ in diœceſi* E *Gebennenſi ſeu Genevenſi conquieſcunt. Porrò* Artaldum Venerabilis *dumtaxat titulo à Caſtellano decorari, morari neminem debet: nam hunc ſeſe titulum etiam iis adſcribere, qui ſolenniori quidem, non tamen omni, cultu eccleſiaſtico carent, Caſtellanus ipſe lectorem prævie monet.*

cultum tamen, maximè in Ordine Carthuſiano,

4 *Ex horum verò numero eſſe* B. Artoldum, *Guichenonus docet, verbis num.* 2 *tranſcriptis ſubjiciens, beatum Virum non modò in opinione ſanctitatis apud omnes ex hac vita deceſſiſſe, ſed etiam ab Ordinis ſui alumnis tamquam Beatum coli conſueviſſe commemoratione, quæ ſequitur:* Vir Dei Arthaudus, ex Carthuſiano grege ad Bellicenſem præſulatum arctatus, ſenio confectus, ad clauſtri ſui quietem rediens, in Arveriæ eremo in pace Deo ſpiritum reddidit. Deo gratias. ℣. Juſtus ùt palma florebit. *Verſum ſequens Oratio excipit:* Da nobis, quæſumus, meritis & interventione B. Arthaudi, confeſſoris tui atque pontificis, ita viam hujus vitæ in ſtadio laborioſi certaminis pertranſire, ut, quæ mundi ſunt, poſtponentes, ad æternam requiem valeamus pervenire. Per Dominum noſtrum &c. F *Hinc itaque qualiſcúmque illius cultus liquet: Beati verò titulum illi propterea adſcripſi, quòd hoc tantùm apud ſuos ex jam dictis gaudeat, quamquam* Sanctum *ſubinde appellatum fuiſſe, non ignorem. Fecit id, ut alios taceam, Joannes de Paſſelaigue, Belicenſis epiſcopus, qui anno* 1640 Artoldi *reliquias Arveriæ viſitavit & veneratus eſt, in confecto ea de re inſtrumento, quod apud Guichenonum citatum pag.* 143 *videre eſt.*

qualemcumque obtinuit ſub Beati titulo.

5 *Sic habet:* Anno Salutis milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo, die verò nona menſis Auguſti, ego Joannes indigniſſimus epiſcopus Bellicenſis, rogatus à venerabilibus patribus Priore, & Religioſis monaſterii de Arveria Ordinis Cartuſienſis, de conſenſu & permiſſione illuſtriſſimi & reverendiſſimi D. Juſti epiſcopi Gebennenſis (*quippe in cujus, ut dixi, diœceſi Arveria ſita eſt*) oſſa & reliquias ſancti Artholdi, quondam Bellicenſis epiſcopi, ex dicto Carthuſienſi Ordine aſſumpti, in quodam ſepulchro lapideo, prope & extra parvam portam chori eccleſiæ dicti monaſterii de Arveria ad Meridiem inven-

as viſitavi, eaſque devotè veneratus, eâ, quâ po-

potuì, reverentiâ repoſui, ſic ſignatum: Joannes epiſcopus Bellicenſis, Fr. Claudius de Hée, Prior Petræcaſtri (*in Beugeſia*) conviſitator provinciæ præſens, Fr. Claudius Roſier Prior Arveriæ. *Pauca hæc de* B. Artoldi *cultu ſacro nobis innotuerunt: pauca item de ejuſdem Actis, priuſquam ad Beati res geſtas properemus, hîc annotamus.*

Secundum ejus Acta, quorum notitia datur,

6 *Acta beati* Artoldi *ad Majores noſtros miſit D. Leo de Vaſſeur è cartuſia Borbonienſi prope Gallionem* (Gaillon, *in diœceſi Ebroïcenſi*) *anno* 1667, *ut ex ejus litteris partim ea de re ſcriptis didici: unde porrò is illa acceperit, quo fuerint auctore conſcripta, aut quo tempore, nec ex ſupradictis litteris, nec ex ipſis Actis eruere potui; ad horum calcem hæc verba ſubjecta leguntur:* Vita ejus ex Mss., *ſed quibus qualibuſve, non additur. Fortaſſis ipſemet Leo, quæ ad nos Acta tranſmiſit, ex Ordinis ſui documentis hinc inde collectis exaravit. Certè ſcriptoris ætatem ab* Artoldi *ætate paulò ut minimùm remotiorem innuere videntur verba, quibus num.* 7 *prodigia divinitus patrata ad Beati tumulum* Jugiter *coruſcâſſe ait. Sed quiſquis is fuerit, id certum eſt, inter alia Ordinis ſui documenta, præ manibus illum habuiſſe Vitam S. Hugonis, Lincolnienſis epiſcopi, ab auctore æquali conſcriptam, è qua, quidquid de Hugone,* Artaldum *Arveriæ viſitante, num.* 6 *refert, mutuatus eſt; neque fortè deterioris notæ ſunt monumenta cetera, quæ conſuluit; Acta equidem ſatis ſincerè ſcripta apparent; licet nævi quidam in apographo noſtro occurrant momenti levioris, quos ſuis locis indicabimus. Nunc Beati res geſtas ex Actis audiamus.*

natus ſub annum 1101 *nobili loco in Beugeſia,*

7 *Si* B. Arthaldus, *quod Acta referunt num.* 7, *ex hac vita diſceſſerit anno Chriſti* 1206, *ætatis verò* 105, *fuerit in lucem editus anno* 1101 *aut ſequenti: Valromeſium, cujus num.* 1 *notitiam habes, patriam habuit, ortus Patre nobili, domino de Sothnode, ut num.* 1 *in Actis diſertè legitur. Jam monui, nævos quoſdam, ſed levioris momenti, in apographo noſtro ſubinde occurrere; qualis fortè latet in voce* Sothnode, *pro qua veroſimiliter ſcribendum* Sotonod: *hujuſmodi enim locum, in Valromeſio ſitum, Samuël Guichenonus in Hiſtoria Brexiæ & Beugeſiæ Gallicè ſcripta, part.* 1 *cap.* 21, *pag.* 33 *memorat,* B. Arthaldum *Brexiæ & Beugeſiæ viris illuſtribus his verbis adſcribens:* S. Arthaudus ſeu Artholdus, primus Carthuſiæ Arverienſis Prior, pòſt quadrageſimus ſeptimus Belicenſis epiſcopus, domini de Sotonod in Valromeſio filius. *Porrò* Sotonod *ex eodem Guichenono citato part.* 2 *pag.* 106 *caſtrum eſt in vico* Songieu *ſitum, cujus dominium in varias temporum lapſu familias, ibidem enumeratas, tranſlatum fuit.*

Sabaudiæ comitibus

8 *His natalibus ortus ad profanos honores, & ſeculi delicias aſpirare* B. Arthaldus *poterat: ſed, inquiunt Acta,* nobilitatem ſuam ad cæleſtem dignitatem conſequendam convertit, calcatiſque ſeculi honoribus, ac aulæ comitis Maurianenſis ſpretis delitiis, Dei cultui ſe totum ab ipſa adoleſcentia dedicavit. *Mauriana Sabaudiæ tractus eſt, in quo civitas cognominis* (S. Jean de Maurienne) *epiſcopatu & comitatûs titulo inſignis ad Arcum fluvium;* Artholdi *ætate Sabaudiæ comitibus parebat: ſed Actorum ſcriptor, non modò Mauriennam, ſed etiam Beugeſiam,* B. Artholdi *patriam, cùm adoleſceret, penes Sabaudiæ comites fuiſſe videtur innuere, cùm tum patriæ, Sabaudiæ comitibus ſubjectæ, quantùm quidem apparet, tum nobilitatis ſuæ titulo ad illorum aulam aditum* Artholdo *patuiſſe, non obſcurè ſignificet: id verò difficultatis aliquid patitur, partim ex eo, quòd* B. Artholdus *jam inde annis aliquot Cartuſianum habitum priùs geſſiſſet, quàm anno* 1132, *ut paulò pòſt videbimus, Arverienſis Prior fuerit conſtitutus; partim verò ex eo, quòd anno dumtaxat* 1137 *Sabaudiæ comitibus Beugeſiam ceſſiſſe, nonnulli ſcribant.*

AUCTORE J. B.

tunc parente,

9 *In his Guichenonus, qui part.* 1 *Brexianæ & Beugeſianæ Hiſtoriæ cap.* 9 *pag.* 18 *Beugeſiam ſcribit ab Henrico IV Imperatore Amedæo II Sabaudiæ comiti, iis exceptis, quæ in Beugeſia Belicenſis epiſcopus, Nantuenſes, Ambroniacenſes & S. Ragneberti abbates poſſidebant, fuiſſe donatam anno* 1137, *quo tamen nullus Henricus imperabat. Verùm ab hac ſententia idem ſcriptor deſcivit lib.* 2 *cap.* 5 *Hiſtoriæ Geneal. Domus Sabaudicæ pag.* 209 *& ſeq., ubi Beugeſiam Amedæo II Sabaudiæ comiti ab Henrico III imperatore conceſſam ſcribit, cùm hîc anno* 1077 *per Sabaudiam Italiam adiit, ut à Gregorio VII Romano Pontifice anathematis nexu ſolveretur: quo etiam loco priorem ſententiam, quam Pingonio tribuit,* fabuloſam *appellat. Henrici in Italiam iter Lambertus Schafnaburgenſis, ſcriptor æqualis, litteris tradidit, aitque inter alia Amedæum ab Henrico* provinciam quamdam Burgundiæ (*veroſimiliter Beugeſiam, regni Burgundici olim partem, & ditioni Sabaudicæ vicinam*) bonis omnibus locupletiſſimam *impetrâſſe; quod poſtremum Guichenoni ſententiam non parùm confirmat; maximè cùm alioquin ſtatui nequeat, ut idem Guichenonus ait, quo pacto Beugeſia ad Sabaudiæ comites fuerit devoluta: ut adeò Actorum ſcriptor nihil hoc loci, quod temporum illorum hiſtoriæ repugnet, videatur innuere. Quid porrò de* Artaldo *memoret, audiamus.*

Cartuſianis ſeſe Inſtitutis addixit in Cartuſia Portenſi.

10 Artaldus, *qui à teneris unguiculis divino cultui ſe totum addixerat, in tuto ſe eſſe non credidit, niſi ad innocentiam morum ſpontaneum vitæ rigorem & perfectam mundi fugam adjungeret: itaque, inquit Actorum ſcriptor,* Carthuſiam Portarum ſub Bernardi, primi eremi (*ejuſdem*) incolæ & Prioris, ſanctitate celebris, obedientia ingreſſus eſt. *Tum* B. Artaldum *ab orationis ſtudio, temperantia, vigiliis, animi demiſſione & accurata Cartuſianarum conſtitutionum obſervantia, paucis quidem, non tamen mediocriter commendat, de quibus nec fas ambigere, nec opus eſt multa dicere: priuſquam tamen aliò progrediar, notitiam loci, in quo ſpiritualis militiæ rudimenta potiſſimùm hauſit, ex Guichenoni Hiſtoria Brexiana & Morotii Theatro Cartuſiano ſubjicio. Situm hoc Cartuſianorum domicilium eſt in Beugeſia haud procul S. Ragneberti oppido,* S. Rambert *Gallis dicto: originem ſuam debet Bernardo & Pontio, monachis Benedictinis, qui, ex Ambroniacenſi monaſterio bonâ præſulis ſui Deſiderii veniâ arctioris vitæ deſiderio in locum vulgò* Portes, *ob rupes ita illic à natura diſpoſitas, ut ſpeciem quamdam portarum præ ſe ferrent, ſic nuncupatum, profecti & ſociis prædiiſque ſenſim aucti, Cartuſianum illuc inſtitutum invexerunt.*

à Bernardo Pontioque condita:

11 *Exſtant ea de re ipſius Deſiderii, Bernardum & Pontium à ſua obedientia non modò ſolventis, ſed & terras, quas in eremo Portarum*

AUCTORE J. B.

Ambroniacenſe monaſterium poſſidebat, iiſdem concedentis, litteræ apud Guichenonum Beugeſianis Monumentis inſertæ pag. 222 *& ſeq. His ibidem præmittuntur quædam Falconis Lugdunenſis epiſcopi litteræ, ex Portenſis monaſterii archivis depromptæ. Datæ ſunt anno* 1141, *Innocentii II anno duodecimo, quo* Bernardus Portarum Prior (*verba Falconis recito*) & fratres, quos ei Dominus paulatim per incrementa temporum aggregavit in prædicta Portarum heremo per viginti quinque & eo ampliùs annos Chriſto Domino deſervierant: *unde Bernardum, qui* B. Artaldum *Cartuſiano habitu induit, ſub annum* 1115 *Portarum Cartuſiam incolere primùm cœpiſſe, efficitur. Idem hic Bernardus, primus hujus nominis Portarum Prior & fundator, præter* B. Artaldum *alioſque inſignes viros, S. Anthelmum etiam, Belicenſem pariter dein epiſcopum, cujus Acta ab auctore æquali conſcripta habes in Opere noſtro tom.* v *Junii à pag.* 227, *Cartuſianorum Ordini adjunxit. Annus porrò, ſub quem Cartuſianorum Inſtitutum amplexus eſt* Artaldus, *ex ejus Actis num.* 7, *ubi anno* 1206,
B *à converſione ſua* 86 *obiiſſe dicitur, annus circiter fuiſſe colligitur Chriſti* 1120.

§ II. B. Artaldus Arveriæ Cartuſiam erigit, fit Belicenſis epiſcopus, virtutibus & miraculis clarus moritur.

Arveriæ novam Cartuſiam erigit.

BErnardo *præceptore* Artaldus *ſibi Deoque vacavit uſque ad annum* 1132, *quo Guigo, Majoris Cartuſiæ Prior, totiuſque Ordinis Cartuſiani moderator à S. Brunone quartus, novam in Beugeſia ſuorum coloniam collocare conſtituit, annuente Humberto Genevenſi epiſcopo: hunc Humbertum* de Grandſon *apographum noſtrum vocat; ſed num rectè? Sammarthani fratres in Epiſcoporum Genevenſium ſerie Humbertum* de Gramont *anno* 1132 *conſignârunt; ſexto verò poſt hunc loco Aymonem* de Granſon. *Sammarthanis conſonat Guichenonus Bibliotheca Sebuſianæ centuriæ* 2 *cap.* 12, *ubi donationi Humberti epiſcopi Genevenſis, quâ Cartuſiæ Majorevi decimarum immunitatem conceſſit anno* 1134, *hæc de*
C *Humberto ſubjicit in Annotatis:* E Grandimontenſi familia apud Bugeſios antiqua & nobili. *Utut ſit, Humberti in Majorevi Cartuſiam munificentia ſuadet, eumdem Guigoni novam in Beugeſia coloniam meditanti facilem ſeſe pronumque exhibuiſſe. Guigo verò, cui* B. Artaldi *virtus atque induſtria probè perſpectæ erant, non alteri, quàm* Artaldo *rei totius exſecutionem curamque commiſit, qui* (*Actorum verbis utor*) Vir obediens ac quietis amator vaſtam Arveriæ ſolitudinem, non longè à caſtro paterno ſitam, ſaxis & ſpinis aſperam, nivibus coopertam, ſolisque urſis ac feris perviam, elegit.

quæ dein anno 1132 *commodiorem incipit anno* 1142

13 *Admovit manum operi* Artaldus *anno, ut dixi ſuprà,* 1132, *totumque decennium loco illo inculto & aſpero in magna penuria rerum perduravit: ſic enim pergunt Acta*; Ad quam anno Domini milleſimo centeſimo ſupra trigeſimum ſecundum cum aliquot piis fratribus aſcendens, in convalle, quæ modò Cœmeterium dicitur, vili opere, cellulas ſeu tuguriola conſtruxit, ibique per decem annos in magna rerum penuria, divitiarum tamen ſpiritualium abundantiâ locuples, omnibus aſcetis exemplo factus, quo pacto humilitatem exercere, mundum ac ſeipſum ſpernere, Deum autem unicè colere, & piè orare deberent, angelicam exegit vitam. *Interea Humbertum in Genevenſi cathedra excepit Arducius de Foucigni, qui non minùs ſe Cartuſianis Arverienſibus ac Humbertus, munificum præbuit: etenim* B. Artaldi *ſociorumque virtutum odore illectus, quam incolebant ſedem, coràm ipſe inſpicere voluit, cujus aſperitatem admiratus, auctor* B. Arthaldo *exſtitit, ut in paululùm commodiorem locum ſe ſuoſque transferret, pollicitus, tùm operam ſuam condendis novis ædibus non defuturam, tum curaturum ſeſe, ut Amedæi III Sabaudiæ comitis, aliorumque inſignium virorum, ad opus adeò pium liberalitas præſtò eſſet; uti reipſa egregiè præſtitit.* D

ſuaſu & ope Arducii epiſcopi Gebennenſis,

14 *Arducius enim, ut aiunt Acta, Arverienſi Carthuſiæ decimas, ad ſe ſpectantes, dedit, ejuſque hortatu Amedæus III & Humbertus, Belli-Joci dominus, ſymbolam quoque ſuam contulêre; in quam rem Humberti, Sabaudiæ comitis, Amedæi III filii, & Humberti, Belli-Joci Domini, litteræ citantur in Actis. Idem confirmant Thomæ Sabaudiæ comitis litteræ apud Guichenonum in Monumentis Beugeſiæ pag.* 177, *quarum tale initium eſt.* Ego Thomas comes Sabaudiæ & Marchio in Italia. Omnibus preſentem cartam inſpecturis notum facio, me pro remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum, in mea cuſtodia domum Arveriæ ſuſcepiſſe, cùm enim prædicta domus prædeceſſorum noſtrorum eleëmoſynis ſit fundata, juſtum eſt, eam tamquam res proprias me defenſare. Mando igitur &c. *Eadem de cauſa Ludovicus, Belli-Joci dominus, Arverienſem domum in patrocinium ſuum ac tutelam ſuſcepit editis ea de re litteris, quas apud Guichenonum citatum videre eſt integras, & unde excerpo ſequentia.* Ludovicus dominus Bellijoci, univerſis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem & dilectionem. Quoniam certum eſt, anteceſſores noſtros pro ſalute animarum ſuarum domum Arveriæ Carthuſienſis Ordinis cunctis diebus ſuæ vitæ dilexiſſe fortiter & defendiſſe, tamquam illam, quæ ab ipſis fundata.... exiſtit.... nos prædictorum anteceſſorum laudabilem conſuetudinem ſequentes.... volumus eandem domum & res ipſius.... defendere ac F manu tenere &c. E

uti & aliorum

15 *Hinc etiam Amedæus III, & hujus filius Humbertus III, Sabaudiæ comites, Arverienſis Carthuſiæ limites confirmârunt, ut intelligitur ex Humberti litteris apud Guichenonum in Monumentis regiæ domus Sabaudicæ pag.* 37; *ubi ſic Humbertus loquitur:* Ego quoque Humbertus filius ejus comes, patre meo jam defuncto, hoc ipſum laudo &c. *Nullæ ex his litteris pro illius ætatis incuria annum, quo datæ ſunt, exprimunt. Ex Guichenoni ſententia Sabaudiam tenuit Amedæus III ab anno* 1103 *uſque ad annum* 1149; *inde Humbertus III uſque ad annum* 1188; *cui proximè ſucceſſit Thomas hujus nominis I. Humbertum verò Belli-Joci* (Beaujeu, *in diœceſi Matiſconenſi*) *dominum in Arverienſem Cartuſiam munificum fuiſſe, infrà mox videbimus. Duxit Humbertus hic in uxorem Aliſiam, Amedæi III Sabaudiæ comitis filiam, unde in Actis* Artaldi *num.* 3 *Humberti III Sabaudiæ comitis* Sororius *appellatur. Conſule, ſi lubet, Guichenonianam regiæ domus Sabaudicæ Hiſtoriam pag.* 230. *Atque hi quidem* Artaldo *condendis novis ædibus adjutores fuêre præcipui: nec defuerunt alii, quorum*

A *rum nomina meritaque grati Arverienſes aſceta ſuis faſtis inſcripſerunt. Enumerationem ſingulorum ex Guichenoni Monumentis Beugeſianis huc tranſcribo.*

nobilium virorum,

16 *Sic habet ille ex tabulario Cartuſiæ Arverienſis, pag.* 177: Amedæus comes Sabaudiæ, qui obtulit locum iſtum Deo & Beatæ Mariæ & Ordini Carthuſienſi. Humbertus, dominus de Bellojoco, qui prædictam domum confirmavit & grangiam de Faollet acquiſivit. Guichardus filius ejus, qui cellam unam fecit. Amedeus comes Sabaudiæ, qui nobis dimiſit mille ſolidos, & Praalliam ab hominibus de Saſiriaco liberatam nobis tradidit perpetuo jure poſſidendam. Stephanus decanus Lugdunenſis, qui unam cellam fecit. Artoldus, decanus de Saſiriaco, qui refectorium conſtruxit. Petrus Seneſcallus Lugdunenſis, qui fecit capitulum & grangiam de Ravoria contulit. Magiſter Pontius fecit hoſpitium Religioſorum domus inferioris cum cella Prioris. Aymo & Hugo de Varennes ædificaverunt eccleſiam. Aymo de Rivoria fecit dormitorium fratrum. Petrus de Chimilieu & duo fratres ejus ædificaverunt coquinam. *Quibus ſubduntur*

B *ſolo nomine:* Henricus rex Angliæ, Pontius epiſcopus Matiſconenſis. Ardutius (*de quo ſuprà*) epiſcopus Gebennenſis. Antelmus epiſcopus Patracenſis, Bernardus & Guilielmus epiſcopi Bellicenſes, Petrus epiſcopus Glandacenſis, Perrinus de Luyriaco. Antelmus de Balma. Artaldus de ſancto Romano. Hugo Palatinus.

tam clericorum

17 *Eoſdem cartuſiæ Arverienſis benefactores, partim ſuppreſſis, expreſſis partim nominibus, Guichenonus memorat in Hiſtoria Brexiæ & Beugeſiæ ſecunda parte continuata pag.* 9 *è veteri Miſſali, ipſius* B. Artaldi *manu, ut creditur, exarato. Nominatim exprimit Henricum, Angliæ regem; Pontium Matiſconenſem, Arducium Genevenſem; Antelmum Patracenſem, Bernardum & Guilielmum Belicenſes, Petrum Glandevenſem, epiſcopos; Perrinum de Luyriaco; Artoldum Seyſeriacenſem* (*de* Seyſerieu) *& Stephanum Lugdunenſem; decanos; Aymonem & Hugonem de Varennes, Aymonem de Rivoire; Antelmum de Balma; Artaldum de S. Romano; Hugonem Palatinum. His addit d'Anthon & Montis-lupelli dominos; denique biographus noſter monachos Nantuacenſes & regulares canonicos Belicenſes. De ſingulis pauca habe. De Amedæo III Sabaudiæ comite & Humberto Belli-*

C *joci domino vide dicta ſuperiùs. Hunc anno* 1189 *defunctum præter alios reliquiſſe filium, ſcribit Andreas du Cheſne Hiſtoriæ Burgundiæ lib.* 3 *cap.* 87 *& ſeq., Guichardum nempe Montpenſierii in Arvernia dominum, inter Arverienſium benefactores num.* 16 *memoratum; ex hoc verò natum Ludovicum, Lugdunenſis eccleſiæ canonicum, qui fortè idem eſt, qui num.* 14 *Arveriam in clientelam ſuſcepit, ſeque Belli-Joci dominum dixit: hoc enim nomine alius Belli-joci dominus apud laudatum du Cheſne iſtius familiæ genealogiam explicantem nullus legitur.*

quàm ſeculariùm

18 *Galliæ Chriſtianæ aucta ſcriptores tom.* 4 *col.* 202 *geminum Stephanum memorant, quorum alter ſub annum* 1175 *Lugdunenſis decanus fuit, de* Roccatallia *dictus; alter verò anno* 1190, *cui de* Saintamour *cognomen fuit: uter ſuprà deſignetur, divinare non lubet; uti nec idemne ſit Amedæus Sabaudiæ comes, qui primo & tertio loco ponitur, an diverſus. Seiſeriaci mentionem facit Guichenonus Hiſtoriæ Brexianæ & Beugeſianæ part.* 2. *continuata pag.* 104; *& decanatum olim fuiſſe ſcribit, qui ab anno* 1606 *menſæ capitulari eccleſiæ Belicenſis unitus eſt. Ceterùm Artoldus vici illius decanus mihi aliunde ignotus eſt; Petrum Seneſcallum ait Meneſtrierus in Hiſtoriâ Lugdunenſi pag.* 332 *die* III *Januarii Necrologio eccleſiæ Lugdunenſis inſcriptum. Pontius fortè is, de quo charta fundationis Cartuſiæ Majorevi anno* 1116 *confecta apud Mordrium pag.* 230; *ubi* Lugdunenſis eccleſiæ magiſter *appellatur. Aymoni de Varennes & Aymoni de Rivoria* (Rivoire) *hîc memoratis Bernardus I Portarum Prior, ſub quo* B. Artaldus *Cartuſianis nomen dedit, inſcripſit Epiſtolam de fuga ſeculi, quæ exſtat tomo* 24 *Bibliothecæ veterum Patrum editionis Lugdunenſis à pag.* 1501.

liberalitate doniſque

19 *De Petro de Chimilieu; Artoldo de S. Romano, Hugone Palatino peculiare quidpiam nuſpiam reperi; neque, ut reperiam, neceſſum arbitror operoſiùs incumbere. Henricus Angliæ rex hujus nominis ſecundus eſt, qui Carthuſiam Withamienſem in Bathonienſi diœceſi fundavit, & S. Hugonem, primum illius Priorem & Lincolnienſem dein epiſcopum, ſingulari benevolentia complexus fuit; per quem fortè Henrici in Arverienſem Cartuſiam munificentia dimanavit. Matiſconenſem ſedem adiit Pontius cognomento* de Rochebaron *ſub annum* 1144; *ut tradunt Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores; Belicenſem Bernardus ſub annum* 1145 *reliquit, habuitque ſucceſſorem Guilielmum, ut Guichenonus ſcribit in Serie chronographica epiſcoporum Belicenſium. Inter epiſcopos verò Glandevenſes in Gallia Chriſtiana poſt conditam Arveriam nullus apparet, qui* Petrus *dictus ſit; niſi fortè ſit* Epiſcopus P., *qui poſt annum* 1190 *Glandevenſem ſedem occupâſſe dicitur tom.* 3 *col.* 1239. *Ritus Latini archiepiſcopos ſub* B. Artaldi *ævum Patræ ſediſſe, ex Innocentii III apud Baluzium litteris liquet; ſed eorum nomina in occulto ſunt: Innocentius Epiſt. apud Baluzium* 51, *datâ anno Pontificatus ſui* X, *tertio decimo Kal. Maii, ſeu anno* 1207 *die* XIX *Aprilis archiepiſcopum Patracenſem docet, quî procedendum ſit in cauſa ſuffraganeorum aliquot Græcorum; qui, occupatâ à Latinis Achaiâ, ſedes ſuas deſeruerant. Vix has in Achaiam litteras Innocentius deſtinârat, quin alteras ad canonicos Patracenſes ſcripſerit eodem anno die* XXIV *Aprilis, quibus illos monet, electum à capitulo archiepiſcopum à ſe confirmatum fuiſſe, ac*

F *conſecratum; proin hunc debito honore ſuſciperent. Anthelmum, Arverienſium benefactorum albo inſcriptum, hunc fuiſſe, probabile duplici ex causâ fit: prima eſt, quòd electum & conſecratum à ſe anno* 1207 *Patracenſem epiſcopum Innocentius vocet* dilectum filium A. *in Litteris ad Thomam Maurocenum patriarcham Conſtantinopolitanum, quas apud Baluzium in Geſtis ejuſdem Pontificis pag.* 66 *habes. Altera eſt, quòd in citatis Innocentii Geſtis, ab auctore æquali ſcriptis, pag.* 65 *archiepiſcopus ille Burgundio fuiſſe perhibeatur. Quæ ſi ita ſe habent, Anthelmus ſupradicto catalogo* B. Artoldi *ante annum* 1207 *defuncti manu inſeri non potuit. Nihilo tamen ſeciùs Anthelmum nullum ante annum* 1207 *Patracenſem ſedem occupâſſe, non auſim affirmatè aſſerere.*

adjutus.

20 *Venio nunc ad Perrinum de Luyriaco, & Antelmum de Balma num.* 16 *recenſitos. Alardi de Luyrieux, qui anno* 1100 *fuit, Guichenonus meminit Hiſtoriæ Brexianæ & Beugeſianæ partis tertiæ part.* 2, *pag.* 142. *Eodem teſte,*

AUCTORE J. B.

E

F

AUCTORE J. B.

nepos huic fuit ex Humberto filio Petrus, qui anno 1229 *teſtamentum condidit, & ſuprà fortè* Perrinus *vocatur. Idem Guichenonus proximè citatus pag.* 18 *familiam de la Balme recenſet, & illius caput fuiſſe ait Petrum* de la Balme *dominum du Tiret & de Verfey, quem anno* 1300 *vixiſſe ait, illique filium fuiſſe nomine* Antelmum. *Sed alterius ejuſdem nominis familiæ meminit tum pag.* 22 *parte tertia Hiſtoriæ citatæ, tum pag.* 15, *quæ jam inde ab anno* 1080 *in Beugeſia floruit, hæc verò Sigibaldum de Balma, qui anno* 1140 *vixit, tulit; utraque Cartuſianæ familiæ benefica fuit; & ex harum alterutra fortè Antelmus, de quo agimus, duxit originem. Et horum quidem, ut diximus, Arverienſis Cartuſiæ benefactorum nomina continet ejuſdem domus chartophylacium: reliquum eſt, ut & de iis, quos vetus Miſſale* B. Artaldi *manu, ut creditur, exaratum præterea habet, pauca addamus.*

quorum catalogus, fortè ab ipſo Artaldo confectus,

21 *Sunt autem hi domini & d'Anthon, & Montis-lupelli. Floruiſſe ſeculo* XII *dominorum d'Anthone familiam, ac Cartuſianorum Ordini fuiſſe munificam, colligo ex Hugonis de Gebennis inſtrumento, dicto Ordini conceſſo, quod apud*

B

Guichenonum in Bibliotheca Sebuſiana centuriâ 2, *cap.* 38 *videre eſt. Confectum id quidem fuit anno* 1363; *ſed Guichardi cujuſdam domini de Anthone his verbis meminit:* Cum bonæ memoriæ Guichardus quondam dominus de Anthone dudum conceſſerit de gratia ſpeciali & pro remedio animæ ſuæ & anteceſſorum ſuorum dilectis noſtris viris totius Ordinis Cartuſienſis indulgendo iiſdem, quòd ipſi Religioſi & eorum familiares & nuntii totius Ordinis Carthuſiæ, ut res eorumdem & beſtiæ univerſæ per totam terram ſuam ſalvi & ſecuri pertranſeant abſque aliqua exactione pedagii. Nos *&c: in quæ hæc annotat Guichenonus:* Immunitatem illam pedagii (de qua hîc ſermo) conceſſit (*Guichardus*) Ordini Carthuſienſi anno MCC de conſenſu Guichardi de Anthone ejus filii ſub ſigillo Raynaudi archiepiſcopi Lugdunenſis. *Floruiſſe ſimiliter ea ætate dominos Montis-lupelli* (Montluel, *quod oppidum eſt ad Rhodanum tribus circitèr leucis Lugduno diſſitum*) *ſimiliter liquet ex privilegio, quod Cartuſiano Portarum monaſterio Humbertus Montis-lupelli dominus anno* MCCXVII *conceſſit, & integrum exhibet citatus proximè Guichenonus centuria* I *cap.* 48. *His denique omnibus biographus noſter canonicos Belicenſes & monachos Nantuacenſes accenſet: eſt autem Nantua inſigne monaſterium Ordinis Cluniacenſis in Beugeſia; de his ſermo redibit in Annotatis.*

C

Arveriæ ſervari dicitur.

22 *Parcere quidem his omnibus poteram: ſed in ætatem ſingulorum Arverienſis carthuſiæ benefactorum inquirere, ut potui, propterea volui, quòd ſuo loquendi modo dubium Guichenonus faciat, num benefactorum illorum catalogus, veteri Miſſali inſcriptus, etiam ſit* B. Artaldi *manu, ut Miſſale ipſum, ex Arverienſium opinione exaratus; quod, utì non inficior, ita hactenus affirmare non auſim: id interim ex jam dictis aſſeri videtur poſſe, pleroſque ſaltem in eo memoratos* B. Artaldi *ætate vixiſſe; atque adeò ab illo Miſſali iſti antiquo inſeri potuiſſe. Nunc ad* B. Artaldum, *Arveriæ Priorem agentem, regredior. Ea erat* B. Artoldo *& alumnis ejus vivendi ratio, ut virtutum ſuarum odore non paucos ad idem vitæ genus ſectandum illexerint,* adeò ut, *inquit anonymus Vitæ auctor,* locus ille ex ſpelunca ferarum factus fuerit habitatio juſtorum ſub B. Artoldi pia diſciplina degentium. *Tum addit:* Erat enim egregius pietatis magiſter, rerum caducarum mirificus contemplator (*ſeu potiùs* contemptor) ac inſignium mirificus operator. B. Artoldum, *vivum mortuumque, prodigiis claruiſſe, anonymo facilè aſſentior; ſed doleo, hæc univerſim dumtaxat dicta; neque ullum me prodigium, ſpeciatim deſcriptum, inveniſſe, quod tamen Cartuſianorum non tam incuriæ, quàm ſua parcè laudantium modeſtiæ tribuendum exiſtimo.*

D

Extinguendo Eccleſiæ Schiſmati

23 *Arveriam moderante* Artoldo, *fœdum ſchiſma concuſſit Eccleſiam. Erepto è vivis Adriano IV ſummo Pontifice, Alexander III in ejus ſucceſſorem creatus fuerat anno* 1159 *die* VII *Septembris: ſed rite collatam Alexandro dignitatem nefariè ſibi uſurpavit Octavianus, qui Victor III à ſuis ſalutatus eſt; cui Guido Cremenſis non meliori jure ſubrogatus eſt, à quorum partibus Fridericus imperator, cognomento Ænobarbus, ſtetit. Quanto ea tempeſtate Cartuſianus Ordo pro legitimo Pontifice & Eccleſia, duce potiſſimùm S. Anthelmo, ex Carthuſiano monacho Belicenſi tunc epiſcopo, ardore dimicârit, ex illius Vita, tom.* V *Junii apud nos edita & ab æquali auctore conſcripta, pag.* 232 *intelligi poteſt. Eodem ſpiritu animatus* Artoldus *continere ſeſe non potuit, quin plurimas, narrante biographo, tum ad Alexandrum Pontificem, tum ad imperatorem litteras ſcripſerit, quibus utrumque ad reddendam Eccleſiæ pacem, pro viribus inſti-*

E

gavit.

incumbit

24 *Exſtare uſpiam* B. Artoldi *ſive ad Pontificem, ſive ad imperatorem litteras, non didici: ſed ſcriptarum ab illo ad Pontificem litterarum teſtem luculentum habemus ipſummet Alexandrum, cujus ad* Artaldum, *Arveriæ Priorem, reſponſoriæ tom.* 24 *Bibliothecæ Veterum Patrum editionis Lugdunenſis pag.* 1519 *inſertæ ſunt ex autographo, quod aſſervatur Arveriæ. Epiſtolæ Pontificiæ hujuſmodi initium eſt:* Alexander epiſcopus, ſervorum Dei, dilecto filio A. Prioris * Alveriæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Artoldo *noſtro inſcriptam eſſe liquet ex loco & tempore, quo ſcripta eſt. Data eſt enim* Senonis IV Kalendas Martii: *Alexander Papa* pridie Kal. Octobris Senonas intravit ad hyemandum, *inquit ad annum* 1164 *Chronicum Senonenſe apud Martene tom.* 3. *Theſauri Anecdotorum col.* 1453, *quod ab anno* 708 *uſque ad annum* 1193 *excurrit. Senonis autem moram traxit per annum & medium, indeque receſſit, ut Baronius ex ejus Actis refert, celebrato Paſchate, quod anno* 1165 *in diem* IV, *ſequenti verò in* XXIV *Aprilis incidebat: itaque cùm data ſit Senonis epiſtola menſe Februario, anno* 1165 *aut* 1166 *ſcriptam fuiſſe oportet, quibus* Artoldus *Arveriæ Prioratûs munere fungebatur. Porrò Pontifex id ferè* Artaldi *litteris reſpondit, ſe neque novum judicium ſubire, neque dignitati ſuæ poſſe valedicere, niſi Eccleſiam majori calamitati exponat: unde conjici poteſt, quo de argumento* Artoldus *ad Pontificem ſcripſerit, à quo pietatis, ſimplicitatis, & rectæ intentionis laudem tulit. Sic enim Pontifex:* Dum piam ſimplicitatem & ſimplicem pietatem, quâ commonitus & inductus tuas nobis litteras deſtinâſti, ſtudio ſollicitæ conſiderationis attendimus, non id præſumptioni, ſed devotioni potiùs imputamus: credentes hoc magìs de cordis puritate procedere, quàm ex duplicitate qualibet evenire.

F

* Priori

25 *Magna eninverò apud Pontificem Alexan-*

insulas Belicenses accept. & ponit,

xandrum auctoritate valuisse B. Artoldum, *necesse est, qui illi aut subeundi novi judicii, aut etiam abjiciendæ dignitatis Pontificiæ, quantùm quidem è Pontificis responso apparet; ex cordis puritate tamen, ansus fuerit mentionem injicere, & hujusmodi ab illo, in summa rerum & Ecclesiæ perturbatione versante, responsum acceperit. Neque verò Viri virtutem Belicensis ecclesia minoris fecit. Amiserat illa sub annum* 1184 *Rainaldum seu Reginaldum, suum ex Ordine Carthusiensi episcopum. Ante Rainaldum episcopes habuerat Pontios, Bernardos, Anthelmos ejusdem Ordinis, alumnos serie vix non continua sibi succedentes. Rainaldo rebus humanis erepto, ad Arverienses se vertit Belicensis ecclesia, unde* Artoldum *sibi præsulem petiit: contrà* Artoldus *destinatas sibi insulas fugâ declinare tentavit; verùm cœlesti luce detectus, latebris egredi, & episcopali oneri seniles humeros subjicere compulsus est. Sic igitur quidem paruit* Artaldus *Belicensium votis, & commissi sibi gregis curam, dum illi præfuit, ut paucis dicam, strenuè & cumulatissimè gessit; sed, vix evoluto sexennio, adstipulante votis ejus Clemente III summo Pontifice, Belicensem cathedram cum desideratissima Arverienſi solitudine sub annum* 1190 *commutavit, sibi Deoque reliquo vitæ cursu unicè vacaturus.*

B

virtutum suarum odore

26 *Illustre adeò religiosæ perfectionis exemplum, teste biographo, non paucos ad imitationem suî pertraxit: in his idem biographus Joannem Abundantiæ (canonicorum regularium S. Augustini abbatiæ in diœcesi Gebennensi) abbatem collocat, quem in Arverienſi Carthusia anno* 1202 *defunctum, & pietatem suam scriptis à se variis litteris testatam reliquisse ait. Joannis Carthusiani litteras, quæ auctoris sui pietatem luculentè produnt, exhibet tomus* 24 *Bibliothecæ veterum Patrum, jam aliquoties laudatus, à pag.* 1506 *usque ad pag.* 1518. *Sed earum auctor epistolâ* V *ad Bernardum nepotem suum domûs Portarum, non Arveriæ, se conceptis verbis alumnum inscribit. Morotius verò in Athenæo Carthusiensi ejusdem Ordinis scriptores, suâ quemque ætate, enumerans, Epistolarum supradictarum auctorem refert ad annum* 1135, *neque alterius Joannis Cartusiani, nedum Arverienſis domûs alumni, qui seculo* XII *scripserit, mentionem facit; unde, quod quidem ad litteras à Joanne Cartusiano seculo* XII *scriptas, attinet, dubitare cogor, an non fortassis Vitæ* B. Artoldi *scriptor, Epistolas, quæ Joannis Portensis fuêre, Joanni, Abundantiæ quondam abbati, nominum homonymiâ deceptus adscripserit. Ceterùm de hoc Joanne præclara fit mentio, teste Guichenono in Necrologio cartusiæ de Meyria his verbis:* Joannes ex abbate Abundantiæ Carthusianus Arveriæ, discipulus S. Artholdi, integritate vitæ, & singulari præcellens charitate obiit MCCII.

C

aultos ad institutum suum allicit;

27 *Non infrequens fuit ea tempestate canonicorum regularium ad Carthusienses transmigratio: fecerant id ipsum jam inde à S. Brunonis tempore Stephani duo, alter Burgensis, Diensis alter; cujus rei luculentum testimonium perhibet Guigo Carthusiensis Prior in Vita S. Hugonis Gratianopolitani episcopi apud nos tom.* 1 *Aprilis pag.* 40, *ubi sic habet:* Habebat autem (*S. Bruno*) socios Landuinum (qui post eum Carthusiæ Prior extitit) duos Stephanos, Burgensem & Diensem (hi S. Rufi canonici fuerant, sed desiderio vitæ solitariæ ei, abbate favente, sese conjunxerant) Hugonem etiam, quem cogno-

minabant Capellanum *&c. Præstiterat id etiam S. Hugo, primùm canonicus regularis, tum Carthusianus, ac denique Lincolnienſis episcopus; cujus Vitam ab auctore æquali conscriptam in Mss. habemus. De cujus canonicatu sic habet cap.* 1 *lib.* 1: Et genitricis quidem solatio, cùm primæ necdum metas ætatis attigisset, orbatus est, collegioque regularium clericorum unà cum genitore in brevi postmodum sociatus. *Quod & alibi loco non uno repetitur.* AUCTOR J. B.

& miraculis clarus moritur 1206.

28 *Ex eadem porrò S. Hugonis Lincolnienſis Vita ad verbum fere descripsit, quæ de hujus sancti præsulis ad* B. Artaldum, *Arveriæ à positis Belicensibus insulis commorantem, accessu num.* 6 *refert. Non exprimit quidem ille* Artoldi *nomen; sed lib.* 5 *cap.* XIV Belicensem quondam episcopum ex Priore domûs ejusdem (*Arveriæ*) assumptum ad cathedram *disertè ait, ut dubitare non liceat, quin de* B. Artoldo *sermonem hîc habeat. S. Hugonis ad* B. Artoldum *accessum Guichenonus in Serie chronologica episcoporum Belicensium anno* 1205 *illigavit; rectius biographus noster anno* 1200: *nam teste S. Hugonis Vitæ scriptore cap.* 13 *iter illud in Galliam Hugo aggressus est,* expleto jam uno post regis Johannis coronationem anno; *Joannes autem anno* 1199 *die* XXVII *Maii Angliæ rex coronatus fuit, ut scribit Matthæus Parisiensis in Historia Majori Angliæ. Non multis post annis* B. Artoldus *superstes fuit: obiit enim annis & meritis gravis, teste biographo,* Pridie Nonas Octobris anno Domini MCCVI, ætatis suæ CV, conversionis verò LXXXVI; *honorificè sepultus à Bernardo Belicensi episcopo in parvo claustro inter portas capituli & ecclesiæ, ubi ad tumulum ejus lapideum miracula facta dicuntur multa & insignia, sed quorum nulla, ut suprà dictum est, ad nos notitia pervenit.*

VITA,

Auctore Anonymo.

B. Artaldus Cartusianis adscribitur, Arveriæ cartusiam condit, fit Belicensis episcopus, Arveriam redit, & ibidem obit.

F

Beatus post annos aliquot in cartusia Portarum exactos,

BEatæ memoriæ Artoldus sive Artaldus, Belicensis episcopus *a*, ex nobili dominorum de Sothnode *b* stemmate in altis Veronnesii jugis oriundus, nobilitatem sitam ad cælestem dignitatem consequendam convertit; calcatisque sæculi honoribus, ac aulæ comitis Marianensis *c* spretis delitiis, Dei cultui se totum ab ipsa adolescentia dedicavit: à cujus famulatu, ut nulla posset occasione avocari, cartusiam Portarum *d* sub Bernardi primi eremi incolæ & Prioris, sanctitate celebris, obedientia ingressus est; ubi tyrocinia vitæ spiritualis exercens, admirandam sanctitatis futuræ spem eremicolis præbuit, quibuscum orationibus assiduis, jejuniis ac vigiliis incumbens, mira spiritûs humilitate, piarumque constitutionum observantiâ ita eos præcelluit, ut

a
b
c
d

A. ANONYMO. reverendus Guigo, Prior Cartusiæ Majoris *e*, illum ad aliorum salutem operandam, novasque in diœcesi Gebennensi, de præsulis Humberti de Grandson *f* voluntate cellas construendas dignum reputaverit. Ad hoc igitur perficiendum Vir obediens ac quietis amator vastam Arveriæ *g* solitudinem, non longè à castro paterno sitam, saxis & spinis asperam, nivibus coopertam, solisque ursis ac feris perviam, elegit.

novam cartusiam 2 Ad quam anno Domini millesimo centesimo supra trigesimum secundum cum aliquot piis fratribus ascendens, in convalle, quæ modò Cœmeterium dicitur, vili opere cellulas seu tugurriola construxit; ibique per decem annos in magna rerum penuria, divitiarum tamen spiritualium abundantia locuples, omnibus ascetis exemplo factus, quo pacto humilitatem exercere, mundum ac seipsum spernere, Deum autem unicè colere, & piè orare deberent, angelicam exegit vitam; quò usque virtutis ejus bonus odor circumquáque diffusus Arducium de Faucigny, Gebennensis ecclesiæ novum præsulem *h*, ad eum pertraxit; qui cùm loci asperitatem miraretur, habitisque piis colloquiis, Artoldo suasor extitit, sedes mutandi, ac in præcipiti montis aditu monasterium construendi: is summi Pontificis favorem, comitisque Amedæi *i* benevolentiam ac manus auxiliatrices haud sibi defuturas pollicitus; sicque mirificè ex tali colloquio exhilaratus præsul, ad sua reversus, quod gratantor promisit, fideliter adimplevit.

Arveria condit: 3 Etenim montes circumvicinos & locum à præfato comite Arverienſibus obtinuit: limites quoque à Lucio Papa II anno Domini MCXLIV designari fecit *k*; omne jus decimarum ad se spectans liberaliter concessit; nonnullosque nobiles ecclesiasticos & sæculares ad præfati cœnobii constructionem & dotationem instigavit. Unde Humbertus comes *l* donationes à patre Amedæo, Christo ejusque sanctæ Genitrici Mariæ, & Ordini Cartusiensi anno ejusdem Christi MCXLII oblatas, ratas habuit & confirmavit: sicut & Humbertus Belli-Joci dominus, fororius prædicti comitis Humberti *m*, qui & grangiam *n* de Fauolet iis acquisivit. Aymo & Hugo de Varennes *o* domni Bernardi Portarum Prioris consanguinei ecclesiam ædificârunt. Petrus seneschallus Lugdunensis câpitulum fecit; & grangiam de Lauarone contulit. Guichardus de Bello-Joco *p*, filius dicti Humberti, unam cellam fecit, sicut & Stephanus Lugdunensis unam. Aymo de Riuoire *q* dormitorium fratrum. Petrus de Chimilieu *r* & duo ejus fratres coquinam & Artoldus Saisyriaci decanus *s* refectorium construxerunt. Magister verò Pontius *t* fecit hospitium Religiosorum domus inferioris cum cella Prioris. Monachi quoque Nantuacenses *u*, & regulares canonici Bellicenses *x* jus suum infra prælibatos confines concesserunt; perplures alii non solùm eleëmosynas, sed etiam suavi jugo Christi ibidem colla submiserunt; adeò ut locus ille ex spelunca ferarum factus fuerit habitatio justorum sub beati Artoldi pia disciplina degentium.

inde ad cathedram Belicensem evehitur, 4 Erat enim egregius pietatis magister, rerum caducarum mirificus contemplator*, ac insignium magnificus operator, Ecclesiæque tranquillitatis adeò studiosus, ut sæpe sæpius ad Alexandrum III, Romanorum Pontificem, & ad Fridericum Ænobarbum, imperatorem schismaticum, epistolas direxerit pacis ergô inter eos componendæ, & tranquillitatis Ecclesiæ restituendæ *y*. Interea verò Raynaldus ex monacho Cartusiæ Bellicensis episcopus *z*, absoluto laudabiliter præsulatu, ultimo die Novembris anno Incarnati Verbi MCLXXXIV ex humanis decessit. Unde orbati præsule Bellicenses, cùm jejuniis & orationibus idoneum pastorem sibi dari efflagitarent; superna inspiratione Prior Arveriæ Artaldus, sanctitatis famâ celebris, cleri universi delectu & maximo plebis applausu, electus est episcopus, qui ne delatum honorem recuperet, sylvarum saltus & Balmani *aa* latibula expetiit & requisivit. Sed non potuit diu tanta lux sub modio abscondi; dum enim ab omnibus quæreretur, lumine de cœlo super latitantem descendente detegitur, capitur & ad urbem trahitur; atque magna omnium jubilatione inauguratus in sedem episcopalem, clericorum ac civium quasi humeris subvectus, collocatur: susceptum autem non tam honorem, quàm onus ea virtute ac vigilantiâ gessit, ut Dei beneplacitum impleret, creditæ plebis salutem miris modis promoveret, & nihil ex eis, quæ Apostolus in episcopo exigit, studiis & operibus desiderandum relinqueret.

eâque relictâ Arveriam redit, 5 Pristinum enim vitæ Cartusianæ institutum, in victûs & vestitûs austeritate, silentii observantia, orationum assiduitate retinuit, seque divino ministerio ac sacris concionibus addixit, quibus spiritualis medicus omnium morbos curaret, atque singulis ingereret religiosis actibus incitamenta virtutis, pauperum curam gessit præcipuam; adeò ut in eorum solatia omnia liberalissimè erogaret, nec alimentis quotidianis parceret. Condoluit mœrentibus, invisit ægrotos, quibus etiam sæpe utramque mentis & corporis sanitatem restituit, peccatores ad meliorem frugem reduxit; justos in bono confirmavit, dissentientes mira dexteritate ad invicem reconciliavit, nullumque ab opere Dei vacuum tempus excidere permisit. Tandem annis jam grandis, pastoralisque solicitudinis fractus laboribus assiduis, Clementi III summo Pontifici *bb* mente propalata, de ejus assensu insulas deposuit *cc*, & pontificia dignitate se abdicans, ad pristinum Arveriæ desertum, vitæ solitariæ percupidus, & amore laboris Deo impendendæ servitutis accensus, remigravit, cælestemque ibi vitam & divinis totam contemplationibus ac officiis intentam per sexdecim ferè annos instituit, multôsque hoc suo exemplo ad mundi repudium pertraxit, ex quibus Joannes Abundantiæ *dd* abbas abundantiam sæculi cum penuria eremi magnanimiter commutans, in mira humilitate & vitæ integritate ibidem anno MCCII diem extremum peregit, cujus pietatem epistolæ de diversis scriptæ testantur.

ubi à S. Hugone Lincolniensi invisitur, 6 Cùm autem S. Hugo, Lincolniensis episcopus *ee*, in Angliam è domo suæ professionis Cartusia rediret anno MCC, Arveriam circa festum SS. Jacobi & Christophori *ff*, quamvis esset propter loca montuosa ascensu difficilis, & ab itinere remotior, hac specialiter de causa expetiit. Beatus Artoldus, ex episcopo simplex cellicola effectus, præfati præsulis longo tempore exæstuans desiderio, aspectu ipsius & affatu cupiebat refoveri, quod etiam per internuncios ei sæpius innotuerat: processerat quidem Vir ille beatus in diebus suis, & mediante jam mundanæ lucis occasu, ad interminabilis diei suspirabat ingressum, nec dissimiles animi, quamvis in ætate dissimili præfato sancto Præsuli erant. Jam enim caduca omnia, quæ jam ab annis

teneris

A teneris vilipenderat, in gravi ætate faſtidio habebat. Optato igitur uterque potitus colloquio, ſuæ ſinguli receſſus conſcientiæ ex alterius ſanctitatis fulgore, dum ſua viciſſim occulta pandunt, ſplendidiores reddunt, qui tandem ſimul ad commune fratrum omnium venêre colloquium. Tunc à Lincolnienſi epiſcopo dominus quondam Bellicenſis Antiſtes formam pacis, inter Franciæ & Angliæ reges *gg* initæ, ſibi petit coram fratribus referri: nam concordiæ illorum ipſum interfuiſſe cognoverat. Ad quam Viri tanti petitionem ferventiſſimus Ordinis zelator, haud modicè contriſtatus, ita leniter & quaſi jocando ait: "O,, inquiens,, domne Pater, rumores au-,,dire & referre, etſi licet epiſcopis, ſed mona-,,chis non licet, & in cellas vel clauſtra rumo-,,res afferre non licet.,, Hæc dicens *, & cæteris fratribus, ad ſpiritualis ædificationis ſtudium verba convertit, gratiiſque ab Artoldo & cæteris fratribus actis de viſitatione & eleëmoſynis à defuncto rege Angliæ Henrico *hh* ſibi miſſis, pius Hugo receſſit.

gg

**ſupple:* Artoldo

hh

7 Beatus verò Artoldus reliquos ſex ſuæ vitæ annos in omni humilitatis, obedientiæ, patientiæ ac charitatis officio conſummavit. Poſt hæc obitus ſui divinitus factus conſcius in morbum incidit, ſuavique habito de ſuperna beatitudine colloquio cum domino Bernardo Bellicenſi præſule Cartuſiano *ii*, divino monitu illum illuc conveniente, datiſque fratribus ſupremæ adhortationis officiis, & ſanctis Eccleſiæ munitus Sacramentis, in cinere poſitus, gaudenſque in Domino, inter verba orationis expiravit pridie Nonas Octobris anno Domini MCCVI *kk*, ætatis ſuæ CV, converſionis LXXXVI. Ejus autem corpus ab eodem præſule Bernardo, aſſiſtentibus Guigone Arveriæ Priore *ll* cum cunctis fratribus & aliquot ex monachis Bellicenſibus, honorificè ſepultum eſt in parvo clauſtro inter portas capituli & eccleſiæ. Hujus autem Sancti merita apud Regem gloriæ præcelſa, plurima & ſtupenda, quæ ad ejus tumulum facta ſunt, miracula poſtea affatim prodidêre. Divinæ enim virtutes ibidem jugiter coruſcârunt, quibus infirmi & moribundi hujus ſancti Pontificis precibus, ſolatia perceperunt ingentia, ad laudem Dei Omnipotentis, qui eſt in Sanctis mirabilis & benedictus in ſæculorum ſecula. Amen.

ii

kk

ll

& valde ſenex moritur anno 1206.

B

C

ANNOTATA.

a Belica *primaria civitas eſt Beugeſiæ, de qua vide num.* 1 *Comment. prævii. Ex Guichenoni calculo epiſcopus ejus quadrageſimus ſeptimus fuit* B. Artoldus *ab anno circiter* 1184 *uſque ad annum* 1190.

b Sotonod *Guichenonus ſcribit, eſtque Beugeſiæ caſtrum in Veromæi valle, de qua vide num.* 1 *Commentarii prævii.*

c Maurienna *Sabaudiæ tractus eſt, in qua oppidum cognomine ad Arcum fluvium parebat, cùm* B. Artoldus *adoleſceret, Sabaudiæ dominis, qui Sabaudiæ ſimul & Mauriennæ comites audiebant. Vide num.* 8 *&* 9.

d *Sita eſt in Beugeſia haud procul oppido S. Ragneberti, & fundata à Bernardo & Pontio, monachis Benedictinis ad Carthuſianum Inſtitutum tranſeuntibus ſub annum* 1115. *Vid. num.* 10 *& ſeq.*

e *Sita eſt in Delphinatu prope Gratianopolim, Ordinis Carthuſiani caput, cui, uti & toti Ordini à S. Brunone quartus præfuit Guigo ab anno* 1110 *uſque ad annum* 1137. *Hujus ſucceſſori Hugoni adſcribitur annus initi regiminis* 1132 *apud Morotium pag.* 21; *ſed legendum* MCXXXVII, *contextus docet.*

D

f *Legendum veroſimiliter* de Gramont. *Vid. num.* 12.

g Arveria *territorium eſt in Veromæi valle, de qua vide dicta num.* 1.

h *Subſcripſit fundationi Cartuſiæ Repauſatorii anno* 1151. *Inſtrumentum edidit pro eccleſia de Condaminio anno* 1171, *in quo Henricum dominum de Focigniaco* (Foucigny) *nepotem ſuum vocat. Vide Bibliothecam Guichenoni centuriâ* 1 *cap.* 8 *&* 54.

i *Hujus nominis III Sabaudiæ comes, pater Humberti, de quo ad litt.* l.

k *Sedit à menſe Martio anni* 1144 *uſque ad Februarium anni proximè ſequentis. Bulla, quâ Arverienſis Carthuſiæ limites fixit, data fuit anno* 1144 *die* 2 *Maii, teſte Guichenono, ubi de eadem Carthuſia agit.*

l *Humbertus III Sabaudiam tenuit ab anno* 1149 *uſque ad annum* 1188.

m *Humbertus Belli-Joci dominus* (de Beaujeu *in diœceſi Matiſconenſi*) *uxorem duxit Aliſiam, Amedæi III Sabaudiæ comitis filiam.*

E

n *Id eſt, prædium ſeu villam ruſticam.*

o *De his vide num.* 18. Varennes *vicus eſt in diœceſi Matiſconenſi.*

p *Monpenſierii in Arvernia dominus.*

q *Vide num.* 18.

r *Occurrit apud Guichenonum hujus nominis parochia diœceſis Belicenſis in Beugeſia ſub vocabulo S. Andreæ.*

ſ *Vide num.* 18.

t *Fortè Pontius magiſter eccleſiæ Lugdunenſis, de quo num.* 18.

u Nantua *Benedictinorum cœnobium eſt in Beugeſia, quod à S. Amando epiſcopo Trajectenſi conditum ac illius ſepulturâ nobilitatum perperam nonnulli voluêre. Vide Comment. prævium in Vitam S. Amandi §§* 20 *&* 21.

x *S. Auguſtini Inſtitutum Belicenſes canonici amplexi fuêre anno* 1142; *qua de re exſtat Innocentii ſecundi bulla apud Sammarthanos; ſecularem verò habitum reſumpſerunt anno* 1577.

y *Vide numm.* 23 *& ſeqq.*

z *Evocatus eſt ad cathedram Belicenſem anno* 1178; *anno ſequenti ſub Alexandro III Lateranenſi concilio interfuit.*

F

aa *Gallicè fortè* la Balme, *cujus nominis locæ in Beugeſia Guichenonus tria recenſet:* La Balme *in Veromæi valle,* La Balme Pierre-chaſtel *ad Rhodani ripam,* La Balme ſus Cordon. *Veroſimiliter primum hîc biographus indicat, cùm Arveria, unde* Artaldus *fugit, etiam in eadem valle ſit ſita.*

bb *Creatus eſt Pontifex anno* 1177, *obiit* 1191.

cc *Circa annum* 1190.

dd Monaſterium eſt in Chablaſio juxta Drantiam fluvium, olim canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, ab abbatia celebri S. Mauritii Agaunenſis dependens, nunc Congregationis Fulienſis. *Ita Guichenonus Bibliothecæ Sebuſianæ cent.* 1 *cap.* 2 *in Annotatis.*

ee *Colitur* 17 *Novembris.*

ff 25 *Julii.*

gg Anno Domini MCC menſe Maio in Aſcenſione Domini pax reformata eſt inter regem Francorum Philippum II & Joannem Angliæ re-

A. ANONYMO. regem, inter Vernonem & insulam Andeliaci (Andely) *Rigordus de Gestis Philippi. Biographus S. Hugonis cap.* 14. Expleto jam uno post regis Johannis coronationem anno, ad petitionem illius tranfretavit iterum beatus episcopus, ut intereſſet colloquio ipſius cum rege Francorum, in quo demum pax reformata est.

hh *Hujus nominis secundo. Obierat anno* 1188.

ii *Bernardus II Belicensem cathedram occupabat anno* 1198. *Catalogus illustrium Carthusianorum, teste Guichenono, de illo hæc habet:* Obiit VI Martii MCCVII Bernardus, ex Carthusiano Bellicensis episcopus, omnis virtutis & sanctitudinis speculum.

kk *Guichenono teste in Historia Brexiæ & Beugesiæ, ita habet Catalogus illustrium Carthusiensium:* Sanctus Artholdus, ex Cartusiano Bellicensis episcopus, stupendis miraculis clarus obiit anno MCCVI pridiè Nonas Octobris. *Item Martyrologium ecclesiæ Lugdunensis:* Secundo Nonas Octobris obiit Artoudus, bonæ memoriæ monachus Alveriæ & sacerdos, quondam episcopus Bellicensis.

ll *Anno* 1200 *Guigo hic, Arveriæ Prior, unà cum Bernardo Belicensi præsule mox memorato ortam inter Carthusianos Portarum & monachos Ymontis litem composuit; ut ex confecto ea de re ab ipsis instrumento patet apud Guichenonum in Serie episcoporum Belicensium pag.* 38 *& binis sequentibus.*

DIES SEPTIMA OCTOBRIS.

SANCTI, QUI NONIS OCTOBRIS COLUNTUR.

I SAncta Justina V. M. Patavii in Italia.

SS. Marcellus & Marcellinus MM. Romæ.

S. Eumenius episcopus conf. Alexandriæ in Ægypto.

SS. Sergius & Bacchus martyres in Syria.

SS. Quartus & Marcellinus Capuæ in Campania Italiæ.

S. Marcus Papa confessor Romæ.

S. Helanus presbyt. conf. in pago Remensi in Gallia.

S. Leopardinus monachus M. Albiniaci in pago Borbonico.

C S. Augustus presbyter abbas apud Bituricas in Gallia.

S. Palladius episc. conf. Mediolani Santonum in Aquitania secunda.

S. Ositha vel Osgitha, V. M. in sui nominis oppidulo comitatûs Essexiæ in Anglia.

S. Adelgisus episc. Novariensis conf. in ducatu Mediolanensi.

S. Martinus primus abbas Belli-fontis, nunc Vallis-paradisi, in Legionensi regno Hispaniæ

S. Geroldus Colonicnsis, pro martyre cultus, apud Cremonam in Insubria.

S. Pipio diaconus conf. Belnæ in Vastinensi Galliæ tractu. F

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

SAnctæ Pharaïldis *corporis Gandavum relationem hac die signat Ms. Florarium Sanctorum hoc modo:* Apud Gandavum Relatio sanctæ Pharaïldis virginis, sororis sanctæ Gudulæ virginis, de stirpe Karolidarum. *Hujus sanctæ Virginis gesta exposita apud nos sunt, de ejusdemque translationibus actum est die* IV Januarii.

S. Virgilius, *Arelatensis archiepiscopus in Gallia, hodie legitur apud Bucelinum in Menologio Benedictino. Actum de eo in Opere nostro est die* V Martii

Marci eremitæ in Ægypto, qui Anachoretarum Vitas scribebat, *hodie meminit Franciscus Maurolycus in suo Martyrologio, eumque secuti sunt Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui non leguntur in Romano, auctorque Martyrologii Germanici, at de cultu illius nil proferunt. Vide, quæ de eodem annotata apud nos sunt in Synopsi historica de altero S. Marco monacho in Ægypto ad diem* V Martii

SS. Silvii, Hilarii, & Honorati, *episcoporum confessorum, &* Pappoli episcopi & martyris Inventionem Tolosæ *hoc die memorat Molanus. Simili modo Saussayus in Martyrologio Gallicano ad eumdem diem habet:* Tolosæ inventio sancti Pappoli episcopi & martyris, necnon san-

A ctorum confeſſorum, pariterque pontificum, Honorati, Hilarii ſenioris, & Silvii, in Baſilica ſancti Saturnini quieſcentium. *Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, quamvis Molanum in Annotatis laudet, unius dumtaxat* S. Papuli *inventionem refert his verbis :* Apud Toloſam Inventio S. Papuli martyris; *monetque, hunc non fuiſſe epiſcopum, ſed diaconum ac diſcipulum S. Saturnini epiſcopi. Sollerius noſter ad iſtum Molani textum fatetur, neſcire ſe, unde hæc accepta ſint; ceterùm* Papulum *inventum dici menſe Octobri anno 1265. De* S. Silvino *epiſcopo Toloſano, ejuſque ac reliquorum Sanctorum corporum inventione adi diem* XXXI Maii; *De* S. Hilario *Toloſano item epiſcopo* XXI Maii; S. Honoratum *ejuſdem ſedis antiſtitem Caſtellanus annuntiat die* XXV *Decembris, ſed, eumdem voli, ait, die* XVI *ejuſdem menſis. Vide ergò dicenda ad* XVI *vel* XXV Decembris; *De* S. Papolo *denique conſule dicenda*

B III Novembris.

S. Marcum, *velut Bovinenſem in regno Neapolitano epiſcopum, hoc die recenſet Marius de Vipera in Catalogo Sanctorum eccleſiæ Beneventanæ, aſſerens, corpus illius Beneventum tranſlatum in ade eidem dicata ſervari, hujuſque tranſlationis feſtum ibidem hodie celebrari, Natalem verò Bovini die 24 Julii; ceterùm ignorari tum geſta ejus, tum tempus, quo ille ſederit, quoque poſt obitum ſuum Beneventum fuerit tranſlatus. Nec mirum eſt; nullus enim* Marcus *in Bovinenſium epiſcoporum Catalogo notus eſt apud Ughellum tom.* 8 *Italiæ ſacræ editionis Venetæ, ubi hic à col.* 249 *exhibetur; quem verò Bovinenſes, non quidem die* 24, *ſed* 14 *Junii colunt, & cujus corpus ſervant, non fuit is Bovinenſis epiſcopus, ſed Lucerienſis in Apulia Daunia, cujus geſta Henſchenius noſter illuſtravit ad dictum diem* 14 *Junii, ibique docuit, illum à Bovinenſibus coli, non ob geſtum Bovini epiſcopatum, ſed ob tranſlatum eodem corpus. Porrò in Vitâ ibidem edita num.* 13 *dicitur hujus Sancti feſtum celebrari* Nonis Octobris,

C *hincque factum eſt, ut ad* 24 *Junii in Prætermiſſis ex Vipera laudatus* S. Marcus *ad præſentem diem* 7 *Octobris remiſſus fuerit: verùm ex iis, quæ Henſchenius in Commentario prævio ad* S. Marci *Lucerienſis epiſcopi Vitam diſſeruit, ſatis liquet,* Marcum *octavo Kalendas Julii Beneventi cultum, vel prorſus ignotum eſſe, vel Lucerienſem epiſcopum. Conſule ergò ipſum citato die* XIV Junii

S. Auguſtialem, *ut* epiſcopum, *Bituricis in Gallia ſic hodie memorat noſtrum Ms. Florarium Sanctorum :* Bituricas civitate depoſitio ſancti Auguſtialis, epiſcopi & confeſſoris, cujus geſta habentur. *Conſonat Grevenus in Auctariis Uſuardinis apud Sollerium eodem die dicens :* Bituricas civitate, depoſitio ſancti Auguſtalis epiſcopi. *At quis eſt hic* S. Auguſtalis epiſcopus *Bituricis annuntiatus; nam inter Bituricenſes quidem epiſcopos nullus ejus nominis recenſetur? Philippus Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano, eumdem hoc quidem etiam die, ſed* Arelati *annuntiat,* Arelati, *inquiens,* in Gallia, S. Auguſtalis epiſcopi,

atque in Annotatis ibidem obſervans, hunc D *in Romano die* 7 *menſis Septembris celebrari. Arelati etiam Andreas Sauſſayus illum utroque die,* 7 *ſcilicet Septembris ac* 7 *Octobris aſſignavit. At, cur igitur, inquies,* Auguſtalis *hodie in Florario Grevenoque* Bituricis *annuntiatur? Suſpicio mihi eſt, auctorem Florarii ex affinitate nominum* Auguſti *presbyteri, quem hoc item die* Bituricis *annuntiatum damus, &* Auguſtalis *epiſcopi, apud martyrologos ad diem* 7 *Septembris notioris, hodiernum ſanctum Presbyterum & abbatem pro* Auguſto Auguſtalem & epiſcopum *dixiſſe, retento loco* Bituricas. *In Additionibus Mss. Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum hoc ipſo die legitur:* Poſt AUGUSTALIS EPISCOPI ponebatur in margine: Alibi dicitur DEPOSITIO BEATI AUGUSTI PRESBYTERI ET CONFESSORIS. *Vide itaque dicta hoc die in* S. Auguſto *presbytero & abbate, ac in S. Auguſtali die* VII Septembris.

S. Matthæi Evangeliſtæ *nativitas hodie legitur in Hieronymianis apud Florentinium. Colitur hic ſanctus Apoſtolus & Euangeliſta, & apud nos* E *datus eſt die* XXI Septembris.

S. Linus Papa *hodie à Wandelberto, & Belino, ac in Appendice Adonis apud Roſweydum, in Florario autem noſtro Ms. Sanctorum ejuſdem* Sepultura *memoratur. Actum eſt de hoc ſancto Pontifice martyre ad diem, quo in Martyrologio Romano recolitur,* XXIII Septembris.

S. Hieronymi, *Eccleſiæ doctoris,* Octava *hodie legitur apud Grevenum & in Martyrologio Germanico, vulgo Caniſiano. Colitur hic Sanctus doctor, geſtaque ejuſdem prolixè illuſtrata in Opere noſtro ſunt die* XXX Septembris.

Commemoratio ſanctæ Mariæ de Victoria, quam beatus Pius quintus, Pontifex Maximus, ob inſignem victoriam à Chriſtianis bello navali ejuſdem Dei Genitricis auxilio hac ipſa die de Turcis reportatam, quotannis fieri inſtituit; & Gregorius decimus tertius annuam ſolemnitatem Roſarii ejuſdem beatiſſimæ Virginis Dominicâ primâ hujus menſis ob eamdem cauſam celebrandam decrevit. *Ita hodie Martyrologium Romanum. Spectant hæc ad peculiare Opus, quod poſt decurſum annum ſacrum, ejuſdemque ſupplementum de beatiſſimæ Virginis Dei Genitricis vitâ gloriaque conſcribendum erit. Interea addo hîc eruditiſſimi Cardinalis Baronii ad iſtam annuntiationem annotata.* Eo nomine Neapoli nuper erecta eſt eccleſia, egregium planè divinæ benignitatis monumentum, cùm noſtrâ memoriâ, anno Salutis MDLXXI, fidelium claſſis Sanctiſſimi D. N. Pii Papæ V, ac Catholici Hiſpaniarum regis Philippi, necnon inclytæ Venetorum reipublicæ fœdere coacta glorioſam ac cunctis ſeculis memorabilem de Turcis, Chriſtiani nominis infenſiſſimis hoſtibus, ad Echinadas inſulas, captis hoſtium triremibus centum & octoginta, ceteris diſſipatis, victoriam reportavit, fractoſque noſtrorum animos in eam ſpem erexit, poſſe inimicos noſtros (modò in unum Chriſtianorum animi vireſque conveniant) nullo negotio profligari atque deleri; præſertim ſi (ut tum in his actum eſt) præcipuam in Domino, & non in armis, ſpem ponamus, peccatorumque ſordibus expiatis, puræ ad Deum preces offerantur, ac Dei Genitricis Mariæ auxilium

piis votis imploretur. *Hæc de Commemoratione S. Mariæ de Victoria; de ſolemnitate verò Roſarii ſubdit :* Extant litteræ Gregorii Papæ XIII, datæ ſub annulo Piſcatoris, anno Dom. MDLXXIII. Kal. Aprilis, quarum initium eſt: MONET APOSTOLUS, ubi ſingulis annis primâ Dominicâ Octobris, ad memoriam dictæ victoriæ divinitus obtentæ perpetuò conſervandam, & ad gratias Deo ac Deiparæ Virgini agendas, hujuſmodi ſolemnitatem Roſarii perpetuò celebrandam decernit, atque in ea Officium duplex beatiſſ. Virginis recitari, in iis videlicet eccleſiis, ubi ejuſdem Roſarii altare aliquod fuerit; cujus quidem Sodalitatis pias preces ac proceſſiones, ubique terrarum ea ipſa die, quâ victoria parta eſt (quæ tunc fuit Dominica prima Octobris) de more factas, plurimùm profuiſſe ad opem Dei Genitricis pro Chriſtianorum claſſe obtinendam, piè credendum eſſe, profitetur. *Hactenus Baronius. Porrò Clemens Papa XI ob victoriam alteram à Carolo VI imperatore de Turcis in Hungaria anno* 1716 *relatam, ac paulò pòſt eorumdem obſidione liberatam Corcyrenſem inſulam, eamdem Roſarii ſolemnitatem ad univerſam Chriſti Eccleſiam extendit.*

S. Marcum Papam *geminum, primum ac ſecundum, hoc die memorant Mss. Additiones Carthuſiæ Bruxellenſis & Martyrologium Germanicum, vulgò* Caniſianum. *Nos non niſi unicum* S. Marcum *Romanum Pontificem agnoſcimus, proximum S. Silveſtri ſucceſſorem, de quo hoc ipſo die agemus; de altero verò quid cenſendum putemus, ibidem dicemus in Commentario prævio num.* 14 *& ſequenti.*

Marcum Maximum, *velut ex S. Benedicti diſcipulo Cæſarauguſtanum in Hiſpania epiſcopum, cum* Sancti *titulo hodie annuntiat Bucelinus in Menologio Benedictino, laudans* Franc. de Bivar, Manchefium, Cajet., atque ipſum Marcum Maximum. *Tamayus eumdem dedit ad diem* 18 *Septembris* Beati *appellatione honorans. Floruit quidem ſub finem ſeculi* VI *ac ſequenti Cæſarauguſtanus epiſcopus* Maximus, *cujus S. Iſidorus Hiſpalenſis in libro de Scriptoribus meminit; verùm nec* Marci *nomen habuit, nec S. Benedicti diſcipulus, nec monachus fuit, nec denique eum ſacrum cultum obtinuiſſe, uſquam comperi. Lege, ſi lubet, eruditum Nicolaum Antonium in Bibliotheca veteri Hiſpaniæ tom.* 1, *lib.* 5, *cap.* 2.

Dubhtachus de Druim-dhearbb, epiſcopus Armachanus *die* 5 *Februarii, vel* 7 *Octobris coli dicitur, &* Sanctus *appellatur à Joanne Colgano in ſeptima Appendice ad Acta S. Patricii, pag.* 293, *col.* 2; *ibidemque additur, eumdem in Vita S. Tigernachi cap.* 2 Duachum *nominari. Hanc S. Tigernaci in Hibernia epiſcopi Vitam illuſtratam in Opere noſtro habes ad diem* 5 *Aprilis, quam conſule, ſi lubet, cap.* 2, *num.* 10, *præmiſſumque eidem Commentariolum num.* 5. *Sed ad diem* 5. *Februarii de* Dubhtacho *vel* Duacho *nihil apud nos dictum eſt; nec hoc die inter Sanctos Beatoſve eum referre nobis licet, quia neſcimus, quàm firmum hîc ſit Colgani de ejuſdem ſacro cultu aſſertum.*

Siſai epiſcopi & confeſſoris *hodie legitur in noſtro Ms. Florario Sanctorum, & apud Grevenum in ſua Uſuardi editione, ubi, unicâ litterulâ mutatâ, dicitur :* Syſai epiſcopi & confeſſoris. *Cùm neutro loco hujus* Siſai *vel* Syſai *epiſcopalis ſedes nominetur, nec alibi ipſum inveniam, profiteor, neſcire me, quis ille ſit; ac, ſi quis noverit, libenter docebimur.*

S. Marci, epiſcopi & confeſſoris, *meminit Michaël Monachus in Sanctuario Capuano pag.* 70 *ex Martyrologio Ms., cujus hæc verba exhibet :* Nonis Octobris civitate Ecanæ S. Marci epiſcopi & confeſſoris. *Quis fuerit hic Marcus, an Lucerinus in Apulia Daunia epiſcopus, & Bovinenſium patronus, an verò Marcus, S. Priſci, Capuani epiſcopi & confeſſoris, Africâ à Wandalis expulſi ſocius, haud ſatis liquet. Utrumque confudit Monachus, invitis licèt utriuſque Hiſtoria & diverſa, qua uterque vixit, ætate. Verba laudati Martyrologii mox relata nulli aptiùs, quàm Marco Lucerino epiſcopo, quadrant. Hujus Acta habes in Opere noſtro tom.* 2 *Junii parte.* 2 *pag.* 800 *& ſeq. jam pridem illuſtrata : de Marco verò, S. Priſci, Capuani epiſcopi, ſocio actum tum in Commentario ad Acta S. Priſci prævio tom.* 1 *Septembris pag.* 210, *num.* 4, *tum eodem tomo pag.* 142 *in Annotatis ad Acta altera SS. duodecim Fratrum martyrum lit.* o.

Humbertum, *velut Burbacenſis monaſterii Priorem, cum* Sancti *titulo hodie exhibet Arnoldus Wion lib.* 3 *Ligni Vitæ*, In cœnobio, *inquiens*, Burbacenſi apud Friſlariam, depoſitio ſancti Humberti, Prioris illius cœnobii, converſationis ſanctiſſimæ viri. *Wionem ſecuti ſunt Menardus & Bucelinus, hic in Menologio, iſte in Martyrologio Benedictino* 3 *& Ferrarius in Catalogo Generali Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano. Porrò Wioni præluxit Joannes Trithemius, ut ipſemet ibidem in Annotatis docet his verbis :* Hac die notatur ejus natalis à Trittemio, de Viris illuſt. Ord. S. Benedicti lib. 3, cap. 271; qui tamen, quo tempore claruerit, non refert. *Ipſum ergò Trithemium loco citato audiamus. Sic habet :* De ſancto Humberto monacho cap. CCLXXI. Humbertus monachus & Prior cœnobii in Burbach prope Friſlarienſe oppidum, vir ſanctus atque eruditus, atque regularis diſciplinæ zeloſus amator, ſua ſanctiſſima converſatione Deo valde complacuit. Cujus feſtum agitur Nonis Octobris. *Ita quidem ipſe; at ejus ſolius auctoritas, quâ ſolâ laudati martyrologi utuntur, nequit ſufficere, ut* Humberto *inter Sanctos Beatoſve locum in hoc Opere noſtro demus; maximè cùm ipſum, quo* Humbertus *ille floruerit, ſeculum taceatur, iſque tam ignotus fuerit Mabillonio, ut nec in Actis Sanctorum, nec in Annalibus ſui Ordinis de illo, quantùm comperi, uſquam meminerit.*

S. Emani presbyteri & confeſſoris *memoriam* in pago Remenſi, *hodie ſignat Ms. Florarium Sanctorum, qui non eſt alius à* S. Helano, *de quo ex Martyrologio Romano hoc ipſo die agimus. Vide igitur* S. Helanum.

Havydem *monaſterii Clari-fontis in ducatu Luxemburgenſi, Ordinis Ciſtercienſis abbatiſſam cum titulo* Beatæ *hodie laudat Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi his verbis :* In ducatu Lutzenburgenſi beata Havydis abbatiſſa, angelicæ vitæ & humilitatis admirandæ virgo, quæ nobilitatem generis nobilioribus virtutibus illuſtravit, & in monaſterio Clari-fontis, cujus virginibus ſanctiſſimè

A ctissimè præfuerat, honorificè tumulata est. *In Annotationibus ibidem eam primam loci abbatissam fuisse, asserit, aliaque ibidem tum de ipsa, tum de ejusdem monasterii per Ermensendem Luxemburgensem comitissam seculo* XIII *fundatione enarrat; at nihil de illius cultu, quem sanè honorifica ejusdem sepultura nequit probare. De ejusdem parthenonis fundatione, eaque occasione de ipsa denuò tractavit in Liliis Cistercii lib.* 2, *distinctione* 9; *sed nihil magis de cultu habet; imò nec* Beatam *quidem, præterquam in præfixo Operi Kalendario, appellat. Ab eodem titulo cultuque asserendo etiam abstinet Angelus Manrique in Annalibus Cisterciensibus ad annum Christi* 1216 *cap.* 10, *ubi eamdem fundationem retulit ex Henriquezio.* Beatam *tamen etiam illam dixit Augustinus Sartorius in Cisterciobis-tertio tit.* 18, *pag.* 48; *sed haud dubiè sola nixus auctoritate Henriquezii, quæ nobis non sufficit ad* Havydem *Sanctorum Actis inserendam. Ceterùm Joannes Bertholet Societatis nostræ presbyter tom.* 4 *Historiæ Luxemburgensis Gallicè editæ, pag.* 425 *monasterium illud quatuor leucis Luxemburgo, unâque Orolauno dissitum, hodiéque florere scribit; sed primam ejusdem abbatissam, non* Havigem, *sed* Helenam, *aliis* Beatricem *dictam, vocat; quod etiam facit tom.* V, *in Chronologia abbatissarum Clari-fontis inter instrumenta pag.* 2, *in qua non nisi tertio loco* Hadwisis *legitur, sed pariter sine ullo cultûs indicio.*

B Jothæ abbatissæ *sine ullo addito legitur in Greveni Auctario Usuardino apud Sollerium; neque explicatiùs dit nostrum Ms. Florarium Sanctorum:* Sanctæ Jothæ abbatissæ. *Si quis illam ejusque cultum nos edoscuerit, de ea poterit in Supplemento, vel fortè alibi agi.*

Petrus Guarrigneus martyr,
Anastasius Mediolanensis conf.
Joannes de Badonali conf.,
Petrus à Pastrana conf.,
Franca virgo, } *Ex Ordine S. Francisci,*

hodie cum præfixo singulis Beati *titulo memorantur ab Arturo in Martyrologio Franciscano, addunturque,* Anonymi confessores, quorum

C tur, *inquit Arturus,* sanctitas signis admirandis commendatur, Tuvani in Corsica insula; *verùm nec ipse eorumdem cultum probat, nec Huëberus* Beati *titulum ulli eorum adscripsit in Menologio, ubi hoc eodem die etiam aliæ utriusque sexus ex Franciscano Ordine personæ virtutibus insignes recensentur.*

Joannæ & sociarum *in civitate Arima in Japonia martyrium hodie signat Arturus in Gynæceo sacro, easque* Beatas *appellat. De earumdem cultu nihil novimus.*

Johannes *in Fastis Æthiopum apud Jobum Ludolfum hodie memoratur; verùm cùm absque ullo addito id fiat, quo de Johanne ibidem sermo sit, ignoramus, eique proinde in Opere nostro inter Sanctos locum dare haud possumus.*

S. Demetrius martyr *hodie in aliquot Kalendariis occurrit, qui non alius videtur ab illo, quem Romanum aliaque Martyrologia postridie annuntiant, seu die* VIII Octobris.

Dionisi episcopi, Januarii, Faustini, Martialis, Privati, Eracli, Juliani, Pelagiæ *nomina sic hodie* in Antiochia *memorat vetustissimum Antverpiense, seu Epternacense apographum Hieronymianum, apud Florentinium; at cùm eorum aliquot repetat postridie, quo die iidem omnes in vetustiori Lucensi Florentinii & in Corbeiensi leguntur, vide dicenda ad* VIII Octobris.

D S. Caletrici *Carnutensis episcopi, hodie sic meminit Grevenus apud Sollerium nostrum inter Auctaria Usuardina:* Civitate Carnotis, inventio corporis sancti Caletrici, ipsius civitatis episcopi. *Castellanus eumdem Sanctum ad diem* 4 *Septembris, velut illi emortualem, retulit, unde in Prætermissis relatus fuit, atque hinc etiam refertur ad diem, quo colitur,* VIII Octobris.

S. Palatiam, *aliàs* Palatiatem *virginem martyrem Anconæ hodie annunciat Ferrarius in utroque suo sanctorum Catalogo. Castellanus eamdem ad diem* 8 *Julii recensuit: in Romano autem Martyrologio unà cum sui exsilii ærumnarumque socia* S. Laurentia, *quam Castellanus ad Kalendas Octobris reposuit, celebratur die crastino, seu* VIII Octobris.

S. Laurentia *cum* S. Palatiate; *vide hîc in Prætermissis* S. Palatiam *seu* Palatiatem. E

S. Birgittæ viduæ canonizatio *in Usuardi editione Lubeco-Colonienſi, ac variis sacris Fastis hoc die recolitur. De eadem sancta vidua in hodierno Martyrologio Romano ad diem* 23 *Julii sic legitur:* Ibidem (*Romæ*) transitus sanctæ Birgittæ viduæ, cujus sacrum corpus Nonis Octobris in Succiam translatum fuit, & festivitas octavo Idus ejusdem mensis celebratur. *Vide ergò dicenda ad diem* VIII Octobris.

S. Wolfgangi episcopi *geminam memoriam celebrat Usuardina editio Lubeco-Colonienſis his verbis:* Translatio sancti Wolfgangi episcopi & confessoris, & canonizatio ejusdem. *Consonant nostrum Ms. Florarium Sanctorum, ac ferè Martyrologium Germanicum,* Canisii *vulgò dictum, in quo ille dicitur fuisse episcopus* Ratisponensis, *qui in Romano celebratur die* XXXI Octobris.

Julianus *presbyter &* Cæsarius *diaconus hodie in Menologio Sirletiano & Menæis excusis memorantur; verùm in Martyrologio Romano annuntiantur ad diem, quo proinde, nî quid obstare fuerit inventum, dandi erunt,* F I Novembris.

S. Hugonis, *Lincolnienſis in Anglia episcopi, Translatio hodie legitur in Martyrologio Anglicano. Inscriptus hic Romano est, dabiturque die* XVII Novembris.

SS. Evasii & sociorum *Translatio* Casali in Insubria *hodie legitur in Ferrarii Catalogo generali Sanctorum, qui non sunt in Romano. Vide dicenda de* S. Evasio *episcopo martyre, quo die in Romano Martyrologio Casali annuntiatur,* I Decembris

S. Lucius *Britannorum rex hoc die legitur in Martyrologio Germanico, Canisii nomine vulgò noto. De eo agemus cum Martyrologio Romano die* III Decembris.

Polychronius *martyr hodie in magnis Græcorum Menæis excusis & in Menologio Sirletiano celebratur; verùm de eo, si nihil obstare inveniatur, tractandum ad diem, quo Martyrologio Romano inscriptus est,* VI Decembris.

AUCTORE J. B.

DE S. JUSTINA V. M.

PATAVII IN ITALIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§. I. Sanctæ Martyris Acta ſubdititia, memoria in Martyrologiis, & ſacer per Italiam cultus.

SORTE SUB NERONE VEL MAXIMIANO. *Acta ſanctæ Martyris S. Proſdocimo adſcripta*

QUantò *illuſtrior eſt* S. Juſtinæ *virginis & martyris Paduanæ, maximè per Italiam, quà Venetis paret, cultus, tantò ferè incertiora ſunt, quæ de ejus vita vulgò circumferuntur; non quòd illius Acta, titulive ad conciliandam his auctoritatem in ſpeciem ſaltem idonei deſiderentur, ſed quòd illa per ſe vitioſa & fidei nullius, tituli verò, quibus eorum recentiores fabularum inventores commendatam voluêre antiquitatem, falſi ſint ac inanes. Acta* S. Juſtinæ *Paduanæ Mombritius edidit tom.* 2 *de Vitis Sanctorum; & quidem, ſi illis ipſis fidere quis cupiat, ab oculato ſanctæ Virginis martyrii teſte conſcripta: ſic enim auctor illorum ad calcem num.* 1 *lectores alloquitur.* Quæſo autem vos, quicúmque audire hæc aut legere piè ac religiosè volueritis, ut hujus peccatoris ultimi memores ſitis, qui in nomine Domini huic paſſioni interfui. *Teſtis hujus oculati ſi nomen quæris, fuiſſe is dicitur S. Proſdocimus, S. Petri diſcipulus, primus Patavinorum epiſcopus, qui* S. Juſtinam *precibus ſuis parentibus ejus, ad Chriſti fidem operâ ſuâ traductis, à Deo obtinuerit, qui ſacro illam fonte luſtrârit, virginitatem ac ſanctos mores docuerit, qui denique pro fide Chriſti occiſam terræ mandârit. Ita nimirum legitur in Actis S. Proſdocimi apud eumdem Mombritium his verbis:* Paſſionem verò ejus (*S. Juſtinæ*) idem vir ſanctus Proſdocimus ſcripſit, & noſtræ memoriæ tenendam commiſit; *quæ S. Maximi, proximi S. Proſdocimi in ſede Patavina ſucceſſoris, eſſe, nonnulli commenti ſunt. Sed nec Acta* S. Juſtinæ *Proſdocimum, nec hujus Vita S. Maximum auctorem habent.*

B

C

2 *Baronius in Annotatis ad Martyrologium Romanum die* VII *Octobris jam pridem rectè advertit, nonnulla in utriſque Actis occurrere, quæ emendatione indigeant. Pauca ex his in medium profero. Ac primò quidem Acta* S. Juſtinæ, *ut apud Mombritium leguntur, vel obiter pervolventi liquidò, ut opinor, apparebit vel ex ipſo ſcribendi ſtilo, ea ſancto epiſcopo, qui tum prodigiis à ſe patratis, tum ſacræ eloquentiæ flumine tantùm effeciſſe dicitur, ut Patavinorum vicinorumque oppidorum ad fidem Chriſti converſorum Apoſtolus habeatur, prorſus eſſe indigna: imò verò non dubia præ ſe ferunt indicia, unde ſeculo* X *vel ſeriùs, fortè poſt inventionem corporis* S. Juſtinæ, *de qua poſtea, primùm ſcripta fuiſſe concludas. Sanè jejunus ſcribendi modus, pars verſûs,* tendenſque ad ſydera palmas, *quæ num.* 5 *habetur; vox* Legenda, *recentioribus tantùm temporibus nata, recentiorem pariter auctorem videntur arguere: nec ſatis credibile apparet, quod num.* 6 *refertur, ſanctam Martyrem, poſt transfixum letali vulnere latus, genibus provolutam, oculis manibuſque in cælum ſublatis, integro unius horæ ſpatio in oratione perſtitiſſe. Eadem leguntur in altero Actorum* S. Juſtinæ *apographo Vaticano, ſignato* 1190, *& Actis Mombritianis paſſim ſimili; in eo tamen his minùs vitioſo, quòd ab auctore, teſte oculato, nuſquam Acta conſcripta dicantur.*

nec apud Mombritium,

3 *Petrus Equilinus in Catalogo Sanctorum lib.* 9 *cap.* 32 S. Juſtinæ *Acta paulò aliter exhibet, ſed fonte non minùs lutulento hauſta. Is* S. Juſtinam *Vitaliani regis filiam facit, ac paſſam ſcribit ſub Maximiano rege, Vitaliani,* S. Juſtinæ *patris, ut apparet, ſucceſſore; qui Mediolano Patavium veniens* S. Juſtinam *gladio perimi juſſerit: at ſub imperatoribus Romanis, ut rectè Baronius obſervat, nulli fuêre in Italia reges aut reguli: quòd ſi ſub Maximiano quoddm, non rege aut imperatore, ſed provinciæ cujuſdam in Italia, vel civitatis Patavinæ præſide præfectove occiſa fuerit ſancta Martyr, novus habebitur in Actis Mombritianis, quæ illam ſub Maximiano imperatore paſſam diſertè tradunt, error; auctor verò Actorum, quem Petrus Equilinus præ manibus habuit, longè ſe à* S. Juſtinæ *ætate fuiſſe remotum, abſono ſuo & temporum illorum ſcriptoribus inuſitato loquendi modo nihilo ſeciùs manifeſtum facit. Tillemontio itaque tom.* V *Monumentorum Eccleſiaſticorum pag.* 140 *affirmanti, nullam ineſſe Actis Mombritianis antiquitatem aut auctoritatem, lubens aſſentior: ait præterea ex Ms. quodam; vel ipſa facta, quæ in Actis enarrantur, auctorem arguere longè recentiorem, quo quidem dicto reſpexiſſe videtur ad eccleſiam* S. Juſtinæ *ab Opilione multò ſeriùs excitatam, & ad diuturnum in ea* S. Juſtinæ *cultum, quorum in Actis mentio fit. Nunc pauca de Actis S. Proſdocimi, S. Maximo, illius ſucceſſori, falsò adſcriptis.*

nec apud Petrum Equilinum ſincera ſunt.

F

uti nec Acta S. Proſdocimi, adſcripta S. Maximo.

4 *Horum auctor apud Mombritium pag.* 220 *versâ ſubjunctum Actis epilogum his verbis orditur:* Poſt obitum verò ejus ego Maximus ſucceſſor ipſius, ab omni clero & populo electus, & à Romano epiſcopo conſecratus, iſta omnia, quæ vidi, & audivi de eo, ſcripſi. *Colitur S. Proſdocimus* VII *Novembris, ad quem diem ejus Acta fuſiùs examinabuntur: hîc ſolùm monuiſſe ſufficiet, tum in his quoque Actis Vitalianum,* S. Juſtinæ *patrem, Regem appellari, quod non niſi perperam quis S. Maximo adſcribat; tum hæc cum Actis* S. Juſtinæ *Mombritianis conciliari non poſſe: in utriſque* S. Juſtina *è vivis ante Proſdocimum erepta dicitur; & quidem ſub Maximiano imperatore: ſed Proſdocimum jam inde à temporibus Claudii & Neronis, qui circa medium ſeculi primi æræ Chriſtianæ imperarunt, ejuſdem Acta floruiſſe tradunt;*

A *dunt; atque adeò usque ad finem seculi tertii aut initium quarti vitam procul dubio non protraxit, nec occisam sub Maximiano imperatore* S. Justinam *sepulturæ tradere potuit. Utraque Acta Cavacius lib.* 1 *Historiæ cœnobii* S. Justinæ *Patavinæ pag.* 6 *hac censura perstringit :* Acta Prosdocimi, quæ Maximus successor descripsit, inter crebras civitatis direptiones & incendia interciderunt. Neque Acta Justinæ martyris, ab eodem Prosdocimo litteris commendata, ad nos pervenêre, sed forsan prope tempora Longobardorum pauca quædam, ac mutila, ad majores nostros delata sunt, qui, adjectis hisce veterum traditionibus, historias ediderunt, quæ præ manibus versantur. In his nihil vetustatem olet, non stilus antiqua tempora, non voces Latinum cultum, sed magis collapsam inibi Latinitatem deplores.

Nota ferè tantùm est scriptoribus recentioribus

5 *Quæ igitur S. Prosdocimi &* S. Justinæ *Acta tum ipsi Prosdocimo, tum S. Maximo afficta fuêre, etiam Cavacius rejicit; & quidem meritò : at facilè nimis, ut quidem apparet, idem credidit, Acta* S. Justinæ *à S. Prosdocimo; Acta item S. Prosdocimi à S. Maximo fuisse aliquando exarata. Demus enim, Acta quædam mutila, antiquitus scripta, ad eorum, qui vulgata hodie* S. Justinæ *& S. Prosdocimi Acta litteris commendârunt, manus pervenisse, quamquam & hoc versetur in dubio; efficiturne hinc continuò, ea à SS. Prosdocimo & Maximo fuisse conscripta? Ant, si id illi existimârint, standum esse hac in re eorum judicio? Non aliunde nata videtur hæc de scriptis à supradictis sanctis præsulibus Actis S. Prosdocimi &* S. Justinæ *opinio, quàm ex vulgatis S. Prosdocimi Actis à recentiore auctore conscriptis, qui, si, ut par erat, sinceritati studuisset, fœtum proprium, eumque deformem S. Maximo supponere veritus enimverò fuisset. Tradit item citatus Cavacius pag.* XI *Sermones duos, in solemnitate* S. Justinæ *habitos, ejusdem S. Maximi nomine venditari :* Circumferuntur, *inquit,* duo Sermones Maximi titulo, habiti in sollemnitate beatæ Justinæ, qui pium quidem auctorem odorant, sed posteriorum temporum ac monachum magis. *Cur non & hîc ait Cavacius, Sermones à S. Maximo olim quidem habitos, sed vel periisse, vel mutilos ad posteros perveniisse? Sermonum illorum*

C *mentio fit in schedis Mss. de* S. Justina *Majorum nostrorum diligentiâ collectis; & alterius quidem initium his verbis concipi dicitur:* Solemnitatem, fratres dilectissimi, beatæ Justinæ virginis celebrantes *&c : alterius verò his :* Diem festum sanctissimæ virginis Justinæ devotissimè celebrantes &c : *quæ ex codice signato* S. 91, *Bibliothecæ Ambrosianæ desumpta ibidem notantur : verùm his rectè subnectitur sequens observatio :* Nihil in his nisi nomen Justinæ, reliqua moralia omnibus applicari Sanctis possunt : & sine dubio supposititia.

& martyrologis,

6 *Unus itaque è veteribus, quòd sciam, Fortunatus, episcopus quidem Pictavensis in Gallia, sed in Italia natus, seculo* VI S. Justinæ *mentionem fecit, primùm quidem lib.* 8 *cap.* 4, *apud Browerum pag.* 190, *hoc versu :*

Justinam Patavum, Euphemiam huc Calchedon offert:
Eulalia Emerita tollit ab urbe caput.

At præsertim sub finem lib. 4 *de Vita S. Martini, apud eumdem Browerum pag.* 335, *ubi de ea hæc canit :*

Si Patavina tibi pateat via, pergis ad urbem; AUCTORE J. B.
Hic sacra Justinæ, rogo, lambe sepulchra beatæ,
Cujus habet paries Martini gesta figuris.

E recentioribus plures S. Justinæ *martyrium scriptis suis celebrâsse comperio: Bernardinus Scardeonius Historiæ Patavinæ lib.* 2 *classe* 6 *de Hieronymo Cathaneo,* S. Justinæ *monacho, hæc prodit :* Scripserat (ut audio) eleganti stylo Vitam B. Prosdocimi, & D. Justinæ martyris, & alia complura, quæ nondum mihi videre contigit. *Pignorius in Originibus Patavinis cap.* 10 *de Valerio Moscetta :* Solus Jacobus Cavacius, amicus noster, amœnissimi vir ingenii, in Historia suâ monasterii S. Justinæ, istud (*Concordiæ templum in ipsa olim urbe Patavina exstitisse*) affirmat, & post illum Valerius Moscetta in Vitâ sive Triumpho Justinæ virginis martyris. *Cap. item* 13 *meminit Benedicti dell'Uva, qui scripserit de* Martyrio sanctæ Justinæ. *Denique Jacobus Philippus Thomasinus in Vita ipsius Pignorii, hunc anno* 1626 *Patavii edidisse, ait,* Vitam sanctæ Justinæ virginis & proto-martyris Patavinæ: *sed, cùm horum lucubrationes ad nos non pervenerint, aliorum, quos, ubi res exiget, indicabimus, operâ uti compellimur.* B

è quibus Castellanus bis illam

7 *Nec minùs apud antiquos martyrologos, quàm historicos de* Justina *silentium est : locum habet in Auctariis aliquot Usuardinis apud Sollerium ad diem* VII *Octobris. Codex Florentinus sic habet :* Apud civitatem Paduanam sanctæ Justinæ virginis & martyris. *Grevenæs :* Patavi S. Justinæ virginis & martyris. Quæ regali orta progenie, cùm ad jussum Maximiani nollet idolis immolare, gladio latus transfixa, martyrii gloriam est adepta. *Eadem, ac iisdem ferè verbis habet editio Lubeco-Colonienſis : nec multò aliter Viola Sanctorum, Molanus :* Apud Paduam civitatem sanctæ Justinæ virginis & martyris. *Consonat Belinus, monachus Ordinis S. Augustini, Paduanus: sic etiam ferè Galesinius. Maurolycus :* Patavii sanctæ Justinæ virginis & martyris, cum parentibus conversæ per Prosdocimum episcopum sub Maximiano rege, qui Vitaliano ejus patri successerat, gladio transfixæ: *ita Maurolycus, ut apparet, ex Petro Equilino suprà citato. Sed reges, seu sub Nerone, seu sub Maximiano imperatore passa fuerit* S. Justina, F *ut jam monui, in Italia tum nulli fuere. Hinc paulò aliter in Romano Martyrologio hodie usitato annuntiatur :* Patavii S. Justinæ virginis & martyris, quæ à beato Prosdocimo, S. Petri discipulo, baptizata, cùm in fide Christi constanter persisteret, Maximi præsidis jussu gladio transverberata, migravit ad Dominum.

in Mrl. Romano recenseri

8 *Martyrologii Romani verba modò adducta Gallicè reddit Castellanus ad hunc diem, sed addit in margine :* Ex XXX Novembris, *seu potiùs, si mentem ejus assequor,* eadem, quæ XXX Novembris annuntiatur; *ad quem diem Justinâ quædam virgo & martyr annuntiatur, sed sine loco, tempore, ullove adjuncto. Porrò ad diem* XXX *Novembris de Justina, eo die Martyrologio Romano inscripta, sic annotat :* Repetita ex VII Octobris, ubi Maurolycus, è quo id haustum est, illam non memoravit; sed hodie tantùm. *Censuit ergò Castellanus primò, S. Justinam virginem martyrem, sine ulteriori adjuncto ad diem* XXX *Novembris in Martyrologio Romano memoratam, è Maurolyco depromptam. Secundò, Maurolycum S. Justinæ semel tantum, id est,*

ad

AUCTORE J. B.

ad diem xxx *Novembris meminisse. Tertiò, eamdem sanctam martyrem bis memorari in Martyrologio, primùm quidem* VII *Octobris; iterum verò die* xxx *Novembris. Quod ad Maurolycum attinet, ex verbis num. superiore citatis liquet, eum* S. Justinæ *etiam ad diem* VII *Octobris meminisse: licèt autem S. Justinæ cujusdam martyris etiam ad diem* xxx *Novembris tam Maurolycus, quàm Romanum Martyrologium meminerint, non inde efficitur, è Maurolyco S. Justinam ad diem* xxx *Novembris retulisse, qui Romanum Martyrologium emendârunt, cùm utroque die S. Justinam ante illos etiam memorârint Belinus & Galesinius; imò Baronius ipse, emendatorum unus, non Maurolycum, sed vetus Martyrologium Romanum & vetera Mss. in Annotatis ad diem* xxx *Novembris allegârit.*

non probat:

9 *Eadem monumenta, quæ Baronius, Galesinius etiam laudat in Annotatis, ut ex Galesinio potiùs, quàm ex Maurolyco Martyrologii Romani emendatores S. Justinam ad diem* xxx *Novembris memorâsse videantur; hoc tamen discrimine, quod illi nuspiam locorum S. Justinam annuntient, Galesinius autem non* Paduæ, *sed*

B Romæ; *quam Tamayus in Martyrologio Hispanico, Flavio suo Dextero nixus, in Hispaniam (rectè, an secùs, non discutio) pertrahere conatur. Id certum apparet,* Justinam, *die* VII *Octobris memoratam, aliam ab illa altera visam Galesinio fuisse: in eadem porrò opinione Belinum & Maurolycum & Romani Martyrologii emendatores fuisse, longè verisimilius est, quàm simul omnes in id oscitantiæ incidisse, ut* S. Justinam *Patavinam, sibi probè cognitam, nec unquam, quòd equidem sciam, die* xxx *Novembris cultam; passam verò die* VII *Octobris, bis retulerint. Ceterùm nihil in eo apparet incredibile, sanctam aliquam Justinam à Paduana distinctam, alibi, quàm Paduæ, aliquando martyrio fuisse affectam; quemadmodùm de S. Justina, cum S. Cypriano Nicomediæ passa, ut alias taceam, abunde liquet. In litteris P. Alexandri Wiltheim Luxemburgo ad Papebrochium datis lego, seculo præterito in pago* Viller la Rue *S. Justinæ virginis & martyris caput, Româ eò allatum, magna celebritate publicæ veneration rite fuisse propositum: verùm è tam tenui hujus rei notitia, eademne sit,*

C *quam Romæ Galesinius ad diem* xxx *Novembris annuntiat, ità & Martyrologium Romanum, sed sine loco; an alia, cui forsan id nomen donatorum arbitratu fuerit impositum, dispicere nequeo.*

et cultus ejus facer

10 *Uberius* S. Justinæ *elogium Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ concinnavit, aliquid etiam de ejus cultu addens:* Justina virgo, *inquit,* Vitaliani præfecti, seu principis Patavini, & Præpedignæ, ejus uxoris, filia, ex eis in ultima ferè ætate ad S. Prosdocimi episcopi preces genita, ab ipso Prosdocimo in fide Christiana educata & aquis expiata fuit. Mortuis parentibus, cùm persecutio in Christianos ferveseceret, ipsa ex prædio in urbem rediens, à militibus Maximiani præfecti in pontis ingressu septa, è rheda descendit, ac Deum genuflexa super saxo (in quo vestigia impressa genuum Virginis monstrari feruntur) ne sua virginitas in discrimen vocaretur, precata, præfecto sistitur. Qui, cùm illam neque blanditiis, neque minis ad idolorum culturam flectere posset, gladio pectus ejus transverberari jussit; quæ brevi orans, sublatis in altum manibus, suum Deo tradidit spiritum Nonis Octobris. Cujus corpus à S. Prosdocimo in eodem Campo-Martio, ubi confossa obiit, sepultum fuit: quo in loco insignis postea basilica suo nomine extructa fuit, quam monachi Benedictini opulentissimi tenent. *Subdit in Annotatis:* Porrò celebris est memoria hujus Virginis, cùm in toto ferè dominio Veneto ejus dies festus celebretur. *Quàm verè id Ferrarius dixerit, ostendent tum ea, quæ de exstructis ejus nomini templis, & reliquiarum ejus translationibus pòst dicentur, tum ea, quæ de ejus cultu jam subdo.*

maximè per ditionem

11 *Sacrum* S. Justinæ *cultum, mox à martyrio ipsi impensum, luculenter evictum darent, quos in ejus solennitate S. Maximus, Prosdocimi successor, habuisse fertur sermones, nisi subditicii forent, ut jam dixi: sed, utut hoc præsidio destituamur, cultûs ejus antiquitatem abundè probant, quæ de illa suprà transcripsi, Venantii Fortunati verba. Eamdem probat etiam ecclesia jam olim ejus nomini ab Opilione dicata, verùm de hac fusior sermo recurret § 3 & 4. Interim ubi locorum per ditionem Venetam modò colatur, videamus. In Aquileiensi provincia Carolus à S. Paulo in Geographia sacra, præter alias collocat has civitates, Venetiis, Patavium, Veronam, Tridentum, quod episcopo suo sub comitis Tyrolensis clientela paret: in Mediolanensi verò Brixiam, quæ Veneti juris est: Brixiæ* S. Justinam *die* VII *Octobris coli Officio duplici, disco ex illius civitatis Directorio anni* 1684; *Tridenti item eodem modo, ex Proprio Sanctorum civitatis & diœcesis Tridentinæ anni* 1627; *Veronæ, ex episcoporum Veronensium & aliorum Sanctorum, quorum vel reliquiæ illic servantur, vel templa visuntur, antiquis Monumentis per Raphaëlem Bagatam & Baptistam Perettum collectis & ab Augustino Valerio episcopo contextis pag.* 26. *Ordo recitandi divinum Officium secundùm ritum ecclesiæ cathedralis Patavinæ anni* 1684 *sub Gregorio Barbadico, item anno* 1699 *sub Georgio Cornelio, episcopis Patavinis & S. R. E. Cardinalibus editus, festum* S. Justinæ *virginis & martyris ac civitatis patronæ Officio duplici primæ classis cum Octava celebrandum præscribit.*

Venetam

12 *Ex Directorio verò Veneto anni* 1683 *habeo, non modò diem* VII *Octobris in honorem* S. Justinæ *festum à Venetis agi; sed solennem etiam ad templum, quod sibi dicatum Venetiis habet,* E *supplicationem instituisse: hanc senatus Venetus quotannis hoc die perpetuò habendam decrevit anno* 1571 *ob præclarissimam victoriam, quam eo anno Venetorum aliorumque Christianorum principum fœderatæ classes Joannis Austriaci auspiciis ad Echinadas insulas de Turcis ipso* S. Justinæ *die felicissimè retulerunt: qua de re in Historia Veneta ab urbe condita usque ad annum* 1675 *Petrus Justinianus lib.* 16 *pag.* 345 *editionis Argentoratensis anni* 1611 *ita scribit:* Post hæc, tantæ victoriæ (*ibi latiùs explicatæ*) memoria patrum animis insidente, lex in senatu lata est, ut, divæ Justinæ die inter festos relato, quotannis princeps, senatusque in lato clavo & toga ad ejus templum accederent, ubi gratias divinæ clementiæ referrent. Excusum mox numisma fuit, in cujus altero latere Justina virgo incisa manet cum recto ejus corporis statu effigie, his litteris circumscriptis: MEMOR ERO TUI, JUSTINA VIRGO. *Rem totam brevibus explicat Cavacius lib.* 6, *pag.* 289 *& seq. ad annum* 1571, *cujus propterea huc verba transcribo; ex quibus præterea discimus,* S. Justinam *tunc à Venetis inter Reipublicæ patronos fuisse relatam.*

13 Ex

A celeber eſt.

13 Ex inſigni victoria, *inquit Cavacius*, vergente anno, nomen & cultus S. Juſtinæ illuſtrior fuit. Turcæ roſtratarum navium cc, ac minorum navigiorum plurimam claſſem agentes ad Echinadas inſulas in adverſam fœderatorum claſſem ipſo die Juſtinæ virgini ſacro invecti ſunt. Hæc, hortatu Pii quinti Pontificis, ex ſuis, Hiſpanis, Venetis & auxiliaribus comparata, licèt roſtratarum numero minor eſſet, militum tamen virtute, ac rerum omnium apparatu longè major, pugnam cupivit. Acriter diuque pugnatum eſt, maximè inter prætorias roſtratas, ubi utrinque de vita imperatorum, de victoria ac fortuna Italiæ agebatur. Anceps ea fuit, ac ſæpius utrinque inſtauratum prælium eſt, quo tandem duces Turcarum interfecti, & cæteræ naves vel incenſæ, vel captæ. Unus Vluccialis trierarchus cum roſtratis quinque ac viginti effugit. Duo præſertim eam victoriam peperêre. Ventus, qui pugnæ initio adverſus fœderatos flare deſiit, & alter, qui ex Occidente in Turcas exortus eſt; atque Venetorum roſtratæ celſiores ſex, omni tormentorum genere
B inſtructæ, quæ binæ ſingula cornua, ac mediam aciem præeuntes crebris tormentorum ictibus ordines adverſæ claſſis disjecerunt. Eâ victoriâ Venetus ultus eſt injuriam erepti regni (*Cypri*) & imminens Italiæ univerſæ exitium propulſavit. Idem inter Tutelares Reipublicæ Juſtinam virginem accepit, & quotannis in ipſius templo coram ſenatu litari perpetuò ſanxit, atque nummos argenteos cudi, quibus Juſtinæ imago & inſcriptio: MEMOR ERO TUI JUSTINA VIRGO. *De inſigni hac victoria hæc modò ſatis: plura dicuntur hoc die in Prætermiſſis. Nunc de ædibus ſacris & monaſteriis* S. Juſtinæ *excitatis.*

Templum Venetiis,

14 *Ex his celeberrima longè ſunt Paduanum* S. Juſtinæ *templum & Ordinis Benedictini cœnobium, de quibus tamen nihil hoc loci diſſerere conſtitui, commodiùs facturus id alibi, ubi de* S. Juſtinæ *corporis, ibi quieſcentis, tranſlationibus agendum erit. Ordior à templo, quod illi Venetiis excitatum eſſe, jam dixi: hujus origo prodigioſis quidem, ſed non ſatis, ut his in rebus non raro ſit, certò ſtabilitis, ornatur adjectis. S. Magnum, Opiterginum primùm, deinde Heracleënſem epiſcopum medio circiter ſeculo* VII *ſuo ſeu hortatu, ſeu operâ octo Venetiis excitâſſe eccleſias, Venetorum traditio eſt; qua de cauſa die* VI *Octobris illius in illis feſtum magna celebritate peragitur.* Inter eas eccleſias ordine recenſetur ſexta, *inquit tom.* XI *Eccleſiæ Venetæ antiquis monumentis illuſtratæ pag.* 199 *Flaminius Cornelius, vir ſenatorio in Republica Veneta munere & eruditione conſpicuus*, quæ divæ Juſtinæ Patavinæ martyris titulo inſignitur; eadem enim ſancta Virgo (ut refert antiquum Lectionarium ducalis baſilicæ) "ſancto epiſcopo „nube circumdata apparens templum in„ Veneta "urbe ſibi ædificari petit in loco, ubi vitem „novos fructus emittentem videret.„ Vitem itaque novos botros germinantem cùm in extrema urbis parte reperiſſet vir ſanctus, ibidem piorum ſubſidiis ſtatutam eccleſiam ædificari curavit, quæ à ſui exordio in parœciam proximarum ædium conſtituta fuit. *Sed, ut eam condi curârit S. Magnus eccleſiam, haud æquè facilè,* S. Juſtinæ *apparitionem & germinantis more inſolito vitis prodigium credet, qui meminerit, quàm frequenter olim eccleſiarum monaſteriorum-*

que exordiis temporum maximè lapſu ea fuerint affecta adjuncta, quibus plus admirationis, quàm veritatis ineſſet. Lectionarium verò, quamvis id antiquum eſſe, Cornelio laudato id aſſerente, non ambigam, neſcio tamen, num ſatis antiquum id ſit, ut rem, quæ jam inde à ſeculo VII *debuit contigiſſe, evincat.* AUCTORE J. B.

ubi ſaxum, genuum ejus veſtigia exhibens, ſervari dicitur.

15 *Neque certius quidquam ſtatuere auſim de ſaxo, Venetiis in* S. Juſtinæ *eccleſia ſervato, in quo* S. Juſtina *à militibus comprehendenda, vehiculoque deſiliens Dei auxilium implorârit genuflexa, genuumque veſtigia impreſſa reliquerit, licèt hæc marmori inſculpta ſit epigraphe:* Traditum eſt nobis ab antiquis indubia ſucceſſione, hanc eſſe illam petram, in qua Juſtina virgo impreſſit veſtigium genuflexionis ſuæ factæ pro oratione habita ante martyrium, quam hîc reponi fecimus ad fidelium devotionem MCCCCLXII die XX Auguſti. *Cùm enim Acta ipſa* S. Juſtinæ *non prius ſeculo* X *aut* XII *ſcripta ſint & ex traditione, temporum lapſu fortaſſe depravata, ne ipſum quidem miraculum aliquando contigiſſe, certò affirmari poteſt; imò id Tillemontius num.* 3 *laudatus veluti dignum Metaphraſte ſugillat. Traditio verò, ob quam anno* 1462 *parieti eccleſiæ ſub exedra concionatoria lapis iſte infixus fuit, vocari tum quidem antiqua potuit; ſed ſimul, à conſcriptis* S. Juſtinæ *Actis, aut corporis illius inventione tantummodò naſci, ac ſenſim apud parùm cautos fidem invenire: quæ cùm multis à* S. Juſtinæ *martyrio ſeculis contigerint, non eam vim & auctoritatem habet ca traditio, ut illam in dubium vocare ſit nefas. His accedit, nuſquam, ubi de inventione corporis* S. Juſtinæ, *aut de inſtauratione Patavinæ ejus eccleſiæ agitur, ſaxi illius mentionem ullam fieri; ut adeò, quo primùm tempore in hominum notitiam venerit, vulgique ſermonibus celebrari cœperit, planè videatur ignotum. Quòd ſi ea traditio indubia viſa ſit iis, qui collocandi illic lapidis auctores fuêre, probat id bonam eorum fidem, non traditionis veritatem.*

ſibi dicatum habet,

16 *Multas eccleſia* S. Juſtinæ *Veneta viciſſitudines ſubiit, quas è fuſiori Cornelii Flaminii tom.* XI *à pag.* 188 *narratione contraho. Quæ primò parœcialis tantùm fuerat, dein (incertum, quo tempore) in collegiatam evaſit, ut ex litteris Innocentii III, datis anno ipſius Pontificatûs* X, *Chriſti* 1207 *Flaminius probat. Multis ſeculis conditam Hugolinus, Cardinalis Oſtienſis, Pontificiæ Sedis legatus, conſecravit ac Indulgentiis ornavit anno* 1219, *teſte antiqua inſcriptione lapidi inciſa. In Prioratum jam tranſierat ſub finem ſeculi* XIV, *habuitque in Priorem ab anno* 1390 *ſaltem ad annum* 1402 *Andream Paraſſu. Dein Ordini Birgittino ceſſit, qui illam anno* 1429 *adminiſtrabat. Haud diu pòſt, annuente Nicolao V, ſanctimonialibus Beatæ Mariæ Angelorum de Muriano conceſſa eſt cum monaſteriolo curâ ſtudioque Franciſci Barbari. Hæ monaſterium ſplendidè inſtaurârunt, idque ingreſſæ ſunt anno* 1453, *& privilegiis auctæ à Caliſto III anno* 1458. *Cura animarum Capellano curato demandata, cujus electio penes ſanctimoniales eſt, ut item adductis monumentis Flaminius laudatus oſtendit. Addit denique,* S. Juſtinæ *templum anno* 1500 *magna ex parte corruiſſe, ſed pia ſenatorum aliquot, & Hieronymi de Joanne liberalitate brevi inſtauratum, à Dominico Zono, Chiſſamenſi epiſcopo conſecratum fuiſſe anno* 1514 *die* XIV *Maii, non, ut relata à Flaminio in-*

AUCTORE J. B.

ſcriptio habet, Anno Domini MDXXII, Dominicâ ſecunda Maii, die XV: *eam verò ornâſſe, & pulcriori formâ donâſſe Perpetuam Paſqualico, monaſterii prioriſſam anno* 1600. *Rectè Flaminius annum* 1514, *diem* XIV *Maii* S. Juſtinæ *eccleſiæ conſecrationi aſſignat, quo littera Dominicalis erat A & proinde dies* XIV *Maii erat Dominica: anno autem* 1522 *littera Dominicalis E, dies verò* XV *Maii feria quinta poſt Dominicam ſecundam ejuſdem menſis. Verùm hæc de Veneto* S. Juſtinæ *templo dicta ſufficiant; plura apud Flaminium laudatum, qui volet, inveniet.*

& Ferraria in Æmilia;

17 *Ferraria quoque, quæ Æmiliæ civitas eſt, dicatam ſibi eccleſiam* S. Juſtina *habet: conditam hanc ſcribit Marcus Antonius Guarini lib.* 2 *pag.* 57 *& ſeq. de Eccleſiis Ferrarienſibus, in ſuperiore civitatis parte & regione arcis Thealdi Occidentem versùs, à monachis Caſinenſibus ſub S. Leonis tertii, qui ab anni* 795 *menſe Decembri uſque ad annum* 816 *S. Petri Cathedram tenuit, Pontificatu, atque unitam abbatiæ* S. Juſtinæ *Patavinæ; quod quidem facit, ut huic ſanctæ Virgini, non alteri cuicúmque cognomini, dicatam fuiſſe exiſtimem, licèt id expreſſis verbis Guarinus haud aſſerat. Addit, juxta illam bina noſocomia curandis pauperibus infirmis exſitata fuiſſe, aliquanto quidem tempore magna caritatis laude adminiſtrata, ſed ſuâ ætate neglecta: animarum verò curam in ea ſemper fuiſſe exercitam, cujus ultimus rector anno* 1583 *obiit; deinde verò, occaſione ſeminarii per Paulum Leonem Paduanum, Ferrarienſem epiſcopum, anno* 1584 *excitati, ad S. Mariæ Novæ & S. Blaſii fuiſſe tranſlatam animarum curam; eccleſiam verò parœciali S. Blaſii hodie ſubjacere.*

B

monaſterium verò Lucæ in Hetruria:

18 *Monaſterium* S. Juſtinæ *ſacrum occurrit apud Franciottum de Imaginibus miraculoſis & Vitis Sanctorum, quorum Lucæ in Hetruria reliquiæ conquieſcunt: ſcribit hic pag.* 503, *in monaſterio* S. Juſtinæ *Lucenſi* S. Juſtinæ *caput ſervari: verùm ne lector fortè hinc anſam binas in unam ſanctas Virgines confundendi ſumeret, hæc addit Italicè:* Non quidem illius, quæ Patavii, in cujus honorem earum (*ſanctimonialium Ordinis S. Benedicti*) dedicata eſt eccleſia; ſed Antiochenæ, quæ Nicomediæ martyrium ſubiit. *Quo anno id conditum & à quibus fuerit, ignoro: at de illo ita Ughellus tom.* 1 *Italiæ ſacræ col.* 826, *ubi de Balthaſſare, Lucenſi epiſcopo:* Hujus epiſcopi temporibus moniales S. Cerbonis ex Ordine Ciſtercienſi cum monialibus S. Juſtinæ in unum collegium coiêrunt anno MCCCCXLII. *S. Cerbonis ſeu Cerbonii monaſterium ſecundo à Lucenſi civitate milliari diſtabat, quod ſub annum* 1440 *redditibus & ſanctimonialium numero valde imminutum, ad Patres Franciſcanos Eugenii IV auctoritate tranſlatum eſt, ut in ipſius Eugenii Pontificis ea de re litteris anni* 1443 *apud Waddingum Tom.* XI *Annalium Minorum pag.* 445 *videre eſt. Meminit horum etiam Franciſcus Gonzaga, Franciſcani Ordinis Miniſter Generalis in Opere de Origine &c Ordinis ſui, anno* 1587 *Romæ excuſo, parte* 2 *conventu* 21 *provinciæ Tuſciæ pag.* 246: *ſed duplex eum in locum error irrepſit; unus quidem, quo, annuente Eugenio IV, F. Joannes Diſcalciatus anno* 1540 *S. Cerbonii monaſterium occupâſſe dicitur; quod ſub annum* 1440 *contigiſſe jam dixi: alter verò, quo moniales Ciſtercienſes* ad ſanctæ Chriſtinæ Ordinis Benedictini monaſterium *tranſlatæ dicuntur: lege*, Juſtinæ, *nimirùm Patavinæ, ex Cæſare Franciotto.*

C

D

Brixiæ item, ut apparet, templum.

19 *Cùm per totum Venetum dominium maximè in veneratione ſit* Juſtina, *ac in diœceſi Brixiana etiam colatur, ut ſuprà dictum eſt, illi quoque conſecrata opinor monaſterium, eccleſiam, & oratoria, quorum Bernardinus Faynus in enumeratione eccleſiarum diœceſis Brixianæ, in octo regiones claritatis causâ diſtinctæ, mentionem facit. Regione* IV, *pag.* 231, *poſtquam parœcialis eccleſiæ Salodii meminit, ita pergit:* In hujus parochiæ ambitu venerantur. Eccleſia S. Mariæ cum monaſterio Fratrum Carmelitarum. Eccleſia S. Juſtinæ cum cœnobio clericorum Regularium Congregationis Somaſchæ *&c. Regione* 8 *pag.* 282 *ſic habet:* Oratorium S. Corporis Chriſti & S. Juſtinæ in campeſtri regione de Rhò. *Pag. ſeq.* Oratorium S. Juſtinæ. *Et iterum pag.* 316 *inter monaſteria virorum ejuſdem diœceſis mox dictum monaſterium his verbis recenſet:* S. Juſtinæ de Salodio Patrum Congregationis de Somaſca. *Auguſtinus Lubin in Notitia brevi abbatiarum Italiæ pag.* 181 *Abbatiæ cujuſdam ſub titulo* S. Juſtinæ (*Patavinæ, an alterius?*) *in regno Neapolitano ſitæ, ſic meminit:* Abbatia titulo S. Juſtinæ in regno Neapolitano, cujus anno circitèr MDLXXXXIX abbas erat Hieronymus Stranio Alexandrinus; ut refert Hieronymus Ghilini in Annalibus Alexandrinis ad hunc annum num. 14. *Cavacius pag.* 75 *meminit eccleſiæ cujuſdam, quam* S. Juſtinæ Laurani *appellat. Muratorius tom.* 3 *Antiquitatum Italicarum Diſſertatione* 34 *Gregorii IV Papæ anni* 828 *Bullam refert, in qua item eccleſiæ cujuſdam* S. Juſtinæ, *procul dubio Patavinæ, mentio fit in hunc modum:* Nec non (*concedimus & confirmamus Miloni, abbati* S. Juſtinæ) eccleſiam in honorem ſanctæ Juſtinæ virginis & martyris Chriſti in villa, quæ vocatur Corrizza, edificatam. *Quæ Bulla quamquam fictitia videatur, certum tamen non eſt, ejus inventorem eccleſiam, quæ nuſquam exiſteret, in eam intruſiſſe.*

E

aliaque loca ſacra, aliis per Italiam locis:

20 *Eodem Antiquitatum Italicarum tomo col.* 35 *& duabus ſeqq. charta quædam exſtat Opilioni patricio adſcripta & anno* 793 *data; in qua capella quædam, in civitate Bononienſi ſita,* S. Juſtinæ *ſacra exſtitiſſe dicitur, ab eodem Opilione* S. Juſtinæ *monaſterio Patavino donata. Verba chartæ ſunt,* Et capella unà cum area ſua & cum omnibus ſuorum pertinenciis infra civitate Bolonienſis, quæ conſtructa eſt in honorem ſancte Juſtinæ virginis & martyris. *Nondum quidem anno* 793 *monaſterium* S. Juſtinæ *fortaſſis exſtabat (quod infrà examinabitur) atque adeò prædicta capella illi ab Opilione dono dari tum non potuit; ſed ſeu genuina, ſeu ſpuria ſit charta illa, non auſim affirmatè dicere, adeò impudentem fuiſſe illius auctorem, ut ædem* S. Juſtinæ *ſacram fingeret, quæ nec ſua nec majorum ſuorum ætate fuiſſe unquam ſciretur. Ejuſdem ædis ſacræ, ſub nomine* monaſterii, *niſi capellæ poſt annum* 793 *adjectum fuerit monaſterium ante annum* 828, *Gregorius IV in Bulla paulò antè citata ſic meminit:* Monaſterium unum, in honore ſancte Juſtinæ dedicatum, ſitum infra civitate Bononia cum area ſua & cum omni domo culto ſuo tam in ipſa civitate, quámque foris, cum caſis, domibus, edificiis, & cum omnibus ſibi pertinentibus in integrum. *At* monaſterii *hîc nomine nihil fortaſſis, quàm ædes ſacra intelligi-*

F

AUCTORE J. B.

§ II. S. Juſtinæ genus, & martyrium. An alii ſimul cum illa paſſi ſint.

Sancta dicitur nata.

QUi S. Juſtinæ *martyrium ſeculo, ut diximus, tantùm* X *aut fortè* XII *ex ſuperſtite qualicumque traditione deſcripſit, cœnobii eidem Virgini apud Patavinos dicati veroſimiliter monachus, non admodùm multa habuit, quæ de ea poſteros edoceret. Patavinam fuiſſe, ſcribit num.* 3: *genere verò nobili ortam, indicat num.* 2, *cùm* inter generoſas feminas *excelluiſſe, dicit* præclaræ indolis famâ: *parentes illi fuiſſe fidei Chriſtianæ ſectatores, eodem num. habet; ſed quorum nomina ignorâſſe videtur: vix enim alioquin cauſa apparet, ob quam, ſi illa explorata habuiſſet, nihil tamen de iiſdem edixiſſet. Uberiorem* S. Juſtinæ *notitiam exhibet Vita S. Proſdocimi, primi Patavinorum, ut aiunt, epiſcopi, S. Maximo, S. Proſdocimi ſucceſſori, falsò adſcripta. S. Proſdocimus, ut ibidem legitur, S. Petro Antiochiæ ſe primùm adjunxit; Claudio imperante (imperavit autem annis* 13, *menſibus* 8 *ab anno Chriſti* 41) *unà cum S. Petro, ejuſque diſcipulis Marco & Apollinare Romam venit. S. Marco Aquileiam, Apollinare verò Ravennam fidei propagandæ causâ miſſo, Proſdocimum S. Petrus deſtinavit Patavium; cùm viginti eſſet dumtaxat annorum, ubi epiſcopum egit, ſi credere lubet,* annis nonaginta tribus, menſe uno, & diebus quindecim.

matre Præpedigna, patre Vitaliano.

23 *Patavium ingreſſus, ægros, quos obvios habuit, crucis ſigno ſanavit: tenebatur tum fortè fortunâ morbo implicitus Vitalianus, Patavii rex, ut Acta loquuntur; ad quem cùm S. Proſdocimi fama perveniſſet, hunc ad ſe evocatum rogat, ut, quam aliis reſtituerat, ſibi quoque reſtituat ſanitatem; id ſi fecerit, ſe univerſamque familiam Chriſtiana ſuſcepturum ſacra pollicitus. Placuit conditio S. Proſdocimo, regemque cum ſuis Chriſtianæ fidei dogmatibus inſtructum ſacro fonte luſtravit, priſtinæque incolumitati reſtituit. Hinc liberum circumferendæ fidei campum nactus, Patavium locaque vicina traduxit ad Chriſtum. Interim verò rex Vitalianus, ejuſque uxor, nomine Præpidigna (alii* Præpedignam *aut* Perpedignam *vocant*) *liberorum hactenus expertes, auctì ſunt prole feminea, quam S. Proſdocimus, ſacris undis ablutam,* Juſtinam *nominavit, ac dein ad omnem virtutem effinxit. Habes itaque hîc* S. Juſtinæ *tum parentum nomina, tum regium genus, ab altero anonymo vel ignorata vel certè præterita; quorum corpora ſeu cineres hodiéque in templo* S. Juſtinæ *non ſine honore ſervari, ex dicendis num.* 136 *& ſeqq. facilè intelligi poteſt; & unde anonymi S. Proſdocimi Vitæ ſcriptoris aſſertioni nonnihil ſanè probabilitatis videtur accedere.*

qui quis fuerit, non liquet.

24 *Vitaliani hujus, è quo genus ſuum ducere, aiunt Patavini ſcriptores quidam, Vitalianorum, Borromæorumque familias; mentionem apud antiquos ſcriptores nuſpiam reperi. Vitalianum, prætorianis militibus ſub Maximino præfectum, juſſu ſenatûs occiſum, hominem crudelem & Maximino ſimilem, memorat Julius Capitolinus de tribus Gordianis; quem* S. Juſtinæ *patrem fuiſſe, eſt, qui opinatus ſit in Annotatis*

à Patavinis verò colitur tit patronæ.

21 *Ex dictis hactenus concludi haud difficulter poteſt, quod meritò Ferrarius dixit, ut ſuprà aiebam, maximè per ditionem Venetam* S. Juſtinæ *cultum invaluiſſe: quod verò ad Patavinos ſpectat, ſolent ii ad* S. Juſtinam, *patronam ſuam, veluti ad tutiſſimum præſidium, maximè ſi publica fortè calamitas ingruat, recurrere: cujus rei ſpecimen unum alterumve habe ex Petri Savioli Theſauro urbis Paduanæ pag.* 22 *&* 25. *Is priore loco è civitatis Tabulis ſic habet:* Anno MDLXXV dum urgebat proviſio propter peſtilentiam in civitate, congregatis in palatio habitationis D. Poteſtatis de menſe Octobris Mag. Proviſoribus ſalutis ſimul cum mag. deputatis nomine totius conſilii, unanimes vota humilimi fecerunt Altiſſimo, pro liberatione patriæ & præſervatione viventium, promittentes ſtatim, conſumpto morbo epidimiæ, ſe facturos tres proceſſiones, quarum primam ad eccleſiam S. Juſtinæ, ſecundam ad eccleſiam S. Antonii, tertiam verò ad S. Proſdocimum, cum omni populo, omni poſſibili devotione, & præcipuè clariſſimis rectoribus, & magn. deputatis & proviſoribus ſalutis cum cereis accenſis L. 3* pro quoque expenſis publicis, & celebratâ Miſſâ, ipſos cereos offerre &c. *Poſteriori verò:* Die tertia Junii MDCXXXI vota civium ad obtinendam miſerationem divinam porrecta fuêre pro ſalute univerſali, promittendo quinque ſtatuas argenteas, valoris in totum ſcutorum mille ducentorum, offerendas proceſſionaliter, cum clero & populo & frataleis comitantibus cum cereis, earum expenſis, ſacratiſſimum Corpus Chriſti, unam ſcilicet B. M. V. ad eccleſiam Carmelitarum: duas ad eccleſiam S. Juſtinæ, demonſtrantes S. Proſdocimum & S. Juſtinam &c. *Apud Hieronymum Rubeum tom.* 8, *part.* 1 *Theſauri hiſtoriarum Italiæ pag.* 887 *Litaniæ viſuntur ante Gregorii Magni ætatem Ravennæ recitari ſolitæ, in quibus inter virgines ſanctas* S. Juſtina *invocatur hoc ordine:* S. Chriſtina, S. Valeria, S. Eulalia, S. Juſtina. *Joannes de Rubeis in Monumentis eccleſiæ Aquileienſis pag.* 682 *& ſeq. Litaniarum, ſeculo* X *in diœceſi Trevirenſi exaratarum, & à S. Eliſabetha Lantgravii Thuringiæ vidua ſeculo* XIII *canonicis Forojulienſibus dono datarum, meminit, quibus, teſte Fontanino in Commentario de S. Columba pag.* 99 S. Juſtina *inſerta eſt hoc ordine:* S. Eulalia, S. Chriſtina, S. Columba, S. Margareta, S. Scholaſtica, S. Euphemia, S. Juſtina. *Agi verò in utriſque de* S. Juſtina *Patavina, conjici utcúmque poteſt ex eo, quòd cùm SS. Eulalia & Eufemia conjungatur, ut etiam à Fortunato, Pictavenſi epiſcopo, num.* 6 *citato, factum eſt.*

 # librarum trium

AUCTORE J. B.

Mss. in Vitam S. Juſtinæ, *quæ, neſcio, unde aut à quo ad nos pervenerint: verùm neque Vitaliani illius mores, neque genus mortis, neque temporis, quo in vivis fuit, ratio pati videntur, ut is* S. Juſtinæ *pater fuiſſe dicatur. Sive enim ſub Nerone, ut paſſim ſcriptores Patavini, ſive ſub Maximiano, ut alii volunt, martyrium* S. Juſtina *ſubierit, pater ejus, ante ipſam mortuus, ſub Maximino in vivis eſſe non potuit. Nero enim anno Chriſti* 68, *Maximinus* 237 *è vivis ſublati fuerunt; Maximianus verò Herculius ſub annum* 285 *in imperii ſocietatem à Diocletiano aſcitus fuit. Multò minùs ratio temporis patitur, ut* S. Juſtinæ *pater fuerit Vitalianus alter, cujus ibidem fit mentio, quique ſub Honorio & Theodoſio imperatoribus vixerit. Longiùs denique à vero abeſt, Vitalianum, qui Gotthorum tempore ſub Juſtiniano floruit,* S. Juſtinæ *patrem fuiſſe, quod, teſte Cavacio lib.* 2, *Cornelio Muſſo, epiſcopo Bituntino, eſt viſum.*

Patavino, ut fabulantur, rege:

B

25 *Quòd autem Vitalianum,* S. Juſtinæ *patrem, regem Patavinum fuiſſe, audis ex ſcriptore Vitæ S. Proſdocimi, id fabulatoris genio non dubitanter adſcribe: hujuſmodi enim hominibus familiare & volupe ſolet eſſe, in rebus antiquis & obſcuris, licèt omni teſtimonio plerúmque ſint deſtituti, quò lectoribus admirationem moveant, vel rebus ſuis ſplendorem arceſſant, magnis nominibus uti. Audi Cavacium, cœnobii* S. Juſtinæ *hiſtoriographum, regni Patavini fabulam his verbis refutantem:* Hic (*Vitalianus, cui alibi* Juſtini *nomen adjicit*) Patavini ſenatus princeps vel ſummæ apud eum auctoritatis, apud nonnullos hiſtoricos ſcitè minùs regis nomen obtinet, quo nihil ineptius, cùm ex prædictis opinio regni Patavini exploſa ſit, & liqueat (*quod adductis veterum teſtimoniis paulò antè probârat*) multò antea urbem Romano imperio adhæſiſſe. Quòd ſi, florente eorum republica, poſt Porſenam Tuſcorum regem nullum ferè alium apud Italos legas; & apud Livium (*Dec.* 3, *lib.* 7) affirmet Scipio, regium nomen, alibi magnum, Romæ intolerandum eſſe, quibus auribus id acciperent cæſares, qui orbis monarchiam appetebant? *Fuerit igitur, ſi probabiliori conjectura uti velimus,* S. Juſtinæ *pater vel provinciæ alicujus Romanæ præſes, vel prætor, vel magiſtratus Patavini princeps, vel ex honoratiorum ſaltem optimatum numero: ſed, qua ſingulari dignitate inſignitus fuerit, quis divinet?*

C

quo tempore

26 *Scriptorem Vitæ S. Proſdocimi apud Mombritium, ineptientem jam vidimus: nunc ſecum pugnantem habe. Medio circitèr ſeculo Chriſti primo, ut ex verbis ejus efficitur, Patavium S. Proſdocimus venit, ubi* S. Juſtinam *non modò ſacro fonte luſtravit, ſed etiam martyrio ex hac vita ſublatam terræ mandavit. Verùm cujus id juſſu factum ſcribit?* Audiens autem, *inquit*, impiiſſimus & crudeliſſimus Maximianus mortem Vitaliani regis, ardens in concupiſcentiam beatiſſimæ Juſtinæ virginis, concito curſu Patavium ingreſſus eſt, &, miſſis militibus ſuis, ſanctam Virginem ſibi fecit præſentari, ut, relictâ Chriſtiani nominis culturâ, idolis compelleret immolare, & ejus thalamis frui. Quæ, cùm æterni Sponſi delicias adamâſſet, & culturam, quæ de terreno ſponſo promittebatur, aurum, argentum, ſervos & ancillas pro nihilo duceret, diverſis pœnis cruciata eſt, &, gladio lateri infixo ſauciata, feliciter migravit ad Chriſtum. Maximianus verò citò reverſus eſt Romam. *Notiſſima eſt Maximiani Herculii, Diocletiani collegæ, tum crudelitas, tum libido ex Lactantio lib. de Mortibus Perſecutorum cap.* 8, *quem, cùm in Occidente imperâſſe prædictus auctor probè ſciret, mox à peracto* S. Juſtinæ *martyrio Romam, imperii Occidentalis ſedem, profectum dixit: unde vix dubito, quin Maximiani nomine Herculium, Diocletiani collegam, intellexerit: quin imò Maximianum* imperatorem *paulò infrà diſertè vocat: ſed cùm hic nonniſi inclinante ſeculo* III *imperare cœperit, quî potuit S. Proſdocimus* Juſtinam, *ſub Maximiano occiſam, conceſſis Proſdocimi epiſcopatui non annis dumtaxat* 93, *ſed & multò pluribus, ſepeliſſe, ac Paſſionem ejus deſcripſiſſe, quod paulò poſt tradit?*

D

martyrium ſubierit, an ſub Nerone,

27 *Vidit id Petrus Equilinus; eaque de cauſa lib.* 9, *cap.* 32 S. Juſtinæ *martyrium deſcribens, Vitaliano, regi Patavino &* S. Juſtinæ *patri, ſucceſſiſſe ait Maximianum quemdam, non Diocletiani collegam illum, in Occidente imperatorem, ſed alium antiquiorem, huic ſcilicet cognominem, & Patavini tractus dumtaxat regem, cujus juſſu* S. Juſtina *perempta fuerit. At exploſa jam eſt iſta de Patavinis regibus ſub Romanis imperatoribus opinio. Quòd ſi Maximianum hunc vel alicujus provinciæ præſidem vel prætorem, vel Patavini ſenatus principem facere, aliave hujuſmodi dignitate non regia ornare volueris, nihil quidem, quin hujuſmodi Maximianus aliquis ſeculo Chriſti primo ſecundove exſiſtere potuerit, obſtabit; verùm id ſine teſte nec affirmari, nec credi neceſſe eſt. Maximiano nonnulli imperatorem Maximinum ſubſtituêre: ſed vel ſic, judice Cavacio, concidunt, quæcúmque de* S. Juſtina *vera narrantur. Nam Maximinus, ut ait Cavacius, non ante annum* 236 *invaſit imperium; ad cujus tempora S. Proſdocimus, circa S. Teleſphori Papæ & Antonini Pii, id eſt, ſeculo Chriſti ſecundo ad annum circitèr* 40 *provecto, ut illius Vitæ auctor ſcribit, defunctus, pertingere non potuit. Cavacius, qui Maximianum, proximæ Galliæ Ciſalpinæ prætorem, vel militarem aliquem tribunum, legioniſve præfectum, à Nerone ad coërcendum fidei Chriſtianæ progreſſum per illas oras miſſum fuiſſe autumat, ultimo Neronis anno* S. Juſtinæ *martyrium illigat.*

F

an ſub Maximiano

28 Ultimo, *inquit*, Neronis anno paſſam Juſtinam, conjicimus è ſupputatione temporum ab acceſſu D. Proſdocimi. Advenit is anno IV Claudii Cæſaris (*ita Vitæ illius auctor ſcribit*) à quo ad ultimum Neronis annum enumerantur XXIV. Acta S. Proſdocimi, quæcúmque ſint, innuunt, ſeptimo vel octavo anno à parentum converſione eſſe natam. Eandem in juventute paſſam, teſtantur reliquiæ ante non multos annos inſpectæ, quæ exile corpus vix ultra pueriles annos demonſtrant. Itaque ſi ætati illius XVI vel XVII annos demus, tempus martyrii aſſequimur, *nimirum annum Chriſti* 68. *Ita quidem Cavacius: ſed nec hîc quidquam certi occurrit: primùm quidem, quòd opinio illa, ſecundùm quam* S. Juſtina *ſub Nerone paſſa ſit, recentiori dumtaxat ætate ſit nata: certè, quocúmque tempore ſcripta ſint Acta, tum* S. Juſtinæ, *tum S. Proſdocimi, ea tunc obtinuiſſe videtur apud Patavinos traditio, ut ſub Maximiano imperatore paſſa crederetur; cùm utrorumque auctores illum diſertè nominent. Dein dubium vide-*

A *videtur, num* S. Juſtina *& S. Proſdocimus eadem ætate vixerint; nulla enim Proſdocimi mentio fit in Actis* S. Juſtinæ *infrà edendis; imò, licèt illa S. Maximo ſint ſuppoſita, non à Proſdocimo, ſed à Chriſtianis generatim ſepulta dicitur num.* 7. *Tertiò denique haud ſatis liquet, quidquid dicant Acta illius exiguæ vel nullius fidei, S. Proſdocimum Claudii & Neronis imperatorum ætate vixiſſe. Illum Patavini, inquit Tillemontius tom.* 5 *Monumentorum eccleſiaſticorum pag.* 140, *primum ſuum epiſcopum faciunt, quòd antiquiorem non nôrunt: potuerit igitur Maximiani ætate, ſi vera ſint, quæ de illius &* S. Juſtinæ *neceſſitudine narrantur, fortaſſe vixiſſe. Neque verò contrarium apud ſcriptores Patavinos idoneo ſatis, ut omne ea de re dubium tollat, argumento ſtabilitum inveni. Quibus de cauſis* S. Juſtinæ *martyrium principio Commentarii ſub Nerone vel Maximiano imperatoribus, ſed dubitanter collocavi.*

incertum: martyrii locus & genus

29 *Si verò ſub Maximiano paſſa ſtatuatur, quæraturque, num ſub finem ſeculi tertii, an ſub initium quarti occubuerit, veroſimilius Bailleto videtur ſub initium potiùs ſeculi quarti,* B *quàm ſub finem tertii, in ea, quam diximus, hypotheſi, illius martyrium contigiſſe: ita, quantùm quidem apparet, cenſuit, quòd apud Petrum Equilinum legerat, Maximianum, cùm* S. Juſtinam *interfici juſſit, Mediolano Patavium adveniſſe; ubi cùm aliquamdiu conſederit, priuſquam anno* 305 *imperii faſces ibidem deponeret, veroſimile illi viſum eſt,* S. Juſtinæ *martyrium anno* 304 *ſex ſeptemve menſibus ante abdicatum à Maximiano imperium, aſſigi poſſe. Sed Maximianum,* S. Juſtinâ *interfectâ, Romam reverſum ſcribit Vitæ S. Proſdocimi auctor, & proin Româ Patavium adveniſſe, innuit: ſcriptor verò Martyrii* S. Juſtinæ, *unde Patavium profectus ſit, ſilet: facit ergò horum auctorum exigua nec ſatis conſentiens auctoritas, ut & hoc prorſus lateat in occulto. De adjunctis ceteris martyrii* S. Juſtinæ *inter auctores convenit, nempe de loco & genere mortis. Occiſam aiunt in Campo Martio, qui, exuto gentili nomine,* Novi Prati *nomen induit, tunc quidem extra urbem ſito, ubi modò locupletiſſimum templum ei dicatum cernitur: periit autem, ſeu potiùs cælo vivere cœpit pectus gladio tranſfixa. Exſtare ait Scardeonius lib.* 2, *claſſe* 6 *in ejus templo ſanctæ Martyris epitaphium in tabula lapidea, ſed, ut ex dictis colligi facilè poterit, partim incertum, partim verò falſum: ſic habet:* Hîc requieſcit corpus beatæ Juſtinæ virginis & martyris xhti, quæ fuit filia Vitaliani, regis Paduæ, & Maximiano imperatore gladio interfecta, & à S. Proſdocimo ſepulta, poſtea verò à titulo Concordiæ Baſilyca Juſtinæ fuit dicata.

C

non adeò dubia. Cum illa & alios paſſos eſſe,

30 S. Juſtinæ *palæſtram, locumque ſepulturæ paulò diſtinctiùs deſcribit Urſatus lib.* 1, *part.* 1 *Hiſtoriæ Patavinæ Italicæ ad annum Chriſti* 79, *ex quo ſequentia habe:* S. Juſtina, lethali ictu percuſſa, è ponte in eum locum transferri ſe juſſit, in quo, ut Patavinorum antiqua traditio habet, exiguum viſitur facellum, à lævo latere euntis versùs portam civitatis Pontis curvi, ab eo ponte ſic dictam. *Traditionis hujus antiquitatem ignoro: non videtur tamen eo tempore viguiſſe, quo Acta* S. Juſtinæ *conſcripta fuerunt. Legeſis num.* 6 *Actorum infrà; ibi quidem* S. Juſtinæ *genuflexæ latus tranſfixum fuiſſe, reperies: at, accepto letali vulnere, aliò ſeſe tranſferri voluiſſe* S. Juſtinam, *non invenies; imò verò contrà, eodem loco, quo vulnus acceperat, per koram (quamquam id parùm, ut diximus, videatur credibile) elevatis in cælum oculis manſiſſe, ibique ſpiritum Deo reddidiſſe: nihil quoque de* S. Juſtinæ *mox morituræ in alium locum tranſlatione meminit Petrus Equilinus, ſcriptor Vitæ S. Proſdocimi: veroſimilius itaque videtur,* S. Juſtinam *jam exanimem, alióque profectis interfectoribus, è loco martyrii, ad locum ſepulturæ ſuæ fuiſſe tranſlatam. Sepulta autem fuit à S. Proſdocimo, ut Urſatus aliique paſſim ſcribunt, in Oratorio, quod hic Virgini Deiparæ excitârat, non procul à loco martyrii. Ceterùm in non ſolam* S. Juſtinam *tunc ſævitum eſſe, idem ſcribit Urſatus, verùm & in alios promiſcuè, qui fidem Chriſtianam Patavii ea tempeſtate profitebantur, Deo tamen S. Proſdocimum, Patavinum epiſcopum, ad gregis ſui bonum perſecutorum gladiis ſubtrahente.*

AUCTORE J. B.

ſequens utcúmque ſuadet hiſtoria.

31 *Nihil quidem de martyrum illorum manipulo, eadem, quâ* S. Juſtina, *occaſione pro fide occiſorum,* S. Juſtinæ *& Proſdocimi biographi: rem tamen utcúmque veriſimilem faciunt multorum martyrum corpora juxta idem Virginis oratorium & in propinquo* S. Juſtinæ *templo inventa,* E *quorum inventionem deſcripturus Cavacius ad annum* 1269 *ita præfatur:* Ea tempeſtate maximè opinamur rem accidiſſe, quæ inter Hiſtorias hujus cœnobii relata, & antiqua apud cives traditione celebris, vitio tamen vel temporum, vel ſcriptorum non exprimit annum, quo geſta eſt, quamvis ſumma fide conſcripta etiam à loco, memoria, rebuſque ſecutis optimè ſibi reſpondeat. *Tum Cavacius rei geſtæ hiſtoriam ſuo ſtilo proſequitur: nos fontem ipſum hîc exhibemus ex Ms., cui ad calcem iſta ſubnectuntur:* Hiſtoria deſumpta ex Cronicis S. Juſtinæ de Padua Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Juſtinæ de Padua è libro, cujus eſt titulus: "Paſſio B. Juſtinæ & Vita S. Proſdocimi, nec „non aliorum Legendæ Sanctorum, monaſterii „divæ Juſtinæ.„ Ego D. Philippus Venetus, bibliothecarius, affirmo, ut ſuprà. *Titulus Hiſtoriæ hic eſt:* Hiſtoria revelationis ſanctorum Martyrum, quieſcentium in eccleſia S. Juſtinæ de Padua ante chorum, quæ videlicet revelatio celebratur (*mobiliter*) feriâ ſecundâ ante diem Aſcenſionis Domini: *ipſa verò his verbis concipitur.*

F

Mulier Veronenſis à B. Virgine,

32 Fuit quædam mulier venerabilis, Veronenſi oppido oriunda, nomine Jacoba, Deo devota, quæ à primævo ſuæ juventutis tempore cœpit Domino ſervire. Diebus ac noctibus orationibus ſemper inſiſtens, jejuniis & vigiliis corpus ſuum caſtigabat, pauperibus & orphanis ſubveniebat, & multis aliis virtutibus præclarè inſiſtens, ſic juvenilem ætatem pertranſiit. Tandem à Domino Jeſu Chriſto, priuſquam mortis debitum ſolveret, meruit hac revelatione conſolari. Quadam igitur die poſt Reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti audiens, quæ Venetiis in die Aſcenſionis ejus in eccleſia S. Marci Euangeliſtæ indulgentia à pœna & à culpa à ſummo Pontifice (*Alexandro III*) collata fuiſſet, & à ſucceſſoribus confirmata, viſitare illam deſiderabat. Et ſic multoties hoc in corde ſuo proponebat, ac totis viribus adimplere cupiebat & de ſuâ ſubſtantiâ, quam ſibi Dominus contulerat, pro neceſſariis præparabat. Una denique nocte, antequam iter arriperet, finitis orationibus, quas altiſſimo Deo offerre conſueverat, capta eſt ſoporis ſomno, &, dum me-

AUCTORE J. B.

dio silentio quiescerent omnia, & nox sui cursus perageret iter; apparuit beata Virgo, Mater Dei Maria, multitudine angelorum sociata, sicque alloquens ait: ô mulier, quid agis? Quid mente tractâsti? Perpendi enim, te velle pro indulgentiis alibi transmeare. Sed surge velociùs, & perge ad urbem, quæ vocatur Padua, in ecclesia S. Justinæ: ibi per te Dominus Jesus Christus ostensurus est gloriam suam fidelibus suis, & veram indulgentiam ibi adipiscêris.

Martyrum reliquias

33 Mulier, hæc audiens, obstupuit, putans, phantasma esse, & dixit: Quænam es tu, quæ & modò ista facis? Nondum enim cognoverat, quòd beata Maria esset. Respondit ei Virgo gloriosa, dicens: Ego sum Mater Jesu Christi; nihil in me dubites, filia, sed, quæ dixero, constanter adimpleas. Mulier dixit: Loquere, Domina mea dulcissima, quia serva tua audit. Ait ei beata Maria: Est quidem in eadem ecclesia circulus quidam ante chorum, in medio ecclesiæ situatus, opere musello constructus, sub quo multa corpora Sanctorum requiescunt, qui ob Christi fidem coronam martyrii accipere meruerunt; ob quorum merita & reverentiam maximam indulgentiam ibidem consequêris tu, & omnes, qui devotè & corde contrito concurrerint. Unde scias, quòd altissimo

B

**lege:* quòd

Deo placet, qui* ob reverentiam & memoriam Sanctorum ipsorum, qui laverunt stolas suas in Sanguine Agni & dealbaverunt eas, dies natalitius eorum solemniter celebretur, & eorum memoria usque in seculum habeatur. Unde surge velociùs, & ne moreris, fac, quæ tibi dico, ut gratia Dei semper tecum sit: &, hæc dicens, subtraxit se ab oculis ejus.

In S. Justinæ templo occultari

34 Mulier verò excitata à somno, manè expergefacta, cœpit cogitare & mente tractare de visione ista, qualiter sibi apparuerat beata Maria, & sic conferendo in corde suo apud semetipsam multùm obstupuit, & dicebat: Qualisnam ego sum, ut Virgo Maria, Mater Domini mei, alloqui mihi dignetur? Non enim meis meritis, sed sui gratiâ & propter revelationem istorum Sanctorum. Ecce, quantam gratiam meruit hæc

**supple:* quæ meruit

devota mulier,* adhuc in hoc misero carnis ergastulo per tantam ac talem nunciatricem hâc revelatione consolari, non nisi quia Domino quotidie sedulum exhibebat officium, & in eo

C

totaliter spem suam ponebat, bonis operibus adornatam, juxta illud psalmigraphi Vatis: "Spe-„ra in Domino, & fac bonitatem, „ quia sunt nonnulli, qui vanè sperant in Domino, secundùm opera bonitatis minimè faciunt. Hæc autem venerabilis mulier non solùm sperabat, sed & bonitatem faciebat, cùm jejuniis, vigiliis & orationibus, & aliis præclaris virtutibus assiduè insistebat. Ideò in spe sua invenit, quod quæsivit: adepta fuit, quod desiderabat, quia perseveravit pulsans, tenens lampadem ardentem in manibus suis.

eJocetur; quæ Pataviam veniens

35 Stante autem illa in domo sua sic quietè, iterum per visum apparuit ei beata Virgo Maria simili specie, quâ priùs apparuerat, monens eam, ut, quod sibi revelaverat, devotè adimpleret. Surgensque manè de stratu suo, recordabatur de visione, præparansque sibi necessaria & commendans se Domino, ac invocans Dei Genitricem, ut sibi semper adesse dignaretur (Quid plura?) in pace iter arripuit. Appropinquans autem Paduæ civitati, priusquam intraret, vexillo præcelsæ Crucis se muniens Domino se totis visceribus commendavit; erat enim feria secunda proxima ante Ascensionem Domini nostri Jesu Christi. Intrans verò civitatem, afflata Spiritu sancto, pro nimio gaudio admirabilis visionis, protinus increpando in fervore spiritûs, magnis incepit clamare vocibus & dicere: O filii mei, laudate Dominum Jesum Christum, quia dignatus est plebem suam hodie in hac civitate visitare; surgite, surgite, dimittite res manuales, & ecclesiastica exercete. Surgite, & ecclesiam sanctæ Justinæ sanctificate. Venite & videte opera Dei, quia mirabilia sunt. Ibi verè veniam peccatorum vestrorum corde contrito & humiliato consequemini. Levate capita vestra, ecce, appropinquavit in vos regnum Dei. Et hæc dicens, scisitabatur, ubi esset ecclesia S. Justinæ? Multi enim hoc audientes, mente insanam eam deridebant, & tamquam fatuam suis colloquiis proponebant. Pueri verò, exemplo majorum ducti, eam infestantes, mente captam ipsam astruebant.

D

reliquiarum locum indicat,

36 Alii, quibus mens sanior inerat, asserebant, fortè eam Deus inspiravit; videamus, quæ dicit, &, si vera sint, credamus ei. Et sic dicentes, alios increpabant, ut tacerent, & sequebantur eam, ut viderent finem rei. Venerabilis autem mulier, tamquam vas Spiritus sancti, nihil horum curabat, ac si non audisset, & non cessabat eos increpare, ut hanc diem sanctificarent & ab operibus manuum cessarent, & ad ecclesiam properarent. Docta itaque, ubi sita foret ecclesia, festinanter properabat, acsi ad cælestia gaudia invitata graderetur. Ut autem vidit ecclesiam, immenso repleta gaudio, medio viæ genu flexo, cœpit Deum benedicere, & dicebat: Benedictus es Deus patrum nostrorum in donis tuis, qui ita glorificas servos tuos, confirma me, & ope* exercere digneris, quod meis auribus revelâsti; exaudi me, bone Jesu, dominator vitæ meæ, qui vivis & regnas benedictus in secula. His dictis, surrexit & ecclesiam petiit; mox, ut intravit, visitavit sancta altaria, prospiciens per ecclesiam, si signum videret, quod sibi Dominus in visu demonstraverat. Tandem deveniens ante chorum, signum vidit, quod sibi fuerat demonstratum, &, ut de hoc certa foret, emit duodecim candelas à quodam, qui in ecclesia illo* tunc vendere consueverat sustentationis causâ, sedens ad alveum aquæ benedictæ, qui aspergebat venientes ad ecclesiam, petens eleëmosynam.

E

**opere*

**An illas?*

F

mulieri fidem facientibus miraculis:

37 Quas (*candelas*) ut accepit (*mulier*) circumcirca ipsum circulum eas extinctas afflavit, & sic oravit, astantibus omnibus, ad Dominum, flexis genibus in medio circuli ante Crucifixum dicens: Domine Jesu Christe, rex æternæ gloriæ, supplico immensæ misericordiæ tuæ, ut, si vera sint ea, quæ mihi in visu per gloriosam Genitricem tuam Virginem Mariam benignissimè ostendisti, omnes istæ candelæ simul in instanti accendantur. Vix sermone impleto, omnes illæ candelæ mox accensæ fuerunt. Sicut flos de arbore producitur, sic lumen ex eis ortum fuit, & omnes campanæ, quæ erant in ecclesia, Dei nutu per se sonum dabant, ac si per alios pulsarentur. Monachi verò hoc audientes, & maximè, qui curam ecclesiæ habebant, concurrerunt, ut hoc spectaculum viderent. Audiebant quidem sonum, sed neminem pulsantem videbant. Unde non parùm admirabantur. Et tamdiu per se pulsaverunt, quamdiu illæ candelæ combustæ fuerunt. Multitudo autem hæc signa videntes, laudaverunt Deum dicentes: Quia

AUCTORE J. B.

§ III. Templum S. Juſtinæ conditum ab Opilione: quo is tempore floruerit.

A Quia Deus viſitavit plebem ſuam. Etiam non pauci, variis oppreſſi infirmitatibus, priſtinæ reſtituti ſanitati, congratulantes ad propria rediêrunt.

hinc rei geſtæ dies feſtus,

38 In tantum hoc miraculum, Deo annuente, placuit omni populo, & tanta devotio in eis crevit, ut hæc dies pro ſolemni feſto haberetur uſque in hodiernum diem. Invaleſcente autem hujuſmodi fama, audientes vicini villarum & caſtrorum, necnon & civitatum adjacentium devotè ducti, catervatim concurrebant, & excubias noctis quamplurimi diligenter obſervabant, & quàm pluries eos, multitudine auctos, vix eccleſia poterat*. Venerabilis autem mulier, his peractis, non poſt multum temporis fiducialiter agens in nomine Domini, quievit in pace, & à viris Catholicis devotè humata fuit, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt laus, honor & gloria cum Patre & Spiritu Sancto in ſecula ſeculorum. Amen. *His addit Cavacius citatus num.* 31. Hujus revelationis annua ſolemnitas agitur die III ante feſtum Aſcenſionis, quam ſua

**ſupple* capere

B ætate appellatam, feſtam diem ſtultæ mulieris, ſcribit Ungarellus. Nunc ſola monachorum pietate agitur, ceterùm apud cives penè ignota. Prodit idem auctor, ab epiſcopo Patavino ſacrum puteum (cujus ſignum erat circulus, de quo ſuprà) ne pedibus accedentium protereretur, obductum fuiſſe zophoro marmoreo egregii operis, & adjectam inſcriptionem: "Hîc requieſcunt oſſa innumerabilium ſancto-„rum Martyrum.„ Zophorus extat, inſcriptio deperiit.

& locus à fidelibus in veneratione haberi cœpit.

39 Monachi poſtea locum clathris ferreis circundant; puteum tamen fodere vel aperire, neque ea ætas, neque poſterior auſa eſt. Sed Majores noſtri luſtrantes proxima loca antiquiſſimum inibi cœmeterium reperierunt, in quo ſepulcra, cuniculorum inſtar, viſuntur, & in his oſſa martyrum, ex quibus multa ſuper os putei congeſſimus in ſolatium, & ad excitandam pietatem orantibus. Deſcenſus eò ſatis profundus eſt, & locus perpetuò madens. Olet tamen multam ſanctitatem, ut nullus eò deſcendens erga Sanctos Dei devo-

C tior non aſcendat. Ex his ante aliquot annos Sereniſſimus Bavariæ dux Maximilianus, dum Româ in patriam rediret, reliquias poſtulavit, accepitque. De beata (*rectène Beatam vocet, ipſe viderit*) Jacoba nihil hactenus comperi, præter pauca apud Scardeonium, qui eam Patavii ſancto fine diſceſſiſſe atque in templo noſtro tumulum accepiſſe ſcribit. *Atque ita quidem ſe habet horum Martyrum inventionis hiſtoria, etſi ſingulorum, quibus ornatur, adjunctorum vadem me præbere non velim; ſed quoniam, ſeparatimne, an ſimul cum* S. Juſtina, *aut qua ætate martyrium ſubierint, non liquet, illos* S. Juſtinæ *ſocios dare, neque hoc loci, neque in Commentarii hujus titulo auſi fuimus. Ad* S. Juſtinam, *unde digreſſio facta, redeamus.*

Templi S. Juſtinæ,

Comment. hujus § 1 num. 14 *mentio facta eſt templi,* S. Juſtinæ *nomini in Campo olim Martio juxta Patavium excitati: id ſi à S. Proſdocimo, ut hujus quidem biographus ſcribit, conſecratum eſt, ſanctæ Virginis cultum mox ab illius martyrio vel certè ab illo non admodum diu initium cepiſſe, neceſſe eſt: at ne de ſeculo quidem, quo ſanguinem Chriſto* S. Juſtina *litavit, ex dictis conſtat; ac proin de tempore, quo templum illud conditum fuit, multò minùs. Scriptor Vitæ S. Proſdocimi, qui* S. Juſtinam *Maximiani imperatoris juſſu trucidatam cenſuit, templum, de quo loquimur, ſub Conſtantino Magno, reddita Eccleſiæ pace, exſtructum ait, idque ad opinionem ſuam ſat congruenter; quod verò præterea*

E *ait, conſecratum fuiſſe à S. Proſdocimo, qui anno Claudii imperatoris quarto, ſeu æræ Chriſtianæ vulgaris anno ſecundùm Labbeum quadrageſimo quarto Patavium venerit (niſi id recentioris additamentum ſit) per ſe liquet, verum eſſe non poſſe. In hujus itaque ſententia vel templi* S. Juſtinæ *conſecratio, ſanctæ Virginis educatio, ac parentum illius ad fidem converſio S. Proſdocimo erit abroganda; vel hujus Patavium adventus ad ſeculum ſaltem tertium differendus. Ex his, qui* S. Juſtinam *ſub Nerone, vel ſeculo Chriſti primo aut ſecundo paſſam credunt, alii templum eidem excitatum fuiſſe iisdem ſeculis volunt; alii verò contrà, quod & ii faciunt, qui ſub Maximiano occiſam volunt, longè ſeriùs id contigiſſe contendunt.*

cujus epocha ipſis S. Juſtinæ monachis haud explorata fuit,

41 *Quid ſenſerint ea de re ſeculo* XVI *monachi* S. Juſtinæ, *monumentum prodit,* in parietibus ſummi templi S. Juſtinæ, *ut ſcribit Sertorius Urſatus de Monumentis Patavinis lib.* 1, *ſect.* 1, *pag.* 14, *ad aræ Majoris dexteram ipſi in hanc formam erectum:* Memoriæ clariſſimi viri Opilionis Piccauri, nobiliſſimi Patavini, patris patriæ, patritiique Romani, qui cùm, imperatore Hadriano, circa annum Chriſti CXXXVII divino afflatu vetus, quod erat Concordiæ, templum Divæ Juſtinæ Martyri conſecrâſſet, ampliſſimo hoc à fundamentis addito ac pluri-

F mis opibus ditato monaſterio, in auguſtiſſima cella Divæ Mariæ Virgini dicata prope beatum Proſdocimum voluit ſepeliri, monaci congregationis Caſſinenſis memores poſuêre MDLXI. *Verùm non unum hîc peccatum admittitur: præterquam enim, quòd Opilio, nec familiâ Piccaurus, nec patriâ Patavinus veroſimiliùs fuerit, nec Adriano imperante vixerit, nec denique monaſterium* S. Juſtinæ *templo, quod infrà fuſiùs diſcutietur, primitus fuerit additum, annus conditi* S. Juſtinæ *templi in monumento aſſertus ea tantùm nititur opinione, ſeu traditione, ex qua* S. Juſtina *ſeculo Chriſti primo vel ſecundo martyrium paſſa creditur; ſed, ut diximus ſuprà, prorſus incerta, nec ſatis conſtanti, ut tum è biographis S. Proſdocimi &* S. Juſtinæ, *tum ex tabula lapidea efficitur, quam in templo* S. Juſtinæ *ſuâ memoriâ exſtitiſſe, Scardeonius ſcribit lib.* 2, *claſſe* 6, *verbis num.* 29 *tranſcriptis, ſe-*

AUCTORE J. B.

signatam: Cum enim secundum illos S. Justina *seculo tertio ad finem vergente, aut sequentis initio, seu sub imperatore Maximiano fuerit affecta martyrio; Hadrianus verò seculo Christi secundo floruerit, fieri haud potuit secundum eosdem, ut illi Opilio templum sub Hadriano dicandum curârit.*

conditor Opilio quidàm fertur fuisse

42 *Priusquam verò aliorum de tempore conditi* S. Justinæ *templi sententias referam, monumentum lapideum è veteris* S. Justinæ *templi ruderibus erutum, quo ferè recentiorum sententia nititur, in medium proferam ex Cavaeio lib.* 1 *de Cœnobio* S. Justinæ *Patavino ad annum* 421, *ubi illud exhibet, ac describit his verbis:* Sed à diptychis episcoporum nos revocat pietas Opilionis, viri consularis, qui ea tempestate Divæ Justinæ templum excitavit. Hujus apud nos memoria est ex lapide, antiquis notis sculpto, quem è ruderibus veteris templi effossum asservamus. Sic habet: „ ✠ Opilio. v̄. c. & inl. p̄p. adque. patritius. hanc. basilicam. „vel. oratorium. in. honore. sanctæ Justinæ. „martyris. à. fundamentis. cœptam. Deo. Ju„vante. perfecit. ✠„ Triangularis est lapis, & in ostio marmoreo super epistilio tympanum exhibebat. Ipsa autem inscriptio medio circulo, qui lauream demonstrat, continetur. Extra circulum utrinque crux est, à cujus cornu minores cruces & Græci characteres pendent A & Ω. Ea, veluti pietatem, rude quoque sæculum indicant, quo litterarum cultus & architecturæ rationes delierant. Refertur eadem inscriptio à Scardeonio, sed quibusdam malè mutatis. *Lapidis verò inscriptionisque imaginem, Cavaeianæ descriptioni omnino similem, exhibet Ursatus suprà laudatus pag.* 12. *Scardeonius lib.* 3 *classe* 13 *pro particula* & *habet* pe; *pro* adque *habet* atque. *Vocem verò* patritius *scripsit* patricius. *Congruunt verba cetera.*

B

ex inscriptione non satis antiquæ:

43 *Dubium quidem non est, quin lapis ille, templi* S. Justinæ *fabricæ, ut conditoris aut instauratoris memoriam posteris conservaret, jam olim alicubi fuerit commissus; verùm quo tempore? Cùm rude seculum indicet illius structura, fatente Cavacio, &, teste Ursato, ab antiqua elegantia Romana deflectat, vel hinc satis appareret, inscriptionem illi incisam ad seculum Christi primum aut secundum aut Hadriani imperatoris ætatem referri non posse. Addit Ursatus, eadem ætate nondum adeò Latini sermonis puritatem defeciſſe, ut* Adque inlustris *pro* atque illustris *scriberetur. Præter* inluſtris *seu* illustris viri *titulum, etiam* viri clarissimi *vel* consularis (*utrumque enim per litteras V. C. designare inscriptionis auctor potuit*) & patricii *titulo insignitur: hi autem Constantini Magni temporibus primùm adhiberi cœpti sunt, ut Ursatus in Historia Patavina pag.* 138 *ait: id verum est, Constantinum Magnum novum quoddam patriciorum genus excogitâsse, si Zosimo credimus, lib.* 2 *ita scribenti:* Optato quoque cum hoc interfici jusso, qui patricii dignitatem adeptus à Constantino fuerat. Eum honoris titulum Constantinus primus excogitaverat, lataque lege sanxerat, ut qui hunc consecuti fuissent, supra ipsos præfectos prætoriorum sessitarent. *A Constantino itaque vox* patricius *nomen novæ dignitatis & præfecturæ fuit; sed usurpatum jam diu antè, imò vel à Romuli tempore; ut apud Pitiscum in Lexico antiquitatum legere est. Series rerum ab Augusto gestarum apud Gruterum pag.* 230 *sic habet:* Patriciorum numerum auxi: *Inscriptio* 1 *pag.* 403 *Cn. Domitio, qui Vespasiani & Titi tempore fuit, ut alias apud eumdem Gruterum subinde occurrentes taceam;* adlecto inter patricios *dedicata est. Similiter & V. C. seu* viri clarissimi *titulus ante Constantinum adhibitus fuit: ita Cælius Urbanus anni* 234 *consul* vir clarissimus *dicitur in inscriptione, quam patri posuit: ita hæc habet apud Relandum in Fastis consularibus pag.* 172: C. Cœlio Saturnino V. C. præfecto prætorio C. Cœlius Urbanus V. C. consularis patri posuit. *Validiùs itaque Adriani temporibus positam Opilioni inscriptionem negat Ursatus ob adscriptum illi* inlustris *titulum, cujus, etsi non adeò sit explorata origo, seriùs tamen natum confitentur auctores. Vide Pancirolum in Notitia imperii Orientalis cap.* 2, *Bulengerum de imperio Romano lib.* 2 *cap.* 21, *Pitiscum ad illam vocem.*

C

incertâ tradunt Petrus Equilinus & scriptor Vitæ S. Prosdocimi de Opilionis ætate,

44 *Petrus Equilinus lib.* 10 *cap.* 33, S. Justinæ *templum excitatum fuisse, scripsit, ab Opilio patricio & à S. Prosdocimo consecratum; unde fit, ut ex ejus sententia seculo Christi primo vel secundo jam inde illud exstiterit: verba illius sunt:* Ad fundationem autem beati episcopi (*Prosdocimi*) patricius quidam, nomine Opilius, Christianus, ecclesiam in honorem sanctæ Justinæ virginis supra corpus illius erexit, & juxta eam oratorium beatæ Virginis composuit: quam ecclesiam simul cum oratorio Prosdocimus episcopus consecravit. *At Constantini Magni tempore excitata fuisse videtur ex mente auctoris Vitæ S. Prosdocimi, in qua sic ille scribit:* Proximo verò tempore, impiissimo Maximiano imperatore mortuo, in hac civitate Patavio quidam patricius nomine Opilius, vir Christianissimus, divina admonitione admonitus, construxit ecclesiam in honore S. Justinæ, & prope eam lapidibus pretiosis fecit oratorium in honorem sanctæ Mariæ: quam ecclesiam simul cum oratorio S. Prosdocimus consecravit: *quamquam cum his verbis componi neqneat, quod ad calcem Vitæ S. Prosdocimi legitur, videlicet obiisse sanctum episcopum sub Antonino Pio, ut suprà observatum est. Verùm tempus, quo passa est* S. Justina, *ex antè dictis incertum est: assertiones verò istæ nullo legitimo antiquitatis suffragio nituntur, neque earum auctores ii sunt, ut iis fides habeatur. Opilius quidam Antonini Pii ætate vixisse videtur secundùm inscriptionem quamdam Solodurensem, à Grutero pag.* 87 *num.* 4 *relatam & his verbis conceptam:* Deæ Eponæ M. Opilius Restio miles leg. XXII Antonianæ P. P. F. immunis cos. cura. Salens. vico Salodor. DD. XXII Kal. Septembr. D. N. Antonio aug. II & Sacerdote II cos. V. S. L. M. *Sed prima illius verba hominem hunc ethnicum fuisse demonstrant; nec tituli* S. Justinæ *templi conditori congruunt.*

D

E

F

quem Cavacius, correcto Cassiodori textu, anni 453 *consulem facit*

45 *Variè recentiores, sed minore successu, quàm conatu, se torquent, ut, quis hic Opilio seu Opilius, qui* S. Justinæ *templi conditor audit, fuerit, quave vixerit ætate, divinent. Opilionis viri clarissimi & anno* 453 *in Occidente Consulis, Vincomali in Oriente consulis collegæ, nomen in Fastis consularibus, in Actis concilii Andegavensis apud Labbe tom.* 4 *conciliorum col.* 1020 *& in litteris Leonis Magni apud Quesnellum tom.* 1 *à pag.* 608 *usque ad* 639 *celebratissimum est; hunc Cavacius non modò ecclesiæ* S. Justinæ *conditorem, sed & Aëtii, celeberrimi sub Valentiniano belli ducis, qui Attilam, Hunnorum regem, in campis Catalaunicis fudit, & Valentiniani seu jussu seu manu occisus est, filium facit: Aëtii quidem filium ex Cassiodoro lib.* 1,

Vi-

A *variàrum Epiſtolarum Ep.* 4, *ubi de Caſſiodori ipſius, non avo, ut Cavacius ait, ſed patre ita ſcribit Theodoricus:* Pater hujus candidati (*Caſſiodori*) ſub Valentiniano principe geſſit tribuni & notarii laudabiliter dignitatem... ſed, ut ſe pares animi ſolent eligere*, patricio Aëtio pro juvanda republica magna fuit charitate ſociatus, quem tunc rerum dominus (*Valentinianus*) propter ſapientiam ſuî & glorioſos in republica labores in omni conſilii parte ſequebatur. Ad Attilam igitur armorum potentem cum ſupradicti filio Carpilione legationis eſt officio non irritè deſtinatus. *Hæc Caſſiodori, ſeu, ſi mavis, Theodorici verba ſunt, à Garetio editi: ſed pro* Carpilione *legendum eſſe* Opilione, *Cavacius cenſet, ea ſolùm de cauſa, quòd Carpilionis apud ſcriptores nulla ſit mentio, multa autem Opilionis.*

*aliàs diligere

46 *At Opilionem, anni* 453 *conſulem*, S. Juſtinæ *templum condidiſſe, perhibet, quòd omnia, quæ de Opilione monumentum num.* 42 *allatum habet, Opilioni anno* 453 *conſuli apprimè congruant.* Opilionem, *inquit*, ſpectatum virum & multis magiſtratibus antea perfunctum, docent tituli, qui eidem in ſuperiori lapide inſcribuntur. Viri clariſſimi titulus his, qui conſulatum adepti ſunt, frequens legitur apud chronologos. Eundem Opilioni tribuit S. Leo Magnus in Epiſtolis, quas dedit ſub ipſius conſulatu. Notantur etiam Acta concilii Andegavenſis conſulatu Opilionis. V. C. Illuſtrem eundem habeo ex duobus Reſcriptis auguſtorum (*Theodoſii Nov.* 35 *& Valentiniani Nov.* 14) quibus illuſtrem ipſius dignitatem appellant, dum eſſet magiſter officiorum. Licèt autem quærenti, quo tempore prætorii præfecturam (*nam & hanc dignitatem lapis exprimit*) geſſerit, nihil obvenerit, quod animum expleat, tamen dum conſulem lego, præfecturam etiam prætorii, atque digniora, ſi qua deferebantur, officia eidem argumentor. Patritia dignitas, quam Zeno auguſtus prælatam voluit ceteris dignitatibus, his accedebat, qui conſulatu functi eſſent vel prætoriam, Illiricam, ſeu Urbanam præfecturam adminiſtrâſſent. Itaque dum lapis Opilionem patritium demonſtrat, eumdem præfectum prætorio credas. *Et verò, ut pluribus verbis Cavacius explicat, ampliſſima Opilioni munera ob paterna in Romanum imperium merita debebantur. His denique accedunt veteres archivi* S. Juſtinæ *monaſterii tabulæ, anno* XV *Valentiniani datæ, quibus Opilio* SS. Juſtinæ *& Proſdocimi eccleſiæ aliquot, in Bononienſi maximè territorio ſita, latifundia legat.*

ex dicta inſcriptione & charta monaſterii S. Juſtinæ:

B

C

47 *Speciem quidem veriſimilitudinis habet Cavaciana opinio, ſed certi nihil, cui acquieſcas. Apud Caſſiodorum pro* Carpilione *legendum eſſe* Opilione, *jam ante Cavacium Onuphrius Panvinius his verbis indicârat in Commentario ad lib.* 3 *Faſtorum:* Opilionem verò & Aëtium Juniorem, Aëtii ter conſulis filios, ex Caſſiodoro Occidentales conſules digeſſi. *Caſſiodorus quidem in Chronico Opilionem conſulem memorat; at cujus hic filius fuerit, nec hîc nec alibi edicit: ſuâ igitur Panvinius auctoritate Aetii, Attilæ in campis Catalaunicis victoris, filium fuiſſe, decreverit. Fallitur Panvinius Aëtium, anni* 454 *conſulem, Aëtii, Attilæ adverſarii & à Valentiniano eodem anno occiſi, filium faciens: fuit enim Aëtius anni* 454 *conſul, non Occidentalis, ſed Orientalis, idemque, qui in Chronico Alexandrino ad conſulatum Monaxii & Phlintæ anno* 419 *urbis Conſtantinopolitanæ præfectus fuiſſe legitur, præfectus prætorii ſub Theodoſio Juniore in lege cod. Theodoſiani* de imaginibus imperialibus; *& concilio Chalcedonenſi anno* 451 *unà cùm Marciano Auguſto interfuiſſe apud Labbeum tom.* 4 *Conciliorum col.* 575; *uti obſervat in Criticis Pagius: ut adeò falli facilè potuerit etiam, dum Opilionem anni* 453 *in Occidente conſulem, Aëtii utriuſque militiæ magiſtri, Attilæque victoris, filium dixit.*

at in Caſſiodorum

AUCTORE J. B.

48 *Quod verò Cavacius ait, non fieri apud ſcriptores Carpilionis mentionem, contrà Opilionis multam; etſi verum ſit hoc, illud tamen liberaliùs, quàm veriùs ait: Carpilionis enim, Aëtii, ſi non filii, certè ſoceri, meminit Gregorius Turonenſis lib.* 2 *Hiſtoriæ Francorum num. ſeu cap.* 8 *ex Renato Frigerido: utriuſque auctoris verba accipe:* Igitur his ita digeſtis (*Gregorium audis*) ac per ordinem expletis, quid de Aëtio ſuprà memorato (*Attilæ expugnatore*) Renati Frigeridi narrat Hiſtoria, tacere nefas putavi. Nam cùm in duodecimo Hiſtoriarum libro referat, poſt divi Honorii exceſſum, Valentinianum puerulum, uno tantùm luſtro peracto, à conſobrino Theodoſio imperatorem fuiſſe creatum, & apud urbem Romam tyrannum Johannem in imperium ſurrexiſſe, legatoſque ejus à cæſare dicat fuiſſe deſpectos, adjecit (*nimirum Renatus Frigeridus*) Dum hæc ita gererentur, legati ad tyrannum reverſi ſunt, mandata atrociora portantes: quibus permotus Johannes Aëtium, id temporis curam palatii gerentem, cum ingenti auri pondere ad Chunos (*ſive Hunnos*) transmittit, notos ſibi obſidiatûs tempore & familiari amicitia devinctos, cum mandatis hujuſmodi: cùm primùm partes adverſæ Italiam ingreſſæ forent, ipſi à tergo adorirentur, ſe à fronte venturum.

mendum irrepſiſſe

E

49 Et quia de hoc viro (*ita Frigeridus pergit*) conſequenter plura memoranda ſunt, ejus genus moreſque ordiri placet. Gaudentius pater, Scythiæ provinciæ primoris loci, à domeſticatu exorſus militiam, uſque ad magiſterii equitum culmen provectus eſt. Mater Itala (*aliàs Itela*) nobilis ac locuples femina. Aëtius filius (*non Aëtii, cujus hîc genus & mores Frigeridus deſcribit, ſed Gaudentii, contrà ac Pagius ſcribit*) à puero prætorianus, tribus annis Alarici obſes, dehinc Chunorum: poſt hæc Carpilionis gener ex comite domeſticorum, & Johannis curam palatii gerere cœpit. Medii corporis, virilis habitudinis decenter formatus, quo neque infirmitudini eſſet, neque oneri, animo alacer, membris vegetus, eques promtiſſimus, ſagittarum jactu peritus, conto impiger, bellis aptiſſimus, pacis artibus celebris, nullius avaritiæ, minimæ cupiditatis, bonis animi præditus, nec impulſoribus quidem pravis ab inſtituto ſuo devians, injuriarum patientiſſimus, laboris adpetens, impavidus periculorum, famis ſitiſque tolerantiſſimus. Cui ab ineunte ætate prædictum liquet, quantæ potentiæ fatis deſtinaretur, temporibus ſuis locisque celebrandus.

non videtur;

F

50 Hæc ſupradictus hiſtoriographus (*inquit iterum Gregorius Turonenſis*) de Aëtio narrat. Adultus autem Valentinianus imperator, metuens, ne ſe per tyrannidem Aëtius opprimeret, eum, nullis cauſis exſtantibus, interemit. *Libuit hæc ex prædictis auctoribus fuſè huc tranſeri-*

quo pro Opilione poſitum ſit Carpilionis

AUCTORE J. B.

scribere, tum ut Pagius, tum ut Cavacius refellatur: Pagius quidem, dum ad annum 454 *num.* 2 *verba illa Frigeridi* Aëtius filius, *velut de Aëtii, à Valentiniano occisi, filio dicta interpretatur, quæ de ipso Aëtio intelligenda esse, mecum opinabitur, quisquis laudatorum mox scriptorum verba perpenderit. De Carpilione verò, Aëtii secundum Cassiodorum filio, si vera Gregorius Turonensis, laudatusque ab eo Frigeridus scribunt, statuet, eum ex Carpilionis, de quo Gregorius, filia Itala, seu Itela fortè, Aëtio, à Valentiniano occiso, nupta natum, & Carpilionem ex avi materni nomine dictum fuisse. Utut sese res habeat, equidem liquet, jam inde saltem à Gregorii Turonensis tempore Carpilionis, Aëtii seu filii seu soceri, mentionem factam fuisse apud scriptores, atque adeò falli Cavacium, dum illum antiquis scriptoribus omnino ignotum pronunciat; vehemensque hinc oritur suspicio, nihil in Cassiodoro, Carpilionem memorante, mendi latere. Imò Carpilionis, Aëtii filii, diserta mentio fit in Excerptis ex Historia Gothica Prisci Rhetoris, qui sub Theodosio Juniore vixit, in*

B *Historiæ Byzantinæ scriptores, anno* 1648 *Parisiis impressos, pag.* 53 *his verbis:* Hi ubi percurrerunt, qui desiderabantur, Attilas Bigilam unà cum Esla sine mora proficisci jussit, Romanis denunciatum, ut omnes transfugas Scythicæ nationis, quotquot in eorum potestate essent, redderent, à tempore Carpilionis filii Aëtii, Romanorum Occidentalium ducis, qui obses apud eum fuerat.

51 *Ceterùm nescio, quid sibi suprà laudatus Pagius velit, dum hisce Cassiodori in Chronico ad consulatum Herculani & Sporatii verbis:* His Coss. Attila, redintegratis viribus, Aquileiam magna vi dimicans introivit, cum quo à Valentiniano imperatore Papa Leo directus pacem fecit, *post particulas* cum quo *de suo inserit:* scilicet Carpilione. *Cassiodori enim verba nihil aliud innuunt, quàm S. Leonem Attilæ auctorem fuisse, ut, relicta Italia, ad sua rediret: quòd si Leonis ad Attilam euntis comites quærantur, dederat illos Pagius ipse ad annum* 452 *num.* 5 *ex Prosperi Chronico, Abienum scilicet, virum consularem, & Trigetium virum præfectorium: ut mirum sit, eumdem Pagium ad annum* 454

C *num.* 2 *Leoni comites tribuisse Cassiodori patrem, & Carpilionem, Aëtii filium. At inquies cum Pagio Ex laudata Cassiodori Epistola liquet, Cassiodori patrem & Carpilionem Aëtii filium ad Attilam, cùm is Romæ immineret, legatione functos pacis nuntium retulisse. Sic habet: Cassiodori pater & Carpilio pacem, seu veram seu simulatam, Attilæ extorserunt; at id factum, cùm, captâ Aquileiâ, Romæ imminebat, nec legitur in citatâ apud Cassiodorum epistola, nec Pagius probat: fieri verò id potuisse, cùm sub annum* 450 *Gallias invaderet, Tillemontius censet tom.* 6 *Historiæ imperatorum pag.* 147. *Sed ad Opilionem, templi* S. Justinæ *conditorem, redeamus, ne à proposito longiùs aberremus.*

hunc Pagius non sat fundatè unà cum Papa Leone Attilam adiisse, ait:

charta verò,

52 *Haud parùm ponderis sententiæ Cavacianæ accederet, si, Valentiniano III imperatore, Opilio, qui anno* 453 *in Occidente consulatum gessit,* S. Justinæ *templo seu potiùs monasterio latifundia aliquot in territorio Bononiensi sita legârit, quod modò discutiendum. Contigisse id, vult Cavacius anno Valentiniani* XV, *qui fuit æræ Christianæ* 439; *unde* S. Justinæ *templum paulò antè conditum fuisse, meritò fortasse contenderet, si donatio illa legitimis posset testimoniis mentisque evinci: at quæ eam in rem monumenta Cavacius adducit, falsi suspicione non vacant. Exstare, ait, in archivio* S. Justinæ *monasterii veteres ea de re tabulas, ex autographo desumptas, in quibus inter latifundia cetera memorantur sequentia:* Catinum, Litibanum, Vindemiolum, Casale Paulinum, & prope vicum Quingetula Columbianum, Granariolum & alia, *sed jam olim ab aliis possessa, & antiquatis nominibus incomperta. Cur Opilionis tabulas non protulit Cavacius, quo de illarum fide ferri judicium posset? Quod si præstitisset, illum hic Justus Fontaninus, Ancyranus præsul, in præfatione Commentarii de S. Columba num.* 3 *exiguæ sinceritatis non accusâsset. Verùm, quod ipse non præstitit, post Angelum Calogierà, monachum Camaldulensem, qui illas anno* 1730 *typis vulgavit, præstitit Muratorius tom.* 3. *Antiquitatum Italicarum medii ævi col.* 35 *&* binis *sequentibus, hanc chartæ illius notitiam præmittens:* Heic autem agitur, *inquit*, de pergamena, perantiquis sanè characteribus, ùt videtur, ante multa sæcula signata, nihil tamen autographi præferente.

D

F

53 *Integrâm Opilionis chartam Muratorius exhibet: sed illam partim tantùm huc transcribere sufficiet, ut quivis ex malè cohærentibus notis chronicis & stilo barbaro, qui per omnem illam chartam diffunditur, Opilioni, Romano patricio, & anni* 453 *consuli, perperam à Cavacio adscribi, facilè intelligat. Accipe igitur Priores aliquot ejus lineas, è quibus de reliqua ejus serie judicium feras.* In nomine Domini nostri Jesu Christi. Imperante piissimo Augusto Constantino, à Deo coronato, pacifico, magno imperatore, anno quinto decimo, sub die mensis Junii, Indictione prima. Domino sancto & merito ac ter beatissimo, seu & venerabili monasterio sanctæ Justinæ, virginis & martyris, ubi corpus sanctæ Justinæ, & Sanctorum Profdocimi, & multa corpora aliorum Sanctorum requiescunt, constructo foris urbe Patavienſi, ubi multas res à bonis hominibus delegata sunt. Ego quidem in Dei Omnipotentis nomine Opilio patricius Romanorum dono in predicto monasterio pro oblatione & illuminatione, seu pro eterna remuneratione anime mee & de quondam parentorum meorum presens presentis salutis magni donacionem sanctarum Scripturarum nostracio promovet, ea semper considerare atque disponere, quæ pro animabus ac meritis regni celestis retributione merear promereri. Credimus nos sine Evangelica leccio promoveri subsequentibus lecionibus, & hoc seculo centuplum & in futuro vite eterne esse participes &c. *E latifundiis verò, in territorio Bononiensi sitis, & suprà à Cavacio nominatim enumeratis, paulò pòst subduntur hæc:* Casale, Vindemiolum, vicus Fraxinetus, Quingetula, Columbianum, Granariolum, *ut de hac charta Cavacius procul dubio agere videatur.*

F

quam Cavacius laudat,

54 *Charta hæc neque legitima videtur, nec, ut talis esset, Cavacio quidquam prodesset: anno enim Christi* 439 *nullus exstitit imperator Constantinus, atque adeò illius nomine notari non potuit. Constantino quidem Valentinianum Cavacius subrogat, sed servato anno imperii ejus decimo quinto; quo non prima, ut charta habet, sed septima currebat Indictio. Præterea Opilio parentes suos jam tunc defunctos, cùm donationem suam fecit, verbis illis,* quondam parentorum meorum *indicare videtur: at Actius, Opilionis*

nec illi prodesse, nec pro legitima

Sa-

AUCTORE J. B.

§ IV. Urſati & Fontanini de Opilione, S. Juſtinæ templi conditore, opinio refellitur.

Urſati de Opilione.

GEminum Sertorius Urſatus *de rebus Patavinis Opus ſcripſit; alterum anno* 1652 *typis vulgatum, quod monumenta Patavina Latino; alterum anno* 1678, *quod rerum Patavinarum hiſtoriam Italico ſermone complectitur: utroque quidem de Opilione, templi* S. Juſtinæ *conditore, differit, ſed in diverſas ſententias abit. Opere priori pag.* 13 *Cavacio ſubſcribens,* S. Juſtinæ *templum Opilionis, anni* 453 *conſulis, pietati munificentiæque adſcribit, & Opilionem Aëtii, inclyti ducis, filium facit, Caſſiodorum eodem, quo Cavacius, modo interpretatus.* Aëtium, *inquit,* V. C. patrem habuit, eodem teſte (*puta Caſſiodoro*) dummodo, ut cautè obſervat accuratiſſimus Cavacius, pro Carpilione, quod mendoſum, reponas Opilione. *Tum, memoratis partim Caſſiodori verbis num.* 45 *tranſcriptis, ad hunc modum pergit:* Ubi minimè mirum, ſi pro OPILIONE imperiti illorum temporum librarii CARPILIONE ſcripſerint, vocum affinitate decepti. De Carpilione autem nec hiſtoriæ, nec illorum temporum faſti quidquam prodidêre, at de Opilione plurima. Conſulem enim eum cum Vincomalo fuiſſe anno Chriſti CDLII, (*imò* CDLIII, *ut alibi ipſe Urſatus ſcribit*) & Marcellinus comes, & Caſſiodorus & Panvinius unanimes teſtantur: imò Caſſiodori verba ſunt: „Opilio & Vincomalus. His conſulibus, Attila in „ſedibus ſuis moritur.„ Quæ textum Epiſtolæ (*Caſſiodori, in qua legitur,* Carpilio) hactenus corruptum ſatis indicant.

templi S. Juſtinæ conditore,

57 *Fateor: Opilionem, non Carpilionem, conſulem cum Vincomalo Caſſiodorus dixit in Chronico: ſed hunc Occidentalem fuiſſe, aut Aëtii filium, quibus tandem verbis Caſſiodorus indicavit? Verbis, inquies, num.* 45 *datis, ſi ſinceræ lectioni reddantur: ſed lateatne in illis mendum hîc maximè quæritur. Contrà, quæ de Frigeridо & Gregorio Turonenſi & Priſco Rhetore diſputata ſunt ſuprà, contrarium ſuadent. Urgebit Urſatus iterum: Quem Caſſiodorus lib.* 1 *variarum Epiſtolarum, epiſt.* 4 Carpilionem *dixit, eumdem lib.* 5 *Epiſt.* 41 *diſerte* Opilionem *vocavit, ſic ſcribens:* Opilio fuit vir quidem abjectis temporibus, ad excubias tamen palatinas electus. Qui multò ampliùs creſcere potuit, niſi fides ſub avidiſſima remunerationis ſterilitate jacuiſſet. *Laudo Urſati in pervolvendo Caſſiodoro diligentiam: ſed affirmanti vel certè ſibi ſumenti, utroque loco de eadem perſona ſermonem eſſe, aſſentiri non poſſum. Significat eâ Epiſtolâ ſenatui Romano Theodoricus, Gothorum rex, ſe Cyprianum quemdam ad ſacrarum largitionum comitivam evexiſſe; Cyprianum tum à privatis meritis, tum à generis ſplendore commendat: hunc autem à ſolo Cypriani patre Opilione his verbis repetit:* Gloriatur etiam non extrema luce natalium. Nam pater huic, ſicut meminiſtis, Opilio fuit, vir quidem abjectis temporibus *&c. Ex quibus intelligas, Opilionem, de quo*

videtur haberi poſſe.

A *ſecundum Cavacium pater, non niſi anno* 454 *è vivis ſublatus fuit. Porrò neque legitima videtur: ægrè enim Conſtantinum imperatorem reperias, cujus imperii annus decimus quintus unà cum Indictione prima currebat. Juſtus Fontaninus ſuprà laudatus num.* 4 *datam ait anno* 733 *ſub Conſtantino Copronymo: ſed annus hujus* XV, *ducto initio à* XXXI *Martii anni* 720, *quo imperator à patre ſuo, Leone Iſaurico, coronatus eſt, incepit à die* XXXI *Martii anni* 734: *eſto, anno* 733 *Indictio prima cucurrerit. Dein, quî fit, ut in charta ſolus notetur Conſtantinus filius; non Leo etiam, illius pater, qui nondum è vivis exceſſerat? Quî fit, ut, ſi Patavii, quò ſe Opilionem recepiſſe, Fontaninus conjicit, ſcripta ſit, non ſub Liutprando Langobardorum rege, qui tunc Patavium ſua in poteſtate habebat, ſed ſub Conſtantino, in Oriente imperante, data dicatur? Chartam aliàm in rem ſuam Fontaninus laudat à Paulo I datam, & ab Hieronymo Roſſi ſub principium lib.* V *Hiſtoriæ Ravennatis relatam; ſed hactenus mihi videre illam non licuit. Plura de Opilionis charta vide apud Muratorium, qui demum de illa ſic pro-*

B *nuntiat:* Hiſce adde, ſcatere nimiis erroribus chartam, & carere loco, ubi ſcripta fuerit, aliaque ibi occurrere vitia, quæ in unum quidem apographi ſcriptorem rejicere poſſis, ſed non deſinant dubitationem injicere vetuſti cujuſpiam figmenti; ac præcipuè quum non apographum, ſed primitivam chartam appellandam illam, contendere alii poſſint.

55 *Bacchinius, ut Muratorius refert, charvidetur haberi poſſe.* *tam prædictam cum anno Chriſti* 733 *componere conatus, tot difficultatibus ſe vidit implicitum, ut in aliam deſcenderit conjecturam, nimirum illam anno Chriſti* 793 *ſub Conſtantino, Leonis Chazari & Irenes filio, fuiſſe exaratam. Fluebat tum quidem Indictio prima; ſed annus Conſtantini, ex quo imperator à patre creatus eſt, quod anno* 776 *contigit, decimus octavus; ab obitu verò patris, anno* 780 *die* VIII *Septembris defuncti, annus decimus tertius dumtaxat, nimirum menſe Junio, quo charta illa data fuiſſe notatur. Sed & illud incommodi hæc patitur conjecturâ, quòd ſub Conſtantino, Occidentali imperatore, confecta dicatur; cùm eo anno Italia non penes Conſtantinum, ſed penes Carolum Magnum fuerit, qui Italiæ Pipinum filium præfecerat; de quo Annales Francorum apud Cheſnium tom.* 2 *ſcriptorum Galliæ pag.* 22 *ad annum* 781 *hæc habent:* Perrexit Carlus rex Romam, & baptizatus eſt ibi filius ejus, qui vocabatur ei Carlomannus, quem Adrianus Papa, mutato nomine, vocavit Pippinum & unxit in regem ſuper Italiam. *Mortuus eſt Pipinus Italiæ rex anno* 810, *Carolus Magnus anno* 814: *atque adeò, ſi anno* 793 *exarata fuiſſet prædicta charta, annum Caroli Magni, vel Pipini ſaltem in Italia regnantis, non Conſtantini, nomen veroſimiliter prætuliſſet.*

C



E

F

AUCTORE J. B.

Cassiodorus, jam tum, cum ista Theodoricus scripsit, in vivis non fuisse superstitem, nec ad altiorem honoris gradum, quem paulò infrà mediocrem *Theodoricus appellat, etsi majore splendore dignus esset, quàm ad palatii excubias temporis infelicitate fuisse evectum. Dicine id de Opilione poterat, præfecturam prætorii, ut vult Ursatus, patriciatum Romanum, ac denique consulatum consecuto?*

opinio refellitur,

58 *Videamus modò, quid Ursatus in Patavina Historia, Italico sermone conscripta, in hanc rem afferat. Pag.* 136 S. Justinæ *templum conditum, perfectumque scribit circa annum* 524 *ab Opilione quidem, sed alio ab illo, qui anno* 453 *consulatum gessit: nec enim verosimile censet, hunc ad annum usque* 524 *vitam protraxisse, ac tanto senio gravem ecclesiis condendis aptum intentumque fuisse. Sanè anno* 524 *Consulum Fastis adscriptus legitur Opilio quidam, idem fortassis, de quo Athalaricus, Gothorum rex lib.* 8 *apud Cassiodorum Epp.* 16 *&* 17. *Consulem in Occidente illum fuisse, ex eo liquet, quòd illum Theodatus Gotthorum in Italia rex post Amalasuntam carceri perfidè inclusam ad Justinianum imperatorem legationis munere fungi jusserit: nec enim aptiùs cuiquam applices Procopii verba lib.* 1 *de Bello Gotthico cap.* 4 *ita scribentis:* Clausam hîc (*in lacu Vulsino*) Amalasuntham Theodatus servari jussit, ac veritus, quod accidit, ne eo facto imperatorem offenderet, Liberium & Opilionem, senatores Romanos, aliosque nonnullos misit, omni ope deprecari jussos illius odium, affirmando, nihil mali Amalasunthæ irrogâsse Theodatum, quamvis ab ea priùs acceptum pessimè. *Sed hunc* S. Justinæ *templum Patavii excitâsse, mera Ursati conjectura est: mirum porrò est, eumdem scriptorem Opilionem anni* 524 *consulem pro Aëtii sub annum* 453 *à Valentiniano occisi filio habuisse: si enim Ursato verosimile non est visum, Opilionem anni* 453 *consulem ad annum usque* 524 *vitam protraxisse; cur non item vero parùm simile credidit, Opilionem Aëtii, ut ait, filium, annis circitèr* 70 *à morte patris consulari demum dignitati fuisse admotum?*

B

59 *Ut à Cavacio Ursatus in Historia Patavina, ita ab utroque Justus Fontaninus in Præfatione Commentarii in Vitam S. Columbæ pag.* 19 *& seqq. de tempore, quo data est charta superiùs laudata, atque ejus auctore dissentit. De tempore, quo data fuit charta ex Fontanini sententia jam actum est suprà. Si verò illum interroges, quis fuerit Opilio in ea memoratus; fuit, & quidem procul dubio fuit Opilio (non is quidem, cujus Agnellus meminit apud Bacchinium in Vita S. Joannis Angelopti; hic enim seculo* VIII *seu anno* 733 *antiquior) sed alius quispiam è Ravennatum exarchorum numero tempore Constantini Copronymi, qui principum suorum iconomachorum jussa contemnens, ac salutis suæ satagens, Patavium secessit, ibique post dictam donationem* S. Justinæ *ecclesiam seu partim seu integrè instauravit, suique post mortem corporis esse voluit conservatricem. Quid ita? Ut paucis dicam, eò recidit illius ratiocinium: Chartæ ista subscriptio est:* Ego Opilio gloriosus imperialis patricius Romanorum: *fuit igitur illius auctor patricius Romanorum. Atqui* patricius Romanorum *titulus fuit Ravennatum exarchorum proprius: fuit igitur Opilio, chartæ auctor, exarchus Ravennas. Si verò Fontaninum præterea pertenderis, quem locum inter exarchos Ravennates Opilio tenuerit, respondet, locum medium illi deberi inter Paulum, anno* 726 *interemptum, & Eutychium, qui fuit ultimus exarchorum.*

C

uti & Justi Fontanini, qui Opilionem

D

Ravennatem sub annum 733 *exarchum fuisse,*

60 *Non aliunde notus Fontanino est iste Opilio, patricius Romanorum, quem certò Ravennatem exarchum fuisse ait, quàm ex charta Opilionis suprà laudata, & insuper alia, de qua paulò infrà. At Opilio in illa exarchum se non nominat; nec, ut ita se nominaret, id certum foret: non uno enim ex capite, ut suprà dixi, fides chartæ in suspicionem vocari meritò potest. Aliunde igitur Fontanino, exstitisse anno* 733 *Ravennæ exarchum, Opilionem nomine, Pauli successorem, Eutychii verò decessorem, priusquam dicto suo fidem certam à lectore exigeret, evictum dare incumbebat; quod, ut opinor, procul dubio, modò potuisset, præstare studuisset. Ut quid igitur Ravennatem exarchum omnibus incognitum hactenus obtrudit? Immò verò jam ante annum* 733 *Ravennatibus exarchum fuisse Eutychium, tum aliunde, tum ex inscriptione, quam adfert Rubeus lib.* 4 *Historiæ Ravennatis, liquet: hæc ita habet:* Guvernante Italiam Domno Eutychio excell. patritio & exarcho III Kal. Feb. Ind. XIV; *quâ* E *mense Februario currebat annus Christi* 731. *Neque Opilioni anno* 733 *Patricium Romanum, si hic titulus Ravennatibus exarchis proprius fuisset, se scribere licuisset, exarchatu fungente Eutychio. Quamquam nec verum videatur, eo titulo decoratos fuisse Ravennates exarchos. Huno enim Eutychio non tribuit inscriptio mox relata, non Anastasius in Vitis Pontificum, qui de Ravennatibus Exarchis agens, de Romano in Gregorio; de Eleutherio in Deusdedit; de Isacio in Severino; de Theodoro in Theodoro; de Olympio in Martino; de Joanne in Conone & Sergio, de Theophylacto in Joanne VI; de Joanne Risocopo & Scholastico in Constantino; de Paulo & Eutychio in Gregorio II; item de Eutychio in Gregorio III & Zacharia;* patricios *illos quidem, sed sine hoc addito:* Romanorum, *appellat; licet hunc titulum integrè disertéque plùs vice simplici repetat, ubi de Carolo Magno.*

frustrà contendit,

61 *Non Paulus diaconus tom.* 1 *Scriptorum rerum Italicarum, licèt lib.* 2 *cap.* 29 *& seq. Longini; lib.* 3 *capp.* 18 *&* 26, *& lib.* 4 *capp.* 26, 29 *&* 33 *Smaragdi; lib.* 3 *cap.* 26 *& lib.* 4 *capp.* 8 *&* 13 *Romani; lib.* 4 *capp.* 13 *&* 26 *Gallinici; lib.* 4 *cap.* 35 *Eleutherii; lib.* 6 *cap.* 34 *Scholastici, & Pauli denique cap.* 49 *ejusdem libri, qui omnes Ravennates exarchi fuerunt, meminerit. Scio, Paulo lib.* 4 *cap.* 40 *Gregorium quemdam* Patricium Romanorum *fuisse dictum, sed is non Ravennas exarchus fuit, sed Opitergino præsidio Græci imperatoris nomine præerat. Vivebant enim adhuc, cùm Gregorius iste Opitergii versabatur, ut ex Paulo capp.* 42 *&* 43 *liquet, Agilulfus Langobardorum rex, & Heraclius imperator ex Pauli cap.* 51, *cujus tempore Eleutherius Ravennatem exarchatum tenebat, ut ex Anastasio in Deusdedit patet. Gregorius quidem aliquis, ex Privilegio Constantis imperatoris apud Bacchinium parte* 2 *pag.* 285, *Ravennas fuit exarchus, sed multò seriùs sub annum* 666 *& sub Constante, quem cum priore Gregorio, qui sub annum* 615 *Opitergii morabatur, præsul Ancyranus post Hadrianum Valesium malè confudit, ut Berettus docet in Tabula chronographica Italiæ medii ævi num.* 80, *quem consule tom.* 10 *scriptorum rerum Italicarum col.* 159.

nes id evincit

62 *Altera chartæ, ex qua notum habuit Fon-*

ta-

A *taninus Opilionem, Romanorum Patricium (non tamen propterea, ut jam diximus, Ravennatem exarchum) eſt Gregorii IV Pontificis anno* 828 *data, & apud Muratorium tom.* 3. *Antiquitatum Italiæ col.* 39 *& binis ſeqq. integrè excuſa. Characteres illius, teſte Muratorio, iis, quibus exarata eſt charta Opilionis, de qua ſuprà, ſunt admodum ſimiles: duplex illius exemplar exſtare ait in tabulario monaſterii* S. Juſtinæ, *alterum prolixius, alterum contractius; quod utrumque unico intuitu cognoſcendum exhibuit, prolixius quidem totum tranſcribendo; contractius verò, uncinis includendo quidquid in contractiori deſideratur, & reperitur in prolixiori. Inſcripta eſt Miloni, monaſterii* S. Juſtinæ *abbati,* Romæ *data* XII Kalendas Julias, anno ejuſdem Sedis primo, & Domno Lothario ſecundo, Indictione octava. *In ea de Opilione ſic loquens inducitur Pontifex:* Quia juſtè & racionabiliter veſtra humilitas (*Milonem alloquitur*) noſtro Apoſtolatui humiliter poſtulâſtis, quatinus pro Dei amore, animeque noſtro remedio, per preſentis noſtri privilegii auctoritatem, quàmque per auctoritatem Domni
B Lotharii imperatoris auguſti, ſpiritualis in Chriſto dilectiſſimi filii noſtri, concederemus & confirmaremus ſcilicet omnes res & proprietates prædicti monaſterii, cujus eccleſiam Opilius, PATRICIUS ROMANORUM fundavit, ibique ejus corpuſculum in pace requieſcit in atrio ejuſdem eccleſiæ ſupra duas columpnas, qui etiam multa tribuit dona in eodem monaſterio. Ideoque per præſentem privilegium confirmamus &c.

Gregorii IV charta.

63 *Chartam hanc Gregorii IV, uti & præcedentem, critico ariete concuſſit idem Muratorius, vir in multo litterarum genere apprimè verſatus: ipſum loquentem audi:* Quod heic me excruciat, *inquit poſt alia pauca,* cogor apertè dicere, tot vitia convenire in hujus Bullæ textum, ut illam nemo, uti legitimam mercem, ſit facilè ſuſcepturus. Nam præter diſſonantiam inter duo illa unius Bullæ exempla deprehenſam, præter affectatam mentionem ſepulcri, in quo depoſitus dicitur Opilius, ſive Opilio, PATRICIUS ROMANORUM; & præter alia, quæ perſequi non eſt animus: inter chronologicas notas intoleranda pugna conſurgit, quam tollere ne acutiſſimus quidem poſſit. Anno DCCCXXVIII menſe Junio decurrebat annus primus Gregorii
C IV Papæ. In eum annum minimè cadit Indictio octava, ſed quidem ſexta. Et rurſus ſcripta hæc dicuntur ANNO DOMNO LOTHARIO, pro DOMNI LOTHARII, SECUNDO, quæ vitioſa formula (*adde & multa alia in decurſu chartæ contenta*) Apoſtolicæ Sedis cancellariam non bene olet, quum ibi Latinæ linguæ atque Grammaticæ honor aliquis ſemper habitus fuerit. Præterea extra omnem controverſiam eſt, Lotharium I coronam ac nomen imperialis dignitatis Romæ accepiſſe anno DCCCXXIII. Ergò annus ſecundus ejus imperii in annum I Gregorii IV, ſive in annum Chriſti DCCCXXVIII nequaquam convenit. Adde, nullam mentionem fieri Ludovici Pii auguſti imperantis cum filio. In aliis chartis ejus nomen præterire minimè mos fuit. Fortaſſis etiam abhorret ab eorum temporum conſuetudine multa DUORUM MILLIUM MANCUSORUM AURI OPTIMI, cujus medietas perſolvenda erat NOSTRO SACRO PALATIO, quum de monaſterio ageretur extra fines Pontificiæ ditionis poſito, & poſſidente tot alios fundos, minimè in Bononienſi agro comprehenſos. Hæc & alia, quæ abire inſalutata volo, apud me hujus etiam Bullæ fidem ſaltem dubiam faciunt. AUCTORE J. B.

64 *Dein quis fuit Milo* S. Juſtinæ *abbas, ad quem chartam illam anno* 828 *Gregorius dederit? Cùm ante Roſium, qui ſub annum* 849 *Patavinum epiſcopatum tenuit, ne monaſterium quidem* S. Juſtinæ *exſtitiſſe videatur, ut infrà dicetur, primuſque illius abbas ſub eodem Roſio fuerit Chriſtianus, quo certè antiquiorem Cavacius, loci hiſtoriographus, non invenit. Verùm non eò hæc de Opilione dicta ſunt, ut ſanctæ Martyris templum ab illo aliquando conditum reparatumve fuiſſe, eamus inficias: ſed ut tempus, quo id contigit, planè incertum eſſe; patriciatum verò illius ac conſulatum dignitates eſſe appareat veroſimillimè fictitias, quas illi, quò monaſterii, ut factum ſæpius eſt, origo redderetur illuſtrior, neſcio, quis fabulator affinxerit. Nihil dico de iis, qui Opilionem familiâ Picaurum aut Picacapram fuiſſe volunt, quos Urſatus in Hiſtoria Patavina pag.* 137 *refellit ex eo, quòd ea familiæ è Tranſalgardis originem ducant ex Patavinorum genealogorum teſtimonio: Tranſalgardi autem ſub Carolo Magno primùm Patavii ſedem fixerint.* *quam citò.*

§ V Quo tempore conditum fuerit S. Juſtinæ monaſterium. Templum novum eidem dicatum.

S. Juſtinæ templo

IN *obſcuro pariter eſt, quo primùm tempore* S. Juſtinæ *templo monaſterium adjectum fuerit: auctor Vitæ S. Proſdocimi, & ex eo veroſimiliter Scardeonius Claſſe* 13, *ubi de Opilione, jam inde à S. Proſdocimi ætate id factum, ac à ſacris virginibus inhabitatum ſcribunt: verùm tanta illius monaſterii antiquitas fundamento caret, rejicituque à Cavacio, qui ſe monaſterii illius originem ignorare fatetur.* Nos, *inquit*, quamvis antiquitatem exoptemus, ex qua noſtris rebus plus dignitatis
F accedat, tamen potiùs opinamur, monachos non niſi poſt Patavium reſtitutum, imperante Carolo Magno, templum D. Juſtinæ obtinuiſſe. *Et paulò infrà:* Itaque maximæ vetuſtati tribuatur, quòd monaſterii principia etiam litterarum memorias excedant: *ita ille; nihil tamen, unde Caroli Magni ætate* S. Juſtinæ *monaſterium conditum fuiſſe conjicias, ſpeciatim in medium proferens. Si legitimæ eſſent chartæ Opilionis & Gregorii IV nomine venditatæ, in quibus* monaſterii S. Juſtinæ *mentio fit, jam inde à ſeculo ſaltem octavo id exſtitiſſe, neceſſe eſſet: at, cùm earum fidem ex dictis ſuprà non pauca infringant, nec id affirmare auſim. Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum* 870 *num.* 21 *Roſium, ab anno circitèr* 860 *Patavinum epiſcopum,* S. Juſtinæ *monaſterii conditorem facit ex inſtrumento ipſius Roſii, quod quia Cavacius valdè minutum dedit, adjicit ille:* Optandum eſſet, ut integrum retuliſſet Cavacius. *Mabillonii votis tom.* 4 *Antiquitatum Italiæ col.* 781 *& binis ſeqq. ſatisfecit*

AUCTORE J. B.

Muratorius, ex quo tamen haud certò elicitur, Roſium illud condidiſſe, ac monachis Benedictinis tradidiſſe. En illud.

Roſius epiſcopus Patavinus,

66 In nomine Domini. Imperante Domno noſtro Hlodowico imperatore, Hlotharii filius, poſtquam imperiare cepit, anno viceſimo quincto, VI Nonàs Madii, Indictione ſeptima, feliciter. Offerſionem vel tradicione, que facere viſus ſum ego in Dei nomine Rorſus ſancte Patavine eccleſiæ epiſcopus unà per conſenſu & voluntate avocato meo nomine Hercomario, in eccleſia ſancte & venerabilis Juſtine vel ſenedochium, quo ego ipſe à fundamentis pro remedium anime mee edificare precepi, quæ ſita eſt prope eccleſiam ejus venerabilis virginis Juſtine, in qua ejus ſanctiſſimum corpus humatum requieſcere videtur: ubi vir venerabilis Chriſtiano presbyter & à nobis electum & ordinatum abba preeſſe cernitur. Ideoque ego, qui ſupra, Rorſus nunc Pontifex, conſiderante me Dei omnipotentis miſericordia & remedium anime mee offero atque trado ego Rorſus epiſcopus ſecundùm legem Salicam ad preſenti die omnes
B res meas, quas habere & poſſidere videor in Monte Silicis, ſive in ſinibus Patavenſe vel comitatu Vicentino, offero & trado ad ſupradictum almificum locum, & tibi Chriſtiano abbati, vel ad fratres, qui in ipſo ſenodochium religiosè vivere degunt, ut abeatis exinde alimonia ſive veſtimentum ad uſui veſtro, ut pro me indigno peccatore preces omnipotenti Deo fundere incenſanter dignetis, vel in ipſum venerabile locum deſervire valeatis.

ut ex ejus charta

67 Id eſt, in primis offero, atque trado ego Rorſus humilis epiſcopus curte mea, quæ nuncupatur Maſerada cum capella, quæ in honorem beati Martini confeſſoris ego ipſe à fundamentis edificavi vel conſecravi, cum caſales & omnia, quantum ad ipſam autem pertinere dinoſcitur, & ſimiliter trado & offero curte mea infra civitatem Patavi cum oratorio ſuo, qui in onore beati Petri principis Apoſtolorum dedicata eſt, cum omnia, quæ ad ipſam præfatam curtem vel oratorium pertinere videtur. Nec non & curtem meam in Cervariſes cum oratorio ſuo, quod in onore ſanctæ Crucis eſt conſecratus, quæ ſita eſt in comitatu Vicentino, trado & offero cum omnia adjacentia & pertinentia ſua. Has prenominatas curtes ex integrum, quantum ad manu mea hodie abere vel poſſidere viſus ſum, trado & offero ad preſenti die in jam prenominata eccleſia beate Juſtine virginis, vel in ſenodochium cum omnibus edificiis earum, & cum ſilbis, aplectaneis, ortis, areis, vineis, campis, pratis, ſalectis, paſcuis ac ſtallareis, pomiferis arboribus, paludibus, uſis aquarum, rivis, rubinis, monte, plano, omnia in integrum, cultum & incultum, quantum ad me pertinet, vel pertinere vel poſſidere viſus ſum.

oſtenditur,

68 Et offero atque trado in predicto venerabili loco ſimiliter à die preſenti & hora ſervis & ancillis meis pro anima mea, eorum nomina ſunt: Lupulus & Juſtiolus cum filio ſuo item Juſtolo, Rodulfus, Luvari, Petrus, Vidolus, Adam, Beſſanius cum uxore ſua, nomine Eta, Felicitas cum filia ſua, Gallidolus cum uxore ſua & duos filios ſuos, Riculfus, Regiſilda & filia ejus Rotruda, Willi, Juba, Rotruda, Altemanno cum uxore ſua Gaudencia & filia ſua Anſperga, Liutecarda & filia ejus Helmedruda, Radperga, Willi, Liuba cum filias ſuas Egena & Vindelinda & Liucinda & Giſemperga, Juſtola, Regingunda, Agneola cum filias ſuas Orſolane & Senatere, Unica, Fuſcola, Giſemperga, & quanti nati vel procreati fuerint, poſtquam in poteſtate mea devenerunt. Iſtas ſupraſcriptas res vel mancipiis, quorum nomina vel loca ſuperiùs leguntur, & ubicúmque proprietario nomine à me poſſeſſum vel devolutum eſt, & hodie à manu mea teneo per liberam racionem & vendicionem & emcionem ſive per donacionem nec non & commutationem vel blandimentum ſecundùm legem meam Salica poſſeſſum habeo, offero adque trado ego Rorius epiſcopus ad preſenti in jam prenominatum locum pro remedium anime mee, & exinde nichil mihi reſervavi. D

xenodochium ſeu cœnobium

69 Profeſſus ſum, in tali verò tinore offero & trado ſuprà nominatus res ſeu familias, ut ſi ego Rorius epiſcopus, quod fieri minimè credo, vel aliquis ex ſucceſſoribus meis de predictas res vel mancipiis, eorum nomina & loca ſuprà annotatas eſſe videntur, vel qui de ipſis hominibus nati vel procreati fuerint, retollere de ipſo venerabili loco, aut contrare voluerimus, ſive tibi Chriſtiano abbati vel à ſucceſſoribus tuis, & omnia, ſicut ſuprà legitur, non adſervaverimus ego Rorius epiſcopus vel ſucceſſoribus meis, tune deveniat ipſas res vel familias, quod ſuprà legitur, in poteſtatem regis, qui pro tempore Italia regere videtur. Hæc ideò adfiximus, ut mea, que ſuprà, Rorius epiſcopus offerſio ſive tradictio perhennis temporibus in ipſum almificum locum, quod ſuprà legitur, inviolabilis & inconcuſſa permaneat. Iterum volo atque inſtituo, ut tu Chriſtianus abbas vel ſucceſſores tui ab hac præſenti die, quod eſt ſexto Nonas Madii pro ipſa offerſionem vel tradicionem, quod ego hodie facio per omni die pro me paſcere debeatis pauperes numero tres, dum ego, qui ſuprà Rorſus epiſcopus, advixero, ſive poſt meum deceſſum, & in annuale verò meo per remedium anime mee paſcere debeatis ter ſacerdotes & levitas numero quadraginta. In alio verò die, quod poſt annuale meum evenerit, volo adque inſtituo, ut reficiantur ibi in prædicto loco pauperes numero centum. Et cum ipſis pauperes refecti fuerint uſque ad ſaturitatem, laudem Deo referant, & proficiant ad ſalutem pro anima mea. E F

adjunxit

70 Quòd ſi tu Chriſtianus abba vel ſucceſſores tui de prædicta elemoſina, quod pro anima mea dare inſtituo, aliquid retraere voluerits, una negleſſeritis facere, in omnipotenti Dei judicio reſervo, cui omnia manifeſta ſunt, & nihil ei latet. Sed nolle quod volui, niſi quod à me ſemel factum bono animo eſt, perhennis temporibus inviolabilis permaneat. Et manifeſtus ſum ego Rorſus epiſcopus, qui à pagina & calamo cum pinna de terra levavi, & Ulfari nothario ſcribere ſic rogavi, & teſtibus obtuli roborandam, ut hanc donacio ſive offerſio ſuprà legitur firma & ſtabilis ſine alicui hominum contradictione permaneat. Actum in cenobio ſancte Juſtine, in Dei nomine feliciter. Ego Rorius quamvis indignus epiſcopus in hanc offerſionem ſeu tradicionem à me facta manu mea ſubſcripſi. Ego Ercomarius advocatus conſenſi, manu mea ſubſcripſi. Ego Juſtinus archidiaconus rogatus manu mea ſubſcripſi. Ego Leopertus presbiter & prepoſitus ſancte Marie manu mea ſubſcripſi. Ego Dominicus preſbiter canonicus manu mea ſubſcripſi. Ego Joan-

nes

A nes presbiter manu mea subscripsi. Ego Fradellus presbiter manu mea subscripsi. Ego Justinus presbiter arcarius sancte Marie manu mea subscripsi. Ego Dominicus presbiter &c. ✠ Ulfari notharius rogatus à Domno Rorio venerabili episcopo, hanc cartulam, offersionem vel tradicionem scripsi & subscripsi & post tradita complevi.

71 *Hæc Rosii charta, vi cujus, ut ait Cavacius pag.* 38, *à monachis Benedictinis, etiam sua ætate, pauperibus religiosis hebdomadis singulis, panis & vini portio statuta erat, & ante festum Nativitatis Dominicæ centum pauperibus epulum præbebatur, seculi sui quidem barbariem præfert; ceterùm verò in notis chronicis rectè sibi congruit: Ludovicus enim Lotharii filius, à Leone IV coronatus est imperator anno* 849; *atque adeò annus ejus imperii vigesimus quintus non nisi anno* 874, *quo, ad mensem Majum provecto, currebat Indictio septima, finem accepit. Neque mirum videri debet, mentionem in ea fieri legis Salicæ seu Francicæ, cùm ea sub Francis, deletis Longobardorum regibus, fuerit in Italiam invecta, ipseque Rosius, ut Patavini scriptores perhibent, Francica gente oriundus.* Autographa minimè est charta illa, *inquit Muratorius:* est tamen exemplum pervetustum, *ut fortassis mendorum, quæ in illa occurrit, frequentia describentis imperitiæ magnam partem possit attribui. Cavacius pag.* 35 *pro anno Ludovici vigesimo quinto scripsit decimum quintum; & Rosii chartam anno* 870 *affixit; quod & Ughellus, Cavacium incautè secutus, fecit tom.* 5 *Italiæ sacræ auctæ col.* 428; *ubi & Rosium Patavinum episcopum factum ait anno* 861. *Sed apud Sigonium de regno Italiæ lib.* 6 *Ludovici secundi diploma exstat, quo Rorii seu Rosii episcopi precibus ecclesiam Patavinam in tutelam suam recipit, datum* VII Idus Februarias, anno, Christo propitio, imperii Domini Lotharii Pii imperatoris XXVI, & Ludovici Gloriosissimi augusti in Italiæ VI, (*seu potiùs* V) Indictione XII, *qui fuit annus* 849.

anno 874;

72 *Porrò ex eadem Rosii chartâ seu testamento quidem liquet, illum excitatum à se juxta* S. Justinæ *ædes xenodochium monachis quibusdam (verosimillimè quidem Benedictinis) administrandum dedisse; sed certum inde non fit, quod num.* 65 *aiebam, excitâsse illum Benedictinis diversum à xenodochio monasterium, cujus nulla, aperta saltem, in charta Rosiana fit mentio: quin verò ita loquitur in charta, de qua mox, Gauslinus, Patavinus episcopus, ut ipse potiùs* S. Justinæ *templo & excitato ab episcopo Rosio alendis pauperibus xenodochio; sed Hunnorum vastatione semirutis, primus illud adjeciisse videatur. Gauslini chartam ex Ursato in Historia Patavina pag.* 205 *accipe:* In nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis. Gubernante Catholicam plebem beati Petri Apostoli Joanne, summo Pontifice, Pontificatus sui anno VI, Imperante Domino nostro Othone imperatore, anno Incarnationis Domini DCCCLXX in mense Februarii, Indictione XIV. Cùm veniissem ego Gauslinus episcopus in ecclesiam beatæ Justinæ martyris, & beati Prosdocimi præsulis, & vidissem ibi per circuitum omnem locum desolatum, nec esse ibi, qui aliquid diceret, aut aliquam susceptionem hospitibus aut pauperibus praæret. Tunc inspirante divina ac potenti misericordia, sicut ipse corda humana illustrare dignatus est, ita & cor meum implere, ac visitare dignatus est, ut ob ipsius amorem Sanctorumque omnium, nec non & B. Justinæ martyris, beatique Prosdocimi confessoris cœnobium ædificarem monachis.

sed ab hodierno S. Justinæ monasterio diversum:

B C

AUCTORE J. B.

73 Tunc congregavi omnem clerum, omnesque optimates, & cunctum populum super eo, quod Dominus in corde meo inspirâsset, sed & valdè omnibus placuit. Unde cum omnibus sacerdotibus, cunctoque clero & cum omnium fidelium consensu, juvante Deo, construximus cœnobium. Ibique ego, qui suprà Gauslinus episcopus, ut præfati monachi, qui ibi præesse debent, firmi ac stabiles esse possint, pro remedio animæ Senioris nostri Othonis, & pro anima mea, & cunctorum Catholicorum, seu & pro omnibus, qui in hac ecclesia deserviunt, ut firmum ac stabile nostrum scriptum habeant, quatenus, qui post nos in hanc sedem venerint, non destruant; sed magis in Dei amore roborent; ut & ipsi per ipsorum monachorum intercessionem valeant ætherea possidere regna. Quare ego Gauslinus episcopus cum omni clero & cuncto populo, qui hic congregamur, per tremendum Omnipotentis Dei judicium & per ipsius majestatem deprecamur, nec non & per omnem cœtum sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, Apostolorum, martyrum, confessorum, ac virginum, omniumque Sanctorum, ut nulla superimposita, nullum redditum, nullam molestationem ipsis monachis inferat, nisi incensum orationis. Quòd si aliter fecerit, quàm suprà legimus, ante tribunal Christi retributionem habeat in die judicii cum Juda traditore, inde stando ad rationem.

hoc verò videtur

E

74 Ego in Dei omnipotentis nomine Gauslinus Patavinsis ecclesiæ episcopus donamus & confirmamus ad monasterium sanctæ Justinæ virginis, & sancti Prosdocimi confessoris Christi, non multùm longè à civitate Patavii, ubi corpora Sanctorum requiescunt, ad laudem Sanctorum ejus, pro præsenti merito & futuro, pro suprascripto imperatore Othone, atque duce nostro, clero ac populo, ut omnes fideliter vivant in Christo, per quem, qui serviunt, ut dignus est, coronentur in cœlis, ubi & nos miseri peccatores, clerus, populus, atque propinqui, aliquam portiunculam habere possimus, ubi omnes magni consistunt, Deo concedente, damus & confirmamus ad ipsam ecclesiam sanctæ Justinæ, & sancti Prosdocimi confessoris Christi, in primis ecclesiam sancti Angeli prope supradictum monasterium cum massaritiis & rebus, quæ eidem pertinent, cum quartis & decimis, cum loco, qui dicitur Prato Novo, & terris cum vineis, ubi dicitur Ruthena, Braido monachorum, & uno arcu, qui currit flumen Retronis. Et ecclesiam sanctorum archangelorum, quæ constructa est foris civitate Patavii in loco, qui dicitur Vantio, cum suis finibus; & terra, quæ vocatur Senedo, cum suis finibus, id est, cum quartis & decimis. Ecclesiam sancti Martini, quæ est ædificata in loco, ubi dicitur prope Montemsilicem cum casis & massaritiis, quæ ibidem pertinent, seu servis & ancillis, qui in suprascripto Montesilice habitant. Et curtem unam in loco, qui dicitur Tribano, cum suis casis & massaritiis, quæ ibidem pertinent, cum quartis & decimis, seu in Pernumia, in capite silvæ, & in Aire cum quartis & decimis.

Gauslinus, Patavinus episcopus,

F

75 Et curtem unam cum domo cultili cum capella, quæ ædificata est in honore sanctæ Ma-

ex hic relata ejus charta

AUCTORE J. B.

riæ Virginis in loco, qui dicitur Macerata, cum casis, massaritiis, quartis, decimis, & cum omnibus rebus, quæ ibidem pertinent. Et totam decimam, quæ jacet in comitatu Vicentino in loco, ubi dicitur Masone, cum capella, quæ est constructa ad honorem S. Galli, cum quartis, decimis, & cum omnibus rebus, quæ ibidem pertinent. Et ecclesiam unam, quæ est ædificata ad honorem sancti Georgii in loco, dicto Robolone, cum terris & omnibus decimis, quæ ibidem pertinent. Et totam decimam, quam dare debent famuli S. Justinæ sive in montibus, sive in vallibus. Hæc omnia suprascripta volumus, & confirmamus, assistentibus suprascriptis, habeat & teneat ipse sanctus locus in æternum, ut serviant ipsi monachi, cum suo abbate Ingelberto, Deo Sanctisque usque in finem sæculi, omnibus remotis, quæ in ista donatione & confirmatione, frangere, contradicere, aut molestiam facere, aut inquietare habeant. Et teneat in die judicii, quod in hac pagina suprà legimus. Ego Gauslinus episcopus hanc paginam, à me factam, propria manu mea confirmavi & roboravi. Ego Martinus archi-

B presbyter in hanc paginam offersionis consensi & scripsi. Ego Joannes presbyter m. Ego Marinus presbyter. m. Ego Bonizo presbyter. m. Ego Albericus presbyter. m. Ego Rochero presbyter. m. Ego Dominicus presbyter. m. Ego Rozo presbyter. m. Ego Redaldus presbyter. m. Ego Joannes diaconus. m. Ego Andreas diaconus. m. Signum manu Joannis testis. Signum manu Bernardi testis. Signum manu Uldarici testis. Signum manu Adam testis. Signum manu Luitprandi nobilissimi. Signum manu Alberti. Signum manu Valentini. Signum manu Arduini. Omnes isti rogati testes.

primus construxisse

76 *Gauslinus verbis num.* 72 *transcriptis satis quidem apertè innuit, tum* S. Justinæ *templum, tum additum illi à Rosio xenodochium, quod sua ætate, in monasterii* S. Justinæ *vicinia situm, adhuc superstes fuisse, pag.* 207 *Ursatus scribit, priùs exstitisse, quàm ipse Patavinum episcopatum susceperat; sed nullo modo de* S. Justinæ *monasterio, quod à Rosii xenodochio diversum sit, idem prædicat: imò verò, cùm id se construxisse dicat, nulla alterius conditoris*

C *mentione, ne quidem tacita, injecta; nec aliunde certa legitimaque videantur exstare monumenta, quibus major monasterii antiquitas citra dubium ostendatur, videtur illud tum primùm à Gauslino condi cœpisse. Eodem, quo Gauslinus, modo Burchardus quoque Patavinus episcopus, anno* 1034 *collata à decessoribus suis monasterio* S. Justinæ *bona confirmans, locutus est apud Muratorium tom.* 3 *Antiquitatum Italiæ col.* 203. *Ita ille de Gauslino:* Hanc igitur sollicitudinem venerabilis Gauslinus, Patavensis episcopus, vigilanter exhibuit, quando super omnia, quæ bonâ egit diligentiâ, de sibi commissis non modicam habuit, videlicet de ecclesia S. Justinæ virginis, quæ sita est foris civitatem Patavensem, quam olim quasi destructam ac desolatam pene ab omnibus.... pro Dei amore & veneratione ejusdem sanctæ Justinæ monasterium ibi constituxit, & abbatem atque monachos ordinavit, atque ex ipsius episcopii rebus donacionem tantam donavit, ut aliquantulùm ibi Deo servientes possint vivere: *quibus & ipse verbis ita de Gauslino loquitur ac si is primus monasterii illius conditor fuisset.*

77 *Atque ita Muratorius sæpe laudatus censuit tom.* 3 *Antiquitatum Italicarum medii ævi Dissertatione* 34, *addens, sub id ferè tempus varia monasteria, ut apud Venetos, Mutinenses, Rhegienses & Parmenses, fuisse excitata. Et sanè anno* 982 *initium habuisse Venetiis cœnobium S. Georgii Majoris à Mauroceno nobilissimo cive, scribit Ughellus tom.* 5 *Italiæ sacræ auctæ col.* 1200, *ubi fundationis dicti monasterii litteras exhibet. Ipse Muratorius mox laudatus tom.* 1, *col.* 1019 *& seq. Joannis episcopi Mutinensis litteras refert, anno* 998 *exaratas, quibus S. Petri monasterio, in suburbio Mutinensi à se fundato, possessiones aliquot donat. Et tom.* 5, *col.* 541 *& seq. fundationem recitat monasterii sanctimonialium SS. Viti & Modesti prope Scantianum, nunc S. Thomæ, anno* 1015 *à Teusone episcopo Rhegiensi factam; quamquam illud à Teusone tantummodo instauratum putet. Parmæ item sub finem seculi* x *conditum fuisse S. Joannis Evangelistæ monasterium liquet, ex Vita S. Joannis, primi illius monasterii abbatis, à monacho anonymo subæquali conscripta, quam habes Benedictini Seculi* v *parte* 1 *à pag.* 717. *Neque hæc sola sunt, quæ ea ætate per Italiam* E *condita sunt, monasteria: ut adeò fieri facilè potuerit, ut &* S. Justinæ *monasterium tunc primùm condi cœperit à Gauslino, nec certò fidi debeat Mabillonio in Annalibus ad annum* 870 *num.* 21 *ita scribenti:* Processu temporis Rosius episcopus, qui Patavinam sedem sub noni sæculi annum sexagesimum (*imò fortè* 49, *ut suprà num.* 71 *diximus*) iniit, eidem basilicæ cœnobium adjunxit, *nisi cœnobii nomine xenodochium à Rosio excitatum intelligat.*

sub annum 971.

non Anselmus Nonantulensis sub annum 780, *ut ait Leander Alberti.*

78 *Leander Alberti in Descriptione Romaniolæ in aliam planè sententiam ivit, nulli, ut reor, probatam. Voluit is,* S. Justinæ *monasterium Patavinum conditum fuisse circa annum* 780 *ab Anselmo, Nonantulensis monasterii fundatore, cujus Vitam habes apud nos tom.* 1 *Martii à pag.* 900, *& apud Mabillonium Seculo* IV *Benedictino part.* 1 *à pag.* 4. *Ita Leander ex Notitiis Nonantulensibus, sed malè explicatis, scripsit. Inter xenodochia, ab Anselmo excitata, in ejus Vita apud Mabillonium num.* 6 S. Justinæ *xenodochium aliquod his verbis memoratur:* Item aliud ille dignus pater constituit xenodochium ex suis propriis rebus in loco, qui dici-

F tur Susonia (Lusorica *legitur apud nos*, Lusonia *vel* Lusonici *legit Cavacius*) ubi fieri jussit oraculum S. Justinæ martyris, in quo etiam monachos semper adesse voluit, Deo servientes & sine sollicitudine viventes. *Hæc velut de* S. Justinæ *monasterio Patavino dicta Leander accepit, sed levi nimiùm de causa. Ubicúmque enim locus ille Susonia exstiterit, Patavinis equidem sine causa adscribi non debet, neque certum transcriptis hùc verbis agi de* S. Justina *Patavina; &, hoc dato, sub ejus nomine alibi locorum perinde ac juxta Patavium condere xenodochium Anselmus potuit. Sed hæc de celeberrimi monasterii, quod, cùm temporum iniquitate à Religiosa disciplina deflexisset,* S. Justinæ *aliorumque Sanctorum, ibi quiescentium, meritis anno* 1409 *per Ludovicum Barbum, uti hic scribit apud Pezium tom.* 2 *Anecdotorum part.* 3, *pag.* 270 *& seqq., reformatum fuit, ac dein anno* 1504 *in totius Congregationis Casinensis, ab eo aliàs* S. Justinæ *dictæ, caput evasit, origine disseruisse sufficiat: qui plura requiret, Cavacium, elegantem loci historiographum, consu-*

lere

A *lere poterit. Ego, quæ reliqua ſunt, de* S. Juſtinæ *eccleſia interim expedio.*

Diruto terræ motu ſeculo XI *antiquiori S. Juſtinæ templo,*

79 *Hæc antiquis quidem, ſed tamen ignotis, ut diximus, temporibus condita, non ſecùs ac Patavium ipſum, à quo non procul aberat, quodque non rarò cladibus attritum fuit, ut ſequenti* § *dicetur, varias etiam à bellorum motibus olim ſortis viciſſitudines ſubiit. Narrat Conradus abbas Urſpergenſis in Chronico ad annum* 1117 *ingentem terræ motum tertio Nonas Januarii, unde multa non modò ædificia, ſed & civitates in Italia quædam corruerint, contigiſſe. Hujus (ut apparet) non immunem fuiſſe* S. Juſtinæ *eccleſiam, diſcimus ex auctore Inventionis S. Danielis (de qua apud nos actum eſt* III *Januarii, ſed ex auctoribus aliis, hoc, quo de agimus, deceſſoribus noſtris nondum cognito) qui terræ motum viderat: contigit Danielis inventio ſub Ulderico, epiſcopo Patavino, & Joanne abbate monaſterii* S. Juſtinæ, *qui cum Ulderico epiſcopo in Actis inventionis, tom.* I *Januarii pag.* 160, *num.* 7 *ex Agonibus Martyrum apud nos excuſis, malè confunditur. Sedit autem Patavii Uldericus ſeu Uldaricus ab anno circiter*

B 1061 *uſque annum* 1090, *ut quidem Ughellus tom.* 5 *Italiæ ſacræ auctæ ex eccleſiæ Patavinæ tabulis. Cæterùm de* S. Juſtinæ *eccleſia terræ motu concuſſa hæc habet Actorum dictæ inventionis auctor:* Erat enim eccleſia extra urbis mœnia, in loco videlicet, ut traditur [*quem*] Campum Martium vocabat antiquitas; conſtructaque erat eccleſia, ubi corpus beatæ Juſtinæ requieſcit, ſimulque multorum Sanctorum. Quam baſilicam noſtro tempore vehemens terræmotûs quaſſatio funditus diruit, & aliam nos in locum ejus non bene conſimilem ſubſtituere coëgit; illa namque ſuffulta marmoreis columnis & ex magna parte marmoreis tabulis ornata & deaurata cœleſtium ſiderum interiùs radiabat ad inſtar. *Ita Ms. noſtrum, cui idem anonymus apud Cavacium pag.* 18 *ferè ad verbum conſonat.*

excitatum fuit aliud, cui denique

80 *Adjicit his quædam anonymus, unde, quâ fuerint ea tempeſtate, licèt poſt multum calamitatum,* S. Juſtinæ *templi facies & S. Proſdocimi ſacellum, utcúmque intelligas. Sic pergit:* Nec mirum quidem: cùm illam vir clariſſimus & illuſtriſſimus præfectus prætorii, patritius, Opilio nomine, immenſis divitiis conſtruens elimavit. Hanc verò nos in magna paupertate conſtituti, utpote noviter ab imperatore obſeſſi (*Henrico V, ſummis Pontificibus Paſchali, Gelaſio & Calixto tunc infeſto*) & auro & argento expoliati, vix, qua cernitur ſpecie, ereximus. Eſt propter hanc in pulcherrimo receſſu, qui vergit ad

C Meridiem, oratorium ſive templum miræ pulchritudinis conſtructum in honore Dei & B. Mariæ ſemper Virginis & plurimorum Apoſtolorum, in quo ſancti Proſdocimi corpus tumulatum jacet; illius parietes humotenus in circuitu vario ſunt marmore cruſtati; pars verò ſuperior, quæ teſtudineo clauditur arcu, longè latéque deaurata relucet, & opere muſoleo depicta, quaſi cœleſte palatium ac viridantia paradiſi prata demonſtrat.

ſeculo XVI *ſucceſſit templum novum*

81 *De ſacello S. Proſdocimi, velut ſuâ ætate adhuc exſtanti, agit Scardeonius lib.* 2, *claſſe* 6, *ubi de S. Proſdocimo: ſed in locum templi veteteris* S. Juſtinæ, *de quo auctor Inventionis S. Danielis, ſub initium ſeculi* XVI *aliud ſucceſſit longè ſplendidius, quod hodieque non ſine ſpectantium voluptate & admiratione conſpicitur.*

Cùm enim templum vetus jam fatiſceret ac ruinam minaretur, ac feliciùs fluerent monaſterii res, magnificas ac Sanctis, quorum penes ſe reliquias ſervabant, digniores ædes monachi meditari cœperunt jam inde à ſeculo ſaltem XV *ad finem vergente, ut ex inſtrumento publico, quod infrà num.* 89 *tranſcribendum eſt, colligitur: ſed monachorum conſiliis tum domeſtica impedimenta, tum Prælatorum mors aliquot annis interceſſerunt, dum tandem anno* 1501, *Euſebio Fontana Mutinenſi muneri abbatiali admoto, ut ſcribit Cavacius lib.* 6, *operi manus ſeriò admoveri cœperunt. Inita ab Euſebio dignitatis annus primus diruendo veteri templo, comportandaque novi materia datus fuit: inde verò per annos plures labore improbo & ſumptibus maximis ædificandæ ornandæque novæ moli inſudatum eſt; ac tandem* Guilielmus Caſſador, epiſcopus Barchinonenſis, digreſſus à Tridentina ſinodo, ut apud nos (*inquit Cavacius ad annum* 1573) valetudinem curaret, novi templi aras ſacravit dicavitque. AUCTORE J. B.

magnificentiâ celebre.

82 *Pluribus hæc omnia lib.* 6 *Cavacius perſequitur; è quo denique ad annum* 1523 *templi novi* S. Juſtinæ *dimenſionem ſubjicere libet. Ita ille:* Ab ara maxima, quæ Orientem ſpectat, E enumerantur ad oſtium pedes CCCXXXII. Tractus medius, qui crucis figuram exhibet, ab Auſtro in Septentrionem excurrit pedes CCXXVIII. Latitudo, ubi maxima eſt, habet pedes LXXII: ubi minima XL. Ipſa latitudo variat, ubi mediæ navi laterales junguntur. Singulos ad Orientem angulos ornant duo ſacella, ad Occidentem unicum. Hæc univerſa in abſidem flexa: reliquum templi rectà in Occidentem ſena ſacella habet ad Meridiem, ſena ad Aquilonem. Ingentes columnæ quadrangulares lateritiæ, quæ fornicem ſuſtinent, ex marmore Iſtro habent capita & baſes. Coronix ex eodem marmore totum templum excurrit lata pedes IX, projecta III. Architecturæ ratio mixta eſt, ſed magis in Corinthiam deflectens. Columnarum capita habent florem, abacum, volutam & cimatium, licèt non habeant folia. Baſibus adſunt ſtereobatæ, qui ſuppedaneum præbent, ac ſtilobatæ, qui ſedes faciunt his, qui divinæ rei interſunt. Martyrium ſubeſt aræ maximæ, quod fornice obtegitur ſummè artificioſo. Neque enim fulcitur vectibus vel catenis, ſed ferè planus ſub vaſtiſſimo pondere longiùs excurrit. Hæc templi dimenſio eſt, ornamenta verò, quæ non facilè deſcribantur. *Verùm, dum hæc aliaque in novo* S. Juſtinæ *templo temporum ſucceſſione fiunt, facta eſt non una reliquiarum* S. Juſtinæ *tranſlatio, qua de re modò agendum.*

F

§ VI. Reliquiarum ſanctæ Martyris aliorumque Sanctorum inventio & in templum vetus tranſlatio.

Abſconditas olim

QUæ plurimarum urbium conditio fuit, ut à bellis, incendiis, diſſidiis aliiſque fortunæ caſibus in varias calamitates prolapſæ, magna ſæpe fecerint rerum ſacrarum profanarumque detrimenta, eadem quoque Patavinæ civitati non ſemel obtigit. Sub medium ſeculi V Hunnorum rex Attila, acceptam ab Aetio in campis Cata-

AUCTORE J. B.

launicis cladem ulturus, immensum barbarorum in Italiam trajecit exercitum, excisâque, ut Marcellinus in Chronico ad consulatum Spora-
cii & Herculani, aliique scriptores docent, Aquileiâ, parem vicinis urbibus cladem intulit: fuisse in his Patavium in codice Ambrosiano Historiæ miscellæ Pauli diaconi lib. 15 (*tom.* 1 *Scriptorum Rerum Italicarum pag.* 97) *his verbis legitur:* Plura præterea ejusdem regionis castella immanis hostis, extinctis vel captivatis civibus, succendit ac diruit. Concordiam, Altinum, sive Patavium, vicinas Aquileiæ civitates illius instar demoliens solo coæquavit: *sed Theodorici, Gothorum regis, auspiciis deinde restitutum fuisse, Cavacius scribit, tum quia sic famâ accepit, tum quia plurimas sub ejus imperio urbes renovatas, Cassiodorus ait in Chronico ad consulatum Patritii & Hypatii: & Aponi* (*vicus est sexto circiter à civitate Patavina lapide*) *fontem ejus jussu instauratum fuisse, liquet ex ipsius Theodorici ad Alovsium architectum datis ea de*
B *re litteris, quas apud eumdem Cassiodorum habes epist.* 39, *lib.* 2 *variarum. Altero item excidio, Totila Gothorum rege Istriam Venetiamque possidente, à Francis fuisse attritam, idem Cavacius autumat, à quo à Narsete fuerit vindicatum. Tertiam Patavinorum cladem Paulus Diaconus lib.* 4, *cap.* 24 *his verbis describit:* Usque ad hæc tempora Patavium civitas, fortissimè militibus repugnantibus, Langobardis rebellavit. Sed tandem injecto igne tota flammis voracibus concremata est, & jussu regis Agilulfi ad solum usque prostrata est.

Imminentium calamitatum metu

84 *Situm tunc erat* S. Justinæ *templum extra civitatem, atque adeò credibile est admodùm, tunc ex illo periisse, quidquid flammis erat obnoxium. Ineunte seculo decimo infestis Hungarorum incursionibus Italia patuit, Patavium verò, ut aiunt, vel certè Patavinus ager, eorumdem direptionibus incendiisque objectus est. Certè eo seculo* S. Justinæ *templum desolatum jacuisse, luculentè satis innuunt Gauslini, Patavini episcopi, tabulæ sub annum* 970 *conscriptæ, & suprà à num.* 72 *relatæ, ubi hæc:* Cùm venissem ego Gauslinus in ecclesiam beatæ Justinæ martyris, & beati Prosdocimi præsulis, & vidissem ibi per circuitum omnem locum desolatum, nec
C esse ibi, qui aliquid diceret, aut aliquam susceptionem hospitibus aut pauperibus pararet; tunc, inspirante divina ae potenti misericordia &c. *Quæ ea de causa brevibus hîc perstringere libuit, ne quis, earum, quæ Patavinis olim incubuêre, vicissitudinum ignarus, fortè miretur, Patavinis non omninò exploratum fuisse, ubi locorum* S. Justinæ, *aliorumque plurium Sanctorum conditæ forent reliquiæ, dum tandem anno* 1177, *ut paulò infrà dicetur, è tenebris in lucem evaserint: pronum enim est suspicari, jam inde fortè ab Attilæ temporibus Patavinos Sanctorum exuvias, quæ penes se erant, subterraneis cuniculis credidisse, quorum congesta undique rudera ac ipsa temporis diuturnitas memoriam extinxerint. Nunc, quî tandem* S. Justinæ *reliquiæ in apertum protractæ fuerint, videamus.*

S. Justinæ reliquias, seculo XII

85 *Refert Cavacius ad annum* 1174, *orto dissidio inter Luscum Transalgardinum, civium potentissimum, & Jordanum Forzateum, cœnobii S. Benedicti spectatum virum, satellitem quemdam Transalgardini adversariorum ædibus ignem admovisse, quo ventorum auxilio in vicinas ædes illapso, eò demùm processisse incendii vastitatem, ut civitatis Patavinæ tres ferè partes conflagrârint: sed è lignea lateritiam brevî effectam. Ut hâc calamitate civitas Patavina emersit, atque ad pristinum splendorem dignitatemque visa est rediisse, cives illius* cœperunt, *inquit Cavacius,* studiosiùs Deum, omnium bonorum datorem, venerari, atque Sanctos, olim sibi patronos ac tutelares, inquirere. Repentè nobiles ac ignobiles viros incessit desiderium sanctarum reliquiarum, quas olim metu barbarorum sepultas pone templum D. Justinæ, tenuis adhuc fama retinebat. *Neque spem publicam fefellit eventus. Dum enim anno* 1177 *Gerardus episcopus ac S.* Justinæ *monachi in sepultas apud hos reliquias diligenter inquirunt, sanctorum trium Innocentium corpuscula, & exuvias* S. Justinæ, *S. Mathiæ & S. Lucæ felicissimè è tenebris eruerunt. Rem gestam ab auctore, qui, quæ scripsit, vidit, conscriptam habemus in Mss. & ex codice Bibliothecæ Ambrosianæ, notato G.* 91, *transumptam. Nec tamen integram ex illo hîc exhibebimus, quòd magnam partem ad S. Lucæ corpus pertineat, de quo die* XVIII *hujus mensis agendum erit, quæ ibidem laudatus auctor enarrat: excerpemus autem, quæ ad* S. Justinam *unicè pertinent.*

D

E

ad annum 77 provecto

86 *Auctorem verò, quem laudo, rei gestæ æqualem, quin & testem oculatum fuisse, ipsa ejus verba ostendunt: primùm enim sub narrationis suæ principium ad hunc modum loquitur:* Novissimè verò anno millesimo centesimo septuagesimo quarto Paduæ nobilis cuncta ferè domicilia nec non ejus possessionis res mobiles propter ignis pestilentiam dilapsa noscuntur in cinerem. *Sic item sub finem ejusdem:* Narrationis autem sonus, quamquam verborum appositione minimè decoretur, nihilominus veritatis argumento clarificatur. Ego ipse namque Evangelistæ inventionis tempore ad odoriferam ejus arcam sæpenumero dirigendo vestigia, Passionis atque Resurrectionis Dominicæ præconem, indignus licèt, aspiciebam, nec non prodigiorum signa, quæ tunc Deus ibi suscitaverat, avidè considerabam. *Sic autem ille de* S. Justinæ *exuviis: postquam dixit, anno Domini* 1177, *Alexandro III summo Pontifice, imperatore Frederico, Kalendis Martiis Patavinum magistratum sexaginta viros elegisse, qui sacrarum reliquiarum inquisitioni interessent, ac Gerardum, epi-*
F *scopum Patavinum, sub Quadragesimæ initium* (*dies Cinerum eo anno in* IX *Martii incidebat*) *unà cum domino Dominico* S. Justinæ *abbate, cum clericis laïcisque permultis inquirendarum reliquiarum feciisse initium, binas primùm arcas erutas fuisse ait, alteram quidem marmoream, alteram verò plumbeam, quæ scilicet sanctorum Innocentium, ab Herode occisorum, exuvias aliquot continebant.*

Patavini è tenebris eruunt,

87 *Tum verò sic pergit:* Horum (*sanctorum Innocentium corpora intelligit*) ita visione gavisi, dum divini thesauri vacarent inquisitioni, B. Justinæ sepulchrum cœmeterii meditullio sub altari (sub vestigiis antiquæ aræ, *inquit Cavacius*) tunc invenerunt: à cujus apertione suavis odoris unda, sicut ventorum pennâ, per aëra diffundebatur. Verè namque fuerat odoriferum glorioſæ virginis Justinæ corpusculum, quæ, pueritiæ suæ tempore martyrii coronam pro cœlesti Sponso percipiens, liliis virginum supra sidera meruit aggregari. Tantæ verò Virginis inventione cognita, cunctæ civitatis campanæ sonabant, atque populus discalceatis pedibus illuc devotissimè concurrebat: revelata quoque

A que Virginis membra timidè considerabat. *Nec porrò hæc Patavinorum in sanctam Patronam pietas fructu caruit: sic enim prosequitur anonymus:* Glorioso igitur inventionis suæ tempore Divina misericordia cœcos, ejus sepulchrum tangentes, illuminavit; aridos quoque pristinæ reddidit sanitati; *quod, universim dictum, singillatim dein his verbis declarat:* Quædam enim Simeonis filia, quæ, per triennium carens vestigiis, languida fuerat, sexto die Kalendarum Aprilis ad tantæ Virginis sepulturam delata, dum in matris suæ gremio jacêret, sanctæ quoque Virginis requiem diligenter inspiceret, ambulare contra matris suæ incepit opinionem.

miraculisque illustravi vident.

88 Cujus miraculi fama cùm Gagi pervenisset ad aures, filium suum, qui tunc aridus fuerat, simili medicina sanari desiderans, eum ad beatam Justinam deportari præcepit. Cùm autem delatus fuisset, sanctæque Justinæ nomen invocâsset, protinus sanitatem participâsse cognoscitur. Præterea quædam mulier de S. Maria de Carcere, cujus arida manus fuerat, cùm

B sanctæ Virginis virtutem instanter flagitaret, circa horam matutinam sanitati restituta fuisse cognoscitur. Quædam etiam juvenis de ora Pontis molendinorum, (*civitatis Paduanæ tractus est*) cœcitatem participans, cùm ad Virginis sepulchrum fuisset delata, in ejus virtute confidens, protinus fuit illuminata. Mulier quædam præterea de Robolonis oppido (*fortè idem locus est, qui apud Ursatum in Charta Geographica agri Patavini Italicè notatur* La bastia *seu* vallum de Revolon, *& apud Blavium* Revolone) visione privata, beatæ Justinæ limina quæsivit, ibique visione percept, Virginem magnificans repatriavit. *Hactenus anonymus de miraculis* S. Justinæ *meritis tunc patratis; qui hinc ad S. Mathiæ & maximè S. Lucæ reliquias, deinde inventas, sermonem convertit. Haud omittendum tamen, quod paulò pòst subdit, de SS. Innocentium, &* S. Justinæ *reliquiis constitisse Patavinis ex inscriptionibus illis adjectis: sic enim ait paulò infrà, de S. Mathiæ Apostoli reliquiis agens:* Prima itaque Sanctorum corpora titulis declarata singulis. *Diem, quo inventum fuit* S. Justinæ *corpus, Cavacius fuisse ait* XIV *Kalendas Aprilis, seu Martii* XIX.

C

S. Justinæ monachi,

89 *Quid porrò de* S. Justinæ *reliquiis factum, aut ubi reconditæ tum fuerint, neque anonymus, neque Cavacius tradit: vix tamen dubitandum, quin è cœmeterio erutæ in templum sanctæ Martyri sacrum translatæ fuerint: anno equidem* 1476 *ibidem* S. Justinæ *corpus quievisse, liquet ex instrumento, ejusdem anni, quo* S. Justinæ *monachis, novum templum* S. Justinæ *condere meditantibus, arcam corporis ejusdem Sanctæ removendi facultas facta est: ita id habet apud Saviolum pag.* 114 *ab eodem è civitatis Tabulis descriptum:* MCCCCLXXVI. XIV Januarii in Concilio. Nomine vene: religiosorum monachorum S. Justinæ proposita pars infrascripti tenoris. Vadit pars, quòd detur libertas religiosissimis viris DD. monachis S. Justinæ removendi archam gloriosissimæ virginis S. Justinæ de loco, ubi de præsenti est, & reponendi in capite loci, noviter constructi sub altari Magno; cum hoc, quòd de novo construi faciant archam lapideam ornatam & condignam suis expensis, in qua collocetur corpus dictæ gloriosæ virginis Justinæ. Item quòd tempore, quo etiam removere va-

lent, convocentur ante prædicta Sp. sp.* ad utilia & ad ecclesias deputati, & alii cives, qui eis videbuntur, qui habeant facere inventarium de corpore ipsius gloriosæ Justinæ, & interesse debeant tempore collocationis ipsius corporis, & de his omnibus fiat documentum per cancellarium Paduæ ad perpetuam rei memoriam. AUCTORE J. B.

*Sapientes, ut vocant.

obtentâ priùs à civitate licentiâ,

90 *Ex jam dictis & porrò dicendis manifestum fit, nihil* S. Justinæ *monachos, quantùm ad Sanctorum suo in templo quiescentium reliquias, innovare consuevisse, nisi petitâ à Paduano magistratu obtentâque licentiâ, & coràm civitatis deputatis: id qua de causa fiat, juverit hîc obiter observâsse; nempe, quòd Sanctorum corporum illic quiescentium dominium penes civitatem sit, penes monachos verò earum custodiendarum cura: quod dixi, ex documento publico, anno* 1605 *die* XXVI *Novembris exarato, & à Savilio pag.* 158 *& seq. excuso, conficitur, in quo de Dominico de Cononia, ut partem reliquiarum S. Prosdocimi statuæ argenteæ inferere sibi liceret, petente, hæc habentur:* Unde dictus Rev. abbas

E exposuit, desiderium suum & totius monasterii sui esse collocandi unam particulam sive reliquiam corporis glorioli S. Prosdocimi, primi episcopi & protectoris hujus magnificæ urbis, in una statua argentea, adinstar illius D. Justinæ, ad honorem & gloriam Divinæ Majestatis, & ad devotionem & ornamentum ipsius civitatis; sed quia tale suum desiderium non potest debitum sortiri effectum absque licentia repræsentantium hanc magnificam civitatem; cùm optimè sciat, civitatem ipsam esse dominam corporum & reliquiarum Sanctarum & Sanctorum in ecclesia dicti sui monasterii collocatorum, & quòd monasterium est simpliciter custos eorum, & quòd sine assensu civitatis non potest aliquid amoveri neque alterari, quapropter suppliciter petebat &c. *Ad reliquiarum* S. Justinæ *historiam regredior.*

anno 1502 in aram veteris templi transferunt

91 *Quam petierant monachi* S. Justinæ *anno* 1476, *ut paulò antè vidimus, facultatem, ut* S. Justinæ *corpus è loco, in quo erat in veteri templo, in aram maximam ejusdem transferre possent, anno* 1502 *suum tandem effectum sortita est sub Eusebio Fontana Mutinensi,* S. Justinæ *abbate, instituta tamen priùs per Petrum Barocium, Patavinum episcopum, qualicúmque inquisitione, num in veteri martyrio, verè Sanctorum corpora, quæ ibi delitescere putabantur, continerentur, ut Cavacius scribit ad annum mox memoratum: repertâ autem arcâ, quæ* S. Justinæ *corpus, de quo maximè trepidabatur, continebat, auctoritate publica peracta sunt cetera, quæ in publicas tabulas relata ex civitatis Tabulario à pag.* 116 *ita exhibet Saviolus:* In nomine Domini Jesu Christi Amen: anno à Nativitate ejusdem millesimo quingentesimo secundo, Indictione V, die verò Lunæ XXV Julii in solemnitate S. Jacobi, tempore ducatûs serenissimi principis D. Leonardi Lauredani, inclyti ducis Venetiarum &c: jus dicentibus Paduæ clarissimis DD. Thoma Mocenico

F prætore, & Andrea Venerio præfecto. In ecclesia S. Justinæ coràm reverendissimo in Christo patre & D. Petro Baroccio, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ dignissimo episcopo Paduæ, Rev. patribus D. Placido de Verona, abbate S. Sixti de Placentia, D. Luciano de Parma, abbate S. Benedicti de Ferraria, D. Sebastiano de Venetiis,

AUCTORE J. B.

tiis, abbate S. Pauli de Bergamo, D. Joanne de Venetiis, abbate S. Benedicti de Mantua & præsidente congregationis S. Justinæ, Hieronymo de Valentia, abbate S. Euphemiæ de Brixia, D. Andrea de Placentia, Priore S. Justinæ de Padua, D. Eusebio de Mutina, abbate S. Justinæ, nec non in præsentia Sp. Sp. DD. Hieronymi de Obicis, equestris ordinis viri, Gabriëlis ab Horologio, Jacobi de Leone Doctorum & Alberti Trapolini ad utilia reipublicæ Patavinæ, Francisci à Lignamine, Hieronymi de Ponte ad ecclesias deputatorum.

eorum optimatibus Patavinis

92 Interfuêre etiam & alii plures spectati viri ac nobiles, vocati per occasionem, aut introducti studio videndi, aut devotionis gratiâ, inter quos inprimis spectatissimi equites DD. Annibal de Capitibus Listæ, Franciscus Docto, Scipio de Sanguinatiis, Antonius Franciscus de Doctoribus, Hieronymus de Grompo, Benedictus de Doctoribus, Sigismundus de Capitibus Listæ, Bonifacius Bonfio, Alexander de Doctoribus, Franciscus de Sala, Nicolaus Barisonus, Hieronymus de Polcastris, Joannes Andreas Ungarellus, Jo. Antonius ab Horologio. De sacro collegio Doctorum, Sp. civ. S. Antonius Docto, Naimerius de Comitibus, Jacobus & Isac fratres ab Horologio, Marcus Antonius de Mussatis, Obizzo & Jacobus Papafava, Aloisius de S. Sophia, Paulus de Leone, & Gabriël à Savonarola. Postremò S. Melchior Lupatus scriba reverendi D. Episcopi, Antonius Philippinus, Franciscus à Prato, Augustinus à Curtivo, Antonius à Concheellis, Julius Salgherius, & Philippus de Bargatio ex collegio & numero notariorum Paduæ.

B

ob novi templi structuram reliquias S. Justinæ

93 Cùm propter reædificationem templi S. Justinæ, minantis ruinam, oporteret removêre ac dissolvere nonnulla Sanctorum sepulcra, aperta fuerunt infrascripta sepulcra: in primis arca quædam duri lapidis, jacens à leva seu sinistro latere chori, procedendo ad capellam B. Lucæ, in qua inventæ sunt duæ capsulæ plumbeæ, in quarum majore reperta sunt ossa divisa & separata sive disjuncta cum tribus capitibus humani corporis sine uno * litterarum titulo, quæ dicuntur & affirmantur esse SS. Maximi & Juliani confessorum, & Felicitatis, fœminæ illustrissimæ: in altera capsula minore extabant ossa separata parvi corporis, sine ullo vestigio capitum, per tot annorum tabem absumptorum, quæ dicuntur ossa trium Innocentium, quæ ossa S. Julianus prædictus, ter reversus à sepulcro Domini, dicitur secum detulisse, collocâsseque in ecclesia S. Justinæ, quorum Sanctorum loca, ubi quiescebant, incogniti *, Bernardus antistes, vir bonus, adinvenit, Henrico II * imperatore regnante, anno Dominicæ Incarnationis CLIII (*imò* 1053) sub choro dissoluta lapidum congerie adinstar sepulcri, jacentis super quatuor columnis, inventa est arca duri lapidis pedum circitèr quatuor, in qua extabat capsa quædam plumbea, in cujus summitate erat inscriptio " Hìc requiescit corpus „B. Justinæ Vir. & Mar. Christi„ & in ea reperta sunt ossa disjuncta & separata cum capite humano, quæ ossa dicuntur & affirmantur corporis B. Justinæ filiæq. Vitaliani regis Paduæ, jussu impiissimi Maximiani gladio confossæ, cujus corpus sepelivit S. Prosdocimus in ecclesia prædicta.

C

94 In altera verò archa, jacente à latere prædicti sepulcri sub choro, inventa est una capsula plumbea, nullis litteris inscripta, in qua extabant ossa sine capitibus humani corporis parvi, quæ dicuntur esse Innocentium: cæterùm in ea archa extabant ossa sine capite corporis humani, sine ulla memoria aut titulo: scilicet affirmantur ossa B. Urii monachi, qui ex Constantinopoli Patavium transtulit & collocavit in templo B. Justinæ corpora B. Lucæ Euangelistæ & Matthiæ Apostolorum *, ubi & ipse Deo serviens sepultus fuit. In archa verò in muro clausa duri lapidis in capite ecclesiæ à latere dextero inventa est una capsa lignea pedum longitudinis circitèr sex * disjuncta, cum capite humani corporis magni sine ullo titulo aut inscriptione, tecta panno lineo recentissimæ albedinis, quæ ossa dicuntur & affirmantur B. Arnaldi abbatis S. Justinæ, passi sub tyranno Ecelino. Quæ ossa singulis capsis ligneis, in syndone involuta, collocata fuerunt, clausa & sigillata tribus sigillis: altero Rev. D. episcopi: secundo abbatis S. Justinæ: tertio reipublicæ Patavinæ, & post solemnia Missarum, processionaliter portata circa pratum vallis, coopertum undique pannis, præcedentibus fratalcis temporalibus & spiritualibus cum vexillis, & omni clero & doctoribus utriusque gymnasii cum Bavaris *, & multitudine populi copiosa, demum recondita apud altare Magnum, donec reædificatâ ecclesiâ, corpora prædicta suis certis locis collocabuntur, ibi perpetuò mansura ad L. O. D. *id est, Ad laudem omnipotentis Dei.*

aliorumque Sanctorum

** l. Apostoli*

** supple:* in qua extabant ossa

E

** seu* bandariis

Locus Sigilli

Ego Zandominicus Spazzarinus Cancel. Mag. Com. Paduanæ q. s. Danielis imperiali not. civis Patavinus, rogatus prædicta feliciter notavi: ossa prædicta vidi & tetigi, qui anno MCCCCLXIII etiam vidi & tetigi ossa B. Lucæ Euangelistæ, & in fidem præmissorum me subscripsi, appositis signo & nomine meis consuetis tamquam Cancel. Com. Paduæ.

** lege:* ullo

** lege:* incognita

** aliis III, sed propriè II.*

de quibus

95 *Idem Spazzarini, cancellarii Patavini, de translatis ad tempus prædictorum Sanctorum in aram Majorem ecclesiæ* S. Justinæ *veteris reliquiis testimonium habemus Ms., ex bibliotheca* S. Justinæ *anno* 1688 *excerptum, & ad Majores nostros à P. Joanne Baptista Romagnoli Societatis nostræ huc transmissum; ex quo lectiones aliquot, ut vocant, variantes annotavi: plures quidem hujusmodi reperi, sed tanti momenti non sunt mihi visæ, ut illis omnibus paginæ marginem onerandum judicârim. De sanctis in illo memoratis pauca subjicio; nimirum de Maximo, Juliano, Felicitate, Urio, B. Arnaldo, Luca Euangelista, & Mathia Apostolo. S. Mathiam Commentario illustravit Henschenius ad diem* XXIV *Februarii, ubi de S. Apostoli reliquiis per varia loca dispersis agit toto* § IV; *Patavinarum verò meminit num.* 25, *observatque, eas à Scardeonio, lib.* 2 *Rerum Patavinarum præcipuas illius civitatis reliquias enumerante, fuisse præteritas. Ceterùm ex ibidem dictis colligi satis potest, non esse, cur monachi Benedictini* S. Justinæ *velut de toto S. Mathiæ corpore, apud se servato, glorientur, quod illos facere, in Sacrario Benedictino Bucelinus ait. De S. Lucæ Constantinopolim, unde ejus reliquiæ Patavium delatæ dicuntur, translatione actum obiter est apud nos ad diem* IX *Maii in Prætermissis: plura dabuntur ad diem* XVIII *Octobris, quo colitur.*

F

singulatim

96 *B. Arnaldi Catanei,* S. Justinæ *abbatis, in carcere, cui eum tyrannus Ecelinus includi jus-*

se-

A *ſerat, anno* 1255 *extincti Vitam, à monacho Paduano, ejus diſcipulo exaratam, dedimus die* x *Februarii pag.* 499; *quem locum conſulat, qui plura de illo diſcere voluerit. Paulò plura de S. Urio dicenda, qui corpora SS. Mathiæ & Lucæ Conſtantinopoli Patavium detuliſſe fertur. Egit de eo Papebrochius noſter tom.* 2 *Martii pag.* 610 *& ſeq., conſulueratque dumtaxat Cavacium apud Ughellum SS. Maximi, Juliani & Felicitatis inventionem anni* 1048 *deſcribentem, Scardeonium, Wionem & codicem Ms. è bibliotheca Ambroſiana. Cúmque nihil certi de horum Sanctorum ætate ſtatuere valuiſſet, & ex Wione eodem die, ſeu* XVII *Martii, S. Juliano ſacro, ſignari in antiquo* S. Juſtinæ *monachorum Kalendario S. Urium didiciſſet; unum eumdemque ſub duplici nomine, aut uno, ſed corrupto, intelligendum exiſtimabat: huc accedebat, Wionis dei delatis ad* S. Juſtinæ *templum Innocentium Puerorum ab Herode occiſorum reliquiis opinio, quæ Juliano æquè atque Urio congruebat. Denique parùm veroſimile Papebrochio viſum,* ut tam ſolenniter declaratus Sanctus (*nimirum Urius, ut Wion, licèt falsò, ad diem* XVII *Martii*

B *ait, niſi idem eſſet, qui S. Julianus*) præteritus fuerit in Kalendario; alius autem in id relatus (*Urius à Juliano diverſus*) omnino ignoretur, qui quis qualiſve fuerit. *His, inquam, de cauſis Papebrochius qui Savioli Opus nondum, cùm iſta ſcribebat, in lucem emiſſum, videre non potuit, SS. Julianum Uriumque confudit.*

nonnulla hîc obiter

97 *Verùm ſi hæc monumenta, ſeriùs, quam Papebrochius iſta ſcripſit, accepta, eidem videre licuiſſet, aliter, ut vix dubito, locutus fuiſſet, quod jam pridem ante me Petrus Boſchius indicavit tom.* 1 *Auguſti de S. Maximo, epiſcopo & confeſſore Patavii, num.* 12 *pag.* 111: *etenim non modò ex documento jam allato, quo alia in arca corpora S. Juliani & trium Innocentium, ab ipſo, ut aiunt, Patavium delata, in alia verò corpora S. Urii & unius ex trium Innocentium numero (in altera arca lapidea S. Urii oſſa, in altera verò, item lapidea, oſſa unius ex Innocentium numero inventa fuiſſe, ſcribit Cavacius pag.* 259) *inventa dicuntur, liquet Patavinos alium credidiſſe S. Julianum & alium S. Urium; ſed etiam ex inſcriptionibus, quæ unà cum SS. Juliani & Urii corporibus fuerunt inventæ. S. Juliano hæc erat inſcriptio:*

C S. Julianus fuit Chriſtianiſſimus, qui, cùm multis vicibus limina ſepulchri Domini noſtri viſitâſſet, tandem tres Innocentes ſecum deferens in ædem S. Juſtinæ collocavit, ubi & corpus ejus requieſcit in Domino: *hæc verò de S. Urio reperta ſunt:* Horum (*SS. Mathiæ & Lucæ*) in Apoſtolorum eccleſia in Conſtantinopoli urbe devotè cuſtodita D. Urius eccleſiæ cuſtos, videns

**I.* Conſtantii ſævitatem Juliani apoſtatæ, Conſtantini* ſucceſſoris, contra fideles; impius enim imperator non ſolùm in vivos Chriſti ſervos ſæviebat, ſed mortuos etiam, cruces, & alias imagines, ne quid eorum memoriæ poſteris relinqueretur, concremare procurabat, divino afflatu, capite S. Mathiæ Gruſillo ejus ſocio relicto, in navi Italiam petens impoſita Venetias primùm, deinde Patavium detulit, & in æde S. Juſtinæ devotè collocavit, ubi & ipſe Deo ſerviens voluit ſepeliri.

annotantur. 98 *Haud equidem vera eſſe omnia, quæ mox de S. Juliano & Urio ſunt recitata, vadem me præbeo; quòd ignotæ mihi ætatis ſint productæ jam ſtatim horum Sanctorum elogia. Scardeonius quidem jam inde ab Attilæ tempore, cùm illius metu ſub annum* 452 *abſconſa fuêre à Patavinis Sanctorum corpora, confecta autumat; ſed cùm non ab Attila ſolùm, ut ſuprà vidimus, ſed etiam ab Agilolpho, Longobardorum rege, anno* 601 *ſecundum Urſatum, & pòſt ab Hungaris diris cladibus affecti fuerint Patavini, dubium omnino manet, ut rectè Papebrochius ſuprà laudatus monet, quo id tempore reipſa contigerit: Cavacius rem refert ad Roſii, Patavini epiſcopi tempora, qui ſub annum* 871 *è vivis exceſſit. Satis tamen inde apparet, jam tum, quando iſta elogia primùm confecta fuerunt, eam Patavinorum animis inſedisſe opinionem, alium fuiſſe S. Julianum, alium S. Uriam. Interim verò & illud apparet, quàm levi de cauſa Wion S. Urium Benedictinis adſcripſerit. Quod ad reliquias SS. Mathiæ & Lucæ à S. Urio Patavium, ut aiunt, Conſtantinopoli tranſlatas attinet, id ad diem* XVIII *Octobris diſcutiendum relinquo. S. Felicitas in Actis noſtris locum habet tom.* 3 *Martii pag.* 682; *S. verò Maximus tom.* 1 *Auguſti à pag.* 109, *ubi, cùm num.* 13 *fidem ſuam Majores noſtri obligârint fore, ut hoc die binas Sanctorum aliquot, è quorum numero* S. Juſtina

E *eſt, in* S. Juſtinæ *templo corpore quieſcentium, tranſlationes annorum* 1502 *&* 1562 *darentur, poſteriorem è Saviolo, ut fidem datam porrò liberem, jam proponam binis §§ ſequentibus.*

AUCTORE J. B.

§ VII. Earumdem reliquiarum in templum novum tranſlationi ſe parant monachi S. Juſtinæ.

Sanctorum corpora e veteri

ANno Domini 1562 *jam eò proceſſerat templi novi fabrica, ut ſupradictis Sanctis exſtructæ eſſent aræ, paratæque vario è marmore, quæ in illis reconderentur, arcæ: itaque D. Peregrinus Mutinenſis,* S. Juſtinæ *abbas, ad transferendas ritu ſolenni è veteri, in quo ea de cauſa ab anno* 1502 *fuerant depoſitæ, in templum novum* S. Juſtinæ *aliorumque Sanctorum reliquias animum appulit, idque reipſa præſtitit eodem anno, die* XV *Martii, Dominicâ Paſſionis, quæ*

F dies, *inquit Cavacius lib.* 6 *pag.* 281 apud Caſinenſes Patres perpetuò celebris remanſit: nos autem Dominicam Quadrageſimæ, Salvatoris Paſſioni dicatam, qua Sanctorum tranſlatio contigit, celebriorem habemus, & poſt veſpertinam ſinaxim cum Sanctorum reliquiis quotannis templum circumimus. *Rerum geſtarum ſeriem, tunc deſcriptam & legitimis teſtimoniis firmatam, typis edidit Petrus Saviolus in Theſauro Paduano à pag.* 120, *è quo illam hîc recudemus. Eamdem quoque habemus in Mss., ſed breviùs; & à Savioliana relatione ſubinde diſcrepantem, ſed in minoris momenti rebus. Quædam etiam Ms. relatio habet, quæ in illa non reperiuntur; ut ea, quæ de ornamentorum præparatione narrat, quæ tanti momenti non eſſe putavi, ut huc tranſcribenda neceſſariò eſſent; ut indulgentias plenarias à Pio V eo die fuiſſe* S. Juſtinæ *eccleſiam viſitantibus conceſſas; denique ad ſolennitatem conveniſſe quadraginta hominum millia, & ſi quæ hujuſmodi alia.*

S. Juſtinæ

100 *Sic igitur legitur apud Saviolum mox laudatum:* In Dei omnipotentis nomine. Satis conſtat, divum Proſdocimum, nativitatis ſuæ an-

AUCTORE J. B.

no vigesimo, à beato Petro Apostolo ad episcopale munus promotum, Patavium, urbem nobilissimam, destinatum, anno post Christum circitèr decimum septimum* perveniſſe, Vitalianumque regem, Præpedignam, ejus uxorem, & urbis populum, ad Christi fidem conversos baptizâsse: multos diversis languoribus oppressos sanando, aliaque miracula in Jesu Christi nomine faciendo: qui filiam ex rege reginaque, post baptismum conceptam, Justinæ nomine ei impositio, baptizavit, sanctarumque litterarum imbuit disciplinâ, quæ inter generosas mulieres præclaræ indolis famâ decorata, toto vitæ suæ tempore, spretis mundanis deliciis, mente & corde Deo omnipotenti inserviens virgo pro Christo martyrium subiit: nam Maximilianus* subcæsareus imperator impiissimus, audita morte Vitaliani regis, concito cursu Patavium ingressus, ardens in concupiscentiam Virginis, missis militibus, Justinam ad se adduci fecit, ut, relicto Christiani nominis cultu, idolis compelleret immolare, sperans hoc modo ejus thalamo frui: quæ, cùm æterni Sponsi delicias adamaret, cuncta, quæ pro terreno sponso sibi promittebantur, aurum, argentum, servos & ancillas parvifaciens, pœnis diversis cruciata, Martem adorare nolens, jussu crudelissimi imperatoris, gladio lateri ejus infixo, moriens Christo spiritum commendavit; cujus corpus accipiens divus Prosdocimus in condigno collocavit loco. *Nonnulla in hanc* S. Justinæ *historiam observanda essent; sed, cùm de iis sermo fuerit in superioribus, iis repetendis, quæ jam dicta sunt, supersedeo. Sic itaque tabulæ Patavinæ apud Saviolum prosequuntur.*

*decimo septimo

*l. Maximianus

B

101 Mortuo autem Maximiano, Opilius patricius, vir Christianissimus, ædem, quæ erat Concordialis, multis opibus donatam, in honorem S. Justinæ construi procuravit, prope eam faciens oratorium, S. Mariæ dicatum, utroque, ecclesiâ & oratorio, per D. Perdocimum consecrato, qui, cùm in episcopatu annis nonaginta tribus, mense uno, diebusque quindecim vixisset, voluit ibi sepeliri: hæc partim vidisse, partim intellexisse à D. Prosdocimo testatur Maximus, in episcopatu successor. *De Opilione ac condito ab illo templo* S. Justinæ *consule §§ 3 & 4. De Actis S. Prosdocimi, S. Maximo afflictis, actum est § 1, ut nec hic longiorem moram trahere sit necesse.* Quæ divino afflatu facta, credendum est: nam divina Majestas in æde ipsa corpora Lucæ Euangelistæ, Mathiæ Apostoli, Maximi episcopi, Juliani martyris (*qui tamen infrà num.* 105 confessor *appellatur*) Arnaldi abbatis, Felicitatis & Urii, amicorum suorum reponi, diligenterque & sanctè custodiri voluit: trium item Innocentium corpora huc deferri ordinavit; quæ diu tum temporis vetustate, tum barbarorum rabie, novissiméque anno à Christi Natalibus septuagesimo quarto supra millesimum centesimum (ut documenta in archivio cœnobii S. Justinæ existentia, ut refertur, attestantur) incendio desolata (*vide num.* 86) Spiritu sancto cooperante, incognita in lucem venerunt, ut Patavium urbs eorum meritis læta conservaretur, in quibus omnipotens Deus mirabilia fecit, & hoc potissimùm tempore, prout paulò pòst ad comprimendum incredulorum duritiem, vel potiùs insaniam, comprobatur. Horum devotionem monachi Ordinis sancti Benedicti in cœnobio dicti loci religiosè viventes conservârunt, diligentesque, æde vetustate labente, corpora S. Justinæ & aliorum, quorum mentio paulò pòst fieri convenit, in altari Majore custodiri jusserunt, in novum templum, quod facere constituerant civitatis monitu & exhortationibus, prout cavetur ex tabulis consilii sub anno MCXCIV transferenda.

templo

C

D

102 Unde memores, illud jam multos annos fundatum, tandem studio & diligentiâ Rev. D. Peregrini Mutinensis, Congregationis Cassinensis Ordinis præmemorati præsidentis, ac ejusdem cœnobii abbatis, urbis Patavii dictique loci amantissimi, ea arte, eoque ordine singulis bene dispositis, monachi ita construi procurârunt, ut, parte jam magnificè fabricata, quod supereſt, indies auctum, clarissimum fore, facilè ostendatur; quo fit, ut, quemadmodùm urbs Patavium locorum amœnitate, ædibus magnificè fabricatis, viris virtute & prudentiâ præditis, & gymnasio, in quavis litterarum scientiâ florente, decorata, meritò inter primas totius orbis terrarum urbes connumeratur; ita templum, D. Justinæ dicatum in hac eadem urbe, tum dictorum Sanctorum devotione, tum amplitudine sua, mirabilique artificio erectum, inter clarissima in quavis urbe fabricata posterius haberi non possit. Proinde Opilio fundatori, patri patriæ, & Vitaliano Præpedignæque, ejus uxori, triginta diebus post eum defunctæ, D. Justinæ parentibus, huic in dextero, illis in sinistro capellæ Majoris templi novi elogium marmore inscriptum monaci pientissimi posuerunt.

in novum translaturi monachi

E

103 Quamobrem anno à Christi Jesu Natalibus sexagesimo secundo supra millesimum quingentesimum Ind. v, sub S. D. N. Pio quarto, Pontifice maximo, & exc. D. Hieronymo Priolo, inclyto Venet. duce, Rev. Jo. Busdrago Lucense, Argolicense episcopo, pro illustrissimo Cardinale Pisano, in episcopatu suffraganeo locumque tenente: præmemorato præsidente abbate, sub se Don Celso Veronensi ac monacis circitèr octuaginta, religiosè in cœnobio ipso degentibus, clarissimo D. Aloysio Mocenico, equite prætore, & Hieronymo Cicogna præfecto, pro illustrissimo Duc. Dom. Venetiarum urbem regentibus; mag. Bonifacio Papafava, & Francisco Capite Vaccæ ex ordine equestri, Antonio Vicoagere, Trapolino de Rustica, & Hieronymo Polcastro Sapient. ad utilia Reip. deputatis; Francisco Capitelistæ ex eodem equestri ordine, Petro Bagarotto, Baptista de Doctoribus, & Antonio Borromeo, ecclesiarum provisoribus Paduæ existentibus: cùm abbas, monaci, sapientes, provisores, cæterique patres corpora Sanctorum ex æde veteri (ibi enim corpora ipsa existere, publica documenta tam in canc. urbis archivio, quàm in dicto cœnobio extensa verissima* reddebant testimonium) in partem novi templi, ad honorem Dei sub ejusdem D. Justinæ titulo fundati, magnificè fabricatam in arcis, marmore lecto singulis præparatis, reponenda, perpetuò permansura transferre decrevissent; considerantes, quòd divina Majestas, ob merita amicorum suorum in multis pietatem misericordiamque suam ostendens, fidem Christianam confirmabit, devotionemque eorumdem augebit, operæ pretium esse duxerunt, per me Joan. Mariam Mazoccum, urbis cancellarium, ea, quæ in dies gesta, quoque * confirmata fuerunt, ad perpetuam successorum memoriam in scriptis redigi debere. D. L.

quæcúmque gerenda essent, conscribi jubent.

F

*veriſſimum

*an quæque?

A

die IV *Martii anni* 1562, *clam populo*

104 Die itaque Mercurio, quarto Nonas (*Ms.* XI) Martii, ſub Spiritus ſancti nomine ad altare Majus templi novi ſolemni Miſsâ, devotè celebratâ, rev. ſuffraganeus abbas, clariſſimi rectores, ſapientes, proviſores, ceterique patres, qui prædictis interfuerunt, videntes, populum & utriuſque ſexus multitudinem devotionis gratiâ in templum jam congregatum, & undequáque confluentem continuè magìs augeri, Sanctorum corporum extractionem perdifficilem periculoſamque eſſe cenſentes, rem ad poſt Nonam remiſerunt, tacito modo populo licentiâ datâ. Eadem die, horâ circitèr vigeſimâ, prædictis Rev. abbate, uno epiſcopo Romano, Capranico nuncupato, qui accedens ad Tridentinum conſilium in cœnobio S. Juſtinæ hoſpitabatur, ritu epiſcopali indutus, multis monacis, cereis accenſis, præcedentibus atque laudes condignas omnipotenti Deo reddentibus, mag. DD. Bonifacio Papafava, & Franciſco Capite Vaccæ prænominatis, Julio Bradiolo, & Annibale Buzzachareno, in utroque jure peritis, hoc Antonii Ruſtica abſentis, illo Hieronymi Polcaſtri apud illuſtriſſimum dominium Venetum urbis oratoris loco, ſapientibus ad utilia Reipublicæ proviſoribus eccleſiarum, ac aliis multis devotè ſubſequentibus, ad altare Majus ædis veteris perventis; conſtabat enim publico documento à Jeſu Chriſti Natalibus anno ſecundo ſupra MD celebrato, in libro partium Communis pag. CXL extenſo, corpora ſancta infrà nominata in quinque capſis ibi repoſita extitiſſe; pariete altaris in cornu dextero dirupto, coopertum namque commodè elevari non poterat, in eo capſæ quinque ligneæ, longæ circitèr pedes quinque, inventæ, indeque extractæ, in novum templum delatæ fuerunt.

B

thecis reliquiarum

105 Prima quarum fune ligata & in compagine tribus ſigillis, uno D. Juſtinam, alio unius epiſcopi, tertio Com. Paduæ ſignum, cerà impreſſum, tenentibus communita, hæc verba ſcripta in cooperto legebantur: "S. Juſtinæ virginis & martyris.„ Reliquæ autem capſæ dictiſmet ſigillis tantùm communitæ ſingulæ in cooperto indices habebant ſuos. Secunda "S. Felicitatis feminæ; S. Maximi epiſcopi, & confeſſoris Juliani.„ Tertia trium Innocentium. Quarta S. Arnaldi. Quinta S. Urii. Deinde deventum fuit ad capellam, divo Lucæ dicatam; elevato cooperto arcæ, ex alabaſtro factæ, in ea cooperta, indeque in templum novum devotè delata, una capſa plumbea ad inſtar cophini, longa circitèr pedes quinque, nulla fune, nulliſque ſigillis clauſa tantùm, in qua oſſa D. Lucæ Euangeliſtæ ineſſe, veriſſimum reddetur teſtimonium per ea, quæ paulò pòſt adducentur. Poſtremò elevato cooperto arcæ, in capella S. Mathiæ Apoſtoli exiſtentis, inventa, indeque extracta, in templum novum devotè delata fuit una capſa lignea, conſimilis prædictæ, tribus ſigillis tantùm in compagine appoſitis, in qua reperiri corpus S. Mathiæ Apoſtoli, lama* plumbea litteris impreſſis deſuper affixa teſtabatur. Cœterùm quia in aperiendis capſis aliiſque adimplendis tempus non ſuppeditabat, ſeptem capſæ prædictæ in loco teſtudineo, vulgò "detto Sotto Confeſſione„ depoſitæ duobus ſigillis, altero reveren. ſuffraganei, qui, dum prædicta fierent, ſupervenit, altero Com. Paduæ, per me cancellarium communi-

C

*lamina

ta, cereis hinc inde accenſis per nonnullos monacos nocte cuſtoditæ fuerunt.

AUCTORE J. B.

106 Interea quidam juvenis curioſus, ingreſſus altare, ex quo Sanctorum corpora extracta fuerunt, invenit, præfatoque reverendo abbati, præſentibus DD. ſapientibus, proviſoribus & aliis, exhiberi fecit unam capſulam plumbeam, longam circitèr pedem dimidium, ita clauſam & conſolidatam, ut facilè aperiri non poſſet, in qua tres globuli, ſyndone viridi ſericea involuti, muniti fuêre, quibus reſolutis, in ſingulis index extabat ſub his verbis: uno "S. Simeonis & Judæ Apoſtolorum: „ alio "Iſtæ „ſunt reliquiæ S. Lucæ:„ tertii verba, ob vetuſtatem caduca, legi non potuerunt, quas reliquias tempore conſecrationis altaris ibi repoſitas, aſſertum fuit, D. Celſo Priori in eadem capſula traditas cuſtodiendas. Verùm ne ea, quæ memoriâ digna ſunt, ſilentio prætereantur, divina Majeſtas hoc in primis ſignum (*ut quidem interpretati ſunt*) in Sanctis ſuis oſtendere voluit. Nam cùm, dirupto pariete altaris, corpora Amicorum Dei extrahi cœptum eſt, cœlo tunc limpido, ſoleque claro ex improviſo nebulâ obumbratis, nix hoc anno in urbe Patavio minimè viſa, è cœlo cadere cœpit, & per feneſtram ex oppoſito altaris, fortè tunc apertam, ſuper corpora Sanctorum ad noſque adſtantes venti vi impulſa, verè manna apparebat. Corporibus autem ſanctis extractis, cœlum, ſolque clarior apparuit: ex quo (Manum* enim Bonum deſignatur) credendum eſt, omnipotentem Deum ob merita Amicorum ſuorum urbem Patavinam conſervaturum.

in templum novum delatis,

E

* Mannâ

poſtridie ſingularum

107 Die Jovis, tertio Nonas ejuſdem menſis, Rev. abbas, monaci, ſapientes, proviſores, cœterique cives corpora Sanctorum videre, & populo univerſo, devotionis gratiâ adſtanti, oſtendere cupientes, in locum ſubconfeſſionis perventi, capſas aperiri juſſerunt. In capſa plumbea adinſtar cophini comperta & viſa fuerunt oſſa D. Lucæ Euangeliſtæ ſine capite, de quibus documentum in urbis archivio rubeo foleo 174 anno à Chriſti Natalibus LXIII ſupra MCCCCXI.* celebratum reddit teſtimonium. Hoc item duobus elogiis in ipſa capſa, altero in vitreo, altero in ligneo buſſolis compertis, infrà regiſtratis comprobantibus: "Qui Spiritu „ſancto repletus Euangelium ſcripſit, Actuſque „Apoſtolorum, teſte D. Hieronymo, declaravit, „& annis LXXIV natus, in Bithinia obiit, cujus „benedictum corpus anno XX imperii Conſtanti„ni Conſtantinopolim delatum in eccleſia Apo„ſtolorum cuſtodiebatur.„ In alia capſa lignea conſimili comperta fuerunt oſſa S. Mathiæ Apoſtoli ſine capite cum uno elogio hoc teſtante: "Hîc, cooperante Spiritu ſancto, orante Petro, „in Apoſtolorum felici conſortio connumera„tus eſt.„ Horum corpora, in Apoſtolorum eccleſia in Conſtantinopoli urbe devotè cuſtodita, D. Urius eccleſiæ cuſtos, videns ſævitatem Juliani Apoſtatæ, Conſtantini (*imò Conſtantii, Conſtantini filii, ſaltem proximi*) ſucceſſoris contra Chriſti fideles (impius enim imperator non ſolùm in vivos Chriſti fervos ſæviebat, ſed mortuos etiam, cruces & alias Sanctorum imagines, ne quid eorum memoriæ poſteris relinqueretur, concremare procurabat) divino afflatu, capite S. Mathiæ Gruſillo, ejus ſocio, relicto, in navi Italiam petens impoſita Venetias primùm, deinde Patavium detulit, &

F

*lege: MCCCC

in

AUCTORE J. B.

in æde S. Juſtinæ devotè collocavit, ubi & ipſe Deo ſerviens voluit ſepeliri. Caput autem S. Lucæ per Federicum imperatorem, Barbaroſſa nuncupatum, ablatum extitiſſe fertur, Romæ autem delatum cuſtodiri, teſtatur Breve Apoſtolicum, datum Romæ anno à Nativitate Dominica MCCCCLXIV. Eod. in Rubeo pag. 174 regiſt. &c. *Baronius in Annalibus ad annum 586 num. 25, Gregorium Magnum S. Lucæ caput Romam Conſtantinopoli detuliſſe, ſcribit: Fredericus verò ſeculo tantùm duodecimo fuit: ſed & Petrus de Natalibus lib. 9, cap. 79 ipſam S. Lucæ Patavium tranſlationem pro fabula habet. Verba ejus ſunt:* Cujus oſſa (*S. Lucæ*) regnante Conſtantino imperatore, anno xx imperii ejus cum reliquiis Andree Apoſtoli Conſtantinopolim tranſlata ſunt: licèt cives Paduæ urbis ipſius corpus præſentialiter fabulentur ſe habere, in eccleſia videlicet ſanctæ virginis Juſtinæ. *Verùm hæc ad diem* XVIII *Octobris, S. Lucæ ſacrum, diſcutienda ſunt fuſiùs: redeo ad tranſlationis* S. Juſtinæ *inſtrumentum.*

thecarum & reliquiarum, B

108 In altera capſula lignea, S. Juſtinæ indicem tenente, aperta, altera capſa inventa fuit plumbea, longa circitèr pedes tres, litteris in cooperto impreſſis, dicentibus: "Hìc requieſcit „corpus B. Juſtinæ virg. & martyris„ Crucis ſigno in utroque litterarum capite impreſſo, quâ capſulâ apertâ, in ea comperta & viſa fuerunt caput & oſſa dictæ ſanctæ Virginis cum uno buſſolo argenteo, ac elogio hæc comprobante, de quibus in documento prælegato, in anno MDII celebrato, fit mentio. His maxima cum devotione viſis, capſa ipſa fuit clauſa, fune ligata, ſigilliſque communita. In alia capſa comperta fuerunt oſſa parva trium Innocentium per D. Julianum à S. Sepulcro Domini delata, & in æde S. Juſtinæ repoſita. Prædicta autem corpora ſancta diu, ut dictum eſt (*num.* 101) ſuprà, abſcondita Rev. Gerardus, Paduæ epiſcopus, in anno à Chriſti Natalibus MCLXXVII munivit, in arciſque condignis collocata monaci diligenter cuſtodierunt. Deinde apertâ capsâ infraſcriptâ S. Urii, comperta viſaque fuerunt oſſa S. Urii, de quibus elogium in ea exiſtens, documentaque, in urbis archivio regiſtrata, verum reddunt teſtimonium. Hic Dei amicus, ut dictum, corpora SS. Lucæ & Mathiæ, ex Conſtantinopoli delata, in æde S. Juſtinæ collocavit.

C

de quibus obiter hic aliquid obſervatur.

109 *Quocúmque tandem tempore SS. Mathiæ & Lucæ reliquias nacti fortè fuerint Patavini, dubium non eſt, quin Mariæ Mazzoci cancellarii ea de re relatio, quam ſuprà num.* 107 *habes, à vero deflectat. Stante enim illa, S. Lucæ oſſa ab Urio Conſtantinopoli Patavium delata fuiſſe oportet Juliani Apoſtatæ ætate: atqui aliunde conſtat, S. Lucæ corpus Conſtantinopolitanæ ſanctorum Apoſtolorum baſilicæ ex Procopio, illius ætatis ſcriptore, à Conſtantino Magno, illatum, ibidem ſaltem uſque ad Juſtiniani Senioris imperatoris tempora, id eſt, uſque ad ſeculum ſextum fuiſſe conſervatum: ſic habet lib.* 1 *de Ædificiis cap.* 4. Conſtantinus Auguſtus, *inquit, interprete Maltreto,* ædem Apoſtolis hanc poſuerat, eorumque gloriæ ac nomini conſecrârat.... Nullam autem notam reliquerat, quæ ibi jacêre Apoſtolos teſtaretur; nec locus ullus ſpeciem offerebat conditorii ſacrorum corporum. At nunc, cùm hoc templum Juſtinianus reficeret, artifices, effoſſo penitus pavimento, ne quid reſtaret malè compoſitum, ligneos viderunt loculos tres, illic habitos derelictui, ac ſuis ſignificantes inſcriptionibus, Andreæ, Lucæ ac Timothei Apoſtolorum ineſſe corpora, quæ imperator ipſe, Chriſtianique omnes maxima cum voluptate ſpectârunt. His pompâ ac feſti celebritate ornatis, ſolitiſque honoribus ritè perſolutis, occluſos loculos humo denuò mandârunt; ac ne locus nota ad memoriam inſigni & frequentiâ careret, Apoſtolorum corporibus illum piè dedicârunt. *Hinc verò apparet etiam, nec S. Mathiæ reliquias Juliani ætate Patavium fuiſſe ab Urio tranſlatas. Quid porrò Mazzocus referat, audiamus.*

D

legitima inſpectio

110 In alia capſa, *inquit*, inventa & devotè viſa ſunt oſſa S. Arnaldi abbatis cum uno elogio in membranis, hoc manifeſtè exprimente: "Hic ſervus Dei, abbas cœnobii S. Juſtinæ, in „anno Domini MCCXXX à Jo. Dandulo poteſtato (*ſeu prætore*)" & procuratore Com. Paduæ cum „licentia conſilii aquam, per monaſterium nunc „labentem, obtinuit, ut in fine ſtatuti veteris ca„thenâ ferreâ pendente in archivio urbis exi„ſtentis atteſtatur: poſtea juſſu Eccellini tyran„ni crudeliſſimi carceribus intruſus, ibi Deo ſer„viens per annos octo, menſes tres in vinculis „detentus, LXX vitæ ſuæ anno obdormivit in „Domino.„ Demum, apertâ aliâ capsâ, juxta illius index, comperta & devotè viſa fuerunt tria capita & oſſa humana, quæ verè fuiſſe & eſſe, unum S. Juliani martyris, aliud S. Maximi epiſcopi & confeſſoris, tertium S. Felicitatis, mulieris illuſtriſſimæ, elogia, ibidem comperta, manifeſtiſſimè demonſtrabant: "S. Julianus fuit vir „Chriſtianiſſimus, qui cum multis vicibus li„mina ſepulchri D. N. viſitâſſet, tandem tres „Innocentes ſecum deferens in æde S. Juſtinæ „collocavit, ubi & ejus corpus requieſcit in „Domino. S. Maximus fuit amicus Dei, ſe„cundus epiſcopus Paduæ, D. Proſdocimi ſuc„ceſſor. S. Felicitas fuit mulier illuſtris, Deo „devota, ſacro velamine dedicata.„

E

inſtituitur.

111 Hæc tria pariter corpora, per longum tempus abſcondita, anno à Chriſti Natalibus quinquageſimo tertio ſupra milleſimum per Rev. Bernardum, Antiſtitem Paduæ, ex revelatione divina fuerunt inventa, ob quorum merita divina Majeſtas tunc multa fecit miracula; nam, ut documenta in archivio cœnobii prædicti exiſtentia teſtantur, cæci viſum, ſurdi auditum, aliique, diverſis affecti languoribus, ſanitatem recuperaverant. Quapropter divinâ Providentiâ Leo, Romanæ Eccleſiæ Pontifex Maximus, Patavium pervenit, ab ipſo antiſtite ſuſceptus, Paduæ per biduum moram trahens in æde S. Juſtinæ, ubi corpora Sanctorum inventa venerabantur, collecta in unum multitudine clericorum & laïcorum, Miſſam celebravit, & civitatem, quæ antiquitus anathematis vinculo complexa dicebatur, priſtinæ benedictioni reſtituit (*ob hæreſim multis jam annis anathematis vinculo conſtricta fuerat, ut ſcribit Scardeonius lib.* 2, *claſſe* 6, *ubi de S. Maximo, nimirum Arianam, ut Urſatus ad annum* 1053) populumque in fide confirmavit, inventionemque Sanctorum canonizavit. Quæ novem Amicorum Dei corpora, in dictiſſimet capſis clauſa, in ſubconfeſſionis loco, cereis accenſis, nonnullis monachis devotè cuſtodienda commendata fuêre. Cùm autem rev. abbas, monaci, ſapientes, proviſores & cæteri patres corpora ipſa in medio templi novi ex oppoſito capellæ D. Lucæ dicatæ, deponi decreviſſent,

ut

A ut populus videre votaque ſua adimplere poſſet, timentes, ne quid inconvenientis ſuccedat, dum capſæ ipſæ apertæ extarent; tres aut quatuor monachos totidemque cives aſſiſtere, meque cancellarium onus aperiendi claudendique capſas ſuſcipere voluerunt.

§ VIII. S. Juſtinæ aliorumque Sanctorum reliquiæ in templum novum ſolenniter transferuntur.

A die vi Martii reliquiæ in conſpectu populi,

Sic rebus, ut ſuperiore § vidimus, comparatis, nihil, quo minùs jam ſolennis reliquiarum tranſlatio inſtitueretur, deſiderari videbatur. Die itaque Veneris, pridie Nonas Martii in ſummo manè, omnibus congruè præparatis, in locum prædictum capſis delatis; & apertis,

B tanta populi & utriuſque ſexus multitudo ad corpora ſancta viſenda continuò concurrebat, ut à manè uſque ad noctem quotidie confluens, alter alteri loco cedere non poſſet. Huc cœci conducebantur: hùc ſurdi: huc muti: huc à dæmonibus vexati, aliiſque morbis affecti accedebant, ob merita Amicorum Dei à divina Majeſtate priſtinam ſanitatem recuperare, votique compotes fieri ſperantes: multi ſincerè devotéque divinum implorantes auxilium, intercedentibus ipſis Sanctis, gratiam obtinentes, vota ſua quotidie offerebant. Inter cætera miracula, quæ omnipotens Deus ob Amicorum ſuorum merita (horreſco referens) in iis gloriam ſuam manifeſtavit. Soror Camilla, Exc. Jur. Utr. periti Franciſci Papafava, nob. Patavini, monialis profeſſa in monaſterio S. Annæ, Ordinis S. Benedicti, ob inſupportabilem oculorum dolorem amborum, luce, deinde voce, poſtremò pedum beneficio privata; ita, ut nec videre nec loqui, nec pedibus ſtare poſſet, multum tempus hanc ſubſtinens infirmitatem, ita ut medicamina medelaque ſibi cum maximo ſui corporis dolore per Exc. medicinæ & chirurgiæ peritos quotidie præſtita facere non potuerunt, ab omnipotenti Deo eſt conſecuta.

C

contingentibus interim non paucis miraculis,

113 Nam præfata ſoror Camilla, conſiderans, quòd ægritudo ſua deſperata ab omnibus habebatur, confeſſa & contrita, corpore Domini devotè ſuſcepto, ad ædem D. Juſtinæ ſeſe deferri voluit, & ingreſſa locum, ubi corpora Sanctorum reperiebantur, devotè ſuper unoquoque preces porrigens ſuas, ad corpus S. Juſtinæ Cruce ſignando illos os & oculos tetigiſſet, interrogata à nob. D. Bernardino Papafava, ejus patruo, an vidiſſet caput S. Juſtinæ benedictæ, reſpondit: "Miſſier ſi,, (*id eſt* "Ita domine,,) ex quibus verbis à ſe prolatis ſtupefacta ſenſit, omnes ſuos ſenſus ſui corporis commoveri, & ibi tunc (mirabile dictu) ſurrexit, nullo coadjuvante, per ſeipſam ambulavit, vidit & loquebatur. Voce itaque, viſu, & pedum beneficio ſimul recuperatis, laudans omnipotentem Deum, quòd ſuper ſe, intercedentibus Sanctis ſuis, miſericordiam fecerit, læta domum eſt reverſa. Soror Barbara Leona, nobilis Patava, monialis velata in monaſterio B. Antonii peregrini, quæ ob quamdam ægritudinem jam annis quatuor vocem amiſerat, ita quòd loqui non poſſet, videns, quòd cura medicorum minimè ſibi prodeſſet, habitâ notitiâ de iis, quæ ab omnipotenti Deo in Sanctis ſuis apud ædem S. Juſtinæ fiebant, mente & corde contrita ad Amicorum Dei ſuffragium pervenire decrevit, ſperans & ipſa, ſe ſanitatem conſecuturam, & ſuper ſingulis corporibus benedictis factis orationibus, perventa ad corpus S. Juſtinæ majori fervore deprecando, cùm quidam monachus capite dictæ Divæ os ſupplicantis tetigiſſet, ſtatim vocem recepit, ſanaque ad monaſterium eſt reverſa, læta magnificans Deum. Soror Marina de Fabritiis, Veneta, monialis profeſſa in monaſterio S. Mathiæ, per annos duodecim patiens ſtomachi dolorem, ita quòd cibos retinere non poſſet, febre quaſi continua ejus corpus vexante, medicamine proviſionibuſque nil proficientibus, intellectis iis, quæ per divinam Majeſtatem in Sanctis ſuis in æde S. Juſtinæ fiebant, ad corpora Sanctorum perventa, preces ex corde porrigens, & ad corpus S. Juſtinæ orando omnipotentem Deum, ut per merita Sanctorum ſuorum ſanitatem ſibi reſtitueret, ſtatim reverſa domum, libera remanſit.

AUCTORE J. B.

E

uſque ad diem XIV poſita.

114 Quæ licèt in urbe Patavio, & alibi nota manifeſtaque ſunt, nihilominus Rever. Suffraganeus, abbas, Sapientes ad utilia & eccleſiarum proviſores, ut cæteris notificentur ea, quæ omnipotens Deus in Sanctis ſuis facere voluerit, & quòd increduli credant, Amicorum Dei interceſſiones nobis multùm prodeſſe, veridicum voluerunt formari proceſſum. Tribus itaque notariis, cancellario, & uno curiæ epiſcopalis ſcriba, meque Cancellario Com. aſſumptis conſcribentibus, per Rev. Suffraganeum, præſentibus Sapientibus & proviſoribus, in proceſſu nominatis non ſolùm principalibus, ſed etiam medicis, multiſque aliis notitiam habentibus, ſub juramenti vinculo examinatis, ea vera fuiſſe & eſſe, ſatis ſupráque comprobatum eſt. Præterea quidam Andreas Pulzatus de vico Maſeratæ, vicariatûs Conſylvarum, diœceſis Paduanæ, in confinio S. An. domi Dominici Quarantaotto moram trahens, ob nervorum debilitatem pedibus ſubſiſtere non valens, per decennium hac laborans infirmitate, crucolis per civitatem mendicans, ad corpora ſancta perventus, pro ſanitate recuperanda enixè orando ibidem, multis videntibus, relictis crucolis, voti compos lætus per templum deambulabat. Cujus teſtiumque ibi præſentium, per me cancellarium tunc temporis examinatorum, depoſitiones in ſcriptis redactæ hoc comprobant miraculum ab omnipotenti Deo, intercedentibus Sanctis ſuis, factum. Multa alia ſigna in Amicis ſuis fecit divina Majeſtas, quæ in præſenti documento ſcripta non ſunt. Quo in loco cùm corpora benedicta per novem dies cunctis oſtenſa permanſiſſent, Rever. abbas, Sapientes & proviſores in arcis jam præparatis reponere volentes, illa circumcirca Pratum vallis proceſſionaliter priùs deferri decreverunt.

F

poſtridie ſolenni ſupplicatione circumferuntur,

115 Die itaque Dominica, Idibus (xv) Martii in manè, ſolemni Miſſa ad altare Majus templi novi devotè celebrata, tanta populi & utriuſque ſexus multitudo & in eccleſia & ſuper Prato vallis reperiebatur, tantaque devotione expectabat, ut nihil ultrà deſiderari potuerit, fratalcis temporalibus & ſpiritualibus præcedentibus, doctoribus in utraque facultate,

AUCTORE J. B.

& universo clero, ordine servato, intervenientibus, corpora Sanctorum processionaliter, devotè ac honorificè è templo novo circum Pratum vallis, undique pannis coopertum, delata, Rev. suffraganeo, clariss. rectoribus, Sapientibus Reipublicæ, provisoribus ecclesiarum & aliis numero quasi infinito cum Corpore D. N. Jesù Christi, singulis suo loco subsequentibus, in idem templum remissa fuerunt, ibi per nonnullos dies permansura, populo devotionis gratiâ, hoc permaximè cupienti, ostendenda, cujusque processionis ordo paulò infrà describitur.

seqùenti verò die Jovis suis arcis,

116 Die Jovis XIV Calendas dicti mensis Rev. Suffraganeus, abbas, monaci, Sapientes, & provisores prænominati in loco subconfessionis, ubi corpora ipsa reperiebantur, perventi, omnibus jam præparatis, decreverunt corpora Sanctorum in arcis suis reponere in perpetuum permansura. Singulis itaque capsis ligneis apertis, singula Sanctorum corpora extracta, & in syndone fericea rubei coloris involuta in totidem capsis plumbeis, longis circitèr pedes tres, de novo factis, posita extiterunt, elogio uniuscuiusque Sancti, & præsentis Actûs

B

mentionem faciente, in qualibet capsa incluso. Verùm antequam dicta corpora in syndone involverentur, Rev. abbas, consentientibus urbis patribus, ibidem assistentibus, ex S. Mathiæ tres dentes & nonnulla parva ossa: ex S. Juliani & ex S. Maximi ossibus nonnullas reliquias, in consecrandis altaribus ac tabernaculis reponendas, extrahi voluit in bussolis ligneis separatis, Don Celso Priori consignatis, custodiendos. Deinde apertis reliquis capsis duabus plumbeis, ex una corpus S. Justinæ, ex altera corpus S. Lucæ, extracta in syndone consimili, quibuslibet separatim involutum in suis capsis prioribus repositum fuit cum elogio consimili prædictis incluso. Ex corpore S. Justinæ Rev. abbas, eisdem patribus consentientibus, maxillam S. Justinæ, adhuc sex dentes in se tenentem, priùs extrahere voluit, reponendam in capite argenteo S. Justinæ, nec non unum aliud os ejusdem D. Justinæ, in alio tabernaculo reponendum.

triplici sigillo munitis, includuntur,

C

117 Cùmque prædictæ novem capsæ plumbeæ, novem corpora Sanctorum continentes, clausæ, fune ligatæ, tribusque sigillis, uno S. Justinæ, secundo prædicti suffraganei, tertio Com. Paduæ signum habentibus, cerâ congruè impressis, capsis item ligneis in singulis arcis conservandi gratiâ impositis, cùmque cætera omnia præparata essent, Rev. suffraganeus & abbas, monacis, cereis accensis, laudes condignas omnipotenti Deo reddentibus, Mag. Sap. sap. provisoribus, patribusque & populo assistentibus, devotéque subsequentibus, singula altaria, singulasque arcas solemniter benedixerunt, singulas singulis dedicantes. Demum sub ipsius Sancti nomine prædicta Sanctorum corpora singula in singulis arcis cujuslibet dedicatis, reposita, cooperto marmoreo superimposito, clausa fuerunt, ibi in perpetuum permansura, hoc ordine servato: nam in choro novi templi ad altare Majus S. Justinæ: à dextero latere chori in prima capella trium Innocentûm: in secunda S. Arnaldi: in tertia in sua prima, archa alabastri S. Lucæ: in quarta Felicitatis. Altare verò sinistro in capella prima, S. Juliani: in secunda, S. Maximi: in tertia ex opposito S. Lucæ, S. Mathiæ: in quarta, S. Urii corpora permanserunt.

exceptâ tamen reliquiarum S. Justinæ parte,

118 Die autem nono Calendas ejusdem mensis in sacristia ecclesiæ ædis veteris, præsentibus Sapientibus, provisoribus urbis & aliis, Rev. abbas maxillam S. Justinæ cum quinque dentibus, sexto dente à maxilla separato, ac alio osse in uno tabernaculo ex postea repositis, diligenter custoditam & involutam in uno capite argenteo S. Justinæ, per Bernardinum aurificem clauso & bene communito, ponere voluit. In æde itaque veteri S. Prosdocimi corpus remansit, ubi & multos alios Dei amicos, quorum nomina ob vetustatem ignorantur, reperiri credendum est. Corpora autem Sanctorum, quorum mentio suprà facta est, ad quæ utriusque sexus multitudo devotionis gratiâ in afflictionibus suarum rerum suffragium apud divinam Majestatem imploràns quotidie concurrit, voti compos, votaque offerens, in templo novo, magnificè fabricato, requiescunt. Viventes autem jam in paradiso pro hac sua charissima patria, devotissimoque populo continuò intercedere, dubitandum non est, apud Dominum Deum nostrum; cujus nomen sit in seculum seculi benedictum.

quibus vel omnibus, vel aliquibus hi nominati interfuêre.

E

119 Prædictis autem, dum sic, ut suprà, agerentur, partim singulis, partim his, & partim illis, interfuerunt Mag. D. Bonifacius Papafava, Franciscus Caput, Vacæ equites, Antonius de Rustica, & Hieronymus Polcastro in urbem reversi, Sapientes ad utilia Reipublicæ, Franciscus Caput Listæ, eques, Petrus Bagorotto, Baptista de Doctoribus, & Antonius Borromeo, ecclesiarum provisores. Nec non Mag. DD. Jo. Zabarella, Ludovicus Docto, Gregorius de Doctoribus, & Ludovicus Leo ex ordine equestri, Gaspar Fabianus, Marcus Antonius Zabarella, Marcus Antonius Mussato, Transalgardus Caput Listæ, Julius Bradiolus, Paganus de Rido, Jacobus Leo, Annibal Buzzachareno in jure, ac Paulus Ursatus in artibus, periti, Jo. Barisonus, Trapolinus de Trapolinis, Zachus de Zachis, Lucillus Beraldus, Jo. S. Vliana, Paulus Alvarottus, Jacobus Docto, & Joan. Antonius ab Orologio, omnes ex collegio Sapientes Reipublicæ Patavinæ: RR. Franciscus Zabarella archipresbyter, Hercules ex Comitibus S. Bonifacii canonicus, Mag. D. Petrus Mazzolelus rector DD. Juristarum, Bernardinus Papafava, cum Francisco & Marsilio, ejus filiis, nec non Ludovicus Buzzacharenus, Mathæus Vitalianus, Marcus Antonius Caballinus, Pax à Scala, Legum Doctores, Rambaldus de Rido, Alexander Businello, Marcus à Sole: Joannes Pizzacominus: Philippus Vitalianus, Andreas Bonfio, honor. cives: item docti tabelliones, Joannes Reffatus, Petrus Antonius Garatus, ac Gaspar Mazocchus, Joannes Baptista Cremona, Pellegrinus Galeatius, & multi alii, tam laïci, quàm clerici.

F

Inscriptiones aliquot

120 Hæc sunt elogia comperta in capsa S. Lucæ in vase ligneo. Ut posteris hujus sanctissimi Lucæ Euangelistæ relinquatur memoria, operæ pretium esse, duximus, quod diebus nostris acciderit, compendiosa narratione digerere. Anno Domini MCCCCLXIII, quo tempore in alma urbe Veneta erat dux inclytus vir Christophorus Maurus, & in hoc monasterio præsidebat Rev. D. Bernardus Placentinus, qui ferè LXX monachos sub se tenebat, degentes in observantia veræ pietatis Christianæ

A næ & religione ſancti patris noſtri Benedicti, reformatæ per verè beatum virum D. Ludovicum Bacto, duo fratres S. Franciſci detulerunt Venetias à partibus Boxinæ quodàm corpus, quod aſſerebant eſſe S. Lucæ Euangeliſtæ; ſed quoniam jam annos mille ex clariſſimis teſtimoniis ſcripturarum, tam Latinis, quàm Græcis certiſſima notitia habebatur, quòd iſdem Euangeliſta eſſet Paduæ in cœnobio Juſtiniano, ut rei veritas cognoſceretur, per inclytum Dominium Venetum decretum fuit, ut ejus ſepulchrum aperiretur, in quo ferè omnia ejus oſſa, præter caput, quod imperator Fredericus Barbaroſſa huc tranſiens abſtuliſſe dicitur, in capſula plumbea reperta ſunt; & ita univerſi veritatem perſpicientes, Deum glorificaverunt, & univerſa populi multitudo ad eam glorioſam inventionem cucurrerunt, laudantes Deum, qui hanc regiam urbem digno ſublimavit munere.

in hierothecis inventa.

121 Infraſcripta in vaſe vitreo reperiebantur. "Jeſus. In nomine ſanctiſſimæ Trinitatis. B „In hoc ſanctiſſimo altare, dedicato ad hono„rem Beatiſſimi Lucæ Euangeliſtæ, ſunt recon„dita ejuſdem Euangeliſtæ oſſa, quod conſe„cravit Rev. in Chriſto Pater D. Marcus Ni„ger, epiſcopus Catharenſis, die Dominico 2 „menſis Octobris, anno MCCCCLXV, & aucto„ritate à Sede Romana ibi conceſſa viſitantibus „devotè hoc altare in die ſuæ conſecrationis „quadraginta dierum indulgentiam miſericordi„ter indulſit, in perpetuum duraturam. Juſti„na virgo & martyr, regina Paduæ.„ Numiſma argenteum cum impreſſione S. Marci ab uno latere, litteris dicentibus; " S. Marcus Vene„tus.„ Ab alio latere, impreſſo feren. principe Venetiarum, ſimiliter litteris dicentibus: "Fran„ciſcus Foſcari Dei gratiâ Venetiarum dux.„ Quæ in capſa S. Arnaldi in carta membrana ſcripta erant, infrà legere facile eſt. "Anno à na„tivitate Domini MDII, Indictione V, die Lunæ, „XXV menſis Julii, in quo celebrabatur feſtivi„tas Jacobi Apoſtoli ob reædificationem tem„pli S. Virginis & martyris, Ordinis S. Be„nedicti Regulam obſervantis congregationis e„juſdem S. Juſtinæ de Padua, quod cùm rueret, „deſtructum fuit, & in loco, ubi antea quieſce„bant, facienda eſſent nova parietum fundamen„ta, extractæ fuerunt reliquiæ B. Arnaldi, olim C „abbatis hujus monaſterii, & in præſenti arca „venerabiliter collocatæ, trium Innocentium, & „aliorum, quorum nomina ob nimiam vetuſta„tem ignorantur: ſcripta ſunt autem in libro vi„tæ S. Urii confeſſoris per D. Petrum, Dei & A„poſtolicæ Sedis gratiam epiſcopum Paduanum, „& comitem Saccenſem, unà cum D. Joanne „Cornario, abbate S. Benedicti de Mantua, Præſi„de Congregationis, abbatibus ac monacis mul„titudine copioſa, & in hac arca venerabiliter uſ„que ad conſummationem templi ſub altare Ma„gno partis eccleſiæ, quæ deſtructa non fuit, per„manſura collocârunt.„

AUCTORE J. B.

§ IX. Extrahuntur S. Juſtinæ reliquiæ & in locum ſuum ſolenniter reducuntur.

Arca corporis S. Juſtinæ loco ſubinde mota,

QUamquam *eo conſilio* S. Juſtinæ *reliquiæ anno* 1502 *ſub ara principe templi novi, ut illic perpetuò remanerent, collocatæ fuiſſent; dum tamen nec curis nec ſumptibus parcere* S. Juſtinæ *monachi pergunt, quò templi ſui ſplendorem augeant, loco ſuo ad breve ſubinde tempus motæ fuerunt. Contigiſſe id anno* 1572, *uti & anno* 1575 *ex iis, quæ infrà referentur, facilè quivis intelliget. At celebris in primis fuit earumdem reliquiarum ex ara principe extractio & in eamdem reductio anni* 1627, *cùm novus templi* S. Juſtinæ *chorus fuit excitatus. Rem iterum ex civitatis Patavinæ Tabulis refero, quæ apud Saviolum (ſed mendis non rarò reſperſæ) à pag.* 178 *ſic habent:* In Chriſti nomine Amen. Anno ab ejus ſaluberrima Nativitate MDCXXVII, Ind. XI*, die Mercurii, VII menſis Aprilis Paduæ in eccleſia S. Juſtinæ virginis & martyris, poſt prandium, ſub Pontificatu Urbani VIII Pont. Maximi & principatu Sereniſſimi Joannis Cornelii, Dei gratiâ Ducis Venetiarum, præſentibus D. Celſo Compagnola, D. Uliſſe Bragio, D. Nicolao Faſiolo, D. Franciſco Saſſonia, notariis collegiatis, & Sebaſtiano Suttore de Pollis, ac aliis &c. (*Hæc totidem verbis ibidem Latinè leguntur; cetera Italicè, exceptis inſcriptionibus*) Cùm reverendi S. Juſtinæ monachi hujus civitatis, Congregationis Caſinenſis occaſione novi chori, quem exſtruunt, tollere è loco præſens altare Majus in capite eccleſiæ & chori ſitum deberent, cúmque id operis jam inchoâſſent, certiores ea de re fecerunt illuſtriſſimum & excellentiſſimum Dom. Hieronymum Lando equitem, hujus civitatis prætorem meritiſſimum, & Magn. Frizerinum Capodiuacca equitem, Zorzi da Lion, & Livium Zabarella equitem, decuriones, nec non Dominum Antonium Polcaſtro equitem, comitem Alexandrum da Panego, Benedictum Salvadego D. & equitem, & Franciſcum da Relogio ad eccleſias decuriones, ſupplicantes illuſtriſſimis, F excellentiſſimis, ac magnificis dominis, ut operis prædicti principio ea de cauſa intereſſe velint, quòd ſub dicto altari oſſa glorioſæ virginis & martyris Juſtinæ, civitatis hujus patronæ, conquieſcant.

iterum anno 1627, novi chori condendi cauſâ

123 Qui illuſtriſſimi & excellentiſſimi domini prætor & decuriones ſupradicti, unà cum prædicto domino equite Polcaſtro, negotiorum civitatis cauſâ abſentibus aliis collegis ad eccleſias decurionibus, ad eccleſiam S. Juſtinæ ſe contulerunt, ubi ſibi Reverendum dominum Modeſtum Paduanum, monaſterii illius abbatem digniſſimum & dominum Vitalianum Paduanum, Priorem, ceteroſque illius monaſterii presbyteros, ſibi obvios, comites & ad eum locum duces habuerunt, ubi deſtrui jam cœperat exiguus ſub altari paries, factumque erat in eo exiguum foramen, per quod veluti cujuſdam arcæ indicia apparebant, & priuſquam rumpi ulteriùs pergeret, mihi Joanni Antonio Campolongo, hujus magnificæ civitatis cancellario, injunctum fuit, ut locum deſcriberem formamque altaris, quod erat altitu-

AUCTORE J. B.

dinis ſolitæ, & contectum lapide marmoreo, & ſub lapide cavum, intra quod utrimque duo lapides in fronte litteras & memorias infraſcriptas exhibentes, videlicet. Qui ad latus dexterum erat, hæc referebat: "Ammotum eſt al-„tare & dilatatum ob molem ſuprà poſitam ico-„nis, intacto tamen corpore ſanctiſſ. hujus vir-„gin. & mar. Juſtinæ, præſentibus hujus almæ „urbis Paduæ rectoribus, reggente Gregorio „tertio decimo Pontifice maximo, imperatore „Maximiliano Auguſto, ſereniſſ. principe Aloy-„ſio Mozzenigo, reverendo domino Juliano de „Placentia, hujus monaſterii abb., Pridie Id. „Feb. Anno ſanctiſſ. jubilæi à Partu 1572.„ Alteri, ſimili modo parieti à ſiniſtris infixo, hæc erat inſcriptio: "Tranſlatum fuit corpus „D. Juſtinæ virg. & mart. per Rev. D. Peregri-„num de Mutina abb. ac præſidentem, ac D. „Celſum de Verona Priorem Congreg. Caſſinen-„ſis abb. S. Juſtinæ ex æde veteri in hunc ſacra-„tum locum maxima totius Patavinæ reipub. „devotione religioſæ ſolemnitatis ritu ſervato „1562. 15 Martii L. D. O. M.„

B *ex ara principe extrahitur,*

124 Monumentum magnus pulcherrimus è marmore lapis tegebat, quo monumento ab operariis, jubentibus ac coràm exiſtentibus ſupraſcriptis, ſublato; rumpi cœptus eſt tenuis murus, in proſpectu poſitus, in eoque illicò tanta facta eſt apertura, per quam ingredi homo poſſet, apparuitque area ibi recondita, ſed non patuit, è qua confecta eſſet materie; quam cùm effodi prædictæ fabricæ causâ neceſſe eſſet, ſepulcrum ſubierunt reverendi dominus Marcus Ferrarienſis, & D. Auguſtinus Mantuanus, religionis iſtius presbyteri, ſacris propterea veſtibus induti, inveneruntque arcam cypreſſinam, longitudinis circitèr unius cubiti & medii, cujus fundum temporis diuturnitas & loci humor corruperat; quæ arca multa devotione multiſque accenſis luminibus ſublata fuit, in eaque inventa arcula plumbea, longitudinis pariter unius ferè cubiti & medii, ſupra quam inventæ fuerunt variæ (*roſaria, ut reor*) ſalutationes angelicæ & orationes Dominicæ, unà cum numiſmo, ei non abſimili, quem AGNUM DEI vulgò vocant, & duæ laminæ plumbeæ, infraſcriptis characteribus inſignitæ, cum ſigillis quibuſdam, quantùm è filis, ſed corroſis putridiſque apparebat, & conjici poterat. Nummi ex una

C facie hæc erat inſcriptio: IHS. P. P. XIII. Ex altero: D. FÆLIX LEONICENUS. Laminæ majori hæc erant inſcripta: "Anno Domini „1562 tranſlata fuerunt corpora S. Juſtinæ, „Mathiæ, Lucæ atque aliorum ſub die 5 men-„ſis Martii prædicti anni, ſed anno Domini „1575, die verò 9 menſis Decembris mo-„tum fuit corpus S. Juſtinæ propter iconem „ſub D. Jo. de Rippa Tridentino Abb. D. „Severinus de Padua: D. Daniel de Verona.„ Laminæ verò paulò minori hæc litteris ex utroque latere iiſdem: "1575 ego D. Julianus „de Aſula præſens fui, quando fuit diſcooper-„tum hoc altare S. Juſtinæ.„

125 Poſthæc à reverendis presbyteris unà cum aliis effoſſa fuit arcula plumbea, cujus o-

& in ſacrario,

perculo hæc in orbem inſcripta leguntur: "Hìc „corpus B. Juſtinæ virg. & mar. requieſcit.„ Dein ab iiſdem effoſſa fuit ingens tabula, quæ, quantùm conjici poterat, fundus ſeu baſis erat minoris arculæ, uti & lapis tabulæ paulò minor, ſub tabula, qui videbatur fuiſſe lapis altaris: quibus non ſine devotione ab infraſcriptis ſacerdotibus ſupra altare Majus collocatis, ſublata fuit arcula plumbea, in qua, ut ſuprà, oſſa glorioſæ virginis & martyris Juſtinæ quieſcebant; ac incunctanter coram ſupradicto illuſtriſſimo ac excellentiſſimo domino prætore & dominis deputatis, multis accenſis luminibus, ad ſacriſtiam delata, ubi in reliquiario eminenti aliquantulùm ſcamno fuit impoſita, ſubſtrato tapete; pari dein modo à presbyteris ſublata fuerunt cetera, quæ jam antè ſupra altare erant collocata, delataque in ſupradictum reliquiarium, ibique ad arcæ ſupradictæ pedem unà cum duabus laminis plumbeis & nummis ſupradictis repoſita. Recluſum etiam fuit arcæ operculum, in qua viſæ fuerunt ſanctiſſimæ virginis Juſtinæ reliquiæ & tabella ænea, ſtatimque occluſa fuit arca, intactis omnibus. Quo facto, fuit tapete contecta, eidemque à magiſtro domino equite Zabarella deputato acu inſuta, ac dein à me cancellario obſignata cerâ Hiſpanicâ, ſigillis S. Marci, magnificæ civitatis, illuſtriſſimi domini prætoris, dicti magiſtri domini equitis, & ejuſdem monaſterii munitâ. Poſt, exhibita ab illuſtriſſimo domino, à magnificis dominis deputatis, à E domino Modeſto à S. Cruce, & domino Daniële Vitaliano Priore, ceteriſque presbyteris ſanctiſſimo corpori veneratione, clauſa fuit janua, & duabus clavibus occluſa, quæ illuſtriſſimo domino prætori oblatæ fuerunt. Deinde munita fuit janua ſigillo S. Marci, civitatis, & illuſtriſſimi domini prætoris, atque ita, relictis rebus, quo dixi, ſtatu, diſceſſum eſt. Nomina reverendorum presbyterorum, qui rei geſtæ interfuerunt: Dominus Daniël Vitalianus P., D. Marcus Ferrarienſis, D. Aloyſius Paduanus, D. Alexius Vicentinus, D. Antonius Januenſis, D. Benedictus Neapolitanus, D. Auguſtinus Mantuanus, D. Tiberius Patavinus, D. Paulus Bergomenſis.

dum novus chorus perficiatur, collocatur;

126 Die Jovis VIII Aprilis MDCXXVII. Claves ſupradictæ, illuſtriſſimo D. Prætori in manus traditæ, in ſacrario Montis ſancti in ferinio ferreo depoſitæ & duabus clavibus incluſæ fuerunt, quarum altera eidem illuſtriſſimo domino prætori à deputatis oblata eſt, altera penes mag. dominum Frezerinum Capodivacca equitem, è deputatorum numero ſeniorem, manſit, qui, munere ſuo perfunctus, illam alteri deputato, pariter ſeniori, conſignare debe-F bit. Anno MDCXXVII die Sabbathi, IV Septembris à prandio. Cùm jam à die VII Aprilis elapſi ab illuſtriſſimis dominis rectoribus mag. & dominis ad curam eccleſiarum tunc deputatis arca plumbea, oſſa glorioſæ virginis & martyris Juſtinæ continens, clavibus obſerata, & ſigillis S. Marci, illuſtriſſimi D. Prætoris, & mag. civitatis Patavinæ, domini Livii Zabarella equitis deputati, & cœnobii S. Juſtinæ munita, in ſacrario eſſet depoſita; nec fas eſſet, niſi coram ſupradictis illuſtriſſimis Rectoribus & deputatis in ſacrarium ingredi, nomine reverendi domini Modeſti à S. Cruce, hujus cœnobii abbatis ac præſidis, inſtitit P. Celerarius, ut ab illuſtriſſimis & reverendiſſimis dominis recluderetur, quò operarii arculam tum plumbeam, tum cypreſſinam dimetiri poſſent. Eodem die. Illuſtriſſimus Dominus Hieronymus Lando eques prætor, convocatique ab illo Mag. domini Decuriones, unà cum aliis viris nobilibus ſupradictum S. Juſtinæ Patavinæ cœnobium adierunt, ubi primùm illuſtriſſimorum & magnificorum dominorum juſſu à me cancellario recognita ac ablata fuerunt ſigilla: recluſâ

A sâ januâ, veneratione præmissâ, arcam tum plumbeam, tum cypressinam faber mag. Aloysius Urbinas dimensus est; idemque etiam extulit lapidem grandem (ut apparebat, altaris, cui in veteri loco arca plumbea supradicta erat imposita) sub altari novo collocandum; ut reponendæ arcæ cypressinæ satis magnæ, & dein plumbeæ inserviret: qui cùm iteratò præfatas sanctas reliquias redux veneratus esset, denuò per mag. Zorzi Porini civitatis œconomum clavibus obserata fuit janua & sigillis S. Marci, illustrissimi prætoris & magnificæ civitatis ex cera Hispanica obsignata; atque ita unà abiêre.

eoque perfecto, S. Justinæ reliquiæ,

127 Die Martis v Octobris MDCXXVII. Cùm absoluta jam esset à reverendis monachis S. Justinæ chori novi fabrica, uti & altare, in quo collocandum erat gloriosæ virginis Justinæ martyris, hujus civitatis patronæ, corpus; quod arcâ plumbeâ, tapeti insutâ, & sigillis S. Marci, illustrissimi domini prætoris, magnificæ civitatis, & magnifici domini Livii Zabarella equitis deputati & reverendorum monachorum S. Justinæ obsignatâ, in sanctuario sacristiæ ejusdem cœnobii continebatur; illustrissimis dominis rectoribus, magnificis dominis deputatis tunc temporis ad curam ecclesiarum, ut ad referandas componendasque sacras reliquias ad S. Justinæ accedere dignarentur, per reverendos monachos requisitis, invitato priùs per schedulam omni consessu Dominorum xvi ad horam xx, illustrissimi domini rectores unà cum illustrissimo & reverendissimo domino Cardinali Valerio, magnificæ hujus civitatis episcopo, magnifico domino Nicolao Trivisan, domino Joanne Dominico Sala, domino Carolo Zacco, Comite Alberto de Comitibus decurionibus, nec non M. Antonio Lazara, Adriano Capodivacca, Galeatio ab Horologio equite, Domino Joanne Antonio, Otonello Descalzo D., ad ecclesias Decurionibus, S. Justinæ cœnobium adiêrunt; quò non pauci è numero Dominorum xvi convenerant: postquam in sacristiam ventum est, referato ibidem clavibus sanctuario, veneratione præmissâ, illustrissimorum Dominorum jussu à reverendis hujus cœnobii presbyteris, stolâ rubrâ indutis, arcula plumbea supradicta sublata fuit, mensæque imposita, ubi sigilla supradicta ab illustriss. recognita, ac in pristino statu inventa, fuerunt sublata, tapesque dissutus.

C

habita earum inspectione,

128 Dein ab eisdem sacerdotibus sublato operculo plumbeo, velum candidum apparuit, quo per illustrissimum & reverendissimum Cardinalem supradictum sublato, detectum & aliud fuit è serico multitio vel telâ coloris violacei, seu rosæ aridæ, sed colore evanido, & quasi corrosum; quo sublato, detecta visaque sunt ossa sanctissima & caput gloriosæ illius Virginis & Martyris, quibus ab illustrissimo & reverendissimo domino Cardinali, illustrissimis dominis rectoribus, magnificis dominis deputatis ad curam ecclesiarum, ceterisque reverendis presbyteris & DD. xvi consessu multa veneratione ac devotione inspectis, dein per illustrissimum dominum Cardinalem supradictum fuit sublatum velum candidum, & pars media telæ seu serici multitii coloris rosæ aridæ seu violacei: altera verò pars levari haud poterat, eò quòd ossibus sanctissimis illius Virginis subjecta erat, ac sepositum in pyxide, quæ tradita fuit illustrissimo domino Joanni Lando, illustrissimi domini prætoris patruo, ab illustrissimo domino prætore custodienda usque ad divisionem, quæ postmodum devotionis causâ facta est; inventa fuit in arca illa laminæ plumbeæ incisa inscriptio hujusmodi (*Latina nimirum*) "Ossa & reliquiæ B. Justinæ virg. & mar„tyris Patavinæ reposita per reverendissimum D. „Peregrinum abb. & D. Celsum, Priorem ejus„dem monasterii totius Reipublicæ Patavinæ con„sensu: regnante summo Pontifice Papa Pio IV „& sereniss. principe Hieronymo Priolo Venet. „anno Domini 1562, 15 Martii.„ Dein iterum reliquiæ & sanctissima ossa denuò cooperta fuerunt serico multitio, per magnificam civitatem texto aureo denticulato ea de causa exornato, unà cum insignibus illustrissimi domini prætoris, & Hieronymi da Leze capitanei, magnificæ civitatis in medio, & S. Marci suprà.

AUCTORE J. B.

unà cum nummis aliquot

129 Quo facto, illustrissimus dominus prætor suis ipse manibus serico multitio imposuit inscriptos nummos argenteos, videlicet quinque; tres xxxvi virorum, unum sereniss. Sebastiani Veniero, reliquos verò sereniss. Aloysii Mocenigo, cum monumentis felicis victoriæ cruciatorum, & duos VIII Virorum cum hac epigraphe: "Memor ero tui, Justina virgo„ quorum alter sub sereniss. Ponte, alter sub sereniss. Cigogna excusus est. Civitatis nomine posita illic est lamina ærea cum insignibus S. Marci, sereniss. principis, illustrissimorum dominorum rectorum, & civitatis, magnificorum dominorum deputatorum tunc temporis ad curam supradictarum ecclesiarum, cum hac inscriptione: "D. O. M. Anno à „partu virg. 1627 Nonis Octobris, Urba„no VIII. sum. Pontif. Jo. Cornelio Venet. „principe, corpus D. Justinæ virg. & martyris, „quod sub ara Majori quiescebat, in hanc au„gustiorem translatum fuit, annuentibus illu„striss. DD. Hieronymo Lando eq. præt., & „Hieronymo de Legge præfecto; opus urgen„tibus quatuor Viris Urbanis Nicolao Trivisa„no, D. Jo. Dominico Salâ, Carolo Zacco, Al„berto de Comitibus: quatuor ad curam ædium „Sacrarum M. Ant. Lazara, Adriano de Capi„tibus Vaccæ, Galeatio ab Horologio equite, „Jo. Antonii, Octonello Discaltio Doctore:
„Jo. Antonius Campolongo Cancell.
„Magn. Com. Paduæ subs.„

E

F

A tergo illius incisa sunt insignia nominaque inscriptorum magnificorum dominorum è magnificorum Dominorum xvi numero: Albertinus Miagara D. Co. Bartholomæus Cittad: eques Camillus S. Vliana, Z. Franciscus Zabarella, Annibal Papafava, Franciscus da Lion, Jacobus Borromeo, Vincentius Dotto.

& inscriptionibus

130 Dein per reverendum dominum Danielem Vitalianum dicti monasterii Priorem posita fuerunt monumenta infrascripta: lamina una ærea his verbis inscripta: "Anno à Partu Virg. „1627 Nonis Octob. Urb. Oct. sum. Pont. „Jo. Cornelio Venetiarum principe, sublato „pariete, qui prospectum in sanctuarium pro„hibebat, sedilibusque, quæ ei adjacebant, in „sanctuarii caput revolutis, sublimata icone, „& ara Majori, quæ ei suberat, demolita, „corpus divæ Justinæ Virg. & Martyris, quod „ibi quiescebat, in hanc augustiorem translatum „fuit per reverendiss. D. Modestum S. Crucem „Patavinum, abb. hujus monasterii, & Con„gregationis Cassinensis, aliàs S. Justinæ gene„ralem præsidem, assistente D. Danielle Vita-

AUCTORE J. B.

„liano Patavino Priore, annuentibus illuſtriſ-
„ſimis rectoribus Hieronymo Lando equite præ-
„tore & Hieronymo de Legge præfecto, præ-
„ſentibus mag. Decurionibus, Nicolao Tri-
„viſano, Jo. Dominico Sala, Carolo Zacco,
Co: Alberto de Comitibus, ac etiam Mag. M.
„Antonio Lazara, Adriano Capivaceo, Galea-
tio ab Horologio, Octonello Diſcaltio, ad ec-
„cleſias decurionibus; aſſiſtentibus Reverendis
„DD. Iſodoro Colonienſi: Hieronymo Spinel-
„lo Patavino: Laurentio Januenſe: Cherubino
„Bononienſi abbatibus: D. Cyrillo Bellafino
„Pat. clerico.„ Item moneta argentea valoris
unius ſcuti, in cujus altera facie bini erant de-
ſcripti orbes: ſuperiori hæc erant inciſa:
"Reverendiſſimus D. Modeſtus S. Crux abbas S.
„Juſtinæ, & præſes Congreg. Caſſinenſis:„ al-
teri orbi, paulò minori hæc: "S. Juſti-
„na Virgo & Martyr Chriſti, ora pro nobis.„
Cujus medio inciſa erat effigies S. Juſtinæ inſi-
gnibus S. Crucis innixæ. Ex altera monetæ fa-
cie orbes ſimiliter duo: in primo legeban-
tur iſta: "D. Daniël Vitalianus Prior monaſterii
„S. Juſtinæ„: in altero verò: "S. Juſtina Vitaliana
B „Borromea, ora pro nobis. „ Medium orbis
S. Juſtinæ, familiæ Vitalianæ inſignibus innixæ,
effigies occupabat. MDCXXVII.

ſuâ iterum arcâ includuntur:

131 Appoſita fuit & altera ejuſdem valo-
ris moneta, cujus uni facici inſcripta erant
hæc verba: "Rev. D. Hieronymus Spinellus
„Patavinus abbas„ altera referebat inſignia Spi-
nelliana cum hac inſcriptione "S. Juſtina ora pro
„nobis„ & S. Juſtinæ, iiſdem inſignibus innixæ,
effigiem. Tertia item argentea valoris ejuſdem;
in cujus altera facie hæc verba: „ D. Cyrillus
„Bellafinus Patavinus cererarius S. Juſtinæ„ in
altera verò effigies S. Juſtinæ, inſignibus Bellaſi-
nianis innixæ, inciſa viſebantur, additis verbis
ſuprà relatis: "S. Juſtina ora pro nobis.„ Qui-
bus, ùt ſuprà narratum eſt, & coram, item ùt
ſuprà, peractis, juſſu illuſtriſſimorum excellentiſ-
ſimorum DD. rectorum, & DD. decurionum
fuit eadem arca in longitudinem ac craſſitudi-
nem cincta laminis æreis latitudinis digitorum
quatuor, quas dominorum decurionum juſſu
magiſter Petrus Zuchi faber ærarius ex adverſo
S. Urbani [*habitans*] confecerat; quibus filo
æreo craſſiſſimo conſtrictis, vocatoque magiſtro
Franciſco, fabro ſtannario, ſtanno, ad hoc pa-
rato, laminis æreis impreſſa fuerunt inſignia &
C figilla, primùm quidem S. Marci, illuſtriſſimi
& reverendiſſimi domini Cardinalis, magnificæ
civitatis, & illuſtriſſimorum dominorum re-
ctorum: demùm verò monaſterii & ſupradicti
D. Daniëlis, è Vitaliana familia oriundi, inſi-
gnibus & ſigillis. Quo facto, arca denuò hunc
in modum ſigillis munita à reverendis presbyte-
ris in ſanctuario depoſita eſt & obſerata: cla-
vium altera illuſtriſſimo domino prætori eſt tra-
dita, altera domino Nicolao Triviſano, decu-
rionum ſeniori.

dein verò, è ſacrario in templum delata

132 Die VI Octobris MDCXXVII. Illuſtriſſimi
domini rectores ſupradicti & magnifici decurio-
nes manè ad eccleſiam S. Juſtinæ unà ſe matu-
rè contulerunt, iiſque ſanctuarium ingreſſis, ve-
neratione prævia, coram ipſis à reverendis pre-
sbyteris arca ſupradicta ſublata fuit, & vene-
ratione maxima delata in eccleſiam, ſplendidè
ea de cauſa aulæis undique exornatam, pa-
ratoque ad id ſublimi pegmati impoſita,
holoſerico (quod oſtrini ſeu purpurei colo-
ris erat) cooperta; cujus cuſtodiam per-
miſit civitas magnificis dominis Comiti Sil- D
vio à S. Bonifacio, Aſcanio Zabarella, Sci-
pioni Papafava præfecto, comiti Leonello
da Lion, qui cum haſtatorum cohorte cu-
ſtodiendis ſacerrimis reliquiis invigilârunt uſ-
que poſtridiè ad horam ferè XXI, & poſtquam Miſ-
ſæ ſacrificio interfuerant, illuſtriſſimi domini
Rectores ac Decuriones diſceſſerunt. Abbas ve-
rò etiam ſuprádictus ſanctiſſimarum reliquiarum
cuſtodiam permiſit reverendis ejuſdem mona-
ſterii monachis infraſcriptis: D. Daniëli Vitalia-
no Patavino, loci Priori, D. Vitaliano Arcioni Vi-
centino decano, D. Davidi Fortezza Patavino
decano, D. Othoni degl' Oddi Patavino decano.

de VII Octobris ſolenni ſupplicatione circumferuntur.

133 Die VII Octobris MDCXXVII. Illuſtriſſi-
mi domini rectores, clariſſimi auditores, &
decuriones, & excellentiſſimi domini curiales
illuſtriſſimi domini Prætoris, magno virorum
nobilium numero comitati ad eccleſiam S. Juſti-
næ virginis & martyris acceſſerunt, ubi primùm
adorato ſanctiſſimo Sacramento, venerationeque
exhibita ſanctiſſimis reliquiis ſupradictis, ac au-
dito Sacro, inchoata eſt ſupplicatio maximè ſo-
lennis, quam magnifici domini Stephanus Dot-
tori eques, & Borromeus Borromei, huic mu- E
neri à magnificis dominis decurionibus deſti-
nati, direxerunt, quorum virtute & prudentia
ſummo ordine ac tranquillitate peracta eſt, cir-
cumeundo totum Pratum vallis, quod pannis
candidis egregiè ornatum erat opertumque; uti
& privati cujuſque ædes; unde ſupplicationi
majeſtatis plurimum accedebat, cui illuſtriſſi-
mus dominus Cardinalis Valerius civitatis epi-
ſcopus, cum reverendo Capitulo & reverendis
dominis canonicis cathedralis eccleſiæ interve-
nit; proceſſitque hoc ordine &c. *Sequitur apud Petrum Saviolum hoc loco ſodalitatum, ſcholarum, familiarum religioſarum, militarium manipulorum, muſicorum, abbatum, clericorum, optimatum, ſupplicationem comitatorum, & delatorum in ea varii generis ornamentorum longa ſeries, quæ ſingillatim huc inſerere operæ pretium non exiſtimavi. Solùm hîc addam, quæ ſub finem ſupplicationis, eâque peractâ, Patavini geſſêre.*

& in altari Majori chori novi

134 Collecta ordine ſupradicto in eccleſia
ſupplicatione, & collocatâ denuò ab iiſdem
presbyteris in pegmate arcâ; exhibita priùs ſa-
cris reliquiis veneratione Sacrum inchoatum eſt,
quod maximè ſolemni muſica reverendiſſimus D.
Bonifacius Sanguinazzo, eccleſiæ cathedralis ar-
chidiaconus, decantavit: hoc finito, ſupradicto-
rum illuſtriſſimorum DD. rectorum, illuſtriſſimi &
reverendiſſimi D. Cardinalis, & magnificorum de-
curionum juſſu à reverendis presbyteris mona-
chiſque ejuſdem cœnobii, ſuperpelliceo ſtolâ-
que indutis, ejuſdem glorioſæ virginis & martyris
Juſtinæ corpus è pegmate ſublatum fuit, delatum-
que in chorum, ubi coram ſupradictis illuſtriſ-
ſimis rectoribus, illuſtriſſimo & reverendiſſimo
D. Cardinali & magnificis DD. decurionibus col-
locatum fuit in aræ Majoris ſepulcro, hujus
rei causâ præparato, variiſque angelorum picturis
adornato, cujus parieti à lateribus, & ſub la-
pide, ubi ſanctiſſimæ reliquiæ quieſcunt, com-
miſſa ſunt monumenta ſequentia: "Ammotum
„eſt altare &c. "Item tranſlatum fuit corpus
„Divæ Juſtinæ &c„ (*ut num.* 123, *quem conſule*) quæ monumenta, ut in loco veteri inventa
fuêre parieti à lateribus commiſſa, ita eodem,
quo dictum ſuprà eſt, ordine in novo quoque
collocata fuerunt. His tamen addita, quæ ſe-

quun-

A quantur: primò lamina plumbea his verbis inſcripta: "Juſtinæ Virgini & Martyri Jeſu Chriſti, Vitaliani ac Præpedigne ſoboli, cœli incolæ, terrenæ hujus provinciæ reginæ, ac tutelari divinæ, ſe ſuaque reſpublica Veneta, Paduana civitas, Vitaliana familia commendant, ut hîc incolumes, illic conſortes gloriæ ſuæ interceſſione faciat. D. Daniël Vitalianus devotionis ergò 1627."

reponuntur. 135 Præterea tabula marmorea, cujus hæc eſt inſcriptio: "Anno à Partu Virginis (MDCXXVII) &c" *nimirum eadem, quæ numero* 130 *tranſcripta eſt, exceptis tamen, quæ ibidem de Iſidoro Colonienſi, Hieronymo Spinello aliiſque abbatibus dicuntur, quorum nulla hîc apud Saviolum mentio. Reliqua audiamus. Sic pergit tranſlationis hujus relatio:* Quæ duo monumenta ſub lapide, ubi depoſita fuit arcâ plumbeâ, fuêre recondita. Porrò monumenta laminis plumbeis inſcripta, quæ duo fuerunt, & nummus argenteus, (*vide num.* 124) jam antè per illuſtriſſimum D. prætorem ad perpetuam rei memoriam depoſita fuerunt in arca ſupradicta, de quibus in Documento diei VII Aprilis præ-

B teriti facta mentio eſt. Adverte, arcam plumbeam, ut ſuprà dictum eſt, collocatâm fuiſſe ſupra lapidem, ubi tabula grandior eſt, cui in loco veteri eadem arca etiam erat impoſita. Tum ſublatum fuit ſtragulum, è panno aureo contextum, & arca plumbea in præparata in hoc arcula cypreſſina incluſa fuit, quæ arcula ſtragulo aureo, hoc verò lineo cooperta fuerunt, & mox operarii, præparata in hoc materie, idem ſepulcrum obturare cœperunt, ingenti nimirum marmoreo ſaxo, quod affuſo plumbo ſolidiſſimè agglutinatum, plumbo verò ſigillum S. Marci & magnificæ civitatis impreſſum fuit. Quo peracto, illuſtriſſimi DD. Rectores, illuſtriſſimus & reverendiſſimus D. Cardinalis, magnifici DD. ad eccleſias decuriones, & magnifici DD. ſuprà memorati, quibus cuſtodiendarum reliquiarum cura fuerat demandata, diſceſſerunt. *His ſubduntur, qui huic negotio conſtanter interfuerunt*, D. Aloyſius Savanorola, Aloyſius Reato, D. Fredericus Papafava, D. Celſus Campagnola, D. Ulyſſes Braga, D. Franciſcus Saſſonia, Jacobus Giacometti, Sebaſtianus Bollis, D. Joannes Petrus Triviſan,

C D. Nicolaus Rimondo. Denique ad hanc ſolemnem ſupplicationem, computatis exteris, ruſticis indigeniſque, ſupra octoginta hominum millia conveniſſe dicuntur.

Ejuſdem chori novi occaſione 136 *Non* S. Juſtinæ *modò oſſa ornatiori anno* 1627 *fuêre loco repoſita in templo novo, ſed & parentum ejus Vitaliani & Præpedignæ memoriæ* S. Juſtinæ *monachi conſultum voluerunt. Factum id procul dubio à monachis* S. Juſtinæ *ex ſumma, quâ in Sanctam feruntur, veneratione; atque adeò cùm in cultum* S. Juſtinæ *quodammodo id etiam redundet, non abs re viſum eſt, rei geſtæ ſeriem, ex Tabulariis civitatis Patavinæ à Petro Saviolo tranſcriptam, hîc quoque ex eodem à pag.* 170 *ſubjicere: ſic itaque ille habet:* MDCXXVII Indict. X die Jovis, V menſis Auguſti, Paduæ in monaſterio S. Juſtinæ, & cubiculo adm. reu. infraſcripti Prioris coram me notario & teſtibus infraſcriptis conſtitutus adm. reuer. Pater Daniël de Padua, Prior monaſterii S. Juſtinæ, & tradidit mihi notario infraſcriptam ſcripturam inventio-

repoſitionis nis & repoſiti oſſium Vitaliani, & Præpedignæ ejus uxoris, D. Juſtinæ parentum, regiſtrandam in Actis mei notarii ad perpetuam rei memoriam, cujus ſimilis exſtat in archivio D. Juſtinæ, præſentibus. AUCTORE J. B.

Rev. Pater Jacobus de Padua.
Rev. Geminianus de Padua.
Rev. Aurelius de Bergamo.

D. O. M. Anno à Partu Virginis MDCXXVII Non. Octobris Urbano VIII ſummo Pontifice, Joanne Cornelio Veneto principe, ſublato pariete, qui proſpectum in ſanctuarium prohibebat, & ſedilibus, quæ parieti adhærebant, in ſanctuarii caput revolutis, Corpus D. Juſtinæ virginis & martyris, quod ibi ſub ara Majori quieſcebat, in hanc auguſtiorem tranſlatum fuit per Rev. D. Modeſtum S. ✠, Pat. abb. hujus monaſterii & Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Juſtinæ generalem præſidem, aſſiſtente D. Daniële Vitaliano Pat. Priore dicti monaſterii. Annuentibus illuſtriſſimis DD. Hieronymo Lando equite prætore, & Hieronymo de Legge præfecto, cum præſentia magnificorum DD. Decurionum Nicolai Triviſani, Jo. Dominici Sala, Caroli Zacco, & comitis Alberti de Comitibus & etiam magnificorum DD. Marci Ant. Lazara, Adriani de Capitibus Vaccæ, Galeatii ab Horologio equitis, D. Joannis Antonii, Octoneli Dicalzio ad eccleſias decurionibus. E

Vitaliani & Præpedignæ 137 In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Anno à ſalutifera ejus Nativitate 1627 Indictione 10 die Sabbathi, 8 menſis Maii, ejuſdem diei hora ſextadecima. Urbano VIII ſummo Pontifice, Ferdinando imperatore electo, Joanne Cornelio Venetiarum principe, Rev. D. Modeſto S. Cruce de Padua, abbate monaſterii S. Juſtinæ, ac Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Juſtinæ de Padua præſide, D. Daniële de Vitalianis de Padua, Priore clauſtrali, præſentibus infraſcriptis & ſubſcriptis &c: Cùm in proſecutione fabricæ ſanctuarii novi ac magnifici templi ſupradictæ S. Juſtinæ, ſellæ monachorum in extremam & eminentiorem ſanctuarii partem aſportandæ eſſent, ſtatuas Vitaliani & Opilionis, quæ in duabus vicinioribus aureæ iconæ columnis hinc inde ad dexteram videlicet, & lævam impoſitæ erant, amovêre quoque neceſſarium fuit, quòd earum aſpectum præfatæ ſellæ aliquantulùm impedirent, ut alibi, expleto opere, collocarentur. Quamobrem inter agendum, quia inſcriptio marmoreæ tabulæ, Vitaliani buſto ſuppoſitæ, ipſius ac Præpedignæ conjugis, F D. Juſtinæ pareatum, ac in tota provincia Veneta Orthodoxæ fidei primitiarum, pia corpora ibidem quieſcere ſignificabat, poſt ipſam tabulam reperta ſunt. Quoniam autem lignea arca, in qua per ſexaginta & ampliùs annos jacuerant, ea conſumpta erat, Prior clauſtri, qui operi anxius intererat, aliam fieri, in qua eadem corpora aſſervarentur, & operarios interea ceſſaret *.

**lege*: ceſſare juſſit *S. Juſtinæ parentum, oſſa* 138 Locus tumuli jam dictus in dextera columna exiſtens à ſolo pedum circitèr viginti ſpatio in altum attollebatur, ut ad eum haud facilis eſſet aſcenſus, confectâ capſulâ, Prior D. Marcum de Ferraria monachum & ſacerdotem ſcalas conſcendere, & locum præcepit inviſere, in quo cùm oſſa plurima permixta ſabulo reperiſſet, ipſe Prior ſtatim ſubſecutus eſt, atque ambo, quo commodiùs poterant, propriis manibus perquiſita & ex ſabulo eruta in novam capſulam collocârunt. Quæ inter oſſa capita duo inventa ſunt, viri unum, mulieris alterum cum dentibus aliquot in mandibulis, adhuc tam validè inſiſtentibus, ut evelli niſi ſummis viribus

AUCTORE J. B.

bus non potuiſſent. Hanc demum capſulam, his oſſibus venerandis opertam, & clavis ferreis obſignatam, inde Prior in ſuum cubiculum tranſtulit die &c: Quibus ſuprà huic rei interfuêre plures tum monaci, tum etiam laïci, qui in fidem veritatis noſtræ huic paginæ ſubſcribent. Ego Danïel Prior prædictus &c. Ego D. Clemens à Gravina decanus propriis oculis vidi, ut habetur in ſupradicta ſcriptura. Ego D. Marcus à Ferraria affirmo, quod ſuprà. Ego D. Archangelus à Padua affirmo, ut ſuprà. Ego D. Claudius à Padua affirmo, ut ſuprà. Ego D. Jo. Dominicus à Padua contentum in ſupraſcripta ſcriptura verum eſſe, affirmo. Ego D. Liberius à Padua affirmo, ut ſuprà.

loco ſuo fuêre mota,

139 Igitur jam propè ſanctuarii opere expleto, & loculo alto extructo, à ſolo tantumdem diſtante, quantum alter diſtabat; cùm jam dicta capſula, ut ea quæ nimiùm lata erat, & craſſior, quàm opportuerat, loculo non eſſet accommoda; Prior novam lariceam latitudinis quaſi pedis unius, altitudinis duorum & longitudinis duorum & ſemis faciendam curavit, in quam eorundem Vitaliani ac Prepedignæ conjugum, & D. Juſtinæ parentum, corpora veneranda ſepoſuit, & clavis ferreis pariter obſignatum poſt eamdem marmoream inſcriptionis tabulam ſub marmoreo*. Item Vitaliani buſto propriis idem Prior manibus collocavit eodem anno ſub iiſdem principibus, die verò XXVIII menſis Julii, quo die Prior, antequam capſula clavis obſignaretur, in eam laminam plumbeam immiſit his verbis inſculptam. Videlicet: "Vitaliani juſtiſſimi Patavii præſidis buſto ex „priori hujus ſanctuarii lateritia columna amo„to, ut ibi ſedilia hinc revoluta applicarentur, „ipſius ac Præpedignæ conjugis, D. Juſtinæ „virginis & martyris parentum, Chriſtianiſſima „corpora, poſt marmoream tabulam inſcriptio„nis, inventa anno Dominicæ Incarnationis M„DCXXVII, die Sabbathi, Octavo Idus Maii: Ur„bano VIII Pontifice Maximo, Ferdinando im„peratore, Joanne Cornelio Veneto Duce. Rev. D. Modeſto S. Cruce de Padua, abbate hujus „monaſterii, & Congregationis Caſſinenſis, aliàs „S. Juſtinæ præſidis, D. Danïel de Vitalianis de „Padua, clauſtri Prior, avitæ, originariæque „pietatis memor, diutiùs apud ſe in proprio „cubiculo hoſpitata propriis manibus repo„ſuit anno, quo ſuprà; die verò XXVIII menſis „Julii."

**ſupple:* buſto collocavit.

B

C

& arcâ novâ donata.

140 Ut autem tantorum corporum, Vitaliani videlicet & Præpedignæ, plena cognitio habeatur, & nihil præteriiſſe videamur, quod ad præſens negotium pertineret, inſcriptionis tabulæ marmoreæ, toties ſuperiùs nominatæ, opere prætium duximus noſtræ huic paginæ ſubtexere, quæ talis eſt: "Vitaliano, Patavii præſidi, impe„ratore Nerone, ac Præpedignæ ejus uxori. „Quos divus Proſdocimus anno poſt Chriſtum „XVII baptizavit, D. Juſtinæ virginis marty„riſque parentibus, quorum oſſa unà cum cor„pore Filiæ, in æde vetere anno MCLXXVII inven„ta, ibique adhuc diligenter & ſanctè cuſtodita „in clariſſimam hujus templi partem tranſlata „ſunt, monachi pientiſſimi poſuêre 1561." Supradicta omnia ego Danïel de Padua, hujus cœnobii D. Juſtinæ humilis Prior ſcripſi, ſubſcripſi, & alios, qui repoſitioni dictorum corporum Vitaliani & Præpedignæ interfuêre, ut ſubſcriberent, rogavi anno 1627, die 28 menſis Julii. Ego D. Danïel Prior ſupradictus. Ego D. Marcus à Ferraria affirmo, ut ſuprà, & interfui ad ſupradicta. Ego D. Joannes Dominicus à Padua juris Pontificii Doctor adfui, & affirmo, ut ſuprà. Ego D. Archangelus à Padua affirmo, ut ſuprà. Ego D. Jacobus de Padua affirmo, ut ſuprà. Ego D. Liberius à Padua adfui, & affirmo, ut ſuprà.

D

ACTA

Subleſtæ fidei & ſubdititia ex Mombritio.

Juſtinæ genus & martyrium.

A. ANONYMO. *S. Juſtinæ*

Quoniam ſanctus Raphaël nos adhortari dignatur, ut opera Dei non tam in abdito collocemus; quàm potiùs pro Dei gloria in aperto pandamus, monens & dicens: "Sacramentum „regis bonum eſt abſcondere *a*," opera autem Dei honorificum eſt revelare: Et quia, ſicut cognitis fidem non adhibere, infidelitatis eſt: ita invidentia eſt, in ædificatione Sanctorum nolle cognita prædicare: attamen, non tantum ** fiſus viribus meis, quàm adjutus Dei gratiâ & ſanctis orationibus veſtris beatæ martyris Juſtinæ hiſtoriam, quam apud nos Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſub ara ſua ad tutelam fidei noſtræ ſibi martyrem dignatus eſt conſecrare, vobis ipſis ſine fuco prodam. Sanè non ad hoc quiſpiam arbitretur iſta recitari, quæ in ejus, ut præfati ſumus, ſancta geſta ſunt paſſione, quaſi aliquid nos gloriæ beatæ Juſtinæ martyri videamur præſtare: quandoquidem illi nec tacendo, de nobis, nec loquendo quicquam poſſumus conferre. Ipſa quoque virtutum miracula, nullo humanæ lingue præconio indigentia, ubique profectò tonanti exiêrunt tuba; ſed tantùm noſtræ devotionis pro recipienda mercede obedientiæ cum hilaritate volumus demonſtrare. Metuens quoque, quod ab ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto legimus terribiliter eſſe dictum: "Si vos ta„cebitis, lapides clamabunt *b*." quæſo autem nos*, quicúmque audire hæc aut legere piè ac religioſè volueritis, ut hujus peccatoris ultimi memores ſitis, qui in nomine Domini huic paſſioni interfui *c*, & vobis eam ſum præconatus.

E

** lege:* tam

b

** vos*

c

2 In diebus illis beata Juſtina, ex Chriſtianis parentibus *d* oriunda, atque inter generoſas fœminas præclaræ indolis famâ ſubnixa fuit: in cujus mente ſacræ religionis inſtantia, & ſobrium ſapientiæ culmen dignum ſibi Chriſtus domicilium collocavit. Quis non optet & ambiat ſanctæ Virginis ac miniſtræ Chriſti placêre indicio, quæ ſuperbi ſanguinis nobilitatem ſic humilitate provexit ad gloriam, ut cœleſtis patriæ fieri mereretur electa? Verè dignum, in quo Dominus habitaret, templum erat tot tantiſque meritis ſanctum corpus, diverſis margaritis ornatum, jejuniis caſtigatum, orationibus ſemper refectum, puritate munditiſſimum, ut magnitudo tantæ prudentiæ, gemina reſplendens lampade, plùs lucêret. Verè nomine meritoque Juſtina, quæ dum nominis ſui dignitate paſcitur, ſic promeruit & coronam, ſic vivit, ut nequeat amittere, quod vocatur *e*. Illuſtris potentiâ generoſâ, illuſtrior religione divina: continuit palmam mens pudica.

nobili genere orta

d

e

3 Dùm igitur in Venetiarum partibus in ſua quoque patria Patavii *f* moraretur, Maximianus tunc

à Maximiani militibus

f

A tunc atrociſſimus illas ad partes venit, juſſitque ſibi in Campo Martio *g* tribunal parari, ut illic Dei Sanctos *h* ſacrilegus interficeret imperator. Hinc beatiſſima tunc Juſtina, cùm de ſuo prædio, quod Vitelianum *i* vocabulo nuncupatur, ad viſitandos Dei famulos aſcendens vehiculum properaret, repentè à militibus comprehenditur, & depoſita curſu rapidiſſimo Maximiano crudeliſſimo præſentatur; ſicut eis ab imperatore juſſum fuerat. Et dum animus ejus intrinſecùs fortiter anhellaret, interrogata eſt à puella, quæ ſecum ierat, quare ejus turbaretur animus, & reſpondit ei puella: Verè, Domina mea, video, faciem tuam rubêre, coloremque mutari. Et reſpiciens beata Juſtina, videnſque, eos totis viribus ad ſe currentes, in fugam ſe dare conabatur, arbitrans, quòd pro ſtupro voluptatis inſidiarentur. Et in anguſto pontis loco, qui ex marmore conſtructus eſt, non longè à civitate Patavii eam concluſerunt. Et depoſita æſtuare ac clamare cœpit cum lachrymis, & dicere: Adjuva Ancillam tuam, in hac anguſtia poſitam, Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei vivi. Et poſitis genibus in marmore pontis, ita molle inventum eſt, ac ſi terra ab igne ſoluta.

B 4 Illi verò dum fortiter & totis viribus crudeliter eam pertraherent, ita ut extractâ, ex utriſque genibus in marmore foſſa velociſſima appareret *k*. Et arripientes eam curſu rapidiſſimo Maximiano crudeliſſimo præſentaverunt; diciturque, Juſtinam hanc eſſe, quæ ſe Chriſtianam ſummis viribus fateretur. Quam ita aggreſſus eſt imperator: Nomen tuum, quo diceris, conditionemque deſigna. Ad hæc beata Juſtina hilari vultu reſpondit: Chriſtiana ſum. Maximianus imperator dixit: Ego te de nomine plùs requiro, & tu hæc, quæ nolumus, noſtris auribus intimas. Dic tuum nomen, antequam moriaris. Ad hæc beata Juſtina reſpondit: Jam dixi tibi, Chriſtiana ſum: quod autem de nomine plus requiris: Juſtina vocor. Maximianus imperator dixit: Quam ſectam colis? Beata Juſtina reſpondit: Ego colo Dominum meum Jeſum Chriſtum, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt: nam lapidibus ſurdis & mutis, quæ ſunt opera hominum, non ſacrifico. Maximianus imperator dixit: Quid verborum prolyxitate mea dicta refellis? Accede & ſacrifica magno Deo Marti, ſi tuæ conſulere vis teneræ juventuti. B. Juſtina reſpondit: Jam dixi, quia Chriſtiana ſum, & omnibus diabolicis pompis abrenuncio. Illi me offero ſacrificium Domino Jeſu Chriſto, qui dixit: Ego ſum via, veritas & vita: qui credit in me non morietur in æternum. Hæc in ſe credentibus voce tonantiſſima repromiſit: cujus vera promiſſio apud me tenetur, & nullus poterit meam præfixam mentem ab ejus amore convellere.

C 5 Aliud enim eſt cum Deo, aliud cum hominibus fabulari. Sed ſi qua tibi ſunt exquiſita tormenta, in Chriſti Ancilla exercere feſtina. Quid moraris? Cupio enim ad illum migrare Dominum meum Jeſum Chriſtum, qui me dignatus eſt ab ipſis cunabulis conſecrare. Maximianus imperator dixit: Sacrifica, & evades tormenta; aut gladio te ſcias perimendam. Beata Juſtina reſpondit: Deo meo gratias ago, qui me indignam famulam ſuam hoſtiam dignatur accipere, & non dæmoniis veſtris ſacrificare, nec conſentio blandimentis tuis vanis. Sed hoc ego rogo Dominum meum Jeſum Chriſtum, ut me famulam ſuam in numero ancillarum ſuarum dignetur aſcribere. Illud autem quæſo, ut impleas, quæ in me diſponis tormenta. Nam & ego parata ſum pro nomine Domini mei Jeſu Chriſti omnia ſubſtinere. Hoc autem certamen cur formidem, cùm Dominus meus Jeſus Chriſtus pro toto mundo ſuum ſanguinem noſcitur profudiſſe? Tunc iratus crudeliſſimus imperator ſacrilego ore tulit ſententiam dicens, Juſtinam, quæ diu latuit, & Chriſtianæ religionis ſe aſſerit obligatam, & noſtris juſſionibus obtemperare noluit, gladio jubemus extingui.

gladio percuſſa fuit,

6 Hæc cùm audiſſet beata Juſtina, iteratis vocibus ad Dominum clamavit, dicens: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, qui me, famulam tuam & martyrem, in libro tuo aſcribere dignatus es. Jam ſi placet & vera eſt ſententia, quam protulit impiiſſimus imperator, in hoc loco ſacramentum diſpoſitum confeſſionis meæ, quod devota ſum, celeriter compleat & in gremio reſidentis ancillam tuam ſuſcipe, Chriſte, lumen meum, margarita pretioſa, quem amavi, quem concupivi, quem deſydero videre regem omnium ſæculorum, qui regnas cum Patre & Spiritu Sancto. Et, expleta oratione, fixis in E terra genibus, ejus lateri gladium ſpiculator immerſit: per unam jugiter horam elevatis oculis in cœlum, tendenſque ad ſydera palmas *l*, univerſis adſtantibus, ſic oravit ad Dominum: Domine Jeſu Chriſte, ſuſcipe animam meam in requiem tuam, quia te dilexi, te concupivi, & tui juris eſſe deſydero, teque ſolum amavi Dominum meum Jeſum Chriſtum, Salvatorem mundi, & nullum præter te amatorem quæſivi, te ſolum inveniam, nihil mihi præter te occurrat. Et ſignans ſe vexillo crucis, atque totum corpus ſuum manu ſua divinis ſignavit crucibus, beatumque emiſit ſpiritum *m*.

l

m

& à Chriſtianis honorificè ſepulta.

7 Quam Chriſtiani ardore fidei & dignæ Martyris paſſione venerantes, ejus venerabile corpuſculum aromatibus condiêrunt, & intra Deo condignum cymiterium poſuerunt, quaſi plus mille paſſuum de civitate Patavii, ubi uſque in hodiernum diem in ejus nomine myſteria celebrantur. Ad hæc beatæ Martyris limina humili pietate Catholica ac digniſſima convenit turba, atque in laudem Dei & coronæ beatæ martyris Juſtinæ alacriter excitatur, & omnipotentem Deum veneratur. Hæc dicta ſunt à nobis pauciora de multis, rariora de denſis, notiora de certis, quæ valuit ſtylus noſter omnibus patefacere de ejus beata Paſſione & Legenda magìs cum deſyderio, quàm cum faſtidio religioſis pectoribus commendare: cujus memorabilem natalem colimus *n* ſub die Nonarum Octobrium, quem ſuæ Martyri conſecravit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, cui eſt honor, gloria & poteſtas ſine fine per omnia ſæcula ſæculorum.

F

n

ANNOTATA.

a Etenim Sacramentum regis abſcondere bonum eſt: opera autem Dei revelare & confiteri honorificum eſt. *Tobiæ cap.* 12 ℣. 7.

b Dico vobis, quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. *Lucæ cap.* 19 ℣. 40.

c *Nimirum S. Proſdocimus, Patavinus epiſcopus, qui* S. Juſtinam *ſuis precibus parentibus ejus à Deo obtinuerit, ſacris undis luſtrárit, erudierit, & ſepelierit, ut legitur in Actis S.*

eùm Martî ſacrificare nollet,

A. ANONYMO.

A. ANONYMO. *Prosdocimi, successori ejus S. Maximo falsò adscriptis: sed Acta hæc à S. Prosdocimo conscripta esse, insignis est fabula, quam numm. 2 & 3 Commentarii explosam habes.*

d *Patre Vitaliano, viro quidem verosimiliter honorato nobilique, sed non Patavinorum, ut nonnulli fabulantur, rege: matre verò Prepedigna, quorum hodieque ossa cinereseque Patavii in* S. Justinæ *templo honorificè conservantur. Vide numm. 136 & seqq. Commentarii prævii.*

e *Videntur hîc quædam desiderari.*

f *Dominii Veneti civitas est episcopalis, Venetiis 24 passuum millibus in Occasum distans, ut scribit Baudrandus.*

g *Vide dicta de* S. Justinæ *palæstra numm. 29 & 30.*

h *Innuunt verba hæc, præter* S. Justinam *& alios eodem tempore ob Christi fidem fudisse sanguinem: verùm certa hujus rei testimonia, ut num. 39 Commentarii prævii dixi, mihi non suppetunt.*

i *A* S. Justinæ *patre sic dictum.*

k *Saxum istud,* S. Justinæ *genuum vestigia retinens, servari dicitur Venetiis in æde ipsi sacra: sed vide hac de re dicta num. 15 Commentarii prævii.*

l *Parùm verosimile id apparet.*

m *Quo tempore id contigerit, quidquid suprà de Maximiano dictum sit, incertum est. Vide dicta § 2 num. 26 & seqq.*

n *Quàm latè diffusus sit sanctæ Martyris, maximè per Italiam, cultus, & quàm celeber Patavii, ex dictis § 1 Commentarii prævii colligere est. Addo ex Bernardino Manzonio pag. 61 in Chronologia est Cæsenæ, quæ ditionis Pontificiæ civitas est in Romandiola. servari illic reliquias* S. Justinæ virginis & Martyris, *verosimiliter Patavinæ; & ex Officiis propriis Cistercienſium utriusque sexus Congregationis S. Bernardi à sacra Rituum congregatione approbatis & anno 1739 Molinis in lucem editis, coli ab illis* S. Justinam *die* VII *Octobris Officio duplici.*

DE SS. MARCELLO ET APULEIO MM.

ROMÆ.

J. B. SYLLOGE.

Discutitur SS. Martyrum apud Martyrologos Annuntiatio, & nonnulla ad eorum cultum & reliquias spectantia pertractantur.

FORTÈ SUB FINEM SECULI I. *Sanctorum apud martyrologos recentiores*

Frequens admodum est horum Martyrum apud martyrologos veteres æquè ac recentiores mentio: hi ferè Romano Martyrologio, quod hodieque in usu est, consonant; illud ita habet: Romæ sanctorum martyrum Marcelli & Apulei, qui primò quidem Simoni mago adhæserunt; sed videntes mirabilia, quæ per Apostolum Petrum Dominus operabatur, relicto Simone, Apostolicæ doctrinæ se tradiderunt, ac post passionem Apostolorum sub Aureliano consulari coronam martyrii reportârunt, sepulti non longè ab Urbe: *ita, inquam, Martyrologium Romanum, vix voculam adhibens, quæ in Adone vel Usuardo, & Notkero, Adonem ferè exscribente, quorum adeò verba non repetam, disertè non sit expressa. Nec multò aliter loquitur auctor Romani Parvi, sub medium seculi octavi, Sollerio in præfatione, Usuardo præfixa, cap. 2 art. 4 judice, exarati, cujus hæc verba:* Marcelli & Apulei, qui primò adhæserunt Simoni mago; deinde Apostolo Petro, sub Aureliano, consulari viro, martyrio coronati. *Bedam præterea Baronius in suis ad Martyrologium Romanum Annotatis laudat: sed Martyres nostri, nisi in ejusdem auctariis aliquot, quod & de Wandelberto & Rabano dictum accipe, non leguntur. Optimè inter citata hactenus Martyrologia convenit, neque Usuardus, quod Florentinius in Annotatis ad Martyrologium Hieronymi Lucense ait, pro* Marcello Marcum *scripsit: auctarium tamen Bedæ Barberinianum Sanctos nostros die proximè sequenti memorat: sed ob reliquorum ferè omnium Martyrologiorum, hodie illos annuntiantium, consonantiam audiri non meretur.*

& veteres annuntiatio;

2 *Nec Hieronymiani codices sanctos Martyres indictos prætereunt, quamvis multùm absit, ut tam concors, uber, nitidave sit illorum in his annuntiatio: Lucensis apud Florentinium,* Apuleium *prætermittens, ac locum sepulturæ, vagè tantùm ab Adone & Usuardo indicatum, aliquantò propiùs determinans, sic habet:* Romæ viâ Appiâ depositio sancti Marcelli & Marci episcopi. *Quamquam autem hic codex* Marcellum *Martyrem non dicat, imò voce* depositio, *quæ confessori potiùs, quàm martyri aptanda videtur, utatur, ne tamen hinc è confessorum numero fuisse* Marcellum *concludas: nam & in codice Corbeiensi apud eumdem Florentinium eadem quidem occurrit vox, sed* Apuleius & Marcellus *diserte martyres dicuntur: en hujus verba:* Romæ viâ Appiâ depositio SS. Martyrum Apulei & Marcelli episcopi, & Marci episcopi & confessoris. *Plures alios Hieronymianos codices consului, quibus quidem non ignotus est* Marcellus *Martyr, sed ignota episcopalis ejusdem dignitas: his igitur, aliisque suprà citatis præ Corbeiensi standum videtur, nec episcopatus in* Marcello *admittendus. Nec porrò multum verisimilitudinis habet Florentinii suspicio, in Codice Lucensi, cujus verba mox dedimus,*

pro

A *pro* Marcelli, *in via Appia ſepulti, legendum fortè eſſe* Marcelliani; *illius nimirum, à quo, uti & à S. Marco cœmeterium prope Romam in via Appia Florentinio, aliis in via Ardeatina, ſeu, ſi mavis inter utramque ſitum, nomen invenit. Marci enim & Marcelliani, à quibus id cœmeterium nomen accepit, codex Lucenſis, & Corbeienſis apud ipſummet Florentinium meminerunt* XIV *Kal. Julii, ſeu die* XVIII *Junii, minúſque vero apparet ſimile, eoſdem codices ejuſdem Marcelliani hodie ſub* Marcelli *nomine iteratò meminiſſe.*

ex Actis SS. Nerei & Achillei.

3 *At cùm* SS. Marcellum & Apuleium, *primùm quidem Simoni mago, dein verò S. Petro adhæſiſſe, & Aureliani conſularis viri juſſu necatos, taceant Hieronymiani codices, affirment autem auctor Romani Parvi, Ado, Uſuardus, Martyrologium Romanum, aliique recentiores martyrologi paſſim, erit fortaſſe, qui quærat, num id pro certo ſit, atque indubitato habendum, Non abs re fuerit, ut priùs in fontem, unde hauſta ſunt, quæ mox laudata Martyrologia de Sanctis noſtris, non item Hieronymiani codices*

B *tradunt, quàm propoſitæ quæſtioni reſpondeamus, tantiſper inquiramus. Baronius in Annotatis in Martyrologium Romanum hoc die, Adonem & Uſuardum (Romanum Parvum non viderat) ſua deprompſiſſe ex Actis SS. Nerei & Achillei, ad diem* XII *Maii Operi noſtro jam pridem inſertis, exiſtimavit: nec omnino, ut apparet, infundatè. Actis enim illis Epiſtola quædam ad SS. Nereum & Achilleum (Vide tom. 3 Maii pag. 9) de rebus S. Petrum inter & Simonem magum geſtis inſerta eſt, Marcello, Marci, Urbis præfecti, filio adſcripta, in qua hic, ſe quidem primùm Simoni mago manus dediſſe; ſed dein à S. Petro ſtetiſſe, non ambiguis, imò verbis ferè iiſdem, quibus Martyrologia citata utuntur, profitetur.* EGO, *inquit ibi Marcellus,* cùm ejus (*Simonis magi*) eſſem diſcipulus, malignum & infanticidam & maleficum illum exfractorem agnoſcens, deſerui eum & adhæſi domino meo S. Petro Apoſtolo. *Hunc itaque Marcellum hodie Ado & Uſuardus, quibus non minima, ut Sanctorum, quos in Faſtos ſuos inferebant, Acta conſulerent, cura fuit, eumdem non improbabiliter autumârint, quem ſacris Faſtis,*

C *ſe antiquioribus, ad hunc diem adſcriptum animadvertebant.*

ut videtur, hauſta.

4 *Quod verò additur præterea,* SS. Marcellum & Apuleium *Aureliani, viri conſularis, juſſu interfectos fuiſſe, hauriri pariter ex iiſdem Actis, ſeu conjici facile fuit. Aurelianus enim* conſulis filius (*Aurelii Fulvi nimirum, ut perhibent, qui ſub Domitiano annis Chriſti* 85 *&* 89 *conſulatum geſſit*) *mox à principio Actorum dicitur; qui cùm S. Domitillam deperiret, nec tamen ea conjuge frui poſſet, ut in Pontianam inſulam exſul mitteretur, à Domitiano obtinuit, ea ſpe ductus, ut victam exſilii ærumnis virginem in ſua vota pertraheret: quibus cum SS. Nereus & Achilleus, S. Domitillæ à cubiculis, obſiſterent, agente procul dubio Aureliano, à Memmio Rufo ſeu Minucio Rufo conſulari necati ſunt traditi; quorum corpora Auſpicius, Domitillæ nutritius, Romam tranſlata non procul ab Urbe viâ Ardeatinâ humo mandavit. Ita ferè Acta SS. Nerei & Achillei. Ex quibus iterum non prorſus vero abſimile fit, laudatos ſuprà martyrologos conjectâſſe, aut in animum ſibi induxiſſe, eumdem Aurelianum, ut SS. Nereo &*

Achilleo, ita & Marcello, *cum illis neceſſitudine conjuncto, illatæ necis auctorem exſtitiſſe:* Marcelli *verò, &* Apuleii *corpora non procul fortè ab illorum ſepultura Chriſti fideles pariter recondidiſſe. Ceterùm Adonem & Uſuardum cognita habuiſſe SS. Nerei & Achillei Acta, verba illorum, quibus illos martyres ad diem* XII *Maii annuntiant, cum ipſis Actis conferenti, manifeſtum fiet. Hinc igitur veroſimiliter ſua Martyrologii Romani Parvi auctor perinde, atque Ado & Uſuardus, quod Baronio viſum eſt, de* Marcello & Apuleio *hauſerunt: hinc ſanctos Martyres, tacentibus licèt Hieronymianis codicibus, primùm Simonis magi, pòſt S. Petri diſcipulos, paſſos verò ſub Aureliano conſulari viro fuiſſe, dixerunt. Verùm num ſatis purus fons iſte, ut fidem certam atque indubitatam mereatur?*

AUCTORE J. B.

certam fidem eorum omnium,

5 *Minimè verò: Acta quidem SS. Nerei & Achillei optimæ fidei olim judicavit Henſchenius in ſuo de his Commentario: ſed illa hinc inde complecti, quæ parùm credibilia ſint, dictum eſt tom.* 5 *Septembris pag.* 6: *illa in aliquibus non integræ fidei haberi, agnovit Baronius ipſe ad annum* 69 *num.* 33, *adſtipulante Sollerio ad diem* VII *Maii in Uſuardo: graviſſimâ denique cenſurâ perſtrinxit Tillemontius tom.* 2 *Monumentorum Eccleſiaſticorum pag.* 127. *Prætereo ſcriptores alios, qui iiſdem Actis ſuppoſitionis vel certè corruptionis notam inuſſerunt. Inter ſcripturas apocryphas numerata fuiſſe videntur jam inde ab ætate S. Auguſtini; cujus auctoritate ſeſe expedire conatur Henſchenius. Arguit ille lib. contra Adimantum (Vide editionem Operum S. Auguſtini Benedictinam tom.* 8 *col.* 137 *&* 140) *Manichæos, quòd libros divinos (uti hæreticis ſolenne eſt) quibus ſcilicet eorum errores convelluntur, non admitterent: contrà apocryphos, velut certos & incorruptos, haberent.*

E

quæ complectitur?

6 Ipſi autem legunt ſcripturas apocryphas, *inquit priori col.*, quas eſſe incorruptiſſimas dicunt, ubi ſcriptum eſt, Apoſtolum Thomam maledixiſſe homini, à quo per imprudentiam palmâ percuſſus eſt, ignorante, quis eſſet, maledictumque illud continuò veniſſe ad effectum. Nam cùm homo ille, quoniam miniſter convivii erat, ut apportaret aquam, exiſſet ad fontem, à leone occiſus & dilaniatus eſt. Quod

F ut manifeſtaretur ad aliorum terrorem, canis manum ejus intulit menſis, ubi Apoſtolus convivabatur. *Poſteriori verò ſic loquitur:* In illo ergò libro, ubi apertiſſimè Spiritus Sanctus, quem Dominus conſolatorem promiſerat (*in Actis Apoſtolorum*) veniſſe declaratur, legimus, ad ſententiam Petri cecidiſſe homines, & mortuos eſſe virum & uxorem, qui mentiri auſi erant Spiritui Sancto. Quod iſti magna cœcitate vituperant, cùm in apocryphis pro magno legant, & illud, quod de Apoſtolo Thoma commemoravi, & ipſius Petri filiam paralyticam (*addit editio Lovanienſis:* ſanam) factam precibus patris, & hortulani filiam ad preces ipſius Petri eſſe mortuam.

facere non videtur:

7 *Petri filiæ, à paralyſi ſanatæ, hiſtoria narratur fuſiùs in Actis SS. Nerei & Achillei; unde nonnulli efficere nituntur, illa à S. Auguſtino inter ſcripturas apocryphas habita fuiſſe.* Verùm, *inquit Henſchenius tom.* VII *Maii pag.* 422 *in Commentario de S. Petronilla*, hujus hiſtoriæ (*Auguſtino apocryphæ*) contextus planè diverſus eſt, cùm in prædictis Actis (*SS. Nerei, Achil-*

AUCTORE J. B.

lei & Domitillæ) nihil reperiatur de filia hortulani mortua. *Ita quidem habet, ut Henſchenius dicit: ſed nec S. Auguſtinus, tres illas hiſtorias unâ eâdemque ſcripturâ comprehenſas dixit; contrà de diverſis ſe agere, inſinuare videtur verbis ſuprà relatis univerſim ita pronuncians:* Ipſi autem legunt ſcripturas apocryphas. *Uti & verbis iſtis:* Càm in apocryphis pro magno legant. *Nec ſcio, an ſingulas illas tres hiſtorias à Manichæis admiſſas, ſi earum vel una ex ſcripturis non apocryphis probare potuiſſent, S. Auguſtinus iiſdem Manichæis objecturus fuiſſet. Quòd ſi Acta illa optimæ fidei, ac ſincera eſſe fingere lubeat, ne ſic quidem Adoniana, Uſuardina, & Romani Parvi annuntiatio certa evadet: càm enim Acta illa nihil de* Marcelli *martyrio, imò ne verbum quidem de* Apuleio *referant, fueritne Marcellus ille idem, qui* Marcellus martyr *unà cum* Apuleio *Hieronymianis codicibus hodie inſcriptus, ambigi adhuc meritò poterit. Quia tamen ſcripturæ etiam apocryphæ falſis vera non rarò admixta habent, eaque, quæ de* Marcello & Apuleio *laudati martyrologi ſcripſêre, aliunde etiam explorata fortaſſis habuerunt, ab eorum ſententia planè recedere, aut illos falſi arguere nolui; & ex eorum qualicúmque hac in re fide ſanctorum Martyrum obitum ſeculo* I *ad exitum inclinanti principio hujus Commentarii, adjectâ dubitandi formulâ,* Fortè, *adſcripſi.*

B

cultus verò ſacer valde antiquus eſt.

8 *Sed utut iſta ſeſe habeant, certior multò eſt cultus eccleſiaſticus, & à multis quidem jam retrò ſeculis ſanctis Martyribus impenſus. Eminentiſſimus Joſeph Maria Thomaſius ex codice, nongentis annis vetuſtiori, typis edidit libros tres (quos Gelaſianos appellat; fuit autem Gelaſius Papa ſub finem ſeculi* V) *Sacramentorum Romanæ Eccleſiæ, quorum ſecundo, qui de Sanctorum Natalitiis eſt, pag.* 174 *& ſeq. occurrunt de* SS. Marcello & Apuleio *Orationes tres, Nonis Octobris ſub ſacro-ſanctæ Miſſæ Sacrificium recitari ſolitæ; quas, utpote antiqui eorum cultus non dubia teſtimonia, huc tranſcribo: prima ſic habet:* Sanctorum tuorum nos, Domine, Marcelli & Apulei beata merita proſequantur; & ſuo ſemper perficiant amore ferventes. Per *&c. Secunda, cui hic præfigitur titulus:* Secreta. Majeſtatem tuam nobis, Domine quæſumus, hæc Hoſtia reddat immolanda placatam, tuorum digna poſtulatione Sanctorum. Per &c. *Tertia, præmiſſis his vocibus,* Poſt Communionem, *his verbis concipitur:* Sacramentis, Domine, muniamur acceptis: & Sanctorum tuorum Marcelli & Apulei, contra omnes nequitias inruentes armis cœleſtibus protegamur. Per Dominum noſtrum. Marcellus *martyr, ſed ſine* Apuleio, *hodie ſignatur in Kalendario Mozarabico hodierno apud Pinium in Tractatu Chronologico de Liturgia antiqua Hiſpanica tom. 6 Julii præfixo pag.* 87.

C

illos Capuani jam pridem coluerunt;

9 *Iidem Romani Martyres Capuæ in Campania Felici olim cultifuiſſe videntur, licèt Capuanis aliquando, ut infrà dicam, haud ſatis, quantùm quidem mihi videtur, probè cogniti. Etenim Michaël Monachus Kalendaria Capuana antiqua quatuor, quorum tria characterе Longobardico, quartum verò Romano, exarata ſunt, pag.* 391 *& ſequentibus exhibet, quæ ſingula ad diem* VI *vel* VII *Octobris* SS. Marcelli & Apuleii *meminerunt: primum quidem his verbis:* II Non. (*Octobris*) Paſſio erit SS. MM. Marcelli & & Apolei: *ſecundum;* Non. SS. Sergii & Bacchi, & Marcelli, & Apulei: *tertium;* Non. S. M. Marcelli, & Apulei, Sergii & Bacchi: *quartum;* Non. SS. M. Marcelli & Apulei l. 3. Sergii & Bacchi l. 3. *Ut in horum primo* Marcellus & Apuleius *die* VI *Octobris annuntientur, inde factum apparet, quòd* Marcellum *hodiernum cum heſterno, unà cum Caſto, Æmilio & Saturnino Capuæ pariter culto, confuderint, quem errorem reliquorum Kalendariorum concinnatores emendâſſe videntur. Sed ut hoc ita fortè ſit, quid cauſæ eſt, inquies, cur* Marcellum & Apuleium *in iſtis Kalendariis memoratos, Romanos potiùs mox cenſuerim fuiſſe, quàm Capuanos, cùm homonymorum ſanctorum Martyrum, Capuæ ſub Juliano imperatore pro fide interfectorum, Paſſionem exhibeat Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag.* 137 *& ſeq., de quibus proîn laudata Kalendaria loqui potiùs cenſenda ſunt, quàm de Romanis? Reſpondeo, Acta illa, non niſi ex ignoratione Martyrum homonymorum Romanorum, vel, ſi mavis, fortè ex horum diſſimulatione, Capuanis martyribus à nonnemine, amore præpoſtero patriæ ductо, videri afficta fuiſſe. Quod ne gratis dixiſſe videar, Acta ipſa, prout apud Michaelem Monachum exſtant, maximè quòd brevia ſunt, huc tranſcribo.*

D

E

ſed veram

10 *Sic habent:* Temporibus Juliani Auguſti centurio quidam ordinarius, Marcellus nomine, Romanus, in Urbe fuit, homo dives & liberalis, honeſtate morum & benignitate affectus, omnibus ſeſe gratum & amabilem exhibens. Qui cùm per gratiam miſericordis Dei, omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire volentis, Chriſtianæ religionis colla fidei ſummiſiſſet, cœpit in pauperes & egenos potiſſimùm benignus exiſtere. Hic cùm, certis exiſtentibus cauſis, Apuliam petens, Capuam divertiſſet, ad diis ſacrificium exhibendum à Dragontio quodam præſide, ex cæſaris præceptione arctatur. Qui cùm, nec minis territus, nec blanditiis delinitus, offerendis ſacrificiis præſtaret aſſenſum, ad extremum aſtrictus vinculis, cuſtodia carcerali excipitur. Factum eſt autem, ut, eo remorante in carcere, defuncto Dragontio, Fortunatus quidam nomine in præſidatum ſuccederet. Iſte itaque eductum Marcellum de carcere ſuis tribunalibus ſiſtens, cœpit cum eo agere, quatenus deos immortales ſtudeat libaminibus oblatis placare. Quem, cùm parêre monitis ſacrilegis contempſiſſet, ad Agricolanum quendam, præfectum militiæ, præſes deſtinare curavit, litteris ei ſignificans pariter, ex præcepto cæſaris in Marcellum hunc legaliter ulciſcendum; utpote qui, ad Chriſtianam ſuperſtitionem converſus, invito cæſare, abrenunciâſſet militiæ. Litteris igitur Agricolanus ſuſceptis, & lectis, ſtudet cum Marcello omnimodis agere, quatenus, depoſitis ſuperſtitionis vaniſſimæ cultibus, cingulum reſumeret militarem.

F

eorum notitiam

11 Quem cùm nec illatis terroribus, nec blanditiis demulcentibus, ad ſuæ voluntatis aſſenſum pertrahere ſe poſſe videret, poſtremò capitalem in eum ſententiam promulgavit. Qui, cùm ad locum, in quo decollandum ſe noverat, perveniſſet, inducias ſibi aliquas orandi à carnifice dari petiit & accepit. Qui, cùm proſtratus in terram, ſuper eo, quòd ad palmam perduci meruiſſet martyrii, gratias Deo & laudum præconia perſolviſſet, erigens ſeſe, in hanc vocem erupit: In manus tuas, Domine, commendo ſpi-

A spiritum meum. Qui mox ad spiculatoris ictum plexus capite migravit ad Dominum. Quod Apuleius, ejus famulus, intuens, se Christianum esse, & pro Christo ne mortis quidem formidare supplicium, clara cœpit voce clamare. Quod spiculator audiens, certus, se per id suo Domino placiturum, ipsius quoque gladio verticem amputavit. Passi sunt autem SS. Martyres sub Juliano cæsare die Nonarum Octobrium, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen. *Toto cælo differre hæc ab iis, quæ de* SS. Marcello & Apuleio *martyribus in superioribus sunt tradita, atque alios ab his martyres indicare, nemo unus diffitebitur: sed fabulam facilè quisque olfaciet, qui Acta S. Marcelli Tingitani apud Ruinartium Actis martyrum sinceris & selectis inserta à pag.* 302 *vel leviter inspexerit. Marcellus, cujus illic passio describitur, pariter centurio fuit, crimen idem illi objectum ab ethnicis, objectum militiæ cingulum: idem præses Fortunatus, qui Marcello litem primus intentavit: idem præfectus prætorio, vel militiæ, ad quem ille Marcellum, additis litteris, misit, nimirum Agricolanus; idem denique mortis genus, quo Marcellus uterque Agricolani jussu occubuit, nempe abscissio capitis: ut satis appareat, hæc omnia à Marcello Tingitano ad Capuanum pro singentis arbitrio fuisse translata.*

B

12 *Frustra Michaël Monachus ait, novam non esse, ut diversorum Acta martyrum plurima interdum habeant communia: nam quoties id contingit, vel ex hoc solo capite solent esse suspecta. Frustra item Monachus adjuncta aliquot, quibus Acta utraque invicem differunt, persequitur: facilè enim viderit, quisquis Acta illa fabricatus est, nimis fore ridiculum, si martyris Africani Acta Capuano sine ullo ferè adjunctorum discrimine applicaret. Frustra denique hos versus, ab Alpherio Capuano archidiacono supra Orientalem* S. Marcelli *ecclesiæ januam, nunc obstructam, descriptos in subsidium vocat: cùm enim Leonini sint, vel inde liquet, ineptos esse, ut quidquam de* SS. Marcello & Apuleio *Capuæ sub Juliano, ut volunt, passos, dum certiora ea de re monumenta Capuani proferant, prudenti lectori persuadeant: sunt autem hi:*

non habuerunt,

C

Marcellus sanctus, contemnens cæsaris actus,
Est Capuam latus, pro Christo decapitatus.

Ex quibus satis liquere, arbitror, quod suprà aiebam, SS. Marcellum & Apuleium, *quos ad hunc diem Capuani colunt, ipsis haud satis fuisse exploratos: quod ut amplius pateat, Breviarium Capuanum, sub Jordano Cajetano, archiepiscopo Capuano & patriarcha Antiocheno anno Domini* 1489 *excusum, consulamus: habet id ad diem* VII *Octobris tres lectiones de* SS. Marcello & Apuleio, *sed multa ab iis, quæ in Actis, paulò antè rejectis, leguntur, longè diversa complexas. En illas.*

13 *Lectio* 1. Erat Marcellus quidam vir nomine, qui vitæ studiis & genere: prudentiâ quoque & honestate valde clarus habebatur: facultatibus etiam copiosus, &, quod omnium maximum est, religiosissimè Deum timens, & ea, quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans. Nec quidquam boni erat omnino, quod illi viro deesset: unde & honore plurimo ab universa civitate colebatur. Primusque ipse civitatem suam frequenter largitionibus remunerabat, pauperibus tribuens, afflictos relevans, tribulatis auxilium ferens. *Lectio* 2. Quodam tempore, cùm Archelao episcopo captivorum multitudo fuisset oblata à militibus, qui ibi castra servabant septingenti, non mediocris sollicitudo constrinxerat, eò quòd pro salute ipsorum aurum à militibus poscceretur. Quique, cùm dissimulare non posset, pro religione & timore Dei vehementiùs estuabat & tandem, ad Marcellum properans, omne negotium exponit. Ut verò hæc audivit vir piissimus Marcellus, nihil omnino remoratus, ingreditur domum, præparans præcia captivorum, quantacúmque poposcissent, qui deduxerunt vinctos. *Lectio* 3. Et continuò, reseratis bonorum suorum thesauris, pietatis præmia à militibus nec numero aliquo, nec descriptione ulla distinxit, ut magis dona, quàm præmia viderentur. At illi ammirati & amplexi tanquam in mensam (*lege* immensam) viri pietatem munificentiamque, & facti stupore permoti, exemplo misericordie commoventur, ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem Domini nostri Jesu Christi: alii verò, vix quarta preciorum portione suscepta, discederent: ceteri parùm aliquid, quod viatico tantùm sufficeret, accipientes abirent. Tandem beatus Marcellus, cùm abjectâ militiâ Christianum esse, clara voce se diceret, sub Aureliano consulari cum Apuleo, famulo suo, capite cesus est; sepultus non longè ab urbe Roma Nonis Octobris.

D

E

& Marcellos, multùm diversos

14 *Acta Marcelli, martyris Tingitani, cognomini Capuano, paucis scilicet, ut rei argumentum exigere fabulatori visum est, afflicta fuisse, jam vidimus: peccata in his Lectionibus, in quibus, quæ trium Marcellorum, ætate, officio, & qualitate plurimùm inter se dissidentium sunt, in unam eamdemque fuêre congesta personam, nec minora, nec pauciora occurrunt. Noti Archelaus & Marcellus apud antiquos scriptores, quorum ille Cascarorum in Mesopotamia fuit episcopus, & fidei contra Manetem, impium blasphemumque hæreticum, defensor acerrimus: hic verò ejusdem civitatis incola, vir, inquit Epiphanius adversus hær. lib.* 2 *tom.* 2 *de Manichæorum hæresi num.* 7 *apud Petavium,* egregius ac religiosissimus & imprimis illustris: *de quo proinde intelligenda sunt, quæ Lectione* 1 *&* 2 *ac ferè etiam* 3 *leguntur. Sed Archelaus quidem Martyrologio Romano à nuperis illius emendatoribus ad diem* XXVI *Decembris inscriptus est, sed illum ait Castellanus, omni cultu carere: Marcellus verò, Archelai familiaris, nullis in Fastis sacris, quòd sciam, locum habet, ut verosimile non appareat, hunc apud Capuanos sæculo* XV *cultum obtinuisse. Abjectio cinguli militaris & fidei Christianæ professio, de qua Lectio* 3 *sub finem, ad Marcellum Tingitanum pertinet. Postrema denique Lectionis* 3 *periodus, quâ* Marcellus & Apuleius *sub Aureliano consulari capite cæsi, sepultique non longè ab Urbe dicuntur, Martyres Romanos apertè designant. Unde verosimillimum mihi appareret, martyres in Capuana Kalendaria, quæ suprà laudavimus, relatos, eosdem planè fuisse, qui Martyres Romæ ab Adone, Usuardo ceteriscque ad hunc diem annuntiati; ex quorum tenui apud Capuanos notitia factum sit, ut illis modò hujus, modò illius Marcelli res gestæ, seu Acta fuerint applicata.*

in unum confuderunt.

15 *Nec silentio prætereunda est Placentia, altera Italiæ civitas, cognominis ducatûs caput,*

AUCTORE J. B.

Officio proprio apud Placentinos gaudent,

quæ SS. Marcelli & Apuleii *cultûs ſtudioſam jam dudum pariter ſeſe exhibuit; ut docent eccleſiæ Placentinæ Sanctorum Officia propria Claudii Rangoni, Placentini epiſcopi, juſſu anno* 1635 *typis evulgata: his præfixum Kalendarium ad diem* VII *Octobris ſic habet:* Marcelli & Apulei, & ſoc. mart. ſemiduplex in eccleſia S. Xyſti. *Non fit illorum mentio in Officio diei* VII *Octobris, præterquam Lectione* VI *ad Matutinum, quam, quòd ſingularia quædam de ſanctis illis Martyribus enarret, huc viſum eſt tranſcribere: his verbis illa concipitur:* Eodem die anniverſaria memoria celebratur ſanctorum Marcelli & Apulei: qui, cùm antea Simoni magno (*lege* mago) inſigniter eſſent addicti, poſtquam beati Petri mirabilia opera, ac planè divina Romæ viderunt, ſtatim Simone & idolorum cultu relicto, Apoſtolicâque doctrinâ imbuti, Chriſtianam fidem ac religionem ſunt amplexi, ut in atroci illa Neronis perſecutione poſt Apoſtolorum necem Aureliani conſularis juſſu comprehenſi, fortiter datis cervicibus, glorioſam martyrii palmam tulerint. *Atque hæc quidem de Sanctis, de quibus agimus, congruenter*
B *& ab aliis etiam, ut ex ſuprà dictis liquet, memorata, dicuntur.*

qui eorum reliquias

16 *Singularia porrò ferè ſunt, quæ ſequuntur:* De quibus illud etiam memoriæ proditum eſt, eos ejuſdem beati Petri è cruce depoſito corpori in Vaticano ſepulturæ locum delegiſſe. Sepulti fuêre non longè ab Urbe; ſed eorum corpora Placentini, multis pòſt annis ad ſe translata, & in S. Xyſti templo honorificè condita, in hodiernum uſque diem piè ac religioſè habere & colere numquam deſtiterunt. *Hactenus lectio* VI; *in quam hæc pauca obſervo. Quam fidem mereatur* SS. Marcelli & Apuleii *Simoni mago adhæſio, colligi poteſt ex iis, quæ ea de re ſuprà diſſerui. Acta S. Petri Apoſtoli Lino, ejus diſcipulo & ſucceſſori, ſuppoſita, edidit Henſchenius tom.* 5 *Junii, ubi pag.* 428, *num.* 12 *in fine hæc leguntur:* Cujus (*S. Petri*) corpus Marcellus, unus ex diſcipulis ejus..., in ſuo ipſius ſarcophago collocavit in loco, qui dicitur Vaticanus, juxta viam triumphalem. *Sed num de* Marcello *noſtro* (*nihil hîc de* Apuleio) *hîc ſermo eſt? Certè nihil ſuppetit, unde id certò affirmem. Clariùs quidem loquuntur Acta S. Petri, apud*
C *nos tom.* 7 *Junii pag.* 16, *ubi hæc:* Corpus ejus à Marcello Apuleioque fratribus... in Vaticano, haud procul via triumphali, ad Neronianos hortos circumque ſepelitur: *at cùm illa Paulum Æmilium Sanctorum, anno* 1617 *ad archiepiſcopatum Conſentinum in Calabria promotum, & ſexennio pòſt ad eccleſiam Urbinatem tranſlatum, habeant auctorem, non id ætatis ac ponderis habent, ut pro certo accipi debeat, S. Petrum, à* Marcello & Apuleio, *de quibus hîc nobis ſermo eſt, fuiſſe ſepultum.*

in S. Xyſti templo

17 *Porrò non recentem eſſe* SS. Marcelli & Apuleii *Placentiæ cultum, colligi ſatis poteſt ex illis jam datæ Lectionis ſextæ verbis, quibus non modò olim illorum corpora ad Placentinos tranſlata, ſed etiam uſque ad annum* 1635 *in S. Xyſti piè ſemper ac religioſè ſervata fuiſſe dicuntur: quo primùm tempore in Kalendaria eccleſiaſtica & Breviarium Placentinum referri ſancti Martyres cœperint, equidem me latet: at univerſim loquendo, coli eos ſacris honoribus à Placentinis cœptos eſſe, exiſtimo, ſaltem ex quo S. Xyſti templum apud illos conditum fuit. Condidit autem id ſa-*
ris Benedictini Ordinis virginibus (*ſed ad viros dein devolutum eſt*) *Angilberga, imperatoris Ludovici hujus nominis II uxor, anno, ut vult Campius lib.* 7 *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Placentinæ,* 852 *ex diplomate Ludovici II, quod recitat part.* 1, *pag.* 458. *Dicitur in eo Angilberga* infra muros Placentinæ urbis in Dei nomine atque amore in honore ſanctæ Reſurrectionis monaſterium unum ſacrarum puellarum conſtruere velle. *Datum verò legitur* III Idus Octobris, Indictione XV, anno imperii domni Hludovici octavo, Incarnationiſque Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCLII. *At non unam notæ hæ chronicæ difficultatem patiuntur: nam* III *Idus Octobris dicti anni non* XV, *ſed prima potiùs currebat Indictio: annus verò* 852 *Ludoviciani imperii tertius vel quartus fuit; cùm anno tantùm* 849 *patris collega factus &* 850 *à Leone IV Romæ fuerit coronatus; uti Pagius docet ad annum* 844, *num.* 4 *in ſua in Annales Baronianos Critica.* D

Jam inde ab anno 874

18 *Sed Campius ab anno Chriſti* 844 *Ludoviciani imperii exordium numerat; quo quidem rex Longobardorum coronatus eſt à Sergio Papa, non tamen imperator. Sincerioris notæ apparet id Ludovici diploma, prout illud tom.* 2 *Antiquitatum Italicarum medii ævi col.* 453 *& ſeqq.* E *Muratorius exhibet, iiſdem ferè verbis conceptum, ſed paulò contractius; legiturque in illo pariter Angilberta* infra muros Placentinæ urbis monaſterium unum ſacrarum puellarum conſtruere velle. *Sed datum ſcribitur* III Idus Octobris, Indictione VIII, anno imperii domni Hludovici XXV, *qui characteres chronologici & meliùs ſibi congruunt, & annum Chriſti indicant* 874. *Joannes de Muſſis in Chronico Placentino anno* 812 *ab Angilberta imperatrice, Ludovici, filii Caroli Magni, uxore, S. Xyſti templum Placentiæ conditum ſcribit: ſed manifeſtum eſt, Ludovicum Pium cum Ludovico II abs illo confundi. In eumdem errorem libro de Origine Placentiæ* (*quem vide ad calcem tom.* 3, *part.* 2 *Theſauri Hiſtoriarum Italiæ*) *Umbertus Locatus impegit. Verba ejus, è quibus, unde & quando Angilberga* SS. Marcelli & Apulei *reliquias acceperit, conjici poteſt, hus tranſcribo.* Anno proximo (815) Bernardo nepote capite punito, Ludovicus imperator Italiæ regnum obtinuit, in quo quidem annis ſex & viginti regnavit. Hujus imperatoris uxor Engilberga infra mœnia Placentiæ divis Sixto & Agapeto (*imò Fabiano*) martyribus cum monialium monaſterio erexit templum, in quo cum nonnullis Sanctorum reliquiis ejuſdem divi Sixti martyris ac Pontificis à Paſchali Pontifice maximo ſibi donatum corpus Ludovicus ipſe uxori collocandum ex Roma Placentiam tranſmiſit anno DCCCXXII vel circà. F

religioſè ſervâſſe videntur.

19 *Legerat veroſimiliter Locatus in quibuſdam monumentis, Ludovicum imperatorem à Pontifice Romano S. Xyſti aliorumque Sanctorum reliquias, Romæ acceptas, ad uxorem miſiſſe Placentiam: quæ, cùm generatim tantùm ſcripta reperiſſet, de Ludovico Pio, quæ de Ludovico II intelligenda erant, fuerit interpretatus: hujus enim, non illius uxor Angelberga fuit, & Ludovicum II anno* 872 *vigiliâ Pentecoſtes Romam veniſſe, & poſtridie, peracta ſolenni ritu re divina, ab Adriano Papa ad Lateranenſe palatium inſigni pompa fuiſſe deductum, habent Annales Bertiniani. Itaque Ludovicus hujus nominis II eo anno S. Xyſti aliorumque Sanctorum reliquias, quas dein uxori ſuæ Angilbergæ in monaſterio ab ea erigendo collocandas donârit, acceperit vel*

ab

A *di Adriano, vel à Nicolao, quod in Vita Sixti II pag.* 51 *Libanorius ſcribit. At ſive id Adrianus, ſive hujus ſucceſſor Nicolaus præſiterit, fuiſſe ex illarum reliquiarum numero* SS. Marcelli & Apulei *reliquias, inde fit vero ſimile, quòd anno* 879 *jam inde in illo monaſterio, ut ex Carolomanni mox citando diplomate efficitur, exſtiterint. Hinc porrò ſanctorum Martyrum apud Placentinos cultus ſub annum* 874 *initium accepiſſe videtur: ex diplomate enim Carolomanni, quod* Anno Incarnationis Domini DCCCLXXIX, 2 Nonas Auguſti, anno III regni domni Karlomanni regis in Bauoaria, & II in Italia, Indictione XII datum legitur, *liquet, jam tum, cùm id datum fuit,* SS. Marcelli & Apulei *reliquias in dicto monaſterio religioſè fuiſſe ſervatas. Verba diplomatis, huc facientia, hæc ſunt:* Quapropter noverit induſtria omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium & futurorum, quoniam, comperto in ædificatione monaſterii ſtudio amantiſſimæ ſororis noſtræ Angilbergæ auguſtæ in urbe Placentiæ æternæ propitiationis intuitu, pro honore ejuſdem omnipotentis Dei & ipſius reve-
B rentia Genitricis, necnon Apoſtolorum omnium, ſanctorumque martyrum Sixti, Fabiani, Marcelli & Apulei inibi quieſcentium, conceſſimus atque perenniter confirmavimus &c. *Ita Carolomannus apud Campium pag.* 464.

Fabuleſa de Marcello,

20 *Ceterùm fieri facilè poteſt, ut & alibi, tum in Italia, tum in ceteris orbis Catholici partibus* SS. Marcello & Apuleio *ſingularis honor exhibeatur: ſed modò in Hiſpaniam nos Tamayus & Bivarius potiſſimùm evocant. Binis hiſce ſcriptoribus Pſeudo-Dextri Chronicon, jam toties protritum, ut quidquam de eo dicere ſupervacaneum hodie ſit, ampliam figmentorum materiem præbuit. Id apud Bivarium ad annum Chriſti* 71 *ita habet:* Marcellus, M. Marcelli, diſcipuli Petri, cognomento Eugenii, conſanguineus, olim cum eodem Marcello Simonis magi diſcipulus, non procul Româ patitur. *Quem Dextri locum ita Bivarius commentatur:* Sunt, qui dicant, agi de his in Actis ſanctorum martyrum Nerei & Achillei; falluntur tamen, quia Marcellus, de quo ibi agitur, non fuit paſſus prope Romam; ſed fuit S. Eugenius, Toletanus archiepiſcopus, qui priùs M. Marcellus dicebatur, & ob nobilitatem poſt-
C modùm à Chriſtianis dictus eſt Eugenius, quod ſonat NOBILIS. Fuit quidem & ipſe Simonis & Petri diſcipulus, ſed diverſus ab illo, tametſi conſanguineus ipſius. *Ad eumdem ferè modum loquuntur Acta S. Eugenii apud Tamayum ad diem* XV *Novembris. Verùm hæc, ut gratis excogitata ſunt, & abſque legitimo antiquorum ſcriptorum monumentorumque auctoritate aſſerta, ita jure merito exploduntur. Rectè tamen negat Bivarius, Marcelli Epiſtolam, Actis SS. Nerei & Achillei inſertam,* Marcello *unà cum* Apuleio *prope Urbem paſſo, debere adſcribi; ſed unde habet, S. Eugenio archiepiſcopo Toletano eam adſcribi oportere? Tam illa, quàm altera Marcelli de rebus inter S. Petrum & Simonem magum geſtis ſcriptio, quam apud Florentinium à pag.* 103 *videre eſt, nullius ferè hodie apud eruditos ſunt fidei: conſultius itaque feciſſet Bivarius, ſi Epiſtolam Marcelli ad SS. Nereum & Achilleum ſcriptam neutri Marcello attribuiſſet: ſed, relictis nugis, Tamayum ad diem* VII *Octobris de* SS. Marcello & Apuleio, *ſeu de ipſorum reliquiis & cultu ſaniora tradentem audiamus.*

21 Apud Soriam, *inquit,* urbem Hiſpaniæ (*in diœceſi Oxomenſi*) Inventio ſacrorum pignorum SS. Sergii, Bachi, Marcelli & Apuleii martyrum, quorum primi apud Auguſtam Euphratenſem; ſecundi Romæ, poſt peractos pro fidei defenſione ſtrenuos agones, ad palmam victores pervenerunt athletæ. *Inventionis hujus, circa annum* 1470 *factæ, Acta, à domino Lupo de Morales, equite Jacobæo, anno* 1627 *Hiſpano idiomate ſcripta, Tamayus Latina fecit: ex quo illa accipe:* In oppido, quod dicitur Cuebas, juriſdictionis nobiliſſimæ & antiquæ urbis Soriæ, tertio ab ea lapide ad Occidentalem angulum ſitus erigitur inacceſſibilis, ex tribus partibus ſic ſaxorum continuatione compactus, ut penè videntibus nîl niſi præcipitium oſtentet. Per quartam igitur partem, quà Oriens eluceſcit, planum iter conſpicitur, juxta quod inſignia vetuſtas oculis permiſit mœnium veſtigia, quæ prorſus totum occludebant ſitum, & ad formam caſtri planitiem circuncingebant inexpugnabilis. Hîc plerúnque plura inventa ſunt antiqua numiſmata, & rudera ædificiorum, & aliquando aquarum inundationibus corpora militum armatorum, quorum cadavera ibidem aut neceſſitas, aut belli periculum, nullis quæ- E
ſitis amplioribus monumentis, ſepelivit.

AUCTORE J. B. *ſed de Martyrum Soriæ in Hiſpania*

reliquiis & cultu

22 Intra hujus loci ſitum, adhuc eremitorium S. Chriſtophoro dicatum conſervatur, quod tantæ vetuſtatis apud opidanos eſſe prædicitur, ut ejus initium & conſtructio prorſus omnium hominum viventium memoriam excedat. Itaque locus ille per aliquot ſecula nullam aliam accepit venerationem, quàm quæ ſolet dari à fidelibus cæteris eremitoriis alicui Divo ſacratis, licèt ubicúmque ſitûs opacitas, ædificiorum veſtigia & ruderum ſigna, illud montis ſupercilium admirabile accolis & magnæ exiſtimationis reddidêre. Evenit ergò circa annum MCCCCLXX, Deo ſic permittente, ad ſui & Sanctorum ſuorum gloriam & honorem, quòd in limite eremitorii prædicti intra eccleſiam, nullo quærente, ſed caſu, lapidea capſa cœpit in humo pateſieri, quæ quatuor planis confecta & coadunata viſebatur lapidibus, in qua oſſa quatuor hominum inventa ſunt, quæ protinus fragrantiſſimum odorem reſpirantia, ea eſſe Sanctorum lipſana, prædixere, ut impleretur Salomonis dictum: "Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habita-
„culo juſti.„ Sed, quia inventio hujuſmodi haut- F
quaquam abſque auctoritate tranſiret, nec corpora in ſola præſumptione perſiſterent, omnipotens Deus intra capſæ lapideæ cavum dignatus eſt manifeſtare pergamineum pitacium, aureis litteris & cæruleis characteribus conſcriptum, hiſce aut ſimilibus litteris Latinis: "Gen-
„tes. neceſſitatibus. oppreſſæ. occurrite. SS. Ser-
„gio Bacho. Marcello & Apuleio.„

ſanctra Tamayus tradit.

23 Statim hujus mirabilis inventionis fama per totum circumjacentium oppidorum ambitum tranſcendens, plurimos ægrotos ad limina eremitorii traduxit, quos divina pietas per merita ſuorum Martyrum, quorum oſſa devotio contrectabat, ſanos ad propria dimiſit. Hujus etiam eventus opinionem cùm epiſcopus Oxomenſis, in cujus diœceſi ſitum eremitorium conſpicitur, audiviſſet, præcedente informationis proceſſu, quo conſtitit de re in inventione acta, & de miraculis poſtmodùm evenientibus, frequentique fidelium concurſu & cæteris Actum auctorantibus, ſacra ſanctorum Martyrum lipſana honorificè collocare præcepit. Quod ut factum, frequentiùs eremitorium illud à fidelibus viſita-

tum,

AUCTORE J. B.

tum, omnes quovis morbo laborantes integram quotidie ſanitatem recipiunt. Sed & tempore, quo pluvia ſementibus deficit & fructibus terræ, vix oppidorum proceſſio ad eorum limina ſiſtit, cùm nubium imbres, apertis cæli cataractis, totum regionis agrum pluviis ſalutaribus implent. *Teſte itaque domino Lupo de Morales* SS. Marcellus & Apuleius *cum SS. Sergio & Baccho, maximè à ſeculo* XV *ad ſuam uſque ætatem non modò peculiarem illic cultum obtinuerunt, ſed pluribus hunc etiam tum miraculis, tum beneficiis, divinitus ad illorum invocationem exhibitis, apud circumjacentes populos auxerunt; quod quidem in dubium vocare nolim: cùm tamen ſolus ea de re, ut Tamayus ait, Lupus ſcripſerit; nec hujus Opus videre contigerit hactenus, neſcio, num undequáque vera ſint, quæ Tamayus de Lupi Opere ſeu ſcripto his verbis addit:* Hactenus D. Lupus de Morales circa inventionis hujus relationem, qui ad contraria, quæ poſſent opponi, docto calamo reſpondet, cauſaſque, quibus hæc ſacra pignora Hiſpaniam transferri valerent, ad amuſſim exponit: *quæ cùm, ut dixi, nobis hactenus explorare non licuerit, cogimur hac in re ſuſtinere judicium.* D

Cur non edantur Martyrum Acta.

24 *Acta* SS. Marcelli & Apuleii *habemus ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris, quorum initium eſt:* Marcellus & Apuleius primò quidem Simoni mago adhæſerunt &c: *finis verò:* Sed Deus eos (*Eutichetem, Victorianum & Maronem*) ibidem in vita miraculis clarificavit, & cùm multos convertiſſet, martyrio coronati ſunt, ut habetur XII Maii in feſtis SS. Nerei & Achillei. *Eorum exordium eadem complectitur, quæ Martyrologia, hujus Sylloges principio citata. Tum S. Petrum, Apoſtolorum principem, à Marcello tumulatum narrant ex Actis, S. Petri Lino Papæ ſuppoſitis, ut hæc Actorum Ultrajectinorum verba oſtendunt:* Hæc Linus Papa. *Reliqua ferè ex Actis SS. Nerei & Achillei (Vide tom. 3 Maii pag. 9 & ſeq. num. 10 & quatuor ſequentibus; item pag. XI, num. 18, 19 & 20) deſcripta ſunt; quapropter ea iterum prælo, maximè cùm illa, unde ſunt hauſta, exiguæ ſint fidei, ſubjicienda non putavi.*

B

DE S. EUMENIO EPISC. CONF.

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO

C. B.

E FASTIS HABESSINIS.

ANNO CXLIII. *Sanctus, cui ſeptimus inter patriarchas Alexandrinos locus haud ineptè tribuitur,*

ALexandrinam in Ægypto eccleſiam ab æra vulgaris anno quadrageſimo ad annum uſque centeſimum ſeptuageſimum nonum; uti in Chronologica patriarcharum Alexandrinorum Hiſtoria, Operis noſtri tom. 5 Junii præfixa, videre licet; patriarchæ numero decem, pro Sanctis ab Eccleſia omnes habiti, adminiſtrârunt; ſeptimum autem hos inter locum tenuit, qui in Alexandrina patriarcharum Cophtitarum Hiſtoria, ab Ecchellenſi typis Pariſienſibus anno 1651 edita, Eumenius *vocatur. Ab Euſebio quidem is in editionis Scaligerianæ Chronico ad annum* 131, *ubi* Hymenæus, *& in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib.* 4, *cap.* 5, *ubi* Eumenes *nuncupatur, eccleſiæ Alexandrinæ ſextus dumtaxat ordine præfuiſſe traditur; verùm is ſcriptor, etſi Alexandrinæ urbis epiſcopatum primus omnium S. Marcus geſſerit, hunc tamen idcircò veroſimillimè, quòd non tam epiſcopus, uni Alexandrinæ ſedi addictus, quàm Apoſtolus, qui non ſolam Ægyptum, ſed alias præterea regiones veræ fidei lumine illuſtrârit, exſtitiſſe videri queat, Patriarchis Alexandrinis haud annumerat; quare, cùm his nihilominùs meritò S. Marcus, non ſecùs ac Romanis Pontificibus S. Petrus, accenſeri poſſe videatur, ſeptimus eoſdem inter patriarchas locus* S. Eumenio *haud perperam tribuitur.*

C

2 *Utinam modò, quàm certum hoc apparet, tam certò etiam innoteſcerent Sancti geſta! Verùm tam quæ ad hunc, quàm quæ ad plures alios patriarchas Alexandrinos ſpectant, maxima ex parte, antiquis monumentis, quibus conſignata reperias, deficientibus, in obſcuro ſunt.* Eumenium *interim anno* 130, *menſe Junio ad patriarchatum Alexandrinum fuiſſe evectum, annoque* 143 *ſeptima Octobris die è vivis exceſſiſſe, in laudata Chronologica patriarcharum Alexandrinorum Hiſtoria num.* 90 *& binis ſeqq. Sollerius ex Euſebio primùm oſtendit, tum breve, quo Sanctus in Habeſſino Hagiologio celebratur, conceptum præcipuè hiſce verbis,* Salutem Eumenio, qui bona elegit, mala fprevit, dignus ut conſtitueretur in Sede S. Marci Alexandriæ, *encomium recitat, ac tandem ſubjungit:* Nihil præterea de hujus Patriarchæ (S. Eumenii *nimirum*) rebus præclarè geſtis reperimus, plura ſuo loco daturi, ſiqua ex Copticis Synaxariis aut aliunde nanciſcamur. *Plura de* Eumenio *ſuo loco danda, quæ fortaſſis temporis lapſu nos nacturos, Sollerius, uti hiſce ipſemet verbis indicat, exiſtimavit, nacti hactenus, quod pœnitet, non ſumus, nec fore, ut nanciſcamur, ſpes ulla affulget. Verùm, etſi res ita habeat,* Eumenio *tamen, quem mox aſſignato à Sollerio tempore & ad cathedram Alexandrinam fuiſſe promotum, & vivere deſiiſſe, in animum induco, in Actis noſtris locum hic dandum exiſtimavi, quòd in Habeſſino Hagiologio jam laudato, Æthiopumque ſeu Habeſſinorum apud Jobum Ludolfum Calendario, in quibus binis ſolis Faſtis ſacris reperitur, ad hunc diem dumtaxat, quo etiam illum, ut jam dixi, obiiſſe, puto, commemoretur.*

In Faſtis Habeſſinis, in quibus ſolis reperitur, hodie recolitur ideóque hic datur.

F

DE

A

DE SS. SERGIO ET BACCHO MM.

AUCTORE C. B.

IN SYRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sanctorum memoria in Faſtis ſacris, cultuſque eccleſiaſticus publicus.

SECULO III AUT INITIO SEQ. *Sancti, qui multis hodie Græcorum Latinorumque*

B

MArtyrologii, quod S. Hieronymi nomine paſſim venit, reliquiſque omnibus Martyrologiis hagiologiiſve ætate præivit, exhibita à Florentinio tria apographa, Lucenſe nimirum, Corbeienſe, hiſque antiquius Antverpienſe ſeu Epternacenſe, SS. Sergium & Bacchum, corruptè tamen in Antverpienſi conflato in unum à librariis amborum nomine, hodie commemorant. In contracto, quod Operis noſtri tom. VII Junii exſtat inſertum, Richenovienſi Hieronymiano apographo idem etiam fit, uti & in antiquiſſimis duobus, Stabulenſi uno, Verdenſi altero, Kalendariis, eccleſiæque Antiſſiodorenſis Martyrologio, ampliſſimæ Collectionis Scriptorum Veterum tom. 6 à Marteneo vulgatis. Hiſce etiam præter pervetuſti eccleſiæ Turonenſis Martyrologii apud Marteneum tom. 3 Theſauri Anecdotorum col. 1590 Fragmentum, quod Sanctos, non hodie, ſed ad diem ſequentem ſeu VIII Octobris celebrat, accedunt antiquum, quod Genebrardus anno 1592 publici juris fecit, Græcorum Calendarium, Baſilianum, quod in publicum eccleſiarum Conſtantinopolitanarum uſum ante annum 984 exaratum fuiſſe videtur, notiſſimum modò Menologium, Martyrologium Romanum Parvum ſeu vetus, aliaque ex antiquioribus, quæ Claſſica vocari ſolent, Latinorum Martyrologiis quatuor, Adonianum videlicet, Rabanianum, Uſuardinum & Notkerianum. Id interim tamen, quod Operis noſtri tom. 2 Martii præfigitur ac Bedam habet auctorem, aliudque, quod metricè Wandelbertus contexuit, nullam uſpiam SS. Sergii & Bacchi mentionem inſtituunt, uti nec aliquot contractiora Hieronymiana apographa, à deceſſoribus noſtris tom. VII Junii, aliiſque aliis in lucubrationibus typorum beneficio vulgata.

C

2 Verùm, etſi id ita ſit, nonnulla equidem ſuprà laudata Hieronymiana apographa, aliaque monumenta ſacra, quæ ferè omnia ſeculo undecimo certò noſcuntur antiquiora, binoſque illos illuſtres Pugiles unanimi conſenſu hodie recolunt, fuiſſe hoſce in Eccleſia, tam Græca, quàm Latina, ante idem ſeculum magna veneratione gaviſos, argumento ſunt minimè dubio; hanc autem lapſu temporis non deſiiſſe, imò ne decreviſſe quidem, ſatis ſuperque oſtendunt ſequiorum temporum non pauci, quibus Sanctorum nomen pariter reperitur inſcriptum, Faſti ſacri tum Græci, tum Latini. Ac præcipui quidem (neque enim omnes recenſere, operæ pretium exiſtimo) poſteriores inter ſunt Martyrologium Romanum hodiernum, aliaque, quæ ſeculo undecimo recentiora certiſſimè ſunt, à Belino, Greveno, Ma-

hagiologiis reperiuntur inſcripti,

rolyco, Galeſinio & Molano contexta; Priores autem inter memorari præcipuè merentur Menologium Sirletianum, magna Græcorum Menæa excuſa, aliique à Græcis uſurpari ſoliti ſeu Faſti ſacri ſeu libri eccleſiaſtici, qui & ipſi omnes ſeculo undecimo recentiores, etſi non certò, veroſimillimè tamen ſunt. Sergium porrò & Bacchum non tantùm in Faſtis ſacris, illatis in hoſce illorum nominibus, Græci Latinique hodie celebrant, verùm etiam in eccleſiaſtico Officio.

D

3 Ac primò quidem, ut à re, quantùm ad Latinos, probanda exordiar, in Breviario Romano, in quo hodie Officium de S. Marco Papa recitandum exhibetur, commemoratio de Sanctis noſtris, oratione hiſce ſimul ſanctiſque Marcello & Apuleio propria aſſignata, facienda præſcribitur, inque Miſſa, recitari ad hunc diem ſolita, non tantùm Orationem, ſed etiam Secretam & Poſtcommunionem quatuor illis Sanctis proprias, Miſſale Romanum proponit. Quòd modò ad Græcos pertinet, hi hodie de SS. Sergio & Baccho non tantùm commemorationem, verùm inter ſertis dumtaxat ferè Juliani, Cæſarii & Polychronii, qui ſeriùs in Martyrologio Romano hodierno celebrantur, elogiis, ipſum ſuum faciunt Officium, uti quiſque comperiet, qui magna Græcorum Menæa excuſa, Typicum, quod S. Sabæ nomine inſignitur, noviſſimumque, quod anno 1738 impreſſum eſt, Anthologium inſpexerit. Atque hæc ſunt, quæ generatim de Sanctorum apud Græcos Latinoſque cultu in medium hîc adducenda exiſtimavi, commodiùs alibi, quæ ad ſpecialem eorumdem apud hoſce alioſque in locis nonnullis ſacris venerationem ſpectant, lectorem edocturus: quod anteqnam faciam, notandum ante omnia adhuc eſt, non tantùm apud Græcos Latinoſque, verùm etiam apud Slavo-Ruſſos ſeu Græco-Moſcos, Coptitas, maximéque apud Syros ſeu Chaldæos, apud quos martyrio coronati ſunt, magno in honore ac pretio ambos ſanctos noſtros Athletas haberi.

E

partemque in eccleſiaſtico eorumdem Officio habent,

4 Etenim in Ephemeridibus Græco-Moſcis, Operis noſtri tom. 1 Maii præfixis, in Sparwenfeldiano, quod Ms. ſervamus, Menologio Slavo-Ruſſico, itemque in Ruthenico, quod Moſcuâ anno 1688 Georgius David, Societatis noſtræ ſacerdos, ad nos miſit, Synaxario Bacchus ſimul & Sergius hodie ſignantur. Quod verò ad Coptitas Syroſque ſpectat, Sergius quidem, qui, quemadmodùm infrà docebo, ſolus hodie glorioſum pro fide certamen felici obitu terminavit, ſolus etiam, non ſecùs atque id in Ruthenico Poſſevini Kalendario, in Gellonenſi apud Dacherium tom. 13 Spicilegii Martyrologio, contractoque apud nos tom. VII Junii Hieronymiano, quod Labbeanum inſcribitur, apographo ſit, in Kalendario Coptico, quod à Kirchero, Societatis

F

in ſacris pariter Græco-Moſcorum aliorumque Faſtis celebrantur.

AUCTORE C. B.

tatis noſtræ ſacerdote, in linguam Latinam verſum fuiſſe, ſuſpicio eſt, alioque item Kalendario Coptico, quod ſcabrosè in linguam Latinam verſum habemus, hodie commemoratur; verùm in Calendario itidem Coptico apud Seldenum de Veterum Hebræorum Synedriis pag. 379 *cum adjuncto ſibi* Baccho, *qui ibidem nomine à lingua Coptica deducto* Achaſius, *atque apud Jobum Ludolfum in ſacris eccleſiæ Alexandrinæ Faſtis* Wachiſus *dicitur, hodierno pariter die notatur; idem autem in Calendario Syriaco ſeu Chaldaïco, typis Romanis anno* 1624 *excuſo, Latinéque dein reddito atque apud nos Ms. exſtante, etiam ſit, idque non tantùm ad hunc diem, verùm etiam, quod ſanè, ambos Sanctos noſtros præſertim apud Syros ſeu Chaldæos magna, ut jam dixi, in veneratione eſſe, argumento eſt, ad* IX *Decembris, iterumque ad* XXI *Auguſti, ad poſteriorem tamen hunc diem eorum commemoratione dumtaxat aſſignata.*

Elogia quibus id in Uſuardino & Romano hodierno Martyrologiis fit, rèſtantur,

5 *Atque ita modò, in quibus Sancti noſtri, modica ſubinde, quod nondum monui, intercurrente in nominibus eorum variatione, celebrantur, Faſtos ſacros præcipuos recenſui. En nunc, quibus id in Uſuardino & Romano hodierno Martyrologiis ſit, bina elogia. Primum ſic habet:* Apud provinciam, quæ nuncupatur Auguſta Euphratenſia, ſanctorum martyrum Sergii & Bachi ſub Maximiano imperatore; quorum Bachus tam diu nervis crudis eſt cæſus, quoadusque totus corpore diſciſſus in confeſſione Chriſti emitteret ſpiritum: Sergius verò clavatis coturnis pedibus indutus, cùm in fide fixus maneret, datâ ſententiâ, juſſus eſt decollari: *Secundum verò, quod ex hoc, uti ex utriuſque collatione pateſcet, majorem partem concinnatum eſt, ſequentibus hiſce verbis concipitur:* In provincia, quæ nuncupatur Auguſta Euphrateſia, ſanctorum martyrum Sergii & Bacchi, nobilium Romanorum, ſub Maximiano imperatore: quorum Bacchus tamdiu nervis crudis cæſus eſt, quoadusque toto corpore diſciſſus in confeſſione Chriſti emitteret ſpiritum; Sergius verò clavatis cothurnis pedes indutus, cùm in fide fixus maneret, datâ ſententiâ, juſſus eſt decollari; cujus nomine locus, ubi quieſcit, Sergiopolis appellatus, ob præclara miracula frequenti Chriſtianorum concurſu honoratur. *Reliqua omnia ac ſingula, quibus* Sergius & Bacchus *in aliis ſuprà enumeratis Faſtis ſacris ornantur, ſeu elogia ſeu annuntiationes (locis enim ſuis, ſi quid notatu dignum offerant, in decurſu notâſſe ſuffecerit) lectori hic ob oculos ponere operæ pretium non puto; ut ei tamen, quæ de Sanctis potiſſimùm narrantur, in ipſo ſtatim Commentarii hujus limine compendio exhibeam, non poſſum, quin ſuppeditatum ab Adone prolixius eorum elogium duobus aliis jam datis, quorum primum Uſuardus ex hoc contraxit, præterea adjungam.*

C

uti etiam prolixius, quod Sanctis

6 *Sic itaque id habet:* Eodem die (VII *nempe Octobris*) natale ſanctorum martyrum Juliæ, Sergii & Bacchi ſub Maximiano imperatore; cujus honoribus ſublimati in palatio ejus clari habebantur. Nam Sergius erat primicerius, Bachus verò ſecundicerius ſcholæ gentilium. A quibuſdam ergò apud imperatorem accuſati, quòd eſſent Chriſtiani, vocati ſunt ab imperatore, ut ſacrificantes Jovi de ſacrificiis oblatis cum eo deguſtarent. Ingreſſus imperator templum guſtavit de ſacrificiis, & circumſpiciens non vidit Sergium & Bacchum: neque enim ingreſſi fuerant templum. Mittens igitur milites de adſtantibus ſibi imperator juſſit eos introduci; quibus & dixit: Ut video, facti eſtis deorum inimici. Accedite ad aram Jovis magni & ſacrificate, ac de ſacrificiis ejus, ſicut & ceteri, manducate. Reſponderunt beati Sergius & Bachus: Habemus regem verum æternum in cælis, Jeſum Chriſtum filium Dei. Huic per ſingulos dies offerimus ſanctum vivumque ſacrificium atque rationabilem culturam; lapides autem & ligna non adoramus. Imperator tunc indignatus juſſit exutos chlamyde indui eos muliebri colobio & per mediam civitatem ad palatium pertrahi, catenis in cervicibus poſitis. Et cùm perveniſſent ad palatium, dixit eis imperator: Sceleratiſſimi, ſcitis, quia, quem colitis Chriſtum, fabri filius fuit, & antequam nuptiæ legitimæ fierent, de adulterio facto mater eum procreavit? Cui Milites Chriſti reſponderunt: Erras imperator; nam, quem colimus Deus verus eſt & vita æterna, qui fecit cælum & terram & quæ in eis ſunt.

D

7 Ampliùs igitur veris proſecutionibus eorum iratus Maximianus juſſit eos Antiocho duci tradi, ut conſtringeret eos in cippo. Et, facto manè, ſedit in prætorio, & adducti ſunt ante illum Sergius & Bacchus, & cùm nec blanditiis, nec minis eos à propoſito incurvare poſſet, beatum quidem Sergium iterum juſſit in cuſtodia recipi; Bacchum verò extenſum nervis crudis tam diu cædi, quouſque cædentes laſſi deficerent. Et viciſſim ſuccedentibus ſibi cæſoribus, Martyr glorioſus in confeſſione Chriſti, totus corpore diſciſſus, emiſit ſpiritum, &, relicto corpore avibus & feris, abiit Antiochus. At Chriſtiani, furtim venientes, tulerunt corpus Martyris & in ſpelunca quadam ſepelierunt. Sequenti verò die beatus Sergius, eductus de cuſtodia, præſentatur Antiocho; qui cùm verbis eum flectere non poſſet, primò cothurnos confixos clavis veſtiri eum fecit, & novem milibus ante ſe currere. Poſtmodùm in ſententia fixum manere videns, decollari juſſit, quem tunc Chriſtiani in eodem loco ſepelierunt. Parvo autem tempore interpoſito, beatum quoque Bacchum à loco, quo tumulatus fuerat, elevantes honorabili Martyribus loco juxta ſanctum Sergium compoſuerunt; ubi & virgo Julia, quæ ſub Martiano præſide martyrium conſummavit, ſociata Martyribus ſepulta quieſcit. *Tale eſt prolixius, quod* SS. Sergio & Baccho *Ado adornavit, elogium. Atque id quidem, quantùm ad nonnulla, quibus conſtat, capita martyrologus hic è diffuſioribus illorum Actis compendio fecit; verùm è quibus? Id ſequens* § *aperiet.*

Ado adornavit.

E

F

§ II. Acta Latina, è quibus prolixius elogium Ado Sanctis adornavit, aliaque Acta Græca qualia ſint, & cur ambo edenda.

Adonianum Sanctorum elogium ex Actis Latinis.

DUplicia modò inveniuntur Sanctorum Acta, alia nempe, quæ ſolâ linguâ Latinâ exhibentur deſcripta, alia verò Græca, quæ, à Lipomano in linguam Latinam primùm converſa, à Surio deinde, in Vitarum, quam compilavit,

A *vit, collectionem, nulla prorſus in Lipomani interpretationem mutatione invecta, ad hunc diem ſunt illata. Actorum Græcorum exſtant penes nos in codice ſignato ✠ MS. 193 exemplaria duo, ad amuſſim invicem conſonantia, quorum alterum unde acceptum ſit, ignoro, alterum è Ms. Medicæo bibliothecæ regiæ Pariſienſis notatur deſumptum; Latinorum autem Actorum exemplar ſeu apographum unum tom. 2 Vitarum, à ſe editarum, exhibet Mombritius, triaque alia nos Mss. habemus in totidem Mss. codicibus, quorum prior Q. MS. 6, ſecundus Q. MS. 7, ac tertius denique P. MS. 20 notatur. Duo è tribus hiſce Mss. exemplaribus ſeu apographis priora apprimè inter ſe, uti etiam, ſi locum unum infrà aſſignandum exceperis, cum excuſo Mombritiano exemplari, non ſolùm in ſubſtantia adjunctiſque omnibus, verùm etiam in ipſis penè, ſi paucas, quæ ad rem parùm faciunt, lectiones variantes excipias, verbis ſingulis, quibus iſthæc exprimuntur, conveniunt; quòd verò ad poſtremum ex iiſdem tribus Mss. Actorum Latinorum exemplaribus ſpectat, licèt & hoc cum duobus aliis excuſoque Mombritiano exemplari in ſubſtantia*

B *atque adjunctis exactè admodùm congruat, in verbis tamen, quibus hæc exponuntur, ab iiſdem plurimùm diſcrepat. Hiſce præmiſſis, ad id modò, quod hîc quæritur, reſpondeo. Acta Latina, iiſdem omninò aut certè ferè iiſdem, quibus tria jam memorata, quorum unum à Mombritio aliaque duo in codicibus noſtris Q. MS. 6 & Q. MS. 7 exhibentur, exemplaria ſeu apographa conſtant, verbis concepta, Adoni præluxiſſe, ex iiſque abs hoc, quod num. 6 & 7 recitavi, Sanctorum elogium, quantùm ad nonnulla, quibus conſtat, capita fuiſſe concinnatum, veroſimillimum, ne dicam indubitatum, apparet.*

eatorum hîc quædam 9 *Ea ſedet ſententia, quòd locutiones phraſeſque, ac pleraque etiam verba, quibus ea Ado complexus eſt, in illis quoque Latinis Actorum exemplaribus inveniantur. Ut res manifeſta evadat, quoddam ex hiſce contractum, quale Adoniano Sanctorum elogio exhibetur, Actorum eorumdem, punctis plerúmque, ubi, quæ in hoc omiſſa ſunt, occurrunt, dumtaxat interpoſitis, compendium propono, majori etiam, quàm par ſit, qualis ex dicendis & in Adoniano elogio occurrit, licentiâ in contrahendo adhibitâ.* Tunc itaque ... (*codicis noſtri, notati Q. MS. 7, lectiones ſequor*) Sergius &

C Bacchus pollebant in palatio, honorabileſque erant apud Maximianum imperatorem. Beatus quidem Sergius erat primicerius ... ſcholæ gentilium.... Beatus verò Bachus ejuſdem & ipſe ſcholæ gentilium erat ſecundicerius..... Invidiâ ergò maligni dæmonis ... quidam ..... eos .... aceuſaverunt apud imperatorem, quòd fuiſſent Chriſtiani..... Continuò ergò (*ad ſacrificandum nempe*) convocavit eos imperator. ..... Et *templum* ingreſſus eſt.... & ſacrificavit ... ac de ſacrificiis deguſtans circumſpexit & non vidit Sergium & Bachum; neque enim ingreſſi fuerant in templum..... Mittens imperator quoſdam de adſtantibus ſibi ſatellitibus juſſit eos ... introduci. Ingredientibus dixit: Sicut video, ... contemnere vultis edictum imperiale, tranſgreſſores facti deorumque inimici..... Accedentes ... ad aram Jovis magni ſacrificate, & de miſticis ſacrificiis deguſtate, quemadmodùm & ceteri. Reſpondentes autem .... Sergius & Bachus dixerunt: ..... Habemus ... Regem verum æternum in cælis, Jeſum Chriſtum Filium Dei..... Huic per ſingulos dies offerimus ſanctum vivumque ſacrificium, atque rationabilem culturam; lapidibus autem & lignis non ſacrificamus, neque adoramus.....

AUCTORE C. B.

10 Indignatus itaque imperator juſſit ... zonas eorum incidi, & exutos clamidibus .... induit eos colubilia * muliebria; & ... per mediam civitatem uſque ad palatium pertrahi graviſſimas in cervicibus catenas portantes..... Quando autem venerunt ad palatium, vocavit Sanctos imperator & dixit: Sceleratiſſimi....., ſcitis, quia, quem vos colitis Chriſtum, fabri filius fuit, &, antequam nuptiæ legitimæ fierent, adulterio facto Mater eum procreavit..... Reſpondentes ... fortiſſimi Chriſti Milites dixerunt: Erras, imperator..... Quem ... tu dicis adulterio facto fabri fuiſſe filium, ipſe eſt Filius Dei veri, qui cum eo & per eum omnia fecit, cælos extendit, terram fundavit.....: Hæc audiens imperator plenus furore factus eſt, & ..... tranſmiſit eos ad Antiochum ducem ..... Manè ... facto, ſedit in prætorio dux, & .... dixit: Ingrediantur legati *..... Adſtantibus autem Sanctis ... dixit: ..... Vel nunc ſacrificate diis ..... Reſpondentes Sancti dixerunt: ..... Non tangit animas noſtras oratio tua..... Tunc iratus valde dux Antiochus beatum quidem juſſit Sergium iterum cuſtodiæ recipi; beatum verò Bachum extenſum brutulis crudis cædi in tantum uſque, dum illi, qui cædebant illum, in terram laſſi ceciderunt. Illis autem de labore laſſis, juſſit alios regirare ſanctum martyrem Bachum, & his iterum ventrem ejus cædi..... Et dum cæderetur Sanctus, tradidit animam in manibus * angelorum. Iratus autem Antiochus juſſit, ut nec corpus ejus ſepeliretur, ſed canibus, beſtiis ac volucribus projiceretur; & exſurgens receſſit..... Veſpere autem facto, deſcendentes quidam de ibidem habitantibus Fratrum in ſpeluncis tulerunt ſanctum corpus ejus, ... ſepelieruntque eum in una de ſpeluncis eorum.

compendium

**Mombrit.* colobia

* *al.* in manus

11 Sequenti ... die egreſſurus dux de caſtro Barbariſſo in caſtrum Syrum, juſſit & beatum Sergium ſequi, deprecabaturque eum, ut ſacrificaret.... Venientibus ergò eis in caſtrum Syrum, ... Antiochus in prætorium convocavit ad ſe beatum Sergium dicens ei: .... Si ... ſacrificare nolueris .... te acerrimis ſuppliciis ſubjiciam. Beatus ... Sergius dixit: Fac, quod volueris.... Dux .... convocavit ergò adjutorem officii ſui & dixit: Cothurnos longis clavis confixos & clavos eorum rectos relinquentes etiam velociter induite; cúmque indueretur, ſedens in carruca Antiochus juſſit eum ante ſe currere, præcipiens, ut uſque ad caſtrum Tetrapyrgium velociter agerentur jumenta; diſtat verò hoc caſtellum à Syro milia novem ... .. Cúmque veniſſent in caſtro Tetrapyrgia, Antiochus dux dixit: Admiror de te, Sergi, quomodo in tanto officio examinatus potuiſti nunc tam gravia ſuſtinere ſupplicia. Sanctus verò Chriſti Martyr reſpondens dixit: Non ſunt mihi amaræ pœnæ tuæ, ſed dulces ſuper mel & favum ..... Videns ergò ... Antiochus, quia fixus & immobilis erga fidem Chriſti atque confeſſionem perſiſtebat, talem adverſus eum dedit ſententiam: ..... Hunc leges gladio animadverti præcipiunt .... Venientes ergò apparitores interpoſuerunt funem labiis ejus, & accipientes

dătur,

F

AUCTORE C. B.

eum de medio ſecretarium duxerunt, ut gladio perimeretur.... Dum *venerant* ad locum, in quo conſummaturus erat Chriſti martyr Sergius,..... ſignans ſeipſum, & flectens genua capite truncatus eſt..... Quidam collegerunt corpus ejus, & optimè ſepelientes poſuerunt eum in eodem loco, in quo & paſſus fuerat.

quantùm ad nonnulla, non tamen

12 *Tale eſt, quod, è memoratis Latinis Sanctorum Actis contractum, hîc exhibere libuit, Actorum eorumdem compendium. Confer nunc id cum ſuprà recitato Adoniano elogio, videbiſque locutiones ſen phraſes non paucas, quæ in hoc, etiam in illis reperiri, illudque proinde ex his quantùm ad nonnulla, quibus conſtat, capita ab Adone fuiſſe contextum. Dico autem*, quantùm ad nonnulla, quibus conſtat, capita: *neque enim omnia, quæ in Adoniano elogio traduntur, in laudatis etiam Actis tradita inveniuntur. Elogium ſequentibus hiſce terminatur verbis:* Parvo autem tempore (*à martyrio nimirum* S. Sergii) interpoſito, beatum quoque Bacchum à loco, quo tumulatus fuerat, elevantes honorabili martyribus loco juxta ſanctum Sergium compoſuerunt; ubi & virgo Julia, quæ ſub Martiano præſide martyrium conſummavit, ſociata Martyribus ſepulta quieſcit; *nulla autem in Actis mentio occurrit vel Juliæ, vel corporis* S. Bacchi, *quod parvo poſt* S. Sergii *martyrium tempore à loco, quo terræ mandatum fuerat, ad locum, quo tumulum nactus erat* S. Sergius, *fuerit tranſlatum. Nec Elogium cum Actis ſatis ubique videtur congruere. Id enim (adi num. 7) ita habet:* Ampliùs igitur veris proſecutionibus eorum (S. Sergii *videlicet &* Bacchi) iratus Maximianus juſſit eos Antiocho duci tradi, ut conſtringeret eos in cippo. Et, facto manè, ſedit in prætorio, & adducti ſunt ante illum Sergius & Bacchus.

B

quantùm ad omnia, eſt contextum.

13 *Ita autem non obſcurè indicatur, die proximè ſecuto præceptum, quo Maximianus Sanctos noſtros Antiocho duci tradi juſſit, fuiſſe ad hunc illos adductos; quod ſanè cum ſuprà memoratis, quæ Adoni prælusêre, Latinis Actis neutiquam congruit. Secundum ea enim, quæ in hiſce, uti & in Græcis, narrantur, plurium dierum itinere ab Antiocho tunc aberat Maximianus, nec Sancti priùs, quàm longiſſimam viam fuiſſent emenſi, ad Antiochum fuêre adducti. Oportet itaque, ut Adonis hîc, vel monumenta antiqua, à præfatis Actis diſtincta, quod tamen non puto, fuerit ſecutus, vel ut hæc, quod longè veroſimilius reor, omnibus prorſus, quæ inter Maximiani præceptum & Sanctorum ad Antiochum acceſſum interceſſiſſe, perhibent, liberiùs, quàm par eſſet, omiſſis, haud ſatis aptè contraxerit. Minùs dictis Actis contrariatur, quâ præterea in exponendis, quæ* S. Sergius *ſubiiſſe in iiſdem prolixè memoratur, ſuppliciis ſanctus Viennenſis martyrologus uſus eſt, licentia. Etſi enim unius dumtaxat, quâ* Sergius, *clavatis cothurnis indutus, currere compulſus fuerit, vicis mentionem faciat, nihil tamen ſuggerit, unde id vice duplici, prout in Actis traditur, factum non eſſe, neceſſariò ſit conſequens. Utcumque hæc habeant, Adonem equidem elogium ſuprà huc tranſcriptum, quo Sanctos exornavit, è Latinis jam ſæpiùs laudatis Actis quantùm ad nonnulla, quibus id conſtat, capita contexuiſſe, ex jam antè adductis ſatis liquet.*

C

14 *Hinc porrò jam conſequitur, ut Latina illa Acta Actis Græcis, in codice noſtro, ſignato* ✠ *Ms.* 193, *exſtantibus ſuprâque memoratis, antiquitate præcellant. Hæc enim, ut Leo Allatius de Simeonum ſcriptis pag.* 127 *rectè docet, Simeonem Metaphraſtem, qui ante ſeculum decimum non floruiſſe certò ſcitur, habent auctorem; Ado autem, cui illa ex dictis prælusêre, anno circitèr octingenteſimo natus anno* 875 *exceſſit è vivis, ut Sollerius noſter in ſua in Uſuardum Præfatione num.* 150 *è Mabillonio docet. At verò ſciſcitabere; fuerunne ergò Sanctorum noſtrorum Acta Latinè priùs, quàm Græcè conſcripta? Id equidem mihi haud apparet. Cùm enim, ut ſuprà docui, Acta Latina, quæ apud Mombritium & in duobus codicibus noſtris, Q. MS. 6 & Q. MS. 7 ſignatis, exſtant, cum Latinis itidem Actis, in alio noſtro codice, qui P. MS.* 20 *notatur, exſtantibus, in ſubſtantia ſimul & adjunctis, non tamen in verbis, quibus hæc exprimuntur, conveniant, veroſimillimum apparet, id ex eo factum, quòd Acta Græca ante illa Latina exiſtiterint, eaque duo ſcriptores diverſi ſuo ſinguli ſtylo in linguam Latinam converterint. Nec tantùm ex hujuſmodi antiquioribus, quæ modò interierint, Actis Græcis Latina Acta mox dicta, verùm etiam Græca penes nos etiam exſtantia, quæ, ut jam monui, Metaphraſtes concinnavit, promanâſſe, veroſimillimum autumo. Hæc enim cum Actis Latinis, quæ, ut jam dixi, ex antiquioribus Actis Græcis, haud ampliùs exſtantibus, accepta videntur, in ſubſtantia apprimè conſonant. Nec obſtat, quòd hanc, uti & adjuncta, quorum aliquot, minùs probabilia, etiam omittunt, breviùs exponant. Abſit etiam, ut aliter ſentias, quòd ſermocinationes prolixiores, quæ vel* Sergio *&* Baccho, *vel Maximiano aut etiam Antiocho duci in Actis Latinis affinguntur, penitus ſubinde prætermittant, vel habitas fuiſſe, dumtaxat indicent, vel certè longè contractiores exhibeant.*

antiquioribus, quæ modò interierunt, ſunt accepta.

15 *Acta enim illa, ut jam dictum, à Metaphraſte ſunt contexta; hujus autem ſcriptoris* hic ſolùm, *quemadmodùm ad* XVIII *Aprilis in Annotatis ad Vitam S. Eleutherii Papebrochius noſter edicit; in concinnandis colligendiſque Sanctorum quorumcúmque Actis* ſcopus fuit, ut, quæ in eccleſiis quibuſdam Græcis ob ruſticitatem aut prolixitatem ſtyli non ſine ſtomachо prudentium legebantur, ea proprio ipſius ſtylo breviùs concinniúſque deducta minùs diſplicerent. *At verò, opponet non nemo, adjunctum etiam unum infrà memorandum veroque abſimile, quod à præfatis Latinis Actis abeſt, in Actis, à Metaphraſte elucubratis, inveniturs Fateor, ſic habet: Verùm quid tum? Fieri poteſt, vel ut, quamvis ex iiſdem antiquioribus Actis Græcis, è quibus Acta Latina ſunt contexta, ſua etiam Græca Metaphraſtes concinnârit, illorum tamen exemplar, quod hic ſcriptor, Sanctorum Acta, quæ expolivit, adjunctis fabuloſis, verove abſimilibus augere haud ſolitus, ad manum habuit, interpolatum ea in parte fuerit, vel ut ipſa Acta Latina ſeu potiùs, è quibus hæc fuêre deprompta, Actorum Græcorum antiquiorum exemplaria hoc vitio laborârint. Latina Sanctorum noſtrorum Acta, prout apud Mombritium exſtant, initio ſic habent:* Tunc itaque (*imperante ſcilicet Maximiano*) veluti quædam ſtellæ terreſtres erga confeſſionem fidei ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti Marcellus, Apuleius, Sergius & Bachus pollebant in palatio, honorabileſque erant

D

Acta illa Latina, uti & Græca Metaphraſis è Græca

E

F

apud

A apud Maximianum imperatorem; *licèt autem certum omnino non ſit, SS. Marcellum & Apuleium, ad hunc diem jam datos, qui unà cum* Sergio & Baccho *ſub Maximiano floruiſſe hiſce verbis traduntur, martyrio ante imperatoris hujus ætatem ſeculo primo fuiſſe coronatos, id tamen ſat veroſimile apparet, nec bini illi Sancti cum* SS. Sergio & Baccho *conjunguntur vel in Actis Græcis, à Metaphraſte adornatis, vel in Actis Latinis, prout hæc in tribus noſtris codicibus, Q. Ms. 6, Q. Ms. 7 & P. Ms. 20 ſignatis, exhibentur.*

Itaque non à ſcriptore ſynchrono,

16 *Quare Acta Latina, quæ Mombritius ſuppeditat, loco producto non tantùm à vero alienâ, verùm etiam à poſterioris ævi ſcriptore interpolata, exiſtimo; quòd ſi autem ſimili nævo conſtaret, alicubi eſſe infecta trium mox dictorum codicum noſtrorum Acta Latina, potiùs in Actorum Antiquiorum Græcorum exemplaribus, è quibus hæc fuêre accepta, à recentioris ævi interpolatore omiſſum fuiſſe parùm veroſimile, quod Metaphraſtes ex dictis ſuppeditat, adjunctum, quàm id in eorumdem Actorum Græcorum exemplar, quod ſcriptori huic præluxit, à ſimili interpolatore fuiſſe intruſum, in animum inducerem. Verùm, cùm res ſecùs habeat, adjunctum illud recentioris interpolatoris vitio in antiquiorum, è quibus Latina dictorum trium codicum noſtrorum exemplaria fuêre accepta, Actorum Græcorum exemplaribus veroſimiliùs non fuiſſe omiſſum, exiſtimo, & modò in tempus, quo hæc Acta Græca primitus ſcripta fuerint, inquiro. In Latinis, quæ ex his, ut dictum, deprompta; trium mox iterum dictorum codicum noſtrorum Actis, voraginem eo loco, quo* S. Sergius *martyrio coronatus eſt, prodigiosè poſt Sancti hujus martyrium factam eſſe, ſub finem narratur, ac deinde, paucis interpoſitis, ſubjungitur:* Et ſic (*verba Actorum ſunt in codice noſtro Q. MS.* 7) remanſit locus ille uſque in præſentem diem, continens ex divino nutu vetuſtatis indicia. *Adhæc poſt paucà in iiſdem Latinis Actis, quibus etiam Græca, à Metaphraſte conſcripta, quantùm ad ſubſtantiam conſonant; hæc verba ſequuntur:* Poſt multum igitur tempus religioſi viri, zelo Chriſti incitati, cœperunt expoliare corpus de loco ſuo, venientes de caſtro Syro, veluti quendam theſaurum pretioſiſſimum; ſanctus verò Sergius non permiſit corpus ſuum occultè transferri, quod publicè propter Chriſti confeſſionem triumphalibus ſupplicüis punitum eſt; *bini autem textus iſti antiquiorum utique, è quibus hauſti ſunt, Græcorum Actorum auctorem, qui, quo Sancti, fuſo pro Chriſto ſanguine, martyrii palmam conſecuti ſunt, tempore floruerit, neutiquam arguunt.*

B

C

ſed vel quinto, quo certè anteriora non ſunt,

17 *Verùm quanto quidem ille poſt felicem Sanctorum ad cælos tranſitum tempore elapſo lucubrationi, quâ horum martyrium complexus eſt, manum admovit? In iiſdem Latinis Actis, quibus iterum, quæ à Metaphraſte concinnata ſunt, quantùm ad ſubſtantiam ſaltem congruunt, verbis proximè recitatis ſequentia iſthæc, aliis adhuc nonnullis, quæ huc non faciunt, adductis, ſubduntur:* Paulatim itaque proficiente Religione Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, convenientes in unum ſanctiſſimi epiſcopi, numero quindecim, ædificaverunt juxta caſtrum Rhuzafatam cymiterium, dignum confeſſione ejus, tranſtuleruntque ibidem ſancti Martyris (Sergii *videlicet*) corpus, & depoſuerunt in eodem martyrio per eandem diem, quâ paſſus eſt, die ſeptima menſis Octobris. Multæ denique ſalvationes & miracula peraguntur, ubicúmque ejus ſanctæ reliquiæ fuerint, præcipuè in ſepulchro, ubi priùs jacuerat. *Alexander, Hierapolitanus in Syria Euphrateſienſi epiſcopus ac metropolita ſeculo quinto, uti infrà docebo, eccleſiam eo loco, quo* S. Sergius *martyrio coronatus fuerat, exſtruxit, trecentis auri libris in ædificium iſtud expenſis. De ſacra iſthac æde, quam etiam, à ſe jam exſtructam, dictus Alexander, Hierapolitanus metropolita, ſolemni ritu, multis aſſiſtentibus provinciæ ſuæ epiſcopis, conſecrârit, depoſitiſque in ea* S. Sergii *ſacris exuviis decorârit, ſermonem fieri verbis proximè huc tranſcriptis, veroſimillimum apparet, ſanctorumque proinde* Sergii & Bacchi *Acta antiquiora Græca, in quibus hæc primitus fuêre notata, non fuiſſe ante ſeculum quintum exarata.*

AUCTORE C. B.

ſeculo ſenescente, vel ſexto jam labente fuêre conſcripta,

18 *Verùm anne hoc ipſo ſeculo, an ſeriùs id factum? Locus ſeu vicus, quo, ut mox dixi, eccleſiam* S. Sergio *Alexander, Hierapolitanus epiſcopus, ſeculo quinto erexit, poſtea ex infrà dicendis in ſancti hujus Martyris honorem* Sergiopolis, *cùm antea* Reſapha *ſeu* Roſapha *diceretur, fuit appellatus; quod cùm Procopius, ſeculi ſexti ſcriptor, lib.* 2 *de Ædificiis, cap.* 9 *doceat, id certè ante ſeculum ſeptimum factum eſſe, neceſſe eſt. Adhæc eccleſiam* S. Sergio *ab Alexandro, Hierapolitano epiſcopo conſtructam, ſeculo ſexto Juſtinianus I imperator, ipſeque etiam Choſroës ethnicus Perſarum rex, Hormiſdæ filius, cùm ſanctum Martyrem in ſeſe beneficum plùs vice ſimplici fuiſſet expertus, prætioſis donariis è ſingulari in hunc veneratione decorârunt, uti infrà docebo. Quare, cùm nec rei hujus uſpiam Sanctorum Acta meminerint, locumque, quo* S. Sergius *& martyrium conſummavit & tumulum nactus eſt, nuſpiam* Sergiopolim, *ſed ubique Græca quidem, à Metaphraſte adornata,* Reſapham; *Latina autem, nomenclatione paululùm corrupta,* Rutzaphatam *nuncupent, antiquiora Græca, è quibus hæc, ut docui, deprompta videntur, veroſimillimè ante ſeculum ſeptimum concinnata fuiſſe, conjicio, faciuntque omnia jam dicta, ut à vero fortè non multùm aberraturum putem, qui ea vel ſeculo quinto ſenescente, vel ſexto jam labente adornata ſtatuerit. Utut ſit, cùm equidem de eccleſia, de qua ſuprà, ſeculo quinto exſtructa, veluti de re aliquamdiu peracta, loquantur, Sanctique ex dicendis aut ſub finem ſeculi tertii aut initio ſequentis martyrio coronati fuerint, ſeſquiſeculo ut minimùm à felici Sanctorum noſtrorum ad cælos tranſitu elucubrata fuiſſe, ſat certum apparet.*

D

E

F

hinque illa, quæ ex his contexta ſunt, fidem indubitatam non mereantur

19 *Hinc porro jam fluit, ut, quæ ex iis fuêre contexta, tum Latina, tum Græca Metaphraſtica, talia ſanè non ſint, quæ fidem ſibi certam atque indubitatam concilient. Nec tantum ad id fontis, è quo orta ſunt, ſufficienti antiquitate, deſtituuntur, verùm etiam ab eruditis haud magno in pretio paſſim habentur. Baronius, qui tam Acta Latina Mombritiana, quàm Græca Metaphraſtica ad manum habuit, in Annalibus ad annum* 309 *num. ultimo ſic ſcribit:* In Superiori Syria, quæ appellata eſt Auguſta Euphrateſia, Sergius & Bacchus, clariſſimi martyres, occubuerunt; quorum memoria virtute miraculorum non in Chriſtianos tantùm, ſed etiam infideles, ut ſuo loco dicturi ſumus, propagata eſt. Extant eorum Acta, ſed in ali-

AUCTORE C. B.

quibus emendanda. *Ita ille, apertè ſanè agnoſcens, ab omni penitus nævo immunia non eſſe Sanctorum noſtrorum, quæ vidit, Acta. Nec Tillemontius, & Bailletus Acta Metaphraſtica, quæ ſola viderunt, faventiori cenſura dignantur. Minùs interim fortaſſe eſſe vitioſa exiſtimavit Papebrochius noſter Latina Acta, quàm Græca à Metaphraſte adornata. Audi ipſum in ſuis ad Ephemerides Græco-Moſcas, tom. 1 Maii præfixas, Annotationibus ad hunc diem de* SS. Sergio & Baccho *loquentem:* Martyres hi, *inquit*, Auguſtæ Euphrateſiæ toto orbe celeberrimi & antiquis etiam Latinorum Faſtis adſcripti fuerunt. Acta Græca habemus, ſed expolita à Metaphraſte, ut fortaſſis ſinceriora ſint vetera Latina. *Et verò, etſi Sanctorum Acta, ut Stiltingus noſter tom.* 8 *Septembris in Camment., Actis S. Gregorii Armeni ejuſque ſociorum prævio, num.* 52 *rectè docet, ſtatim haud rectè, quòd à Metaphraſte expolita ſint, velut ſpuria fabuleſaque rejiciantur, Latinâ tamen* SS. Sergii & Bacchi *Acta perpolitis eorumdem à Metaphraſte Actis Græcis ſinceriora utcúmque idcirco videri queunt, quòd Acta antiquiora Græca, è quibus, ut ſuprà docui, non minùs, quàm quæ Metaphraſtes adornavit, ſunt deprompta, multò accuratiùs, quàm id Acta Metaphraſtica præſtent, ubique exprimant, uti ex jam ſuprà dictis pronum eſt colligere. Verùm anne idcircò potiorem etiam, quàm Acta, à Metaphraſte perpolita, fidem merentur?*

B

Metaphraſtica interim aliquo ex capite Actis Latinis,

20 *In Actis Græcis, quæ Metaphraſtem habent auctorem, fuiſſe à Maximiano imperatore* SS. Sergium & Bacchum, *à fide abſtrahendos, aliáſve tormentis graviſſimis atque ipſa etiam morte afficiendos ad Antiochum ducem in Syriam miſſos, num.* 13 *narratur, recitatiſque, quas ad hunc occaſione illa Maximianus dederit, litteris, ſubjungitur:* Cùm has litteras & ſanctos Viros accepiſſent milites, viam ſunt ingreſſi. Quidam autem ex famulis & ſimili zelo in pietatem & in Dominos victi benevolentia, eos quoque ſunt ſecuti, quaſi non corpora ſolùm legi, ſed etiam animas volentes Deo ſervire. Qui etiam audierunt ſanctos inter ſe colloquentes & dicentes, quòd nocte, quâ egreſſi ſunt è civitate Romanorum, divina quædam

C

apparens viſio juſſit eos confidere, & bono eſſe animo ad certamen; *ex hiſce autem verbis colligendum apparet, Sanctos à Maximiano imperatore Româ, aut ſaltem Conſtantinopoli, quæ Græcis à Conſtantini Magni tempore* Nova Roma *dicta paſſim fuit, ad Antiochum ducem in Syriam miſſos fuiſſe; quod ſanè, cùm nullus imperator, nomine Maximianus, ſeu Romæ ſeu Conſtantinopoli ſimul & in Syria regnârit, ægrè admodùm poteſt vero intelligi conſonum adjunctumque idcircò, cujus num.* 15 *memini, parùm veroſimile conſtituit. Quare, cùm iſta difficultate, cui & aliæ addi poſſent, Latina Sanctorum Acta non laborent, hoc ſaltem ex capite videri utcúmque queunt potiorem fidem, quàm Græca Metaphraſtica, mereri. At verò alia, parùm etiam veroſimilia, continent, ob quæ Actis Metaphraſticis, à quibus ea abſunt, fidei merito videri queant inferiora.*

Hæcque contrà alio ex capite Metaphraſticis deteriora queunt videri.

21 *Etenim, narrato* S. Bacchi *martyrio, mox ſubdunt:* Iratus autem Antiochus juſſit, ne corpus ejus (*S. Bacchi nempe*) ſepeliretur, ſed canibus & volucribus projiceretur à caſtris, & exurgens receſſit. Cúmque corpus ejus projiceretur longè, collecta eſt multitudo beſtiarum & circumdederunt eum, aves verò deſuper volantes non permittebant crudeles beſtias, ut tangerent eum, & ſuſtinuerunt cuſtodientes eum uſque in tempore noctis. Veſpere autem facto, deſcendentes quidam de ibidem habitantibus fratribus ſpeluncas, tulerunt ſanctum corpus ejus permiſſi à beſtiis, veluti à quibuſdam rationalibus hominibus, ſepelieruntque eum in una è ſpeluncis eorum. *Ut feroces etiam beſtiæ à tangendis ſanctorum Martyrum corporibus abſtinuerint, factum eſſe, in ſinceris etiam Martyrum Actis legitur; verùm beſtias, quò minùs ea tangerent, ab avibus fuiſſe impeditas, necdum in Actis undequáque probatis inveni, nec futurum reor, ut facilè apud quemquam prodigium iſtud fidem inveniat. Sed en aliud adhuc, quod eadem Latina Acta ſuppeditant, quodque haud multò credibilius apparet. Martyrio* S. Sergii *ſequentia iſthæc in iis verba, aliis nonnullis, quæ hìc recitanda non duco, interjectis, ſubjunguntur:* Locus autem, in quo ſuſceptus eſt ſanguis ſancti Martyris, diviſus magnam voraginem fecit, Deo ita diſpenſante, quatenus eos, qui veluti ſues in cœno volutabantur, terrore viſæ voraginis non auderent appropinquare, & conculcare in ipſo

D

E

ſanguinem ſancti Martyris. *Aliâ, ob quæ præterea Latina Sanctorum Acta deterioris fidei, quàm quæ à Metaphraſte ſunt conſcripta, queant videri, prætermitto, præcipuaque modò in medium adduco, quæ, quid tam de his, quàm de illis generatim ſtatuendum ſit, edoceant.*

Quænam tum in his, quàm in illis improbanda occurrant,

22 *Generali in Chriſtianos perſecutione mota,* SS. Sergium & Bacchum *in Syria Maximiani imperatoris juſſu pro fide fuiſſe occiſos, tam Græca, quàm Latina Acta, neceſſariò, uti infrà docebo, exigunt; quare, cùm tunc certè nullus Maximianus, qui vel imperator vel etiam dumtaxat cæſar fuerit, in Syria regnârit, oportet, vel ut Sanctorum noſtrorum martyrium in dicta perſecutione generali non acciderit, vel ut, quod Maximino, qui ab anno* 305 *ad annum uſque* 313 *partim cæſar, partim auguſtus in Syria dominatus eſt, adſcribendum erat, in laudatis Actis perperam attribuatur Maximiano, qui, quemadmodùm Tillemontius tom.* V *Monumentorum Eccleſiaſtic. pag.* 492 *docet, cum dicto Maximino non rarò confunditur. Adhæc prolixiora ratiocinia, concertationis quamdam ſpeciem præferentia, quæ vel Sanctis noſtris vel Maximiano imperatori vel denique Antiocho duci affinguntur, tam in Actis Græcis, quàm Latinis (minùs tamen in prioribus, quòd, quæ ad manum habuit, Acta antiquiora Græca contrahere Metaphraſti curæ fuerit) frequenter occurrunt; quod in probationis fidei Actis ægerrimè reperias. Nec Actorum ſeu Latinorum ſeu Græcorum fidem etiam commendant frequentia, quæ in iis occurrunt, prodigia, ac nominatim, quibus Sancti ad graviſſima quæque tormenta toleranda divinitus roborati fuerint, apparitiones; licèt enim ſimilia etiam ſit legere in aliorum Martyrum Actis, minimè ſuſpectis, crebra tamen, quæ in Actis quibuſcúmque referuntur, prodigia de eorum pretio ac fide non parùm detrahunt, ſi, quemadmodùm hìc ex ſuprà dictis fit, ab ævi, non ejuſdem, quo martyres, quorum Acta ſunt, floruerunt, ſed à poſterioris dumtaxat ſcriptore, qui unde ſua hauſerit, haud ſcitur, litteris commendata fuiſſe noſcantur.*

F

& cur tamen ambo edenda.

23 *Verùm qualiacúmque tandem Sanctorum noſtrorum Acta ſint, cùm equidem nonnulla etiam, præſertim quantùm ad martyrii, quo coronati illi fuêre, locum ac genus, quæ, uti ex dicendis*

A *dis in Commentarii hujus decurſu pateſcet, veritati apprimè conſona apparent, complectantur, typis ea, in capita ac numeros pro more noſtro diviſa, ad Commentarii calcem lectori, qui ſic, verane ſint, an falſa, quæ de Sanctorum Actis hîc diſſeruimus, ex ipſa horum inſpectione dijudicare facilius poterit, exhibere eſt viſum, & quidem non tantùm Latina, verùm etiam Græca, quæ, cùm hactenus, quod ſciam, Græcè edita non fuerint, magis fortè, quam Latina à non nemine deſiderantur. Ad id præterea etiam moveor, quòd, cùm antiquiora Acta Græca, è quibus Græca alia Metaphraſtes adornavit, in Latinis Sanctorum Actis accuratè, uti pronum eſt ex ſuprà dictis eruere, exprimantur, futurum ita ſit, ut quiſque ex horum cum Actis, à Metaphraſte adornatis, collatione perſpiciat, ſcriptorem hunc, dum vetuſtiores Sanctorum Vitas ſuo ſtylo exponendas ſuſcepit, non adeò mala, ut quidam credi volunt, fide id ſemper præſtitiſſe. Rem porrò hoc modo executioni mandabo. Acta quidem Latina, quòd ex dictis antiquitate Græcis præcellant, priori loco edam è codice noſtro Q.MS.7, factâ illorum cum excuſis Actis Mombritianis, aliiſque, quæ in binis codicibus noſtris Q.MS. 6 & P.MS. 20 exſtant, collatione; ſecundo autem loco Græca, quæ in codice noſtro ✠ Ms. 193 exſtant, quæque è codice Medicæo Bibliothecæ regiæ Pariſienſis notantur accepta, Acta excudam, adjecta ex adverſo, quam, ut jam docui, Lipomanus adornavit, interpretatione Latina. Actis porrò tum Græcis tum Latinis de more noſtro Annotationes adjungam, ut & locutiones variantes, notatu magis dignæ, ſi jam antè ad marginem adnotatæ haud fuerint, aſſignentur, elucidenturque, quæ obſcura ſunt, ſi id in Commentario prævio ſufficienter præſtitum haud fuerit.*

§ III. Militaris Sanctorum conditio, martyrii locus, genus, tempus, aliaque adjuncta.

Ex ipſa Sancti, uti in Actis traditur, C

Conditione milites, & quidem non inferioris ordinis, SS. Sergium & Bacchum *exſtitiſſe, Acta eorum tum Græca, tum Latina loco non uno indicant. Ac primò quidem Latina initio ſic habent:* Sergius & Bacchus pollebant in palatio, honorabileſque erant apud Maximianum imperatorem. Beatus quidem Sergius erat primicerius, & princeps ſcholæ gentilium..... Beatus verò Bacchus ejuſdem & ipſe ſcholæ gentilium erat ſecundicerius. *Actis Latinis conſonat, non tantùm Adonianum, quod ex hiſce, ut ſuprà docui, depromptum eſt, Sanctorum elogium, verùm etiam Menologium Sirletianum, occurrenſque ad hunc diem in Magnis Græcorum Menæis excuſis encomium, utpotè hiſce verbis initio conceptum:* Ὁ μὲν Σέργιος πριμμικήριος ἦν σχολῆς τῶν γεντιλίων, ὁ δὲ Βάκχος σεκυνδικήριος τῆς αὐτῆς σχολῆς. Sergius quidem primicerius erat ſcholæ gentilium, Bacchus verò ſcholæ ejuſdem ſecundicerius. *In Græcis Sanctorum Actis, à Metaphraſte contextis hîsque, ut dixi, edendis, pro* γεντιλίων *legitur* κεντιλίων, *hancque vocem Lipomanus genitivi caſus vocabulo* Centiliorum *Latinè reddidit.*

25 *Verùm in dictis Actis Græcis ſeu potiùs in utroque horum apographo, quod, ut jam docui, penes nos exſtat, alioque item, quo Lipomanus uſus fuit,* κεντιλίων *pro* γεντιλίων *errore è librariorum oſcitantia profectò perperam exarari, manifeſtum fit, primò quidem ex eo, quòd in omnibus prorſus aliis monumentis, in quibus militaris Sanctorum conditio dignitaſque apertè exprimitur, non* κεντιλίων, *ſed* γεντιλίων *ſcribatur; tum verò etiam ex eo, quòd primum è binis hiſce vocabulis nullam prorſus inveniatur ſignificationem ſibi habere adjunctam; adjunctam verò reipſa habeat ſecundum, prout ex jam nunc dicendis pateſcet.* Gentiles, *uti ex antiquis Romani imperii Notitiis & Ammiano Marcellino Hofmannus in ſuo Antiquitatum Lexico continuato ad vocabulum* Gentilis *docet,* dicebantur Romanis, qui, iiſdem aliàs barbari appellati, illis militabant, eorum fœderati, vel qui in leges Romanas ultrò, vel deditione tranſibant. *Atque hæc ſignificatio eſt, quam in Sanctorum noſtrorum Actis habet* Gentilis *vocabulum. Addit porrò Valeſius in ſuis ad Ammiani Marcellini lib. 7, cap. 7 Annotationibus, gentiles illos inter ſcholas palatinas, id eſt,* B *inter militares turmas, palatii imperialis cuſtodiæ potiſſimùm deſtinatas, locum obtinuiſſe; talem autem etiam exſtitiſſe gentilium ſcholam ſeu militarem turmam, cujus* S. Sergius *quidem primicerius,* Bacchus *autem ſecundicerius fuiſſe perhibetur, in Latinis horum Actis ſat clarè indicatur.*

26 *Atque hinc jam conſequitur, ut, cùm primicerius quidem cujuſcùmque ordinis, quemadmodùm ad hoc vocabulum in Gloſſario mediæ & infimæ Latinitatis Cangius docet, is ſit, qui locum primum, ſecundicerius verò, qui locum ſecundum in eo tenet, fuiſſe ſanè Sanctos noſtros, quos* nobiles Romanos *Mrl. Roman. hodiernum vocat, conditione, & quidem non infimi ordinis, milites, indubitatum omnino apparet, ſpectatis eorum Actis aliiſque monumentis ſuprà laudatis, quibus interim hîc aut certò denegandam aut certò adhibendam eſſe fidem, nihil evincit. Nec eſt, cur quis, quò contrarium probet, reponat, gentilium ſcholam è barbaris, ſeu ex iis, qui in provinciis, Romanæ ditioni non ſubjectis, nati eſſent, conſtitiſſe, veroſimileque proinde non videri, primicerium quidem illius* Sergium, *ſecundicerium verò* Bacchum, *qui ambo, uti in Actis traditur, Romani erant genere, exſtitiſſe.* E *Fuerint enim dictæ gentilium ſcholæ milites omnes gregarii ipſique etiam ordinis inferioris officiales è barbaris adlecti, à veri tamen ſpeciè minimè videtur alienum, fuiſſe aut ſemper aut ſaltem ſubinde etiam Romanos conſtitutos, qui in ſchola hujuſmodi ſeu turma militari, quò de hujus fide imperator eſſet ſecurior, ſuperioribus muniis fungerentur. Addunt porrò Latina Acta, Sanctos noſtros apud Maximianum imperatorem tantùm valuiſſe, ut hic ad illorum poſtulationem Antiochum quemdam Auguſtæ Euphrateſiæ ducem creâſſet. Conſonant & Metaphraſtica Græca, ita tamen, ut Antiochum, non Auguſtæ Euphrateſiæ, ſed Orientis ducem creatum fuiſſe notent. Verùm cùm is, qui Orientis dux erat, Auguſtæ Euphrateſiæ, uti ex antiquis Romani imperii Notitiis intelligo, etiam præeſſet, Græcane hîc Actis Latinis, an contrà Græcis hæc præſtent, eſt dubium. Nec verum aſſeverare auſim, quòd tam in his, quàm in illis, ut dictum, de Sanctorum apud Maximianum poteſtate aſſeritur. Nunc, ut poſt dicenda clariùs intelligantur, ad palæſtram, quâ Sancti glorioſum inierunt pro fide certamen, ſermonem convertamus.*

27 *Au-*

AUCTORE C. B.

conditione milites, & quidem non infimi ordinis fortaſſis, exſtitere.

F

AUCTORE C. B.

Augustæ Euphratesiæ notitia, duorumque, quæ in hac sita sunt,

27 *Augusta Euphratesia, quæ à Plinio, Strabone, Ptolomæo aliisque seculo Christi quarto anterioribus scriptoribus* Commagene *seu* Comagene *aut etiam* Comagena *nuncupatur, Syriæ provincia est, dicta quidem Euphratesia, quòd ad Euphratem sita sit; Augusta verò, quòd, imperatorum, qui &* Augusti *appellantur, jubente forsan aliquo, nomen ejus mutari contigerit. Lequienus in suo Oriente Christiano tom. 2 col. 926 mutationem illam Cæsari Augusto, à quo in provinciam Romanam Comagena redacta fuerit, adscribit. Verùm etsi quidem ab Augusto, si Pancirolus in suo in imp. Orientalis Comment. cap. 113 rectè notet, Commagena* Augustæ *nomen acceperit, diu tamen adhuc post Augusti ætatem antiquum suum* Comagenes *nomen retinuit, primumque à Sexto Aurelio Victore & Ammiano Marcellino, seculi* IV *scriptoribus, Augusta Euphratesia affinive nomine vocata reperitur. Quare mihi sanè parum verosimilis apparet ista Lequieni opinio, maximè cùm, Comagenem in provinciam Romanam à Tiberio primùm redactam fuisse, Tacitus, scriptor coævus, lib. 2 Annal.,*

B *cap. 56 memoriæ prodat. Utut sit, Sancti nostri in provincia illa, ac proin in Syria, martyrio coronati ex dicendis sunt. Verùm quo vel quibus determinatis illius locis? Augusta Euphratesia, cùm Commagene adhuc diceretur, seu Ptolomæi, Straboni ac Plinii ætate, regio valde ampla haud erat, uti in antiqua Geographia apud Cellarium tom. 2 lib. 3, cap. 12 est videre; verùm postea, mutato nomine, limites etiam mutavit, longè extensiores, quàm antè, consecuta. Carolus à sancto Paulo, in Geographia sacra seu episcopatuum Ecclesiæ universæ Notitia antiqua, quam ex conciliis, patribus, historia ecclesiastica & geographis antiquis excerpsit, provinciæ Euphratensis seu Augustæ Euphratesiæ civitates, sedibus episcopalibus ornatas, enumerans, sub Hierapoli metropoli ponit Cyrrhum, Samosatam, Dolichen, Germaniciam, Zeugma, Perren, Europum, Urima, Cæsaream, Sergiopolim, Sura & Marianopolim; hisce autem seu civitatibus seu sedibus episcopalibus Barbalissum, quod castrum potiùs, quàm civitas, fuisse videtur, præterea adjungendum, Lequienus in Oriente sacro tom. 2 rectè docet, uti, quæ ibidem col. 949 & 950 in medium adducit, probatum dant. Ac Barbalissi quidem* S. Bacchus;

C *Sergiopoli verò, quæ tum* Resapha *seu* Rosapha *dicebatur,* S. Sergius, *uti infrà docebo, martyrium consummavit. Quare de ambobus hisce locis, ut, ubi sita sint, studiosus lector in antecessum apprimè habeat perspectum, nonnulla adhuc dicenda hîc sunt.*

28 *Inter episcopales Augustæ Euphratesiæ civitates, è Carolo à S. Paulo mox recensitas, sex ad Euphratem sitæ sunt, Perre nimirum, Samosata, Urima, Zeugma, Europus & Sura; media autem inter duas harum posteriores interjacet Barbalissus seu, uti ab aliis scribitur, Barbarissus. Ita unanimi consensu omnes, qui quidem à me visi de hujus seu civitatis seu castri situ tractant, geographi tum antiqui, tum recentiores statuunt. Quare, cùm de re dubitandum non sit, situm loci, quem martyrii palæstram* S. Bacchus *nactus est, compertum habemus. Verùm circa locum,* Sergiopolis *nomine postea distinctum, quo, ut jam dixi,* S. Sergius *martyrium consummavit, difficultas paulò major occurrit. Sergiopolim enim laudatus Carolus à S. Paulo in Geographica patriarchatûs Antiocheni Tabula, quam unà cum nonnullis aliis Geographicis itidem tabulis in laudatum Opus suum* D *intulit, Samosatam inter & Dolichen, civitatis Surorum seu Surensis ad Ortum sitas, collocat, aliosque nonnullos recentiores scriptores, sibi hac in re consentientes habet. Adhæc Resapham seu Rosapham, quo, ut jam indicavi, nomine* Sergiopolis *olim nuncupabatur, Cellarius in Geographia Antiqua loco proximè cit. Surensem seu Surorum civitatem inter & Barbalissum mediam ponit, non nihil tamen ab Euphrate remotam. Verùm tam Cellarius, quàm Carolus à S. Paulo aliique omnes, qui cum eis sentiunt, è Procopio erroris convincuntur.*

& Sergiopolis assignatur, hancque cum Resapha

29 *Etenim hîc scriptor, quo sanè, utpote magis, quàm jam laudati auctores recentiores, rerum illarum perito, standum est, lib. 2 de Bello Persico pag. 99 de Chosroë, Persarum rege, ita memorat:* Ergò mittit Sergiopolim, quæ urbs ditionis Romanæ à Sergio, illustri Divo, nomen accepit, & ab urbe capta (*Surensi nimirum*) stadiis CXXVI abest, in Barbarico, quem vocant, campo ad Austrum sita: mittit, inquam, qui à Candido, urbis antistite auri pondo CC petant in pretium redemptionis XII. M. captivorum. *Sergiopolis ergò, olim* Resapha *seu* E Rosapha, *ad Austrum seu Meridiem, Procopio hîc docente, civitatis Surorum sita est, ad cujus plagam Borealem cùm tam Barbalissum seu, uti etiam ab aliis vocatur, Barbarissum, quàm Samosatam & Dolichen, geographi omnes ponant, Sergiopolis, olim* Resapha *nuncupata, perperam sanè & binas hasce inter civitates à Carolo à S. Paulo aliisque, & inter Barbalissum ac Surorum civitatem à Cellario collocatur. At verò erit fortassis, qui, ut Cellarium saltem tueatur, Sergiopolim cum civitate, quæ* Resapha *seu* Rosapha *olim appellata fuit, eamdem esse, eat inficias. Atque ad id quidem moveri fortè quis possit, quòd, civitatem hanc, nomine primævo, antequam* Sergiopolis *diceretur,* Resapham *dictam fuisse, nullus omnino scriptor antiquus, ac ne ipse quidem Procopius, qui tamen de Sergiopoli, à* S. Sergio *martyre ita nuncupata, lib. 2 de Ædificiis, cap. 9 agit, disertè affirmet. Verùm, etsi id ita sit, Sergiopolim cum civitate, quæ olim* Resapha *seu* Rosapha *aliove nomine affini vocata fuit, esse eamdem, idem utriusque situs vix non indubitatum facit. Uti Sergiopolim ad Austrum seu Meridiem civitatis Surorum sitam fuisse, suprà recitata è Procopio verba ostendunt, ita etiam ad civitatis hujus Austrum itidem seu Meridiem sitam fuisse Resapham, Tabulæ Peutingerianæ evincunt. Res ex jam nunc dicendis patescet.*

F

locorum, Barbalissi nempe,

esse eamdem ostenditur.

30 *In harum Fragmento septimo apud Ortelium aliosque earumdem editores* Resapha, *seu, prout ibidem vocatur, Risapa Surorum civitatem inter & Palmyram, recta ferè servata serie, ponitur hoc ordine: Sure, Risapa, Cholle, Oruba, Hara, Palmyra; quare, cùm ad Australem Surorum seu civitatis Surensis plagam Palmyra, fatentibus omnibus prorsus geographis, sita sit, quin ad eamdem quoque civitatis istius plagam sita fuerit Risapa seu Resapha, ambigendum non est. Adhæc, quo, Resaphâ & Sergiopoli unam eamdemque civitatem significari, certius adhuc fit, Sergiopoli reconditum jacêre aut dudum certè, si res modò secùs habet, jacuisse sacrum* S. Sergii *corpus, apud omnes in confesso est, veritatique etiam id esse consonum, argumento sunt, quæ de sancti hujus Martyris reliquiis, apud Sergiopolitanos in capsa oblonga, argento contecta, asservatis,*

Hi-

A *Historiæ ecclesiasticæ lib.* 4, *cap.* 28 *Euagrius memoriæ prodit; Resaphæ autem, quo loco, ut jàm dictum, idem Sanctus martyrium consummavit, sacrum etiam ejus corpus terræ fuisse mandatum, infrà dicenda ostendent; ut sanè vel hinc, Resapham, quam martyrii palæstram nactus est* S. Sergius, *eamdem esse cum Sergiopoli, si non prorsus certum, verosimillimum saltem sit. Jam verò cùm id ita sit, civitatisque hujus situm ex jam antè adductis apprimè compertum habeamus, situs quoque Resaphæ seu loci, quo* Sergius *martyrium consummavit, sat exploratus habetur; quod & hîc determinandum erat.*

Sancti in Augustam Euphratesiam ad Antiochum ducem mittuntur.

31 *Notandum porrò adhuc est, Resapham, etsi jam inde à seculo* VI, *uti ex concilio Constantinopolitano tunc celebrato, in quo Abraham Sergiopolitanus episcopus apud Labbeum tom.* 5 *Conciliorum col.* 417 *occurrit, palàm est, posito primævo nomine,* Sergiopolis *in* S. Sergii *honorem nuncupata fuerit, non ita tamen perpetuò ac constanter novo hoc nomine fuisse appellatam, quin etiam more antiquo à posterioris ævi scriptoribus primævo nomine fuerit appellata, uti liquet è synodo œcumenica septima, anno* 787 *celebrata, in cujus Actione* 5
B *apud Labbeum tom.* 7 *Conciliorum col.* 382 *& seq. mentio fit anachoretæ senis, qui subinde ad* S. Sergium *in Arapham* (Arapham *scilicet pro* Rasapham, *ni fallar, librariorum oscitantiâ exarato*) *peregrinari soleret. Hisce annotatis, modò martyrii, quod Sancti subiêre, seriem arripiamus. Cùm* SS. Sergius & Bacchus, *tamquam Christiani ad Maximianum imperatorem delati, reque etiam ipsa tales esse, ac in fide constantes deprehensi ab eo fuissent, jussu ejusdem vestibus militaribus exspoliati, muliebribusque colobiis induti per mediam civitatem summo ludibrio ad palatium imperiale ducti fuêre, missique, cùm in fide nihilominùs constantes perseverarent, ad Antiochum, seu Orientis seu Augustæ Euphratesiæ ducem, additâ etiam epistolâ, quâ huic præcipiebatur, ut vel Sanctos ad fidem abnegandam adduceret, vel, si id facere non posset, supremo etiam supplicio eos mulctaret.*

Bacchus ab eo flagris, Sergius verò
C 32 *Ita edenda Sanctorum nostrorum Acta, quæ an hîc fidem indubitatam mereantur, spectata, quâ scripta fuerunt, ætate, definire quis ausit? Minùs interim Actis Græcis, quàm Latinis, hîc tribuendum puto; Sanctos enim Româ, aut saltem Constantinopoli ad Antiochum ducem in Syriam missos à Maximiano fuisse, videntur adstruere; quod sanè parùm admodum esse verosimile, jam supra edocui. Sed ad alia, quæ Sancti præterea passi narrantur, progrediamur. Cùm ad Antiochum ducem ducti fuissent, isque eos nec minis nec blanditiis ad fidem abnegandam potuisset adducere, atrocissimis in Sanctos tormentis sævire aggressus est. Ac primò quidem, retruso in carcerem* Sergio, *Barbalissi, ubi tunc commorabatur, crudis nervis cædi* Bacchum, *donec inter repetita verbera spiritum emitteret, præcepit. Cùm autem exsecutioni id mandatum fuisset, Barbalisso Suram, seu, si aliis, nomen hoc generis neutrius pluralisque numeri facientibus, adhærere placeat, Sura, aut etiam (variè enim admodùm nomen illud scribitur) Syrum seu Sirum, Augustæ Euphratesiæ, ut jam dictum, civitatem, seu, quemadmodùm in Latinis Actis edendis vocatur, castellum, Romano præsidio munitum, postridie est profectus, ducto secum* S. Sergio, *quem quàm crudeliter, quò ejus in fide frangeret constantiam, deinde tractârit, nunc accipe.*

AUCTORE C. B.

33 *Vocatum iterum Suræ ad se* S. Sergium *primò quidem partim blanditiis, partim minis à fide conatur avertere; cùm autem nec sic quidquam sese proficere animadverteret, Surâque Resapham, alteram Euphratesiæ, de quo quæ suprà docui, videnda, seu oppidum seu castellum, Romano pariter præsidio munitum, esset discessurus, sanctum Athletam cothurnis, qui clavis ferreis, acuminibus introrsum versis nec recurvatis, erant instructi, indutum, ante currum, quo vehebatur, currere coëgit usque ad Tetrapyrgium, seu, ut aliàs etiam exaratur, Tetrapyrgiam, castellum novem milliaribus, seu, quod eòdem ferè (octo enim stadia milliare constituunt) recidit, septuaginta stadiis, uti in Actis Græcis, à Metaphraste adornatis, innuitur, Surâ remotum. Nec hîc stetit Antiochi in Sanctum sævities. Postero enim die, cùm fortem Christi Pugilem recto gressu (quæ enim in pedibus acceperat, vulnera prodigio erant sanata) incedentem vidisset, nec minùs, quàm anteà, in proposito experiretur immotum, eum iterum ante currum, quo*
B *vehebatur, ad oppidum usque seu castellum, nomine* Resapham, *novem à Tetrapyrgia, uti in Actis Latinis notatur, milliariis dissitum, currere coegit, fideique nihilominùs æquè ac antè constanter adhærentem gladio tandem ibidem necari præcepit. Ita Latina, quibus quantum ad substantiam Græca, à Metaphraste contexta, consonant, Sanctorum nostrorum Acta, compendio quodammodò hîc jam exhibita. Nunc quid de nonnullis, quæ in hoc traduntur, statuendum appareat, dispiciamus.*

gladio, aliter adhuc antè tortus, occisus fuisse, in Actis traditur.

Hisce illa re-
34 *Ac primò quidem non est, cur, quæ* S. Sergius, *crepidis seu cothurnis, eò, quo dixi, modo clavatis, indutus, à Sura ad Resapham seu Rosapham confeciſse adstruitur, milliaria integra octodecim cùm distantia, quâ prior è duobus hisce locis à posteriori sejunctus est, haud sat rectè componi posse idcircò existimentur, quòd Sergiopolis, quæ, ut suprà docui, à Rosapha seu Resapha diversa non est, à Sura, quemadmodùm, quæ num.* 29 *recitavi, Procopii verba fidem faciunt, stadiis dumtaxat centum ac viginti sex sit remota. Etsi enim res ita habeat, ac proin milliariis non octodecim, sed dumtaxat sedecim circiter Sura à Resapha ex Procopii mente sit dissita, debet tamen hic scriptor verosimillimè,* P *ne dicam indubiè, de via recta, quâ Resapham à Sura pergatur, intelligi. Quare cùm nihil prorsus obstet, quò minùs ubs illa Tetrapurgiense, quod nec in Tabulis Peutingerianis, nec alibi, prout de locis ignobilioribus passim fit, notatum uspiam est, & quod tamen* S. Sergius, *clavatis cothurnis indutus, cursu primùm adire, indeque pòst Resapham eodem modo pergere fuerit compulsus, castellum nonnihil declinâsse credatur, non est sanè, cur Latina Sanctorum Acta, quòd ex eorum calculo à Sura ad Resapham milliaria non tantùm sedecim, sed octodecim* S. Sergius, *cothurnis seu crepidis, eo, quo suprà exposui, modo clavatis, indutus confecerit, cum distantia, à Procopio inter utrumque illum locum posita, pugnare æstimentur. Quod autem vel ad ipsum, quod invictus Athleta modo dicto confecerit, longum iter vel ad alia, quibus tum is, tum* S. Bacchus *martyrium consummârit, tormenta pertinet, mortem huic flagris, in ventrem aliasque corporis partes sæpissimè, ut Acta omnia perhibent, adactis fuisse illatam, fidem neutiquam*

AUCTORE C. B.

uti ex iis, quæ hic adducuntur,

excedit reque ipsa Bacchum *ita consummâsse martyrium, mihi persuasum habeo.*

35 *Licet enim auctor anonymus, à quo scripta sunt, sequiseculo ut minimùm post Sanctorum martyrium, ut suprà docui, floruerit, nec, an ex antiquioribus monumentis sua hauserit, sciatur; hinc autem, fuerintne in omnibus & singulis, quæ memoriæ prodit, veritatem assecutus, non inmeritò queat ambigi, abs hac tamen illum in martyrii, quod* S. Bacchus *subierit, genere narrando devium non esse, idcirco existimo, quòd id, si non è tabulis monumentisve antiquis, è genuina equidem à majoribus ad posteros delata traditione discere potuerit, reque ipsa etiam didicisse, verosimillimum appareat. Cùm enim graviora etiam supplicia, quibus vel ipsos insignes modò maleficos à magistratibus subinde plecti accidit, diutissimè hominum inhæreant memoriæ, filiisque à patribus narrata ad seram etiam posteritatem sola traditione interdum etiam transierint, credemusne, apud primos Christianos, qui summa in veneratione Martyres habebant, sacraque eorum lipsana diligentissimè custodiebant, tam facilè atrocissimorum tormentorum, quibus fortissimi illi Athletæ de tyrannis ipsoque etiam dæmone, fuso pro Christo sanguine, tandem triumphârant, memoriam interiisse, ut, quo martyrii genere* S. Bacchus *agonem terminârit, sesqui circiter seculo dumtaxat à re gesta elapso, ignoratum penitus fuerit? Id enimverò mihi ab omni propemodùm veri specie alienum videtur. Nec est, quòd reponas, ita etiam tamquam vera propugnari posse reliqua martyrii Sanctorum nostrorum adjuncta, ac nominatim apparitiones aliaque miracula, quæ id comitata in Actis narrantur; etsi enim fieri facilè queat, ut, quæ traditione populari, è qua fortè sola Sanctorum nostrorum Acta, qui hæc primus litteris commendavit, didicerat, dumtaxat noscuntur, veri etiam aliquid tam quantùm ad adjunctum unum alterumve; notatu magis dignum propiúsque cum substantia connexum, quale atrox, quod Sancti nostri subiêre, martyrii genus potest haberi, quàm quantùm ad ipsam substantiam complectantur, id tamen quantùm ad adjuncta singula, minùs etiam notatu digna, minúsque propè cum substantia connexa, aut omninò numquam aut certè rarissimè evenit, uti ex iis, quæ ad diem præcedentem in Commentario, Actis S. Brunonis prævio, § 23 disserui, pronum est colligere.*

apparet, asentiendum quæ Græca,

36 *Quod porrò ad apparitiones miraculaque modò spectat, scriptores, qui sanctorum Martyrum, ætate sua seculo non minùs uno anteriorum, Acta litteris mandârunt, in hasce lucubrationes suas apparitiones miraculáque, quæ vel ipsimet confinxerant, vel jam conficta ab aliis prudentis critices defectu adoptârant, non rarò intulisse noscuntur, hincque similia, nisi synchronis, seu æqualibus fidei undequáque probatæ ac notæ scriptoribus monumentisve nitantur, apud eruditiores modò criticos fidem indubitatam passim non inveniunt. Quare cùm res ita habeat, fierique proinde possit, ut primævus Sanctorum nostrorum biographus, sequiseculo ut minimùm horum ætate posterior, prodigia, quæ refert, vel ipsemet, quo illustriorem eorumdem redderet historiam, confinxerit, vel jam conficta ab alio imprudenter adoptârit, est sanè, cur fides indubitata iis haud adhibeatur. Hisce itaque omnibus perpensis, etsi quidem prodigia, quæ Sanctorum martyrium comitata in Actis perhibentur, pro certis neutiquam habeam, de tormenti tamen genere, quo hoc illi consummâsse in iisdem Actis narrantur, aliter sentio. Ac* Bacchum *quidem inter flagra occubuisse, in animum, ut jam dixi, induco; quamvis autem,* Sergium, *cothurnis seu crepidis, modo suprà explanato clavatis, indutum, viâ adeò longâ, qualis ex dictis est, quâ Surâ Resapham ducit, currere fuisse compulsum, credita difficile appareat, quin tamen is martyrium gladio, uti in Actis perhibetur, finierit, nullus ambigo. At verò erit fortassis, qui hìc modò objiciat Græcam, Justiniano I regnante, seu seculo sexto, in Constantinopolitano* S. Sergii *templo positam atque in historicis suis in arcanam Procopii Historiam Annotationibus à Nicolao Alemanno pag. 124 è Mss. Vaticanis codicibus recitatam inscriptionem, in qua, cùm ignis etiam supplicium* S. Sergium *pro fide tolerâsse, innui videatur, nec tamen rei hujus ulla in Actis mentio fiat, videri hæc idcircò possint in tormentis, quibus Sancti martyrium consummârint, recensendis haud sat accurata fideique proinde minùs firma. Inscriptionem illam integram, infra adhuc memorandam, in qua & ob exstructam* S. Sergio *ædem sacram imperator Justinianus ejusque uxor Theodora laudantur, integram huc, addita etiam, quam adornavi, interpretatione Latina, lubet transcribere.*

quæ hic datur, inscriptio,

37 *Sic habet:*

Ἄλλοι μὲν βασιλῆες ἐτιμήσαντο θανόντας
Ἀνέρας, ὧν ἀνόητο ἔην πόνο. ἡμέτερο δὲ
Εὐσεβίην σκηπτοῦχο Ἰουστινιανὸς ἀέξων
Σέργιον ἀιγλήεντι δόμῳ θεράποντα γεραίρει
Χριστὸ παμβεδέοντο· ἐπὶ δ' πυρὸς ἀτμὸς ἀνάπλων, *δν
Οὐ ξίφο, οὐχ ἑτέρῃ βατάνων ἐτάραξεν ἀνάγκη,
Ἀλλὰ θεὸ τέτληκεν ὑπὲρ Χριστοῖο δαμῆναι
Αἱμάτι κερδαίνων δόμον οὐρανὸ· ἀλλ' ἐνὶ πᾶσι
Κοιρανίην βατιλῆο ἀκοιμήτοιο* φυλάξοι, *ἀκοιμήτοιο
Καὶ κράτο αὐξήσειε θεοσεφέο Θεοδώρας,
Ἧς νόο εὐσεβίην φαιδρύνεται, ἧς πόνο ἀνεῖ
Κἀν κτεάνων ἁρεταῖῆρες ἀφειδέες εἰσὶν ἀγῶνες.

Alii quidem imperatores honore affecerunt
è vivis sublatos
Viros, quorum haud sana fuerat vitæ ratio;
noster autem,
Qui pietatem promovet, imperator Justinianus
Splendida domo honorat Sergium, servum
Christi, omnium regnatoris; quem, ignis
nidore haud motum,
Nec gladius, nec alia tormentorum vis turbavit,
Sed pro Christo Deo mori sustinuit
Sanguine lucrifaciens domum cæli. Is igitur
in omnibus
Imperatoris vigilantissimi imperium custodiat
Potentiamque augeat à Deo coronatæ Theodoræ;
Cujus mens pietate ornatur, cujus cura, veluti
Assidua est è possessionum conservandarum
studio contentio.

igne præterea, quod in Actis non traditur, probatum fuisse Sergium, evincit.

38 *Talis est, quæ hìc contra, quod in Actis adstruitur, Sanctorum nostrorum martyrii genus objici possit, Græca inscriptio. Verùm præterquàm quod hæc, utpote Justiniani I, qui seculo sexto regnavit, ætate primùm posita, fonte antiquiori Græco, è quo, ut suprà docui, Sanctorum Acta promanârunt, vetustior haud sit, fideque proinde his potior haud videatur, fieri potest, ut,* Sergium *igne non fuisse commotum seu perterritum,*

A tum, innuat, non quòd hic ſanctus Athleta igne reipſa, quem ſuperaverit, fuerit tentatus, ſed vel quòd ad ignis, corpori ſuo admovendi, minas manſerit immotus conſtanſque in fide, vel quòd ſeſe ad atrociſſima quæque ſufferenda pro fide tormenta, ac proin etiam ad ipſum ignis incendium paratum exhibuerit, etſi interim nec hoc, nec plurima alia reipſa paſſus fuerit. Quò porrò minùs hæc diſpliceat interpretatio, favent ei ipſa Græca, quæ huc ſpectant, inſcriptionis verba: hiſce enim S. Sergius propriè non dicitur fuiſſe immotus ad ipſum ignem ſeu hujus incendium, ſed tantùm ad ignis ἀτμὸν, id eſt, vaporem ſeu nidorem. Adhæc etſi etiam daremus, reipſa S. Sergium igne etiam fuiſſe probatum, nec ſic tamen Acta, utpote nihil, quod cum hoc facto pugnat, continentia, minoris fidei hîc fierent, aut dici etiam deberent ſufficienti in recenſendis, quibus Sergius & Bacchus martyrium conſummârint, tormentis accuratione deſtituta. Ad hanc enim non tam requiritur, ut omnia, quæ Sancti ſubierint, tormenta recenſeantur, quàm ut, quæ ſubiiſſe referuntur, re etiam vera ſubierint.

B *Iis quoque quantùm ad diverſam, quam Sanctis aſſignant,*

39 Porrò quemadmodùm quantùm ad necis genus, quo Sancti martyrium conſummârunt, edendis eorum Actis, ut jam docui, aſſentiendum apparet, ita etiam iis ſtandum puto, tum quantum ad diem, quo Sergium paſſum, ſtatuunt, tum quantùm ad martyrii locum ſeu palæſtram, quam utrique Sancto, ut jam vidimus, diverſam aſſignant. Ac primò quidem S. Sergium Reſaphæ martyrium conſummâſſe, vel ex eo veroſimillimum apparet, quòd ſacrum ejus corpus, uti ex infrà dicendis pateſcet, ſeculo quinto ac ſexto in civitate illa jacuerit reconditum, nec eò aliunde delatum fuiſſe ſciatur; quod autem ad S. Bacchum pertinet, Barbaliſſi hunc martyrio occubuiſſe, genuina traditione, à majoribus ad poſteros delata, apprimè adhuc ætate, quâ primævus Sanctorum noſtrorum biographus floruit, veroſimiliter fuit compertum. Ita ob rationes, mox, cùm de martyrii genere egi, adductas, autumo, uti etiam hunc ex illa, è qua pariter S. Sergii palæſtram diſcere potuit, conſummatum à S. Baccho loco præfato fuiſſe martyrium, didiciſſe, niſi fortè id ex antiquioribus tabulis, quod vero prorſus etiam abſimile non apparet, C acceperit. Gregorius Magnus Papa, qui ſeculi ſeptimi initio obiit, ad Eulogium Alexandrinum lib. 7, epiſt. 29 ita ſcribit: Nos autem penè omnium Martyrum, diſtinctis per ſingulos dies paſſionibus, collecta in uno codice nomina habemus; atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolennia agimus. Non tamen in eodem volumine, quis qualiter ſit paſſus indicatur, ſed tantummodò nomen, locus & dies paſſionis ponitur. Quid ſi ergò, qualem codicem ætate ſua ſeu ſeculo ſexto Romæ exſtitiſſe, Gregorius hic teſtatur, talis etiam ætate biographi noſtri, id eſt, ex dictis, ſeculo quinto ſeneſcente aut ſexto jam labente, apud Græcos exſtiterit, hicque ex illo palæſtram diverſam, quam Sancti noſtri, ac nominatim S. Bacchus, nacti ſunt, didicerit?

palæſtram ſtandum eſt, uti etiam quantùm ad diem, quo Sergium,

40 Res ſanè à veri ſpecie neutiquam abhorrere mihi videtur. Utut interim ſit, biographum equidem vel è ſimili monumento vel è veri nominis traditione hauſiſſe, quo loco Sancti noſtri martyrium conſummârint, veroſimillimum puto, ac proin non minùs Actis, dum S. Baccho Barbaliſſum, quàm dum S. Sergio Reſapham pro palæſtra aſſignant, aſſentiendum reor. Mirum porrò eſt, quam variè ac confusè de Sanctorum palæſtra tres ſacri Græcorum Faſti, hîc proinde jam memorandi, loquantur. Ac primò quidem in Menologio Baſiliano ad Auguſtopoleos præfectum ducti fuiſſe Sancti narrantur atque ab eo martyrio affecti; aſt cùm in hujus nominis civitate Sanctos noſtros martyrio fuiſſe coronatos, nuſpiam alibi notatum inveniam, certum apparet, Auguſtopolim perperam hîc poni pro Auguſta Euphrateſia, qua in provincia Sancti noſtri ambo martyrium, uti ex ſuprà dictis liquet, ſubiêre. In Menæis, quæ ſecundo loco commemorare hîc lubet, martyrio coronati ἐν πόλει Εὐφρατησίων, id eſt, in civitate Euphrateſiorum fortiſſimi Pugiles traduntur; verùm cùm Sancti in una eademque Euphrateſiæ civitate, uti ſic innuitur, paſſi non ſint, error ſanè in Menæis hîc cubat, uti ex jam ſuprà dictis ſatis liquet. Nec minùs erat, quod hîc memorandum adhuc reſtat, Menologium Sirletianum. Sanctos enim in civitate Auguſta Euphrateſia martyrio coronatos tradit; hujus autem nominis civitatem nullam ſive apud antiquos ſive apud recentiores geographos E invenio. Baudrandus quidem civitatem, quæ olim Auguſta Euphrateſia dicta fuerit, modóque Azar vocetur, in Lexico Geographico ex Nigro recenſet. Verùm nihil prorſus, quo, quod hac de re apud hunc ſcriptorem invenit, confirmet, in medium adducit, nec, quidnam ſolidi adducere potuiſſet, ſatis perſpicio. An fortè Chalcedonenſe & Seleucienſe concilia, in quorum poſteriori, anno 359 celebrato, apud Harduinum tom. 1 Conciliorum col. 726 Auguſtus epiſcopus Euphrateſiæ, in priori verò, anno 451 celebrato, apud Labbeum tom. 4 Conciliorum col. 788 Auguſtus Euphraſienſis comparet? Verùm nec uno, nec altero loco civitas, ſed provincia dumtaxat deſignatur, uti oſtendam, cùm de S. Julia, hodie quoque Martyrologio Romano inſcripta, infrà tractabo. Ceterùm eſſe quoque Sanctorum noſtrorum Actis, quod adhuc hîc probandum reſtat, aſſentiendum quantùm ad diem, cui S. Sergii martyrium innectunt, ex jam nunc dicendis pateſcet.

qui tamen ſimul & Bacchus uno eodemque die, uti in Menæis traditur,

41 In Magnis Græcorum Menæis excuſis SS. Sergii & Bacchi elogio, verſiculi duo, in quibus ad martyrii, ab hiſce tolerati, genus alluſio fit, præmittuntur unà cum verſiculo tertio, quo apertè exprimitur tum necis ſpecies, quâ ambo Sancti martyrium conſummârint, tum etiam dies, quo id acciderit. Priores duo, quibus & verſionem Latinam adjungo, ſic habent:

Χαλκᾶ σὰ νεῦρα, Βάκχε, πρὸς νεύρων βίαν,
Καὶ πρὸς ξίφος, Σέργιε, πῦρ σὴ καρδία.

Ænei ſunt, Bacche, adverſus nervorum vim nervi tui,
Et adverſus gladium, Sergi, ignis eſt cor tuum;

Poſterior autem his verbis concipitur:

Σέργιον ἑβδομάτῃ ξίφος ἔκτανε, νεῦρα δὲ Βάκχον.

Verſiculum hunc hexametrum Papebrochius noſter in Ephemeridibus Græco-moſcis ad hunc diem ſequenti iſthoc eleganti, qui ei ad verbum ferè reſpondet, verſiculo pariter hexametro Latinè reddit:

Sergion enſe, flagris Bacchum lux ſeptima mactat.

Tam Bacchus itaque, quàm Sergius, ſi Menæis ſtan-

AUCTORE C. B. *ſtandum ſit, martyrium una eademque ſeptima Octobris die conſummârit. Verùm cùm* S. Sergius *proxima à* S. Bacchi *martyrio, Barbaliſſi conſummato, die, Antiocho jubente, Suram, ut ſuprà docuimus, ductus fuerit, nec atrociſſimorum, quæ pro Chriſto ſubiit, tormentorum, vitæque ſimul finem gladio priùs ſit adeptus, quàm Surâ Tetrapyrgium, hincque deinde Reſapham cothurnis ſeu crepidis, modo ſuprà expoſito clavatis, incedere ſeu currere ante Antiochi, ad loca iſthæc pergentis, vehiculum fuiſſet compulſus, Sanctos ſanè non uno eodemque ſeptimo Octobris die fuiſſe occiſos, ſed contrà plures etiam inter utriuſque martyrium dies interceſſiſſe dicendum eſt.*

paſſi non ſunt, coronatum, ſtatuunt.

42 *Verùm quinam ergò dies diverſi Sanctorum martyrio ſeu potiùs hujus conſummationi aſſignandi?* Sergium *ſeptima Octobris die gladio finiviſſe martyrium, Sanctorum Acta, ut jam plùs vice ſimplici indicavi, diſertè tradunt, hiſque etiam ſuffragantur unanimi conſenſu omnes ferè Faſti ſacri ſuprà laudati, non ſolùm Latinorum, Græcorum, Habeſſinorum & Ruſſorum, verùm etiam ipſorummet, apud quos Sancti martyrio fuêre coronati, Syrorum. Quare dubitandum non appa-*

B *ret, quin reipſa* S. Sergius *dicta ſeptima Octobris die martyrium conſummârit; quod autem ad diem, quo id* Baccho *obtigerit, ſpectat, cùm itineri, quod* Sergius *proximo ab obitu* Bacchi *die Barbaliſſo Suram, hincque Tetrapyrgium conficere fuit coactus, unus ut minimùm dies, uti ex antè dictis facilè erues, fuerit impenſus, nec minùs quàm dies alter itineri deinde Tetrapyrgio Reſapham conficiendo, necique ibidem* S. Sergio *inferendæ impendi potuerit, conſequens omninò eſt, ut duobus ut minimùm ante* Sergium *diebus martyrio coronatus* Bacchus *fuerit. Adhæc, cùm Acta, an* Sergius *ipſa, quâ Tetrapyrgio Reſapham advenerat, die martyrium ſubierit, itemque an ipſa, quâ Suram fuerat adductus, die Tetrapyrgium pergere fuerit coactus, nullo modo exprimant, quatuor etiam aut quinque dies inter Sanctorum noſtrorum martyrium non interceſſiſſe medios, aſſeverare non auſim. Quare verum diem, quo* Bacchus, *crudis nervis ad mortem uſque cæſus, ad Superos migravit, ſignant fortaſſis Faſti Æthiopici apud Jobum Ludolfum, Copticumque num.* 4 *adhuc memoratum, linguâque Latinâ ſcabrosè donatum Calendarium, in quibus* S. Bacchi *memoriam ad* 1

C *Octobris diem notatam invenio. Utut ſit, uno equidem eodemque die tam* Bacchum, *quàm* Sergium *pro fide non occubuiſſe, indubitatum appareret, uti etiam id quantum ad* S. Sergium *die* VII *Octobris accidiſſe.*

Id, quod in perſecutione generali factum, Acta exigunt,

43 *Proximum nunc eſt, ut, quo ſeculo Sanctos pro fide occumbere contigerit, nunc examinemus. Sub S. Heracla, patriarcha Alexandrino, id factum, Chronicon Orientale, ab Ecchellenſi typis vulgatum, ſtatuit; verùm cùm Heraclas, uti in chronologica patriarcharum Alexandrinorum Hiſtoria, Operis noſtri tom.* V *Junii præfixa, oſtenditur, ab anno* 232 *ad annum uſque* 246 *ſederit, ſicque Sanctorum, quod in Syria accidit, martyrium Maximino I, cui ægerrimè id convenire poteſt, deberet attribui, eruditi paſſim omnes à laudato Orientali Chronico, in aliis etiam ſæpiſſimè falſo, hîc recedunt. Sed quî tandem ergò ſeculum ſaltem, quo Sancti paſſi ſint, determinabimus? Latina Sanctorum Acta initio ſic habent:* Imperante Maximiano tiranno, multus error hominum ge-

D nus poſſederat. Lapides enim & ligna, hominum adinventiones, adorabant & de obſcœnis ſacrificiis deguſtabant. Qui autem ſacrificare nolebant, pœnis atque ſuppliciis vehementiùs afflicti deſervire dæmonibus compellebantur. Erat igitur edictum per ſingulas civitates in foro propoſitum cum ſeveriſſima comminatione. *Ita hactenus, quibus etiam quantùm ad ſubſtantiam Metaphraſtica Græca conſonant, Latina Sanctorum noſtrorum Acta; quæ autem deinde ſerie continua ſubjungunt, Sanctos noſtros eo rerum ſtatu, quo generalis in Chriſtianos ferveſcebat perſecutio, martyrio fuiſſe coronatos, luculentiſſimè exigunt. Verùm cùm nullus, quemadmodùm jam ſuprà monui, imperator, nomine Maximianus, cujus juſſu Sancti in Syriam ad Antiochum ducem, à fide per illum abſtrahendi aut atrociſſimis tormentis ipſaque etiam morte afficiendi, miſſi fuerint, in Syria, perſecutione generali in Chriſtianos commota, regnârit, quomodò id verum eſſe poteſt? Nulla ſanè ratione, ut mihi equidem apparet.*

anno circitèr 296 aut ſeculi ſequentis initio evenit.

44 *Quare oportet, vel ut Sancti perſecutionis generalis tempore pro fide occubuiſſe perperam in Actis ſtatuantur, vel ut id, quod ſub Maximino, Syriam ab anno* 305 *ad annum uſque* 313 *moderato, ſæpiuſque cum Maximiano Galerio confundi ſolito, evenit, ſub Maximiano factum per errorem notetur. Verùm quid præſtat? Sanctorum martyrium perſecutione generali commota, ſub Maximino, an, hac nondum ſæviente, ſub Maximiano Galerio locare? Hic anno* 296 *&* 297 *belli Perſici occaſione, uti inter omnes ſcriptores convenit, in Syria commoratus eſt, tuncque fortè, uti ad* XXIX *Auguſti diem docuimus, S. Andream tribunum, pluresque cum eo milites, quòd Chriſtiani eſſent, ab Antiocho, copiarum in Syria duce, juſſit occidi. Quòd ſi ergò in Actis error potiùs quantùm ad perſecutionem generalem, quâ ſæviente, Sancti noſtri pro fide fuerint occiſi, quàm quantùm ad imperatoris, ſub quo id acciderit, nomen admittendus ſit, Sanctorum noſtrorum martyrium anno circitèr* 296 *aut ſequenti non ineptè conſignâris. Verùm cùm fieri facili negotio poſſit, ut quantùm ad nomen imperatoris, ſub quo Sancti coronati fuerint, erratum duntaxat ſit, eſt enimverò, cur dubites, an id, perſecutione generali Maximiani & Diocletiani juſſu jam*

F *concitata ac proin ſeculo quarto jam labente, factum potiùs haud fuerit. Quod ad me pertinet, cùm Sancti equidem ſub Maximiano in Syria dominante, qui imperator eſſet, martyrium paſſi in Actis narrentur, nec ante annum* 305 *Maximianus Galerius imperatoris nomen obtinuerit, in eam opinionem, quæ, perſecutione generali ſeculi quarti initio jam exorta, ſub Maximino, cum Maximiano Galerio potiſſimùm ex nominis affinitate confundi ſolito, Sanctorum martyrium ſtatuit, magis propendeo, nec aſſeverare auſim, à vero procul abire Baronium, qui id in Annalibus eccleſiaſticis anno* 309 *innectit. Res interim, quemadmodùm ex jam dictis ſatis liquet, certa neutiquam eſt, hincque ſuprà in margine* Seculo tertio vel initio ſeq. *adſcripſi.*

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

§ IV.

A

§ IV. Quænam Sanctis ante ſeculum ſextum veneratio, ac nominatim S. Sergio, fuerit delata.

S. Sergius, ut Theodoreti hic recitata verba

ANtiquam enimverò admodùm, quæ SS. Sergio & Baccho *à Græcis, Latinis, aliiſque exhibetur, venerationem eſſe, generatim, quæ Commentarii hujus prævii § 1 diſſeruimus, oſtendunt; nunc ſpeciatim magis, quàm quidem antiqua ea ſit, dicenda hoc § aperient. Ac primò quidem quòd nominatim ad venerationem*, S. Sergio *delatam, ſpectat, antiquitatis huic attribuendæ teſtem locupletiſſimum habemus Theodoretum, Cyrenſem in Auguſta Euphrateſia ſeculo* V *epiſcopum. Hic enim, qui Opere non uno edito inclaruit, lib. de Curandis ethnicorum affectibus cap.* XI, *quo de ſanctis Eccleſiæ Martyribus potiſſimùm tractat, ſic ſcribit:* Ex iis itaque (*Chriſti fidelibus*) viris ac mulieribus conſtituti ſunt Martyrum chori. Ac philoſophi quidem præclarique oratores oblivioni jam dati ſunt; imperatorum verò ac magnorum ducum ne nomina quidem multi hodie nôrunt, cùm tamen Martyrum nomina magis, quàm familiarium, cuncti mortales ſciant. Quin etiam naſcentibus filiis ea imponi curant, ita cuſtodiam illis tutelamque certiſſimam comparantes. Sed quid ego philoſophos, imperatores duceſque commemoro, cùm eorum quoque, qui paſſim Dii ferebantur, memoriam è mente hominum Martyres aboleverint?

B

fidem faciunt, feſtivitate annua jam inde à ſeculo quinto

46 Eorum namque templa unà cum ſuis lucis ſic deſtructa jam ſunt, ut ne ulla quidem veſtigia ſuperent, nedum quâ formâ illorum aræ conſtiterint, ſcire homines poſſint. Earum verò rerum materia templis ariſque Martyrum excitatis expiata eſt. Suos enim Mortuos Dominus Deus noſter in templa pro diis veſtris induxit. Ac illos quidem caſſos gloriâ vanoſque reddidit; ſuis autem Martyribus honorem illorum dedit. Pro pandiis enim, diaſiiſque ac dionyſiis (hoc eſt, Jovis Liberique Patris ſolemnitatibus) Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauricio aliiſque ſanctis Martyribus ſolemnitates populari epulo peraguntur, proque illa veteri pompa, pro turpi obſcœnitate ac impudentia fiunt modeſtæ, caſtæ ac temperantiæ plenæ feſtivitates, non illæ quidem mero delibutæ, non commeſſationibus leves, non cachinnis ſolutæ, ſed divinis canticis perſonantes, ſacriſque ſermonibus audiendis intentæ, in quibus ad Deum preces non ſine ſanctis lachrymis ac ſuſpiriis ſummittuntur.

C

fuit honoratus, citiúſque etiam illum, Surenorum hîc relatum facinus,

47 *Tali, qualis hîc à Theodoreto deſcribitur, ſolemnitate* S. Sergii, *non ſecùs ac SS. Petri, Pauli aliorumque celeberrimorum martyrum, feſtivitas annua celebrata fuit Theodoreti ætate ac proin jam inde à quinto, quo is floruit, ſeculo, imò fortè jam inde etiam à quarto; neque enim Theodoretus, fieri id ſua ætate primùm cœpiſſe, uſpiam dicit. Adhæc inſignis planè, quæ jam inde, ut apparet, à ſeculo quarto viguerit, venerationis erga* S. Sergium *argumentum in Actis tum Græcis, tum Latinis ſuppeditatur. En verba, quibus id in Latinis ſub finem refertur.* Poſt multum igitur tempus (*nimirum à* S. Sergii *martyrio*) religioſi viri, zelo Chriſti incitati, cœperunt expoliare corpus (S. Sergii *nempè*) de loco ſuo, venientes de caſtro Syro, veluti quemdam theſaurum pretioſiſſimum; ſanctus verò Sergius non permiſit corpus ſuum occultè transferri, quod publicè propter Chriſti confeſſionem triumphalibus ſuppliciis punitum eſt, ſed deprecatus eſt Deum ignem ſuccendi in eodem loco, non ut eos, qui furari conabantur, ulciſceretur, aut etiam exureret, ſed caliginem quoque noctis inluſtraret tale furtum in Ruzaphatam caſtellum; quod & factum eſt. Incenſo ergò igne in loco, ubi corpus jacebat, quidam de habitatoribus caſtri videntes, penituſque uſque in cælos flammam elevari, putaverunt, à quibuſdam hoſtibus maximum illum ignem factum fuiſſe, & armati egreſſi ſunt, & perſequebantur eos, qui furari temptaverunt corpus ſancti Martyris; illi autem poſtulantes eos permiſerunt ibidem diebus paucis perſiſtere; & ædificium facientes ex lapidibus & luto in loco, ubi jacebat, & cooperientes ſuper in honorem Martyris ſic receſſerunt.

AUCTORE C. B.

E

quod ante ſacram S. Sergii ædem, ab Alexandro, Hierapolitano epiſcopo,

48 *Magna enim verò in* S. Sergium *ſacraſque ejus exuvias veneratione ſeſe fuiſſe abreptos, Caſtri Syrenſis incolæ, ſuo hiſce verbis relato facinore, utut haud ſat probando, manifeſtârunt; quamvis autem id non priùs, quàm cum jam* multum tempus *à* S. Sergii *martyrio eſſet elapſum, accidiſſe ex ipſo eorumdem verborum initio intelligatur, ſeculo tamen quinto, ut jam monui, fortaſſis fuiſſe anterius, exiſtimo, quòd in Sanctorum noſtrorum Actis facto jam relato proximè ſubdatur aliud, quod ſeriùs, quàm hoc, accidiſſe innuitur, & tamen ſeculo quinto non multùm provecto evenit, uti ex jam nunc dicendis pateſcet. Id verbis, quæ mox datis proximè ſubjunguntur, ſequentibus hiſce Acta exponunt:* Paulatim itaque proficiente religione Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti, convenientes in unum ſanctiſſimi epiſcopi, numero quindecim, ædificaverunt juxta caſtrum Ruzafatam martyrium dignum confeſſionis ejus, tranſtuleruntque ibidem ſancti Martyris corpus & depoſuerunt in eodem martyrio per eandem diem, quâ paſſus eſt, die ſeptima menſis Octobris. *Seriùs ſanè, quæ hîc narrantur, eveniſſe, quàm tentatum à Syrenſis caſtri incolis* S. Sergii *corporis furtum, palàm eſſe videtur ex eo, quòd, poſtquam hoc narratum eſt, illa demum,* Paulatim proficiente Religione, *accidiſſe referantur; verùm unde, ſeculo quinto non multùm provecto facta eſſe, poteſt probari? Alexander, Hierapolitanus in Syria Euphrateſienſi ſeculo quinto epiſcopus, in concilio Epheſino, anno* 431 *adverſus Neſtorium celebrato, cum Joanne, patriarcha Antiocheno, aliiſque nonnullis Orientis epiſcopis pro Neſtorio contra S. Cyrillum, patriarcham Alexandrinum, ſtetit.*

F

uti è ſcriptis ab hoc occaſione, quæ hîc exponitur,

49 *Licèt autem deinde Joannes in Neſtorii damnationem conſenſiſſet, ſicque in concordiam cum S. Cyrillo rediiſſet, Alexander non tantùm exemplum ejus ſequi conſtanter recuſavit, verùm etiam ſeſe à Joannis, quod & concilii Epheſini in Neſtorium decreta amplecteretur, & ſancto Cyrillo eſſet unitus, communione ſeparavit, nec unquam vel ad concordiam, vel ut Neſtorium damnaret, potuit adduci. Hinc Joannes, ut hominis, ſedem metropoliticam, quæ ad patriarchæum Antiochenum ſpectat, occupantis, aliorumque ei adhærentium*

AUCTORE C. B.

tium episcoporum contumaciam seu frangeret, seu puniret, in quorum ex his locum, consentiente, ut apparet, aut certè non refragante imperatore Theodosio Juniori, alios episcopos ordinavit. Adhæc Joannes in Hierapolitanæ diœcesis ecclesiâ, S. Sergio *sacra, quæ episcopum antea haud habuerat, episcopum consecravit, eamque à diœcesi Hierapolitana avulsit. Alexander aliique sex ei adhærentes provinciæ Hierapolitanæ seu Augustæ Euphratesiæ episcopi maximè hinc moti epistolam ad Eudociam, imperatoris uxorem, Pulcheriamque ejusdem sororem, ambas augustas, dederunt, enixissimè flagitantes, ut, re ad imperatorem delata, & ecclesiam,* S. Sergio *sacram, metropoli Hierapolitanæ, cujus antè fuerat, reddendam, & ulteriora Joannis in provinciam Hierapolitanam seu Augustam Euphratesiam molimina comprimenda curarent.*

epistola,

50 *Epistola illa inter diversas anno circiter 432 scriptas, quas Christianus Lupus anno 1682 Lovanii edidit, annoque 1707 in nova conciliorum Collectione Stephanus Baluzius recudit, locum obtinet centesimum trigesimum quintum. Verba, huc potissimùm spectantia, quæ complectitur, transcribo. In ea itaque præfati episcopi, acerbissimè nec, ut apparet, sat justè ac moderatè de Joanne, patriarcha Antiocheno, conquerentes, sequentem hunc loquuntur in modum.*

B

Contra nostram provinciam oblatravit, & contra sanctorum Patrum regulas duos episcopos ordinavit abominabiles viros atque perversos & totius operatores lasciviæ. Pervasit verò & martyrium sancti & boni victoris Sergii martyris, quod sub Hierapolitana erat ecclesia, & noviter illic contra morem ordinavit episcopum, cujus nec latet iniquitas, sed omnibus nota est. Ob hoc compulsi sumus Deo amicissimos clericos ac monachos destinare cum præsentibus, per quas vestram quæsumus pietatem, ne despiciatis ecclesias Dei, sed edoceatis de his, quæ contra nos fiunt, iniquitatibus plissimum & amicum Christi principem nostrum; suadeatis verò, ut jubeat ejus imperium iniquas ordinationes vacare; episcopos verò nostræ provinciæ secundùm sanctorum beatorumque Patrum regulas ordinationes celebrare. Basilicam verò sancti & boni victoris Sergii martyris secundum pristinum morem sub ecclesia hujus esse metropolis, uti erat, antequam & magnum id ipsum templum fabricatum est, & illi altissimi muri & alia intra eandem munitionem ædificia. Decet enim sanctitatem vestram & hanc iniquitatem removere, & sanctorum beatissimorumque Patrum regulas roborare, quorum orationibus vestrum munitur imperium.

C

51 *Inter epistolas suprà memoratas, quas primùm Lupus, iteratisque deinde typis Baluzius edidit, duæ adhuc aliæ,* 147 *nempè &* 165, *occurrunt, in quibus laudatus Alexander, Hierapolitanus episcopus, nonnulla præterea, quæ huc spectant, proloquitur, in priori quidem hæc:* Nec si mihi totum cœlorum regnum (*patriarcha Antiochenus*) Johannes, cujus non est dominus, dederit, non autem dico Rasaphas & alias hujus solitudinis (*in qua scilicet Palmyram versus sita erat Resapha*) civitates, ei communicare sustinebo; *in posteriori verò isthæc:* Quam enim speciem contrarietatis adversum me Antiochenus non exercuit? Nonne militum magistros & judices adversus meam armavit humilitatem? Nonne Martyris (S. Sergii *nimirum*) ecclesiam à me

alliisque duabus colligitur, seculo V Resaphæ exstructam, evenisse videtur.

abstulit, in quam ferè trecentas auri libras expendimus, & ecclesiam sub debito fecimus? *Ex hisce porrò trium, quas dixi, epistolarum textibus simul acceptis eruditi, nec, ut apparet, immeritò, conficiunt, seculo* V *ab Alexandro, Hierapolitano episcopo, ante exortas ipsum inter & Joannem, patriarcham Antiochenum, Nestorianæ hæreseos occasione simultates Resaphæ insignem ecclesiam* S. Sergio *martyri, trecentis auri libris in sacrum istud ædificium expensis, propriaque ecclesia ære alieno hinc obligata, exstructam ac dedicatam, totumque prætereà locum, quem & aliis multis ædificiis ornârit, muris altissimis circumdatum, atque adversus Saracenorum incursiones munitum fuisse.*

D

magna in veneratione fuisse ostenditur.

52 *Ac ego quidem hanc ecclesiam cum ecclesia, quam ab episcopis numero quindecim, Resapham ingressis, ædificatam, sacrisque* S. Sergii *martyris reliquiis, cùm ab iisdem episcopis fuisset consecrata, decoratam fuisse, Latina Sanctorum nostrorum Acta recitatis num.* 48 *verbis perhibent, esse puto eamdem, atque id quidem idcircò potissimùm, quòd nec ante, nec post conditam ab Alexandro Hierapolitano* S. Sergio *Resaphæ ecclesiam insignis altera eidem ecclesia ibidem fuisse exstructa noscatur. Acta interim haud sat accuratè loquuntur, notareque debuisse videntur,* S. Sergii *ecclesiam ab episcopis numero quindecim Resapham ingressis, non quidem ædificatam, sed tantùm, cùm jam, Alexandro Hieropolitano sumptus suppeditante, ædificata fuisset, ab iisdem, seu potiùs ab uno dicto Alexandro, quatuordecim aliis episcopis assistentibus, dedicatam, illatisque deinde in illam sacris* S. Sergii *exuviis fuisse ditatam. Jam verò, cùm sacra isthæc* S. Sergio *ædes, ab episcopis, ut Acta Latina perhibent, numero quindecim dedicata, ab ecclesia, quam Resaphæ ex dictis eidem sancto Martyri Alexander, Hierapolitanus episcopus, circa concilii Ephesini, annò* 431 *contra Nestorium celebrati, tempus, quintoque proinde seculo non multùm provecto, exstruxit, diversa sanè, uti ex dictis apparet, non sit, illiusque ante exstructionem suprà memoratus, quo* S. Sergii *corpus Resaphæ auferre Sureni, insignis vel sic venerationis erga Sanctum argumentum præbentes, tentârunt, conatus ex dictis acciderit, consectarium omnino est, ut hic seculo quinto, quemadmodùm suprà adstruxi, fortassis fuerit anterior ac proin, ut* S. Sergius *jam inde etiam à seculo quarto fortassis magna in veneratione exstiterit. Hisce præmissis, in ea, quæ Alexander, Hierapolitanus episcopus, Resaphæ præstitisse è tribus suprà laudatis, quas ipsemet scripsit, epistolis præterea colligitur, modò adhuc alia quæpiam observanda.*

E

Sacra illa ædes die, quo in Actis traditur, septimo Octobris,

53 *Ac primò quidem, cùm ecclesia, quam ibidem* S. Sergio *erexit, ab ecclesia ex dictis, quæ post tentatum à Surenis corporis* S. Sergii *furtum Resaphæ ædificata fuisse in Actis perhibetur, diversa non sit, hæcque, uti in hisce traditur, eâdem, quâ sanctus hic Martyr, fuso pro Christo sanguine, ad Superos migravit, septima Octobris die consecrata fuerit, dies sanè, quo illam solemni ritu ab Alexandro Hierapolitano dedicari contigerit, exploratus habetur, si Sanctorum modò Actis sit standum. At verò erit fortassis, qui, quò horum ea in re fidem infirmet, hic objiciat Calendarium Copticum, à Kirchero, ut suspicamur, Latinè redditum suprâque adhuc laudatum, in quo ad* XV *Novembris notatum in-*

F

A *venitur*, Fundatio eccleſiæ S. Sergii martyris in Roſepha. *Et ſanè, cùm in alio præterea Calendario Coptico, ſcabrosè in linguam Latinam converſo, ſupráque adhuc pariter laudato, ad quintam decimam itidem Novembris diem memoretur* Dedicatio eccleſiæ SS. Sergii & Bacchi in urbe Raſſaphe, *fuerinne eccleſia illa* XV *Novembris, quâ ejus ſeu fundatio ſeu dedicatio in binis hiſce Calendariis ſignatur, an potiùs* VII, *uti in Actis aſſeritur, Octobris die conſecrata, in dubium haud omninò immeritò revocari poſſe videtur. Attamen cùm in Calendariis aliiſque Faſtis ſacris Sanctorum feſtivitates, eccleſiarum dedicationes, aliaque ſimilia non rarò etiam aliis, quàm quibus evenêre, diebus commemorentur, Sanctorum noſtrorum Actis, ſolemnitatem, quâ conſtructam à ſe Reſaphæ* S. Sergii *eccleſiam Alexander, Hierapolitanus epiſcopus, conſecravit, ſeptima Octobris die diſertè ſignantibus, adhærendum puto.*

nec uni S. Sergio, ſed Baccho præterea

54 *Verùm anne rectè etiam eadem Acta, dum eccleſiam illam* S. Sergio *dedicatam, ſacraſque ejuſdem ſancti Martyris reliquias in eam fuiſſe tranſlatas, memoriæ produnt, nullam prorſus de* B S. Baccho, *non ſecùs atque non ejus etiam nomini ſacra illa ædes tunc dedicata, reliquiiſque, facta harum in illam tranſlatione, decorata fuiſſet, mentionem inſtituunt? Sanctorum noſtrorum Acta Græca, à Metaphraſte adornata, à Latinis Actis hîc diſſonant, ſicque num. ultimo habent:* Paulatim creſcente pietate in Salvatorem & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, epiſcopi numero quindecim, ingreſſi civitatem Roſaphotum, inſigne templum Sanctis (Sergio *nempe ſimul &* Baccho) extruunt, &, cùm id conſecrâſſent, in eo depoſuerunt divinas Martyrum reliquias. *Hîc itaque teſtantibus Græcis Metaphraſticis Sanctorum Actis, templum, quod Alexander, Hierapolitanus epiſcopus, Reſaphæ condidit, non tantùm* S. Sergio, *verùm etiam* S. Baccho *fuit exſtructum, illataque in id tam hujus, quàm illius ſuêre ſacræ exuviæ. Verùm unde hæc Metaphraſtes didicit? Cùm Græca, quæ contexuit Acta, ex iiſdem, ut ſuprà docui, antiquioribus Actis Græcis, è quibus, quæ hæc ex dictis accuratè exprimunt, Latina Sanctorum Acta fuêre accepta, deprompſerit, nec tamen in hiſce, vel* Bacchi *etiam nomini templum Reſa-*
C *phenſe fuiſſe conſecratum, vel ſacras ejuſdem ſancti Martyris exuvias in id fuiſſe illatas, memoretur, oportet, ut Metaphraſtes documenta alia, in quibus tam hoc, quàm illud eſſet notatum, ſibi prælucentia habuerit, vel certè, ut Acta antiquiora Græca, quibus ad ſua adornanda uſus eſt, interpolata, uti etiam alibi (adi num. 15 & ſeq.) fuiſſe illa videntur, hæc in parte fuerint. Utut ſit, Reſaphenſe equidem templum non tantùm* S. Sergio, *aſt etiam* S. Baccho *dedicatum, illatiſque in id tam hujus, quàm illius ſacris reliquiis ditatum fuiſſe, videtur. Etenim, ut ambo hæc aſſerta eo, quo hîc proferuntur, ordine confirmem, in Calendario Coptico, ſuprà jam plùs ſemel laudato, in quo, ſcabrosè, ut dixi, in linguam Latinam converſo, Reſaphenſis, de quo hîc, templi ſeu eccleſiæ dedicatio ad quintam decimam Novembris diem ſignatur, ſacra iſthæc ædes non tantùm* S. Sergii, *ſed etiam* S. Bacchi *nomine inſignitur. Verba Calendarii repeto:* Dedicatio eccleſiæ SS. Sergii & Bacchi in urbe Raſſaphe.

conſecrata fuiſſe videtur,

55 *Opponi quidem hîc poteſt, Reſaphenſem, de qua hîc, eccleſiam in Calendario itidem Coptico, ſuprà pariter laudato, latinéque, ut ſuſpicamur, per Kircherum reddito, ſolo* S. Sergii *nomine condecorari, idque etiam ab ipſomet Alexandro, Hierapolitano metropolita, qui eccleſiam illam erexit dedicavitque, in tribus ſuprà laudatis epiſtolis fieri; verùm non rarò accidit, ut eccleſiæ, quæ duobus tribuſve aut etiam pluribus Sanctis dedicatæ fuêre, ſolo Sancti præcipui, ſeu qui ceteris nominis celebritate ſanctitatéve præcellere exiſtimatur, appellari & à vulgo & ad hujus exemplum a ſcriptoribus ſoleat, non ſecùs atque homines, quibus plura Sanctorum nomina in Baptiſmate indita fuêre, priori dumtaxat, ceteris omiſſis, communiter appellari conſuêvere. Quod cùm ita ſit, ex eo ſanè, quòd & in Calendario Coptico, proximè iterum laudato, & ab Alexandro, Hierapolitano epiſcopo, ſolo* S. Sergii *nomine Reſaphenſis eccleſia inſigniatur, neutiquam conſequitur, ut hæc ſimul &* S. Sergio & S. Baccho *conſecrata haud fuerit. Imò verò, cùm eadem eccleſia non tantùm in Coptico altero num. præced. alibique laudato, verùm etiam in aliis monumentis* SS. Sergii *ſimul &* Bacchi nomine *condecorata reperiatur, quò hæc cum Calendario Coptico, per Kircherum Latinè reddito, nec non cum* B *præfatis Alexandri Hierapolitani epiſtolis, in quibus ſolo* S. Sergii *nomine inſignitur, in concordiam adducantur, hoc in illis ex recepta paſſim, quâ, ut jam monui, ædes ſacræ, pluribus Sanctis conſecratæ, præcipui tantummodò nomine venire ſolent, conſuetudine dumtaxat fieri, dicendum apparet, ſtandumque proinde altero, quod num. præced. alibique laudavi, Calendario Coptico monumentiſque aliis, quæ, cùm Reſaphenſem eccleſiam ſanctorum* Bacchi *ſimul &* Sergii *nomine condecorent, ſuffragantur Metaphraſticis Sanctorum noſtrorum Actis Græcis, in quibus, Reſaphenſem eccleſiam non tantùm* S. Sergio, *verùm etiam* S. Baccho *exſtructam dedicatamque fuiſſe, memoriæ proditur, quemadmodùm, quæ proximè ex iis recitavi, verba fidem faciunt.*

AUCTORE C. B.

tunicque etiam, ut appareret, tam hujus, quàm illius

56 *Quod modò ad ſacras* S. Bacchi, *quas Alexander, Hierapolitanus epiſcopus, in Reſaphenſi à ſe conſtructa eccleſia etiam depoſuerit, reliquias ſpectat, videtur & hac in re Actis Metaphraſticis Græcis aſſentiendum. Etenim S. Julia martyr unà cum* SS. Sergio & Baccho *in codicibus Hieronymianis, Martyrologio Romano Parvo ſeu Veteri, Adone & Notkero ſub una eademque annuntiatione hodie conjungitur; id autem, cùm Julia eodem tempore, quo* Sergius & Bacchus, *martyrio coronata haud fuerit, alia de cauſa fieri non videtur, quàm quòd, ut Florentinius in ſuis ad Martyrologium Hieronymianum Annotationibus hodie obſervat, eodem loco, quo hi, depoſita quieſcat. Quare cùm quantùm ad S. Juliam, quam reapſe eodem, quo* SS. Sergius & Bacchus, *loco quieſcere ſepultam, Adonianum ſuprà num. 6 & 7 huc tranſcriptum Sanctorum noſtrorum elogium in fine tradit, reſta verè, ut Florentinius notat, habere videatur, nec* Bacchus, *qui ſub una eademque annuntiatione hodie cum* Sergio *in mox memoratis Faſtis ſacris conjungitur, eodem die, quo* Sergius, *martyrium, ut jam ſuprà docui, conſummârit, amborum iſthæc in Faſtis ſacris conjunctio facta pariter, quòd, quo loco hujus, eo etiam illius ſacra lipſana jaceant recondita, non immeritò poteſt videri. Attamen cùm reponi hîc queat,* Bacchum *cum* Sergio, *quòd, quamvis quidem cum hoc non conſummârit, inceperit tamen martyrium, in præfatis Faſtis ſacris etiam poſſe conjungi,*

F

AUCTORE C. B.

jungi, aut etiam, si ob sacra amborum lipsana, quæ uno eodemque loco sint recondita, sub una annuntiatione hodie copulentur, fieri id posse, quòd, etsi quidem non tunc, cùm S. Sergii *reliquias in condita a se Resaphensi ecclesia Alexander, Hierapolitanus episcopus, deposuit, sacra iis fuerint adjuncta* S. Bacchi *lipsana, id tamen aliquamdiu pòst factum fuerit; cùm, inquam, reponi isthæc hîc queant, aliud præterea, quo sacras etiam* S. Bacchi *reliquias in Resaphensi ecclesia ab Alexandro Hierapolitano, sæpissimè jam laudato, fuisse depositas, ostendam, in medium adduco.*

sacræ exuviæ, in illam fuêre illatæ;

57 *Ado in Sanctorum nostrorum elogio suprà huc transcripto, statim atque* S. Sergium, *capite truncatum, martyrium consummâsse narravit, subjungit;* Parvo autem tempore interposito, beatum quoque Bacchum à loco, quo tumulatus fuerat, elevantes honorabili Martyribus loco juxta sanctum Sergium composuerunt. *Haud multo itaque post* S. Sergii *martyrium tempore elapso, ad locum, quo hic tumulatus jacebat, seu Resapham sacra* S. Bacchi *ossa, sancto Viennensi Martyrologo teste, fuêre translata. Nec est, cur scriptori huic fidem hîc denegemus. Cùm enim*

B

. Bacchi *corpus Resaphæ olim haud modò emporis spatio jacuisse reconditum, apud omnes in confesso sit, hodieque fortassis ex parte adhuc jaceat, cur id alio potiùs, quàm assignato per Adonem, tempore advectum eò fuisse, credamus? Accedit, non esse, cur* Adoni *rationem, quâ impulsus,* S. Bacchum *è loco seu Barbalisso, quo martyrium subiit, Resapham haud diu à* S. Sergii *martyrio fuisse translatum, scripserit, defuisse putemus, licet interim eam compendiatorum morem sequens nuspiam prodat. Jam verò, cùm sacra etiam, uti ex jam dictis dubitandum non apparet,* S. Bacchi *lipsana haud dudum post* S. Sergii *martyrium ac proin jam inde à seculo quarto Resaphæ, è castro, Barbalisso nomine, eò translata, propè* S. Sergii *corpus quieverint, ambigendum non apparet, quin, cùm hoc Alexander, Hierapolitanus episcopus, in exstructam à se Resaphæ ecclesiam seculo quinto, haud multùm ex dictis provecto, transtulit, sacra quoque in hanc* S. Bacchi *lipsana tunc transtulerit, uti in Sanctorum Actis Græcis, à se adornatis, memoriæ prodit Metaphrastes; cui proinde non magis ad hoc asserendum, quàm Adoni ad eorumdem sacrorum* S. Bacchi *lipsanorum Barbalisso Resapham translationem haud dudum post* S. Sergii *martyrium consignandam, monumenta antiqua, fide digna, arbitror defuisse.*

C

deinceps autem, seculo V *adhuc labente, Sancti,*

58 *Atque ita quidem modò habemus, & Resaphensem ecclesiam* S. Sergio *simul ac* S. Bacho *ab Alexandro, Hierapolitano episcopo, dedicatam, & sacras ab eodem tam hujus, quàm illius reliquias in eam fuisse translatas. Nec, sacro hoc thesauro exstructam à se ecclesiam ditâsse, Alexander contentus ipsum præterea, quo sita hæc erat, locum, Resapham nimirum, muris altissimis, ut jam suprà dixi, circumdedit. Cùm enim, ut apparet, signis & prodigiis* SS. Sergii & Bacchi *sepulcrum Resaphæ Dominus illustraret, ingens huc, ut videtur, peregrinorum id visitantium pretiosisque donariis, quò Sanctos sibi propitios redderent, condecorantium, multitudo confluebat. Alexander itaque, quò, ut apparet, & insatiatam vicinorum, à quibus tum ecclesiæ à se ædificatæ, tum maximè asservatis in hac thesauris timebat, Saracenorum rapacitatem cohiberet, tutamque adversus horum insultus peregrinis Resapham redderet, altissimos muros, quibus hanc muniret, ecclesiæ à se ibidem conditæ adjungendos duxit. Nec, id eum feciisse, fructu, ut apparet, caruit; partim enim hinc factum videtur, ut Sanctorum sepulcrum à frequentioribus deinceps Christianis visitari cœperit, aut saltem ut solitus horum ad illud concursus non defierit. Utut sit, Sanctos equidem seculo* V, *cùm jam Resapha muris, quod ex suprà dictis anno circitèr* 430 *evenerit, ab Alexandro fuisset circumdata, crebris ad suum Resaphæ sepulcrum peregrinationibus fuisse honoratos, verosimillimum ex jam dicendis apparet.*

D

quorum ope quod tunc factum fuerit, miraculum hic refertur.

59 *Nicephorus Callistus Historiæ Ecclesiasticæ lib.* 15, *cap.* 23 *insigne miraculum, quod sub Acacio, patriarcha Constantinopolitano, anno* 471, *quemadmodùm in chronologica patriarcharum Constantinopolitanorum Historia, Operis nostri tom.* 1 *Augusti præfixa, videre licet, ad sedem illam promoto, acciderit, sequentibus hisce narrat verbis:* Archisynagogus quidam inter Judæos cum pueris duobus in tumultu concitato, perinde atque is author ejus fuisset, correptus, crudeliter à viro consulari excruciatus est, multis hominibus præsentibus. Is autem

E

inter tormenta varia illud tantùm vociferatus est: O Deus sancti Sergii, adjuva me. Sancte Sergi, tu nôsti. Judices porrò fingere & assimulare hæc Hebræum putantes, ad ignem, ut vivus combureretur, qui verba eà protulisset, condemnârunt. Et ecce in media flamma equites duo, candidis induti stolis, apparentes, horis multis illum ab igne intactum conservârunt, & multitudo, in flammam insiliens, hominem inde rapuit. Qui, deinde baptizatus, Sergius nominatus est: atque ille non minùs mente quoque illuminatus, substantiâ suâ, quam multam habuit, venditâ, in pyræ ejus loco amplissimum Sergio martyri templum extruxit: ub, capite raso, reliquam juxta Dei beneplacitum exegit vitam. Idem duo ejus fecêre pueri, nominibus suis in Sergii & Bacchi nomen mutatis.

frequentibus ad sepulcrum suum peregrinationibus fuêre honorati,

60 *Hoc ipsum miraculum in Annalibus Ecclesiasticis ad annum* 471 *Baronius, Nicephorum citans, etiam recenset; verbis autem, quibus id facit, hanc observationem interserit:* Frequens erat his temporibus peregrinatio ad sanctum Sergium martyrem, à quo, quæ singuli peterent, solerent accipere: qua re vulgata, factum est, ut à Judæo, dira patiente, vehemens dolor extorqueret, ut Deum sancti Sergii invocaret. *Ita ille: licèt autem, quod refert, prodigium, utpote à Nicephoro, seculi* XIV *scriptore novemque adeò seculis circitèr à re gesta remoto, memoriæ primùm proditum, fidem indubitatam non mereatur, transcripta tamen, quam suggerit, observatio veritati consona appareat quantum ad frequentem, quam adstruit, temporibus illis seu seculo quinto senescente ac proin, condita jam ab Alexandro, Hierapolitano episcopo, Resaphæ Sanctis ecclesia, murisque civitate hac munita, fieri solitam ad* S. Sergium *seu ad sacrum huic &* S. Bacho *Resapheuse templum peregrinationem. Cùm enim hæc erga Sanctos veneratio verosimiliter quidem jam inde ex dictis à seculi* V *initio seu ante conditam Sanctis Resaphensem ecclesiam, certò autem, uti infrà ostendam, seculo* VI *locum habuerit, eidem sanè etiam seculo* V, *cùm condita jam esset dicta ecclesia, locum fuisse, verosimillimum videtur.*

F

61 *Ceterùm* Resapha *ab eo circitèr tempore, quo eam nova in* SS. Sergii *ac* Bacchi *honorem*

Resaphaque, mutato nomine, Sergiopolis fuit appellata.

norem exſtructa eccleſia ornavit, munimentiſque auxit Alexander, Hierapolitanus epiſcopus, è ſingulari incolarum aliorumque in S. Sergium *veneratione, poſito antiquo nomine,* Sergiopolis *appellata fuiſſe videtur. Etenim apud Procopium de Bello Perſico ad annum* 540 *&* 542 *Candidus Sergiopolitanus epiſcopus; & in concilio Conſtantinopolitano, anno* 554 *celebrato, Abraham, Sergiopolitanus itidem epiſcopus, occurrit, laudatuſque Procopius; qui ſeculo ſexto floruit; eccleſiam* S. Sergio *ſacram, ſeu potiùs locum, quo exſtructa hæc eſt;* Sergiopolim *ab antiquis nuncupatam fuiſſe, lib. 2 de Ædificiis, cap. 9 ſcribit: ut proinde Reſaphæ Procopii etate ſeu ſeculo ſexto jam diu ac proin veroſimillimè haud dudum poſt annum circiter* 431 *ſeu poſt exſtructam ab Alexandro Hierapolitano* S. Sergio *eccleſiam nomenclatione illa nova, poſitâ veteri, inſignita fuerit. Plura adhuc de eccleſia,* SS. Sergio *&* Baccho *Reſaphæ exſtructa; de ipſo hoc loco,* Sergiopoli *poſteà nuncupato, venerationeque ibidem Sanctis ac nominatim* S. Sergio *impenſa dicere hîc poſſem; verum chronologicus, quem ſequi ſtatui, ordo exigit, ut, antequam ea*
B *in medium adducam, alia nonnulla, tempore, quo geſta fuêre, priora, lectorem edoceam.*

§ V. Variæ eccleſiæ Sanctis ſeculo VI exſtructæ, aliaque in Oriente præcipuè delata veneration is officia.

Anaſtaſius imperator à Juſtino & Juſtiniano necandis viſione fuit abſterritus.

Maxima ſanè Sanctos ac nominatim S. Sergium *veneratione ſeculo quinto ac fortaſſis etiam citiùs in Syria, aut, ſi mavis, in ampliſſimæ hujus regionis provincia,* Auguſta Euphrateſia *nominata, fuiſſe affectos, luculentiſſimè, quæ* § *præcedenti diſſeruimus, evincunt; illam autem ſeculo ſexto plurimùm increviſſe, nec ſolis Syriæ finibus manſiſſe circumſcriptam, luculentiſſimè pariter, quæ* § *præſenti allaturi ſumus, oſtendent. A fonte, è quo, ut tunc ad Sanctorum cultum ſeu venerationem multum incrementi acceſſerit, ortum eſſe videtur, duco initium. Jam inde à ſeculi ſexti initio, & fortè etiam à*
C *tempore anteriori Sancti noſtri, uti ex dicendis colliges, etiam in Illyria Dardaniaque ſumma videntur veneratione fuiſſe gaviſi, hique ambo alia ex parte erga Juſtinum ejuſque nepotem Juſtinianum, poſteà imperatores, qui illo terrarum tractu oriundi erant, maximéque fortaſſis amborum Sanctorum ex hauſto in patria in eos affectu reverentes, ſingulari planè modo ſeſe benevolos exhibuiſſe perhibentur. Juſtinus ejuſque nepos Juſtinianus apud Anaſtaſium imperatorem, cujus ſervitio erant adſtricti, perduellionis paulò ante illius obitum, qui anno* 518 *evenit, fuerant accuſati, erantque, ut apparet, morte ab eo indubiè damnandi; verùm, imperatore oblata ſibi terrificâ in ſomnis viſione à nece eis inferenda abſterrito, liberi evaſêre.*

Hâc illi non unùm tantùm, ut Zonaras & Cedrenus ſcribunt,

63 *Quî rem geſtam ſcribant Zonaras & Cedrenus, ipſis horum ſcriptorum verbis, poſteà, quid de eorum narratione ſtatuendum appareat, editurus, primùm propono. Prior ſequentibus hiſce Annalium lib.* 14, *cap.* 4 *utitur:* Anaſtaſius paulò ante obitum, nunciatis ſibi inſidiis, multos com-

prehenderat, atque inter alios Juſtinum & Juſtinianum, qui pòſt rerum potiti ſunt, atque in animo habebat eos occidere. Sed deterritus eſt ſomnio, cùm vir terribilis ei aſtitiſſe viſus eſſet, ac diceret: Juſtino & Juſtiniano ne quid mali feceris; nam uterque ſuo tempore Deo inſerviet; *poſterior verò in contexto à ſe hiſtoriarum Compendio iſtis:* Anaſtaſius . . . paulò antequam moreretur, delatis ad ipſum inſidiarum ſibi factarum indiciis, multos corripi atque interfici juſſit. In captis fuerunt etiam Juſtinus & Juſtinianus; quos cùm necare ſtatuiſſet, terribilis quidam ei in ſomnis adſtitit, ita dicens: Tibi quidem, ô imperator, permiſſum eſt, reliquos inſidiatores tollere; à Juſtino autem & Juſtiniano maleficium omne abſtine; nam non licebit, te eis, utcúmque velis, malè facere. Cúmque Anaſtaſius diceret, eos reos eſſe læſæ imperatoriæ majeſtatis, reſpondit ille, eſſe eos vaſa conſilio Providentiæ exequendo apta, & utrumque ſuo tempore Deo operam navaturum. Atque hos quidem duos Anaſtaſius crimine abſolvit; inſomnium verò ſuo tempore exitus comprobavit. Uterque enim eorum poſt Anaſtaſii mortem imperio functus eſt. *Ut itaque ſub Vitæ ſuæ finem Anaſtaſius imperator Juſtinum & Juſtinianum, poſteà imperatores, læſæ majeſtatis crimine, cuius facti erant rei, abſolverit, terrifica ad id viri, in ſomnis ſibi apparentis, illoſque necari vetantis, ſpecie, ſi modò Zonaras & Cedrenus recitatis verbis rectè ſcribant, fuerit impulſus; verùm Anaſtaſium, ut Juſtino & Juſtiniano parceret, non viri dumtaxat unius, ſed duorum, quorum alter* S. Sergius, *alter* S. Bacchus *exſtiterit, terrifica ſpecie motum fuiſſe, memoriæ etiam proditum eſt, idque à ſcriptore, Zonarâ & Cedreno antiquiore, ſi Alemanno in ſuis in Arcanam Procopii Hiſtoriam Annotationibus fides ſit.*

ſed duos, quorum alter S. Sergius, alter S. Bacchus exſtiterit, apparuiſſe.

64 *Etenim in ſextum hujus caput, quo, Juſtinum, cùm apud Joannem Gibbum, ſub quo, imperatorium exercitum in Iſauros rebelles ſub aditi ab Anaſtaſio anno* 491 *imperii initium ducente, militabat, inſimulatus criminis atque in carcerem conjectus fuiſſet; terrifica duci iſti hominis viſione ſemel, iterum ac tertiò in ſomnis oblatâ, præſentiſſimo mortis periculo fuiſſe ereptum, Procopius refert, ita obſervat:* Mirificam Juſtini liberationem alii quoque ſcripſerunt, Joannes Zonaras, Cedrenus (*horum duorum verba jam dedi*) & Ephræmius in Chronico; verùm alia planè ab hac eſt, quam Procopius (*loco nempe proximè cit.*) contigiſſe affirmat, in Iſauros copias ducente Joanne Gibbo, ſub cujus poteſtate tum agebat Juſtinus, nempe initio principatûs Anaſtaſii; nam extremo ejuſdem imperio Juſtinus erat patricius, ſenator & comes Prætorianorum; idque magis ac magis confirmat, quòd Juſtinianus, Juſtini nepos, cùm Gibbus ductabat exercitum, planè puer erat, neque verſabatur in caſtris, ut criminis aut carceris avunculi, quæ illi narrant, ſocius eſſe poſſet: nam candidatâ militiâ, quemadmodùm ait Victor Tunnenſis, functus eſt ſub initium imperii Juſtini. Ergò ſecundò Juſtinus in carcerem ab Anaſtaſio conjicitur cum Juſtiniano nepote, tunc trigenario majore, perduellionis inſimulatus. Eripitur verò non ea hominis ſpecie apparente, ut Zonaras (*adi ejus verba proximè recitata*) & alii ſcribunt, quam hîc Gibbo, militiæ magiſtro, apparuiſſe Procopius refert;

AUCTORE C. B.

ſed viſis per quietem Anaſtaſio imp. Sergio & Bacchо martyribus, quorum ſumma erat apud Dardanos & Illyrienſes veneratio & apud hos ipſos contribules atque gentiles Juſtinum & Juſtinianum, à quibus paulò pòſt ſuperbiſſimum templum ad urbem Scodram Barbenamque fluvium iiſdem Sergio & Bacchо martyribus excitatum fuit, ut pluribus narravit Theophilus, Juſtiniani præceptor.

à Theophilo, Juſtiniani præceptore, Alemannus, ſcriptor haud ineptus, tradit,

65 Prima illa Joannis Gibbi, & ſecunda Anaſtaſii imperatoris viſio in eo planè conveniunt, quòd Juſtinus, ejuſque propinqui futuri eſſent, ut Cedreni verbis utar, σκεύη χωρητικὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βουλῆς καὶ προνοίας, καὶ μέλλουσιν ὑπουργῆσαι τῷ Θεῷ ἕκαστος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ, vaſa conſilio Providentiæ divinæ exequendo apta, & uterque ſuo tempore Deo eſſet operam navaturus. *Ita hactenus, quem pro hiſce verbis laudavi, Nicolaus Alemannus. Ac primò quidem, viſionem, quâ Juſtinus, cùm apud Joannem Gibbum, copiarum Anaſtaſii ſub aditi ab hoc imperii initium ductorem, accuſatus fuiſſet, præſentiſſimo capitis periculo fuit liberatus, diverſam eſſe à viſione, quâ Juſtinus ſimul & Juſtinianus, cùm apud Anaſtaſium imperatorem paulò ante ejus obitum inſimulati gravioris criminis fuiſſent, proximè imminenti mortis periculo fuêre erepti, non immeritò contendit. Verùm anne meritò pariter ſeu rectè terrificâ id non unius dumtaxat, ſed duorum virorum, quorum alter* S. Sergius, *alter* S. Bacchus *exſtiterit, oblata Anaſtaſio imperatori viſione factum affirmat? Pro hac ſua aſſertione alteraque, quam ei mox adjungit, citat Theophilum, Juſtiniani præceptorem; verùm quis qualiſve hic fuerit, non edicit, nec ego, facta etiam diligentiſſima indagine, comperire quivi. Tillemontius tom. 5 Monumentorum, ſeſe quoque, quis auctor ſit laudatus ab Alemanno Theophilus, ignorare, in inferiori pag. 495 margine adnotat. Utut ſit, eſſe equidem non videtur, cur Alemanno, quem à nemine veluti ineptum fallacemve ſcriptorem traduci invenio, citari putemus auctorem, qui vel numquam exſtiterit, aut ea, quæ illi affingit, litteris haud commendârit. Quod cùm id ita ſit, laudatuſque ab Alemanno Theophilus Juſtiniani imperatoris, utpote cujus præceptor exſtiterit, ætate floruerit, ei enimverò, qui Juſtinum & Juſtinianum,* SS. Sergio & Bacchо *in ſomnis Anaſtaſio imperatori apparentibus, inſtantis necis, ab hoc ſibi inferendæ, periculo liberatos ſcribit, credendum potiùs apparet, quàm Zonaræ & Cedreno, ſcriptoribus ſeculo decimo poſterioribus, qui nullam planè* SS. Sergio & Bacchо *in viſione illa, Anaſtaſio oblata, partem attribuunt.*

B

C

66 *Cangius in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4, pag. 135, num. 88, citans etiam pro ſe laudatum Alemannum, ſic ſcribit :* SS. Sergii & Bacchi martyrum ſumma fuit apud Dardanos & Illyrienſes veneratio, quorum ope Juſtinus, perduellionis inſimulatus, ab Anaſtaſio imperatore unà cum Juſtiniano nepote in carcerem conjectus, viſis iiſdem per quietem Anaſtaſio, liberatus eſt. *Ita Cangius Alemanno, qui, ut jam docui, oblatam Anaſtaſio imperatori, quâ Juſtinus & Juſtinianus, poſteà imperatores, præſentiſſimo capitis periculo liberati fuêre, viſionem, non uni dumtaxat homini, qui ſeſe Anaſtaſio terrifica ſpecie in ſomnis ſpectandum dederit, ſed duobus, quorum alter* S. Sergius, *alter* S. Bacchus *exſtiterit, attribuit, indubitanter aſſentiens, nec prorſus, ut apparet, immeritò : ad id enim*

eique etiam Cangius aſſentitur, nec prorſus immeritò id abs hoc fieri, ædes ſacræ,

iiſdem ferè, quas jam allegavi, rationibus potuit impelli; tales autem illæ ſunt, ut res, iiſdem ſpectatis, ſi non pro certa, pro admodùm equidem probabili videatur habenda, maximè cùm beneficio illo Juſtinum & Juſtinianum à SS. Sergio & Bacchо *fuiſſe affectos, argumento etiam qualicúmque ſint ædes ſacræ, quas binis hiſce Sanctis poſtmodum variis locis excitâſſe partim ſolus Juſtinianus, partim Juſtinus ſimul & Juſtinianus perhibentur. Reponi quidem poteſt, erectam poſtea, cujus ſolius ſtructura Juſtino ſimul & Juſtiniano tribuitur, ad Scodram Barbenamque fluvium* SS. Sergio & Bacchо *ædem ſacram unicè è ſuprà laudati Theophili, ſcriptoris ignoti, fide, reliquis omnibus ſcriptoribus antiquis, ac ipſomet etiam, qui tamen exſtructa omnia à Juſtiniano ædificia recenſet, Procopio ſilentibus, ab Alemanno verbis ſuprà recitatis commemorari.*

D

quæ tum à Juſtino ſimul & Juſtiniano ad Scodram,

67 *Verùm, etſi id ita ſit, eſſe equidem non videtur, cur, ædem illam ſacram ad Scodram* SS. Sergio & Bacchо *in accepti horum ope beneficii memoriam à Juſtino ſimul & Juſtiniano fuiſſe excitatam, aſſerenti Theophilo fidem abrogare debuerit Alemannus. Quamvis enim ſacri illius ædificii nec ipſe Procopius, qui tamen ædificia omnia tum ſacra, tum profana, à Juſtiniano ſeu erecta ſeu inſtaurata aut etiam dumtaxat aucta, opere hac de re ex inſtituto elucubrato, recenſet, mentionem uſpiam faciat, non eſt tamen, cur id mirum cuiquam accidat, cùm ſacra, de qua hîc ſermo,* SS. Sergii & Bacchi *ad Scodram ædes, etſi etiam, ut apparet, Juſtiniano partim attribuenda, Juſtino tamen imperante, fuerit erecta, eaque dumtaxat ædificia, quæ à Juſtiniano, imperii habenas jam moderante, aut à fundamentis excitata, aut inſtaurata, aut etiam tantummodò aucta fuerunt, in memorato Opere enumerare Procopii ſcopus fuerit. Quod autem ad reliquorum ſcriptorum de eodem ſacro ædificio ſilentium pertinet, nec eſt, cur id mirum cuiquam videatur. Eorum enim omnium nullus planè eſt, qui ædificia ſeu ſacra ſeu profana, quæ, vel Juſtino ſimul & Juſtiniano curantibus, vel priori ſaltem è binis hiſce imperatoribus imperii habenas moderante, fuerint erecta, ex inſtituto commemoranda ſuſcepit, ſcriptoreſque, qui generatim equidem res, imperante Juſtino, factas litteris mandârunt, non ita id accuratè præſtitiſſe ſunt cenſendi, ut nullas prorſus omiſerint.*

E

F

tum à Juſtiniano ſolo Conſtantinopoli,

68 *Omnibus itaque maturè expenſis, ſacram* SS. Sergio & Bacchо *ad Scodram Barbenamque fluvium ædem fuiſſe ſimul à Juſtino & Juſtiniano excitatam, Alemanno è Theophilo tradenti fidem indubitanter denegandam non reor, licèt interim res, quòd, quis ſcriptor hic fuerit, in obſcuro ſit, undequáque certa haud videatur. Sed hæc de erectis à Juſtino ſimul & Juſtiniano Sanctorum ædibus ſeu potiùs de unica ad Scodram excitata ſacra æde jam ſufficiant; quod modò ad eas, quas ſolus Juſtinianus erexerit, ſpectat, hunc, ad imperium jam evectum, Conſtantinopoli juxta Hormiſdæ palatium, ubi, priuſquam imperium adeptus eſſet, habitârat, inſignem planè ædem* SS. Sergio & Bacchо *erexiſſe, è Procopio certum eſt. Audi ipſummet hunc ſcriptorem, ſuis id verbis lib. 1 de erectis à Juſtiniano ædificiis, cap. 4 teſtantem.* Sergio quoque, *inquit*, & Bacchо, cælitibus inclytis, ibi (*Conſtantinopoli nempe juxta Hormiſdæ palatium*) templum conſtituit; deinde & alterum (*SS. Petro nimirum*

&

A *& Paulo ſacrum*) huic obliquum appoſuit. Neque enim adverſa ſunt ambo ; ſed à latere cohærent, invicem comparabilia ; communes aditus habent, æqualia prorſus inter ſe ſunt ; & crepidinibus cincta. Neutrum decore, magnitudine aliave re quapiam præſtat, ceditve alteri. Utrumque ex æquo ſolem ſuperat fulgore marmorum, & plurimo ubique auro pariter litum ac donariis refertum eſt. Hoc uno differunt, quòd hujus directa eſt longitudo ; illius verò columnæ in ſemicirculum diſpoſitæ ſunt ferè omnes. Unam habent in veſtibulo porticum, nomen ex Narthece ſeu ferula idcircò nactam, quòd longiſſimè porrigatur. Communia ſunt omnia propylæa, atrium, medianæ januæ, & ad regiam adjunctio. Ea demum eſt utriuſque templi magnificentia, ut toti hinc civitati ipſique palatio manifeſtum decus accedat.

magna ad id pecuniæ vi impenſa,

69 *Hactenus Procopius, duarum ſanè à ſeſe hîc memoratarum, quarum alteram SS. Petro & Paulo, alteram* SS. Sergio & Bacho *Juſtinianus imperator condidit, ædium ſacrarum elegantiam & pulchritudinem mirificè prædicans :* B *tradit porrò Cedrenus pag.* 348 *&* 366, *binas illas ædes ſacras ad mare ſitas fuiſſe, Juſtinianumque non modò in iis excitandis priſtinas ſuas opes, & quas privatus poſſederat, addixiſſe, ſed & in iis monaſterium virorum inſtituiſſe. Poſtremum hoc, uti & dictum ædis,* SS. Sergio & Bacho *ſacræ, ad mare ſitum, etiam docet, quem Bandurus anno* 1711 *typis Pariſienſibus edidit, auctor anonymus, in Antiquitatibus Conſtantinopolitanis parte* 3 *ſub initium, titulo, qui hiſce verbis concipitur,* De monaſterio S. Sergii & Bacchi, cognomine Hormiſdæ, *præmiſſo, ſic ſcribens :* Locus, dictus Hormiſdæ, parvus erat portus, in quo Juſtinianus Magnus monaſterium extruxit nomine Sergii & Bacchi. *Qui plura ſeu de hoc monaſterio ſeu de ſacrâ, quæ ad id ſpectat, æde, à Juſtiniano Conſtantinopoli* SS. Sergio & Baccho *erecta, modóque in Moſcheam, ut Thevetus lib.* 19 *Coſmographiæ, cap.* 3 *docet, à Turcis converſâ ; ſcire deſiderat, adeat Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana lib.* 4, *pag.* 135 *& ſequenti, ubi etiam inveniet inſcriptionem, num.* 37 *jam recitatam, quæ, cùm olim in Conſtantinopolitana* SS. Sergii & Bacchi *æde ſacra fuerit appoſita, fuiſſe hanc à Juſtiniano exſtructam, fidem etiam facit, uti illam legenti pateſcet. Duas modò ædes alias,* SS. Sergio & Bacho, *aut ſaltem, ni fortè, quod tamen non puto, S. Sergio, Cæſareæ in Cappadocia martyri, ad* XXIV *Februarii diem apud nos jam dato, tribuendæ ſint, ſoli priori è duobus Sanctis noſtris ſacras, quarum alteram condidit, alteram beneficio affecit auxitve Juſtinianus, recenſeamus.*

alibique exſtructa perhibentur, argumento quacúmque ſunt.

70 *Procopius in Opere, quod de Juſtiniani ædificiis inſcribitur, ita de hoc imperatore lib.* 5, *cap.* 9 *prodit memoriæ :* Puteos ciſternaſve has ſtruxit. In monaſterio S. Samuëlis puteum ac murum, in monaſterio abbatis Zachariæ puteum ... in monaſterio S. Sergii in monte, cui nomen Ciſſeron, puteum ; murum Tiberiadis ; apud Boſtrenos ptochium Phœnices ; Porphyreone ædem Deiparæ, monaſterium S. Phocæ in monte ; ædem S. Sergii Ptolemaide. *Prior è duabus* S. Sergii *eccleſiis, hîc memoratis, in Paleſtina, poſterior autem in Phœnicia ponitur à Tillemontio tom.* 5 *Monumentorum pag.* 495, *nec ei hac in re refragandum apparet. Verùm etſi ambo iſthæc loca ſacra ſolo S.* Sergii *nomine à Procopio diſtinguantur, annè tamen tam* S. Baccho, *quam* S. Sergio, *dedicata non fuerint, idcircò reor ambigendum, quòd è binis hiſce Sanctis noſtris* Sergius, *utpote tum munere, quo, cùm in vivis eſſet, functus eſt, tum nominis celebritate* Baccho *præcellens, præcipuus quodammodò queat videri, ſoleantque non raro (adi, quæ num.* 55 *huc ſpectantia jam protuli) ædes ſacræ, quæ pluribus Sanctis dedicatæ ſunt, præcipui dumtaxat nomine à ſcriptoribus deſignari. Jam verò cùm res ita habeat, nec, quin ædes ſacræ, ambobus Sanctis noſtris partim a Juſtino ſimul & Juſtiniano, partim à Juſtiniano ſolo exſtructæ, numero ſaltem aliquot exſtiterint, dubitandum ex omnibus jam dictis appareat, id ſanè, viſionem, ſuprà relatam, quâ a necandis Juſtino & Juſtiniano Anaſtaſius imperator fuit abſterritus, oblatam huic à* SS. Sergio & Bacho *fuiſſe, argumento, ut dixi, qualicúmque eſt, licèt interim nec hinc res certa eſſe queat, quòd fieri poſſit, ut Juſtinus & Juſtinianus, non ex accepti beneficii memoria, ſed ex concepta erga Sanctos in patria veneratione ædes eis ſacras exſtruxerint.*

AUCTORE C. B.

E

Seculo ſexto variis in locis Sanctos ſingulariter cultos fuiſſe, inde etiam apparet ;

71 *E ſacris porrò locis, modò hîc recenſitis, quæ Juſtini & Juſtiniani ætate ſeu ſeculo ſexto, ut jam vidimus, ambobus Sanctis noſtris aut horum ſaltem uni* Sergio *dicata exſtabant, colligendum præterea videtur, tunc etiam illos non tantùm apud Illyrienſes, apud quos etiam, locis iſtis nondum exſtructis, magna in veneratione fuiſſe è ſuprà laudati, qui Theophilum, Juſtiniani imperatoris præceptorem, pro ſe citat, Alemanni recitatis verbis videtur, magis magiſque honorari contigiſſe ; verùm etiam, in Paleſtina quidem Phœniciaque eorumdem alterum,* Sergium *nempe, ac fortè etiam* Bacchum ; *Conſtantinopoli autem tam hunc, quàm illum non modò à Juſtiniano imperatore, aſt etiam ab iis, qui ejus in partibus illis ſuberant imperio, cultu eccleſiaſtico planè inſigni fuiſſe affectos. Hâc modò reliquis, quas jam adduxi, obſervationibus adjectâ, ad Reſaphenſem Sanctorum noſtrorum eccleſiam iterum accedo. Procopius lib.* 2 *de Ædificiis cap.* 9 *ita ſcribit :* Templum eſt in Euphrateſia ſacrum Sergio, magni nominis Sancto ; quem adeò venerati ſunt ac ſuſpexêre veteres, ut locum Sergiopolim nuncupaverint. Muro hunc humillimo ſepſerant, qui videlicet ſatis foret prohibendis illarum partium Saracenis, quò minùs primo aditu irrumperent. Neque enim ad oppugnanda mœnia nati ſunt Saraceni. Eorum certè impetum obvius fortè murus vel infirmiſſimus, nec niſi luto compactus, cohibet. Poſtmodùm donariis ſacraque ſupellectili templum hoc ſummè inclaruit. Quod ſecum reputans imperator Juſtinianus curam protinus eò contulit, mœnia loco circumdedit præclariſſima, & aquæ copiam providit, immenſa ejus collecta vi in receptacula. Inſuper domos, porticus, aliaque extruxit ædificia, quibus urbes decorari ſolent. Præſidium quoque militare ibi conſtituit, muros, cùm res poſceret, defenſurum. Profectò Choſroës, Perſarum rex, cùm urbis capiendæ percupidus, magnis illam copiis circumſediſſet, munitionis firmitate prohibitus, re infecta, obſidionem ſolvit.

C F

72 *Magnam enimvero* S. Sergii *& nominis claritatem & venerationem apud populum etiam*

AUCTORE C. B.

nominatim autem S. Sergium peregrinationibus Reſapha

iam ante Procopii ætatem fuiſſe, hæc arguunt. Verùm in ſingulis, quæ iiſdem adſtruit, cum Alexandro, Hierapolitano epiſcopo, ſuprà plùs ſemel laudato, haud ſatis convenit hic ſcriptor. Juſtinianus enim, ut refert, Sergiopoli, quæ muro *dumtaxat* humillimo *ſepta antea fuerat*, mœnia circumdedit præclariſſima, *& tamen eadem iſthæc civitas jam inde ab Alexandri Hierapolitani, Juſtiniano ſeculo integro antiquioris, ætate muris altiſſimis, uti ipſemet is epiſcopus in ſcripta, quam ſuprà laudavi, ad Eudociam & Pulcheriam Auguſtas epiſtola docet, erat circumdata. Oportet itaque, ut exſtructi antea muri Sergiopolitani partim vetuſtate, partim temporum injuriâ Juſtiniani ac Procopii ætate fuerint collapſi aut etiam ex parte deſtructi, cúmque hinc, priſtina celſitudine amiſſa, humiles facti eſſent, tales eos ab initio fuiſſe, Procopius exiſtimârit, licèt interim, Alexandro Hierapolitano, quem falſi ea in re arguere nemo auſit, teſtante, altiſſimi fuiſſent. Verùm utcúmque res hæc habeat, ad inſtitutum noſtrum parùm facit; propiùs id tangit, ob quam à Juſtiniano munitam fuiſſe Reſapham, Procopius verbis proximè recitatis ſcribit, cauſa, à ſacra ſupellectili, pretioſiſque, quibus Reſaphenſis* S. Sergii *eccleſia Juſtiniani ætate ſeu ſeculo ſexto inclareſcebat, donariis repetita.*

B

honoratum fuiſſe, è Procopio colligitur.

73 *Etenim vel hinc, quin tunc Reſaphenſis* SS. Sergii & Bacchi *eccleſia frequenti ad hanc peregrinorum, à quibus donaria illa ſacra huic ædi ac nominatim* S. Sergio *fuerint oblata, concurſu inclaruerit, dubitandum non apparet, maximè cùm opinioni iſti, ut apparet, etiam ſuffragentur Gregorii Turonenſis, qui eodem ſeculo* VI *floruit, num.* 86 *recitanda verba. Adhæc cùm Juſtinianus, uti verbis proximè recitatis Procopius indicat, Sergiopoli ſeu Reſaphæ, quò, quod in civitate hac ſitam erat, ſacrati* S. Sergio *templi donaria ſacraque ſupellex tutò cuſtodiri poſſent, præclariſſima mœnia, addito etiam hiſce defendendis militari præſidio, circumdederit, dubitandum pariter non apparet, quin id à ſingulari, quod huc etiam propè ſpectat, in* S. Sergium *veneratione præſtiterit. Nec tantùm ex hac Juſtinianus ſacræ Sergiani templi ſupellectili donariiſque cuſtodiendis modo jam dicto ſtuduit, verùm etiam iſthæc, nova eis crucis auræ donatione adjecta, auxit. Docet id nos Evagrius, aliud ſimul præterea eximiæ erga* S. Sergium *venerationis argumentum, inſigneque etiam, quod hujus virtute patratum fuerit, miraculum ſuppeditans. En ipſa, quibus totum hoc à ſcriptore illo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib.* 4, *cap.* 28 *præſtatur, verba.* Referam, *inquit*, nunc id quod ab eodem Choſdroë alibi geſtum eſt circa urbem Sergiopolim. Eſt enim eximium, dignumque prorſus, quod ſempiternæ hominum memoriæ commendetur.

C

Sacra ejus eſſe ibidem etiam tunc in capſa, argento obtecta, fuiſſe aſſervata,

74 Quippe Choſdroës ad hanc quoque urbem acceſſit, expugnare eam cupiens. Cùm igitur incuſſo ariete muros quatere jam cœpiſſet, oppidani cum eo colloquium inierunt, ſervandæ urbis causâ. Tandemque inter eos convenit, ut ſacra eccleſiæ vaſa pro redemptione urbis darentur: in quibus erat crux, quam Juſtinianus ac Theodora eò miſerant. His ad Choſdroëm perlatis, ſciſcitatur Choſdroës ex ſacerdote & ex Perſis, qui una cum illo ad eam rem miſſi fuerant, nihilne ampliùs ſupereſſet. Tum quidam ex iis, qui mentiri conſueverant, reſpondit, alios præterea theſauros eſſe, ab oppidanis, qui pauci admodum erant, occultatos. Porro ex ſacris theſauris, qui comportabantur, aureum quidem vel argenteum vas nullum relictum fuerat, ſed alterius præſtantioris materiæ, ac Deo prorſus dicatæ, ſanctiſſimæ ſcilicet reliquiæ invicti martyris Sergii, in oblonga quadam arca argento cooperta reconditæ. His inductus Choſdroës, cùm univerſum exercitum urbi admoviſſet, repentè per omnem ambitum murorum innumerabilis viſa eſt militum multitudo, cum clypeis urbem defendentium. Quo conſpecto, hi, qui à Choſdroë miſſi fuerant, reverſi ſunt, & numerum & armaturæ genus non ſine admiratione referentes. Choſdroës verò, poſtquam iterum ſciſcitatus paucos admodum in urbe remanſiſſe didicit, eoſque aut ſenes aut parvulos, robuſtis videlicet omnibus è medio ſublatis, hujus miraculi auctorem eſſe Martyrem intellexit. Atque ob id metu perculſus, admiratuſque Chriſtianorum fidem, in regnum ſuum reverſus eſt. Aiunt etiam illum ſub exitum vitæ, ſacro regenerationis lavacro initiatum fuiſſe.

D

Evagrius tradit, idque, etſi interim de miraculo, quod pariter tradit, quadquo

75 *Hæc Evagrius; ac ſacra quidem, ut ſcribit,* S. Sergii *oſſa in capſa oblonga, argento obtectâ, Reſaphæ, cùm civitatem hanc Choſroës obſideret, aſſervata fuiſſe, ſcriptori huic aſſerenti credo; verùm an prodigio, quod præterea hîc narrat, quodque, ut apparet,* S. Sergio *attribuendum foret, factum ſit, ut obſidione, quâ a Choſroë, Perſarum rege, premebatur, liberata fuerit Sergiopolis, poteſt non immeritò revocari in dubium. Procopius enim, qui bellicæ iſti expeditioni, anno* 542, *uti dd hunc annum Pagius in Criticis rectè docet, à Choſroë ſuſceptæ, ſynchronus vixit, nullam planè prodigii illius mentionem uſpiam facit, cauſâque longè diversâ, ut Perſæ, obſidionem, de qua hîc, ſolvere fuerint compulſi, factum eſſe, lib.* 2 *de Ædificiis cap.* 9, *& lib.* 2 *de Bello Perſico cap.*20 *memoriæ prodit, in Priori quidem Opere paucis hiſce ſuprà adhuc datis verbis utens,* Choſroës Perſarum rex, cùm urbis (*Sergiopolitanæ ſcilicet*) capiendæ percupidus, magnis illam copiis circumſediſſet, munitionis firmitate prohibitus, re infecta, obſidionem ſolvit; *in poſteriori verò rem fuſiùs hoc modo pertractans:* Vere primo Choſroës, Cabadis filius, tertiùm in fines Rom. irrupit cum ingenti exercitu, ſecundum Euphratem à dextra labentem iter habens. Ubi Medorum copias adeſſe proximè audivit Candidus Sergiopolitanus antiſtes, ſibi civitatique metuens, quòd Choſroï promiſſa ad diem non præſtitiſſet, hoſtium caſtra ingreſſus eum obſecravit, ne ſibi ob hanc cauſam iratus eſſet: nunquam ſe habuiſſe pecuniam: propterea recuſâſſe ipſo initio Surenos redimere: nec precibus, quamvis enixè repetitis, tantillum profeciſſe apud Juſtinianum Aug.

F

cum iis, quæ ſcribit Procopius, non ſatis congruit,

76 Nihilominus Choſroës ipſum habuit in cuſtodia, & in ejus corpus cruciatu acerbiſſimo ſæviens, majorem duplo, quàm pacto convenerat, ſummam exigere voluit. At ille petiit ſupplex, ut Sergiopolin mitterentur, qui quidquid eſſet ſupellectilis pretioſæ in templo urbis acciperent. Id cùm fieri juſſiſſet Choſroës, unà quoſdam è ſuo comitatu Candidus miſit. Acceptis in urbem, quos rex deſtinaverat, multa è ſacro theſauro Sergiopolitani dedêre, aliud ſibi nihil reliquum factum aſſeverantes. Verùm Choſroës multò plura deberi ſibi contendens, negavit, ſe illis contentum eſſe. Quare miſit ſuorum manum, ſpecie quidem, ut civitatis opes per-

perſcrutarentur; re autem eo conſilio, ut ipſam occuparent. Quoniam verò in poteſtatem Perſarum ventura Sergiopolis minimè erat; Saracenus quidam Chriſtianus & Alamundari imperio ſubditus, cui nomen Ambro, noctu ad urbis muros acceſſit, fraudeque indicata, hortatus eſt cives, ut Perſas nequaquam reciperent. Itaque inanes ad Choſroëm redierunt illi, quos ipſe miſerat. Hâc repulsâ graviter offenſus, expugnandæ urbis conſilium cepit: eò mox exercitum ſenis millibus conſtantem proficiſci, obſidium facere, & in muros dare impreſſionem juſſit. Quò illi cùm perveniſſent, manum operi admoverunt. Ac fortiter quidem initio reſiſtebant Sergiopolitani; pòſt tamen collapſi animis & Martis aleam reformidantes, deditionem meditabantur: neque enim plùs ducentos milites habebant. Sed Ambrus iterum de nocte progreſſus ad mœnia, compulſos aquæ penuriâ Perſas obſidionem intra biduum ſoluturos ſignificavit. Quapropter oppidani in colloquium cum hoſtibus non venerunt. Barbari autem caſtra moverunt, exuſti ſiti, ſeque retulerunt ad Choſroëm: qui Candidum deinceps nunquam dimiſit.

B 77 *E mente itaque Procopii, non prodigio, ſed partim mœnium firmitate, partim aquæ penuriâ factum eſt, ut Choſroës, Perſarum rex, à Sergiopolis obſidione recedere fuerit coactus. Quare, cùm Procopius, ut jam dictum, rei huic, anno Chriſti, ut pariter dictum, 542 geſtæ, ſynchronus exſtiterit; Euagrius verò, utpote qui non priùs quàm ſeculo ſexto ſeneſcente floruerit, quadraginta ut minimùm annorum ſpatio ab ea remotus vixerit, eſt ſanè, cur, an huic ſcriptori, obſidionem Sergiopolitanam prodigio, quod allegat, ſolvere fuiſſe Perſas coactos, aſſerenti, aſſentiendum ſit, non immeritò dubitetur. Verùm utcúmque res hæc habeat, id equidem, quod idem Euagrius verbis recitatis de* S. Sergii *reliquiis, in capſa oblonga, argento obtecta, Sergiopoli, cùm à Perſis civitas hæc obſideretur, aſſervatis, ſingularique hajce cuſtodiendi Sergiopolitanorum cura memoriæ prodit, ſat certum apparet, nec rem hanc falſi utcúmque, ut conſideranti patebit, ſuo ſcribendi modo, qui verbis ejus proximè recitatis exprimitur, ſuſpectam Procopius reddit. Quod cùm ita ſit, luculentum enimverò aliud venerationis erga* S. Sergium *ſeculo ſexto delatæ argumentum è laudato Euagrio habemus. At verò idem hic ſcriptor longè etiam certiora, utpote quibus & ipſemet ſynchronus exſtiterit, eximia planè erga* S. Sergium *ſeculo ſexto ad finem jam vergente ab altero Choſroë Perſarum rege delatæ venerationis argumenta ſuppeditat. Erat hic, ut laudatus Euagrius lib.* 4, *cap.* 17 *docet, Hormiſdæ, Perſarum regis, filius, cúmque in ſubjectas Romano imperio terras, à Mauritio imperatore ſuppetias adverſus Perſas ſibi rebelles poſtulaturus veniſſet, intellexiſſetque,* S. Sergium *poſtulatis eorum, qui ad ſe confugerent, annuere, crucem auream, ſi exercitus, quem adverſus inimicum ſuum, nomine Zadeſpram, mittebat, vivum eum aut mortuum ſibi ſiſteret, ſancto Martyri promiſit. Choſroës erat Ethnicus; verùm, cùm Deus etiam, ut Tillemontius tom.* 5 *Monument. pag.* 494 *rectè ait, maximè perverſos, atque ipſos etiam, quando ipſi placet, dæmones, dum non niſi de temporalibus mundi hujus rebus agitur, exaudiat, Choſroës primo regni ſui anno, qui ab exeunte anno* 590, *ut Pagius in Criticis docet, ad exeuntem item annum* 591 *excurrit,*

ſeptima Januarii die votum emiſerat, ſequentiſque Februarii nona die Zadeſprami caput, ad ſe delatum, ſummo animi gaudio accepit, nec dudum pòſt regnum ſuum recuperavit.

AUCTORE C. B.

78 *Adi pro hiſce ferè omnibus Euagrium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib.* 4, *cap.* 17, *&* 21; *è quo poſteriori loco præterea etiam intelliges, primò quidem Choſroem, regno ſuo recuperato, non tantùm crucem auream, ad quod ex voti religione erat obſtrictus, Reſaphenſi* S. Sergii *eccleſiæ donâſſe, verùm etiam hunc, quam quondam, ut ſupra vidimus, Sergiopolitani Choſroæ ſeniori, Cabadæ filio, tradere fuerant compulſi, crucem itidem auream, in regni ſui theſauris inventam, reſtituiſſe; deinde verò eumdem regem, cùm aliàs etiam in ſe beneficum* S. Sergium, *facto ei voto, fuiſſet expertus, egregiè ergà hunc gratum ſeſe ac reverentem exhibuiſſe, miſſis ad Reſaphenſe ſancti Martyris templum donariis, non modò ad quæ ex voti religione tenebatur, verùm etiam aliis pretioſiſſimis. Cùm laudatum vigeſimum primum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euagrianæ caput, luculentiſſima ſanè inſignis prorſus* S. Sergio *ſeculo ſexto delatæ venerationis argumenta ſuppeditet, plurimúmque ad ejuſdem Sancti noſtri* E *gloriam conducat, non poſſum, quin id integrum huc tranſcribam. Atque ad hoc quidem potiſſimùm etiam moveor, quòd inſtrumenta, quibus ipſemet Choſroës modò aſſertis fidem facit, nec pauca, ad Sancti honorem facientia, profert, complectatur. Hiſce itaque è verſione Valeſii Latinis verbis concipitur:* Ceterùm Choſdroës cùm regnum ſuum recuperâſſet, crucem auro multo & pretioſis lapidibus exornatam, in honorem invictiſſimi martyris Sergii ad Gregorium miſit: quam Theodora quidem uxor Juſtiniani eidem Martyri dedicaverat: Choſdroës verò unà cum aliis theſauris diripuerat, ſicut à me ſuperiùs commemoratum eſt.

Sergio, cùm hunc in ſe benevolum fuiſſet expertus, varia donaria.

79 Aliam præterea crucem auream idem Choſdroës miſit, cui litteris Græcis hæc inſcripſit. "Ego Choſdroës rex regum, filius Hormiſ- ,,dæ, quo tempore per diabolicam operationem ,,& malitiam infeliciſſimi Varami & equitum, ,,qui unà cum illo erant, ad Romanorum ditio- ,,nem me contuli: & quoniam infeliciſſimus ,,Zadeſpram cùm exercitu Niſibim advenerat, ,,ſollicitaturus equites Niſibenos, ut à nobis de- ,,fecerent noſque oppugnarent; nos quoque equi- F ,,tes miſimus ad oppidum Charchas unà cum ,,duce. Et quoniam audieramus, venerabilem ac ,,celeberrimum S. Sergium cuncta largiri, quæ ,,ab ipſo poſtularentur; anno primo regni no- ,,ſtri, die ſeptimo menſis Januarii, per gê- ,,nium ejuſdem Sancti poſtulavimus, polli- ,,centes, ſi equites noſtri Zadeſpram occidiſ- ,,ſent aut certè vivum cepiſſent, nos crucem ,,auream lapillis diſtinctam ad ejus ædem miſ- ,,furos eſſe, ob venerandum ejus nomen. Nono ,,autem die menſis Februarii equites noſtri ca- ,,put ejuſdem Zadeſpram ad nos attulerunt. Vo- ,,ti igitur noſtri compotes facti, quò res manife- ,,ſta omnibus fiat, nec ullus dubitandi locus ,,relinquatur, in venerandiſſimo ejus nomine ,,crucem hanc à nobis factam, unà cum ea, quæ ,,olim ab Imperatore Romanorum Juſtiniano ,,ad ejuſdem Sergii ædem miſſa eſt, poſtea verò ,,bello inter duas reſpublicas exorto, à Choſdroë ,,Cabadis filio, patre noſtro huc allata, & in the- ,,ſauris noſtris reperta eſt, miſimus in ædem ve- ,,nerandiſſimi ſancti Sergii." Has cruces Grego- rius (*patriarcha nempe Antiochenus, qui, quem-*

ti inſcriptione, quæ hiſce abs illomet addita

AUCTORE C. B.

admodùm in chronologica patriarcharum Antiochenorum Hiſtoria, Operis noſtri tom. IV *Julii præfixa, pag.* 98 *eſt videre, ab anno* 570 *ad annum* 593 *ſedit*) non ſine conſenſu imperatoris Mauricii cùm accepiſſet, cum ingenti pompâ in Eccleſia ſancti Martyris dedicavit. Nec multò pòſt idem Choſdroës alia quoque dona ad eamdem eccleſiam miſit; & in aureo diſco hæc Græco ſermone juſſit inſcribi.

fuerunt, hîcque recitantur;

80 "Ego Choſdroës rex regum, filius Hor-
„miſdæ, iſta in hoc diſco inſcribenda curavi, non
„ut ab hominibus conſpicerentur, nec ut ampli-
„tudo venerandi nominis tui ſermonibus meis in-
„notеſceret, ſed tum ob rerum, quæ inſcriptæ
„ſunt, veritatem, tum ob multa & maxima be-
„neficia, quibus me affeciſti. Felicitatis enim lo-
„co mihi eſt, quòd nomen meum in ſacris vaſis
„tuis inciſum reperiatur. Cùm eſſem in loco, qui
„dicitur Beramais, poſtulavi à te, Vir ſancte, ut
„mihi opem ferres, utque Sira in utero concipe-
„ret. Et quoniam Sira quidem Chriſtiana erat,
„egò verò gentilis, lex quidem noſtra nobis mi-
„nimè permittebat, ut Chriſtianam uxorem habe-
„remus. Ego tamen ob meam erga te benevo-
„lentiam, hujus mulieris causâ legem neglexi,
B „eamque præ cæteris uxoribus meis præcipuo a-
„more dilexi, atque in dies magis magiſque di-
„ligo. Itaque decrevi benignitatem tuam nunc
„implorare Vir ſancte, ut illa gravida fieret. Po-
„ſtulavi igitur & votum nuncupavi, ſi Sira gra-
„vida facta eſſet, me crucem, quam illa geſtat,
„ad venerandam ædem tuam dono miſſurum
„eſſe. Hanc ob cauſam ego & Sira conſtitui-
„mus, in memoriam nominis tui, Vir ſancte,
„hanc crucem retinere. Et pro illa æſtimationem
„ejus, quæ quater mille & quadringentos ſtateres
„milliarenſes minimè excedit, quinque ſtaterum
„millia tranſmittere decrevimus. Ex quo autem
„hoc apud me votum concepi & hæc mecum i-
„pſe cogitavi, quoaduſque Roſumchoſdrum per-
„veni, non plures, quàm decem dies effluxerunt,
„cùm tu, vir ſancte, non quòd ego id meritus
„eſſem, ſed pro tua benignitate, noctu mihi
„in ſomnis apparuiſti, terque mihi affirmâſti, gra-
„vidam fore Siram.

fidem facit.

81 „Atque ego in eadem viſione tertiò tibi
„reſpondi, Rectè. Et quoniam ea, quæ à te po-
„ſtulantur, tribuis, ex eo die Sira non ſenſit mu-
„liebria. Ego verò de hac re fortaſſe dubitâſſem,
C „niſi verbis tuis credidiſſem, quoniam vir ſanctus
„es, & donas, quæ petuntur, Siram deinceps
„non eſſe ſenſuram muliebria. Ex eo igitur vir-
„tutem viſionis, & veritatem eorúm, quæ abs
„te prædicta ſunt, deprehendi. Quamobrem il-
„licò crucem ipſam & ejus pretium ad veneran-
„dam ædem tuam tranſmiſi, jubens ut ex ejus
„pretio diſcus unus & poculum unum fiat ad
„uſum ſacrorum myſteriorum: crux item, quæ in
„ſacro altari defigatur & turibulum: cuncta ex
„auro. Velum præterea hunnicum auro exorna-
„tum. Qui verò ex ſupradicto pretio reliqui fu-
„erint milliarenſes, eos ad ſacram ædem tuam
„volumus pertinere, ut per genium tuum, Vir
„ſancte, cunctis in rebus, ſed præcipuè in hac
„petitione mihi & Siræ auxilium feras & quod
„interceſſione tua nobis contigit, id miſericor-
„diâ benignitatis tuæ, ex utriuſque noſtrûm ſen-
„tentia ad perfectionem perveniat. Quò ſcilicet
„ego & Sira, cunctique mortales in potentia
„tuâ ſpem ac fiduciam collocemus atque in te
„credamus."

82 *De donariis, iſthoc jam dato Hiſtoriæ Euagrianæ capite recenſitis, quæ an Choſroes, Hormiſdæ filius, Perſarum rex,* S. Sergio *verè obtulerit, dubitare ſanè, quæ eodem illo capite ſuppeditantur, non ſinunt, lib.* 5 *Hiſtoriarum cap.* 13 *&* 14 *etiam tractat, qui ſeculi* VII *initio ac proin haud diu admodùm poſt Euagrium floruit, Theophylactus Simocatta, binas etiam, quas idem pariter, quod modò recitavi, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euagrianæ caput complectitur, inſcriptiones recitans; licèt autem has, quæ Græcè ſcriptæ, miſſiſque à Choſroë ad Reſaphenſem* S. Sergii *eccleſiam donariis inciſæ fuiſſe ab Euagrio traduntur, epiſtolarum dumtaxat, quæ additæ hiſce fuerint; nomine perperam diſtinguat, earúmdem tamen poſteriorem emendatiorem, ut apparet, exhibet quantùm ad verba, quibus Choſroës de oblata ſibi* S. Sergii *apparitione, conjugiſque Siræ prægnatione loquitur. Hæc enim, at non item illa, quibus id apud Euagrium Choſroës facit, ſenſum dilucidum miniméque implexum generant, utpote ex interpretatione, quam ipſemet adornavi, ſequentibus hiſce reſpondentia verbis Latinis:* Sancte, non quòd ego id eſſem meritus, ſed ex benignitate mihi te in viſione nocturna ſpectandum dediſti, tertiúmque dixiſti, Siram eſſe gravidam; ac ego in eadem viſione tertiùm tibi reſpondi dicens: Bene eſt, bene eſt, bene eſt. Atque ex virtute tua ac miſericordia propterque ſummè venerandum nomen tuum, & quia eorum, quæ à te petuntur, dator es, Sira ab illa die, quod feminis evenire ſolet, non vidit. Ego autem hac de re (*de Siræ ſcilicet prægnatione*) non dubitavi, ſed verbis tuis fidem adhibui; & cùm illa poſtea, quòd bonus ſis veruſque eorum, quæ à te poſtulantur, dator, menſes ſuos paſſa non eſſet, hinc viſionis vim, eorumque, quæ à te dicta fuerant, veritatem perſpexi. E

his fuiſſe oblata. Atque id primò quidem, uti è Simocattâ

colligitur, anno 591, *ſecundò autem anno* 593 *evenit,*

83 *Nec tantùm, quod jam dictum, Simocatta quantùm ad poſteriorem è duabus, quæ donariis, à Choſroë ad Reſaphenſem* S. Sergii *eccleſiam miſſis, fuêre inciſæ, inſcriptionibus præſtat; verùm etiam crucem auream, quam unà cum ſublatâ olim per Choſroëm, Cabadæ filium, cruce durea Choſroës* S. Sergio *primùm obtulit, poſterioris hujus crucis vertici fuiſſe affixam, diſertis verbis docet, eaque præterea, ut alia, minùs notatu digna, quibus ab Euagrio differt, præteream; ſuppeditat; è quibus* F *fas ſit eruere ſimul & annum, quo donaria hæc, & annum item, quo donaria alia, in poſteriori è duabus dictis inſcriptionibus expreſſa; ad Reſaphenſem* S. Sergii *eccleſiam à Choſroë miſſa fuerint. E duabus enim inſcriptionibus illis priori, in qua, ſeſe poſt acceptum anno regni ſui primo, nono Februarii die, Zedeſprami occiſi caput Reſaphenſi* S. Sergii *eccleſiæ crucem auream donâſſe, Choſroës prodit, in medium adducta, mox ſubjungit, eumdem Choſroëm anno proximo, Siram, quam ſibi connubio copulârat, reginam publicè appellâſſe, annoque deinde tertio pro prole ex hac ſuſcipienda* S. Sergio *martyri ſupplicâſſe, nec ita dudum pòſt, cùm hunc iterum ea in re benevolum erga ſe fuiſſet expertus, ad Reſaphenſem ejus eccleſiam donaria ſecundò miſiſſe: quæ cùm ita habeant, primuſque Choſroïs regni annus ab exeunte anno* 590 *ad exeuntem item annum, ut ſuprà docui,* 591 *excurrerit, conſectarium è Simocatta eſt, ut à Choſroë ad Reſaphenſem* S. Sergii *eccleſiam dò-*

A *donaria mitti contigerit, anno quidem* 591, *quæ in priori, anno autem* 593 *aut certè non multò pòst, quæ in posteriori è duabus præfatis inscriptionibus recensentur.*

nec, quin Chosroës, qui tamen Christianam fidem amplexus non est,

84 *Porrò quæcúmque proximè recitatum Historiæ Ecclesiasticæ Euagrianæ caput suppeditat, ea pariter in Historiæ Ecclesiasticæ à se concinnatæ lib.* 18 *cap.* 21 *& seq. Nicephorus Callistus intulit, uti etiam in Ecclesiasticos, quos concinnavit, Annales ad annum proximè dictum* 593 *Baronius; posterior autem hic scriptor è Christophorsoni versione transcriptis, quibus Euagrius postremò transcriptum, quo ea complectitur, caput claudit, sequentibus hisce verbis,* Hæc donaria à Chosroë oblata ea loqui videntur, quæ cum prophetia Balaam consentiunt: Quod planè Dei Providentiâ factum est, ut gentilium linguæ verba salutaria proferrent, *mox subjungit:* Digna quidem, quæ cubitalibus, ut aiunt, litteris formarentur, quo novatores magis rubore suffusi taceant, cùm etiam ab infidelibus & idololatris redarguantur in veneratione sanctissimæ Crucis & cultu sanctorum Martyrum, dum talia loquitur ethnicus, suâ tamen conscientiâ Chri-
B stianus, veritus publicè profiteri, quid sentiret, ne rebellem experiretur populum, quem omnibus demulcere officiis hoc sui regni exordio satagebat. *Hæc Baronius, & rectè sanè. Utinam modò, quàm noscebat, fidei veritatem tandem Chosroës fuisset professus, nec miser in infidelitate infelicem in modum occubuisset! Sunt quidem, qui Chosroëm Christiana sacra fuisse amplexum, litteris mandârint; verùm hosce à vero procul aberrâsse, luculenter evincunt, quæ Chosroës postmodùm, suscepto contra Orientale imperium, quò Mauritii imperatoris, cujus auxilio regnum suum recuperârat, necem ulciscereturr, crudelissimo bello, in Christianos gessisse noscitur.*

Sancto etiam templum exstruxerit, dubium apparet,

85 *Princeps hic interim non tantùm suprà recensitis donariis gratum sese ob accepta beneficia erga* S. Sergium *exhibuit, verùm etiam exstructo in ejus honorem templo. Ita apud Assemanum in Bibliotheca Orientali tom.* 3, *part.* 1, *pag.* 412 *docet Barhebræus. En ejus verba.* Ædificavit autem, *inquit,* Chosroës tria amplissima templa, alterum Deiparæ, Apostolorum alterum, tertium S. Sergii martyris, quæ & patriarcha Antiochenus consecravit. *Non rarò quidem, ut in præfato Opere Assemanus ostendit, à veritate Barhebræus aberrat, ast, vera illum hîc prædicare, reor, quòd ei etiam suffragetur Abul-pharajius,*
C *in Dynastiarum Historia, anno* 1663 *Oxoniæ typis vulgata, pag.* 98 *disertè trädens, Miyapharekini templum* S. Sergio *martyri à Chosroë fuisse exstructum.* Romanis, *inquit de Chosroë loquens,* etiam Daram & Miyapharekinum restituit, duoque Christianis templa Miyapharekini extruxit, alterum nomini beatæ Virginis, alterum nomini Mar Sergii martyris dicatum. *Chosroëm Romanis duas civitates dedisse, Euagrius Hist. Eccl. lib.* 6, *cap.* 19 *memoriæ etiam prodit; cùm autem alteram ex his etiam* Daram, *alteram* Martyropolim *vocet, dubitandum non est, quin hanc ipsâm civitatem, quæ, ut Procopius lib.* 3 *de Ædificiis cap.* 2 *docet, in Armenia ad flumen Nymphium sita est, per* Miyapharekinum *Abulpharajius designet, dictam scilicet civitatem, quam à Saracenis* Miepherkin *nominari Baudrandus in Lexico Geographico affirmat, deducto à lingua Saracenica seu Arabica nomine sic appellans. Atque ita ex Abulpharajio modò ha-*
bemus, non tantùm S. Sergio *templum Chosroëm exstruxisse, verùm etiam quo loco id fecerit.*

AUCTORE C. B.

isque seculo VI *duo adhuc alia loca sibi in Oriente sacra habuit.*

86 *Porrò in Actis S. Anastasii Persæ, anno* 628 *martyrio in Assyria coronati, ad diem* XXII *Januarii apud nos datis, num.* 35 *monasterii* S. Sergii, *quod à Bethsaloë, Assyriæ oppido, sex milliariis à Discartas seu Dastager Chosroïs palatio, dissito, unico dumtaxat, uti in Commentario Actis illis prævio num.* 12 *docuimus, milliario abfuerit, mentio instituitur, & in Elogio sanctæ Cholinduch, ad* XIII *Julii diem apud nos etiam dato, oratorium* S. Sergii, *quod, cùm Sancta illa seculi* VII *initio ad Dominum migravit, Daram inter & Nisibim, Mesopotamiæ civitates, exstiterit, commemoratur. Quare, cùm & hoc oratorium à monasterio* S. Sergii, *in Actis S. Anastasii commemorato, & à binis hisce locis sacris templum, quod* S. Sergio *à Chosroë fuisse exstructum, Barhebræus & Abul-pharajius scribunt, ex jam assignato, quem habent, situ diverso palàm sit distingui, præter Resaphensem ecclesiam tria adhuc alia innotescunt loca sacra, quæ* S. Sergius *jam inde à seculo septimo, verosimiliterque etiam jam inde à sexto nomini suo in Oriente consecrata habuerit. Sed hæc de insigni veneratione, quam* S. Sergio *nominatim ibidem tunc fuisse delatam, Gregorii Turonensis textus, § seq. proximè recitandus, etiam evincit, jam dicta sufficiant; ad Occidentem modò gradum faciamus.*

E

§ VI. Veneratio Sanctis, ac nominatim S. Sergio, seculo sexto ac paulò seriùs, etiam in Occidente, delata.

E Gregorio Turonensi, cujus hic verba dantur,

QUæ S. Sergio *insignis planè, uti hactenus adducta ostendunt, in Oriente seculo sexto fuit nominis celebritas, ea quoque ad Occidentem eodem seculo sese extendit. Res ex § præsenti dicendis patescet. Gregorius Turonensis, qui seculo* VI *floruit, in Opere, quod de Gloria Martyrum inscribitur, lib.* 1, *cap.* 97 *de nostro* S. Sergio (*neque enim de alio Sancto homonyme eum vel hîc, vel locis infrà citandis tractare, cuiquam hactenus visum est*) *ita scribit:* Sergius quoque martyr multa signa in populis facit, curans infirmitates, sananſque languores fideliter deprecantium. Unde agitur, ut ex hoc ingenti basilicæ (*Resaphensem* S. Sergii *ecclesiam à Gregorie hîc commemorari, dubitandum non apparet*) vel promittantur vota, vel munera deferantur, ex quibus nihil omninò licet subtrahere aut auferre. Quod si quis fecerit, mox judicium aut noxæ aut mortis incurrit. Ob hanc verò devotionem multi res suas Sancto devovent, scilicet ut ejus virtute munitæ non diripiantur à malis. Denique anus erat exigua, & credo Euangelicæ illius pauperculæ similis, quæ quondam duo minuta, cùm nihil aliud haberet, in gazophylacium devotè jactavit. Ergò hæc pauculos gallinarum pullos habebat, quos ex voto basilicari ditioni subdiderat, daturæ domo ipsius, cùm necessitas flagitâsset. Igitur cùm ad festivitatem Sancti multi populi advenissent, duo conventione facta, qui hos pullos olim viderant, unum furto subtrahunt, inciſoque capite, detra-

F

ctis

AUCTORE C. B.

ctis plumis, truncatisque pedibus, positum in vase cum aqua super ignem levant, instanterque succendunt. Fervet autem latex validissimè, sed caro furtiva non coquitur. Etiam fervendo aqua consumitur, nec prorsus pullus ille mollitur. Tentant crebrò manibus, & unguem conantur infligere, sed duriorem sentiunt, quàm misissent. Interim adsunt convivæ evocati ad epulum, nullatenus sumpturi de apparatu. Exstat mensa niveis velata mantilibus, opere plumario exornata. Conversis cibis in novam duritiem, catinus lymphis sæpe diluitur, sed nihil coctum, quod in eo exhibeant, invenitur; sicque novo miraculo epulis redactis in saxum, confusis invitatoribus, verecundantibus invitatis, à cœna cum pudore discessum est.

Illustre admodùm S. Sergii nomen sæculo sexto in Galliis fuisse, intelligitur;

88 *Hactenus Gregorius; ait autem tom. 5 Monumentorum Ecclesiasticorum pag. 496 Tillemontius, miraculum, quod sanctus ille Turonensis antistes verbis recitatis refert, simplicitati sæculi, quo Gregorius vivebat, magis congruere, quàm sæculi septimi decimi, quo ipsemet laudata Monumenta Ecclesiastica contexuit; subtilitati. Et verò cùm Gregorius incertis narrationibus fidem subinde adhibuisse noscatur,* B *dubitari non immeritò potest, an ex ambiguæ dumtaxat fidei rumore præfatum miraculum non intellexerit, maximè cùm id, si verè evenerit, non in Gallia, sed in Syria longissimè à loco, quo Gregorius commorabatur, dissita acciderit, uti ex ipso verborum, quibus à Gregorio narratur, contextu apparet. Verùm etsi res ita habeat, nec, quæ hîc Gregorius memoriæ prodit, ad Galliam spectent, ex eo tamen, quòd à Gregorio, sæculi* VI *scriptore, memorentur, notaque proinde ac credita in Gallia tum fuerint, illustre admodùm hoc ipso sæculo* S. Sergii *nomen in regno illo fuisse, colligendum apparet. Adhæc, unde id ipsum etiam pari de causa colligas, idem Gregorius lib. 7 Historiæ Francorum cap.* 31 *etiam refert, in Oriente exstitisse regem, qui, majori* S. Sergii *digito munitus, illustrem de inimicis suis victoriam reportârit. Non quidem quis rex is fuerit, edicit, certéque, quò minùs is Chosroës, Persarum rex proximè memoratus, esse potuerit, ratio temporis, uti partim ex jam dictis, partim ex dicendis pronum erit eruere, omninò impedit. Verùm etsi id ita sit, rei tamen hujus, quemadmodum addit, relatione factum est, ut Gundobaudus, qui pro Clotharii primi, Francorum regis, anno* 561 *vitâ functi, filio sese gerebat, partemque proinde in hujus hæreditate sibi deberi contendebat, reliquiarum* S. Sergii *partem sibi desiderârit. Cùm verò Burdegalæ, ubi Gundebaudus tunc versabatur, in mercatoris Syriaci domo notabilis reliquiarum* S. Sergii *portio magna veneratione asservaretur, partem ex ea sibi Gundobaudus obtinuit; quod quî factum sit, Gregorius loco cit. exponit, cujus verba, quòd ad* S. Sergii *gloriam ex dicendis multùm faciant, aliaque, quæ jam proximè dixi, memoriæ prodant, huc transcribo.*

à Mummoli autem, quod ab eodem etiam Gregorio

89 *Sic itaque ibidem Gregorius habet:* Erat tunc temporis Gundovaldus in urbe Burdegalensi à Bertchramno episcopo valde dilectus. Inquirens autem quæ ei causæ solatium præbere possent, narravit quidam, quòd aliquis in partibus Orientis rex, ablato sancti Sergii martyris pollice, in dextro brachio corporis sui ferulsset. Cúmque ei necessitas ad depellendum inimicos obvenisset, in hoc confisus auxilio, ubi dextri lacerti erexisset ulnam, protinus multitudo hostium, quasi Martyris oppressa virtute, labebatur in fugam. Hæc audiens Gundovaldus inquirere diligentiùs cœpit, quisnam esset in eo loco, qui reliquias sancti Sergii martyris meruisset accipere. Interea proditus ab episcopo Bertchramno Eufronius negotiator per inimicitiam, quia invitum aliquando eum totonderat, inhians facultati ejus. Quod ille dispiciens, ad aliam urbem transiens, cæsarie crescente, regreditur. Ait ergò episcopus: Est hîc quidam Syrus, Eufronius nomine, qui, de domo sua ecclesiam faciens, hujus Sancti reliquias collocavit, & plurima ex his signa, virtute Martyris opitulante, conspexit. Nam cùm tempore quodam Burdegalensis civitas maximo flagraret incendio, hæc domus, circumdata flammis, nullatenus est adusta. Ista eo dicente, statim Mummolus cursu rapido cum episcopo Bertchramno ad domum Syri accedit, vallatoque homine, pignera sibi sancta præcepit ostendi. Negat ille. Tamen cogitans, quòd pro malitia aliqua ei hæ pararentur insidiæ, ait: Noli fatigare senem, nec Sancto inferre injuriam: sed, acceptis à me centum aureis, abscede. Illo quoque insistente, ut sanctas videret reliquias, ducentos aureos obtulit, & nec sic obtinuit, eum recedere, nisi ipsa pignera viderentur. D E

hîc narratur, facinore ibidem etiam tunc

90 Tunc Mummolus elevari ad parietem scalam jubet. (Erant enim in sublimi parietis contra altarium in capsula reconditæ) diaconum suum scandere præcepit. Qui per gradus scandens scalæ, adprehendens capsam, ita tremore concussus est, ut nec vivens putaretur ad terram reverti. Attamen acceptâ, ut diximus, capsulâ, quæ de pariete pendebat, detulit. Quâ perscrutatâ, Mummolus os de Sancti digito reperit, quod cultro ferire non metuit. Posito enim desuper cultro, & sic de alio percutiebat. Cúmque post multos ictus vix frangi potuisset, divisum in tres partes osticulum diversas in partes dilabitur. Credo, non erat acceptum Martyri, ut hæc ille contingeret. Tunc, flente vehementiùs Euphronio, posternuntur omnes in orationem deprecantes, ut Deus dignaretur ostendere, quæ ab oculis fuerant humanis ablata. Post orationem autem repertæ sunt particulæ, ex quibus unâ Mummolus adsumtâ abscessit: sed non, ut credo, cum gratia Martyris, sicut in sequenti declaratum est. *Eventus enimverò,* F *uti hîc in fine Gregorius innuit, luculentissimè probavit, audax temerariumque, quod verbis recitatis refertur, Mummoli ducis facinus* S. Sergio *neutiquam placuisse. Neque enim vel Mummolus vel Gundobaldus, in cujus potissimùm gratiam hic illud commiserat, ex ablatis sancti Martyris reliquiis ullum commodum retulit, earumve, quod exspectârant, virtute de hostibus triumphavit, sed ambo Convenis, exercitu civitati huic à Guntchramno Francorum rege admoto, anno* 585 *interierunt, uti ex laudato Gregorio in Annalibus Ecclesiasticis Francorum ad dictum annum num. 7 docet Cointius.*

C

magni factum fuisse ejus patrocinium, palàm est.

91 *Verùm etsi ita infeliciter tam Gundobaldo, quàm Mummolo res cesserit, liquet tamen vel ex ipso, utut minimè probando, posterioris hujus, quod ex Gregorio retuli, facinore, quàm potens apud Deum* S. Sergii *patrocinium in Gallia existimatum tunc fuerit, ut sanè, quin & tunc etiam magna in veneratione ibidem sanctus Martyr exstiterit, dubitandum non sit. Verùm quo circiter anno temerarium, quod retuli, Mummoli facinus fuit patratum. Gregorius Turonen-*

sis

A *sis lib. 6 Historiæ Francorum cap. 24 de Gundobado sic scribit:* Hic cùm natus esset in Galliis, & diligenti cura nutritus, ut regum istorum mos est, crinium flagellis per terga dimissis, literis eruditus, Childeberto regi à matre repræsentatur, dicente ea: Ecce, inquit, nepotem tuum, Clothacarii regis filium, & quia invisus habetur patri, suscipe eum, quia caro tua est. Quem ille, eò quòd illi filii non essent, accipiens retinebat secum. Nunciantur hæc regi Clotachario, misitque fratri nuncios dicens: Dimitte puerum, ut veniat ad me. Nec moratus est, juvenem fratri direxit. Quo viso, Chlothacharius jussit tonderi comam capitis ejus, dicens: Hunc ego non generavi. Igitur post Chlothacharii regis obitum à Chariberto rege susceptus est. Quem Sigebertus arcessitum iterum amputavit comam capitis ejus, & misit eum in Agrippinensem civitatem, quæ nunc Colonia dicitur. Ille quoque, ab eo loco dilapsus, demissis iterum capillis, ad Narsetem abiit, qui Italiæ tunc præerat, ibique, uxore accepta, filios procreavit, & ad Constantinopolim accessit.

B *facilius illud vel anno 582 vel aliquo è tribus seqq. evenit,*

92 *Hæc ad annum 562 Cointius suprà laudatus in præfatis Francorum Annalibus refert, ac deinde, narrato ad annum 582, num. 10 Gundobaudi seu Gundobaldi aut etiam (variè enim à variis hoc nomen exaratur) Gundobadi è civitate Constantinopolitana in Galliam reditu, ad annum 585 num. 2 & seqq. è Gregorio Turonensi exponit, quî idem Gundobadus hoc anno pro regni, quam sibi è patris sui, uti obtendebat, Clotharii hæreditate deberi contendebat, parte adipiscenda bellum civile, Mummolo suprà memorato, qui anteà contra Saxones Longobardosque virtute bellica, hisce devictis, inclaruerat, aliisque nonnullis ducibus sibi adjunctis, in Gallia concitârit, miseréque in hoc unà cum Mummolo aliisque, qui partes ejus fuerant amplexi; ipso anno 585 perierit. Jam verò cùm hæc ita, & quidem ad annos, à Cointio (neque enim quidquam scriptoris hujus calculum suspectum hîc reddit) annotatos, habuerint, nec, quemadmodùm è suprà recitatis Gregorii Turonensis verbis liquet, Mummolus prius, quàm sese Gundobado, quod certè ante annum 582 non evenit, adjunxisset, asservatas Burdigalæ apud Euphronium mercatorem Syriacum sacras* S. Sergii *exuvias invaserit, partimque abstulerit, consectarium est, ut id vel anno 582, quo Gundobadus Constantinopoli in Galliam rediit, vel aliquo è tribus sequentibus acciderit. Atque hinc modò habemus,* S. Sergium *in Galliis, si non citiùs, jam inde saltem ab anno circiter 582 miraculorum sanctitatisque famâ inclaruisse, magnaque in veneratione ac æstimatione habitum fuisse.*

reliquiarumque S. Sergii, quam se fecisse, Gregorius scribit,

93 *Gregorius Turonensis, qui, quod jam memoravimus, temerarium Mummoli facinus nos docet, sacras etiam* S. Sergii *reliquias in ecclesiæ S. Perpetuo, decessorum suorum uni, Turonis dedicatæ, baptisterio deposuit, uti ipsemet Historiæ Francorum lib. 10 affirmat. En, quibus id ibidem facit, verba.* Basilicas, *inquit*, sancti Perpetui adustas incendio reperi, quas in illo nitore vel pingi vel exornari, ut priùs fuerant, artificum nostrorum opere imperavi. Baptisterium ad ipsam basilicam ædificari præcepi, in quo sancti Joannis cum Sergii martyris reliquias posui. *Ita Gregorius; verùm unde, quas sese in ecclesiæ S. Perpetui baptisterio deposuisse ait,*

reliquias acceperit, non edicit. Portiône forsan hæ minutarum fuerint partium, in quas asservatum apud Euphronium, mercatorem Syriacum, sacrum digiti S. Sergii *ossiculum, cùm à Mummolo, partem sibi ex hoc desideranti, multis ictibus (adi, quæ num. 90 recitavi, Gregorii verba) percuteretur, fuit dilapsum? Id enimverò mihi sat verosimile apparet, sive interim illas Gregorius ab ipsomet Euphronio dono acceperit, sive aliunde acquisierit. Ita autem animo vel idcircò comparatus sum, quòd* S. Sergii *reliquias in dictæ ecclesiæ baptisterio deponi non antè contigerit, quàm cùm præfatum digiti* S. Sergii *ossiculum temerario Mummoli facinore variàs in partes fuisset divisum, uti ex jam nunc dicendis patescet. Gregorius, quemadmodùm mox iterum cit. Historiæ Francorum lib. 10 ipsemet docet, cathedralem Turonis S. Martini ecclesiam, alteramque ibidem S. Perpetuo sacram, quas ambas, cùm ad sedem Turonensem accessit, incendio exustas repererat, instauravit; verosimile autem apparet, Gregorio, ut citiùs cathedralis sua ecclesia, quàm altera, instauraretur, curæ fuisse, ac proin, cùm illius instaurationi anno demum episcopatûs Gregorii septimo decimo, qui cum anno Christi 590 convenit, manus ultima fuisse imposita ex iis, quæ ipsemet loc. cit. Gregorius scribit, videatur, ecclesiæ S. Perpetui instaurationem ante eumdem annum 590 consignandam non esse.*

AUCTORE C. B.

E

depositionem præcessit. Hæc interim facta est, labente adhuc sæculo sexto,

94 *Jam verò cùm id ita sit, nec Gregorius, uti ex ipsis ejus verbis proximè recitatis apparet,* S. Sergii *reliquias in ecclesiæ S. Perpetui, antequam hanc instaurâsset, baptisterio deposuerit, consectarium est, ut id ante temerarium, quo digiti* S. Sergii *ossiculum in varias partes fuit divisum, Mummoli facinus, utpote non seriùs, quàm anno, uti ex suprà dictis liquet, 585 factum, haud evenerit. Verùm etsi id ita sit, sacras equidem* S. Sergii *reliquias sæculo sexto adhuc labente à Gregorio Turonensi, utpote qui vitam ultra id non protraxerit, in ecclesiæ, S. Perpetuo Turonis sacræ, baptisterio fuisse depositas, indubitatum est; quod iterum, sanctum hunc Martyrem magna veneratione in Galliis jam inde à sæculo isto fuisse gavisum, utcúmque ostendit. Nec eam sæculo proximè sequenti in eodem regno desiisse, argumento esse potest vel solum monasterium, in suburbio Andegavensi, Clodoveo II, Francorum rege, qui anno 656 obiit, regnante, in sanctorum* Bacchi *simul &* Sergii *honorem exstructum, ut Galliæ Christianæ antiquæ Scriptores tom. 4 col. 820 docent. Sunt quidem, qui monasterium illud, quod, hodieque* S. Sergii *nomine decoratum, à monachis Benedictinis inhabitatur, à Nomenoio demum, Britanniæ principe, ducentis annis seriùs conditum fuisse, asseverent; verùm hi nullum prorsus pro se vadem antiquum allegant, falsique è Childeberti III, Francorum regis, anno 711 vitâ functi, diplomate, quod ibidem laudati Scriptores recitant, convincuntur. Cæterùm non tantùm in Galliis, verùm etiam in ipsa urbe Româ* SS. Sergius & Bacchus *summa veneratione jam inde à sæculo sexto, ac fortè etiam citiùs, fuisse videntur gavisi.*

F

quo etiam, ut apparet, Romæ jam exstitit SS. Sergii & Bacchi diaconia.

95 *Etenim Anastasius Bibliothecarius lib. de Romanorum Pontificum Vitis in Gregorio tertio sic scribit:* Item diaconiam sanctorum Sergii & Bacchi sitam ad beatum Petrum Apostolum, in qua pridem parvum oratorium erat, à fundamentis (*Gregorius tertius Papa nimirum*)

AUCTORE C. B.

ampliori fabrica dilatavit, & concedens omnia, quæ in usum diaconiæ exiſtunt, ſtatuit perpetuo tempore pro ſuſtentatione pauperum in diaconiæ miniſterio deſervire. *Cùm Gregorius tertius Papa anno* 741, *uti inter eruditos convenit, obierit, ſacramque Romæ* SS. Sergio & Baccho, *quam hîc Anaſtaſius memorat, ædem dumtaxat auxerit, ſeu loco antiquæ, quæ parva erat, ampliorem exſtruxerit, veroſimillimum apparet, eam jam inde à ſeculo ſexto aut fortè etiam citiùs exſtitiſſe, ac proin* SS. Sergium & Bacchum *jam tum etiam Romæ loco ſacro, in honorem ſuum exſtructo, fuiſſe decoratos. Sed hæc de veneratione, Sanctis in Occidente etiam jam inde à ſeculo ſexto delata, modò diſſeruiſſe ſufficiat; quanto honore iidem cultuque tum Romæ, tum alibi ſive in Oriente ſive in Occidente ſequioribus aut etiam ignotis temporibus fuerint affecti, nunc videamus.*

§ VII. Eccleſiæ locave tum Occidentis, tum Orientis ſacra, in quibus vel Sancti poſt ſeculum ſextum aut certè à tempore incognito cultu eccleſiaſtico fuere affecti, vel ſacra etiam eorum lipſana aut ſunt aut fuerunt aſſervata.

B

Sancti ſuſceptis ad ſuam Reſaphenſem eccleſiam peregrinationibus

UT *in hoc tractando argumento, ordinatiùs procedam, confuſionemque, quantùm fieri poterit, evitem, eccleſias, ædeſve ſacras, in quibus vel Sanctos noſtros ſpeciatim coli vel ſacras etiam eorum poſſideri exuvias, memoriæ proditum invenio, antiquitatis, quâ quæque in cultu illo poſſeſſioneve gaudent, ordine ſervato, recenſebo, idcircò etiam, cùm commodè fieri id potuerit, poſtremo dumtaxat, ne hunc perturbem, commemoraturus loco eas, quæ quo tempore primùm Sanctos colere ſacravе eorum lipſana poſſidere inceperint, determinare haud queo. Hiſce præmiſſis, rem ipſam aggredior. Frequentes fuiſſe ſeculo quinto aut ſexto ad Reſaphenſem* SS. Sergii & Bacchi *eccleſiam peregrinationes, ſuprà docuimus; haſce autem nec ſeculo ſeptimo & octavo deſiiſſe, jam nunc dicenda aperient. Apud Labbeum tom.* 7 *Conciliorum col.* 382 *Stephanus monachus & librorum cuſtos in concilio Nicæno ſecundo, actione quinta dixit, ſibi à Dionyſio, eccleſiæ Aſcalonis presbytero, narratum fuiſſe, abbatem Joannem anachoretam aliquando ad* S. Sergium *in Arapham (ita ſcilicet ibidem corruptè Reſapha vocatur) peregrinari ſoluiſſe.*

C

Seculo VII *& ſeriùs honorati adhuc fuerunt.*

97 *Jam verò, cùm dictum Nicænum concilium anno* 787 *celebratum fuerit, Dionyſiuſque presbyter, à quo ſibi id narratum fuiſſe, Stephanus monachus tum dixit, Joanni anachoretæ, ad* S. Sergium *in Reſapham peregrinari ſubinde ſolito, ſynchronus exſtitiſſe videatur, conſectarium eſt, ut, cùm anachoreta iſte, nomine* Joannes, *aut ſeculo octavo jam labente, aut ſeptimo ſeneſcente, in vivis, ut apparet, exſtiterit, veroſimiliter etiam utroque hoc ſeculo Reſaphenſis Sanctorum noſtrorum eccleſia, non ſecùs atque id duobus ſeculis proximè prægreſſis factum fuerat, à peregrinis, ad illorum opem confugientibus, frequentari adhuc ſoluerit; quod an, uti in Martyrologio Romano moderno indicari videtur, hodieque fiat, pro certo aſſeverare non auſim. Illam interim erga Sanctos venerationem nondum ſeculo ſeptimo, imò ne ſeculo nono quidem ac decimo, deſiiſſe, credibile etiam apparet vel ex eo, quòd tum inſignis planè adhuc eorum in Oriente cultus exſtiterit, prout argumento ſunt tria, quæ vel amborum Sanctorum vel unius ſaltem* Sergii *nomini tunc ibidem exſtitêre dicata, ſeu templa ſeu monaſteria diverſa, Tagritenſe nimirum in Meſopotamia, Tura-Saienſe, è regione poſitæ in Meſopotamia ad Tigrim urbis Balat ſitum, & Gubenſe ſeu quod in inferiori regionis Gubæ parte poſitum erat. Ac primum quidem ex his anno circiter* 675, *ſecundum autem ſeculo nono aut etiam citiùs, ac tertium denique ſeculo decimo fuit exſtructum, uti videre eſt apud Aſſemanum in Bibliotheca Orientali tom.* 2, *pag.* 422, 127 & 350; *quo etiam poſteriori loco invenies, in Gubenſi monaſterio* SS. Sergii & Bacchi *reliquias fuiſſe eodem, quo conditum id fuit, tempore depoſitas.*

D

E

Venetaque patriarchalis eccleſia ſacra eorum lipſana.

98 *Atque hæc ſunt, quæ de veneratione Sanctis in Reſaphenſi ſua eccleſia poſt ſeculum ſextum delata dicenda occurrunt; ad alias modò eccleſias, quæ vel eos poſt hoc tempus cultu eccleſiaſtico honoravêre, vel ſacras etiam eorumdem reliquias obtinuêre, ſermonem converto; atque ut, quem mihi præfixi, ordinem chronicum ſequar, à patriarchali Venetiarum eccleſia, ſita in ea, ut veroſimilior habet ſententia, urbis Venetæ parte, quæ Olivola olim dicebatur, quæque epiſcopatum ac Cathedralem baſilicam complectitur, duco initium. Ughellus tom.* 5 *Italiæ ſacræ edit. an.* 1653 *in Patriarchis Venetis col.* 1267 *ſic ſcribit:* Urſus de Rivoalto, cognomento Baduarius, filius angeli & Joannis Participatii, principis Venetiarum, frater, Venetum geſſit Pontificatum ann. DCCCXXI ſeditque annis XXXII. Hujus parentes viri devoti, inquit Dandulus, eccleſias S. Severi epiſcopi & S. Laurentii martyris ſibi contiguas in geminas conſtruxêre, in quibus hic epiſcopus ſuccedens S. Laurentii in virginum monaſterium ad ſuum obitum commutari diſpoſuit, eidémque ſororem, virginem lectiſſimam, abbatiſſam præfecit. Hic Olivolenſis Cathedralem eccleſiam ſub

F

S. Petri Apoſtoli nomine inchoavit, quam poſt quinque annos completam III Kal. Junii conſecravit, & reliquias ſanctorum Sergii & Bacchi in ea depoſuit. *Cùm quartus hic Venetiarum, aut, ſi antiquum, quo is olim à Venetiarum, in qua reſidebat, urbis parte vocabatur, nomen navis, Olivolenſis epiſcopus ſedem hanc, ut verbis recitatis docet Ughellus, anno* 821 *occupare inceperit, anniſque triginta duobus tenuerit, conſectarium eſt, ut quod feciſſe verbis recitatis idem epiſcopus traditur,* SS. Sergii & Bacchi *reliquias in cathedralem, quam Venetiis exſtruxerat, eccleſiam eo temporis ſpatio, quod inter annum* 820 & *annum* 854 *interceſſit medium, tranſtulerit, ut computanti patebit.*

Heraclîâ Venetias allata, à ſeculo nono.

99 *Verùm unde, & quo circiter tempore illæ Sanctorum noſtrorum reliquiæ Venetias fuerant advectæ? Flaminius Cornelius, ſenator Venetus, in Eccleſiis Venetis à ſe illuſtratis tom.* 13, *pag.* 10 *ſic ſcribit:* Eo (*Chriſtophoro II*) eccleſiam Olivolenſem adminiſtrante, Veneti, in concione publica congregati, ſanxerunt anno DCCCIX ducalem ſedem, de Mathemaucenſe urbe ſublatam,

A tam, in Rivoalto perſiſtere; quibus peractis, Angelum Porticiacum ducem conſtituerunt. Catholicus verò dux ab Heraclia, unde originem duxerat, corpora ſanctorum Sergii & Bacchi, ut tradunt nonnulli, ex Venetarum rerum chronologis, Venetias tranſtulit; & in cathedrali eccleſia, ipſis dicata, in marmoreo ſepulcro repoſuit in caſtro Olivolenſi; quæ deinde divorum Martyrum lipſana, ædificato ſeu potiùs reædificato, ut mox dicemus, divi Petri apoſtoli templo, in illud per Urſum Baduarium, IV Olivolenſem epiſcopum, tranſlata fuerunt. *Sacræ itaque Sanctorum noſtrorum reliquiæ, quas quartus Venetiarum epiſcopus in recèns à ſe Venetiis exſtructam cathedralem eccleſiam intulit, Venetias Heraclià, regionis Venetæ urbe, jam dudum exciſa, quæ unde illas accepiſſet, haud invenio, fuerant advectæ, idque ſeculi* IX *initio. Nec hæc tantùm è datis Flaminii Cornelii verbis habemus, verum etiam jam tum Venetiis exſtitiſſe eccleſiam,* SS. Sergio & Baccho *ſacram, hancque, cùm condita nondum eſſet cathedralis S. Petri eccleſia, pro cathedrali ibidem fuiſſe; quæ ego interim, uti & quod idem ſcriptor tom. cit. pag.* 3 *de dicta eccleſia, quæ jam inde à naſcentis urbis Venetæ initiis* SS. Sergio & Baccho *ibidem fuerit ædificata, affirmat, antiquo aliquo documento, fide undequàque digno, vellem confirmari. Verùm, etſi id factum nuſpiam inveniatur, quin equidem jam inde à ſeculo nono ſacras* SS. Sergii & Bacchi *reliquias cathedralis, aut, quemadmodùm modò vocatur, patriarchalis Venetiarum eccleſia poſſederit, nullo modo (neque enim eſſe videtur, cur Cornelius & Ughellus, verbis recitatis id adſtruentes, falſitatis hîc habeantur ſuſpecti) dubitandum apparet.*

B

100 *Nec ſolùm haſce jam tum poſſedit, honorificèque aſſervavit, verùm etiam ipſos Sanctos peculiari ritu venerata eſt, aut certè id ſeculo proximè elapſo fecit, atque hodie etiam facit. Ita quantùm ad venerationem, quam ipſis ſeculo proximè elapſo detulit, diſco è patriarchalis eccleſiæ Venetæ, quod penes nos exſtat, divini Officii recitandi Ordine, anno* 1683 *Venetiis excuſo, in quo licèt à ſeptimo Octobris die, ſacra S. Juſtinæ luce impedito, Sanctorum noſtrorum feſtum in diem alium differatur, in patriarchali tamen eccleſia ipſa illud ob ſacra eorum, quæ ibi aſſervantur, corpora ſeptima Octobris die celebrandum præſcribitur. Directorii laudati ſeu Ordinis divini Officii recitandi verba ſunt:* In E. Patr. feſt. SS. Sergii & Baechi ob eorum corp. *Quod modò ad venerationem, qua Sanctis hodieque Venetiis defertur, ſpectat, laudatus Cornelius tom. cit., anno* 1749 *typis vulgato, pag.* XI *ſic ſcribit:* Sanctorum Martyrum (*Sergii nempe & Bacchi*) natalitia à clero Venetæ urbis ſub ſemiduplici ritu coluntur, ſub duplici verò in ducali & patriarchali baſilicis, quarum hæc potiorem corporum partem ſub nomine corporis in marmoreo monumento aſſervat, illa verò inſignes reliquias, ex ipſis corporibus ablatas, obtinuit. *Ita ille, hiſce ſimul verbis, quibus præterea, in ducali Venetiis eccleſia & Sanctos noſtros ſingulariter colì & ſacras eorum aſſervari exuvias, docet, ea ſuppeditans, è quibus intelligas, præfatum Directorium, dum* SS. Sergii & Bacchi *corpora Venetiis in patriarchali eccleſia inveniri innuit, figuratè dumtaxat loqui corporumque* SS. Sergii & Bacchi *partem, quam patriarchalis Veneta poſſidet*

idcircò etiam feſto annuo Sanctos celebrans, poſſidet,

C

Octobris Tomus III.

ecclesia, pro integris eorumdem, uti frequentiſſimè, dum de aliorum etiam Sanctorum reliquiis ſermo eſt, fieri aſſolet, corporibus accipere; quod adeò & de ſcriptoribus monumentiſque omnibus dicendum eſt, ſi integra Sanctorum noſtrorum corpora uni ſoli loco attribuant. In eam autem opinionem idcircò præterea concedo, quòd alibi etiam ſacrorum illorum pignorum partes inveniantur, uti ex jam nunc eo, quem mihi præfixi, ordine dicendis pateſcet.

AUCTORE C. B.

101 *Jacobus Gualla, diverſorum ſacra Sanctorum lipſana, in monaſterio S. Felicis Papiæ aſſervata, in Sanctuario Papienſi lib.* 5, *cap.* XI *recenſens, hunc ſcribit in modum:* Otto Teutonicus imperator ſecundus Salvatori noſtro perpulchrum (*Papiæ nempe*) condidit oratorium, hac noſtra tempeſtate ſanctum Felicem vocatum; quam quidem ædem ſanctiſſimæ virgines divi Benedicti Ordinis mira religione colunt. In ea autem hæc veneranda Sanctorum corpora decumbunt, quorum nomina infrà deſcribuntur. Felix, Caſtulus, Georgius, Felicitas, Prothus, Hyacinthus, Sergius & Bacchus, Innocentes duo, Marina, Fælicula, caput S. Stephani prothomartyris, caput S. Valentini presbyteri, Crux una de ſanctiſſimo ligno Crucis inaurata, capſa una in medio altaris majoris plena reliquiis. Quæ quidem venerandæ omnes reliquiæ in ſubterraneo oratore* decenter arcis tribus tumulantur mirandæ pulchritudinis ex marmore eburneo ac egregio artificio inſignitis, quæ fideli religione conſervatæ ibidem adhuc exſtant atque venerantur. *Cùm laudatus Jacobus Gualla hîc, ſtatim ac* SS. Sergii & Bacchi *corpora Ticini decumbere, aſſeveravit, ſubjungat, ibidem etiam aſſervari SS. Stephani & Valentini capita, eſſe videtur, cur de Sanctorum noſtrorum aliorumque, quos memorat, integris corporibus, quæ Ticini decumbant, non autem de eorumdem dumtaxat partibus, intelligatur.*

eâdemque etiam prærogativâ Papienſis S. Felicis eccleſia,

**oratorio*

E

102 *Adhæc Romualdus à S. Maria in Ticino ſeu Papia ſacra parte* 2, *pag.* 151 *ſic ſcribit:* Sergius .... Nonis Octobris optatam ad martyrii palmam in cœlum & ipſe commilitoni Bacho ſociandus evolavit, atque ob ipſius Sergii memoriam locus, ubi primò corpus ejus conditum fuit tumulo, Sergiopolis ex ejus nomine appellatus eſt, & ob præclara inibi, quæ patrabat, miracula frequenti Chriſtianorum concurſu honoratus; cujus eædem exuviæ poſtea unà cum corpore S. Bacchi Ticinum aſportatæ in æde S. Felicis, monialium S. Benedicti, multa requieſcunt veneratione; *Hiſce autem verbis videtur & hic ſcriptor ſignificatum velle, integra* SS. Sergii & Bacchi *corpora, non autem eorum dumtaxat partes, Ticini ſeu Papiæ aſſervari. Aſt, ſi id bini illi ſcriptores, uti ex dictis contendere videntur, re etiam ipſa contendant, à veritate illos aberrare, ob rationem num.* 100 *adductam dubitandum non eſt. Nec eſt, cur mirum cuiquam accidat, ſcriptores illos erroris à nobis hîc accuſari. Quæ enim de Noſtrorum aliorumque Sanctorum corporibus Papiæ aſſervatis memoriæ prodit Jacobus Gualla, nec ex horum inſpectione, nec è probatæ fidei monumentis, ſed tantùm, uti ex Aloyſii de Tattis Novocomenſi ad* XI *Septembris diem Martyrologio colligo, è populi traditione, errori frequentiſſimè obnoxia, veroſimillimè didicit, nec ſuâ aliunde Romualdus à S. Maria hauſiſſe videtur.*

cui etiam integra eorumdem corpora videntur attribui,

F

103 *Quod cùm ita ſit, quis, quæſo, quò minùs* *à ſeculo* X, *ob rationem, quæ num.* 100, *ut jam dixi, data eſt,*

AUCTORE C.B.

quæque maximè ſolida apparet, à vero id alienum pronuntiemus, impedicndos nos velit? Proximum eſt, ut de tempore, quo Ticinenſium S. Felicis Monialium monaſterium SS. Sergii *ac* Bacchi *reliquias poſſidere inceperit, nunc pauca ediſſeram. Nihil planè, quo id certò determinem, occurrit; verùm etſi res ita habeat, illud tamen ſacrarum Deo virginum aſceterium jam inde ab eo tempore, quo ab Ottone II fuit exſtructum, ſeu jam inde, cùm ab anno 966 ad annum uſque 983 imperii habenas moderatus is ſit, à ſeculo decimo ſacro illo theſauro fuiſſe potitum, neutiquam vero apparet abſimile, de eoque hîc idcirco agendum duxi, maximè cùm locus, quo id facerem, opportunior haud occurreret. Ceterùm an & quis Sanctis noſtris in Ticinenſi S. Felicis monaſterio cultus eccleſiaſticus deferatur, haud comperio; in eccleſiaſtico tamen, quod ibidem ad* VII *Octobris diem recitari ſolet, Officio commemorationem de iis fieri, in Indice, qui Operi Romualdi à S. Maria ſuprà laudato adjectus eſt, indicari videtur. Ad aliam modò, quæ ſacrarum etiam Sanctorum noſtrorum exuviarum partem poſſidet, eadem ſacram progredior.*

B

104 *Joannes Maan in Sancta & Metropolitica Turonenſi Eccleſia, à ſe illuſtrata typiſque anno 1667 excuſa pag.* 118 *in Engebaldo, Turonenſi archiepiſcopo, iſthæc prodit memoriæ*: Profectus Andegavos anno MCLII Godofridi comitis rogatu ſacras beatorum Sergii & Bacchi reliquias, quas ille Hieroſolymis afferri juſſerat, excepit ſolemni ritu die XV Kal. Feb. & in templum, eorum nomini dicatum, intulit perenni cultu celebrandas; quod ne piorum memoriâ umquam excideret, exceptionis feſtum diem agi quotannis voluit cum indulgentiarum proventu. Aderant autem ad rem peragendam opportuni præſules Andium, Redonum & Namnetum. *Ita laudatus auctor, quidquid autem hîc tradit, id ex ipſis Engebaldi, Turonenſis archiepiſcopi, qui ſolemnitatem, verbis recitatis expoſitam, peregit, litteris didicit,* quas, *ut addit,* doctiſſimi Artaltii, canonici Andegavenſis & archidiaconi Tranſligerani, gratiâ obtinuimus ex archivo ſancti Sergii Andeg. *Fuerant ſcilicet hæ, ut dubitandum non apparet, Andegavenſi* SS. Sergii & Bacchi *monaſterio ab Engebaldo conceſſæ, tum ut, à ſeſe in hoc* SS. Sergii & Bacchi *reliquias, rogante, qui haſce Hieroſolymis afferri juſſerat, Andegavenſi comite Godofredo, ſolemni ritu fuiſſe delatas, teſtatum faceret, tum ut diem, quo id accidit,* XV Kal. Feb. *ſeu* XVIII *Januarii feſtum quotannis habendum, indulgentiis etiam ad pietatem excitandam impertitis, ſtatueret.*

C

105 *Verùm totine Andegavenſi civitati, an ſoli, quod prope hanc ſitum eſt, ſeculoque, ut ſuprà docui, ſeptimo fuit exſtructum, Sanctorum noſtrorum monaſterio diem illum feſtum quotannis haberi Engebaldus voluit? Id mihi, ſpectatis, quæ tranſcripſi, Joannis Maani verbis, dubium apparet, nec, quò dubitationem hanc animo eximam, aliunde quidquam ſuppetit, licèt interim feſtum illud, ſi olim fortè in tota Andegavenſi civitate celebratum fuit, hodie equidem ibidem non ampliùs celebrari, veroſimillimum, ne dicam indubitatum, efficiat Andegavenſe anno 1624 excuſum peneſque nos exſtans Breviarium, in quo, uti & in præfixo ei Kalendario, ad* XVIII *Januarii diem Officium, non de* SS. Sergio & Bacchо, *horumve, de qua hîc, tranſlatione, ſed de S. Petri, quæ Romæ primùm ſedit, Cathedra recitandum proponitur, additâ dumtaxat, quæ de S. Priſca virgine facienda eſt, commemoratione. Nec, an vel ipſum Andegavenſe Sanctorum noſtrorum monaſterium* XVIII *Januarii diem, quem quin olim feſtum ex Engebaldi epiſcopi ſuprà laudati ſtatuto habuerit, dubitandum non eſt, feſtum hodieque habere pergat, compertum habeo. Officio interim ritus ſemiduplicis* SS. Sergium & Bacchum, *addita dumtaxat de SS. Marcello & Apuleio martyribus commemoratione, in civitate Andegavenſi ejuſque diœceſi ad* VII *Octobris diem ſeu hodie coli, è ſuprà laudato Andegavenſi Breviario, uti & ex laudato pariter, quod ſibi id præfixum habet, Kalendario intelligo; hinc autem, quin iidem Sancti noſtri ad hunc diem etiam in Andegavenſi monaſterio, quod nomini eorum dicatum, ſacriſque præterea, nî fortè hæ temporum injuriâ modò perierint, reliquiis ditatum eſt, altioris adhuc ordinis Officio colantur, cultuve eccleſiaſtico afficiantur, vix, ac ne vix quidem, dubitandum, reor.*

D

106 *Verùm anne pariter, unde ſacra Sanctorum noſtrorum lipſana ab anno circiter* 1152 *in dicti Andegavenſis monaſterii poſſeſſionem veniſſe, appareat, ſolemnitatem, quâ ab Engebaldo, Turonenſi archiepiſcopo, tribus aliis epiſcopis, Andium nimirum, Redonum & Namnetum, aſſiſtentibus,* SS. Sergii & Bacchi *reliquiæ in ſacrum iis prope Andegavos monaſterium fuêre illatæ, jam dicto, quem Joannes Maan, eccleſiæ Turonenſis hiſtoriographus ſuprà laudatus, aſſignat, anno* 1152 *factam eſſe, pro æquè indubitato poteſt haberi? Engebaldus, Turonenſis archiepiſcopus, comite Godefrido rogante, & Andegavos adiit, & ſacra ibidem, quæ hujus juſſu Hieroſolymis erant allata, Sanctorum noſtrorum lipſana, ut ſcriptor ille memoriæ prodit, dicto anno* 1152 *tranſtulit; ut ſanè tunc, cui* Godofredi *nomen fuerit, Andegavenſis aliquis comes (neque enim de homonymo alterius cujuſpiam ditionis comite ſermonem eſſe Maano, veroſimile apparet) Andegavenſium tractui præfuerit; in ſuppeditato autem in Chronico Chronicorum à Joanne Gualterio comitum Andegavenſium catalogo comes nullus, nomine Godofredus, qui Andegavenſibus ad annum* 1152 *præfuerit, occurrit. Quod cùm ita ſit, fieri facilè poteſt, ut non nemo, an ſuprà memorata, quâ Sanctorum noſtrorum lipſana in ſacratum eis Andegavis templum ab Engebaldo fuêre illata, ſolemnitas anno* 1152 *fuerit peracta, in dubium revocet, quòd, illa ſtante epocha, dictam ſolemnitatem, comite Andegavenſi, cui* Godofredi *nomen eſſet, rogante, peractam fuiſſe, neceſſe ſit.*

F

107 *Quod ad me pertinet, cùm præfatus, quem Gualterius ſuppeditat, comitum Andegavenſium Catalogus contextus ſit è regum principumque Galliæ, uti ipſemet is ſcriptor in hujus Opuſculi capite indicat, Genealogia, à Guilielmo Paradino anno* 1561 *typis Lugdunenſibus vulgata, hicque auctor, quemadmodùm ex Nicerono tom.* 33 *Monumentorum pag.* 170 *intelligo, nullis planè, quæ in hoc Opere adſtruit, argumentis probationibuſque confirmet, Joanne Maano, qui, quæ verbis ſuprà recitatis ſcribit, è monumento maximè, uti apparet, authentico hauſit, etiam quantùm ad ipſum, cui ſolemnitatem, de qua hîc nobis ſermo, innectit, annum* 1152 *ſtandum puto, utut ita, comitem quempiam Andegavenſem, cui* Godefridi *nomen eſſet, in vivis etiam tunc*

Andegavenſis, ipſorummet Sanctorum nomini dicata,

ac ſingulari hos hodieque cultu celebrans,

ab ipſo ſolemnitati hîc memoratæ præſtituta

anno circitèr 1152,

A *tunc adhuc fuiſſe ſuperſtitem, ſit neceſſe. Atque ea vel idcircò maximè ſedet ſententia, quòd equidem in memorato, quem Gualterius ſuppeditat, comitum Andegavenſium catalogo Godefridus comes, nominis hujus quintus, qui anno* 1150 *obierit, recenſeatur, faciléque fieri poſſit, ut in anno comitis hujus emortuali aſſignando Gualterius, ſeu potiùs, è quo hìc ſua ex dictis hauſit, Paradinus errârit. Jam verò cùm id ita ſit, nec diu ante præfatam ſolemnitatem Sanctorum lipſana Andegavos videantur fuiſſe allata, conſectarium eſt, ut veroſimillimè ab anno circiter* 1152 *in dicti Andegavenſis monaſterii poſſeſſionem devenerint.*

collegiataque Heiligenſtadienſis, Sanctos pro patronis ferme præcipuis

108 *Sed de re hac jam ſatis; inſtitutum proſequamur. Pars quoque è ſacris* SS. Sergii & Bacchi *reliquiis in Heiligenſtadienſi, quæ S. Martino, Turonenſi archiepiſcopo, ſacra eſt, diœceſis Moguntinæ collegiata eccleſia hodieque aſſervatur, aut certè olim aſſervata fuit. Liquet id è Pontificia à Paulo II Papa anno* 1469 *conceſſa Bulla, in quâ,* SS. Sergii & Bacchi *corpora in dicta Heiligenſtadienſi eccleſia aſſervari,*

B *Pontifex is diſertè affirmat, uti quiſque comperiet, qui illam Operis noſtri tom.* III *Junii pag.* 86 *ex parte recitatam hîcque proinde non recitandam conſuluerit. Ac* Sergius & Bacchus, *ſtatim atque eorum ſacræ exuviæ, quod ſeculo* XIII *aut* XIV *ex dicendis factum, Heiligenſtadium fuêre delatæ, tam celebrem ibidem, ut Papebrochius Operis noſtri loco proximè cit. docet, cultum nacti ſunt, ut collegiatæ, quæ in ea urbe, ut jam dixi, S. Martino, Turonenſi archiepiſcopo, ſacra eſt, eccleſiæ patroni ferme principales æſtimarentur. Atque id quidem vero apprimè conſonum idcircò videtur, quòd in Pontificia, quam proximè laudavi, anni* 1469 *Bulla, nulla prorſus SS. Aurei & Juſtini, qui tamen pro patronis ab Heiligenſtadienſibus habentur, mentione facta, ſoli Sancti noſtri à Paulo II Papa commemorentur, uti quiſque, illâ loc. cit. conſultâ, deprehendet. Adhæc in litteris, eodem dicto Operis noſtri tertio Junii tomo pag.* 83 & *ſeqq. recitatis, quas anno* 1328 *Sulatanenſis, Tergeſtenſis, Sagonenſis, Serbienſis, Gallipolitanus, Amelienſis, Acernenſis, Syriquenſis, Demitenſis & Senangenſis epiſcopi Avenione dederunt,* Sergius & Bacchus *iis accenſentur Sanctis, quorum feſtis Heiligenſtadienſem S. Martini eccleſiam fideles ut frequentent, propoſitis, quas in præfatis Litteris exprimunt, indulgentiis excitant dicti epiſcopi.*

C

habens, à ſeculo XIII *aut* XIV *fuit gaviſa.*

109 *Accedunt præterea duorum archiepiſcoporum Moguntinorum bina diplomata, in quorum priori quidem, quod anno* 1461 *à Diethero fuit conceſſum,* Sergius & Bacchus *Sanctis Heiligenſtadienſis eccleſiæ patronis annumerantur, eorumdemque feſta iis, quæ publica, apertis valvis æreque campano ſigno dato, divinorum Officiorum recitatione, latique ab epiſcopo conciliove Moguntino provinciali interdicti ceſſatione celebrari poſſunt; in poſteriori verò, quod anno* 1499 *Bertholdus, Moguntinus itidem archiepiſcopus, impertiit,* Sergius & Bacchus *iterum comparent, eodemque modo, quo in diplomate proximè memorato, eorum aliorumque, quos nominat, Sanctorum feſta celebrari poſſe conceditur, privilegio dumtaxat ad plura feſta extenſo. Verùm unde & quando ſacra* SS. Sergii & Bacchi *lipſana ſibi acquiſivit Heiligenſtadienſis eccleſia. Fuiſſe illa belli ſacri, ſeu expeditionum, à Chriſtianis in Terram Sanctam ſuſceptarum, occaſione è Syria in Europam tranſlata, itáque tandem ad præfatam S. Martini Heiligſtadienſem eccleſiam ſeculo* XIII *aut* XIV *perveniſſe Papebrochio noſtro, uti Operis noſtri loco ſuprà cit. ipſemet manifeſtat, eſt viſum. Et ſanè, cùm plurimæ aliæ aliorum Sanctorum reliquiæ eadem occaſione in Europam fuerint delatæ, ita ei haud immeritò viſum eſſe, perſuaſum mihi habeo. Uno porrò fortaſſis poſt tempus, quo primùm Heiligenſtadienſis S. Martini eccleſia ſacri illius theſauri partem fuerat adepta, ſeculo circiter elapſo, eadem frui prærogativa metropolitanæ Pragenſi in Bohemia eccleſiæ fuit conceſſum.*

AUCTORE C. B.

Anno porrò 1354 *Sergii quoque & Bacchi inſignes reliquias obtinuit,*

110 *Carolus IV imperator & Bohemiæ rex ſacras variorum Sanctorum magno numero reliquias, quas undequáque ſummo ſtudio conquiſierat, dictæ metropolitanæ Pragenſi eccleſiæ, S. Vito ſacræ, diverſis regni ſui annis donavit, ut Peſſina in Phoſphoro Pragenſi à pag.* 399, *variis in medium adductis probatæ omnino fidei documentis, docet. Ac anno quidem* 1354, *quo piæ iſti liberalitati datum fuit initium, plurimas fuit largitus; haſce autem inter locum obtinuêre ſacra* SS. Sergii & Bacchi *lipſana. Liquet id ex ipſis, quas Peſſina Operis citati pag.* 433 & *quinque ſequentibus recitat, litteris, à Carolo ad univerſos regni Bohemiæ ſtatus Moguntiâ dicto anno* 1354, *quarta Januarii die datis. In hiſce enim laudatus imperator ſacris reliquiis, quas, è variis à ſe aditis locis ſacris acquiſitas, eccleſiæ Pragenſi donat, ſacra Sanctorum noſtrorum lipſana hunc in modum accenſet:* Ab inde (*Ab Ersheimenſi nempe diœceſis Argentinenſis monaſterio*) in monaſterium Weiſſenburg Spirenſis diœceſis, fundationis Daguberti imp., venientes obtinuimus medietatem corporum Sergii & Bacchi MM. beatorum. *Atque ita modò compertum habemus, non tantùm Pragenſem eccleſiam tandem etiam Sanctorum noſtrorum lipſana fuiſſe adeptam, ſed etiam unde & quandonam ea fuerint accepta. Verùm unde ſacra illa pignora ad Weiſſenburgenſe, è quo acquiſita à Carolo imperatore fuerunt, monaſterium devenerant? Uti quæ Heiligenſtadienſis, de qua ſuprà, eccleſia poſſidet, delata ad eam è Syria, ut docui, ſacrarum expeditionum occaſione videntur, ita etiam, quæ Carolus imperator è Weiſſenburgenſi monaſterio obtinuit, delata ad hoc eadem occaſione eademque è regione fuiſſe exiſtimo.*

E

F

atque eas, quibus Carolus IV imperator argentea etiam ornamenta addidit,

111 *Porrò Carolus IV imperator, qui, quemadmodùm jam vidimus, ſacra pignora quàm plurima, undequáque acquiſita, metropolitanæ Pragenſi eccleſiæ impertiit, diem quoque feſtum, quo quotanis celebritatis, quâ Pragam illa allata fuerunt, memoria recoleretur, inſtituendum curavit, fuitque ſolemnitati huic ſecundus Januarii dies præſtitutus. Ita apud Peſſinam iterum Operis laudati pag.* 449 *docet metropolitanæ Pragenſis eccleſiæ Breviarium ſimul & Martyrologium, uti etiam, quod in muſeo noſtro aſſervatur, Pragenſe Calendarium, ad Bollandum noſtrum anno* 1647 *à P. Theodoro Moreto ſubmiſſum. Nec tantùm illud ex his diſco, verùm etiam, reliquias, quas Carolus imperator Pragenſi eccleſiæ donavit,* auro argentoque & gemmis *à religioſiſſimo hoc principe* pretioſiſſimè *fuiſſe* ornatas. *Et quî quidem nominatim ſacra Sanctorum noſtrorum lipſana ornata ab eo fuerint, fas eſt colligere è duobus reliquiarum, quæ in cathedrali ſeu metropolitana Pragenſi eccleſia aſſervantur, ſyllabis, apud Peſſinam in Opere plùs ſemel jam cit. exſtantibus. In altero enim, qui*

AUCTORE C. B.

anno 1368 notatur confectus, pag. 472 sequentia hæc verba leguntur: Sergii & Bacchi MM. argen. deaurat. cum imaginibus; in altero autem, qui, cùm anno 1420 Feriâ IV post festum S. Jacobi hæreticorum Wicleffistarum metu sacræ Pragenses reliquiæ è Pragensi S. Viti ecclesia partim Zitaviam, partim Carlsteinam fuêre delatæ, conscriptus signatur, reliquiasque, quæ ad posteriorem hunc locum deportatæ tunc fuerunt, complectitur, pag. 479 isthæc occurrunt: Sepulchrum SS. Sergii & Bacchi circumdatum argenteis & deauratis imaginibus.

hodieque conservat Pragensis ecclesia,

112 *At verò, quæ capsæ, sacra Sanctorum nostrorum lipsana continenti, confecta ex argento deaurato, uti è duorum, quos dixi, Syllaborum verbis jam recitatis colligendum apparet, ornamenta Carolus imperator adjecit, ea postmodùm eidem capsæ temporum injuriâ fuêre detracta. Pessina Operis jam sæpius citati pag. 478 sic scribit:* Ex quo (*reliquiarum, ad arcem Carlsteinensem metu hæreticorum, ut jam dixi, anno 1420 Feriâ IV post festum S. Jacobi translatarum, thesauro*)..... quidquid in auro, argento, gemmis & lapidibus pretiosis fuit, Sigismundus imp. anno MCDXX die XXIX Julii abstulit, & in stipendia militaria præsentemque belli necessitatem convertit; *in reliquiarum autem & clenodiorum* (*adi jam sæpius laudatum Pessinam pag. 498*) *ecclesiæ cathedralis Pragensis Catalogo, anno 1537 confecto, sacra* SS. Sergii & Bacchi *lipsana in plumbea duntaxat cistula asservata fuisse, indicatur. Quare dubitandum non apparet, quin Sigismundus imperator Sanctorum nostrorum, non secùs atque aliorum, sacris exuviis, in arce Carlsteinensi asservatis, argentea, quibus eas Carolus imperator condecorârat, ornamenta anno 1420 vigesima nona Julii die, belli necessitate urgente, detraxerit, atque in militum stipendia converterit. Verùm etsi id ita sit, non propterea tamen quidquam de sua in sacris istis pignoribus asservandis cura remisisse videtur Metropolitica Pragensis ecclesia, hincque verosimillimè factum est, ut ea hodieque possideat, aut certè anno 1673 adhuc possederit, uti fidem facit reliquiarum in cathedrali Pragensi ecclesia asservatarum catalogus, à Pessina sæpissimè laudato ex oculari illarum inspectione tunc confectus, atque ab eo in Opus, pluries modò citatum, illatus, in quo pag. 519 legitur:* SS. Sergii & Bacchi medietas corpor. obtenta à Car. in monast. Weissenburg. Spirens. diæc. MCCCLIV.

B

C

nùc, quo minùs id credatur, officit, quod de inventis apud Soriam Sanctorum ossibus narratur.

113 *Verùm anne etiam, uti hisce verbis declaratur, medietatem seu mediam partem corporis tam* Bacchi *quàm* Sergii *ecclesia isthæc possidet, obtinuitve è Weissenburgensi cœnobio Carolus IV imperator? Cùm Catalogus mox dictus, in quo sacrorum corporum &* Bacchi *&* Sergii *notabilis adeò pars in Pragensi ecclesia asservari dicitur, à Pessina, oculari ex dictis inspectione præmissa, fuerit confectus, scriptori huic id tradenti fidem indubitanter denegare non ausim, nedum Carolo imperatori, mediam sese eorumdem corporum partem è Weissenburgensi monasterio acquisisse, in litteris suprà laudatis asseveranti. Scrupulum interim movent, quæ Sanctorum nostrorum reliquiis ditatæ pariter sunt, ecclesiæ aliæ jam recensitæ, ac maximè patriarchalis Veneta, quæ potiorem corporum* SS. Sergii & Bacchi *partem sibi diserte* (*adi num. 100*) *adscribit. Verùm etsi id ita sit, non est tamen, cur quisquam hîc objiciat Lupum de Morales, equitem Jacobæum, qui, anno 1470 apud Soriam, diœcesis Oxomensis in Hispania urbem, quatuor hominum ossa in capsa lapidea, additâ, quâ* SS. Sergii, Bacchi, *Marcelli & Apuleii esse, indicabatur, epigraphe, fuisse inventa, edito hac de re Hispanico idiomate libello memoriæ prodit. Præterquam enim, quòd verba Lupi Hispanica, Latinè ad hunc diem à Tamaio* (*adi jam datam hodie de SS. Marcello & Apuleio num. 21 & seqq. Syllogen*) *in Martyrologio Hispanico reddita, nulla ratione, ut* SS. Sergii & Bacchi *duorumque aliorum, Marcelli nempe & Apuleii, corpora integra aut etiam majori ex parte apud Soriam fuerint reperta, exigere videantur, laudati Lupi de Morales Opus penes nos non exstat, hincque, an quæ in hujus commendationem Tamaius loco cit. profert, veritati undequáque consonent, definire non possumus. Adhæc, si Lupus, integra Sanctorum nostrorum corpora apud Soriam fuisse inventa, re etiam vera assereret, necesse foret, vel hinc fidem ejus quàm maximè vacillare, cùm sacra Sanctorum nostrorum corpora integra nusquam haberi, ex jam suprà dictis satis constet.*

D

E

Hi interim ibidem, aliisque, quæ hic

114 *Porrò Lupus de Morales per verba, quæ citato Sylloges proximè laudatæ loco recitata jam sunt, non tantùm docet, Sanctorum nostrorum ossa prope Soriam fuisse inventa, verùm etiam illos à seculo* XV, *quo id accidit, peculiarem cultum, quem patrata ad eorumdem invocationem miracula etiam auxerint, ibidem natos fuisse; quod in dubium revocandum, non æstimans ad loca sacra, quæ quandonam circiter Sanctos colere sacrasve eorum possidêre exuvias inceperint, definire haud queo, jam venio. Gelenius de Coloniæ Agrippinensis Magnitudine syntagmate 19, § 2 sacris reliquiis, quas ecclesia parochialis,* S. Martini Minoris *dicta, Coloniæ possidet, duas Sanctorum costas, alteram* Sergii, *alteram* Bacchi *accenset; licèt autem, quo circiter tempore sacra hæc pignora Coloniam fuerint advecta, non edicat, Sanctos tamen ibidem & frequentibus miraculis inclarnisse, & summa apud populum in veneratione ætate sua fuisse, non obscurè docet. Verba, quibus id facit, & quibus præterea, Coloniæ quondam sacellum,* S. Sergio *sacrum, exstitisse tradit, huc transcribo. Sic habent:* Per has sacras costas (SS. Sergii *nimirum &* Bacchi) Coloniæ frequentata miracula, præsertim in tabe longa deficientibus, qui vires horum Sanctorum invocatione persæpe receperunt, publicè habitis sermonibus persæpe differentem audivimus illustrem theologum hujus ecclesiæ pastorem Adolphum Schulckenium, vicarium in spiritualibus generalem Colonien sem, B. M. V. in Gradibus præpositum & canonicum presb. metropolitanum; cujus assertionibus congruit antiquissimus bibliothecæ meæ MStus in conscriptione sacelli Sergiani, olim apud vetustam portam Rhenanam siti, quod destructum est anno MDLXIII authoritate superiorum, translatis sacris & omni suppellectile in hanc capaciorem basilicam parochialem.

F

recensentur, locis sacris peculiari cultu

115 *Nec Roma, quæ plurimas, imò innumeras propemodùm, sacras reliquias possidet,* SS. Sergii & Bacchi *lipsanis penitus destituitur. Præter ædem sacram seu oratorium, quod Sanctis nostris, ut num. 95 docui, verosimillimè jam inde à seculo sexto Romæ fuit exstructum, quatuor adhuc alia, quæ ibidem hi nomini suo dedi-*

A *dedicata habent aut certè olim habuerunt, loca ſacra à Florivante Martinello in Roma ex ethnica ſacra recenſentur, nimirum eccleſia apud arcum Septimii Severi, monaſterium, poſt formam aquæ ductûs patriarchii Lateranenſis ſitum atque ab Anaſtaſio bibliothecario in S. Paſchalis primi Papæ Vita apud nos ad* XIV *Maii diem num.* XI *memoratum, oratorium in Callinico, ac tandem Ruthenicum* SS. Sergii & Bacchi *ad Montes collegium. Atque hoc, unde præcipuè hìc memorandum venit, ſacrarum etiam* SS. Sergii & Bacchi *reliquiarum partem poſſidet. Ita è Piazzæ, qui tamen, unde & quandonam hanc illud acceperit, non edicit, Hemerologio ſacro ad hunc diem intelligo, uti etiam eorum hodie feſtum celebrari non modò in dicti collegii eccleſia, ſed & in eccleſia S. Mariæ Montis cæli, itemque in altera, S. Adriano ſacra, in qua præterea altare nomini ſuo dedicatum habent. Ceterùm Sanctorum noſtrorum, de quibus Euangelium hodie recitandum in valde antiquo Euangeliorum capitulari Vaticano* 43 *deſignari, è Dominico Georgio in hodiernis ſuis ad Adonis Martyrologium Annotationibus diſco, pretioſa pignora etiam poſſident, eademque ac Sanctos venerantur alia adhuc loca ſacra nonnulla.*

B 116 *Verùm hæc, quòd minùs, quàm jam recenſita, celebria ſint, unà cum nonnullis aliis, quæ ſacra quidem Sanctorum noſtrorum lipſana poſſediſſe feruntur, & tamen, an verè iſthæc umquam poſſederint, in dubium revocari poteſt, brevitatis cauſâ prætereo, ſolúmque ſuprà enumeratis adhuc addo Pariſienſem in via S. Jacobi Benedictinorum eccleſiam,* SS. Sergio & Baccho, *uti in concinnatis à ſe Sanctorum Vitis Bailletus ad hunc diem docet, olim dedicatam, & Conſtantinopolitanum, aut, ſi ob mox dicenda mavis, Calchedonenſe, quod* Ῥφινιαναὶ *Græcis dicitur, ſuburbium. In duorum horum locorum priori Sancti noſtri, tamquam patroni antiqui, uti idem Bailletus loco cit. etiam docet, hodieque coluntur, ſacræque præterea eorum exuviæ, uti è variis variorum annorum ſpiritualibus Pariſienſis eccleſiæ Diariis diſco, ſub altari principe aſſervantur; quod autem ad duorum dictorum locorum poſteriorem, qui, quemadmodùm apud Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana lib.* 4, § 13 *eſt videre, trans mare in Aſia prope Calchedonem ſitus eſt, ſpectat, in Ms. Græco Synaxario & Menæis Mss. Mediolanenſibus & Taurinenſibus ita ad* XXVII *Maii diem notatur:* Μνημὴ τῶ ἁγ· Σεργίϑ καὶ Βάκχϑ πέραν ϑ᾽ Ῥφινιανῶν, Commemoratio ſanctorum Sergii & Bacchi trans mare in Rufinianis; *ut ſanè, quin etiam Sancti noſtri cultu eccleſiaſtico in præfato ſeu Calchedonenſi ſeu Conſtantinopolitano ſuburbio aut ſuderant, aut olim ſaltem fuerint gaviſi, dubitandum non ſit. At verò ſacra eorum lipſana ibidem etiam aſſervari, nuſpiam notatum invenio. Adhæc cùm Cangius loco cit. duas ædes ſacras, alteram SS. Petro & Paulo, alteram S. Hypatio dicatam, quæ in Rufinianis exſtiterint, recenſeat, pluresque fortè alias ſuburbium illud fuerit complexum, fueritne in iis omnibus, aut, ſi res ſecùs habet, in quanam aut in quibuſnam ex iiſdem* Sergio & Baccho *honor, Sanctis proprius, fuerit delatus, nullo modo, deficientibus ad id neceſſariis documentis, definire quæo.*

aut gaudent aut olim fuerunt gaviſi.

C

D

E

F

ACTA,

Auctore Anonymo,

E codice noſtro Ms. membranaceo, ſignato Q. Ms. 7, cum duobus aliis noſtris Mss. itidem membranaceis codicibus & editione Mombritii collato.

CAPUT I.

Ad Maximianum imperatorem tamquam Chriſtiani deferuntur Sergius & Bacchus, tales deprehenſi ludibrio ab eo habentur, ad Antiochum ducem morte etiam, nî diis ſacrificent, afficiendi mittuntur, cuſtodiæque ab hoc includuntur.

Sergius & Bacchus, gratiâ & auctoritate in palatio

IMperante Maximiano *a* tiranno, multus error hominum genus poſſederat; lapides enim & ligna, hominum adinventiones, adorabant; & de obſcœnis ſacrificiis deguſtabant. Qui autem ſacrificare nolebant, pœnis atque ſuppliciis vehementer afflicti deſervire dæmonibus compellebantur. Erat igitur edictum per ſingulas civitates in foro propoſitum cum ſeveriſſima comminatione *b*. Polluebatur itaque ætheris puritas de diabolico ararum nitore * & tenebræ diabolici erroris opportuna converſatio hominibus putabatur. Tunc itaque veluti quædam ſtellæ terreſtres erga confeſſionem fidei Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti Sergius & Bacchus pollebant in palatio *c* honorabileſque erant apud Maximianum imperatorem. Beatus quidem Sergius erat primicerius & princeps ſcholæ gentilium, amicus imperatoris & multam apud eum habens fiduciam, ut etiam velociter poſtulationibus ejus annueret *d*.

a

b

* nidore

c

d

2 Qua de re Antiochus quendam familiarem habens Sergium * popoſcit ab imperatore, quòd dux fuerat *e* Auguſto-Euphratarum provinciæ *f*; beatus verò Bachus ejuſdem & ipſe ſcholæ gentilium erat ſecundicerius. Qui enim unanimes erant in Chriſti charitate, oportunè & in ſeculari militia non ſeparabantur ab alterutrum *, non quidem affectu naturæ, ſed vinculo fidei connexi cantantes ſemper & dicentes: Ecce, quàm bonum & quam jocundum habitare fratres in unum *g*. Erant igitur ingenioſi & felices Dei Milites, & Scripturas, à Deo inſpiratas*, ad perfectum inſtituti ad erroris diabolici deſtructionem, & in prœliis ad plenum exercitati ad barbarorum peremtionem. Invidiâ ergò ma-

plurimùm valentes, ab invidis

* *al.* Sergius

e

f

* ab alteruttro

g

* *al.* Scripturis, à Deo inſpiratis

A. ANONYMO. maligni & iniqui dæmonis quidam de eadem, quæ appellatur Gentilium, schola stimulati videntes eos eleganter in atriis regalibus conversari atque in militia proficere, multamque apud imperatorem fiduciam habere, aliter non valentes laboris sui insidias eis innectere, accusaverunt apud imperatorem, quòd fuissent Christiani.

apud Maximianum imperatorem tamquam Christiani accusantur.

3 Observantes namque tempus, quando imperatori idem beatus Sergius & Bachus non adsistebant, singulariter eum invenientes dixerunt: Immortali quidem tuo fastigio multum est studium erga venerabilium magnorumque deorum nostrorum religionem; quapropter ubique & in omnibus locis scripta vestra pervenerunt; in quibus præcepistis, qui noluerint venerari eos atque adorare, obnoxii immaculati edicti vestri innumeris suppliciis consumentur. Quare ergò tantam fiduciam habentes erga æternitatis vestræ potentiam Sergius & Bachus, primicerii scholæ nostræ, qui Christum, utpote malefactorem, qui vocantur Judæi, crucifigentes occiderunt, ipsum venerantur & adorant, multosque alios persuadentes subtrahunt à deorum cultura, atque ad suam religionem inducunt. Audiens hæc imperator & non eis credens dixit: Non arbitror, veritatem vos dicere, quia Sergius & Bachus erga Dei honorem & religionem non sunt devoti.

ab eosdem, accusationis veritate, ex eo,
* sinceri
* *al.* culturæ
* *al.* ignorantes

4 Dum ergò erga eos immaculatam caritatem habeam, quam adipisci non promererentur, nisi devoti atque sinceres * existerent; sin autem, ut vos perhibetis, illius curæ * sunt, comprehendentur. Convocans namque eos, ignorans *, quid dictum sit, vadam unà cum eis ad sacrarium magni Jovis, & siquidem sacrificaverint, vobis ipsis ad sustinendam pro tali calumnia periculi causam adscribitis; sin autem noluerint sacrificare, dignum impietati eorum supplicium sustinebunt. Dii enim satellites imperii mei impios & ingratos nolunt. Respondentes accusatores dixerunt imperatori: Nos amore & affectu deorum permoti, quod de eis audivimus, suggessimus tuo immortali fastigio; tuæ autem erit intemeratæ sapientiæ, istorum comprehendere impietatem. Continuò ergò convocavit eos imperator; ingressi namque fuerant cum consuetis satellitum obsequiis, & accipiens eos, ingressus est & sacrificavit cum officiis, ac de sacrificiis degustantes * circumspexit, & non vidit beatos Sergium & Bachum.

C
* *al.* degustans

quòd & templum Jovis ingredi
* *al.* foris

5 Neque enim ingressi fuerant in templum, impium & inlicitum æstimantes videre sacrificantes ac de inmundis sacrificiis degustantes: stabant verò foras *, & orabant quasi ex uno ore dicentes: Rex regum & Dominus dominantium, qui lucem inaccessibilem habitas, inlumina oculos cordis eorum, qui in tenebris ignorantiæ incedunt, qui immutaverunt gloriam tuam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilium hominum, & volatilium & quadrupedum & serpentium, & deserviunt creaturæ magis, quàm tibi Creatori; converte eos, ut te cognoscant solum verum Deum, & Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, qui propter nos nostramque salutem passus est & resurrexit, quatenus nos eriperet de maledicto legis & liberaret de vanorum idolorum errore: nos verò intemeratos atque inmaculatos, Deus, custodi in via testimoniorum tuorum, ut secundum mandata tua conversemur. Dumque adhuc oratio in ore eorum esset, mittens imperator quosdam de adstantibus sibi satellitibus jussit eos in templum introduci.

D

& diis sacrificare nollent, deprehensa

6 Ingredientibus dixit: Sicut video, in multa mansuetudine mea atque humanitate confidentes, qua protegente vos dii providerunt, insuper & contempnere vultis edictum imperiale, transgressores facti deorumque inimici. *h* Sed non sustineam, si probantur, quæ de vobis dicta sunt. Accedentes ergò ad aram Jovis magni sacrificate, & de misticis sacrificiis degustate, quemadmodùm & ceteri. Respondentes autem fortissimi milites Christi & martyres Sergius & Bachus dixerunt: Nos, imperator, terrenam quidem corporalis militiæ servitutem tibi debemus exsolvere; habemus autem regem verum, æternum in cælis Jesum Christum, Filium Dei, cui animas nostras devovimus, qui est spes nostra & salutis refugium. Huic per singulos dies offerimus sanctum vivumque sacrificium, atque rationabilem culturam; lapidibus autem & lignis non sacrificamus, neque adoramus. Dii namque vestri aures quidem habent, orationem autem hominum non audiunt. Similiter nares habent; sacrificium autem, quod eis offertur, non odorantur; & hos * habentes non locuntur, manus habentes non contractant, pedes habentes non ambulant. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.

h

E
* *al.* os.

colobiis muliebribus indueti per civitatem circumduci jubentur.
* *al.* colobia.

7 Indignatus itaque imperator mutavit vultum suum, & jussit confestim zonas eorum incidi, & exutos clamidibus & quæque erant militiæ vestes; simul & torques aureas de cervicibus eorum auferri, & induit eos colubilia * muliebria, & ita per mediam civitatem usque ad palatium pertrahi gravissimas in cervicibus catenas portantes. Cumque Sancti Dei traherentur per medium forum, cantantes simul dicebant: Si ambulaverimus in medio umbræ mortis, non timebimus mala, quoniam tu nobiscum es; & verbum illud Apostolicum: Quatenus abnegantes omnem impietatem & sæcularem cupiditatem & exuto veteris hominis habitu, nudi in fide exultemus in te, Domine, quia induisti nos vestimento salutis, & tunicâ lætitiæ circumdedisti nos *i*. Sicut sponsam adornâsti nos muliebribus stolis, conjunge nos tibi per confessionem. Tu, Domine, mandâsti nobis dicens: Ante reges & præsides ducemini propter me, & cùm tradiderint vos, nolite folliciti esse, quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos estis loquentes, sed Spiritus Patris vestri, qui in vobis loquitur *k*.

i

F

k

manentesque nihilominus, hoc facto,

8 Exurge, Christe, adjuva nos, & e ut non moveamur, & impii dicant: Ubi est Deus eorum? Quando autem venerunt ad palatium, vocavit Sanctos imperator & dixit: Sceleratissimi omnium hominum, putatis, quia in mea confidentes amicitia, quam circa vos habui, famulos putans esse deorum, respondetis ea, quæ non licet, imperatori? Quare & deos blasphematis, per quos magna pace perfruitur hominum genus? Non scitis, quia, quem vos colitis Christum, fabri filius fuit, & , antequam nuptiæ legitimæ fierent, adulterio facto mater eum procreavit? Quem & crucifixerunt Judæi, quia discordias inter eos & seditiones inmisit, magicis artibus decipiens eos, & se dicens esse Deum;

A Deum; maximum autem deorum noſtrorum genus ex legitimis procreatum nuptiis Jovis. Magni dii Jupiter atque Saturnus venerabiliter nominantur ex conjunctione beatæ Junonis *l*. Puto autem, quia & theoricos atque maximos duodecim Athlos audiſtis *m*.

l

m

in fidei confeſſione conſtantes

9 Reſpondentes autem fortiſſimi Chriſti Milites dixerunt: Erras, imperator; hæ enim fabulæ ſunt decipientes ſimpliciorum hominum aures, & ad perditionem hortantes eos. Quem autem tu dicis adulterio facto fabri fuiſſe filium, ipſe eſt filius Dei veri, qui cum eo & per eum omnia fecit, cælos extendit, terram fundavit, abiſſum & mare magnum harenâ ſolutum frænavit, aſtrorum multitudine cœlum ornavit, ſolem ad lucendum diei creavit & lunam ad ſolatium noctis condidit, & ſeparavit inter tenebras & lucem, menſuram diei poſuit & finem noctis. Omnia ex eo, quod non eſt, ut ſint, deduxit. Nam omnia in ſapientia, ſicut Deus, fecit. In ultimis autem diebus propter hominum ſalutem in terra natus eſt, non ex voluntate hominis, nec ex voluptate carnis, ſed ex Spiritu Sancto & Puella ſemper Virgine. Et converſatus eſt cum hominibus, docens nos reverti à vanis idolis

B iſtis & ipſum cognoſcere atque patrem ejus Deum verum.

10 Et ſi ſecundum carnem Judæi occiderunt

ad Antiochum ducem,

Chriſtum, ſed & inferos expoliavit, & tertia ſurrexit die virtutis ſuæ deitate, & legem incorruptibilitatis poſuit atque mortuorum ſurrectionem. Hæc audiens imperator plenus furore factus eſt, & eorum juſſit accuſatores in eorum loco taxari militiæ, & ad eos dixit: Antiocho duci tranſmitto vos, maledicti, quia propter amicitiam atque fiduciam, quam habetis à me vobis datam, & ad hanc eum dignitatem duxiſtis; ut ſciatis, ex quo cecidiſtis honore, & quo minimo judicio ultimum habetis ſufferre ſupplicium propter blaſphemiam, quam ad deos auſi fuiſtis facere *n*. Hæc dixit & tranſmiſit eos ad Antiochum ducem, & juſſit gravibus catenis eos, omne corpus ligatos, ad partes Orientis per ſingularum civitatum officia *o* duci.

n

o

datâ etiam ad hunc epiſtolâ, mittuntur.

11 Scripſit autem & epiſtolam talem: Imperator Maximianus pius ac triumphator Antiocho duci ſalutem. Deorum maxima providentia omnes quidem homines, præſertim autem cuſtodes imperii mei non vult impios, atque alienos familiaritatis eorum eſſe, ideóque ſuâ conſcientiâ convictos Sergium atque Bacchum impiæ Chriſtianorum eſſe religionis, ultimis judicavi obnoxios eſſe ſuppliciis; quos imperialium judiciorum quæſtiones non eſſe dignos exiſtimantes ad tuam ſtrenuitatem direximus, ut, ſi quidem pœnituerit, & ante diis ſacrificaverint, donatâ eis veniâ, ſine tormentis ad nos iterum tranſmittas. Mox enim militiæ recipiant dignitatem, & meliorem, quàm antea nunc habuerint. Sin autem hæc facere minimè voluerint, ſed in ſua impietate permanſerint, eos non differas ſubjicere legum ſeveritati, & longas vitæ ſpes eis incide. Bene valeas *p*. Qui verò ſuſceperunt eos, ipſa die ſera facta, ad duodecimum milliarium de civitate manſerunt in ſtabulo cum magna tuicione atque cuſtodia.

C

p

In itinere ab angelo, ſibi apparente, in pugnam animantur,

12 Circa mediam noctem venit angelus Domini & dixit eis: Confidite & pugnate contra diaboli ſpiritum, ſicut fortiſſimi milites atque athletæ, ut dum perluctantes eum ponatis ſub pedibus veſtris, & dum veneritis viſuri regem gloriæ Chriſtum, vobis occurramus cum exercitûs angelorum multitudine, laudem cantantes victoriæ, portantes vobis palmas perfectæ fidei, atque confeſſionis coronas. Aurora autem facta, cum omni lætitia gaudentes ambulabant in via. Erant autem cum eis ex ſervis eorum quidam, qui amore pietatis Chriſti & corporalium dominorum nec in talibus neceſſitatibus eos relinquere voluerunt; qui narrantes ſe invicem audierunt propter adventum angeli, quem in nocte viderunt. Ambulantes autem pſallebant ſimul & orabant tamquam ab uno ore ſic ambo dicentes: In via teſtimoniorum tuorum delectati ſumus, ſicut in omnibus divitiis, & mandatis tuis exercebimur, & conſideravimus vias tuas. In tuis juſtificationibus meditabimur, Chriſte, redde ſervis tuis, ut vivamus, & cuſtodiamus verba tua.

A. ANONYMO.

adductique ad Antiochum in cuſtodiam ab eo conjiciuntur,

13 Sic autem ſecundum imperatoris præceptum per ſingula officia civitatum *q* cum omni tranſmittebantur cuſtodia ad propoſitam eis martyrii viam Chriſti Milites uſque quò adducti ſunt ad Auguſto-Euphateſiam provinciam ad millites, qui ſunt juxta Saracenorum gentem in caſtro, nomine Barbaliſſo *r*, in quo ſedem habebat Antiochus; cui tradiderunt eos circa horam nonam cum imperatoris epiſtola. Surrexit autem à ſede ſua Antiochus, & in purpura ſuæ chlamidis ſuſcepit litteras imperatoris, quas intra ſe tacitè legit; & vocavit commentarienſem *s* officii ſui & dixit ei: Suſcipe legatos homines, & eos in militari depone cuſtodia ſine aliqua conſueta moleſtia. Nam in pluribus cippi percuſſis pedes eorum mitte *t*; poſtera autem die adduc eos ad judicium, ut audiam ſecundum leges eos. Commentarienſis autem, ſicut ei præceptum eſt, ſuſcepit & miſit eos in cippo.

q

r

E

s

t

in quâ, dum divinum implorant auxilium,

14 Sero autem facto, pſallebant ſimul atque orabant tamquam ab uno ore dicentes ambo: Tu, Domine, confregiſti capita draconis magni, tu ſiccâſti fluvios, tu erupiſti fontes, atque torrentes, tu feciſti terminos orbis terræ; reſpice in nos, Domine Deus noſter, quoniam inimicus obpropriavit nos propter nomen tuum. Noli tradere animas hominum confitentium te his, qui plùs quàm feræ, ſunt inmanſueti. Animas pauperum ne obliviſcaris in finem. Reſpice in teſtamentum tuum, quia impleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domorum iniquitatum *u*. Non revertamur turpiter miſeri facti, ut nos pauperes laudemus nomen tuum.

u

F

angelica iterum ſibi oblata apparitione recreantur.

15 Non obliviſceris * voces ſupplicantium te, quoniam ſuperbia eorum, qui te oderunt, ſemper aſcendit ad te; & gratis oderunt nos homines, ſed tu, Domine, adjuva nos & libera nos propter nomen tuum. Quando autem hæc Sancti dicentes tacuerunt, ſupervenit angelus Domini & dixit eis: Confidite & ſtate fortiter in fide & confeſſione, quoniam Dominus noſter Jeſus Chriſtus vobiſcum eſt. Surrexerunt autem de ſomno & narraverunt ſuis famulis angeli revelationem & acceperunt confidentiam. Pſallebant autem hæc dicentes: Ad Dominum, dum tribularemur, clamavimus, & exaudivit nos de monte ſancto ſuo. Nos dormivimus & ſomnum cepimus, & reſurreximus, quoniam Dominus ſuſcepit nos. Non timebimus milia populi circumdantis nos. Exurge, Domine, ſalvos nos fac, Deus noſter, quoniam tu es ſalus, & ſuper ſperantes in te benedictio tua.

**al.* obliviſcere

A. ANONYMO.

ANNOTATA.

a Maximiani *nomen pro* Maximini *fortassis hîc ponitur. Adi Commentarium prævium num.* 22, 43 *& seq.*

b *Generalem persecutionem, tum hæc, tum alia nonnulla sequentia denotant.*

c Sergio *&* Baccho *in Mombritiana Actorum editione hîc adjunguntur Marcus & Apuleius; sed verosimillimè, ne dicam indubiè, perperam. Videsis Commentarium prævium num.* 15.

d *Per* Gentilium scholam, *seu per* gentilis *vocabulum quid hîc significetur, Commentarii prævii* § 3 *exposui, ubi etiam edixi, quid de militari Sanctorum conditione, muniisque, quibus in militia functi fuerint, potestate seu gratiâ, quâ apud imperatorem valuerint, aliisque nonnullis sentiendum autumem.*

e *In codice nostro, signato Q. Ms.* 6, *habetur:* Qua dere Antiochum quemdam familiarem habens Sergius popoſcit ab imperatore, ut
B dux fieret; *hæc autem lectio tum nostrâ, tum etiam Mombritianâ, qua nostrâ vix non deterior adhuc est, præstat.*

f *Syriæ, amplissimæ in Asia sitæ regionis, provincia hæc est, de qua videsis, quæ Comment. prævii num.* 27 *& tribus seqq. edocui. Porrò non Augustæ Euphratesiæ seu Euphratarum, sed Orientis dux à Maximiano creatus fuisse Antiochus in Actis Græcis, à Metaphraste adornatis, dicitur; verùm, qui Orientis, simul & Augustæ Euphratesiæ dux erat? Adi iterum Comment. præv. num.* 26.

g *Psalmo* 132, ℣. 1.

h *In codice nostro signato P. Ms.* 20 *legitur:* Ut videtur mihi, nimiâ amicitiâ meâ & benignitate confidentes regalia vultis decreta contemnere, ut deos deseratis immortales, qui, curam vestrî gerentes, hujus vobis muneris gratiam contulerunt.

i *Ad Titum cap.* 2, ℣. 12 *habetur:* Eruditens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobriè & justè & piè vivamus in hoc sæculo.

k *Matthæi* 10, ℣. 19 *&* 20.

C l *Codex noster, signatus P. Ms.* 20 *habet:* Deorum verò nostrorum genus de legitimis nuptiis magni Jovis derivatur, qui & colendus nominatur, complexu & commixtione beatæ Junonis; *quæ lectio etsi fortè minùs, quàm hæc nostra, primariæ lectioni Græcæ consona, spectata tamen sola rei veritate, præstare videtur; neque enim Jupiter & Saturnus, uti isthâc indicari videtur, è Junone prognati sunt; sed Jupiter è Junone aliisque mulieribus multos, quos Deos appellare ethnicis placuit, procreavit.*

m *Duodecim præcipuos, qui Græcè ἆθλοι vocantur, Herculi afflictos labores designari hîc puto. Nec in hac opinione falsum me esse, ostendit iterum codex noster, signatus P. Ms.* 20, *in quo legitur:* Existimo autem, quoniam & heroïca & maxima illa duodecim certamina de Jovis genere dei Herculis audita accepistis. *Atque ex hoc etiam dicti codicis loco existimo, labores illos duodecim, quos, qui volet, apud Lucretium lib.* 5, ℣. 22 *& seqq., Ovidium Metamorphoseos lib.* 9, ℣. 182 *& seqq. aliosque enumeratos inveniet, in codice nostro Q. Ms.* 7 *non* Theoricos, *sed* heroïcos *potiùs fuisse nominandos.*

n *Ratiocinia omnia, quæ hîc Sanctis & Maximiano affinguntur, quamdamque concertationis speciem præferunt, pro arbitrio ab Actorum auctore videntur conficta, horumque proinde auctoritati ac fidei non parùm detrahunt. Adi iterum Commentarium prævium num.* 22.

o In Actis Martyrum aliisque antiquioribus monumentis per officium præsidis apparituram & per officiales ipsos apparitores intelligere debes. *Ita ad* 27 *Maii in suis ad Martyrologium Romanum Annotationibus Baronius, ea etiam ibidem adjungens, è quibus intelligitur, & ad officium seu judicum seu civitatum etiam spectâsse, qui à carnificibus erant diversi, lictores, sic dictos, quòd officium ligandi haberent, & apparitores infimæ militiæ milites, judicibus seu magistratibus servientes, quibus nec ad altiorem militiam aspirare liceret, exstitisse.*

p *Videtur & hæc epistola ab Actorum auctore pro arbitrio conficta.*

q *Adi jam mox Annotata ad lit.* o.

r *Pro castelli hujus situ videsis Commentarium prævium num.* 31, *ibidemque, quò, quæ hîc in Actis dicuntur, vera esse intelligas, dictis adde,* E
Castellum illud haud procul ab Arabia, in qua Saraceni sedem habebant, dissitum fuisse.

s *Commentarienses ii erant, quibus reorum cura committebatur sic dicti, quòd reorum nomina commentariis inscriberent. Adi Baronium in suis in Martyrologium Romanum Annotationibus ad* 27 *Martii.*

t *Id, quod Græcis* ξύλον, *Latinis, teste Suida, vocabatur* Cippus, *eratque quoddam compedis genus, de quo Valesius in suis ad lib.* 5 *Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii cap.* 1 *ita observat:* Truncus fuit ligneus, quinis hinc & inde foraminibus, certo invicem spatio divisis, excavatus. In hæc foramina, tamquam in ocreas quasdam, pedes inferebantur noxiorum, & vinculis seu nervis astringebantur, ut ex Aratoris versibus colligitur, quos suprà retulimus ad librum IV. *Ex hac porrò cippi, quam Valesius hîc simul adducit, descriptione seu notitia dubitandum non apparet, quin hîc in Actis per* percussa *seu potiùs, quemadmodùm in duobus horum aliis, editionis nempe Mombritianæ & codicis nostri Q. Ms.* 6, *exemplaribus exaratur,* per- F
tusa *idem designetur, quod per* foramina *in data cippi descriptione. Atque ex hisce omnibus, maximè cùm ii, quorum pedes ad plura foramina extendebantur, longè duriùs ac graviùs, utpote cruria intolerabili ferè modo divaricari sibi patientes, torquerentur, jam fluit, ut lectione, quâ & hîc, &, unius dumtaxat alteriusve vocis discrimine intercedente, in editione Mombritiana nostroque codice Q. Ms.* 6 *legitur:* Suscipe legatos * homines & eos in militari depone custo- *ligatos
dia sine aliqua consueta molestia. Nam in pluribus cippi percussis pedes eorum mitte, *præstet sanè hæc altera codicis nostri P. Ms.* 20 *lectio, quæ sic habet:* Suscipe vinctos; fac eos sub militari servari custodia .... Præter solitam cautelam nihil patiantur, neque pluribus ligni foraminibus pedes eorum astringantur.

u *Codex noster, qui signatur P. Ms.* 20, *habet:* Respice, Domine, in testamentum tuum, quoniam repleti sunt tenebrosi terræ domibus iniquitatum; *Psalmo autem* 73, ℣. 20 *legitur:* Respice in testamentum tuum; quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

CAPUT II.

A

CAPUT II.

Sanctorum apud Antiochum in fide conſtantia, mors hinc illis illata, miracula hanc ſecuta, ſepultura, honorque iiſdem à Chriſtianis delatus.

Sanctos ad ſe adductos, ut diis ſacrificent, hortatur Antiochus;

a

* ligati.

MAnè autem facto, ſedit in prætorio dux & vocavit commentarienſem *a* & dixit ei: Ingrediantur legati.* Commentarienſis dixit: Adſunt in judicio poteſtatis tuæ, domine. Adſtantibus autem Sanctis imperatoris epiſtolam legit. Quo facto, dux Antiochus, ſummotus à conſiliario ſuo, dixit: Oportebat quidem vobis imperatoris ſemper implere præcepta & diis ſacrificare, ut gratiam ab his habeatis; quoniam autem, neſcio, quomodo, hoc facere minimè voluiſtis, & de tali gloria cecidiſtis; vel nunc ſacrificate diis, ſcientes, quia, ſi hoc faciatis, plùs quàm anteà honorem atque gloriam apud homines habeatis, recipientes militias veſtras & res, quæ ſunt à vobis ablatæ, multiplicentur. Hoc enim ex præceptis imperialium litterarum cognovimus, ſicut & vos audiſtis. Humanus enim conſtitutus imperator veſter promiſit vobis, ut, ſi propter priora pœnitueritis, & ſacrificetis diis, hæc omnia reddantur vobis; quod ego ſuadeo facere vos, memor amicitiæ veſtræ atque beneficiorum, quæ de te maximè, domine meus, habui, Sergi. Sin autem hoc facere minimè volueritis, neceſſe mihi eſt, imperatoris præcepta ſeveriter adimplere.

B

verùm hi in Chriſti confeſſione perſiſtunt conſtantes;

17 His reſpondentes Sancti dixerunt: Nos ideò dimiſimus omnia & ſecuti ſumus Chriſtum, ut terrenam militiam contemnentes angelis in cælo commilitemus, & illas, quæ in terra, pecunias jactantes, cæleſtes divitias habeamus. Quid enim proficiat nobis, ſi totum lucremur mundum, animas autem noſtras perdamus? Ergò noli ſuadere nos, Antioche, talia; lingua enim tua doloſa loquitur, & venenum de aſpidibus ſub labiis tuis eſt. Sed non tangit animas noſtras oratio tua, quæ ad perditionem nos provocat. Fac, quod vis; nos enim ligna atque lapides non adoramus; ſed Chriſtum Filium Dei, Regem æternum, cui flectitur omne genu cæleſtium atque terreſtrium & infernorum; & omnis lingua confitetur ei. Dii enim veſtri non ſunt dii, ſed idola manufacta. Nam ſi erant dii, ipſi ſibi faciant homines ſacrificare, & non ex providentia hominum vindicabantur* ab his, qui nolunt his ſacrificare atque adorare *b*.

C

* *al.* vindicentur

b

Hinc Antiochus Bacchum taureis ad mortem uſque cædi,

18 Reſpondens autem dux Antiochus dixit: Nos non deos vindicamus; nam eorum providentiâ omnis inimicorum ſubjecta nobis eſt virtus; ſed culpamus vos, quia inceſtam atque nefandam colitis religionem. Reſponderunt autem ſancti Martyres & dixerunt: Inceſti, nefarii vos eſtis & qui vos ſequuntur, & ſacrificant dæmoniis & adorant ligna, quæ poſt modicum in ignem mittuntur. Tunc iratus valde dux Antiochus beatum quidem juſſit Sergium iterum cuſtodiæ recipi, beatum verò Bacchum extenſum brutulis crudis cædi in tantum uſque dum illi, qui cædebant illum, in terram laſſi ceciderunt. Illis autem de labore laſſis, juſſit alios regirare ſanctum martyrem Bacchum, & his iterum ventrem ejus cædi, & ipſe dicebat: Sine, videamus, ſi poteſt adjuvare Chriſtus, quem tu dicis eſſe Deum. Diu autem Sancti corpore cæſo & ſanguine circumfluente, dixit ad Antiochum martyr Bacchus: Miniſtri ſathanæ, cædentes laſſi ſunt, audacia tua cecidit. Tyrannus Maximianus victus eſt & pater veſter diabolus *c*. Quantùm enim, quod extra me corpus eſt, corrumpitur, tantùm, qui eſt intùs, renovatur homo ad futuram vitam *d*.

A. ANONYMO.

c

d

occiſique corpus feris devorandum projici jubet.

19 Hæc dicente eo, vox de cælo facta eſt dicens: Veni jam ad paratum tibi regnum, Athleta Bacche; circumſtantes autem audientes vocem obſtupuerunt, & facti ſunt, tamquam vani, &, dum cæderetur Sanctus, tradidit animam in manibus* angelorum *e*. Iratus autem Antiochus juſſit, ut nec corpus ejus ſepeliretur; ſed canibus, beſtiis, ac volucribus projiceretur; cúmque corpus ejus projiceretur longè de caſtro, collecta eſt multitudo beſtiarum ac circumdederunt eum; aves verò deſuper volantes non permittebant crudeles beſtias, ut tangerent eum *f*. Et ſuſtinuerunt cuſtodientes eum uſque in noctis tempeſtam; veſpere autem facto, deſcendentes quidam de ibidem habitantibus fratrum in ſpeluncis tulerunt ſanctum corpus ejus, permiſſi à beſtiis, veluti à quibuſdam rationabilibus hominibus, ſepelieruntque eum in una de ſpeluncis eorum *g*. Beatus verò Sergius, nimis anxiatus ac contriſtatus, derelictus eſt ſolus & flens dicebat: Heu me, Bache frater meus & contubernalis, numquam cantabimus dicentes: Ecce quàm bonum & quàm jocundum habitare fratres in unum. Aſcendens namque in cælum ſegregatus es à me, relicto me ſuper terram ſolitario.

* *al.* manus

E

f

g

Nocte à Bacchi ſibi apparente ad certamen Sergius animatur,

20 Hæc eo dicente, in eadem nocte aſtitit ei beatus Bachus, candidam habens faciem tamquam angeli, indutus habitu militari, dixitque ei: Quid contriſtaris aut quid anxiaris, frater? Etſi de corpore abſceſſi à te, ſed confeſſionis vinculo tecum ſum pſallens & dicens: Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataris * cor meum. Et tu ergò, Frater, feſtina, ut per bonam & integram confeſſionem pervenias ad me, curſum conſummans & fidem cuſtodiens. Tecum enim mihi repoſita eſt juſtitia & corona *h* Diliculo igitur conſurgens narravit his, qui cum eo erant, in quali habitu vidiſſet beatum Bachum nocte. Sequenti itaque die egreſſurus dux de caſtro Barbariſſo in caſtrum Syrum *i* juſſit & beatum Sergium ſequi, deprecaturque eum, ut ſacrificaret. Ille autem reſpuens blanditias ejus iter ſuum cum pace faciebat.

F

* *al.* dilatâſti

h

i

die ſequenti blanditiis ab Antiocho tentatur, dumque eo ad has,

21 Venientibus ergò eis in caſtrum Syrum, ſedens Antiochus pro tribunali in prætorium convocavit ad ſe beatum Sergium dicens ei: Bachus quidem impiiſſimus nolens obtemperare ad ſacrificandum diis elegit vitâ privari, dignamque ſibi mortem adeptus eſt. Tu verò, domine meus Sergi, ut quid ſeductoriam & impiam illam religionem ſequens ad tantam te tradidiſti miſeriam? Revereor enim te, memor beneficiorum tuorum, & confundor te *, quia principatum hunc tu mihi providiſti. Et tu quidem, ut reus in ordine examinate *, exiſtis, ego

* *al.* in te

* *al.* examinatus

A. ANONYMO.

go autem in ſede præſidentis reſideo. Reſpondens autem martyr Chriſti Sergius dixit: Afflictio iſta temporaliſque confuſio magnam fiduciam atque æternam gl[illegible]iam pariet apud Regem cæli & terræ, omniſ[illegible]piritûs Chriſtum Jeſum Filium Dei. Utinam quoque & nunc audires me, & cognoſceres Deum & Regem meum Chriſtum & providentiam tui faceres, quemadmodùm apud terrenum & mortalem imperatorem, ita etiam & apud Chriſtum, cæleſtem atque æternum regem, ut concederetur tibi inſucceſſibilis principatus & gloria immortalis.

& ad minas manet immotus,

22 Terreni quippe principes eadunt velociter, quod Pſalmus dixit: Vos autem ut homines moriemini, & ſicut unus de principibus cadetis *k*. Et iterum: Vidi impium exaltari & elevari uſque ad cedros libani. Quæſivi eum & non eſt inventus locus ejus *l*. Dux Antiochus dixit: Fatuas has & indiſciplinatas ſuperfluitates relinque & ſacrifica diis, & obediens eſto venerabilium præceptorum imperatoris noſtri Maximiani. Si autem ſacrificare nolueris, cognoſce, quòd compellere me habes obliviſci omnium, quæ mihi præſtitiſti, & legalibus te acerrimis ſuppliciis ſubjiciam. Beatus itaque Sergius dixit: Fac, quod volueris; Chriſtum enim habeo, adjuvantem me, qui dixit: Nolite timere eos, qui corpus occidunt; animam autem non poſſunt occidere. Magis autem timete eum, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam *m*. Corpus igitur meum ſubjacet tibi; puni & afflige, quantum volueris, hoc ſciens; quòd, etſi corpus meum peremeris, in animam meam poteſtatem habere non poteris neque tu, neque pater veſter ſatanas.

k

l

B

m

cothurnis clavatis indutus novem milliarium ſpatio currere compellitur.

23 Indignatus ergò dux dixit: Ut videtur, humanitas mea audaciorem & procaciorem te fecit. Convocavit ergò adjutorem officii ſui & dixit: Cyrenos *n* longis clavis confixos, & clavos eorum rectos relinquentes, eum velociter induite; cúmque induceretur, ſedens in carruca Antiochus juſſit eum ante ſe currere, præcipiens, ut uſque ad caſtrum Tetrapyrgium velociter agerentur jumenta. Diſtat verò hoc caſtellum à Syro milia novem *o*. Currens verò pſallens dicebat: Expectans expectavi Dominum & reſpexit me & eduxit me de lacu miſeriæ paganorum & de luto fæcis idolatriæ, & conſtituit ſuper petram confeſſionis pedes meos. Cúmque veniſſent in caſtro Tetrapyrgia, Antiochus dux dixit: Admiror de te, Sergi, quomodò in tanto officio examinatus potuiſti nunc tam gravia ſuſtinere ſupplicia. Sanctus verò Chriſti Martyr reſpondens dixit: Non ſunt mihi amaræ pœnæ tuæ, ſed dulces ſuper mel & favum. Deſcendens dux de carruca ivit in prætorium, præcipiens in militari cuſtodia Chriſti Martyrem cuſtodiri.

n

o

C

Aſt Sergius, ſanatis ab angelo, quæ in pedibus acceperat, vulneribus,

24 Veſpere autem facto cantabat beatus Sergius dicens: Qui edebant aliquando panes meos, magnificaverunt ſuper me calcaneum ſuum, & funibus pœnarum graviſſimarum extenderunt laqueum pedibus meis, volentes me ſupplantare. Sed exſurge, Domine, præveni eos & ſubverte eos, & libera ab impiis animam meam. Circa mediam autem noctem angelus Domini adſtans reſtituit pedes ei ſalvos *p*. Diluculo itaque ſedens dux pro tribunali juſſit eum adduci, æſtimans, quòd ex dolore nec incedere potuiſſet, niſi forſitan portaretur. Cùm adduceretur, videns eum à longè dux ambulantem, & nullatenus claudicantem, exterritus dixit: Hic Homo magus eſt; ideirco tantam fiduciam habere potuit apud imperatorem, magicis artibus hanc adipiſcens, & illorum, quæ dicuntur, indicia ſunt, quæ videntur. Arbitrabar quippe, eum nullatenus potuiſſe pedibus ambulare, utpote qui inutiles in quid fuerant exhibiti ex heſterno ſupplicio. Quomodo autem nunc, tamquam ſi nihil ſuſtinuerit, incedit, per deos admiror.

p

D

idololatras nihilominùs redarguens eidem iterum tormento ſubjicitur,

25 Adſiſtente ergò ante tribunal beato Sergio, dixit Antiochus: Miſer, reſpice tandem aliquando, & ſacrifica diis & exue te de futuris ſuppliciis. Parco enim tibi memor beneficiorum tuorum. Sin verò non ſacrificaveris, cognoſce, quòd nihil te juvabunt magiæ tuæ, quibus te ſalvum fieri putabas. Reſpondens autem beatus Sergius dixit: Utinam tu reſipiſceres de ebrietate diabolici erroris! Ego enim ſobrius ſum in Domino, qui contrivit arma patris tui diaboli ſub pedibus humilis ſervi ejus; qui mihi tribuit adverſum te victoriam; qui mihi miſit angelum ſuum & ſalvabit * me. Nam magus profectò tu es & qui dæmones adorant. Dæmonum quippe nec nominanda cultura omnis impietatis adinventrix eſt. Id namque eſt & principium & cauſa & finis totius malitiæ *q*. Ampliùs verò exacerbatus Antiochus iterum ſedit in carruca, & juſſit eum indutum eoſdem coturnos ante ſe currere uſque in caſtrum, nomine Ruzafatam *r*, quod novem milia diſtat à Tetrapyrgia.

**al. ſalvavit*

E

q

r

nec hinc diis ſacrificare volens tandem juſſis Antiochi,

26 Dum autem veniſſent in Ruzaphatam caſtrum, dixit beato Sergio dux Antiochus: Miſerrime, fugaverunt inſtantiam fatuitatis tuæ pœnæ clavorum, ut adquieſcas tandem ſacrificare diis, aut perſiſtis in ea, quæ te præoccupavit, inſtantia? Reſpondens autem fortiſſimus Chriſti Martyr dixit: Cognitum tibi ſit, Antioche, quoniam per hanc fatuitatem perſiſtam ad diſſolvendam virtutem tuam patriſque tui diaboli. Fac ergò, quod velis; ego enim dæmones non adoro, neque idolis ſacrifico, ſed Domino Deo meo immaculatum ſacrificium meipſum offerre feſtino. Videns ergò Antiochus, quia fixus & immobilis erga fidem Chriſti atque confeſſionem perſiſtebat, talem adverſus eum dedit ſententiam. Sergium, qui indignum ſeipſum deorum pietate monſtravit, impiiſſimæ verò hæreſi eorum, qui appellantur Chriſtiani, ſe inferuit, offendit autem in magnam Maximiani imperatoris fortunam, eò quòd noluit obediens eſſe venerabilium * ejus edictis, ut diis ſacrificaret, hunc leges gladio animadverti præcipiunt. Quidam igitur de aſſiſtentibus juſtam eſſe adclamabant, quæ in eum erant prolata, ſententiam. Venientes ergò apparitores interpoſuerunt funem labiis ejus & accipientes eum de medio ſecretarium duxerunt, ut gladio perimeretur.

F

** Mombrit.* venerabilibus

fuſa ad Deum, quæ hic recitatur,

27 Plurima itaque multitudo virorum ac mulierum eum ſubſecutæ ſunt, ut exitum Beati aſpicerent. Videntes igitur flores vultus ejus & juvenilem ætatis magnitudinem amariſſimè flebant, ſuſpirantes ſuper eum. Beſtiæ verò ejuſdem loci, cubilia ſua relinquentes, commixti omnes convenerunt, nulli hominum inſidias facientes, & tacti clamoribus, ſancti Martyris interitum conſiderabant *ſ*. Dum appropinquarent ad locum, in quo conſummaturus erat Chriſti martyr Sergius, poſtulabat ſpiculatores modicas ei præbere inducias, ut oraret. Extendens

ſ

A dens quoque manus ſuas in cælum dixit. Beſtiæ agri & volatilia cæli tuam dominationem atque imperium, Domine, cognoſcentes, collecti ſunt in gloriam ſancti nominis tui, quatinus rationabilium hominum ſcientiam per ſuam confeſſionem ad te convertantur *, qui tuæ bonitatis nutu ac voluntatis vis, omnes homines ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Intermittens quidem mortem, expectans pœnitentiam, ne memineris, Domine, peccatum ignorantiæ eorum, quam in nos pro tuo nomine protraxerunt.

* *al.* convertant

28 Illumina oculos cordis eorum & perdue eos ad tuam cognitionem. Suſcipe denique & animam meam & requieſcere eam fac in cæleſtibus tabernaculis tuis cum eis, qui tibi à ſæculo placuerunt. Tibi enim animam meam commendo, quoniam eruiſti me de laqueo diaboli. Hæc igitur dicens, & ſignans ſeipſum & flectens genua, capite truncatus eſt & tradidit angelis animam ſuam *t*. Vox autem de cælo facta eſt dicens: Sergi, miles meus & athleta, ingredere in regnum, quod tibi paratum eſt. Expectant enim te angelorum militiæ, numeri patriarcharum, Apoſtolorum & prophetarum cætus, ſpiritus juſtorum, ut cum eis bona percipias, quæ tibi præparata ſunt *u*. Locus autem, in quo ſuſceptus eſt ſanguis ſancti Martyris, diviſus magnam voraginem fecit, Deo ita diſpenſante, quatinus eos, qui veluti ſues in cæno volutabantur, terrore viſæ voraginis non auderent appropinquare & conculcare in ipſo loco ſanguinem ſancti Martyris. Et ideò pro hac re magnum illud chaos factum eſt, & ſic remanſit locus ille uſque in præſentem diem, continens ex divino nutu vetuſtatis indicia *x*, ut, qui non credunt, ſpecialiter exiſtente miraculo, firmum in eis ædificet fidei fundamentum.

gratione, capite truncatur,

t

B

u

x

29 Quidam proinde de his, qui convenerant ad videndum ſancti Martyris exitum, animadvertentes intuitum communis naturæ collegerunt corpus ejus, & optimè ſepelientes poſuerunt eum in eodem loco, in quo & paſſus fuerat. Poſt multum igitur tempus religioſi viri zelo Chriſti incitati cœperunt expoliare corpus de loco ſuo, venientes de caſtro Syro, veluti quemdam theſaurum pretioſiſſimum; ſanctus verò Sergius non permiſit corpus ſuum occultè transferri, quod publicè propter Chriſti confeſſionem triumphalibus ſuppliciis punitum eſt, ſed deprecatus eſt Deum, ignem ſuccendi in eodem loco, non ut eos, qui furari conabantur, ulciſceretur, aut etiam exureret, ſed caliginem quoque noctis inluſtraret tale furtum in Ruzaphatam caſtellum; quod & factum eſt. Incenſo ergò igne in loco, ubi corpus jacebat, quidam de habitatoribus caſtri videntes, penituſque uſque in cælos flammam elevari, putaverunt, à quibuſdam hoſtibus maximum illum ignem factum fuiſſe, & armati egreſſi ſunt, & perſequebantur eos, qui furari temptaverunt corpus ſancti Martyris; illi autem poſtulantes eos permiſerunt ibidem diebus paucis perſiſtere; & ædificium facientes ex lapidibus & luto in loco, ubi jacebat, & coopericntes ſuper in honorem Martyris ſic receſſerunt *y*.

C

y

diùque pòſt corpus ejus auferre Surenis incaſſum conatis,

30 Paulatim itaque proficiente religione Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti, convenientes in unum ſanctiſſimi epiſcopi, numero quindecim, ædificaverunt juxta caſtrum Ruzafatam Cymiterium dignum confeſſionis ejus, tranſtuleruntque ibidem ſancti Martyris corpus & depoſuerunt in eodem martyrio per eandem diem, qua paſſus eſt, die ſeptima menſis Octobris *z*. Multæ denique ſalvationes & miracula peraguntur, ubicúmque ejus ſanctæ reliquiæ fuerint, præcipuè in ſepulchro, ubi priùs jacuerat. Affectu namque loci, in quo paſſus eſt, deprecatur idem ſanctus Martyr Dominum, ut omnes, qui illuc concurrunt, à diverſis ægritudinibus curentur. Obſeſſos verò ab ſpiritibus immundis curat; nec non & beſtiæ agreſtes in manſuetudinem convertuntur. Diem namque, quâ paſſus eſt, annualiter cuſtodiunt veluti legitimam beſtiæ, concurrentes à deſerto, quod eſt in circuitu, & commixti cum hominibus nulli omnino inſidiantur, neque ferali impetu in læſionem concurrentium utuntur *aa*. Magis autem in manſuetudine Martyrem Chriſti honorantes perſiſtunt in eodem loco erga præceptum Domini, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.

A. ANONYMO.

z

aa

inſigni eccleſiâ in honorem ſuum exſtructâ à Chriſtianis honoratur.

ANNOTATA.

a *Pro vocabuli hujus ſignificatione ădi, quæ in Annotatis, capiti præcedenti ſubnexis, ad lit. f dicta ſunt.*

E

b *Multum roboris huic, quod, velut à Sanctis contra deos adductum, hic obtenditur, argumento ineſſe, non perſpicio, cùm ipſemet verus Deus reliquerit hominem in manu conſilii ſui, nec quemquam, læſa arbitrii libertate, ad ſuî cultum compellat.*

c *Codex noſter, ſignatus P. Ms.* 20, *ſic habet:* Videamus, ſi te Chriſtus tuus de manibus meis eripiat; à prima autem hora uſque ad veſperam laceratis ejus carnibus, & cruore hinc atque inde circumfluente, uteroque ejus diſrupto ac jecore, dixit beatus Bachus ad Antiochum: Miniſter diaboli, tortores tui defecerunt, fiducia tua deſtructa eſt, tyrannus Maximianus devictus eſt, pater veſter diabolus confuſus eſt.

d *Videntur & hæ, quæ hîc tum Antiocho, tum Sanctis attribuuntur, quamdamque concertationis ſpeciem præferunt, ſermocinationes pro arbitrio ſanè à biographo confictæ. Verùm adi Commentarium prævium num.* 20.

F

e *Martyrii, quod hîc narratur, genere verè occubuiſſe* S. Bacchum, *ex iis, quæ Commentarii prævii num.* 35 *diſſerui, credendum apparet. Verùm quid de voce, divinitus facta, omnibuſque adſtantibus audita, quâ ad cælum* Bacchus *evocatus fuerit, ſtatuendum? Enimverò eſt, cur, an ea facta reipſa fuerit, non immeritò dubites, ut ex iis, quæ dicti Commentarii prævii num.* 36 *diſſerui, facilè intelliges.*

f *Duplex, quod hîc adſtruitur, miraculum parùm admodùm credibile apparet, nec ſcio, an in ullis fidei undequáque probatæ actis ſimile inveniatur. Videſis Commentarium prævium num.* 20 *&* 21.

g *Lectioni huic, utut mendoſæ, conſonat altera, quæ ei in codice noſtro Q. Ms.* 6 *reſpondens occurrit; verùm præſtant, quas editio Mombritiana & codex noſter P. Ms.* 20 *ſuppeditant; ac editionis quidem Mombritianæ hæc eſt:* Et ſuſtinuerunt cuſtodientes eum uſque in tempore noctis. Veſpere autem facto, deſcendentes quidam.... tulerunt ſanctum corpus ejus.... ſepelieruntque eum in una è ſpeluncis eorum; *codicis verò iſta:* Cùm igitur eum uſ-

A. ANONYMO. què ad veſperam profundam volatilia cuſtodiſſent, ſero jam facto, deſcenderunt quidam.... & in ſpelunca corpus ſancti Viri tulerunt atque ſepelierunt.

h *En jam tertiam, quæ in Sanctorum noſtrorum Actis occurrit, cœleſtem apparitionem. Verùm quid de frequentibus apparitionibus ac miraculis, quæ in Actis, per auctores haud ſynchronos ſcriptis, occurrunt, ſentiendum ſit, Commentarii prævii num.* 22 *edixi.*

i *Pro horum ſeu caſtrorum, ſeu, uti aliàs etiam vocantur, oppidorum ſitu notitiaque videſis Commentarium prævium num.* 27 *& aliquot ſeqq.*

k *Ita ferè Pſalmo* 18, ℣. 7.

l *Pſalmo* 36, ℣. 35 *&* 36, *uti & in codice noſtro, ſignato P. Ms.* 20 *legitur:* Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros Libani, & tranſivi, &, ecce, non erat, & quæſivi eum & non eſt inventus loeus ejus.

m *Ita ferè Matthæi* 10, ℣. 28.

n *In codice noſtro Q. Ms.* 6 *etiam legitur* Cyrenos; *verùm & hîc & ibi mendum cubare*
B *puto. Præterquam enim quòd nulla inſit vocabulo huic ſignificatio, in editione Mombritiana legitur* Cothurnos, *uti etiam infrà, dum ejuſdem ſignificationis vocabulum recurrit, in ipſo codice noſtro Q. Ms.* 7 *& altero jam dicto, qui ſignatur Q. Ms.* 6.

o *Diſtantia, quæ hîc Suram inter & Tetrapyrgium, infráque caſtellum hoc inter & Reſapham, ſeu, corruptâ hîc vocabuli hujus efformatione, Ruzaphatam ponitur, minimè pugnat cum diſtantia, quam inter poſtremum hoc, ſeu caſtellum ſeu oppidum, & Suram ſtatuit Procopius. Adi Commentarium prævium num.* 34, *ibidemque dictis adde, vocem* Tetrapyrgium *compoſitam indubiè eſſe è duabus vocibus Græcis* τέσσαρα *ſeu* τετταρα *&* πυργος, *quarum prior* quatuor, *poſterior* Turrim *ſignificat; ut caſtellum illud, indita ei, quæ ab ipſa re deducta eſſet, nomenclatione, quatuor turribus veroſimillimè conſtiterit.*

p *Nec, quæ hîc narratur, cum altero præterea miraculo conjuncta apparitio credibilior ceteris, ſuprà relatis, poteſt videri. Adi Commentarium prævium num.* 22 *&* 36.

C q *Videntur & hæc iterum, aliaque infrà adhuc occurrentia, quæ* S. Sergio *Antiochoque adſcribuntur, ratiocinia à biographo pro arbitrio conficta.*

r *de Caſtello hoc, quod communiùs* Reſapha *ſeu* Roſapha *à ſcriptoribus antiquis vocatur, quodque* S. Sergius *pro palæſtra, in qua martyrium conſummavit, obtinuit, videſis, quæ dicta ſunt tum in proximè Annotatis ad lit.* o, *tum in Commentario prævio num.* 27 *& aliquot ſeqq.* D

ſ *Nec pro miraculi hujus veritate vadem ego me ponere velim. Adi iterum Commentarium prævium num.* 22 *&* 36.

t *Quin re etiam vera, uti hîc traditur,* S. Sergius *gladio martyrium conſummârit, ex iis, quæ hac de re Commentarii prævii num.* 35. *& ſeq. diſſerui, vix ullus ſupereſt dubitandi locus.*

u *Quod mox de voce, quæ, cùm* Bacchus *martyrio coronaretur, cœlitus delapſa fuerit, in Annotatis, capiti præcedenti ſubnexis, ad lit.* e. *edixi, idem hîc de voce, quæ, cùm* Sergius *gladio fuiſſet percuſſus, cœlo delapſa aſſeritur, dictum exiſtima.*

x *Fideſne certa miraculo huic adhibenda ſit, ex iis, quæ Commentarii prævii num.* 22 *&* 36 *dicta ſunt, ſtatue. Sanctorum interim Acta ab auctore ſynchrono ſcripta non eſſe, ex hoc illorum loco hunc intelligitur, uti Commentarii prævii num.* 16 *jam monui.*

y *Quidquid ſit de prodigio hîc relato, cùm* E *longo equidem poſt* S. Sergii *martyrium tempore patratum fuiſſe, à biographo tradatur, liquet & ex hoc Actorum loco, uti etiam ex altero, qui proximè ſequitur, ab auctore, qui Sanctis ſynchronus vixerit, ſcripta illa non eſſe, quemadmodùm in Commentario prævio num.* 16 *&* ſeq. *jam docui.*

z *Cùm* martyrium, *apud antiquos idem, quod ædes quæcúmque ſacra, ſeu parva ſeu magna, in honorem martyris exſtructa, ſignificârit, per vocabulum illud hîc intelligi puto inſignem eccleſiam, ab Alexandro, Hierapolitano epiſcopo,* S. Sergio, *ſeu potiùs huic ſimul &* S. Baccho *Reſaphæ anno circitèr, uti in Commentario prævio* § IV *docui,* 430 *exſtructam. Et vero ædes iſthæc ſacra in codice noſtro P. Ms.* 20, *non* martyrium, *ſed* baſilica *vocatur.*

aa *Reſapha ſeu Sergiòpolis, qua in civitate martyrio coronatus tumulumque nactus fuit* S. Sergius, *in ſolitudine feris plurimis redundanti ſita erat; ut hinc fortè (neque enim feræ hominibus, dum plures uno eodemque loco congregati* F *ſunt, nocere ſolent) à credulo prodigiorumque amanti vulgo id, quod hîc narratur, quodque, nullo interveniente miraculo, fiebat, miraculo tamen fieri creditum fuerit, reſque præterea, non ut erat, ſed adjunctis falſis aucta ad biographi cognitionem pervenerit.*

A

ACTA ALTERA,

A. SYMEONE METAPHRASTE.

Auctore Symeone Metaphraſte,

Ex Ms. Medicæo bibliothecæ regiæ Pariſienſis, Latinè verſa à Lipomano tom. VI *à pag.* 317.

CAPUT I.

Sancti tamquam Chriſtiani apud Maximianum accuſantur, tales ab eo deprehenduntur, ludibrioque habentur.

Μαξιμιανὸς βασιλεύων τὸν τύραννος, καὶ τὴν οἰκουμένης σχεδὸν ἁπάσης ὑπὸ βαθεῖ σκότῳ τὴν ἀσεβείας κάμινος, λίθους καὶ ξύλα τὴν ἀνθρώπων χειρῶν οἷα θεοὺς ἀναλισκομένων, καὶ μιαιφονίαν ἀπογεύεσθαι θυσιῶν, Σέργιον καὶ Βάκχον, ῥωμαίοις τὸ γένος ἄμφω, τῇ περὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογίᾳ καὶ πίστει, κατὰ τοὺς διαφανεῖς ἀστέρας ἐν τοῖς βασιλείοις τὴν πλουτικαῦτα διέλαμπον, ὧν τὴν πολλῶν ὄντες καὶ ἀσήμων, ἀλλ' ὁ μὲν πριμικήριος τὴν χειλιάρχων σχολῆς ὁ Σέργιος, δεκαουδικήριος δὲ ταύτης ὁ Βάκχος ὢν, μεγάλα μὲν παρὰ βασιλεῖ Μαξιμιανῷ δυνάμενοι, μείζονα δὲ τὸν παρὰ τῷ ἀθανάτῳ βασιλεῖ καὶ θεῷ παῤῥησίαν κτησάμενοι, ἅτε σκηνὴν μὲν τὸν βίον καὶ παροικίαν καὶ εἴ τι ἄλλο τὴν ὑπ ἐσάτων ἡγούμενοι, ἔμποροι δὲ ἀγαθοὶ τῆς ἑαυτῶν γινόμενοι ζωῆς, καὶ τὸν ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν διὰ τὴν παρόντων πραγματευόμενοι, καὶ ὥσπερ τινὰ πρὸς τὸν ἐκείνης κτῆσιν διδασκαλίαν καὶ τέχνην, τὰς θείας μελιούσης γραφὰς καὶ ταύτας ἀεὶ διὰ χειρὸς ἔχοντες.

B

C

CUm Maximianus tyrannus imperaret, & univerſus ferè orbis terræ jacêret in profundis tenebris ignorantiæ; lapideſque & ligna cogerentur homines adorare tanquam deos, & maximè execranda (proh dolor!) guſtare ſacrificia *a*, Sergius & Bacchus, ambo Romani genere, in Chriſtum confeſſione & fide, non ſecùs ac lucidæ ſtellæ, tunc refulgebant in regia. Non erant autem plebeii, nec obſcuri: ſed Sergius quidem erat primicerius ſcholæ Centiliorum *b*, ſecundicerius autem hujus Bacchus: qui multum quidem poterant apud Imperatorem Maximianum *c*, majorem autem ſibi paraverant fiduciam apud Regem & Deum immortalem, ut qui tabernaculum quidem & incolatum & exilium, & ſi quid aliud eſt his vilius, hanc vitam exiſtimarent. Cùm eſſent autem boni mercatores ſuæ ſalutis, &, quæ eſt in futuro, vitam compararent per præſentia, veluti quandam artem ad illam acquirendam, divinas exercebant ſcripturas, & eas ſemper habebant præ manibus.

Sancti, plurimùm auctoritate ac gratiâ valentes.

a

b

2 Ὅθεν δὴ ἀνεκτὰ ταῦτα τῷ φθόνῳ κατέσχη, ἀλλά τινες τοῖς γενναίοις τῆσε ἄλλης ἀρετῆς, καὶ δὴ καὶ τὴν εἰς αὐτὸν βασιλέα παῤῥησίας βασκαίνουσι πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον τὴν τὴν παῤῥησίας αἴτιον βασιλέα τοὺς ἄνδρας ἐνδιαβάλλουσιν, ὡς ὀλιγωρήκασι μὲν τὴν ἐκείνου φιλίας, ἠλόγησαν δὲ καὶ τὴν περὶ θεοὺς θεραπείας, καὶ πρὸς ἑτέραν ἤδη θρησκείαν ἀποκλίναν, Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς καὶ Χριστοῦ θεοὺς ἐπιφημίζοντες· Μαξιμιανὸς μέντοι καὶ αὐτὸς εἰδὼς ὅτι πολλοῖς πολλάκις αἱ διαβολαὶ φθόνων αἰτίαν ἔχουσιν, οὐκ ἀληθῆ, ἄλλως δὲ καὶ τὸν τὴν ἀνδρῶν δύνοιαν οὐκόσον μὴ ἀλόγων, ἀλλὰ καὶ τὸν οἰκείαν ἀποκόψαντε καὶ ἄυσηρίαν ἐπὶ νοῦν ἔχων, ταύτην δὲ καὶ μάλιστα διαφέρειν τὴν ἄλλων αὐτὸς ἐφιλοτιμεῖτο· καὶ ὡς εἰ τάχα καὶ τὴν δυνοίας ἐκεῖνοι ταύτης καὶ τὴν φιλίας ὑπερίδειν ἔκριναν, ἀλλὰ τὸν κίνδυνον ἂν ἐφοβήθησαν, ἀπίθανόν τε ἡγεῖτο καὶ ψευδῆ τὰ λεγόμενα, καὶ ὅτι μὴ ἐβαζανίσως ταῦτα προσδέχεσθαι δεῖ. Τί οὖν ἐποίει; θυσίαν φιλότιμον καὶ πολυτελῆ παρασκευασάμενος, καὶ συνελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν ὅσους περὶ αὐτὸν ἐπιφανεῖς ἦν, κοινωνῆσάτε αὐτῷ τὴν θυσίας πρότερον παραγγείλας, οὕτως ὅθεν δοκιμάσαι τὸ πρᾶγμα καὶ τὸν διαβολὴν διεσκέψατο.

aliorum incurrunt invidiam, ab iiſque fidei in Chriſtum inſimulantur; quòd an verum ſit,

F

2 Quocirca hæc non potuit tolerare invidia: & cùm quidam alii, tum alias quoque virtutes, tum apud ipſum Imperatorem fiduciam viris præclaris inviderent, apud illum ipſum eorum fiduciæ authorem, nempe imperatorem, eos accuſant: quòd illius quidem contempſerunt amicitiam, deorumque cultum quoque neglexerunt: jam autem ad aliam declinârunt religionem, ſe Chriſtianos & Dei ſervos vocantes. Maximianus autem, etiamſi ſciret, quod ſæpè multi calumniæ invidiam cauſam habent, non veritatem, maximè autem cùm non ignoraret, quanta eſſet eorum in ipſum benevolentia: quin etiam animo verſaret ſuam ſævitiam & acerbitatem, (eâ enim vel maximè aliis contendebat antecellere) & quòd ſi fortè deorum benevolentiam, & illius amicitiam ſtatuiſſent deſpicere, periculum quidem certè timuiſſent: exiſtimaretque, eſſe non probabilia, ſed falſa, quæ dicebantur: ea tamen admittenda non eſſe citra examinationem, ut conſentaneum erat, conſiderabat. Quid ergò facit? Cùm ſplendidum & magnificum parâſſet ſacrificium: & quicúnque erant clari & illuſtres, in templum convenire, & ſacrificii cum eo eſſe participes priùs juſſiſſet, rem deinceps examinare conſtituit.

3 Ἔσισι μὲν δὴ αὐτὸς πρῶτος· ζυνίζησι δὲ αὐτῷ καὶ πολύ τι πλῆθος, καὶ ὅσον καλὰ τὸ ἱερὸν ἤθροι-

3 Atque ipſe quidem primus ingreditur: ſimul autem cum eo ingreditur etiam magna mul-

A. SYMEONE METAPHRASTE. *imperator Maximianus exploraturus templum adit,*

multitudo, & erat universa in templo congregata. Et alii quidem diligenter peragebant sacrificium, & præsentem observabant Maximianum; Sergius verò & Bacchus, viri generosissimi, ne templi quidem portam ingressi, foris stabant alicubi, ipsi Deo potiùs purum & verum peragentes sacrificium, & pro aliis rogantes: Domine, Domine, dicebant, Deus Rex singulorum *, exaudi vocem nostræ orationis, & propitius esto hæreditati tuæ. Parce Domine, & ne eos dederis ad gloriandum adversario. Sed illumina Domine, illumina oculos cordium eorum, & eos deduc ad tui agnitionem, qui nunc in tenebris ambulant ignorantiæ, & mutaverunt gloriam tuam, qui es solus Deus, & alienus ab interitu, in similitudinem bestiarum, quadrupedum & serpentium, & à te defecerunt, & sacrificârunt eorum sculptilibus, & nomen sanctum tuum contemptui habuerunt. Converte eos, Domine, & cognoscant mirabilia tua, & unigenitum tuum Filium, & Salvatorem nostrum, qui voluntaria Cruce & morte nostram procuravit salutem. Porrò autem nos quoque conserva alienos à reprehensione in via testimoniorum tuorum, & in custodia tuorum mandatorum. Atque quidem foris stantes extra portas templi, hæc precabantur, & sic Deum placabant.

* seculorum

accessitos ad se Sergium & Bacchum diis sacrificare,

4 Maximianus interea templum ingressus, cum huc & illuc circunspexisset, solos verò illos, Sergium & Bacchum, non vidisset in templo adesse cum aliis, tunc id, quod fiebat, statuit apertè probare eam, quæ in ipsos intendebatur, accusationem; protinusque exarsit consueta illius sævitia, feritas & ira: &, Quid cunctamini? Dixit iis, qui adstabant: & frequenter repetiit illud, Ducantur execrandi, cum jussu terribili. Ducuntur ergò Martyres cum iisdem vestibus, tunicis, & zonis, unâ linguâ versantes illam dulcem precationem. Deinde imperator principis extollens supercilium, superque & torvè eos intuens: Videmini, inquit, non in tempore meâ esse abusi fiduciâ, & propter hanc, quâ in vos usi sumus, benevolentiam nos magnæ damnâsse stultitiæ, & contra nostram insurrexisse potentiam, & impii quidem esse in deos ipsos, ingrati autem in nos & injusti. Sed, nisi sacrificaveritis, & deos, & nos simul placaveritis, ego meæ satis medebor querelæ: & vos statim apertè scietis, summa benignitate & mansuetudine frui nolentes, qualem meam in vos iram nuper movistis.

idque facere renuentes ac Christum confitentes

5 Hæc cùm Viri illi præclari audiissent, & cognovissent, se jam omnino manifestos evasisse imperatori, & non oportere ampliùs celare pietatem, & occasionem præterire, sed potiùs quàm possunt maximè publicare & pro ipsa magnam afferre fiduciam & dicendi libertatem, liberâ animâ & linguâ Christum Deum verum sunt confessi: simulacra autem eorum deos, & humanarum manuum opera, spiritu carentia & surda, manifestè ostenderunt: Dii vestri, dicentes, argentum & aurum, opera manuum hominum: & subjungentes ea, quæ deinceps sequuntur: &, nos, ô Imperator, hoc solum tibi debemus, ut in hac terrena militia tibi grato animo inserviamus, & quod utrique mandatum fuit munus, impleamus. Neque verò his surdis & inanimis diis sacrificabimus, neque à nostro & vero Deo solo deficiemus, etiamsi supra modum

50· καὶ οἱ μὲν τῷ θυσίαν ἐπιμελῶς διετέλουν, καὶ παρόντα τὸν Μαξιμιανὸν ἐθεράπευον, Σέργιος δὲ καὶ Βάκχος οἱ γενναιότατοι μηδὲ τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ προσβαλόντες, ἔξω πως παρέστηκεσαν, αὐτοὶ μᾶλλον Θεῷ τῷ καθαράντε καὶ ἀληθῆ τελοῦντες θυσίαν, καὶ ὑπὲρ ἐκείνων δεόμενοι, κύριε, κύριε λέγοντες, ὁ Θεὸς, ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων ἐνώτισαι τῷ φωνῷ τῆς δεήσεως ἡμῶν, ἱλάσθητι τῇ κληρονομίᾳ σου, φεῖσαι, κύριε, καὶ μὴ δῷς αὐτοὺς εἰς καύχημα τῷ ἀντικειμένῳ, ἀλλὰ φώτισον, κύριε, φώτισον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας αὐτῶν, καὶ εἰς τὸ ζῆν ἐπιγνώσιν αὐτοὺς καθοδήγησον, οἱ ἐν σκότει νῦν τῆς ἀγνοίας περιπατοῦσι, καὶ ἠλλάξαντο τὸν δόξαν σου τοῦ μόνου ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι θηρίων καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν, ἀπέστησάντε ἀπὸ σοῦ, καὶ ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου ἠθέτησαν· ἐπίστρεψον αὐτοὺς, κύριε, καὶ γνώτωσαν τὰ θαυμάσιά σου, καὶ τὸν μονογενῆ σου υἱὸν καὶ σωτῆρα ἡμέτερον, ὃς ἑκουσίῳ σταυρῷ καὶ θανάτῳ τῷ ἡμῶν ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν, καὶ ἡμᾶς ὃ ἀμώμους ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου, καὶ τῇ τῶν ἐντολῶν σου φυλακῇ διατήρησον. Οἱ μὲν δὴ ἔξω πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ ἱεροῦ ἑστῶτες τοιαῦτα προσηύχοντο, καὶ ὕτω τὸν Θεὸν ἱλάσκοντο.

4 Μαξιμιανὸς δὲ εἰσελθὼν, καὶ τῇ δὲ κἀκεῖσε περιβλεψάμενος, ὡς μόνους ἐκείνους Σέργιον καὶ ἴδοι καὶ Βάκχον εἴσω τοῦ ἱεροῦ μετὰ τῶν ἄλλων παρόντας, τότε δὴ πᾶσιν ἀκριβῶς τὸ γενόμενον ἢ κατ' αὐτὸν διαβολῆς ἐποιεῖτο· καὶ δῆθεν ἡ ζυνήθης ἀπωλύσατε καὶ ἀριότης καὶ ἡ ὀργή· καὶ τί μέλλετε πρὸς τοὺς παρεστῶτας, καὶ πολὺ τὸ, ἀχθήτωσαν οἱ κατάρατοι, μετὰ φοβερᾶς τοῦ κελεύσματος. Ἄγονται τοίνυν οἱ μακάριοι σολαῖς αὐτῶν, καὶ χλαμύσι καὶ ζώναις, ὑπὸ μιᾶς γλώττης τῷ γλυκεῖαν ἐκείνῳ εὐχὴν ἔτι φθέγγοντες. Εἶτα τῷ ἀρχικῷ ἄρας ὀφρῦν ὁ βασιλεὺς, καὶ βαρὺν αὐτοῖς καὶ ἄγριον ἐνιδών, Εἰκότε, ἔφη, παῤῥησίας δὲ κατὰ καιρὸν ἀπολαύσαντες ἡμῶν, ἄμωσθε δὲ καὶ τῇ πολλῇ ταύτῃ ἣ περὶ ὑμᾶς ἐχεφρόνησα ὀλιγωρίᾳ, πολλὴν δόξαν καταλιπόντες ὑμῶν, καὶ διὰ τοῦτο κατεπαρθῆναί τε τῷ ἡμετέρᾳ κράτει, καὶ ἀνόσιοι μὲν τὰ περὶ τοὺς θεοὺς αὐτούς, ἀχάριστοι δὲ τὰ περὶ ἡμᾶς ὀφθῶσι καὶ ἄδικοι· ἀλλ' εἰ μὴ δύσεσθε, καὶ θεοὺς ἅμα καὶ ἡμᾶς ἱλάσεσθε, ἐγὼ τῷ ἐμῷ ἱκανῶς ἔχομαι μέμψιν, καὶ ὑμεῖς αὐτίκα φανερῶς ἔσεσθε, ὅσας ἡμερότητος καὶ προζωείας οὐκ ἐθέλοντες ἀπολαύειν, οἷον μὲν τὸν θυμὸν ἄρτι καθ' ὑμῶν κεκινήκατε.

5 Τούτων ἀκούσαντες οἱ γενναῖοι, καὶ γνόντες, ὅτι δῆλοι πάντως ἤδη τῷ βασιλεῖ γεγόνασι, καὶ ὅτι κρύπτειν ἔτι τὴν εὐσέβειαν οὐκέτι χρὴ, καὶ τὸν καιρὸν παρίεναι, ἀλλὰ δημοσίᾳ μᾶλλον ὡς οἷόντε, καὶ πολλὴν ὑπὲρ αὐτῆς εἰσφέρειν τὴν παῤῥησίαν, ἐλεύθερα καὶ ψυχῇ, καὶ γλώττῃ Θεὸν μὲν ἀληθῆ τὸν Χριστὸν ὡμολόγησαν· εἴδωλα δὲ τοὺς αὐτῶν θεοὺς καὶ χρῶν ἀνθρωπίνων ἔργα πνοῆς ἔρημα καὶ κωφὰ καὶ καθαρῶς ἀνέπνον, οἱ θεοὶ ὑμῶν, λέγοντες, ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χρῶν ἀνθρώπων, καὶ ὅσα λοιπὰ ἐπιλέγοντες καὶ ὅτι περὶ ἡμεῖς, ὦ βασιλεῦ, τοῦτό γε μόνον ὀφείλομεν, τόγε εἰς τὴν ἐπίοντα τούτῳ στρατείαν δύνασθαι μόνως ὑπηρετεῖν, καὶ τὴν ἀνήκουσαν ἑκατέρῳ τάξιν ἀποπληροῦν· καὶ ὅτε δὴ τοῖς κωφοῖς τούτοις ἀψύχοις θεοῖς δουλεύομεν, ὅτε τῷ ἡμετέρᾳ καὶ ἀληθῶς θεῷ μόνῳ ἀποστησόμεθα, κἂν εἰ καὶ χαλεπώτερον ἀδικήσῃς, κἂν εἰ μηδὲν εἰς ἡμᾶς φιλάνθρωπον ἐπιδείξῃ, ἀλλὰ καὶ σιδήρῳ καὶ πυρὶ καὶ ταῖς ἄλλαις παραδώσῃς κολάσεσι. Τί γὰρ ἰσχυ-

A ἰσχυρότερον ἐυσεβείας, ἢ τῶ ὑπὲρ αὐτῆς πάσχϛν μακαριώτερον;

6 Πρὸς ταῦτα ὀξύτερον ϗ Μαξιμιανος κινηθεὶς ἐφαιρεθῶαι μὲν αὐτὺς τὰ παράσημα τ ἀρχῆς αὐτίκα κελεύϛ, ἐσθήματα ϑ γυναικεῖα μεταμφιαζάμενυς ϗ ζιδηροῖς κλοιοῖς ἅμα περιαυχενιθέντας διὰ μέσης τ ἀγορᾶς μέχρι τ βασιλείων αὐτῶν ἄγεσθαι. Ἤρχοντο μὲν ὧν ὁδὺς οἱ μακάριοι τὴν μακαρίαν ὄντως ἐκείνην ὁδὸν ϗ εἰς Χριϛὸν αὐτὸν φέρϑζαν, ὐκ αἰσχύνην εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίζοντες, ἀλλ', ὡς τὴν ἀσέβϛαν μᾶλλον ἐν ἑαυτοῖς καταισχύνοντες, περιφανῶς ἀβρυνόμενοι· ϗ τὺς μὲν πόδας ἡ πορεία, τὰ χείλη ϑ ἡ ὁ χαρισία εἶχε, ϗ ἡ πρὸς Θεὸν ὁμιλία ϗ δέησις· ἔλεγον γάρ, Ἐὰν ϗ πορϑϑῶμεν ἐν μέσῳ ϛκιᾶς θανάτυ, ὐ φοβηθησόμεθα κακὰ, ὅτι σὺ μεθ' ἡμῶν εἶ, Κύριε· διὰ τῦτο ἀγαλλιάσεται ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ σοὶ, ὅτι ἐνέδυσας ἡμᾶς ἱματιον ϛωτηρίυ, ϗ χιτῶνα ὁ ϕροσύνης περιέβαλες ἡμᾶς, ἀλλ' ἀνάστηθι, Κύριε, εἰς τὴν βοήθϛαν ἡμῶν, ϗ λύτρωσαι ἡμᾶς ἕνεκεν τ ὀνόματός συ· ὕπω πέρας εἶχεν αὐτοῖς ἡ ὁ χή, ϗ τῷ βασιλεῖ παρέϛησαν, ἄυδις ἀπὸ τ ἱερ ἀναστωθέντι πρὸς τὰ βασίλεια.

B

7 Θωπείαν ὧν ἐκείνῳ τῇ ϛυνήθϛ ἁπλῶϛά ϛυχεραθμένῳ, ϗ οἷα ϗ φοβεῖν ἅμα ϗ λεαίνϛν τὴν ἐπενεχθεῖϛαν αὐτοῖς τῷ δοκεῖν αἰσχύνην ἐκ τ ἀτιμίας ταυτ βυλόμενῳ· Δϛνὸν, ἔλεγον, ὦ παρόντες, ϗ ϛρόϕρα δϛνὸν τὸ τὰς μεγίϛας τιμὰς ἁπλῶς ὕτω ϗ ἀλογίϛως προϊέϑαι· εἰώθασι γὰρ αἱ παρ' ἀξίαν ὐπραγίαι τὺς ἀνοήτυς ὐ πρὸς ὕβριν ἐρεθίζϛν μᾶλλον, ἀλλ' εἰς θράϛος κατὰ τ ὐεργετούντων ἐτοίμϛν. Οὗτοι γαρ, ὡς ὁρᾶτε, μεγάλης παρ' ἡμῖν δόξης ἐπιτυχόντες, φιλίας τε ἡμετέρας ϗ παῤῥηϛίας ὑδ' ὅσης εἰπεῖν ἀπολαύσαντες, ὡς μὴ μόνον αὐτοι τὰ πρῶτα φέρϑν εἰς οἰκειότητα, ἀλλὰ ϗ ἑτέρυς ϗοικειῶν ἡμῖν δύναϑαι, ϗ ζηλωτὺς ἐν βραχεῖ ϗ περιβλέπτυς ἐργάζεϑαι, τύτοις ἅπασι μακρὰν ἐπιθέντες λήθλν, τέλῳ δὲ ϗ τ μεγίϛων θεῶν ϗ αὐτῦ Διὸς κατολιγωρήσαντες, ὃς πάντων μὲν δημιυργὸς, πάντων ϑ θεῶντε ϗ ἀνθρώπων πατὴρ εἶναι πιϛεύεται, τ λεγόμενον προτελιμήκασιν Ἰησῦν, γυναικὸς υἱὸν ὄντα ϗ τέκτονος, ϗ ϛαυρὸν ζὺν ἅμα δυσὶ κακύργοις ὑπὸ Ἰουδαίων κατακριθέντα, ϗ πικρότατον ὄντως ὑπομεμενηκότα θάνατον· ἀλλ' ἐγὼ πάντως τύτων αἴτιος, ὅς γε ϗ περὰ τῦ μετρίυ φιλάνθρωπος εἶναι βυλόμενος, φίλυς αὐτὺς ϗ κοινωνὺς τ δαιμονίας ἐποιησάμλν.

C

8 Οὕτω ϛφοδρὸν κατατείνας τὸν λόγον, ἔπϛτα πάλιν ὑποχλέπτϛν αὐτὺς τῷ μειλιχίῳ πφρώμενος, ἥμερόν τι βλέψας ϗ φιλικὸν, ἀλλ' εἴπερ οἱ αὐτοὶ ϗ νῦν ἐσὲ, ἔφη, Σέργιόσε καὶ Βάκχος, καὶ μή τις ὑμῶν τὴν διάνοιαν φθονερὸς ἐπήρωσε δαίμων, αἰδέσθητε μὲν τὸ μέγα τῦ ἀξιώματος, αἰδέσθητε δὲ τὸ καθαρὸν καὶ ἄϕθονον τ φιλίας, καὶ μὴ τὰ εἰς τὺς θεὺς ὕτως ἀσεβῦντες ὀφθείητε, ἀσυνήθη καὶ ξένην θρησκείαν εἰσάγοντες, ϗ ἡμῖν περὶ τὸ σέβας διαφερόμενοι· ὃς ἐχρὴν ἄχρι καὶ αὐτῦ θανάτυ τ τ φιλίας ἡμῖν συμπνεῖν ἔρωτα, ὡς ἔγωγε ϗ βαρυτάταις κολάσεσι χρῆσθαι δυναμενος, καὶ τυραννικῶς ὑμᾶς, ὦ φίλοι, διάζεσθαι, χρήσομαι γὰρ ἔτι τῷ συνήθϛ προσρήματι· ἀλλὰ τὴν φιλίαν, ὦ θεοὶ, δυσωπῦμαι, καὶ διὰ τῦτο ϗ τὰς τιμωρίας ὀκνῶ ϗ τὴν βίαν ἐκὼν ἀναβάλλομαι. Τύτων ἀκύσαντες οἱ Γενναῖοι, χαριέντως, ῥῆμα καὶ ὁμαλῶς, ὅτι μὲν ὐκ ἐπελαθόμεθα συ τ φιλίας, ἴϑι, ὐδὲ ἀχάριϛοι περὶ τὰς ὐεργεσίας ϗ τὰς τιμὰς γεγενήμεθα, ἀλλὰ ϗ φιλῦμεν εἰ καὶ effereris, etiamsi in nos nullam ostendas humanitatem: sed & ferro, & igni, & aliis tradideris suppliciis. Quid est enim pietate fortius, aut, quàm pro ipsa pati, beatius?

A. SYMEONE METAPHRASTE.

6 His vehementiùs motus Maximianus, jubet eis quidem statim auferri insignia magistratûs: muliebribus autem vestibus indutos, & collaribus ferreis simul in collo circundatos, per mediam duci civitatem usque ad ipsam regiam. Atque statim quidem ducebantur Sancti ad beatam illam, quæ verè est, viam, & quæ ducit ad ipsum Christum, non eam rem existimantes esse dedecus: sed tanquam impietatem dedecore magis afficerent, apertè gloriantes, & sibi placentes. Et ingrediebantur quidem pedes, labra autem versabantur in gratiarum actione, & cum Deo consuetudine & precatione. Dicebant enim: Etiamsi ambulaverimus in medio umbræ mortis, non timebimus mala: quoniam tu nobiscum es, Domine. Propterea exultabit anima nostra in te: quoniam induisti nos vestimento salutaris, & tunicâ lætitiæ circundedisti nos. Sed exurge, Domine, in adjutorium nostrum: & redime nos propter nomen tuum. Nondum finitæ erant preces, & producti fuerunt coram imperatore, qui è templo redierat in regiam.

per mediam civitatem ignominiosè circumduci jubet.

E

7 Ille ergò cùm assentationem cum consueta contemperâsset sævitia, & vellet simul lenire pudorem, quo affecti erant, ut videbatur, ex hac eis illata ignominia: Grave est, & valde grave, ô vos, qui adestis, dicebat, maximos honores tàm leviter & inconsideratè prodere. Solent enim ea, quæ immeritis feliciter succedunt, stultos non tam incitare ad benevolentiam, quàm erigere ad temeritatem adversus benefactores. Isti enim, ut videtis, magnam apud nos gloriam consecuti, nostramque adepti amicitiam, & maximam fiduciam, & nobiscum loquendi potestatem, adeò ut non solùm ipsi primas partes ferrent in familiaritate, sed alios quoque nobis possent facere familiares, beatosque brevi reddere, & suspiciendos, horum omnium obliti, postremò maximis quoque diis, & ipso Jove contempto, qui omnium quidem opifex, omnium autem deorum & hominum pater esse dicitur, Jesum prætulerunt, qui dicitur fuisse filius mulieris, & fabri, & ad crucem cum duobus maleficis fuit damnatus à Judæis, & subiit mortem revera acerbissimam. Sed ego sum omnino causa omnium, qui cùm vellem esse supra modum benignus, eos feci amicos & socios felicitatis.

dum autem deinde blandis verbis Sanctos.

F

8 Cùm hanc tam vehementem intendisset orationem, eos rursùs blandis verbis conans illicere, eosque benignè ac amicè intuens. Sed si iidem, inquit, nunc quoque estis Sergius & Bacchius, neque vestram mentem invidus occæcavit dæmon, revereamini magnam authoritatem, revereamini puram & non falsam amicitiam, neque conspiciamini vos in deos tam impiè gerere, novam & insolitam inducentes religionem, & in eorum cultu à nobis dissidentes, quos oportet etiam usque ad ipsam mortem in amicitia nobiscum conspirare. Nam ego quidem cum gravioribus uti possem suppliciis, & tyrannicè vobis, ô amici, vim inferre: (adhuc enim consueta utar appellatione) attamen, ô dii, revereor amicitiam, & propterea retardo cruciatus, & vim lubens differo. Hæc cùm audiissent Viri egregii, scitè, placitè & planè dixerunt: Quòd tuæ quidem non simus obliti a-

quòd deorum cultui se dedant, aggrediatur.

A. SYMEONE METAPHRASTE.

micitiæ, nec fuerimus ingrati in tua beneficia & honores: sed te & amemus, si ullum alium, & dominum existimemus, & tu sis nobis omnia, signum est manifestum, quòd & fideliter hucusque servivimus, & tecum diligenter rem publicam sustinuimus, neque ulla in re, nec parva, nec magna, conspecti sumus ingrati, neque aliquid prodidimus, aut negleximus eorum, quæ oportet.

τινα ἕτερον, καὶ δεσπότην ἡγούμεθα, καὶ πάντα ἡμῖν D
εἰ σὺ, τεκμήριον ὑπάρχει σαφὲς, τὸ καὶ πιστῶς εἰς δοῦλο ὑπηρετεῖσθαι, καὶ συνδιαφέρειν σοι τὰ κοινὰ σπουδαίως, καὶ μηδὲν μήτε μικρὸν μήτε μεῖζον ἀλογουμένους φανῆναι, μηδέ τι προδιδόντας ἢ ἀμελοῦντας τῶν καθηκόντων.

prolixa ab iis oratione

9 Nos ergò nec ingrati animi criminis, aut contemptionis amicitiæ jure possumus accusari: neque quòd à te propter odium dissideamus, ô benignissime imperator. Sed nos disjunxit ipse vanus error cultûs simulacrorum, & quòd tu in certum ac manifestum incidas interitum, & nos quoque cogas in idem deturbari periculum. Nam quandiu quidem agebatur de sola mundana militia, nos nihil prætermisimus eorum, quæ oportet. Tu ipse nobis feres testimonium, nos in nulla re, quæ esset expedienda, ullius socordiæ aut negligentiæ unquam fuisse damnatos, sed in iis rebus nobis fuisse acrem zelum. Et rursus quæcúnque de more Christianorum peregimus, iis Deum quoque pro viribus vobis reddidimus propitium. Quoniam autem ipsum quoque bonorum caput, nempe pietatem, nobis contendis adimere, & Deo nos privare, quod est damnum extremum, & quod pia non possit ferre anima, & propterea honores & laudes nobis revocas in memoriam, quomodò te boni & honesti ignarum non jure dixerimus, quòd & ea, ut quodammodo præstantioris nobis facias optionem, inter se invicem omnino confers, pietatem, inquam, in Deum, & humanam amicitiam & gloriam, quæ æquè ac aqua perfluit?

9 Οὐκοῦν ἡμεῖς ὑδεμίαν ἀλογουμοσύνην ἡ φιλίας ὀλιγωρίαν ἐγκαλεῖσθαι ἄξιοι, ὑδ' ὅτι σοι κατὰ μῖσος διαφερόμεθα, φιλανθρωπότατε βασιλεῦ, ἀλλὰ διέζευσεν ἡμᾶς ἡ κενὴ αὕτη περὶ τὰ εἴδωλα πλάνη, καὶ τὸ εἰς σαφῆ καὶ ὡμολογημένην σέτε κατατίπτειν ἀπώλειαν, καὶ πρὸς τὸ ἴσον κατενεχθῆναι καὶ ἡμᾶς κίνδυνον ἀναγκάζειν. Ἕως μὲν γὰρ περὶ μόνην τὴν κοσμικὴν στρατείαν ἐζητάζομεθα, ὑδὲν τῶν δεόντων ἡμεῖς ἀνελίπομεν· μαρτυρήσεις ἡμῖν καὶ αὐτὸς ὅτιπερ ὑδὲ ῥαθυμίαν τινὰ ὑδὲ ἀμέλειαν τῶν ἐν χερσὶ κατεγνώσθημεν, ἀλλὰ θερμὸν περὶ ταῦτα τὸ ζῆλον εἴχομεν, καὶ ὅσα πάλιν ἐν νόμῳ Χριστιανοῖς ἐτελοῦμεν ἑκάστοτε, καὶ τὸ Θεὸν τὰ δυνατὰ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν ἱλεούμεθα. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸ τῶν καλῶν τὸ κεφάλαιον ἀφελέσθαι φιλονεικεῖς ἡμᾶς τὴν εὐσέβειαν, καὶ Θεοῦ ζημιῶσαι τὴν ἐσχάτην ταύτην ζημίαν, καὶ ἵνα ὑδὲ ὑπενεγκεῖν ἂν ἡ εὐσεβὴς ψυχὴ δύναιτο, τιμῶντε διὰ τοῦτο καὶ φιλοτιμίας ἀναμιμνήσκεις, πῶς οὐκ ἀμαθῶς ἔχειν σε τοῦ καλοῦ δικαίως ἂν εἴποιμεν, ὅτι καὶ παραβάλλεις ὅλως αὐτὰ πρὸς ἄλληλα, καὶ οἱονεὶ τοῦ κρείττονος ἡμῖν τὴν αἵρεσιν ἐπιτρέπεις, εὐσεβείας φαμὲν τὸ πρὸς τὸ Θεὸν καὶ φιλίας ἀνθρωπίνης καὶ δόξης τὸ ἴσα παρυβρεούσης καὶ ὑδατι;

B

C

E

F

ob in vatii in verum Deum, qui plurima humano generi

10 Quomodò autem hac in re tecum conveniemus, & non contrà, amicitiam & honorem, & si quid sit aliud majus, negabimus? Quomodò autem non tu magis ingratus in Deum animi criminis convinceris, qui ipsum tibi, quod & sis, & respires, præbuit? Qui cùm careat principio, verbo effecit, ut cœlum & terra principio, verbo effecit, ut cœlum & terra consisterent: & hominem propriis manibus est fabricatus, & honoravit eum immortalitate, & eorum, quæ sunt in terra, veluti quendam regem constituit, id quod est omnium pulcherrimum, nempe Paradisum ei attribuens. Cæterùm ne nobis succenseas, ô imperator, si oratio longiorem factura sit narrationem. Et Deus quidem fuit, ut dixi, tam munificus in beneficiis in hominem conferendis. Ille autem invidiâ seductus, & voluptate (hei mihi!) inescatus, miserè omnino ab iis excidit: & qui priùs censebatur beatus, conspectus est miserabilis, & lachrymis dignus propter calamitatem.

10 Πῶς δέ σοι καὶ κοινωνήσομεν ὅτι τούτῳ, καὶ οὐχὶ τοὐναντίον, καὶ τῇ φιλίαν, καὶ τῇ τιμῇ, καὶ εἴ τι ἄλλο μεῖζον ἴσῃ, ἀρνησόμεθα; Πῶς δὲ οὐ σὺ μᾶλλον ἀγνωμονῶν τάχε πρὸς Θεὸν ἁλίσκῃ, τὸν καὶ αὐτό σοι τὸ εἶναι καὶ τὸ ἀναπνεῖν παρασχόμενον; Ὃς ἄναρχος ὢν καὶ συναΐδιος τῷ γεγεννηκότι, καὶ τοὺς οὐρανοὺς τῷ λόγῳ καὶ τῇ γλώσσῃ ὑποστήσας, τὸν ἄνθρωπόν τε χερσὶν οἰκείαις ἐδημιούργησε, καὶ ἀθανασίᾳ τοῦτον ἐτίμησε, καὶ βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς κατεστήσατο, καθάπερ τινὰ βασιλέα τὸ κάλλιστον ἁπάντων ἀποταξας αὐτῷ τὸν παράδεισον; Πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ἡμῖν ἀχθεσθῇς, ὦ βασιλεῦ, εἰ καὶ μακροτέραν ὁ λόγος ποιήσεται τὴν διήγησιν. Καὶ ὁ Θεὸς μὲν οὕτω φιλότιμος τὰς εὐεργεσίας, φημὶ, πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Ὁ δὲ φθόνῳ κλαπεὶς, καὶ ἡδονῇ φεῦ μοι δελεασθεὶς, ἀθλίως τούτων ἐξέπεσε πάντων, καὶ ὁ πρὶν ζηλωτὸς ἐλεεινὸς ὡράθη, καὶ δακρύων διὰ τὴν συμφορὰν ἄξιος.

beneficia consulit, animi vitium redarguitur.

11 Qui itaque nos finxit & fabricatus est Deus, cùm benignis rursus oculis vidisset opus suarum manuum, Deum esse non mutans, quod quidem erat, factus est propter nos citra peccatum id, quod nos. Cúmque crucem & mortem sua sponte subiisset, & superiorem inimicum nostro genere prostravit, & nobis ab illa acerba servatis calamitate, benignè priorem reddidit libertatem: & unde excidimus propter inobedientiam, illuc nos reduxit propter suam clementiam. Eum autem, qui propter te talia passus fuerat, idque cùm esset Deus, & te tantis rebus dignum censuerat, [communis est enim hominibus, sicut priùs interitus, ità nunc libertas] tu ipsum contemnens, & crucem illius ridens, quomodo non es longè ingratissimus?

11 Ὁ πλάσας τοίνυν ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας Θεὸς, φιλανθρώποις πάλιν ἰδὼν ὀφθαλμοῖς τὸ τῶν οἰκείων χερῶν ἔργον, τὸ θεὸς εἶναι μὴ μεταβαλὼν, ὅπερ ἦν, ἐγένετο δι' ἡμᾶς ἀναμαρτήτως, ὅπερ ἡμεῖς, καὶ σαυρὸν ἑκουσίως καὶ θάνατον ὑπελθὼν, τὸν ἀνωθέντε τῷ ἡμετέρῳ γένει καταβεβλημένῳ πολέμιον, καὶ ἡμᾶς τῆς πικρᾶς ἐκείνης αἰχμαλωσίας ἀνασωσάμενος, τῇ προτέραν ἀπέδωκε φιλαγάθως ἐλευθερίαν· καὶ ὅθεν διὰ τὴν παρακοὴν ἐκπεπτώκαμεν, ἐκεῖ πάλιν διὰ φιλανθρωπίαν ἡμᾶς ἐπανήγαγε· τὸν δὴ τοιαῦτα διὰ σὲ παθόντα, καὶ ταῦτα Θεὸν ὄντα, καὶ τοιούτων σὲ πάλιν καταξίωσαντα, κοινὴ γὰρ ἀνθρώποις ὥσπερ ἡ ἀπώλεια πρότερον, οὕτω καὶ ἡ ἐλευθερία, τοῦτον αὐτὸς ἀθετῶν, καὶ εἰς τὸν ἐκείνου σαυρὸν ἀποσκώπτων, ποίαν ἀνωμοσύνης ὑπερβολὴν καταλείψεις; ἴδι τοίνυν, ὡς ὑδὲ τοιαύτης ἀχαριστίας, ὑδὲ τῶν ἡμε-

A ἡμέτερον δεσποτῶν καὶ ἀληθῆ Θεὸν ἀρνησόμεθα. Τὰ δὲ παρὰ σοῦ προτεινόμενα, βασιλεῦ, εἴτε ἀγαθὰ εἶεν, εἴτε καὶ δυσχερῆ, καὶ αὐτὸ ἐπάγοντα θάνατον, ἐπίσης ἡμῖν ἅπαντα παροπτέα διὰ Χριστὸν, καὶ φροντίδος ἀξία.

Scias ergò, nos non futuros tibi socios ingrati animi crimine, neque nostrum Benefactorem & verum Deum esse negaturos. Quæ autem à te proferuntur, ô imperator, sive sint bona, sive difficilia, & vel ipsam mortem inferentia, sunt æquè à nobis propter Christum despicienda, & à nobis non curanda *d*. *d*

A. SYMEONE METAPHRASTE.

ANNOTATA.

a *Persecutionem generalem hæc omnia, uti & multa sequentia, indicant, hincque consequitur, ut* SS. Sergius & Bacchus, *utpote in Syria, in qua tum, quod mandaret, seu imperator seu cæsar, nomine* Maximianus, *non habuit, passi, Maximiani imperatoris jussu martyrium haud subierint. Adi Commentarium prævium num.* 22, 43 *&* 44.

b *Ita vocabulum Græcum* Κεντιλίων *Latinè reddit Lipomanus; verùm in Actis Metaphrasticis Græcis* Κεντιλίων *pro* Γεντιλίων *perperam scribitur, uti Comment. prævium num.* 24 *& seq. edocui.*

c *De militari conditione ac dignitate, quæ hîc Sanctis attribuitur, uti etiam de potestate, quâ apud Maximianum imperatorem valuisse asseruntur, quid sentiam, Commentarii prævii* § 3 *exposui.*

d *Ratiocinia omnia, quæ hîc à biographo Sanctis & Maximiano imperatori pro arbitrio, ut apparet, affinguntur, quamdamque hunc inter & illos concertationis speciem præferunt, cum ratiociniis itidem, quæ Sanctis pariter & Maximiano imperatori in Actis Latinis pro arbitrio attribuuntur, satis quidem quantùm ad substantiam conveniunt; verùm quantùm ad verba, quibus concipiuntur, invicem non parùm dissonant, suntque Metaphrastica Latinis paulo contractiora, uti ex eorumdem collatione patescet.* E

B

CAPUT II.

Sancti ad Antiochum ducem mittuntur, ab eo, ut à fide desciscant, variè monentur, flagrisque ad mortem usque Bacchus caditur.

C Τούτων δὲ χωρὶς ὅτῳ καὶ ἡδέως τοῖς μάρτυσιν ὑπαγορευθέντων, ὁ Μαξιμιανὸς ἐκινεῖτο μὲν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, καὶ πικρως ᾐχίζειν τοὺς Ἁγίους ἠβούλετο· ὤκνει δ' πάλιν καὶ ἀνεβάλλετο τῇ ἐγχειρήσιν, τὸ περιφανὲς αὐτῶν καταλαβόμενος, καὶ οὐκ ἐθέλων ἀνδρῶν τοιούτων ὑποσῆναι ζημίαν· ἐδεδίει γὰρ, μὴ καὶ τιμωρηθέντες τῇ ἀρχῇ, καὶ παῤῥησιασάμενοι τῇ ὄντως εὐσεβείᾳ ἐν μέσῳ πολλῶν, εἶτα τοπαράπαν ἀμεταθετοι διαμείνωσιν. Ἀμέλει καὶ Ἀντιόχῳ τῶν τὰ ἀνατολης δυνατὰ παρατέμπεται αὐτοὺς ἔγνω, ὡς ἂν ὠμοτάτῳ πάντων τῶν ὑπ' αὐτὸν ὄντι, καὶ ἀπὸ ψιλοῦ τάχα καὶ τοῦ ὀνόματος καταπλήξειν αὐτοὺς δυναμένῳ, καὶ ὅτι διὰ μείζονος τιμῆς ἔφεσιν τῇ Μαξιμιανοῦ θεραπείαν ἐκείνος σπουδάζων ὑδεμιᾶς ἀφέξεται μηχανῆς, ὅπως αὐτὸς ἕλκη καὶ μεταπείσθε· πρὸς τούτοις ἵνα καὶ ἡ μακρὰ ὁδοιπορία καὶ ἄτιμος τὸ ἐνδώσειε αὐτοῖς ὑποχαλάσῃ τὴν σύντονίαν, καὶ ῥᾳθυμίαν παραξύσῃ τὸ εὐσεβείας, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ ὑπὸ χεῖρα πρότερον αὐτοῖς ἦν ὁ Ἀντίοχος, ᾧ παρεῖναί τε καὶ ὑφ' ὃ κριθήσεσθαι ἔμελλον· ὃ δὴ καὶ πλέον τῶν τοῦ συγγενοτόκων ψυχῆς ἅπτεται, τὸ τοὺς πρότερον ἄρχομένους, ἄρχοντὰ αὐτῶν ὕστερον καὶ ὑπηκόοις χρῆσθαι τοῖς ὑπὸ πολλῷ δεσπότας αὐτῶν καὶ εὐεργέτας γεγενημένοις· ἐτύγχανε γὰρ τῇ τοιαύτῃ τοῦ δικοῦ ἀρχῇ ὁ Ἀντίοχος μεσιτεία πρότερον τοῦ θαυμασοῦ Σεργίου παῤῥλησίως· ἀλλ' ἔοικεν ἀληθῶς ὑδὲν ὅτως εὐμάραντον εἶναι, ὡς ἀνθρωπίνη χάρις ἐν ἀχαρίστῳ ψυχῇ φυτευθεῖσα.

HIs adeò opportunè & jucundè dictis à Martyribus, Maximianus quidem fuit irâ motus & volebat acerbè punire Sanctos. Rursus autem cunctabatur, & differebat aggredi, respiciens eorum splendorem, & non volens talium Virorum facere jacturam. Verebatur enim, ne cruciati, cùm veritatem in medio multorum libere essent elocuti, deinde permanerent omnino immobiles. Eos itaque statuit transmittere ad Antiochum ducem Orientis *a*, ut qui omnium, qui erant in ejus potestate, esset crudelissimus, & vel solo nomine posset eos perterrere: & quòd propter majoris honoris desiderium, ille Maximianum observandi curam gerens, à nullis abstinebit machinis, quò eos oppugnet, & ad suam traducat sententiam. Præterea ut & longum iter & ignominiosum tam intensam relaxaret constantiam, & eos sensim à pietate dimoveret, & maximè quòd ipse quoque Antiochus erat eis priùs subjectus, apud quem erant sistendi, & à quo judicandi. Id enim maximè tangit animum eorum, qui sunt honesto loco nati, quòd, qui priùs parebant, eis postea imperent, & eis utantur, tanquam subjectis, qui non multò antè fuerant eorum domini & benefactores. Consecutus nanque fuerat hunc ducatûs magistratum Antiochus ipsius admirabilis Sergii intercessione *b*. Sed revera nihil videtur tam facilè marcescere, atque beneficium in animo ingrato plantatum. F

Sancti à fide avertendi ad Antiochum ducem.

b

13 Οὗτος γὰρ ὃ μόνον ὑδὲν ἀπομνημονεύσας αὐτοῖς τῆς Σεργεσίας ἐφάνη, ὡς τὰ τῷ λόγῳ προϊόντα δηλώσει, ἀλλὰ καὶ καθάπερ τὰ ἔσχατα ὑπ' ἐκείνων ἀδικηθεὶς, ὅτως αὐτοῖς ἐχρήσατο, καὶ ὅτω χαλεπὰς ἐπήγαγε τιμωρίας. Ἐπέμποντο μὲν οὖν οἱ Ἅγιοι πρὸς αὐτὸν ἀλύσει βαρείᾳ δεδεσμένοι, ἐγέγραπτο δ' αὐτῷ καὶ ἐπιστολὴ παρὰ βασιλέως ἔχουσα ὅτως. Ἡ τῶν

13 Is enim non solùm apparuit minimè esse recordatus beneficii, ut procedens ostendet oratio: sed perinde ac ab illis summâ affectus injuriâ, eos tractavit, & eis gravia intulit supplicia. Atque mittebantur quidem ad eum Sancti, vincti gravi catena. Ad eum autem scripta erat etiam epistola ab imperatore, quæ sic habebat:

Data etiam ad hunc epistolâ, à Maximiano mittuntur.

A. SYMEONE METAPHRASTE.

Deorum maxima providentia, omnes quidem homines, maximè autem mei imperii ſatellites & ſtipatores, in illos eſſe pios, & iis rurſus, quos illi dignos cenſuerunt imperio, vult obedire, & in eos eſſe grato animo. Propterea hunc Sergium & Bacchum, qui in deos quidem apparuerunt impii, & ſe Chriſtianorum adjunxiſſe religioni, convicti ſunt autem criminis ingrati in me animi, & jam noſtro tribunali, & noſtra examinatione judicati ſunt indigni, ſub tutiſſima cuſtodia & vinculis ad tuam tranſmiſimus conſtantiam. Si ergò pœnitentiâ ducti, diis ſacrificaverint, ſolvantur ab eis impoſitis vinculis, & digni cenſeantur honore & benevolentia. Revocabuntur enim rurſus à noſtra potentia, recipientque priores honores, aut etiam majores, eruntque deinceps in loco & ordine eis convenienti. Sin autem immobiliter priori hæreant ſententiæ, legum ſubjecti ſint auſteritati, ipsâque eſſentiâ & vitâ enſe priventur cum aliis. Vale *c*.

θεῶν μεγίϛη πρόνοια ϗ πάντας μὲν ἀνθρώπους, μάλιϛα δ τοὺς τ ἐμῆς βασιλείας ὑπαϛωϊϛάϛε ϗ δορυφόρους, ἀϲεβεῖς τε τὰ εἰς ἐκείνους, ϗ τοὺς ὑπ' ἐκείνων πάλιν ἀρχὴν ἀξιωμένους πιθανοὺς εἶναι βάλεται ϗ ἀγνώμονας· διὰ ταῦτα τοι ϗ Σέργιον τοῦτον ϗ τ σὺν αὐτῷ Βάκχον, ἀϲεβεῖς μὲν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀναφανέντας, ϗ τῇ τ Χριϛιανῶν προσθεμένους θρηϲκείᾳ, περὶ ἡμᾶς δ ἀγνώμονάϛε ϗ ἀχαρίϛους ἐλήλεγμένους, ϗ πρὸς τούτοις πολλαῖς τιμωρίαις ὑποβληθέντας, ἀναξίους ἤδη τοῦ ἡμετέρου βήματος, ϗ τ παρ' ἡμῶν αὐτῶν μετάϲεως νομισθέντας, ὑπὸ ἀϲφαλεϲάτῃ φρουρᾷ ϗ δεσμοῖς τῇ σῇ ϛερρότητι παρεπέμψαμεν. Εἰ μὲν οὖν μεταμεληθέντες θύϲαν τοῖς θεοῖς, τ δεσμῶντε, τ ἐπικειμένων αὐτοῖς, λυθήτωϲαν, ϗ τιμῆς ἀξιωθήτωϲαν μᾶλλον ϗ ὀμενείας· ἀνακληθήϲονται γὰρ αὖθις ϗ παρὰ τοῦ ἡμετέρου κράτους, ϗ τάϲε προτέρας ἀπολήψονται τιμὰς, ἢ ϗ μείζους, ϗ ἐν τάξει τῇ προσηκούϲῃ τὸ λοιπὸν ἔϲονται. Εἰ δ τ προλαβούϲης ἀμεταθέτως ἔχονται γνώμης, τῇ αὐϲηρότητι τ νόμων ὑποβληθέντες, ϗ αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων τὸ εἶναι ϗ τὸ ζῆν διὰ ξίφους ἀφαιρεθήτωϲαν. Ἔῤῥωϲο.

B *Barbaliſſumque ad illum adducti*

14 Cùm has literas & ſanctos Viros accepiſſent milites, viam ſunt ingreſſi. Quidam autem èx famulis, & ſimili zelo in pietatem, & in dominos victi benevolentiâ, eos quoque ſunt ſecuti, quaſi non corpora ſolùm legi, ſed etiam animas volentes Deo ſervire. Qui etiam audierunt Sanctos inter ſe colloquentes, & dicentes, quòd nocte, quâ egreſſi ſunt è civitate Romanorum *d*, divina quædam apparens viſio juſſit eos confidere, & bono eſſe animo ad certamen & alacriter ingredi bonum iter propter Chriſtum. Quamobrem etſi eſſent ferreâ illâ vincti catenâ, citra moleſtiam & cum voluptate pſallebant: In via teſtimoniorum tuorum delectati ſumus, Domine, tanquam in omnibus divitiis. In juſtificationibus tuis meditati ſumus, & legis tuæ non ſumus obliti. In mandatis tuis meditabimur, & exquiremus vias tuas. Vivemus & cuſtodiemus ſermones tuos. Cùm ergò totum illud iter citra laborem confeciſſent, diverſantur in quadam civitate nomine Barbaleſo *e*, prope regionem limitaneorum *f*. Quo in loco cùm dux verſaretur Antiochus, ante eum ſunt producti, læti quidem & vultu alacri, animi autem nobilitatem liberalibus oſtendentes moribus.

d

e

f

14 Τὰ τοιαῦτα γράμματα λαβόντες οἱ ϛρατιῶται, εἶτα ϗ τοὺς Ἁγίους παραλαβόντες, οὐθ' εἵχοντο· τ οἰκετῶν δέ τινες τῷ τε ὁμοίῳ περὶ τὸν θεὸν ζήλῳ, ϗ δὴ ϗ τῇ πρὸς τοὺς δεϲπότας εὐνοίᾳ νενικημένοι, συνεῴποντο ϗ αὐτοί, καθάπερ ὑ νόμῳ τὰ σώματα δεδυλῶϑαι μόνον, ἀλλὰ ϗ πόθῳ τὰς ψυχὰς βυλόμενοι. Οἳ ϗ τ Ἁγίων ἤκουον πρὸς ἀλλήλους μεταξὺ κοινολογουμένων, ὡς ἄρα τ νυκτὸς, καθ' ἣν τ πόλεως Ῥωμαίων ἦϱαν, θειοτέρα τις ὄψις ἐπιφανεῖϲα θαῤῥεῖν αὐτοῖς ἐκέλευϲε τ ἀγῶνα, ϗ πϱοθυμότεϱον τ καλῆς ἐκείνης διὰ Χϱιϲὸν ἔχεϲθαι πορείας· διὸ ϗ ὑπὸ τῇ ἀλύϲει τῇ ϲιδηρᾷ βαίνοντες ἐκεῖνοι, ϗ τοῖς δεσμοῖς, ἀλύτως ϗ μεθ' ἡδονῆς ἔψαλλον· Ἐν τῇ ὁδῷ τ μαρτυρίων σου εὐφϱάνθημεν, Κύϱιε, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ· ἐν τοῖς δικαιώμαϲί σου μελετήσομεν, ϗ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπιλησόμεθα· ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσομεν, ϗ ἐϱευνήσομεν τὰς ὁδούς σου, ζησόμεθα ϗ φυλάξομεν τοὺς λόγους σου. Πᾶσαν οὖν τὴν ὁδὸν ἐκείνην ἀπόνως ἀνύσαντες, ἐν ἑνὶ βαϱβαϱισῷ πόλει τ λιμιτανέων ἐγγὺς κατάγονται· ἔνθα διατϱίβοντι τῷ δουκὶ παϱέϲχον Ἀντιόχῳ, χαϱίεντες μὲν ϗ φαιδϱοὶ τὴν ὄψιν, τὴν δὲ τ ψυχῆς εὐγένειαν τῷ τοῦ ἤθους εὐ μᾶλλον δείκνυοντες ἐλευθεϱίῳ.

C *In carcerem mox conjiciuntur*

15 Eorum itaque, qui ipſos circunſiſtebant, oculi erant omnes in eos conjecti; & nec facilè deſiſtebant, ſed firmo & intento obtutu eos adſpiciebant, erantque ipſi theatro jucundum quoddam ſpectaculum. Cùm eos ergò vidiſſet dux quomodò ſe haberent, & deinde etiam legiſſet literas imperatoris, tacitus apud ſe admirabatur, & eos rurſus contemplabatur, magnum quid eſſe & novum exiſtimans, quòd ad tantam proceſſiſſent animi magnitudinem, ut & ſupplicia, & minas, & gloriam, & ipſum etiam deſpicerent imperatorem, immò mortem quoque minimi facerent. Accerſito autem commentarienſi *g*, Accipe, inquit, hos vinctos, & in cuſtodia quidem ſerva tutiſſima, nihil autem grave aut moleſtum ſuſtinentes: eos enim reſervo examinationi. Atque ii quidem juſſu ducis in tuta incluſi cuſtodia, cùm veniſſet veſpera, ſeipſos dederunt orationi, Adſpice ad nos, dicentes, Domine, è ſancto tuo habitaculo, quoniam inimicus nos probris affecit, & populus inſipiens irritavit nomen ſanctum tuum; & ne tradas hominibus feris immanioribus animas tibi confitentes; ſed adſpice ad teſtamentum tuum,

g

15 Ἀμέλει ϗ οἱ τ περιεϲώτων ὀφθαλμοὶ τ ἐκείνων θέας ὅλως ἥϱπαϲτο, ϗ οὐδὲ ῥαδίως ἀπ' αὐτῶν ἀφίϲαϑαι ἤθελον, ἀλλ' ἀτενὲς εἰς αὐτοὺς ἐθεώϱων, ϗ γλυϲεία τις ἦν τῷ θεάτϱῳ πανήγυϱις. Θεαϲάμενο τοίνυν αὐτοὺς ὅπως εἶχον ὁ δούξ, εἶτα ϗ τὰ βαϲιλέως ἀναγνοὺς γϱάμματα, σιγῇ καθ' ἑαυτὸν ἀπεθαύμαζε, ϗ πάλιν αὐτοὺς ἐπαινῶν ἐθεᾶτο, μέγά τι ϗ καινὸν εἶναι οἰόμενο, ὅπως εἰς τοῦτο γενναιότητόϲε ϗ τόλμης ἦλθον, ὡς ϗ κολάϲεων ϗ ἀπειλῶν, ϗ δόξης, ϗ αὐτοῦ δὴ καταφϱονῆϲαι τοῦ βαϲιλέως ϗ πεϱὶ ἐλαχίϲου θέϲθαι τ θανάτου, τ δ τάξεως ὃ ὅμως κομενταρήσιον καλέϲας, τοὺς δεσμίους τούτους, ἔφη, παϱαλαβὼν, ὑπὸ φϱουϱᾷ μὲν τήϱει μοι τῇ ἀϲφαλεϲάτῃ, πλὴν μηδ' ὁτιοῦν λυπηϱὸν, ἢ ἀβούλητον ὑπομένοντας· ὄψομαι γὰϱ ϗ εἰς δεύτεϱαν αὐτοὺς ἀνέτασιν. Οὗτοι μὲν οὖν κατὰ τὸ τοῦ δουκὸς πϱόσταγμα ἐν τῷ ἀϲφαλεῖ κλεισθέντες τ φυλακῆς, ἑσπέϱας καταλαβούϲης, εἰς πϱοσευχὴν ἑαυτοὺς ἀνῆκαν, Ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς, λέγοντες, ϗ ἁγίᾳ σου, Δέσποτα, κατοικητηϱίῳ, ὅτι ἐχθϱὸς ὠνείδισεν ἡμᾶς διὰ τὸ σὸν ὄνομα, ϗ λαὸς ἄφϱων παϱώξυνε τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, ϗ μὴ παϱαδῷς ἀνθϱώποις θηϱίων ἀγϱιωτέϱοις ψυχὰς ϗομολογουμένας σοι, ἀλλ' ἐπίβλεψον εἰς τὴν διαθήκην σου, ϗ ἀντιλαβοῦ ἡμῶν, Κύϱιε, ϗ λύτϱωσαι

A σκι ἡμᾶς ἕνεκεν τ̃ ὀνόματός σ, ὅτι ἡ ὑπερηφανία τ̃ μισούντων σὲ γέγονεν ἐφ' ἡμᾶς ἰσχυρά.

16 Καὶ ὁ σὺν ἦδη τελεσθείσης, βραχὺ πρὸς ὕπνον διατραπεῖσιν ἄγγελ⊖ αὐτοῖς ἐπίσας, ἡλίῳ μὲν τὴν μορφὴν ἐοικὼς, φαιδρὸν δὲ καὶ τ̃ ἐσθῆτ⊖ αὐτ̃ς ἀπολάμπων, θαρσεῖτε, φησὶ, πρὸς αὐτούς, οἱ τ̃ Χριστ̃ δοῦλοι, καὶ μὴ φοβεῖσθε, ἑδραῖοι δ μᾶλλον ἐν τῇ πρὸς τ̀ κύριον ἡμῶν Ἰεσοῦν Χριστὸν ὁμολογίᾳ σ̃τε. Αὐτὸς γὰρ ἐσὶ μεθ' ὑμῶν, ἀντιλήπτωρ ὑμῶν· ὁ μὲν δὴ ταῦτα εἶπε· τ̃ ὕπνου δ διανασάντες ἐκεῖνοι, ἀλλήλοισε καὶ τοῖς συνοῦσιν οἰκέταις τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην διηγήσαντο ὀπτασίαν, καὶ τὰς ψυχὰς θάρσους ὑποπλησθέντες μεθ' ἡδονῆς πάλιν ἕκας⊖ ἔψαλλον· Πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτ̃. Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην ὅτι Κύρι⊖ ἀντιλήψεταί μου· οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων τ̃ κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι, ἀνάσα, Κύριε, σῶσόν με, ὅτι σ̃ ἐσὶν ἡ σωτηρία, καὶ ἐπὶ τ̀ λαόν σου ἡ εὐλογία σου· διὰ τ̃ ἅμα πρωῒ ὁ δεξὶ μὲν ἐπὶ μετεώρου καθῆτο τ̃ βήματ⊖· παρῆν δ αὐτῷ καὶ ἅπαν τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα. Μεταπεμψάμεν⊖ οὖν ἀπὸ τ̃ φυλακῆς τοὺς Ἁγίους, B εἰς ἐπήκοον αὐτῶν ἀναγνωσθῆναι κελεύει τὰ γράμματα.

17 Οὐ γενομένου, ὑποσλαβὼν αὐτὸς, Ἐδεῖ μὲν ἀπ' ἀρχῆς, ἔφη, τῷ τ̃ καλλινίκου βασιλέως προσάγματι πεισθέντας ὑμᾶς θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ τὴν ἐκείνου μὴ παροργίσαι φιλανθρωπίαν· ἐπεὶ δ τί ποθ' οὕτως οὐκ οἶδα ἐκεῖνόν τε παρωξύνατε, καὶ τοσαύτης ἐκπεπτώκατε δόξης, καὶ τ̀ βαθὺν ἐκεῖνον πλοῦτον ἀποβεβλήκατε· ἀλλὰ νῦν γοῦν ὑπακοῦσαί τε ἡμῖν προθυμήθητε τὰ λυσιτελῆ συμβουλεύουσι, καὶ τοῖς θεοῖς δοῦναι θελήσατε· ὕτω γὰρ ἂν δόξητε μείζον⊖ παρὰ πολὺ τ̀ προτέρας, καὶ πλοῦτον, καὶ τ̃ ἄλλων τ̃ παρὰ βασιλεῖ καλῶν ἀπολαύσητε. Καὶ τί γὰρ τοῦτο δεινὸν τὸ μὴ δυνηθέντας τὸ δέον συνιδεῖν πρότερον, εἴθ' ὑπὸ τύχης, εἴτε καί τιν⊖ ἄλλης περιπετείας, νῦν γοῦν ἐμμελέσερον σκεψαμένους τὸ προσῆκον ἐλέσθαι σὺν ακριβείᾳ· πολλῷ γὰρ κρεῖτον δι' ἄγνοιαν τοῦ καλοῦ καὶ συμφέροντ⊖ ἁμαρτεῖν, ἢ ἐπιγνόντα τοῖς χείροσιν ἐπιμεῖναι, καὶ μὴ μετάπεσεῖν πρὸς τὸ βέλτιον· τὸ μὲν γὰρ ἀγνοίας ἐσὶν ἁμάρτημα, τὸ δ γνώμης ἐθελοκάκου, καὶ μοχθηρᾶς προαιρέσεως. Ὡς ἔγωγε πάνυ σφόδρα ὑμῶν περικαίομαι, τιμῶτε ἄλλως ἀναλογιζόμεν⊖ φιλίαν, καὶ δὴ καὶ διαμνημονεύων ὑμῖν τοῦ καλοῦ καὶ τ̃ εὐεργεσίας· καὶ μάλισά σοι τῷ κυρίῳ C μου Σεργίῳ, δι' οὗ καὶ τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐκτησάμην.

& ſuſcipe nos, Domine, & redime nos propter nomen tuum. Quoniam ſuperbia eorum, qui te oderunt, in nos evaſit vehemens ac potens. A. SYMEONE METAPHRASTE.

16 Peractis autem precibus, cùm ad ſomnum eſſent converſi, eis apparens Angelus, ſoli quidem formâ ſimilis, & ex ipſa quoque veſte lætum ſplendorem emittens, confidite, eis dixit, Servi Chriſti, & nolite timere; ſed ſtate firmi & ſtabiles in Domini noſtri Jeſu Chriſti confeſſione. Ipſe namque eſt vobiſcum, defenſor veſter *b*. Ille quidem hæc dixit. Illi autem cùm è ſomno fuiſſent excitati, & inter ſe, & famulis, qui cum eis verſabantur, angelicam illam narrârunt viſionem. Et cùm eſſent illorum animi rurſus repleti fiducià, læti pſallebant ſinguli: Ad Dominum, cùm tribularer, clamavi; & exaudivit me de monte ſancto ſuo. Ego dormivi, & ſoporatus ſum. Exurrexi, quoniam Dominus me ſuſcipiet: non timebo à millibus populi, qui me in orbem invadunt. Surge Domine, ſerva me. Quoniam tua eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua. Statim ergò ſummo manè dux quidem ſedebat in excelſo tribunali: ei autem aſſiſtebat univerſa quoque caterva militaris. Cùm ergò accerſiviſſet Sanctos è cuſtodia, jubet legi literas eis audientibus. *apparitione autem angelica in hoc ad certamen roborantur.* *b* E

17 Quod cùm factum eſſet: Oportebat quidem, inquit, vos, parentes juſſui glorioſi imperatoris, diis ſacrificare, & non illius humanitatem ad iram provocare. Quoniam autem neſcio quî factum ſit, ut & illum ad iram provocaveritis, & à tanta gloria excideritis, & illas profundas amiſeritis divitias; at nunc ſaltem nobis velitis obedire, vobis conſulentibus ea, quæ ſunt conducibilia. Sic enim priore longè majorem gloriam, & majores opes, & alia bona apud imperatorem conſequemini. Quid enim eſt grave, ſi, quod non potuiſtis priùs intelligere, ſive fortè fortuna, ſeu aliquo alio caſu, nunc cùm diligentiùs conſideraveritis, id, quod oportet, accuratè eligatis? Eſt enim multò levius, peccare propter ignorantiam ejus, quod eſt bonum & conducibile, quàm, ubi agnoveris, perſeverare in deterioribus, & non tranſire ad id, quod eſt melius. Nam illud quidem eſt peccatum ignorantiæ, hoc autem malæ mentis, & quæ ſunt mala, ſua ſponte eligentis. Nam ego quidem valde accendor, & aliam veſtram reputans amicitiam, & recordans ejus, quod à vobis accepi, beneficii, & maximè à te, domine mi Sergi, per quem hunc mihi paravi magiſtratum. *dumque poſtridiè inde eduƈti nec blandiriis,* F

18 Ἀλλ' οὐκ οἶδα, ὅτι καὶ δράσω, τ̀ τύχης ὕτω τὰ πράγματα διαθείσης, ὥσε κριτὴν μὲν ἐμὲ καθῆσθαι τήμερον, ὑμᾶς δ ἴσα καὶ κατάδικοις τῷ ἐμῷ παρίσασαι βήματι, λόγον ὑφέξοντας ὧν εἴσε τὰς ἀηττήτους θεὰς αὐτὰς καὶ τ̀ εὐσεβῆ βασιλέα παρωσάμησατε. Οὕτω μὲν δὴ καὶ τοιούτοις ἐπαγωγοῖς ῥήμασιν ὁ Ἀντιόχ⊖ τοῖς Ἁγίοις ὡμίλει, καὶ ὡσανεὶ φιλίως αὐτοῖς διελέγετο, ὁ συμβουλεύων, ὑδὲ τὰ χρησὰ ἐκείνοις ὑποτιθεὶς, ἀλλ' ἑαυτῷ μᾶλλον τὴν βασιλικὴν μνησεύόμεν⊖ θεραπείαν· ᾔδει γὰρ οἵ⊖ ἔρως ἐκεῖνος τ̃ βασιλεῖ, καὶ ὅπως αὐτ̃ περὶ πλείσου, τὸ μὴ τοιούτους ἄνδρας ἀποβαλεῖν· ἐκ πολλῶν καὶ ἄλλων τοῦτο δὴ τεκμαιρόμεν⊖, καὶ τῷ μηδεμιᾷ τούτους ἐθελῆσαι βασάνῳ περιβαλεῖν, ἀλλὰ διὰ μόνης τ̃ ἀτίμου ταύτης πρὸς ἐκεῖνον ἀποσολῆς μεταπείσαι αὐτοὺς βουληθῆναι· ὁσοῖ⊖ δὴ Μαξιμιανὸς τέχνασθαι ταῦτα βαθύτατός τε καὶ ποικιλώτατ⊖. Ἀλλὰ τοιούτοις μὲν ὁ Ἀντίοχ⊖, ὥσπερ ἔφημεν, θελκτηρίοις ὑποχλέωτην τὰ πρῶτα λόγοις αὐτοὺς ἐθῴᾳτο· εἶτα προσετίθη, τὸ

& ſuſcipe nos, Domine, & redime nos propter nomen tuum. Quoniam ſuperbia eorum, qui te oderunt, in nos evaſit vehemens ac potens.

16 Peractis autem precibus, cùm ad ſomnum eſſent converſi, eis apparens Angelus, ſoli quidem formâ ſimilis, & ex ipſa quoque veſte lætum ſplendorem emittens, confidite, eis dixit, Servi Chriſti, & nolite timere; ſed ſtate firmi & ſtabiles in Domini noſtri Jeſu Chriſti confeſſione. Ipſe namque eſt vobiſcum, defenſor veſter *b*. Ille quidem hæc dixit. Illi autem cùm è ſomno fuiſſent excitati, & inter ſe, & famulis, qui cum eis verſabantur, angelicam illam narrârunt viſionem. Et cùm eſſent illorum animi rurſus repleti fiducià, læti pſallebant ſinguli: Ad Dominum, cùm tribularer, clamavi; & exaudivit me de monte ſancto ſuo. Ego dormivi, & ſoporatus ſum. Exurrexi, quoniam Dominus me ſuſcipiet: non timebo à millibus populi, qui me in orbem invadunt. Surge Domine, ſerva me. Quoniam tua eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua. Statim ergò ſummo manè dux quidem ſedebat in excelſo tribunali: ei autem aſſiſtebat univerſa quoque caterva militaris. Cùm ergò accerſiviſſet Sanctos è cuſtodia, jubet legi literas eis audientibus. *b* E

17 Quod cùm factum eſſet: Oportebat quidem, inquit, vos, parentes juſſui glorioſi imperatoris, diis ſacrificare, & non illius humanitatem ad iram provocare. Quoniam autem neſcio quî factum ſit, ut & illum ad iram provocaveritis, & à tanta gloria excideritis, & illas profundas amiſeritis divitias; at nunc ſaltem nobis velitis obedire, vobis conſulentibus ea, quæ ſunt conducibilia. Sic enim priore longè majorem gloriam, & majores opes, & alia bona apud imperatorem conſequemini. Quid enim eſt grave, ſi, quod non potuiſtis priùs intelligere, ſive fortè fortuna, ſeu aliquo alio caſu, nunc cùm diligentiùs conſideraveritis, id, quod oportet, accuratè eligatis? Eſt enim multò levius, peccare propter ignorantiam ejus, quod eſt bonum & conducibile, quàm, ubi agnoveris, perſeverare in deterioribus, & non tranſire ad id, quod eſt melius. Nam illud quidem eſt peccatum ignorantiæ, hoc autem malæ mentis, & quæ ſunt mala, ſua ſponte eligentis. Nam ego quidem valde accendor, & aliam veſtram reputans amicitiam, & recordans ejus, quod à vobis accepi, beneficii, & maximè à te, domine mi Sergi, per quem hunc mihi paravi magiſtratum. *dumque poſtridiè inde eduƈti nec blandiriis,* F

18 Sed neſcio, quid agam, cùm fortuna res ſic adminiſtraverit, ut ego quidem hodiè ſedeam judex: vos autem, tanquam rei, ſtetis ante meum tribunal, reddituri rationem veſtræ in deos ipſos invictos impietatis, & pium imperatorem inobedientiæ. Sic ergò & his allicientibus verbis Antiochus conveniebat Sanctos, & amicè quodammodò eos alloquebatur conſulens, & bona, ut videbatur, eis ſuggerens, quò ſibi imperatoris benevolentiam compararet. Sciebat enim, quantus eſſet illius amor in eos, & quòd plurimi faceret tales Viros non amittere: hoc cùm ex multis aliis conjectans, tum ex hoc, quòd eos nullo voluerit tormento ſubjicere, ſed per hanc ſolam ignominioſam ad illum miſſionem ſtuderet eos in contrariam traducere ſententiam, utpote quòd ad hæc excogitanda Maximianus eſſet vaferrimus & ingenioſiſſimus. Sed his quidem blandis & pellicientibus verbis priùs *nec minùs Antiochi,*

A. SYMEONE METAPHRASTE.

conabatur eos illicere Antiochus. Deinde conatus est etiam terrore eos à scopo traducere & constantia, Si enim meis, dicens, non parueritis adhortationibus, erit mihi omnino necesse facere, quæ sunt imperata, & me, tanquam inimicum, gerere in vestram magnificentiam. Et post hæc multus fuit in enumerandis nominibus tormentorum, & minis intentandis.

κὴ τοῖς φοβερωτέροις τῦ σχοτῶ μετακινῆσαι, κὴ τ̃ D
ὠφάσεως· εἰ γὰρ μὴ πιθείητέ μϐ, λέγων, τῶς παραινέσεσιν ἀνάγκη μοι πάντως ἔσαι κατὰ τὰ προτεταγμένα ποιεῖν, κὴ ὡς ἐχθρὸν μᾶλλον τ̃ ὑμετέρα προσφέρεσθαι μεγαλοπρεπείᾳ κὴ πολὺς ἰῶ ἐφεξῆς τοῖς τ̃ κολασηρίων ὀνόμασι, κὴ τῶς ἀπφλαῖς.

ut diis sacrificent, flectuntur.

19 Sed sancti Martyres, neque blanditiis emolliti, neque minis dejecti iis, dixerunt, qui Christum solum, ô judex, & quæ apud ipsum absconsa est, vitam lucrari statuerint, nihil est curæ ex iis, quæ fluunt & intereunt, non honor, non gloria, non potentia, non aliquid aliud eorum, quæ aut demulcere possunt, aut molestiâ afficere. Nos enim & tuas minas, & blanditias ex æquo contemnimus. Cessa ergò tu quoque, sicut serpens, nobis mala consulere. Videmus enim virus sub tuis labris, & ideò consilium tuum tanquam graves aversamur insidias. Ne ergò fallaris, tempus frustra consumens, & à vana spe pendens: neque enim puniens expugnabis, neque minans persuadebis, ut viventem quidem Deum relinquamus, dæmonibus autem surdis & nullo sensu præditis offeramus sacrificium. Nobis enim & propter Christum vivere est bonum, & propter ipsum rursus mori, lucrum. Tu autem nihil tale potuetis dicere de tuis simulacris. Verè enim sunt argentum & aurum, opera manuum hominum, quæ nihil possunt prodesse iis, qui in ipsis suam collocârunt fiduciam. Similes ergò eis fiant ii, qui ipsa colunt, & omnes qui confidunt in

19 Ἀλλ' οἱ ἅγιοι Μάρτυρες ὅτε ϑωπείαις μαλαττόμενοι, ὅτε ἀπφλαῖς ταπφνόμενοι, τοῖς τ̃ Χριςὸν μόνον εἶπον, ὦ δικασὰ, κὴ τὸν παρ' αὐτῷ κρυπτομένην ζωὴν κερδάναι προελομένοις, ὐδενὸς μέλ τ̃ ῥεόντων τότων κὴ φθειρομένων, ὐ τιμῆς, ὐ δόξης, ὐ δυναςείας, ὐκ ἄλλϐ τινὸς τῶν ἢ θέλγειν, ἢ λυπεῖν δυναμένων. Οἷον ᾗ γὰρ ἡμεῖς κὴ ἀπφλῶν τ̃ παρὰ σῦ κὴ κολακφῶν ἐπίσης καταφρονῦμεν, κὴ ὐδενὸς ὅλως τ̃ ὑμετέρων φροντίζομεν· πάυσαι τοιγαρῦν πονηρὰ κατὰ τ̃ ὄφιν ἡμῖν κὴ αὐτὸς συμβυλεύων· ὁρῶμεν γὰρ ὑπὸ τὰ χείλη σϐ τ̃ ἰὸν, κὴ διὰ τῦτο κὴ τῷ συμβυλῷ ὡς χαλεπῷ ὄσαν ἐπιβυλὴν ἐκτρεπόμεϑα. Μὴ τοίνυν δεξαπατῶ, τ̃ καιρὸν εἰς μάτλω ἀναλίσκων, κὴ κενῶν ἐλπίδων ἐχόμενϑ· ὅτε γὰρ κολάζων αἱρήσῃς, ὅτε ἀπειλῶν πείσεις καταλιπεῖν μὲν τ̃ ζῶντα Θεὸν, δαίμοσι ᾗ κωφοῖς κὴ ἀναϑήτοις ϑυσίαν προσενεγκεῖν· ἡμῖν γὰρ κὴ τὸ διὰ Χριςὸν ζῆν ἀγαδον, κὴ δὶ αὐτὸν πάλιν ἀποδανεῖν, κέρδϑ. Σὺ ᾗ ἄλλ' ὐκ ἂν ἔχοις τί κὴ αὐτὸς τοιῦτον περὶ τ̃ οἰκείων εἰδώλων εἰπεῖν· ἀληδῶς γὰρ ἀργύριόν εἰσι κὴ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνδρώπων, ὐδὲν τὺς εἰς αὐτὰ πεποιδότας ὀνῆσαι δυνάμενα. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ τιμῶντες αὐτὰ, κὴ πάντες οἱ πεποιδότες ἐπ' αὐτοῖς.

jubente eo, Sergius in carcerem retruditur, Bacchus verò

i

20 Cùm ergò dux vidisset eos tam apertè locutos, tantaque esse præditos libertate & animi magnitudine, & intellexisset fieri non posse, ut verbis eis persuaderet, processit ad periculum per tormenta faciendum: & beatum quidem Sergium in tutissimam tradidit custodiam, pro accepto beneficio eum sic remunerans: Bacchum autem à quatuor fortiter extensum, boum nervis jussit cædi crudeliter. Sed licebat videre mentem longè naturâ fortiorem, & animi institutum vi quavis corporis excelsius. Nam sanctissimi quidem illius corporis partes avulsæ flagellis, disjiciebantur in ipsum aërem, per terram autem ferebantur rivi sanguinis: & viscera quidem nudabantur carnibus, ipsius naturæ formationem aperientia iis, qui aderant: anima autem, quæ ipsa quoque Athletam festinabat relinquere, sustinebat tamen, etiam plura requirens supplicia, ut omnino munificentiora assequeretur bravia.

20 Ὁ δὲ τοίνυν τοιαῦτα φανερῶς φθεγξαμένϑς κὴ ὅτως ἐλευθερίως ἔχοντας τὺς Γενναίϑς ἰδὼν, κὴ γνὺς ὡς ὐκ ἄν ποτε λόγοις αὐτὺς μετατῶεῖσαι δυνηθείη, πρὸς τλὼ διὰ βασάνων πεῖραν ἐχώρει, κὴ τ̃ μὲν μακάριον Σέργιον ἀσφαλεσάτῃ φρυρᾷ παρεδίδϑ, τότῳ δηδεν ἀμειβόμενϑ αὐτὸν τ̃ ὁ Σεργεσίας· τὸν Βάκχον ᾗ διὰ τεσσάρων ἰσχυρῶς ἐκταδέντα βυνοδόροις ὠμῶς ἐκέλσε καταξαίνεσθαι· ἀλλ' ἰῶ ἰδεῖν γνώμλω πολλῷ φύσεως ἰσχυροτέραν κὴ προαίρεσιν σωματικῆς πάσης βίας ὑψηλοτέραν. Μέρη μὲν γὰρ τῦ παναγίϑ σώματϑ ἐκεῖνα ταῖς μάσιξιν ἀποσπώμενα, πρὸς αὐτὸν ἀέρα διερρίπτῦντο, αἱμάτων ᾗ κατὰ γῆς ἐφέροντο ῥύακες, κὴ σπλάγχνα μὲν τ̃ σαρκῶν ἐγυμνῦντο, τλὼ τ̃ φύσεως αὐτῆς διάπλασιν τοῖς παρῦσιν ἀνακαλύπτοντα. Ψυχὴ ᾗ κὴ αὐτὴ ἀπολιπεῖν ἐπειγομένη τ̃ Ἀθλητλὼ, ὅμως ἐπέμενε κὴ πλείϑς ἐπιζητῦσα κολάσεις, ἵνα φιλοτιμωτέρων πάντως ἐπιτύχῃ κὴ τ̃ βραβείων.

ad mortem usque caditur.

21 Lætabantur angeli, videntes admirabilem Martyris constantiam. Cruciabantur dæmones, quòd parta de eis victoria, in conspectu omnium quodammodò duceretur in triumphum. Lictores fessi, humi accumbebant. Martyrem autem videns, dixisses, eum ita esse affectum, ut non tam flagris cæsus, quàm vernis floribus consperfus videretur. Tandem per voces cœlestes vocatus est ad beatum locum quietis, anima

k

deposita in manus Opificis *k*. Martyricum autem illius corpus à bestiis quidem devorandum exposuit ille judex iniquus. Ignorabat autem, qualem curam gerat eorum, qui ipsum diligunt, illius Deus, qui etiam ferarum naturam scit traducere ad mansuetudinem, & per illas adhuc majora facere miracula. Feræ enim reveritæ certamina, quæ pro pietate ab eo erant suscepta, non solùm nullum ex ejus membris omnino

21 Ἔχαιρον ἄγγελοι τλὼ περφυᾶ τ̃ Μάρτυρϑ καρτερίαν ὁρῶντες, λυπῶντο δαίμονες, τλὼ ἑαυτῶν ἥτταν πὸ τῶς πάντων ὄψεσι θριαμβεύοντες, ἀπασροδοῦντες οἱ δήμιοι τῇ γῇ κατεκλίνοντο. Καὶ ὁ Μάρτυς, εἴπερ ἀν αὐτὸν ὅτως ἰδὼν διακείμενον, ὐ μάσιξι μᾶλλον, ἢ μάσιξιν εἰαρινοῖς καταχέεσθαι, ἕως ἐπὶ τ̃ μακαριὸν τ̃ ἀναπάυσεως δὶ ἐπφανίας φωνῆς ἐκλήδη τόπον, ταῖς τ̃ δημιυργ̃ χερσὶ τλὼ ψυχλὼ παραδέμενϑ. Τὸ μέν τοι μαρτυρικὸν ἐκείνϑ σῶμα βρῶμα μὲν θηρσὶν ἡ παράνομϑ δικασὴς προετίθει· ἠγνόει ᾗ πάντως ὁποῖϑ λῷ κήδεσθαι τ̃ φιλύντων ὁ ἐκείνϑ Θεὸς, ὃς κὴ θηρίων οἶδε φύσιν μεταβάλλειν εἰς ἡμερότητα, κὴ μείζονα ἔτι δὶ ἐκείνων θαυματυργεῖν. Τὺς γὰρ ὑπὲρ τ̃ ὁσιότητος ἀϑλήμενοι τ̃ ἀνδρὸς ἆθλοι οἱ θῆρες, ὐ μόνον ὐδὲ φαῦσαί τινϑ τ̃ αὐτῦ μελῶν ὅλως λυέσχοντο, ἀλλὰ κὴ πρὸς ταφλὼ ὑπὸ Χριςιανῶν φερομένῳ παρείποντο, δορύφορων τάξιν ἀποπληρῦντες, κὴ τλὼ τ̃ θεομάχων ἄϋσιαν φανερῶς διελέγχοντες· ὅτω μὲν

ὃν

A ἓν ὁ ἀοίδιμος Βάκχος ὧν ἐπεθύμει τυχὼν, πρὸς τὰς ἐν ὐρανοῖς σκηνὰς διαβαίνει.

tangere sustinuerunt: sed etiam, dum ad sepulchrum ferretur à Christianis, eum sequebantur fungentes munere satellitum, & Dei hostes apertè arguentes amentiæ *l*. Sic ergò inclytus Bacchus ea, quæ cupiebat, assecutus, ad cœlestia transiit habitacula. A. SYMEONE METAPHRASTE, *l*

ANNOTATA.

a *In Actis Latinis, non* Orientis, *sed* Augustæ Euphratesiæ *dux exstitisse traditur Antiochus; verùm adi Comment. prævium num.* 26.

b *Anne tanta* Sergius *apud Maximianum imperatorem potestate, quanta hîc asseritur, valuerit, est dubium, uti Commentarii prævii* § III *jam dixi.*

c *Licèt hæc epistola ab epistola, cui in Actis Latinis respondet, in verbis plurimùm discrepet, in substantiâ tamen cum eadem apprimè consonat; uti autem, quemadmodùm in Annotatis, Actorum Latinorum cap.* I *subnexis, ad lit.* p *edixi, Maximiano ista, ita etiam hæc à Metaphraste, biographi primarii verbis non nihil duntaxat mutatis, pro arbitrio videtur afficta.*

d *Videtur, hîc tradi Sanctos Româ aut certè (Græci enim post Constantini Magni ætatem, quâ seriùs Sanctorum nostrorum Acta scripta sunt, Constantinopolim* novam Romam *appellavêre) Constantinopoli in Orientem à Maximiano missos fuisse; quod, quemadmodùm in Commentario prævio num.* 20 *docui, à veri specie procul abest.*

e *In Actis Latinis locus hic, nec ita, uti hîc seu Græcè, seu in versione Latina, quæ Græco non satis consonat, scribitur, nec civitas, sed* castrum *seu* castellum *appellatur.*

f *Id est, eorum, qui Romani imperii limitibus erant contermini;* Barbalissum *nempe, seu, uti hîc*
B *scribitur,* Barbalesum *in extremo ejusdem Romani imperii limite Saracenos Persasque versùs situm erat.* E

g *Pro vocabuli hujus significatione videsis, quæ in Annotatis, Actorum Latinorum cap.* I *subnexis, ad lit.* f *in medium adduxi.*

h *De hac aliisque cælestibus visionibus, quibus Sancti ad fortiter certandum roborati fuerint, sentiendum quid sit, è dictis Commentarii prævii num.* 36 *statues.*

i *Videntur & ratiocinia omnia, quæ hîc Sanctis Antiochoque attribuuntur, à biographo primario, cujus stylum Metaphrastes immutavit, pro arbitrio esse conficta.*

k *Etsi, an* Bacchus *per cælestes voces ad cælum, uti hîc traditur, fuerit vocatus, vehementer dubitem, flagris tamen eum, uti hîc pariter asseritur, consummâsse martyrium, pro indubitato, aut saltem pro verosimillimo habeo. Adi Commentarium prævium num.* 34 *& seq.*

l *Credibilior hic videtur Metaphrastis, quàm Actorum Latinorum, narratio. Adi iterum Commentarium prævium num.* 21.

CAPUT III.

Sergius crudeliter torquetur, gladio martyrium consummat, temploque post ejus sepulcrum honoratur.

Ὁ σύναθλος δὲ Σέργιος ἀπολειφθεὶς, λύπῃ τε διὰ τὸ χωρισμὸν, καὶ ἡδονῇ πάλιν διὰ τὰ προσδοκώμενα ἐμερίζετο, ἀλλ' ὁ περιεῖδεν αὐτὸν τῷ χωρισμῷ κάμνοντα ὁ γλυκὺς ἑταῖρος καὶ ἑρασής· ἀλλὰ φαιδρᾷ τῇ ὄψει ὁ θεῖος Βάκχος, καὶ συνήθει τῷ τῆς στρατείας σχήματι νυκτὸς ἐπιφανεὶς, καὶ διαλεχθεὶς τῷ φίλῳ, καὶ θάρσους ἐμπλήσας τὸ σκυθρωπάντε τῆς ἀθυμίας διέλυσε, καὶ ἀσφαλέστερον ἅμα καὶ γενναιότερον πρὸς τὰς μελλούσας τιμωρίας διέθηκεν. Εἰς δὲ τὴν ἕξῆς καθίσας πάλιν ὁ δὺξ ἐπὶ βήματος, καὶ τὸ μακάριον παραγαγὼν Σέργιον, τῷ λεοντῷ ἀποβαλὼν ὁ ποικίλος τῷ ἀλωπεκῇ συδύεται, καὶ τινα πλασάμενος εἰς αὐτὸν εὔνοιαν, καὶ πιστόν τι δῆθεν ἐπιδεικνὺς ὅτι τῷ ἀρχὴν ἐκείνῳ ὑπ' αὐτοῦ κτήσαιτο, κολακείας αὐτὸν εἰς τὸ θύειν ἐξεκαλεῖτο, τῷ παντελῆ Χριστοῦ ἀλλοτρίωσιν ἐν τάξει χαρίτων ἀποδόναι βουλόμενος ὁ δεσμώτης καὶ ἀνόητος· ἄρρημα δὲ καὶ ταῦτα ὑποφωνῶν, Αἰσχύνομαι τῷ παλαιὰν ἐκείνῳ εὐδαιμονίαν καὶ τὰς εἰς ἐμὲ χάριτας, φίλτατε Σέργιε, αἰσχύνομαι νῦ τὰς θεὰς, καὶ οὐδὲ ὁρᾶν ἔτι σὲ φέρω κατάδικον ὕτω τῷ ἡμετέρῳ βήματι παριστάμενον, ὁ πολλοστὸς ἐγὼ πρὸς τῷ σὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τῆς φιλίας καὶ δυνατείας ἔργον τὴν τοιαύτην ἀρχὴν περικείμενος.

Sergium iterum Antiochus blanditiis

SErgius autem socius ejus relictus & molestiâ distrahebatur propter separationem & rursus lætitiâ propter expectationem. Sed non despexit eum ægre ferentem separationem dulcis ejus amicus & familiaris; sed læto vultu divinus Bacchus, & consueto habitu militari noctu ei apparens, cùm Amicum conveniisset, & eum impleviisset audaciâ, & ejus discussit tristitiam, animique ægritudinem, & firmiorem fortioremque reddidit ad supplicia *a*. Die autem sequenti dux rursus sedens in tribunali cùm beatum curâsset produci Sergium, leoninam pellem exuens, versipellis induit pellem vulpis. Et cùm in eum quandam finxisset benevolentiam, ad fidem faciendam aliquid accommodatum ostendens, quòd scilicet illum magistratum ex eo nactus esset, eum blanditiis evocabat ad sacrificandum, perfectam & absolutam à Christo separationem ei volens reddere pro beneficio, stultus, sic quoque sensim eum alloquens: Pudet me veteris illius felicitatis, & beneficiorum, quæ in me contulisti, amicissime Sergi, nec te quidem amplius fero intueri sic reum stantem pro nostro tribunali, qui sum minimus, si cum tuo conferar splendore, tuæque amicitiæ & potentiæ operâ sum præsentem assecutus magistratum *b*.

C F *a* *b*

2 Ὁ μὲν δὴ πανούργως ἔλεγε τὰ τοιαῦτα, τοῦτο μόνον τεχνώμενος, ὅπως αὐτὸν δι' ἅπαντος ὑπο-

2 Ille quidem hæc callidè dicebat, hoc solum machinans, ut eum omnino blandis verbis

A. SYMEONE METAPHRASTE. *ac minis aggreditur; voluntati autem sua nondum obsequentem*

bis illiceret, & fraudulenter ad eandem deduceret religionem. Ille autem : Sed si me, inquit, velis nunc quoque in maximis bonis accipere benefactorem, prompto & alacri animo tibi hac in re inserviam. Nam cùm te liberavero ab hac profunda deceptione, adducam ad lucem veritatis & Regi immortali reddam familiarem. Non lubenter audiit ea, quæ dicebantur, homo, qui assuefactus erat interitui: sed statim Sergium graviùs & severiùs adspiciens, Ne deos, inquit, blasphemes immortales. Martyr autem acriùs utens dicendi libertate, totum faciebat contrarium, & illius deos afficiebat probris ac contumeliis, & eos solùm nomina vocabat re carentia: eos verò, qui illos adorabant & colebant, ostendebat multo minore sensu esse præditos, quàm surdos illos deos. Dux autem postquam vidit Sergium & blanditiis, & minis esse superiorem, & nihil remittentem de loquendi libertate, illam statim ementitam exuens amicitiam & personam, apertè ostendit id, quod erat; &, magna mea, inquit, mansuetudo, & hæc in te importuna benignitas, ad arrogantiam te extulerunt, & sic in nos ipsos, & deos magnos provocârunt.

B

Duratis cothurnis indui, atque ita ante vehiculum suum currere,

24 Sed dedisces (sat scio) superbiam, & oblivisceris tuæ arrogantiæ, & cognosces te ipsum non esse rerum communium ampliùs interceptorem, neque posse plurimùm apud imperatorem, sed esse damnatum & vinctum, & si quod aliud malum sequitur eos, qui ita sentiunt. Et statim à præsidio Surorum Dux proficiscens in civitatem Rosaphorum *c*, efficit ut calceëtur Athleta crepidis, ferreis clavis confixis: & conscendens vehiculum, coëgit Sanctum ita pedibus affectum ante ipsum currere ad septuaginta stadia usque ad Tetrapyrgiam *d*. Atque quicunque quidem videbant sanguinem è pedibus defluentem, eis planè admirari veniebat in mentem, & Athletæ stupere tolerantiam. Martyri autem spes eorum, quæ expectabantur, erant guttæ consolationis, quæ cadebant è cœlo, & levabant dolorum gravitatem. Et citra molestiam pergebat iter ingredi, & hæc psallebat cum lætitia: Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi. Et exaudivit deprecationem meam: & eduxit me de lacu afflictionis, è luto fæcis. Et statuit in latitudine pedes meos, & direxit gressus meos.

c

d

C

eumque, qui hinc in pedibus acceperat, vulnera ab angelo

25 Postquam autem jam perveniissent Tetrapyrgiam, ipsum quidem excepit custodia, duce ita jubente: illum autem urgentes curæ Reipublicæ tenuerunt occupatum. Cùm autem jam esset vesper, Martyr relictus solus in custodia, psallebat: Qui comedebant panes meos, magnificârunt super me supplantationem. Et funibus extenderunt laqueum pedibus meis, & cogitaverunt supplantare gressus meos. Sed tu, Domine, præveni, & supplanta eos, & libera ab impiis animam meam, & de manu canis unicam meam. Quare nec consolationis expertem ejus animam rursùs despexit is, qui è superis ei nectebat coronas, sed & multam se ejus curam gerere ostendit, & angelum ei misit media nocte, qui, cùm priùs illius animam jucundè recreâsset, & deinde etiam corpus curâsset, & pedes, qui malè se habebant, sanâsset, & tanquam cum quodam amico & concive suo amicissimè esset locutus, & eum amplexus, longè alacriorem reddidit ad certamen *e*. Manè ergò sedens dux in tribunali, jubet quibusdam ex iis, qui adstabant, ut Sanctum tollentes è custodia, (neque enim putabat fieri posse præ pla-

e

D

χλέψῃ, καὶ πρὸς τὴν ἴσιν αὐτῷ θρησκείαν δολερῶς ὑπαγάγηται. Ὁ δὲ, ἀλλ' εἰ βέλει, φησὶ, καὶ νῦν ἐν τοῖς μεγίστοις τ' ἀγαθῶν εὐεργέτιν λαβεῖν με, πρόθυμός ἔσομαι σοι· ἐλεύθερώσας γάρ σε τ' βατείας ταύτης ἀπάθης, τῷ τ' ἀληθείας προσάξω φωτὶ, καὶ Βασιλεῖ τῷ ἀθανάτῳ προσοικειώσομαι. Οὐκ ἤκουσεν ἡδέως τ' λεγομένων ὁ τῇ ἀπωλείᾳ συνεθιζόμενος ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐμβριθέστερον αὐτίκα Σεργίῳ τὸ βλέμμα ἐπιβαλὼν, Μὴ βλασφήμει τοὺς ἀθανάτους, ἔφη, θεούς. Καὶ ὁ Μάρτυς ὁ θερμότερον πάλιν τῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενος, τἐναντίον ἅπαν ἐποίει, καὶ εἰς τοὺς ἐκείνου θεοὺς ἐξύβριζέτε, καὶ ὀνόματα μόνον αὐτοὺς ἐκάλει πράγματων ἔρημα, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ὁ, καὶ σεβομένους αὐτοὺς ἀναισθητοτέρους πολλῷ τ' κωφῶν ἐκείνων ἀπεδείκνυ θεῶν. Ὁ δὲ τοίνυν ὡς ἐῶρα κολακεύοντε χρείᾳ καὶ ἀπειλῶν τ' Σέργιον, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ὑποδιδόντα τ' παῤῥησίας, αὐτίκα τὸν κατεψευσμένων ἐκείνων φιλίαν καὶ τὸ προσωπεῖον ἀποδυσάμενος, ὅπερ ἐν σκαργῶς ἐδείκνυτο. Καὶ ὡς ἔοικεν ἡ πολλή μου, φησιν, ἡμερότης, καὶ τὸ ἀκαίρως τοῦτο πρὸς σε φιλάνθρωπον, ταῦτά σε πρὸς ἀλαζονείαν ἐπῆρε, καὶ ὕτω καθ' ἡμῶντε αὐτῶν καὶ θεῶν ἠρέθισε τ' μεγάλων.

E

24 Ἀλλὰ καὶ τ' τύφον ἀπομαθήσῃ, σὺ οἶδα, καὶ ἐπιλήσῃ τ' ἀυθαδείας, καὶ γνώσῃ σεαυτὸν ὁ μεσίτιον ἄρτι τ' κοινῶν ὄντα, οὐδὲ παρὰ βασιλεῖ ἅ μεγάλα δυνάμενον, ἀλλὰ κατάκριτον καὶ δεσμώτιον, καὶ εἴ τε ἄλλο τοῖς ὕτω φρονοῦσιν ἕπεται κακόν. Καὶ αὐτίκα τὴν ἀπὸ θ' φρυρίου Σύρων ἐπὶ τὴν πόλιν Ῥωσαφῶν στελλόμενος πορείαν ὁ δυξ, σιδηραῖς κνημῖσιν ἤλυς ὀξεῖς ἐμπεπαρμένοις τ' Ἀθλητὴν ὑποδεθῆναι παρασκευάζει. Καὶ ὀχήματος αὐτὸς ἐπιβὰς, ἔμπροσθεν ὡς εἶχε ποδῶν, τρέχειν τ' Ἅγιον ἐπὶ ἑβδομήκοντά που σταδίους ἄχρι Τετραπυργίας ἠνάγκαζεν. Ὅσοι μὲν οὖν ἀπορρέον τὸ ἐκ ποδῶν αἷμα ἐώρων, θαυμάζειν τε αὐτοῖς ἀτεχνῶς ἐπῆει, καὶ τ' Ἀθλητὴν τ' καρτερίας ἐκπλήττεσθαι. Ἐκείνῳ δ' ἄρα αἱ τ' προσδοκωμένων ἐλπίδες ῥαδίως παρακλήσεως ἦσαν δι' ὑρανοῦ στάζουσαι, καὶ τὸ βαρὺ τ' ὀδυνῶν ὑπεκύφιζον· ἀλύπως τε εἶχετο τ' ὁδοῦ, καὶ σὺν ἡδονῇ ταῦτα ὑπέψαλλεν. Ὑπομένων ὑπέμεινα τ' Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. Καὶ εἰσήκουσε τ' δεήσεώς μου, καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. Καὶ ἔστησεν ἐπὶ βύρυχώρῳ τοὺς πόδας μου, καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου.

F

25 Ὡς δὲ καὶ τὸν Τετραπυργίαν ἤδη κατέλαβον, αὐτὸν μὲν ἡ φυλακὴ δεσμώτιον ἐλάμβανεν, ὕτω προσαχθὲν ὑπὸ θ' δυκός· ἐκεῖνον δὲ φροντίδες ἐν χερσὶ δημοσίων πραγμάτων εἶχον. Ἑσπέρας δὲ ἤδη γιγνομένης, μόνος παρὰ τῇ φυλακῇ ὁ Μάρτυς ἀπολειφθεὶς, Οἱ ἐσθίοντες, ἔψαλλεν, ἄρτους μου, ἐμεγάλυναν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν, καὶ σχοινίοις διέτειναν παγίδα τοῖς ποσί μου, καὶ διελογίσαντο θ' ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου· ἀλλ' αὐτὸς, Κύριε, πρόφθασον αὐτοὺς, καὶ ὑποσκέλισον αὐτοὺς, καὶ ῥῦσαι ἀπὸ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Ὅθεν οὐδὲ ἀπαράκλητον αὐτῷ τὴν ψυχὴν πάλιν ὁ τοὺς στεφάνους αὐτῷ πλέκων ἄνωθεν περιεῖδεν, ἀλλὰ καὶ δαιμονιάντε περὶ τοῦτον πολλὴν ἐπιδείκνυται, καὶ ἄγγελον αὐτῷ κατὰ μέσην ἐκπέμπει τὴν νύκτα, ὃς πρότερον τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἡδέως ἀνακτησάμενος, εἶτα καὶ θ' σώματος ἐπιμεληθεὶς, καὶ τοὺς πόδας αὐτῷ πονήρως ὑπὸ τ' πληγῶν ἔχοντας ὑγιάσας, καὶ καθάπερ ἑταίρῳ τινὶ καὶ συμπολίτῃ φιλικώτατα διαλεχθεὶς καὶ κατασπασάμενος, προθυμότερον πολλῷ πρὸς τ' ἀγῶνα διέθηκεν. Ἔωθεν τοίνυν καθίσας ἐπὶ θ' βήματος πάλιν ὁ δυξ, κελεύει τοῖς τῶν περιεστώτων, ἀνελομένους τ' μακάριον ἀπὸ τ' φυλακῆς, πᾶν γὰρ αὐτὸν δυνατὸν εἶναι χρήσασθαι τοῖς ποσὶν ὑπὸ

A ὑπὸ τ πληγῶν ᾤετο, πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὸ βῆμα κομισαι.

26 Τῶν δ πρὸς τῳ φυλακίῳ παραγενομένων, οὐδὲς ἀετὸς ἰῷ ἐκ καμῆς ὁ Μάρτυς, ὰ το γηρας, ἀλλα τας πληγας πασας ἀποξυσάμενος· ὐδὲ γαρ ἐδεήθη χειρος ἀνεχόσης, ἢ τοπαράπαν αὐτῳ συλλαμβανούσης προς τῳ πορείαν, ἀλλα κόφως τε ἔβαινε, καὶ σοβαρὸν ἐκινεῖτο, καὶ Μάρτυς ἰῷ ἀληθῶς ἀξιόπις τ ἀμάχυ καὶ παυδενὸς τ Χριςυ δυνάμεως. Οὕτω δ αὐτὸν ὁ δυξ ἔχοντα πόρρωθεν κατιδὼν, ἡσυχῆ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἀπεθαύμαζεν. Ὡς δ καὶ πλησίον γένοιτο ἤδη, μαγείαντε τὸ πρᾶγμα ἐκάλει, καὶ θεὺς ἐπώμνυ, καὶ μάρτυρας αὐτὸς ἐποιει τ λεγομένων. Τί γάρ ἐςιν ἕτερον, ἔλεγεν, ὃ καὶ παρα βασιλεῖ πρότερον αὐτῳ τοσαύτῳ παρεῖχε τὴν παῤῥησίαν, καὶ νῦν πάλιν τας ὀξείας τ πληγῶν ὀδύνας ἐκοίμισέτε καὶ ἤμβλυνεν, ὅτι μὴ μαγεία σαφης, καὶ λόγοι περίεργως ὡς τα πολλα καὶ σοφισικῶς ἐπαδόμενοι. Ἐντοῦθεν καὶ ἀπεγίνωσκεν ἤδη Σεργίῳ, καὶ τ ἄνδρα ὅτι ἐγγυτάτω παρασησάμενος, εἴ πως κἂν ὅτως ὑποκλέψῃ ταῖς οἰκειώσεσιν, ἡμέρωσε διατεθεὶς ὡς μάλισα, καὶ τ προτέρας πάλιν ὡρὸς αὐτὸν θωπείας γενόμενος, δεῖόν τι, ἔλεγεν, ἡγοῦμαι, καὶ ἄπιςον, πῶς ἂν πολλῇ δεραπεία καὶ πλούτῳ καὶ ἥδεσιν ἄλλοις τεαφεὶς, τῳ βαρυτάτῳ βάσανον ταύτην ὅτω γενναίως ὑπηνέγκας· ἀλλα τῳ ὁμιλίαν οὐδὲς ὁ Μάρτυς αὐτῳ ἐπικόψας, ὰ βάσανός μοι τα παρόντα, εἶπεν, ὦ δικασα, ἀλλ' ἱερα Δῳ Χριςὸν πομπὴ καὶ πανήγυρις, ὡρὸς αὐτὸν με τ ὐρανὸν ἥδισα παραπέμπουσα.

B

27 Ὁ δυξ τοίνυν ἐπιπλέον καὶ ἄυδις ἀπαγορεύσας, τῇ φυλακῇ παραπέμπει τ Ἅγιον· αὐτὸς δ περὶ τραπέζας εἶχε, καὶ τ μεταξὺ πάντα καθηδυπάθει καιρὸν, ὥσπερ ὰ θυμῷ μόνον καὶ ὠμότητι, ἀλλα καὶ ἡδονῆς δῆλος εἶναι βυλόμενος· ἐπεὶ δ ἄτεδε καὶ πάλιν ὁδῷ ἔμελλε, καὶ πρὸς το Ῥωσαφῶν ἠτείγετο φρύριον, ἐφ' ὃ καὶ τῳ ἀρχῳ ἀπὸ Σύρων ὥρμητο, ταῖς προτέραις ἄυδις τ Ἀθλητὴν ὑποδήσας κρηπῖσι, τῳ ἀπὸ Τετραπυργίας μέχρι Ῥωσαφῶν αὐτῶν ἤλαυνεν· ὡς δ τῇ αὐτῇ πάλιν ἀνάγκῃ πολαίοντα, τ αὐτὴν ἢ καὶ μείζω καρτερίαν ἐπιδεικνύμενον εἶδε τ Μαρτυρα, καὶ τῳ ἀπὸ Σύρων ἄχρι Ῥωσαφῶν ὁδὸν μᾶ τ σιδηρῶν κρηπίδων ἐκείνων ἀπονητὶ διανύσαντα, τῳ μεταβολῳ πανταπασιν ἀπογνὺς, ξίφει τῳ μακαρίαν αὐτῆ κεφαλῳ ἀποτμηθῆναι κελεύει. Ἄγεται μὲν ὖν ὑπὸ τ δ τάξεως λοιπὸν ἐπὶ τ δ τελειώσεως τόπον ὁ Μάρτυς· ἀνδρῶν δ πολύ τι πλῆθος, καὶ γυναικῶν, καὶ ἡλικίας ἁπάσης, ὥσπερ ἐν σκότῳ φωτὸς εἰς τὴν πόλιν πορευομένῳ, πάντες ἐπηκολούθουν, ὥςε ἀγωνιζόμενον αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ νικῶντα, καὶ σεφανούμενον.

C

28 Ἀλλα καὶ θῆρες ἄγριοι καθάπερ τι ἐρωτικὸν καὶ ὕτοι πρὸς τ Ἀθλητῳ πεσόντες, τ οἰκείων ἁπάραντες φωλεῶν, ἡμέρως αὐτὸν καὶ προσηύως παρέπεμπον, ἐκεῖνον μὲν τ μακαρίας ὥσπερ πομπείας ἀποδεχόμενοι, τὺς ἀσεβεῖς δ πράγματι διελέγχοντες, ὅτι ὃν καὶ θῆρες ἠδέσθησαν, αὐτοὶ λίαν τυφλώθεντες ἀναῤῥῶσιν. Ὁ δ τὺς ἄγοντας σρατιώτας βραχύν τινα καιρὸν εἰς προσοχῳ αἰτήσας, καὶ παρ' ἐκείνων λαβὼν, ὅλῳ ὄμματι πρὸς τ ἑαυτῆ δεσπότῃ μετα τ ὀφθαλμῶν ἄρει καὶ τῳ ψυχῳ. Εἶτα τ οἰκείας συμπαθείας αὐτὸν ἀναμνήσας, ἤδη καὶ εἰς ἔλεον τ φονούντων ἐκεῖνον ἐκαλεῖτο. Ὁ μόνῃ, λέγων, ἀγαθότητι τα πάντα δημιυργήσας, ὁ κατ' εἰκόνα σὴν τὸν ἄνθρωπον διαπλάσας, καὶ ἄρχειν τ ὁμοδούλων προχειρισάμενος, ὁ καὶ τὴν σὰν τολὴν παραβάντας, καὶ ἠθετηκότας σε τ δεσπότην, καὶ ἀγνώμονας περὶ τ σὴν εργέτην ἀναφανέντας μὴ ἀπωσάμενος, ἀλλα καὶ δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ δούλου μορφὴν ἀναλαβὼν, καὶ πάντα ἐκὼν ὑπομείνας, καὶ μηδὲ θάνατον τὸ τελευταῖον παραιτησάμενος, αὐτὸς σύγγνωθι καὶ νῦν τοῖς εἰς ἡμᾶς πλημ-

gis, ut uteretur pedibus) ad ſuum deferant tribunal.

26 Cùm illi autem acceſſiſſent in cuſtodiam, ſtatim fuit Martyr, ut aquila, renovatus, non ablata ſenectute, ſed omnibus vulneribus. Neque enim opus habuit manu, quæ eum ſuſtineret; aut ei omnino opem ferret ad ingrediendum: ſed & leviter ingrediebatur, & pulchrè movebatur, & erat revera teſtis fide dignus invictæ & omnipotentis Chriſti virtutis. Cùm enim ſic affectum dux adſpexiſſet eminus, apud ſe mirabatur tacitus. Cùm autem jam propè eſſet, eam rem vocabat magiam, & deos jurabat, & eos vocabat in teſtimonium eorum, quæ dicebat. Quid eſt enim aliud, aiebat, quod & apud imperatorem ei priùs tantam præbuit fiduciam, & nunc ſtatim ſopiit & obtudit acres dolores vulnerum, niſi aperta magia, & verba, quæ ut plurimùm curiosè & ſophiſticè incantantur? Ex hinc jam de Sergio ſpem abjiciebat, & cùm eum curâſſet quàm proximè ſiſtendum, ſi fortè familiaritate eum ſic alliceret, placidè eum alloquens, & ad priorem revertens aſſentationem, Rem quandam, aiebat, arbitror, divinam & incredibilem, quòd in multis deliciis & divitiis, & honeſtis moribus educatus, tam fortiter tuleris hoc tam grave tormentum. Sed ejus ſermonem ſtatim interrumpens Martyr, Non ſunt mihi, inquit, ô judex, tormentum præſentia, ſed ſacra propter Chriſtum pompa, & feſtum celebre, me ad ipſum cælum jucundiſſimè transmittens. A. SYMEONE METAPHRASTE. *fuiſſent ſanata, aquè ac antè in fide*

E

27 Dux itaque adhuc magis deſperans, Sanctum tranſmittit in cuſtodiam. Ipſe autem interim operam dabat menſarum lautitiæ, & lætitiæ, ut qui non ſolùm iræ & crudelitatis, ſed etiam voluptatis vellet eſſe ſervus. Cùm autem viam rurſus eſſet ingreſſurus, & ad Roſaphorum contenderet præſidium, ad quod tendens à Suris profectus fuerat, Athletam, rurſus prioribus calceatum crepidis, à Tetrapyrgia duxit uſque ad Roſapha *f*. Cùm autem cum eadem rurſus luctantem neceſſitate vidiſſet Martyrem eandem, aut etiam majorem oſtendere fortitudinem, & viam, quæ eſt à Suris uſque ad Roſapha, cum ferreis illis crepidis citra laborem confeciſſe, omnino deſperans fore, ut mutaretur, jubet beati Martyris caput amputari gladio. Ducitur itaque Martyr à militibus ad locum conſummationis. Magna autem multitudo virorum & mulierum & omnis ætatis conſequebatur, ut cum viderent & decertantem, & vincentem, & coronatum. *conſtantem eodem iterum tormento affici ac tandem capite truncari jubet.* *f*

F

28 Quin etiam ipſæ quoque feræ, veluti captæ quodam amore Athletæ, relictis propriis cavernis, eum placidè & manſuetè deducebant *g*, illius quidem beatum iter quodammodò probantes & commendantes, impios autem reipſa arguentes, quòd, quem feræ ſunt reveritæ, ipſi planè cæci interficiunt. Ille autem cùm ab iis, qui eum ducebant, militibus breve aliquod tempus petiiſſet ad orationem, & ab illis impetrâſſet, ad ſuum ſtatim Dominum totam animam extollit cum oculis. Deinde, cùm ei revocâſſet in memoriam ſuam commiſerationem, ad eorum quoque, qui illum occidebant, vocabat miſericordiam, dicens: Qui ſola bonitate omnia es fabricatus, qui genus humanum ad tuam imaginem effinxiſti, & præfeciſti omnibus: Qui etiam, cùm tuum tranſgreſſi eſſent præceptum, & te Dominum contempſiſſent, & in Benefactorem ingrati apparuiſſent, eos non repuliſti, immò propter nos homo factus es, *Ad locum ſupplicii Martyr ducitur, juſſaque ad Deum oratione,* *g*

A. SYMEONE METAPHRASTE.

& ſerui formam accepiſti, & omnia voluntariè ſuſtinuiſti, & nec mortem quidem poſtremò recuſaſti, ipſe quoque nunc ignoſce iis, qui in nos peccaverunt: & hac craſſa nube impietatis diſcuſſa, & à tyrannide inimici liberatis miſeris, illuceſce eis divina luce tuæ gratiæ, & revoca eos errantes magno tuo & admirabili nomine & veritate. Porrò autem nos quoque, qui pro te, ô Domine, mactamur, ipſaſque animas & corpora noſtra ſponte ſacrificamus, ſuſcipe tanquam acceptas hoſtias & gratum ſacrificium, & ad aram tuam, quæ eſt ſupra cælos, introduc lætantes.

gladio vitam finit, loco eodem terræ mandatur, b

29 Hæc oravit, & eum ſtatim vox illinc vocavit. Quam cùm ille lubenter & cum voluptate audiiſſet, collum protinus alacriter porrigens truncatur martyrico capite *h* ſeptimo menſis Octobris: & currit ad vocantem Dominum, à quo coronas, eaſque magnificas & præclaras ſuſcipit. Ex iis autem nonnulli, qui ad ſpectandam venerant conſummationem, cùm preciоſum illud corpus piis & optantibus ſuſtuliſſent manibus, & peregiſſent ea, quæ de more fiunt in ſepultura, præclarè & magnificè depoſuerunt apud ipſum locum martyrii. Cùm autem multum interceſſiſſet temporis, quidam ex iis, qui erant pietate ferventiores, venientes à præſidio Surorum, aggreſſi ſunt ſurripere reliquias Martyris *i*.

poſtque ibidem exſtructâ ſibi eccleſiâ honoratur.

30 Ille autem, ſeu non volens damno afficere civitatem, ſeu non ſuſtinens, communem theſaurum eſſe alicujus proprium, magnam flammam effecit furti indicem: & ignis illic accenſus, dolum manifeſtè publicans, damnum repentè oſtendit. Qui igitur erant in civitate Roſaphorum, opinati, adventum hoſtium eo ſignificari, armati omnes ſtatim adveniunt ad ſepulcrum Martyris. Qui cùm reſciviſſent id, quod erat, & ne auferrent prohibuerunt, & non paſſi ſunt Surenos ampliùs manere in eo loco. Illi autem cùm nollent fruſtra & inutiliter adveniſſe, parvum quoddam templum in ſepulcro extruxerunt: & ſic cum gaudio redierunt, dando magis, quàm accipiendo, ſuo in Sanctum deſiderio ſatisfacientes. Paulatim autem creſcente pietate in Salvatorem & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, epiſcopi numero quindecim, ingreſſi civitatem Roſaphorum, inſigne templum Sanctis extruunt, & cùm id conſecraſſent, in eo depoſuerunt divinas Martyrum reliquias *k* ad gloriam Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem decet honor, potentia, majeſtas & magnificentia, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

μελήσασι, καὶ τὸ παχὺ τοῦτο τῆς ἀσεβείας νέφος διατεμὼν, καὶ τῆς ἐχθρᾶς τυραννίδος τοὺς ἀθλίους ἐλεύθερώσας, φῶτος θεῖον αὐτοῖς τὴν σὴν ἐπίλαμψον χάριτος, καὶ ἀνακάλεσαι πεπλανημένους αὐτοὺς τῷ μεγάλῳ καὶ θαυμαστῷ ὀνόματι καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου, καὶ ἡμᾶς τοὺς ὑπὲρ σοῦ, δέσποτα, σφαγιαζομένους, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτὰς τῇ προαιρέσει καὶ τὰ σώματα καταθύοντας, ὡς ἱερεῖα δεκτὰ, ὡς θυσίαν εὐάρεστον πρόσδεξαι, καὶ εἰς τὸ σὸν θυσιαστήριον τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν εὐφραινομένους εἰσάγαγε.

29 Ταῦτα προσηύξατο, καὶ φωνὴ τοῦτον ἐκεῖθεν αὐτίκα ἐκάλει· καὶ ταύτης ἐκεῖνος ἀσμένως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀκούσας, τὸν τράχηλον εὐθὺς ὡς ἥδιστα ὑποσχὼν, τῷ μαρτυρικῷ ἐκτέμνεται κεφαλῷ, ἑβδόμῳ τότε τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἄγοντος, καὶ πρὸς τὰ καλοῦντα τρέχει Δεσπότην, καὶ πρὸς τοὺς στεφάνους ὁρᾷ, καὶ φιλοτίμως ἐπὶ τὰ κεφαλῆς αὐτοὺς καὶ πολυτελεῖς ὑποδέχεται. Τῶνδε μὴν κατὰ θέαν τινὲς τῆς τελειώσεως συνελήλυθότων, τὸ τίμιον ἐκεῖνο σῶμα εὐλαβέσιν ἅμα καὶ ποθούσαις ταῖς χερσὶν ἀνελόμενοι, καὶ ὅσα νόμος εἰς ταφὴν τελέσαντες, λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως παρ' αὐτῷ τῷ τῆς μαρτυρίας τόπῳ κατέθεσαν. Χρόνου δὲ συχνοῦ διαγενομένου, τῶν θερμοτέρων τινες περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπὸ δὲ φρυρίου Σύρων ἀφικόμενοι, ὠφελεῖσθαι τὸ δὲ μάρτυρος λείψανον ἐπεχείρουν.

30 Ὁ δὲ εἴτε μὴ θέλων ἑαυτὸν ζημιῶσαι τὴν πόλιν, εἴτε μὴ ἀνασχόμενος τὸν κοινὸν θησαυρὸν ἴδιον γενέσθαι τινος, φλόγα μεγάλην ποιεῖται τῆς κλοπῆς μηνυτήν, καὶ πῦρ ἀναφθὲν ἐκεῖθεν αὐθρόον δημοσιεύει τὸν δόλον, καὶ τὴν ζημίαν σαφῶς παραδείκνυσιν. Οἱ δὲ τῆς Ῥωσαφῶν τοίνυν πολεμίων ἐπιδημίαν τὸ πρᾶγμα εἶναι ὑπολαβόντες, ἔνοπλοι πάντες ἐκ δὲ ἀφνιδίου τῷ δὲ μάρτυρος ἐφίστανται τάφῳ· καὶ μαθόντες ὅπερ ἦν, τὴν ὑφαίρεσίν τε διεκώλυσαν, καὶ οὐκέτι οὐδὲ ἐπιμεῖναι τῷ τόπῳ τοὺς ἀπὸ Σύρων ἠνείχοντο. Εἶτα μέν τοι πολλὰ δεηθέντας οὐδὲ καὶ μόλις παραμεῖναι βραχὺ συνεχώρησαν. Οἱ δὲ, τὴν προσεδρείαν μὴ ἀργὴν ἔχειν μηδὲ ἄπρακτον βουληθέντες, ναόν τινα μικρὸν ἐπὶ τῷ τάφῳ ἐδείμαντο, καὶ οὕτω μεθ' ἡδονῆς ἐπανῆκον, τῷ δοῦναι μᾶλλον ἢ λαβεῖν τὸν πρὸς τὴν Ἄθλητὴν πόθον ἀφοσιώσαντες. Κατὰ μικρὸν δὲ τὴν περὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὐσεβείας ἐπιδιδούσης, ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν πέντε καὶ δέκα τῆς πόλεως Ῥωσαφῶν εἴσω γενόμενοι, ναόντε τοῖς Ἁγίοις περιφανῆ ἀνιστῶσι, καὶ τοῦτον καθιερώσαντες ἐν αὐτῷ τὰ θεῖα καὶ μαρτυρικὰ κατέθεντο λείψανα εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ πρέπει τιμὴ, κράτος, μεγαλωσύνητε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNOTATA.

a *In Actis Latinis ipſa, quæ* Bacchus, *apparens* S. Sergio, *protulerit, ſeu potiùs, quæ eum protuliſſe, auctor finxit, verba adducuntur, fuiſſeque, quæ hiſce reſponderent, in Actis primævis Græcis verba, è dictis Commentarii prævii § 2 mihi perſuadeo, licèt interim Metaphraſtes, qui ex iiſdem Actis Græcis Græca altera ſuo ſtylo concinnavit, qua ad* Sergium *oratione* Bacchus *uſus ſit, non edicat, fuiſſe abs hoc illum ad certamen, omni animi agritudine depulſa, roboratum, dixiſſe contentus.*

b *Fueritne verè Antiochus, uti hîc in Actis Metaphraſticis, alibique tum in his præterea, tum in Actis Latinis innuitur, ſeu Auguſtæ Euphrateſiæ ſeu Orienti dux à Maximiano ad* S. Sergii *poſtulationem præfectus, mihi admodùm dubium apparet. Adi Commentarium prævium § 3*

c *De ambobus hiſce ſeu caſtris ſeu oppidis, Romano præſidio munitis, diſtantiaque, quâ invicem erant ſejuncta, videſis Commentarium prævium num. 27, aliquot ſeqq. & num. 34*

d *Pro caſtelli hujus qualicúmque notitia adi iterum Commentarium prævium num. 34, uti etiam, quæ in Annotatis, Actorum Latinorum cap. 2 ſubnexis, ad lit. o dicta ſunt.*

e *Poſſitne pro certa admitti, quæ hîc unà cum altero miraculo adſtruitur, angelica apparitio, ſtatues ex iis, quæ in Commentario prævio num. 36 diſſerui.*

f *Sura*

A f *Sura à Tetrapyrgia, uti Acta Latina notant, ſtadiis ſeptuaginta totidemque item ſtadiis poſtremum hoc caſtellum à Roſapha ſeu Reſapha aberat; ut* S. Sergius, *cothurnis clavatis indutus, ſtadiis centum & quadraginta currere fuerit compulſus; quod tormenti genus, horrendum ſanè, etſi ſubiiſſe illum, pro indubitato non habeam, certò tamen falſum pronuntiare non auſim. Conſule Commentarium prævium num.* 35 *& ſeq.* A. SYMEONE METAPHRASTE.

g *Quod de apparitionibus miraculiſque aliis, quæ in Sanctorum noſtrorum Actis occurrunt, jam dixi, idem etiam de miraculo, quo, ut ferè* S. Sergium, *jamjam gladio necandum, ad locum martyrii deduxerint, factum ſit, dictum exiſtima.*

h Sergium *verè hoc necis genere conſummâſſe martyrium, dubitandum non reor. Quid autem de voce ſuperna, omnibus adſtantibus audita, quâ vocatus is ad cælum fuerit, exiſtimem, ex Annotatis, Actorum Latinorum cap.* 2 *ad lit.* e *ſubnexis, collige. Tam in hiſce interim, quàm hîc in Metaphraſticis non pòſt, ſed antequam* Sergius, *gladio percuſſus, conſummâſſet martyrium, vocem illam cæleſtem auditam fuiſſe, adſtruitur.*

i *Tentatum à Surenis, quod hîc narratur, corporis* S. Sergii *furtum fortaſſis jam inde à ſeculo quarto evenit, non tamen tam brevi poſt Sanctorum martyrium tempore, ut, qui hoc litteris primùm mandavit, ſynchronus illis vixiſſe ſit exiſtimandus. Videſis Comment. prævium num.* 16, *binis ſeqq. &* § 4.

k *Non de alia, quàntùm apparet, eccleſia ſermo hîc eſt, quàm de eccleſia, ab Alexandro, Hierapolitano epiſcopo, anno circitèr* 430 *exſtructa, uti in Commentario prævio* § 4 *docui, ſimul etiam oſtendens, eccleſiam illam, non tantùm* S. Sergio, *ſed & huic &* Baccho *fuiſſe conſecratam ſacraſque in eamdem tam hujus, quàm illius reliquias fuiſſe tunc tranſlatas, uti hîc in Actis Metaphraſticis traditur.*

B # DE S. JULIA VIRGINE MARTYRE C

IN SYRIA

SYLLOGE. C.B.

FORTE SECULI IV INITIO. *Sancta, quæ in Hieronymianis diffuſioribus aliiſque Faſtis ſacris,*

Licèt ex omnibus contractioribus *Martyrologii Hieronymiani apographis, ante tomum* VII *Junii apud nos editis, aliiſque, quæ vel à Florentinio vel ab aliis fuêre typorum beneficio vulgata, unum duntaxat, alterumve, quod* S. Juliam *hodie celebret, reperiatur, Gellonenſe tamen pervetuſtum apud Dacherium tom.* XIII *Spicilegii Martyrologium, diffuſioraque tria, quæ apud laudatum Florentinium exſtant, ejuſdem dicti Martyrologii Hieronymiani apographa, Epternacenſe nimirum ſeu Antverpienſe, Lucenſe & Corbeienſe, ſanctam illam Virginem ac Martyrem, Antverpienſi tamen* Tulliam *pro* Julia *perperam exhibente, ad hunc diem ſignant, idque unâ eâdemque, quâ, de quibus jam actum, SS. Sergium & Bacchum recolunt, annuntiatione faciunt. Idem porrò in Romano parvo ſeu veteri, in Adone & Notkero etiam fit; verùm cùm* Julia *ex dicendis nec eodem die, quo vel Sergius vel Bacchus, nec ſub eodem, quo hi ambo, judice martyrium ſubierit, ut quid cùm iiſdem illa in omnibus laudatis Faſtis ſacris ſub una eademque annuntiatione conjungitur? Ado in SS. Sergii & Bacchi elogio, Commentarii ad horum Acta prævii num.* 6 *&* 7 *recitato, ita memorat:* Parvo autem (*poſt S. Sergii martyrium nempe*) tempore interpoſito, beatum quoque Bacchum à loco, quo tumulatus fuerat, elevantes, honorabili martyribus loco juxta ſanctum Sergium (*Reſaphæ ſeu Roſaphæ*) compoſuerunt. Ubi & virgo Julia, quæ ſub Martiano præſide martyrium conſummavit, ſociata Martyribus ſepulta quieſcit.

2 *Ut ergò ſancta virgo* Julia *ſub una eademque annuntiatione cùm SS. Sergio & Baccho hodie conjungatur, factum videtur ex eo, quòd æquum eſſe viſum fuerit, ut Sancta iſthæc, quæ eodem ſepulcro cum ſanctis martyribus Sergio & Baccho tumulata jaceret, eodem etiam die, quo hi, venerationem acciperet. Ita ferè quantùm ad ſubſtantiam in hodiernis ſuis in Martyrologium Hieronymianum Annotationibus Florentinius, & rectè ſanè, quantùm opinor. Neque enim, cur hodie cum Sergio & Baccho Sancta conjungatur, ratio aptior reddi poſſe videtur. Dici quidem poteſt, id fieri, quòd* Julia *in provincia, quæ* Auguſta Euphrateſia *vocatur, non ſecùs atque Sergius & Bacchus, martyrio fuerit coronata; verùm præterquam quòd, ibi Sanctam paſſam fuiſſe, certum ex dicendis non ſit, martyres omnes, qui unam eamdemque provinciam, conſecuti fuêre martyrii palæſtram, ſub una eademque annuntiatione in Faſtis ſacris conjungi propterea non ſolent. Quod cùm ita ſit, unicè allegata de cauſa Sanctam noſtram ſub una eademque annuntiatione cum Sergio & Baccho in Faſtis ſacris ſuprà laudatis hodie conjungi, verò ſimiliùs apparet. Verùm, etſi id ita ſit, nec ſanè in iis perperam iſthæc fiat conjunctio, neutiquam tamen idcircò Uſuardus corripiendus venit, qui* Juliam *à Sergio & Baccho ſejunxit & ex uno geminos fecit articulos, quorum altero binos hoſce Sanctos (adi horum Actis prævium, atque ad hunc diem jam datum Commentarium num.* 5) *ſolos celebrat, altero* S. Juliam *virginem & martyrem ſolam pariter, ſeu à Sergio & Baccho ſejunctam, hunc in eodem annuntiat:* Item apud eamdem (*Auguſtæ Euphrateſiæ nimirum*) provinciam ſanctæ Juliæ virginis, quæ ſub Marciano præſide martyrium conſummavit.

& quidem, nec ineptè, cum SS. Sergio & Baccho conjuncta, hodie annuntiatur.

3 *Neque verò poſteriores martyrologi, qui, cùm Faſtos, ſacros Sanctis omnibus aut ſaltem præcipuis recenſendis condidêre, concinnatum ab Uſuardo Martyrologium habuerunt præ oculis, aptiúſque tamen ab iiſdem ſeparata apud Uſuardum alioſque exhibetur.*

AUCTORE C. B.

c rpendum hunc illa de causâ existimârunt; quicumque enim (sunt autem, quos tamen omnes enumerare, operæ pretium non reor, numero non pauci) tam S. Juliam, *quàm SS. Sergium & Bacchum in Fastos sacros, à se concinnatos, intulerunt, id duobus distinctis articulis, quorum altero solam* Juliam, *altero solos Sergium & Bacchum sunt complexi, Usuardi exemplo fecerunt, illosque deinde, qui Mrl. Romanum hodiernum reformârunt, secuti etiam sunt eruditissimi viri,* Juliam, *à Sergio & Baccho sejunctam, hodie in hoc iisdem ferè, quibus id apud Usuardum fit, verbis annuntiantes:* Item apud Augustam Euphatesiam sanctæ Juliæ virginis, quæ sub Marciano præside martyrium consummavit. *Et sanè non immeritò id illi fecêre; etsi enim* S. Julia, *quòd eodem, quo Sergius & Bacchus, loco jacuerit sepulta, non ineptè cum hisce, ut suprà docui, sub una eademque annuntiatione in Fastis sacris antè laudatis potuerit celebrari, ut illa tamen aptiùs etiam à Sergio & Baccho sejuncta articulo distincto sibique soli proprio annuntiari possit, efficiunt, quæ ipse Ado, Notkerusque hunc secutus suppeditant. Secundum hos enim* Julia *neque sub eodem judice, neque eodem adeò, ut verosimillimum apparet, die, quo Sergius & Bacchus, martyrium subiit. Hi enim, uti eorum Acta proximè jam data perhibent, sub Antiocho, Augustæ Euphratesiæ seu Orientis duce, passi sunt;* Julia *verò, uti dicti martyrologi tradunt, sub Marciano præside martyrium consummâvit; hinc autem etiam consequitur, ut sanè, quemadmodùm jam dixi, verosimillimum sit, sanctam nostram Virginem ac Martyrem neque eodem die, quo Sergius & Bacchus, fuso pro Christo sanguine, martyrii palmam esse adeptam.*

B

4 *Verùm, ut tempus modò, seu seculum, quo id accidit, utcúmque determinemus, quis ille, sub quo Sancta coronata fuit, præses Marcianus? In Actis SS. Juliani, Basilissæ, Celsi & Sociorum, ad* IX *Januarii diem apud nos jam editis, Marcianus præses occurrit, sub quo hi martyrii palmam, & quidem, uti ex iis, quæ in prævio hisce Commentario* § 2 *dicta sunt, verosimilius apparet, in Ægypto, consecuti sunt. Quid si ergò* S. Julia *sub hoc ipso præside pariter martyrio coronata fuerit? Cùm nihil planè uspiam occurrat, quò vel tempus, quo Sancta passa fuerit, vel quis sit Marcianus præses, sub quo id factum in Martyrologiis traditur, sat tutò determinem, Sanctam nostram, donec quid certius afferatur, sub eodem Marciano præside, sub quo Julianus, Basilissa, Celsus eorumque socii, martyrio coronatam fuisse, fas est credere, licèt interim nec ipsa horum Acta pro undequáque probatis, uti inter eruditos omnes modò convenit, possint haberi. Porrò cùm Julianus, Basilissa, Celsus eorumque socii, dira in Ægypto sub Diocletiano & Maximiano persecutione, uti apud nos in Commentario illorum Actis prævio* § 2 *statuitur, adversus Christianos mota, seu seculi quarti initio martyrium subierint, sanguinem quoque tunc pro Christo fudisse* Juliam, *credibile apparet, hincque est, cur suprà in margine* Fortè seculi IV initio *adscripserim.*

seculi IV *fortè initio passa est,*

C

5 *Ceterùm ex eo, quòd Sanctam sub eodem Marciano præside, sub quo Julianus, Basilissa, Celsus eorumque socii, in Ægypto, ut dictum, verosimiliùs passi, martyrium subierunt, sanguinem pro Christo fudisse statuamus, necesse præterea potest videri, ut & illam in Ægypto passam esse admittamus; attamen cùm fieri possit, ut Marcianus, qui in Ægypto, cùm Julianus unà cum Basilissa sociisque martyrio ibidem coronatus fuit, præsidem egerit, eodem etiam aut certè judicis inferioris munere in Augusta Euphratesia aliquando functus sit, ex eo etiam, quòd* Julia *sub Marciano passa statuatur, in Ægypto hoc accidisse, consectarium non est. Et verò Petrus de Natalibus in contexto à se Sanctorum Catalogo ad præsentem Octobris diem* S. Juliam *brevi exornat elogio, in quo, fuisse illam, non in Ægypto, sed in Syriæ provincia, quæ* Augusta Euphratesia *dicitur, martyrio coronatam, haud obscurè tradit. Lubet illud in maxima, quâ laboramus, antiquorum de* S. Julia *monumentorum penuria integrum huc transcribere. Sic habet:* Julia virgo & martyr passa est apud provinciam Augustanam, quæ dicitur Euphrateia. Quæ à præside impiissimo Martiano comprehensa jubetur idolis immolare, cúmque sacrificare contempsisset, post diversa tormentorum genera, ipsi illata, novissimè gladio jussu ejusdem præsidis jugulatur, sicque cursum glorioси martyrii consummavit Nonas Octobris, ut ait Ado in Martyrologio suo. *Tale est breve elogium, quo Sanctam hodie, ut jam monui, Petrus de Natalibus celebrat, luculenter sanè docens, non tantùm in provincia, quæ* Augusta Euphratesia *vocatur, passam illam esse, ast etiam quo necis genere martyrium consummârit.*

D

E

Augusta Euphratesia dicta, verosimiliùs evenit; cui civitatem homonymam

6 *At verò cùm, quâ martyrii specie Sancta occubuerit, apud nullum prorsus scriptorem alium, fidem certam atque indubitatam creare natum, memoriæ proditum inveniatur, nec Petrus de Natalibus, ut ea, quæ de Sancta narrat, certa efficiat, satis antiquus sit,* Juliam *verò gladio, ut ait, martyrium consummâsse, indubitanter asseverare non ausim, licèt interim, illam, non in Ægypto, sed, ut adstruit, in Syriæ provincia, quæ* Augusta Euphratesia *appellatur, martyrio coronatam fuisse, verosimilius rear, quòd Resaphæ, Augustæ Euphratesiæ civitate, fuerit sepulta, aut certè seculo octavo seu Adonis ætate, uti ipsemet hic martyrologus verbis suprà datis testatur, recondita jacuerit. Verùm utcúmque isthæc habeant, locum equidem, quo* Juliam *passam notat, non civitatem, sed provinciam Petrus de Natalibus rectè facit. Dubitat quidem in hodiernis suis ad Martyrologium Hieronymianum Annotationibus Florentinius, num cùm Augustopoli, qua in civitate SS. Sergium & Bacchum martyrio coronatos, Basilianum Græcorum Menologium, uti ad hunc diem in Commentario, horum Actis prævio, jam docui, perperam statuit, una sit atque eadem Augusta Euphratesia, sicque hujus nominis civitatem, qualem frustra quæras apud antiquos geographos, agnoscere videtur; quod & Baudrandus in Lexico Geographico unà cum Nigro facit. Et pro his quidem citari possint concilia duo, Seleucienſe nimirum & Chalcedonense, in quorum priori, anno* 359 *celebrato, apud Harduinum tom.* I *Conciliorum col.* 726 Augustus episcopus Euphratesiæ, *in posteriori verò, anno* 451 *celebrato, apud Labbeum tom.* IV *Conciliorum col.* 788 Augustus Eufrasiensis *comparet.*

F

exstitisse, à Seleucienſi & Chalcedonenſi conciliis non evincitur.

7 *Verùm apud Harduinum loco cit. in eodem Seleucienſi Concilio etiam occurrit* Leontius episcopus Lydiæ, *nec tamen ulla, cui Lydiæ nomen sit, apud antiquos Geographos civitas invenitur; quod cùm ita sit, Leontiusque idcircò chorepiscopus dumtaxat provinciæ Lydiæ exstitisse videatur, Augustum pariter, concilio Seleucienſi apud Harduinum*

idque, non certò in Ægypto, sed in provincia,

A *duinum ſubſcriptum, chorepiſcopum dumtaxat provinciæ Euphrateſienſis fuiſſe exiſtimo, idque etiam Harduinus, uti ex adjecto ab eo ad Concilia epiſcopatuum Indice apparet, opinatus eſt. Quod autem ad Auguſtum Euphrateſienſem, qui concilio Chalcedonenſi apud Labbeum loco citato ſubſcripſerit, ſpectat, præterquam quòd is, non* Euphrateſienſis, *ſed* Eufraſienſis *dumtaxat nominetur, perperam ibidem librariorum oſcitantiâ* Auguſtus Eufraſienſis *pro* Auguſtæ Eufraſienſis *ſcriptum exiſtimo. Ea autem ſedet ſententia primò quidem, quòd abſque addito epiſcopi titulo tantummodò ſcribatur* Auguſtus Eufraſienſis; *deinde verò, quòd epiſcopi, qui Concilio Chalcedonenſi ſubſcripſerunt, ſub diverſarum provinciarum, quarum fuerunt, titulis apud Labbeum recenſeantur, nec uſquam provinciæ Euphrateſienſis titulus occurrat, licèt interim poſt voces* Auguſtus Eufraſienſis *diverſi compareant provinciæ Euphrateſienſis epiſcopi, uti, qui Labbeum loco cit. conſuluerit, comperiet.* AUCTORE C. B.

DE SS. QUARTO ET MARCELLINO

CAPUÆ IN CAMPANIA ITALIÆ.

E MARTYROLOGIIS HIERONYMIANIS ALIISQUE. J. B.

E

Sanctos Quartum & Marcellinum *Michaël Monachus inter Capuanæ eccleſiæ Sanctos memorat ex Ferrario in Topographia, ex Additione ad Martyrologium Adonianum, ex Ms., quod Caraccioli fuit, denique ex Martyrologii monaſterii S. Joannis fide. Appendix ad Martyrologium Adonis apud Dominicum Georgium ſic habet:* In Capua Campaniæ Quarti & Marcellini: *ſolum* Quartum *memorat Martyrologium Ms. monaſterii S. Joannis, adjicit verò eidem Presbyteri titulum his verbis apud laudatum Monachum:* Nonis Octobris Capuæ S. Quarti presbyteri. *Ferrarius in Topographia in Martyrologium Romanum nuda eorum nomina recenſet, quamquam eos omnino in ſcriptis à ſe Sanctorum Catalogis prætereat: an quòd nullam, ut in Topographia notavit, eorum in Tabulis eccleſiæ Capuanæ mentionem invenit? Neque plura de his Sanctis, quæ diceret, Michaël Monachus, canonicus Capuanus, habuit; ut adeò vel ipſis Capuanis ſolo nomine tenus noti videantur: olim tamen Capuæ cultos fuiſſe honoribus ſacris, vetuſta, ſancti Hieronymi nomine inſignita, martyrologia, quibus ad hunc diem inſerti viſuntur, teſtimonio ſunt. Lucenſis Florentinii codex ſic habet:* In Capua Campaniæ Quarti & Marcellini: *ſic & Corbeienſis apud eumdem Florentinium; ſic & Corbeienſis Acherii tom.* 4 *Spicilegii. Perturbatio eſt in Gellonenſi apud Acherium tomo* 13 *Spicilegii, in quo* Quartus *cum Sergio jungitur hoc modo:* Et alibi Sirgi, Quarti. *Epternacenſis verò præter* Quartum & Marcellinum *etiam Marcellum recenſet:* Et in Capua Marcelli, Quarti, Marcellini; *verùm Marcellum hunc Apuleii, hodie in aliis Hieronymianis pariter memorati, ſocium eſſe, atque adeò loco non ſuo hîc memorari, veroſimile mihi quidem apparet. Tantumdem dicendum videtur de codice Richenovienſi apud nos tom.* VI *Junii, qui Epternacenſi planè conſonat.* Marcellinus, Quarto *hîc additus, hunc tum à Quarto, qui cum Quinto jungi ſolet (vide tom.* 2 *Maii pag.* 555 *& ſeqq.) tum à Quarto, presbytero Capuano, quem SS. Felicis & Euſebii, martyrum Terracinenſium, corpora juxta S. Cæſarium ſepeliſſe, ait Beda in Martyrologio ad diem* V *Novembris, diſtinguit. Florentinius, eò quòd legerit in codice ſuo:* In Capua Campaniæ, *adverteritque, ſynodi Capuenſis mentionem fieri in litteris, quas Siricii Papæ nomine vulgavit Holſtenius, ad Illyricos ſcriptis, ſuſpicatus eſt, præter Capuam Italiæ, aliam in Illyrico Capuam, ubi ea ſynodus celebrata fuerit, exſtitiſſe; quamquam hujuſmodi nullam apud Geographos memoratam inveniſſet: at parcere huic tum labori, tum conjecturæ poterat, cùm ex Theodoreto, & Sozomeno colligi ſatis queat, convocatam fuiſſe Synodum Capuenſem in Italia; ea enim de cauſa Flavianus, cui de epiſcopatu Antiocheno lis erat, Conſtantinopolim arceſſitus, Romam, ut ſcribit Theodoretus lib.* 5 *Hiſtoriæ cap.* 23, *ſeu in Italiam ire juſſus eſt ab imperatore: Sozomenus verò ait lib.* 7 *cap.* XI: Itaque ut de hiſce rebus cognoſceretur, ſcripſerunt tum ipſi, tum Gratianus (*aliis Theodoſius vel Valentinianus*) convocantes in Occidentem Orientales epiſcopos. *Illic igitur celebrata fuit. Ex eo autem, quòd Siricius epiſcopis Illyricis ſcribens ſynodi Capuenſis mentionem faciat, in Illyrio habitam fuiſſe, nullo pacto conſequitur.*

C F

AUCTORE C.S.

DE S. MARCO PAPA CONF.

ROMÆ,

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sancti in vetuſtis ac recentioribus ſacris Faſtis memoria, cultus & eccleſiæ: tempus ac duratio ſedis ipſius.

ANNO CCCXXXVI. *Hujus Sancti memoria hoc die in multis vetuſtis*

IN heſterni diei Prætermiſſis ex vetuſtiori Lucenſi Martyrologio Hieronymiano, quod Franciſcus Florentinius vulgavit, illuſtravitque, & ex aliquot aliis, depoſitionem S. Marci epiſcopi, *id eſt, Romani Pontificis, recenſui, remiſſo lectore ad præſentem diem, quo in multò pluribus, antiquis pariter claſſiciſque, ac recentioribus legitur, coliturque; imò & in eodem Lucenſi apographo repetitur. Horum aliquot pro more noſtro accipe. Inter Hieronymiana apographa vetuſtiſſimum Epternacenſe illum hoc die ſic annuntiat:* Romæ depoſitio S. Marci epiſcopi. *Morbacenſe apud Marteneum & Durandum tom.* 3 *Novi Theſauri Anecdotorum, ſic:* Non. Natalis S. Marci Papæ: *fragmentum pervetuſti Turonenſis*: Nonis, Marci Papæ: *Lyrenſe:* Nonis S. Marci Papæ. *Nec prætermiſit illum auctor Romani Parvi, ſeu antiqui Martyrologii, à Roſweydo noſtro vulgati, quod ad hunc etiam diem ait:* Romæ Marci Papæ.

B

ac recentioribus Martyrologiis annuntiatur Roma

2 *Conſonat Beda in ſuo item correctiori Martyrologio, in Opere noſtro ante tomum* 2 *menſis Martii edito, eodem die inquiens:* Nonis Natalis S. Marci Papæ. *Conſonat etiam auctor Kalendarii Romani, quod ante medium ſeculum* VIII *ſcriptum Joannes Fronto typis publici juris fecit. En verba:* Menſe Octobri die VII. Natale S. Marci. *Beda, qui poſt* Marcum *ibidem eodem die S. Linum poſuerat, præluxiſſe videtur Wandelberto, dum hoc pariter die non ſatis metricè cecinit:*

C

Pontifices Nonas Linuſque Marcuſque retentant.

Ado, tempus ſedis illius adſcribens, non rectè inſtructo duce uſus eſt, Romæ, *inquiens,* Viâ Appiâ, Natalis ſancti Marci, Papæ & confeſſoris, qui ſedit in epiſcopatu annos duos, menſes novem, dies viginti. Sepultus in cœmeterio Balbinæ, viâ Ardeatinâ, quod ipſe inſiſtens fecit. *Adonianum textum paululùm auxit mutavitque Notkerus hoc modo:* Romæ viâ Appiâ, Natalis ſancti Marci, epiſcopi & confeſſoris, qui ſedens in epiſcopatu annos duos, menſes novem, triginta dies, conſtituit, ut epiſcopus Hoſtiæ, qui conſecrat Epiſcopos (*Romanos Pontifices*) pallio uteretur.

in Via Ardeatina aut Appia, quod eodem recidit.

3 *Breviùs, at correctiùs, Uſuardus habet:* Romæ viâ Appiâ, Depoſitio beati Marci Papæ: *item Romanum, quo hodiequæ utimur:* Romæ Viâ Ardeatinâ, Depoſitio ſancti Marci, Papæ & confeſſoris. *Antequam procedamus ad alia, juverit hîc obſervationem Pauli Aringhi tom.* 1 *Romæ ſubterraneæ lib.* 3 *cap.* 17 *ſubtexuiſſe, ne diſſidere invicem videantur martyrologi, dum alii* S. Marci *memoriam in* Via Appia, *alii in* Ardeatina *conſignant: omnes enim idem S. Balbinæ (quod &* S. Marci *nomen obtinuit) cœmeterium indicant.* Porrò nihil mirum (*inquit laudatus Aringhus*) legenti videatur, ſi hoc idem B. Marci, vel S. Balbinæ cœmeterium Viâ interdum APPIÂ, aliquando verò ARDEATINÂ, ſitum fuiſſe, frequenter apud ſcriptores legatur; eam nimirum ob cauſam, quia cœmeterium hoc, utramque inter viam poſitum, ad utramque pariter viam protendebatur. *Qui plura de hoc cœmeterio noſcere volet, Aringhum ibi conſulat.*

E

Illius ſepulcrum S. Damaſus verſibus inſcripſit.

4 *Verùm ad propoſitum meum ſpectat, quod ex Baronio ibidem recitat epitaphium à S. Damaſo Papa* S. Marci *ſepulcro ibidem inſcriptum. Laudatus Cardinalis illud ex Jani Gruteri Antiquis Inſcriptionibus in Appendice pag.* 1173, *num.* 12 *acceptum, recenſuit tom.* 12 *Annalium Eccleſiaſticorum in Addendis & emendandis ad annum Chriſti* 336, *pauca hæc præfatus:* Extat ejuſdem S. Marci epitaphium à Damaſo Papa conſcriptum, quod nuper in lucem emiſſum hîc tibi reddendum curavimus, utcumque vindicatum ab injuria temporis.

VITA FUIT MARCI QUAM NOVIMUS OMNES
ORE DEI POSSET QUI TEMNERE MUNDUM
ORAVIT POPULUS QUOD DISCERET OMNIS
HONOR VITÆ GRANDIS CONTEMPTUS HABENDI
VIRTUS TENUIT PENETRALIA CORDIS
TE CUSTOS CHRISTI PERFECTUS AMICUS
ET DAMASUS TUMULUM CUM REDDIT HONOREM
HIC MARCUS MARCI VITA FIDE NOMINE CONSORS ET MERITIS.

F

Hæc inſcriptio, quæ eodem modo exſtat apud Gruterum, at certè admodùm vitioſè, ſancti Pontificiales virtutes commendat, eumdemque, ut nomine, ita & rerum mundanarum contemptu, & fide & meritis S. Marco Euangeliſtæ ſimilem fuiſſe, prædicat.

Officium illius in antiquis ac hodiernis Ritualibus Romanis.

5 *Antiquum ejuſdem ſancti Pontificis ac confeſſoris cultum, præter jam expoſitam martyrologorum conſenſionem, probant etiam Liber Sacramentorem S. Gregorii Magni, ab Hugone Menardo editus, qui ad hunc ipſum ſeptimum Octobris diem Miſſam de illo habet, laudatumque ſuperiùs Romanum Frontonis Kalendarium, in quo ſimiliter Euangelium in ejuſdem Miſſa ex Matthæo recitandum præſcribitur. Sed & in hodiernis Romanis Breviariis ac Miſſalibus idem ſanctus Pontifex hoc die Officio Miſsâque ritus ſimplicis honoratur, ac in Miſſa quidem iiſdem ferè Orationibus, quibus in Sacramentario Gregorians, præter Secretam, quæ in hoc talis eſt:*

D Benedictio tua, Domine, larga descendat, quæ munera nostra, deprecante sancto Marco, confessore tuo atque Pontifice, tibi reddat accepta, & nobis Sacramentum redemptionis efficiat. Per Dominum &c. *Atque hæc quidem in universali Ecclesia Romana: nam Romæ in Vaticana & Lateranensi basilicis ritu duplici colitur, atque etiam sollenniùs in sui nominis ecclesiis, de quibus nunc quædam dicemus.*

antiqua ejusdem ecclesiæ ac cœmeterium intra & extra Romam

6 Vetus est (*inquit Cardinalis Baronius in Annotatis ad suum Martyrologium Romanum hoc die*) Romæ titulus sancti Marci, cujus est mentio in concilio primo Romano sub Symmacho; *nimirum quòd huic synodo, anno* 499 *celebratæ, inter alios subscriptus legatur* Abundius presbyter tituli sancti Marci, *ut videre est apud Labbeum tom.* 4 *Conciliorum, col.* 1316. De alia rursum (*sic ibidem pergit Cardinalis*) ejusdem nomine ecclesia, extra Urbem posita, quam Gregorius Papa III restituit, mentio habetur in Libro de Romanis Pontificibus, in Nicolao Papa, ubi & de cœmeterio sancti Marci scribitur. *In Nicolao I apud Anastasium Bibliothecarium ex recensione Francisci Blanchini tom.* 1 *Vitarum Roman. Pontific. pag.* 408 *solùm legitur:* Redundans Tiberis ingressus est per porticum, quæ est posita ante ecclesiam sancti Marci: *de S. Gregorio III ibidem pag.* 179 *præmissa fuerant ista:* Item basilicam beati Marci, sitam foris muros hujus civitatis Romanæ, Viâ Appiâ, ejus tectum dirutum à novo refecit.

B

in Via Ardeatina.

7 *Adhæc de Benedicto III ibidem pag.* 402 *legitur:* Cœmeterium verò beati Marci, confessoris atque Pontificis, quod ponitur foris portam Appiam, qui in ruinis jam positis (*omissa voce* qui, *lege:* In ruinis jam positum) omnia restauravit. *Addit denique Baronius:* Hadrianus Pontifex in Epistola ad Carolum Magnum de Imaginibus, hæc ait: "A tunc„ (*à temporibus S. Silvestri I & Constantini Magni Imperatoris*) "usque hactenus sanctorum Pontificum, „videlicet Silvestri, Marci & Julii, miræ ma„gnitudinis sanctæ eorum ecclesiæ apud nos sunt „depictæ, tam in musivo, quàm in ceteris hi„storiis, cum sacris imaginibus ornatis.„ *Exstat hæc Hadriani I Papæ Epistola apud Labbeum tom.* 7 *Conciliorum, in cujus columna* 955, *lit. B adductus textus legitur. Ceterùm verosimile est, memoratas* S. Marci *ecclesias ab eo, non solùm ibidem culto, verùm etiam ut conditore suo, nomen accepisse: sed de hac re infrà.*

C

Sedit inter SS. Silvestrum & Julium

8 *Quod attinet ad ordinem, quo* S. Marcus *in Romana Cathedra sedit, ipsum inter SS. Silvestrum Juliumque magno consensu reponunt S. Optatus Milevitanus lib.* 2 *ad Parmenianum, Rufinus in Historia Ecclesiastica lib.* 10, *cap.* 22, *S. Augustinus tom.* 2 *Operum illius per Benedictinos S. Mauri, Epist.* 53, *col.* 120; *S. Hieronymus in Chronico, & Sozomenus lib.* 2 *cap.* 19 *Historiæ Ecclesiasticæ per Christophorsonum. Consonant etiam antiqui Romanorum Pontificum Catalogi, è quibus præcipuus, ab Henschenio nostro ante tomum* 1 *Aprilis excusus, ejusdem inter duos laudatos Pontifices sedis tempus accuratè sic definit:* Marcus menses VIII, dies XX. Fuit temporibus Constantini, Nepotiano & Facundo consulibus, ex die XV Kalend. Februarii, usque in diem Nonarum Octobrium, consulibus suprascriptis. *Hæc vulgarem Christi annum* 336 *sine dubio designant, nam eo anno, imperante adhuc Constantino Magno, Nepotianus & Facundus consulatum gesserunt.*

9 *Apprimè hæc congruunt cum ejusdem Catalogi calculis in* Marci *decessore Silvestro, ac Julio successore, secundum quos Silvester obiit ultima Decembris anni* 335, *Julius verò die* VI *Februarii anni* 337 *ordinatus fuit, ut adeò* S. Marcus *nec ante annum* 336 *Pontificatu initiari potuerit, nec multò post ejusdem anni finem defungi. Imò nec alio, quàm eodem anno, illius sedis exordium finemque reponendum esse, evincunt ceteri calculi. Dies enim* XV Kalendas Februarii, *quo* S. Marcus *cœpisse sedere dicitur, Romanæ S. Petri Cathedræ sacer, anno* 336 *Dominicus fuit, in summorum Pontificum ordinationibus antiquitus solitus servari; die autem* Nonarum Octobrium, *usque in quem sedisse ibidem legitur, anniversaria illius memoria, & olim celebrata fuit, & nunc etiam in Ecclesia recolitur, ut jam ostensum est. Denique ab assignato ordinationis die in emortualem numerantur menses octo, & dies viginti, ut computanti facilè apparebit. Quapropter hosce calculos pro certis meritò habuerunt Henschenius ante tomum* 1 *Aprilis, Papebrochius in Propylæo Maii, & Antonius Pagius in Critica Baronii.*

AUCTORE C. S. *anno* 336 *à die* 18 *Jan. usque ad* 7 *Octobris,*

E

non ultra aut infra menses 8, *dies* 20;

10 *At Baronius ipse, qui in Annalibus ad annum* 336, *num.* 61, *anno ordinationis mortisque retento, ordinationem* decima quartâ die Februarii *per errorem fixerat, mortem verò* sextâ Octobris; *ideóque eumdem* in Pontificatu vixisse menses octo, minùs dies octo, *statuerat; postmodùm ad calcem tomi* 10, *inter Addenda & emendanda pag.* 949, *annum quidem initi ac per mortem positi Pontificatus retinendum esse, monuit, sed pro* decima quarta die Februarii *reponendum* decima sexta Januarii; *pro die autem* sexta Octobris *substituendum* septimâ *ejusdem mensis; ac denique* S. Marci *sedi tribuendos esse* menses novem, minùs diebus novem. *Verùm hic eruditissimus Cardinalis sic ibi opinatus est ex suo, quem ad annum* 336, *num.* 1 *laudaverat, Libro de Romanis Pontificibus, cujus calculos partim vitiosos esse, ipsemet ibidem agnovit.*

multò etiam minùs annos 2, *menses* 8, *dies* 20;

F

11 *Eo enim in libro (eodem illustri Annalista teste)* S. Marcus *S. Silvestro I successit,* Nepotiano atque Facundo consulibus... seditque annos duos, menses octo, & dies viginti unum. *Duos item sedis annos eidem adscribit auctor Catalogi secundo loco ab Henschenio editi, Anastasius Bibliothecarius, aliique, quorum hac in parte errorem Baronius ad citatum annum* 336, *num.* 61 *agnovit, cùm quòd S. Hieronymus in Chronico solùm* Octo menses Marco *in Pontificatu tribuat, Sozomenus verò lib.* 2 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 19 exiguum tempus; *tum quòd idem iste de Romanis Pontificibus liber, S. Julium per adscriptos consules indicet,* Marco *successisse anno* 337, *ut ego quoque ex Henscheniano Catalogo superiùs observavi; neque hîc pluribus probari necesse. Præterea anno* 336 *nec dies* XIV, *nec* XVI, *Dominicus erat, summorum Pontificum ordinationibus jam antiquitus destinatus. Cur igitur isti libro de Romanis Pontificibus, durationem sedis* S. Marci *certò ultra annum malè producenti, aliumque, quàm ferebat consuetudo, ordinationis diem assignanti, in dierum numero credamus potiùs, quàm auctori Catalogi Henscheniani, etiam cetera hîc accurato.*

nec etiam solùm menses 7, *dies* 24.

12 *Vitiosi etiam reputandi sunt calculi in apographo primarii Catalogi Romanorum Pontificum, quo usus Cuspinianus est in Commentario ad Consules Cassiodori. In hoc enim, retentis iisdem consulibus*

AUCTORE C. S.

sulibus Nepotiano ac Facundo, Pontificatûs mensibus octo, & diebus viginti, quos etiam habet apographum Henschenianum, ille nihilominus sedisse dicitur ex die XV Februarii usque in diem IX Octobris; *unde, præterquam quòd alius, quàm quo etiam antiquitus cultus fuit, atque hodieque colitur, emortualis dies hîc assignetur, omnino sequeretur, contrà quàm in eodem laterculo præmissum fuit, solùm menses septem cum diebus viginti quatuor illius Pontificatui tribuendos esse. At scilicet pro* XV Februarii *substituendum ibi est* XV Kalendas Februarii, *& pro* in diem IX Octobris *legendum* in diem Nonarum Octobris, *atque ita omnia rectè consentient. Ex dictis simul corrige martyrologos suprà relatos, Adonem & Notkerum, qui ultra duos annos* S. Marco *in Pontificatu tribuunt.*

Alibi legitur prid. Non. Oct. sepultus esse;

13 *Supereſt de die depositionis seu sepulturæ illius difficultas, unde de ejusdem die obitûs posset dubitari. Secundus Catalogus ab Henschenio exhibitus, silente primo, sic habet:* Sepultus est in cœmeterio Balbinæ, Viâ Ardeatinâ, pridie Nonas Octobris. *Consentit Anastasius Bibliothecarius, eodemque die memoria illius in vetustiori Hieronymiano apographo Lucensi apud Florentinium, aliisque ab hoc ibidem relatis, recolitur. At verò, si* pridie Nonas Octobris *sepultus fuerit, oportet, eum ante Nonas Octobris obiisse. Papebrochius in Propylæo Maii, cùm à primo vetustissimoque Henscheniano Catalogo, cui etiam, antiqua æquè ac recentiora, ut vidimus, Martyrologia pro die obitus* S. Marci *suffragantur, neutiquam recedendum esse, meritò censeret, opinatus est, quamdam ipsius sacri corporis elevationem, eo in cœmeterio, in quo antea sepultum fuerat, pridie recurrentis natalis illius factam indicari: quo posito, tota objecta difficultas evanescit.*

B

Verùm hinc minimè suspicari licet, duos hujus nominis

14 *Longè aliam viam iniens Florentinius in Annotatis ad suum vetustius Martyrologium Lucense die* VI *Octobris, ex gemina illa* S. Marci *primò pridie Nonas, ac mox ipsis Nonis, annuntiatione dubitavit, an non duo ejusdem nominis inter Romanos Pontifices sederint; hancque suam dubitationem firmari posse credidit ex Petro de Natalibus, in Catalogo Sanctorum lib.* 9, *capp.* 23 *&* 24 (*apud me* 33 *&* *seqq.*) *reipsa duos hujus nominis inter eos memorante, temporibus gestisque distinctos. Horum alterum, quem ejusdem nominis primum appellat, scribit fuisse patriâ Romanum, ex* Probo *patre natum, S. Felicis I successorem, & post exactos in Pontificatu annos octo, menses duos, dies decem, obiisse Nonis Octobris; solum* (*ut addit*) *qui* de tantorum numero Pontificum, qui fuerunt à B. Petro Apostolo usque ad Silvestrum Papam martyrium evasit.

C

Romanos Pontifices extitisse.

15 *Alterum, de quo hodie agimus, Romanum pariter ex patre* Prisco *natum ait,* Marcum II *appellat, S. Silvestri I successorem facit, & post duorum annorum, octo mensium & viginti dierum Pontificatum vitâ functum, Nonis Octobris in cœmeterio* S. Babile, *id est,* S. Balbinæ, *Viâ Ardeatinâ sepultum esse. Ita paulò pluribus apud laudatum episcopum Equilinum, cujus certè minimè ea est auctoritas, ut ex eo vel leviter quis possit suspicari, exstitisse aliquando aliquem S. Marcum S. Felicis I in Pontificatu successorem, antiquis omnibus tam Romanorum Pontificum Catalogis, quàm Chronicis, veteriscque scriptoribus planè ignotum, qui multò etiam minùs ignorari potuisset, si in nonum usque annum Ecclesiam gubernâsset. Quid plura? Ego nullus dubito, quin priori isto Marco fabulosis annumerato,* Marcus, *cujus depositio in prædictis Martyrologiis memoria pridie Idus hujus mensis inscripta legitur, non alius sit ab hodierno, ac proinde, quin* depositio *ista vel de aliqua illius corporis elevatione cum Papebrochio accipienda sit, vel potiùs ex alicujus amanuensis incuria in vetustum aliquod Hieronymianum apographum* prid. Non. *pro* in Non. *irrepserit, atque hinc, ut pronum erat, etiam transierit in alia.*

D

§ II. Vitæ illius minimè vetustæ, ideóque non edendæ, pauca gesta ejusdem aliunde nota.

Nulla Vitarum, quas habemus,

E

BAronius *in Annotatis ad Martyrologium suum Romanum hodie inquit:* Habemus Vitam (*S. Marci*) *per* Lectiones distinctam, quæ in aliquibus ecclesiis legi consuevit. *Habemus etiam nos Vitæ illius apographum ex Ms. codice archivi basilicæ Vaticanæ, signato lit. A.* 7., *in novem Lectiones partitæ, cujus initium est:* Marcus, genere Romanus, cujus pater Priscus nuncupabatur. *Auctorem hujus esse aliquot centenis annis* S. Marco *juniorem, manifestat ipsemet in Lectione nona, ubi duos energumenos in ejusdem Sancti ecclesia liberatos esse, narrat* tempore prisco,.. *dum* eamdem ecclesiam Gregorius quartus tempore sui sacerdotii susceperat, & ob nimiam vetustatem crebrò casuram à fundamentis priùs ejecit, & novis fabricis totam ad meliorem cultum perduxit. *Sedit Gregorius IV quingentis annis post* S. Marcum, *tanque diu ante istius Vitæ scriptorem, ut hic* tempore prisco *contigisse dixerit, quod istius tempore factum narrat. Non est ergò testis idoneus ad fidem faciendam iis, quæ de* S. Marco *refert, nisi* (*quod nullibi facit*) *probet, sibi probum aliquod longéque vetustius monumentum præluxisse.*

satis antiqua est, earumque auctoribus

F

17 *Habemus insuper alia ejusdem Vitæ apographa, aliis alia auctiora, quorum unum ex Ms. Lectionario Florentinæ Bibliothecæ Laurentianæ pluteo* 20, *alterum ex pluteo* 27, *ac denique aliud ex Vaticanæ bibliothecæ codice* 6074, *collatum cum transcripto à clarissimo Luca Holstenio ex codice monasterii Farfensis. Hujus Vitæ auctor, pariter anonymus, in ipso sui Prologi exordio profitetur, se eam scripsisse, rogante Joanne S. R. E. Cardinale, tituli ejusdem Marci. Sic enim orditur:* Crebris me, Joannes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, videlicet tituli sancti Marci Papæ, faminibus cogis ejusdem acta detegere, quod magis meæ ambiguitate inertiæ, quàm desidiâ sepius recusavi. *Non tamen se hujus Vitæ auctorem agnoscit, sed solùm collectorem eorum,* quæ in sacris inde (*ut loquitur*) invenire bibliotecis potuit. *Verùm hic quoque recentior est, quàm ut ab ætate sua auctoritatem possit sibi conciliare, si rectè se habeat laudati Holstenii ad suum transumptum Farfense annotatio, quæ, teste ad calcem apographi Papebrochio, sic habet:* Joannes Cardinalis tituli S. Marci (*cui hæc Vita inscripta est*) vixit tempore Nicolai II Papæ, cujus nomen subscriptum Constitutioni

A tutioni ejusdem Nicolai de forma eligendi Pontificem Romanum, in Regiſtro antiquiſſimo monaſterii Farfenſis, in cujus veteri codice hæc Vita exſtabat. *Vixerit ergò anonymus iſte ſeculo* XI, *poſt cujus medium Nicolaus II creatus eſt Pontifex.*

præluxiſſe potuerunt quidam Catalogus Rom. PP., & Anaſtaſius.

18 *Porrò prædictis ſcriptoribus anonymo, vel eorum antiquiori, præluxiſſe potuerunt Catalogus ſummorum Pontificum, ſecundo loco ab Henſchenio editus, & ante medium ſeculum* VI *confectus, atque Anaſtaſius Bibliothecarius, qui poſt medium ſeculum* IX *ſcripſit, quorum ſcilicet dicta iſti partim adoptârunt, adjectâ aliunde fabulâ de Epiſtola S. Athanaſii & Catholicorum Ægypti epiſcoporum ad* S. Marcum, *de qua infrà paulò pluribus. Præſtat igitur* S. Marci *elogium ex ſecundo iſto Catalogo, qui Anaſtaſio quoque veriſimiliter præluxit, hîc recenſere; ac deinde ſubdere, quæ ab Anaſtaſio, quæ item à poſterioribus illis adjecta fuêre. Sic igitur in laudato ſecundo Catalogo apud Henſchenium legitur:* Marcus, natione Romanus, ex patre Priſco, ſedit annos duos. Fuit temporibus Conſtantini, Ne-

B potiano & Secundo conſulibus, ex die Kalendarum Februarii, uſque in diem Kalendarum Octobris. Hic conſtituit, ut epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat Epiſcopum Urbis, pallio uteretur, vel* ab eodem Epiſcopo Urbis Romæ conſecraretur. Hic fecit ordinationes duas per Decembrem, presbyteros quindecim, diaconos ſex, epiſcopos per loca ſeptemdecim. Sepultus eſt in cœmeterio Balbinæ, Viâ Ardeatinâ, pridie Nonas Octobris.

* *Anaſt. &*

Ante Pontificatum dicitur fuiſſe diaconus, ſed an hic is ipſe ſit,

19 *In ſuprà memoratis Vitæ apographis ex bibliotheca Vaticana, ex archivo baſilicæ item Vaticanæ, & Holſteniano Farfenſi dicitur* S. Marcus *diaconus fuiſſe, quando à clero populoque Romano ad Pontificatum evectus fuit ex commendatione deceſſoris ſui, S. Silveſtri, dicere ſoliti, ſe non noviſſe eâ Cathedrâ digniorem, quàm* Marcum diaconum Romanum. *Hoc quidem verum eſſe poteſt, ſed ex iſtorum anonymorum aſſertione nequit fieri certum. Multùm quoque dubitant eruditi, an* Marcus *noſter is ipſe ſit, cui poſt S. Miltiadem, ſeu Melchiadem Papam inſcripta legitur Epiſtola Conſtantini Magni pro cauſa*

C *Donatiſtarum adverſus Cæcilianum, Carthaginenſem in Africa epiſcopum, in concilio Romæ judicanda, cujus Epiſtolæ apud Euſebium in Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib.* 10, *cap.* 5, *tam in editione Chriſtophorſoni, quàm Henrici Valeſii talis eſt inſcriptio:* Κωνσαντῖνος Σεβαστὸς Μιλτιάδῃ Ἐπισκόπῳ Ῥ῾ωμαίων καὶ Μάρκῳ: *id eſt,* Conſtantinus Auguſtus Miltiadi Epiſcopo urbis Romæ & Marco.

cui poſt Melchiadem Papam inſcripta exſtat Conſtantini Magni epiſtola,

20 *Cardinalis Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum* 313, *num.* XXIII, *vehementer ſuſpicatus eſt, locum illum corruptum eſſe,* καὶ Μάρκῳ *ibidem pro* ἱεραρχῷ *poſito ac proinde forſitan legendum eſſe:* Conſtantinus Auguſtus Miltiadi epiſcopo Romano Hierarchæ. *Sic ſuſpicandi eam allegat rationem, quòd Optatus Milevitanus, lib.* 1 *adverſus Parmenianum ſcribens, nullum* Marcum *nominet inter epiſcopos, qui vocati ab imperatore iſti Romanæ ſynodo interfuêre, cujus tamen rei gratiâ hanc ille epiſtolam ſcripſit. Verùm hanc Baronii ſuſpicionem longè rejecit Henricus Valeſius in ſuis Annotationibus ad Hiſtoriam Euſebii pag.* 195, *col.* 2, *lit.* c.; *cauſatus, quòd, cùm Conſtantinus Melchiadem ibidem jam dixerit* Ἐπισκόπου Ῥ῾ωμαίων, *fruſtra ad-*

didiſſet ἱεράρχην, *poſtquam ſcilicet Melchiadis titulum dignitatemque priori uſitato vocabulo jam expreſſerat. Contendit itaque, retinendum* Marcum *eſſe, huncque ipſum fuiſſe, de quo agimus, ejuſdem S. Melchiadis poſt S. Silveſtrum in S. Petri Cathedra ſucceſſorem.* AUCTORE C. S.

controvertitur inter eruditos;

21 *Valeſii opinio, tamquam valdè probabilis conjectura, Pagio in Critica Baronii placuit, præſertim (inquit) cùm auctor Synodici (vide Labbeum tom.* 1 *Conciliorum, col.* 1403) *tradat ſynodum iſtam Romæ convocatam fuiſſe ab eodem Miltiade Papa &* Marco, *Miltiadi* Marcum *adjungens, perinde ac in Epiſtola Conſtantini utrumque conjunctim nominari, animadverterat. Tillemontio tom.* 6 *Monument. Eccleſ., Notâ* 7 *in Donatiſtas, eddem diſplicuit opinio, quòd difficile ei creditu eſſet, Marco iſti, ſi tunc ſolùm fuerit presbyter, commiſſum fuiſſe de epiſcopis judicium, imò etiàm minimè credendum, ſi ſolùm fuerit diaconus. Hinc ipſi ibidem magis arridet opinio Blondelli (quamvis & hanc, contra ac iſte cenſuit, minimè certam agnoſcat) pronuntiantis, pro* Marco *legendum eſſe* Meroclem, *Mediolanenſem epiſcopum; quem, Tillemontius ibi-*

E *dem obſervat, iſti Romanæ ſynodo certò interfuiſſe, & à S. Optato Milevitano primum poſt tres Galliarum epiſcopos, qui in eadem ſynodo adfuerunt, nominari, quique Conſtantino, eodem anno* 313 *Mediolani verſato, optimè notus fuiſſe potuit, ac idoneus viſus, qui eo munere optimè fungeretur.*

quorum allegata rationes

22 *Res ſanè in ambiguo poſita eſt. Vocem* Marcum *apud Euſebium libelliique ſynodici auctorem in* hierarcham *cum Baronio, aut in* Meroclem *cum Blondello, commutare, nodum cunco ſolvere eſt. Utrobique magna vocabuli variatio eſt; &, ſi ſuperflua videri debeat titulo* urbis Romæ Epiſcopo *adjecta* hierarchæ *dignitas; mirum etiam debet apparere, ſi* Miltiadi *Conſtantinus* urbis Romæ epiſcopo *Meroclem addens, hunc, tam inſignis eccleſiæ præſulem, nullo dignitatis ſuæ aut ſedis titulo diſtinxerit; quod multo minùs mirandum eſt, ſi* Marcum *ejuſdem S. Miltiadis presbyterum vel diaconum huic adjunxerit. Adhæc, ut Merocles, ita &* Marcus, *Romanus vel presbyter, vel diaconus, ob ſuam doctrinam, integritatem vitæ aliaſque virtutes ſat notus fuiſſe potuit Conſtantino, ut hic Eccleſiaſtici juris minùs peritus, ipſum dignum æſtimaret, qui cùm epiſcopis litem Afrorum præſulum dirimeret.*

F

neutram partem evincunt.

23 *Denique ſi* Marcus, *Miltiadi in epiſtolæ inſcriptione junctus, ſolùm fuerit presbyter vel diaconus, manifeſta eſt ratio, cur Optatus Milevitanus inter epiſcopos iſtius ſynodi nullum* Marcum *recenſuerit; fortaſſe etiam hic ſupervacaneum fore judicavit, ſi novemdecim epiſcopis, quos ibi nominavit,* Marcum *inferioris Ordinis virum adjiceret. Porrò cùm nulla ſatis urgens afferatur ratio, quæ cogat pro* Marco Hierarcham *aut* Meroclem *in Conſtantini epiſtola ſubſtituere, nihil obſtat, quò minùs* Marcus *iſte credi poſſit hodiernus, quippe qui ſub Miltiade certè floruit, & ut virtutibus ac doctrinâ, ita etiam ea ætate fuit, eaque forſitan in clero dignitate inſignitus, ut ad id muneris idoneus Conſtantino potuerit videri. Ceſſaret omnis difficultas, ſi credi poſſet* Marcus *Miltiadis vicarius fuiſſe; qualem ipſum Silveſtri aliquo tempore fuiſſe, Franciſcus Blanchinus in Annotatis ad Anaſtaſium Bibliothecarium exiſtimavit. Nunc cœptum ſuperiùs ſecundi Catalogi examen proſequamur.*

AUCTORE C. S.

Certè non potuit duas ordinationes mense Decembri facisse;

24 *Illum, imperante Constantino Magno, ac consulibus* Nepotiano & Facundo, *non* Secundo, *anno* 336 *creatum Pontificem esse, eodemque anno post octo mensium ac viginti dierum sedem vitâ functum esse, suprà probatum est, ut proinde anni duo (quibus Anastasius ac suprà dicta apographa nostra etiam aliquot menses adjiciunt) ejusdem Pontificatui tribui nequeant, nec admitti possint duæ ab eo factæ ordinationes mense Decembri, cùm is nullo mense Decembri sederit. Franciscus Blanchinus in Notis ad eumdem Anastasii locum credidit, ordinationes istas à* S. Marco *quidem factas indicari, non tamen in Pontificatu suo, sed dum sub S. Silvestro decessore jam episcopus, illius vices gerebat, isto scilicet biennio, quod Anastasius* Marci *Pontificatui attribuit, sed vicariatui fortasse adscribendum fuerat. Verùm hoc gratis divinare est.*

sed an unam alio tempore, ut censuit Franc. Pagius?

25 *Franciscus Pagius tom.* 1 *Breviarii gestorum Pontificum Romanorum, in* S. Marco, *pag.* 83, *nobiscum agnoscens, ipsum non nisi menses octo ac dies viginti sedisse, à die nempe* XVIII *Januarii anni* 336, *quo consecratus fuit, usque in* VII *Octobris ejusdem anni, quo obiit, unicam ipsi ordinationem tribuit his verbis:* Postquam unica ordinatione presbyteros quinque, & diaconos sex creâsset, & episcopos per diversa loca septem, obiit VII Octobris ejusdem anni, Damasi Chronico teste, post sedem mensium octo, & dierum viginti. *Unde hæc hauserit Pagius, non edicit; non tamen credendus est duas ordinationes, in secundo Catalogo, & ab Anastasio assertas, in unam conflâsse, cùm Catalogus in illis* presbyteros quindecim, *Anastasius* viginti quinque, *Pagius solùm* quinque; *Catalogus* episcopos .... septemdecim, *Anastasius* viginti septem; *Pagius solummodo* septem *ab eo consecratos numerent. Rectiùs, arbitror, Papebrochius noster in Propylæo Maii de ordinationibus ab illo factis siluit.*

B

Creditur S. Marcus usum pallii Ostiensi episcopo,

26 *De usu pallii Ostiensi episcopo per* Marcum *concesso consonat Anastasius editionis Blanchini, quâ utor; at in sepe dictis Vitæ* S. Marci *apographis non modò pallii usus, verùm etiam jus summum Pontificem consecrandi ab eodem illi collatum asseritur verbis, quæ subdo:* Hic constituit, ut episcopus Ostiensis consecret Episcopos urbis Romæ, & idem utatur pallio. *Simili modo legerat Baronius, dum ad annum* 336, *num.* 62 *ait:* De eodem Marco hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus leguntur: "Hic „constituit, ut episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopos Urbis, tunc pallio uteretur, & „ab eodem Urbis Episcopus consecraretur. „ *Sed ea verba posteà sic excipit:* Quod autem dicitur institutum à Marco, ut Ostiensis episcopus Romanum Pontificem consecraret, antiquior fuisse videtur ejus rei usus: nam Dionysius Papa à Maximiano Ostiensi episcopo consecratus habetur; meminit quoque S. Augustinus ejusmodi vetustissimi ritus, agens adversus Donatistas; *nimirum, ut in margine rectè annotavit, in Breviculo collationis cum Donatistis, collatione diei* 3, *cap.* 16.

C

quia summos Pontifices consecrat, primus omnium concessisse.

27 *Quidquid sit de consecratione S. Dionysii Papæ, in quam inquiri poterit ad diem* XXVI *Decembris, quo hic colitur, non obscurè ibidem laudatus S. Augustinus tradidit, antiquissimam fuisse Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, ut hujus episcopus, summus Pontifex, ab Ostiensi episcopo consecraretur; ut adeò hujus initium à* S. Marci *constitutione minimè repetendum sit; sed nec repetitur, ut vidimus, in secundo Henscheniano Catalogo, nec apud Anastasium; imò hi antiquam illam consuetudinem his verbis insinuant,* Qui consecrat Episcopum Urbis; *ob eamque episcopo Ostiensi à* Marco *concessum indicant, ut pallio, aliis episcopis minimè tunc permitti solito, uteretur, atque insuper futuri Ostienses præsules à Romanis Pontificibus consecrarentur.* Quod verò ad pallium spectat (*subdit hic Baronius*) eo donatum à Marco Ostiensem episcopum, haud inficias imus. Primò autem hìc mentio in Rebus gestis Romanorum Pontificum habetur de pallio, summi honoris & potestatis plenitudinis indice. *Porrò, licèt pallium* Marco *fortasse antiquius sit, nihil tamen hactenus à quopiam adductum legi, quod suadeat, Ostienses episcopos illius usum ab alio, quàm à* S. Marco, *primitus accepisse.*

D

Duas ecclesias, unam in Via Ardeatina, quæ non superest,

28 *Dum hujus sancti Pontificis cultum priori § exponerem, binæ ecclesiæ memini, quæ ejusdem nomine insignitur: una scilicet intra urbem Romanam est; altera in Via Ardeatina, vel, ut aliis placet, Appiâ: utriusque conditorem apographa nostra cum Anastasio* Marcum *agnoscunt. Anastasii verba describo:* Hic fecit duas basilicas, unam Viâ Ardeatinâ, ubi requiescit, & aliam in Urbe Roma juxta Pallacinis. *De utraque consule dicta hìc in* § 1; *de priori, extra Urbem olim sita, hæc addo ex Paulo Aringho in Romæ subterrancæ tom.* 1, *pag.* 480: Hujus autem ecclesiæ nullum modò, quod noverimus, vestigium extat, nisi quispiam fortè asserere velit, parietinas illas, quæ viam inter Appiam atque Ardeatinam à D. Sebastiani ecclesia ad S. Pauli basilicam euntibus patent, ejusdem jam dirutæ vestigia supereſſe; quod quidem ab his, qui congruè sapienterque antiquis de rebus judicium ferre consueverunt, conjectari haud omninò absurdum, pronunciandum est.

E

uliam in ipsa Urbe, quæ cum vetusto Cardinalitio titulo

29 *Alteram, in ipsa Urbe positam, in apographo nostro archivi basilicæ Vaticanæ dicitur* S. Marcus *condidisse* in honore beati Euangelistæ Marci. *Consentit auctor Romæ antiquæ & novæ, anno* 1750 *editæ, tom.* 1, *pag.* 521 *observans, eamdem ecclesiam, licèt S. Marco Euangelistæ dicata sit, tamen suum etiam titulum habere à fundatore suo* S. Marco *Pontifice Romano. Quod ad vetus nomen loci, ubi ea sita ecclesia est, attinet, Baronius loco citato pro* juxta Pallacinis *legit:* juxta Palatinas: *sed Altaserra in Notis ad eumdem Anastasii textum,* Tuenda est, *inquit,* vulgaris lectio: malè Baronius legit PALATINAS. Palacenis fuit nomen cloacæ Urbis, quæ est juxta monasterium S. Laurentii martyris; *quod deinde adductis Anastasii alibi dictis atque ex S. Gregorio Magno probat. Hic sanctus Pontifex in Registro lib.* 3, *epist.* 37 *novissimæ editionis Benedictinorum S. Mauri, inter legata à Joanne presbytero Romano ad quoddam monasterium fundandum testamento relicta, expressè memorat* tabernam in hac Urbe, quæ est posita juxta Palacenis. *Hæc de veteri ecclesiæ situ.*

F

hodieque ornatissima exstat,

30 *Cæterùm illa hodieque supereſt, &* S. Marci *nomen titulumque Cardinalitium, quo eam anno* 499, *jam insignitam fuisse, suprà vidimus, pariter retinet, sita juxta palatium serenissimæ reipublicæ Venetæ, in quo hujus oratores habitant. Illam tum summi Pontifices sartam tectam servârunt ornârunt que, tum maximè hoc nostro seculo Eminentissimus Cardinalis Angelus Maria Quirini, qui, postquam ejusdem titulum diu gessérat, eamdem etiam in commendam retinebat. Descriptionem hujus ecclesiæ, cujus ego quoque in-*

A *insignem ornatum coràm admiratus fui, habes in laudata Roma antiqua & nova tomo locoque suprà assignatis, ubi etiam alios insignes viros de eadem ecclesia optimè meritos leges.*

condidisse videtur: at nescio, quid sit de donationibus,

31 *Si quis modò à me quærat, an ambas ecclesias* S. Marco Pontifici, *velut conditori tribuendas censeam; respondebo, ea, quæ* § 1 *produxi, earumdem antiquitatem tam rectè probare, ut hinc nihil obsit, quò minùs ille earum conditor possit censeri. Verùm, cùm pro biennii ac novem circitèr mensium spatio, quod Anastasius Bibliothecarius aliique aliquot veteres* Marci *Pontificatui tribuunt, non integros novem menses concedendos esse, ostenderim, verisimilius mihi apparet,* Marcum *easdem partim ante, partim in ipso Pontificatu suo condidisse.*

quas Constantinus Magnus iisdem feciſſe dicitur.

32 *Porrò minimè exploratum habeo, quo nixus monumento laudatus Anastasius de dotatis* S. Marci *ecclesiis dixerit:* Hujus (*Marci*) suggestione obtulit Constantinus Augustus basilicæ, quam (*Marcus*) cœmeterium constituit Viâ Ardeatinâ, fundum Rosarum cum omni agro campestri præstantem solidos XL. In basilica in urbe Roma obtulit hæc: Patenam argenteam, pensantem libras XXX; amas argenteas duas, pensantes libras XX; scyphum argenteum unum, pensantem libras decem; calices ministeriales argenteos tres, pensantes libras binas; coronam argenteam, pensantem libras decem: fundum Antonianum Viâ Claudiâ, præstantem solidos XXX; fundum Vacanas Viâ Appiâ, præstantem solidos XL & trimisios duos; fundum Orrea, Viâ Ardeatinâ, præstantem solidos LV & trimisium unum.

B

Epistola S. Athanasii, & Marci decretum de Symbolo Niceno commentitia.

33 *Sæpe memorata Vitæ Apographa nostra præterea recitant Epistolam, velut à S. Athanasio Alexandrino, aliisque Catholicis Ægypti episcopis pro resarciendis concilii Nicæni canonibus per Arianos exustis, ad* S. Marcum *Romanum Pontificem datam, hujusque ad istam responsum. Verùm hæc non nisi pura puta commenta esse, agnoscunt eruditi, probavitque Papebrochius noster tom.* 1 *Maii in S. Athanasio num.* 158, *quò, ne actum agam, liceat mihi lectorem remittere. Sunt etiam, qui dicunt,* S. Marcum *inter alia Ecclesiastica decreta statuisse, ut Nicænum Symbolum fidei in Missis caneretur; at quàm hoc quoque parùm verosimile sit, discès ex Baronio in Annalibus ad annum* 325, *num.* 178 *& sequenti, probante, ejusdem* S. Marci *ætate Symbolum Apostolorum, non Nicænum, à Romana Ecclesia in Missa dici soluisse.*

C

§ III. Sancti Pontificis corporis inventio & trina translatio, quarum postrema Romam: harum omnium historiæ fides & ætas expenditur.

Sancti corpus præ reliquis Romani sibi vendicant: Historiæ translationum.

CORPUS S. Marci *mox ab obitu in cœmeterio S. Balbinæ Viâ Ardeatinâ sepultum fuisse, nemo est, qui neget, at quò tandem devenerit, non omnium idem est sensus, aliis, iisque pluribus, illud ejusdem sancti Pontifi-*

cis tituli in Urbe Romana ecclesiæ, aliis Florentinæ S. Laurentii in Hetruria, aliis monasterio S. Salvatoris in monte Amiatino prope Clusium item in Hetruria; aliis denique metropolitanæ ecclesiæ Aquileiensi adscribentibus. A Roma ordiamur. Aringhus jam aliàs laudatus, postquam de S. Marci *in prædicto S. Balbinæ cœmeterio sepulturâ egerat,* Cæterùm, *subdidit,* venerandum Marci corpus in hoc B. Balbinæ cœmeterio usque ad Gregorii VII tempora servatum est: tunc enim à fossoribus ibidem casu repertum aliò transferri contigit; quod demùm in ecclesia, quæ sub ejusdem B. Marci titulo intra Urbis mœnia ab eodem ædificata est haud procul à Capitolino colle, depositum ad hunc usque diem fidelium veneratione colitur.

ab Aringho laudata, & à Piazza

35 Recolendæ autem hujus inventionis & translationis historia in Ms. Codice Vaticano num. 1196 prolixis utique verbis recitatur, quam, ne lectori tædium inferamus, hîc recensere consultò omittimus. *Hisce Aringhus non obscurè indicat, in eo, quem vidit, Vaticano codice legi,* S. Marci *corpus, sub S. Gregorio VII repertum quidem esse in S. Balbinæ cœmeterio, non tamen ab eodem Pontifice, nec intra urbem Romanam mox illatum, sed primò* aliò, *ac postea* demum *Romam translatum fuisse; quæ quomodò contigerint, brevitatis causâ prætermisit. Ab his partim aliena narrat Carolus Bartholomæus Piazza parte* 2 *Hemerologii sacri Romani, pag.* 338 *in* S. Marco *ad hunc diem dicens, quæ ex Italicis hîc feci Latina:* Ipsius festum celebratur solenniter in suprà dicta illius ecclesia collegiata (*intra Urbem*) in qua ejusdem corpus quiescit, ad eam translatum à S. Gregorio VII, uti clarè habetur ex quodam codice Vaticano, cujus prolixè meminimus tom. 2 nostræ Hierarchiæ Ecclesiasticæ in ejusdem Sancti titulo.

E

verisimiliter ascitantur consultæ,

36 *Fortè Piazzam hîc secutus est Franciscus Orlendius, quando parte* 3 *Orbis sacri & profani, lib.* 3, *cap.* 4, *num.* 18 *tractans de Urbana* S. Marci *ecclesia, sic ait:* Ibidemque quiescit corpus ejusdem S. Marci Papæ, hùc ex cœmeterio S. Balbinæ translatum. *Porrò cùm Hierarchia à Piazza laudata in Museo nostro non exstet, nescio, quas hic Vaticani istius codicis in ea notas dederit, ac proinde, isne codex idem an diversus ab eo, quem Aringhus legit, censendus sit. Vehementer tamen suspicor, eumdem aut simillimum ab utroque indicari, vereorque, ne Piazza, Historiâ translationis, quòd prolixior esset, non integrè perlectâ, præpropere statuerit, sacrum, de quo agimus, corpus ab eodem S. Gregorio Papa, sub quo illud inventum esse in ea legitur, in Urbem translatum fuisse. Cur ita sentiam, eruditus lector ex mox dicendis facilè intelliget.*

F

apographum habemus: illius auctor è clero ecclesiæ S. Marci

37 *Historiæ ab Aringho laudatæ, nisi vehementer fallar, apographum habeo, quod notatur descriptum* ex Bibliothecæ Vaticanæ Cod. Anon. f. 176; *estque Aringhianæ brevi narrationi conforme, nam &* S. Marci *corpus sub S. Gregorio VII in cœmeterio S. Balbinæ inventum, atque aliò (nempe primò ad castrum S. Silvestri, deinde ad oppidum vel castrum Julianum) atque hinc* demum *Romam translatum &* in ecclesia, quæ sub ejusdem B. Marci titulo... ab eodem ædificata est... depositum *fuisse, in eo pluribus narratur. Satis quoque prolixa historia est, maximè quòd* S. Marci *Vitæ compendium, seu elogium præfixum, ac in fine etiam quædam miracula adjecta*

AUCTORE C. S.

habeat. Historiæ auctor Anonymus, nec conditionem suam, nec tempus, quo scripsit, uspiam expressit. Quod tamen ad conditionem attinet, meritò suspicari licet, unum fuisse è clero ecclesiæ S. arci, qui posteros instruere voluerit, quibus modis hujus sancti Pontificis corpus ex Via Ardeatina ad Urbanam sui tituli ecclesiam tandem pervenerit: quem enim hasce partes suscepisse, potiùs putabimus, quàm aliquem ex ejusdem ecclesiæ ministris, quorum scilicet præ reliquis interera, ista scriptis vulgari?

postremæ translationi synchronus,

38 Quod verò ad tempus scriptionis spectat, mihi omninò videtur ejusdem Historiæ auctor non diu scripsisse, postquam sacrum corpus in eamdem illam ecclesiam illatum fuit, quod factum tradit sub Eugenio III summo Pontifice anno 1145. Ita colligo primò ex diverso illius loquendi modo de tribus summis Pontificibus, ad quorum singulorum tempora singulas translationes refert. Inventionem corporis primamque illius in Campaniam Romanam translationem narraturus, scribit, illud in cœmeterio S. Balbinæ per longa tempora permansisse, videlicet usque ad tempora Gregorii
B septimi Papæ, sub quo inventum esse, subjicit. Ad secundam translationem sub Paschale II Papa ad castrum Julianum factam progrediens, sic denuò incipit: Temporibus itaque sanctæ recordationis Papæ Paschalis &c. At verò tertiam, quæ & ultima est, translationem sub Eugenio III relaturus, nihil de illius obitu, aut diverso ab eo, quo scribebat, tempore insinuans, Anno verò, inquit, ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo quinto facta est in Urbe valida turbatio... Crescente autem persecutione, Eugenius, qui post Papæ Lucii mortem in Romanum Pontificem est electus,... Urbem dimisit &c.

ac sincerus scriptor fuisse videtur.

39 Nec dissonant alia, quin scriptor synchronus videri queat: nam viam, per quam sacri corporis bajuli Juliano Romam, & per ipsam Urbem ad S. Marci ecclesiam processerunt, rectè exponit; ex miraculis autem, quæ in eadem ecclesia facta narrat, nullum, nisi fortè postremum, sextum à sacri corporis adventu diem excedit, quem & Dominicum fuisse, accuratè notavit. Tandem inter ea, quæ narrat, sunt quidem pauci singulares eventus, non tamen qui fidem superent,
C vel insolentiâ suâ fabulatorem oleant. Vellem tamen, ut quædam accuratiùs exposuisset, nimirum ut certiorem notitiam dedisset matronæ nobilis, à qua primam translationem curatam ait, locorumque, ad quæ priores duæ, ac maximè prima, factæ fuerunt. Sed quod ad loca attinet, erant illa scilicet tunc vulgò notissima, quæ nil mirum est, si ignobilitate sua, temporum injuriâ, sexque seculorum lapsu, nobis præterea procul dissitis minùs sint explorata. Duo insuper apud illum occurrunt rerum adjuncta, ex quibus suspicari quis potest, eum aliquot annis post postremam translationem scripsisse; sed de his infrà.

Inventum sub S. Gregorio VII corpus ad castrum S. Silvestri translatum, dolentibus

40 Trinam, ut jam dixi, ea Historia translationem complectitur, de quarum singulis quædam hìc præmittenda putavi, ne Annotanda ad ipsam Historiam prolixiora fiant. Primæ translationi occasionem dedisse ibidem dicitur inventio sacri corporis sub S. Gregorio VII, quod fossores cùm in cœmeterio S. Balbinæ cum inscriptione, quæ illud S. Marci Papæ esse probabat, fortuitò inventum tituli ejusdem Sancti clericis venale obtulissent, his emere recusantibus, quia ejusdem S. Marci corpus in sua ipsius ecclesia latêre putarent, vendiderunt aliis, quos nobilis quædam matrona, ad comparandas sibi Sanctorum reliquias, ex suo in Campania Romana S. Silvestri castro Romam miserat. Hinc illa, vehementer exsultans, haud procul ab eodem castro ædem sacram construxit, atque obtentum corpus in ea reposuit, frustra reclamantibus suprà dictis ecclesiæ Urbanæ clericis, errorem suum seriùs edoctis. Cùm autem S. Gregorius VII ab anno 1073 usque in 1085 summum Pontificatum gesserit, liquet de tempore, quo hæc contigisse dicenda sint. D

S. Marci in Urbe clericis, qui istud, penes se esse,

41 At fortè quæret aliquis, qua verisimili ratione memorati clerici opinari potuerint, S. Marci corpus, in sua Urbana ecclesia conditum latêre, cùm nullus veterum primam illius sepulturam alibi, quàm in cœmeterio S. Balbinæ assignaverit, nullus dixerit, istud ante S. Gregorii VII tempora inde in Urbem fuisse translatum. Respondeo, hunc errorem paulatim nasci potuisse ex longo seculorum lapsu, turbulentis temporibus, multorum sacrorum corporum ex cœmeteriis in Urbem translationibus, ex cœmeterii S. Balbinæ ipsiusque S. Marci in eodem cultûs neglectu, atque ex ipso denique sacri corporis possidendi desiderio. Fluebat enim jam tum octavum E à prima illius in eo cœmeterio sepultura seculum; multa fuerant à barbarorum aliorumque hostium armis circa Urbem passi Romani, ex quorum metu tum alii Pontifices, tum nominatim seculo VIII S. Paulus I, & seculo IX S. Paschalis item I Sanctorum corpora ex cœmeteriis intulerant in Urbem.

existimaverant: quæ fuerit istius castri domina,

42 Neglectum quoque sub finem seculi XI, de quo agimus, jacuisse S. Balbinæ cœmeterium, adeóque & S. Marci in eodem cultum, argumento est, quod de fossoribus latentes in illo thesauros quærentibus noster narrat Anonymus: fortasse etiam tunc dejecta fuerat ecclesia, quam S. Marcus in eodem exstruxerat, & cujus nulla supereſſe vestigia, Aringhus suprà relatus affirmat. Hisce positis (cùm fieri soleat, ut homines facilè credant, quod miserè cupiunt) haud ægre persuadere sibi potuerint memorati clerici, sancti patroni sui Marci corpus ex S. Balbinæ cœmeterio, ut alia ex aliis, aliquando translatum fuisse ad suam Urbanam ecclesiam, in qua ejusdem sancti Pontificis memoria semper viguerat, ac tunc quoque temporis celebris perseverabat. Matronæ, quæ primam illam translationem fieri curavit, F solùm hanc notitiam tradit Anonymus: Erat autem eo tempore Campaniæ in castro S. Silvestri uxor cujusdam Theobaldi, illustrissimi militis, nobilissima fœmina, Theutonica genere, quæ religionis intuitu nimio flagrabat desiderio, ut Sanctorum reliquias in terra sua (id est, in prædicto S. Silvestri castro) posset habere. Erat ergò hæc ejusdem castri domina; nec plura de eadem novimus.

& ubi illud situm.

43 Per Campaniam designari Romanam, liquet ex sequentibus apud Anonymum. Fuisse autem tunc temporis in eadem Campania aliquod S. Silvestri, seu castrum; seu oppidum, constabit inferiùs ex Vita Paschalis II Papæ: ast ejusdem castri situm, silente Anonymo nostro, nequeo propiùs assignare, nisi quòd ex dicendis videatur non procul abfuisse à Juliano, Veliternensis diœcesis oppido, paucis milliaribus ab ipsa Veliternensi civitate dissito. Quòd autem castrum S. Silvestri, de quo agimus, id loci in mappis geographicis non occurrat, ea causa esse potest, quòd, eodem testante Anonymo, sub Paschale II Papa, id est, seculo XI exeunte, aut initio sequentis, in pœnam rebellionis destructum fuerit.

Hæc

A *Hæc de prima ſacri corporis tranſlatione præmittenda cenſui, cetera in Annotatis ad eam hiſtoriam obſervaturus. Ad ſecundam procedamus.*

Eodem caſtro à Pontificiis diruto, idem corpus defertur

44 *Ex eodem Anonymo habemus, ſacrum iſtud pignus apud S. Silveſtri caſtrum permanſiſſe uſque ad Pontificatum Paſchalis II, cujus tempore, rebellantibus adverſus ipſum ejuſdem caſtri dominis, caſtrum ipſum à Pontificiis captum dirutumque ibi dicitur; ſacrum autem corpus, quod quidam Romani, in Pontificiis caſtris militantes, Romam clàm auferre meditati fuerant, à Juliani oppidi incolis aſportatum atque ſua in S. Viti eccleſia depoſitum fuiſſe. Paſchalem II Romanæ Eccleſiæ ditionem adverſus antipapam Guibertum hujuſque aſſeclas armis tutatum eſſe, conſtat ex ejuſdem Pontificis Vita, auctore coævo, Petro (Pandulfum alii dicunt) Piſano, apud Papebrochium noſtrum edita in Propylæo Maii, Conatûs pag. 202*: inter ſchiſmaticos Guiberti ſectatores caſtri S. Silveſtri incolæ arma tulerint, ſuique loci excidio pœnas luerint, ut narrat Anonymus.*

ad caſtrum Julianum tempore Paſchalis II;

45 *Huic etiam favent, quæ laudatus Paſchalis II biographus ibidem habet pag. 206* his verbis:* Dominus Papa, celebrato concilio, quod in partibus Appuliæ congregaverat, rediens in Campaniam, Pillum Pillanumque in maritimis, & oppidum S. Silveſtri in ſuam conditionem convertit, *armis ſcilicet, ut indicat Baronius ad annum* 1117, *quo hæc contigerunt. Quapropter huic anno ſecunda* S. Marci *corporis tranſlatio aſſignenda eſſet, ſi conſtaret, apud Anonymum de eadem ejuſdemque caſtri expugnatione, de qua apud Paſchalis biographum, ſermonem eſſe; quod equidem non poſſum affirmare. Utut ſit, cùm S. Gregorius VII, ſub quo ſacrum iſtud pignus primò repertum, & ad S. Silveſtri caſtrum in Campaniam tranſlatum fuiſſe dicitur, ſummum Pontificatum ab anno* 1075 *uſque in* 1085 *geſſerit, Paſchalis autem II, ab anno* 1099 *uſque in* 1118 *ſederit, concludendum, illud non integris* 44 *annis, imò fortaſſe multò paucioribus, in dicti S. Silveſtri caſtri eccleſia honoratum fuiſſe, quando ſub Paſchale II à Julianenſibus inde ablatum fuit.*

C *atque hinc ſub Eugenio III Romam. Hujus tranſlationis adjuncta duo,*

46 *Haud diuturnior fuit ejuſdem penes Julianenſes poſſeſſio, quibus illud per ſeditioſos Romanos ablatum, Romamque demum portatum fuiſſe ſub Eugenio III, qui ab anno* 1145 *uſque ad* 1153 *Pontificatu functus eſt, ibidem tradit Anonymus noſter. Hujus tertiæ poſtremæque tranſlationis occaſionem refert ad captum à Romanis caſtrum Julianum, cujus incolæ pro domino ſuo laudato Pontifice adverſus illos militabant. Rem, ut contigit, pluribus exponit: ſed in hiſce referendis unum & alterum adjuncta tranſlationi prævia miſcet, ex quibus ſcriptoris fides vel ætas in dubium poſſit revocari. Narrat enim, Eugenium III, anno* 1145 *Pontificem electum, ſeditioſorum Romanorum vim veritum, clàm fugiſſe ad monaſterium Farfenſe, in Sabina provincia ſitum, ibidemque à Cardinalibus & epiſcopis, qui eum comitati vel ſecuti fuerant, conſecratum eſſe. Atque hæc omnia ex Annalibus Eccleſiaſticis ſcriptoribuſque ſynchronis certa & indubitata ſunt.*

ipſi tranſlationi prævia,

47 *Subdit, Eugenium ex Farfenſi monaſterio profectum eſſe Narniam; dumque Narniæ morabatur,* comites, ... qui circa Urbem erant, iram, indignationem & fortitudinem Romanorum timentes, & Tiburtinæ civitatis ruinam ante oculos ſemper habentes, ne ſimiliter ſub Romanorum potentiam caderent, *ad ipſum confugiſſe, ac fidelitatem jurâſſe.* Poſt hæc (*ita ille proſequitur*) ipſo Domino Papa mandante, contra ſenatum (*quem Romani, invito Pontifice, creaverant*) & populum Romanum, quibus modis poterant, pugnare cœperunt: unde ſenatus populuſque Romanus magis irâ commotus, ... copioſa equitum & peditum multitudine collecta, ... Julianum caſtrum invaſit, cepit, & igne cremavit. *Si Anonymus pro* Narnia *poſuiſſet* Viterbium, *conſentientes ſibi haberet alios ſcriptores ſynchronos, qui Eugenium ex Farfenſi monaſterio, non* Narniam, *ſed* Viterbium *deduxerunt, ubi & eumdem eo anno* 1145 *Paſcha celebrâſſe, ac per octo menſes commoratum eſſe, aiunt.* AUCTORE C. S.

quæ quamdam difficultatem pariunt,

48 *Fortaſſe tamen Eugenius priùs Narniam, quàm Viterbium, ſe contulerit; cùm Otto Friſingenſis, auctor pariter ſynchronus, lib. 7, cap.* 31 *Chronici de eo ſcribat:* Inde (*ex Farfenſi monaſterio*) poſt conſecrationem, furorem populi Romani declinans, ad munita loca ſe tranſtulit, poſtque Viterbium veniens, ibi per aliquod tempus moram fecit. *At ponamus, Anonymum ex lapſu memoriæ vel oſcitantia* Narniam *pro* Viterbio *ſcripſiſſe; is error etiam in ſynchronum cadere poteſt. Plus negotii ſibi faceſſit, dum ſuprà ait, comites, qui ad Eugenium confugerunt,* Tiburtinæ civitatis ruinam ante oculos habuiſſe; *difficile enim dictu eſt, quam hujus civitatis ruinam memoret. Otto Friſingenſis in Chronico lib. 7, cap. 27 ad hoc propoſitum de Innocentio II, cui poſt Cœleſtinum II, & Lucium II Eugenius III in Pontificatum ſucceſſit, hæc tradit:* Romanus Pontifex Innocentius, qui jam multum temporis Tyburtinos (*adverſus ipſum rebellantes*) excommunicaverat, ac aliis modis preſſerat, coangustatos ad deditionem, acceptis obſidibus, ac jure jurando interpoſito, coëgit. E

ex aliis ſcriptoribus ſynchronis

49 Populus verò Romanus volens, ut eos per obſides & ſacramentum ad duriſſima præcepta, id eſt, ut, muris ruptis, omnes provinciâ cederent, cogeret, dum nobiliſſimus ac liberaliſſimus ſacerdos tam irrationabili & inhumanæ petitioni annuere nollet, ſeditionem movent, ac in ipſo impetu in Capitolio convenientes, antiquam Urbis dignitatem renovare cupientes, ordinem ſenatorum, qui jam per multa curricula temporum deperierat, conſtituunt, & rurſum cum Tyburtinis bellum innovant. Cauſa verò tantæ immanitatis fuit, quòd in priori anno, dum cum Pontifice ſuo (*eodem Innocentio*) in obſidione præfatæ civitatis morarentur, civibus egreſſis, & cum ipſis manum conſerentibus, multis amiſſis ſpoliis, turpiter in fugam converſi ſunt; idcircò nulla, niſi quam diximus, conventione uſque hodie ſe poſſe placari, aſſerunt; *Ita Otto Friſingenſis; unde conſtat, acriter quidem à Romanis poſtulatam fuiſſe Tiburis ruinam, ſed ab Innocentio II Pontifice minimè conceſſam.* F

expenduntur, oſtenditurque,

50 *Qualiſcúmque porrò fuerit Romanorum adverſus Tiburtinos tunc temporis armorum ſucceſſus, quem à nemine traditum legi, perſtabat etiamnum ſuis muris cincta Tiburtina civitas ſub Eugenio III, à quo hos deſtrui tumultuantes Romani denuò petierunt, ut videre licet apud Muratorium in Annalibus Italiæ ad annum* 1146. *Imò etiam obtinuerunt, ſi fides habenda ſit Anonymo Caſinenſi, ſcriptori ſynchrono, in Chronico, ex quo Muratorius ibidem recitat rejicitque ſequentia:* Pacem (*Eugenius III Papa*) cum

AUCTORE C. S. Romanis reformans, muros Tiburtinæ civitatis deſtrui præcepit. *Hæc eadem Pagius in Critica Cardinalis Baronii ad citatum annum* 1146 *admittit, atque huc etiam pertinere putat, iſta Ceccani, ſeu, quiſquis is demum fuerit auctor, Chronici Foſſæ novæ ad eumdem annum verba:* Romani venerunt ſuper Tiburim, & multos ex eis decollaverunt. *Contrà iſtud murorum Tiburis excidium incredibile apparuit laudato Muratorio, à quo expoſitæ ibidem rationes an ſat validæ ſint ad ſcriptorem ſynchronum falſitatis convincendum, hîc non inquiro, quia, dictæ urbis murorum ruina, ſi anno* 1146 *primùm contigerit, certè non potuit anno* 1145 *Campaniæ comitibus ob oculos verſari.*

ea ſcribi potuiſſe ab auctore ſynchrono.

51 *Quapropter dicendus eſt Anonymus noſter aut de Tiburtinæ civitatis ruina, non quidem exſecutioni mandata, ſed à Romanis intentata atque audaciter poſtulata, ſolùm meminiſſe; aut per vocem* ruinam *quamdam aliam Tiburtinis illatam per Romanos cladem indicâſſe. Si primum, ceſſat omnis difficultas, etiam in ſententia Muratorii. Et verò exploratas ſine omni dubio habebant Campaniæ comites iſtas Romanorum adverſus Tiburtinos molitiones, ac pares ſibi metuere poterant, niſi ſinguli vires ſuas Pontificiis partibus adjungerent. Si ſecundum, fortaſſe ea Tiburtinorum obſidio indicatur, quâ Innocentius II eoſdem, dudum rebellantes,* coanguſtatos, ad deditionem, acceptis obſidibus, ac jure jurando interpoſito, coëgit, *uti ex Ottone Friſingenſi diximus num.* 48. *Potuit hæc Tiburtinorum expugnatio quodam modo, etſi minùs accurato, eorumdem civitatis* ruina *ab Anonymo appellari, quòd Innocentius eos, Sedi Apoſtolicæ dudum rebelles, domuerit, meritis pœnis mulctaverit, atque ita haud dubiè coërcuerit, ne ſummi Pontificis jugum, uti dudum fecerant, impoſterum poſſent excutere.*

B

ceteræ etiam ſincero.

52 *Hæc de fide ætateque ſcriptoris hiſtoriæ Tranſlationum præmiſiſſe ſufficiat: id ſolùm præterea obſervo, eumdem in duabus prioribus tranſlationibus referendis eò majorem fidem mereri, quò minùs ipſius intererat eas fingere, ut* S. Marci *corporis poſſeſſionem ejuſdem Sancti tituli intra Urbem eccleſiæ aſſereret. Nam ſi ad hanc aſſerendam opus erat fictione, neceſſum non erat iſtas ambages quærere, ſed poterat id per unicam ejuſdem ſacri pignoris ex cœmeterio S. Balbinæ in Urbem tranſlationem comminiſcendo præſtare. Ceterùm illud à Pontificatu Eugenii III uſque in hæc noſtra tempora in eadem* S. Marci *eccleſia permanſiſſe, dicunt ſcriptores ſuprà laudati, qui ejuſdem poſſeſſionem eidem eccleſiæ non dubitanter adſcribunt. At priuſquam ipſam tranſlationum hiſtoriam recitem, examinandæ ſunt tres, quarum ſuprà memini, quæque cum hac hiſtoria nequeant componi.*

C

D

§ IV. Quid cenſendum videatur de S. Marci corpore, quod Florentini à SS. Damaſo & Ambroſio ſibi donatum eſſe, exiſtimant.

Franciſcus Caſtilionenſis in Sermone.

Papebrochius noſter in Conatu Chronico hiſtorico ad Catalogum Pontificum, Propylæi Maii pag. 50* *in* S. Marco *hæc habet:* Inde verò (*ex cœmeterio S. Balbinæ Viâ Ardeatinâ, ut præmiſerat*) tranſlatus [*eſt*] Florentiam ad eccleſiam S. Laurentii. *Ut hæc ſcriberet, ſine dubio motus fuit auctoritate Franciſci Caſtilionenſis, presbyteri & ejuſdem eccleſiæ Laurentianæ canonici, cujus Sermonem, poſt medium ſeculum* XV *habitum, Papebrochius ipſe manu ſua deſcripſerat ex codice Florentino conventûs S. Marci, Ordinis Prædicatorum. Conſule, ſi lubet, Papebrochium ad diem* 2 *Maii in Commentario prævio ad Vitam S. Antonini, archiepiſcopi Florentini, ab eodem Franciſco Caſtilionenſi, qui eidem archipræſuli per octennium domeſticus fuerat, conſcriptam. Laudato apographo noſtro præfixus hic titulus eſt:* Sermo Franciſci Caſtilionenſis, presbyteri, ad canonicos & collegium S. Laurentii Florentini de vita B. Marci Papæ, & de laudibus eccleſiæ S. Laurentii. *Tum ſubditur, unde is Sermo exceptus ſit, nempe:* Ex Bibliotheecæ S. Marci Ms. fol. 114.

E

poſt medium ſeculum 15 *habito, teſtatur.*

54 *Ipſum verò Opuſculum in Lectiones partitum, uti ipſemet docet titulus jam recitatus, breve vitæ* S. Marci *compendium, laudeſque ejuſdem S. Laurentii eccleſiæ celebrat, ex quo ſicut Papebrochius compendium iſtud, jam aliunde acceptum, prudens prætermiſit deſcribere, ita & ego non recitabo, niſi ea, quæ ad præſens propoſitum noſtrum propriè pertinent. Sic ille orditur:* Scriptum eſt, cariſſimi fratres: „ Corpora Sancto„rum in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum „vivent in ſæculum ſæculi „: cùm verò ſanctum & venerabile corpus B. Marci Papæ in hac noſtra tanto ſumptu innovata eccleſia, & in majori ipſius eccleſiæ altari conditum, & in pace ſepultum eſſe, nobis compertum ſit, æquum eſt, quod nobis eſt ex temporum propinquitate recens, & ante oculos celebratum, id ad poſteros per memoriam & hiſtoriæ monumenta tranſmitti, ut rei certitudine & veriſſimis teſtimoniis admonitæ fidelium mentes pio amore ſanctaque devotione ad venerabilium Sanctorum corpora provocentur.

F

in Laurentiana eccleſia Florentiæ inventa eſſe

55 Sed priùs pauca, quæ ad vitam ipſius B. Marci Papæ pertinent, ut ex quodam antiquo libello, in quo nonnulla geſta laudeſque illius conſcripta ſunt, repperi, breviter tangenda ſunt; deinde, quæ noſtris temporibus geſta ſunt, & unde initium auctoritatemque ſumpſerunt; quo duce, & quibus ſumptibus celebrata ſunt, ad perpetuam rei memoriam poſteritati & futuro ſæculo ſunt tranſmittenda. *Quæ de* S. Marci *geſtis laudibuſque hîc ſequebantur, rectè, ut dixi, prætermiſit Papebrochius, hoc adjecto monito:* Quinque ſequentes Lectiones ea continent, ſtylo dumtaxat mutato, quæ jam ex antiquioribus Legendariis (*de quibus & ego jam memini ſuperiùs*)

A

AUCTORE C. S.

rius) ejusdem ecclesiæ habemus. *Laudabile sanè fuit istud Franciſci Castilionensis consilium, quod si decessores illius olim æquè sibi proposuissent, aliquid certius de hoc argumento in alterutram partem nobis nunc liceret statuere. Franciſcum igitur in Papebrochiano apographo prosequentem audiamus.*

anno 1444 SS. Marci Papæ, Amati & Concordiæ corpora,

56 Hoc igitur tam nobile, tam venerandum corpus S. Marci Papæ, meminiſtis, fratres, quomodò reconditum fuit temporibus noſtris in altari majori hujus eccleſiæ noſtræ, unà cum ſanctis corporibus Amathi abbatis, & Concordiæ martyris. Quæ quidem glorioſa corpora reperta fuerunt in altari, quod erat ex parte Meridionali juxta altare majus, antequam eſſet eccleſia vetus diruta. Hoc autem factum fuit ab Incarn. D. a. MCCCCXLIV, III Idus Novemb., cùm altare, quod appellatur S. Concordiæ, pro innovatione eccleſiæ dirutum erat. Erant autem hæc BB. corpora in capſa lignea duorum cubitorum cum chirographo, quod ipſorum Sanctorum nomina teſtabatur, in qua etiam nonnullæ veſtes, licèt vetuſtate conſumtæ, & tria crania cernebantur, & nonnulla oſſa longiora cæteris, quo primo* ipſius B. Marci fuiſſe, nonnulli arbitrabantur; quòd vir nobilis & proceræ ſtaturæ memoretur fuiſſe.

**an* quorum primum?

B

quæ à S. Ambroſio donata S. Zenobio credebantur,

57 Hæc autem glorioſa tria corpora dicitur B. Ambroſius, Mediolanenſis epiſcopus, à B. Damaſo Papa pro ſingulari munere accepiſſe, eaque B. Zenobio, Florentino epiſcopo, quem ſingulari caritatis affectu complectebatur, condonâſſe. Quin dicitur ipſe B. Ambroſius unà cum Zenobio epiſcopo eadem tria corpora in hac eccleſia condidiſſe, & altare dedicâſſe ſuis manibus; ex quo etiam eccleſia hæc antiquo vocabulo AMBROSIANA eſt nuncupata; cujus etiam rei maximum habemus teſtimonium in Vita B. Ambroſii, quam Paulinus epiſcopus Nolanus, vir ſanctiſſimus, eleganti ſtylo conſcripſit. Illud etiam nobis teſtatur Oratio ipſa & ſuffragia, quæ ſingulis diebus in eccleſia decantamus, in qua poſt tria ipſorum nomina ipſum quoque B. Ambroſii nomen non tacetur. Multa præterea alia vulgò narrantur, quæ atteſtantur amicitiam Ambroſii cum Zenobio, & ſigna quædam epiſcopalis ſedis, quæ hìc tunc fuiſſe dicitur, nonnulli adducunt, quæ omnia, ne longior fiam, neve aſſertor incertarum rerum eſſe videar, omitto.

C

ibidemque demum repoſita fuiſſe anno 1461,

58 *Hic de variis aliorum Sanctorum reliquiis in eadem eccleſia tunc pariter repertis meminit, ac demùm ſic pergit:* Illuc redeo, unde incepi, ut, quod nobis compertum eſt, ad poſteros tranſmittatur. Omnes enim hujus rei teſtes eſtis: nam & reliquias vidiſtis, & interfuiſtis, quando reverendiſſimus P. archiepiſcopus noſter Orlandus, vitæ probitate & doctrinâ juris inſignis, qui archiepiſcopo illi ſanctiſſimo, fratri Antonino, ſucceſſerat, ad dedicationem hujus altaris acceſſit, quæ v Non. Aug.*, MCCLXI anno, die Dominico poſt ſolemnem proceſſionem, aſtante populo frequenti & clero majoris eccleſiæ, celebrata eſt; & dum beata corpora, SS. Marci ſcilicet, Amati abbatis, & Concordiæ mart., in eodem altari conderentur, affuiſtis.

**l.* IV Non. Aug.

non ſine miraculo vel beneficio cæleſti.

59 Meminiſtis etiam, quo pacto voluerit Altiſſimus eodem die in Sanctorum ſuorum teſtimonium antiqua ſigna innovare: eodem enim die quidam è noſtris popularibus, Nicolaus nomine, Martini filius, cùm haberet filiolum, Federicum nomine, jam prope januas mortis, de cujus vita, ut mihi poſtea atteſtatus eſt, ipſe pater, jam actum putabat, ſimulque reliquos filios vocaverat, ut fratrem illi ſuum poſtremò intuerentur; cùm proceſſio ejus * juxta habitationem ejus cum his reliquiis tranſiret, ſecutus ſancta corpora in eccleſiam, pro filio magna cum fide votum fecit, & non multò pòſt domum rediens, natum convaleſcere repperit, & poſt tertium diem, quem morti jam adſcripſerat, incolumem recepit: pro quo, ut voverat, imaginem ceream inſtar pueri huic ipſi altari ſuperpoſuit, quam ibidem ſitam quàm plurimos dies omnis populus inſpexit, & miraculum inſigne per omne vulgus manifeſtè innotuit.

*ejus abundat

Epilogus ejuſdem ſcriptoris:

60 Ob quam cauſam decet nos, cariſſimi fratres, magno pietatis affectu hæc ſancta corpora, & hanc ipſam eccleſiam, tam multorum Sanctorum reliquiis exornatam, venerari; decet nos non parvi facere, aut contemnere protectionem glorioſi martyris Laurentii, ſub cujus nomine dedicata eſt eccleſia, & de cujus reliquiis apud nos eſſe, non dubitamus. *Poſt hæc denuò perſtringens tum prædicta, tum alia ejuſdem eccleſiæ decora, quibus Joannem, atque hujus filium Joannem Medicæos, Florentinorum, ut vocant, Conſalonerios, ſeu vexilliferos, motos opinatur ad eandem eccleſiam à fundamentis auguſtiorem exſtruendam, bene ſperare jubet, fore ut Petrus, Coſmi filius, Petrique liberi tam ſplendidè cœptum promotumque opus non minùs magnificè perficiant, ac tandem concludit his verbis:* Bono igitur animo ſimus, fratres, conſervemuſque dignitatem noſtram & loci & perſonarum, frotique protectione beati primùm Laurentii martyris, deinde ipſius ſancti Pontificis Marci Papæ, Amatique abbatis, & Concordiæ martyris, necnon ſancti epiſcopi Zenobii, & Ambroſii doctoris egregii, patrocinio confidenter ad illius cæleſte regnum, ad illam beatam vitam feramur deſiderio, in qua omnes electi congaudent & laudant eum, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

E

quinam de Florentinorum poſſeſſione etiam conſentiant.

61 *Hactenus laudatus Franciſcus Caſtilionenſis paulò poſt annum* 1464, *quo Coſmus I Medicæus obiit, eique filius ejus Petrus ſucceſſit. Nec ſolus Papebrochius noſter, verùm etiam Franciſcus Orlendius Orbis ſacri & profani part.* 2, *lib.* 3, *cap.* 38, *laudatúſque ibidem ab eo Ferdinandus Leopoldus del Migliore,* S. Marci *Papæ corporis tranſlationem Româ Florentiam affirmârunt, qui etiam duo poſtremi eamdem SS. Damaſo, Ambroſio ac Zenobio, ex ejuſdem Franciſci Caſtilionenſis auctoritate haud dubitanter adſcripſerunt; quamquam eorumdem primus Orlendius verbis ſuprà num.* 36 *recitatis ejuſdem ſancti Pontificis corpus in illius eccleſia Romæ quieſcere, dixerit,* hùc ex cœmeterio S. Balbinæ (*ut ibidem credidit*) tranſlatum. *Verùmtamen propter ea, quæ præcedenti § produxi, de Florentinorum poſſeſſione cogor vehementer dubitare. Etenim, ſi* S. Marci *corpus ſub S. Gregorio VII, id eſt, ſub finem ſeculi* XI, *viâ Ardeatinâ, in cœmeterio S. Balbinæ, in quo anno* 336, *conſtat, fuiſſe humatum, repertum fuerit, non potuit S. Damaſus inter annos* 366 *&* 384, *quando hic ſedit, donâſſe S. Ambroſio, & hic Zenobio, ac Zenobius in eccleſia Laurentiana Florentiæ depoſuiſſe.*

F

An horum corporum unum S. Marci Papæ ſit, inquirimus:

62 *Expendamus ergò momenta rationum, quibus Franciſcus Caſtilionenſis iſtius ſacri pignoris poſſeſſionem ſæpe dictæ Florentinæ eccleſiæ primus omnium*

AUCTORE C. S.

omnium, quem quidem novimus, post medium seculum XV *non dubitavit asserere. Primum, idque præcipuum, argumentum petit à repertis anno* 1444 *in eadem ecclesia* SS. Marci, *Amathi abbatis ac Concordiæ martyris corporibus cum* chirographo, *hæc eorumdem Sanctorum esse, testante. Factum negare nequeo viro probo affirmanti; sed mallem, ut ipsum, quod vocat, chirographum recitâsset, ut constaret, an summi Pontificatus dignitas isti* Marco *in eo adscripta legeretur, an à Francisco Castilionensi pro suo aliorumve sensu in dicto sermone primùm fuerit attributa. At certè, à quo, quove tempore ea sacra corpora ibidem fuerint deposita, in eodem chirographo non fuisse lectum, suo silentio scriptor iste satis manifestat, qui propterea alterum subjicit argumentum, ex fama, nescio, quàm antiqua.*

fama, quæ eadem SS. Damaso, Ambrosio ac Zenobio accepta refert,

63 Dici, *scilicet ait, S. Damasum Papam tria ista corpora donâsse S. Ambrosio, Mediolanensi episcopo, huncque S. Zenobio, Florentino antistiti, & ab his eadem in Laurentianam ecclesiam illata esse, atque ipsam ecclesiam dedicatam, positumque in eadem altare consecratum; unde & eadem ecclesia* Ambrosianæ *vocabulum fuerit sortita. Ut hanc famam magis fulciat, addit:* Cujus etiam rei maximum habemus testimonium in Vita B. Ambrosii, quam Paulinus, episcopus Nolanus, eleganti stylo conscripsit. *Paulinum, S. Ambrosii biographum, non fuisse ejusdem nominis sanctum episcopum Nolanum, dudum extra omnem controversiam est: sed, fuisse se ejusdem S. Ambrosii clericum, docet ipsemet in laudata Vita, quæ exstat in Appendice ad Opera istius sancti Ecclesiæ doctoris, studio & labore Benedictinorum, anno* 1690 *Parisiis edita. Ex hac Vita constat, S. Ambrosium aliquam ecclesiam Florentiæ dedicâsse, in eaque Sanctorum reliquias, non tamen* SS. Marci, Amathi & Concordiæ, *sed* SS. Vitalis & Agricolæ *deposuisse.*

B

nulla verisimili ratione fulcitur.

64 *En verba Paulini ibidem num.* 29 *posita:* In eadem civitate (*Florentia*) basilicam constituit, in qua deposuit reliquias martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum corpora in Bononiensi civitate levaverat. *Ibidem infrà num.* 50 *quoque eamdem basilicam, haud dubiè propter dictam dedicationem,* Ambrosianam *appellavit. Ipse quoque S. Ambrosius in Exhortatione virginitatis, quam ea occasione in prædicta Florentina ecclesia habuit, tom.* 2 *Operum suorum, à col.* 272, *de eorum SS. Vitalis & Agricolæ reliquiis ibidem depositis diserè meminit; sed nec hîc, nec alibi, alteruter simile quid habet de* SS. Marci, Amathi & Concordiæ *corporibus aut reliquiis; cùm tamen hæc propter donatorem S. Damasum Papam, ac* S. Marci *præterea propter gestum ab illo summum Pontificatum minimè prætereunda fuissent. Quæ itaque Franciscus Castilionensis de S. Ambrosio ex hujus Vita adduxit, multùm quidem faciunt ad commendandam Laurentianam ecclesiam, si de hac ista accipienda sint. Sed pro sacri corporis, de qua quærimus, possessione nihil probant; quodque observavi, ejusdem sancti doctoris, hujusque biographi silentium eidem nihil minùs, quàm favorabile est.*

C

nec aliunde fit satis verisimilis, imò ex scriptorum silentio

65 *Expendat etiam studiosus lector, quantùm probabile sibi videatur, donatum à Damaso fuisse corpus summi Pontificis, cujus cultus tunc temporis, tam in suo prope Romam S. Balbinæ cœmeterio, quàm in Urbana sui tituli ecclesia vigebat; cujus sepulcrum idem Damasus, ut suprà diximus, versibus propterea exornavit, & post obitum, nondum elapsis triginta annis, idem ille in summum Pontificatum successerat. Habebat alia, quæ donaret, Damasus Sanctorum corpora, quàm* S. Marci, *suæ Sedis Pontificis, cujus memoria tunc etiam recens erat apud Romanos, nec poterat non esse percara. Converti me etiam ad Acta S. Zenobii, episcopi Florentini, si in his fortasse quidquam de eodem argumento diceretur. Tres hujus sancti præsulis Vitas ad diem* XXV *Maii, quo ille colitur, dedit Papebrochius noster, primo loco antiquam, sed à S. Antonino, Florentinorum etiam antistite, seculo* XV *modicè interpolatam: secundo eamdem antiquam ante Antoninum, post seculum tamen* XIII, *à Blasio, monacho presbytero exornatam; ac tertio denique à Laurentio, archiepiscopo Amalphitano, prout eam referri audierat, conscriptam seculo* XI. *Sed nec in hisce, nec in laudati Papebrochii Commentario eis prævio, ulla exstat ejus rei memoria.*

D

colligere licet, eam seculo XV *non esse antiquiorem,*

66 *Quid, amabo, hinc pronius suspicari est, quàm seculis* XI *&* XIV, *usque in* XV, *cujus anno* 59 *S. Antoninus obiit, ignotam Florentiæ fuisse eam trium sacrorum corporum per SS. Ambrosium Zenobiumque depositionem, neque vulgari cœptam ante annum* 1444, *quo eadem sacra pignora, teste Francisco Castilionensi, reperta fuere, eâque solâ (inquam) suadente ratione, cœptam, quòd, cùm, unde ista eò allata fuissent, nesciretur, nulli verisimiliùs, quàm S. Ambrosio, qui eam ecclesiam dedicâsset, ejusdemque amicis SS. Damaso & Zenobio, accepta referri posse viderentur. Quin imò, si hæc opinio mox à corporum inventione nata fuerit, eam minimè firmam visam fuisse S. Antonino, probabiliter colligere licet, ex jam observato ejusdem sancti præsulis silentio, ac tempore, quo hic perfecit Summam suam, in cujus quinta parte (quæ Historialis est) exstat suprà dicta S. Zenobii Vita. Idem enim Franciscus Castilionensis, qui* SS. Marci, *Amathi ac Concordiæ corpora anno* 1444 *reperta esse testatur, in laudata S. Antonini Vita tom.* 1 *Maii pag.* 322, *num.* 29, *hujus Sancti mortem narraturus, ait:* Imposuerat etiam non multò antea extremam manum ingenti magnoque volumini, quam Summam appellavit.

E

F

neque etiam tunc à S. Antonino probatam.

67 *Obiit autem S. Antoninus anno* 1459, *annis quindecim post trium corporum inventionem, ut adeò opinionem istam, si hæc mox ab eadem inventione vulgata sit, non potuerit ignorare; si verò non ignoraverit, quam potiorem illius in Vita Zenobii ea de re silentii causam putabimus, quàm quòd nova ista opinio eidem minimè firma apparuerit. De* S. Marco *Papa agit idem S. Antoninus in laudata Summæ parte Historiali, tit.* 9, *cap.* 2, *ubi illum inter Romanos Pontifices, qui Constantino Magno imperante, sederunt, recenset. Egit quidem de illis solùm breviter, sed cum pari de ejusdem* S. Marci *corporis Florentiæ inventione, quæ suo tempore contigisset, alto silentio, quod quàm verisimiliter componi possit cum credita ab ipso eadem inventione, lectori pariter considerandum relinquo: facilè enim poterat tam recens facti memoria unico verbulo indicari.*

Non constat, quorum sint duo corpora cum isto inventa.

68 *Si quis porrò petat, quis iste sit* Amathus abbas, *quæ* Concordia *martyr, quorum corpora unà cum* S. Marci *corpore ibidem reperta, & à SS. Damaso, Ambrosio, Zenobioque deposita fuisse credenda sint; respondere cogor, ad primum quod attinet, id à nemine, quem sciam, exponi; mihi*

A *hi verò nullum notum esse istius nominis sanctum abbatem seculi* IV, *aut eo etiam prioris, cujus corpus eodem seculo* IV *à S. Damaso donari, aut ab Ambrosio Zenobiove in Laurentiana Florentina ecclesia deponi potuerit.* Concordiam *illam Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ dicit, esse Romanam martyrem, S. Hippolyti nutricem, quæ cum ipso aliisque novemdecim Anonymis sub Valeriano passa fuit. Actum de hisce apud nos est ad diem* XIII *Augusti, ibidemque* § IV *aliquot loca recensita sunt (non tamen Florentia) quibus SS. Hippolyti & Concordiæ corpora vel reliquiæ adscribuntur. Sed non est hujus loci ea discutere, dum de solo* S. Marco *Papa inquirimus.*

His de causis non probatur mihi, corpus S. Marci,

69 *Ex tam incertis omnibus nequit mihi probari* S. Marci Papæ *corporis per SS. Damasum, Ambrosium & Zenobium Florentinis facta donatio; nec tamen quempiam hactenus comperi, qui alium ejusdem sancti pignoris largitorem nominet. Sæpe dictæ ecclesiæ recens inscriptio apud Orlendium Orbis sacri & profani part.* 2, *vol.* 2, *pag.* 1264, *post signatam illius per S. Ambrosium anno* 392 *dedicationem ita prosequitur:*

B Vetustate collapsam S. P. Q. F. instauravit & pristino nitori restituit Nicolaus II. ex episcopo Florentino P. M. renuntiatus aggregato præsulum cœtu XIII Kalend. Februarii CIOLIX propriis manibus dedicavit nec sine dote dimisit *&c. Hinc suspicari quis posset, fortasse hujus Nicolai Pontificis munus esse, quod Franciscus Castilionensis SS. Damaso Ambrosioque ac Zenobio attribuerunt; sic, inquam, suspicari quis posset, nisi obstaret temporum ratio. Nam Nicolao II, anno* 1061 *mortuo, successit Alexander II, & huic anno* 1073 *pariter defuncto S. Gregorius VII, quo sedente,* S. Marci *Papæ corpus cum inscriptione sua in cœmeterio S. Balbinæ viâ Ardeatinâ repertum fuisse, Translationis Romanæ, quam dabimus, auctor testatur.*

Florentiæ asservatum,

70 *At enim, inquies, etiam in Laurentiana ecclesia Florentina unà cum corpore inventum est chirographum, quod illud* S. Marci *esse testabatur. Fateor, id ego Francisco Castilionensi asserenti nolo inficiari; verùm etiam posito,* Marco *utrobique adscriptam fuisse Pontificiam dignitatem (quod nec asserere possum, nec negare) non esset utrobique par ratio; cùm Florentini ex hactenus disputatis ne satis quidem verisimilem conjecturam proferant de tempore & auctore accepti corporis; ex vetustissimo autem, ceterisque Romanorum Pontificum Catalogis ac Martyrologiis constet, corpus* S. Marci *Papæ in sæpe memorato S. Balbinæ Viâ Ardeatinâ cœmeterio (ex quo post geminam illius in Campania translationem Romani id se accepisse asserunt) verè primò sepultum fuisse; nec ullus ante Franciscum Castilionensem, qui non ante annum* 1461 *scripsit, dixisse legatur, istud ex memorato cœmeterio Florentiam umquam translatum, aut ex eodem ante tempora S. Gregorii VII amotum fuisse.*

C

Marci Papæ esse, cujus tamen fortasse reliquiæ aliquæ ibidem sunt.

71 *Quod argumenti loco præterea addidit de* SS. Marci, Amathi, Concordiæ *atque* Ambrosii *nominibus à Laurentianæ ecclesiæ clero in quotidianis suffragiis recitari solitis, si hæc consuetudo inventione eorumdem trium priorum corporum sit antiquior, verisimile quidem faciet, jam ante inventionem illam à Florentinis creditum fuisse,* S. Marci *corpus in ea ecclesia servari; non tamen probabit, illud idem* S. Marci Papæ *esse, cujus possessionem in ejusdem Urbana ecclesia possessionisque à medio seculo* XII *cœptæ modum certiori, quàm Florentini, ratione Romani opponent. Fortasse tamen viguit ista apud Florentinos* S. Marcum *in quotidianis suffragiis invocandi consuetudo ob insignes ejusdem sancti Pontificis reliquias, quas Franciscus Castilionensis* corpus *liberaliùs appellaverit. Si ita sit, non refragabor, modò eas dudum post SS. Damasi, Ambrosii ac Zenobii tempora accepisse credantur.*

AUCTOR C. S.

§ V. Duo alia loca, in quibus S. Marci Papæ corpus quiescere dicitur.

Dicitur etiam, sed non probatur, idem sacrum corpus

UGhellus *in Italia sacra etiam duobus aliis, quorum suprà memini, locis ejusdem* S. Marci *Papæ corpus attribuit. Primum indicat tom.* 3 *editionis Venetæ auctæ, in Episcopis Clusinis, monasterium scilicet S. Salvatoris in Monte Amiato, quod Augustinus Lubinus in Abbatiis Italiæ scribit, fundatum esse circa annum* 743 *à Rachi Longobardorum rege in diœcesi ac territorio civitatis Clusinæ in Hetruria veteri, fuisseque primò Ordinis Benedictini, sed jam à seculo* XIII *Cisterciensibus traditum. Utut sit (neque enim hæc refert hìc examinare) laudatus Ughellus col.* 624 *recitat Ms., in quo post alia ad propositum nostrum ita legere est:* Et post consecrationem ecclesiæ (*anno* 1036, *ut ibidem præmissum est, sollenniter peractam*) acquisierunt dominus abbas Rolandus cum fratribus corpus S. Marci Papæ.

R

esse in monasterio Montis Amiati in Hetruria.

73 *Hæc, nec plura in rem nostram ibi laudatum habet Montis Amiatini monumentum, quod cùm cujus ætatis sit, aut quo tempore Rolandus iste eidem monasterio præfuerit (nam tempore dictæ dedicationis ecclesiæ Winizo præfuisse ibidem legitur) non edicat, nequeunt ista sola movere, ut* S. Marci *Papæ corpus in eo monasterio servari, aut servatum fuisse, credam; sive illud paulò post ejusdem ecclesiæ consecrationem, atque adeò ante S. Gregorii VII Pontificatum, sive post illùc allatum velint: quia certiora videntur, quæ de ejusdem* S. Marci *corpore in Ardeatina Via, sedente S. Gregorio VII, reperto, atque post geminam illius in Campania Romana, ad castrum videlicet S. Silvestri, atque hinc ad castrum oppidumve Julianum translationem, in urbem demum Romam, sedente Eugenio III, delato, & in sui tituli ecclesia depositio* § III *diserui; ex qua id deinceps umquam ablatum fuisse, hactenus non comperi. Progrediamur ergò ad alterum locum ab Ughello indicatum.*

F

Pro ejusdem possessione ecclesia Aquileiensi asserenda

74 *Est hæc ecclesia metropolitana Aquileiensis in Foro-Julii Italiæ provincia, cui ut thesaurum istum asserat laudatus auctor, tom.* 5 *Italiæ sacræ auctæ col.* 50 *ac sequenti profert vetus (ut inquit) monumentum, quod in margine notatur exstare ad ejusdem metropolitanæ ecclesiæ januam Australem. Juverit illud integrum ex Ughello recitâsse. Sic habet insculptum silici:* MXXXI. Indictione XIV. III. Idus Julii. Ego Poppo hujus Aquil. ecclesiæ patriarcha, unà cum duobus Romanis epis. Cardinalib. & XII. coëp. præsidente D. Joanne Papa XIX. & imperatore Conrado Augusto, consecravi hoc templum in honorem S. Mariæ Genit. Dei, & SS. Martyr. Hermach & Fortunati, ob cujus sollennitatem idem Roman.

AUCTORE C. S.

màn. ſummus Pont. de gratia Apoſtolica conceſſit indulg. c. ann. & c. dier. ſingulis annis omnib. verè pœnitent. & confeſſis dictam Aquileienſem eccleſiam viſitantibus causâ devotionis, & in feſto dictorum martyrum Hermach. & Fort. & per octavas eorum ſingulis diebus XVIII annorum, & totidem quadragenarum

laudatur inſcriptio ibidem muro inciſa, verùm hæc recentior eſt,

75 Item dicti Cardinales auctoritate Apoſtolica ob reverentiam S. Quirini mart., qui ejus corpus portaverunt de Urbe, & condiderunt à parte dextera in altari parvo juxta altare majus, & ob reverentiam B. Marci Papæ & confeſſ. cujus etiam corpus de Urbe portaverunt, & collocaverunt à ſiniſtris in altari parvo juxta altare majus, conceſſerunt indulgentiam x ann. & x. quadragenarum tam in ſupradictis ſolennitatibus quàm etiam in feſtivitatibus eorumdem. *Hactenus monumentum ex recenſione Ughelli; quod ne Popponis ætate exaratum credamus, vetant liberaliores iſtæ indulgentiarum largitiones, ſeculo* XI *in Eccleſia Dei minimè uſitatæ. Simili de cauſa Papebrochius noſter in Paralipomenis ad Conatum in Catalogum Romanorum Pontificum Diſſert.* XXIX *num.* 9 *quamdam Farfenſem Indulgentiarum formam ſuſpectam habuit, ac Papebrochii judicio conſentiens Joannes Franciſcus de Rubeis in Monumentis eccleſiæ Aquileienſis col.* 517 *de hac ipſa Aquileienſi ſic pronuntiat:* Sequiore poſitam ævo inſcriptionem, nullus dubito; prædictuſque indulgentiæ annorum numerus fortaſſe ex confirmatoria alicujus multò poſterioris Pontificis extenſione accipi potuit, ut idem Papebrochius annotat loco citato, ubi ſimilem ad examen vocat Farfenſem Indulgentiæ formam.

B

ac fortaſſe concinnata ex liberaliori interpretatione

76 Neque tamen definita dicati Deo Aquileienſis templi nutat epocha, quam puto expreſſam ex ſinceris Donationis, numero ſequenti percenſendæ, tabulis. In his hæc verba legimus: "Ego Popo... hanc eccleſiam fabricavi, & eo„ (*Deo ſcilicet, ut præmiſerat*) "auxiliante, eam „in honorem S. Dei Genitricis & perpetuæ Vir„ginis Mariæ, SS. martyrum Hermachoræ & „Fortunati, unà cum pluribus epiſcopis, con„ſecravi.„ Confectæ tabulæ ſunt "Anno Do„minicæ Incarnationis MXXXI. Indictione XIV. „tertio Idus Julii, reſidente D. Joanne Apoſto„lico in Urbe Romana, regnante verò Conra„do Auguſto imperii ſui anno V. Pontificatûs „autem ejuſdem Domini Poponis anno XII.„ QUINTUM DECIMUM ANNUM vitio typographi apud Ughellum legitur: ANNUM verò XII numerant autographæ tabulæ. *Hactenus ex laudato Joanne Franciſco de Rubeis, cujus opinio de epocha dedicatæ metropolitanæ eccleſiæ Aquileienſis, ex hiſce Poponis tabulis in ſuprà dicta inſcriptione concinnanda adhibita mihi veriſimillima apparet.*

C

alterius tabulæ authenticæ,

77 *Videamus igitur, an iſte inſcriptionis concinnator, ſicut annum dictæ dedicationis ex autographis (teſte de Rubeis) Poponis tabulis rectè accepit, ita etiam* S. Marci *corporis poſſeſſionem ex iiſdem didicerit. In his, prout integræ exſtant apud Ughellum, poſt ſuprà recitatum verbum* Conſecravi *Popo ſic progreſſus eſt:* In qua ex diverſis, & maximè ex Romana Eccleſia, plurimas Sanctorum reliquias ſummo & ardenti ſtudio congregavi, & ſtudioſiſſimè collocavi. *Hæc ibi Popo, nec plura de hoc argumento addidit; de* S. Marci *corpore etiam altùm ſilens. Ut igitur quiſpiam, totis forſan tribus ſeculis eâ templi dedicatione junior, prædictam inſcriptionem compoſuit, in eaque longè ampliores Indulgentias, quàm ſeculi* XI *Eccleſiaſtica diſciplina tulerit, imperitè recenſuit, ita is ipſe potuit haud multò magis ineptè levi quapiam de cauſa exiſtimâſſe, corpus* S. Marci *fuiſſe inter ſacras reliquias, quas Popo Româ acceptas, dictaque in eccleſia à ſe collocatas, in authentico inſtrumento generatim memoravit.*

D

atque etiam aliunde ſuſpecta eſt.

78 *Suſpicionem hanc auget idem auctor inſcriptionis, dum in eadem dicit, etiam S. Quirini martyris corpus eodem anno* 1031 *eademque de cauſa Româ illuc allatum, ibidemque depoſitum fuiſſe. Duos autem hujus nominis Romanos martyres novi, quorum alter, ſub Claudio paſſus, colitur die* XXV *Martii, alter ſub Hadriano coronatus, honoratur ejuſdem menſis die* XXX. *De ambobus actum apud nos eſt ad eoſdem dies tom.* III *Martii; ſed ibidem probatum eſt, horum prioris* (Cyrini *etiam aliàs dicti*) *corpus ſeculo* VIII, *largiente S. Zacharia ſummo Pontifice, ad Segernſeanum Bavariæ monaſterium; alterius verò anno* 1050, *concedente S. Leone IX pariter Pontifice, Noveſium in archiepiſcopatu Colonienſi tranſlatum fuiſſe; ut proinde* (*niſi alterum ab his duobus Quirinum Romanum martyrem inſcriptio indicet*) *ejuſdem auctor hinc quoque non poſſit mihi non ſuſpectus eſſe, dum S. Quirini martyris corpus, non ſecùs atque* S. Marci Papæ *corpus anno* 1031 *Aquileiam Româ tranſlatum affirmavit. Quibus de cauſis non apparet mihi iſta inſcriptio idoneum inſtrumentum ad perſuadendum, ejuſdem* S. Marci *corpus jam quieviſſe Aquileiæ ante Pontificatum S. Gregorii VII, quo ſedente, illud in cœmeterio S. Balbinæ Viâ Ardeatinâ, ubi conſtat primò ſepultum fuiſſe, inventum eſſe, ſuprà laudata, atque hîc ſubjicienda Tranſlationis Romanæ Hiſtoria multò veriſimiliùs enarrat.*

E

HISTORIA

TRANSLATIONUM,

Auctore Anonymo, veriſimiliter ſynchrono,

F

Ex Bibliotheca Vaticana Codic. Anon. f. 176.

PROLOGUS.

Compendium Vitæ ac virtutum ſancti Pontificis.

Marcus Eccleſiæ Romanæ diaconus a

SAcratiſſimi corporis beati & venerabilis Marci Papæ Tranſlationem *a* ſcripturus, pauca priùs de hiis, quæ in Pontificatu geſſit, perſtringere decrevi, ut & narrationis ordo competentior fiat, & audientium corda tanti Patris exemplo ad miſericordiæ opera facilius provocentur. Beatiſſimus itaque Marcus, athleta Chriſti, & Catholicæ fidei defenſor, ſub B. Sylveſtro, magiſtro & prædeceſſore ſuo, in diaconatûs Officio, non mundo, ſed Deo, ſtuduit militare,

litare, nichil terrenum, nichil carnale desiderans, sed tota mentis intentione ad æterna & sine fine mansueta* gaudia semper intentus, crucem suam post Dominum baiulavit. Legerat enim in Euangelio Dominum dicentem: " Qui non baiulat „crucem suam, & sequitur me, non potest meus „esse discipulus *b*. „ Timens igitur & multùm metuens, ne tanto Magistro haberetur indignus discipulus, despexit mundum, ut liber sequeretur Christum, dicens cum Apostolo: " Mihi au„tem absit gloriari, nisi in cruce Domini mei „Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifi„xus est, & ego mundo *c*. „

*mansura

b

c

2 Et quia juxta B. Jacobi Apostoli testificationem, qui voluerit esse amicus mundi, inimicus Dei constituitur *d*, mundum cum suis oblectamentis despexit, cum cruce Dominum sequens, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigendo: erat enim jejuniis & orationibus semper intentus, indutus omni tempore cilicio. Pro hiis itaque & aliis innumeris sanctitatis operibus, non tantùm Deo, verùm etiam hominibus carus & amabilis extitit, & maximè magistro suo, B. Silvestro, tunc Romano Pontifici, à quo in tantum diligebatur, ut sæpissime B. Silvester viva & aperta voce hunc solum inter cæteros fore, assereret, qui Pontificali cathedra dignus haberetur *e*. Mortuo igitur B. Silvestro, &, ut decebat, honorificè sepulturæ tradito, clerus populusque Romanus concordi voto, parique voluntate Marcum, diaconum, elegerunt Pontificem; qui, licèt multùm restiterit, seque indignum reclamaverit, Pontificali tamen cathedra ex more est sublimatus *f*. Qualem verò se in Pontificatu, quantumque præbuerit, quantæ sanctitatis, quantæque humilitatis, mansuetudinis ac benignitatis circa omnes extiterit, humana lingua non efficit * enarrare.

ob virtutes suas S. Silvestro in Pontificatu sufficitur,

d

B

e

f

*an. sufficit?

3 Neque enim, ut plerique, pro collato sibi honore in superbiam est elevatus, sed memor Domini dicentis: " Qui se exaltat, humi„liabitur; & qui se humiliat, exaltabitur *g*, „ majoris humilitatis apparuit, quàm cùm esset in Ordine diaconatûs. Denique, cùm in honore duodecim Apostolorum duodecim quotidie pauperes ad mensam haberet, ipse per semetipsum eis ministrabat; nec aliquid omnino corporalis cibi gustabat, nisi priùs eos refectos sentiebat, illius verè discipulum & imitatorem se ostendens, qui ait: " Non veni ministrari, sed mini„strare *h*. „ Nocturno verò silentio, cùm se homines sopori tradunt, illos in singulis thoris mollioribus collocabat, ipse autem super nudam terram quiescebat *i*, cilicio tantùm ad carnem indutus. Viduarum & orphanorum ac pauperum, Romæ degentium, negotia curabat, ut propria, eorumque nomina penes se scripta habebat, & de suis facultatibus, prout cuique opus esset, necessaria ministrabat. Hic duas fecit basilicas, unam Viâ Ardeatinâ, in qua requievit *k*, alteram in urbe Roma juxta Palatinas *l*; sed cùm omnipotens Dominus, invidorum aspernator, vellet, eum jam à labore quiescere, & laborum suorum æternam in cœlis mercedem recipere, post multa & inenarrabilia signa, quæ per eum Dominus gessit, ex hac luce subtractus est, reddiditque spiritum Deo, à quo illum acceperat, expletis annis duobus, mensibus novem in Episcopatu suo, diebus autem viginti *m*.

humilitate ac misericordiâ fulget, binas ecclesias condit, ac moritur.

g

C

h

i

k

l

m

ANNOTATA.

A. ANONYMO.

a *Tres translationes hic Anonymus enarrat, at quia harum postremam, quæ in urbem Romanam facta est, describendam propriè susceperat,* Translationem *dixit, non* Translationes.

b *Lucæ* 14, ℣. 27.

c *Ad Galatas cap.* 6, ℣. 14.

d *Lege B. Jacobi Epistolam cap.* 4, ℣. 4.

e *In nostra Vita* S. Marci *apographis eadem leguntur de illius diaconatu & promotione ad summum Pontificatum ex commendatione S. Silvestri, proximi ejusdem decessoris. Vide dicta in Commentario prævio num.* 19.

f *Id factum esse die* 18 *Januarii anni* 336 *probavi in eodem Commentario* § 2.

g *Lucæ cap.* 14, ℣. XI.

h *Lege cap.* 20 *Matthæi*, ℣. 28.

i *Quæ de misericordiæ operibus hîc præmissa sunt ac subdentur, leguntur etiam in aliquot nostris Vitæ apographis; sed quàm ea certa sint, quis dicat?*

k *Ubi & corpus ejus seculo* XI *inventum fuisse, hic infrà dicitur.*

l Palacinas *alii legendum monent. De utraque hac ecclesia vide dicta in Commentario prævio* §§ 1 & 2.

m *Imò solùm mensibus octo ac diebus viginti, anno verò* 336, *Nonis Octobris, ut probatum in Commentario prævio est à num.* 8.

E

CAPUT I.

Inventio sacri corporis in cœmeterio S. Balbinæ, Viâ Ardeatinâ; prima ejusdem translatio ad Castrum S. Silvestri, & secunda ad Castrum Julianum.

F

Inventum in cœmeterio S. Balbinæ corpus S. Marci,

a

b

SEpultus est Viâ Ardeatinâ in cœmeterio Balbinæ *a*, ubi cùm per longa tempora permansisset, videlicet usque ad tempora Gregorii septimi Papæ *b*, contigit, ut quidam cymiterium, in quo corpus S. Marci erat, intrarent, & dum diligenter inquirerent, sicubi vel Sanctorum reliquias, vel aliquid aliud, unde lucrarentur, invenire potuissent, venerabile corpus ex insperato invenerunt; quod cùm verè B. Marci corpus ex titulo, quem in sepulcro repererunt, fore cognoscerent, valdè gavisi sunt, quia talem thesaurum invenerant, ex quo & temporales divitias & æternas se posse consequi, non dubitarent.

fossor nuntiat clero S. Marci, ab eoque repulsus,

c

5 Unus igitur ex hiis, nomine Benedictus, festinus & plurimùm gaudens ad titulum S. Marci, quem ipse B. Marcus temporibus Constantini imperatoris in Urbe construxerat, cucurrit, & ipsius tituli *c* archipresbiterum, & omnes canonicos cautè conveniens, ubi B. Marci corpus esse, crederent, studiosè quæsivit. Quo audito, archipresbiter & clerici illud se in eadem ecclesia indubitanter habere, dixerunt. Quibus ille, Procul dubio, inquit, decepti estis, nec sic est,

A. ANONYMO.

ut ſperatis: nos enim illud nuper invenimus; & ſi veſtro æquo nobis moderamine dare vultis, integrum vobis corpus cum proprio titulo *d* dabimus. Illi autem prænominati Benedicti verba parvi pendentes, ejus aſſertionibus fidem accommodare noluerunt.

d

cum ſociis ſuis illud vendit illuſtri matrona in Campania,

6 Erat autem eo tempore Campaniæ in caſtro S. Silveſtri *e* uxor cujuſdam Theobaldi *f* illuſtriſſimi militis, nobiliſſima fœmina, Theutonica genere, quæ religionis intuitu nimio flagrabat deſiderio, ut Sanctorum reliquias in terra ſua poſſet habere; & dum ſedulò cogitaret, qualiter ...ium impleret deſiderium, tandem ſapienti uſa conſilio, Romam de ſuis fidelibus miſit, qui ad hoc maximè operam darent, ut alicujus Sancti reliquias, dato pretio *g*, ad eam deferrent. Venientes itaque Romam, dominæ mandata exequentes, prædictos foſſores obvios habuerunt; cúmque ab eis requiſiti cauſam itineris manifeſtâſſent, foſſores dixerunt: Si ſic eſt, ut dicitis, ecce, quod quærebatis, inveniſtis: & addunt: Nos habemus corpus S. Marci Papæ, quod, ſi juſtum pretium nobis recompenſare velitis, ſine dubio vobis trademus.

e *f*

g

B

à qua in erecta ipſi eccleſia dignè reconditur,

7 Sed quid multis immorari debeamus? Datâ pecuniâ, pretioſiſſimum corpus ad dominam ſuam in Campaniam detulerunt; quod illa, plurimùm gaudens, cum maxima devotione ſuſcepit, referens gratias Deo, qui non derelinquit ſperantes in ſe, & ſuorum fidelium petitiones dignanter exaudit: atque illico præcepit, non longè à Caſtro S. Silveſtri ad honorem S. Marci eccleſiam fabricari *h*, quâ expletâ, accitoque epiſcopo *i*, in cujus parochia erat, in eadem eccleſia cum maxima gloria ſanctiſſimum corpus pulcherrimo recondidit tumulo. Quod cùm ad aures archipresbyteri & clericorum tituli S. Marci perveniſſet, ineffabili mœrore dolentes & ſe ipſos *k* de negligentia accuſantes, communicato conſilio, in Campaniam ad dictam fœminam, quæ ſanctum corpus emerat, properare curaverunt, & ab ea, tamquam ſubjectum ſibi theſaurum, B. Marci corpus nunc piis commonitionibus, nunc graviſſimis minis, Papæ auctboritatem & Romanorum potentiam opponentes, requirere cœperunt.

h

i

k

C

fruſtra reclamantibus Romanis clericis S. Marci.

8 Quorum verbis religioſa fœmina ex inſperato perculſa reſpondit: Miror, prudentes & ſapientes clericos à me, tamquam furti rea, B. Marci corpus requirere, quod nec furata ſum, nec furari mandavi. Fateor (inquit) inveni theſaurum, quem de meis opibus libentiſſimè acquiſivi, & acquiſitum debita veneratione tuto recondidi in loco: nunc nec blanditiæ ſubtrahent, nec minæ tollent, nec cujuſlibet potentis violentia rapiet. Verùm, ſi vel Papæ majeſtas, vel Romanorum magnitudo, ad reddendum, quod vitâ carius habeo, me aliquando cogere vellet, ego mihi exilium in partes Occiduas magis eligerem *l*, quàm uno die vellem hoc quoquo modo carêre. Accepta autem tam incommoda reſponſione triſtiores effecti, qui perrexerant, clerici ad Urbem regreſſi, cum hiis, qui remanſerant, & cum omnibus parochianis, ad recuperandum amiſſum theſaurum ſollicitiores eſſe cœperunt.

l

Tempore Paſchalis II, deſtructo S. Silveſtri caſtro, incola caſtri S. Juliani

m

9 Temporibus itaque ſanctæ recordationis Papæ Paſchalis *m*, filii illius mulieris, cujus ſuprà memoriam fecimus, quæ ſacrum corpus comparaverat, matre eorum jam dudum mortua, adverſus Dominum Papam arma ſumpſerunt; unde ſæpe commoniti, cùm ſtultitiâ ſuâ nullatenus ceſſare voluiſſent, indignans Dominus Papa ad comprimendam & edomandam eorum ſuperbiam, & de Urbe, & de tota Campania contra eos exercitum conduxit, & Caſtrum S. Silveſtri, Domino juvante, cepit atque deſtruxit *n*. Fuerunt autem in illo exercitu quidam ex parochianis S. Marci, licèt pauci, qui ſanctum corpus ejus exinde tollere, & ad propriam eccleſiam reducere conati ſunt; ſed à multitudine prohibiti, quod propòſuerant, minimè adimplere potuerunt. Quo comperto, clerici & laici, qui Julianum *o* caſtrum inhabitabant, multùm metuentes, ne ſimili occaſione Romani ad eaſdem partes iterum euntes ſanctum corpus tollerent, ſecumque deferrent, ad jam dictam eccleſiam, quæ, tum morte ſuæ fundatricis, tum deſtructione caſtri, quaſi derelicta erat, convenerunt, & inde ad Julianum caſtrum mirificum corpus cum maximo honore tranſtulerunt.

D

n

o

ablatum S. Marci corpus in eccleſia S. Viti condiderunt.

10 Facta eſt autem inter caſtrenſes contentio, ubinam corpus recondi debuiſſet, alii numquam *p* intra caſtrum, alii in matrici eccleſia S. Viti, quæ Ad Pinum dicitur, recondendum fore, cenſebant. Poſt multorum tandem verborum contentiones & jurgia, armorum quoque graviſſimos ſtrepitus, majorum & potentiorum conſilio in præfata S. Viti eccleſia per manus Velitrenſis epiſcopi *q* in optima concha reconditum eſt venerabile corpus, in ipſa verò altaris conſecratione, clericis ſimul ac laicis conſulentibus, ad honorem beatiſſimi Marci, cujus ſacroſanctum corpus manu tractavit, & devotiſſimè conſecravit magnæ ſanctitatis epiſcopus *r* ipſam B. Viti eccleſiam ſecundam à Velitrenſi ſedem perpetuò ſtabilivit & confirmavit, pro eo videlicet, quia ſummi & univerſalis Pontificis corpus ibidem recondiderat.

p

E

ANNOTATA.

a *Omnino conſtat, ipſum in illo S. Balbinæ cœmeterio ſepultum fuiſſe, quod ab ipſo etiam* S. Marci *dictum legitur, atque ab aliis in* Via Ardeatina, *ab aliis in* Via Appia *locatur. Adi Commentarium prævium num.* 3, *ubi diverſi loquendi modi ratio allegata eſt.*

b *S. Gregorius VII Papa, cujus geſta in Opere noſtro expoſita habes ad diem* 25 *Maii, Eccleſiæ Dei præfuit ab anno* 1073 *uſque in* 1085; *ac proinde* S. Marci *corpus in prædicto cœmeterio octavum jam ſeculum jacebat, quando ibidem inventum fuiſſe, Anonymus noſter hìc incipit narrare.*

F

c *Verè antiquum Romæ eſſe* S. Marci *Papæ titulum, qui hodieque ſupereſt, oſtendi in Commentario prævio num.* 6.

d *Id eſt, cùm ſimul inventa ſepulcrali inſcriptione, ex qua conſtabat, corpus iſtud* S. Marci *Papæ eſſe.*

e *Per* Campaniam *hìc indicari* Campaniam Romanam, *manifeſtum fit ex ſequentibus. De Caſtro S. Silveſtri vide obſervata in Commentario prævio num.* 39 *& duobus ſequentibus.*

f *Vellem, ut certiorem horum duorum illuſtrium conjugum notitiam dediſſet. Adi Commentarium prævium num.* 39.

g *Eruditis notum eſt, fuiſſe aliquando, qui religioni ſibi non ducerent Sanctorum reliquias pretio mercari.*

h *Hinc etiam conjice, exiguum iſtud caſtrum fuiſſe; alioquin enim videtur pia illa matrona eccleſiam vel ſacellum intra illud potiùs, quàm*

extra

A *extra, condendo ſacro corpori conſtructura fuiſſe.*

i *Fortaſſe Velitrenſi.*

k *Sic reſtitui, cùm in apographo noſtro perperam legeretur:* Ex ſe ipſis.

l *Id eſt, illuc cum ſacro corpore confugerem.*

m *Deſignatur Paſchalis II, qui ab anno* 1099 *uſque in* 1118 *Apoſtolicam S. Petri Romanam Cathedram tenuit.*

n *Conſule Commentarium prævium num.* 40 *& ſequenti.*

o *Eſt hoc diœceſis Velitrenſis, inter cujus præcipua oppida recenſetur apud Orlendium parte* 2 *Orbis ſacri & profani tom.* 1, *pag.* 603. *Vide etiam dicta in Commentario prævio num.* 39.

p *An legendum*: Namque?

q *Apud Ughellum tom.* 1 *Italiæ ſacræ, col.* 46 *in Veliternenſium ante hujus eccleſiæ cum Oſtienſi conjunctionem, anno* 1150 *ab Eugenio III factam, epiſcoporum Catalogo poſtremus* Leo *ponitur velut anno* 1105 *conſtitutus; verùm alii hunc Leonem Vercellenſem epiſcopum fuiſſe putant, nec videtur completus is Catalogus, ut dicere nequeam, hicne, an alius apud Anonymum indicetur.*

B r *Quis hic* magnæ ſanctitatis epiſcopus? *Idemne, qui ſuprà Veliternenſis, an alius?*

CAPUT II.

Sacri corporis è caſtro Juliano ad ſui nominis eccleſiam Romam tranſlatio: miracula quædam ibidem mox obtenta.

A tumultuantibus adverſus Eugenium III Romanis

Anno verò ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto facta eſt in Urbe valida turbatio, ita ut clerus in populum, & populus in clerum univerſaliter agerent *a*: increſcente autem perſecutione, Eugenius, qui poſt Papæ Lucii mortem in Romanum Pontificem eſt *b* electus, communicato epiſcoporum & Cardinalium conſilio, Urbem dimiſit, & ad Farfenſe monaſterium exiit, ibique, Spiritu ſancto cooperante, per manus Sabinenſis & aliorum epiſcoporum ſolemniter eſt conſecratus; & quia contra Romanorum impetum ibi non erat illi tutum manere, cum epiſcopis & Cardinalibus Narniam *c* conceſſit. Comites autem, qui circa Urbem erant, iram, indignationem & fortitudinem Romanorum timentes, & Tiburtinæ civitatis ruinam ante oculos ſemper habentes *d*, ne ſimiliter ſub Romanorum potentiam caderent; Narniam ad dominum Papam commune fecerunt confugium, & ibi ſolito more illi fidelitatem juraverunt.

a

b

C

c

d

capto incensoque caſtro Juliano, quidam eorum

12 Poſt hæc verò, ipſo domino Papa mandante, contra ſenatum & populum Romanum, quibus modis poterant, comites pugnare cœperunt *e*: unde ſenatus populuſque Romanus magis irâ commotus, & graviùs indignatus, copioſa equitum & peditum multitudine collecta, ad illos expugnandos in fortitudine exiit, Julianum caſtrum invaſit, cepit, & igne cremavit. Tunc parochiani S. Marci, qui ibi erant, ad memoriam reducentes, quoquo modo de Urbe *f* ad caſtrum S. Silveſtri, & inde ad Julianum B. Marci corpus delatum & reconditum fuerat; quò illud tollerent & Romam ad ſuum titulum deferrent, nimio deſiderio cœperunt eſſe ſolliciti; ſed ignorantes, ubi reconditum erat, cœperunt ab hominibus, qui de vicinis caſtellis advenerant, quaſi oraturi & munera pro devotione oblaturi, ſollicitè inquirere, ubi glorioſum corpus reconditum fuiſſet.

e

f

A. ANONYMO.

Sancti corpus ex altari ſecretò tollunt, & Romam versùs deferentes

13 Divinâ itaque providentiâ factum eſt, ut clerici, qui factarum tranſlationum conſcii fuerant, & locum & altare, ſub quo in marmorea concha corpus erat reconditum lætenter * indicarent. Quo cognito, ſecretò intrantes eccleſiam, januis clauſis, pio, ut illis viſum eſt, ſtudio, altari diruto, corpus de concha tulerunt, & in ſyndone ligatum ad commune detulerunt hoſpitium. Eo verò tempore, quo reliquiæ de eccleſia tollebantur, cùm magna eſſet cæli ſerenitas, ſubitò aëre in nubibus concreto, coruſcationes & tonitrua tam gravia facta ſunt, ut totus exercitus, tamquam de imminenti morte, timeret, & ſi quid commiſſum eſſet, emendari ſine dilatione, terribiliter conclamarent. Hii verò, qui ſecretò corpus abſtulerant, timentes, ne fortè exercitus de corporis ablatione cogноſceret, duos ex ſuis elegerunt, quibus pretioſiſſimum theſaurum Romam deferendum commiſerant, qui latenter exercitum dimittentes *g*, ad Urbem redire cum maximo gaudio properabant. Legatos autem, antequam Julianum perveniſſent, ad Joannem, venerabilem archipresbyterum S. Marci præmiſerant, ut *h* duos ex clericis, quos vellet, illùc abſque dilatione dirigeret.

sic ibique

E

g

h

obviantibus ex Urbe accitis clericis tradunt,

14 Quo audito, archipresbiter & clerici primò quidem, quidnam hoc eſſet, quòd cum tanta feſtinatione vocabantur, attoniti cogitabant; neque enim cauſam itineris legatis indicaverant. Deinde verò deliberato conſilio, duos clericos, unum videlicet presbiterum, & alterum diaconum, ſimulque quemdam ſatis honeſtum & fidelem laicum feſtinanter miſerunt; qui autem miſſi ſunt, juxta Vellitrum *i* redeuntibus & ſacrum corpus deferentibus obviaverunt; cùmque ſe invicem ſalutâſſent, & cur pergerent, inquiſiti manifeſtâſſent, delatores ſacri corporis dixerunt: Nolite ultrà in eundo laborare; quia, ecce, nos deferimus, pro quo vocati veniſtis: & oſtenderunt illis pretioſiſſimum corpus, quo viſo, inenarrabili repleti gaudio, tendentes ad ſydera palmas, plurimaſque lacrymas ex ingenti lætitia fundentes, Regi regum Chriſto pro collato ſibi munere gratias innumeras retulerunt, & cum tremore & maxima reverentia oblatum theſaurum receperunt, atque impreſſis ſigillis eum munientes, uſque Albam *k* eo die redierunt, ibique pervigilem noctem ducentes, cum magna diligentia, quod acceperant, cuſtodierunt.

i

F

k

quod dum hi in Urbem ferunt, ſecreto divinitus patefacto,

15 In eadem verò nocte plurimùm inter ſe contulerunt, utrùm in manifeſto, an in occulto, deportari debuiſſet: manè autem facto ſurgentes, & reliquias ſanctas occultè ferentes, venerunt ad portam civitatis, quæ propter Lateranenſem eccleſiam, juxta quam ſita eſt, S. Joannis *l* dicitur, illique * deliberato conſilio rogaverunt laicum, qui ſecum perrexerat, ad eccleſiam S. Marci properare, & archipresbiteri ac cœterorum fratrum in ea degentium voluntates inquirere, qualiter ſanctum corpus deferendum cenſerent; & dixerunt: Nos te lento gradu ſequemur uſque ad eccleſiam S. Quirici *m*, ibi-

* *an* ibique?

m

A. ANONYMO.

ibique te expectabimus. Laicus igitur festinus processit, &, sicut ei dictum fuerat, acceptis in partem archipresbitero & clericis, cùm eventum rei aperire cœpisset, mulieres, quæ ad audiendam Missam convenerant, quasi divino oraculo commonitæ, nemine sibi indicante, sed (credo) Spiritu sancto revelante, cœperunt ad invicem dicere: Ecce, corpus S. Marci venit; & accedentes ad campanas, sicut noverant, eas pulsabant.

à multitudine occurrentium impediti cogantur in ecclesia S. Mariæ deponere:

6 Tunc clerici videntes, quæ fiebant, & quodammodo voluntatem Sancti ex hiis intelligentes, statuerunt venerabile corpus cum debito honore ad suam ecclesiam deferre. Qui autem reliquias deferebant, venerunt ad S. Quiricum, ibique paululùm subsistentes audierunt campanas sonantes, & subitò viderunt etiam pueros sibi obviantes, & de adventu sancti corporis Dominum laudantes. Videntes itaque, quia, quod ipsi occultaverant, Deus manifestum fecerat, venerunt ad ecclesiam S. Mariæ in campo Careleonis *n*, &, quia præ multitudine occurrentium virorum ac mulierum ultrà progredi non valebant, dictam S. Mariæ ecclesiam intraverunt, & super altare mirificum corpus deposuerunt: nam ubi per Urbem divulgatum est, quòd ad ecclesiam S. Marci ipsius corpus deferretur, factus est illùc clericorum & laicorum, ac mulierum quoque, maximus & gloriosus concursus.

n

B

unde Idibus Maii ad suam ecclesiam solemniter transfertur.

17 A dicta verò ecclesia S. Mariæ cum magnâ clericorum processione & debita exultatione ad suam domum & propriam ecclesiam cum maximo labore Idibus Madii, quod est, quinto decimo die ejusdem mensis delatum est corpus: tanta enim erat utriusque sexus & ætatis concurrentium multitudo, ut sancti corporis baiuli sæpe inter comprimentium pedes caderent, ac vix à comitantibus adjuti valerent assurgere. Gaudens igitur Civitas & exultans suum recepit Pontificem, domus Factorem, ecclesia propriun Ædificatorem, propria familia Patronum & dominum recognovit. Deus autem, qui mortuos mundo cælitus mirificat Sanctos, multa per B. Marcum signa & mirabilia in ipsius corporis adventu ostendere dignatus est.

C

Ad ejusdem lipsanothecam puella amissum brachii.

18 In ipso namque adventus sui die quædam puella, quæ non ampliùs, quàm duodecim videbatur annorum, cujus brachium ita ex infirmitate obriguerat, ut ejusdem brachii manus, nisi altera manu sustentata, nusquam inclinari, nec aliquo modo ad os duci potuisset, ad sacrum corpus accessit, & spe recuperandæ salutis scrinio, in quo sacri corporis reliquiæ continebantur, prece, quâ poterat, pro salute sua Dominum supplicans, emortuum brachium supposuit; cúmque per unius ferè horæ spatium sic permansisset, brachium, quod usque ad illud tempus absque usu vitæ permanserat, cœpit quodammodò revivisere, ac subitò pristinæ saluti restitutum est, ita ut omnis infirmitatis oblita nichil umquam passa fuisse videretur. Puella itaque, quæ per multa tempora gravi infirmitate afflicta fuerat, per beatissimi Marci merita in momento sanitati reddita, Liberatorem suum, fusis lacrymis, plurimùm laudans ac benedicens, sana remeavit ad propria.

puer manuum pedumque usum

o

p

19 In regione verò, quæ Trivium *o* dicitur, juxta ecclesiam B. Nicolai in Arcione *p*, vir quidam, Letulus nomine, filium, manibus & pedibus à pueritia debilem, habuit, & ita semper pronum, ut à terra per se nullo modo posset exurgere. Hunc pater de exercitu rediens, auditâ famâ sanctitatis ejus, & mirabilibus, quæ per eum fiebant, ad ecclesiam S. Marci cùm cereis & oblationibus, de ejus salute confidens, plena devotione portavit; cujus *q* fidei integritatem omnipotens & misericors Deus, qui mirabilis est in Sanctis suis, & humilium preces miseratus exaudit, per intercessionem B. Marci tantam puero contulit sanitatem, ut, depulsa omni debilitate, suis puer pedibus rediret ad propria, quodque vellet, manibus teneret atque tractaret, & patris vestigia sequens, qui fuerat pronus, expeditus & rectus, quò vellet, procederet.

D

q

recipiunt puella gutturis tumore ac cruciatu liberatur.

20 Sequenti verò nocte pater, ne ingratus beneficiis videretur, &, ut, quod ipse de virtutibus Sancti in filio expertus fuerat, cæteris palàm faceret, filium, quem sanum receperat, ad ecclesiam S. Marci cum statua cereæ, quæ ob memoriam liberati filii ante corpus B. Marci penderet, reduxit; ibique per totam noctem cum cæteris, qui vigilias celebrabant, puerum sanum & incolumem, hùc atque illùc per ecclesiam discurrentem, cunctis ostendens, divini Salvatoris laudabat magnalia, omnesque, qui erant in ecclesia, excelsa voce benedicebant Dominum, qui per famulum suum, beatissimum Marcum, tale tantumque dignatus est operari miraculum. Quædam quoque puella de ultramontanis partibus, quæ gulla *r* tumorem & intolerabilem patiebatur dolorem, & nullis poterat medicorum liberari suffragiis, eodem tempore ad B. Marci ecclesiam venit, & loculum, in quo beatissimum corpus erat, fusis lacrymis & multiplicatis precibus, tangens coram omni multitudine, quæ devotè convenerat, magnum evomuit vermem, & statim gulæ tumore atque dolore deposito, ad beatissimi Marci gloriam & honorem liberata est.

E

r

Clauda unoaspidis usum, deinde reduæ etiam alterius recipit,

s

21 Inter languentium etiam multitudinem quædam puella de regione Parionis *s*, utroque pede clauda, tunc ad eamdem ecclesiam delata est, quæ cùm ante corpus B. Marci jacêret sub scrinio, supra quod corpus erat, alterum pedem extendens, maximum nervorum, qui contracti fuerant, persensit dolorem, & post dolorem consequuta est sanitatem. Altero itaque pede sano, & altero claudo, quæ per alios ad ecclesiam venerat, per se ipsam ad propria rediit. Vicini ergò atque vicinæ, videntes, quod de ea factum est, Deo & B. Marco laudes debitas reddiderunt; puellam ipsam per B. Marcum de altero pede sanandam ad ecclesiam redire pietatis affectu monentes, & plurimùm compellentes. Timens enim illa, in altero pede sanando similem pati dolorem, redire ad ecclesiam recusabat. Tandem verò illuc compulsa rediit, & non minùs aliorum, quàm sua, fide valetudinem in altero pede non sine magno miraculo recepit. Nam cùm die Dominica, quæ sexta erat ab ea, quâ sacratissimum corpus delatum est *t*, plurimi ex diversis partibus convenissent, vix pauci, quod de ea factum fuerat in altero pede, miraculum crediderunt.

F

t

cum magna præsertim admiratione

22 Erant autem inter eos quàm plurimi, qui B. Thomæ dubitationem magis, quàm centurionis fidem, sequentes, dicerent: Nisi oculis nostris viderimus, nequaquam credimus; si tamen in altero pede sanitatem receperit, quod de isto asseritis, dubitare minimè poterimus. Erat enim ita distortus, ut, quia pes esset, vix discerni potuisset. Clericis igitur ejusdem ecclesiæ Vesperas

A sperâs de more solemniter celebrantibus, ecce, subitò puella, quæ sananda advenerat, terribilibus clamoribus totam replevit ecclesiam. Aiebat namque, nimio & intolerabili dolore se constringi, ex quo nervi, priùs contracti, cœperunt extendi. Sed quid dicam? Cuncti, qui in ecclesia erant, tantis clamoribus pulsati, certatim currentes, &, cur clamaret, inquirentes, atque cognoscentes, Domino Jesu Christo, Salvatori nostro, lacrymabiliter pro eâ preces fundebant, seque reos de sua incredulitate clamabant. Puella itaque statim post dolorem sanata, gaudens & exultans, Dei & B. Marci ancillam se præferens, directo gressu ad propria remeavit.

23 Pauper verò quidam, Ardeatinus *u* genere, per longa tempora dextero brachio claudus *x*, audiens, quæ Deus per B. Marcum mirabilia faciebat, ipse quoque festinus ad ecclesiam venit; sed pro frequentis populi multitudine verè * ad loculum, in quo corpus erat, appropinquavit, ipsumque loculum claudo brachio tangens, fusis circumstantium precibus, subitò salutem recepit. Pia itaque simplicitate ante ipsius Beatissimi altare humiliter procidens, B se ipsum ecclesiæ obtulit, & quoad viveret, fidelem debita devotione commisit.

& fructu.
u
x
**an ægre?*

ANNOTATA.

a *Seditionis Romanorum causa fuit, quòd hi contra morem, invitisque summis Pontificibus Innocentio II, Cœlestino II & Lucio II, senatum Patriciumque Romanum constituissent, eosque à recèns electo Eugenio Papa confirmatos vellent. Vide Annales Ecclesiasticos Cardinalis Baronii, & Muratorium in Annalibus Italiæ ad annos* 1143 *& sequentes.*

b *Obiit Lucius II mense Februario anni* 1145, *quo Eugenius III ei suffectus fuit, de cujus fuga, consecratione in monasterio Farfensi, ceterisque hùc spectantibus, consule, si lubet Annales mox laudatos.*

c Narnia, *Italicè* Narni, *episcopalis civitas est ditionis Pontificiæ in Umbria: verùm non* Narniam, *sed* Viterbium, *Patrimonii caput, fugisse Eugenium, constanter tradunt alii scriptores, ut Anonymus noster memoriâ lapsus fuisse videatur. Consule tamen Commentarium prævium num.* 42 *& sequenti.* C

d *Vide, quæ de hoc Anonymi loco disserui in Commentario prævio num.* 44 *& duobus sequentibus.*

e *Ex prædictis Annalibus etiam constat, Eugenium III armis adversus rebelles Romanos usum esse.* A. ANONYMO.

f *Id est, ex Romano S. Balbinæ in Via Ardeatina cœmeterio, ut patet ex præmissis.*

g *Id est*, Clàm ab exercitu recedentes.

h *Sic correxi, cùm in apographo nostro &* pro ut *haberetur.*

i Velitræ, *Italis* Veletri, *Pontificiæ ditionis in Campania Romanâ civitas episcopalis est, cujus antistes simul episcopus Ostiensis est; estque Juliano Romam euntibus obvia.*

k Alba, *seu* Albanum, *altera Campaniæ Romanæ episcopalis civitas est, Romam versus tria circiter milliaria Gallica Velitris distans, ac ferè sex ab urbe Romana.*

l *Alias etiam* Porta Cœlii montis *appellatur, ab eaque incipit* Via Campana.

m S. Quirici *nomine admodùm vetusta urbis Romæ ecclesiâ est, in regione Montium sita, à Sixto IV restaurata, & Cardinalitio titulo insignita, uti videri potest apud Pancirolum in Thesauris absconditis urbis Romæ, aliosque.*

n *Est & hæc ecclesia*, S. Maria in Campo Carleo *Italicè dicta, in eadem regione Montium. Vide laudatum Pancirolum. Porrò tam hæc, quàm prædicta S. Quirici ecclesia sic sunt in Tabulis topographicis urbis Romæ notatæ, ut à porta S. Joannis Lateranensis, seu Campana, ad* S. Marci *ecclesiam pergentes easdem facilè potuerint adire.* E

o Trivium, *Italis vulgò* Rione di Trevi *appellatum, tertia est Romanæ urbis regio.*

p *Laudatus Pancirolus ait, eam ecclesiam propriè* de Archimoniis *dici à familia, cujus eo loci area olim fuit, Italicè verò* de gli Archimonii, *corruptè* de gl'Arcioni, *atque etiam* S. Nicolò à capo case *vocitari; eamdemque in regione Trivii pariter recenset.*

q *Fortè legendum hîc est:* Ob cujus *&c, aut altera deest vocula.*

r *Id est*, Gulæ, *seu* Gutturis.

s *Vulgò* Rione di Parione, *quæ duodecima est urbis Romanæ regio.*

t *Anno* 1145 *dies* 20 *Maii erat Dominicus, & à die* 15 *ejusdem mensis, quo* S. Marci *corpus in sua ista ecclesia fuerat collocatum, fuit dies* 6, *si à die* 15 *inclusivè, ut fieri debet, numeretur.*

u Ardea *castrum est ditionis Pontificiæ in Campania Romana.* F

x *Id est, captus.*

DE S. HELANO PRESB. CONF.

IN PAGO REMENSI IN GALLIA.

SYLLOGE. C. B.

SECULO VI. *Sanctus, cujus genuinum nomen Helanus est.*

Septem inter fratres, à vitæ sanctitate omnes passim commendatos, nec tamen omnes (adi Operis nostri tom. 2 *Maii pag.* 302 *in Annotatis) Fastis sacris inscriptos, quos unà cum tribus sororibus suis Francla, quæ aliis* Frauda, *Promptia & Possenna ex Hibernia in Campaniam peregrinationis ob amorem Christi causâ venisse Flodoardus in ecclesiæ Remensis Historia lib.* 4, *cap.* 9 *memoriæ prodit, primo loco Gibrianum, secundo* Helanum *recenset. In prioris è binis hisce Sanctis Vita, ad* VIII *Maii diem, quo is colitur, apud nos jam edita, idem etiam sit, uti & in aliis monumentis omnibus à me visis, quæ fratres illos septem, singulorum expressis nominibus, serie continua commemorant. In iisdem porrò monumentis ferè omnibus* Helani *nomine Sanctus hic noster con-*

AUCTORE C. B.

constanter distinguitur, uti etiam loco cit. à Flodoardo. Colvenerius quidem in suis in Remensem Flodoardi Historiam Scholiis ad proximè cit. hujus locum observat, in Ms. codice, quo usus est, aliena manu Helanum, *qui desiderabatur, additum fuisse & pro eo in vulgatis* Tesanum *reperiri; verùm hoc in suis, quas ad* VII *Februarii diem S. Tressani, qui & ipse* S. Helani *frater fuit, Vitæ subnexuit, Annotationibus pro mendo habet Colganus; quia nempe, ut ibidem ait,* Helanus SS. Gibriani & Tressani frater non sub Tessani, sed HELANI nomine passim recolitur in Menologiis ad VII Octobris & in Officio SS. Remensis diœcesis, quod penes me exstat. *Ita ille, &, quamvis, quodnam hîc memoret diœcesis Remensis Sanctorum Officium, haud sciam, rectè quidem, quantùm opinor. Quare cùm Sanctus in mox dicta fratris sui Tressani seu, ut aliàs scribitur, Tresani Vita, ad* VII *Januarii diem apud nos edita, & jam inde, ut ibidem suspicatus est Bollandus noster, à seculo septimo scripta,* Helanus *etiam, non secùs atque id in monumentis suprà memoratis fit, vocetur, genuinum ejus nomen* Helanus *verosimillimè fuerit, licèt interim etiam* Emanus, Elanius *aut paulò aliter præterea vocatus reperiatur. Hisce observatis, antequam ad alia progrediar, quoddam* Helani *Vitæ compendium præmitto.*

B

Vitæque Compendium hîc datur.

2 *Ita habet:* Clodoveo, rege Francorum, recenter ad fidem Christianam converso & baptizato, cùm res ecclesiæ Gallicanæ imprimis regerentur à S. Remigio, archiepiscopo Remensi, ex Hibernia insula, quam Scotorum gens incolebat, in Christiani vigoris dignitate florens, omnibusque vicinis gentibus fide præpollens, ut scribit Jonas abbas initio Vitæ S. Columbani Hyberni, qui cùm suis discipulis centum annis post S. Helanum & fratres ejus magnam partem Galliæ, Germaniæ & Italiæ monasteriis replevit; ex ea, inquam, insula, peregrinationis ob amorem Christi gratiâ, septem fratres, eximia pietatis ac virtutum exemplaria, cum tribus sororibus suis divina inspiratione incitati, venerunt in Franciam. Nimirum Gibrianus, Helanus, Tresanus, Germanus, Veranus, Habranus & Petranus; Frauda, Promptia & Possenna, qui cùm pervenissent ad S. Remigium, peregrinorum patrem, humaniter ac benignè eos excepit, cognitoque

C

sancto illorum proposito, constituit, ut supra Matronam fluvium loca opportuna sibi deligerent ad habitandum, seque mutuò visitandum & juvandum. Non enim eleëmosinis tantùm vivebant eorum, quos piissimus præsul commendârat, sed etiam ex industria sua & labore manuum pro consuetudine Religiosorum Hyberniæ & aliorum ejus sæculi ac præcedentis secundum statum & conditionem ipsorum. Qua vitæ ratione conjuncta cum mira sanctitate ac devotissimis orationibus, magnopere gratiam sibi conciliârunt eorum, qui loca illa incolebant. Ex iis Helanus sanctus sacerdos elegit sibi Buxiolum villam, pratis ac vineis amœnam & ubertate glebæ non imparem vicinis locis. In qua per multos annos sobriè, piè ac justè vivens, & plebem erudiens ac formans in iis, quæ sunt fidei, pietatis ac morum, peracto bono certamine, tandem feliciter in Domino quievit; idemque prestitit, quod ejus fratres, qui vitâ & morte sua diœcesim Remensem & Catalaunensem illustrârunt.

3 Nos beati Helani patroni nostri merita jam in tuto posita securi magnificemus, qui, gubernaculum fidei viriliter tenens, anchoram spei tranquilla in statione reposuit, & plenam cælestibus divitiis & æternis mercibus navem optato in littore collocavit, eumque imitari studeamus. *Hoc Vitæ* S. Helani *compendium, seculo præterito, quantùm opinor, è Flodoardo aliisque, uti ad marginem notatur, primùm contextum; ad manum etiam habuit Colganus, partemque ex eodem in Appendicem, Vitæ S. Tressani ad* VII *Februarii diem à se subnexam, intulit; fuit autem, non quidem Vitæ, uti à Colgano vocatur, sed Lectionum titulo unà cum aliis aliquot, quæ de aliis Sanctis sunt, Lectionibus apud Nicolaum Constant anno* 1612 *Remis parvo libello excusum. Et hæ quidem Lectiones tres sunt numero, uno singulæ è numeris ordinalibus* IV, V *&* VI *secundùm locum, quem occupant, affectæ; quod cùm ita sit, Officii ecclesiastici, quod de* S. Helano *recitandum fuerit, partem seu tres secundi Nocturni Lectiones constituunt, licèt interim in excuso libello, qui eas complectitur, nec Officii de* S. Helano *recitandi, nec ecclesiæ, ad cujus usum dictæ Lectiones fuerint impressæ, mentio uspiam fiat. Atque ea de re minùs adhuc dubitandum idcircò est, quòd Lectionibus sequens etiam, præmissâ Antiphonâ,* Hic Vir despiciens mundum *&c, de* S. Helano *Oratio subdatur:* Intercessio nos, quæsumus, Domine, beati Helani confessoris tui commendet: ut, quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. per.

Officio ecclesiastico cujus tres Lectiones istud constituunt,

E

4 *At verò, cùm in præfato, ut jam dixi, libello, qui Orationem hanc simul & tres de* S. Helano *Lectiones complectitur, ad cujus hæ ecclesiæ usum fuerint, nuspiam exprimatur, nihilne aliunde suppetit, quo determinari hac utcúmque queat? In Breviario Remensi, anno* 1630 *excuso, penesque nos exstante nec Officium de* S. Helano *recitandum, nec commemoratio de eo facienda proponitur; ut sanè, quas memoratus libellus de* S. Helano *exhibet, Lectiones Oratioque, his subnexa, fuerint ad usum, non quidem universæ diœcesis Remensis, sed particularis dumtaxat in hac sitæ ecclesiæ; hæc autem quænam sit, comperire hactenus haud quivi. Pro Remensi interim SS. Timothei & Apollinaris ecclesiâ, quòd in hujus Martyrologio* Helanus *ex mox dicendis sit inscriptus, pronuntiare malim. Utut sit, quin equidem Sanctus in aliqua diœcesis Remensis ecclesiâ Officio ecclesiastico colatur, dubitare non sinunt, quæ de libello, Remis anno* 1612 *excuso tresque de* Helano *Lectiones unà cum Oratione & Antiphona complectente, dicta jam sunt. Nec dubitandum etiam reor, quin aliquo saltem Cælitum honore gaudeat Buxioli, diœcesis Remensis vico, qui, quemadmodùm Castellanus adjectâ ad Martyrologii Universalis à se contexti marginem Notulâ docet, modò* Bisseuil *vocatur, nec alius esse videtur, quàm vicus Bissueil, apud Bleavium in Geographica diœcesis Remensis Tabula Sparnacum inter & Catalaunum ad Matronam notatus. Ita autumo, quia* Helanus, *uti in jam dato Vitæ ejus Compendio traditur atque ab omnibus admittitur, Buxioli & vitam sanctè egit & sepulturam præterea obtinuit, nec inde corpus ejus aliò fuisse translatum invenio. Adhæc ibidem in Remensis SS. Timothei & Apollinaris monasterii Martyrologio apud Marlotum lib.* 2 *Hist. Metropolis Remensis cap.* XV *hodie hisce verbis annuntiatur:*

In aliqua diœcesis Remensis ecclesia colitur, Fastis sacris, qui hic

F

Nonas

A Nonas Octobris in pago Remenſi, vico, qui vocatur Buxiolus, depoſitio ſancti Helani presbyteri & confeſſoris. *In eodem Martyrologio apud Sollerium in Uſuardinis Auctariis* Elanius, *ac* Buxioſus *pro* Buxiolo *exhibetur; ſed perperam ſanè, cùm & in dato vitæ compendio & in omnibus ferè monumentis aliis, in quibus vel Sanctus, vel vicus, in quo hic ſanctè vixit obiitque, memoratur,* Helanus (*adi num.* 1) *&* Buxiolus *efferatur.*

recenſentur, exſtat inſertus,

5 *Ac inprimis quidem Molanus, qui* S. Helanum *concinnato à ſe Martyrologio inſeruit, his id verbis facit:* In pago Remenſi, vico, qui vocatur Buxiolus, depoſitio ſancti Helani presbyteri & confeſſoris. *A Molano quantùm ad modum, quo Sancti ſimul & vici, quo is obiit, tumulumque nactus eſt, nomina exarant, minimè abludunt, qui eum quoque hodie in Faſtis ſacris à ſe concinnatis celebrant, Conſtantinus Ghinius, Thomas Dempſterus & Andreas Sauſſayus; prior enim in Canonicorum Natalibus hodie* Helanum, *utut interim canonicis meritò non accenſendum, ita memorat:* In pago Rhemenſi
B S. Helani, presbyteri & confeſſoris. Hic, poſt laudabilem vitam in pace defunctus, in vico, qui Buxiolus dicitur, ſepultus jacet; *ſecundus verò in Menologio Scotico id hunc in modum facit:* In pago Buxiolus depoſitio Helani presbyteri. *Quod porrò ad tertium ſeu Andream Sauſſayum pertinet, his ille,* Helanum *paulò prolixiori elogio exornans, verbis utitur:* In pago Remenſi, vico Buxiolo, depoſitio ſancti Helani presbyteri & confeſſoris, qui, ſæculi vanitatibus abjectis, ſpontanea ſui ipſius abnegatione Chriſto ſe immolavit, in cujus aſſiduo famulatu editis copioſis animarum lucris & collectis immenſis meritorum juſtitiæ manipulis, lætus ad repromiſſam perrexit beatitudinem. *Atque ita modò habemus, non tantùm quod hîc oſtendendum erat, verùm etiam Faſtos aliquot ſacros, quibus hodie Sancti noſtri nomen exſtat inſertum. Hiſce porrò accedunt excuſi duo, qui penes nos exſtant, Sanctorum Hiberniæ & Scotiæ Catalogi, Ms. item, in quo* Emanus *pro* Helano *perperam ſcribitur, Florarium noſtrum, Germanicum Walaſſeri Martyrologium, aliudque præterea Latinum, quod Galeſinium habet auctorem, ac tandem etiam ipſum Romanum hodiernum, in quo hodie Sanctus iiſdem ferè, quibus id in*
C *jam laudato Galeſinii Martyrologio fit, verbis annuntiatur. En illa:* In pago Rhemenſi ſancti Helani presbyteri.

veroſimillimèque ſeculo VI.

6 *Sed hæc de* S. Helani *cultu, recenſioneque in Faſtis ſacris dixiſſe jam ſufficiat, in tempus modò, quo circitèr floruerit obieritque, inquiramus. Suprà recitatum Vitæ* S. Helani *Compendium initio habet:* Clodoveo, rege Francorum, recenter ad fidem Chriſtianam converſo & baptizato, cùm res eccleſiæ Gallicanæ imprimis regerentur à S. Remigio, archiepiſcopo Remenſi, ex Hibernia inſula, quam Scotorum gens incolebat, ... peregrinationis ob amorem Chriſti gratiâ ſeptem fratres, eximia pietatis ac virtutum exemplaria, cum tribus ſororibus ſuis divina inſpiratione incitati venerunt in Franciam, nimirum Gibrianus, Helanus *&c. Cùm de Clodoveo, qui, res Gallicanæ eccleſiæ potiſſimùm adminiſtrante S. Remigio Remenſi archiepiſcopo, in Francia regnârit, ſermo hîc ſit, indubiè non alius, quàm Clodoveus Francorum rex hujus nominis primus deſignatur; quod cùm ita ſit, nec ante ſeculi* V *finem, uti inter omnes convenit, Clodoveus I baptizatus fuerit, certè* S. Helanus *cum fratribus ſuis ſororibuſque non priùs, quàm cùm jam ſeculum* V *propè eſſet elapſum, in Franciam ſeu Galliam venerit, nec veroſimillimè citiùs, quàm cùm jam ſeculum* VI *aliquot annis eſſet inceptum, vitam hanc mortalem cum immortali commutârit. Ne verò, quòd laudatum vitæ Sancti Compendium antiquum, ut jam docui, non ſit, aſſignatum modò* Helani *in Campaniam adventui vitæque fini tempus in dubium fortè quis revocet, aliunde id firmare adhuc lubet. Sanctorum Remigii Remenſis archiepiſcopi & Genebaldi Laudunenſis epiſcopi coætaneum fuiſſe Sancti noſtri fratrem germanum, nomine* Treſanum, *clarè indicat apud nos ad* VII *Februarii diem hujus Vita, jam inde à ſeculo ſeptimo, ut, Bollandum noſtrum ſuſpicatum eſſe,* E *ſuprà monui, conſcripta.*

aliquot annis jam inchoato, ad Dominum migravit.

7 *Adhæc Sigebertus Gemblacenſis ad annum* 509 *ſic ſcribit:* Gibrianus Scotus, cum fratribus & ſororibus in Gallia peregrinatus, urbem Remenſem & vitâ & morte ſua illuſtrat. *Miræus quidem verba hæc Sigeberti interpolatori adſcribit; verùm hunc, utut etiam Miræo præbuerimus aſſenſum, non eſſe equidem quantùm ad tempus, quo S. Gibrianum ejuſque fratres ac ſorores, ac proîn Sanctum noſtrum, floruiſſe notat, à veritate devium, palàm eſt vel è ſola mox laudata S. Treſani Vita, cui interim ſeu Sigebertus ſeu ejus interpolator pondus etiam qualecúmque adjungit, uti & communis traditio, Lectioque, quam ad* VIII *Maii diem de* S. Helani *fratre Gibriano complectitur Remenſe anno* 1630 *excuſum Breviarium. Atque è tempore, quo* S. Helanus *ejuſque fratres ac ſorores floruerunt, jam fluit, ut, quemadmodùm ad* VII *Februarii diem Bollandus noſter in Hiſtorico de S. Treſano,* S. Helani *fratre, Commentario num.* 6 *jam docuit, Incarnationis Dominicæ anno* 656 Helanum, *Treſanum, Germanum & Veranum in Franciam cum S. Eloquio veniſſe, examinanda hujus ad tertiam, quâ colitur, Decembris diem Vita perperam tradat. Nec, quod hîc ad-* F *huc dicendum reſtat, accuratiores ſunt ſcriptores illi, qui* S. Helanum *ejuſque fratres ac ſorores, non ex Hibernia, quam Beda* Scotorum patriam *vocat, ſed ex hodierna Scotia, quæ Britanniæ pars eſt, in Franciam veniſſe, notant. Quod ut verum eſſe, luculenter perſpicias, adi, quæ apud nos de S. Gibriano,* Helani *fratre, tom.* 2 *Maii, pag.* 300, *num.* 3 *dicta ſunt. Videri etiam eumdem in finem poteſt in Appendice, quam ad* VII *Februarii diem Vitæ S. Treſani ſubnexuit, Colganus, & Hiſtoriæ metropolis Remenſis lib.* 2, *cap.* 15 *Marlotus, unicè ibidem tractans de S. Gibriano ejuſque fratribus & ſororibus, ac proin etiam de* S. Helano, *de quo interim alia, quàm quæ jam dicta ſunt, commemoranda non habeo.*

AUCTORE J. B.

DE S. LEOPARDINO MON. MART.

ALBINIACI IN PAGO BORBONICO.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sancti Martyris Acta; quo ſeculo vixerit.

SECULO VI VEL VII. *Varia exſtant ſancti Martyris Vitæ,*

Jam pridem in Opere noſtro Bollandus ad diem XVII *Januarii, ubi de S. Sulpicio, cognomine* Pio, *Bituricenſi in Gallia epiſcopo, geminam hujus Martyris Vitam promiſit: ex quo loco geminam jam tum in Mss. noſtris illius Vitam exſtitiſſe intelligo; utramque anno* 1657 *Pariſiis in lucem emiſit Philippus Labbeus tomo* 2 *Bibliothecæ Mss. librorum à pag.* 415, *alteram quidem eamque prolixiorem, è codice Ms. Silviniacenſis cœnobii, à Jacobo Sirmondo partim exſcriptam, partim verò exſcribi curatam: alteram verò, breviorem hâc, ex veteri Ms. Lectionario abbatiæ S. Sulpicii Bituricenſis, quod ipſi R. P. Bernardus Audebertus, ejuſdem, ut ſcribit Labbeus, abbatiæ primùm moderator, poſt verò S. Germani Prior, commodârat. Utramque, quò datam à Majoribus fidem liberemus, hîc exhibebimus, licèt neutra eam ſeu ab auctore, utrobique anonymo, ſeu ab antiquitate commendationem habeat, ut fidei indubiæ monumentis annumerari queat. De tertia ſancti Martyris Vita, Rothomago à P. d'Ardes ad Majores noſtros miſſa, quòd prioribus recentior videatur, nihil hoc loco dico.*

2 *Ac primò quidem, quod ad prolixiorem* S. Leopardini *Vitam ſeu Paſſionem attinet, licèt non ſit, unde, quo tempore exarata fuerit, definiam, multis tamen ab obitu ſancti Martyris non modò annis, ſed & ſeculis ſcriptam fuiſſe, non uno ex capite videtur effici poſſe: nam primò, licèt vox* Archiepiſcopus, *à qua Vitæ prolixioris auctor num.* 3. *adjectivum* Archiepiſcopalis *derivat, jam inde à ſeculo* VI *uſurpari ſubinde apud Francos cœperit; pauciſſimi tamen, ut ſcribit Mabillonius de Re diplomata lib.* 2, *cap.* 2, *num.* 13, *id ſibi nominis tribuerunt ante ſeculi noni annum* 46, *quo jam dudum, ut infrà videbimus,* S. Leopardinus *ad immortalem vitam migraverat. Dein idem auctor, cùm num.* 5 *dixiſſet:* Verùm etiam poſt comprobatam S. viri Leopardini ſtabilitatem, totum ipſum Vivaris fundum cum omni integritate eidem Beatc tradidit & condonavit (*Ardeus, Vivarienſis fundi,* S. Leopardino *donati, dominus*) ſub teſtamento legum & chartarum & ſub principali ſtipulatione regum; *num.* 8 *iterum loquitur ad hunc modum:* Inter cætera enim illius prædicti Vivaris alodi prædia quidam benè erat amplitudinis campus, poſitus in Albinenſi parochia, qui in proprios altaris uſus S. Symphoriani devenerat antiquo legum fancitu; *quibus poſtremis verbis leges illas vocat* Antiquas, *non comparatè ad Ardei, qui eas ipſe obtinuerat in gratiam* S. Leopardini, *ſed ad ſuam, quâ ſcribebat, ætatem; niſi forte de diverſis legibus agat.*

3 *Adhæc num. eodem de Blitildis, quæ* S. Leopardino *necem per ſuos intulit, obitu loquens, ſic ſcribit:* Nam infructuoſam ficulneam ſicut maledixit Dominus, ſic & hanc Blitildem (*maledixiſſe*) fertur; *quæ non ea, quæ vel ſuâ memoriâ, vel paulò antè contigerunt, ſed quæ olim accidiſſe acceperat, ſcribentis verba videntur. Denique idem auctor, niſi à* S. Leopardini *ætate remotior fuiſſet, non tam apertè, quod facere ipſum, infrà fuſiùs oſtendam, ſecum ipſe pugnaret, modò* S. Leopardinum *S. Porciano æqualem, modò integro ferè ſeculo juniorem aiens. In eumdem pariter incidit ſcopulum Vitæ brevioris concinnator, dum* S. Leopardinum *Sulpicio Pio, Bituricenſi præſuli, ſimul & S. Porciano æqualem facit, ut pariter infrà dicturi ſumus. Ceterum Vita brevior non niſi merum prioris compendium videtur, recitantium divinum Officium commodo in pauciora ſtilo minùs rudi contractum, additis admodùm paucis, quæ, ut ſuo loco obſervabimus, ex Gregorio Turonenſi de Vitis Patrum cap.* 5., *ubi de S. Portiano abbate agit, ferè deſumpta videntur; ut adeò Vita hæc brevior prolixiori antiquitate etiam cedat; quod ambas inter ſe conferenti manifeſtius fiet: utraque enim eumdem rerum ordinem ſervat; ſed prolixior particularia rerum geſtarum adjuncta & uberiùs & enucleatiùs pandit. Hæc de Actorum ætate & fide: accedo modò ad* S. Leopardini *ætatem & errorem utrique Vitæ, ut paulò antè dixi, communem.* *ſed non admodùm anti- qua,*

4 *Vixit* S. Leopardinus, *floruitque tempore Clotarii, Francorum regis, ex Vita breviori num.* 1. *Clotarii quidem non meminit Vita prolixior, ſed* S. Leopardinum *floruiſſe, ait, ſub Theoderico num.* 3. *Æquales præterea ac familiares ſecundùm utramque Vitam ſancto Martyri fuêre S. Porcianus, illius frater; S. Sulpicius, Bituricenſis epiſcopus, illius aliquando contubernalis & ſocius; Placidus aliquis; Ardeus, præcipuus illius fautor; Blitildis ſeu Bichildis denique, Ardei conjux, quæ eidem necem machinata eſt: ex his Placidus, Ardeus & Blitildis ſeu Bichildis aliunde, quòd quidem ſciam, ignoti, ac propterea ad ſtatuendam* S. Leopardini *ætatem inepti ſunt. Sed nec ex ſolo Clotarii & Theoderici regum ætate ad propoſitum noſtrum quidquam certi ſtatui poteſt: nam Clotario quidem hujus nominis I Francorum rege, regnavit in Auſtraſia Theodericus ab anno* 511 *uſque ad annum* 533: *Clotario autem II Francorum rege, regnavit Theodericus alter in Burgundia ab anno* 596, *& in Auſtraſia ab anno* 612 *uſque ad annum* 613 *ex Labbei Chronologia: ut ex ſola Clotarii & Theoderici mentione, quos nullo charactere ab homonymis regibus Vitæ diſtinguunt, neſcias, num ſub prioribus, num ſub poſterioribus Clotario & Theoderico* *qua, dum illum*

A derico S. Leopardinus *vixerit. At dubium videntur Acta tollere, dum Clotario & Theoderico regibus,* S. Leopardini *æqualibus, adjiciunt S. Portianum, fratrem* S. Leopardini *germanum.*

S. Portiani fratrem aiunt,

5 *Vix enim dubium videtur, quin per S. Portianum,* S. Leopardini *fratrem, idem intelligendus sit Portianus, de quo Gregorius Turonensis num.* 3 *laudatus. Hic Portianum suum ait ab ineunte ætate divino fuisse addictum obsequio, natum conditione servili, heri & difficilis & molesti servum, ac tandem in Arvernia monachum & abbatem, Theoderici regis tempore. Singula hæc in Portianum &* Leopardinum, *in hujus Actis memoratos, cadunt. Fratres fuisse, ac in Arvernia natos, utraque* S. Leopardini *Vita habet, prolixior sub finem num.* 1; *brevior statim in principio. A pueritia verò Dei se mancipâsse obsequio utrumque fratrem, Vita prolixior num.* 2: *utrumque prædivitis cujusdam fuisse vernaculum, ac monasterium quoddam Arvernense identidem frequentare solitos, à cujus tandem abbate in monachorum numerum recepti fuerint, Vita brevior rursum tradit in principio. Denique & Portianum, ejusdem illius monasterii, in quo in*

B *monachos attonsi primùm fuerant, abbatem fuisse, Vita quidem prolixior subobscurè insinuat num.* 4; *brevior autem disertè num.* 2: *quæ omnia singulaque, si cum iis, quæ de Portiano suo Gregorius Turonensis scribit, comparentur, in unum eumdemque Portianum apprimè quadrabunt. Verum quidem est, Gregorium* S. Leopardini *non meminisse, nec ullo insinuâsse modo, Portiano suo hujus nominis fratrem fuisse; at simul non obscurè declarat, plura de Portiano suo dici potuisse, quàm dixerit. Verba, quibus brevem de S. Portiano scriptionem claudit, hujusmodi sunt:* Hæc tantùm de sancto viro cognovimus (*fortè de rebus ejus gestis dumtaxat loquitur*) non dijudicantes alios, qui majora de eo cognoverunt, si voluerint aliqua in ejus laudem conscribere. *His adde, S. Portianum in Arvernia, à memorato diversum, hactenus ignotum esse; nec multùm hærebis, opinor, quin utrobique eumdem, tum in* S. Leopardini *Vitis, tum à Gregorio Turonensi memorari, mecum sentias.*

videntur ejus ætatem affigere seculo VI; C

6 *Porrò Portianus, de quo Gregorius Turonensis, sub Theoderico vixit, non illo, qui eodem, quo Clotarius II, tempore regnavit; sed illo, qui tempore Clotarii I fuit. Vixisse illum Theodorici tempore, disertè tradit Gregorius citatus his verbis:* His diebus Theodoricus, ingressus Arvernum terminum, omnia exterminabat, cuncta devastabat. Cumque in Arthonensis * vici pratis castra metâsset, antedictus senex (*Portianus abbas*) ad occursum ejus properat, quasi pro populo rogaturus. *Hunc autem Theodoricum, jam regem, ut paulò infrà Gregorius scribit, cum Clotario I Francis imperâsse, ex ipso Gregorio sic ostenditur. Refert is Historiæ Francorum lib.* 3 *cap.* 12 *&* 13, *Theodoricum vastatæ à se Arverniæ præfecisse Sigivaldum, eumdem scilicet, ad quem prius accessisse S. Portianum, scribit in Vitis Patrum, quàm Theodoricum pro populo interpellaret: cap. verò* 23 *ejusdem lib.* 3 *Historiæ Francorum, filium Theodobertum seu Theudebertum habuisse successorem anno regni sui* 23, *quæ omnia in Theodericum, Clotario I æqualem, cadunt, non in alterum, Clotario II æqualem, qui ab anno* 596 *usque ad annum* 613 *regnavit, habuitque filium successorem, nomine Sigebertum. Præterea Gregorius ad annum* 596 *vitam non protraxit; atque adeò de posteriori*

* *aliàs* Archonensis

Theoderico intelligi non potest: prioris verò Theoderici regis in Arvernos memoratam expeditionem Cointius aliique illigant anno 525; *unde, cùm tunc Portianus, ex dictis* S. Leopardini *frater, jam senex ex Gregorio fuerit, dubitandum vix videtur, quin uterque frater seculo* VI, *aliquantùm provecto, floruerit.*

AUCTOR J. B.

seculo autem VII, *dum S. Sulpitio Pio æqualem faciunt;*

7 *Atque hæc quidem ex Actis* S. Leopardini *sua sponte fluere videntur hactenus, nisi novum lectori nodum objicerent, cùm* S. Leopardinum *S. Sulpitio, Bituricensi episcopo, æqualem & contubernalem faciunt. Geminus Bituricensibus fuit hujus nominis sanctus episcopus, quorum senior, sub annum* 591 *defunctus, colitur* XXIX; *junior verò* XVII *Januarii, sub annum* 648 *defunctus, cognomento* Pius, *quem Clotarii II & Theoderici, Clotario II æqualis, tempore vixisse, liquet ex ejus Vitâ ab auctore coætaneo conscripta tom.* 2 *Januarii cap.* 2 *pag.* 168. *Sulpitio Pio, jam Bituricensi episcopo, aliquamdiu socium adhæsisse* S. Leopardinum, *conceptis terminis habet Vita prolixior num.* 3. *Brevior autem eumdem non obscurè etiam indicat, dum num.* 1. *Sulpitium, Bituricensem episcopum, à cognomento illi proprio* Pium *patrem appellat, & unà cùm* S. Leopardino *aliquamdiu versatum, ait, in Navensi, seu S. Symphoriani cœnobio apud Bituriges, cujus Sulpitius Pius primus conditor audit: quibus stantibus,* SS. Leopardinum *& Portianum, seculo* VII *floruisse, necesse est; cùm tamen ex antè dictis S. Portianus anno* 525 *aut certè annis aliquot serius, jam inde senilem attigisset ætatem; nec proinde verosimile sit, illum ad seculum* VII *perveniisse. Ex quibus quidem liquet, utraque Acta secum pugnare, quod suprà monui, efficiturque præterea, aut* S. Leopardinum, *S. Portiani fratrem falsò dici; aut seculo* VI, *sub Clotario I & Theoderico, Clodovei Magni filiis, non seculo* VII *sub Clotario II, Chilperici, & Theoderico, Childeberti filiis, floruisse: utram è duobus præ altero eligendum sit, dispiciamus.*

unde alii putant vixisse Leopardinum seculo VII, *alii* VI.

8 *Castellanus in Martyrologio Universali S. Portiani obitum anno* 540 *illigavit ad diem* XXIV *Novembris: at* S. Leopardino *ad diem* VII *Octobris latè, non assignato ullo determinato anno, seculum* VII *in margine adscripsit. Non videtur itaque* S. Leopardinum *pro S. Portiani fratre agnovisse; at contrà censuisse, vixisse illum tempore S. Sulpitii Pii, Bituricensis episcopi: ut ex illius mente* S. Leopardini *Acta deserenda videantur, cùm* S. Leopardinum *S. Portiani fratrem faciunt; admittenda autem, dum illum S. Sulpitio Pio, Bituricensi episcopo, æqualem faciunt. Ejusdem opinionis, etsi id non apertè edicat, fortè & Mabillonius fuit: etenim in Annalibus Benedictinis ad annum* 542 *num.* 34 *rerum à S. Porciano gestarum ex Gregorio Turonensi meminit; verum de* S. Leopardini *rebus gestis ne verbo quidem; quamquam ad annum* 1040 *num.* 24 *de* S. Leopardino, *cujus tunc exuviæ relevatæ ab Aymone Bituricensi episcopo fuêre, & de Vivariensi monasterio, quod eumdem Martyrem conditorem habuit, non tacuerit. At Cointius in Annalibus tum ad annum* 508 *num.* 28, *tum ad annum* 525 *num.* 18 *fratres censuit, è quibus saltem Portianum, quem in senili ætate mortuum esse, ex Gregorio Turonensi liquet, ad annum usque* 525, *cui Theoderici, Clodovei filii, in rebelles Arvernos expeditionem illigat, in vivis fuisse superstitem, contendit. Labbeus quoque tom.* 2 *Bibliothecæ librorum Mss. pag.* 371, *& rursum pag.* 425 S. Leopardinum *ad Sulpitii Pii ætatem,*

AUCTORE J. B.

tem, sive ad annum Christi circiter 630 ex rerum chronologicarum tractandarum imperitia fuisse detrusum, affirmat.

Verosimilius videtur,

9 *Neque verò abs re ita sentire videntur, quos proximè laudavi, auctores: quamquam enim Portianum &* Leopardinum *fratres fuisse, monumenta indubia fidem haud faciant, non est tamen, quod fraternæ eorum necessitudini ex iisdem opponas: aliunde verò satis ex Gregorio Turonensi certum appâret, S. Portianum seculo potiùs sexto, quàm* VII *senio gravem obiisse: atque adeò* S. Leopardini, *qui fortè ante Portianum è vita excessit, & hujus secundùm utraque Acta frater fuit, ad seculum* VII, *ad annum circiter* 30 *jam provectum, obitum, spectatis iisdem Actis, differri non posse: quòd si eadem Acta* S. Leopardinum *Sulpitio Pio, atque adeò Clotario II, & Theoderico, Childeberti filio, æqualem præterea faciant, hîc potiùs illa, quàm dum SS. Portianum &* Leopardinum *fratres aiunt, à vero aberrare non una de causa existimo: prima est, quòd Sulpitius Pius ceteros plerosque illorum temporum Bituricenses episcopos sanctitate &* B *nominis celebritate longè superârit: fieri verò non rarò soleat, ut multa viris maximè celebribus ex mera conjectura & falsò sæpe ii scriptores tribuant, qui res longè à se distantes, & quidem è vulgi sæpe traditione, vetustate corrupta, litteris mandant.*

Vitarum auctores pro Simplicio

10 *Fieri itaque facilè potuit, ut alium Bituricensem episcopum adierit* S. Leopardinus; *qui quidem episcopus Bituricensis sub* Leopardini *ætatem Arvernis probè fuerit cognitus, sed temporum lapsu, ut fit, cœperit primùm quidem ignorari, ac tandem Sulpicius Pius dici, ut ex mox dicendis confirmabitur amplius. Verùm, inquies, si id ita se habet, cedo, quis fuerit Bituricensis præsul, cui* S. Leopardinus *annis aliquot cohabitâsse fertur. Num fortè Sulpicius I? Minimè verò: hunc enim non nisi ab anno* 584 *Bituricenses insulas gestâsse, ostenditur apud nos tom.* 2 *Januarii pag.* 967 *& seq. Cointius Sulpitio Simplicium substituendum putat; cui favet affinitas nominum, quâ non rarò fit, ut, quod huic adscribendum erat, adscribatur alteri, diversorumque hominum facta, cujus rei passim obvia exempla sunt, confundantur. Favet* C *& ratio temporis: Simplicii enim in Bituricensem episcopum electionem sub annum* 472 *factam esse, probant Galliæ Christianæ auctæ scriptores tom.* 2. *col.* 10, *qui & Cointio adstipulantes addunt:* Tempore S. Simplicii floruit in Bituricensi pago S. Leopardinus, S. Portiani frater, qui pro martyre habetur. *At quisquis tandem fuerit Bituricensis episcopus,* Leopardini *familiaris, en rationem alteram, cur Acta, id de Sulpitio Pio affirmantia, à vero aberrare existimem, & ipsammet fortassis erroris originem.*

Substituisse Sulpicium.

11 *In Bituricensi suburbio Ordinis Benedictini monasterium est,* Navense *ob locum inter duos amnes (Evram & Avaricum, vulgo* l'Evre *&* l'Auron) *situm & navium stationi opportunum, olim dictum, nunc verò* S. Sulpitii. *Conditum id ferunt Clotarii II tempore, cujus primus fundator & abbas fuisse creditur Sulpitius Pius. Condidit item monasterium Vivariense in Claromontanæ & Bituricensis diœcesium confiniis* S. Leopardinus. *Porrò Vivariense Navensi à multis jam retrò seculis subjectum fuit, ut ex instrumento Archembaldi, Borbonensium principis, infrà pleniùs exhibendo, & à Mabillonio tom.* 4 *Annalium ad annum* 1040 *num.* 24 *relato, liquet, ubi inter cetera hæc leguntur:* Quibus omnibus congregatis, Aymo archiepiscopus (*Bituricensis*) intimavit, qualiter Ardeus, vir nobilissimus, jussu & laude Theodorici regis, omne alodum Vivaris, quod sui juris erat, beato donavit Leopardino, & sancto Sulpicio, & monachis ei servientibus. *Autumârunt hujus instrumenti auctores,* S. Leopardini *monasterium ab ipso sui exordio Navensi monasterio fuisse subjectum. Eadem verosimiliter opinio fuerit iis, qui* S. Leopardini *Acta litteris consignârunt; indeque concluserint, eodem circiter tempore conditum fuisse utrumque monasterium, quorum alterum S. Sulpitium, alterum verò* S. Leopardinum *conditorem habebat; & proin utrumque Sanctum simul aliquando vixisse. Sed quid ni Vivariense monasterium subjici Navensi aliquando potuit, etsi secundo primum integro ferè seculo priùs exstitisset? Seculum* XI *ab ætate* S. Leopardini, *concesso etiam, illum seculo* VII *floruisse, nimis remotum est, ut citati instrumenti auctores fidem hac in re mereantur indubiam.*

D

& reges cognomines confudisse,

12 *Tertia denique ratio, ob quam Actorum* S. Leopardini *auctores potiùs, cùm* S. Leopardinum *ad Sulpitii II seu Pii, Bituricensis episcopi, tempora, quàm cùm SS. Portianum &* Leopardinum *fratres germanos faciunt, à vero aberrâsse existimo, in eo sita est, quòd è chronologiæ imperitia Clotarium II cum Clotario I; Theodericum item, Childeberti filium & Burgundiæ regem, cum Theoderico, Clodovei filio, & Austrasiæ rege verosimiliùs confuderint. Quam in opinionem vel ideo inducor maximè, quòd in hunc errorem plures alios videam incidisse. Ambiliaci in diœcesi Bituricensi die* XXV *Octobris colitur S. Dulcardus, ut habet in Martyrologio Universali Castellanus ad illum diem, annum illi in margine assignans* 463. *S. Dulcardi Actis hoc exordium est apud Labbeum tom.* 2 *Bibliothecæ Mss. librorum pag.* 370: Tempore Clotharii Francorum regis (quem plerique falsò atque imperitè II seu juniorem, *inquit Labbeus,* interpretantur) effulsit confessor memorabilis Dulcardus &c: *sub vitæ exitum à S. Avito abbate (Miciacensi nimirum, anno* 521 *S. Maximino I suffecto, ut scribunt auctores Galliæ Christianæ auctæ tom.* 8 *col.* 1528) *visitatus, ut eadem Acta habent apud Labbeum citatum: quem* F *tamen iidem Galliæ Christianæ scriptores tom.* 2. *col.* 121 *ad Sulpitii II Bituricensis episcopi tempora retraxerunt his verbis:* Sub S. Sulpitio (*utique secundo, de quo proximè egerant*) vixit quoque S. Dulcardus, qui degebat in Ambiliaco monasterio.

quod & aliàs factum fuisse,

13 *Labbeus, postquam in Annotatis ad Elogium S. Dulcardi, hujus obitum ad Sulpitii Pii tempora à Claudio Roberto perperam fuisse revocatum, monuit; ita pergit:* Eodem quoque errore delusi, sanctos Eusitium, Leopardinum & quosdam alios ad inferiora ejusdem Sulpitii tempora demiserunt. *Geminus seculo* VI *Childebertus fuit: alter Clodovei Magni filius, cujus soror Amalarico Hispaniæ regi nupsit ex Gregorio Turonensi lib.* 3 *Historiæ Francorum cap.* 1. *Childebertus hic moto in Hispaniam ob sororem Crotechildem ab illo malè habitam exercitu, Amalaricum per suos vitâ exuit ex eodem Gregorio cap.* 10, *regnavitque secundùm Labbeum ab anno* 511 *usque ad annum* 558 *vel sequentem. Childebertus alter, Sigeberti Austrasiæ regis, & Brunechildis filius, paternum regnum adeptus est anno* 575, *quem pariter exercitum in Hispaniam*

A *am miſiſſe, ſcribit Gregorius citatus lib. 6 cap. 42: obiit verò 596, qui quamquam ad Sulpitii Pii epiſcopatum, anno 624 cœptum, non pervenit, illius tamen æqualis fuit. Porrò cùm ad Euſitium, in Bituricenſi pago morantem, Childebertus in Hiſpaniam cum exercitu abiens acceſſiſſe legatur apud Gregorium Turonenſem lib. de Gloria Confeſſorum cap. 82; quod de Childeberto I dictum fuit, de Childeberto II interpretati fuerint, quos Labbeus arguit verbis ſuprà citatis, errore planè ſimili, quo in Actis* S. Leopardini *Clotarii & Theoderici inter ſe confuſi ſunt.*

14 *Colitur hic S. Euſitius die* XXVII *Novembris:*
oſtenditur; *at error iterum planè ſimilis, quo Clotarius & Theodoricus ſeniores cum junioribus confuſi fuerunt, obſervatus eſt in Commentario ad Vitam S. Fidoli, Trecis quidem in Campania Gallicana die* XVI *Maii annuntiati, ſed patriâ Arvernenſis tom.* III *Maii pag.* 588, *ubi de Actis quibuſdam S. Fidoli, & retracta perperam ad ſeculum* VII *S. Fidoli ætate hæc legere eſt:* Alia Acta ſunt aliquot ſeculis elapſis conſcripta, ab homine non ſatis gnaro antiquitatis..... Non deſunt etiam menda, quæ confirmat ex Geſtis
B Francorum: in quibus Theoderici regis Burgundionum, ab avia Brunechilde incitati, bellum contra Clotarium II regem narratur cap. 37, & continuò captivitatem S. Fidoli ad dicta tempora retulit: ſed mox ſuam inſcitiam manifeſtavit, dum S. Cemelianum, S. Lupi ſucceſſorem, aſſerit tunc fuiſſe epiſcopum Trecenſem; qui ferè integro ſeculo citiùs floruit, & interfuit concilio Aurelianenſi, anno Chriſti 508 aut ſequenti habito. Auctor prioris Vitæ, quæ videtur ante dicti Theodorici regis Burgundionum tempora fuiſſe ſcripta, ſolùm ſub Theodorico rege captivum abductum tradit, quod anno DVII factum fuiſſe arbitramur. "Tunc „ enim, ut ſcribit Gregorius Turonenſis lib. 2 Hiſtoriæ Francorum cap. 37 „ occiſo Alarico maximus „Arvernorum populus & primi ex ſenatoribus cor„ruerunt, & Chlodoveus filium ſuum ad Arver„nos direxit: qui abiens urbes illas à finibus Go„thorum uſque Burgundionum terminum pa„tris ſui ditionibus ſubjugavit.„ *Quemadmodum itaque horum Actorum ſcriptor ex antiquitatis inſcitia Clotarios & Theodoricos confudit, & S. Fidolum ad aliud ſeculum diſtraxit, ita &*
C *auctor Vitæ* S. Leopardini *ex eodem capite eoſdem reges quoque confudit, & S. Portianum cum fratre* Leopardino *ſeculo ferè ſeriùs, quàm par erat, vixiſſe veroſimiliùs ſtatuit.*

15 *Acta* S. Leopardini, *ex Mſs. Abbatiæ S. Illidii Claramontani exſcripta & ad nos à D. Geroult, Abbatiæ S. Sulpicii Bituricenſis alumno, tranſmiſſa, Annotationem in illa adnexam habent ad calcem, ex Chronico ſeu Hiſtoria ejuſdem abbatiæ petitam, quâ* S. Leopardinum *S. Portiani fratrem non fuiſſe; ſed in abbatia, cui S. Portianus præfuit, monaſticæ vitæ rudimenta hauſiſſe, & ad S. Sulpicii tempora perveniſſe, contenditur his potiſſimùm de cauſis: quòd Gregorius Turonenſis, ſub annum* 594 *defunctus, nuſquam* S. Leopardini, *nec ibi quidem, ubi de S. Portiano agit, meminerit, non neglecturus tamen alioquin Popularem ſuum: quod ab omni ævo indubitatum ſit,* Leopardinum *in virtute & vita monaſtica in Navenſi ſeu Bituricenſi S. Sulpicii monaſterio inſtitutum fuiſſe à S. Sulpicio: denique quòd ab omni pariter ævo Vivarienſe* S. Leopardini *monaſterium Navenſis directioni ſubjacuerit. Sed Gregorius nec omnia de Portiano*
atque adeò, quidquid hic in contrarium aſſertur,

ſcripſit, quæ de illo ſcribi potuerant, ut ex ejus verbis, num. 5 recitatis, colligi videtur poſſe, nec de omnibus omnino Arverniæ Sanctis ſcripſit, aliàs enim nec S. Fidolum, de quo num. 14, ſilentio involviſſet: ab omni autem ævo indubitatum fuiſſe, tum S. Leopardinum *à Sulpitio, nimirum II, monaſticæ vitæ præceptis fuiſſe imbutum, tum Vivarienſe monaſterium Navenſi perpetuò & ab ipſo ſuî exordio ſubjacuiſſe, ut amplius ambigendum non eſſet, quæ memoratæ Annotationis concluſio eſt, indubitatis, antiquioribuſque fortè, quàm Chronici S. Sulpitii Bituricenſis, cujus ignoramus ætatem, aut diplomatis, ſeculo dumtaxat* XI *conſcripti, probandum erat teſtimoniis. Quod autem laudatum diploma attinet, vide, quæ infrà num. 33 & ſeq. dicentur.* AUCTORE J. B.

16 *Unde quidem inter annum* 511 *&* 533, *quibus Theoderici I regnum circumſcribitur, vixiſſe mihi* S. Leopardinus *videtur: at nihil in promptu eſt, unde annum, quo aut natus, aut denatus ſit, accuratè definiam. S. Portianus Benedictinorum Kalendariis inſcribi ſolet; uti apud Wionem, Menardum & Bucelinum ad diem* XXIV *Novembris videre eſt: illum Mabillonius inter prætermiſſos Seculo I Benedictino præfixos retulit: at cùm S. Maurus non niſi ſub annum* 543 *in Gallias venerit, S. verò Portianus abbas jam ſenex fuiſſe videatur ab anno* 525 *ex dictis num. 6, Benedictinum inſtitutum minimè ſecutus videtur, nec proin* S. Leopardinus, *qui an ſenium attigerit, ac Portiano ſuperſtes fuerit, necne, certò non ſcitur.* S. Leopardini *quidem, velut ſui Ordinis non meminit Mabillonius: Bucelinus tamen movêre aliquid, ut Portianum ſuis adſcribat, videtur velle ex eo, quòd, ut Gregorius Turonenſis ſcribit, oblatum ſibi extra refectionis tempus à Sigivaldo potum, ſumere noluerit, ex præſcripto* nimirum, *ut addit Bucelinus,* ſanctiſſimæ Regulæ; *ſed ut fidem ſibi faceret, addere & probare debuiſſet, id ex ſolius Benedictinæ Regulæ præſcripto, nec ex privata pietate, quâ ſibi ipſe potum ſumere vetuerit ante ſolitas preces Deo perſolutas, id abs illo fieri potuiſſe.* *ſeculo potius* VI *Leopardini ætas aſſignanda videtur.*

§ II. Sancti Martyris genus, geſta, martyrium & cultus ſacer.

Natus ſervi genere.

S*Anctum* Leopardinum *divina bonitas non modò ſervili conditione exemit, & in libertatem filiorum Dei, quæ vera libertas eſt, aſſeruit, verùm etiam ad beatam & immortalem Sanctorum ſuorum gloriam evehere voluit. Natum enim ſervili in Arvernia genere fuiſſe, utraque illius apud Labbeum Vita perhibet, uti & illius apographa, quæ inter Mſs. noſtra ſervantur, & ſuprà memorata jam ſunt. Arvernia, Galliæ provincia eſt, quæ Foreſiis ab Ortu, Velauno & Gevaudano à Meridie, à Septemtrione Borbonenſi tractu, & Lemovicenſi & Petrocorienſi ab Occaſu cingitur; in Superiorem & Inferiorem (Limaniam vulgò appellant) diviſa: in hac, quà Borbonienſi provinciæ confinis eſt, S. Porciani oppidum occurrit ad Sicaulam fluvium, in cujus vicinia natus videtur* S. Leopardinus: *illic enim* S. Leopardini *ætate Mirandenſe cœnobium erat, quod deinde à S. Porciano, uti & ipſum oppidum cognomine, nomen invenit: quippe ad cujus abbatem,* S. Leo-

AUCTORE J. B.

pardinum, *heri ſui moleſtiis vexatum, continuò confugiſſe, ejuſdem Acta perhibent. Prædicti S. Porciani frater, ſi Actis ſtandum*, S. Leopardinus *fuit, verùm cùm eadem* S. Leopardini *Acta, hunc S. Sulpitio Pio Bituricenſi epiſcopo æqualem etiam, haud ſatis conſtanter, ut ſuperiori § oſtenſum eſt, faciant; nec omnino liqueat, qua narrationis parte error cubet; nec certum eſſe poteſt, S. Porcianum &* Leopardinum *fratres fuiſſe, quamquam hoc ex dictis præ altero veroſimilius videri poſſit.*

& heri difficilis ſervus

18 *Utut res ſeſe habeat, ita equidem* S. Leopardini *junior ætas ab ejus biographis deſcribitur, ut iis planè congruant, quæ de S. Porciani juniori ætate cap. 5 lib. de Vitis Patrum Gregorius Turonenſis ſcribit. Refert ille de S. Porciano, genus illi fuiſſe ſervile, herum quoque difficilem ac moleſtum, ſtudium ſerviendi Deo ab ineunte ætate perpetuum, quæ ferè omnia* S. Leopardino *pariter ejuſdem biographi uno ore adſcribunt, diſertè verò biographus brevior num.* 1 *his verbis:* Huic (S. Leopardino) extitit frater germanus ſanctus Portianus, quos prædives quidam tanquam vernaculos poſſidebat. Ii cum vicinum quoddam monaſterium identidem frequentarent, concepto altioris vitæ propoſito, attonſi in monachos ab abbate recepti ſunt. *Diſertè item auctor Ms., à P. d'Ardes Rothomago ad Majores noſtros tranſmiſſi, qui & modum occaſionemque, quibus ſancti Fratres in monachos attonſi fuerunt, dilucidiùs explicat: ſed cùm ea, quæ de illis hoc loco narrat, ex Gregorio Turonenſi deprompſerit, hunc potiùs loquentem audiamus. Sic ille de Portiano:* Beatiſſimus igitur Portianus ab ineunte ætate Deum quærere cœli ſemper, etiam inter terrena ſervitia, conabatur.

B

monachis adſcribitur

19 Sic enim ſervus fertur fuiſſe cujuſdam barbari (*id eſt*, Franci, *interprete Ruinartio*) iſque cùm plerúmque ad monaſterium confugeret, ut eum domino ſuo abbas redderet excuſatum, ad extremum fugiens, dominus ejus de veſtigio ſequitur, & abbatem calumniari cœpit, reputans, quòd ipſe eum ſeduceret, ne ſibi ſuus famulus deſerviret. Cúmque de conſuetudine, ut eum redderet, calumniando abbatem inſiſteret, dicit abbas Portiano: Quid vis, ut faciam? Et ille: Redde, inquit, me excuſatum. Cúmque excuſatus redditus fuiſſet, & dominus ejus reducere domum vellet, ita cæcatus eſt, ut nihil penitus poſſet agnoſcere. Cernens autem ſe gravibus doloribus affici; abbatem vocat dicens: Supplica, quæſo, pro me Dominum, & accipe hunc ſervum ad ejus cultum; forſitan promerebor recipere lumen amiſſum. Tunc abbas vocatum Beatum ait: Impone, quæſo, manus tuas ſuper oculos ejus. Cúmque ille refutaret, tandem abbatis devictus precibus, ſuper oculos Domini ſui ſignum beatæ Crucis impoſuit: ſtatimque, diſrupta caligine, & ſedato dolore, priſtinæ redditus eſt ſanitati. At verò exin B. Portianus, clericus factus, tanto virtutis cumulo eſt prælatus, ut, decedente abbate, ipſe ſuccederet. *Hæc Gregorius de ſolo Portiano, è ſervo in monachum recepto, ne minima quidem de* S. Leopardino *mentione injecta: fueritne* S. Leopardinus *Portiani in his rebus comes ſimul & particeps, quod citati Ms. auctor ait, dubium omnino atque incertum, non modò ob dubium fraternæ inter utrumque Sanctum neceſſitudinis vinculum, verùm etiam, quòd, illo conceſſo, fratrem ſuum imitari poſtmodum potuerit, ac ab hero, jam ob receptum oculorum uſum mitigato, ingrediendi monaſterium facultatem impetrare.*

C

in Mirandenſi, nunc S. Portiani, cœnobio

20 *Gregorius neque monaſterium, in quo monachum profiteri Portianus, fortè cum* Leopardino *fratre, cœpit, neque abbatem, qui utrumque fortè ſuis adſcripſerit, nominatim expreſſit: verùm, quod ad monaſterium ſpectat, cùm S. Portianum, in eodem monaſterio, abbate, qui illum receperat, mortuo, ad abbatis munus ob virtutum præſtantiam electum fuiſſe, verbis ſuprà adductis innuat, dubium non videtur, quin id Mirandenſe fuerit;* S. Portiani *poſtea dictum*; quod opido circumjacenti, *ut Ruinartius in hunc Gregorii locum annotat*, nomen dedit, in Arvernorum finibus versùs Burbonenſes etiam nunc ſubſiſtit, amiſſo ab annis DCCC abbatiæ titulo, in prioratum redactum, & monaſterio Trenorchienſi ſubjectum. Trenorchienſibus monachis anno MDCXXVII ſæculari toga donatis, monaſterium S. Porciani ſub regulari ordine permanſit, quod anno MDCXLV congregationis S. Mauri monachis reformandum commiſſum eſt. *Tranſtulit ad S. Philiberti monachos S. Portiani monaſterium ſeculo nono Carolus Calvus, ut liquet ex inſtrumento anni* 875 *inter Monumenta Hiſtoriæ Trenorchienſis, auctore Petro Juenino pag.* 93, *ubi inter ceteras abbatiæ illius poſſeſſiones numerátur cella S. Portiani in hunc modum:* Et in comitatu Alvernico cellam S. Portiani, cum omnibus appendiciis ſuis, quæ ipſe (*Carolus Calvus*) ſolita pietate, causâ confugii, monachis ſanctæ & intemeratæ Dei genitricis Mariæ, ſanctique Filiberti, inclyti confeſſoris, ob vitandam Marchomannicam ſeveritatem contulerat, *anno, ut ſcribit Jueninus*, 871.

D

E

fortè ab abbate Protaſio.

21 *Quod autem ad abbatem, qui utrumque Sanctum, vel certè Portianum monachorum numero adſcripſerit, attinet, ſunt, qui putent, ut tradunt Galliæ Chriſtianæ auctæ ſcriptores tom.* 2, *col.* 372, *dictum fuiſſe Protaſium; eum, ni fallor, quem S. Portianum ſalutaribus adverſus dæmonis, illum ſub viſibili formâ adorti, inſidias ac præſtigias monitis muniiſſe, Gregorius Turonenſis narrat in ejuſdem S. Portiani Vita, quem & inter Sanctos, quorum neſcitur natalis aut cultus dies, retulit Caſtellanus in Martyrologio Univerſali pag.* 885. *Verba Gregorii ſunt:* Idque (*dæmonis adverſus S. Portianum fallacia*) ſtatim revelatum eſt beato Protaſio, qui tunc apud Canbidobrenſe monaſterium habebatur recluſus. *Canbidobrenſe monaſterium idem, quod Mirandenſe, S. Portiani monaſterium pòſt appellatum credidit Sirmondus; quo poſito, veroſimile eſſet, B. Protaſium, depoſitâ abbatiæ ſarcinâ, S. Portiano, tunc abbati, ſalutaria iſta monita ſuggeſſiſſe: verùm neque S. Portiano, jam abbati, iſta contigiſſe, Gregorius ſcribit, nec vivo, ſed mortuo abbati, qui monachis illum adſcripſerat, ſucceſſiſſe videtur tradere verbis num.* 19 *citatis. Porrò nec idem fuit Canbidobrenſe, quod Mirandenſe monaſterium, ut ipſa Gregorii verba videntur innuere, ita de illo loquentia, ut altero ab alterum diſſitum fuiſſe videatur: nec enim alioquin revelatione, ut, quid S. Portiano contigiſſet, reſciret Protaſius, opus fuiſſe videtur: Canbidobrenſe monaſterium idem fuiſſe Ruinartius putat, qui prioratus, dictus hodie vulgò* Combronde, *Menatenſi monaſterio Ordinis S. Benedicti ſubjectus, qui octo circiter leucis ab oppido & monaſterio S. Portiani diſtat: ut adeò abbatis Mirandenſis, à quo S. Portianus, uti & fortè* S. Leopardinus *in mona-*

F

A *nachos recepti fuerint, in ambiguo nomen maneat.*

E Mirandensi cœnobio

22 *S. Portianum, monachis in Mirandensi monasterio adscriptum, eximia virtutis laude fulsisse, testem habemus Gregorium Turonensem: idem de* S. Leopardino *tradunt Vitæ ipsius Mss. singula, passim quidem paucis, at paulò pluribus Ms. Rothomagense cap.* 2, *cujus, quòd singularia nonnulla contineant, huc verba transcribo:* Libertate susceptâ, *inquit illius Ms. auctor,* novitiis adscribuntur: quanta animi contentione in id, quod optimum est, incubuerint, quàm seriò ad virtutem animum appulerint, quàm denique omnibus se probaverint, vel hinc scias, quòd statim post eorum professionem, abbate mortuo, nullus repertus sit dignior, qui succederet, quàm frater Portianus. Qui susceptâ mandræ (*seu monasterii*) administratione, omnium in se animos oculosque convertit mirabili quadam sanctitatis gloria. Confluebant ad eum undique, quos infirma quælibet valetudo tentabat, spe recuperandæ salutis; neque spem fallebat eventus. Verumtamen ne redditæ sanitatis existimationem subiret; totam hujus rei laudem in

B Leopardinum fratrem suum refundebat; propterea, quòd eum socium adhibebat ad preces (*quas*) pro infirmis fundebat. Leopardinus verò nequaquam sublimiùs de se sentiens curationes omnes fratris sui meritis ascribebat. *En S. Portianum non modò virtutis laude celebrem, sed etiam prodigiosarum curationum, de quibus tamen Gregorius silet, gloriâ; en ejusdem gloriæ participem* S. Leopardinum; *qua de re omnino tacent Mss. cetera vetustiora. Meritò itaque verendum est, ne hæc pro arbitrio à recentiori Rotomagensis Ms. auctore excogitata sint atque asserta.*

S. Sulpitium, Bituricensem episcopum, adit,

23 *Idem porrò sic pergit:* Qui quidem (*S. Leopardinus*) suî sollicitus, ne importunus cenodoxiæ (*inanis gloriæ*) telis pateret diutiùs, hominum vitare conspectum decrevit, atque ne quid temerè aggrederetur, B. Sulpitium, cujus fama sanctitatis longè latéque dimanârat, consulere. Re itaque cum fratre suo communicata, Biturigas venit, causamque peregrinationis sancto præsuli aperuit. S. Leopardinum, *postquam tempore aliquanto cum fratre versatus in monasterio fuerat, bonâ ejusdem, jam tunc fortè abbatis, veniâ, Biturigas ad S. Sulpitium abiisse,*

C *habent etiam vel innuunt Mss. cætera: at discessus hujus causam fuisse, ne ex prodigiosis curationibus, quæ suis, & fratris sui precibus frequenter accidebant, inanis sibi gloria obreperet, nusquam in illis legitur: imò Vita brevior* S. Leopardinum *Bituricensem episcopum adiisse ait,* amplioris rei (*seu majoris perfectionis*) spe evocatum. *Hæc itaque, etsi non falsò fortasse asserta, fidem tamen auctoritatemque non habent. Adieritne verò* S. Leopardinus *S. Sulpitium, cognomine Pium, licèt in id consentiant Mss., quæ penes nos sunt, singula, pariter incertum est, quin & illa secum hac in re pugnare, ostensum est* § *superiore, ut adeò ibidem dicta hîc repetere non sit necesse.*

à quo dein discedens

24 S. Leopardinum *apud Bituricensem episcopum, sive S. Simplicius, sive S. Sulpitius is fuerit, seu quivis alius, jam aliquamdiu* (*nec enim commorationis Bituricensis durationem Acta exprimunt*) *versatum ac omni virtutum genere probè instructum, solitariæ vitæ desiderium cepit: sic tamen, ut nusquam, nisi intra diœcesis Bituricensis terminos, sedem figere ac vitæ reliquum transigere ratum haberet: sancto Viri voto obsecundans episcopus facultatem illi fecit, quò vellet,* AUCTORE J. B. *abeundi, ac impertita benedictione eum dimisit. Ita ferè Acta* S. Leopardini *prolixiora: sed breviora, & Ms. Rotomagense addunt, S. Sulpitium abeunti* Leopardino *non modò propositi sui felicem exitum, sed & martyrium prædixisse, quæ magis ex auctorum mente & opinione, quàm ex probatis monumentis, certisve auctoribus dicta, existimo. Digressus à S. Sulpitio (ut quidem Acta loquuntur) fratrem Portianum revisit, ac propositi sui certiorem fecit. Probavit illud quidem Portianus, sed id sibi concedi postulavit, ut ne nimiùm à sese abscederet. Placuit* Leopardino *fraterna petitio: quapropter Albiniaci sedem figere statuit: est autem Albiniacum, Gallicè* Aubigny, *vicus in Borbonensi pago sub diœcesi Bituricensi in hujus & Claramontanæ diœcesium confiniis situs.*

Vivarien. Ardei munificentiâ cœnobium condit:

25 *Erat in Albiniacensi vico fundus quidam,* Vivaris *dictus, in eoque conditum S. Symphoriano oratorium: locum hunc* S. Leopardinus *solitariæ illic degendæ vitæ non ineptum ratus, illius dominum, nomine Ardeum, precatus est, ut solitas in eo oratorio laudes Deo persolvere sibi liceret; quod illi non modò libens annuit Ardeus,* E *sed & oratorium S. Symphoriani, fundumque Vivariensem donavit, ut fusiùs in Actis videre est. Bituricensi episcopo (Sulpitio Pio, ut aiunt Acta, sed fortè Simplicio, aut alteri cuicúmque)* S. Leopardinus *sibi donata subjecit, eoque in loco cellam ædificavit, quæ, aucto sociorum ejus numero, in monasterium evasit, quod Navensi seu S. Sulpitii Bituricensis Ordinis Benedictini abbatiæ subjectum jam olim fuit; sed quo primùm tempore id factum sit, planè incertum: fortè enim post* S. Leopardini *tempora Navensi cœnobio principis alicujus in S. Sulpitii monachos favore subjectum fuerit; etsi à seculo* XI *creditum fuerit, S. Sulpitio Pio ab origine sua fuisse subjectum; quòd jam tum subjectionis illius exordium ignoraretur. Utut sit, cœnobii Vivariensis è Mabillonio ad annum* 1040 *num.* 24 *brevem hanc accipe notitiam:* Hæc cella S. Leopardini, *inquit,* sita duabus leucis à Borbone Archembaldi (*Gallis Bourbon l'Archembauld*) hactenus sancto Sulpitio (*Bituricensi*) subjacet, sancto Symphoriano primitus, dein etiam sancto Leopardino sacra.

virtuti hîc & rebus suis incumbit,

26 *De rebus à* S. Leopardino *in Vivariensi* F *suo monasterio gestis Vitæ ejus scriptores pauca memorârunt; quamquam minimè sit ambigendum, quin, qui à teneris unguiculis virtuti se divinoque obsequio dederat, eumdem quoque per omnem ætatem justitiæ pietatisque callem constantissimè triverit: hinc inde tamen in Actis ejus nonnulla occurrunt, unde sancti Viri ecclesiæ S. Symphoriani, cujus administrationem curamque susceperat, jura tuendi non segnis ardor; eximia pietas, quâ rebus divinis operari quotidie solemne illi erat; insignis, quâ in proximum erat, charitas, & ingens pro Dei causa patiendi desiderium commendentur; ut ejus Acta pervolventi manifestum fiet. Nullus etiam dubito, quin plura, eaque præclara de* S. Leopardino *dici scribique potuerint, modò nactus fuisset scriptores ætati suæ propiores, nec temporis diuturnitas gestis ejus tenebras offudisset. Sed hæc obiter dixisse sufficiat, & ad martyrium ejus, quod tamen accuratè satis descriptum, properemus, unde summa tantùm capita delibabimus, lectori reliqua in ejus Actis infrà excudendis legenda relicturi.*

27

AUCTORE J. B.

27 *Vivarienſem fundum, ſibi ab Ardeo liberaliter piéque donatum, pro viribus* S. Leopardinus *excolebat, ut inde S. Symphoriani oratorio, ſibi, ſuiſque neceſſaria compararet: & verò labori par fructus reſpondebat. At idem fundus, qui ſancto Viro victum ſuppeditabat, quodammodò conſcivit & mortem. Ægrè nimirùm tulerat Blitildis ſeu Bichildis, Ardei conjux, mariti in* S. Leopardinum *munificentiam: quare invidiæ ſtimulis acta, in agrum quemdam, eccleſiæ S. Symphoriani altari addictum, inſcio vel fortè peregrè verſante Ardeo, avara mulier violentas manus injecit: monita identidem ab illum repetente* Leopardino, *ne aliena diutiùs retineret, neve S. Symphoriani in ſe vindictam provocaret, ſcelus non emendavit, ſed ſcelere auxit atrociore: quippe, concepto* S. Leopardinum *è medio tollendi propoſito, Placidum quemdam, quem Vir ſanctus alebat in monaſterio (hoc enim illum ſenſu* S. Leopardini nutritium *in Actis dictum reor) ac familiarem habebat, primò corrumpit; à quo aliquando edocta,* S. Leopardinum *ad monaſterium aliquod, Vivarienſi, ut apparet, vicinum,* Collobero *dictum, fratres ibi degentes viſendi gratiâ iturum, mox quatuor ſicarios mittit, qui ſanctum Virum in itu redituve interficiant, & occiſi corpus clàm occulant, ubi inveniri non poſſit: hi redeuntem adorti diriſſimè cædunt, & ſecuri capiti impacta velut mortuum, ita nimirum diſponente divina Providentia, relinquunt.*

sed Blitildis Ardei uxoris juſſu

B

28 *Paulò aliter, ac Acta* S. Leopardini *Labbeana, hæc narrat auctor Ms. Rotomagenſis cap.* 5. Erat Hardeo, *inquit*, uxor ferociſſima, in cujus ſinu tota ſe infuderat tenax avaritia: doluit illi, tam læta cultaque latifundia ab hominibus nihili (ut aiebat) poſſideri. Augebat ægritudinem animi ſedula cura Leopardini, & fratrum, quos regebat, induſtria, quam in verſanda terra adhibebant. Fructus par operi dolorem non minuebat. Excogitat itaque modum, quo monachos arceat ſua poſſeſſione. Imperat primùm ganeonibus quibuſdam, quorum audaciâ utebatur ad ſcelera, ut totam hæreditatem deprædentur; tum demùm fruges, antequam perfectè maturuerint, decerpant, profanoſque in uſus convertant. Quæ cùm ex animi ſententia ſibi non ſucceſſiſſe videt, convertitur ad deteriora conſilia. Erat, neſcio, quis pſeudo-eremita, cujus conſiliis & operâ utebatur familiariter Leopardinus. Huic Placido nomen erat, homo ad quævis flagitia natus *&c. Agrum illum in proprios uſus à Blitilde fuiſſe converſum, Acta quidem habent Labbeana Rotomagenſibus antiquiora; ſed nihil de prædationibus ejuſdem, nihil de reſectis frugibus nondum maturis habent; unde hæc fortè ex unico ſcriptoris recentioris genio, etſi fortaſſis vera, profecta ſunt. Sed nec Placidus,* S. Leopardini *proditor, eremita, aut* S. Leopardino *à conſiliis fuiſſe in illis dicitur; contrà è famulorum numero fuiſſe videtur, utpote cui* S. Leopardinus, *ad vicinum monaſterium profecturus, præceperit equum ſternere, &* nutricii *tantummodò nomen tributum ſit in Actis Labbeanis prolixioribus, quæ conſule num.* 9. *Quid porrò* S. Leopardino *acciderit, nunc videamus.*

C

à ſicariis

29 *Sicariis nondum ad dominam reverſis, à vulneribus jam inde* S. Leopardinus *ope divina convaluerat: Blitildis verò aliud perdendi* S. Leopardini *tempus opperiri decrevit: nec multò poſt audiit, illum in Nivernenſem pagum ad Matronam quamdam, quam ſuis precibus paralyſi liberaverat, excurſum meditari. Sicarios commodum peragendo ſceleri obſidere locum juſſit juxta ripam fluvii Elaveris, quà Borbonenſium & Nivernenſium fines permeat. Quò cùm jam rediiſſet* S. Leopardinus, *ſubitò in illum irruerunt & abſciſſo capite è vivis abſtulerunt, injecto occiſi corpore, ne crimen proderet, altiſſimæ ſcrobi: ſed quod terra texit, viſum eo loci divinitus accenſum lumen paſtoribus prodidit. Vulgata in vulgus rei fama Blitildem terruit: quare illicò miſit ſicarios, qui effoſſum corpus & dolio unà cum ſaxis incluſum ſupradicti fluminis gurgitibus mergerent. Sed variis iterum prodigiis, quæ Acta fusè deſcribunt, detectum, integrumque repertum, linea tantummodò circulari purpurea in collo relicta, quæ martyrii genus indicaret, maxima concurrentis populi multitudine ac inſigni honore tandem ad S. Symphoriani eccleſiam delatum eſt ac ſepulturæ mandatum. Blitildis verò in pœnam peractæ cædis, effuſis in latrinam viſceribus, malè periit. Atque hæc quidem ſunt, quæ de* S. Leopardino *narrata inveni: reliquum eſt, ut de Faſtis ſacris, quibus inſcribitur, deque cultu, ſancto Martyri impenſo, pauca dicamus.*

D

E

30 *Hagiologium Franco-Gallicum Labbei, ex antiquo abbatiæ S. Laurentii Bituricenſis Martyrologio decerptum, ad diem* VII *Octobris ita habet:* In territorio Bituricenſi monaſterio Vivarienſi natalis S. Leopardini ſacerdotis & martyris. *Caſtellani Martyrologium Univerſale Gallicè:* Propè Albiniacum apud Bituriges S. Leopardinus monachus à ſicariis interfectus. *His plura Martyrologia, quæ* S. Leopardini *meminerint, hactenus non inveni. Sanctum Martyrem à Vivarienſibus coli ut patronum, ex verbis Mabillonii num.* 25 *adductis liquet: unde & illud* monaſterium S. Leopardini *interdum audit; quæ nomine appellatur in Actis Viſitationis diœceſis Bituricenſis anno* 1285 *à Simone de Bello-loco, Bituricenſi archiepiſcopo, inſtituta apud Baluzium lib.* 4 *Miſcellaneorum pag.* 392. *Actis S.* Leopardini *à domino Geroult, abbatiæ S. Sulpitii Bituricenſis monacho, ad nos tranſmiſſis ſubnectitur, in illius honorem procul dubio recitari ſolita, Oratio hujuſmodi:* Majeſtatem tuam, Domine, humili prece depoſcimus, ut omnes, qui beatiſſimi ſacerdotis & martyris tui Leopardini requirunt patrocinium, illius ſacratiſſimis precibus ſuorum omnium mereantur conſequi veniam delictorum. Per Chriſtum Dominum *&c In codice Beneficiorum diœceſis Bituricenſis, anno* 1626 *Pariſiis excuſo, vicum* S. Leopardini *dictum, reperio, pag.* 13 *in archipresbyteratu Borbonienſi; uti & apud Blaevium in Tabula Geographica Bituricenſis ducatûs; ſed in Tabula Borbonienſis corruptè* S. Labardin *dictum. Utrobique verò in vicinia Albiniacenſi non procul Elavere (Gallis* l'Allier) *collocatur.*

Sancti Martyris cultus ſacer

F

31 *Ad Sancti noſtri cultum etiam facit, quod de Aymone Bituricenſi epiſcopo in Patriarchio Bituricenſi apud Labbeum tom.* 2 *Bibliothecæ librorum Mss. pag.* 87 *legitur his verbis:* Quinquageſimus octavus præfuit dominus Aymo, inter ceteros generis dignitate ſublimis & vitæ ſanctimoniâ præclarus. Hujus frater vocabatur Archimbaldus, ſtrenuiſſimus princeps & comes Borbonienſis; ad cujus inſtantiam idem venerandus pontifex exhumavit corpus ſancti Leopardini martyris apud monaſterium Vivarienſe, & illud decentiùs collocavit in eminentiori loco

& corporis illius elevatio.

è Nivernia ad ſuos rediens obtruncatur.

A co eccleſiæ dicti monaſterii. *Meminit etiam ejuſdem corporis* S. Leopardini *elevationis, ut ſuprà monui, Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum* 1040 *num.* 24, *uti & Archembaldi comitis in Vivarienſem* S. Leopardini *prioratum munificentiæ, ea occaſione exhibitæ, ex inſtrumento, quod, prout apud Mabillonium exſtat, huc transfero: Sic habet:* Francorum piiſſimo Heinrico imperii gubernacula moderante, in archiepiſcopatu Biturigæ civitatis, urbis metropolitanæ, Aymone, fratre principis Archembaldi, præſidente, abbatiam verò S. Sulpicii abbate Humberto regente, atque prioratum Vivaris Andrea monacho diſponente, ipſe præfatus princeps Archembaldus, omneſque proceres Borbonienſium ad ſanctiſſimum cœnobium Leopardini congregati eſſe dignoſcuntur, gratiâ videlicet relevandi de telluris ſinu almi corpus Leopardini, atque honorabiliùs locandi.

32 Quibus omnibus congregatis, Aymo archiepiſcopus intimavit, qualiter Ardeus, vir nobiliſſimus, juſſu & laude Theoderici regis, omne alodum Vivaris, quod ſui juris erat, beato donavit Leopardino, & ſancto Sulpicio, & monachis ei ſervientibus. Qui prædictus princeps Archembaldus plurima ex rebus propriis dona monachis S. Leopardini dedit, & conceſſit, quæ hîc non piguit, ſed potiùs placuit, inferere ſedulè. In primis conceſſit ipſe benignus princeps Archembaldus, laudante Arnulfo atque Giraldo, Firmitatis principe, domino & ſancto Leopardino ipſius loci feram (*nundinas*) annualem, & feras omnes de cunctis hominibus ad feram venientibus, totum diſtrictum in ipſa fera. Et poſt multa, *inquit Mabillonius*, jubet princeps, ut hæc terra" quieta ſemper maneat, „ſicuti in authenticis Francorum regum præce„ptis omnis ſancti Sulpicii terra quieta eſſe præ„cipitur„ id eſt, *interprete Mabillonio*, immunis. His litteris, *pergit Mabillonius*, appoſita ſigna principis, & filii ejus Arnulfi, & Gilberti fratris ejus, atque aliorum. *Dein refert hujuſmodi litterarum clauſulam:* Actum eſt in feſtivitate ſancti Leopardini, regnante Heinrico, Francorum rege. *Denique & diplomatis Arnulfi, Firmitatis principis, quo prædicta confirmantur, hæc verba refert:* omnem vicariam, tam in burgo, quàm extrà burgum in terra ſancti Leopardini, ſicut Archembaldus Borbonenſium princeps & Arnulfus avus meus atque Giſlebertus frater ejus (*ſuprà memorati*) prædictam vicariam in relevatione beati Leopardini monachis, ibidem Domino ſervientibus, dederunt. Actum eſt regnante Philippo rege Francorum.

ex charta ſeculi XI,

B

C

33 *Unde antiquitus cultum apud Borbonienſes fuiſſe* S. Leopardinum, *ſatis liquet; at non item, ut dictum ſuprà eſt, Ardeum &* S. Leopardinum *S. Sulpitii Pii ætate vixiſſe, ut ab ipſo ſuî exordio Vivarienſe monaſterium dicto ſancto epiſcopo ſubjici potuerit, ob nimiam ſeculi* XI *à ſeculo ſexto vel ſeptimo diſtantiam. Quia tamen hæc opinio, nec tum recèns nata fuiſſe videtur, fecit illius antiquitas, ut* S. Leopardini *ætatem ſeculo ſexto vel ſeptimo ſub Commentarii initium cum disjunctione illigandam putârim, quòd non deſint rationes ſatis probabiles, ob quas credi poſſit, eam opinionem, licèt antiquam, ex Clotariorum & Theodericorum Franciæ regum confuſione ſuam duxiſſe originem. Et hoc quidem propterea probabilius exiſtimo, quòd ipſum hoc inſtrumentum erroris ſuſpicione non vacet: dicitur enim in illo Ardeus Vivarienſem fundum donâſſe S. Sulpitio & Navenſi monaſterio* Juſſu & laude Theoderici regis, *nempe Burgundiæ, ut volunt. Atqui tamen, ut Galliæ Chriſtianæ auctæ editores ſcribunt tom.* 2 *col.* 126, *Navenſe cœnobium non niſi ſub Clotario II conditum fertur; ſub Clotario, inquam, totius Franciæ imperium anno* 614 *poſt Theoderici, Burgundiæ regis, obitum adepto: alioquin enim non ſub Clotario, ſed ſub Theoderico conditum diceretur.*

in quam nonnulla

34 *Adhæc, ſi* S. Leopardini *Actis fides habenda eſt, hic Vivarienſe monaſterium ſubjectum voluit S. Sulpitio, cùm jam factus eſſet Bituricenſis epiſcopus; id verò non priùs contigiſſe, quàm è vivis Theodericus abierat, & Clotarius jam toti Franciæ imperare cœperat, Acta ejus ab auctore coævo conſcripta tom.* 2 *Januarii pag.* 168 *& ſeq. legenti manifeſtum fiet: itaque non potuit Theodericus, S. Sulpitio, jam Bituricenſi epiſcopo, Vivarienſe monaſterium auctoritate regia confirmare. Quòd ſi dicas,* S. Leopardinum *monaſterium ſuum ſubdidiſſe S. Sulpitio, nondum quidem epiſcopo Bituricenſi, abbati tamen Navenſis cœnobii; reſpondeo, id pariter valdè incertum eſſe. S. Sulpitium clero aggregavit S. Auſtregiſilus, ita ſcribente S. Sulpitii biographo:* Cúmque repentè fama longè latéque reſperſa, præcipuè in parte, quæ ſub axe ponitur Occidentis, peragrans evolâſſet, popoſcit Auſtregiſilus Bituricæ urbis epiſcopus Theodoricum principem; ut ſibi licentia daretur participationem docendi ei (*Sulpitio*) in eccleſia tradere, eò quòd ad ipſum doctrinæ gratiâ multitudines convolarent. Nec mora: regia defertur auctoritas, ut, deciſa cæſarie, clericatûs ſuſciperet onus, & ſuccedentibus gradibus anno & eo ampliùs præponens eum cæteris, Leviticam ſortem indeptus, eccleſiæ miniſtravit. *Auſtregiſilus verò Bituricenſis factus eſt epiſcopus anno* 612, *uti in Commentario ad ejus Vitam prævio tom.* v *Maii ad diem* xx *ejuſdem menſis num.* 3 *videre eſt. Anno autem poſtero Theodericus exſtinctus eſt: nullo autem ex capite liquet, S. Sulpitium anno* 612 *aut proximè ſequenti in Navenſi monaſterio abbatis munere fuiſſe perfunctum. Secundum S. Sulpitii Vitæ auctorem, vivente adhuc Theoderico, ab Auſtregiſilo clericis adſcriptus fuit,* & ſuccedentibus gradibus anno & eo ampliùs præponens eum ceteris, Leviticam ſortem indeptus, eccleſiæ miniſtravit. *Non igitur ante annum* 613 *ſacerdotio initiatus fuit: inde verò in caſtra Clotarii evocatus eſt, ut abbatem ageret; atque adeò ſub Clotario tantùm monachorum Inſtitutum amplexus videtur.* Interea magìs magiſque ſignorum gratiâ cingebatur. Et cùm à fidelibus Clotario principi fuiſſet ſuaſum, illico epiſcopum (*Auſtregiſilum*) poſcit, uti pro ſalute ſua ac exercitus ſui licentia daretur, ut vir beatus (*S. Sulpitius*) in ſuis caſtris abbatis officio potiretur, *pergit idem S. Sulpitii Vitæ ſcriptor. Scio quidem hæc auctori Vitæ S. Auſtregiſili, qui Sulpitii II deceſſor fuit, à coætaneo pariter auctore conſcriptæ* (*Vide tom.* v *Maii pag.* 231 *num.* 10) *adverſari; ſed potiùs hac in re* aſſentiendum videtur ei, qui deditâ operâ ipſius Sulpitii res geſtas proſequitur, *ut tom.* 2 *Januarii pag.* 167 *num.* 16 *Commentarii, in S. Sulpitii Vitam prævii, dicitur.*

hîc obſervanda tur.

AUCTORE J. B.

E

F

A. ANONYMO.

ACTA

S. LEOPARDINI MONACHI

Ex Ms. codice Silviniacensis cœnobii apud Philippum Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Mss. Librorum, à pag. 415 excusa.

CAPUT I.

Refertur sancti Martyris vita & martyrium.

B

S. Porcianus & Leopardinus fratres, a b

SApientia Dei Patris, quæ attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter *a*, illud cœlestis satietatis *b* convivium multis & innumerabilibus relucêre facit splendoribus Sanctorum. Qui, licèt in diversis sint disseparati terrarum locis, in illa tamen summæ Trinitatis unitate propter testamentum Domini & leges paternas permanent in amore fraternitatis, & sic unus spiritus retinet eos semper, & una fides. Talem itaque laudabilis unanimitatis conjunctionem ille spiritus veritatis & unitatis perficit, quem solliciti semper servant illi in vinculo pacis, quibus unum corpus & unus spiritus efficitur in una spe vocationis æternæ, à quibus unus Dominus sapitur, una fides colitur, unum baptisma tenetur. Quibus est enim unus Deus & pater omnium, qui supra omnes
c & per omnia & in omnibus præsidet. Hoc *c* istam enim regiam veritatis & salutis viam firmo & libero cursu cucurrerunt beatissimi veriqne
d Dei cultores, Porcianus *d* & Leopardinus. Hi enim carnali adjuncti propinquitate fraternita-
C tis, uterque elaborabat voluntarius, ne in fine dierum perderent laborum suorum salutares fructus.

& in Arvernia nati, e

2 Hi enim beatissimus Porcianus & Leopardinus Arvernensi patria sunt nati & procreati, & pueritiæ suæ tempora quodam maturioris ætatis senili reddebantur *e* moderata, & succrescentem dierum suorum numerum quotidianis sanctificabant incrementis virtutum, adhærentes Domino Jesu plena fide, & constanti spe, & perfecta charitatis dulcedine. Patriæ namque Arvernensis lata & spatiosa amplitudo ab ipsis non solummodò captabat meliorationis & emendationis exemplum, sed etiam multi & innumerabiles populi de longissimis aliis regionibus veniebant ad eorum laudationis famam, quam majorem esse laudabilioremque acclamabant, quàm audissent, dum ad propria revertebantur. Multis namque & innumerabilibus fidelibus Domini proficientes ipsi ad exequendum æternæ felicitatis donativum, venientes veniebant cum
f exultatione, reportantes manipulos *f* cœlestis
g regenerationis *g* cum maxima laude.

sanctam aliquamdiu unà vitam degunt:

3 In hoc tali laudum studio insimul laborantes beati, Deoque dilecti Porcianus & Leopardinus, tandem beati Leopardini placuit animo, ut illi Dominico obediret præcepto: "Exi de terra tua ,,& de generatione tua *h*.,,Hic etenim beatus Leopardinus de terra & de generatione sua, Arvernensi videlicet, exiit, qui in terra demonstratæ obedientiæ, illud antiquæ benedictionis donativum recipere promeruit, quo dicitur: "Bene- ,,dicens benedicam tibi & multiplicabo te *i*.,, Audiens namque veridicæ relationis quotidiana cer- titudine, quia tempore Theodorici regis *k*, Biturigis præsidet in archiepiscopali sede beatus magnusque, totius religionis decus, Sulpicius, Pius *l* laudis nomine, ad eum veniendi viam assumpsit *m* devoto corde: quem post aliquantos dies inveniens, magna ab eo susceptus est dilectione, & cum eo aliquandiu commoratus, indicibili conjunctus est animi familiaritate. In ipsa mutuæ dilectionis sententia permanet ille sanctus Sulpicius, pietatis & misericordiæ eminens columna, & ille sanctus Leopardinus, felix advena. Continuabant diem & noctem in Dei servitio, cœlesti per hoc complacentes magisterio. Unâ autem dierum sanctus Leopardinus cordis sui desiderium sancto patri Sulpitio aperuit, indicans ei, numquam se velle foràs ejus episcopii terminum habitationem eligere, vel alicubi remanere; unde daretur ei locus in ejusdem confinio, ubi securè & fiducialiter posset servire omnipotenti Deo.

h *i* *k* *l* *m*

E

dein Leopardinus S. Sulpitium adit, à quo ad Portianum redux, n

4 Cujus sanctissimam probitatem reverendus sanctus Sulpitius recognoscens, dignum sæculi memoriale, dixit ei: Vade, &, ubicúmque volueris in nostro habitare episcopii termino, securus remane, & cœlesti consolatus adjutorio vive *n*. Acceptâ autem paternæ benedictionis licentiâ, ad illum prædictum Portianum repatriavit: cui jungebatur non solummodò spirituali, sed etiam carnali dilectione & fraternitate *o*: cui & itineris sui vias, & prosperitatis suæ causas aperuit, & qualem & quantum animæ & corporis sui advocatum beatum invenisset Sulpitium *p* insinuavit, & qualiter idem præfatus pontifex in suo episcopio eum commanere permisisset, demonstravit. Qui beatus Portianus, fratris sui Leopardini congaudens prosperitati, gratias reddidit Deo omnipotenti, vel quia post aliquanta dierum spatia recepisset eum cum ala-
F critate maxima, vel quia donata fuisset ei licentia commanendi, ubicúmque ei placuisset in patria Biturigensi, unde idem beatus Porcianus fratri suo Leopardino multis precibus suasit, ne prolongatæ à se stationis sedem eligeret, sed talem, ut uterque alter alterum in proximo videre potuisset.

o *p*

Vivariensi fundo donatur ab Ardeo, q r

5 Huic præcordiali fraternæ suasionis precatui sanctus vir Leopardinus assensum præbuit, & in Borbonensi vico *q* valdè habilem & delectabilem locum, Vivaris *r* nomine, expetiit: qui fundus erat cujusdam principis, nomine Ardei, secundum Deum & secundum seculum multâ reverentiâ digni. Hic nobilitatem suæ magnæ potestatis humiliabat sub manu Dei omnipotentis. Unde cuilibet Christianorum fidelissimè complacebat expetere illius consolationis manum cum beneplacito animo. Audiens autem sanctus Dei Leopardinus prædictum fundum à variis *s*, ipsius Ardei *t* esse potestatis, supplex eum adiit, deprecatusque est eum, ut in oratorio, quod erat in honore Dei

s *t*

&c

A & ſancti Symphoriani *u* conſecratum, liceret ei perſolvere Domino quotidianæ laudationis canticum. Quam petitionem, ut erat benignus, benignè ſuſcipiens, non ſolùm, quæ precabatur, conſenſit; verùm etiam poſt comprobatam ſancti viri Leopardini ſtabilitatem, totum ipſum Vivaris fundum cum omni integritate eidem Beato tradidit, & condonavit ſub teſtamento legum & chartarum, & ſub principali ſtipulatione regum.

u

6 Ipſius autem fundi donativum idem beatiſſimus Leopardinus ſanctiſſimo poſt Deum ſuo advocato Sulpitio *x* condonavit, qui & idem beato Viro auctoritate epiſcopali prædictum fundum commendavit, & ad ipſum locum Vivaris exhortatum & honoratum repatriare permiſit: ubi idem beatiſſimus vir Leopardinus poſtea liberè & fiducialiter cum quibuſdam fratribus Deo omnipotenti ſervivit, multoſque pro Dei amore ſudores ad effectum ſalutarem perduxit. Erat autem in divinorum operum ſtudiis ſedulè deditus, orationi invigilans, miſericordiæ actibus inſudans, admonitionis Euangelicæ non immemor, quâ primùm regnum Dei quærere jubetur, & juſtitiam Dei *y*, quotidianas cum mortificatione carnis & peccati Chriſto Deo hoſtias immolabat, eidemque opere non contraibat, quia mortuus mundo & ſæculo remanebat, nam ut juſtitia ejus in ſæculum ſæculi permaneret, pauperibus, viduis & orphanis diſpertitor & donator neceſſitudinum ſuarum manebat hilaris. Per hæc virtutum incrementa incedens & creſcens Dei miſericordiâ, bonam ſuæ laudis famam circumquáque terrarum effulgurabat, illumque, ſui fidiſſimum amicum, prædictum Ardeum, in omnibus lætificabat.

quem Sulpitio ſubjicit & ſuis ſeorumque virtutibus illuſtrat.

x

B

y

7 Unde ab eodem Ardeo magnis ſemper honoratus beneficiis beatus vir Leopardinus omni quoque cultui honoris annumeratus ex hoc maximè eidem viro habebatur admirabilis, quia pro oblata ſibi honorificentiæ quantitate ſe in omnibus humiliabat & ſecundum Pſalmiſtam ſe clamitabat miſerum & inanem, dicens: "Ego au-„tem mendicus ſum & pauper *z*. „ Illius nempe ſanctæ Scripturæ medicamentum retinens & quaſi in ſe quoddam antidotum ſuperinliniens, quo dicitur; Quanto magnus es, humilia te in omnibus & invenies gratiam à Domino Deo *aa*. Gratiam namque à Domino Deo omnipotenti idem beatus vir Leopardinus magnam tenuit, qui per juſtitiæ certamina inmarceſſibilis gloriæ coronam *bb* de manu Domini recipere in fine dierum ſuorum promeruit. Hic etenim beatus vir Leopardinus in prædicto juris ſui alodo Vivaris ſe exercebat interiùs, & exteriùs elaborabat, ut fratribus, qui in eodem loco Chriſto Domino ſerviebant, victûs neceſſaria non deeſſent. Illud enim Apoſtolicum quotidie replicabat in animo præceptum, quod dicitur: Qui non laborat, non manducet *cc*. Cui & illud Propheticum promiſſum fidem ſibi vendicabat, ut labores manuum ſuarum manducaret *dd*, de quibus in æterna ſatietate debriatus, & ſuper aquam refectionis educatus, beatus eſſet, & bene ei in perpetuum ſuccreſceret.

Bonis auctus ab Ardeo,

z

C

aa

bb

cc

dd

8 Inter cetera enim illius prædicti Vivaris alodi prædia quidam bene erat amplitudinis campus poſitus in Albinienſi parochia *ee*, qui in proprios altaris uſus S. Symphoriani devenerat antiquo legum ſancitu. Hunc dum Vir Domini excoleret maximo cultu, & pro juſti laboris recompenſatione labor impoſitus labori ad

in hujus uxoris incurrit invidiam,

ee

præoptatos multiplicaretur ſumptus, quædam mulier, miſerrimarum miſerrima, invidiæ ſtimulis accenſa, nomine Blitildis, in proprios uſus, oblita juſtitiæ, præſumit computare. Quam ſæpius vir Domini Leopardinus à præſumptionis ſuæ tortitudine monuit ceſſare debere, ne provocaret S. Symphorianum ad injuriarum ſuarum incitamentum, dum ſuæ hæreditatis ei tolleret alodum, ſed deſpecta exhortationis & deprecationis ſancti Viri aſſiduitas eidem Blitildi in fine generavit ampliatas pœnas. Nam infructuoſam ſiculneam ſicut maledixit Dominus, ſic & hanc Blitildem fertur, quam maledixit S. Leopardinus *ff*.

A. ANONYMO

ff

9 Permanens itaque eadem Blitildis in malitiarum ſuarum nodis, poſtea cœpit diſquirere occultè, quomodo beatum virum Leopardinum potuiſſet perdere. Nam in aperto hoc nec audebat facere, vel pro mariti ſui Ardei timore; cujus erat conjux, vel pro nimio aliorum amore, quo idem Vir Domini vinciebatur. Unde Jeſabelis infecta antiquo maledicto, infecit quondam* deceptionis ſuæ inſtinctu etiam ipſum ſancti Viri nutricium *gg*, vocabulo Placidum, valdè nominis ſui contrarium, qui per aliquot dierum ſpatia malè poſtulati virus in corde ſuo celans zizaniam, ſancto viro Leopardino, quantùm occultiores, tantùm graviores diſquirebat inſidias; in tantùm ſcilicet, ut perſuaſrici *hh* malitiæ Blitildi in omnibus complacens per omnia aſſenſum præberet, illamque ſimplicitatis & innocentiæ columbam, ſanctum ſcilicet Leopardinum, perderet. Quodam namque die poſt peracta Miſſarum ſolemnia, quod ſancto viro Leopardino quotidianus erat uſus, eidem prædicto Placido commendavit, ut præpararetur ſibi caballus, quò poſſet Colobero *ii* eccleſiâ viſitare fratres velociùs. Qui corde infecto malitiâ, præcepto quidem ſancti Viri obtemperat; ſed & ad illam nequitiarum amatricem Blitildem celeriùs appropiat, motum ejus & viam inſinuat, adeſſe voti ſui perquiſitam fortunam annuntiat; quo poterit ſanctum Dei virum Leopardinum perdere, ſi non negligat ſuper illud opus invigilare. Adjungit quoque ille ſubdolus nutricius magnæ falſitatis conventum *kk*, eſſe apud S. Symphoriani eccleſiam multarum pecuniarum quantitatem; quæ in ejus deveniret partem, ſi idem Vir haberet ultimum diem vitæ. A tali igitur malæ perſuaſionis nuntio animus Blitildis igneſcit illico, ingenium perficiendæ nequitiæ excogitat, quæ ſibi ille millieformis artifex præparat; qui ſe in angelum lucis multoties transfigurat.

cujus juſſio

E

* quodam

gg

hh

ii

kk

F

10 Quatuor denique malefici diſcipulatus ſui ſubſelliones evocat eadem Blitildis, & conceptam & diu ruminatam animi ſui rubiginem eis denudat, quibus promittit, quia, ſi eum eraſerint perficiendo ſua juſſa, non remanere eos ultra in ſervulorum loco, ſed in carorum filiorum numero. In præſentia tamen numeroſam acciperent pecuniarum quantitatem, ut non faſtidirent precantis dominæ opus, & ut accelerarent ejus juſſa perficere velociùs, inſinuatur, & motionis illius hora eis inſinuatur, quia in proximo tranſiret per lacum, qui vocabatur Salgorus *ll*. Poſtquam inſinuatur tranſitus viæ ejus, commendat eis, ut pertranſeuntem Dei Virum arriperent, mortique ac celerrimè traderent, oſſa quoque præmortui corporis ſic in profundum terræ tranſponerent, ut in perpetuo inveniri non poſſent. Aſſumunt plorabundæ præcepta domi-

à ſicariis in via multis afficitur vulneribus,

ll

A. ANONYMO.

næ, & ad prænotatum locum arripiunt viam concitè. Et pertranſiit inde ſanctum Dei Leopardinus ſacerdos, Colobero in gratiam charitatis fratres, ut dictum eſt, viſitaturus. Unde quodam die revertens, & juxta locum ſui itineris prædictos miniſtros obdormiſſe, videns, pertranſiit & in uno proximo locorum, quid agere vellent, expectavit. Surgentes verò à ſomno, dum ſanctum Dei Leopardinum rediſſe, cognoviſſent, in lamentis & doloribus permanentes, & ſuper ſomnolentiæ & pigritiæ ſuæ torpore multa conquerentes inrecuperabilis conſolationis afficiebantur dolore. Quam quidem pro ſuî pigritia potuiſſet eos Sanctus Dei revertens deriſui habere, ſanctus verò Domini Leopardinus inſanientium debacchationi auditæ condolens, martyriique coronam ſitiens, eoſque adpropians, illud Dominicæ Paſſionis pro ſe reſponſum reddidit dicens: "Ego ſum, quem quæritis *mm*. „ Tunc miniſteriales imperatæ perditionis Sanctum Dei afficiunt pœnâ acerrimæ cædis. Securim quoque capiti infigunt, & ſic videlicet, quaſi emortuum, relinquunt.

mm

B

à quibus prodigiosè convaleſcit:

11 Poſt peractæ igitur tantæ impietatis officinam, dum læti revertuntur ad Blitildem dominam ſuam, ſanctum Domini Leopardinum cœleſti antidoto ſanatum, eoſque à longè ſubſequentes * aſpiciunt, laudes Domini acclamantem, hilarem & angelicum vultum habentem. Cumque iterum totis niſibus dolo pleni & fallaciâ repleti ad Dei Sacerdotem redire conarentur, ut gladio eum trucidarent nefando, tantus ſubitò illorum mentes invaſit timor & tremor, ut nemo eorum ipſum auderet reſpicere; ſed unus poſt unum fugam accipiens incerti, & profugi per ſylvas & concava montium huc illucque diſcurrebant. Tandem feſſi & dilaniati corpore & veſte adſiſtunt conſpectibus dominæ. Cui aperiunt, qualiter ſanctum Dei Leopardinum poſt multa corporis flagella, manibus & pedibus ligatis, dimiſiſſent mortuum, ſecuri caput percuſſum graviter; & qualiter eos expaviſſet, eoſque pro ſuî pavore fugam inire compuliſſet. His verò auditis, in iram converſa illa Blitildis malevola diverſis flagellis eos torqueri commendat. Sed inter flagella promittunt, in proximo ſatis placere voluntati dominicæ *nn*, ſi eis daretur locus & terminus, quo ſanctum rurſus invenire poſſent Leopardinum. Huic probroſæ promiſſione atteſtantes, ſe daturos inquiſitionem, dimittuntur, dehinc in deceptionem ſancti viri Leopardini aſtutioris inſidiæ cauſas machinantur. At omnipotentis Dei virtus & ſapientia inter agendum talia beatum Leopardinum in Nivernenſi pago *oo* maximâ extulit celebritatis gratiâ.

nn

C

oo

at dein à Nivernenſi matrona evocatus,

12 Erat quædam matrona in eodem pago Nivernenſi, ſatis poteſtativæ dignitatis exuberans numero, & per multa dierum ſpatia, perdito omnium membrorum officio, ſolius linguæ particula fidei & neceſſitatum ſuarum partem edicere valebat. Quæ ſuæ domus famulos prece monuit attentiùs, ut trans Aleris flumen *pp* quendam eximiæ ſanctitatis Virum perquirerent, nomine Leopardinum, qui pro Chriſto multis affectus fuerat pœnis, pro quibus reſumpturus eſſet in fine dierum coronam perennitatis. Inſinuat eis & perfecti & habilis corporis qualitatem vultumque cum canicie capitis hilarem & angelicum: mores quoque ejus totius religionis, ſanctitatis & pietatis plenitudinis* inſignes. Hunc tamen numquam ſe vidiſſe, vel de eo aliquid ab hominibus didiciſſe, aſſerebat; ſed ille Spiritus Domini, qui ubi vult ſpirat *qq*, illum talem Virum pro ſui ſalute inquirere inſinuat: exquiſitæ pietatis & religionis præoptata perſona invenitur, & precantis & transmittentis dominæ ſumma neceſſitas aperitur. Quam deprecationem ſanctus Vir, & cauſâ magiſtralis humilitatis, nec præſumptuoſâ ſuſcepit; & tamen devictus innatæ ſibi pietatis dulcedine in longum non diſtulit. Redire nuntios ad dominam jubet, illico ſe ſubſecuturum promittit in proximo; ad conſueta Miſſarum ſolemnia interim præparatus* belligerator inclytus, & inter immolatæ Redemptionis gaudia illi præmortuæ mulieri advenit ſanitas diu deſiderata.

pp

* *le, e* ſubſequentem

* *An* plenitudine?

D

qq

* *An* præparatur?

13 Dehinc peracto oblati ſacrificii myſterio, fratribus ſuis & cæteris fidelibus pacem & ultimum Vale tribuit; & ſui agonis curſum & terminum vitæ, ſpiritu Dei edoctus, appropinquare innotuit, dicens: Appropinquat mihi vitæ meæ finis, quia callida invectione Blitildis illum noſtrum nutriclum, nomine Placidum, deputatum *rr* ecce doleo: initium viarum ſuarum bonæ ſpei fructu conſecrans, oblitus fructuoſæ diſciplinæ, oblitus moderatæ reverentiæ, finem dierum ſuorum expectat in poſterum gemens & ululans, quàm quidem ſuper caſum noſtri interitus multos perquirit argumentationis anfractus. Poſt commendatos igitur Deo & Spiritui ejus filios, poſt ordinata monaſterii Vivaris neceſſaria, poſt annuntiatæ paſſionis ſuæ qualitatem, ad prædictam in Nivernenſi pago venit mulierem. Hanc miſerentis Dei miſericordiâ invenit ſuper adeptæ ſalutis & ſanitatis jocundantem vota, eamque Dominici Corporis viatico muniens, & in omnibus lætam & alacrem dimittens ad conſequendam victricis bravii palmam idoneam talem Dei Servus invenit viam.

prædicta nece ſua.

rr

E

14 Tranſmeato igitur Aleris flumine, proſpicit ille S. Leopardinus, amator veritatis & juſtitiæ, illos veternoſæ impietatis miniſteriales, quos pro interfectionis ſuî pecuniis, prece & imperio quondam conduxerat Blitildis malivolo animo, quos ſuper ſuæ interfectionis argumentum cupidos & ſitibundos recognoſcens, eorumque rabiem non expaveſcens, imitator illius, qui dixit "Ego ſum via, veritas & vita *ff*.„ inchoatam viam non dimiſit, à veritatis tramite non omutuit *, ſed pro ea* in futurum ad vitam perennitatis feliciter pervenit. Sic illa miſerorum effera rabies illum Dei amicum, concivem angelorum, magnumque ſolamen hominum, ſanctum ſcilicet Leopardinum comprehenderunt, duriſque loris vincientes à conſpectu pertranſeuntium hominum abduxerunt, & tetris profundiſſimæ ſylvæ locis transpoſuerunt, ubi ſitibundam veſaniam inſanientis animi cædibus, verberibuſque, flagellis & diſtortionibus in Sancti corpore ſuperimpoſitis exſaturantes, illud pretioſum capitis margaritum Nonas Octobris penè reddiderunt detruncatum. Defendebat *tt* autem caput tamen in exanimi corpore jam in cœleſtem* regis infertum diademate. Sic ille ſectator Dei egregius Leopardinus martyris eſt palmam conſecutus, & in illorum numero adſcifcitur coronatus, qui Jezabelis & Herodiadis reprehendentes præſumptionem, mercati ſunt perpetuam ad * gloriæ & honoris coronam per æquiſſimum recompenſatorem meritorum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

in reditu ſuo occiditur.

ff

F

* *lege:* receſſit, *vel quid ſimile*

* per eam

tt

* *lege:* cæleſtis

* Abundat.

AN-

A

ANNOTATA.

a *Lib. Sap. cap.* 8, ℣. 1.

b *Ms. Saviniacenſe apud Borbonienſes, à Cheſnio ſuppeditatum :* Societatis.

c *Ms. Saviniacenſe rectiùs :* per iſtam enim *&c.*

d *Colitur die* 24 *Novembris in Arvernia, Galliæ provincia, in qua prioratui Ordinis modò Benedictini & oppido nomen dedit.*

e *Ms. Saviniacenſe :* reddebatur, *minùs rectè.*

f *Pſalm.* 125, ℣. 6 : Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

g *Ms. Saviniacenſe :* Repromiſſionis.

h *Ita ferè Gen.* 12, ℣. 1.

i *Sic ferè partim eodem cap.*, ℣. 3 ; *partim* 17, ℣. 2.

k *Theodericus, Clodovei filius, regnavit ab anno* 511 *uſque ad annum* 533, *ſub quo S. Portianus floruit, ex num.* 6 *Commentarii prævii : Theodericus alter, Childeberti filius, ab anno* 596 *uſque ad annum* 613.

B l Pius *dicitur, ut ſecernatur à Sulpitio Seniore, Bituricenſi item epiſcopo : ſedit autem Bituricæ, quæ cognominis in Gallia provinciæ* (le Berry) *caput eſt*, Bourges *Gallis dicta, ſecundùm Galliæ Chriſtianæ aucta ſcriptores tom.* 2 *ab anno* 624 *uſque ad annum* 644. *Acta ejus habes tom.* 2 *Januarii à pag.* 167.

m *Sed quî* S. Leopardinus, *S. Portiani, qui anno* 525 *ſenium attigerat ex num.* 6 *Commentarii prævii, frater, ut Acta habent num.* 1 *ſub finem, ad annum* 624 *vel Sulpitii Pii, jam Bituricenſis epiſcopi, ætatem pervenire potuit ? Quî ad Theoderici Junioris, anno* 613 *defuncti ? Aperta igitur hîc eſt contradictio ; videturque Theoderico Juniori ſubſtituendus Senior, de quo ad lit.* k ; *Sulpitio verò Pio S. Simplicius aut alius quiſcúmque illius ætatis Bituricenſis epiſcopus. Vide dicta in Commentario prævio num.* 10.

n *Addit Vita Brevior, S. Sulpitium abeunti* S. Leopardino *prædixiſſe martyrium.*

o *Parùm conſtanter hîc* SS. Leopardini *& Portiani ætas cum S. Sulpitii Pii ætate copulatur : quare aut* S. Leopardinus *S. Porciani frater non fuit, aut cum Sulpitio Pio verſatus non eſt. Videntur autem probabiliùs* S. Leopardinus *& Porcianus fratres fuiſſe & S. Sulpicio Pio ſeniores. Vide dicta num.* 9 *& ſeqq.*

C p. *Imò fortè S. Simplicium. Vide ſuprà lit.* m.

q *Galliæ provincia, quæ Arvernis, Foreſiis, Burgundis, Nivernenſibus & marchia Lemovicenſi cingitur.*

r *Loci hujus notitiam vide num.* 25.

ſ *Lege* Vivaris, *ut habet Ms. Saviniacenſe.*

t *Hîc aliunde mihi non eſt notus.*

u *Martyris, ut reor, Auguſtodunenſis, qui colitur die* 20 *Auguſti, & tum Biturica, tum in Arvernia, & per Gallias alibi plures ſuo nomini conſecratas habet eccleſias.*

x *Imò fortè S. Simplicio, aut alteri Bituricenſi epiſcopo ejuſdem ferè ætatis. Seculi* XI *inſtrumentum, in quo idem aſſeritur, habes num.* 31 *& ſeq. : verùm erroris ſuſpectum. Vide num.* 33 *&* 34.

y Quærite ergò primùm regnum Dei & juſtitiam ejus. *Matth.* 6, ℣. 33.

z *Pſalm.* 39, ℣. 18.

aa *Eccl.* 3, ℣. 20.

bb *Ex Epiſt.* 1 *Petri cap.* 5, ℣. 4.

cc *Ad Theſſalon.* 2 *cap.* 3, ℣. 10 : Quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. A. ANONYMO.

dd Labores manuum tuarum quia manducabis : beatus es & bene tibi erit. *Pſalm.* 127, ℣. 2.

ee *Gallicè* Aubigny. *Vide num.* 24, *ubi loci hujus notitiam habes.*

ff *Id de Viri ſancti manſuetudine non erat tam facilè ſuſpicandum.*

gg *Id eſt, alumnam, ſeu cui vitæ neceſſaria* Leopardinus *ſuppeditabat : eremitam fuiſſe, ait recentior auctor Ms. Rotomagenſis, nec ipſe fidei admodùm magnæ.*

hh Perſuaſtrix *habet Plautus :* criminis ſtimulatricem *intellige.*

ii *Ignotum hodie monaſterium : fortè quod Gallicè* Columbier *D. Beaunier in Tabula Archiepiſcopatûs Bituricenſis vocat, & ad Carum fluvium* (la Cher) *inter S. Amantii cœnobium & Burbonem Archembaldi* (Bourbon l'Archembauld) *collocat, à Vivarienſi monaſterio non admodùm remotum.*

kk *Lege :* Commentum, *ex Ms. Saviniacenſi.*

ll *Locus mihi ignotus.*

E mm *Ex Euangelio Joannis cap.* 18, ℣. 4 *&* 5.

nn *Seu* Dominæ, *ut in Ms. Saviniacenſi.*

oo *Galliæ provincia & urbs ; Bituriges ad Occaſum, Borbonios ſeu Bojos ad Meridiem habet : è Vivarienſi monaſterio Nivernum euntibus ſuperandus eſt Elaver fluvius, de quo litterâ proximè ſeq.*

pp *Alias* Elaver ; *Arverniam & Borbonienſem provinciam rigans & infra Nivernum in Ligerim cadens : Gallis* l'Allier.

qq *Euangelium Joannis cap.* 3, ℣. 8.

rr Depravatum *legitur rectiùs in Ms. Saviniacenſi.*

ſſ *Euangelium Joannis cap.* 14, ℣. 6.

tt *Ms. Saviniacenſe melius :* Dependebat.

CAPUT II.

Quæ Martyris necem ſint ſecuta.

F

Sancti corpus ſcrobi injectum.

MIniſtri igitur officinæ illius immiſerabilis exſaturati & inebriati ſanguine martyris S. Leopardini, foſſam ſuffodiunt altiſſimæ profunditatis, ut inibi ita S. Leopardini martyris corpus celaretur, ut numquam inveniretur. Sed illi miſeri neſcientes, quia non eſt poteſtas, non eſt conſilium contra Dominum, quantùm celare contendunt perverſitatis ſuæ tyrannidem, tantùm id manifeſtatur per totum orbem. Quanti denique ſanctus idem Vir in vita ſua apud Deum fuerit, teſtantur multa & admiranda miracula, quæ facta ſunt in pretioſi corporis ſui demonſtratione & inventione ſanctiſſima, quæ cuilibet fideliori vel fideliſſimo, ſi fuerint admiranda, non erunt tamen incredibilia. Quoniam quidem, dum ſcierit ſcriptum, "Omnia poſſibilia ſunt „credenti *a*„ credulitatis ſuæ frontem ſuſtentabit fiducialiter ad illum verum lapidem, qui, poſitus in caput anguli *b*, Veteris & Novæ legis arcana declarat impenetrabilibus augmentis jocundi prodigii. *a* *b*

A. ANONYMO. *sed insolito lumine proditum,*

16 Denique vir Domini Leopardinus sub profundissimo telluris aggere sepultus, dum eum nec sui, nec vicinorum proximi reperiunt, disponente largitate Dominica, tali se præmonstrari voluit mysterio. Nam quilibet pastores pecorum minare volentes emissum sibi peculium *c* ad nota & consueta pastionis pascua, cogente cælesti Artificio, illud opus evincere non valuerunt ullo modo. Unde illa numerositas quadrupedum per montes & concava vallium, per lata & invia quæque locorum ad illum properat nesciens thesaurum, quem fraudulenta malignitas servorum, jussu antedictæ Blitildis, nimiæ profunditati commiserat terræ. Circa hæc tenebrosæ & densissimæ sylvæ loca depascens adventitium peculium inconsueti loci gramina, & custodes pecorum huc illucque oberrantes, mirantur vastæ & amplæ solitudinis secretum, id acclamantes, accidisse pro aliquo prodigio signorum. Inter hanc angulosam disquisitionem amicæ curiositatis, dum in quodam circùm adjacentis sylvæ loco vertunt oculos, dexteram sancti adeò *d* dilecti martyris Leopardini super terram conspiciunt, magnumque luminare ad caput & ad pedes ejus adesse vident. Hujus admirandæ visionis signo expavefacti pastores, & in loco inusitatæ habitationis positi relinquunt pascua illa, fugiunt loca inhabitabilia, prædicant omnibus coacta negotia sui itineris & annunciant cunctis visa miracula cujusdam sepulti corporis: hujus admirandæ visionis fama, sicut lætificavit fidelium Dei corda, sic perterruit illam malæ curiositatem Blitildis. Quæ, ut suspitiosus numquam requiescit, sic numquam requievit propter suam maliciam in sanctum Dei Leopardinum diu longéque retentam.

c

d

B

17 Tali nuncio perterrita Blitildis subsellio-nes suæ evocat malitiæ fautores, tum procrastinatâ horâ *e* edicit eis pastorum veridicum nuntium super sancti martyris Leopardini corporis demonstrationem, & replicat populi gaudium, & veretur suæ exprobrationis notam, si hujus rei non evacuaverint famam. Et precatus *f* eos, ut accelerent ad suæ notitiæ locum, quo sanctum projecerant corpus, & de eo subtraherent interfecti cadaver effossum. Cui alligetur gravissima ponderis mola, sicque in profundis Hiauræ *g* gurgitibus demergeretur sine mora. Cui detestabili imperio quasi secundæ C Jezabelis obtemperantes, & ad suæ certitudinis locum properantes, audita comprobant visa *h*, nam dexteram sancti martyris Leopardini foris terram, & magnas vident ad caput ejus & ad pedes ardere candelas, sed felle amaritudinis inebriati, & timori Domini in omnibus contrarii, sicut eis jussum fuerat, extrahunt ab elemento terræ sancti Martyris corpus venerabile, & sic projiciunt illud in aliud elementum Hiauræ aquæ, quasi inde non possit eum omnipotens Deus famulis & fidelibus suis ostendere vel reddere. Demerso denique sancti Martyris corpore in aquarum altissima profunditate, quasi secura & quasi victricis laboris palmam assecuta esset Blitildis, sed consilium & securitatis ejus momentum divinæ pietatis est magisterio deturbatum.

in lacum Ardei uxor demergi jubet:

e

f

g

h

18 Nam ille magnæ dignitatis Ardeus, qui semper sancto viro Leopardino manserat familiarissimus, à cujusdam senioris sui curte revertebatur, & pro exercitii & jocunditatis usu, & pro delectationis suæ apparatu obambulabat uno die secus Aleris flumen cum suo accipitre, si fortè aliquam avem posset captare; D & dum huc atque illuc jocundando discurreret, accessit ad prædictum lacum Hiauram, qui non longè positus erat ab Alerico flumine, & ecce, videt subitò B. Leopardinum super ripam prædicti laci residentem & sustinentem in scapulis nimii candoris duas columbas. Eum quoque illuminabant altrinsecus duo luminaria supra candelabra posita. Quod postquam Ardeus vidit, oblitus joci sui, oblitus accipitris sui, intremuit, & obstupefactus fugit, regredienteque quantocyùs domum, visa est illi claritas super se rutilare continuatim. Vox quoque cælitus emissa, quæ diceret: Sacerdos Domini Leopardinus in paradiso exultat lætus, hodieque Blitildis igne torquebitur infernali. Hoc cælesti magisterio ipse Ardeus edoctus, quòd malivolo scilicet instinctu conjugis suæ Blitildis sanctus Dei Leopardinus coronam gloriæ recepisset de manu Domini, domum subintrat, ut, si ita esset rei veritas, disceret. Perquisita itaque Blitildis conjux de salute & de sospitate sancti viri Leopardini, elatiori fastu respondit, nec scire, nec curare illius inepti claritatem: nec qualecumque vitæ vel mortis habeat discrimen. At ille amator Dei non infimus Ardeus, quem sancti Viri succendebat zelus, superbienti mulieri indignans, caput ipsius baculo, quem manu tenebat, percussit, & audita & visa illi replicavit. B

cùm verò Ardeo, eo loci fortè versanti, Sanctus apparuisset,

19 Quæ nimiùm despexit, & hæc verba indignans evomuit: Scire pro certo poteris, quia si aliquod virtutis signum per illum Virum umquam factum fuit, tuum amicum, Leopardinum, statim vilioris mei mancipii quantulacumque persona in Sanctorum fortissimorum transnumerabitur numerum, & gratiam S. *i* superbientis & indignantis mulieris falsiloqua responsa eidem genuerunt imposterum animæ damna & corporis morticina. Interim audito visionis talis signo, & doloris sui augmentum celans Blitildis in animo, suæ impietatis fautores evocat, & magnis pecuniis eos obligat, & majora promittendo hortatur eos, ut ad certas Hiauræ lacûs profunditates veniant, & exinde Martyris corpus tam mirabiliter se demonstrantis abstrahant: non dispares igitur jubentis dominæ imperio ad prædictum locum veniunt, & tunc contis & uncinis, aliorumque instrumentorum artificiis Sancti corpus abstrahunt. Aliud quoque quasi sapientius commentum celandi excogitant. Paratur quoddam vas, quod dicitur Tonna, ubi Sancti reponuntur membra, & invecta simul multa congerie lapidum in Aleris fluminis projiciunt profundum. Talis officinæ ministeriales post peracta jussa redeunt ad dominam suam alacres, quasi scilicet tunc ubi* essent consilio sapientiori invento, quod vivere eos faceret cum quiete, & domina coràm lætaretur pro sancti corporis perpetuali absconsione. Gavisa tali nuntio Blitildis, subintrat domum hilaris, festivum gaudium in animum inducit, quod in proximo deposuit. In se ipsa comprobans, quod dicit auctor: "Ante ruinam exaltatur cor *k*. ,, Nam ad purgationis locum residens, & sancto viro Leopardino detrahens, Arii pœnâ damnata, malitiarum & inventionum suarum ultima habuit consilia. Prædicta itaque Blitildis obiit cum suî probrosa memoria. F

illa Sancti corpus, unà cum saxis dolio inclusum, rursus demergi jubet & morte punitur;

i

**lege: usi*

k

20 Quantus postea beatus martyr Leopardinus effulserit miraculorum prodigiis, nec enarrare est nostræ possibilitatis ex toto: sed in ejus-

sed, monachi cujusdam cucullo,

dem

A dem ſancti Martyris confidens poſt Dominum adjutorium appono dies præmeditandi, ſtilum aſſumo timidus perſcribendi. Eumdem autem ſanctum Dei Leopardinum in profundiſſimis Aleris fluminis gurgitibus projectum divinæ Pietati placuit revelare tali ſigno, noſtris temporibus non frequentiùs uſitato. Apud S. Symphoriani martyris eccleſiam Vivaris loci quidam erat ſimplex & innocens monachus, qui inibi omnipotenti Deo ſerviebat devotus: hic pro ſancti Viri amore, ejuſdem oratorii locum debita colebat ſervitute, jejuniis & orationibus vacans, & in lege Domini invigilans, ad magnæ perfectionis aſcenderat trámitem, qui, audito ſancti Viri termino vitæ, audito paſſionis ejus martyrio, implacatiſſimo dolore cruciabatur. Quandoquidem laborum ſuorum ſic inſperatò perdiderat
l levamen magiſtrale, decreſcebat *l* illi quotidianus & continuus doloris ſtomachus, quia neſciebat, quoquo locorum ſancti Patris ſepultum eſſet corpus, perquirebat hoc indeficientiſſimo cordis deſiderio, ſolúmque in inveſtigatione ſua illud Canticorum ei delectabatur canere diſcurſu aſſiduo: "Surgam & circuibo civitatem, per
B „vicos & plateas quæram, quem diligit anima
m „mea; quæſivi illum & non inveni *m*.„

21 Sed conſuetudinario bono animæ inveſtigantis ſui deſiderabile idem ſimplicitatis monachus aſſuefactus, dum in terris perdit viarum ſuarum diſcurſus, à ſupremis *n* remanet perfectè conſolatus. Hic poſt conſuetæ orationis laſſitudinem in ſomnis videt votis ſuis congruam viſionem. Evigilans enim prædicit, apparuiſſe ſibi in ſomnis quendam virum miri decoris & pulchritudinis, qui ſanctam veſtem, quæ cucullà dicitur, quam eidem monacho ſanctus vir Leopardinus pro charitatis ſigno dederat, in Alarico flumine cum devotione jubet mittere. Cæleſti viſione utpote ſitibundus tali negotio fidem accommodans, veſtem aſſumit commendatam, & ad locum properat demonſtratum, & ſecus ripam fluminis profundos cæleſti pietati orationum & lachrymarum fundit gurgites. Orat quoque, ne privetur deſiderii ſui fructu, & ne viſionis alacritas vanæ & inani adſcribatur illuſioni. Aſſumptis denique pennis fidei, quæ tranſponit montes de loco ad locum ſecundùm veridicum dictum Euangelii *o*, vadit
o C prædictus monachus ad inſinuatum locum, & jactat cucullam in flumine. Hæc in mediis fluctibus, angelicis deducta manibus, ubi ſanctus Leopardinus erat, oſtendit, & monachum lætum reddidit. Ipſa denique veſtis per aliquot horarum ſpatia ſuper ſancti Viri corpus manebat immobilis, prædicens, eò loci adeſſe theſaurum incomprehenſibilis pretii, qui deſideratus diu fuerat, multis quoque delectabilis manebat.

& ſponte ex imo fluminis ad ripam appelluur.

22 Quod ille ſimplicitatis videns monachus, multuſque utriuſque ſexus populus, ſuper ſtupendi miraculi ſignum ſentiunt diverſi diverſum, conjicientes quidam & eumdem Sanctum Dei velle locum inhabitare, ubi veſtem religioni deputatam vidiſſent tam leniter & tam morosè remanſiſſe. Sed ille, cui non inerat temporaliter ſcire, quòd regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud *p*, fide tamen devicit, quod terreno artificio non
p potuiſſet, ſi ad illud opus ſe vertiſſet. Nam terram lachrymarum replens rivulis, pectus tundens pulſibus aſſiduè divinæ exauditionis fontem aperit, qui ſub momento ſancti martyris Leopardini corpus à profundiſſimis aquarum abſtractum gurgitibus ad ripam tranſpoſuit. Quod adhuc nullo artificio in vaſe, ſuperiùs TONNA *q* nominato, reconditum erat, & ubi illa malæ ſuaſionis ſubſellio conſentanea nimiùm Blitildis malignitas tranſpoſuerat, aperit illicò vas prædictum & invenitur intrinſecùs cæleſtis Imperatoris margaritum, ſic adhuc illæſum atque mundum, tamquam ipſo die fuiſſet reconditum in antro ipſius tonnæ: ſignum verò ſui martyris* ſolummodò circa collum apparuit in modum fili rubei. Extrahentes denique ſancti Martyris corpus de illius receptaculi ſpeciebus *r* miri odoris ſuavitas emanavit, quæ cinnamomi & balſami evinceret & exuperaret delectationem, omnemque tranſcenderet terreni boni odoris ſuavitatem.

A. ANONYMO.

q

**lege*: martyrii*

r

quod cùm inde honorificè reducitur

23 Etenim divinæ Providentiæ credimus complacitum fuiſſe, ut ad inventionem corporis ſancti ac Dei dilectoris Leopardini multus & innumerabilis conveniſſet utriuſque ſexus populus, qui, regreſſus in ſuam patriam, enarraret viſa miracula, Deum quoque benediceret mente devota, ipſe denique laudabilis memoriæ Ardeus cum omni familia ſua cognationiſque ſuæ multitudine maxima ad implendum ſancto corpori obſequium advenit, omnem quoque honorificentiæ curam exhibuit, quæ ſibi poſſibilitas adminiſtravit, & quantum affectum dilectionis & amoris reſeraverit S. Leopardino adhuc viventi in carne, demonſtravit anxius dolor & lachrymarum continua irrigatio fuſa propter obitum ſancti Viri. Inter multiplicia tamen honorificentiæ donaria, quæ beato Viro ante conſecutum finem dierum ejus obtulit, iſdem Ardeus cum devotione maxima etiam de illo prænominato fundo Vivaris eidem teſtamentum donationis reiteravit, & ampliatis mancipiis, & adjunctis multorum prædiorum adjacentiis legalibus ſcriptis aſtipulavit.

E

& terrâ mandatur.

24 Poſt ſolemnia veneration is ſancto corpori exhibita, dum ejuſdem Martyris corpus ad ſepeliendum portaretur, quod quidam advenit attendens & exſpectans ſuffragium Sancti, qui perditus erat pedum officio, & damnatus manebat oris alloquio. Nam huic nec plantæ, nec genua adjuvabant ad peragendum aliqua itineris officia, & ad incrementum miſeriarum ſuarum & perditum habebat oris alloquium. Hoc duplex namque membrorum poſſe perditum reſtituit fides, quæ mortua eſt ſine operibus ſecundùm Apoſtoli dictum *ſ*, reſervans *t* tamen ei videndi theſaurus, ex quo multa & innumerabilia miracula per beatum Martyrem quotidie videbat fieri: incitant eum ejuſdem Sancti expetere ſuffragium, & dum officio auditûs reſervato ſibi cælitus intonant ejuſdem Sancti miraculorum prodigia & pietatis, concaleſcit cor ipſius illud experiri iter ſalutis. His geminis ſenſibus ſoſpitatis adjuncta fides pauperis ſubmonet eum, ut adductus feretrum, quo ſanctum corpus poſitum erat, tangeret: & dum inter multam populorum turbam extenſis brachiis & erectis manibus pallium, quo Sancti corpus coopertum erat, tetigit, ad ſanitatem rediit, & diruptis infirmitatum omnium nodis, hinc currere plantis, hinc Deum laudare cœpit, formato ſermone linguæ & oris.

F

ſ *t*

Sanctus interim

25 In geſtatorio namque feretri poſitus ſanctus martyr Leopardinus præclara & ſpectabilia miraculorum

ANONYMUS. raculorum prodigia in terris profundebat instantiùs. Inter multiplicia tamen unum quoddam adjungimus speciosissimum, quod utinam nec vilitate componentis, nec rusticitate fastidiat sermonis. Sarcophagum namque ligneum, ubi sancti Martyris reponerentur membra, quidam ministri vadunt facere in quadam sylva, quæ erat scilicet in prospectu ipsius Vivaris fundi, expectantibus interim illud opus multorum populorum turbis. Dum autem ad tale negotium faciendum prospectant & circumspiciunt ministri, sicubi maneat conveniens arbor, subitò vehementi ventorum impulsu una quædam abradicatur, revellitur à profundo, circumcircà autem remanentibus aliis in radicatione suæ soliditatis. Ipsam denique arborem in usus perficiendi sarcophagi tota deliberatione deputant animi; unus eorum in loco, quo submota est arbos, introspicit apertissimæ *u* quantitatis & pulcherrimi decoris lapideum sarcophagum. Tunc verò demonstratæ benedictionis munus sodalibus suis ostendens, lætos omnes & alacres reddidit, tam pro suscepti laboris fine imposito, quàm pro cælestis doni munere præmonstrato.

u

B *variis prodigiis*

26 Hoc namque laudabile signum miraculorum subsequitur non dissimile, quod nos illud æternæ promissionis credere admonet Euangelicum, quo dicitur: "Quia nec capillus ,,de capite illius peribit, qui in patientia ani-,,mam suam possidebit *x*.,, Victricis etenim patientiæ palma sanctum Dei Leopardinum consequi fecit æternæ hæreditatis gaudia, qui per justitiæ & veritatis gradiens vias non metuit subire glorioſi martyrii pœnas. Quanti etenim apud illum æquissimum Retributorem meritorum & laborum sanctus iste martyr Leopardinus fuerit, & per eum patrata miracula produnt, & specialiter admirabilis inventio ejus sanguinis demonstrat: à demonstrato namque lapideo sarcophago, dum antedicti carpentarii cooperculum similiter lapideum submovent, intrinsecùs ampullam inæstimabilis speciositatis aspiciunt, sic recenti repletam sanguine, ac si profusus inibi fuisset eodem die. Hunc namque eundem sanguinem fortitudo angelicæ administrationis, providente & dispensante divina dignatione, eo loci transposuit, dum beatus Vir capitalem sententiam temporaliter subiit. Hic ante tumulationem suam sanctus vir Leopardinus in gestatorio adhuc posito feretri & multa prodigia miraculorum peragit memoriâ digna. Nam hoc sarcophagum, quo tumularetur, divinitus præparatum demonstrat, & sui martyrii sanguis sic mirabiliter inventus affirmat. Illud autem sarcophagum ad ecclesiam S. Symphoriani apportant & in convenienti loco ad sepeliendum collocant.

x

C

Illustratur.

27 Hic tantis famulantibus miraculorum signis transponitur gleba sancti martyris Leopardini in eodem sarcophago divinitus invento, & in sui tumulatione qualiter æternæ Luci complaceret, ostendit *y*: nam dum superimponitur sarcophago cooperculum, quidam cæcus inter cæterum residens populum inveteratæ cæcitatis inibi deposuit tenebras meritо sancti martyris Leopardini, & assumit videndi præoptatas vias. Qui anxios miseriarum nostrarum languores interventu constitæ pietatis in perpetuum sanet, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen *z*.

y

D

z

ANNOTATA.

a *Marci* 9, ℣. 22.

b *Marci* 12, ℣. 10 *& alibi.*

c *Id est*, Pecora.

d *Ms. Saviniacense*, A Deo.

e *Ms. Saviniacense* Auræ. *Videtur his verbis indicari, Blitildem postridie, quàm rumor detecti* S. Leopardini *corporis vulgari cœperat, famulos, quos in Viri Dei adhibuerat necem, misisse, ut illud effoderent, ac alibi occulerent.*

f *Rectè Ms. Saviniacense:* Precatur.

g *Lacus juxta Elaverem fluvium: vide num. seq.*

h *Ms. Saviniacense:* Visu.

i *Ms. Saviniacense:* Gratia superbientis. *Nescio, quid turbati hîc est.*

k Contritionem præcedit superbia: & ante ruinam exaltatur spiritus. *Proverb.* 16, ℣. 18.

l *Saviniacense Ms.:* Accrescebat.

E

m *Canticorum* 3, ℣. 2.

n *Ms. Saviniacense:* A supernis.

o Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit. *Matth.* 17, ℣. 19.

p *Matth.* xi, ℣. 12.

q *Seu dolio.*

r *Lege* Specubus: *sic rectiùs Ms. Saviniacense.*

s *Jacobi* 2, ℣. 26.

t *Ms. Saviniacense:* Reservatus.

u *Lege:* Aptissimæ, *ut in Ms. Saviniacensi.*

x Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. *Lucæ* 21, ℣. 18 *& seq.*

y *Anno* 1040 *honoratiori loco donatum fuit & elevatum ab Aymone, Bituricensi episcopo. Vide num.* 30 *& seq. Commentarii prævii.*

z *Cùm de scriptore Actorum, ejusque ætate haud constet, est sanè, cur, ne prodigia, quæ admodùm frequentia hoc capite circa corpus* S. Leopardini *narrat contigisse, plùs æquo auxerit, falsaque iis admiscuerit, meritò vereamur.*

A

ACTA
BREVIORA
S. LEOPARDINI MON. MART.

Ex veteri Ms. Lectionario Abbatiæ S. Sulpitii apud Philippum Labbeum tom. 2 Bibliothecæ librorum Mss. pag. 424 & seq.

S. Leopardinus è servo monachus factus,

BEatus Leopardinus, Arvernensis territorii accola, Clotarii *a* Francorum regis temporibus floruit. Huic extitit frater germanus sanctus Portianus *b*, quos prædives quidam tanquam vernaculos possidebat. Ii cùm vicinum quoddam monasterium identidem frequentarent, concepto altioris vitæ proposito, attonsi in monachos ab abbate recepti sunt *c*. Ubi cùm per aliquot annos Deo pari mentis serviissent affectu, Beatus Leopardinus, auditâ S. Sulpitii *d*, Biturícæ civitatis archiepiscopi, famâ, amplioris rei spe evocatus, obtenta fratris facultate, ad eundem venerabilem transiit patrem, cum quo in Navensi cœnobio *e* non paucos transegit dies. Cùm verò quodam tempore Leopardinus Sulpitio voluntatem agendæ in anachoresi pœnitentiæ insinuâsset, approbata, pius pater, tam cari Sodalis voluntate, Vivariensem ei offerens fundum, &, quæ ipsi ventura erant, pronuntians, Vade, inquit, Dilecte Domini, de illius securus adjutorio: equidem ejusdem loci benevolum reperies possessorem: perficies quoque, quod mente tractâsti: verumtamen non hæc eadem absque vitæ tuæ dispendio conservabis *f*.

f

C

tum suis in S. Symphoriani ecclesia Deo servit, cujus, cùm ablata bona reputeret,

2 Egressus autem à sancto præsule ad fratrem suum venit, quem illius monasterii jam abbatem reperiens, eidem quomodo omnia ex animi sui sententia obvenissent, exposuit. Unde verò abscedens cùm illuc, quò tendebat, pervenisset, pro reverentia almi præsulis Sulpitii à clarissimo principe Ardeo dignissimè susceptus, desiderii continuò sui compos efficitur. Ubi tantis postea refulsit virtutibus, ut in brevi fratrum multitudinem in extructa ibidem S. Symphoriani *g* basilica congregaret. Hæc autem ecclesia cùm opportunis quibusque rebus liberalitate fidelium dotata foret, inter alia ipsius prædia, quidam erat magnæ amplitudinis campus, quem idem Sanctus cum fratribus, ut inde vitæ sibi necessaria compararent, excolebat. Bichildis verò, memorati principis uxor, nihil à mulierum detrahens ingenio, inscio absenteque viro, prædictum campum in suos suorumque deputat usus. Quem cùm Vir sanctus repeteret studiosiùs, illa, necem ejus machinata, quendam ex monachis, Placidum nomine, in suam traxit sententiam. Cùm ergò quadam die fratres, qui Colobero *h* residebant, visitâsset, in reditu Bichildis ministros, in suam perniciem destinatos, offendit, à quibus de equo præceps in terram actus, lorisque graviter multatus, ac demum impacta in caput securi non mediocriter vulneratus est, sed divina illico sanatus ope ad monasterium citiùs rediit.

A. ANONYMO.

h

invidæ mulieris jussu occiditur.

3 Post breve rursus tempus rogatus à vidua quadam, ut sanitatis sibi conferendæ gratiâ Nivernensis territorii *i* quantociùs tenderet fines, licèt suum jam imminere cerneret interitum, petenti tamen, profecturum se maturiùs, repromisit. Convocatis itaque fratribus, singulos ad observanda, quæ tradiderat, vitæ instituta animavit, injunxitque præterea, ut quæ, Deo propitio, & auctore sancto Sulpitio in eisdem partibus susceperat à præfato principe, Navensi monasterio jure perpetuo possidenda transirent. Indulta igitur huic mulieri viduæ sanitate, cùm jam reverteretur, sæviissimos, sicut priùs, passus est insidiatores, qui, impetu facto, diversa eum membrorum laceratione vexârunt, nullaque tormentorum asperitate contenti, caput tandem ipsius præciderunt *k*.

i

E

k

ANNOTATA.

a *Verosimiliùs hujus nominis I: vide dicta num. 9 & seqq. Commentarii prævii.*

b *Colitur die* XXIV *Novembris: vixit tempore Clotarii I & Theoderici I: fueritne* S. Leopardini *frater, ob Acta sibi ipsis contraria haud satis certum.*

c *Hæc Gregorius Turonensis, seculo sexto defunctus, de solo Portiano narrat lib. de Vitis Patrum cap.* 5.

d *Nempe Pii seu Junioris: sed hujus ætas cum Portiani ætate componi non potest. Vide dicta num.* 7 *Commentarii prævii.*

e *In Bituricensi cœnobio, à S. Sulpitio Pio, ut ferunt, condito: sed incertum, quo anno; vel certè, quo Sulpicius illi, ut abbas, præesse cœperit. Vide dicta num.* 34 *Commentarii prævii. Nunc* S. Sulpitii *dicitur.*

F

f *Hanc Sulpitii Pii prophetiam non memorat Vita prolixior.*

g *De Vivariensi monasterio, cujus conditor* S. Leopardinus *fuit, vide num.* 25 *Commentarii prævii: de S. Symphoriano Annotata in cap.* 1. *Vitæ alterius litt.* ii.

h *Vide Annotata in caput.* 1 *Vitæ prioris litt.* ii.

i *Vide Annotata in caput* 1 *Vitæ prioris litt.* oo.

k *Verosimiliùs non seculo* VII, *quo S. Sulpicius Pius floruit, sed jam inde à seculo* VI. *Vide Commentarium prævium § 1 à num. 9 & § 2 numm.* 33 *& seq.*

AUCTORE C. S.

D

DE S. AUGUSTO PRESB. ET AB.

APUD BITURICAS IN GALLIA,

SYLLOGE,

EX MARTYROLOGIIS ET S. GREGORIO TURONENSI.

POST MEDIUM SEC. VI. *Hic Sanctus, in vetuſtis*

Haud rara eſt hujus ſancti Confeſſoris in antiquis æquè ac recentioribus Martyrologiis hodierno die memoria, quorum aliquot præter Confeſſoris *titulum etiam* Presbyteratûs *Ordinem ei adjungunt. Ex vetuſtioribus Hieronymianis apographis auctis Epternacenſe apud Florentinium ſic habet:* Beturicas Auguſti presbyteri; *Corbeienſe verò apud Acherium tom.* 1 *Spicilegii ſecundæ editionis pag.* 19 *ſic:* Bituricas civitate, ſancti Auguſti presbyteri & confeſſoris: *Gellonenſe autem ibidem pag.* 35 Aguſtum *pro* Auguſto *dicens, ſic:* Bituricis Aguſti confeſſ. *Conſonat antiquiſſimum Autiſſiodorenſe apud Marteneum & Durandum tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1561 *eodem die ſic annuncians:* Bituricas Aguſti confeſſoris. *Ex contractis item Hieronymianis, quæ Sollerius noſter tom.* VII *Junii vulgavit, Richenovienſe, illum* Auguſtum *appellans, ſic inquit:* Bituricas, Auguſti presbyteri; *Labbeanum verò ibidem:* Bituric. Auguſti confeſſ. *Cum* Auguſti *item nomine, tituloque* Presbyteri *etiam legitur, ſed velut additio alio charactere, ad calcem laterculi hujus diei in Vetuſtiori Lucenſi apud Florentinium his verbis:* Et in Gallia Bituricas civitate Auguſti presbyteri. *Vide etiam dicta hoc ipſo die inter Prætermiſſos ad voces* Auguſtalis *&* Auguſtini.

B

ac recentioribus Martyrologiis hodie memoratus,

C

2 *Conſonabat pariter unum è quatuor apographis Martyrologii Adoniani, quibus Jacobus Moſander pro ſua illius editione uſus eſt, in quo ſimiliter legebatur:* Bituricas civitate, S. Auguſti presbyteri & confeſſoris; *verùm hæc cùm à tribus aliis codicibus abeſſent, dubius, an Adoniana eſſent, laudatus editor aſteriſco notavit, ac conſentientem habuit Heribertum Roſweydum noſtrum, qui eadem in ſua item ejuſdem Martyrologii editione, velut ab aliis Adoniano textui adjecta, in Appendicem rejecit. Inter auctaria quoque Uſuardina, à Sollerio noſtro unà cum genuino Uſuardi Martyrologio excuſa, ejuſdem Sancti memoriam hoc die conſignant Codex Bruxellenſis & Molanus, prior ſic:* Apud civitatem Biturícas, depoſitio beati Auguſti presbyteri & confeſſoris; *alter verò ſic:* Biturícas Auguſti presbyteri. *Ut mittam alios, Molanum ſecutus Petrus Galeſinius, atque hunc Baronius, illum ad hunc diem* VII *Octobris Romano Martyrologio inſcripſerunt his verbis:* Apud Biturícas ſancti Auguſti presbyteri & confeſſoris. *Haud dubiè iſta non legerat Bailletus, dum in Vitis Sanctorum ad hunc diem in* S. Auguſto, *quem* Aouſt *vulgò appellari ait, obſervavit, nullam illius memoriam in antiquis Martyrologiis haberi. Porrò eorum omnium, quæ adduxi, communis in ipſo ad hunc eumdem diem ſignando conſenſus habendus pro argumento eſt cultus ei aliquando delati, cujus aliud indicium alibi non inveni.*

creditur abbas S. Symphoriani fuiſſe,

3 *At, quis iſte, inquies,* S. Auguſtus *eſt? Laudatus Cardinalis Baronius in Annotatis lectorem remittit ad S. Gregorium Turonenſem in libro de Gloria Confeſſorum cap.* 80, *ubi hic loquitur de* Auguſto *presbytero & abbate S. Symphoriani prope Bituricas, uti infrà videbimus. Baronio conſenſiſſe dicendus eſt Caſtellanus in Martyrologio Univerſali, dum Baronianæ annuntiationi, Gallicè de more verſæ, in margine adſcripſit,* S. Auguſtum, *Gallicè* ſaint Oût, *floruiſſe verſus annum* 560, *ad quod tempus laudatus à Gregorio Turonenſi* Auguſtus *presbyter & abbas re vera referendus eſt. Neque alium crediderunt Conſtantinus Ghinius in Natalibus ſanctorum canonicorum hoc die, Claudius Robertus in Serie archiepiſcoporum Bituricenſium pag.* 29 *in S. Deſiderato, Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ in veteri monaſterio S. Symphoriani apud Bituricas col.* 120, *uti & Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum* 557.

E

à quo eumdem diverſum eſſe,

4 *Solus, quem ego quidem legerim, Andreas Sauſſayus,* Auguſtum *presbyterum, hodierno die ſacris Faſtis inſcriptum, diverſum eſſe credidit ab abbate, apud Turonenſem memorato. Proinde ad diem* VII *Octobris martyrologos ſecutus, hæc habet:* Bituricis depoſitio ſancti Auguſti, presbyteri & confeſſoris, qui totus charitatis igne inflammatus Dei gloriam in hominum ſalute ſollicitè exquiſivit, ſanctæque converſationis fragrantiâ redolens operum ſuorum dignam à Chriſto, quem dilexit ſuper omnia, mercedem adeptus eſt. *Hæc ibi ſatis rectè; at deinde eumdem, velut alterum, repetit in Catalogo Sanctorum, Beatorum, Piorumque, qui (ut ait) proprias hiſtorias vel natales non habent, ſed in geſtis Sanctorum, in eodem Martyrologio Gallicano ejuſque ſupplemento conſcriptorum, cum laude commemorati fuerunt. Ibi itaque ſequentia annotavit.*

F

non rectè putavit Sauſſayus:

5 Auguſtus venerabilis abbas Bituricenſis, cui S. Urſinus, monens de corporis ſui repoſitione, ſæpe ſæpius apparuit. In Urſino IX Novembris. *Quæ Sauſſayus ad diem* IX *Novembris de S. Urſini apparitionibus, tranſlatoque corpore operâ* Auguſti *abbatis memoraverat, ea Urſini geſtorum ſcriptor hauſit ex mox citato S. Gregorii Turonenſis loco, in quo* Auguſtus *ille non ſolùm* abbas, *verùm etiam* presbyter *fuiſſe narratur. At Sauſſayus ſcilicet, cùm iſta non legiſſet, aut non meminiſſet,* Auguſtum *in ejuſdem S. Urſini geſtis laudatum omninò diverſum putavit ab eo, quem cum ſolo* presbyteri *titul in Martyrologiis conſignatum noverat. Hinc etiam factum eſt, ut, cùm de* Auguſto *illo in*

Mar-

A *Martyrologiis annuntiato nihil præter nudum nomen cum* presbyteri confessoriſque *titulis nôſſet, coactus fuerit breve illi, multis ſanctis presbyteris commune, ac ſine ullo peculiari facto elogium texere; abbatem verò inter eos, quorum cultum cultûſve diem neſciebat, reponere, ac pauciora de eo dicere, quàm ex Turonenſi notâ ſunt.*

floruit autem poſt medium ſeculum VI.

6 *Ætas, quâ hic* S. Auguſtus *floruit, manifeſta ſit ex tempore ſedis Probiani, qui S. Deſiderato, anno* 550 *mortuo, in Bituricenſem epiſcopatum ſuffectus, anno* 555 *ſecundæ Pariſienſi ſynodo, annoque* 557 *tertiæ ſubſcripſit atque anno* 568 *obiiſſe creditur. Hoc enim epiſcopo Bituricis ſedente, apparuiſſe* Auguſto, *tum monaſterii S. Symphoriani abbati, S. Urſinum, primum ejuſdem urbis antiſtitem, ſuumque mandâſſe corpus è terra levari, tradit laudatus S. Gregorius Turonenſis, ut hujus verbis mox referemus. Huic tranſlationi etiam adfuiſſe ibidem dicitur S. Germanus jam Pariſienſis epiſcopus, circa annum* 555 *ordinatus, ante quem propterea annum eadem tranſlatio non contigit; quæ ſi, ut Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ col.* 4 *ait,*

B *& apud nos ad diem* 1 *Novembris in S. Urſino examinandum veniet, anno* 558 *illigari rectè ſoleat, inter hunc annumque* 568, *quo Probianus obiiſſe videtur, reponenda erit; quoto tamen anno poſt* S. Auguſtus *deceſſerit, omnino incompertum eſt. Cetera in Annotandis ad S. Gregorii Turonenſis verba exponemus.*

Corpus S. Urſini, quod diu latuerat,

7 *Hic ſanctus hiſtoricus in libro de Gloria Confeſſorum cap.* 80, *quod* de S. Urſino Biturigum epiſcopo *inſcribitur, in editione Theoderici Ruinartii ad propoſitum noſtrum hæc habet:* Bituriga verò urbs primùm à S. Urſino, qui à diſcipulis Apoſtolorum epiſcopus ordinatus in Gallias deſtinatus eſt, verbum ſalutis accepit, atque eccleſiam Biturigenſem primùm inſtituit, rexitque; qui migrans à ſæculo, in campo inter reliqua ſepulcra populorum ſepulturæ locatus eſt. Non enim adhuc populus ille intelligebat ſacerdotes Domini venerari, eiſque reverentiam debitam exhibere. Unde factum eſt, ut, increſcente terra, plantata deſuper vinea omnem memoriam de primo urbis ſacerdote convelleret. & uſque ad tempus illud, quo Probianus epiſcopus urbis ejus eſt ſubrogatus, nullus de eo ſermo haberetur.

C

S. Auguſtus gemini loci abbas,

8 Fuit autem quidam, Auguſtus nomine, de domo Deſiderati, quondam epiſcopi, cujus manus ac pedes ita contraxerant, ut non aliter, niſi de geniculis atque cubitis ſuſtentaretur; ſi alicubi proceſſurus vellet incedere. Is, inſpirante Deo, de eleëmoſynis devotorum apud Brivas vicum in honore ſancti ac beatiſſimi Martini antiſtitis oratorium ædificavit; cujus cùm in ipſum reliquias detuliſſet, ſtatim directis membris, ſanus effectus eſt. Deinde, conlectis ſecum paucis monachis, ſub regula monaſterii degens ſemper orationi vacabat. Unde factum eſt, ut in ſequenti accerſitus ab epiſcopo abbas ordinaretur in baſilica ſancti Symphoriani, quam memoratus pontifex fabricaverat ante conſpectum muri Biturigi. Nec tamen monachos, quos priùs congregaverat, relinquens, ſed inſtituens eis præpoſitum, ipſe utraſque cellulas gubernabat.

& S. Germanus, in ſomnis moniti

9 Denique, cùm apud hanc baſilicam moraretur, adparuit ei ſanctus Urſinus per viſum noctis, dicens: Defoſſa humo, inquire corpuſculum meum. Ego enim ſum Urſinus, hujus urbis primus epiſcopus. Qui ait: Quò ibo, aut ubi quæram ſepulcrum tuum, cùm ignorem locum, ubi ſis poſitus? At ille adprehenſam ejus manum duxit ad locum, & ait: Sub harum vitium radicibus corpus meum habetur. Expergefactus abbas narravit hæc ſacerdoti ſuo: ſed ille parvipendens, quæ à presbytero dicebantur, nullum inquirendi ſtudium poſuit. Interea beatus Germanus, Pariſiacæ urbis epiſcopus, adfuit ſuſceptuſque ab epiſcopo, poſt cœnam domus eccleſiaſticæ cùm ſe ſopori dediſſet, adparuit utrique per viſum, epiſcopo ſimul ſcilicet & Abbati; duxitque eos ad locum ſepulcri, deprecans, ut auferrent eum à loco illo. Expergefacti ſimul ad vigilias conveniunt in ipſam ſancti Symphoriani baſilicam, explicitiſque Officiis matutinis, refert epiſcopus Abbati, quæ viderat; confeſſuſque eſt & ipſe, vidiſſe ſimiliter.

inveniunt & cum Probiano epiſcopo tranſferunt.

10 Igitur inſequenti nocte accedentes illùc cum uno tantùm clerico, qui cereum ferret, venerunt ad indicatum locum, eumque fodientes uſque in profundum, ſepulcrum reperiunt: quo detecto, amotoque opertorio, viderunt ſanctum corpus, tamquam dormientis hominis, nulla putredine reſolutum; quod admirantes, & iterum opertorium componentes, indicârunt epiſcopo data die, quæ viderant. Tunc ille, convocatis abbatibus & clero, cum honore atque pſallentio levaverunt beatum ſepulcrum; & quia vectes illi, quibus ferebatur, valdè longi erant, cùm veniſſent ad porticum, non poterant deflecti in ingreſſu ejus, ut ad oſtium ædis ſine labore accederent. Tunc beatus Germanus, elevata voce ait: Sancte Dei ſacerdos, ſi voluntas tua eſt, in hanc baſilicam ingredi, ſentiamus levamen adjutorii tui. Et ſtatim, amiſſo pondere, ita in ſumma levitate factus eſt ſarcophagus, ut, relictis vectibus, pauci manibus ferrent, quem uſque ad locum illum multi detulerant. Et ſic, celebratis Miſſis, gaudente populo, juxtâ altare ſepelitur, multis ſe deinceps virtutibus manifeſtans.

Annotationes noſtræ de perſonis præmemoratis,

F

11 *Hiſce, quæ ſola de* S. Auguſto *novimus, noſtras obſervationes addamus. In primis pro fide narratis firmandâ univerſim obſervâſſe juverit, Gregorium hiſce ſynchronum vixiſſe. Notior eſt* Bituriga, Bituricæ, *ſeu* Biturigum civitas, *Aquitaniæ primæ metropolis, vernaculè* Bourges *appellata, quàm ut illuſtratione egeat. De illius primi epiſcopi, S. Urſini, in Gallias miſſionis tempore variant ſcriptores, quorum controverſia expendenda veniet ad diem* IX *Novembris, quo ille colitur, & Romano Martyrologio inſcriptus eſt. Probiani, cui aliqui titulum* Sancti *adjungunt, ætatem jam expoſui num.* 6. *Ruinartius ad hunc ipſum S. Gregorii Turonenſis locum de eodem ait:* Laudatur à Fortunato in Vita S. Germani Pariſienſis, ubi hæc ipſa Tranſlationis (*S. Urſini*) hiſtoria habetur. *Ruinartium ſecutus hîc eſt Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ in S. Urſino ac Probiano: verùm ego de hiſce nihil invenio in laudatæ Vita, quam Mabillonius inter Acta Sanctorum Sæculi* I *Benedictini, & Henſchenius noſter ad diem* XXVIII *Maii ediderunt. S. Deſideratus fuit proximus Probiani in eadem Bituricenſi ſede deceſſor, cujus obitum anno* 550 *illigavit Henſchenius noſter ad diem* VIII *Maii; quid tamen de ejuſdem ibidem data Vita cenſendum ſit, nihil*

AUCTORE C. S.

attinet hìc examinare. Vide Cointii de ea ſenſum in Annalibus ad annum 549 num. 70 & ſeqq.

12 *Quod ſpectat ad oratorium, quod à* S. Auguſto *ſub invocatione S. Martini in loco* Brivas *ædificatum rectumque Gregorius Turonenſis teſtatur, obſervat Ruinartius, pro* Brivas *alibi legi* Brias, *additque:* Habetur in archipresbyteratu Exoldunenſi locus DE BRIVIS, BRIVES dictus, ubi cum eccleſia parochiali exſtat prioratus, Dolenſi olim monaſterio ſubjectus, qui fortaſſe hìc deſignatur. *In Catalogo quoque beneficiorum diœceſis Bituricenſis, anno 1648 edito, in eodem archipresbyteratu Exoldunenſi parœcia* De Brivis, BRIVES L'AUMOSNERIE; *ac* Prioratus de Briviis L'AVMOSNERIE DE BRIVES *leguntur. Catharinus in Patronatibus Bituricenſibus ſcribit, priorâtum illum olim quidem conventualem, at ſuo tempore ſimplicem (ut vocant) fuiſſe, atque in gemina civitatis Bituricenſis, extra cujus muros ſitus eſt, anni 1412 & 1562 obſidione deſtructum fuiſſe, locumque, in quo exſtabat,* Dryas (*fortè* Brias *voluit dicere*) *appellatum.*

uti & de S. Martini oratorio, quod Sanctus condidit,

B

13 *De altero, cui* S. Auguſtum *præfuiſſe diximus, monaſterio Dionyſius Sammarthanus inter vetera diœceſis Bituricenſis monaſteria ſic ait:* S. Symphoriani monaſterium apud Biturigas auctorem agnoſcit Probianum, epiſcopum eccleſiæ Bituricenſis, aut Deſideratum, ejus deceſſorem: id enim obſcurum eſt in Gregorio. *Obſcuritas hæc oritur ex verbis num. 7 & 8 à me relatis, quibus & Probiani & ejuſdem deceſſoris Deſiderati, Bituricenſium antiſtitum, mentio fit; unde dubitari poteſt, ad utrum referri debeant iſta de S. Symphoriani eccleſia dicta:* Quam memoratus pontifex fabricaverat ante conſpectum muri Biturigi. *Philippus Labbeus in Elogio hiſtorico ejuſdem civitatis eadem de S. Deſiderato interpretatus eſt; Catharinus verò, ſuprà laudatus, ejuſdem eccleſiæ fundatorem, neſcio, quo argumento, utriuſque deceſſorem S. Arcadium, de quo apud nos ad Kalendas Auguſti breviter actum eſt, nominavit: quod certè Gregorio refragatur.*

alteroque S. Symphoriani, cui præfuit,

14 *At multò antiquiorem eamdem facit auctor Patriarchii Bituricenſis à Labbeo editi tom. 2 Bibliothecæ Mss. librorum, cap. 22 in eodem Arcadio, ubi ille ait:* Idem glorioſus pontifex Archadius... ex hac luce ſubtractus Kalendis Auguſti feliciter migravit ad Chriſtum; cujus ſacratiſſimum corpus cum debitæ venerationis honore traditum fuit ſepulturæ in baſilica S. Symphoriani martyris, ubi uſque nunc glorioſè quieſcit juxta corpus S. Urſini, primi ejuſdem Biturigæ civitatis epiſcopi; quam quidem eccleſiam fuiſſe olim conſtructam per eumdem divum Urſinum, teſtatur Gregorius Turonenſis capitulo LXXX libri in Gloriam Confeſſorum. *Ita quidem huic auctori, qui ſeculo XVI ſcripſit, videri potuit ex allegato Turonenſis loco, quòd in ejuſdem exordio ſanctus ille Urſinus memoretur; ſed advertere debuiſſet, non potuiſſe S. Arcadium mox ab obitu in eccleſia S. Symphoriani* juxta corpus S. Urſini *ſepeliri, quod idem Gregorius in eodem capite expreſsè affirmat, in eamdem primùm illatum fuiſſe à Probiano epiſcopo; uti & ipſemet Patriarchii compilator præmiſerat in S. Urſino, ac deinde etiam repetiit in Probiano, quem eidem Arcadio poſt S. Deſideratum ſucceſſiſſe, ſtatuit.*

deque ejuſdem conditore,

E

15 *Ceterùm,* Hæc eccleſia (*ita notavit Ruinartius ad dictum locum Gregorii*) nunc intra urbis muros, mutato nomine, S. URSINI appellatur, collegio canonicorum & parochiæ titulo inſignis. *Conſentit Dionyſius Sammarthanus tom. 1 Galliæ Chriſtianæ col.* 120, Jam pridem, *inquiens*, monaſterium S. Symphoriani converſum eſt in collegium canonicorum ſecularium, nunc S. URSINI vulgò appellatum. *Canonicos illos primò Regulares fuiſſe, ſcribit Catharinus, ſed anno 1178 à Guarino archiepiſcopo communis vitæ onere exemptos; quod laudatus Sammarthanus col. 56 eodem anno ab illo factum docet, poſtquam fruſtra conatus fuerat eoſdem ad communem vitam revocare, ut proinde iſti jam antè ab ea obſervantia deſciviſſe dicendi ſint.*

& ſtatu hodierno.

F

C DE S. PALLADIO EPISC. CONF.

MEDIOLANI SANTONUM IN AQUITANIA II.

J. G.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§. I. Sancti cultus à ſeculo ſaltem XI ſtabilitus; Lectiones Breviarii Santonenſis ei propriæ: ejus in quibuſdam Martyrologiis annuntiatio & apud varios ſcriptores, ut verè ſancti, memoria.

FORTE SUB ANNUM DC. *Amiſtes noſter etſi aliquando, teſte Gregorio Turonenſi, deliquerit,*

QUos *ab univerſa, at vel maximè à particulari aliqua eccleſia pro Sanctis haberi, Cœlitumque honoribus affici cernimus, eos non ad unum omnes uſque adeò innoxiam ſemper exegiſſe ætatem, quin humani aliquid paſſi ſint, imò & vel animi perturbatione, vel naturæ vehementioris impetu, ſubinde graviùs deliquerint, cùm non uno in noſtro Opere demonſtratum eſt luctuoſo exemplo, tum & ſuo hìc commonſtrabit* Palladius, *Santonenſis epiſcopus, quem indigenæ* Saint Pallade & Saint Palais *vulgò appellant. Nimirum & is homo fuit; nec ab eo proîn res humanæ alienæ fuerunt. Quæ tamen cenſendæ non ſunt, aut illius, aut aliorum Cœlitum, qui lapſi in terris quan-*

A *quandoque ſunt, veræ ſanctitati derogare, quotieſcúmque eas ſincera pœnitentia excepit, hancque eximiæ virtutes ornârunt, ac denique pretioſa in conſpectu Domini mors coronavit, uti factum in* Palladio *eſſe, infrà dicenda palàm facient. Illius variis locis meminit S. Gregorius, Turonenſis epiſcopus, atque, ut virtutes ejus intactas non reliquit, ita &, uti ſincerum decuit ſcriptorem, delicta ejuſdem, vel ſe vivente vel præſente, admiſſa minimè diſſimulavit; tametſi tamen, quod hîc in anteceſſum dicere liceat, nonnulla illius facta, ab eo ſcriptore notata, aliquid juſtæ excuſationis habere non immeritò queant. Hunc ego Hiſtoriæ Francorum aliorumque Operum ſcriptorem, utpote* Palladio *ſynchronum, multarumque, quas refert, rerum oculatum teſtem, tam preſsè ducem ſequar, ut ab eo, niſi quædam prætermiſſa, ex aliis fontibus eruenda, aut aliqua, parciùs ab eodem tradita, evolvenda latiùs aliunde ſint, diſceſſurus ſim nuſpiam.*

ſaltem ab anno 1047 *ac deinceps publicum cultum habuit,*

2 *A* Palladii *eccleſiaſtico cultu, ac vel idcircò potiſſimùm, quòd is propter hiſtoricorum martyrologorumque longè plurium ſilentium non ſat certus videri poſſet, ſtabiliendo illuſtrandoque exordium ſumo. Ac primò quidem, quòd Gregorius Turonenſis ſuprà laudatus nuſpiam* Palladio Sancti *titulum adſcribat, nec verbum unum de eccleſiaſtica ejus veneratione habeat, id verò nemini mirum videri poteſt, cùm ille* Palladio *ſuperſtes non vixerit, imò contrà biennio ſaltem ante eum exceſſerit è vivis; ut adeò* Palladium *annumerare Sanctis non potuerit, nedum de cultu, qui verè Sanctis non ſtatim ab obitu ſemper redditur, vel obiter meminiſſe. Quod autem ad claſſicos martyrologos rerumque Gallicarum* Palladio *ſuppares ſcriptores attinet, non eſt pariter, cur à nemine illorum eum Sanctis annumeratum eſſe, miremur; cùm ei, uti mihi quidem videtur, vel multò ſeriùs deferri cultus cœperit, vel ſaltem is adeò ſolemnis eorum ætate non fuerit, ut extra Santonenſis diœceſis limites etiam increbeſceret, ac ſpeciali memoriâ dignus tunc foret. At verò, jam tum ſaltem ab anno* 1047, *quo charta fundationis percelebris abbatiæ S. Mariæ apud Santonas data eſt, præſuli noſtro* Sancti *nomen adhæſiſſe, atque ad ejus cultum, ſeu, ut tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ inter Inſtrumenta col.* 482 *alterius chartæ verba habent, ad* ſerviendum S. Palladio *canonicos aliquot conſtitutos fuiſſe, ex editis ibidem à col.* 479 *documentis, ad Santonenſem eccleſiam pertinentibus, omnino manifeſtum eſt. His adde, quòd tum in eiſdem, tum aliis ibi excuſis inſtrumentis modò* eccleſia S. Palladii, *modò* parochia S. Palladii, *aliave ejuſmodi nomina occurrant, ex quibus, ſacras ædes ſancti Præſulis noſtri venerationi dicatas jam tunc exſtitiſſe, indubium evadit.*

C

uti varia oſtendunt documenta,

3 *Adhæc, cùm, teſte Dionyſio Sammarthano laudato tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 1059 *& ſeq.*, veteres rituum codices, *haud dubiè ipſi viſi, diſertè teſtentur, capſam reliquiarum* S. Palladii *noſtri olim geſtatam in publicis ſupplicationibus fuiſſe ad implorandam de cœlo pluviam, conſequens & hinc fit, ut jam pridem cultu eccleſiaſtico ſanctus Præſul gaviſus fuerit, tametſi nulla nos doceant monumenta, quo anno ſeculove ejus exordium ſtatui debeat. Porrò antiquum hunc* S. Palladii *cultum nulla lapſu temporum detrimenta ſenſiſſe, at contrà potiùs non vulgari modo increviſſe, Santonenſis eccleſiæ Breviarium, anno* 1542 *excuſum, cujus excerptum apographum ex Sammagloriana bibliotheca Pariſienſi Oratorii D. N. J. C. mihi humaniſſimè tranſmiſit R. D. Thierry, ſat liquidò oſtendit. Quippe non tantùm in præfixo ei Calendario Nonis Octobris* Palladio *epiſcopo Officium* IX Lectionum *præſcribitur; ſed & in Litaniis, in eadem eccleſia concini pridem ſolitis, inter ſanctum Troianum, Santonenſem epiſcopum, ſanctumque Leontium, proximum nempe ſuî in Santonenſem cathedram ſucceſſorem, medius ſtatuitur invocaturque* S. Palladius, *haud ſecùs atque S. Hieronymus aliique indubii Sancti, ſeu exteri ſeu indigenæ confeſſores, quorum ſuffragia in Litaniis illis Santonenſis eccleſia ſuppliciter poſtulat.*

AUCTORE J. G.

ipſumque Santonenſis eccleſiæ breviarium.

4 *Denique folio* CXLIX *ejuſdem Breviarii præſcriptum in Calendario novem Lectionum Officium, quod ſaltem duplex minus tunc fuit, integrum exhibetur; quod, quatenus Sancto proprium eſt, huc tranſcribere viſum fuit. Antiphona ad* Magnificat *in Veſperis ita habet:* O Palladi egregie! O confeſſor præcipue! O fulgens gemma præſulum! O & Sydus eximium. In omnibus amabilis & in cunctis laudabilis, ſis nobis clemens ubique, nunc & in omni tempore. B *Hanc excipit Oratio, his concepta verbis:* Deus, qui in Abrahe, famuli tui, gremio eximium confeſſorem Palladium dignatus es collocare, illius ſalutifera ſupplicatione uranice * patrie civibus nos intereſſe concede. Per Dominum &c. *Mox ſubditur, quod tum temporis ad Matutinum Officium concinebatur Invitatorium, ita ſonans:* Agmina Chriſti pangite: adſunt enim celebria Patris noſtri ſolemnia: Jubilemuſque igitur Deo noſtro unanimes, qui ſibi Sanctum gratuitò elegit Palladium.

* *id eſt* cœleſtis

è quo lectiones propriæ recitantur.

5 *Dein ſubſequuntur ternæ, quæ Sancto propriæ ſunt, ſecundi Nocturni Lectiones, infrà diſcutiendæ, quarum prima, quæ totius Officii quarta eſt, ita ſe habet:* Palladius, Eutropii diſcipulus & ab eodem in fide inſtructus, presbyteratus ordinem ſuſcepit. Et quotnodò ſanctiſſimè ſe geſſerit, acta ejus demonſtrant: nam poſt mortem ſancti Eutropii Xanctonenſis eccleſiæ * ordinatur. Tu autem &c. *Quæ verò ſecundi Nocturni ſecunda eſt, æquè ſuccinctè, at præ prima veritati multò conformiùs, his verbis Sancti geſta refert:* Qui eccleſiam optimè regens, Chriſtianos tam opibus *, quàm monitis ac verbis ſalutiferis ſatiabat, fovebat & hortabatur: corpuſque ſancti Eutropii tranſtulit in novam baſilicam, quam ipſe conſtrui fecerat. *Tertia denique his verbis concepta eſt:* Idemque Palladius Vaſium, juvenem Xanctonicum, pro Chriſti fide martyrizatum, à Chriſtianis tumulatum cognoſcens, baſilicam eidem Vaſio conſecravit: in qua abbatem & monachos ordinavit, ut diu noctuque divinis inſervirent obſequiis. Tandem Palladius virtutibus & miraculis plenus obdormivit in Domino. *Hactenus Lectiones propriæ, quæ de conſtanter exhibito jam pridem* S. Palladio *cultu, eoque minimè vulgari, dubium relinquunt nullum.*

* *ſupple* epiſcopus

F

* *fortaſſe* operibus

quæ non alteri, quàm Palladio noſtro.

6 *At, inquies, qui à Sanctonenſi eccleſia antiquo conſtantique cultu afficitur* Palladius, *is ſeptimo ad Lectiones Reſponſorio, quod ei proprium quoque eſt in eodem Breviario,* ab omni aſperitate fellis ſemper immunis *exſtitiſſe aſſeritur, &, quod caput eſt, Lectione quarta S. Eutropii, qui ſeculo* III *pro Chriſti nomine martyr occubuit, diſcipulus, proximuſque, ut verba innuunt, ſtatuitur in cathedram ſucceſſor; quæ cùm*

AUCTORE J. G.

in Palladium *noſtrum, teſte S. Gregorio, ab aſperioris animi noxa ſubinde non immunem, ac ſeculi dumtaxat ſexti antiſtitem, nequaquam cadant; neceſſe ſit, ut non* Palladius *noſter, ſed alius quidam ei homonymus Santonenſis præſul eccleſiaſtico apud Santones cultu gaudere aſſeratur. Ad hæc reſpondeo, cùm Santonenſis eccleſia in Officii ſui Lectione quinta* Palladium *in novam baſilicam, quam hic conſtrui fecerat, S. Eutropii corpus tranſtuliſſe affirmet, quod factum ex S. Gregorio Turonenſi Lib. 1 de Gloria Martyrum cap. 56 deſumpſit, apertiſſimè oſtendit, non de alio* Palladio *ſe hoc loco agere, quàm de quo ſanctus ille ſcriptor citato cap. ſermonem habuerat, qui utique* Palladius *omnino noſter eſt. Accedit, quòd eadem eccleſia S. Vaſio, qui ſub Alarico Gothorum rege interfectus fuit, baſilicam à* Palladio *ſuo conſecratam fuiſſe, Lectione* VI *aſſerat, quod certè alteri, quàm noſtro, convenire nequit.*

ntut non una in iis ſit hallucinatio, attribui poſſe oſtenduntur. B

7 *Poſtremò cùm* Palladius *ille, quem Santonenſis eccleſia inter ſanctos ſuos antiſtites Troianum & Leontium medium ſtatuit, procul dubio noſter ſit, hunc pariter, & non alium Officio ſuo eccleſiaſtico colere indubiè dicenda eſt; præſertim, cùm alter* S. Palladius, *Santonenſis itidem, ut vulgo placuit, epiſcopus, & S. Eutropii diſcipulus, in rerum natura exſtitiſſe non probetur, uti tom. 2 Galliæ Chriſtianæ auctæ col.* 1054 *etiam tradit Dionyſius Sammarthanus. Erraverit igitur in eo Officii eccleſiaſtici auctor, quòd vulgi errorem, aut minùs accuratum loquendi modum ſecutus,* Palladium *fecerit S. Eutropii diſcipulum; fueritque etiam ultrà quàm fas eſt, ſancto ſuo Præſuli indulgentior, cùm etiam ab omni aſperioris animi culpa illum eximere nixus fuit; at non ob geminam hanc auctoris hallucinationem diverſus à noſtro dici debet* Palladius *Santonenſis præſul, quem hoc die eccleſia illa Officio celebrat ſatis ſolemni, & cui ſoli, ut dicenda monſtrabunt, cetera conveniunt omnia, quæ in Officii illius Lectionibus referuntur, quæque à variis ſcriptoribus commemorata exſtant.*

Eum quoque varii ſcriptores & Faſti eccleſiaſtici C

8 *Nec verò Santonenſe Breviarium dumtaxat, ſed & varii eccleſiaſtici Faſti, contrà ac Bailletus ad hunc diem col.* 105 *contendit,* Palladium *noſtrum Sanctis annumerant. Teſtantur id generatim Benedictini, Operum S. Gregorii Magni editores, tom. 2 col.* 828 *in ſuis ad S. Gregorii Papæ Epiſtolam quadrageſimam nonam Annotationibus, & Bouquetus tom. 2 Scriptorum rerum Gallicarum pag.* 332 *in ſuis itidem Annotatis ad Gregorii Turonenſis libri* 8 *Hiſtoriæ Francorum caput quadrageſimum tertium. Ex his autem eccleſiaſticis Faſtis duos, quos mihi videre non licuit, Dionyſius Sammarthanus cit. tom. 2 Galliæ Chriſt. auctæ col.* 1059 *nominatim recenſet, vetuſta nimirum Lemovicenſia & Santonenſia Hagiologia, in quibus Sanctus noſter verbis hiſce annuntiatur:* Nonis Octobris apud Santones S. Palladii epiſcopi & confeſſoris. *His præter Martyrologium Gallicanum, auctore Sauſſayo, cujus verba infrà dabimus, conſonat Burdegalenſis eccleſiæ Uſuardinum Martyrologium, quod apud Sollerium in Auctariis ad diem* VII *Octobris* Palladium *noſtrum ita memorat:* Xantonas civitate, ſancti Palladii epiſcopi & confeſſoris; *ut adeò merito laudatus Sollerius in ſuis ad Uſuardi Auctaria Obſervationibus pag.* 585 *miratus ſit, cur Sanctus hic à Caſtellano fuerit prætermiſſus; nec minùs mirùm ſit, cur in recentiori Martyrologio Pariſienſi non fuerit memoratus.*

9 *Ipſam nunc Sauſſayi annuntiationem, prioribus multò uberiorem, Sanctique honorifica geſta commemorantem audiamus:* Ipſo die (*ita ad* VII *Octobris pag.* 697 *loquitur*) in civitate Santonenſi ſancti Palladii epiſcopi & confeſſoris, qui, Didymo meritorum ſuffragiis ſuccedens, ſanctitatis & doctrinæ gloriâ cathedram, cui inſedit, illuſtravit. Decoris domûs Dei amator & Cælitum cultor egregius, ſancti Stephani baſilicam, cujus decora pangit Fortunatus, miro opere exſtruxit. Eccleſiam inſuper condidit inſignem in honorem beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nec non ſanctorum Martyrum Laurentii & Pancratii, quorum reliquias miſſo ad ſanctum Gregorium Magnum Luparico presbytero, Apoſtolico munere, cum elogio pietatis Româ receptas, in eadem baſilica omni cum veneratione collocavit: ſingulorum ipſorum Cælitum pignoribus propriis altaribus attributis, quæ in eorumdem memoriam conſecravit. Et ita novem aris, quas in eadem baſilica conſtituit, proprios tutelares cum patrociniis ſingulorum aſſignavit. Multis preſſuris pius Antiſtes poſtea (*imò multò veriſimiliùs anteà*) exercitus eſt: ſic Deo volente, ut, qui Sanctorum merita honorabat, veſtigia teneret, & ita præmia eorumdem conſequeretur. E

ae ceteris prolixiùs Sauſſayus, ex quo elogium

10 *Tum ita concludit:* Tandem igitur cùm S. Eutropii, glorioſi pontificis & martyris, Reliquias ævo & hominum oblivione non minùs, quàm humo ſepultas, cæleſti beneficio reperiiſſet *, emeritæ in Chriſti obſequio militiæ & ipſe demum percepit donativum. *Hactenus contextum à Sauſſayo Sancti noſtri elogium eâdemque expreſſum litterarum formâ, quâ is indubios Sanctos certoque cultu affectos in ſuo Mrl. commemorare ſolet. Ceterùm, ut, quantùm fieri poteſt, præſtitus jam pridem, nemine contradicente,* S. Palladio *eccleſiaſticus cultus extra controverſiam ponatur, itáque rationem reddam, cur eum Sauſſayi exemplo, nullo diſcrimine, contrà ac Bailletus fecit, indubiis Sanctis annumerem, juverit hîc recenſuiſſe, quæ Hadrianus Valeſius tom. 2 Rerum Francicarum pag.* 321 *candidè accuratéque de* Palladio *ſcripſit, hiſce nimirum verbis:* Hic igitur adeò diſſimilem priori noviſſimam partem ætatis exegit, totque ac tantis virtutibus eminuit, (*cùm nempe ætate eſſet provectior*) ut poſt mortem ab eccleſia Sanctis annumerari meruerit, & eccleſiam eidem extra Sanctonorum muros, multaſque alias in variis pagi Santonici vicis poſterorum pietas nuncupârit. F

ejus deſcribitur, Valeſius item,

**l. reperiſſet*

11 *Ex his duos nominatim exhibet Codex beneficiorum Burdegalenſis, Santonenſis aliarumque diœceſium, anno* 1648 *typis editus, nempe parochias in archipresbyteratu Bouttevillano diœceſis Santonenſis ſitas, quarum alteri vulgò nomen eſt* Saint Pallais des Combes, *alteri* Saint Pallais de Verrieres. *Porrò idem, quod Valeſius, univerſim etiam teſtatur Dionyſius Sammarthanus ſuprà laudatus, ita col.* 1059 *ſcribens:* Eum (*S. Palladium noſtrum*) agnoſcunt patronum plurimæ diœceſis eccleſiæ parochiales, *quæ adeò ſolito eccleſiarum more ſolemni Patronorum ritu ſanctum* Palladium *venerantur. An verò die* VI *Septembris, uti ibidem ſubdit laudatus auctor, in nonnullis ex his eccleſiis re vera Sanctus noſter colatur, edicere pro certo nequeo, cùm is ſui pro hoc die aſſerti nullum vadem adduxerit, ac ne unam quidem ex his eccleſiis, quæ, pro die*

aliique, ut verè ſanctum celebrant,

A *die* VII *Octobris, cum die* VI *Septembris venerentur, nominatim designet. Utut sit, certè in sua cathedrali ecclesia hoc die* VII *Octobris* S. Palladius *antiquum cultum habuit; ut proin meritò de illo ad hunc diem agamus.*

§ II. Antistitis nostri illustres natales: aditi episcopatus epocha sat propè definita. Interest Parisiensi synodo anno 573; Santonensi verò anno 579 verosimillimè interfuit: Gundobaldi, in Francorum regem à quibusdam levati, jussis plùs æquo paruit.

B *Sanctus noster ex illustri divitis Palladii stirpe.*

Stabilito illustratoque sancti Antistitis nostri ecclesiastico cultu, cujus, ut superiore § num. 2 monui, nec meminit, nec meminisse potuit S. Gregorius Turonensis, ad hunc ducem meum, uti antè pariter spopondi, nunc redeo, ut Palladii *natales gestaque prosequar. Ac primò quidem, quod ad familiam ejus attinet, testis est laudatus Gregorius Turonensis lib. de Gloria Confessorum, editionis Ruinartianæ, quâ utor, cap.* 60, *cum* ex genere quondam divitis Palladii *atque adeò, uti apparet, de illa* Palladiorum stirpe *descendisse, qui, teste S. Sidonio Apollinare in præclara sua ad Bituriges Oratione tom.* I *Operum Sirmondi col.* 600, aut litterarum aut altarium cathedras cum sui ordinis laude tenuerunt; *quales in primis fuerunt Palladius Rhetor seculo* IV; *Palladius poeta & philosophus,* Æmilianus *insuper dictus, seculo* V; *interque Bituricenses antistites ambo Palladii, quorum alter* IV; *alter* V *seculo floruit. Antistitem nostrum patre genitum fuisse Palladio, quondam comite Gabalitano, qui, ut Gregorius Turonensis lib.* 4 *Historiæ Francorum cap.* 40 *fusiùs narrat, vano timore perterritus, ne à Sigiberto rege interficeretur, se ipse miserum non minùs, quàm mirum in modum suo gladio confodit,*

C *Bailletus ad hunc diem col.* 103 *conjectando adstruit; at minùs probabiliter, meâ quidem sententiâ.*

non tamen, ut videtur, ex Palladio Gabalitano comite natus.

13 *Etenim cùm anno* 567, *prout Cointius vult, vel anno* 566, *ut Ruinartius habet; miserandus Palladii illius interitus contigerit, pauciscque adeò dumtaxat annis, antequam* S. Palladius *Santonensis episcopus consecratus est; consectarium fit, ut Palladius, quondam Gabalitanus comes, si Sancti nostri, jàm tum annis* 30 *aut pluribus nati, pater sit, quinquagenarius saltem exstiterit, utque proin ejus mater, quæ, teste S. Gregorio, interitum filii præcavere nitebatur, ac dein veluti exanimis ad occisi corpus cucurrit, matrona fuerit septuagenaria; quam provectam mulieris ætatem, utpote spectatis adjunctis omnino memorabilem, verbulo indicaturus fuisse Gregorius Turonensis omninò videtur; cùm tamen eam altissimo silentio involverit. Malim itaque credere, Sanctum nostrum omninò diversum à præfato comite parentem habuisse, antiquo illustrique Palladiorum ortum stemmate; in cujus proprium nomen, utpote nec à Gregorio Turonensi nec ab aliis coævis, quos consului, proditum, operosiùs inquirere visum non est.*

AUCTORE J. G.

14 *Quo loco, quove tempore natus sit* S. Palladius, *imò quo determinato anno Santonensem cathedram ascenderit, silet Gregorius Turonensis, quòd nempe Vitam ejus ex professo non scriberet. Est tamen, unde episcopatûs ejus initium sat propè definiatur. Quippe cùm Heraclius, ecclesiæ Burdigalensis presbyter, à Leontio, Burdegalensi metropolita, post depositum Emerium ad cathedram Santonensem provectus, uti ex Gregorio Turonensi lib.* 4 *Hist. Franc. cap.* 26 *& ex tomo* 2 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 1057 *liquet, circa annum Christi* 566 *adhuc in vivis fuerit, eique successerint S. Concordius & Didymus, quorum prior sub annum* 568, *posterior circa annum* 570; *ut sat verisimile est, mortem obiit; consequens fit, ut non citiùs, quàm sub eumdem annum* 570, S. Palladius *ad Santonensem cathedram promotus fuerit. Ex adverso autem non seriùs, quàm anno* 573 *ad diem* XI *mensis Septembris provecto, ejus episcopatûs exordium statui posse, manifestum fit ex concilio Parisiensi* IV, *eodem anno* 573 *celebrato, cui concilio* Palladius, *jàm tùm Santonensis episcopus, interfuit ac subscripsit, quemadmodum apud Labbeum tom.* 5 *Conciliorum col.* 919 *& seq. videre est. Oportet igitur, ut tempore inter annum Christi* 570 *&* 573 *medio ad Santonensem cathedram Sanctus noster evectus fuerit.* E

sub annum 570 Santonensem cathedram ascendit.

15 *Quæ porrò causa exstiterit, cur* Palladius *unà cum octo sanctitate inclytis aliisque multis præclaris episcopis Parisios ad celebrandam synodum evocatus fuerit, ex ipsis partim concilii Actis non abs re erit hìc commemorare. Cùm Carnotini territorii presbyter quidam, nomine* Promotus, *qui, relictâ sine episcopi sui litteris cellulâ suâ, illicitè & contra canonicam disciplinam ordinatus fuerat episcopus, Carnotinæ diœcesis parochiam, in provincia Lugdunensi quarta sitam, cui vocabulum* Duno *est,* (Chateau-Dun *nunc vocant*) *ejusdemque parochiæ facultates, quasi sub nomine episcopatûs, invasisset; Pappolus, Carnotensis episcopus, apud Chilpericum regem, cujus imperio Carnotum suberat, de illata sibi sacrisque canonibus injuria conquestus fuerat: At verò, cùm Castrum Dunense, etsi diœcesis Carnotensis parochia, Sigeberto regi parêret, isque Promotum, subditum suum, tueri constituisset, non poterat non hinc grave scandalum in ecclesia oriri, interque ambos principes recrudescere dissensio. Guntramnus igitur, pius ille Burgundionum rex pacisque amantissimus, quò huic malo iret obviam, de Chilperici & Sigiberti consensu synodum Parisiis in S. Petri basilica, nunc S. Genovefæ dicta, habendam curavit, quâ ortæ inter illos reges controversiæ & privatorum querelæ per sanctissimos episcopos dirimi & ex æquo componi possent.* F

& Parisiensi synodo, cujus cogendæ occasio refertur.

16 *Ad hanc itaque synodum cum* 31 *episcopis unoque presbytero, vice Riconeri Aurelianensis episcopi fungente,* S. Palladius *anno* 573, *non mense Novembri, uti apud Longuevallium tom.* 3 *Historiæ Eccles. Gallic. pag.* 55 *errore, ni fallor, typographico legitur, sed vel ante mensem Septembrem, vel certè ante diem* III *Idus ejusdem mensis Septembris, Parisios advenit, auditisque Pappoli justissimis querelis, unà cum reliquis patribus auctor fuit, ut illa synodi, quam habes apud Labbeum tom.* 5 *Conciliorum col.* 919, *ederetur Constitutio, ad Ægidium, Rhemensem episcopum, directa, quâ Promotus, amissâ*

anno 573 mense Septembri cum 31 episcopis interfuit.

AUCTORE J. G.

omissa severitate canonica, ab eodem Ægidio temerè consecratus episcopus, de sui gradus dignitate depositus declararetur, quâque illi, qui deinceps ejusdem Promoti benedictionem aut expeterent, aut accipere contenti essent, à communionis consortio vel ab ecclesiæ liminibus arcendi forent. Auctor quoque cum iisdem patribus fuit S. Palladius *scriptæ ad Sigibertum regem epistolæ, quâ, ut hic Promoti causam tueri desineret, verè episcopali libertate gravitateque injunctum fuit, ne aliàs ipse rex divinam contra se provocaret iracundiam.*

ubi & canonum præscripta egregiè cum ceteris tutatus est.

17 *Et quamquam tam synodi prudentissimè concepta Constitutio, quàm scripta ad Sigibertum regem Epistola, omniumque patrum signata nomine, optatum exitum confestim non habuerit, uti ex Gregorio Turonensi lib.* 4 *Historiæ Franc. cap.* 48 *& lib.* 7 *cap.* 17 *colligitur; imò licèt reges illi,* peccatis facientibus, *uti idem Turonensis cit. cap.* 48 *scribit, episcopos recta suadentes audire distulerint, nihilo propterea minori laude dignus fuit* S. Palladii *aliorumque octo Sanctorum ac ceterorum episcoporum zelus, quo sacrorum canonum præscripta tutari, scandalum longè ab Ecclesia propellere, ortasque inter Chilpericum & Sigibertum dissensiones componere omni*

B *studio & operâ enixi sunt. Quæ post solutam hanc synodum, recrudescentibus invicem Brunichildis & Fredegundis reginarum nec non Sigiberti & Chilperici regum odiis, exorta sint bella, unde pejor, uti Gregorius Turonensis lib.* 4 *Hist. Franc. cap.* 48 *ferè loquitur, in multis Galliarum ecclesiis gemitus fuit, quàm tempore persecutionis Diocletiani, hujus loci non est ob oculos ponere. Quapropter ad aliam episcoporum seu sacerdotum primi ordinis conventum, cui* S. Palladius *verisimillimè interfuit, ac fortasse etiam præsedit, jam gradum facio.*

Santonensi synodo anno 579 verisimillimè etiam interfuit,

18 *Habitus hic fuit in ipsa Sancti nostri episcopali urbe, atque, uti Labbeus cit. tom.* 5 *Concil. col.* 965 *&* Cointius *tom.* 2 *Annal. Eccl. Franc. pag.* 159 *tradunt, anno Christi* 579, *occasione nimirum Nantini, comitis Engolismensis, quem Heraclius, non Santonensis, uti Longuevallius pag.* 155 *tom.* 3 *Hist. Eccl. Gallic. in Notis perperam tradit, sed Engolismensis præsul cit. tomo Galliæ Christ. col.* 980 *memoratus, ob illatas sibi, unique è suis clericis injurias, invasasque ecclesiæ facultates à fidelium cœtu arcuerat. Is, aut ec-*

C *clesiastico fulmine, quo percussus fuerat, territus, aut criminum suorum atrocitate vel infamiâ motus, horumque vel verè pœnitens, vel veram callidè pœnitentiam simulans, eâ, quâ pollebat, civili dignitate auctoritateque, precibusque forsitan & melioris vitæ promissis, episcopos aliquot induxit, ut in eorum conventu, qui in Santonensi urbe habendus erat, non modò se sistere posset, sed & eorum deprecatione & operâ ab episcopo suo publicè reciperetur in ecclesiam. Credibile est,* S. Palladium, *qui pro suo animarum zelo Nantinum comitem, ut ovem deperditam, ad Ecclesiæ ovile reducere satagebat, postulatis ejus lubenter annuisse, ac visis pœnitentiæ ejus signis, auditisque in ipso episcoporum cœtu promissis, quibus se Nantinus, teste S. Gregorio Turonensi lib.* 5 *Hist. Franc. cap.* 37, omnes ecclesiæ res, quas sine ratione abstulerat, redditurum, *seque suo antistiti demisse subjecturum pollicebatur, in primis suasisse Heraclio, Engolismensi episcopo, ut & ipse omnia, quæ ab eo petebantur, supplici comiti concederet.*

in qua Nantinus comes communioni Ecclesiæ restitutus est.

19 *Utut hæc habeant, concessit Heraclius, comitem in charitate recepit Ecclesiaque restituit; sic tamen, ut, licèt ipse horrendi à Nantino commissi criminis pœnam non exigeret, presbyteri tamen, teste eodem Gregorio, à Nantino conto vulnerati, ac dein crudeliter suspensi, causam Deo committendam censeret. Ita solutus est Santonensis conventus, in quo, num prater jam memorata, quidquam aliud gestum fuerit, incompertum mihi est. Ceterum, quod hîc obiter dictum sit, etiamsi* Palladius *ceterique antistites episcopalis clementiæ laudem ea in re promeriti sint; spe tamen sua miserè se delusos paulo post ingemuerunt, cùm Nantinus domum reversus ea de novo scelera patravit, ob quæ rursus ab episcopo suo Heraclio fidelium communione exclusus fuit, eâque demum morte miserrima occubuit, quam, uti Gregorius Turonensis jam sæpissimè laudatus observat,* omnes obstupescant, admirentur & metuant, ne inferant injurias sacerdotibus, quia ultor est Dominus servorum suorum, sperantium in se.

Palladius Gundobaldum, cujus historia ex S. Gregorio Turon. refertur.

20 *Ad annum usque* 584 S. Palladius *pascendo gregi suo unicè intentus, nullam veri antistitis partem officii prætermiserat, Deo dilectus ac hominibus, cùm mense Novembri ejusdem anni Gundobaldus seu Gundovaldus quidam magnas in Gallia turbas excitavit, quarum occasione non una in infelicem nostrum Antistitem redundavit calamitas. Res paulò altiùs repetenda est. Gundobaldus ille, uti ferè S. Gregorius Turonensis lib.* 6 *Hist. Franc. cap.* 24 *narrat, cùm natus esset in Galliis & diligenti cura nutritus, ut regum istorum mos est, crinium flagellis per terga demissis, litteris eruditus, Childeberto regi, Seniori scilicet, Childeberti, anno* 584 *regnantis, patruo, à matre sua repræsentatus fuerat, dicente ea:* Ecce nepotem tuum, Chlothacharii regis (*seu Chlotarii I*) filium: & quia invisus habetur patri, suscipe eum, quia caro tua est. *Hunc Childebertus Senior, eoquòd sibi filii non essent, accipiens, retinuerat secum. Quæ cùm nunciata essent regi Chlothacharo, misit is fratri nuncios, quibus puerum dimitti atque ad se venire curavit, cui ad se adducto comam tonderi jussit, negans à se genitum esse. At post hujus regis obitum Gundobaldus à Chariberto rege susceptus fuit; verùm & à Sigiberto accersitus, iterum capite tonsus est, missusque Coloniam Agrippinam; unde dilapsus, demissis iterum capillis, ut Francorum principum mos erat, ad*

F *Narsetem, qui Italiæ tunc præerat, confugit, ibique uxore accepta, filios procreavit.*

à nonnullis in Francorum regem levatum, pro legitimo principe

21 *Hinc Constantinopolim profectus, post aliquam in ea urbe moram, inde ut veniret in Galliam, invitatus, Massiliam in Provincia appulit, ubi à Theodoro episcopo susceptus fuit, acceptisque dein ab eo equitibus; Mummulo patricio & duci conjunctus est, qua quidem in re, uti Turonensis notat, nihil Theodorus fecit, quod ei per epistolam, manu majorum Childeberti regis subscriptam, atque à dominis suis & senioribus imperatum non fuerat. Cùm verò aliquo tempore Avenione cum præfato Mummolo & Desiderio duce moratus fuisset, unà cum iisdem in agrum Lemovicensem profectus est, & ad Brivam Curretiam, vicum,* (Brive la Gaillarde *indigenæ vocant*) *parmæ impositus, uti lib.* 7 *Hist. Franc. cap.* x *idem auctor testatur, rex est levatus; ivit dein, eodem teste, per civitates in circuitu positas, atque, ut cap.* 26 *narratur,* in civitatibus,

A bus, quæ Sigiberti regis fuerant, ex nomine regis Childeberti ſacramenta ſuſcepit; in reliquis verò, quæ aut Guntchramni aut Chilperici fuerant, nomine ſuo, quòd fidem ſervarent, jurabant. *Suſcepto pariter Engoliſmæ jurejurando, Toloſaque admiſſus, Burdegalam tandem advenit, cui urbi antiſtes tum præerat Bertchramnus, Guntchramni regis ex matre conſanguineus, à quo præſule Gundobaldus idem majorem in modum diligebatur.*

agnovit, aut ſaltem ejus juſſis præter Canonum ordinationem paruit:

22 Dum autem, *uti cap.* 31 *Turonenſis refert*, in hac urbe morarentur, *Gundobaldus nempe ejuſque ſectatores*, Fauſtianum presbyterum Aquenſi urbi (*vulgò* D'Acqs ſur l'Adour) epiſcopum ordinari præcipiunt. Nuper enim in Aquenſi urbe epiſcopus obierat, & Nicetius comes loci illius, germanus Ruſtici Vici-Julienſis epiſcopi, præceptionem ab Chilperico elicuerat, ut tonſoratus civitati illi ſacerdos daretur. Sed Gundovaldus deſtruere nitens ejus decreta, convocatis epiſcopis juſſit eum (*Fauſtianum nempe*) benedici. Bertchramnus autem epiſcopus (*Burdegalenſis ſuprà memoratus*) qui erat metropo-

B lis, cavens futura, Palladium Santonicum injungit, qui eum benediceret. Nam & oculi ei eo tempore à lippitudine gravabantur. Fuit autem ad hanc ordinationem & Oreſtes Vaſatenſis epiſcopus: ſed negavit hoc coram rege. *Hactenus Turonenſis; ex quo diſcimus, Gundobaldum à Bertchramno & hujus exemplo à* Palladio *noſtro, uti & infrà magis adhuc patebit, variiſque aliis epiſcopis viriſque Galliarum primariis pro vero Chlothacharii filio, ſuoque legitimo rege habitum exceptumque fuiſſe, ejuſque etiam mandatis morem ab iis geſtum eſſe, & ultrà quidem, uti jam nunc dicemus, quàm ſacri Canones legitimo regi morem geri ſinebant. Etenim cùm Aquenſis epiſcopatus Burdegalenſi metropoli ex antiqua provinciarum diviſione non ſubeſſet, ſed contrà ſubjiceretur metropoli Eluſanæ; nec Bertchramni erat* Palladio *injungere, ut alteri metropolitæ ſubditum epiſcopum conſecraret; nec* Palladii *erat, ea in re, non conſentiente Eluſano metropolita, Bertchramni ac Gundobaldi juſſis parêre.*

C *poteſt tamen prius ejus ex his duobus factum*

23 *Verùm nihilne eſt, quo geminum hoc* Palladii *factum, cujus causâ Guntchramnum regem adeò ſibi ille infenſum habuit, peſſimèque apud quoſdam audiit, excuſari jure meritò poſſit? Quod attinet ad Gundobaldi, tamquam legitimi Chlothacharii filii veriquè principis agnitionem, mihi quidem ea ſedet ſententia, ſi æqua lance res tota, uti ſuprà ex Gregorio Turonenſi relata eſt, expendatur, nihil criminis hîc coram Deo admiſſum à* Palladio *fuiſſe. Ut autem ita exiſtimem, hæc me præter alia impellunt. Primò quidem non conſtat ullo ex capite,* Palladium *turbas in Galliis, aut res novas molitum eſſe, ejuſve conſilio aut operâ Conſtantinopoli evocatum fuiſſe in Gallias Gundobaldum. Adhæc indubitatum appareret, eumdem Præſulem non antè Gundobaldum pro Chlothacharii genuino filio veroque principe habuiſſe, quàm is à Mummolo patricio & Chilperici duce ac Deſiderio item duce rex eſſet levatus, ac pro tali à pleriſque vicinis regionibus etiam fuiſſet agnitus.*

de omni coram Deo crimine excuſavi,

24 *Accedit, quòd, etſi Guntchramnus rex Gundobaldi illius patrem, non regem Chlothacharium, ſed modò molendini gubernatorem, modò lanarium fuiſſe, contendiſſet, hæc regis Guntchramni dicta* Palladius *facilè ignorare po-*

tuerit, aut, ſi ea non ignorârit, Gundovaldi matri ac Chlothacharii conjugi, Childeberto Seniori & Chariberto regibus, multiſque Galliarum optimatibus, potiorem fidem, quàm non ſatis ſibi in ſpeciem coherentibus Guntchramni verbis habendam, meritò exiſtimare potuerit. Denique, cùm cauſam Theodori epiſcopi Maſſilienſis, qui Gundobaldum primus magnificè exceperat, à rege Guntchramno diſcuſſam, & hunc, teſte S. Gregorio lib. 6 *Hiſt. Franc. cap.* 24 in nullo inventum crimine *fuiſſe, indubiè inaudîſſet; judicare meritiſſimo jure potuit* Palladius, *à ſe quoque ſine ullo crimine honorificè excipi & pro Chlothacharii filio agnoſci poſſe eum, qui, teſte Gregorio Turonenſi, lib.* 8 *Hiſt. Franc. cap.* 2, omnem principatum Galliarum ſe teſtabatur accipere, *& cui ſuus ipſemet metropolita, licèt Guntchramni conſanguineus, lubens parebat. Error igitur* Palladii, *quo matris Gundobaldi, duorum Francorum regum, multorumque optimatum exemplo & auctoritate motus, Gundobaldum pro Chlothacharii genuino filio habuit, innocens certè ac ſine noxa coram Deo fuit.*

E *at non item facta ab eo Fauſtiani epiſcopi conſecratio.*

25 *At non ſic omni culpâ liberari poteſt idem Præſul, dum ejuſdem Gundobaldi & Bertchramni juſſu Fauſtianum epiſcopum Aquenſem ordinavit. Quippe, tametſi ſub Gundobaldo in Novempopulania, in Aquitanica ſecunda aliiſque vicinis provinciis res admodùm perturbatæ eſſent, & Burdigalenſi metropolitæ parêre cogerentur alterius metropolis epiſcopi, qui Burdegalenſi vicini erant; imò verò, etiamſi ille,* qui omnem principatum Galliarum ſe teſtabatur accipere, *ipſeque etiam Bertchramnus, metropolita Burdegalenſis Fauſtianum ordinari epiſcopum præcepiſſent; nihilominùs tamen, cùm Aquenſis eccleſia antiquo jure Eluſanæ metropoli ſubderetur, eſſetque per ſacros Canones expreſsè vetitum, ne quis alterius provinciæ epiſcopum, hujus contempto metropolita, aut ſaltem ſine ejus conſenſu, conſecrare præſumeret; huic ſacrorum Canonum præſcripto potiùs, quàm Gundobaldi & Bertchramni juſſis obtemperare* Palladius, *omniaque proinde potiùs mala ſubire debuiſſet, quàm ſine Labanis, Eluſani metropolitæ, canonico conſenſu Fauſtianum ordinaret Aquenſem epiſcopum. Quòd igitur* Palladius, *etſi non parùm renitens, contrarium fecerit, perperam certè fecit, quamquam & hoc ejus factum, ſpectatis temporum rerumque adjunctis, non adeò grave, nedum enorme dici debeat, præſertim ſi, licèt non ultroneus quidem ac planè canonicus, qualiſcúmque ſaltem (nec enim de oppoſito omninò conſtat) Eluſani metropolitæ aſſenſus affuerit, aut hujus ab eo præſtandi plauſibilis exiſtimatio. Quocúmque modo hæc ſe habuerint, erroris humanæque fragilitatis culpâ potiùs, quàm perverſi animi vitio legumve eccleſiaſticarum contemptu hîc laborâſſe videtur* Palladius. *Ceterùm quo pacto admiſſæ culpæ pœnam luerit, ſuus infrà erit dicendi locus.*

F

AUCTORE J. G.

AUCTORE J. G.

§ III. Palladius à Guntchramno rege acerbè increpatur: ter ei non pejerâſſe oſtenditur. Contumeliam unam ſibi illatam moderatè fert; non item alteram. In Synodo Matiſconenſi ob Fauſtiani ordinationem mulctatur: clericos ſuî obtrectatores ſeverè caſtigat: indignè rurſus & immeritò vexatur.

Palladius Aurelias accitus;

B

CUm eodem anno Chriſti 585, quo jam mox dicta contigerant, Guntchramnus rex adverſus Gundobaldum ingentem miſiſſet exercitum, eoque prope urbem Convenas occiſo, ac deletis, qui ei adhæſerant, ducibus, Pariſios eſſet iturus, confeſtim Bertchramnum, Palladium, *alioſque, qui miſero Gundobaldo faverant, epiſcopos coram delegatis à ſe præſulibus optimatibuſque adeſſe juſſit, factorum ſuorum cauſam dicturos. Convenêre acciti antiſtites Aurelias, ubi Guntchramnus interim ſubſiſtebat, illicque ante reliquos omnes, uti S. Gregorius Turonenſis lib. 8 Hiſt. Franc. cap. 2 refert, Bertchramnus ac* Palladius *noſter abs deputatis epiſcopis optimatibuſque diſcuſſi ſunt*, cur Gundovaldum ſuſcepiſſent, cur Fauſtianum Aquis epiſcopum ad præceptionem ejus, *quam* leviſſimam *judices vocabant*, ordinâſſent. *Quæ in eo epiſcoporum optimatumque conventu ambo attulerint rationum momenta, queis primum ſibi objectum crimen diluerent, nuſpiam citatus Gregorius memoriæ prodidit, ſeu quòd hujus litis ordinationem tanti momenti non eſſe crederet, ut in Francorum, quam ſcribebat, hiſtoria enucleatè recenſenda eſſet, ſeu quòd allatas in medium ab utroque illo antiſtite rationes in vulgus ſpargi, aut Guntchramnus rex aut ipſemet minimè probaret. Utut hæc ſint,* Palladio *certè, uti ſuprà numm. 23 & 24 dicta oſtendunt, deeſſe non potuerunt ſpernenda minimè rationum momenta, quibus in recipiendo Gundobaldo omnis coram Deo ſceleris purum ſe fuiſſe, manifeſtum redderet.*

C

factorum ſuorum cauſam dicit; at allegatis rationibus Guntchramnum non placat,

27 *Quod verò ad cauſam ordinationis Fauſtiani ſpectat*, hanc... Palladius epiſcopus (*verba rurſus S. Gregorii Turonenſis ſunt*) à Bertchramno metropole ſuo auferens, ſuper ſe devolvit, dicens: Oculi metropolis mei valde doloribus artabantur, & ego ſpoliatus & contemtus, invitus ab eo (*Gundobaldo nempe, ut Valeſius rerum Francicarum lib. 13 pag. 252 exponit*) in eo loco adductus ſum. Non potui aliud facere, niſi quæ ille, qui omnem principatum Galliarum ſe teſtabatur accipere, imperabat. *Verùm licèt* Palladius *invitus à Gundobaldo Aquas Tarbellicas adductus fuiſſet; non propterea tamen, uti & ſuprà diximus, in ordinando præter Canonum præſcriptum Fauſtiano, omni culpâ immunis habendus erat; ſed neque, quas in hujus cauſæ defenſionem produxerat, rationes ejuſmodi erant, ut inflammatum adverſus* D *ſe regis animum reſtinguerent. Hinc, teſte rurſus cit. Gregorio cap. 2, mirum non eſt, Guntchramnum, utut ſanctum principem, cognito* Palladii *reſponſo, valdè commotum fuiſſe*, ita ut (*Gregorium rurſus audis*) vix obtineri poſſet, ut eos (Palladium *nempe & Bertchramnum*) ad convivium advocaret *cum reliquis, qui Aureliis erant, Galliarum epiſcopis. At, ſeu ſolius S. Gregorii Turonenſis, qui plurimùm apud regem valebat, deprecatione, ſeu aliorum etiam epiſcoporum optimatumque, qui Bertchramni &* Palladii *præſertim erratum excuſare nitebantur, patrocinio & hortatu paulò mitior redditus Guntchramnus, tandem utrique præſuli in conſpectum ſuum venire & convivio intereſſe indulſit.*

ut contrà non niſi ægrè, ac poſt acerbam à rege exprobrationem ad menſam ejus admittatur;

28 *Priùs tamen quàm ad menſam ſuam eos admitteret, ironicis hiſce verbis, teſte ibidem S. Gregorio Turonenſi, Bertchramnum compellavit:* Gratias agimus, quòd ſic cuſtodiſti fidem generationi tuæ. Scire enim te oportuerat, dilectiſſime pater, quòd parens (*ſeu conſanguineus*) eras nobis ex matre noſtra, & ſuper gentem tuam non debueras inducere peſtem extraneam (*ita Gundobaldum vocat.*) Cúmque talia & his ſimilia Bertchramnus audiſſet, *eodem teſte Gregorio*, converſus ad Palladium rex ait: Nec tibi, ô Palladi epiſcope, nimiùm ſunt gratiæ referendæ. Tertiò enim mihi, quod de epiſcopo dici iniquum eſt, pejerâſti, mittens indiculos doloſitate plenos: à me excuſabaris (*ſeu, ut alii codices habent*; & te excuſabas) per epiſtolas, & germanum meum (*neſcio, an ironicè Gundobaldus, an ſincerè Chilpericus rex hîc deſignetur*) cum ſcriptis aliis invitabas. Judicavit enim Deus E cauſam meam, cùm ego provocare vos ſemper, tamquam Eccleſiæ patres, ſtudui, & vos circa me ſemper egiſtis doloſè. Nicaſio autem & Antidio epiſcopis, *Ecoliſmenſi nempe & Aginnenſi, Bertchramnum ſubſecutis*, dixit: Quid vos, ô ſanctiſſimi patres, pro regionis utilitate vel regni noſtri ſoſpitate tractâſtis, edicite. Illis quoque tacentibus, ablutis rex manibus, acceptâ à ſacerdotibus benedictione, ad menſam reſedit, læto vultu & hilari facie, quaſi nihil de contemtu ſuo fuiſſet effatus.

illic regi primùm bene precatus, pro regni ejus incolumitate Deum orat;

F

29 *Hactenus jam ſæpius laudatus Turonenſis; ex cujus cap. 3 & 4 etiam diſcimus, non modò Guntchramnum regem ab epiſcopis omnibus, ac proin etiam à* Palladio *ſacerdotalem, antequam menſæ accumberet, benedictionem accepiſſe, ſed &, poſt decantatum ab iiſdem ſuo juſſu Pſalmum Reſponſorium, Childebertum, adoptivum filium ſuum, eorum precibus commendâſſe, hiſce nempe aliiſque, quæ apud Gregorium eumdem cit. cap. 4 exſtant, verbis:* Unum vos tantummodò, ſacerdotes Domini, deprecor, ut pro filio meo Childeberto Domini miſericordiam exoretis.... Unde, ſi oratio veſtra proſequitur; poterit hic, Domino annuente, regnare. *Hac rege dicente, quotquot aderant, epiſcopos, atque adeò &* Palladium *coram rege orationem fudiſſe ad Dominum, ut utrumque regem divina miſericordia conſervaret, teſtis eſt, qui ſimul aderat, S. Gregorius Turonenſis. Tam citò converſus Guntchramni regis animus, tamque inſignis in accumbentes ſecum antiſtites comitas, horumque propenſa in eum voluntas ac fuſæ pro regni ejus incolumitate preces non leve indicium præbent,* Palladium *noſtrum eoſque, qui Gundobaldo adhæſerant, epiſcopos de perfidia*

qui-

A *quidem vel perjurio aliquando apud regem accusatos aut suspectos utcumque fuisse, minimè tamen alterutro crimine fuisse verè obstrictos.*

qua ex re uti & ex aliis indiciis, re ipsa eum ter regi perjurum non fuisse, probatur.

30 *Et sanè, tametsi Guntchramnus primùm sibi in animum induxerit,* Palladium *eo tempore, quo sui excusandi gratiâ indiculos seu epistolas ad se dabat, simul aliis litteris nunciisve germanum suum ad se invitâsse, itáque dolo ac fraudibus usum esse; in eo non minùs ab adulatoribus suis antistitumque inimicis delusus fuisse videtur, quàm dum hisce credidit, S. Theodorum, Massilienſem episcopum, causam exstitisse cædis Chilperici germani sui, cùm tamen antistes ille extra omnem noxam esset. Adhæc, cùm in concilio Matisconensi, de quo infrà, discuti debuerit causa* Palladii, *verèque etiam discussa fuerit, nec tamen ille alterius facinoris, quàm illegitimæ Faustiani ordinationis, affinis fuerit inventus; dicendum omninò videtur, revera eum ter regi non pejerâsse, contrà ac Guntchramnus, plùs æquo subinde credulus animoque commotus, ei ante convivium acerbè exprobravit. Ipsa denique, judice Gregorio Turonensi lib. 8 cap. 20 Hist.*

B *Franc., divina providentia episcoporum, qui regi illi ob susceptum sine suo peccato Gundobaldum aliasve ejusmodi causas invisi erant, innocentiam tueri visa est, cùm eo tempore, quo multos eorum exsilio mulctare cogitabat, gravissimum ei morbum immiserit, qui, quò minùs episcopis, quibus iratus erat, noceret, omnino impedivit. Atque hæc dicta sufficiant, ut ne quis* Palladium *nostrum tribus etiam vicibus reipsa perjurum exstitisse, ob sanctì quidem, at tunc nimis creduli animoque commoti regis dicta, sibi induci patiatur in animum.*

Paulò pòst rursus regem ibi infensissimum experiatur.

31 *Nunc, unde nonnihil digressi sumus, revertamur. Guntchramnus rex cum* Palladio *aliisque episcopis, qui Gundobaldum susceperant, cùm in modum convivii tempore egerat, ut eos omnes nulla in re, si Faustiani ordinationem excipias, coram Deo & adversum se deliquisse, aut, si quid contra se admissum erat, id veniâ dignum censuisse, dici posset: cùm sequenti die Dominico, alicujus, ut credibile est, aulici,* Palladio *infesti, falsis sermonibus circumventus, ita in* Palladium *rursus exarsit, ac si hic objectis criminibus revera constrictus interque primarios suos inimicos habendus fuisset. Rem his verbis narrat S. Gregorius Turonensis cit. lib. 8, cap. 7:*

C Adveniente quoque die Dominico, rex ecclesiam ad spectanda Missarum solemnia petit: fratres verò consacerdotesque, qui aderant, locum Palladio episcopo ad agenda festa præbuerunt. Quo incipiente Prophetiam, rex interrogat, quis esset. Cumque Palladium episcopum initiâsse pronuntiâssent, statim commotus rex ait: Qui mihi semper infidelis & perfidus fuit, ille nunc sacrata verba prædicabit? Egrediar prorsus ab hac ecclesia, ne inimicum meum audiam prædicantem. Et hæc dicens, egredi cœpit ecclesiam.

sed sibi illatam contumeliam moderatè fert; at non item

32 Tunc conturbati sacerdotes de Fratris humilitate, dixerunt regi: Vidimus enim eum convivio tuo adesse, ac de ejus manu te benedictionem accipere; & cur eum nunc rex aspernatur? Si enim scissemus tibi exosum, declinâssemus utique ad alium, qui hæc agere debuisset. Nunc, si permittis, celebret, quæ cœpit: in posterum autem, si aliquid opposueris, canonicæ sanctionis censurâ finiatur. Jam enim Palladius episcopus in sacrarium cum grandi humilitate discesserat. Tunc rex jussit eum revocari, & sic, quæ agere cœperat, expedivit. *Nimirum id jam* Palladius, *tantam moderatè ferendo contumeliam, egregiæ virtutis suæ præmium mox tulit, ut, donec ejus causa in synodo aliqua discussa fuisset, ipse interim velut omnium sibi objectorum criminum insons, dignusque, qui coram rege celebraret, antistes haberetur. Atque utinam, dum vel eodem die vel sequenti ad regis convivium iteratò adscitus fuit, pari æquitate animi humilitateque excepissset contumelioſa quædam verba, quæ in eum Bertchramnus, Burdegalensis metropolita, oggessit. At hominem rursus se hîc sensit* Palladius, *atque, ubi vel ob solam regis præsentiam tacere æquum erat, in eum, qui malorum suorum omnium caput & origo erat, probra regerenda duxit; sic, ut non se adulterii, fornicationis ac perjurii, de quibus à Bertchramno arguebatur, sed eum ipsummet Bertchramnum horum omnium reum esse contenderet. Ita enim Gregorii Turonensis verba interpretanda esse suadet tum pia aliàs* Palladii *vita, tum dubia metropolitæ istius fama, tum mox subsecutus Matisconensem synodum hujus obitus, de quo seqq. num. dicetur.*

AUCTORE J. G.

E

33 *Nunc ipsum audiamus Gregorium cit. cap.* 7: Cùm iteratò ad convivium regis Palladius atque Bertchramnus adsciti fuissent, commoti invicem multa sibi de adulteriis ac fornicatione exprobrârunt, nonnulla etiam de perjuriis. Quibus de rebus multi ridebant, nonnulli verò, qui alacrioris erant scientiæ, lamentabantur, cur inter sacerdotes Domini taliter zizania diaboli pullularent. Discedentes itaque à regis præsentia cautiones & fidejussores dederunt, ut decimo Calendas mensis noni ad synodum convenirent, *subituri videlicet coëpiscoporum judicium. Adfuêre stato tempore Matiscone Bertchramnus,* Palladius, *aliique plurimi è regno Guntchramni antistites, horumve legati, à quibus* Palladii *causa canonicè discussa fuit. At tantum abest, ut triplicis perjurii, de quo à Guntchramno, aut adulterii fornicationisque, de quibus à Bertchramno accusatus fuerat, declaratus fuerit nocens; ut contrà in eo dumtaxat reprehensione dignus inventus sit, quòd Faustianum Gundobaldi jussu Aquensem episcopum, ut suprà diximus, consecrâsset. Quid porrò in hac causa definitum à Patribus fuerit, ex S. Gregorio Turonensi cit. lib. cap. 20 recitare lubet.* Interim, *inquit,* dies placiti advenit, & episcopi ex jussu regis Guntchramni apud Matiscensem urbem collecti sunt. Faustianus autem, qui ex jussu Gundovaldi Aquensis urbis episcopus ordinatus fuerat, ea conditione removetur, ut eum Bertchramnus, Oresteſque, sive Palladius, qui eum benedixerant, vicibus pascerent, centenosque ei aureos annis singulis ministrarent.

factam sibi à Bertchramno falsam variorum criminum exprobrationem.

F

Ex Matisconensi synodo, ubi ob Faustiani ordinationem mulctatus fuerat,

34 *Hanc sibi à Matisconensi synodo impositam mulctam, dubium non est, quin eâ, quæ pium factique pœnitentem episcopum decebat, submissione animi & accuratione* Palladius *solverit, ut is, cui ablata sede Aquensi servatus cum nomine episcopatûs honos fuerat, honestè seu sine ullo episcopatûs dedecore ali posset. Num verò etiam Bertchramnus, Burdegalensis metropolita, & illegitimæ ordinationis auctor, eamdem sibi indictam mulctam aliquando persolverit, non immeritò dubitari ex eo potest, quòd, teste S. Gregorio Turonensi, multò antè elapsum annum, seu mox ut regressus ex Matisconensi synodo fuit,* febre cor-re-

AUCTORE J. G.

reptus *ſit, pauciſque poſt diebus* ſpiritum exhalârit, *eorum, quæ tum in Guntchramnum, tum in* Palladium *deliquerat, ſupremo Judici jam redditurus rationem. Ceterùm, quæ in hac Matiſconenſi ſynodo, anno Chriſti* 585, *ut Sirmondus oſtendit, habita, ſapienter utiliterque à* Palladio *aquè ac ab aliis* 61 *epiſcopis & quindecim epiſcoporum legatis definita ſancitaque, quæque & hanc ſubſecuta ſint, hujus loci non eſt recenſere. Quare hæc videat curioſus lector tom.* 5 *Conciliorum Labbei à col.* 979, *& cit. lib.* 8 *Hiſt. Franc. à cap.* 20. *Unum tamen eſt, quod, utpote ad* Palladium *ſingillatim ſpectans, intactum prætermittere hoc loco viſum non eſt.*

in ſuam diœceſim redux, clericos quoſdam ſui obtrectatores ſeverè caſtigat.

35 *Cùm è Matiſconenſi ſynodo in ſuam diœceſim reverſus eſſet Præſul noſter, jamque antè compertum haberet, multos è ſuis clericis, à Bertchramno Burdigalenſi corruptos, nonnulla conſcripſiſſe, ob quæ non exiguam ſubierat contumeliam; cenſuit, extincto jam Bertchramno, inimico ſuo, eorumque clericorum acri defenſore, de commiſſo adverſus ſe à ſuis clericis peccato æquas pœnas eſſe exigendas. Quapropter eos non modò comprehendi, ſed &*, teſte laudato Gregorio cap. 22, *graviter cædi atque exſpoliari juſſit. Eſt, qui ea in re eum non parem delicto pœnam ſumpſiſſe, ſeu juſtæ animadverſionis modum exceſſiſſe, contendit, hujuſque ſuæ opinionis vadem citat Gregorium Turonenſem. Verùm, tametſi jam mox citatus Hiſtoriæ Francorum auctor, illos clericos, noſtri Antiſtitis criminatores, graviter cæſos, imò & exſpoliatos fuiſſe affirmet; non propterea tamen conſequens continuò fit, eos injuriâ contumeliiſque, ac ſuprà quàm deliquerant, affectos ſuppliciis à* Palladio *fuiſſe; ut adeò ingratos rebelleſque filios pro meritis caſtigâſſe potiùs, quàm ulciſcendæ injuriæ gratiâ crudeliùs in eos ſæviiſſe dici debeat.*

B

De violata regi fide rurſus accuſatus;

36 *Non hic criminum vivo noſtro Antiſtiti affictorum finis fuit. Quippe anno ferè & medio poſtquam Mediolanum Santonum reverſus eſſet, ſeque totum ad virtutum cultum, ſacrorum curam, & Matiſconenſis ſynodi decretorum in ſua diœceſi obſervationem impenderet, ſparſa eſt per Gallias ac præſertim in Guntchramni regno mendax fama, non tantùm quòd Fredegundis regina, Guntchramno inviſa atque inimica, occultos in*

C

Hiſpaniam nuntios ad Leuvigildum regem, Guntchramni ejuſdem hoſtem, miſiſſet, ſed quòd legatos illos Palladius, *clàm tecto receptos inde tranſmiſiſſet in Hiſpaniam. Igitur Anteſtius, qui à Guntchramno Andegavos miſſus bona Boboleni, ſeu Beppoleni, referendarii Fredegundis, fiſco addixerat, ac dein Nonnichium, Namnetenſem epiſcopum, veluti cædis Domnolæ participem, laceſſiverat, Santonas contendit, uti* Palladium, *velut violatæ rurſus fidei reum, comprehenderet.* Erant autem eo tempore dies Quadrageſimæ ſanctæ, *uti Gregorius ſuprà ſæpe laudatus lib.* 8 *Hiſt. Franc. cap.* 43 *ſcribit*, & Epiſcopus (*S. Palladius*) in inſulam maris, (*puta Olarionem vel Radim*) orationis causâ receſſerat. Secundum conſuetudinem autem, dum ad Dominicæ cœnæ feſta ad ecclesiam ſuam, populo exſpectante, rediret, ab Anteſtio in via vallatur. Qui * nec diſcuſſa rei veritate dicebat: Non ingredieris urbem, ſed exilio condemnaberis, quia ſuſcepiſti nuntios inimicæ domini noſtri regis.

* *alias* Cui

indignè injuſtéque à regis aulico vexatur:

37 At ille, Neſcio, ait, quid loquaris. Tamen, quia dies ſancti imminent, accedamus ad urbem, decurſiſque ſolemnitatum ſanctarum feſtis, poſtea, quæcúmque volueris, oppone, rationem à me accipies: quia, quod reputas, nihil eſt. At ille: Nequaquam, inquit, ſed non attinges limina eccleſiæ tuæ, quia infidelis adparuiſti domino noſtro regi. Quid plura? Tenetur in via Epiſcopus, domus eccleſiæ deſcribitur, reſque diripiuntur. Cives cum homine* obtinere non queunt, ut ſaltem vel celebrata ſolemnitate Paſchali diſcutiatur. Hiſque ſupplicantibus, & illo renitente, tandem patefacit vulnus, quod latebat in pectore. Si, inquit, domum, quam intra territorii Biturici terminum habere dignoſcitur, meæ ditioni facta venditione ſubdiderit, quæ flagitatis, facio: alioquin non effugiet manus meas, niſi trudatur in exilium. Metuit negare epiſcopus: ſcripſit, ſubſcripſitque, ac tradidit agrum: & ſic datis fidejuſſoribus de præſentia ſua ante regem, in civitatem ingredi permiſſus eſt. Tranſactis igitur diebus ſanctis, ad regem pergit: adfuit & Anteſtius, ſed nihil de his, quæ opponebat Epiſcopo, potuit adprobare. Epiſcopus autem ad urbem redire jubetur, & uſque ad ſynodum futuram dilatatur, ſi fortè aliqua de his, quæ opponebantur, evidentiùs poſſint agnoſci.

* *i. e.* ab homine *ſcilicet Anteſtio*

D

E

quam in rem nonnulla hic obſervantur.

38 *Hactenus laudatus jam ſæpe Gregorius Turonenſis, qui, cùm nuſpiam aliquid inventum agnitumve fuiſſe prodat, quo objectum* Palladio *crimen evinci potuerit, haud obſcurè eum minimè reum violatæ fidei fuiſſe, ſignificat; idque & ſynodorum, in Galliis exeunte ſeculo* VI *coactarum Acta, in quibus nulla pariter de victo hoc ejus crimine mentio fit, non parùm confirmant. Quid? Quòd vel ex recitata jam mox Gregorii Turonenſis narratione non immeritò colligas, fuiſſe inter Guntchramni regis aulicos id genus hominum, qui non alio conſilio ſe æquitati ſuoque principi addictiſſimos ſimulant, Eccleſiæ verò miniſtros aut violatæ regi fidei, aut aliorum facinorum reos agunt, quàm ut addicta eccleſiis bona invadendi occaſionem nanciſcantur, aut certè eorum partem aliquam, tanquam præſtiti inſignis obſequii præmium, in ſe derivent. Ceterùm novam hanc, noſtro Præſuli inſtructam calumniam, non eſſe, contrà ac Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ col.* 1059 *contendit, anno circiter* 597 *innectendam, ex eo liquidò patet, quòd S. Gregorius Turonenſis, in hac certè re omni exceptione major teſtis, anno duodecimo Childeberti regis, qui cum anno Chriſti* 587 *concurrit, hoc factum illiget, uti initio præfati capitis* 43 *videre eſt. Perperam igitur idem Sammarthanus cit. loco mox ſubdit,* eodem ferè tempore *hæc contigiſſe, quo* S. Palladius *ad S. Gregorium Papam Leuperculum ſeu potiùs Leuparicum, eccleſiæ ſuæ presbyterum, miſit, ut ab eo peteret reliquias, & redditus voti compos fuit. Id enim anno demùm* 596 *contigiſſe, ſequenti §, quo noviſſimam, tranſactæque biennio antè longè diſſimilem, vitæ* Palladii *partem proſequemur, ex ipſa S. Gregorii Papæ infrà citanda epiſtola manifeſtum fiet.*

F

§ IV.

§ IV. Reliquum vitæ tempus Sanctus eximiæ pietatis operibus impendit : varias exſtruit eccleſias : ſanctorum reliquias honorificè transfert. Ei S. Gregorius Magnus S. Auguſtinum, in Angliam directum, commendat. Ejus e mortuale tempus nuſpiam præcisè definitum.

S. Palladius jam ſe totum pietatis operibus dedit, B

AD *ſuos è Matiſconenſi ſynodo jam antè reverſus* Palladius, *non modò Quadrageſimali tempore, prout ex Gregorio Turonenſi, num.* 36 *laudato, vidimus,* orationis causâ, *ſed &, uti dubitari vix poteſt, ſæpe etiam aliàs, agendæ de admiſſis noxis pœnitentiæ ergò vel in vicinam maris inſulam, vel in alium ab omni hominum conſuetudine disjunctum locum, ſibi Deoque vacaturus, ſeceſſit. Neque his contentus, ampliando Dei Cælitumque cultui, exſtruendis ſacris ædibus, collocandis honorificè Sanctorum reliquiis, aliiſque eximiæ pietatis operibus, quod ſibi reliquum vitæ tempus erat, ſollicitè juxtà ac indefeſsè impendit. Hæc nos partim docent jàm ſapiſſimè laudatus Gregorius Turonenſis, Venantius Fortunatus, S. Gregorius Papa I & Santonenſis eccleſiæ Lectiones* S. Palladio *propriæ. Et quidem, quod ad divini cultus augmentum ſacrarumque ædium erectionem attinet, teſtis eſt idem S. Gregorius Turonenſis lib.* 4 *de Miraculis S. Martini Turonenſis epiſcopi, cap.* 8 *col.* 1120, Palladium *anno quartodecimo Childeberti regis, ſeu anno Chriſti* 589, *in honorem S. Martini Turonenſis baſilicam apud Santones divino nomini exſtruxiſſe, atque, ut ea ejuſdem Sancti ditaretur reliquiis, apud Turonenſes precibus inſtitiſſe, nequaquam irrito, uti ex Gregorio Turonenſi colligi poteſt, tam pio ſanctoque ejus conatu.*

C

& S. Martino Ep. eccleſiam erigit, ejuſque reliquiis ditat;

40 *Ipſum hunc auctorem factum hoc endrantem ſiſto.* Præſenti verò anno (*de anno quartodecimo Childeberti regis, uti ex cap.* 6 *patet, Turonenſis hîc loquitur*) Palladius, Santonicæ urbis epiſcopus, hujus ſancti confeſſoris (*S. Martini*) reliquias petiit. Conſtruxerat enim in ejus honorem baſilicam, quam his pignoribus conſecravit, meruitque ibi ſuſcipere miracula, quæ ſæpius urbs propria (*Turonenſis*) habet experta. Nam poſt duorum aut trium menſium curricula litteras ejus accepi, in quibus indicavit, tres paralyticos contractis pedibus advenisſe (*nempe Mediolanum Santonum,*) qui ſtatim ut in baſilicam (*à* S. Palladio *erectam*) ingreſſi orationem fuderunt, directis veſtigiis, ſanitati ſunt redditi. Duo cœci in eo loco lumen recipere, facta oratione, meruerunt, & ampliùs quàm duodecim à febre frigoritica detenti, depulſo tremore, convaluerunt. *Ita ille ex datis ad ſe à* Palladio *noſtro litteris, quibus hic, dum de transmiſſis ad Santonenſes S. Martini epiſcopi reliquiis debitas grates egit, facta ad illas opera Dei revelare & confiteri, honorificum duxit.*

AUCTORE J. G.

eo veriſimiliter tempore baſilicam S. Stephano M. exædificavit,

41 *Eodem circitèr tempore, vel ſaltem poſt Matiſconenſem ſynodum, quidquid oppoſitum ſentire videatur Sauſſayus, ædificatam à* Palladio *noſtro fuiſſe S. Stephani apud Santones baſilicam; vel idcircò probabilius exiſtimo, quòd ab ejus epiſcopatûs initio, ac vel maximè ſub Gundobaldo ſubſecutoque ferè biennio turbulentior fuerit, vel Gallicarum, vel propriarum* Palladii *rerum ſtatus, quàm ut exædificandis baſilicis operam ſecurè collocaret. Utut ſit de ipſo, quo S. Stephani baſilica exſtructa fuerit, anno; factum ipſum Venantius Fortunatus, Sancto noſtro æqualis, Lib.* 1 *Carm.* 3, *quo & Sancti Protomartyris laudes ſimul celebrat, hiſce verſibus certum reddit.*

Gloria celſa pios Domini circumdat amicos,
Quorum diffuſum vivit in orbe decus.
Pertulit hic Martyr pro Chriſto Orientis in axe,
Ecce ſub Occaſu templa Beatus habet.
Fundatus virtute Dei de morte triumphans
Excepit lapides, cui petra Chriſtus erat.
Gens Judæa ferox, Stephanum, quem perdere credis,
Etſi carne, tamen neſcit honore mori.
Ille tenet palmam meritis, tu crimine pœnam;
Poſſidet ille polos, tu magìs ima petis.
Hæc ſacra Palladius Levitæ templa locavit;
Exſtet ut inde ſibi non peritura domus.

E

qua ab illa, quæ S. Eutropii nomen geſſit, diverſa videtur

42 *Porrò hanc S. Stephani eccleſiam Sammarthanus ſuprà laudatus cit. tom.* 2 *col.* 1093, *eamdem illam eſſe cenſet, quæ in Santonenſi ſuburbio ſitâ erat, in quam S. Eutropii, primi Santonenſis epiſcopi & martyris, de quo apud nos ad diem* XXX *Aprilis à pag.* 733 *actum eſt, ſacrum corpus tranſlatum fuit, quæque poſtea S. Eutropii nomen obtinuit, atque in monaſterium Ordinis S. Benedicti dein converſa eſt. Aſt an hæc omnia rectè? Ad ſtabiliendam quidem primam, eamque, quâ hùc facit, aſſertionem, laudat citatus ſcriptor Gregorium Turonenſem lib. de Gloria Confeſſorum cap.* 56; *at perperam; cùm illo libro ac capite altiſſimum de S. Eutropii ac S. Stephani eccleſia ſit Gregorii ſilentium. Fortaſſe voluit Sammarthanus Gregorii caput* 56 *de Gloria Martyrum citare, ubi de S. Eutropii martyrio eccleſiaque in ejus honorem erecta ex profeſſo agit. At neque illic Gregorius quidquam indicat, unde S. Stephani eccleſiam in ſuburbio Santonenſi à* Palladio *exſtructam, aut illam cum S. Stephani baſilica eamdem eſſe, utcúmque conjicias. Accedit, quòd eccleſiam, in quam S. Eutropii corpus ex obſcuro, quo delituerat, loco delatum fuit, non in S. Stephani ſed in ipſius S.* Eutropii honore *ædificatam fuiſſe, S. Gregorius cit. cap.* 56 *de Gloria Martyrum diſertè tradat; ac denique, quòd cap.* 34 *de Gloria S. Stephani agens, nullam de erecta in ejus honorem baſilica mentionem ingerat. Ut adeò neſciam, an non multò majori jure eccleſia illa, quam Venantius Fortunatus à* Palladio *noſtro ædificatam celebrat, ab ea, de qua Gregorius, mox partim deſcribendus, agit, baſilica, omnino diverſa eſſe ſtatui poſſit.*

F

hujus S. Eutropii mortis genus cognoſcit, corpus transferri curat;

43 *Ipſa modò Gregorii Turonenſis verba, quibus, tum* Palladio *S. Eutropii mortis genus innotuiſſe, tum ab eo hujus ſacrum corpus in ædificatam apud Santones in ejus honorem baſilicam honorificè tranſlatum, narrat; ex cit. capite* 56

AUCTORE J. G.

de Gloria Martyrum recitemus. Quia, *inquit*, eo tempore (*quo nempe S. Eutropius martyr occubuit*) instante persecutione, neque digno loco sepultus, neque à Christianis debito honore veneratus est, valdè datum est oblivioni, eum (*S. Eutropium*) martyrem fore: quod hoc ordine traditur revelatum. Post multa annorum spatia (*ex quo nempe martyrium subierat*) in ejus honore basilica ædificata est, expletoque opere, Palladius, qui tunc sacerdotalis Ordinis cathedram regebat, convocatis abbatibus, sacros cineres in locum, quem præparaverat, transferri studuit. Quod cùm factum fuisset, duo ex abbatibus, reserato opertorio, sanctum corpus adspiciunt, contemplanturque cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat securis acumen. Sed ne præsens visio duceretur in inritum, etiam spiritualis hæc doctrina commonuit, scilicet cùm sequenti nocte straviſſent sacerdotes membra quieti; apparuit per visum his duobus, dicens: Cicatricem, quam contemplati estis in capite, scitote, me per eam martyrium consummâsse: & ex hoc, quòd martyr esset, innotuit populis, quia non aderat Historia passionis. *Ita laudatus jam sæpe Gregorius, ex quo, quod hic obiter dictum sit, intelligimus, S. Eutropii ecclesiam, in quam expleto* Palladius *opere, inque locum, à se ad id præparatum, sancti hujus martyris corpus deferri curavit, ab ea, quam Leontius Burdigalensis, teste Venantio Fortunato lib. I Carm. XIII, Burdigalæ renovavit, omnino esse diversam.*

B

44 *Ad alia nunc* S. Palladii *pietatis documenta progrediamur. S. Martinus, Santonicæ urbis abbas, (verbis S. Gregorii Turonensis lib. de Gloria confessorum cap. 57 ferè utor) S. Martini, Turonensis episcopi, ut ferunt, discipulus, apud vicum urbis Santonensis in monasterio, quod ipse post magistri dogmata ædificârat, in pace sat dudum quieverat; jamque ad ejus tumulum quidam manus contractas deferens retulerat sanas; alius, qui exustis febre nervis, poplitibus intortis, gressu caruerat, ut ad sepulcrum sanctum prostratus erat, novum robur sumens, arlditate sublata, incolumis fuerat relatus. Hæc ergò aliaque forsan ejusmodi obtenta beneficia expendenti* Palladio *visum est non ferendum diutiùs, ut tam glorioſi abbatis sepulcrum antiquo minúsque ei honorifico loco consisteret. Quapropter in decentiorem locum illud transferre pius Præsul decrevit, convocatis, qui illud secum perficerent, aut solemni pompæ interessent, compluribus dignitate præstantibus viris. At cœptis primùm obstitit Deus; incertum, qua de causâ. Tandem verò, ut laudatus Gregorius subdit,* hujus sepulcrum Palladius episcopus, cùm non valuisset cum multis, opitulante adjutorio confessoris (*S. Martini abbatis*) cum quinque abbatibus movit, composuitque, quo voluit.

S. Martini abbatis sepulcrum decentiori loco non sine prodigio collocat.

C

45 *Simile quid Antistiti nostro eodem circiter tempore accidisse, idem Gregorius Turonensis eodem lib. cap. 60 testatur, ex quo rursus, quantopere* Palladius *diligeret decorem domûs Dei, Sanctorumque cultûs augmentum, intelligi datur. Rem totam ejusdem scriptoris verbis recenseo.* Haud procul ab hujus (*S. Troiani nempe Santonensis episcopi, de quo præcedenti cap. egerat*) confessoris æde erat oratorium parvulum, & in angulo, unde arcus oriebatur, erat magnus sarcophagus, in quo ferebatur, sepultos fuisse duos, sponsum scilicet & sponsam, (*diversos ab iis, qui apud nos die* XXV *Maii* SS. Duo-amantes *vocantur*) qui post baptismum in albis positi, à seculo discesserant: hos etiam affirmabat antiquitas, fuisse ex genere sancti Pictavensis Hilarii. Hoc ergò sepulcrum tali in loco situm, non modò pervium arcebat ingredientium, verùm etiam, qualiter paries, qui ab stillicidio infusus fuerat, emendaretur, quia esset contiguus, inhibebat. Qua de causâ Palladius, Pontifex civitatis, qui ex genere quondam divitis Palladii descenderat, removere ipsum à loco summo nitebatur studio, ita ut, conjunctis amplius trecentis viris, cum funibus trahere & vectibus impellere conaretur, positis jam lapidibus, super quos hic sarcophagus locaretur.

Duorum sanctè mortuorum tumulus, quem honestiori loco reponere nitebatur.

D

46 Denique impenduntur totæ vires trahentium, sed non valent mutilare * sepulcrum: frons cuncta sudore perfunditur, sed opus validum non impletur: voces dantur hortantium atque dicentium: Eia, age, trahe funem, sed non movetur omnino sepulcrum. Quid plura? Lassantur omnes in opere, &, intercedente nocte, petunt cuncti dare quietem. Licet ubi transactis nocturnis tenebris, novum inluxit manè; anxius cogitatione Sacerdos (*S. Palladius*) rogat iterum procedere suos ad oratorium, ipse anticipans cunctos; ingredienſque invenit ipsum super ipsos, quos composuerat; lapides, omni firmitate subsistere. Admiranſque Dominum glorificat, qui potenti virtute perfecit, quod manus humana nequivit. Horum tamen nomina nulli sunt revelata. *Hactenus Turonensis, in cujus postrema verba adnotat Ruinartius, nullam esse horum apud Santonas memoriam, ignorari quoque oratorii situm, sicut & ecclesiæ S. Troiani, cujus nullum supereſt vestigium. At saltem bene habet, quòd & hoc* S. Palladii *pietatis documentum S. Gregorius in litteras miserit, firmissimis quibuscúmque ædificiis diuturniores.*

divinitus transfertur.
** an non fortè legendum moveret*

E

47 *Dum his aliisque sanctis operibus pius Antistes indefessus instabat, incessit ejus animum cupido insignem aliquam Santonensi in urbe in SS. Petri & Pauli nec non Laurentii ac Pancratii martyrum honorem exstruendi ecclesiam, in eaque collocandi tredecim altaria, quæ ex jam tum antiquo ecclesiæ more Sanctorum reliquias continerent, seu sepulcrorum vice iis essent. Igitur, uti ex Epistola S. Gregorii Magni, anno Christi 596 ad* S. Palladium *data, intelligimus, Leuparicum ecclesiæ suæ presbyterum, Santonensis Præsul Romam direxit, qui suo nomine ab eodem summo Pontifice prædictorum quatuor Sanctorum reliquias expeteret, dicandis Deo in eorum honorem altaribus inferendas. Annuit piis hisce* Palladii *votis S. Gregorius Magnus atque eidem Leuparico epistolam ad eum perferendam dedit, quam huic loco integram inserere, abs refore, non arbitror.*

Insignem 13 *altaribus ecclesiam erigit.*

F

48 *Hisce verbis tom. 5 Concil. Labbei col. 1240 concepta est:* Gregorius Palladio episcopo Santonis. Veniens lator præsentium Leuparicus presbyter insinuavit nobis, fraternitatem vestram ecclesiam in honorem beatorum Petri & Pauli Apostolorum, nec non Laurentii atque Pancratii martyrum construxisse, atque illic tredecim altaria collocâsse, ex quibus quatuor necdum dedicata comperimus remansisse, ob hoc, quòd supradictorum Sanctorum reliquias illic collocare, Deo annuente, disponitis. Et quia reliquias sanctorum Petri & Pauli nec non Laurentii atque Pancratii martyrum cum veneratione præbuimus, hortamur, ut eas cum reverentia

In quibus Sanctorum reliquias collocat;

A tia ſuſcipere & collocare, auxiliante Domino, debeatis; proviſuri ante omnia, ut ſervientibus ibidem non debeant alimoniarum deeſſe ſuffragia. *Ejuſdem argumenti epiſtolam per eumdem Leuparicum ad Brunichildem, Francorum reginam, deferendam ſcripſit Gregorius Magnus, datam, uti Cointius ad annum Chriſti 596 & editores Benedictini tom. 2 Operum S. Gregorii Magni col. 828 rectè docent, Indictione quartadecimâ CPolitanâ, atque adeò anno Chriſti 596, ad menſem Septembrem nondum provecto.*

In S. Vaſii honorem eccleſiam & cœnobium exſtruit.

49 *Eo circiter tempore aliud hiſce eximiæ pietatis operibus non impar edidit* Palladius, *uti Officii ejus Lectio ſexta & S. Vaſii Martyris Acta tom. 2 Aprilis pag. 424 edita, affirmant. Sanctus ille martyr, quem &* Vaſionem, Vaſſium, Waſſium & Baſſium *etiam vocari, Henſchenius cit. tom. pag. 424 adnotat, circa annum Chriſti 500 à cognatis ſuis, moleſtè ferentibus, quòd bona ſua pauperibus erogaret, ſubornatis cruentis miniſtris occiſus fuerat; ejuſque corpus cùm à Nammancio inimico ejus igne cremari non potuiſſet, à quodam Francone, nobili & religioſo viro, prope fluvium Carantonum, qui urbem Santonum alluit, juxta viam publicam fuerat tumulo conditum. Cùm autem illic ſeculò ferè integro jacuiſſet, ejuſque temporis decurſu multa ad ejus tumulum patrata fuiſſe miracula,* S. Palladius *pro comperto haberet, initò cum Santonenſibus conſilio, noctem integram in Dei laudibus ad ejus ſepulcrum tradùxit; néve diutius loco minùs digno ſancti martyris corpus deliteſceret, baſilicam, ſuo rurſus ære, ut ejus pinguis hæreditas munificentiſſimaque liberalitas fide dignum reddit, ædificatam, ſupremo Numini in ejuſdem S. Vaſii honorem conſecravit; utque diu noctuque divinæ laudes illic concinerentur, eccleſiæ huic cœnobium, abbati monachiſque incolendum, adjunxit, quod Dionyſii Sammarthani tempore prioratus erat abbatiæ de Cellis diœceſis Pictavenſis, quem haud procul à Talleburgo ad dexteram Carantoni fluvii ripam ſitum eſſe, citatus Henſchenius pag. 425 adnotavit.*

B

Et S. Gregorius Magnus epiſtolam ſcripſit,

C

50 *Fecerunt haud dubiè tam pia tamque multiplicia* S. Palladii *præclara opera, partaque jam non in Galliis tantùm, ſed & in Italia ſanctitatis fama, ut S. Gregorius . . agnus, S. Auguſtinum, Anglorum apoſtolum, cum ſociis in Angliam à ſe miſſum, eidem Santonenſi epiſcopo noſtro commendandum exiſtimârit. Nimirum, tametſi per Santonenſem diœceſim S. Auguſtinum fors non tranſiturum noſſet Pontifex, tamen quia vel* Palladium *apud Theodoricum regem, Cabilone reſidentem, multùm valere, vel directis à ſe in Angliam viris apoſtolicis plurimùm conſilio ſeu operâ prodeſſe poſſe, reque ipſa profuturum, cenſebat, ad eum, ut Cointius ad annum 696 num. 14, pag. 443 rectè docet, epiſtolam illam dedit, quæ cit. loco atque apud Cheſnium tom. 1 Scriptorum pag. 895, apud Labbeum cit. tom. Concil. col. 1241 & in Duacena Operum S. Gregorii editione tom. 4 col. 186, his verbis concepta eſt:* Gregorius Palladio epiſcopo de Santonis, Pelagio de Turonis & Sereno de Maſſilia, epiſcopis Galliarum, à paribus.

51 Licèt apud ſacerdotes, habentes Deo placitam charitatem, religioſi viri nullius commendationis indigeant; quia tamen aptum ſcribendi tempus ingeſſit, fraternitati tuæ noſtra mittere ſcripta curavimus, inſinuantes, latorem præſentium Auguſtinum, ſervum Dei, de cujus certi ſumus ſtudio, cum aliis ſervis Dei illuc nos pro utilitate animarum, auxiliante Domino, direxiſſe. Quem neceſſe eſt, ut ſacerdotali ſtudio ſanctitas veſtra adjuvare, & ſua ei ſolatia præbere feſtinet. Cui etiam ut promptiores ad ſuffragandum poſſitis exiſtere, cauſam vobis injunximus ſubtiliter indicare, ſcientes, quòd eâ cognitâ, tota vos propter Deum devotione ad ſolatiandum, quia res exigit, commodetis. Candidum præterea presbyterum, communem filium, quem ad gubernationem patrimoniali * eccleſiæ noſtræ tranſmiſimus, charitati veſtræ in omnibus commendamus.

AUCTORE J. G. *quâ S. Auguſtinum in Angliam directum commendavit,*

*al. patrimonioli

In quam epiſtolam quædam obſervantur.

52 *Et quamquam in Mss. codicibus, quos Benedictini Operum S. Gregorii Magni editores ſecuti fuerunt,* Palladii *noſtri nomen non compareat; propterea tamen, hanc ad eum à S. Gregorio Magno epiſtolam ſcriptam non fuiſſe, conſequens minimè ſit, quandoquidem alii Mss. codices ſupráque laudatæ editiones* Palladium *diſertè referunt, magiſque veriſimile eſt, in Mss. codicibus, quibus uſi ſunt Pariſienſes Benedictini, aut librariorum imperitiâ aut oſcitantiâ omiſſum* Palladii *nomen fuiſſe, quàm à variis aliis fuiſſe in epiſtolæ inſcriptionem perperam ac deditâ operâ* Palladium *intruſum. Reliquum eſt, ut, cur in inſcriptione epiſtolæ hæc ſcripta dicatur* à paribus, *cauſam exponam. Non poſſe eam propterea ſcriptam dici* à paribus, *quòd hujus exemplar apud ſe retinuerit S. Gregorius;* ne fortè, *uti antiquus quidam tom. 2 Operum S. Gregorii edit. Paris. col. 508 contendit,* caſſaretur vel corrumperetur epiſtola ſua in itinere; *ex eo liquet, quòd, ſi hæc ſubſiſtat ratio, omnes omnino S. Gregorii Magni litteræ dici deberent ſcriptæ* à paribus; *cùm tamen non, niſi pauciſſimæ, ejus epiſtolæ* à paribus ſcriptæ *notentur. Quapropter, uti Cangius in Gloſſario verbo* Appar *ferè cenſet, exiſtimaverim, his vocibus indicari; epiſtolas ternas* pari *tenore, ſeu eodem exemplo conſcriptas fuiſſe, unamque ſingulis illis epiſcopis;* Palladio *noſtro, Pelagio Turonenſi & Sereno Maſſilienſi; quibus aliàs generatim in Regiſtro epiſtolarum S. Gregorii inſcribuntur, ab eodem Gregorio Magno fuiſſe miſſam; ut adeò; quæ* à paribus *ſcripta dicitur epiſtola, ab hodiernis encyclicis vix aut ne vix quidem differre dici queat.*

D E F

Incertum, quot præciſè annis S. Palladius poſt an. 596 in vivis fuerit.

53 *Ceterùm, quàm diu poſt annum Chriſti* 596 S. Palladius *eccleſiam ſuam optimè regere perrexerit, ſeu quo demùm tempore, poſtquàm* gregem ſuum tam ſuis opibus, quàm monitis verbiſque ſalutiferis, foviſſet, *eſſetque jam non modò* virtutibus, *ſed &, ſi Santonenſi Lectioni ſextæ fides eſt,* miraculis plenus, *obdormierit in Domino, nulla, quæ quidem vidi, definiunt vetera monumenta; imò nec quidquam indicant, unde ejus epiſcopatûs finis ſat propè erui vel plauſibili conjecturâ poſſet. Hinc latiori modo ejus ad Superos tranſitum* fortè ſub annum 600 *in margine ſuprà notavi, incertus, an ante ſeculi ſexti exitum, an verò non ante ſeptimi annum decimum ac fortaſſis vigeſimum, purgatam jam omni nævo pœnitentiæ lachrymis multiſque pietatis operibus animam in manus reddiderit ſui Creatoris.*

AUCTORE C. S.

DE S. OSITHA VEL OSGITHA VIRG. MART.

IN SUI NOMINIS OPPIDULO COMITATUS ESSEXIÆ IN ANGLIA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Notitia loci, ubi vixit, paſſaque ac culta fuit: memoria in Martyrologiis: Vita edenda ſubleſtæ fidei: quænam ſuadeant, illam ſeculo VII floruiſſe.

FORTASSE CIRCA FINEM SEC. VII. *Sancta in Chiche, Eſſexiæ villa, eccleſiam habuit,*

UT *loci notitiam, in quo hæc ſancta, regiaque, ut creditur, Virgo vixit, paſſaque atque ante Angliæ à Catholica fide defectionem præcipuè culta fuit, lector habeat, huc transfero, quæ de eo Camdenus in deſcriptione comitatûs Eſſexiæ pag. 325 annotavit. Poſtquam ibidem egerat de Colonia, ſeu Colceſtria urbe, ſic proſecutus eſt:* Ubi Coln fluvius mari immiſcetur, S. Oſithæ extat oppidulum, cujus antiquum nomen CHIC abolevit regia illa virgo Oſitha, quæ tota Deo defixa, à Danicis piratis ibidem confoſſa, Sanctæ honores apud majores obtinuit; & in ejus memoriam ædem ſacram poſuit Richardus, epiſcopus Londinenſis, circa annum MCXX, quam canonicis Regularibus implevit. Nunc verò ſedes primaria eſt honoratiſſimorum dominorum Darcy, qui DE CHICH dicti, quos ad ampliſſimam baronis dignitatem rex Eduardus ſextus provexit. *Hæc Camdenus; quæ tamen non ita accipi velim, quaſi nulla eo loci, in qua* S. Oſitha *coleretur, ante Richardi, Londinenſis epiſcopi, tempora exſtitiſſet eccleſia; nam contrarium ex dicendis pateſcet.*

à Richardo epiſcopo canonicorum Regularium collegio auctam, C

2 *Quid Richardus hac in re præſtiterit, narrat etiam Guilielmus Malmesburienſis, ſeculi* XII *ſcriptor, lib. 2 de Geſtis Pontificum Anglorum in eodem Richardo;* Cùm Richardus, *inquiens*, ſucceſſor ejus (*Mauritii epiſcopi Londinenſis*) omnes redditus ad epiſcopatum pertinentes ædificationi baſilicæ (*S. Pauli, quam Mauritius Londini cœperat*) tranſcripſiſſet, aliunde ſe ſuoſque ſuſtentans, propemodùm nihil efficere (*propter operis magnitudinem*) viſus eſt, totumque cenſum ad hoc bene prodigus exhauriebat, & parùm in effectum prodibat. Quare impetus boni, quem in initio epiſcopatûs habuit, cedentibus annis, deſperatione laſſeſcens paulatim elanguit. Locus eſt in diœceſi Londonienſi apud Orientales Saxones, CIT * (*in margine additur* al. Cic) gentili vocabulo dictus, ubi eſt beatæ Oſgithæ, in miraculis famoſæ virginis, requies. Hunc vir ille terris aliquantis, & Regularibus implevit canonicis; meditabaturque ipſe, depoſitis olim involucris mundi, eò tranſire, præſertim longæ paralyſis tabe admonitus, ſi non ægrum illecebris animum poteſtatis conſuetudo retraheret. Hujus loci fuit primus Prior Willielmus de Corbuil, qui, defuncto Radulpho Cantuariæ archiepiſcopo, in illum honorem evectus eſt. *Non igitur Richardus primam* S. Oſithæ *Chichenſem ſacram ædem poſuit, ſed in canonicorum Regularium collegium convertit, dotavitque, ac fortaſſe reparavit.* E

de cujus fundatione

3 *De eodem loco agunt Rogerius Dodſworth & Guilielmus Dugdale tom. 2 Monaſtici Anglicani à pag. 182, ubi aliquot donationum eidem factarum chartas recitant, in quarum prima vocatur* Eccleſia beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctæ Oſithæ, virginis & martyris; *in ſecunda & tertia* Eccleſia ſanctæ Oſithæ & Oſythæ de Chich, *ac in omnibus tribus de canonicis ibi degentibus expreſſa fit mentio. Sequitur ibidem* Carta regis Henrici ſecundi, donatorum conceſſiones, *atque inter haſce Richardi*, recitans & confirmans; *verùm hæc ibi perperàm data legitur anno ejuſdem Henrici* quinquageſimo tertio, *cùm ille anno regni ſui* 35, *Chriſti* 1189 *obierit. In ea charta ait, ſe* confirmâſſe in perpetuam eleëmoſinam Deo & eccleſiæ S. Oſithæ de Chiche, & canonicis ibidem Deo ſervientibus & ſervituris, totum manerium de Chiche, in quo ſitum eſt monaſterium ſanctæ Oſithæ virginis & martyris, liberum & quietum ab omni terreno ſervicio & ſeculari exactione, quod manerium habent ex dono & confirmatione Ricardi Londonenſis epiſcopi eum omnibus pertinentiis & libertatibus, quas epiſcopi Londonenſis eccleſiæ habuerunt in eodem manerio, dum eſſet in eorundem dominio *&c. Ceterùm locus iſte ibidem* abbatia *vocatur.* F

nonnulla annotantur;

4 *Subditur denique charta Joannis Angliæ regis, quâ ejuſdem loci advocatiam, ut vocant, Londinenſibus epiſcopis conceſſit. Hanc, quia brevis eſt, hîc adſcribo.* Joannes, Dei gratiâ rex Angliæ &c. Sciatis, nos intuitu Dei, & ob reverentiam beati Pauli dediſſe, conceſſiſſe, & hâc cartâ noſtrâ confirmâſſe Deo & eccleſiæ S. Pauli London. & venerabili patri noſtro, domino Will. London. epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis advocationem abbatiæ S. Oſithæ de Chiche, & totum jus, quod in ea habuimus, tam in cuſtodia ejuſdem abbatiæ vacantis, quàm in electione ejuſdem abbatis, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad hujuſmodi advocationem pertinentibus. Quare volumus &c. Dat. per manum Hugonis de Welles archidiaconi Wellenſis, apud Eboracum XII die Febr. anni regni noſtri ſeptimo, *id eſt, Chriſti* 1206.

AUCTORE C. S.

A 1206. *Iidem Monaſtici Anglicani ſcriptores loco citato ex Lelandi Itinerario addunt:* Velatarum virginum, aut alia Religioſorum domus, ut fertur, fuit, ubi hodie rectoris manſio, & teſtimonium extat authenticum, domum hanc Ordinis fuiſſe Maturinorum, aliàs Fratrum Ordinis S. Trinitatis.

nunc ſupereſt eodem loco ab eadem dictum oppidulum.

5 *Velatarum virginum illa fuerit à tempore* S. Oſithæ, *canonicorum Regularium à fundatione, ut vidimus, Richardi epiſcopi Londinenſis ſeculo* XII; *ſed an, & à quo tempore fuerit Fratrum ſanctiſſimæ Trinitatis, nuſquam alibi legi. Ceterùm hoc canonicorum Regularium monaſterium,* ex quo tempore (*ſub Henrico VIII Angliæ rege*) diſſipatum ac demolitum eſt, annuum cenſum numeravit 758 libras Anglicanas, ſolidos 5, & octo denarios, *inquit Godwinus ſuprà laudatus; conſonatque ejus temporis catalogus Religioſarum ædium apud Nicolaum Harpſfeldium ad calcem Hiſtoriæ Anglicanæ eccleſiaſticæ editus, in quo tunc dicitur fuiſſe canonicorum nigri habitus, titulo S. Petri &* S. Oſithæ, *fundatum anno* MCXX *à Richardo epiſcopo Londinenſi. In ſecularium nobilium manus deinde locus iſte tranſiit, ut ex Camdeno ſuprà diximus, nuncque oppidulum ſupereſt, ſolo nomine, quo etiàm in Mappis geographicis notum eſt, antiqui* S. Oſithæ *in eo cultus, veterumque Anglorum religionis & in Sanctos pietatis memoriam ſervans. Ad martyrologos progrediamur.*

B

Memoratur illa in variis Martyrologiis menſibus Junio & Octobri,

6 *Huic ſanctæ Virgini Petrus Galeſinius in ſuo Romanæ Eccleſiæ Martyrologio ad hunc diem locum dederat his verbis:* In Anglia, ſanctæ Oſithæ, virginis & martyris; *at Cardinalis Baronius, quamquam illius martyrium in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum 653 ex Vita edenda honorificè memoret, in ſuo tamen Romano Martyrologio eam non repoſuit, in quo nec hactenus illa comparet. Verùm in aliis hujuſmodi ſacris Faſtis minimè ignota eſt, nec ad unum ſolum diem ejuſdem exſtat memoria. Inter Auctaria Uſuardina apud Sollerium noſtrum eam ad diem* III *Junii breviter ſic ſignat codex Bruxellenſis, in Anglia olim auctus:* Item S. Oſichæ (*lege* Oſithæ) virginis: *Altempſianus ibidem pariter vitioſè:* Eodem die, ſanctæ Eſithæ virginis. *Nomen rectiùs, ſed poſtridie, ſeu die* IV *Junii, expreſſit Grevenus, additis etiam virginitati palma martyrii & genere regio,* Oſithæ, *inquiens,* virginis & martyris, filiæ regis Orientalium Saxonum. *Is ipſe eamdem brevius repetiit ad* V *Octobris hoc modo:* Oſythæ virginis & martyris. *Vide Prætermiſſos in Opere noſtro ad dictos dies, unde ad hunc* VII *Octobris ejuſdem Acta meritò dilata fuêre.*

C

ac maximè hodie,

7 *Certè hoc die illam repetunt, quos mox laudavi, Uſuardinus codex Altempſianus & Grevenus, quorum prior ex ejuſdem Vita ſic habet:* Apud Orientales Saxones paſſio ſanctæ Oſithæ, virginis & martyris; cujus caput à Danis exſectum ipſa Martyr illud aſſumpſit, ac de loco in locum portavit: *alter autem ſolùm hæc:* Ipſo die, Oſgidæ virginis. *Accedunt Uſuardina editio Lubeco-Colonienſis, noſtrumque Ms. Florarium Sanctorum, perpaucis annis ante hanc editionem exaratum, in quibus illa* Oſgida *etiam appellatur. Prætereo Wilſonum in Martyrologio Anglicano, Ferrarium in Catalogo Generali Sanctorum, quorum nomina non leguntur in Martyrologio Romano, alioſque, uti & Benedictinos, Dorgainum, Wionium, Menardum, Bu-*

celinum & Maihewum, eamdem ſanctam Virginem, velut ſui Ordinis abbatiſſam hoc ipſo die annuntiantes, Mabillonio multò rectiùs eam ne inter Prætermiſſos quidem Sanctos Beatoſque Benedictinos recenſente.

& accuratiùs apud Caſtellanum.

8 *Addo tamen annuntiationem Caſtellani in Martyrologio Univerſali, additionemque, quam in ea faciendam poſtea rectè monuit. Verba ex Gallicis Latina accipe.* In Anglia, S. Oſgitha (*ſic in margine legitur Latinè; nam Gallicè habetur* Oſithe) virgo, Pendæ Merciorum regis neptis, inſtructa apud S. Modovenam, martyrio coronata à Normannis idololatris, è Dania appulſis. Ejus corpus poſtmodùm pretioſæ impoſitum thecæ fuit à Mauritio epiſcopo Londinenſi. *Hæc ibi, ſed pag.* 984 *inter addenda corrigendaque ad accuratiorem martyrii ac veteris cultus illius loci notitiam, pro verbis* in Anglia *ſubſtitui juſſit iſta:* Chichæ (*Gallicè* A Chich) in Eſſexia, Angliæ provincia. *Porrò quæ impulerit martyrologos ratio, ut* Oſitham *ad prædictos varios dies referrent, compertum non habeo, nam in Vita quidem edenda nec dies martyrii ejuſdem memoratur, quod ſolùm* menſe Octobri *contigiſſe in ea legitur.* E

Vita illius, ſive Tinemuthenſem, ſive Veerum.

9 *Eam Vitam Joannes Capgravius ſeculo* XV *inſeruit ſuæ Sanctorum Angliæ Legendæ, quam Londinenſibus typis anno* 1516 *vulgatam habemus. Eſt tamen illa Capgravio antiquior, ſi hic illam, uti Uſſerius in Antiquitatibus Britannicarum eccleſiarum pag.* 706, *aliique affirmârunt, deſcripſerit ex Sanctilogio Joannis Tinemuthenſis, qui apud Joannem Pitſeum in Scriptoribus Angliæ anno* 1366 *claruiſſe legitur. Eamdem, quam Capgravius, etiam Laurentius Surius, ex quo neſcio codice, ad hodiernum Octobris diem recenſuit cum hoc titulo ſeu monito:* Vitæ S. Oſithæ, virginis & martyris, cujus author nomen non habet in Ms. codice; ſed eſt tamen fide digna; putoque, eſſe ejus epitomen, quam ſcripſit Albericus Veerus Regularis. *Scriptam ab hoc hujus Sanctæ Vitam etiam laudavit Thomas Sirinus in Ms. poſthumo, quo Pinius noſter uſus eſt ad diem* V *Julii in Commentario critico de S. Moduenna § 1, num. 6 & ſequentibus; quæ verò ex iſta ibi memorat Sirinus, tam rectè conveniunt cum Capgraviana Surianaque editionibus, ut hæ vel iſtius compendium, vel ipſa Veeri lucubratio poſſint videri.* F

ſeculo XIII *ejuſdem eccleſiæ canonicum Regularem,*

10 *Veeri elogium habes apud laudatum Pitſeum, ex quo ſequentia excerpſi.* Albericus Veerus, natione Anglus, ex illuſtriſſimis ſimulque antiquiſſimis Oxonienſium & Clarentium comitum familiis natus, apud domeſticos præceptores in Bonaclea villa Trenovantum, teſte Lelando, privatim diu ſtuduit. Locus iſte ad littus Chienſe non longè à fano S. Oſithæ poſitus eſt.... Tandem Regulam S. Auguſtini ibidem ſecutus in ſocietatem canonicorum Regularium admiſſus eſt... ſcripſit... Antiquitates ſui cœnobii, librum unum. De vita S. Oſithæ virginis librum unum... Claruit anno Salutiferæ Reparationis MCCL. *Si hæc vera ſint, potuit Albericus, velut loci, vitâ, martyrio cultuque* S. Oſithæ *celebris, religioſus incola, & ætate quoque Joanne Tinemuthenſi potior, in ejus ſanctæ Virginis geſta ſtudioſiùs feliciúſque inquiſiviſſe. Potuit etiam ejuſdem lucubratio Joanni Tinemuthenſi præluxiſſe, atque hinc factum eſſe, ut Sirinus eadem ex Veero retulerit, quæ apud Capgravium Suriumque leguntur.*

AUCTORE C. S. *sive aliquem hiſce paulò antiquiorem ſcriptorem habeat,*

11 *Interim certum eſt, Vitam, quam habemus, non eſſe ſeculo undecimo exeunte, vel ineunte duodecimo antiquiorem, cùm in ea mentio fiat de* S. Oſithæ *corpore pretioſiori theca donato per Mauritium Londinenſem epiſcopum, cujus ſedis initium anno* 1087, *finem* 1107 *Godwinus aſſigit in Commentario de Præſulibus Angliæ. Quo tamen minùs audeam illam Veero adſcribere, movet me, quòd in eadem nihil legatur de fundato ad* S. Oſithæ *eccleſiam per Richardum, prædicti Mauritii proximum ſucceſſorem, canonicorum Regularium cœnobio, quod quidem à Veero, utpote ejuſdem cœnobii religioſo alumno, non videtur prætermittendum fuiſſe. Exſtitiſſe nihilominus illud biographi tempore, colligi utcúmque poteſt ex eadem Vita num.* 10. *Quapropter poteſt illius auctor omnino à Veero diverſus eſſe, longéque ſeriùs ſcripſiſſe. At demus pauliſper, Veeri illam fœtum eſſe; vel ſic ab ejuſdem ſanctæ Virginis ætate longiùs abfuerit, quàm ut ab antiquitate pretium poſſit habere; maximè ſi ipſa ſeculo* VII, *ut in eadem Vita dicitur, martyrio coronata fuerit.*

B *ſubleſtæ fidei eſt. Sanctæ avus Pendæ,*

12 *Utut hæc ſe habeant, non poſſum equidem eam eidem fidem, quâ Surius dignam cenſuit, univerſim tribuere, tum quòd temporis ratio in illa vacillet, tum quòd quædam dubia & obſcura, quædam etiam fabuloſa vel fabulis ſimilia contineat, quæ ut certam fidem faciant, antiquiorem certioremque ſcriptorem requirunt. Quod ad rationem temporis attinet, ex ea dubitari poteſt, ſitne* S. Oſitha *ad ſeculum* VII, *an ad* IX, *aut etiam* X *referenda. Pro ſeculo* VII, *cujus anno* quinquageſimo tertio *martyrium paſſa in eadem legitur, faciunt præcipuæ perſonæ, in ea memoratæ.* Oſitha *quippe Pendæ Merciorum regis ex filia Wilteburga, genereque Frithewaldo rege, neptis fuiſſe ibidem dicitur, quorum Pendam anno* 655 *in conflictu adverſus Oſwium Nordanhymbrorum Chriſtianum regem occubuiſſe, conſtat ex Bedæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum lib.* 5, *cap.* 25. *Ac nulla quidem inter Pendæ liberos Wilteburga alibi occurrit; ſed hinc inficiari non licet, certò nullam fuiſſe.*

13 *Frithewaldus, ſanctæ Virginis pater, is eſſe creditur, quem Florentius Wigornienſis in Chronico ad annum* 675 Frithewoldum ſubregulum *appellat, & cujus ope S. Erconwaldum, ante aditum epiſcopatum Londinenſem, in ſuo Corteſiæ monaſterio fundando adjutum ſcribit, conſentiente Guilielmo Malmesburienſi in Epiſcopis Londinenſibus, addenteque, eumdem ſubregulum egiſſe* ſub Wlferio, *nimirum Merciorum rege, quem poſt ſeptemdecim annorum regnum anno* 675 *defunctum tradit Beda lib.* 5, *cap.* 25. *Eodem ſeculo* VII *floruiſſe Sigerum, ſeu Sigherum, Orientalium Saxonum regem, cui* S. Oſitha *è parentum ſuorum imperio, eodem biographo teſte, nupta fuit, etiam diſcimus ex Bedæ lib.* 3, *cap.* 30, *ubi refert, ipſum tempore peſtilentiæ anno* 664 *à Chriſtianis ſacris, quæ antè amplexus fuerat, cum ſui populi parte ad idola relapſum, nec multò poſt Jarumani epiſcopi operâ ad deſertam religionem feliciter fuiſſe reductum.*

Frithewaldus pater, Sigerus ſponſus,

C

14 *Ex ejuſdem biographi fide* Oſitha *quamdam ſub S. Modwenna magiſtram habuit, nomine* Editham, ſororem regis Alfridi, *cujus nominis duos, ſuprà dicti Oſwii Nordanhymbrorum regis filios producit Henſchenius noſter ad* VI *Martii in Commentario hiſtorico de SS.*

Alfridus rex & epiſcopi in ea nominati ſeculo VII floruerunt,

Kineburga & Kineſwitha § 1; *alterum ſcilicet* D *Alcfridum, ſeniorem ex legitimo conjugio natum, qui in parte regni à patre accepta regnans ante annum* 666 *obierit; alterum Alfridum juniorem nothumque, qui poſt legitimos ejuſdem Oſwii filios paternum regnum tandem anno* 685 *obtinuerit, annoque* 705, *ut habet Beda lib.* 5 *cap.* 25, *defunctus ſit. Alterutrius igitur Alfridi ſoror, ſive legitima ſive notha, ſeculo* VII *fuiſſe potuit Editha à biographo memorata. Verùmtamen de Editha hac atque utriuſque abbatiſſa Modwenna peculiaris ſermo infrà recurret. Ad ſeculum* VII *pariter pertinent Ecca & Bedwinus, Biſio epiſcopo vivo quidem, ſed graviſſima infirmitate ab adminiſtrando epiſcopatu prohibito, ut habet Beda lib.* 4, *cap.* 5, *Orientaliumi Anglorum epiſcopi ordinati, à quibus* S. Oſitha *Deo velata fuiſſe in eadem Vita aſſeritur.*

15 *Atque hæc quidem omnia conſpirant, ut* Oſitham *ſeculo* VII *floruiſſe, biographo credamus, non tamen æquè conciliari poſſunt cum tempore ejuſdem Sanctæ martyrii, quod ille ibidem* anno Domini ſexcenteſimo quinquageſimo ter- *ſed cum horum aliquot non congruit annus Sanctæ emortualis,* E tio *illigavit. Beda enim ultimo loco citatus ordinationi Eccæ & Bedwini, ſeu, ut ipſe eos ibi vocat,* Aeccі & Badvіai, *præmiſit ſynodum in Heruford anno* 673 *celebratam, eique prædictum Biſium adhuc interfuiſſe, obſervavit: unde rerum Anglicanarum ſcriptores meritò ſtatuunt, laudatos Eccam & Bedwinum ſaltem non ante annum* 673 *epiſcopos ordinatos eſſe. Quomodo igitur iidem epiſcopali ordine jam initiati* Oſitham *Deo Virginem conſecrare potuerunt, ſi hæc jam ab anno* 653 *martyrio coronata ſit? Multò igitur ſeriùs collocanda eſt ſacræ Virginis cædes, aut agnoſcendus biographi in aſſignandis ejuſdem conſecratorum nominibus error, qui in his minùs veriſimiliter cubat, quàm in anno* 653, *utpote qui fortaſſe ex ſola deſcribentis oſcitantia vitioſus eſt, & cetera narrationi etiam minùs congruit.*

16 *Etenim, ut duo laudati antiſtites certò* *qui certè ſeriùs, quàm anno* 653, *ſtatuendus eſt.* *ſeriùs, quàm anno* 653, *ordinati fuêre, ita Sigherus,* Oſithæ, *antequam velata fuit, ſponſus ſuum apud Orientales Saxones ſub Vulfhero regnum ſeriùs auſpicatus eſt, cùm teſte Beda lib.* 3 *cap.* 24, *Vulfherus ipſe non ante annum* 659 *à* F *ſuis adverſus Oſwium, Nordanhymbrorum regem, rebellantibus, ad Merciorum regnum evectus ſit, ejectis inde principibus, quos Oſwius eis præfecerat. Nec obſtant, imò favent etiam alia, ut* Oſithæ *martyrium multis annis poſt annum* 653 *ponatur: tantò enim facilius videri illa poteſt Pendæ, anno* 655 *interfecti, neptis fuiſſe ex Wilteburga filia, & Frithewaldo, ſeu Frithewoldo, de quo Wigornienſis ad annum* 675 *meminit. His de cauſis Bollandus noſter tomo* 1 *Februarii in S. Brigida Thaumaturga cenſuit,* S. Oſitham *primò circa annum* 673 *Sighero deſponſatam, deinde verò ab Ecca & Bedwino epiſcopis ſacro virginitatis velo amictam eſſe. At quanto tempore poſt hæc vixerit, quis divinet? Nam ipſe Danorum, à quibus illa cæſa dicitur, in Angliam appulſus aliunde ignotus eſt, nec difficultate caret, ut infrà videbimus.*

* * * *
* * *
* *
*

§ II.

A

§ II. Referuntur rationes pro eadem Sancta ſeculo IX illiganda, ac pro ſeculo VII veriſimiliùs pronuntiatur.

Difficile dictu eſt, quæ fuerint Modæenna & Editha, hujus Virginis magiſtræ;

Quæ in priori § adduximus; faciunt pro S. Oſithæ *martyrio verſus finem ſeculi* VII *reponendo: verùm ſunt & alia in eadem Vita, unde prædicta cum biographi fide ſuſpecta fieri queant. In primis* Oſitha, *dum eſſet parvula, à parentibus, ut bonis moribus imbueretur, tradita dicitur* S. Modwennæ abbatiſſæ, quæ juxta ſylvam (*verba biographi recito*) quæ Arderna dicitur, duo conſtruxerat monaſteria, unum in loco, qui Polleſworch dicitur, aliud in manſione, quæ Streveshal nuncupatur. Horum alterum (*Modwennâ*) elegit... reliquum conceſſit B. Edithæ, ſorori regis Alfridi..., quæ in congregatione ſanctarum virginum mater & cuſtos effecta eſt. Huic (*Edithæ*) aliquandiu adhæſit adoleſcentula Dei ancilla Oſitha; à S. Modwenna abbatiſſa ei commendata &c. *Inquirendum ergò eſt, quæ hæc Modwenna ſit, quæ item Editha, & quo illæ ævo floruerint. Pinius noſter primò ad diem* v *Julii prolixè diſputavit* de S. Moduenna, ſeu Monenna, Monynna, Monyma, Moninia, una an pluribus? *Deinde verò ad ejuſdem menſis diem* VI, *quò lectorem pridie remiſerat, egit de* S. Darerca ſeu Monynna, *aliiſque affinibus nominibus etiam appellata, ibique geminam hujus ſanctæ abbatiſſæ Vitam dedit; primam, auctore quidem anonymo, ſed antiquiorem ſincerioremque, alteram à Conchubrano ſcriptam, fabulis & parachroniſmis conſperſam.*

B

in quâdam Vitâ S. Moduennæ dicenda eſſet hæc

18 *In duabus iſtis Vitis dicitur S. Darerca, Monynna, ſeu Moduenna, à S. Patricio Hibernorum apoſtolo ſacrum virginitatis velum accepiſſe; quod nec citiùs contingere potuit, quàm anno* 432, *quo ille apoſtolicos ſuos in Hibernia labores auſpicatus eſt, nec ſeriùs, quàm anno* 460, *quo eoſdem beata morte coronavit, ſecundum ejuſdem rerum chronotaxim, in Opere noſtro ad diem* XVII *Martii, quo ille colitur, datam. Porrò in Conchubraniana (non in altera) Vita num.* 39 *&* 40 *inter iſtius S. Moduennæ diſcipulas etiam quædam* Oſid *nominatur, dicturque, poſtquam triduo ſubmerſa fuerat, è flumine ad vitam revocata; quod de noſtra* S. Oſitha *eodem modo legitur in Vita edenda num.* 1 *& ſeqq.; ſed altera ejuſdem Moduennæ diſcipula, quæ in Vita edenda* Editha *vocatur, in Conchubraniana Moduennæ* Ite *dicitur.* Oſitha *tamen ac* Editha *etiam vocitantur in ejuſdem S. Moduennæ Vita à Capgravio edita, ut dubitare nequeas, quin in omnibus iſtis allegatis locis de iiſdem SS. Moduenna,* Oſitha, *Edithaque ſermo ſit.*

C

ſeculo V *floruiſſe,*

19 *Quapropter, ſi hæc S. Moduenna fuerit hodiernæ* S. Oſithæ *magiſtra, non poterit hæc, niſi prodigioſè longæva ineptè fingatur, ad ſeculum* VII *differri, ſed ad ſeculum* V *vel* VI, *ad quod Pinius laudatam Moduennam, die* VI *Julii cultam, repoſuit; atque ita inter fabulas ableganda erunt, quæ de* S. Oſithæ *avo, parentibus, ſponſo, quique ipſam velaverint, epiſcopis ex biographo ſuperiùs memoravi. At, cùm in Vita edenda nullum de S. Patricio verbum legatur, laudatuſque Pinius die* V *Julii in Moduenna § 2 opinetur, tres omnino diſtinguendas eſſe Moduennas, quarum una obierit ſeculo* V *vel* VI; *altera,* S. Oſithæ *hodiernæ magiſtra, ſeculo* VII *floruerit, & ex harum trium confuſione natos eſſe parachroniſmos, qui Conchubranianam S. Moduennæ Vitam fœdant, non poteſt hæc tam vitioſa lucubratio obſtare, quò minùs biographo noſtro credamus,* S. Oſitham *ſeculo* VII *vixiſſe, ſi cetera aliunde congruant.*

Editheque & Oſithæ magiſtra fuiſſe ſeculo IX.

20 *Plus negotii faceſſit* S. Editha, *tam quæ in Vitâ edenda, quàm in Moduennæ à Capgravio edita, curam* S. Oſithæ; *à Moduenna ſibi commiſſam egiſſe narratur. Nam quæ iſta S. Editha eſt? In Vita quidem edenda dicitur illa fuiſſe* ſoror regis Alfridi, *cujus nominis duos Oſwii Nordanhymbrorum regis filios ſeculo* VII *ſuprà aſſignavi; ſed in S. Moduennæ Vita apud Capgravium illa, non ſoror regis Alfridi; ſed* Adulphi regis Weſt-Saxonum *fuiſſe aſſeritur; qui Adulphus, aliàs* Atulphus *ac communiùs* Ethelwulphus *&* Ethelwolphus *appellatus, filium habuit* Aluredum; Alfredum *etiam dictum, quos ambos ſeculo* IX *regnâſſe, extra dubium eſt. Ad ſeculum ergò* IX *pariter referenda eſſet* S. Oſitha; *ſi hujus magiſtra Editha Atulphi illius ſoror fuerit. At præterquam quòd æquè ignota ſeculo* IX *ſit Editha Adulphi; ſeu Ethelwulphi, quàm ſeculo* VII *Alfridi, regis ſoror, morari nos denuò non debet iſta S. Moduennæ Vita, quæ hanc à S. Patritio, id eſt, ſeculo* V, *velatam, & nihilominùs Ethelwulpho regnante, id eſt, ſeculo* IX, *etiam floruiſſe; fabulatur.*

E

Nulla not eſt Editha, Oſwii filia; ſed videtur biographus aliqua

21 *Inter Oſwii regis liberos nulla nota Editha eſt; ſed tres ejuſdem filias ex Beda aliiſque produxit Bollandus noſter ad diem* VIII *Februarii in Commentario hiſtorico de S. Elfleda,* § III; *dictam ſcilicet S. Elfledam, virginem abbatiſſam Streneashalenſem ſeu Streaneshalenſem, in Anglia, Alhfledam, Pendæ Medilanglorum principi, Pendæ regis filio nuptam, & Oſtrithan, aliis Oſtridam, Oſtricam, Oſtgildam & Oſtgidam appellatam; Etheldredi Merciorum regis uxorem, à ſui regni primatibus anno* 697 *interemptam, ut conſtat ex Bedæ lib.* 5, *cap.* 25 *in Recapitulatione. Verùm hic ſanctus hiſtoricus lib.* 3 *cap.* 24 *de laudata S. Elfleda quædam tam ſimilia narrat aſſertis* S. Oſithæ *biographi, ut dubitare cogar, an non hic in concinnanda hujus Virginis Vita quædam ex iſtis ſuo ſcriptionis argumento perperam ac ineptè adaptaverit, ſanctæque Elfledæ natales Editha, ſeu veræ, ſeu commentitiæ affinxerit. An meâ à veriſimilitudine abludat ſuſpicio, lectoris judicio libens relinquo.*

F

quæ de SS. Hilda & Elfleda, Oſwii filia

22 *Apud Bedam loco citato legitur Oſwius Nordanhymbrorum rex Chriſtianus anno* 655 *cum ipſo Merciorum rege Penda conflicturus, voviſſe Deo,* quòd, ſi victor exiſteret, filiam ſuam Domino ſacra virginitate ſacrandam offerret, ſimul & duodecim poſſeſſiones prædiorum ad conſtruenda monaſteria donaret; *eoque voto emiſſo, unà cum filio ſuo Alchfrido parvoque exercitu memorabilem de Penda, in eadem pugna occiſo, victoriam retuliſſe.* Tunc rex Oſwiu (*ita pergit ſanctus ſcriptor*) juxta quod Domino voverat, pro collata ſibi victoria gratias Deo referens, dedit filiam ſuam Elfledam, quæ vixdum unius anni ætatem impleverat, perpetua virginitate conſecrandam. *En tibi igitur regis*

AUCTORE C. S.

Oſwii filiam, Alcfridi regis ſororem, ſed Elfledam *nomine, ſeculo* VII *ab infantia ſua Deo perpetua virginitate dicatam, ac poſtea abbatiſſam, ut mox videbimus, qualem Editham quoque ſuam fuiſſe, ſcribit biographus. Audiamus reliqua.*

apud Bedam legerat,

23 Intravit autem (*verba rursus Bedæ ſunt*) præfata Oſwii filia, Deo dicanda monaſterium, quod nuncupatur Heruteu, id eſt, Inſula cervi, cui tunc Hild abbatiſſa præfuit, quæ poſt biennium, comparata poſſeſſione decem familiarum in loco, qui dicitur Streaneshalch, ibi monaſterium conſtruxit, in quo memorata regis filia (*S. Elfleda*) primò diſcipula vitæ Regularis, deinde etiam magiſtra extitit, donec, completo undeſexaginta annorum numero, ad complexum & nuptias Sponſi cæleſtis virgo beata intraret. In quo monaſterio & ipſa, & pater ejus Oſviu, & mater ejus Eanfled, & pater matris ejus Edvinus, & multi alii nobiles in eccleſia S. Petri apoſtoli ſepulti ſunt. *Hæc S. Beda, ex quibus hîc nonnemo fortaſſe ſuſpicabitur*, Hildam *alio nomine fuiſſe appellatam* Modwennam, Elfledam *verò* Editham, *aut certè* Modwennam *pro* Hilda, *&* Editham *pro* Elfleda *per errorem à biographo vocari. Ita, inquam, poſſet quis ſuſpicari, niſi alia prohiberent.*

F

ad SS. Modwennam & Editham

24 *Prætereo, in hac quoque opinione martyrium* S. Oſithæ *longè ſeriùs, quàm fecit biographus, ſtatuendum eſſe, cùm luce meridiana clarius ſit, fieri non poſſe, ut S. Elfledâ, quæ, teſte Beda, anno* 655 vixdum unius anni ætatem impleverat, *magiſtra fuerit* Oſithæ, *ſi hæc anno* 653 *occubuit. Verùm etiam ejuſdem cæde in multos annos, ut omnino faciendum eſt, dilata, non proinde ex eadem Vita veriſimile fiet, SS. Hildam & Elfledam, velut* S. Oſithæ *magiſtras*, Modwennæ Edithæque *nominibus deſignari. Etenim* Arderna ſylva, *juxta quam Modwenna*, S. Oſithæ *magiſtra duo monaſteria*, Polleſworch *&* Streveshal, *condidiſſe, & in quorum altero* Oſitha *cum Editha habitâſſe ab biographo noſtro narratur, ſita erat in comitatu Warwicenſi, è duobus autem S. Hildæ monaſteriis à Beda memoratis alterum* Heruteu, *id eſt*, Inſula cervi, *nunc, teſte Camdeno*, Hartlepole *dictum, in comitatu Dunelmenſi; alterum, nunc, eodem teſte*, Whitby *vocabulo notum, cui S. Elfleda præfuit, in Eboracenſi. Iſta monaſteriorum diſtantia, non permittit, ut tam varii nominis* Hilda *&* Elfleda *eadem, quæ* MODWENNA *&* Editha, *fuiſſe credantur.*

C

ineptè tranſtuliſſe,

25 *Mihi, ut ſuprà inſinuavi, multò veriſimilius apparet, ineptum* S. Oſithæ *biographum quædam de SS. Hilda & Elfleda apud Bedam lecta ad Modwennam Edithamque, ejuſdem ſanctæ Virginis magiſtras, tranſtuliſſe, atque hinc fruſtra quæri Editham illam, Alfridi regis ſororem, regis Oſwii filiam. Nimirum, teſte Beda, Hilda duo monaſteria habuit, quorum alteri S. Elfledam, Oſwii regis filiam, diſcipulam ſuam aliquando præfecit. Biographus totidem monaſteria à Modwenna conſtructa, horumque alterum diſcipulæ ſuæ Editha, Alfridi regis ſorori, proindeque ejuſdem Oſwii filiæ, commiſiſſe, narrat. Alterum è duobus illis Hildæ monaſteriis Beda* Streaneshaleh *vocavit; biographus ſimiliter alterum è duobus Modwennæ* Streveshal *dixit, tam affini vocabulo, ut veriſimillimè facili calami lapſu, variove loci exprimendi modo* Streveshal *pro* Streaneshalch *hîc legatur. Suſpicionem auget, quòd, uti* Streaneshalenſe *S. Hildæ monaſterium hodieque notum eſt, ita tam ignotum eſt,* Streveshalenſe *Moduennæ, ut meritò dubitari queat, an umquam exſtiterit. Audi Alfordum ad annum Chriſti* 871, *num.* 38. Quod ad aliud (*inquit*) monaſterium (*S. Modwennæ*) attinet, Streneshalen, nihil habeo dicere: nec enim intelligi poſſe videtur locus ille in Brigantibus, qui Bedæ tempore* STRENESHALK, *&* SINUS PHARI *audiebat, & quem poſteri* WHITBY *vocaverunt.*

D

ſervato monaſterio Polleſworthenſi,

26 *Cur verò biographus noſter alterum Modwennæ monaſterium, non* Heruteu, *ut Beda Hildæ, ſed* Polleſworch *appellaverit, ea poteſt aſſignari ratio, quòd, ſicut aliunde noverat, Polleſworthenſe à quadam S. Modwenna fuiſſe conditum, ita eidem præfuiſſe aliquando ſanctam aliquam Editham, tum pariter aliunde, tum ex Editha eo loco cultu pro comperto haberet. Camdenus in deſcriptione comitatûs Warwicenſis pag.* 429 *ad rem noſtram hæc ait:* Ultra hæc ad Boream eſt Polleſworth, ubi ſacris virginibus Modwenna, virgo Hibernica, inſigni ſanctitatis opinione, cœnobium conſtruxit, quod R. Marmion, vir nobilis, reſtauravit. *Laudati reſtauratoris ejuſdemque conjugis donationis verba exſtant in Monaſtico Anglicano tom.* 1, *pag.* 198 *& ſequenti, ex quibus S. Editha apud Polleſworthenſes cultus manifeſtus eſt. En ea:* Notum ſit omnibus, nos conceſſiſſe Oſanne Prioriſſæ ad relig. reſtaurandam ſanctimonialium ibi eccleſiam S. Edithe de Polleſworda. *&c.*

E

cui has præfuiſſe, aliunde conſtabat,

27 *De ſtructo per S. Modwennam Polleſworthenſi monaſterio, Edithæque in eo geſta præfectura, cultu & eccleſia conſentit Alfordus ad annum* 871, *num.* 37, *Spedum quoque ibidem laudans, qui poſtquam dixerat, Editham in eodem præfuiſſe, mortuamque & cum honore ſepultam eſſe, ſubdidit:* Ob cujus reverentiam locus ille à S. Editha nomen ſortitur. *Adde Nicolaum Harpsfeldium in Hiſtoria eccleſiaſtica Anglicana ſeculo* IX, *cap.* 13, *& in Catalogo religioſarum ædium ad calcem Operis adjecto, in quo inter Warwicenſis comitatûs cœnobia ſic legitur:* Polleſworthæ, T (*id eſt*, titulo) S. Edithæ F. (*id eſt*, fundavit) Modwenna, virgo Hibernica. Reparavit Richardus Marmion, vir illuſtris. *Cùm igitur habeamus Polleſworthenſis monaſterii conditricem Modwennam* (*nec enim quemquam legi, qui id neget*) *alteramque ejuſdem loci abbatiſſam Editham, non alias, quàm haſce debemus putare* S. Oſithæ *magiſtras deſignatas ab hujus biographo, qui & Polleſworthenſe monaſterium à Modwenna exſtructum, & ab hac Edithæ traditum, ac denique huic* Oſithæ *educationem ab eadem commiſſam eſſe, narrat. Inquirendum ergò eſt, an ejuſdem parthenonis conditi tempus cum ceteris biographi dictis poſſit componi.*

F

ex cujus loci ætate, Danorum irruptione

28 *Suprà laudati Harpsfeldius, Monaſtici Anglicani ſcriptores & Alfordus, quantúmque ex hoc intelligere potui, etiam Spedus, Polleſworthenſis cœnobii initia ſeculo* IX *illigârunt, ſecuti S. Modwennæ Vitam Conchubranianam, aut qualem edidit Capgravius, in qua Editha iſta Athulphi, ſeu Ethelwulfi, Occidentalium Saxonum regis, ſoror, vel, ut alii volunt, filia, & Aluredi ſeu Alfredi ſoror fuiſſe dicitur; quo poſito, illa certè figi non poſſunt ante annum* 837, *quo Ethelwulfus cœpit regnare. Non tanti mihi foret, certis, ut dixi, parachroniſmis infecta Vita, ut propter eam hîc mihi hærendum crederem, niſi etiam alia non omnino levem pro* Oſi-

tha

A tha *ad idem ſeculum removenda ſuſpicionem moverent. Ipſomet biographo in Vita edenda num.6 teſte, hæc ſancta Virgo plexa capite eſt* à gentilium caterva, è Danorum partibus ... advecta. *Sed enim ſeculo* VII *nulla apud hiſtoricos nota eſt Danorum in Britanniam eruptio, ſeculo autem* IX *eæ fuerunt frequentes cum ingenti monaſteriorum ſtrage, ut apud obvios Angliæ ſcriptores legi poteſt.*

& Bedæ ſilentio Alfordus duas Oſithas fuiſſe ſuſpicatur,

29 *Adhæc altum eſt de hac ſancta Virgine martyre venerabilis Bedæ ſilentium, quamquam ipſius regium genus, vitæque ſanctimonia, ac recens martyrium eum commonitura fuiſſe videantur, ne illaudatam præteriret, ſi hæc ipſo, cujus anno ſeptuageſimo tertio ille natus eſt, ſeculo floruiſſet. Contrà verò hujus ſilentii ratio extra omnem controverſiam poſita eſt, ſi* Oſitha *ſeculo* IX, *cùm Beda jam ab anno 735 exceſſerat è vivis, paſſa credatur. Rebus tam implicatis, Alfordus de* S. Oſithæ *ætate ter meminit: ac primò ad annum 653, cui martyrium ipſius Baronius ex Vita adſcripſerat, rectè obſervat, illud longè ſeriùs reponendum eſſe. Deinde ad annum 673, ante quem Ecca & Bedwinus, à*

B *quibus eadem Virgo velata fuiſſe in eadem Vita dicitur, non fuêre ordinati epiſcopi, de illius in monaſterium ingreſſu, ſubſecutoque martyrio loquitur. Tandem ad annum 871 Modwennæ in Angliam acceſſum ſeculo* IX *affigens, ita dubius diſſerit.*

quarum una ſeculo VII, *altera hodiernæ ſeculo* IX *floruerit.*

30 Scio (*ait*) multa, quæ de Modwenna referuntur, duorum monaſteriorum fundatrice, ad ſeptimum ſeculum à Baronio aliiſque referri, ut ibi dictum eſt, cùm Oſithæ virginis martyrium recenſui: ſed, opinor, multò rectiùs ad nonum hoc ſeculum Modwennæ ſanctitas primùm innotuit. Illa igitur, quæ Oſitham docuit, Sigheri Orientalium Saxonum regis conjugem, incorruptam tamen, Modwenna forſan appellari potuit; ſed differt ab illa, quæ Alfredi tempore (*ſeculo* IX) fuit illuſtris, quæ fortè prioris Modwennæ ſanctitatis æmula in ejus nomen ſucceſſit: & certè familiare Sanctis fuit, Sanctorum, quos imitari cupiebant, nomen aſſumere. Hinc fortè Oſitha quoque alia hoc tempore (*eodem ſeculo* IX) floruit, quæ à Danis longè probabiliùs occidi potuit, quàm illa Sigheri quondam uxor, de qua ad annum Chriſti

C DCLIII & DCLXXIII. Nam, qui Moduennam ad hoc ſeculum referunt, Oſitham quoque ab ea doctam affirmant.

Verùm hæc nobis non placet opinio;

31 *Hactenus Alfordus, cujus opinione admiſſa, admittendum pariter erit, vel non conſtare, an* S. Oſitha *hodierna, quæ uſque ad Angliæ à Romana Eccleſia defectionem in ſuo Chichenſi monaſterio celebrem cultum habuit, eoque loci oppidulo ſuum nomen reliquit, umquam exſtiterit, vel de ea nihil ſciri, quàm ſacram fuiſſe virginem, ſeculo* IX *à Danis occiſam; reliqua verò, quæ de ea in ejuſdem Vita leguntur, referenda erunt ad Oſitham quamdam longè aliam, binis ſeculis priorem, ne ex cultu quidem notam, imò nec omninò notam, niſi ex ſæpe dicta S. Moduennæ Vita, parachroniſmis & fabulis conſperſa. Enimverò tantam* B. Oſgithæ, in miraculis famoſæ virginis, *ut Malmesburienſis loquitur, obſcuritatem admittendam eſſe, non evincunt mihi allegatæ rationes; quas paulùm præterea expendamus.*

quare expenſis rationibus,

32 *Seculo* VII *nulla nota eſt Danorum in Britanniam inſulam hoſtilis irruptio, notiſſimæ verò graviſſimæque ſec.* IX. *Ita eſt; ſed quis hinc meritò ſtatuat, nullos quoque eodem ſeculo piratas barbaros ex Oceano Germanico per Colnum fluvium, juxta cujus oſtium Chichenſis* S. Oſithæ *parthenon ſitus erat, in eamdem appuliſſe? Hoſce autem piratas cur non potuit ætate longè poſterior biographus è Danorum partibus advectos credidiſſe, ſeu verè, ſeu ex fallaci conjectura, à poſterioribus Danorum in Britanniam irruptionibus accepta? Sanè biographus ibidem nec aſſerit, nec inſinuat graviorem aliquam iſtius provinciæ vaſtationem, quales, ut diximus, eamdem inſulam ſeculo* IX *afflixerunt; ſed ſolùm ſubitam quamdam Chichenſis villæ non procul ab eo loco,* ubi Coln fluvius (*teſte Camdeno*) mari miſcetur, *ſitæ. Verba biographi accipe:* Gentilium (*inquit*) caterva è Danorum partibus navibus advecta, apud Orientales Saxones ad villam Chichenſem appulit, atque ibi è navibus egreſſi rapinis & incendiis in Chriſtianos ſævierunt.

AUCTORE C. S.

utrimque allegatis,

33 *Subditur* S. Oſithæ *cædes; nec plurà de Danis iſtis apud eum leguntur, non ſecùs atque illi hac ſua præda contenti in naves ſuas mox ſe receperint, atque inde receſſerint. Hæc ſi, ut fieri potuerunt, ita facta ſint, quid multùm mirandum, ſi iſta Chichenſis villæ ſubita depræda*tio ceteris Danorum hoſtilibus irruptionibus ab hiſtoricis Anglis annumerata non ſit, ac penitus præterita. *Etiam minùs ponderis habet altera objecta à tempore ædificati Polleſworthenſis monaſterii ratio; nam, dum ſuprà adducti recentiores ſcriptores hujus initia ſeculo* IX *innexuerunt, ſolâ nixi ſunt Vitâ S. Moduennæ, non uno in loco, ut diximus, manifeſtè vitioſa, multóque ſubleſtioris fidei, quàm Vita edenda. De Editha, quæ ſeculo* VII *in Polleſworthenſi parthenone fuerit* S. Oſithæ *magiſtra, non major eſt difficultas, quàm quæ ſeculo* IX, *cùm hæc ſoror vel filia Adulphi, ſeu Ethelwulfi, Occidentalium Saxonum regis, non minùs aliunde ignota ſit, quàm iſta Oſwii Nordanhymbrorum regis filia. Reſtat igitur S. Bedæ de* S. Oſitha *ſilentium, quod certè gravius eſſet, niſi conſtaret, ipſum etiam alia præteriiſſe, ac nominatim duas ſanctas virgines, Pendæ Merciorum regis filias, Kineburgam & Kineſwitham, eo etiam titulo magis memorandas, quòd ex tam impio patre genitæ eſſent, de quibus vide Henſchenii Commentarium hiſtoricum in Opere noſtro ad diem* VI *Martii.*

E

F

veriſimilius apparet, illam verſus finem ſeculi VII *floruiſſe.*

34 *Cùm igitur ex hactenus relatis conſtet, aſſignatos à biographo* S. Oſithæ *avum Pendam, Frithewaldum patrem, Sigerum ſponſum, quique eam Deo virginem conſecraverint, Orientalium Anglorum epiſcopos Eccam & Bedwinum ſeculo* VII *vixiſſe; nihilque nos cogat inficiari, eodem ſeculo piratas, quales ſuprà diximus, ad Chichenſem villam appuliſſe; aliunde verò nihil pariter evincat, tunc temporis nullam Modwennam Polleſworthenſi monaſterio præfuiſſe; negare quoque non poſſumus, à vero non eſſe diſſimile,* S. Oſitham *eodem ſeculo* VII *vixiſſe, & à prædonibus iſtis interemptam eſſe; quamquam multis annis ſeriùs, quàm anno 653, uti* § 1 *pluribus oſtenſum eſt.*

A

VITA,

Auctore Anonymo,

Ex Laurentii Surii collectione de Vitis Sanctorum menſis Octobris.

Regia virgo traditur S. Moduenna educanda; à magiſtra Editha

BEata Oſitha, virgo & martyr, ex nobiliſſimis Anglorum natalibus originem duxit. Erat enim filia Frithewaldi regis, & Wilteburgæ *a*, filiæ regis Pende Merciorum *b*. Traditur autem virgo Oſitha bonis informanda moribus S. Modwennæ abbatiſſæ, quæ juxta ſylvam, quæ Arderna dicitur, duo conſtruxerat monaſteria; unum in loco, qui Polleſworch dicitur, aliud in manſione, quæ Streveshal *c* nuncupatur. Horum alterum ſibi elegit orationibus intenta, reliquum conceſſit B. Edithæ, ſorori regis Alfridi *d*, ob ſanctitatis meritum ſibi familiariter dilectæ, quæ in congregatione ſanctarum virginum mater & cuſtos effecta eſt. Huic aliquandiu adhæſit adoleſcentula Dei ancilla Oſitha, à S. Modwenna abbatiſſa ei commendata. Cùm itaque hyberno tempore contingeret, B. Editham cujuſdam codicis inſpectioni vacare, conſtituit S. Modwennæ communicare ea, quæ legenti utilia in eo adverterat.

a *b*

c

B

d

ad Modwennam miſſa, in fluvium lapſa ſubmergitur,

2 Itaque accita ad ſe Oſitha, Vade, inquit, & defer volumen iſtud ad dominam & matrem noſtram Modwennam, in eo fortaſſe nonnihil ſanctæ contemplationis & ædificationis reperturam. Ea, accepto libro, cùm ad quendam pontem ligneum perveniſſet, vi ventorum in pontis faſtigio impulſa deorſum in flumen præceps corruit, atque ejus impetu rapta in momento abſorpta eſt. Elapſis autem tribus diebus, angelus Domini Modwennæ in cella oranti apparens dixit: Vade cum feſtinatione ad fluvium, aliquid ibi neceſſarium perpetratura. Ea ubi pervenit ad fluvium, invenit ibi Editham virginem, puellam Oſitham quæritantem; eamque velut paveſcentem animadvertens, Quid eſt, inquit, ſoror? Recténe ſunt omnia? Illa reſpondit: Jam tres dies ſunt, domina, quòd tranſmiſi Oſitham ad te, venioque perquirere, quid cauſæ ſit, quòd ad me non revertitur. Eſtne apud te? Modwenna ait: Revera non vidi eam, nec venit ad me. Interrogati autem paſtores, num puellam vidiſſent, ita reſponderunt: Nudiuſtertius puellam pontem aſcendere vidimus; ſed quò vel abierit, vel pervenerit, nos curam pecorum agentes, & ad alia intenti, penitus ignoramus.

C

ex quo triduo pòſt incolumis regreditur.

3 His auditis, S. Moduenna ait ad Editham: Deprecemur, ſoror chariſſima, Dominum, ut meritis omnium Sanctorum ſuorum reſtituat nobis hâc horâ Puellam perditam, ut videamus & cognoſcamus ejus admirandam potentiam, & collaudemus perpetuò ejus miſericordiam. Cùm igitur in terram ſeſe inclinâſſent, & diu cum lachrymis orâſſent, Modwenna ab oratione ſurgens clara voce tertiò clamavit: Oſitha, Oſitha, Oſitha, in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis veni foràs, & de hoc flumine, in quo ſubmerſa es, per virtutem potentiæ ejus ſana & incolumis emergas, vitæ reſtituta. Necdum plenè verba finierat virgo ſancta, & ecce, Puella è fluvio cum codice illæſo prodit, terque expedita voce reſpondet: Ecce ego, ecce ego, ecce ego, domina mea. Eam S. Modwenna cum magna exultatione ſuſcipiens, & gratias immenſas Deo agens, Edithæ reſtituit, & cum codice ejus ad cellam remeavit *e*. Locus ille ab eventu nomen ſortitus ab incolis Nunpole *f* appellatur: quamquam illa monialis tunc non fuit, tametſi nigro pallio amicta fuiſſe creditur.

D

e

f

Nupta Siger regi virginitatem ſerv

g

4 Poſt deceſſum *g* autem S. Modwennæ B. Oſitha ad parentes reducta, virtute & moribus quotidie proficiebat, cumque ad nubiles perveniſſet annos, rex Orientalium Saxonum Sigerus, parentes Puellæ ſolicitans, Virginem ſibi petiit in conjugem dari. Ut autem parentes eam ad conſentiendum hortati ſunt, illa blanditias eorum reſpuens, animo & actione virginitatis puritatem magis cordi eſſe, declaravit. Attamen, quanvis renitens & invita, nuptiis regali apparatu inſtructis, regi illi tradita eſt. Sed affectum & deſideria ſua cæleſti Sponſo commendans, preces Deo & devotè & conſtanter obtulit, ut ipſam à viri contactu immaculatam conſervaret. Interim multis diebus laudabili quadam fallacia, & multarum occaſionum opportuno prætextu, regis deſiderium repreſſit; ſed ille eò ardentiùs, quò minùs erat voti ejus conſcius, in ſecretum cubiculum eam juſſit introduci, ut diu optatis ejus frueretur amplexibus.

E

& clàm velata, eo deinde conſentiente, virginibus præeſt.

5 Ecce autem nutu divino adeſt nuncius, regi jucundos rumores afferens, cervum habitu & formâ corporis ſpectabilem præ foribus regiæ domus diſcurrere. Ita rex, intactam deſerens Reginam, adjunctis ſibi venatoribus, ad perſequendum cervum perniciter advolat: Oſitha verò, tanquam è naufragio erepta, Liberatori ſuo Chriſto gratias agit, mittitque celeriter literas Orientalium Anglorum epiſcopis Eccæ & Bedwino, viris religioſis, iis mentis ſuæ deſiderium exponens. At illi feſtino greſſu ad eam venientes religionis habitum ei tradunt, & velo impoſito monialem conſecrant. Rediens verò rex poſt aliquot dies à venatione ad viſitandam Reginam alacriter properat, cernenſque eam habitu ſancto indutam & voto divino obligatam, mœrore afficitur. Sed tamen nolens amorem in odium commutare, illam propoſito ſuo inſiſtere, ſuſtinet, licèt invitus *h*, conſtructiſque ædificiis religioni accommodatis, villam, Chichenſem ei dat poſſidendam *i*. Tum illa ſacras ſibi virgines adjungens, vitæ auſterioris propoſitum aggreditur, morum diſciplinâ, ſilentii rigore & cenſurâ continentiæ ſingulas informat, & tum verbo & exemplo ad amorem cæleſtium, & mundi contemptum indeſinenter accendit.

F

h

i

Juſſu Danorum piratarum principis

6 Cumque in Dei famulatu aliquandiu deſudâſſet, humani generis inimicus & virtutum exterminator diabolus beatæ ejus converſationi invidit, & quam de die in diem proficere conſpexit, à via ſanctitatis avertere ſtuduit. Itaque ſatellites ſuos ad ſanctæ Virginis everſionem miſit è Danorum finibus *k* filios perditionis, Chriſtianæ fidei & pietatis expertes, ad depopulandam

k

dam Orientalium Anglorum plagam excitans *l*. Ejus barbaræ gentis consuetudo fuit piraticam exercere, Christianorum cædibus delectari, rapinis inhiare, ocium inane ducere, quoties à sceleribus & impiis facinoribus manus continerent. Anno igitur Domini sexcentesimo quinquagesimo tertio *m*, mense Octobri, gentilium caterva, è Danorum partibus navibus advecta, apud Orientales Saxones ad villam Chichensem appulit, atque ibi è navibus egressi rapinis & incendiis in Christianos sævierunt.

7 Ille verò, qui inter scelestos illos primas obtinebat, conditione B. Osithæ & religione comperta, precibus & muneribus eam cœpit ad idololatriam provocare, subjiciens etiam minas verberum & vulnerum, nisi deorum, quos colebat, venerationi consentiret. At Virgo sancta, & blanditias contemnens & minarum asperitatem nihil reformidans, supplicia impendentia parvi pendit. Quam ob rem princeps ille, neque ejus constantiam, neque deorum suorum injuriam ferre sustinens, capitali in eam lata sententia, caput submittere eam coëgit. Quod cùm amputatum ei esset, mox corpus B sese subrigit, & caput humi jacens manibus apprehendit, rectoque gradu & firmis vestigiis progrediens, usque ad ecclesiam Apostolorum Petri & Pauli per tria ferè stadia illud deportat: ad ostium autem ecclesiæ obseratum subsistens, manibus cruentatis, ut ipsi aperiatur, pulsat, & sanguinis illic vestigia relinquens in terram corruit *n*. Eo autem loco, ubi capitalem Virgo sancta subiit sententiam, fons perspicuus erupit, variis morborum generibus præbens sanitatem *o*.

8 Porrò audito ejus martyrio, parentes ejus præcipuo æstuabant desiderio, ut vel truncati corporis penes ipsos depositi pignore consolati, doloris jacturam redimerent. Cùm e corpus ejus ad illos allatum esset, in ecclesia Ailesbiriæ *p* in locello plumbeo illud honorificè collocârunt. Perpetratis verò multis postea eo loco meritis sanctæ Virginis miraculis, illa in visu cuidam fabro apparens, Surge, inquit, & vade ad ecclesiam Ailesbiriæ, & tollens loculum illum plumbeum, in quo sunt ossa mea, & equo eum cautè imponens, ad ecclesiam Chichensem deferto. Et ne tantus labor tibi pariat diffidentiam, ubi iter ingressus fueris, in C viæ labore, & sarcinæ sudore relevatrix & adjutrix tibi adero.

9 Post trinam ejusmodi apparitionem nocte quadam nactus opportunitatem, ecclesiam ingressus, excubantes sopore gravatos offendit, loculum plumbeum è terra extractum equo imposuit & abscessit *q*. Manè evigilantes custodes excitant vicinos, platearum diverticula & callium secreta compendia rimantur, si fortè, quem persequebantur, possint comprehendere. Cernens autem faber ille, hominum turbam propinquare, fusa ad Deum & sanctam Virginem prece, persequentes cum mentis alienatione, oculorumque stupore mirabili percussi ad propria vacui redierunt. Faber verò ubi cum reliquiis sanctæ Virginis ad ecclesiam Chichensem pervenit, Mauricius Londonensis episcopus in precioso scrinio eas honorificè reposuit; & Roffensis episcopus *r*, qui præsens aderat, à gravi infirmitate curatus est.

10 Cùm quidam nautæ frustum marmoris ex porticu templi S. Osithæ virginis clàm secum auferrent, navicula, in qua marmor illud deposuerant, velut terræ affixa, immota permansit, donec culpam suam illi agnoscerent, & marmor suæ ecclesiæ restituerent. Clericus quidam voto simplici in monasterio S. Osithæ virginis habitum monasticum se susceperum promisit *s*; sed propositum, malè blandiente fortuna, exequi differens, ad extrema vitæ, morbo ingravescente, perducitur. Ei S. Ositha apparens, Quid est, inquit, quòd me tam solicitè invocas? An non meministi, quid quarto abhinc anno tibi præstiterim? Cùm ægrotares morti vicinus, cumque satisfacerem provinciæ huic mortalitate imminente, impetravique à Domino meo Jesu Christo, ut visitaret populum meum; tunc etiam Dominum pro te rogavi, & tu ab infirmitate liberatus vitæ conversionem promisisti: & tamen ab eo tempore te ipso semper deterior extitisti. Qua igitur fronte, lucris & nugis aulicis deditus, me invocare ausus es? Illo verò emendationem vitæ cum lachrymis pollicente, sanè Virgo hilariori jam vultu eum intuens, Misereor, inquit, tui, si tu ipse tui misertus Deo servire vel serò volueris. Mox ille ejus contactu sanatus monasticum habitum accepit, & devotè Deo serviens in Priorem apud S. Bartholomæum Londoniæ *t* electus est. E

11 Mulierem contractam Virgo sancta erexit; juveni muto & surdo loquendi & audiendi facultatem restituit, & multis aliis, opem ejus in sua infirmitate implorantibus, reddita sanitate, subvenit. Puella quædam officio brachii adeò privata, ut lateri ejus inseparabiliter inhæreret, cùm meritis S. Osithæ perfectè sanata esset, votum continentiæ nuncupavit; sed postea cum quodam juvene matrimonium contraxit. Ei S. Ositha apparens, cur temerario ausu vota, quæ distinxerunt labia sua, rupisset, spurcissimum conjugium improperando, redarguit, & compedum vinculo invisibili pedes ejus arctiùs constrinxit, ut pedem pedi subjectum divellere non valens officio pedum prorsus destituta ultionis divinæ flagellum sentiret. At tandem tamen meritis sanctæ Virginis sospitate reddita, correctiùs deinde vivere studuit.

12 Mulier quædam multis annis pedibus ingredi non potuit. Itaque à custodibus ecclesiæ S. Edmundi *u* tanquam opprobrium hominum & plebis abjectio repellebatur. Apparuit autem illi quidam, venerandi vultus, atque in visione dixit ei: Mulier, quid hîc moraris? Frustra hîc F expectas, quod petis. Surge: alibi tibi quærenda est salus, quam efflagitas. Et illa, Quis es, inquit, domine? Ego sum ait, servus Dei Edmundus. Abi ad ecclesiam S. Osithæ, ut sanitatem perfectam consequi merearis. Quò cùm illa perveniisset, dolore membrorum sedato, sana surrexit.

l A. ANONYMO. *Furtum divinitus impeditum: clericus ad frugem reductus:*

m

decollata caput suum fert: fons in loco martyrii scaturiens.

n

o

Corpus Aiglesburgum defertur, unde, ipsa jubente,

p

ad suam ecclesiam relatum pretiosæ thecæ includitur.

q

r

s

varia infirmitates ejusdem ope curatæ: voti violatrix correcta:

t

mulier gressa donata.

u

ANNOTATA.

a Wilteburga, *Pendæ Merciorum regis filia, quamquam aliunde ignota, non propterea pro commentitia habenda est. At ignotus non est* Frithewaldus, *seu* Frithewoldus, *seculo* VII. *Adi Commentarium prævium num.* 13. *Porrò Dugdale tom.* 2 *Monastici Anglicani pag.*182 *ex Joannis Lelandi Itinerario verbis ex Anglicis Latinis, suppresso* S. Osithæ *matris nomine, de patre locoque natali hæc recitat:* S. Ositha, Fedwaldi filia, Querendoniæ in parochia Alesburiensi nata, & ab amita apud Elesborowe inter montes Chilternenses tertio ab Alesburia lapide Austrum ver-

A. ANONYMO. versus, educata fuit. *Quo auctore hæc dixerit Lelandus, seculi 16 sub rege Henrico VIII scriptor, nescio; sed, quantum* Osithæ *ad educationem attinent, non congruunt ea sequentibus.*

b *De hoc impio Merciorum rege multa apud venerabilem Bedam in Historia Ecclesiastica gentis Anglorum legere est. Lib. 3, cap. 21 docet ille, ejus filium Alchfridum fidem Christi amplexum esse, patre, utut aliàs Christianis infesto, non obstante, nec prohibente,* quin etiam in sua, hoc est, Merciorum natione, verbum (si qui vellent audire) prædicaretur. *Vide etiam dicta in Commentario prævio num. 12.*

c *Vide, quæ in utroque Commentarii prævii § de S. Modwennæ ætate, constructisque ab ea monasteriis disputavimus.*

d *Noti quidem seculo* VII *sunt* Alcfridus *&* Alfridus, *Osswii, Nordanhymbrorum regis, filii reges, de quibus actum in Commentario prævio num. 14; sed nulla ejusdem filia,* Editha *nomine. Adi eumdem Commentarium loco mox citato, & § 2.*

e *Tota hæc de resuscitata ad vitam sancta Virgine narratio, quæ pari modo legitur in S. Darercæ seu Monynnæ Vita Conchubraniana, à Pinio nostro cum debita censura ad diem 6 Julii edita, tantam fabulæ similitudinem præfert, ut certiores pro ea testes requiram.*

B

f Nun *Anglicè Latinis* Monialis *est:* Pole *vel* Poll caput; *unde fortasse* Nunpole *vertendum est:* Monialis caput. *Verùm hinc confirmari nequit miraculum, quale mox narratum est, cùm alia de causa nomen istud loco indi potuerit.*

g *Ex dictis in Commentario prævio, non modò S. Modwennæ annus emortualis ignotus est, verùm etiam ipsum, quo vixerit, seculum: at ibidem etiam observatum est, nihil obstare, quo minùs post medium seculum* VII *obiisse credatur.*

h *Hùc distuli judicium meum de modis, quibus* S. Ositha *hîc narratur regis sponsi sui amplexus evasisse, suique voti compos facta esse. Haud equidem negare velim, eam piis suis tergiversationibus à suo conjuge permansisse intactam, eodemque consentiente, virginitatem in Chichensi à se condito monasterio, virginali amictam velamine reliquum vitæ suæ professam esse; cùm eodem seculo* VII *simile exemplum habeamus apud Bedam lib. 4, cap. 19 in S. Etheldreda, bis nupta, primò scilicet Tonberto Australium Girviorum principi, deinde post Tonberti obitum Ecgfrido Orientalium Anglorum regi, ac tandem, servata in utroque conjugio virginitate, cum posterioris, cui duodecim annis nupta fuit, consensu monacha atque abbatissa Elyensi. Quapropter hîc locum habere potest, quod ratione istius S. Etheldredæ ibidem habet Beda:* Nec diffidendum est, nostra (*Bedæ*) etiam ætate fieri potuisse, quod ævo præcedente aliquoties factum fideles historiæ narrant; donante uno eodemque Domino, qui se nobiscum usque in finem sæculi manere pollicetur. *Potuit ergò etiam* S. Ositha, *fortasse solùm brevi tempore, Sigehero nupta, virgo casta permansisse ac deinde velata fuisse; verùm iste opportunus cervi ad regias ædes accessus, sumptumque ab illa, absente inscioque rege conjuge, virginale velamen, nescio, quid fabulæ sapiant. Verisimiliùs diceretur* Ositha (*uti fecit Etheldreda*) *fusis ad Deum precibus, suâque piâ solertiâ sui corporis immunitatem à viro suo impetrâsse, nec ante ejusdem consensum velatam esse. Porrò, cùm ex dictis in Commentario prævio num. 15, Ecca & Bedwinus non ante annum 673 ordinati sint episcopi, ante eumdem* Ositha *quoque ab iis nequiit velari.*

D

i *Hujus loci notitiam dedi in Commentario prævio à num. 1. Quanto tamen tempore iste* S. Osithæ *parthenon perstiterit, minimè compertum habeo, fortasse destructus à Danis, seculo* IX *vel* X, *quibus ab illorum irruptionibus Anglia plurimùm passa fuit.*

k A Dacorum partibus *legitur in editione Capgraviana.*

l *Cùm seculo* VII *nulla fiat de Danorum in Angliam irruptionibus apud Angliæ scriptores mentio, sunt, qui* S. Osithæ *martyrium usque in seculum* IX *differendum, non sine probabili ratione existimant. Lege tamen Commentarium prævium à num. 28.*

m *Hunc annum procul omni dubio vitiosum esse, monui in Commentario prævio num. 15 & 16.*

E

n *Suspectas nobis esse hujusmodi capitum deportationes, in hoc Opere nostro sæpe indicavimus, velut passim perperam assertas ex imaginibus sanctorum martyrum caput in manibus suis ad significandum eorum mortis genus, gestantium, quod hîc denuò observatum volo.*

o *Aliunde mihi minimè notus hic fons est.*

p Ægleburgum *à Saxonico* Ægleburg, *aliàs* Ailesburia, *Anglis* Ailesbury, *oppidum Angliæ est in comitatu Buckinghamiensi ad fluvium Tamain.*

q *Pro hac quoque tam mirabili translatione certiorem, biographo, testem requiro.*

r Mauritius, *de quo hîc, apud Godwinum in Commentario de Præsulibus Angliæ, Londinensi ecclesiæ præfuisse dicitur ab anno* 1087 *usque in* 1107; *quo tempore, eodem Godwino teste, Roffensi præerat* Gundulphus. *An igitur* S. Osithæ *corpus à seculo* VII, *vel à nono, si posteriori hoc illa vixisse credenda sit, usque ad finem ferè undecimi, vel initium duodecimi Ægleburgi jacuit? Id equidem ex sola hujus biographi fide non ausim affirmare. Credibilius mihi apparet, sacrum ejus corpus tempore irruptionum Danicarum è sua Chichensi non longè ab Oceano Germanico sita ecclesia Ægleburgum velut in tutiorem locum delatum fuisse, earumdemque metu cessante, ad Chichensem relatum.*

C

F

s *Haud satis mihi constat, an hîc de monasterio virorum, qualia puellaribus ad divina his administranda olim addi soluêre, prope* S. Osithæ *parthenonem condito, sermo sit; an de monasterio Canonicorum Regularium S. Augustini, quod seculo* XII *à Richardo, Londinensi episcopo, eo loci conditum fuisse, ostendi in Commentario prævio à num. 1.*

t *Existimo, hîc indicari* prioratum S. Bartholomæi in Smithfelde in Suburbio civitatis Londoniensis, *de quo Monasticon Anglicanum tom. 2, pag. 166 & seqq.*

u S. Edmundus, *seu* Eadmundus, *Orientalium Anglorum rex ac martyr colitur die* 20 *Novembris.*

DE

A

AUCTORE J. B.

DE S. ADELGISO EPISCOPO NOVARIENSI CONF.

IN DUCATU MEDIOLANENSI.

SYLLOGE.

Sancti cultus ſacer, ætas, & in eccleſiam ſuam munificentia.

SUB MEDIUM SECULUM IX. *S. Adelgiſus epiſcopus Novarienſis,*

B

INter nobiliores epiſcopatus Inſubriæ, qui metropolitanæ Mediolanenſi ſuffragantur, haud poſtremum locum obtinet Novarienſis, *inquit Ughellus Italiæ ſacræ auctæ tom.* 4 *col.* 689, à ſua prima conditione antiquus, nobilis & opulentus. *Mitto illa, quæ de civitatis Novarienſis antiquitate; de gentibus variis, quarum dominio fuit ſubjecta; ac diſſeminatæ apud ejuſdem incolas Catholicæ fidei origine, idem Ughellus ſcribit: duarum præſertim eccleſiarum Novarienſium, de quibus infrà ſermo recurret, ibidem col.* 690 *Ughellus meminit, nempe cathedralis, aſſumptæ in cælum Deiparæ Virgini dicatæ, & S. Gaudentii, Novarienſis epiſcopi, in civitatis olim ſuburbio ſitæ, nunc dirutæ, cujus Præpoſitus ac canonici aliquot ad cathedralem eccleſiam tranſlati fuêre. Novarienſium dein præſulum ſeriem explicans Ughellus loco trigeſimo ſecundo* S. Adelgiſium (*aliis* Adelgiſum, *aliis etiam* Aldigiſium *dictum*) *memorat, quod item ſit in Catalogo Novarienſium epiſcoporum apud Carolum à Baſilica Petri, Novarienſem item epiſcopum, lib.* 2 *pag.* 599. *Geſta ejus ferè in occulto ſunt, ſi pauca excipias, quibus pepercit invidia temporum: unde & paucis martyrologis notus, Caſtellani tamen diligentiam non effugit, qui illum ad diem* VI *Octobris in Martyrologio Univerſali, Gallicè ſcripto, verbis paucis, ac ſine temporis, quo floruit, nota in hunc modum annuntiat.* Novariæ in Ducatu Mediolanenſi S. Adelgiſus (*Gallicè* S. Algis, *ut interpretatur*) epiſcopus.

C

Seculo XVI *Officio duplici coli cœptus, corpore*

2 *Paulò plura ex Monumentis eccleſiæ Novarienſis Ferrarius ſuppeditat in utroque Catalogo Sanctorum: in eo, quem de Sanctis Italiæ exaravit, ita ad* VI *pariter Octobris diem loquitur:* Adelgiſus, ſeu Aldegiſius, epiſcopus Novarienſis, multa cùm religiosè, tum liberaliter egit, cujus in omni opere pietas elucebat. Collegium Canonicorum baſilicæ cathedralis beneficiis auxit, ipſamque cathedralem donis exornavit. Vixit in epiſcopatu annos XIX, Sergio II & Leone IV (*quorum ille ab anno* 844 *uſque ad annum* 847; *hic verò abhinc ad annum uſque* 855 *Eccleſiam moderatus eſt*) ſummis Pontificibus. Plenus autem dierum meritorumque obdormivit in Domino pridie Nonas Octobris, cujus corpus in æde S. Gaudentii tumulatum ad hæc uſque tempora requieſcit. *Eódem recidunt, quæ de* S. Adelgiſo *in Catalogo Sanctorum Generali Ferrarius habet. Cultus ſacri Epiſcopo ſuo à Novarienſibus impenſi teſtem habemus Carolum, Novarienſem epiſcopum, Operis, ſuprà laudati, pag.* 280 *ita ſcribentem:* Colit eum Sanctorum honore eccleſia Novarienſis, & memoriam ejus celebrat Nonis Octobris. *Huc facit etiam, quod de* S. Adelgiſo *in Annotatis ſcribit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ:* Hujus S. Epiſcopi natalis ab anno Domini MDLXXXII celebrari cœpit (*ritu duplici celebrari illum, ait in Catalogo Sanctorum Generali*) à Franciſco Boſſio, epiſcopo Novarienſi, in tabulis ad uſum ſacrum compoſitis adnotatus. *Huc denique facit etiam facta jam antè corporis* S. Adelgiſi *è diruta S. Gaudentii eccleſia in S. Vincentii intra urbis Novarienſis muros ſitam tranſlatio.*

E

in veteri S. Gaudentii diu, dein tantiſper in S. Vincentii eccleſia quievit

3 *Carolus, Novarienſis antiſtes, pag.* 27 *de illa ita ſcribit:* Reliquiæ primùm (*S. Gaudentii*) à vetere eccleſia S. Gaudentii in eccleſiam S. Vincentii illatæ ſunt die XXII Octobris MDLIII, quo die ejus tranſlationis memoria celebratur. Et adhuc in ea eccleſia ſunt, quæ à parte illius novæ eccleſiæ Meridionali remanet, nunc quidem ſecretarii loco. Hic ergò colitur corpus S. Gaudentii, primi epiſcopi & patroni eccleſiæ Novarienſis, & item S. Aldegiſi epiſcopi admodùm celebris. *Qua occaſione & causâ facta ſit illa SS. Gaudentii &* Adelgiſi *per Joannem Cardinalem Moronum ſolennis, ut in Morono Ughellus ſcribit, tranſlatio, docet idem Carolus à Baſilica Petri lib.* 2 *pag.* 574 Eo tempore (*Novariæ ſedente Morono*) munitionis causâ eccleſiæ ac monaſteria, quæ prope mœnia erant, deſtruenda quidam (quàm piè ipſi viderint) cenſuerunt; ſimul ut eorum materiæ uſui eſſet ad muros ædificandos; quæ ruina jam cœpta erat anno MDL. Cùm enim rurſus in regione Pedemontana bellum renovatum eſſet inter Gallorum regem Henricum, & Carolum (*V*) cæſarem, de munienda urbe Novaria actum eſt, ſuburbiis, quæ olim ipſa quoque munita erant, excluſis. *Hæc tranſlationis occaſio & cauſa:* Diruta verò ſunt, *inquit præterea Novarienſis antiſtes Carolus*, eccleſia & monaſterium S. Mariæ Carmelitarum, eccleſia antiqua S. Gaudentii (*in qua* S. Adelgiſi *reliquiæ jacebant*) eccleſia & monaſterium S. Mariæ monialium ad caſellas: eccleſia & monaſterium S. Petri, martyris Ordinis S. Dominici: eccleſia & monaſterium S. Laurentii, eccleſia & monaſterium S. Joannis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini.

F

nunc in novæ S. Gaudentii quieſcit.

4 *Everſa veteri S. Gaudentii eccleſia, Novarienſes cives novam eidem Sancto intra urbis ſinum excitare voluerunt*; cujus demum primarius lapis, *inquit Carolus lib.* 1 *pag.* 27, poſitus eſt die XXI Martii MDLXXVII: quæ cùm annis tre-

AUCTORE J. B.

decim ſumptuoſo opere ac eleganti fabricata, licèt non perfecta in eum tamen ſtatum adducta eſſet, ut in ea celebrari divina poſſent, ab epiſcopo (*Novarienſi*) Cæſare Speciano conſecrata eſt xv Cal. Januarii MDXC. *Ex quibus verbis, cum iis, quæ numeri ſuperioris initio ex eodem Carolo adduxi, collatis, apparet, S. Gaudentii, &, ut pag.* 287 *idem Carolus addit,* S. Adelgiſi *reliquias primùm quidem anno* 1553 *in S. Vincentii ædes, ac dein poſt annum* 1577, *in novam S. Gaudentii eccleſiam fuiſſe tranſlatas: unde Ughellum emendes in* Adelgiſo *ita ſcribentem:* Ejus corpus cum aliis Sanctorum reliquiis tranſlatum fuit à Veteri S. Gaudentii eccleſia in Novam anno MDLIII. *Ex iiſdem item apparet, quî intelligenda ſint hæc, quæ ſuprà retuli, Ferrarii verba:* Cujus corpus in æde S. Gaudentii (*nimirum olim in veteri, nunc verò ſervatum in nova*) tumulatum ad hæc uſque tempora requieſcit. *Atque hæc de cultu ſacro S. Epiſcopi dicta ſufficiant: pauca tamen dicenda de die, quo colitur.*

videturque coli VII *Octobris.*

B

5 S. Adelgiſium *pridie Nonas ex hac vita migrâſſe, Ferrarius ait verbis ſuprà citatis; quapropter illum ad diem* VI *Octobris Catalogo ſuo inſeruit. Ita fortaſſis in Tabulis eccleſiæ, quas laudat, invenerit: Caſtellanum hîc non moror, qui è Ferrario* S. Adelgiſum *veroſimillimè in ſuum Martyrologium tranſtulit: nobis verò, quibus Sanctos ad eos dies, quibus ſive obitûs, ſive depoſitionis, ſive denique tranſlationis ſint, coluntur, maximè referre mos eſt, ad hunc diem de illo agere viſum, ut ad diem præcedentem in Prætermiſſis eſt dictum, quòd Nonis Octobris* S. Adelgiſum *Novariæ coli diſertis verbis, ut num.* 2 *videre eſt, teſtetur Carolus à Baſilica Petri, loci epiſcopus; idque in Opere, quod de eccleſiâ ſua ex inſtituto conſcripſit, & annis à relato in tabulàs eccleſiaſticas* S. Adelgiſo *non admodùm multis: nam ab anno* 1582, *quo id præſtitiſſe Franciſcum Boſſium, Novarienſem epiſcopum, Ferrarius ſcribit, uſque ad annum* 1612, *quo Caroli Opus, quod præ manibus habeo, typis Novarienſibus prodiit, anni dumtaxat ſunt* 30; *atque adeò deceſſoris ſui Boſſii, licèt non proximi, geſta, diemque, quo, ſe epiſcopo,* S. Adelgiſus *colebatur, optimè procul dubio habuit explorata; ut, ſi alteruter hîc errorem admiſerit, hunc non Carolo, ſed Ferrario, in quo aliàs non rarò deſideratur accuratio, potiùs adſcribere, longè conſultius videatur.*

C

Epiſcopum Novarienſem egit ſub medium ſeculum IX,

6 *Caſtellanus, cùm nullam adjecerit* S. Adelgiſo, *quo vixerit obieritque, temporis notam, Ferrarii dictum, quo illum ſub medium ſeculi noni, Pontificibus Sergio II & Leone IV, floruiſſe aſſeruit, ut minùs tutum habuiſſe videtur: rectè tamen illius ætatem Ferrarius aſſignavit. Conficitur id ex triplici illius ætatis monumento: primum exhibet Muratorius tom.* 5 *Antiquitatum Italicarum medii ævi coll.* 985 & 986, *eſtque decretum ſynodale Angelberti, archiepiſcopi Mediolanenſis & comprovincialium epiſcoporum, quo monaſterio Brixiano SS. Fauſtini & Jovitæ immunitas confirmatur, datum* Anno Dominice Incarnationis (*Decreti verba ſunt*) DCCCXLII. Anno etiam imperii Chriſtianiſſimi Lotharii imperatoris viceſimo tertio, Indictione v. *Ubi ſecundo loco ſubſcriptus legitur* S. Adelgiſus *hoc modo:* Ego Aldigiſius indignus epiſcopus ſubſcripſi & conſenſi. *Alterum charta eſt ipſius* Adelgiſi, *à Carolo Novarienſi epiſcopo pag.* 284, *velut in archivio epiſcopali exiſtens laudata, ac Papiæ data anno imperii Lotharii* XX *Indictione* III. *Tertium Ludovici II Auguſti diploma eſt apud Muratorium citatum tom.* 1 *coll.* 925 & *ſeqq., per quod Dodoni* (*quem* Oddonem *Ughellus vocat*) *Novarienſi epiſcopo, &* S. Adelgiſi *ſucceſſori proximo, omnia privilegia ac jura confirmat* anno Chriſto propicio Imperii Domni Hlotharii, glorioſiſſimi auguſti XXXV & Hlodovici filii ejus piiſſimi imperatoris in Italia V, Indictione II. *Indictiones* V., III., & II *annos* 842, 840, & 854 *deſignant, quidquid ſit de epocha, unde in illis Lotharii anni computentur, quam variam fuiſſe, docent Pagius ad annum* 821 & *ſeq., & Muratorius in Annalibus Italiæ ad annum* 822. *Porrò ex poſtremo monumento liquet,* S. Adelgiſum *poſt annum* 854 *in vivis ſuperſtitem non fuiſſe, & ab anno ſaltem circiter* 835 *Novarienſem cathedram tenuiſſe, ſi illam annis novemdecim ab illo occupatam, auctor Catalogi præſulum Novarienſium apud illuſtriſſimum Carolum à Baſilica pag.* 599, *ipſe Carolus, & Ughellus rectè ſcripſerunt.*

D

E

gente fuit Langobardus latent ferè ejus res geſtæ

7 *Si gentem quærimus, quâ fuit oriundus* S. Adelgiſus, *ſuſpicari ex nomine licet, eum genere Langobardum fuiſſe: eo enim nomine* Adelgiſum, *Deſiderii Langobardorum regis filium, vocitatum ſcimus. Favet utcúmque huic conjecturæ etiam temporis ratio: etenim cùm ultra annum* 854 *vitam non duxerit, ut ſuprà diximus, naſci facilè potuit ſub ea tempora, quibus, inclinante jam ſeculo octavo, Langobardorum in Italia regnum Caroli Magni virtute exciſum fuit. Ceterum ſancti Præſulis geſta, ut diximus, nobis invidit temporum vetuſtas: non ita tamen, quin pauca ſaltem monumenta ſuperſint, quæ illius in clerum ſuum amori ac munificentiæ teſtimonium perhibeant. Audi in hanc rem Carolum Novarienſem epiſcopum, ſæpenumerò jam laudatum.* Dedit igitur Adelgiſus, optimus epiſcopus, *inquit ille pag.* 282 & *ſeq.,* eccleſiæ Majori multa bona, quæ notata ſunt in antiquis membranis ejuſdem eccleſiæ, & in litteris Lotharii imperatoris, ut dicetur: licèt nominum mutatione, ut fit, nonnulla nunc incognita ſint: atque etiam à Francis hominibus corrupta, Curtem nimirum ſancti Germani cum appendiciis ſuis, ſimul cum capella ſeu oratorio S. Michaëlis, cum iis, quæ ad ipſum aſpiciunt. Curtem, quæ vocatur Gemini, cum appendiciis ſuis. Decimam annonæ vini & pecorum, accipiendam de civitate, & de quibuſdam cortibus ſuis. Quarum nomina hæc notata ſunt: Domus, Celeda, Ruſcalina, Ciſta, Bauca, Cado, Epiſcopiano, Caſale Madenig. Item jus accipiendi decimam de beneficiis vaſſallorum ſuorum, quæ ipſi ſpecialiter in ſuo retinent dominio.

F

ſuperſunt tamen

8 Item decimam de aliquibus villis, per diœceſim ſuam conſiſtentibus, quæ vocantur Granotium, Paliada, Nemenoniæ, Piſcinarioli, Caſaligla, Glauciana, Oblatum, Agoniata, Camilianum, Iſarnia, Severiaſcum, Mateum, Berzini, Vebra, Aquilianum, Cameri, Secaſianum, Galiatum, Berzonate, Perninate, Mapunianum, Palatiolum, Vilanè, Graticinum, Saciacum, Tercade, Villa S. Germani. Quæ nomina magna ex parte corrupta ſunt, ſicuti & locutio. *Hactenus Carolus, hæc magna ex parte ex eccleſiaſticis bonis, quorum quarta pars ex veterum canonum inſtituto debebatur clero, eidem, quod vel ex ipſo contextu donationis, à*

Ca-

A *Carolo partim deſcripto, verum apparet, ab* Adelgiſo *conceſſa fuiſſe, exiſtimans: unde meritò colligas, ſanctum Epiſcopum veterum canonum obſervantiſſimum fuiſſe. Sed & aliam ex bonis, ut apparet, propriis, cùm eam pro ſalute ſua & parentum feciſſe ſe dicat, hæredibuſque interdicat, ne eam infringere audeant, eccleſiæ S. Gaudentii donationem fecit, quæ adhuc exſtat, & in ſancti Epiſcopi memoriam ex eodem Carolo pag.* 285 *& ſeq. huc tranſcribitur: eſt verò hujuſmodi:* Ego in Dei nomine Adelgiſus, gratiâ Dei ſanctæ Novarienſis eccleſiæ epiſcopus, propter ſalutem dixi: Conſiderante me Dei omnipotentis miſericordia, quòd pro remedio animæ meæ vel parentum meorum, ut mihi in æterna vita ad ſalutem proficiat: neceſſe eſt ſemper illud agere, unde hîc & in futuro ſæculo plena apud omnipotentem Deum maneat merces.

quædam in eccleſiam ſuam

9 Proinde ego, qui ſuprà, Adelgiſus epiſcopus judico, atque inſtituo & per præſentem cartulam judicati confirmo, id eſt, curtem meam dono, coltile, quod habeo in fine, vel fundo vici Ciſti ſubterioris, vel in ejus territorio, ſeu & caſas maſſaritias, quas habeo in noſtro

B vico Ciſti & mihi advenerunt ex rebus de banno Adelardi ex genere Francorum, ſeu & de aliis hominibus, id eſt, caſis, curtis ædificiis, ortis, campis, areis, pratis, vineis, ſilvis, paſcuis, aſtalariis, aquationibus, vicanalibus, cultilibus, vel incultilibus, diviſis aut indiviſis, mobilibus, vel immobilibus, ſeſeque moventibus, puteo, uſu putei, extrinſecis, vel intrinſecis, caſis, acceſſo, vel ingreſſo: omnia, & in omnibus, & in integrum curtem dono, coltile, ſeu, & maſſaritias quantaſcúmque in noſtro vico Ciſti mihi per cartulam & comparationem, aut per qualevis ingenio, ibidem acquiſivero, judico, atque inſtituo ego qui ſuprà Adelgiſus epiſcopus canonicæ S. Gaudentii (S. Laurentii *malè apud Ughellum legitur*) quæ eſt fundata foris murum civitatis Novariæ, ubi corpus ſanctum ejus requieſcit. AUCTORE J. B.

10 Et volo, ut ipſi canonici, qui ibidem pro tempore fuerint, habeant & frui debeant noſtris rebus; & exinde veſtimentum & calceamentum procurare debeant, ut mihi in æterna vita ad ſalutem proficiant. Et hoc volo atque inſtituo, ut defenſionem tantummodò habeant à Pontifice, qui pro tempore in civitate Novaria fuerit. Nam alia repetitio ab eodem pontifice nihil obtineat; ſed hoc volo, ut meum factum, ſicut ſuperiùs legitur, perennis temporibus firmum, & ſtabile permaneat, & non liceat nolle, quod volui; ſed quod ſemel à me factum, vel conſcriptum eſt, omni in tempore inviolabiliter conſervari promitto. Et ſi ullus de hæredibus, vel parentibus meis contra hoc meum factum ire quomodocúmque voluerit, non valeat vindicare, quod repetiit; ſed ſit culpabilis auri una cum ſoc. fiſco lib. quinquaginta, & hoc meum factum firmum, & ſtabile debeat permanere. Actum intra civitatem Novariæ. *munificentia* E

11 Ego Adelgiſus ac ſi indignus epiſcoptus hanc cartulam donationis à me factæ, vel roboratæ manu propria ſubſcripſi; & bonorum hominum roborare decrevi. Signa.... manuum Ragimberti Franco & Vaſallo Domi regis.... Signum.... manûs. Ego.... Vhildritdus presbyter ſubſcrip. Ego Crembertus rogatus ſubſcripſi. Ego Ansfredus presbyter in hoc judicatu manu propria... ſubſcripſi.... Ego Baſiliſcus presbyter in hoc judicatu manu mea ſcripſi. Ego Julio notarius ſcriptor hujus cartulæ judicati ſcripſi, poſt tradita complevi, & dedi &c. *documenta.*

DE S. MARTINO CONFESSORE

PRIMO ABBATE BELLI-FONTIS, NUNC VALLIS-PARADISI

C F

IN LEGIONENSI REGNO HISPANIÆ.

COMMENTARIUS HISTORICUS. C. S.

§ I. Notitia monaſterii veteris ac novi, ubi præfuit, cultumque obtinuit: ejus memoria in Martyrologiis, cultus & officia Eccleſiaſtica: geſta unde referenda.

ANNO MCLII. *Situs ac nomina monaſterii,*

Ujus loci notitiam, quæque de ejuſdem primo abbate, S. Martino, *novimus, ferè omnia habemus ex illuſtriſſimi Angeli Manrique, Pacenſis epiſcopi, ſui Ordinis Ciſtercienſis Annalibus magna fide conſcriptis. Hoc teſte ad annum Chriſti* 1137, *cap.* 5 *num.* 1, monaſterium BELLI-FONTIS, hodie VALLIS-PARADISI prope Peleas inter Zamoram, Salmanticamque (*regni Legionenſis civitates*) ſitum *eſt in diœceſi Zamorenſi. Deinde ibidem num.* 8, Nomen, *inquit*, à fonte proximo mutuatum BELLI-FONTIS vocabulum fecit. Id variè mox retentum, omiſſumve, & convicino caſtro non rarò cedens, SANCTA MARIA, nunc DE BELLO-FONTE, nunc DE PELEIS, dicta vulgari uſu; tandem mutato loco, prorſus evanuit, atque in VALLEM-PARADISI mutatum eſt Ferdinandi Legionenſis regis juſſu, quod ſuo loco & tempore dicemus. Interim adnoto, eumdem Ferdinandum, cùm tranſlationem privilegio ſuo muniret, primitiva vocabula expreſ-

AUCTORE C. S.

ſiſſe, dum ait: "Abbas & monachi monaſterii „de Bello-fonte, quod Peleas generaliter ap„pellatur, Ordinis Ciſtercienſis.„ *Sed de his pluribus infrà.*

ejus primus abbas

2 *Ejuſdem loci primus abbas Ordinis Ciſtercienſis, etſi certus ejus ſit & antiquus cultus, admodùm paucis notus eſt martyrologis, è quibus Chryſoſtomus Henriquez in Martyrologio Ciſtercienſi eum hodie primo loco cum ſequenti elogio annuntiat:* In Hiſpania S. Martinus abbas, ſanctiſſimi patris Bernardi diſcipulus, quem Alphonſus imperator in obſcuriſſimo antro ſeminudum, ſeque flagellis crudeliter cædentem invenit: quo ſpectaculo commotus pius princeps monaſterium, quod hodie celeberrimum eſt, & VALLIS-PARADISI nomen obtinet, conſtruxit, ibidemque ſanctum Virum abbatem præfecit. Qui familiæ Dominicæ paſtor conſtitutus ſollicitè curam geſſit, vitæque illi integritas mirabilis fuit, & in perferendis omnibus ſpiritualis militiæ adverſitatibus invicta animi fortitudo: totque tam in vita, quàm in morte, claruit miraculis, ut Sanctorum numero ſit adſcriptus.

B

in paucis Martyrologiis

3 *Breviùs illum eodem die memorat Hugo Menardus in Martyrologio Sanctorum Ordinis Benedictini,* In Hiſpania, *inquiens,* ſancti Martini abbatis. *Non alium autem hìc, quàm Belli-fontis Abbatem deſignari, conſtat ibidem ex lib.* 2 *Obſervationum, ubi eadem ferè, quæ ex Henriquezio mox retuli, omiſſo tamen rectiùs S. Bernardi magiſterio, annotavit. Henriquezium ſic ſecutus eſt Gabriel Bucelinus in Menologio Benedictino ad eumdem diem, ut primam elogii partem mutaverit, ita orſus:* In Hiſpania S. Martini, abbatis Vallis-paradiſi. Martinus, vir præclari nominis & admirandæ virtutis, tenella etiamnum ætate promiſſis illectus Euangelicis, relictis parentibus, inſalutatiſque amicis, cucullo ſe abdidit, & abſolutum perfectionis magiſtrum, doctorem noſtrum mellifluum (*S. Bernardum Claravallenſem abbatem*) indeptus, digniſſimus poſtea viſus eſt, qui in Hiſpanias uſque mitteretur. Quem cùm Alphonſus *&c. ferè ex Henriquezio.*

hoc die annuntiatur duplici de cauſa.

4 *Eumdem denique ſanctum Abbatem Joannes Tamayus in Martyrologio ſuo Hiſpanico, hoc pariter die ſic celebrat:* Bello-Monti (*imò* Bello-fonte) apud Zamoram in Hiſpania Citeriori, C ſancti Martini, abbatis Ciſtercienſis (*adde* Ordinis) qui cùm primus abbatiatûs illius cœnobii infulas induiſſet, bonis operibus inſudando, ad fulgentem gloriæ clamydem evolavit. *Hoc aliaque jam data elogia examinabo inferiùs. Apud alios martyrologos hujus Sancti memoriam hoc die non legi, ne apud Philippum Ferrarium quidem, nec apud ſagaciſſimum Sanctorum indagatorem, Caſtellanum. Duplici autem titulo ille ad hunc diem Martyrologiis inſcribi poterat, natalis ſcilicet ſeu obitûs, & tranſlationis, quam eodem die contigiſſe, eodemque Officio ab Hiſpanis Ciſtercienſis Ordinis alumnis recoli, mox videbimus. Eumdem tamen Martyrologium Ciſtercienſe, inter Monaſtica ad calcem Romani, à Benedicto XIV Papa aucti & caſtigati, editum poſtridie ſic primo loco memorat:* In Hiſpania ſancti Martini abbatis Vallis Paradiſi, Ciſtercienſis Ordinis, ſanctimoniâ & miraculis clari. *Mutati diei ratio eſt, quòd ex infrà dicendis ejuſdem Sancti Officium, dum ad univerſum Ciſtercienſem Ordinem extenſum eſt, diei* VIII *Octobris fuerit affixum.*

De cultu ejus conſtat ex annalibus & picturis publicè expoſitis.

5 *De inſigni illius cultu Manricum ad annum Chriſti* 1152, *cap.* 4 *audiamus.* Miracula (*ait ibi num.* 2) teſtantur antiquæ tabulæ, tam viventis, quàm vitâ jam defuncti, ſeu tranſlati ad meliorem, quibus non ſolùm ipſius propria capella [*in qua*] per multos annos mansêre cineres Sancti, ſed fanum ipſum conſtructum poſt annos aliquot, decorari conſpicitur, atque ad altare majus affixæ imagines, non minùs ex antiquitate venerandæ, quàm ex ſitu. Ibi complures ſanitati reſtitutos ex variis morbis, atque ipſum Sanctum imponentem ſingulis manus, tum flagris ſe cædentem, orantemque; atque id genus alia per picturas (ignorantûm hominum libros) miracula & virtutes exprimentes, cernere licet. *Hæc ibi.*

& ex Officio hoc die in Congregatione Hiſpanica

6 *Tum rurſus num.* 9 *ſubdit:* Feſtum B. Martini celebratur non ſolùm in proprio ejus monaſterio, ſed in tota alma Hiſpaniarum Congregatione (*ſcilicet Ordinis Ciſtercienſis*) die ſeptima menſis Octobris, quâ ſimul obitus & tranſlatio contigêre: quâ item die ipſius mentionem faciunt Martyrologium Monaſticum & Menologium Sanctorum Ciſtercienſium, Joannes abbas, & Miſſale antiquum Ordinis, Aubertus Mireus, & alii recentiores. Ex his quædam breviter per anticipationem dicta, reliqua fuſiùs dicemus ſuis temporibus. Tranſlatio, quia in eumdem diem incidit, non habet peculiarem celebritatem. *Prædictam autem Officii extenſionem primùm contigiſſe anno* 1540, *docet in Appendice ad tom.* 4 *eorumdem Annalium, ſeu in Serie abbatum Palaciolenſium, ſub Mancio, quadrageſimo octavo abbate, num.* 3 *dicens:* In hoc capitulo (*anni* 1540) celebrari juſſum feſtum S. Martini, primi Vallis-paradiſi abbatis, per totam obſervantiam, quod hactenus, neque id à multis annis, ſolùm in propria eccleſia celebrabatur. *Laudatum Officium habere ſuas Lectiones proprias, diſcimus ex eodem Annaliſta, dum ibidem num.* 3 *præmiſit octavam ejuſdem Lectionem, quæ de* S. Martini *corporis tranſlatione agit, quam & ego ex ipſo recitabo inferiùs.*

E

alteroque ritus duplicis poſtridie celebrando

7 *Scripſit iſta Manricus ſub medium ſeculum* XVII, *quo fortaſſe tempore ſola Hiſpanica Ciſtercienſium Congregatio, de qua ſola ille ibi meminit, annuum iſtud* S. Martini *Officium celebravit. At ineunte ſeculo* XVIII, *extenſa fuit ad univerſum S. Bernardi Ciſtercienſem Ordinem facultas eumdem* S. Martinum *Officio ritus duplicis quotannis honorandi. Ita didici ex decreto ſacræ Rituum Congregationis Romanæ, edito die* XIII *Auguſti anni* 1701, *unáque cum aliis ejus generis decretis ab eadem ſacra Congregatione in gratiam ejuſdem Ordinis conceſſis, à Clemente XI Papa die* XXV *Septembris anni* 1710 *confirmato; quod præfixum legitur Proprio Sanctorum, ad uſum monialium dicti Ordinis, quæ Romano Breviario utuntur, anno* 1739 *Molinis in Gallia vulgato. Tranſlatus hìc eſt cultus in diem poſterum, octavum ſcilicet Octobris, quia dies* VII *impeditus erat feſto pariter duplici de S. Juſtina virgine martyre Patavina.*

F

toti Ordini ineunte ſeculo XVIII *conceſſo.*

8 *Officium autem S. Martini ibidem ſit ex Communi Confeſſorum non pontificum: Lectiones* I *Nocturni ſumuntur ex Scriptura Occurrente; ſecundi Nocturni ex Sermone S. Bernardi in feſto S. Martini epiſcopi: tertii Nocturni ex Euangelio S. Matthæi:* Dixit Petrus ad Jeſum *&c; cum Homilia ejuſdem S. Bernardi de Colloquio Simonis cum Jeſu:* Nemo ſanæ mentis *&c: Oratio*

AUCTORE C. S.

ratio denique hæc eſt: Exaudi, Domine, populum tuum tota Tibi mente ſubditum, & beati Martini abbatis ſupplicatione cuſtodi, ut corpore & corde protectus, quod piè credit, appetat, &, quod juſtè ſperat, obtineat. Per Dominum *&c. Ex hactenus dictis dicendiſque in dubium revocari nequit legitimus* S. Martini *hodierni cultus, eaque ratione ille verè dici poteſt, ut ſuprà dixit Henriquezius*, Sanctorum numero adſcriptus: *verùm neſcio, an id per formalem à ſummo Pontifice canonizationem factum ſit, ac proinde quàm verè Henriquezius in Faſciculo Sanctorum Ordinis Ciſtercienſis lib. 2, diſtinct. 26, cap. 24 dixerit:* Diploma canonizationis ejus extat Romæ in Vaticano.

Si qua exſtiterit ejuſdem Vita antiqua,

9 *Exſtitiſſe aliquam hujus ſancti Abbatis Vitam, colligit Henriquezius in Menologio Ciſtercienſi ad hunc diem, ex adductis de eo hiſce Seguini verbis:* Unde & multis in vita & poſt mortem emicuit miraculis, ſicut in ejus Hiſtoria legitur. *Sed nonne* Hiſtoriæ *nomine Seguinus deſignâſſe potuit proprias illius Officii Lectiones, quas, cùm mihi ad manum non ſint, nequeo cum ceteris Seguini dictis ab Henriquezio relatis conferre; id tamen dicere licet, in octava ejuſdem Officii Lectione, ex Manrico inferiùs deſcribenda, expreſſam de miraculis ab eo Sancto, dum viveret, patratis exſtare mentionem. Adhæc, utut ſit, Philippus iſte Seguinus, monaſterii Chaliſii, ſeu Caroliloci, diœceſis Sylvanectenſis in Gallia, monachus ac Prior, vixit ſeculo* XVI, *vivebatque etiam anno* 1590, *teſte Carolo de Viſch in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Ciſtercienſis, in qua & illius elogium datur, & inter ejuſdem Opuſcula inedita Catalogus Sanctorum Beatorumque univerſi Ordinis Ciſtercienſis, eorumdemque Vitæ plurimæ laudantur.*

ea dudum periiſſe videtur.

10 *Ponamus ergò, aliquam* S. Martini *Bellifontani abbatis Vitam, quæ Seguino præluxerit, verè exſtitiſſe; nihilo minùs dubium erit, cujus illa temporis, cujus fidei fuerit, cùm inter* S. Martini *obitum, Seguinique ætatem quatuor ſecula interceſſerint, quorum quoto illa Vita ſcripta fuerit, neſcitur. Porrò ſi qua unquam, qualiſcúmque illa demùm fuerit, Vita exſtitit, videtur à ſolo Seguino viſa fuiſſe (cùm hanc ex eo ſolo alii laudent) ac Henriquezii tempore aut jam periiſſe, aut latuiſſe, cùm ipſemet in Menologio dicat:* Hujus Sancti (*Martini*) feſtivitas in univerſa Congregatione Hiſpanica hac die ſolemniter recolitur, ſolemniúſque recoleretur, ſi Hiſtoriam vitæ ipſius, quam Philippus Seguinus penes ſe habuit, Hiſpani obtinere potuiſſent. *Nec notior ea fuit Tamayo, dum ad Martyrologium ſuum Hiſpanicum hoc die annotavit:* Ejus Acta penes ſe habuit Philippus Seguinus; ſed noſtrorum diſpendio perierunt. *Fruſtra igitur pro eadem obtinenda laborarem, proindéque cogor ſolùm ea, quæ recentiores, ac in primis illuſtriſſimus Manricus, Pacenſis in Hiſpania epiſcopus, in ſui Ciſtercienſis Ordinis Annalibus, de hoc ſancto Abbate ſcripſerunt, colligere, quantúmque per monumentorum penuriam licebit, illuſtrare.*

§ II. Sancti cognomen ac patria: ſuſceptum ſacerdotium: præfectura in hoſpitio pauperum: additum huic monaſterium Ordinis Ciſtercienſis, geſtaque ab ipſo ibidem prælatura: illius obitus ac primi ſucceſſores.

Cognomento Cidis fuit, gente Hiſpanus,

MArtinus, *teſte ſuprà laudato Manrico ad annum Chriſti* 1137, *cap.* 5, *num.* 1, *fuit* cognomento CIDIS, genere nobilis, patriâ Zamorenſis, *jamque* ſacerdos, *ac pio cuidam peregrinorum hoſpitio præfectus, dum Ciſtercienſia Inſtituta complexus eſt. De cognomento* Cidis *conſtat tam ex charta donationis Alphonſi VIII, aliis VII, Caſtellæ & Legionis regis, quàm ex inſcriptionibus, quas ſuis locis recenſebo. At unde id cognomen acceperit, nemo explicat. Floruit quidem in Hiſpania poſt medium ſeculum* XI *famoſus bellator Rodericus, multis victoriis de Maurorum regibus relatis clarus, ab iiſque voce Arabica* Cid, *quæ* Ducem, Gubernatorem, Regulumque *ſonat, ſalutatus, unde & id cognomen retinuit: verùm huic* Cido *unicum filium fuiſſe lego, ante patrem in pugna cæſum, duaſque filias; nec exiſtimo, cenſuiſſe Manricum,* Martinum *ex illius poſteris fuiſſe, quod ex Roderici hiſtoria minimè veriſimile eſt; ac multò malo credere,* Martino *cognomentum* Cidis *aliunde obtigiſſe.*

E

ac veriſimiliùs patriâ Zamorenſis, non Gallus.

12 *Hinc nihil quoque habeo, quod pro ejuſdem generis nobilitate confirmanda proferam, niſi quòd non incongruum nobilitati patrimonium ei fuiſſe videatur ex iis, quæ de erecto, cui præfuit, pauperum hoſpitio infrà dicemus. Pro Hiſpana illius patria favet cognomentum* Cidis, *ſeu* Cid, *pro natali autem ſolo Zamorenſi tum ejuſdem in Zamorenſi diœceſi tam ante, quàm poſt ſuſceptum Ciſtercienſium Inſtitutum habitatio & obitus, tum in poſtremo illius epitaphio, ſuo loco recitando,* Zamorenſium gloria *appellatio. Tamayus in Annotatis ad Martyrologium Hiſpanicum hoc die* VII *Octobris, eumdem nativitate Gallum potiùs exiſtimâſſe videtur,* Martinus, *inquiens,* ſancti patris Bernardi diſcipulus, qui ex cognomento CID origine Hiſpanus creditur, ab ipſo ſancto patriarcha cum Ægea, Bernardo & Petro Pictavienſi in Hiſpanias dimiſſus, ut Ordinem Ciſtercienſem inter Hiſpanorum militum agmina extenderet. *Fortaſſe ejuſdem opinionis fuit Bucelinus, qui verbis num.* 3 *relatis dixit,* Martinum *in tenera ætate monaſticam vitam amplexum, ſub S. Bernardo Claravallenſi abbate tantùm profeciſſe, ut digniſſimus viſus fuerit,* qui in Hiſpanias uſque mitteretur. *Verùm hi nituntur Seguini loco, infrà recitando, non admittendo.*

F

Jam ſacerdos, pioque pauperum hoſpitio

13 *Redeo ad Manricum, de* S. Martino, *jam viro, ac veriſimiliter tum etiam presbytero, ſic proſequentem:* Eum locum (*in quo monaſterium Belli-fontis poſtea fuit ædificatum*) ſpeluncam latronum olim, . . . primùm quidem in domum orationis, mox, junctis ſociis, in tranſeuntium hoſpitium, commutaverat: inde Hiſpano

AUCTORE C. S.

ſpano vocabulo ALUERGUERIA, quòd in eo peregrini ſuſciperentur, *vocitatum*. Confratribus (*ſic enim vocabantur*) præſidebat Martinus; illi pauperibus devotè miniſtrabant; & erant xenodochio poſſeſſiones, de quibus pauperes Chriſti ſuſtentarentur. Extat (*in* archivis Vallis paradiſi *notat in margine*) Reſcriptum Innocentii Papæ tertii, poſt ſeptuaginta annos expeditum, quo recenſitis non paucis poſſeſſionibus, hæc verba ſubjiciuntur: "Quæ omnia idem mona-„ſterium„ (ſcilicet de Peleas, à loco vicino ſumpto vocabulo) "priuſquam Ciſtercienſium „fratrum Inſtituta ſuſciperet, poſſidebat.„Quibus videas, & præceſſiſſe ibi aliqualem conventum fratrum, confratrumve, quibus cura immineret peregrinorum; nec defeciſſe dotem pro neceſſariis, juxta tenorem & normam ſuſceptæ vitæ. *Hactenus ille.*

inſervientibus præſidens,

14 *An dictum locum fuiſſe olim* ſpeluncam latronum, *ex ſola traditione populari aut inquilinorum, an ex aliquo monumento, probove antiquo Ms. teſtimonio, Annaliſta affirmaverit, non lubet mihi divinare: ſed fuiſſe ibidem aliquod pium peregrinorum pauperumve hoſpitium, habemus ex ſuprà laudata dandaque Alphonſi IX Legionenſis regis charta, in qua ille* Aluergueria nova de Peleis *appellatur.* Aluergueria *enim, ſeu* Albergueria, *Hiſpanum vocabulum, id ſonat Latinè. Rectè item ex allegatis Innocentii III verbis ſtatuit, fuiſſe ibidem, antequam locus iſte Ciſtercienſibus ſe ſubdidit, quemdam conventum ſeu pium contubernium, ſuis dotatum poſſeſſionibus; quorum autem potiùs credamus, quàm piorum virorum, qui eidem hoſpitio vel xenodochio inſervirent? Certè laudatus rex Alphonſus eumdem locum, dum ad Ciſtercienſes tranſiit,* Aluergueriam, *ut dictum eſt, vocavit,* & Martinum, *veluti ejuſdem præfectum primo loco nominavit, & huic addidit* Confratres ſuos, & monachos Ciſtercienſes (*tum ſcilicet à* Martino *recèns eò accitos*) qui cum eo ſunt, *inquiens,* in conventu in Aluergueria nova de Peleis. *Verba lege infrà à num.* 17.

B

Zamorenſis epiſcopi operâ

15 *Pergo cum Annaliſta, cujus verba ſolùm ſummatim hîc referam. Dum itaque Sanctus huic ſuo xenodochio, quod ipſe ſuo ære fundaverat, auxeratve, religiosè præerat, ſanctioris vitæ incenſus deſiderio, motuſque recenti exemplo monaſterii Morerolenſis, quod in eadem Zamorenſi diœceſi, ſexto ab ea civitate lapide ad ripam Ezlæ fluminis ſitum* (*de quo vide plura ad annum* 1131, *cap.* 8 *& ſequenti*) *à Benedictinis Inſtitutis ad Ciſtercienſia nuper tranſierat, Bernardum Zamorenſem epiſcopum convenit, flagitans, ut ſuam hic auctoritatem apud S. Bernardum Claravallenſem abbatem interponat pro aliquot ex illius monachis è Claravalle, ſi fieri poſſet, obtinendis, quorum exempla vitæque rationem ipſe cum ſuis æmularetur. Quod ut faciliùs ab epiſcopo impetraret* Martinus, *ſpondet, ſe ſuoſque ſuſceptam pauperum curam minimè dimiſſuros, ſed monaſticam obſervantiam cum conſuetis charitatis officiis conjuncturos.*

C

admiſſo Ciſtercienſi inſtituto, præeſſe pergit,

16 *Adhæc obſervat Manricus, laudatum Bernardum epiſcopum patriâ Gallum fuiſſe* (*Petracoricenſis in Aquitania dicitur apud Florez tom.* 14 *Hiſpaniæ ſacræ pag.* 353 *& ſequenti*) *ſanctoque Bernardo familiarem. Quidquid ſit de hac familiaritate, epiſcopus pium Viri deſiderium probans, ad S. Bernardum ſcripſit, illiuſque ſanctitatem, atque exploratam in regendis ſubditis prudentiam, ſic commendavit, ut quatuor ab eo ex ipſa Claravalle obtinuerit colonos, qui ceteris vivendi normam verbis & exemplis traderent; confirmatâ* Martino *in exſtruendo monaſterio præfecturâ, quam in ſuo xenodochio hactenus geſſerat. Hos quatuor Annaliſta Egeam, Gerardum, Petrum Pictavienſem ac Bernardum nominat, & poſt* S. Martini *obitum in ejuſdem monaſterii regimen ſucceſſiſſe affirmat.*

D

probante ac fundationem augente Alphonſo imperatore Hiſpaniæ,

17 *Miſſionem autem hanc ac monaſterii initia anno* 1137 *illiganda eſſe, probat ex ſæpe laudata Alphonſi regis charta, quam ab ipſo ex monumentis monaſterii Vallis-paradiſi vulgatam hîc ſubjicio.* Ego Alfonſus, imperator Hiſpaniæ, unà cum uxore mea Berengaria, grato animo & voluntate ſpontanea, pro Dei amore, & remedio peccatorum meorum, & ut vita noſtra & ſucceſſorum noſtrorum, cum Dei adjutorio & Matris ſuæ, Virginis Mariæ, valeat meliùs proſperari, & devotione, quam habeo erga Martinum Cidis, quem inveni virum juſtum & ſanctum, & gratiâ & devotione, quam habeo erga confratres ſuos, & monachos Ordinis Ciſtercienſis, qui cum eo ſunt in conventu in Aluergueria nova de Peleis circa eccleſiam ſancti Michaëlis archangeli, quos inveni facientes vitam ſanctam & honeſtam, dono & concedo prædicto Martino Cidis & confratribus ſuis, & monachis Ordinis Ciſtercienſis, qui cum eo ſunt in dicta Aluergueria in conventu, nunc & in perpetuum duas villas meas, quæ ſunt deſertæ & depopulatæ, quæ ſunt in termino de Zamora, & vocantur Cubo & Cubeto.

E

cujus charta hic datur

18 Et dono & concedo prædictas villas Martino Cidis, & confratribus, & monachis ſupradictis, & ſucceſſoribus eorum, jure hæreditario.... Et mando prædicto Martino Cidis, & monachis, quòd faciant ibi in prædicta Aluergueria unum monaſterium Ordinis Ciſtercienſis ad honorem Virginis Mariæ, quod monaſterium habeat jure hæreditario in perpetuum prædictas villas cum ſuis terminis &c. Facta charta donationis Zamoræ, quarto Nonas Octobris, tempore, quo Guido Romanæ Eccleſiæ Cardinalis concilium in Vallifoleto celebravit, & ad colloquium regis Portugalliæ cum imperatore venit, M. CLXXV. *Subſcriptiones regni procerum, quos* plures *fuiſſe, ait, prætermiſit Manricus, ſuaſque ad hanc chartam regiam obſervationes his verbis adjecit:* Hinc primò videas ſanctitatem Martini ſupra vulgarem, neque aliàs prædicandam à tanto principe. Videas ſecundò præcedentem conventum qualemcúmque aliquorum confratrum probatæ vitæ, pauperibus miniſtrantium ſub ſancto Viro. Videas tertiò aſſociatos illis monachos, haud dubium, quin quos ſanctus pater (*Bernardus*) miſerat ad præſulis Zamorenſis requiſitionem. Denique videas deſignatum adventûs annum, atque eo ipſo monaſterium mandatum conſtrui.

F

& illuſtratur,

19 *Hiſce etiam noſtras annotationes addamus. Rectè iſta obſervavit Manricus, ſi miſſionem à S. Bernardo excipias, quam etſi, aliunde veriſimilem, ego minimè negare velim, ex allegatis tamen Alphonſi verbis nequeo confirmare. Fuit porrò Alphonſus iſte ejus nominis VIII, aliis VII, Caſtellæ & Legionis rex, qui ſe* Imperatorem Hiſpaniæ *dici voluit, annoque*

A 1135 *talem corokari ungique fecit ; ut apud Pagium in Critica Baronii ad eumdem annum, alioſque ſcriptores obvios videri poteſt. Berengariam, cujus Alphonſus ibidem meminit, Raimundi Berengarii, hujus nominis III Barcinonis ac Provinciæ comitis, filiam, uxorem ſibi duxerat anno* 1124 *; cúmque ipſe ex Raimundo Burgundione, Gallæciæ comite, natus eſſet, Ciſtercienſem Ordinem benigno proſequebatur affectu, ut Manricus ad annum* 1131 *jam obſervaverat ex Marianæ lib.* 10, *cap.* 12, *ubi ad propoſitum noſtrum ſequentia legere eſt :* Bernardo Claravallenſi . . . gentili ſuo in primis deditus erat (*laudatus Alphonſus*) eoque auctore plurima Ciſtercienſi familiæ monaſteria extruenda curavit, ac fermè, quæ hoc tempore toto illo Hiſpaniæ tractu magnificentiſſima locupletiſſimaque extant.

ex qua conſtat, ejuſdem monaſterii primordia

20 *De anno mandatæ exſtructionis monaſterii conſtat ex adſcripta Æra Hiſpanica* MCLXXV, *quæ cùm vulgarem Chriſtianam annis triginta & octo præcurrat, annum Chriſti* 1137 *deſignat. De Guidone S. R. E. Cardinale, Sediſque Apoſtolicæ ab Innocentio II Papa in Hiſpaniam legato, conſuli poteſt laudatus Pagius ad annos* 1136 *& ſequentem ; paucisque hîc ex Papebrochio noſtro ad diem* XXX *Maii in Commentario prævio ad Acta S. Ferdinandi III, Caſtellæ, Legionis &c regis* § V *obſervâſſe juverit, Hiſpanis regibus olim ſatis familiare fuiſſe, regnorum ſuorum annos in chartis donationum, non tam numero ſignare, quàm re aliquâ ad omnem poſteritatem memorabili ; quod hîc quoque obſervavit Alphonſus, concilium Valliſoletánum à Guidone celebratum, ſuumque cum Luſitaniæ rege colloquium memorando.*

ad annum 1137. non ſerius, ſigenda eſſe.

21 *Ex eadem denique appoſita æra Hiſpanica* MCLXXV *rectè redarguit Annaliſta Ciſtercienſis eos, qui Belli-fontani monaſterii primordia poſt annum* 1162, *aut etiam poſt* 1180 *differunt. Cauſam verò, ſeu occaſionem, tantæ Ciſtercienſium ſcriptorum hac ſuper re diſcordiæ natam ex eo conjicit, quòd ſolùm pauci ; quatuor ſcilicet è Claravalle coloni à S. Bernardo ad novum iſtud monaſterium miſſi fuerint, ſolum veteri loci præfecto pariturí. Nam* hinc factum, *cenſet*, ut de hujuſmodi domûs initiis inſtrumenta diſcordent etiam antiqua, & quædam neque inter Claræ vallis filias nominent, quædam poſtponant : quippe non miſſo conventu ex Claravalle, ſed paucis monachis, hiſque alterius imperio ſubfuturis, vix tanti fuit, ut tempus adnotaretur. *Quæcúmque hujus diſſenſionis ratio ſit, ex ejuſdem datæ chartæ anno refutantur, quotquot iſtud Belli-fontis monaſterium, non Clarævállis ; ſed cujuſcúmque alterius, eo tempore poſterioris ; filiam eſſe, voluerunt.*

C

Aliorum de Sancti in juventute monachatu

22 *A relatis haud parùm diverſâ narrat Philippus Seguinus lib.* 3 *Sanctorum Ordinis Ciſtercienſis, cujus verba ex recenſione Henriquezii in Annotatis ad Menologium hoc die, huc tranſcribo.* Martinus, vir præclari nominis & admirandæ virtutis, atque ſedulus Euangelicæ perfectionis ſectator, in Valle-paradiſi regni Caſtellæ, abbas, in ipſa tenera ætate ſacris Euangelii promiſſis illectus, inſalutatis amicis, relictis parentibus, rebuſque chariſſimis repudiatis, religionem monaſticam profeſſus eſt, ut Chriſtum pauperem, cælibem ſimul & obedientem, rectiùs imitaretur. *Secundùm hæc* S. Martinus *jàm inde à tenera ætate monachus fa-*

ctus eſt : ſed in quo monaſterio, quamve Regulam ſecutus ? Cùm non aliud monaſterium hîc nominetur, quàm Vallis-paradiſi, *videri poteſt id ipſe ex Seguini ſententia feciſſe in eodem monaſterio, quod Ciſtercienſis Ordinis ſemper fuit, nec niſi in meliorem ſitum tranſlatum anno circiter poſt Sancti obitum octogeſimo ſic appellari cœpit, ſicut infrà exponemus.* AUCTORE C. S.

23 *Nec aſſentiri etiam poſſum ipſimet Henriquezio, Bucelino ac Tamayo, qui, dum* Martinum *S. Bernardi Claravallenſis abbatis diſcipulum faciunt, ſenſiſſe videntur, eumdem in Claravalle Religioſæ vitæ rudimenta poſuiſſe, & quidem in* tenella ætate, *ut addit Bucelinus. Duorum priorum verba habes num.* 2 *&* 3, *Tamayi num.* 12. *Prorſus quoque aliam condendi monaſterii ſive cauſam, ſive occaſionem iidem martyrologi allegârunt ; viſum ſcilicet ab Alphonſo rege* S. Martinum, *ſeminudum ſeſe in obſcuriſſimo antro flagellántem, eoque ſpectaculo ſic commotum principem, ut ex ejuſdem voto monaſterium Ciſtercienſe condi fecerit, eidemque illum præfecerit abbatem. Forſitan* Martinus *à non nemine* S. Bernardi diſcipulus *dictus fuit, non quòd ab ipſomet eodem ſancto patre monaſticis diſciplinis fuerit imbutus, ſed quòd ejuſdem etiam tum viventis conſentientiſque Inſtitutum ſeſceperit, inque ſuum induxerit contubernium : idque álius magis provrio obvioque ſenſu interpretatus fuit de eodem per ipſummet ſanctum patriarcham inſtituto & in Hiſpaniam miſſo.*

per S. Bernardum in Hiſpaniam miſſione, cauſaque.

B

24 *Deinde cùm audîſſet, eo loci ſpeluncam fuiſſe, quæ apud Manricum à* S. Martino *primùm in orationis ſeceſſum, mox in pauperum peregrinorum hoſpitium, ac denique in Ciſtercienſis Ordinis monaſterium converſa fuiſſe dicitur, neſciretque, qua id ratione factum eſſet ; aliunde verò didiciſſet, inter tabellas in eccleſia Vallis-paradiſi appenſas, eſſe, quæ Sanctum* flagris ſe cædentem (*ut num.* 5 *dictum eſt*) *exhibet, fortaſſis iſta Alphonſi in charta donationis verba,* Pro . . . devotione, quam habeo erga Martinum Cldis, quem inveni virum juſtum & ſanctum, *ſic exponenda putavit, ut Alphonſus eum ſe flagellantem invenerit, eaque re motus, quod ille expetebat, monaſterium exſtruendum curaverit. Divinare equidem nequeo, an tabula iſta à Manrico laudata quippiam præterea contineat, quod iſti faveat opinioni, tantæve ſit vetuſtatis, ut eidem aliquid poſſit ponderis addere : verùm quæ hactenus ex Manrico produximus, multò májorem veri ſpeciem præferunt. Atque hæc ex conjecturis dixiſſe ſufficiat.*

ſeu occaſione conditi monaſterii narratio improbatur.

F

25 *Cetera ſancti Abbatis geſta latent, ſeu injuriâ temporis, ſeu veterum incuriâ, niſi quòd ille ſuo pacto de non dimittenda xenodochii cura ſteterit, dum vixit.* Xenodochium (*inquit Annaliſta ad annum* 1137, *cap.* 5, *num.* 9) abbatiæ ſubjectum manſit per multa tempora ; certè uſque ad ultimos annos illius ſæculi utrique domui donationes factæ leguntur, huic per monachos, illi per confratres inhabitatæ, utroſque ſub abbatis diſpoſitione. *Plura etiam peculiaria illius facta non tradidit Seguinus, qui ejuſdem elogium, cujus primam partem num.* 22 *recitavi, generalibus ſolùm laudibus concluſit hoc modo :* In qua quidem vivendi ratione ille incredibili fervore mentis in oratione cum Chriſto ſæpe pernoctavit, Deum omnipotentem in ſpiritu & veritate adoravit, multos Religioſorum hominum cœtus ad perfectiorem vitam verbo ſimul & opere traduxit : unde & multis in

Reliqua ejuſdem Sancti geſta ignorantur.

AUCTORE C. S.

in vita & poſt mortem emicuit miraculis, ſicut in ejus Hiſtoria legitur. *De hac Hiſtoria egi ſuperiùs* § 1.

Moritur Sanctus anno 1152.

26 *Pretioſam ſancti Viri mortem anno Chriſti* 1152 *illigandam eſſe, probat ibidem Annaliſta cap.* 4, *num.* 1, incidiſſe, *inquiens*, in hoc tempus, MEMORIÆ produnt, quarum hæc verba: "Æra MCXC Pridie Nonas Octobris obiit Do„mnus Martinus Cidis, primus fundator, & ab„bas loci iſtius. *Data æra Hiſpanica anno Chriſti* 1152 *verè congruit, ſubductis ab illa annis* 38, *quibus hæc illum præcedit. Eadem æra etiam rectè convenit cum octava Lectione Officii proprii inferiùs danda, in qua & idem Chriſti annus ſignatur, & quindecim anni à monaſterii fundatione uſque ad illius obitum numerantur, ducto ſcilicet horum principio ab anno* 1137, *quo Alphonſi imperatoris chartam pro ejuſdem monaſterii fundatione datam vidimus. Conveniunt item inſcriptiones, ſuis pariter locis recenſendæ, quæ ipſius corpus* per octoginta annos *in primo ſuo ſepulcro jacuiſſe memorant, dum inde primò tranſlatum fuit.*

B

die 6 vel 7 Octobris.

27 *Sed an allegata à Manrico* Memoriæ, *quæ cujus ætatis ſint, ille non explicavit, etiam diem obitûs rectè ſignant? Si ita eſt*, Martinus, *contrà ac Manricus ipſemet ſtatuit, non die* VII *ſed* VI *Octobris obiiſſe dicendus eſt; nam* Pridie Nonas Octobris *hunc, non iſtum, diem indicat. Aut igitur vitioſæ hac in parte ſunt iſtæ* memoriæ, *aut deſcribentis vel typothetæ errore vitiatæ; in iiſque pro* Pridie Nonas *legendum eſt* Nonis, *aut ſancti Abbatis mors uno die, quàm aliàs creditur, maturanda. Utut ſit, de anno non de die* VI, *conſentit octava Lectio Officii Eccleſiaſtici, quæ apud Manricum loco citato, num.* 3 *ſic habet:* Tranſactis à fundatione domûs quindecim annis, charos filios ſuos relinquens ſanctitatis hæredes, & terram ſuam ſuis virtutibus decoratam, ſigniſque mirabilibus ac innumeris beneficiis ditatam & illuſtratam, mundi deſpector, ejuſque principis debellator, ſupra mundum aſcendit, divitiis meritorum abundans, clarus triumphis, miraculis glorioſus, menſis Octobris, die ſeptimo, anno Domini milleſimo quinquageſimo ſecundo. Sacrum ſui Patris ſancti corpus filii ejus & fratres in eccleſia prioris ſitus honorificè condiderunt; ibique per octoginta annos eſt aſſervatum.

C

completis in prælatura annis 15: *ejuſdem proximi ſucceſſores.*

28 *Jam dixi ſuprà, annos quindecim, qui à fundatione monaſterii uſque ad* Martini *obitum* tranſacti *dicuntur, inchoandos eſſe à Charta donationis Alphonſi imperatoris, data anno* 1137, *die* IV *Octobris, à quo tempore ſi numeres uſque ad diem* VI *vel* VII *ejuſdem menſis Octobris anni* 1152 *annos quindecim biduo triduove completos reperies; proindéque rectè ſe habent calculi in Officio proprio poſiti. Ceterùm ex quatuor monachis Ciſtercienſibus, quos* Martinum *à S. Bernardo impetrâſſe dixerat Manricus, Egeam eidem ſucceſſiſſe, ait, huic Gerardum, ac Gerardo denique Petrum, dictum* Pictavienſem; *ſubditque,* Ea (*fuit*) Bernardi in Martinum reverentia, cui nullum ſubdiderit, niſi quos ſciebat dignos præeſſe aliis; ea Hiſpanorum modeſtia monachorum, qui nullum unquam ex ſuis ſibi præfecerint, quandiu miſſi à Bernardo perdurârunt.

D

§ III. Monaſterii Belliſontani ſitûs ac nominis mutatio: geminæ ſacri corporis tranſlationes, inſcriptiones ſeu tabulæ de iiſdem factæ: reliquiæ eccleſiæ Zamorenſi conceſſæ: monaſterii fortuna.

Monaſterium Belli-fontis munificentiâ S. Ferdinandi regis.

HActenus pauca illa, *quæ de* S. Martini *geſtis novimus, deprompſimus ex illuſtriſſimi Manrici Annalibus Ciſtercienſibus, ex quibus etiam cetera quædam ad ejuſdem gloriam poſthumam ſpectantia referemus. Caput* 5 *anni* 1232 *ſic orſus eſt:* Hoc anno Ferdinandus Caſtellæ rex, quod olim avus, (*imò proavus*) condidiſſet imperator Alphonſus, monaſterium, dictum de Bello-fonte, ſeu de Peleas in Zamorenſi diœceſi, ob intemperiem aëris atque alia incommoda, quæ monachi in ea dudum experti eſſent, in alium locum commodiorem tranſtulit, atque nomen cum loco mutare juſſit, ædificatis, ipſius regis expenſis, novis habitationibus, quas ſive ab ipſo, in quo ſurgebant, fundo ſupra modum amœno; ſive ex ſanctorum, quibus præparabatur, converſatione, Vallem-Paradiſi præcipit appellari, litteris de tranſlatione expeditis appellationeque, quas ex archivis ejuſdem monaſterii (inſigne monumentum regiæ pietatis largitatiſque, atque ejus, quam Ciſtercio exhibebat, venerationis) breves & graves pro meo more tranſcribam.

E

cujus chartæ recitantur.

30 "Ferdinandus rex Caſtellæ & Toleti, Le„gionis & Galleciæ Dei gratiâ, omnibus, ad „quos præſens ſcriptum pervenerit, ſalutem & „gratiam. Scripturæ ſacræ teſtimonio declara„tur, quòd ſpiritualis homo propoſitum non „mutat, cùm pro ſalute animæ ſuæ utilius ali„quid meditatur: inde eſt, quòd, cùm abbas „& monachi monaſterii DE BELLO-FONTE, „quod PELEAS generaliter appellatur, Ordinis „Ciſtercienſis, ibidem diutius fuerint conver„ſati, & propter inæqualitatem loci, & aëris „diſtemperantiam graves corporum ægritudines „& alia incommoda quamplurima ſuſtinerent, „propter quæ divinum ſervitium, ad quod ſpe„cialiùs ſunt adſtricti, commodè explere non „poſſunt, ut ex voto tenentur; eorum tran„quillitati providere volentes, & ut religio „temporibus noſtris in Dei ſervitio ſuſcipiat „incrementum, dictos abbatem & monachos „transferimus ad monaſterium, quod mandavi„mus conſtituendum in loco, qui VALLIS-PA„RADISI vulgariter appellatur; firmiter prohi„bendo, ut deinceps, niſi VALLIS-PARADISI lo„cum, ſive monaſterium, aliquis audeat appel„lare."

F

ſitum & nomen mutat anno 1232.

31 "Si quis ergò hanc chartam infringere, „ſeu in aliquo diminuere præſumpſerit, iram „Dei omnipotentis plenariè incurrat, & regiæ „parti mille aureos in cauto perſolvat, & da„mnum ſuper hoc illatum prædicto monaſterio „reſtituat duplicatum. Facta charta apud Avi„lam, regis expenſis, ſecunda die Novembris, „ærâ MCCLXX3" *id eſt, anno vulgari* 1232, *ſubductis inde annis* 38. *Ferdinandus, cujus charta eſt, fuit hujus nominis III Caſtellæ ac Legionis*

A *gionis rex, non minùs ſanctitate, quàm rebus bellicis adverſus Mauros in Hiſpania geſtis celeberrimus, cujus geſta illuſtrata apud nos ſunt ad diem* XXX *Maii, quo colitur, Romanoque inſcriptus Martyrologio legitur. Matrem hic habuit Berengariam, regni Caſtellani heredem, patrem Alphonſum IX regem Legionenſem, avum Ferdinandum II, Alphonſi imperatoris Hiſpaniæ filium tertium, qui proinde Alphonſus imperator, monaſterii Belli-fontani conditor, S. Ferdinandi proavus, non avus fuit, ſicut Manricus dixit, ſive id caſu factum fuerit, ſive ex confuſione alterius Alphonſi, Caſtellæ regis, quem idem ſanctus rex maternum avum habuit.*

Eodem circitèr annò Sancti corpus

32 *Tranſlato in mitiorem locum monaſterio, transferendum etiam fuit ſacrum ejuſdem primi Abbatis corpus, quod circa eumdem annum* 1232 *factum eſſe, docent inſcriptiones, ſeu tabulæ ad ſecundum tertiumque illius tumulum, ſeu depoſitorum oſſium loca appoſitæ. Prima ad ſecundum illius tumulum, ab Annaliſta ad annum* 1152 *num.* 7 *tranſcripta, ſic habet:* Sub hoc lapideo tumulo eſt lapis planus, & ſub eo lapide eſt cavum lapideum, in quo ſacrum corpus patris noB ſtri Martini Cidis, abbatis primi hujus monaſterii (quod monaſterium alibi conſtructum in initio dicebatur Monaſterium ſanctæ Mariæ de Peleas, & huc tranſlatum dicitur Vallis paradyſi) ſepultum eſt anno ab Incarnatione Domini M. C. LII, in qua ſepultura fuit aſſervatum per octoginta annos, videlicet uſque ad annum M. CC. XXXII, in quo anno tranſvecta ſunt dicta ſepultura & præfatum ſacrum corpus ex eccleſia prioris ædificii ad hoc ſacellum, quod ex tunc vocatur SANCTI MARTINI ABBATIS, ubi per tercentum & duos annos manſit reconditum in prædicta ſepultura, lapide cooperta, & per multos annos clatro ferreo circumſepta. Poſtmodùm ablato clatro ſuperpoſitus eſt hic tumulus lapideus, non ruditer elaboratus, anno M. D. XXXIV.

in aliud ſacellum translatum eſt

33 *Inſcriptionem hanc* prioris tumuli *eſſe, ait, Manricus; at non omnium primum, ſed priorem à prima tranſlatione intelligendum eſſe, eadem ipſa clamat inſcriptio. Adjectus annorum numerus, quibus ſacrum corpus in ſuo primo ſepulcro jacuit, cum aſſignato primæ tranſlationis tempore concordat; nam anni octoginta anno Chriſti* 1152, C *quo ille obiit, additi annum* 1232 *producunt. Hinc Annaliſta ibidem num.* 3 *emendandam meritò monet Lectionem octavam Officii Eccleſiaſtici, in qua licèt verbis ſuprà datis idem mortis annus, idemque octoginta annorum ſpatium mortem inter primamque tranſlationem medium aſſignentur, nihilominus hæc anno Chriſti* 1202 *contigiſſe legitur. Sic enim, eodem Annaliſta teſte, ibidem dicitur:* Poſtmodùm circa annum M. CC. II (in quo pro tranſlatione domûs rex Ferdinandus ex Abula civitate regales litteras expedivit) ad ſacellum, quod ſibi antiqui patres adquiſierant, pretioſum illum theſaurum aſportârunt. *Pro anno* M. CC. II *ſubſtituendum eſſe* M. CC. XXXII, *ipſæ quoque probant laudatæ Ferdinandeæ litteræ, non ante diem* 2 *Novembris anni æræ Chriſtianæ* 1232 *datæ. Quam ob rem in altera inſcriptione, ſuo loco pariter danda, eadem tranſlatio rectiùs* circa annum M. CC. XXXII *facta legitur.*

34 *Obſervandum præterea eſt, in hac prima tranſlatione, non ſolum ſancti Abbatis corpus, verùm etiam ipſam, in qua jacebat,* ſepulturam, *quam eadem inſcriptio* cavum lapideum *vocat (ego loculum marmoreum ſaxeumve interpretor) ſimul eſſe* transvectam, *eoque in ſacello infoſſam humo, ſuperimpoſito ſepulcrali lapide, additiſque religionis ergò clathris ferreis, qui ſacri depoſiti profanationem prohiberent. Aucta verò deinceps Sancti veneratione, poſt annos trecentos ac duos, ſeu anno* 1534 *pro clathris ſubſtitutus fuit honorificentior tumulus, de quo apud Manricum in Appendice poſt tomum* 4 *eorumdem Annalium, ſeu in ſerie abbatum Palaciolenſium, abbate* LXXIX *num.* 16 *in eadem inſcriptione minùs accuratè repetita additur:* Quamvis à devotis fidelibus piè fuerit deformatus; *nimirum ut quippiam è Sancti tumulo reliquiarum loco haberent; ſed fortaſſe iſta verba interpolatoris potiùs ſunt, quàm primævæ inſcriptionis. Veriſimile quoque eſt, occaſione hujus tranſlationis cœptum eſſe in iſta nova eccleſia vel ſacello Officium Eccleſiaſticum celebrari, quod anno* 1540 *ad univerſam Obſervantiam Hiſpanicam extenſum fuit,* quod hactenus, neque id à multis annis, ſolùm in propria eccleſia celebrabatur; *ut dictum eſt num.* 6.

Traditio de inſpectione ejuſdem corporis divinitus impedita.

35 *Porrò in eodem iſto ſacello ſacrum pignus uſque in annum* 1619 *permanſit, quo fermè quatuor ſeculorum lapſu nihil de illo inſuper factum didici præter ea, quæ Annaliſta ad annum* 1152, *cap.* 4, *num.* 5 *narrat, & ego malo illius, quàm meis verbis exponere.* Traditione, *ait,* quàm ſcripto, aut picturâ, compertius eſt, ab anno M. CC. XXXII, quo prima fuit tranſlatio celebrata, uſque ad annum M. DC. XIX, quo ſecunda & celebrior hoc noſtro ſæculo, multorum animis inſediſſe, ſacri corporis exuvias inviſere (*id eſt, opinor,* inſpicere,) quos tamen omnes, aut inflicta audaciæ pœna, aut repentè de cœlo terror incuſſus, ab inceptis arcuerit: excæcato primùm ſacerdote, ſuppriore conventûs, qui ſolus auſus; cui poſtmodùm, peractâ pœnitentiâ, ad ſancti Viri ſepulchrum viſus redditus: dein cùm totus conventus acceſſiſſet, & ſacerdos in albis præparatus aggrederetur opus, repentino tremore perculſos omnes abſtinuiſſe ab opere, ſatis ſuperque gratos divino Numini, quòd indemnes evaderent: denique ſæculo patrum diffuſâ nebulâ ac replente capellam, deſtitiſſe id ipſum auſos, non ſine ingenti omnium admiratione. *Hæc Manricus ex traditione, mihi penitus incerta.*

F *Tranſfertur denuò in eccleſiam Vallis-paradiſi anno* 1619

36 *Exploratiora ſunt, quæ ibidem ſubjicit num.* 6, *ſic modeſtè præfatus:* Hæc ergò gloria reſervata nobis cæleſti providentia; non quia melioribus, ſed quia egentioribus Sancti patrocinio, prædicto anno, Chriſti nimirum M. DC. XIX, reverendo patri, fratri Andreæ de Corduba, tunc Vallis paradyſi abbati, cæteriſque alumnis ejuſdem domus, imò & toti eccleſiæ Zamorenſi, fœlix contigit, poſt multas ſanè preces & ſacrificia, ut ſacrum corpus, à ſepulchro priori erutum, atque ad ſacellum majus eccleſiæ, ipſo Sancto volente, tranſlatum ſit, ingenti concurſu confinium populorum. *Hiſce conſonat octava Lectio Officii illius proprii, in qua poſt verba num.* 29 *recitata ſic pergitur:* Ac tandem honorificentiſſimè, apparatu inſigni, magnoque populorum, nobiliumque virorum ac fœminarum, & cleri ac Religioſorum concurſu, ex ſacello prædicto in humeris ſacerdotum advectum, per manus Joannis epiſcopi Zamorenſis in tabernaculo eccleſiæ monaſterii Vallis paradyſi, ſummâ lætitiâ affectuque ferventiſſimo collocatum eſt die ſeptimo menſis Octobris anno ab Incarnatione Do-

AUCTORE C. S. *unà cum ſuo loculo: tunc etiam fortè cœptum de illo Officium celebrari.*

AUCTORE C. S.

mini M. DC. XIX ad honorem & gloriam Dei omnipotentis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, qui vivit & regnat per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

ut etiam doceat inſcriptio, quæ recitantur.

37 *Accipe etiam inſcriptionem, quam Annaliſta huic novo ſacri depoſiti loco appoſitam eſſe, ibidem num.* 8 *aſſerit, atque ita recenſet:* Sacrum corpus S. Martini Cidis, primi abbatis hujus monaſterii, alibi ſtatim poſt fœlicem ejus tranſitum ſepultum eſt, in eccleſia videlicet prioris ædificii, ubi per octoginta annos requievit. Inde tranſlatum eſt circa annum M.CC.XXXII ad eccleſiam, quæ ex tunc dicitur S. MARTINI ABBATIS; ibique per CCC. LXXXVII annos eſt aſſervatum: tandem honorificentiſſimè, apparatu inſigni, magnoque populorum concurſu, virorum nobilium ac illuſtrium fœminarum cœtu non parvo, ſericiſque tapetibus hoc magno templo perornato, cantorum melodiâ, permultis multiplicibuſque artis poëticæ varietatibus, circumſtantibus diverſorum Ordinum viris religioſis, comitantibus reverendis abbatibus monaſteriorum S. Martini de Caſtegneda, de Nogales, de Benauides, & iſtius domûs, in humeris monachorum è ſacello ſui nominis aſportatum, per manus illuſtris. ac reverendis. D.D. Joannis Zapata Oſorio, epiſcopi Zamorenſis, aſſiſtentibus ſibi prædictæ eccleſiæ ſanctæ illuſtribus dignitatibus, aſſociantibuſque ejuſdem ſanctæ eccleſiæ viris nobilibus, in tabernaculo eccleſiæ hujus monaſterii, Vallis paradyſi ab antiquiſſimis temporibus communiter nuncupati, ſummâ lætitiâ, affectuque ferventiſſimo collocatum eſt die ſeptimo menſis Octobris, anno ab Incarnatione Domini M. DC. XIX, totam ſanctam Eccleſiam Catholicam ſummo Pontifice Paulo, V huius nominis, gubernante, Catholiciſſimoque rege Philippo III regnante, ad honorem Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, qui vivit & regnat per infinita ſæcula ſæculorum.

Datur item epitaphium Sancti, & pars poſtrema

38 Sequitur (*ſic ibidem pergit Annaliſta*) alia inſcriptio ſeu epitaphium: "Quis hic? Cid „ille fortis? Haud is. Marſne fortiſſimus? Neu„ter: ſed fortior utroque Martinus Cidis, Ci„ſtercii ſplendor, decus Hiſpaniæ, Caſtellæ ſcu„tum, Zamorenſium gloria, ſoli gemma præ„fulgens, poli ſydus præclarum, domûs baſis „firmiſſima, ſacræ & magnæ proſapiæ archi„mandrita primus, in Paradyſi Valle arbor ſa„lutis." *Ex cognomento* Cidis *alludit ibi epitaphii auctor ad celebrem illum bellatorem Rodericum Cidum, cujus breviter memini num.* XI. *Ceterùm ſubjungo hìc poſtremam partem inſcriptionis, quam ad* S. Martini *tumulum in ſui nominis ſacello, ad quod illius corpus primò tranſlatum fuit, appoſitam fuiſſe diximus, & cujus primam partem jam dedimus num.* 32. *In hac itaque poſt ibidem tranſcripta, quæ priorem illam tranſlationem memorant, ſequuntur apud Manricum alia, quæ de ſecunda meminerunt, quidque eo loci ſuperſit, exponunt hoc modo.*

inſcriptionis ad ſecundum tumulum.

39 Dictum S. Patris noſtri corpus tranſlatum eſt ad eccleſiam monaſterii, ibique in perpulchro tabernaculo juxta altare majus glorioſiſſimè collocatum per manus illuſtriſſimi ac reverendiſſimi D. D. Joannis Zapata Oſorio, epiſcopi Zamorenſis, die VII Octobris. Itaque ſub jam dicto lapide plano (*vide num.* 32) ex eo die in dicto cavo tantummodò eſt terra, quâ prænominatum S. Patris noſtri corpus fuit obvolutum, & ea, in quam fuit reſolutum, ſimulque aliquot parvæ reliquiæ ejuſdem ſacri corporis, ac denique ibidem reperietur occluſa lapidea capſula, alio lapide plano cooperta, in qua per aliquot dies ſæpe jam dictum ſacrum corpus manſit repoſitum uſque ad tempus tranſlationis ſuprà aſſignatæ. Inſuper & terra fuſcior, quæ immediatè reperietur ſuperpoſita ipſi lapidi plano, qui operit ſepulturam (& relicta eſt ibi tempore tranſlationis) reverenter tractetur; quia debuerat ſupponi dicto lapidi, ſi caperetur; ſed ſuperfuit, & operta manſit albiori terra & lapidibus ſolutis & rudibus* in ſuperiori cavo prædicti ſepulchri. Ad honorem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per infinita ſæcula. Amen.

** an ruderibus?*

Reliquiæ Zamorenſibus conceſſæ, ab aliis expetitæ.

40 *Hactenus de* S. Martini *corpore, tranſlationibus ac ſepulturis ex Manrico, qui in ſuprà laudata Serie abbatum Palaciolenſium de conceſſis Zamorenſi civitati ejuſdem reliquiis, poſtquam ibidem num.* 17 *poſtremam tranſlationem narravit, hæc adjecit:* Nec multò pòſt eadem urbs Zamora ab abbate & monachis integro oſſe Sancti donata eſt, quod ipſa devotiſſimè ſuſcepit, atque in ſacrario eccleſiæ cathedralis decenter collocavit, non minori concurſu cleri & populi. *Ejuſdem donationis pariter mentionem præmiſerat in Annalibus ad annum Chriſti* 1152, *cap.* 4, *num.* 6, Extant, *inquiens*, epiſtolæ eccleſiæ Zamorenſis, atque ipſius epiſcopi, ad eumdem abbatem (*Andream de Corduba*) conventumque, gratulationis plenæ ac reverentiæ in Sanctum, ex cujus oſſibus fruſtum (*os integrum ſuprà dictum eſt*) accepiſſent. Extant & aliæ abbatis & conventûs Carracetenſis, idem ſibi conferri, poſtulantium; ſed quas vulgari idiomate conſcriptas referre nobis ſatius, quàm tranſcribere. *An Carracetenſibus ſuæ preces ſucceſſerint è votis, tacente Manrico, neſcio.*

Vallis-paradiſi ſtatus ac fortuna.

41 *Porrò ibidem num.* 9 *promiſerat fore, ut, qui ex his omnibus* quædam breviter per anticipationem *hactenus dixerat*, reliqua fuſiùs .... ſuis temporibus *exponeret; verùm ille ſui Ordinis Annales ultra annum Chriſti* 1236 *non perduxit, nec nobis aliunde plura ſuppetunt. Quapropter cogimur huic Commentario finem imponere, dolentes, quòd hujus ſancti Abbatis geſta vel coævorum incuriâ numquam fuerint litteris conſignata, vel poſterorum negligentiâ, temporumve injuriâ, ſint amiſſa, aut certè lateant. Coronidis igitur loco hìc adſcribo, quæ ſæpe laudatus Annaliſta ad annum Chriſti* 1137, *cap.* 5 *num.* 9 *de ejuſdem Vallis-paradiſi monaſterii veteri ac recentiori ſtatu annotavit.* Hæc, (*inquit*) de initiis inſignis monaſterii, quod ſanctitate & doctrinâ monachorum non ſemel erit nobis repetendum. Numeratur in litteris Innocentii Papæ tertii, atque Gregorii noni, legatiis & cauſis commiſſis ejus abbatibus de quibus infrà. Eſt & in libris Cameræ Apoſtolicæ, in Zamorenſi diœceſi, ad quam pertinet, ſexaginta duntaxat florenis valorata, prædives aliàs domus, quamvis hoc ſæculo (*decimo ſeptimo*) tenuioribus redditibus, ut ferè aliæ.

DE

A

AUCTORE C. S.

DE S. GEROLDO COLONIENSI,

PRO MARTYRE CULTO,

APUD CREMONAM IN INSUBRIA.

SYLLOGE HISTORICO-CRITICA.

§ I. Sancti apud perpaucos martyrologos memoria: ejusdem gesta unde primò accepta, & à quibus scripta & typis edita.

ANNO MCCXLI. *In utroque Philippi Ferrarii Catalogo Sanctorum*

B

HUnc Virum, *Coloniæ quidem Agrippinæ ad Rhenum mundo natum, sed in peregrinatione, religionis ergò susceptâ, in agro Cremonensi apud Insubres circa medium seculum* XIII *à latronibus trucidatum, cultuque martyris, quàm certis gestis notiorem, primus è martyrologis, quem novi, Philippus Ferrarius utrique suo Sanctorum Catalogo hac die* VII *Octobris inseruit. In Catalogo eorum, quorum nulla exstat in Romano Martyrologio memoria, laudans Tabulas ecclesiæ Cremonensis, sic paucis habet:* Cremonæ S. Geroldi martyris; *additque in Annotationibus ibidem:* Patriâ erat Colonien sis, apud Cremonam peregrinando interfectus; cujus Vita typis extat excusa. *Latiùs de eodem agit in Catalogo Sanctorum Italiæ, ad eumdem diem elogium illius, seu quoddam Vitæ compendium, recitans, quod totidem verbis subjungo, infrà examinandum.*

hoc die cum elogio, velut martyr,

C

2 Geroldus, Coloniæ Agrippinæ anno Salutis MCCI natus, à puero pietati & abstinentiæ deditus, factus grandior multas tentationes diaboli superavit. Ubi ad ætatem virilem perveniſſet, cilicio indutus humi cubabat, seque in Dominicæ passionis meditatione, donec sanguis in terram defluëret, flagellabat, jejuniis & orationibus intentus. Is humili amictu contectus, absque ullo sæcularis auxilii adminiculo multas, & quidem longinquas, suscepit peregrinationes. Cùm autem post S. Jacobi in Hispaniam, & Romæ peregrinationem, in Palæstinam transmittere pararet, apud Cremonam in pago Mamica, à Pado fluvio absorpto, dum ad duos latrones, rixam inter se simulantes, pacificandos accurrit, ab illis ratis, eum pecuniam habere, multis in capite vulneribus inflictis, impiè occiditur. Cujus corpus insigni miraculo deprehensum traditur, campanis civitatis sponte sonantibus, odore suavissimo ex eo exhalante, luminibusque divinitus in eo loco splendentibus.

inscriptus legitur,

3 Quare sanctus Vir jacens cum libello, in quo nomen suum & patriæ cum aliis rebus scriptum erat, inventus est: cujus corpus ab episcopo & clero cum tota civitate, quæ ad tantam rei novitatem confluxerat, solemni pompa elatum, in urbemque delatum, in æde S. Vitalis conditum est, cùm portitores, ad aliam ecclesiam divertere conantes, immobiles effecti fuissent. Illud nunc in propria ecclesia piè asservatur. Ex Vita ipsius Cremonæ MDLXXXI typis excusa. *Hæc ibi Ferrarius, in Annotationibus ibidem subjiciens ista:* Cùm, præter enarrata, nova post mortem ad ejus tumulum super cæcis, claudis, & aliis morbo aliquo laborantibus miracula fierent, sacra suo nomini æde dicata, celebrari cœpit illius natalis hac die, *nempe* VII *Octobris. Accepta sunt hæc ex Vita edita, inferiùs expendenda, ex qua etiam prolixius* S. Geroldi *elogium Peregrinus Merula Cremonensi Sanctuario ad eumdem diem intexuit.*

E

at in Martyrologio Castellani, ut Confessor.

4 *Castellanus in suo Martyrologio Universali hoc itidem die Ferrarium sic secutus est, ut pro* martyrii *laurea,* Confessoris *titulum adscribendum putaverit. Verba ex Gallicis Latina accipe:* Cremonæ S. Geroldus confessor, Coloniæ Agrippinæ natus, cujus reliquiæ, quæ in ecclesia S. Vitalis quiescebant, deinde in ecclesiam sub illius invocatione exstructam translatæ fuêre. *Cur pro* Martyre Confessorem *dicendum censuerit, patebit ex dicendis, ex quibus etiam constabit, eumdem ac Philippum Ferrarium rectiùs scripturos fuisse, si, omissis, quæ de Sancti corpore in ecclesiam sub illius invocatione conditam translato habent, dixissent, illud aliquando è terra levatum, in tumbam marmoream sub altari sacelli, intra eamdem S. Vitalis ecclesiam, ejusdem* S. Geroldi *nomine dicati, transpositum fuisse, eamdemque S. Vitalis ecclesiam à beneficiis per* S. Geroldi *patrocinium in ea divinitus collatis hujus etiam nomine appellari cœpisse. De cultu quoque plura dabo inferiùs.*

F

Borgo, qui Vitam ejus anno 1581 typis vulgavit,

5 *Dixi suprà,* S. Geroldum *notiorem cultu esse, quàm* certis gestis; *non quòd nulla illius exstet Vita, sed quòd ea, quæ exstant, multò seriùs scriptæ sint, quàm ut fidem facere queant, ac nihilominus multa contineant, quæ non nisi à synchronis aut æqualibus, imò etiam multa alia, quæ ne à synchronis quidem sciri potuerunt, nisi vel ab ipsomet Sancto tradita, vel divinitus revelata fuerint. Merula in Sanctuario Cremonensi laudat* Romanum Burghum in Vita ipsius Sancti, Cremonæ impressa; *neque alium laudavit Ferrarius, cujus verba jam dedimus. Eumdem pariter,* Romanum Borgum, *scribens, citat Hermannus Crombachius, Societatis nostræ presbyter, etiam aliis Operibus hagiophilis vulgatis notus, in Vita* S. Geroldi *anno* 1652 *ser-*

AUCTORE C. S.

mone Germanico Coloniæ Agrippinæ typis edita; verùm hic antiquiores biographos, ex quibus ſua Borgus hauſerit, quoſque nemo prudens recuſaverit, modò de horum ſcriptione conſtet, ibidem aſſignat.

praluxiſſe fertur liber apud ipſum Sanctum repertus, vel ſcriptor ſynchronus;

6 *Ait igitur primò, ipſummet* S. Geroldum *in libro, penes ipſum poſt obitum reperto, ſuum ſuorumque parentum nomina, ſuam patriam, genus, ætatem, vitæ rationem ac peregrinationes ſcripto reliquiſſe; ſed Romanum Borgum cenſuiſſe, eadem non ab ipſo* Geroldo, *ſed divinitus in eodem libro exarata fuiſſe. Ait ſecundò (quidquid ſit de iſtius libri auctore) certum eſſe, ejuſdem Sancti Vitam ac miracula, brevi poſt mortem ejus à quodam ſcriptore ſynchrono, ſed ignoti nunc nominis, Latino ſermone ſcripta fuiſſe ex prædicto* S. Geroldi *libro, iiſque, quæ Anonymus iſte viderat, & à teſtibus fide dignis audierat. Ait denique, hanc Vitam Latinam à laudato Romano Borgo, nobili cive Cremonenſi in ſermonem Italicum tranſlatam, ſed prolixiùs atque in elogii potiùs, quàm in Vitæ modum conſcriptam eſſe, anno* 1581 *Colonienſi illius temporis archiepiſcopo Electori dedicatam.*

B

at ex neutro omnia, quæ prior narrat, ſciri potuerunt.

7 *Primus igitur, qui nomine notus ſit,* S. Geroldi *biographus, & ex cujus fide pendet omnis Actorum illius auctoritas, Romanus Borgus ſcripſit annis trecentis & quadraginta circiter poſt Sancti cædem, quæ anno* 1241 *illigatur. Inventas penes ipſum fuiſſe litteras vel ſchedas, ex quibus conſtabat de ejuſdem patria, parentibus, ætate, ceteriſque hujuſmodi rebus, facilè crediderim; cùm ſoleant ſimiles peregrinantes litteras ſuſcepti baptiſmi teſtes, cùm à ſacro, tum à civili magiſtratu teſtimonia ſecuritatis gratiâ ſecum ferre. At quis Borgo mox credat, omnia, quæ ex illo recenſuit Crombachius, in reperto apud ſanctum Virum libello divinitus ſcripta fuiſſe; aut quis etiam aſſentiatur ipſi Crombachio, eorumdem maximam partem ab ipſomet* S. Geroldo *in eodem annotata eſſe; cetera verò à ſcriptore adjecta. Puto equidem, cùm ambo agnoſcerent, maximam eorum partem, quæ de* Geroldo *audierant, narraverantque, non niſi vel divinitus, vel ab ipſo ſolo Sancto, ſciri potuiſſe, eorum alterum eadem in ſæpe dicto libello divinitus revelata, alterum ab illomet ipſo* Geroldo *annotata fuiſſe, dicere compulſos eſſe. Utraque*

C

opinio magnam patitur difficultatem; ac Borgi quidem propter inſolentiam facti, non leviter credendi; Crombachii verò, quòd credibile non ſit, S. Geroldum, *virum utique humilem, tot in eo laudes ſuas congeſſiſſe.*

Vitam Germanicè anno 1652 edidit Crombachius,

8 *Porrò, cùm ego nec* Geroldi *librum, nec ejuſdem primigeniam, quam laudavit, nec unquam (opinor) vidit Crombachius, Vitam Latinè, ut aiunt, à ſynchrono ſcriptam, nec Italicam Romani Borgi verſionem habeam, cogor utramque ex Crombachio utcúmque æſtimare. Hic occaſione inſignium reliquiarum ejuſdem Sancti, Coloniam Agrippinam tranſlatarum, de quibus infrà pluribus agemus; illius Vitam ſermone, ut jam dixi, Germanico vulgavit anno* 1652, *faſſus, ſe de eo nihil in Annalibus Colonienſibus reperiſſe, ac propterea Romanum Borgum ſecutus eſt, non tam preſtè tamen, quin eumdem crebrò deſeruerit, ut appoſita ad Vitam illam annotatio Ms. monet; nimirum quia Borgi narratio ipſi nimis prolixa videbatur ac elogium potiùs, quàm Vita. Immiſcuit autem ſuæ Crombachius multa parerga ex Chronicis temporis, quo* Geroldus *floruit, accepta, ſed ad ipſum neutiquam pertinentia, piaſque præterea conjecturas ac ſalutaria monita, quæ non exiguum in ea Vita locum obtinent. Quam ob rem operæ pretium me minimè relaturum putavi, ſi eam ex Germanica Latinam facerem, maximè cùm jam ſuprà ex Ferrario dederim amplum elogium ex Borgo concinnatum, ac præcipua* S. Geroldi *geſta complectens.*

D

cujus capitum argumenta

9 *Ut tamen ſtudioſus lector habeat velut quoddam Crombachianæ lucubrationis breve compendium, totius Opuſculi capitum argumenta libet hîc ex Germanicis Latina recenſere. Diviſum eſt illud in duos libros, quorum primus tractat* de S. Geroldi pueritia, juventute & ætate virili. CAPUT I. A quibus ejus Vita conſcripta ſit. CAP. II. De S. Geroldi nomine, patriâ & parentibus. CAP. III. Tempore belli anno MCCI naſcitur Coloniæ Agrippinæ. CAP. IV. In timore Dei educatur. CAP. V. Dei Matrem colit; fugit otium. CAP. VI. Vitat prava conſortia tempore interdicti à ſacris. CAP. VII. Sub S. Engelberto archiepiſcopo florent Coloniæ Agrippinæ virtutes, & Geroldus ſectatur caſtitatem. CAP. VIII. Ipſius temperantia in cibo potuque. CAP. IX. Per obedientiam confeſſario ſuo præſtitam ſuperat religioſæ conſcientiæ angores. CAP. X. Illius orandi modus & ſtudium. CAP. XI. Exemplo regis Hieroſolymitani, tres ſanctos Magos Coloniæ Agrippinæ venerantis, incenditur deſiderio peregrinandi. CAP. XII. Glorioſum S. Engelberti martyrium S. Geroldum ad parem coronam exſtimulat. CAP. XIII. Bona ſua elargitur pauperibus. CAP. XIV. In ſingulos dies proficit in humilitate & mentis puritate. CAP. XV. Vitat laudem & æſtimationem ſui. CAP. XVI. Converſatio illius utilis ac patiens. CAP. XVII. Ejus vigilantia in tentationibus. CAP. XVIII. In adverſis hilaritas & conſtantia. CAP. XIX. In ætate virili corpus ſuum ſeverè caſtigat, temperatè tamen. CAP. XX. Geroldus mundana omnia abdicat. *Hactenus capita libri primi.*

E

recitantur;

10 *Sequitur liber ſecundus, agens* de ejuſdem peregrinationibus, martyrio, & cultu. CAP. I. Geroldus anno MCCXLI Compoſtellam ad S. Jacobum in Hiſpaniam peregrinatur. CAP. II. Inde Romam ad Sanctorum Apoſtolorum Petri ac Pauli ſepulcra proficiſcitur. CAP. III. Die VI Octobris, qui Dominicus erat, Cremonam advenit. CAP. IV. Die VII Octobris ſummo manè Cremonâ egreditur. CAP. V. Occaſio martyrii illius à militibus & prædatoribus repetitur. CAP. VI. Apud Manicam, veterem vicum, incidit in altercantes latrones. CAP. VII. Eos conciliare ſtudens, ab iiſdem confoditur. CAP. VIII. Deus prodigiis corpus S. Geroldi piſcatoribus manifeſtat. CAP. IX. Piſcatores iſta in urbe Cremona nuntiant, civeſque ad ſacrum corpus feſtinant. CAP. X. Piſcatores, non ſine magno prodigio, corpus deferunt. CAP. XI. Corpus ad varias eccleſias fruſtra portatur. CAP. XII. Apud S. Vitalis eccleſiam innumera fiunt mirabilia. CAP. XIII. Ibidem ab epiſcopo ſepelitur. CAP. XIV. S. Vitalis eccleſia propter multa mirabilia nomen S. Geroldi adſciſcit. CAP. XV. Sepulcrum ejus noctu cæleſti luce, fragrantiâ & cantu illuſtratur. CAP. XVI. Sacrum corpus incorruptum inter magna prodigia levatur è terra. CAP. XVII. S. Geroldus Catalogo Sanctorum adſcribitur. CAP. XVIII. Presbyteri congregationis Somaſchæ ab anno MDLXI S. Geroldi cultum promovent. CAP. XIX. Per icones, quæ S. Geroldi caput attigerant, multis febres eximuntur. CAP. XX. Quædam

F

A dam capitis S. Geroldi reliquiæ Cremonâ Coloniam Agrippinam ad eccleſiam Societatis Jeſu tranſlatæ.

quantique ea valere videatur, edicitur.

11 *Habes, erudite lector, totius Vitæ* S. Geroldi *à Crombachio noſtro, Romanum Borgum præ manibus habente, Germanicè vulgatæ argumentum, elogio, quod ex Ferrario recitavi, planè ſimilis, ſed multò prolixioris, variiſque piis conjecturis, cultûſque tum antiqui tum recentioris expoſitione auctioris. Verùm in ea multa ſunt, quæ vix, quæque ne vix quidem etiam à ſcriptore ſynchrono ſciri potuêre. Ego ſanè nullus dubito, quin vel Borgus, vel Crombachius, vel etiam ambo, in eadem componenda conjecturis ſuis æquo liberaliùs indulſerint, ut ſacrum Heroëm ſuum facerent talem, qualem fuiſſe, piè meditabantur. Non eodem tamen loco omnia eorum aſſerta habenda ſunt. Sunt enim in hiſce aliqua, quæ mox à Sancti obitu haud difficulter cognoſci potuerunt, & in quæ indagatum tunc fuiſſe, omninò veriſimile eſt. Sunt præterea ad inventum, delatumque in civitatem Cremonenſem illius corpus attinentia, quæ, ſive ſcripto, ſive traditione (quamvis veriſimiliùs non ſine*

B *aliquot alienis adjunctis) ad poſteros tranſmiſſa fuiſſe, credere fas eſt. Sunt denique certiora de cultu. Itaque ea ſolùm referam, diſcutiamque, quæ ad vitæ illius hiſtoriam propiùs certiúſque pertinent, miſſis ceteris, quæ ex ſolis conjecturis incertis in ea dicta videntur.*

§ II. Præcipua vitæ illius capita examinata: cædis tempus & cauſa: corporis in civitatem Cremonenſem tranſlatio, ſepultura, elevatio & honorificentiori loco intra eamdem eccleſiam depoſitio: canonizatio Sancti leviter aſſerta: potens patrocinium.

C *Patria illius, annuſque natalis facilè ſciri potuerunt,*

GEroldum *in Germania Coloniæ Agrippinæ apud Ubios mundo natum eſſe, anno* 1201, *libens credo Crombachio, & quem hic ſecutus eſt, Romano Borgo; cùm hæc facillimè ſciri potuerint ex repertis apud ipſius cadaver litteris, puta, quas Baptiſmales appellant, aliiſque ejus generis ſcriptis teſtimoniis, quæ peregrinantes paſſim ſecum ferunt. Solus, quem legerim, Ludovicus Cavitellius in Annalibus Cremonenſibus ad annum* 1241 *eumdem* ex Conſtantiæ urbe Germaniæ... oriundum *dixit, neſcio, ſuone, an typotheræ vitio. Certè nullum novi alium, qui hanc gloriam ſuæ civitati vendicet præter laudatos Agrippinenſes, conſentientibus etiam ipſis Cremonenſibus, apud quos occiſus, ſepultuſque, ac primò cultus fuit. Hoc verò aliorum omnium ſilentium non parùm confirmat Agrippinenſium poſſeſſionem: niſi enim de hac illius patria conſtitiſſet, non defuiſſent alii, qui eumdem ſuis civibus adſcribere tentâſſent.*

non ſic tamen multa alia, quæ de eodem narrantur.

13 *Parentum illius, imò & majorum nomina, horumque nobilem proſapiam, poſterorum egeſtate obſcuratam, in ſæpe dicto penes demortui corpus reperto libello annotata quidem fuiſſe, ſed à primo Latino biographo prætermiſſa, poſt Borgum affirmat Crombachius; at cùm hæc multaque alia in priori iſto libello, dudum, ſi umquam exſtiterit, amiſſo, Borgus divinitus, Crombachius verò ab ipſomet* S. Geroldo, *conſignata fuiſſe, velint, mihi neutrum perſuadent. Certum nihilominus eſſe, ait Crombachius, progenitores illius è nobili ſtirpe oriundos, ſed bellorum tempore & iniquitate avito cenſu ſuo diminutos. Vereor equidem, ne iſta divinet potiùs, quàm ex certis indiciis aſſerat, hîcque locum habeat ſatis communis biographorum proclivitas in illuſtri generis proſapia Sanctis, nihil horum indigis, adſcribenda. Prætereo cetera, utpote hiſce etiam incertiora, quorum argumenta ex datis capitum titulis intelliges, & ad Sancti peregrinationes mortemque procedo.*

Illius peregrinationes, tempus adventûs Cremonam

14 *Perfectam à* S. Geroldo *Compoſtellanam in Gallicia ad S. Jacobi tumulum, alteramque Romanam ad ſanctorum Apoſtolorum Principum Petri & Pauli peregrinationem Cremonenſes diſcere potuerunt vel ex eo ipſo Româ Cremonam ingreſſo, vel ex repertis apud eumdem poſt mortem ſchedulis; non item alia peculiaria, quæ ex Borgo vel piis conjecturis ſuis præterea memoravit* E *Crombachius. Fortaſſe etiam ex eodem didicerint meditatum ab eo iter Hieroſolymitanum, quod iidem ſcriptores pariter aſſerunt; quamquam, ut Româ Hieroſolymam pergeret, Cremona ei minimè fuerit adeunda. Minùs dubitandum videtur de anno, quo Cremonam advenit, ac mox inde egreſſus occiſus eſt. Fuerit is æræ Chriſtianæ* 1241, *quem poſt Romanum Borgum Crombachius ſignat, conſentiente ſuprà laudato Cavitellio, corrigendo tamen, dum ait,* Geroldum *illuc adveniſſe* ex Conſtantia urbe Germaniæ, ex qua erat oriundus. *Addit Crombachius, adventus illius diem Dominicum fuiſſe, &* VI *menſis Octobris.*

ac cadis, quæ diei VII *Octobris anni* 1241

15 *Poſtridie ejuſdem diei martyrium illius figunt iidem ſcriptores, ſeptimo ſcilicet Octobris, quo etiam Cremonæ hactenus colitur. De anno dieque conveniens Cavitellius, id non in receſſu ex Urbe Roma, ſed in aditu ad eam Chriſtiani orbis metropolim factum ſcribit; rectène, an ſecùs, non auſim certò affirmare. Sic autem habet ad citatum annum* 1241: Die VII Octobris circa ipſum tempus divus Geroldus, dum è Conſtantia urbe Germaniæ, ex qua erat oriundus F (*hæc corrigenda jam monui*) habitu eremitico ſe conferendo Romam, ibi viſitandi gratiâ reliquias Sanctorum, facto tranſitu Cremonæ, & ultra eam ſpatio ferè mille paſſuum juxta ripam citeriorem Padi in contracta (*id eſt, vico*) Menicæ mox corroſæ per ipſum flumen appulſus fuerit*, & duos ibi invicem digladiantes ſedare voluiſſet; credidiſſentque illi, apud eum eſſe pecuniam, per illos fuit occiſus.

**an fuerat?*

affigitur, nil habent difficultatis;

16 *De ejuſdem cæde, ſed anno, menſe, die ac determinato loco prætermiſſis, breviter ſic memorat Catalogus epiſcoporum Cremonenſium à Ferdinando Ughello in Italia ſacra vulgatus, tom.* 4 *editionis auctioris col.* 607 *in Homobono epiſcopo:* Sub hoc etiam pontifice fuit à quibuſdam ſicariis externis martyrio affectus Geroldus, extra tamen urbem. *Ceterùm ex eodem Catalogo conſtat, Homobonum iſtum prædicto anno* 1241 *in Cremonenſi cathedra ſediſſe; quod autem attinet ad vicum* Menicam, *quem Ferrarius* Manicam, *Crombachius* Manicam *appellant, cùm iidem conveniant, eum jam dudum ſub Padoſtuvio latêre, fruſtra eumdem in tabulis topographicis*

AUCTORE C. S.

phicis vel geographicis quæres. Modum cauſamque cædis peractæ ex Borgo, ut exiſtimo, ſic enarrat Crombachius, quaſi alteruter adſtitiſſet, eademve ex alicujus oculati teſtimonio nota, ac partim etiam divinitus revelata fuiſſent. Rem paucis exponam.

at ejuſdem cædis cauſa & adjuncta, qualia perhibentur,

17 *Haud procul à prædicto vico in ſpiſſo nemore graſſatores quidam, inſidiantes viatoribus, ſimul atque* S. Geroldum, *vili habitu amictum adventantem conſpexerant, rati latorem pecuniarum eſſe, de partiendis inter ſeſe illius ſpoliis conveniunt; utque illum propiùs allicerent, eorum duo è nemore proſiliunt, rixas inter ſe pugnamque ſimulant.* Geroldus, *vir mitis ac miſericors, alienæ ſalutis æternam jacturam veritus, ad eos reconciliandos accurrit, quamvis minimè ignarus, in quantum ipſe ſuæ vitæ diſcrimen properaret. At illi pia monita oggerentem ſtrictis gladiis aggrediuntur; quod ubi hic advertit, Deum precibus invocat, ut diu deſiderato martyrio potiatur. Interea illi caput vulnerant, humerumque ac pectus transfigunt, nihilque pecuniæ penes ſanctum Virum reperto, exanime*

B

corpus cum invento apud illud ſæpe memorato libello eodem in loco relinquunt.

unde ſciri potuerunt,

18 *Verùm unde Borgus, qui Crombachio præivit, iſta omnia intellexit? Certè ea Sanctus ipſemet in iſto libello vivus ſcribere non potuit, nec omnia ſcire potuerunt dicti latrones, quos, nullus tradit, umquam captos, ſuumve hoc ſcelus confeſſos fuiſſe. Oporteret igitur, iſta, ut Borgus aſſerit, divinitus, ſeu, ut loquitur,* modo ſupernaturali *in eo libello annotata fuiſſe, quod nec Crombachius ipſe pro re comperta admittere auſus eſt. Ego, ut mentem meam candidè exponam, ex iſtis omnibus ſolùm pro certo habeo,* S. Geroldum, *nihil mali meritum, eo loci à latronibus eſſe occiſum, veriſimillimè ſpe prædæ allectis. Primum enim conſtitit ex invento ſacro cadavere vulneribus confecto; alterum veriſimile fit ex communi latronum ſtudio, qui mactant, ut rapiant. At enim, inquies, ſi hæc ita ſint, qua igitur ratione* S. Geroldi *cædes* martyrium *poteſt appellari, quave ratione ipſe* Martyr *dici ac pro martyre coli?*

unde ejuſdem ſtricti nominis martyrium probabitur?

C

19 *Ad ſtricti nominis martyrium, quæ vox Græca* μαρτύριον, *Latinè* confeſſio *eſt, omnino requiri, ut mors ex divinæ fidei actuſve à divina lege præcepti vel conſulti odio inferatur, pluribus probat Benedictus XIV ſummus Pontifex in eximio ſuo Opere de Servorum Dei beatificatione &c lib.* 3. *Hanc autem illatæ* S. Geroldo *mortis cauſam quis probaverit ex dictis, etiamſi admiſerit omnia cædis illius adjuncta, qualia ex Crombachio retulimus. Nam hæc quidem ſanctum Virum deſiderio coram Deo martyrem & excellentis charitatis victimam facere potuerunt, non tamen veri nominis martyrem. Fuerit ergò* S. Geroldus, *quantùm de ipſo novimus (neque enim illius laudibus quidquam detractum volo) ea ratione jam à ſeculo* XIII *cultus ut martyr, quâ etiam aliquot alii Sancti nefariè trucidati, ac poſt mortem miraculis illuſtres, olim pro martyribus habiti fuêre. Hæc haud dubiè cauſa Caſtellanum, num.* 4 *relatum, movit, ut* Geroldum *in ſuo Martyrologio Univerſali, non cum* Martyris, *ſed* Confeſſoris *titulo recenſeret, neque pariter movit, ut eumdem, non ſimpliciter* Martyrem, *ſed* pro Martyre cultum *in hujus Commentarii fronte ſcriberem.*

20 *De prodigiis, quibus Deus pretioſam in conſpectu ſuo ſui Servi mortem mox ab obitu declaravit, Ferrario conſonans Cavitellius, verbis ſuperiùs datis ſubjunxit ſequentia:* Ex cujus corpore, dum exhalâſſet ſpiritus, mira fragrantia odoris emanavit, & cùm eſſet hora ferè vigeſima quarta (*id eſt, prope ſolis occaſum*) ſol in ea regione præter modum coruſcavit, & campanæ eccleſiarum Cremonæ à ſeipſis pulſari cœperunt; &, dum ibi epiſcopus & alii eccleſiaſtici, & quàm plurimi fæculares, ex his ſtupefacti, in eam regionem *acceſſerunt &c. Eadem prodigia narrat Crombachius, ſed pro inſolito iſtâ diei horâ ſolis ſplendore ſubſtituit præfulgidum cometam, qui radio ſuo ad ſacrum corpus pertingebat; cui aſſertioni ſuffragantur ejuſdem Sancti icones, quæ ſupra caput illius præfulgidam ſtellam cum emiſſo in illud radio exhibent.*

Sacrum cadaver illius cæleſtibus prodigiis mox illuſtratum fuiſſe,

omninò veriſimile eſt, ſed an iis, quæ tam in illius inventione,

21 *Ego, quamquam meritò nequeam dubitare, quin ſacrum* Geroldi *corpus divino aliquo prodigio illuſtratum fuerit (nam quorſum aliàs Cremonenſes ignoti Peregrini cadaver tanto mox cœpiſſent in honore habere?) non tamen poſſum iſta memorata pro indubiis aſſerere, quòd neſciam, cujus fidei ac ætatis fuerit Vita, quæ Borgo præluxiſſe perhibetur. Ceterùm corporis fragrantia, & per cæleſte lumen deſignatio uſitatiora in ſimilibus ſunt divinæ Providentiæ prodigia, ac proinde veriſimiliora, quàm omnium campanarum civitatis ſpontaneus ſonitus. Porrò narrat Crombachius, piſcatores, qui haud longè inde in flumine Pado ſua retia mittebant, inſolitâ fragrantiâ novoque illo ſidere ad ſacrum corpus perductos, cúmque hoc etiam cæleſti lumine circumfuſum reperiſſent, è veſtigio tantæ rei nuncios properâſſe in civitatem, prodigioſo illo campanarum ſonitu vehementer commotam. Decretum itaque ab epiſcopo eſſe, ut ſacrum illud cadaver magna cum pompa ad civitatem deferretur, honorificè ſepeliendum.*

E

quàm in tranſlatione ad civitatem,

22 *Tum ſubdit, cùm ad venerabile corpus perventum eſſet, à plurimis fruſtra tentatum eſſe illud loco movere, donec id à piſcatoribus, qui primò invenerant, nullo negotio perfectum fuit. Per viam, cùm, jubente epiſcopo, in ſuburbanam S. Creati eccleſiam inferendum eſſet, etiam ipſi piſcatores dicuntur hæſiſſe immobiles, idque prodigii ſecundò ac tertiò iteratum, dum bajuli illud primò in veteris civitatis eccleſia, ſanctæ Dei Genitricis in Bethlehem dicta, deinde in altera ejuſdem ſanctiſſimæ Virginis, ac denique in S. Pantaleonis eccleſiis deponere conabantur;* F *tandemque ex communi omnium conſenſu in S. Vitalis eccleſiam facilè illatum, in eaque ab epiſcopo in jam præparato à piſcatoribus ſepulcro humatum fuiſſe. Cavitellius hæc omnia breviùs expoſuit, cæptam narrationem ſic proſecutus:* Dum ibi epiſcopus & alii eccleſiaſtici, & quàm plurimi fæculares, ex his (*prædictis prodigiis*) ſtupefacti, in eam regionem acceſſerint*, ipſumque corpus confoſſum multis vulneribus, humi proſtratum repertum, elevare voluerint*, ab aliquibus elevari non potuit, præterquam à piſcatoribus, qui illud, dum piſcarentur in aquis fluminis Padi, reperant, & levatum reponere nequiverunt in eccleſia divi Creati, ibi propinqua in ſuburbiis extra portam Moſiæ, & aliis civitatis propinquioribus ipſi portæ, niſi in eccleſia divi Vitalis, prope quam tunc fiebat forum piſcarium, & in qua ſervatur; ejuſque ſolemnitas celebratur annuatim die VII Octobris.

*an acceſſerunt?

* *an voluerint?*

23 *Crombachio etiam magis conſonat Merula in Sanctuario Cremonenſi, ut adeò huic, æquè ac*

contigisse narrantur, quis certò dicat?

ac isti, Romanus Borgus præluxisse videatur. Commodè tamen addit, dicti S. Creati ecclesiam suo tempore non superfuisse: ego verò ne nomine quidem novi illum S. Creatum; *& tametsi Crombachius illum* sextum Cremonensium episcopum *dicat, nullus ejus nominis in ejusdem sedis antistitum serie apud Ughellum tom. 4 Italiæ sacræ auctæ legitur præter* Creatum de Ponte, *vigesimo loco ibidem repositum, annoque* 594 *defunctum, qui licèt à pietate charitateque ibidem multùm laudetur,* Sancti *tamen* Beative *titulum, ullumve cultûs indicium adscriptum non habet. Itaque quis* S. Creati *nomine, quæ ejusdem ecclesiæ apud laudatos scriptores designentur, Cremonensibus edicendum relinquo. Cæterùm notæ mihi sunt aliæ nominatæ ecclesiæ, portaque* Mosiæ, *vulgo* della Mosa *appellata. Quàm porrò firmo monumento nitantur prodigia ista, quæ tunc contigisse dicuntur, mihi planè incompertum est; non tamen illa in hujusmodi sacrorum corporum translationibus omnino sunt nova.*

Quidquid quoque sit de prodigiis aliis,

B

24 *Haud magis exploratum habeo, quàm certa sint rursus alia prodigia, quæ ad elevandum è tumulo corpus occasionem dedisse, atque ipsam elevationem illustrâsse, idem Crombachius affirmat, silentibus Cavitellio, Merula & Ferrario. Visam scilicet multis noctibus totam S. Vitalis ecclesiam cælesti splendore coruscare; ipsum verò* S. Geroldi *tumulum ab angelis, Matutinas laudes Deo concinentibus, circumcinctum, ac corpus denique repertum incorruptum, carne integra, coloris naturalis & vividi, miro fragrans odore, vulneribus in capite, humero & pectore etiam tum fluido sanguine rubentibus. Quo hæc tempore, quove sedente episcopo, contigerint, altùm ibi siletur, solusque nominatur episcopi vicarius* Petrus, *qui ex illius mandato corpus è terra tunc elevaverit; quod sanè silentium tanta prodigia, quæ vel ob solam magnitudinem suam certis testimoniis consignari meruissent, mihi admodùm reddit suspecta.*

corpus illius è terra levatum, caputque ab eo separatum argenteæ inclusum thecæ fuit,

C

25 *Fuisse nihilominus sacrum* Geroldi *corpus olim è terra sublevatum, constat ex loco, quem in eadem S. Vitalis ecclesia obtinet, de quo Merula in Sanctuario, postquam dixerat, istud in prædicta ecclesia primò sepultum fuisse, infrà, ut cetera, Italicè adjecit:* In hac ecclesia requiescit dicti (*S. Geroldi*) corpus tumbæ marmoreæ inclusum sub ara sacelli eidem Sancto dicati, caput verò illius in ejusdem altaris honorifico loco servatur, & in aliquot solemnitatibus venerationi publicæ exponitur. *Eam capitis thecam dimidiatam* S. Geroldi *argenteam statuam esse, ait Crombachius, consentitque Augustinus Grasso in Ms. relatione de maxilla ab ejusdem Sancti capite pro templo Agrippinensi Societatis nostræ separata, quam ipse anno* 1652 *Cremonæ Italicè composuit, annoque* 1748 *P. Franciscus Zacharia noster ad nos transmisit. In hac enim dicitur lipsanotheca illa* antiquus ac pretiosus argenteus herma. *Quo tamen tempore, quave occasione ista sacri corporis elevatio, capitisque ab eo separatio, & an eodem, an diverso tempore facta fuerint, hactenus non comperi. Id unum conjicere licet, sacrum caput à reliquo corpore minimè separatum fuisse tempore elevationis, si corpus tunc tale fuerit, quale suprà asseruit Crombachius.*

26 *At quandocúmque ista contigerint, saltem non sine episcopi auctoritate rectè fieri potuerunt, continentque quamdam beatificationem, seu, ut alii loqui malunt, canonizationem particularem, per quam episcopi cultum publicum in suis diœcesibus Servis Dei olim decernere solebant, ut videre licet apud Prosperum Lambertinum, seu Benedictum XIV Papam lib. 1, cap. 6 & alibi de Servorum Dei beatificatione &c. At, inquies, an igitur* S. Geroldus, *ut Crombachius asserit, à nullo summo Pontifice Romano in Sanctorum numerum relatus, seu canonizatus fuit? Id equidem affirmare nequeo, nec mihi persuadent verba Crombachii, quæ ex ejusdem libri 2 cap. 17 Latinè hîc recito.* Cùm adeò multiplicata essent miraeula, ea per Italiam Galliamque passim innotuerunt, utque probabiliter perhibetur, ipsum (*Geroldum*) Innocentius hujus nominis IV Sanctorum Martyrum albo inscripsit & canonizavit, sed de anno non constat, *quem tamen ipse fuisse annum Christi* 1251, *quo Innocentius è Galliis in Italiam rediit, verisimiliùs existimavit; sed nullas ejus rei Pontificias litteras superesse, agnoscit*

AUCTORE C. S. *ignoto tempore & auctore illius per summum Pontificem canonizatio*

à Crombachio asserta non probatur.

E

27 *Mira iterum hîc, si ita sit, Cremonensium in rebus ad sanctam Protectorem suum spectantibus conservandis incuria, vel infelicitas, mihi quidem etiam aliunde non satis, ut admittatur, probabilis. Nam quod ad annum quidem attinet, non erat id tempus, quo Cremonenses sub Uberto Palavicino Ghibellinas partes sectabantur, Cremonensibus opportunum ad eam canonizationis gratiam ab Innocentio flagitandam. Deinde licèt Pontificiæ litteræ perditæ fuissent,* Geroldi *tamen, sive ab eodem Innocentio, sive ab alio ejusdem decessore vel successore Pontifice, inter Sanctos relati nomen Cremonensibus Kalendariis inscriptum fuisset. Atqui hoc factum non esse usque in seculum decimum quintum; colligo ex triplici Kalendario Cremonensi, quod Franciscus Zacharia noster ad calcem seriei episcoporum ejusdem civitatis vulgavit, acceptum ex totidem Mss. libris majoris ecclesiæ Cremonensis, quodque eodem seculo* XV *ipse editor antiquius non esse, pronuntiat. Frustra autem in his nomen* S. Geroldi *inquiras; quod quis satis miretur; si hic seculo* XIII *vel* XIV *à summo Pontifice canonizatus fuisset? Quis, inquam, istud silentium satis miretur, nisi qui summam denuò Cremonensium negligentiam sine ullo argumento culpare voluerit?*

ac fortassè malè intellecto loco nititur.

F

28 *Jam quod ad Ecclesiasticum illius in diœcesi Cremonensi Officium spectat, Crombachius ipsemet illius initium non altiùs, quàm à seculo* XVI *repetiit,* Hoc certum est, *inquiens,* ipsius festivitatem jam à centum annis (*scripsit autem anno* 1652) per totam diœcesim (*Cremonensem*) in choro ritu duplici celebratam fuisse. *Nescio denique, ex quo Crombachius eam canonizationem didicerit, nisi fortè ex Cavitellii jam suprà laudati verbis, quæ tamen necesse non est eo sensu exponi. En illa:* Cùm ad ejus corpus facta fuerint multa miracula pro ejus meritis ac proba & laudabile* vita ex virtute omnipotentis Dei, inter ejus Electos fuit connumeratus. *Etenim, cùm in hisce nullum de summo Pontifice verbum fiat, quid obstat, quò minùs ea in sensu proprio sic accipiantur, ut dicatur* Geroldus *ob probatam multis miraculis sanctitatem, decernente Cremonensi episcopo, Cælitum honores apud Cremonenses obtinuisse? Fortasse etiam sic cœptus illius eò loci cultus postea fuerit ab aliquo summo Pontifice simul cum concessione Officii pro diœcesi Cremonensi approbatus; certè infrà recitabo Innocentii X Papæ litteras, in quibus* Geroldus

*imò laudabili

G

AUCTORE C. S.

& Sanctus & Martyr *appellatur, conceduntur-que Indulgentiæ plenariæ in* die festo translationis *partis reliquiarum illius, sed unica solùm vice in ecclesia Societatis nostræ Coloniæ Agrippinæ obtinendæ; de quibus suo loco latiùs agetur, verùm hæc canonizationem non continent, nec aliquando factam esse, probant.*

Cur quidam crediderint, Sancti corpus in propriam ecclesiam suam translatum esse: invocatur ille peculiariter à cæcis

29 *Suprà num.* 4 *monui, non rectè à Ferrario, atque etiam expressiùs à Castellano dici, ejusdem Sancti reliquias, seu corpus, ex S. Vitalis ecclesia, in qua primò fuerat sepultum, in alterum* propriam sub illius invocatione exstructam *translatum quiescere; cùm ab illis dictum oportuerit, illud aliquando ex humo levatum atque in sacellum, ipsius quidem nomine sacrum, sed intra eamdem S. Vitalis ecclesiam situm, fuisse translatum. Cur id monuerim, satis liquet ex verbis Merulæ, quæ num.* 25 *recitavi. Is error nasci potuit ex addito S. Vitalis ecclesiæ nomine* Geroldi, *adeò ut unica ista ecclesia modò* SS. Vitalis & Geroldi, *modò etiam hujus solius nomine veniat, uti videre licet in Josephi Brescia-ni Diario sacro Cremonensi ad Dominicam Sexagesimæ, ad diem* x *Junii, & ad hunc* VII *Octobris diem, quo posteriori loco sic legitur:* S. Geroldus martyr. Illius festum celebratur in ejusdem Sancti ecclesia, ubi illius corpus requiescit, quæ à reverendis Patribus Congregationis Somaschæ administratur, *quibus nempe hæc paulò post medium seculum* XVI *concessa fuit. Hæc autem omnia prædictam S. Vitalis ecclesiam manifestè designant.*

B

30 *Hinc rectiùs Augustinus Grasso in relatione sua Ms. superiùs jam laudata, infráque laudanda eamdem* sanctorum Vitalis & Geroldi *ecclesiam vocavit. Est quidem Cremonæ etiam altera ædes, ab eodem* Geroldo *dicta, quam Coletus in Additionibus ad Ughelli Italiam sacram tom.* 4, *col.* 579 *inter pias domos curandis fovendisque pauperibus ea in urbe erectas sic paucis indicat:* Pro pueris orphanis custodiendis, S. GEROLDI vocatur, sub PP. Somaschensium cura; *sed in hac corpus ejusdem Sancti non servatur. Hæc de loco sacri illius corporis dicta sufficiant: de patrocinio ejus scribit Crombachius, ipsum, tametsi in omnibus infirmitatibus, ac maximè in febribus, soleat feliciter invocari, peculiarem tamen cæcorum medicum esse, ac tum quoque, dum scribebat, probabiliter perhiberi, à septennio quemdam cæcum oculorum donatum lumine fuisse apud ejusdem tumbam, ad quam appensa omnis generis anathemata de beneficiis ab illo collatis fidem facerent.*

C

& febricitantibus

31 *Addit adversus febres saluberrimè adhiberi illius imagines, ejusdem capitis attactu sacratas, huncque in finem eisdem appositas legi preces, quas infrà § sequenti opportuniùs recitabo. De curatione cæcorum nihil peculiariter memorans Peregrinus Merula in Sanctuario, cetera congruit,* Hic Sanctus, *inquiens,* Cremonenses non modò præ ceteris suo corpore donavit, verùm etiam sanavit, quotquot qualicúmque afflicti infirmitate ad ipsum medelæ gratiâ recurrerunt: quin hoc etiam tempore schedulæ, oratione ad illum inscriptæ, ejusdemque capitis attactu sacratæ, infirmis, eas piè penes se gestantibus, mirabiliter sunt salutares. *Hisce adjice & alterum testimonium ex Crombachio, quod totidem verbis ex Germanicis Latinè hîc refero.* Testatur (*ait*) Joannes Baptista Vertua (*infrà mox* Vertica *scribitur*) Præpositus apud S. Geroldum, sæpe numero se suis oculis spectâsse, eos, quibus ex febre decumbentibus istas imagines cum prædictis precibus dederat, sanitate donatos esse. D

felicissimo cum effectu.

32 Cùm anno MDCXLVI ardens febris Cremonam affligeret, innumera ægrorum multitudo ad S. Geroldi ecclesiam illius opem imploratura confluxit; eodemque anno laudatus Præpositus Joannes Baptista Vertica (*superiùs* Vertua) ad me perscripsit, illorum innumeros, quibus coram S. Geroldi altari manum imposuerat, & pro quibus prædictas recitaverat preces, curatos fuisse, ac brevi pòst salvos & incolumes ad sanctum Martyrem regressos, de obtenta sanitate Deo in suo Sancto grates persolvisse. *Hactenus Crombachius, à quo nominatus Præpositus verisimiliter fuerit superior Clericorum Congregationis Somaschæ, quibus SS. Vitalis ac* Geroldi *ecclesiam medio seculo* XVI *concessam fuisse, suprà observavi. Potens illius in febribus patrocinium etiam inferiùs confirmabitur.*

§ III. Archiepiscopus senatusque Colonienſis Sancti mandibulam à Cremonenſibus impetrant: hujus ſollennis exaltatio Coloniæ anno MDCLII; depulſæ graſſantes febres, etiam ab ipſo archiepiſcopo: cultus annuus ibidem in templo Societatis Jeſu.

E

Seculo XVII. *cœptus Coloniæ Agrippinæ S. Geroldi cultus*

QUæ *de sacra* Geroldi *veneratione hactenus exposui, spectant ad illius cultum, quem Cremonæ in Insubria, prope quam ipse occisus fuit, jam ab aliquot seculis obtinuit; nunc agendum de eo est, quo Coloniæ Agrippinæ, Germaniæ ad Rhenum civitate, ubi natus fuerat, medio seculo* XVII *honorari cœpit, ex quo insignis reliquiarum ejusdem portio illuc fuit translata. Præ-lucent hîc mihi Crombachius & Augustinus Grasso, quorum hic sæpe à me laudatum Ms. Cremonense eodem tempore, quo ista sacra portio à Cremonensibus concessa fuit, Cremonæ exaravit; ille verò in Societatis nostræ collegio Coloniæ Agrippinæ florebat. Habeo præterea alteram ejusdem rei Ms. Relationem, quam Fridericus Reifenbergius, piæ memoriæ Societatis nostræ presbyter, secundo ejusdem Societatis ad Rhenum inferiorem Historiæ tomo inserendam paraverat, mecumque benignè communicavit humanissimus atque eruditissimus vir Augustinus Aldenbrück, nostræ item Societatis in eodem Agrippinensi Collegio presbyter, mihi amicissimus. Ordior à Crombachio.*

F

per acceptam reliquiarum illius portionem

34 Fermè septennio (*inquit lib.* 2 *Vitæ cap.* 20) laboratum est, priusquam è S. Geroldi ossibus aliquid impetrari, Coloniam Agrippinam perferri, publicæque veneration exponi potuit, variis adversantibus casibus, uti ex sequentibus liquet. Anno MDCXLV Agrippinenses Patres societatis Jesu scriptis litteris Cremonenses per amicum consuluerunt, si qua spes affulgeret aliquid è S. Geroldi corpore obtinendi, qua-

A quaque tentandum esset ratione, ut id commodè fieret. Responsum eis est, in primis hîc opus esse Romani Pontificis facultate. Quam ob rem anno sequenti MDCXLVI is assensus Pontificius per Ferdinandum archiepiscopum Electorem, providumque senatum Colonienſem impetratus fuit, annoque subsecuto MDCXLVII Cremonam missus, laudatique Elector senatusque Colonienses per promotoriales litteras episcopum ac senatum Cremonenses, Præpositumque S. Geroldi, & Congregationis Somaschæ superiorem Generalem flagitârunt, quò expetitæ reliquiæ prædictis Patribus faciliùs concederentur.

diu expetiam.

35 Verùm cùm duo proximè sibi succedentes superiores Generales (*Congregationis Somaschæ*) nempe Augustinus Socius anno MDCXLVI, & Joannes Ambrosius Varesius anno sequenti, obiissent, antequam postulatis assentiri potuêre; quique his succeſſit, Generalis Jacobus Antonius Valtorta nihil hac in re sine consensu comitiorum generalium (quæ usque in annum MDCL dilata fuêre) facere voluisset, ejusdem anni mense Maio creatus Generalis est Paulus Carrara, qui repetitis variis litteris, ipsiusque episcopi ac civitatis Cremonensis hortatu denique motus est, ut, cùm in generalibus suæ Congregationis comitiis non expedire visum esset tumulum aperire, concederet aliquid è S. Geroldi capite mitti Coloniam Agrippinam ad sancti Martyris venerationem in patria sua propagandam. *Post hæc subdit expetitam reliquiarum partem anno* 1651 *die* XVI *Decembris à Sancti capite separatam fuisse, sacræ thecæ inclusam, ad sereniſſimum archiepiscopum & Electorem Colonienſem dono mittendam; quæ omnia rectiùs ex suprà laudato Augustino Grasso, qui Cremonæ aderat, hîc subjiciam ex Italicis Latina, orsus ab ejusdem Relationis initio.*

B

Archiepiscopi senatusque precibus cum consensu Papæ

36 Cùm à paucis annis, quadam occasione singularis providentiæ divinæ, Coloniæ Agrippinæ in sua patria renovata esset glorioſi martyris S. Geroldi memoria, incessit etiam sereniſſimum principem Electorem archiepiscopum, clariſſimumque ejusdem nobiliſſimæ civitatis senatum ingens desiderium aliquas istius Sancti reliquias obtinendi. Hunc in finem disertiſſimas urgentiſſimasque litteras ad illustriſſimum ac reverendiſſimum dominum episcopum nostrum, ad illustriſſimos dominos ad hujus civitatis regimen deputatos, atque ad reverendiſſimum Patrem Generalem sacræ Congregationis Somaschorum dederunt. Præterea, quò desideria sua cum divina voluntate melius componerent, supplicârunt Innocentio X Papæ, qui per Breve ad Cremonenſem episcopum directum Electori archiepiscopo Colonienſi benignè conceſsit, ut cum consensu, quorum intererat, unam pluresve portiones à corpore S. Geroldi martyris separare valeret, ac transferre Coloniam, in ecclesia Societatis Jesu, ibidem, velut in ecclesia sereniſſimæ suæ domus Bavaricæ, à qua olim magnificè condita fuit, publicæ venerationi exponendas.

C

annuentes Cremonenses & Generalis Somaschorum

37 Tam pia tamque insignium personarum postulata, ac summi quoque Pontificis assensu favoreque commendata, pari devotione ac promptitudine episcopus susceperit, qui omnem suam operam hùc contulit; susceperit & consilium generale civitatis Cremonensis, quod non solùm suum præbuit assensum, verùm etiam per decretum elegerunt dominos Nicolaum Ferrari, & Gerardum Asti, ut huic negotio, velut magni ponderis, assisterent; ac denique reverendiſſimus pater Generalis, dominus Paulus Carrara, vir singularis benignitatis, prudentiæ ac doctrinæ, qui cum primariorum suæ Congregationis patrum consensu, datis litteris mandavit, ut in hunc finem insignis pars mandibulæ à sacro capite beatiſſimi martyris S. Geroldi demeretur.

AUCTORE C. S.

mandibulam Agrippinenſium procuratoribus tradunt anno 1650.

38 Accepto hoc mandato, multùm reverendus pater Joannes Petrus Comenduco Præpositus suam sanctorum martyrum Vitalis & Geroldi ecclesiam jussit parari, in qua dum ipse cum suis patribus adesset, die XVI Decembris anni MDCL, illustriſſimus episcopus unà cum duobus dominis à civitate electis, multisque aliis dominis Canonicis virisque nobilibus eò accessit, coram quibus sacrum ac venerabile sancti Martyris caput ex antiquo pretioſoque argenteo herma, expoſito in medio, magno cum decore multisque accensis cereis exemptum fuit, & assignata pars ab eodem separata. Hanc illustriſſimus dominus recognovit, cum solitis ceremoniis veneratus est, propriisque manibus decenter obvolutam, & duobus locis sigillo suo majori obsignatam, procuratoribus sereniſſimorum principum, Electorum archiepiscoporum, Ferdinandi sanctæ memoriæ, & Maximiliani Henrici nunc sedentis, clariſſimique senatus Colonienſis tradidit, jubens, de hisce omnibus fieri instrumentum authenticum, & à duobus cancellariis episcopatûs & civitatis subscribi & sigillari.

E

ita tamen primùm anno sequenti Coloniam allata fuit.

39 Interea Coloniam Agrippinam, velut hujus sancti Martyris hospitii metatores, missæ fuerant aliquot ejusdem excusæ imagines, quæ cùm distribuerentur, etiam à primæ notæ viris certatim expetitæ fuerunt; cumque jam inciperent solitos suos benignos effectus in infirmis producere, tantò majus in omnium animis desiderium sacrarum reliquiarum accenderunt. Sed cùm hiberna tempestas esset, viæque parùm securæ, exspectanda fuit opportuna eis mittendis occasio: quapropter primùm anno subsecuto Coloniam pervenerunt VIII Martii, die communis lætitiæ, quippe quæ ab omnibus pro pretioſo thesauro haberentur. *Quæ deinde Coloniæ peracta fuêre, rectiùs ex Crombachio, ibidem tunc habitante, & ex Reiffenbergio superiùs laudato, qui Crombachii Mss., ac collegii Colonienſis litteras annuas ad manus habuit, subjiciemus, ac in primis ipsas illustriſſimi Francisci Vicecomitis, tunc temporis Cremonenſis episcopi, litteras ad sereniſſimum Maximilianum Henricum, è Bavariæ ducibus archiepiscopum & Electorem Colonienſem hac super re datas. Sic illas ex Crombachii Mss. refert Reiffenbergius.*

F

Recitantur litteræ quibus Cremonenſis episcopus

40 Sereniſſimo ac reverendiſſimo Domino mihi colendiſſimo, D. Maximiliano Henrico, Colon. archiepiscopo, S. R. I. Electori, duci Bavariæ &c &c.

Sereniſſime princeps, sanctæ & recolendæ memoriæ sereniſſimus vestræ Celsitudinis prædeceſsor, Ferdinandus, Colonienſis archiepiscopus, & S. R. I. princeps Elector, cùm vehementiore desiderio teneretur sacras reliquias aliquas B. Geroldi martyris hinc ad suam istam Colonienſem nobiliſſimam sedem, & sancti Viri patriam transferendi, jam pridem id mihi per

AUCTORE C. S.

litteras significare dignatus est, & operam subinde meam singulari in me beneficio postulare. Cujus tàm eximiæ pietati dum pro viribus obsequi conarer, multæ subortæ difficultates mea studia non irrita quidem effecerunt, sed tamen longiùs protracta magno me dolore sensuque animi distulerunt. Interea verò divinæ Bonitati visum est, præstantissimum præsulem jam dictum in eam, quæ Justorum verè est, patriam, ut piè credimus, vocare. Atque hoc ita quidem superno consilio factum esse, censendum est, ut in aula cœlesti piissimus Pontifex illud sponsæ suæ ornamentum à divina Majestate propiùs impetraret, quod in terris difficillimum videbatur.

Maximilianum Henricum Coloniensem archiepiscopum

41 Et sanè his duobus postremis mensibus tàm faciles diligentiæ meæ ubique aditus patuêre, sic omnia in favorem causæ conspirârunt, ut non nisi hæc à Cœlestium cœtu primùm decreta ad nos emanare potuisse, credendum sit. Quam ob rem die decima quinta Decembris profectus ad ædes SS. martyris Geroldi, solenni ritu &, quâ par est, pietate, illustribus & religiosissimis viris adstantibus, majorem dimidiatæ inferioris maxillæ partem sacro ejusdem Martyris detractam capiti in manus sumpsi, ac diligenter inspectam Celsitudinis vestræ procuratori summa cum animi lætitia tradidi, velut mei erga tantum pontificem & principem obsequentissimi animi ac perpetuæ servitutis luculentissimum argumentum. Faterer sanè, me vestra & prædecessoris merita præclarissima quantitate muneris non æquare: si tamen rei ipsius difficillimas specto conditiones, non parvum me meæ industriæ fructum cepisse mihi videor, &, si meæ in vestra obsequia propensissimæ voluntatis ratio habeatur, non illam majorem esse potuisse, conscientia mea testatur.

B

de hisce certiorem fecit.

42 Illud certè à vestra Celsitudine subnixè precor, ut hanc meam qualemcunque operam benignè adspiciat, meoque nomine carissimo prædecessori ratam commendet; quæ si non in toto effodiendo thesauro felix fuit, sudavit tamen libentissimè in parte una, in qua non minùs totum spiritum vigilem ac præsentissimum ad opem, ad miracula, ad beneficia præstanda præpotens Martyr * credendus est. Denique, ut eâdem operâ studiisque omnibus sæpissimè uti velit, vehementer opto, ac supplex à C. V. peto, quam humillimè veneror. Dabam Cremonæ XX mensis Decembris die. A. 1650.

**adde* habere

C

C. V.

Devotissimus servus
Franciscus Episcopus Cremonæ.

Maximiliani Henrici in Coloniensi archiepiscopatu decessor Ferdinandus, à quo sacræ Geroldi *reliquiæ primò expetitæ in recitatis litteris dicuntur, fuit Guilielmi V Bavariæ ducis filius ac Maximiliani Henrici patruus, virtutibus ac pietate insignis, die* XIII *Septembris anni* 1650 *vitâ functus, eique laudatus Maximilianus Henricus, qui ejusdem coadjutor dudum electus proclamatusque fuerat, successit, uti videre licèt tom.* 3 *Galliæ Christianæ auctæ col.* 713 *& sequenti. Nunc cetera subdamus.*

Reliquiæ ab archiepiscopi Coloniensis suffraganeo

43 *Post hæc sic pergit Reiffenbergius:* Redditæ hæ literæ sunt sequente anno, mense Martio, cùm, pacato Leodio, ad Ubios Maximilianus Henricus rediisset. Respondit is humanissimâ epistolâ Cremonensi præsuli, & gratum pro beneficio animum testatus est: ipsas verò reliquias Paulo Stravio, Colonienſi suffraganeo (*alibi* Georgium Paulum Stravium *dictum, ac Joppensem etiam episcopum fuisse legi*) accuratè inspiciendas tradidit; qui pridie Idus Martias pontificali indutus trabea Agrippinensis Collegii templum ingressus recitari primùm jussit Cremonenses tabulas; tum principem ad aram accessit, & arcam episcopi annulo quatuor in locis obsignatam resignavit, & Geroldi martyris mandibulam reperit, adjecta hac adversus febriles æstus precatione: "Per merita passionis „D. N. I. C. & B. M. semper Virginis, & B. Ge„roldi martyris, & omnium SS. liberet nos „Deus ab omni malo febris. Amen.„

D

recognitæ approbantur, petuntur Indulgentiæ à Romano Pontifice,

44 Eduxit deinde mandibulam Stravius cum tribus, qui ei hærebant, dentibus, rogavitque adstantem medicum, num humani hæc corporis maxilla esset. Annuente medico, Theologiæ & Legum peritis monstravit; ac palàm deinde declaravit, quam coràm videant, ossium partem à divi Geroldi capite præfectam, atque eamdem planè esse, cujus literæ Cremonenses meminerint: publicum proin eas cultum mereri, atque exponi palàm venerationi posse. Tum vitreis illas specularibus inclusas religioso coluit osculo, & præsentibus, idem ut facerent, author fuit. Indita eandem in arcam fuerant Romanorum duorum martyrum, Constantii & Fausti, corpora, quæ è Calixti cœmeterio suis cum sarcophagis, nominibus, & plena sanguinis phiala feliciter eruta lustravit, ac pro legitimis habuit Ghinettus Cardinalis, summi Pontificis in Urbe Vicarius. Hæc ubi eâdem diligentiâ Stravius recognoverat, & thuris suffitu veneratus fuerat, suo rursus annulo obsignata seponi tantisper jussit, dum, impetratis à Pontifice Indulgentiis, publico cultui exponi majore cum celebritate possent.

E

iisque reponendis ornatur sacellum, paratur lipsanotheca argentea,

45 Implevit hæc Agrippinensium vota Romanus Pontifex anno MDCLII *, quando amplo diplomate culparum pœnarumque condonationem obtulit omnibus, qui, peccatis ritè expiatis, Eucharistiam sumerent, & ante sacra lipsana Deo, quo par est, modo supplicarent. Id ut majore cum apparatu fieret, stratum est eleganti marmore Marianum basilicæ nostræ sacellum, & Geroldo conflatum ex argento signum voluntate & sumptu Catharinæ de Colonia (von Cöllen.) Refert id Giroldum dimidiato corpore, & viatoris specie; caput petasatum est, & dextera scipione instructa; læva pugillares tenet; intra præcordia defixus hæret pugio, atque è pectore per crystallum reliquiæ tralucent: subjecta hermæ huic basis, in qua præter argentea toreumata hæc ex eodem metallo legitur subscriptio: S. Geroldus Civis Coloniensis. Æri deinde eadem incisa fuit imago, atque unà cum vitæ synopsi & precationis formulâ distributa in vulgus.

** l.* MDCLI.

F

quam hîc subjicimus

46 *Imaginum istarum exemplar præ manibus habeo beneficio suprà laudati R. P. Augustini Aldenbrück, in quo præter precationem, num.* 43 *jam recitatam, hæc præterea legitur ex communi Martyrum:* Præsta, quæsumus, Omnipotens Deus, ut, intercedente B. Geroldo martyre tuo, & à cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum &c. *Synopsis verò Vitæ sumpta est ex Philippi Ferrarii Catalogo Sanctorum Italiæ, cujus verba dedi num.* 2. *Porrò ne quid curiosus hagiophilus desideret, ipsam sta-*

A *ſtatuæ iconem, prætermiſſis, quæ, monente eodem Auguſtino Aldenbrück, ſolùm in die exaltationis incluſarum reliquiarum addita fuêre, chalcographo noſtro imitandam dedi, qualem hîc exhibeo.*



B

47 *Addo etiam ejuſdem eruditi viri ad eamdem ſtatuam in litteris ad me datis annotationes.* Baſi (*inquit*) ſtatuæ, quæ (*baſis ſcilicet*) ex ligno elaborata affabre eſt, atque argenteo toreumate, & in medio lamellâ ejuſdem metalli majuſculâ eſt exornata, ſicarios in Sanctum irruentes eumque confodientes exhibente, hæc dumtaxat characteribus ex argento fuſis ſupernè leguntur inſcripta: SANCTUS GEROLDUS MARTYR CIVIS COLON.; ſed ſtatua ipſa tota argentea eſt, gladio, ſcipione, ſtellâ &c inauratis, eſtque majoris etiam (*quàm baſis*) formæ, ut icon exhibet, ac ſedecim facilè librarum, Catharinæ de Colonia, vulgò Von Cöllen, donum. *Hactenus ipſe. Lamellæ locum in baſi data icon manifeſtè exhibet, ſed is in eadem icone arctior erat, quàm ut Sancti cædis imaginem capere poſſet, ſimiliſque ratio obſtitiſſe videtur, ne prædicta inſcriptio eidem iconi adderetur.*

cum paucis ad eam annotatis.

48 *Redeo ad Reiffenbergii narrationem, in qua ipſa earumdem* S. Geroldi *reliquiarum exaltationis ſollennitas exponitur. Illius verba accipe.* Præſtituit ſacræ huic ovationi archiepiſcopus ſeptimum decimum* Kal. Quinctileis, qui tunc in Dominicam quartam poſt Pentecoſten incurrebat. *Hîc ſubduntur archiepiſcopi pro ea celebranda litteræ publicæ, quarum exemplar tunc typis vulgatum habeo, atque hîc ſubnecto, reciſis brevitatis causâ aliquot ejuſdem archiepiſcopi titulis, qui ad præſens argumentum nil faciunt.*

Anno 1652 archiepiſcopus Colonienſes ſuos publicis litteris

* *l.* ſextum decimum

C

Maximilianus Henricus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ electus & confirmatus ſanctæ Colonienſis eccleſiæ archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii princeps Elector, & per Italiam archicancellarius &c &c venerabili clero & univerſis ac ſingulis Chriſti-fidelibus civitatis & archidiœceſis noſtræ Colonienſis ſalutem in Domino ſempiternam.

ad ſollennitatem tranſlationis earumdem reliquiarum,

49 Dum periculoſæ febres in civitate & archidiœceſi noſtra Colonienſi graſſantur, opportunè divina Bonitas offert cœleſtem medicum S. Geroldum, patriâ Colonienſem, martyrem Cremonenſem, qui cùm in Italia ſoleat innumeros ab omni genere febrium invocatus ſuo patrocinio liberare, ſperamus, non minùs in patria ſua, dummodò legitimè colatur, civibus ſuis, iiſdem morbis conflictantibus, opitulaturum. Cujus ſacræ reliquiæ Cremonâ tranſlatæ, & à noſtro in Pontificalibus ſimul & ſpiritualibus Vicario generali diligenter examinatæ & approbatæ, ut cultu majore honorentur, Sanctiſſimus D. N. Innocentius divinâ providentiâ Papa X pro feſto tranſlationis dicti S. Geroldi M. (quod Dominicâ IV poſt Pentecoſten, quæ eſt XVI dies menſis Junii, ſolenniter apud Patres Societatis Jeſu celebrabitur) omnibus Chriſti-fidelibus confeſſis & ſacra Communione refectis, & dictum Martyrem ibidem colentibus, plenarias Indulgentias clementer impertitur hoc tenore.

AUCTORE C. S.

propoſitis etiam Indulgentiis plenariis ab Innocentio X conceſſis,

50 „Innocentius Papa X Univerſis Chriſti-„fidelibus præſentes litteras inſpecturis Salutem „& Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam „fidelium religionem, & animarum ſalutem cœ-„leſtibus Eccleſiæ theſauris piâ charitate inten-„ti, omnibus utriuſque ſexus Chriſti-fidelibus, „verè pœnitentibus & confeſſis, ac ſacra Com-„munione refectis, qui eccleſiam domûs Pre-„sbyterorum Societatis Jeſu Colonienſium die „feſto tranſlationis S. Geroldi M. à primis ve-„ſperis uſque ad occaſum ſolis feſti hujuſmo-„di devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtia-„norum principum concordia, hæreſum ex-„ſtirpatione & S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias „ad Deum preces effuderint, plenariam omni-„um peccatorum ſuorum indulgentiam & re-„miſſionem miſericorditer in Domino conce-„dimus: Præſentibus pro una vice tantùm va-„lituris. Volumus autem, quòd, ſi pro impe-„tratione, præſentatione & admiſſione, ſeu pu-„blicatione præſentium aliquid vel minimum „detur, aut ſponte oblatum recipiatur, præ-„ſentes nullæ ſint eo ipſo. Datæ Romæ apud „S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris „die XXV Novembris. Anno MDCLI. Pontifica-„tus noſtri VIII.

E

„Gratis pro Deo etiam ſcriptura. Franc. „Caetanus.„

invitat & hortatur.

51 *Hiſce rurſus ſubdit archiepiſcopus:* Omnes igitur parochos & concionatores hortamur in Domino, ut auditores ſuos ad hunc ſanctum Civem ſuum honore congruo excipiendum, colendum & invocandum inflamment, ut, ſicut hactenus Cremonam ſæpius à febribus & hoſtium incurſibus liberavit, ita patriæ ſuæ deinceps cuſtos, tutor & advocatus eſſe dignetur. In quorum fidem has per ſuprádictum noſtrum in pontificalibus vicarium ſubſcribi fecimus. Coloniæ 1 Julii anno MDCLII.

F

Georgius Paulus Stravius epiſcopus Joppenſis, ſuffraganeus Colonienſis & vicarius generalis &c.

Sequitur denique Germanico ſermone invitatio populi ad eamdem ſollennitatem piè celebrandam, ſanctumque Geroldum, *celebrem apud Cremonenſes adverſus febres patronum, adverſus eaſdem invocandum. Nunc ad ipſam ſollennitatem tandem perveniamus, referente ex Collegii Agrippinenſis litteris annuis eodem Reiffenbergio.*

Exponuntur tranſlationis feſtivitas, ſacer apparatus,

52 Profeſtus interea cùm fulſiſſet dies, Stravii permiſſu conſecrata eſt ſtatuá argentea, quæ Geroldi complexura erat reliquias. Excitatum deinde in aræ principis meditullio pegma eximio opere, cui purpureum inſiſtebat co-

AUCTORE C. S.

conopeum, quod Geroldi simulacrum exciperet, & affluenti populo editiore è loco ostenderet. Subjecta uncialibus literis hæc visebatur inscriptio: S. GEROLDUS MARTYR CREMONENSIS, PATRIA COLONIENSIS, PATRONUS CONTRA FEBRES. Secuta est æris campani compulsatio diuturnior, & jucunda fidium, nervorum, cornuum, ac vocum concertatio, quæ ad duas fermè horas protracta mirificè audientium animos auresque tenuit. Vix aliàs Agrippinensis civitas majoribus incedere lætitiis visa est. Civium, finitimorumque hominum ad sacra tribunalia concursus fuit maximus, quem dies postera sub Sacro musico, & consecuta paulò pòst panegyri eum in modum auxit, ut non tantùm inferior basilicæ ambitus, sed chori etiam pensiles ac proxima fornici odea referta essent hominibus, essentque plurimi, qui templi, ceteroqui amplissimi, spatiis exclusi foris cogerentur præstolari, dum egressuri locum facerent.

concursus pietasque populi, & obtenta beneficia,

B

53 Qui sacram Synaxim Dominico die frequentârunt, à sex millium numero haud longè abfuêre. Nulla hîc loci Paschalis festivitas tantâ est hominum celebrata frequentiâ, nulla majore cum civium fructu, nulla pari aut concursu aut congratulatione: quò plurimùm contulit, quòd Geroldum populus non modò susciperet ut Sanctum, sed & ut civem amaret. Ingens certè facta est animorum commotio, cùm, peractis omnibus, Ambrosianum concineretur carmen, & Marianum ad sacellum Divi signum à linteatis deferretur. Eminebant isthic in ara statuæ complures, quarum aliæ sicarios, aliæ Geroldum cum cœlesti genio, palmam præferente, repræsentarent. Reliquiæ sublimiore loco intra aram conditæ, atque octo integros dies catecheticæ juventutis cantu & cereis votivis honoratæ sunt. Vulgavit tum Crombachius noster, uti de se ipso in Annalibus perhibet, Vitam Geroldi idiomate vernaculo (*de qua sæpe mentionem feci*) atque eo cum fructu tradidit clientibus, ut certatim conquisitæ fuerint Sancti imagines, & ingens febrientium numerus consanuerit.

C

maximè in depellendis febribus,

54 Fuit etiam in his mulier gravida & partui propinquans, quæ aliis cum symptomatis periculosam insuper febrem contraxerat: jam eò invaluerat morbi vis, ut deesset officio stomachus, & cibi nihil retineret aut digereret. Humana remedia cùm ipse desperaret medicus, sacerdotum nostrorum aliquis author extitit feminæ, ut hausta aquâ Ignatii, Divo huic & Geroldo religionem annuam voveret, ac tum demum se fatis cœlestibus permitteret. Vix votum conceperat mulier, & lympham hauserat, cùm extemplò obsecutus est stomachus, retinuit aquam, & nauseam posuit; atque alterum intra mensem felicìter effudit fœtum puerpera. Tota dein urbe febrium resedit æstus, & malum per viciniam grassari desiit. Quod ubi Belgis Gallisque nuntiatum est, plures etiàm in horum provinciis extitêre, qui Geroldo depulsæ febris beneficium grati adscriberent.

D

quibus etiam archiepiscopus illius ope se liberatum agnovit.

55 Ipse Colonienſis archiepiscopus Maximilianus Henricus, cum Hildesino ex itinere periculosam retulisset febrim, neque internos ob æstus claudere ampliùs in somnum oculos posset, afferri Bonnam Geroldi maxillam petiit, & piacularibus perfunctus obsequiis, mox noctu quievit; & sublatis paulò pòst sanguinis commoti intemperiis, totus convaluit. Agnovit se voti reum, misitque quinquaginta librarum cereum, Bavaricis condecoratum insignibus, & chronicâ hac spectandum epigraphâ: ANATHEMA SANCTI GEROLDI. Idem princeps, ad Ratisbonensia paulò pòst abiturus comitia, noluit se committere itineri, nisi impetrato à collegii Rectore Geroldi dente, quem argento inclusum circumtulit, atque ita salutarem sensit, ut, tametsi quartanam ei febrem ominati essent medici, nihil tamen ille labis hujus ac vitii in sanguine contraxerit, sed sanus, vegetus ac integer iter suum & inierit & confecerit. *Ceterùm* Bonna *civitas, ubi archiepiscopus decubuisse suprà dicitur, vernaculè* Bonn *etiam dicta, præcipua Electorum Colonienſium sedes est, quatuor milliaribus Germanicis supra Coloniam Agrippinam ad Rhenum condita.*

E

Annus exitus ejus Coloniæ Agrippinæ.

56 *Porrò ab isto tempore usque in hodiernum diem nostri Agrippinenses Patres Societatis Jesu festum* S. Geroldi *quotannis celebrant Officio ritus duplicis, non tamen die* VII *Octobris, ut faciunt Cremonenses, sed Dominicâ secundâ Octobris, ab ipsis ejusdem mensis Kalendis numerandâ, quæ si in diem* XI *Octobris inciderit, festum SS. Gereonis & sociorum MM., eodem die alioquin celebrandum, transfertur in diem posterum. Ita sæpe laudatus Aldenbrückius.*

F

DE

A

AUCTORE C. S.

DE S. PIPIONE, DIACONO CONF.

BELNÆ IN VASTINENSI GALLIÆ TRACTU.

SYLLOGE HISTORICO-CRITICA

De illius cultu, geſtis & ætate.

INCERTÒ SECULO. *Hujus Sancti, martyrologis parùm noti.*

B

EX *binis Galliæ locis, Latinè* Belnâ, *vernaculè* Beaune & Beaulne *dictis, alter ampla cultaque Burgundiæ ducatûs civitas eſt, quam Bruzen la Martiniere in ſuo Dictionario geographico tribus ab Arari fluvio milliaribus Gallicis Divionem inter, Auguſtodunumque ac Cabillonum ſitam ait: alter nunc parvum, olim amplius, Galliæ oppidum, in Vaſtinenſi, vulgò* le Gaſtinois, *vel* Gâtinois, *provincia, eodem teſte, quatuor leucis cum dimidia Brivoduro* (*Gallis* Briare) *duabus cum dimidia Bellogardiâ* (Bellegarde) *unâque circitèr cum media Boſcocommuni* (Boiſcommun) *diſtans, ſub Montis Argiſi tribunali, quod Galli* Election *vocant. Solet etiam hoc oppidum, ne cum prædicta Burgundiæ civitate confundatur, Gallicè* Beaune en Gâtinois, *Latinè* Belna Vaſtinenſis *appellari. Obſervat quoque Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum pag.* 326, *in Actis concilii Sueſſionis* (*ut ait*) *anno* 862 *habitæ*, villam Belnam in pago Vaſtinenſi ſitam, *inter villas monaſterii S. Dionyſii numerari. Qui plura de hoc loco voluerit, adeat Guilielmum Morin in Hiſtoria generali Vaſtinenſis, Senonenſis & Hurepœſii provinciarum pag.* 281 *& ſequentibus.*

locum cultûs non diem, Sauſſayus,

2 *Porrò ibidem hoc die* VII *Octobris colitur* S. Pipio *cum titulo diaconi ac confeſſoris, tam paucis martyrologis, cùm exteris, tum Gallis, notus, ut non niſi apud duos, Sauſſayum ſcilicet ac Caſtellanum illius memoriam, nec etiam rectè, conſignatam invenerim. Ac prior quidem rectè ejuſdem cultûs locum in Martyrologio Gallicano, at non ita diem, aſſignans, ad ſecundam Octobris inquit:* Eodem die apud Belnam in Vaſtino depoſitio ſancti Pipionis, levitæ, ſocii ſancti Mathurini. *Tum ſubdit ſatis amplum pro more ſuo illius elogium, quod quia ex ejuſdem Sancti Officii Lectionibus, infrà dandis, concinnatum eſt, hìc non recitabo. Ita cenſuit Sauſſayus, quod* Pipio *in iiſdem lectionibus legatur* VI Nonas Octobris in pace requieviſſe; *verùm apud Labbeum, qui illas edidit, loco infrà indicando ad calcem adjecta eſt ſequens annotatio:* Septima die Octobris Officium illud, feſtumque celebrari ſolet, licèt ſanctus Pipio obiiſſe dicatur die (*addo* ſecunda) ejuſdem menſis. *Hac de cauſa nos ad* VI *Nonas hujus menſis in Prætermiſſis* (*ubi unius litterulæ vitio* Pipia *pro* Pipio *legitur*) *ejuſdem geſta in hodiernum diem diſtulimus.*

C

Caſtellanus diem, non locum, rectè aſſignârunt.

3 *Porrò, ut Sauſſayus alienum cultûs diem, ita Caſtellanus in Martyrologio Univerſali alienum locum aſſignavit, ex confuſione gemina* Belnæ *Burgundicam pro Vaſtinenſi nominans. Nam ſic habet hoc die* VII *Octobris, ſed ſermone Gallico:* Belnæ in Burgundia S. Pipio (*Gallicè* Saint Pipe) diaconus. *Ex aliis martyrologis nullus alius, quem legerim, ut jam dixi, ſive ad hunc, ſive ad alium diem illius meminit; quòd eò magis miror, quò antiquiorem hunc Sanctum faciunt Lectiones Officii ipſius, quòque celebrior ejuſdem in tractu Vaſtinenſi eſt veneratio; neque enim à ſolis Belnenſibus colitur, verùm etiam ex circumjectis oppidis vicisque, ad ipſum velut potentem patronum ad impetrandam arentibus agris pluviam agminatim ſupplicantium ritu accurritur, ut ex referendis palàm fiet.*

D

Tranſlatio ejuſdem prima 4 Junii, ſecunda fortè 28 Octobris etiam colitur.

4 *Adhæc alteram* S. Pipionis *annuam feſtivitatem, Tranſlationis ſcilicet ſacri ejus corporis, ad diem* IV *Junii præmiſerat his verbis:* Belnæ in Vaſtino Tranſlatio ſancti Pipionis levitæ, cujus ſacrum corpus Ludovicus Senonenſis archiantiſtes ob miraculorum, quibus renidebat, ſplendorem, exhumatum in capſulam invexit, exhibuitque fidelibus perpetuâ reverentiâ percolendum. *Ita Sauſſayus, ut opinor rectè, nam & prima* Pipionis *tranſlatio die* IV *Junii in Lectionibus edendis facta legitur, & Papebrochius noſter in Ms. Annotatione, ad eumdem diem Junii ſepoſita, ſic monuit:* Tranſlatio S. Pipionis celebratur IV die Junii, quæ prima, *& id ipſum etiam inſinuare videntur, quæ apud Labbeum verbis de natalitio ejuſdem Sancti die* VII *Octobris celebrari ſolito ſuprà num.* 2 *datis, ſubduntur hoc modo:* Tranſlatio prima peracta eſt die IV Junii an. MCCCCLXII. *Vide dicta apud nos in Prætermiſſis ad eumdem Junii diem, unde lector ad* 2 *vel* VII *Octobris remiſſus fuit.* E *Fortaſſe etiam altera ejuſdem ſacri corporis tranſlatio Belnæ celebratur, de qua rurſum Papebrochius in mox dicta Annotatione ſubjecit:* Secunda verò colitur die XXVIII Octobris, quæ facta eſt anno Domini MDCLIII, *& apud Labbeum pariter additur:* Altera verò (*nempe* tranſlatio peracta eſt) die XXVIII Octobris anno Chriſti MDCLIII.

F

de qua utraque tranſlatione

5 *Priuſquam ad* S. Pipionis *geſta, qualia exſtant, progredior, ejuſdem apud Belnenſes in Vaſtino cultum præmitto. In Officii ſui Lectionibus dicitur ille* circa annum Domini tercenteſimum in pace requieviſſe; *nec tamen ullum reperio ſacræ venerationis illius indicium ante annum* 1462, *cujus die* IV *menſis Junii ſacrum ipſius corpus à Senonenſi archiepiſcopo, Ludovico Meledunenſi, elevatum, magnoque cum populi concurſu in Belnenſem eccleſiam illatum fuit, teſte ejuſdem Officii auctore, in quo & additur:* Collectis itaque, & in capſula conditis ſancti Confeſſoris reliquiis, ut ejus memoria in perpetuum haberetur, templum viſitantibus, ac de bonis facultatibuſque ſuis, prout cuique viſum fuerit, largientibus, XL dies Indulgentiarum

AUCTORE C. S.

concessit, *nempe laudatus archiepiscopus. Ludovici Meledunensis, seu* De Melun, *tempus sedis congruit in Senonensium archiepiscoporum Catalogis, quos Claudius Robertus, Sammarthani fratres, & Hugo Mathoudus vulgârunt, in quorum postremo dicitur ille in hujusmodi Sanctorum pignorum visitationibus frequens fuisse, atque aliquot earum obvia recensentur, inter quas* S. Pipionis *non occurrit.*

pauca annotantur.

6 *Non propterea tamen ulla ratio est de istâ illius translatione dubitandi, quam & Saussayus in suum retulit Martyrologium Gallicanum, atque annuâ memoriâ Belnensibus recoli, ex suprà dictis verisimile est. Mirari tamen licet, si* S. Pipio *jam inde* circa annum Domini tercentesimum *mortuus sit, illius cultûs nullum seculo* XV *longè vetustius argumentum proferri. Elevationi corporis faciendæ occasionem dedisse miracula ad illius tumulum obtenta, facilè credo Saussayo, num.* 4 *sic asserenti; sed, à quo seculo ista obtineri cœperint, malim edoceri pro ætate, qua ipse Sanctus vixisse videri possit, utcúmque latè indaganda. De secunda ejusdem translatione, quæ verbis num.* 4 *datis anno Christi* 1653 *die* XXVIII *Octobris facta dicitur, nec in Officii Lectionibus, quia hæ duo circiter secula antiquiores sunt, nec alibi quidquam reperi. Aliquot quoque annis ante citatum* 1653, *nempe anno* 1630 *jam sæpè dictam Historiam edidit Morinus, quo tempore ipse sacrum Pipionis corpus in subterraneâ Belnensis ecclesiæ ampla ecclesia quiescisse, pag.* 283 *memorat; ex qua an fortè anno* 1653 *eductum & ad superiorem translatum fuerit, non habeo compertum.*

Alter ecclesiæ Belnensis patronus est; fons ejus celebris.

7 *Præmiserat ibidem Morinus, SS. Martinum &* Pipionem *ejusdem Belnensis ecclesiæ patronos esse; deinde post alia subdidit, uno milliari Gallico ab ipso oppido in declivi circa paludosa loco insignem scaturire fontem,* sancti Pipionis, *Gallicè* la fontaine de S. Pipe, *appellatum, ad quem, quæ suprà dixi, supplicantium agmina ad postulandas ejusdem Sancti patrocinio pluvias solent magno numero accedere; quod etiam exemplis illustrans,* Anno, *inquit,* MDCX mensibus Augusto & Januario*; MDCXIII die XX Maii, annoque MDCXIX, die IX Junii, supra sexaginta ejusmodi supplicum agmina, atque inter alia Nemosio (*Nemours*) Monte Argisi (*Montargis*) ex Piviers, Lyricantho, Bosco-communi, aliisque ex locis ibidem affuêre, postque celebratam Missam pluit vehementer, quod & presbyteri & parochi, qui cum supplicantium agminibus advenerant, authentico instrumento testati fuêre. *Hæc didicisse videtur Morinus ex Jacobo Boucher, artium magistro, dictæque Belnensis ecclesiæ parocho, à quo ille Lectiones Officii se accepisse, præmisit. Vide etiam dicenda in iisdem Lectionibus infrà num.* 15.

*an rectè?

Ex Officio Missaque illius propriis

8 *Ad Ecclesiasticum Sancti Belnense Officium, jam frequenter nominatum, veniamus. Papebrochius, cui idem Ms., quo Labbeus in sua Bibliotheca nova Librorum Mss. usus est, vel ejusdem apographum præluxit, in sua Annotatione Ms. aliàs laudata observavit, in Officio Missaque illius omnia esse propria; sed Labbei exemplo Antiphonas & Hymnos, quod nihil historicum continerent, meritò non curavit describere, lectoremque pro Lectionibus ad Labbeum remisit, nec tamen prætermisit Prosam, ex qua Labbeus solùm quatuor postremos versiculos vulgavit, totam transcribere, quam, quia hæc quædam Vitæ compendium est, hic subjicio.*

recitatur Prosa, quæ & Sancti gesta & reliquias

9 Superni Regis Famulo læta concrepet concio,
Cujus favore benigno Belnensis gaudet regio,
Quæ pridem gaudens jucundum curavit puerperium,
Et perplacidis moribus instruxit ac virtutibus.
Nam, ne juventus tenella frangeretur inertiâ,
Ne mundus vel dæmonia sua moverent prælia,
Ad patris oves pascendum mentis applicat studium;
Oves pascit, sed meliùs cælesti rore pascitur;
Cujus illectus dulcore litteras cœpit amare,
Altaris sacri postmodùm se mancipat servitio;
Mathurini sacerdotis adhærens commilitio;
Quem vitâ functum patrio Româ revexit sepulcro.
Levitæ gaudet honore, sed sacerdotis ordinis
Alienus à livore recusat gradum scandere.
Spectabilis humilitas hunc retrahit, sed charitas E
Atque morum facilitas commendat & integritas.
Vivus languet, & languores sepultus fanat, fragiles
Artus firmat; & ardores depellet prece febriles.
Dum furor sævit Anglicus, & cuncta vorat gladius,
Inflammatur ecclesia; integra restat Hostia;
Et Pipionis meritis illæsa manet capsula,
Regi comes Clientulus servatur ex favilla.
Qui cæli fruens otio, illi servit in gloria;
Excusans apud Dominum nostrorum lapsus criminum,
Nos ad Sanctorum gloriam per ipsius suffragia
Post præsentem miseriam Christi perducat gratia. Amen.

in exusta ecclesia illæsas enarrat.

10 *Quæ de Sancti gestis hæc Prosa continet, omitto hîc exponere, quia in ejusdem Officii Lectionibus paulò latiùs leguntur: quæ verò in ista dicuntur de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, sanctique* Pipionis *reliquiis in exusta ab Anglis ecclesia Belnensi servatis illæsis, non habentur in his, sed hùc verisimiliter pertinent, quæ laudatus Morinus pag.* 282 *annotavit, quæque ex Gallicis Latina sic sonant:* Extat Caroli VII regis (*Galliæ*) diploma, ex quo constat, ecclesiam Belnensem, quam Angli incenderant, ab eodem rege reædificatam esse, idemque diploma fidem facit, sanctissimum Christi Corporis Sacramentum in eadem inter cineres repertum fuisse. *Quamvis autem nulla hîc mentio sit de reliquiis* S. Pipionis, *verisimile est, auctorem Prosæ de eodem Belnensis ecclesiæ per Anglos incendio, de quo Morinus hîc, agere. Notum porrò est gravissimum Anglos inter Carolumque VII, Franciæ regem, initio hujus regni bellum; at plura, quæ ad propositum meum faciant, non comperi. Ceterùm jam monui, Labbeum quatuor postremos ejusdem Prosæ versiculos, in quibus miraculum istud continetur, vulgâsse.*

Lectiones Officii referunt Sancti natales, adolescentiam,

11 *Nunc ipsas Officii Lectiones ex Philippi Labbei tomo* 1 *Bibliothecæ novæ librorum Mss. pag.* 779 *& sequenti recenseo. Exstant hæ ibi cum hac præmissa notitia:* Vita sancti Pipionis levitæ & confessoris. D Lectionibus Officii, quod

A quod R. P. Ludovicus Jacob à ſancto Carolo, Ord. B. Mariæ de Carmelo, deſcripſit ex veteri Codice eccleſiæ urbis Belnenſis in Vaſtino, quæ juris eſt illuſtriſſimi domini Achillis de Harlay, comitis de Bellomonte, libellorum ſupplicum magiſtri &c. *Sequuntur Lectiones octo numero, quarum ſectiones ſciens annotare omiſi.* Rure Gallicano in pago, cui nomen Belna, in Vaſtino, patre paſtore natus eſt præclarus Dei confeſſor S. Pipio levita, qui primis annis, & ipſe patris ſtudia ſecutus, oves paſcebat, parentum neceſſitati ſuo labore ſubveniens; à quibus bene educatus, & in Lege Dei edoctus, de ſublimiore paſcua cœpit cogitare. Nam, dum in paſtorali ocio ageret, ſecum multa de cæleſti Paſtore animo verſans, ejus ovile ſubinde ingrediebatur & egrediebatur.

progreſſum in litteris, promotionem ad diaconatum,

12 Caſtum propoſitum ſervare volens ſanctus Vir, primæ adoleſcentiæ ſuæ annis parentibus orbatus, hæreditate magna ex parte pauperibus erogata, pauca ſibi retinuit: qui deinde Aurelias profectus liberalium artium ſtudiis, ut Scripturarum paſcuis ampliùs frueretur, admirabili

B prudentia impendit. Omnem enim epularum luxum, & carnis laſciviam exhorrens alternis diebus jejuniis corpus ſuum macerabat. Grandior autem natu eruditiorque factus Liricantum unà cum B. Mathurino, ſacros Ordines ſuſcepturus, ad Polycarpum, Senonenſem Archiepiſcopum, profectus eſt. Et Mathurino quidem in presbyterum ordinato, dilectus Dei famulus Pipio ſupra diaconatûs Ordinem promoveri recuſavit: qui dum ſe magna humilitate à ſublimiori Ordinis faſtigio retrahit, Deo omnipotenti proximus conſtituitur.

iter Romanum, & in patriam cum S. Maturini corpore reditum,

13 Paucis à ſuſcepto Ordine diebus interjectis, eremitico cultu peregrinari cœpit; in medio autem itinere febre correptus aliquandiu in partibus Toloſanis commoratus eſt. Recepta demum ſanitate, iter incœptum repetens felici ſucceſſu tandem Romam, ubi Mathurinus erat, appulit; ubi non multò pòſt defuncto S. Mathurino, multis legitur claruiſſe miraculis, ut ipſa miraculorum magnitudine permoti Romani eum donis promiſſiſque ampliſſimis retinere contenderent; quibus neglectis, ſanctus Dei Confeſſor, nigro per circuitum pallio indutus, de-

C functi amici corpus ad patris domum reducendum procuravit. Unde factum eſt, ut, ita Deo volente, in patriam propriam reverteretur.

præparationem ad mortem præſcitam,

14 Redditus ſuis ſanctus vir Pipio, qui flebile corpus amici ſepelierat, de propria morte ac ſepultura curam egit, ad quam ſubterraneum quoddam ſacellum, in quo poſtmodùm provincialium conſilio eſt inhumatus, conſtruxit. Volens autem, ut erat Deo devotus, & eccleſiam ſacello adjungere, in ipſo medio opere interceptus obdormivit in Domino. Febre ſiquidem longa afflictus & exeſus, ut morti vicinus erat, ab angelo viſitatus & confortatus, coronam gloriæ ſibi paratam, feliciter audivit. Ex quo tempore nihil terrenum, ſed, quaſi jam cælos mente inhabitaret, divina omnia ſpirabat & eloquebatur tantiſper; dum circa annum Domini tercenteſimum, VI Nonas Octobris in pace requievit: cujus precibus ac meritis, peſte, febribus, variiſque languorum generibus multos hodie ſanari, credimus.

corporiſque elevationem ac miracula.

15 Cujus ſanctum corpus deinde à Ludovico Meledunenſi, Senonenſi archiepiſcopo, anno Domini MCCCCLXII, die IV menſis Junii elevatum eſt, atque tranſlatum in præfatam eccleſiam magno populorum concurſu. Collectis itaque & in capſula conditis ſancti Confeſſoris reliquiis, ut ejus memoria in perpetuum haberetur, templum viſitantibus, ac de bonis facultatibuſque ſuis, prout cuique viſum fuerit, largientibus, XL dies Indulgentiarum conceſſit. Miraculorum verò excellentiâ multorum voluit Deus omnipotens Sanctum ſuum à morte honorare: nam plurimos per tumuli ejus ingreſſum febrium languore exolutos & quotidie exolvi S. Pipionis meritis, omnibus innotuit. Pluvias quoque ſiccitatis tempore, ejuſdem Sancti reliquiis per vicos portatis, exoratas, à patribus noſtris audivimus, & ipſi plerúmque oculis noſtris conſpeximus, cùm ordine devoto ad fontem pago vicinum, LA FONTAINE DE SAINT PIPE, quem creditur Vir ſanctus manibus ſuis effodiſſe, pergeremus.

AUCTORE C. S.

Officii hujus auctor non eſt medio ſeculo XVI antiquior,

16 *Hactenus Lectiones Officii ex recenſione Labbei, quæ quanti valere videantur, modò expendamus. Opportunè Papebrochius in ſæpe dicta Notitia Ms. prætermiſſam à Labbeo Officii auctoris Præfationem tranſcripſit, quam & hîc exhibeo.* E

Hoc Lucione ſatus, Pipionis lætus honore,
Thomas Picardus reddidit Officium.
Mille & quingentis junge undenos quater annos,
Tempus habes: præſens qui tibi ſcripſit Opus,
Belnenſis vigil & placidus moderator ovilis
Indoluit, Sanctum laude carere ſua.
Ergò, ut, Chriſte, tibi Diviſque rependit honores,
Illi poſt mortem dona rependе tua.

Auctor igitur præmiſſarum Lectionum fuit quidam Thomas *cognomento* Picardus, *Belnenſis eccleſiæ parochus, ſed natus* Lucione, *quæ parva Galliæ civitas eſt in provincia Pictavenſi, epiſcopali tamen ſede gaudens, ſub metropoli Burdigalenſi, atque aliàs* Lucionium *&* Luciona, *vernaculè* Luçon *appellata; ſcripſitque anno* 1544, *quem numeri* mille quingenti *&* quater undeni *efficiunt.*

ac proindè nec ſatis idoneus biographus.

17 *Hæc epocha apprimè componi poteſt cum annis tranſlationum, quas ſuprà memoravi; nam harum prioris, anno* 1462 *factæ, expreſſa exſtat mentio in Lectione* 7, *apud me num. præcedenti; de altera verò, quam anno* 1653 *peractam dixi, altum in iiſdem Lectionibus eſt ſilentium; ut proinde ſtatuere liceat, Officium iſtud ſaltem non eſſe anno* 1462 *vetuſtius, nec recentius anno* 1653, *atque adeò potuiſſe, uti habet Præfatio, anno* 1544 *primùm componi. Secundùm hæc floruit hujus Officii auctor tertio decimo ſeculo poſt* S. Pipionem, *ſi hic, ut iſte num.* 16 *tradit*; circa annum Domini tercenteſimum.... in pace requievit. *Poſt tot autem ſeculorum lapſum ſcribens nequit eſſe de ejuſdem Sancti geſtis idoneus auctor, niſi ei ſua ætate longè antiquiora inſtrumenta præluxerint. Atque hic uno quidem in loco apud me num.* 13 *de ipſius in Urbe Romana commoratione de* Pipione *dicit:* Multis LEGITUR claruiſſe miraculis; *ſed nec, ex quàm vetuſto ſciptore iſta acceperit, ſcimus, nec, quæ ibidem narrat, ſeculo* III *exeunti aut ineunti* IV *congruunt, ut facilè credantur.*

Sanctum floruiſſe ſeculis tertio & quarto.

18 *Quare ego non omnia examinabo, quæ ſingula certè primus tradere non potuit ſcriptor tot ſeculis ipſo Sancto poſterior, ſi tamen tot ſeculis poſterior ſit. Credo equidem, ipſum potiſſimam eorum partem ex populari traditione accepiſſe,*

AUCTORE C. S.

piſſe, ſuiſque exornâſſe conjecturis; ſed quàm ſæpe & hæ, & iſta fallant, nil opus eſt dicere. Verùm age, in ætatem, quâ S. Pipio *floruit, inquiramus. Si Lectionum auctori credimus,* Pipio *à Polycarpo, Senonenſi archiepiſcopo, ordinatus diaconus eſt eodem tempore, quo S. Maturinus ab eodem præſule creatus eſt presbyter, hique duo ſimul Romæ fuerunt; ubi etiam* Pipio *rei claruit miraculis*, ut ipſa miraculorum multitudine permoti Romani eum donis promiſſiſque ampliſſimis retinere contenderent; *quibus ille neglectis, S. Maturini, ibidem interim defuncti, corpus in Galliam revexit, atque ipſemet apud Belnenſes ſuos* circa annum Domini tercenteſimum VI Nonas Octobris in pace requievit. *Floruerit ergò Pipio vergente ad finem ſeculo* III *& ineunte* IV.

ex Actis S. Maturini

19 *Et verò ad id temporis referendus ille eſſet, ſi de ejuſdem amicitia cum S. Maturino & Polycarpo Senonenſium epiſcopo, & de horum ætate conſtaret. De S. Maturino agendum in Opere noſtro erit ad Kalendas Novembris, quo die hic in genuino Uſuardino Romanoque Martyrologiis legitur. Interea dicere licet, ejus Acta, qualia Petrus de Natalibus ac Boninus Mombritius ediderunt, inſperſa fabulis eſſe, nec meliora eſſe gemina alia, quæ deſcripta habemus ex codicibus D. De la Mare & Claremareſceno. Apud iſtorum primum dicitur S. Maturinus unà cum parentibus ſuis ethnicis* à S. Polycarpo epiſcopo *baptizatus fuiſſe; apud alterum etiam presbyter ordinatus* à quodam ſancto Polycarpo epiſcopo. *Simillima leguntur in duobus Mss. noſtris; ſed nec hæc, nec illi de* S. Pipione *meminerunt, aut iſtius Polycarpi ſedem aſſignârunt; de Maturino autem quædam minimè veriſimilia, neque tempori congrua narrant.*

B

confirmari nequit,

20 *Aiunt ſiquidem, Maturinum presbyterum à Maximiano imperatore Romam invitatum, ut ex filia ſua dæmonem expelleret, imperatori conſenſiſſe, obſtrictis tamen ante jurejurando ab eo miſſis, ut ſi vel in itinere vel Romæ moreretur, corpus ejus in Vaſtinenſem pagum revehendum eſſet. Sic igitur Romam profectus dicitur ibidem non modò dictæ principis filiæ feliciter ſuccurriſſe, verùm etiam innumeros Romanos graſſante morbo liberâſſe, ac propterea tam à Maximiano, quàm à populo, magnis muneribus honoribuſque affectus, cùm diem ſuum ibidem obiviſſet, magnificè ſepultus fuiſſe; cúmque poſtridiè extra tumulum repertus eſſet, eodem imperatore, de ſuprà dicta pactione monito, mandante, in patriam ſuam honorificè relatus fuiſſe. Quàm fabuloſa hæc ſint, nil opus eſt exponere; nec ego alia de cauſa hîc retuli, quàm ne quis exiſtimet, ex S. Maturini Vita ſolidè firmari poſſe geſta ætatemve* S. Pipionis, *de quo inſuper nullum iſta verbum facit.*

C

nec poteſt ex ætate Polycarpi, qui an Senonenſis epiſcopus fuerit,

21 *Polycarpi, qui in* S. Pipionis *Officio* Senonenſis archiepiſcopus *appellatur, quàm obſcura ſit memoria, collige ex Sauſſayo, qui cùm ipſum ejuſdem ſedis ſanctis epiſcopis annumerandum cenſeat,* Tamen non ſine dolore (*inquit ad diem* 1 *Novembris in S. Maturino*) ferimus, quòd S. Polycarpus, qui eum (*Maturinum*) in Chriſto genuit, ad tam ſublimia provexit, nec exilem obtineat debiti honoris participationem. Nec enim ipſa in eccleſia Senonenſi.... ulla vix ejus extat venerandæ memoriæ ſcintilla: cùm pridem ejus ſacratiſſimum nomen ex pontificum illius eccleſiæ ſerie exciderit; porrò inter Sanctos, quos ea honorat, nullum hactenus locum ſortitus ſit. *&c. Inter alios quoque, qui eumdem inter ejuſdem ſedis antiſtites recenſent, Hugo Mathoudus illum nono loco repoſuit, aitque:* Certum item, S. Mathurinum, ſuæ diœceſis in Lyricantu Vaſtinenſi indigenam, ad ſacerdotium promoviſſe, ut in illius Actis à Baronio laudatis legitur. D

controvertitur:

22 *Cùm nullum Baronii locum determinârit Mathoudus, ego verò alium neſciam, in quo de S. Maturino loquitur Baronius, quàm in Martyrologio Romano ad diem* 1 *Novembris, ejus verba hùc transfero:* In pago Waſtinenſi S. Maturini confeſſoris; *deinde in Annotatis ibidem:* Uſuardus de eodem hac die. Ejus vitæ Acta habet Mombrit. tom. 2, & Petrus in Catal. lib. 10, cap. 6. Vixiſſe fertur temporibus Maximiani imperatoris. *Baronius itaque laudavit quidem iſta S. Maturini Acta, non tamen ait, hunc à Polycarpo Senonenſi ordinatum presbyterum eſſe, imò Uſuardino textui inhærens, ne* presbyterum *quidem dixit, tempuſque, quo S. Maturinus floruiſſe in iſtis legitur, non niſi dubiè adjecit in Annotatis,* Vixiſſe, *inquiens,* fertur temporibus Maximiani imperatoris. *Porrò eadem S. Maturini Acta pluribus, ut jam dixi, excutienda venient ad diem* 1 *Novembris: mihi interim cum Tillemontio tom.* 4 *Monument. Eccleſ. pag.* 484 *non ſatis idonea apparent ad S. Polycarpi epiſcopatum Senonenſem confirmandum.* E

neque ipſius iſtis ſeculis geſta congruunt Pipionis.

23 *Si tamen Polycarpus ſeculo* III *vergente ad finem Senonenſem (ut volunt) tenuerit cathedram, eodemque tempore floruerit Maturinus, mihi multò veriſimilius videtur, vel* S. Pipionem *amborum ætate longè eſſe poſteriorem, vel, quæ de eodem Romæ degente in Lectione* 4, *apud me num.* 16 *dicuntur, non minùs eſſe pro fabulis habenda, quàm ea, quæ num.* 23 *de oblatis Maturino donis honoribuſque ex hujus Vita retulimus. Par enim utrimque ſtat ratio; nimirùm, quòd iſtæc Chriſtianorum principum, non ethnicorum, temporibus congruant. Majorem quoque ſpeciem veri habebunt, ſi ad poſteriora Maximiano tempora referantur, quæ lectione* 2, *apud me num.* 13, *velut jam tum publica litterarum ſtudia Aurelianis floruiſſent, de eodem Sancto* Pipione *dicuntur:* Deinde Aurelias profectus liberalium artium ſtudiis, ut Scripturarum paſcuis ampliùs frueretur, admirabili prudentia [*ſe*] impendit. F

Alibi legitur obiiſſe anno 1306; *ſed nec hic annus*

24 *Et verò multis illum ſeculis (niſi typographicus error ſit) juniorem facit jam plus ſemel laudatus Morinus, pag.* 284, *ubi ejuſdem obitum* anno 1306 Nonis Octobris *affixit. Profitetur tamen hic, ſeſe ea, quæ de illius geſtis memoravit, accepiſſe ex Lectionibus eccleſiæ Belnenſis, ſubmiſſis ſibi à Jacobo Boucher, Artium magiſtro ejuſdemque eccleſiæ parocho, uti ſuprà jam obſervavi. Si has rectè ſecutus fuerit Morinus, erant ea cetera Labbeanis ferè conformes, atque æquè ac hæ de S. Maturino ac Polycarpo meminerunt, quorum tamen cùm iſtum Morinus ipſe pag.* 361 *ſub Maximiano Galerio floruiſſe, aſſerat; conſtetque, Maturinum, utpote jam ſeculo* IX *ab Uſuardo memoratum, ſeculo* XIV *longè eſſe antiquiorem, neceſſum eſt, vel annum emortualem* S. Pipionis *vitioſum apud ipſum eſſe, vel commentitia, quæ ipſe quoque de ambobus Sanctis ſacris Ordinibus per Polycarpum Senonenſem archiepiſcopum ſimul initiatis profert.*

25

A *cum ejusdem gestis congruit:*

25 *Sed & altero quoque argumento probari potest, eumdem annum* 1306 *longè à vero aberrare, aut falsò asseri, S. Maturini corpus à* Pipione *nostro Româ in Gallias umquam relatum fuisse. Dubitari enim meritò nequit, quin S. Maturini corpus in Wastinensi Galliæ pago jam quieverit, dum Usuardus illum seculo* IX *ad Kalendas Novembris sic annuntiavit:* In pago Vuastinensi, sancti Maturini confessoris; *nam alioquin Maturinus non hîc, sed Romæ annuntiandus fuisset, si Romæ mortuus, Romæ etiam tunc jacuisset. Si itaque S. Maturinus, ut ejus quoque Acta perhibent, Romæ obierit, in ejusdemque corporis in Galliam translatione partem aliquam habuerit* Pipio, *non potuit hic id officii serius, quàm seculo* IX, *præstitisse, atque adeò nec usque ad annum* 1306. *vivendo pertigisse ullo modo credendus est. Verùm quis ex hujus tam recentibus subsidiisque fidei Actis translationem illam eidem tuò adscribat?*

26 *Quam ob rem, ne diutius in tenebris palpem, hæc pauca de illius ætate observo. Primò: gesta ejus, in Lectionibus narrata, Maximiani Galerii aliorumve gentilium imperatorum temporibus minimè congruunt, minúsque à veris abhorrent, si ad Christianorum principum secula referantur. Secundò, si idem Sanctus vel paulò ante, vel etiam post Usuardum vixisse diceretur, minùs mirandum esset, quòd hic martyrologus, qui Maturinum, in eodem, ut volunt, pago natum, ac certè cultum, non prætermisit, de* Pipione *siluerit; nimirum sive quia hic tunc temporis vel nondum natus esset, vel cultu suo nondum innotuisset. Tertiò, cùm ejusdem Sancti corpus primùm* anno Domini MCCCCLXII *elevatum fuisse in Lectionibus Officii legatur, tam seram sacri pignoris elevationem multò minùs mirabimur, si ille anno* 1306., *ut habet Morinus, quàm si* circa annum Domini tercentesimum, *ut in iisdem Lectionibus narratur, obiisse diceretur. Hisce ego rationibus inductus,* Pipionem *nulli certo seculo potui adscribere.*

AUCTORE C. S. *itaque incerto ille seculo floruit,*

INDEX HISTORICUS IN TOMUM III OCTOBRIS.

ABahor, *Velut martyr annuntiatus, inter Prætermissos* 4 f
Abdala *Saracenorum in Hispania secundum Acta S. Placidi rex. Vide* Abdalla.
Abdalla *Saracenorum in Hispania secundum Acta S. Placidi rex* 65 c, 79 d, 94 f, 95, 96 a b, 98 b c, 99 b, 109 b, 130 c d, 131 b, 132 a d, 135 f, 145 e
Abderaman *Saracenorum rex* 337 c, 351 a; *à Carolo Martello victus fuit atque occisus* 428 f; *quo in prælio id factum* 337 d e, 352 c
Abdirama *Saracenorum rex. Vide* Abderaman.
Abienus *vir consularis* 802 b
† Abraham *patriarcha, inter Prætermissos* 259 e f
Abraham *episcopus Sergiopolitanus* 849 a
Abrahymus *Saracenorum rex, Siciliam ingressus ac depopulatus,* 101 e, 102 b c
Abundius *presbyter, qui concilio Romano I subscripsit,* 887 a
Acacius *patriarcha Constantinopolitanus* 848 d
Acerri (*Petrus*) *Claromontanæ in Basilicata regni Neapolitani provincia cartusiæ Prior restituti Ordini suo monasterii S. Stephani de Nemore possessionem adiit* 696 e
Achardus *sedis Arelatensis invasor, in concilio Avenionensi exauctoratus,* 612 a e
† Achilleus *martyr* 827 b c d f, 828 a, 831 b c, 832 d
Adalbertus *episcopus Wormatiensis synodo Quindiliburgensi, adversus Guibertum antipapam ejusque sequaces celebratæ, per legatum interfuit ac subscripsit* 465 d
† Adalgisus *episcopus Novariensis, inter Prætermissos* 259 d
Adalsquarus *monasterii Alciacensis fundator* 343 d
Adam *abbas Sandionysianus* 547 a
Adam *ecclesiæ Parisiensis canonicus & cantor* 517 c d
Adam *S. Brunonis Cartusiensis hospes* 517 b c, 520 a, 557 e, 597 b, 598 b, 676 e
Adaulphus *episcopus Compostellanus* 231 d
Adela *Roberti Frisii comitis Flandriæ filia, Rogerio duci Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ nupta,* 640 e, 645 d, 646 b
Adelaïs *uxor Rogerii Calabriæ & Siciliæ comitis* 102 f, 639 e, 640 f, 646 f, 647 a, 648 b e, 649 c e, 655 f, 656 c d, 657 a d, 658 b, 664 b c, 667 d e, 668 d e, 672 a, 685 b
Adelardus II *abbas Trudonopolitanus* 547 d e f, 548 b f, 549 a
Adelasia *uxor Rogerii, Calabriæ & Siciliæ comitis. Vide* Adelaïs.
Adelbertus *presbyter, missis Paderbornâ Cenomanos pro S. Liborii reliquiis accensitus,* 174 f, 185 d
Adelgisus *Longobardorum rex* 946 e
Adelprandus, *Liutprandi Longobardorum regis nepos,* 440 e
Ademarus *abbas Cluniacensis. Vide* Aimardus.
Ademarus *abbas Figiacensis* 433 a
Ademarus *vicecomes Lemovicensis* 313 d
Adeodatus *Papa* 90 f, 101 a c
† Aderitus *episcopus Ravennensis* 30 b, 32 c, 35 b; *ejus corpus inventum, Ravennam translatum ac tum sub metropolitanæ ibidem ecclesiæ aræ maximæ depositum* 37 f, 38 a d; *id*

id ibidem poſtea adhuc aſſervatum fuit, nec non hodieque aſſervatur 38 f, 39 a
Adrianus *I Papa* 887 b; *Carolomannum, Caroli Magni filium, mutato nomine, vocavit* Pipinum, *& Italiæ regem unxit* 803 c
Adrianus *II Papa* 830 f, 831 a
Adrianus *IV Papa* 782 d
Adrianus *V Papa* 578 f, 580 a
Adrianus *imperator* 20 c, 799 f, 800 a b d, 898 d
Adulphus *rex Weſt-Saxonum* 939 d e, 940 f, 941 e
† Ægidius *confeſſor Ordinis Minorum* 776 b c
Ægidius *archiepiſcopus Remenſis* 927 f; *Promotum, diœceſis Carnotinæ presbyterum, illicitè ordinavit epiſcopum* 928 a
Ælianus *Bagaudarum dux* 270 d
Ælius Publius Julius *Develti epiſcopus* 8 e
† Æmilius *martyr, Capuæ, ut videtur, paſſus,* 333 a, 828 d
† Æmilius *martyr in Africa paſſus,* 332 a
† Æoladius *epiſcopus Nivernenſis* 167 a
Æquitius *nobilis. Vide* Equitius.
† Ætherius *epiſcopus Autiſſiodorenſis* 397 a
Aëtius *Belli dux, Attilæ in Campis Catalaunicis victor* 149 b, 152 c, 336 e, 800 f, 801 a c d e f, 802 a b c f, 803 d e, 804 b, 809 f
Aëtius *Orientalis anni* 454 *conſul urbiſque Conſtantinopolitanæ præfectus* 801 c d
Afflicto (*Annibal de*) *archiepiſcopus Rhegienſis feſtum annuum Joanni martyri, cujus corpus Rhegium Româ fuerat allatum, decrevit* 260 f
Affringues (*Bruno D'*) *Ordinis Cartuſienſis præpoſitus generalis* 560 d
† Agacius *martyr, Squillacenſium patronus,* 641 e
† Agapitus *epiſcopus Ravennenſis* 30 b c e f, 32 f, 35 a b, 36 a b d e f, 37 d, 39 d; *corpus ejus quæſitum, inventum, Ravennam tranſlatum ac poſt tantummodò ibidem ſub eccleſiæ metropolitanæ ara maxima depoſitum* 38 a b c d e; *ſub hac illud ſeculo* XIV *fuit aſſervatum, nec non hodieque aſſervatur* 38 e f, 39 a
Agapitus *II Papa* 412 a d, 413 b; *donationem monaſterii S. Eniniæ, Calmeliacenſibus factam, approbavit, eique ſubſcripſit* 412 b c
Agapitus *epiſcopus Surrentinus* 394 d
† Agathangelus *martyr* 23 c
† Agatho *Papa* 422 b
Agatho, *velut martyr annuntiatus, inter Prætermiſſos* 4 f
Agila *Hiſpaniæ rex* 95 d e f, 962 a, 97 c
Agilulfus *Longobardorum rex* 804 f, 813 d; *Patavium juſſit exſcindi* 810 b
† Agnes de Monte Politiano 4 b; *Officium de ea recitandi facultatem Ordini Prædicatorum fecit Clemens VIII Papa* 42
† Agnes *virgo martyr* 264 e, 265 e
† Agricola *epiſcopus Nivernenſis* 167 a
† Agricola *martyr: ejus reliquiæ à S. Ambroſio in eccleſia, quam hic Florentiæ conſecravit, depoſitæ* 896 b c
Agricola *Mimatenſis ſeu Gabalitanus epiſcopus* 409 b c, 410 b c
Agricola *Aviti imperatoris filius* 49 d
Agricolanus *militiæ præfectus* 828 f, 829 b
Agrimus *epiſcopus Lingonenſis* 334 c d, 336 c, 338 c d, 343 c d f, 344 a, 354 c, 355 e, 363 a; *bona, quæ è veneratione in S. Prudentium à deceſſore ſuo data fuerant, legitimis poſſeſſoribus vindicavit* 339 d e; *ejus hac de re charta* 339 e f, 340 a
Agrinus *epiſcopus Lingonenſis. Vide* Agrimus.
Agrippinus *comes* 336 e f
† Aidanus *epiſcopus Lindisfarnenſis monachicam vitam ſemper egit* 401 f; *ſedem Lindisfarnenſem inſtituit* 405 d
Aimardus *abbas Cluniacenſis, inter Prætermiſſos* 3 b c
Aimericus *monaſterii Aquicienſis abbas, titulo funebri S. Brunonem veneratus,* 750 a
Aio *Longobardorum Beneventi dux* 419 e
Aiſtulphus *Longobardorum rex* 440 a e, 441 a b f, 442 a b, 443 a
Alamundarus *Saracenorum regulus* 853 a
Alanus *epiſcopus Redonenſis revelationi corporis S. Renati epiſcopi interfuit* 393 d
Alaricus *Gothorum rex* 89 d, 136 c
Alaricus *Viſigothorum rex* 40 c, 53 c, 293 a, 909 b
† Alaudius *epiſcopus Autiſſiodorenſis* 398 b
Albericus *epiſcopus Lingonenſis* 342 f; *Beſuenſe monaſterium Benedictinis curavit reſtitui, piéque in hos exſtitit munificus* 333 c, 347 f
Albericus *ſenator Romanus* 412 a
Albertus *canonicus Beverlacenſis, titulo funebri S. Brunonem veneratus,* 600 a, 757 f
Albertus *comes Anhaltinus donationi corporis S. Palmatii Trevirenſis, Carolo IV imperatori factæ, interfuit* 19 c
Albertus *miles, donationi, anno* 1076 *monaſterio S. Baſoli factæ, ſubſcripſit,* 511 c
† Albina *virgo martyr Caietam tranſlata ibique aſſervata* 380 b d
† Albinus *epiſcopus Andegavenſis* 430 e
Albinus *epiſcopus Mersburgenſis* 173 d
Albinus *Nienburgenſis ſeculo* XI *abbas idem fortè eſt cum Albino, cui à Sigewardo S. Meinulphi Vita inſcripta eſt,* 173 d e
Albinus, *cui Vita S. Meinulphi, quam ſcribendam curavit, eſt nuncupata* 173 b, 186 c, 209 d e, 210 b; *idem fortè eſt cum Albino, Nienburgenſi ſeculo* XI *abbate,* 173 d e
Alboïnus *Longobardorum rex* 83 e
Albſuinda *Alboïni, Longobardorum regis, filia* 83 e
Albuinus *epiſcopus. Vide* Albinus.
Alcherius *archiepiſcopus Panormitanus* 650 a b c d e, 651 a; *Turritanam, quam S. Bruno exſtruxerat, eccleſiam conſecravit* 648 a; *ipſummet ejus hac de re teſtimonium* 649 e f
Alchfridus *rex Northumbriæ* 402 b c
Alchfridus *Pendæ Merciorum regis filius fidem Chriſtianam, patre etiam, utut ethnico, non prohibente, fuit amplexus* 944 a
Aldefonſus. *Vide* Alphonſus.
† Aldegundis *Officio proprio in eccleſia Toletana culta, ejuſque ibidem aſſervatæ reliquiæ* 242 b
Aldenbrück (*Auguſtinus*) *Societatis Jeſu ſacerdos, de Muſeo noſtro optimè meritus,* 493 a, 494 d, 498 c d e f, 499 a b c, 777 e, 960 f, 962 f, 963 a, 964 f
† Aldephonſus *archiepiſcopus Toletanus. Vide* † Ildephonſus.
Aldericus *epiſcopus* 91 f; *quam ſedem tenuerit* 92 a b c d e
Aldricus *epiſcopus Cenomanenſis* 174 f, 175 a, 185 d, 186 f, 187 a; *ſacra S. Liborii lipſana Badurado, Paderbornenſi epiſcopo, largitus eſt* 185 c

Aldricus *diaconus, missis Paderbornâ Cenomanos pro S. Liborii reliquiis accensitus*, 174 f, 185 d

Alduinus *episcopus Lemovicensis* 432 c

† Alexander *martyr, inter Prætermissos* 258 c

† Alexander *martyr, Eumeniæ natus*, 8 f

Alexander II *Papa* 73 b c, 512 e, 897 b; *indulgentiam plenariam, quæ Deiparæ iconem, S. Gallæ viduæ divinitus olim, ut fertur, datam, visitantibus à Joanne I Papa, ut aiunt, fuerat concessa, confirmavit* 156 d; *de re hac quid sit censendum* 158 b c d e f

Alexander III *Papa* 653 b, 782 d e f, 784 c, 785 f, 797 f, 810 e; *donationes, Prioratui S. Fidis de Horsham factas, datâ bullâ confirmavit* 284 b

Alexander IV *Papa* 581 c; *privilegium academiæ Parisiensi impertiit* 706 e

Alexander VI *Papa* 60 b, 390 d

Alexander VII *Papa* 13 a b e, 14 d, 16 d; *reliquias S. Peregrinæ V. M. è Romano Priscillæ cœmeterio jussit extrahi* 12 e, 17 c

Alexander *episcopus ac metropolita Hierapolitanus* 837 e, 846 a c f, 847 a, 848 f, 849 a, 852 a, 870 e, 883 a d; *insignem ecclesiam eo loco, quo S. Sergius passus est, seu Resaphæ Sancto huic exstruxit, in eaque, quam etiam S. Baccho consecrâsse videtur, tam hujus quàm S. Sergii reliquias deposuit* 837 d, 846 c d e, 847 b c d e f, 848 a b c; *Resapham etiam adversus Saracenorum rapacitatem muris muniit* 848 c d; *pro Nestorio stetit, nec umquam, ut eum damnaret, potuit adduci* 845 f

Alexander *rex Macedoniæ, cognomento* Magnus, 217 a e

Alexander, *Theodosii II Bragantiæ ducis filius*, 775 f

Alexius *metropolita Kiovienſis, inter Prætermissos* 5 a b c d

Alfonsus. *Vide* Alphonsus

Alfredus *rex West-Saxonum* 939 d, 940 f, 941 b

Alfridus *rex, Editha magistræ S. Ositha virginis martyris secundum hujus Acta frater*, 938 c, 939 a d, 940 c, 942 b

Alfridus *rex, Oswii Nordanhymbrorum regis filius legitimus*, 938 d, 939 f, 940 a, 944 a

Alfridus *rex, Oswii Nordanhymbrorum regis filius nothus*, 938 d, 944 a

Alfridus, *episcopus Hildesienſis, regulam Aquisgranensem Assindiensis monasterii canonissis præscripsit* 192 c

Alhfleda *Oswii regis filia, Pendæ regis filio nupta*, 939 e

Alisia *Amedæi III comitis Sabaudiæ filia, Humberto Belli-joci domino nupta*, 780 f, 785 e

Almanzor, *Maurorum dux*, 231 c d, 244 f, 245 a

Aloysius *S. Mariæ in Cosmedin S. R. E. Diaconus Cardinalis. Vide* Aragonia.

Alphanus *archiepiscopus Salernitanus* 661 e

Alpherius *archidiaconus Capuanus* 829 b

Alphonsus II *Legionensis in Hispania rex, cognomento* Castus, 235 f

Alphonsus III *Legionensis in Hispania rex, cognomento* Magnus, 235 f, 236 e

Alphonsus V *Legionensis in Hispania rex* 230 b, 231 a, 234 f, 237 e

Alphonsus VI *Legionensis in Hispania rex* 232 b, 236 b

Alphonsus VIII, Hispaniarum imperator *dictus*, 240 e, 245 d, 940 b, 949 d, 950 a b f, 951 d e, 952 a c d; *Zamoræ episcopalem sedem petiit restitui* 240 b; *monasterii, quod postea* Vallis-paradisi *dictum fuit, fundationem datâ chartâ publicâ approbavit ac auxit* 950 d e; *plurima Cistercienſi familiæ monasteria in Hispania, auctore S. Bernardo Claravallensi, ædificanda curavit* 951 a; *S. Ferdinandi III Castellæ & Legionis regis proavus, non avus, fuit* 953 a

Alphonsus IX *rex Legionensis, S. Ferdinandi III Castellæ regis pater*, 953 a

Alphonsus X *Legionis & Castellæ rex* 237 c, 245 d

Alta-Villa (*Guillielmus de*) *chartæ publicæ uni atque alteri, S. Brunoni concessæ, subscriptus* 647 a, 664 b c

Alta-Villa (*Tancredus ab*) *nobilis Normannus, Roberti Guiscardi Apuliæ ducis, Rogeriique, Calabriæ & Siciliæ comitis, pater*, 640 d

† Altmannus *episcopus Patavienſis* 452 c, 453 e 457 b c f, 458 a f, 462 b, 466 a, 468 a, 471 b, 472 f, 473 a e, 474 a, 476 a c d e f; *Parisiis in studiis socium nactus fuit B. Adalberonem Herbipolenſem posteà episcopum*, 455 b; *adhuc juvenis episcopatum Patavienſem sibi prædixit, monasteriique exstructionem vovit* 455 c d; *votum illud posteà condens Gotwicenſe cœnobium implevit* 456 f; *à Gregorio VII Papa adversus Henricum IV, Germaniæ regem, stetit* 465 a; *pro Ecclesia tunc multa est passus* 455 e; *Thiemonem archiepiscopum Salisburgenſem Catholicum loco schismatici Bertholdi consecravit* 462 e; *monasterium Gotwicenſe in sanctissimæ Dei Genitricis honorem condidit* 471 c; *instauratam Lambacenſem ecclesiam unà cum B. Adalberone, à quo ad id per litteras invitatus fuerat, missis antè ad hunc humanissimis responsoriis, consecravit* 459 a, 474 c d e f, 475 a b c d e; *tempus, quo obiit* 475 f, 477 c

Alvaredus *Tancredi ab Alta-Villa filius* 640 d

Alveldia (*Arnoldus de*) *Ordinis Cartusienſis alumnus Vitam S. Brunonis scripsit* 541 d e

† Alvenera *virgo martyr. Vide* † Alvera

† Alvera *virgo martyr, apud Saussaynm ad* XXV *Augusti relata*, 268 e f; *quænam esse videatur* 269 a b c

† Alverta *virgo martyr, cujus reliquiæ cum corpore S. Phœbadii diu servatæ*, 268 e; *quænam sit & an certò soror S. Fidis* 268 f, 269 a b c

Aluredus *rex West-Saxonum. Vide* Alfredus.

Amalaricus *Hispaniæ rex, Crotechildi, Childeberti I Francorum regis sorori matrimonio junctus, obque hanc malè habitam occisus*, 908 f

Amalasunta *Theoderici Italiæ regis filia, materque Athalarici* 804 a b

Amalgarius *dux in Burgundia condidit largissimèque dotavit Besuense monasterium* 333 b

† Amandus *episcopus Trajectenſis* 414 f, 785 e; *Elnonense & Blandinienſe S. Petri monasterium exstruxit, uti & id, quod postea* S. Bavonis *dictum*, 751 f, 756 a b

Amandus *Bagaudarum dux* 270 d

Amanruësius *confessor, inter Prætermissos* 258 e f, 259 a

† Amantius *episcopus confessor, in Opere de S. Fidis Miraculis editionis Labbeanæ memoratus*, 312 a; *quis esse videatur* 312 b

† Amator *episcopus Autissiodorenſis* 396 b; *non dedit*

dédit S. Hieronymo, episcopo Nivernensi, S. Cyrici reliquias 169 b c
† Amatus *abbas, cujus corpus unà cum S. Marci Papæ & S. Concordiæ martyris corporibus anno* 1444 *in Laurentiana Florentiæ ecclesia inventum, ibidemque anno* 1461 *repositum fuisse testatur Franciscus Castilionensis* 895 a c e, 897 c; *sanctus ille Abbas quis sit, non constat* 896 f, 897 a; *tria ista corpora à S. Damaso Papa S. Ambrosio Mediolanensi episcopo, & ab hoc deinde S. Zenobio episcopo Florentino donata, tandemque ab hoc & S. Ambrosio in Laurentiana ecclesia fuisse deposita, fuit olim creditum* 895 b; *de re hac quid censendum* 895 f, 896
Amblardus *vir nobilis, in Opere de S. Fidis Miraculis memoratus,* 313 f, 315 c
† Ambrosius *episcopus Mediolanensis* 264 e, 385 d e f, 895 e, 897 b c d; *in Litaniis Sabbathi sancti admodùm antiquis invocatus fuit* 71 f; *sacra SS. Marci Papæ, Amati abbatis & Concordiæ martyris corpora à S. Damaso Papa accepisse, donataque deinde à se S. Zenobio episcopo Florentino in Laurentiana Florentiæ ecclesiâ unà cum hoc deposuisse creditus olim fuit* 895 b; *de re hac quid censendum* 895 f, 896, 897 a; *ecclesiam Florentiæ consecravit, in eaque SS. Vitalis & Agricolæ reliquias deposuit* 896 b c
Ambrus *Saracenus Christianus* 853 a
Amedæus II *Sabaudiæ comes Bengesiam ab Henrico III imperatore obtinuit* 779 d e
Amedæus III *comes Sabaudiæ* 781 b c, 785 d e; *fundandæ Arverienſi cartusiæ symbolam suam contulit* 780 d e, 781 a, 784 b *ejusdem etiam religiosæ domûs limites confirmavit* 780 f
Amedæus VI, *cognomento* Viridis, *comes Sabaudiæ* 494 c
Amedæus VII *Amedæi Viridis, comitis Sabaudiæ, filius, Sabaudiæ itidem comes* 494 c
Amellinus (*Franciscus*) *cameræ Apostolicæ clericus* 697 d e f,
† Ammonius *presbyter, Hieronymianis apographis inscriptus,* 329 c e f, 330 b, 331 f; *idem verosimiliter est cum Antonio, qui à Galesinio* VI *Octobris memoratur,* 330 a
Anastasio (*Leonardus de*) *subdiaconus monasterio S. Placidi de Colonero initium unà cum aliquot aliis dedit* 104 a b
† Anastasius *Persa martyr* 855 d
Anastasius I *imperator* 76 b, 81 d, 82 f, 84 f, 119 c; *à Justino & Justiniano, posteà imperatoribus, necandis terrifica sibi in somnis visione oblata fuit absterritus* 849 c d; *hâc illi sese spectandos dedisse SS. Sergius & Bacchus narrantur* 849 e f, 850 a; *de re hac quid censendum* 850 b c d, 851 d
Anastasius *Mediolanensis confessor ex Ordine S. Francisci, inter Prætermissos* 789 b c
† Andreæ *Apostoli reliquiæ Constantinopolim delatæ, ac post, cùm locus, quo fuissent reconditæ, ignoraretur, feliciter inventæ* 816 a c d
† Andreas *tribunus martyr* 844 e
Andreas *Prior Vivarienſis* 913 a
Andreas *laïcus seu conversus è S. Brunonis sex primis in Cartusia sociis* 533 b, 556 e, 596 c, 602 a b, 605 b, 606 d, 609 d, 704 e, 709 b, 712 b, 725 b, 726 c
Andreas *Constantis II imperatoris interfector* 100 b
Aneglia *Adalsquari, monasterii Alciacensis fundatoris, uxor. Vide* Anglia.
Angebaudus *archiepiscopus Turonensis* 393 a; *retexit corpus S. Renati episcopi* 393 d
Angela (*Joanna*) *secunda patris S. Ludovici Bertrandi uxor, hujus mater,* 767 d
Angelbertus *archiepiscopus Mediolanensis Brixiano SS. Fausti & Jovitæ monasterio immunitatem confirmavit* 946 c
Angelbertus *episcopus Patavienſis* 457 b, 476 a
Angelis (*Marcus de*) *clericus Regularis insignes S. Placidi reliquias Capuæ obtinuit* 113 a
Angerius *episcopus Catanensis* 650 a e f, 658 b; *exstructæ per S. Brunonem Turritanæ ecclesiæ consecrationi adstitit* 649 e f
Angilberga *Ludovici II imperatoris uxor* 831 a; *monasterium sacris virginibus Placentiæ condidit, locandasque in hoc S. Sixti Pontificis martyris aliorumque Sanctorum reliquias accepit* 830 c d e f
Angla *mulier adultera, monasterio Besuensi à Remigio, Pipini Francorum regis fratre, donata,* 342 f
Anglia *Adalsquari, monasterii Alciacensis fundatoris, uxor* 343 a; *olim quidem fortè, at non item hodie culta* 343 d
Anna *S. Nicetæ confessoris, ut dicitur, mater* 445 c, 446 b
† Anno *archiepiscopus Colonienſis* 464 a b
† Anselmus *archiepiscopus Cantuarienſis* 666 f, 669 a, 670 e f, 671 a; *iter ejus Romam versus, accessusque ad Rogerium, Apuliæ & Calabriæ ducem,* 667 a b c, 669 b, 670 d
† Anselmus *Foro-Julienſis dux ac dein monasterii Nonantulensis abbas ac fundator* 441 b f, 442 a; *Patavinum itidem S. Justinæ cœnobium, ut vult Leander Alberti, non exstruxit* 808 e f
Ansiricus *archiepiscopus Vesontionensis* 335 b, 349 b, 351 e; *synodum anno* 1124, *S. Prudentii biographo Theobaudo narrante, celebravit* 347 a, 370 f, 371 a
Ansoaldus *episcopus Pictavienſis monasterium, quod* S. Michaël in eremo *dicitur, in diœcesi Lucionensi exstruxit* 765 a
Ansprandus *Longobardorum rex* 441 e
Ansuinus *presbyter, à Normannis occisus,* 343 b
Antella (*Franciscus dell'*) *Ordinis Melitensis eques, erga S. Petrum de Imola reverens,* 247 b c
† Antelmus *Cartusiæ Majoris Prior ac dein Belicensis episcopus* 493 c d, 558 c, 560 a, 579 f, 722 a, 780 a, 782 d
Antelmus *episcopus Patracensis, in cartusiam Arverienſem piè munificus,* 781 b; *quis forsan is fuerit* 781 e f
Antestius *Guntchramni regis aulicus in S. Palladium, Santonensem episcopum, injurius* 932 c d e
† Anthia *martyr* 113 b
† Antidius *episcopus. Vide* † Antigius.
Antidius *episcopus Aginnensis* 930 e
Antidius *S. Hieronymi Nivernensis, ut conjicitur, hæres bona quædam, ab hoc antè accepta, in Salviniacense S. Stephani oratorium transcripsit* 169 f
† Antigius *episcopus Vesontionensis martyr* 336 a, 361 b c
† Antigius *episcopus confessor, die* XIV *Novembris cultus, an Brixiensis fuerit episcopus* 361 b;

b; *reliquiæ ejus Pauliaci* 360 b; *delatæ metu Normannorum in Italiam* 361 b
Antiochus *rex, ſub quo Machabæi paſſi*, 24 a
Antiochus *copiarum in Syria dux* 844 e
Antiochus *dux, à quo SS. Sergius & Bacchus necati*, 834 de, 835 ef, 836 bce, 838 bcf, 839 f, 841 bcd, 844 a, 863 f, 865 bde, 866 ab, 867 acdf, 868 abcde, 869 e, 870 c, 875 ef, 876 b, 877 f, 878 a, 879 abde, 882 cf, 884 b
Antiſt (*Vincentius Juſtinianus*) *Ordinis S. Dominici Vitam S. Ludovici Bertrandi Hiſpanicè conſcripſit* 693 c, 767 d
† **Antolianus** *martyr in Gallia, à Gregorio Turonenſi memoratus*, 336 bc
† **Antoninus** *archiepiſcopus Florentinus* 894 e, 895 c; *Vitam S. Zenobii epiſcopi Florentini interpolavit* 896 d
† **Antoninus** *martyr, feſtivitate annua jam inde à ſeculo quinto honoratus*, 845 bc
Antoninus (*Marcus Aurelius*) *imperator* 261 f, 262 bde, 330 b, 796 e, 800 e
† **Antonius** *abbas in Thebaïde* 483 e, 580 b, 594 c, 704 c, 711 d, 720 f; *in Litaniis Sabbati ſancti admodùm antiquis fuit invocatus* 71 f; *Budicenſis eccleſiæ altare princeps ei dedicatum* 201 f
Antonius *patriarcha Conſtantinopolitanus hæreticus* 449 e, 450 be
Antonius *S. R. E. presbyter Cardinalis Papienſis, Ordinis Cartuſienſis protector*, 697 f, 698 bf, 700 ef, 701 a; *Leonem X Papam, ut cultu eccleſiaſtico in Cartuſianorum domibus S. Bruno affici poſſet, vivæ vocis oraculo conceſſiſſe, teſtatus eſt* 697 e; *litteræ publicæ, quibus id fecit*, 696 f, 697 abcd
† **Apollinaris** *epiſcopus Bituricenſis in Gallia, inter Prætermiſſos* 6 ab
† **Apollinaris** *epiſcopus Ravennenſis* 30 c, 31 ac, 32 bdef, 33 abcef, 34 af, 35 acdef, 795 e; *inter Prætermiſſos* 3 a
† **Apollinaris** *epiſcopus Valentinus ad Rhodanum* 67 d, 311 e
Apollinaris *vir illuſtris, S. Sidonii filius*, 49 bc
Apollinarius *patriarcha Alexandrinus* 75 e
Apollo *falſum numen* 90 ab; *ejus idolum à S. Benedicto contritum, araque ſubverſa* 89 abc
† **Apollonius** *diaconus martyr* 266 e
† **Apuleius** *martyr Romanus* 832 e, 836 f, 837 a, 860 d, 866 a, 885 c; *ſacra ejus oſſa apud Soriam in Hiſpania inventa* 862 d
Aquila *Hiſpaniæ rex. Vide* Agila.
Aragonia (*Jacobus de*) *Cartuſiæ Neapolitanæ Prior, ab Ordine Cartuſienſi ad S. Brunonis canonizationem curandam, cartuſiamque S. Stephani de nemore recuperandam deputatus*, 695 abc, 696 f; *hujus à Leone X Cartuſianis reſtitutæ poſſeſſionem adiit* 696 de; *partem mandibulæ unà cum duobus dentibus S. Brunonis Franciſco à Puteo, Ordinis ſui Generali, dedit* 702 de, 734 e; *quî & quando id fecerit* 702 ef, 703 ab
Aragonia (*Ludovicus de*) *S. R. E. diaconus Cardinalis, monaſterii S. Stephani de Nemore abbas commendatarius* 695 a, 703 a; *id in manus Leonis X Papæ reſignavit* 695 ce, 696 d
Aragonia (*Petrus de*) *S. Ludovici, epiſcopi Toloſani, brachium Montis-peſſulanis reſtituere à Pontifice juſſus* 281 d
Arbo *patruus B. Adalberonis, Herbipolenſis epiſcopi*, 474 b
† **Arcadius** *epiſcopus Bituricenſis* 924 bde
Archambaldus *legitimus Oëbali, Torennenſis toparchæ, è Beatrice uxore filius* 317 d
Archanaldus *diaconus* 388 f, 390 ac, 391 e; *ſcripſit Vitam S. Maurilii, Andegavenſis epiſcopi*, 385 d, 389 ef
Archelaus *epiſcopus Caſcarorum in Meſopotamia* 829 de; *Martyrologio Romano inſcriptus, ſed cultu, ut vult Caſtellanus, eſt deſtitutus* 829 f
Archembaldus *princeps Borbonienſium* 908 c; *S. Leopardini corpus elevari rogavit, fuitque in Vivarienſem Sancti hujus prioratum piè munificus* 912 f, 913 abc
Archotamia *ſenatrix. Vide* Arcutamia
Arcucamiſa *ſenatrix. Vide* Arcutamia.
Arcucaniſa *ſenatrix. Vide* Arcutamia.
Arculamia *ſenatrix. Vide* Arcutamia.
Arcutamia *ſenatrix, S. Apollinaris Valentini epiſcopi conſanguinea*, 47 a, 57 b, 61 f, 64 bc
Ardes (*P. d'*) *Vitam S. Leopardini ad Majores noſtros Rothomago miſit* 906 b, 910 b
Ardeus *fautor S. Leopardini præcipuus* 906 cf, 911 d, 912 b, 913 c, 914 f, 915 bd, 918 e, 921 c; *Vivarienſem huic fundum donavit, donationemque etiam poſt auxit ac confirmavit* 908 d, 911 e, 912 a, 913 ad, 915 a, 919 e; *è Sancto illo occiſo ſibi apparente necem ei conjugis ſuæ machinatione fuiſſe illatam didicit* 918 cd
† **Aregius** *epiſcopus Nivernenſis* 167 a
Ariniſdus *monachus Conchenſis, corpus S. Fidis martyris Aginnenſibus callidè furatus*, 274 ef, 275 a, 276 b, 277 f, 278 ce, 290 e, 291 abccf, 292 af, 293 cde, 294 a, 296 a, 299 e
Ariviſcus *monachus Conchenſis. Vide* Ariniſdus.
Arlaldus *abbas Conchenſis* 304 e; *in Gallia Chriſtiana aucta* Arnaldus *vocatur* 306 a
Arles (*Andreas D'*) *Capuccinorum Cavallicenſium Guardianus* 771 b
Armellinus (*Franciſcus*) *cameræ Apoſtolicæ clericus. Vide* Amellinus.
Armentarius *epiſcopus Dumienſis* 229 e, 230 a
† **Arnaldus Cataneus** *abbas monaſterii S. Juſtinæ Patavii* 812 f; *ſacræ ejus exuviæ in veteri S. Juſtinæ eccleſia* 814 c; *è loco, in quo in hac jacebant reconditæ, ad majorem ejuſdem aram anno* 1502 *fuêre ad tempus tranſlatæ, ac deinde anno* 1562, *poſtquam legitimè inſpectæ fuiſſent, in nova eccleſia ſolemni ritu depoſitæ* 811 f, 812 de, 815, 816, 817, 818 abcd, 819 bc
Arnaldus *epiſcopus Meſſanenſis, in Meſſanenſe S. Joannis xenodochium piè munificus*, 102 ef
Arnaldus *epiſcopus Ruthenenſis* 311 bf
Arnaldus *abbas S. Petri Vivi Senonenſis* 345 f
Arnaldus *monachus Turritanus* 693 a
Arnoldus *caſtri Lambacenſis comes, B. Adalberonis, epiſcopi Herbipolenſis, pater* 454 abcde, 457 f, 458 a, 470 de, 476 c, 489 b; *cœnobium Lambacenſe in ſanctiſſimæ Dei Genitricis honorem exſtruxit ac dotavit, idque non monachis, ſed clericis ſeu canonicis* 455 f, 456 af, 457 ae, 471 f, 472 a
Arnulfus *Archembaldi Borbonienſium principis filius*

filius 913 b c

Arnulfus *princeps Firmitatis, in Vivarienſem S. Leopardini prioratum beneficus*, 913 b c

† Arnulphus *epiſcopus Metenſis* 244 f, 245 a

Arnulphus *imperator* 193 d e, 195 d e, 214 f, 223 c, 224 e

Arnulphus *archiepiſcopus Rhegienſis in Calabria* 499 e f, 633 d e f, 634 a

Arnulphus *affinis Hunaldi, Aquitaniæ ducis, miraculorum in S. Pardulpho virtutem expertus* 437 b

Aroniſdus *monachus Conchenſis. Vide* Ariniſdus.

Arſendis *Wilhelmi, tholoſani comitis, uxor, prole maſcula gemina S. Fidis patrocinio fœcundata*, 326 d e f, 327 a

† Arſenius *abbas*, 594 c, 704 c, 711 d, 720 f

Arſindis *Wilhelmi, Tholoſani comitis, uxor. Vide* Arſendis.

† Artaldus *Cartuſiæ Portarum Prior ac dein Belicenſis epiſcopus, ætatis admodùm provectæ factus*, 578 e, 579 f

Artaldus *Poncii, fratris Willelmi Tholoſani comitis, privignus & interfector* 326 e, 327 b

Artemius *epiſcopus Vaſionenſis concilio Matiſconenſi anni* 581 *ſubſcriptus reperitur* 399 c e

Artoldus *decanus de Seiſiriaco, in cartuſiam Arverienſem piè munificus*, 781 a b d, 784 c

Arturus *eccleſiæ S. Pauli Londini canonicus* 754 d

Aſſumptione (*Simplicianus ab*) *Auguſtinianorum Diſcalceatorum Labaci Prior* 16 c d e f, 17 b c d; *allatas illuc S. Peregrinæ V. M. reliquias approbari petiit ac obtinuit* 12 e f, 14 d e, 15 a b

Aſti (*Gerardus*) *civitatis Cremonenſis in cauſa reliquiarum S. Geroldi, Colonienſibus dandarum, deputatus* 961 d

Ataulfus *primarii apud Aquileienſes viri filius, quem à lepra Baptiſmo mundâſſe narratur S. Marcus Euangeliſta* 221 e

Athalaricus *Gothorum in Italia rex* 63 e, 80 b, 804 a

Athalocus *epiſcopus Arianus, multarum in Galliis cladium, Catholicis illatarum, cauſa*, 336 f, 337 a

† Athanaſius *patriarcha Alexandrinus* 889 a, 891 b

Athulphus *primarii apud Aquileienſes viri filius. Vide* Ataulfus.

Attila *Hunnorum rex* 56 f, 57 a, 800 f, 801 a c d, 802 b c, 810 c, 813 c d; *Aquileiam aliaſque huic vicinas urbes dirnit* 809 f, 810 a

Attila *incertæ ſedis epiſcopus* 236 c d f

† Attilanus *S. Froilani diſcipulus, ac dein Zamorenſis epiſcopus* 228 f, 234 c; *S. Froilani diſciplinæ ſe committit, fit novi ab hoc conditi cœnobii Prior, ac dein Zamorenſis epiſcopus* 233 a c d; *cultu eccleſiaſtico haud dudum poſt obitum cœpit affici* 229 c d

Atulphus *rex Weſt-Saxonum. Vide* Adulphus.

Avallena (*Hadimarus de*) *vir nobilis, in S. Fidis clientem injurius, viſoque, quo ſervatus hic fuerat incolumis, miraculo, facti pœnitens* 312 d e, 313 a b; *quis forſan fuerit* 313 d

Auctolandus *abbas. Vide* Autlandus.

Audaldus *monachus Conchenſis, Valentiâ Hiſpaniæ corpus S. Vincentii Levitæ Conchas transferre fruſtra conatus*, 274 e, 278 d

Audebertus (*R. P. Bernardus*) *S. Sulpicii Bituricenſis primùm moderator, ac dein S. Germani Prior* 906 b

Audelandus *abbas. Vide* Autlandus.

Audentia *SS. Aviti Viennenſis & Apollinaris Valentini epiſcoporum mater* 48 f

† Audoënus *archiepiſcopus Rothomagenſis* 256 d, 427 f; *Quintiliano, monaſterii S. Aureæ abbati ſeu patri ſpirituali*, Beati *titulum attribuit* 256 b e; *Resbacenſe S. Petri monaſterium exſtruxit* 755 e

Auduinus *monachus Cartuſianus, inter nives, quibus jacebat oppreſſus, poſt dies duodecim vivus repertus*, 565 a

Averſpergius *princeps ſolemnitati, quâ ſacra S. Peregrinæ V. M. lipſana in Labacenſem Auguſtinianorum excalceatorum eccleſiam anno* 1660 *fuêre illata, interfuit* 16 a b

† Auguſtalis *epiſcopus, die* VII *Septembris Faſtis ſacris inſcriptus*, 787 d

† Auguſtalis, *velut epiſcopus, in Florario noſtro Ms. & Greveno ad* VII *Octobris annuntiatus, inter Prætermiſſos* 787 c d

† Auguſtinus *epiſcopus Hypponenſis* 264 e f, 716 e, 720 f; *in Litaniis Sabbati ſancti admodùm antiquis fuit invocatus* 71 f; *Budicenſis eccleſiæ altare princeps ei dedicatum* 201 f; *ejus corpus ab exſulibus Afris, ut creditur, in Sardiniam primùm fuit delatum, ac dein à Luitprando, Longobardorum rege, Ticini honorificè depoſitum* 332 d; *attribuenda ei, quæ S. Brunoni adſcripta reperitur, ad Jeſum crucifixum oratio* 684 c

† Auguſtinus *epiſcopus Cantuarienſis*, Anglorum Apoſtolus *nominatus, inſigne Cantuarienſe in honorem S. Petri Apoſtoli monaſterium exſtruxit* 759 c; *S. Palladio Santonenſi epiſcopo à Gregorio Magno Papa datâ ad hunc epiſtolâ fuit commendatus* 935 b c d e

† Auguſtinus *martyr, fortè epiſcopus Capuanus* 330 d e f; *Capuæ veroſimiliter vel oriundus, vel paſſus eſt* 331 b

Auguſtinus Maria *Capuccinus* 776 f

† Auguſtus *presbyter abbas* 787 d; *peperam per Sauſſayum à S. Auguſto, ſolo presbyteri titulo in Martyrologiis conſignato, diſtinguitur* 922 e f, 923 a

Auguſtus *imperator* 292 d, 840 a

Auguſtus *epiſcopus Euphrateſiæ* 843 e; *qualis is epiſcopus dumtaxat fuerit* 884 f, 885 a

Avis *ſeu* Ave *vicecomitiſſa, cognomento* Blancha, 431 d f

† Avitus *Viennenſis epiſcopus* 45 f, 46 c d, 48 b, 49 b c d, 50 c d, 51 a b c, 52 a b c d e, 53 b, 55 a b c d, 60 b; *fuit S. Apollinaris, Valentini epiſcopi, frater germanus* 48 c d e f; *ſummum ejus Sedis Apoſtolicæ tuendæ ſtudium* 51 c d e; *ſynodum Epaonenſem convocavit* 53 c; *Stephanum, inceſtum fiſci regii præfectum, excommunicavit* 53 d, 59 b c

† Avitus *abbas Miciacenſis* 908 e

† Avitus *martyr, à Galeſinio* VI *Octobris memoratus*, 329 f, 330 a b, 333 d

Avitus *imperator, SS. Aviti Viennenſis & Apollinaris Valentini epiſcoporum fortè avus*, 49 b c d

† Aunarius *epiſcopus Autiſſiodorenſis* 397 a; *ejus reliquiæ in Autiſſiodorenſes S. Germani cryptas delatæ* 398 a b

† Aurea *virgo ablatiſſa* 256 b e

Aure-

Aurelianus *imperator* 30 d
Aurelianus *conſularis* 826 e, 827 a cd, 829 e f, 830 a
Aurelianus *Aurelii Fulvi conſulis filius* 827 c
Aurelianus *presbyter, teſtis rerum, quæ de S. Conſortia ſcriptæ ſunt,* 40 e
Aurelius (*Marcus*) *imperator* 262 a
Aurelius Fulvus *conſul* 827 c
† Aureus *collegiatæ Heiligenſtadienſis eccleſiæ patronus* 861 b
Auribellus (*Martialis*) *generalis Ordinis Prædicatorum Magiſter* 250 e f
Auſpicius *S. Domitillæ nutritius SS. Achillei & Nerei martyrum corpora viâ Ardeatinâ Româ haud procul ſepeliit* 827 c
† Auſtregiſilus *archiepiſcopus Bituricenſis* 414 e f, 913 f; *clero adjunxit S. Sulpitium, cognomento* Pium, *ſuum poſtea ſucceſſorem,* 913 e
Auſtrilles (*Ovidius de*) *notarius Apoſtolicus, inſtrumento donationis reliquiarum S. Peregrinæ V. M. ſubſcriptus,* 13 f, 14 a
Autlandus *abbas monaſterii S. Martini Turonenſis* 428 bc, 430 a b c, 436 e; *perperam, ut apparet, ab eo Sammarthani diſtinguunt Vudelandum* 428 b
Aymardus *abbas. Vide* Aimardus.
Aymericus *epiſcopus Claromontenſis* 562 e f
Aymo *epiſcopus Bituricenſis* 908 d, 913 a; *S. Leopardini reliquias elevavit locoque decentiori depoſuit* 907 f, 912 f, 913 a, 920 e
Aymo *Cartuſiæ Majoris Prior* 581 c d f,
Aynardus *grandævus Cartuſiæ Majoris converſus* 578 e, 579 f
Ayrmannus *monachus Beſuenſis, à Normannis cæſus,* 343 a b

B

† Babilla *virgo. Vide* † Balbina.
Babolenus *Fredegundis reginæ referendarius, bonis multatus,* 932 c
Bacca (*Joannes de*) *Paulariſtanæ in Caſtella Cartuſiæ Prior* 560 d
† Bacchus *martyr* 828 c d, 883 c e f, 884 a b f; *apud Soriam Hiſpaniæ urbem, apud quam ſacræ ejus reliquiæ ſub annum* 1470 *inventæ narrantur, cultu & miraculis clarus aſſeritur* 831 c d e f, 832 a d
Bacchus, *Salomonis Juſtiniani imperatoris exercitûs ducis frater,* 98 b
Bacle (*Guillelmus le*) *cantor Andegavenſis iteratæ corporis S. Renati epiſcopi revelationi interfuit* 393 e
Badilo *monachus Vezeliacenſis, quem S. Mariæ Magdalenæ reliquias è Provincia Vezeliacum detuliſſe ferunt* 355 b; *de re hac quid cenſendum* 355 c
Baduarius *Venetiarum ſeu Olivolenſis epiſcopus. Vide* Rivo-alto.
Baduradus *epiſcopus Paderbornenſis* 174 f, 175 a, 179 b, 183 a, 184 f, 185 b e, 187 b, 188 b, 189 b c d f, 190 b, 219 b, 221 f, 222 b; *S. Meinulphum adhuc puerum litteris imbuiſſe traditur à Gobelino* 219 a; *à vero id alienum apparet* 180 e f, 181 a b, 213 e; *eumdem tamen Meinulphum Canonicis adſcripſit, ſanoque etiam ſenſu enutriit* 181 c d, 211 a; *ſacra S. Liborii Lipſana ab Aldrico, Cenomanenſi epiſcopo, impetravit, legatoſque, qui ea acciperent, Cenomanos miſit* 185 c d, 186 f, 187 a; *Gobelini in tempore, quo ſedem ejus circumſcribit, error* 219 a, 222 a b; *oſſa ejus anno* 1068 *elevata, annoque* 1666 *priſtinæ venerationi reſtituta* 222 d; *cur non æquè ac Hathumarus inter Sanctos apud nos relatus* 222 c d
† Balbina *virgo, inter Prætermiſſos* 256 f, 257 a
† Balduinus *abbas Reatinus, cum Balduino Cardinali archiepiſcopo Piſano confuſus,* 258 a b
Balduinus *è Ciſtercienſi monacho S. R. E. Cardinalis archiepiſcopus Piſanus, inter Prætermiſſos* 258 a b
Balma (*Antelmus de*) *in cartuſiam Arverienſem piè munificus* 781 b f; *qua fortè è familia is fuerit* 782 a
Balma (*Sigibaldus de*) 782 a
Balme (*Petrus de la*) *dominus du Tiret & de Verfey* 782 a
Balſamo (*Nicolaus de*) *in primos monaſterii S. Placidi de Colonero Patres piè munificus* 104 b
Balthaſſar *epiſcopus Lucenſis* 794 c
Barbadicus (*Gregorius*) *S. R. E. Cardinalis epiſcopus Patavinus* 792 c
† Barbara: *ejus reliquiæ dono datæ* 13 c e
Barbetta (*Carolus*) *presbyter Senogallenſis* 14 a; *traditas ſibi à Cardinalis in urbe vicarii vices gerente S. Peregrinæ V. M. reliquias Auguſtinianorum excalceatorum procuratori generali dono dedit* 13 a b c e f, 14 f
Barbus (*Ludovicus*) *Patavinum S. Juſtinæ monaſterium reformavit* 808 f
† Baricus *martyr* 67 e, 68 a
Barocius (*Petrus*) *epiſcopus Patavinus* 811 f
† Barrus *epiſcopus Corcagienſis in Hibernia* 257 d
† Baſiliſſa *martyr* 884 b c d
† Baſilius *in Litaniis Sabbati ſancti admodùm antiquis fuit invocatus* 71 f
Baſilius *Macedo imperator* 102 a
Baſilius *Porphyrogenitus imperator* 444 f
Baſilius *Aquarum Sextiarum epiſcopus, epiſtolâ ab Apollinare Sidonio conventus,* 166 c
Baſilius *Cartuſiæ majoris Prior* 493 c d, 558 e, 722 a
† Baſſius *martyr. Vide* † Vaſius.
Bataille (*Robertus*) *canonicus* 544 c
† Bathildis *Francorum regina* 333 c, 408 d
† Bavo *confeſſor* 756 b
Bavo *decanus, donationi, anno* 1076 *monaſterio S. Baſoli factæ, ſubſcriptus* 511 c
Beatillus (*Antonius*) *ſermonem de S. Probo epiſcopo, Caietæ culto, majoribus noſtris ſubminiſtravit* 379 b
Beatrix ab Anglia *Joannis II, Britanniæ ducis, uxor* 590 d
Beatrix *Oebali toparchæ de Torenna uxor* 316 e, 317 b d e
Becemannus *abbas Lambacenſis, à B. Adalberone Herbipolenſi conſtitutus,* 456 a, 458 b c e, 473 f, 474 b c, 476 b e
Bechamet *Saracenus, à Normannis in Sicilia devictus,* 102 d
Becumenes *Siciliæ, ut Gaufredus vocat, admiraldus* 102 d
† Beda *in Litaniis Sabbati ſancti admodùm antiquis fuit invocatus* 71 f; *annos à Chriſti nativitate computandi methodum primus ex hiſtoricis obſervâſſe videtur* 157 e
Bedwinus *epiſcopus Orientalium Anglorum* 928 d e f, 941 f, 944 d; *ſacrum virginitatis velum*

lum S. Osithæ virgini martyri, uti in hujus Vita narratur, donavit 941 a b, 942 e f
Bego *abbas Conchensis* 270 e, 274 c d, 282 a; *cultum S. Fidis à Paschale II Papa firmari, ac ampliari obtinuit* 282 d; *Petrum Sancii, Aragoniæ regem, in monasterium suum è veneratione in S. Fidem expertus fuit munificum* 283 d
Belaphia *seu* Belaphius, *inter Prætermissos* 4 f, 5 a
Belisarius *Justiniani imperatoris belli dux* 79 c, 99 b, 129 f, 160 e f
Bellai (*Rainaldus du*) *archiepiscopus. Vide* Rainaldus.
Bello-loco (*Simon de*) *archiepiscopus Bituricensis* 912 e
Benaglia (*Cyprianus*) *abbas ac præses generalis Congregationis Cassinensis* 573 d
† Benedictæ *virginis martyris translatio, inter Prætermissos.* 259 d e
† Benedicta *Sanctimonialis Romæ, S. Galla viduæ in vivis dilecta*, 2 d, 148 a b f, 162 f, 163 e
Benedicta, *velut una è societatis Ursulanæ virginibus celebrata, inter Prætermissos* 2 c d
Benedicti, *cognomento* Nigri, *Ordinis observantium reformatorum S. Francisci, translatio, inter Prætermissos* 2 a
† Benedictus *abbas Casinensis, Ordinis ab eo dicti institutor*, 65 b c e, 66 d f, 67 a c d e, 68 e f, 69 b e f, 70 a c d e, 71 a e, 72 b, 73 d, 74 a b e f, 75 d, 76 f, 78 b, 79 b d e, 80 c f, 81 c, 82 c, 83 a b, 84 a b c d f, 85 a c d e f, 86 a b c d, 89 e f, 93 a b d e, 94 e, 99 f, 103 c, 104 a b, 110 a, 114 e, 115 a e f, 116 c d, 118 b c, 119 b e f, 120 a e f, 121 a b d e, 122 a c d, 123 a c d e, 124 a d e f, 125 a b c d e, 126 a b c f, 127 b d e f, 128 a b c e, 129 a b d e, 130 a b, 131 f, 133 c, 135 a e f, 137 d, 139 f, 140 c d, 141 e f, 142 a b c f, 143 f, 144 a b d, 145 a, 147 a, 161 f, 244 d, 622 f, 683 d e, 699 b, 711 d, 716 e; *in Litaniis etiam antiquis fuit invocatus* 71 e f, 72 d e f; *animam S. Germani, episcopi Capuani, in cælum deferri vidit* 91 d; *ejus erga S. Placidum alioſque discipulos amor* 86 e f, 116 a b d e, 117 a b c, 141 a b; *eum per Maurum discipulum submersionis periculo prodigiosè eripuit, condendoque Casinensi monasterio adhibuit adjutorem* 86 a b c d, 116 b c, 117 e f, 118 a b, 140 e f; *divinitus monitus fuisse narratur, ut Sublaco Cassinum abiret* 117 a b; *id faciens Placidum, non autem etiam Maurum, secum duxit* 87 a b c d; *migratio istiusub annum* 528 *evenit* 87 e f; *quænam tunc ac deinde Cassinum primùm appulsus gessisse narretur* 88, 89 a b c, 90 a b, 117 d e; *dæmon ei, dum monasterium ibidem conderet, spectandum se dedit* 90 b c; *Prodigia ab eo, istud ædificante, patrata* 117 f, 118 a b; *amplissimas possessiones à Tertullo, S. Placidi patre, aliisque narratur accepisse* 118 d e f, 119 a; *quænam ea fuisse perhibeantur, reque ipsa exstiterint* 90 d e f; *S. Placidum, qui eas auctoritate sua tueretur, in Siciliam misit* 70 d, 72 d, 91 b c, 120 d e, 141 c; *eò etiam novam monachorum coloniam post S. Placidi martyrium misisse narratur* 137 b c; *fictitia ad illum Messalini & Cilii Pompeii epistola* 136 e f, 138 d; *ejus obitus* 137 f; *corpus Cassino in Gallias delatum narratur à Theobaudo* 353 f; *Patris nomine, cultuque solemni à primis etiam Cartusianis fuit honoratus*, 621 a, 622 a b; *hisce tamen Benedictinam Regulam à S. Brunone fuisse præscriptam, consequens inde non est* 622 b
† Benedictus *Aretinus Ordinis Minorum Indulgentiam Portiunculanam per S. Franciscum petitam impetratamque ab Honorio III Papa, testatus est* 574 a b
Benedictus I *Papa* 397 a c
Benedictus III *Papa cœmeterium S. Marci instauravit* 887 b
Benedictus VIII *Papa donationem monasterii Arnacensis, abbatibus S. Martialis Lemovicensis factam, confirmavit* 431 d; *tam Gaufredi abbatis, quàm Hugonis, hujus successoris, tempore facere id potuit* 432 a
Benedictus XIV *Papa* 2 c, 229 f, 772 d, 774 f
Benedictus (*Zacharias*) *Cartusiæ S. Andr æ de littore Venetiis alumnus stylo ligato scripsit Vitam S. Brunonis, Cartusianorum patriarchæ,* 494 e
Benenatus *episcopus Opiterginus, epistolæ Agathonis Papæ & synodi Romanæ subscriptus,* 422 b d e
Benzelius (*Ericus*) *majoribus nostris notitiam de sede episcopali S. Eskilli subministravit* 257 b
Beraldus *monachus Besuensis, à Normannis occisus,* 343 b
Beremundus II *Legionensis in Hispania rex. Vide* Veremundus.
Berengaria *Alphonsi VIII, aliis VII, Castellæ & Legionis regis uxor* 950 d, 951 a
Berengaria *regni Castellani hæres, Alphonso IX regi Legionensi nupta, S. Ferdinandi III Castellæ & Legionis regis mater,* 953 a
Berengarius *abbas S. Laurentii Leodii* 548 a
Berengarius *canonicus Turonensis, hæreticâ suâ de Eucharistiæ Sacramento doctrinâ passim notus*, 500 a, 502 b, 504 d, 507 a b c, 508 a c e, 510 d, 680 f, 727 c; *S. Fulberto Carnotensi episcopo usus est magistro* 504 c; *an discipulum in Philosophia habuerit S. Brunonem, Ordinis Cartusiensis institutorem,* 504 e f, 505, 506
Bergandus *monachus Conchensis* 308 e, 309 f
Bergere (*Guillelmus*) *scholarum Andegavensium magister iteratæ corporis S. Renati episcopi revelationi interfuit* 393 e
Bèria (*Milo de*) *in monachos Besuenses piè munificus* 346 d
Bernardinus *Capuccinus Cavallicensis* 770 f, 771 a b c
† Bernardus *episcopus Carinolensis corpus S. Marci solitarii ad cathedralem suam ecclesiam anno* 1094 *translulit* 92 b c
† Bernardus *abbas Claravallensis* 258 a, 564 f, 628 b, 652 a, 734 c, 736 a, 948 a b, 950 c f, 951 b d, 952 c; *suorum coloniam, ut Belli-fontis monasterium ad Cistercienſia instituta adduceret, in Hispaniam misit* 949 f, 950 d; *Alphonso VIII, aliis VII, ut plurima in Hispania instituti Cistercienſis monasteria condenda curaret, auctor fuit* 951 a
Bernardus *archiepiscopus Toletanus* 236 a; *primus sedis hujus episcopus vocatur ab Urbano II Papa, & quo modo* 240 c d
Bernardus II *episcopus Belicensis* 786 a d; *in Cartusiam Arverienſem fuit piè munificus* 781 b e; *B. Artaldum honorificè sepeliit* 783 e, 785 b
Bernardus *episcopus Caietanorum* 379 f

Bernardus Guidonis, *episcopus Lodovensis, scripsit Vitam S. Pardulphi abbatis* 423 b
Bernardus *episcopus Nannetensis revelationi corporis S. Renati episcopi interfuit* 393 d
Bernardus IV *Paderbornensis è comitibus Lippiensibus episcopus* 184 b d
Bernardus *episcopus Patavinus* 812 c, 816 e
Bernardus *episcopus Zamorensis* 236 b, 239 d e, 240 e, 241 a; *qua ratione dicatur primus sedis hujus episcopus* 240 c; *pro obtinendis, qui in Belli-fontis monasterium instituta Cisterciensia inducerent, è Claravalle colonis ad S. Bernardum hujus abbatem scripsit* 950 c d
Bernardus *abbas monasterii S. Justinæ Patavii* 818 f
Bernardus *è monacho Benedictino cartusiæ Portarum Prior ac fundator* 779 e f, 780 b, 781 d, 783 f, 785 c; *B. Artaldum & S. Anthelmum, Belicenses episcopos, aliosque præclaros viros Ordini Cartusiensi adjunxit* 780 a
Bernardus *scholæ Andegavensis magister miracula S. Fidis litteris mandavit, idque Opus S. Fulberto, Carnotensi episcopo, dedicavit* 286 d e f; *quî & quando id fecerit* 287 a b c d; *qualis fuerit* 286 e, 288 b, 301 d, 302 a
Bernardus, *in Catalogo fratrum, qui post S. Brunonis obitum Lanvino in Turritana eremo obedientiam promiserunt, memoratus* 677 e
Bernardus, *in epistola S. Brunonis ad Radulphum Viridem memoratus,* 675 f, 677 d e f
Bernardus *monachus Conchensis, condendo Prioratui S. Fidis de Horsham in Angliam ductus,* 284 d
Bernardus *S. Bernardi Claravallensis discipulus, in Hispaniam ab hoc, quò ibi Cisterciense institutum propagaret, missus,* 949 f, 950 d
Berno *monasterii S. Philiberti abbas* 338 d
Bernoïcus *bona quædam, à S. Hieronymo Niverneusi episcopo antè accepta, in Salviniacense S. Stephani oratorium transcripsit* 169 f
Bernwelfus *episcopus Herbipolensis* 182 b; *ecclesiam Paderbornensem ante aditum à se episcopatum vicario episcopi munere aliquamdiu moderatus est* 182 c d; *monachis exstitit parùm æquus* 182 d e
† Berta *vidua, abbatissa Blangiacensis in Artesia,* 408 d e
Berta *mater Gaufridi de Lorotello, comitis Cantazarii,* 692 f
Bertchramnus *episcopus Burdigalensis* 856 c d, 929 e, 930 c, 932 a; *Gundobaldo, qui se Clotharii I Francorum regis filium dicebat, adhæsit, illiusque ex voluntate Faustianum presbyterum ordinari episcopum contra canonum præscripta mandavit* 929 a b; *ab episcopis & optimatibus, quòd Gundobaudo adhæsisset, examinatus acerbéque à Guntramno rege fuit increpitus* 930 b d e; *fuit etiam, quòd Faustianum contra canonum præscriptum ordinari jussisset episcopum, mulctâ pecuniariâ à Synodo Matisconensi punitus* 931 f; *varia in S. Palladium Santonensem convitia, præsente Guntramno rege, congessit* 931 d e
Bertetrudis *secunda Clotharii secundi, Francorum regis, uxor* 408 b
Bertharius *abbas Casinensis* 89 e
Berthemarius *abbas, in Præfatione Vitæ antiquæ S. Pardulphi memoratus,* 424 b c, 433 c f
Berthemarius *Senonensis S. Petri abbas* 424 b
Bertholdus *archiepiscopus Moguntinus* 861 c
Bertholdus *archiepiscopus Salisburgensis schismaticus, sede illa depulsus,* 462 e
Bertholdus *dux Carinthiæ à Gregorio VII Papa adversus Henricum IV, Germaniæ regem, stetit* 465 a c
Bertildis *comitissa, in Opere de Miraculis S. Fidis memorata,* 311 c, 312 b
Bertillis *comitissa. Vide* Bertildis.
Bertrada *Fulconis Andegavensis comitis uxor, illegitimè, vivente marito, Philippo I Francorum regi nupta,* 512 c, 513 e
† Bertrandus (*Ludovicus*) *Ordinis Prædicatorum* 693 c d, 767 c d
Bertrandus *abbas Moissiacensis* 433 a
Bertrandus (*Joannes Aloysius*) *tabellio, S. Ludovici Bertrandi pater, gravissima infirmitate, apparentibus sibi SS. Vincentio Ferrerio & Brunone, liberatus* 693 b c d, 694 f; *ab iisdem iteratò sibi apparentibus, ut in seculo maneret, fuit monitus* 767 d
Bertranus (*Joannes Aloysius*) *tabellio. Vide* Bertrandus
Beuf (*Joannes le*) *ecclesiæ cathedralis Autissiodorensis canonicus & succentor varias de S. Felicula notitias subministravit* 225 b c d e f, 226 a b c
Bibaucius (*Guilielmus*) *Cartusiæ Majoris Prior* 678 a b
Bichildis *Ardei in S. Leopardinum benefici conjux. Vide* Blitildis.
Biclet (*Stephanus*) *Ordinis Cartusiensis præpositus generalis* 699 e
Bigleniza *Justini imperatoris soror, ac mater Justiniani imperatoris* 82 b d e
Birellius (*Joannes*) *Cartusiæ Majoris Prior* 494 c, 551 c
† Birgittæ Viduæ canonizatio, *inter Prætermissos* 789 e
Bisius *episcopus* 938 d e
Biso *episcopus Paderbornensis* 172 b, 193 d e, 196 a, 214 f, 223 c, 224 e; *sancti Meinulphi diaconi corpus de terra, miraculis ad id impulsus, solemni ritu levavit, publicæque veneration exposuit* 195 a b c d e, 215 a b c, 223 d e
Blandolenus *sacerdos. Vide* Laudolenus.
† Blasius *episcopus martyr Sebastæ* 472 c, 473 c, 482 f; *monasterium Admuntense in ejus honorem à S. Gebehardo, Salisburgensi archiepiscopo, fuit fundatum* 471 b
Blasius *monachus presbyter Vitam S. Zenobii, episcopi Florentini, exornavit* 896 d
Blingerus *monachus Trudonopolitanus* 548 b
Blitildis *Ardei in S. Leopardinum beneficî conjux* 906 d f, 918 c d, 919 d, 920 d; *mariti in hunc piam munificentiam agre ferens, à sicariis sanctum virum occidendum curavit* 912 a b c d, 915 d e f, 916, 921 c d e; *occisi corpus, quod, scrobi ab his injectum, insolito lumine prodebatur, semel ac iterum in aquas demergi jussit* 917 f, 918 a b e; *infelix ejus interitus* 912 d, 918 f
Blömenvenna (*Petrus*) *Cartusiæ Colonienses alumnus multisque annis moderator scripsit Vitam S. Brunonis, Ordinis sui patriarchæ,* 494 f, 541 f; *visitator etiam provinciæ Rheni parvam capitis S. Brunonis portionem accepit eamque honorificè in ecclesia domûs suæ deposuit* 701 e, 702 a b, 734 f; *quî factum, ut illam ante annum 1516 non acceperit* 702 b c
Boamundus *Rogerii Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ ducis frater* 647 d, 649 a

Boecheim (*Petrus*) *cartusiæ Colonienſis procurator, ac dein Confluentinæ Prior* 768 c

Boëmundus *Trevirenſis archiepiſcopus* 19 d; *totum ferè S. Palmatii, Trevirenſis martyris, corpus Carolo IV imperatori donavit* 18 f, 19 a b

Boëtius (*Anicius Manlius Severinus*) *conſul* 78 d e f, 79 a b f, 80 a, 83 d, 90 d, 118 b, 120 a, 151 b c, 152 d e; *laudatur à Procopio* 150 f

Boëtius (*Flavius*) *conſul* 78 d e

† Boiſilus *præpoſitus Mailroſenſis* 403 b

Bolco *dux Teſſinenſis donationi corporis S. Palmatii Trevirenſis, Carolo IV imperatori factæ, interfuit* 19 c

Boleſlaus *dux Falkenbergenſis donationi corporis S. Palmatii Trevirenſis, Carolo IV imperatori factæ, interfuit* 19 c

Bona *Galeacei Sfortiæ, Mediolanenſium ducis, uxor, emiſſo ad B. Matthæum Mantuanum voto, ſanitatem filio obtinuit* 253 a

† Bonaventura *ſcripſit Vitam S. Franciſci Aſſiſiatis* 574 a

Bonellus (*Rogerius*) *chartæ publicæ, S. Brunoni datæ, ſubſcriptus* 648 c f

Bonifacius I *Papa* 46 c, 50 e f

† Bonifacius IV *Papa* 415 a, 416 d

Bonifacius VIII *Papa* 158 e

† Bonifacius *archiepiſcopus Moguntinus* 182 a, 183 b, 261 a; *epiſcopatum Herbipolenſem inſtituit* 451 b

† Bonifacius *martyr* 258 c

Bonifacius *marchio Montis-ferratenſis* 640 f, 657 d

Bonifacius *abbas Conchenſis* 284 e; *privilegium, Prioratui S. Fidis de Horsham conceſſum, confirmari obtinuit* 284 d

Bonitus *abbas Caſinenſis* 82 a

Bononia *matrona nobilis. Vide* Renonia.

Bono (*Petrus*) *Calabrinæ S. Stephani Cartuſiæ Prior* 769 c

Borgia (*Joannes*) *Philippi II, Hiſpaniarum regis, ad Rodulphum II imperatorem legatus reliquias S. Palmatii Trevirenſis Ulyſſiponenſi Societatis Jeſu domui profeſſæ dedit* 20 d e

Borgus (*Romanus*) *Italicè ſcripſit Vitam S. Geroldi, pro martyre culti*, 955 f, 956 a b, 957 a

Boſo *abbas B. Mariæ Crudatenſis, S. Hugonem Gratianopolitanum beneficum expertus*, 626 a

Boſo *Ordinis Cartuſienſis Prior generalis* 581 a e, 582 a

Boſſius (*Franciſcus*) *epiſcopus Novarienſis in Tabulas eccleſiaſticas S. Adelgiſum retulit* 945 e, 946 b

Boucher (*Jacobus*) *artium magiſter eccleſiæque Belnenſis parochus* 966 c, 968 f

Bovo *Cartuſiæ Withamienſis Prior, ætatis admodùm provectæ factus*, 579 f

Bourgeois (*Pardulphus*) *antiquam S. Pardulphi Vitam diligenter quæſivit, inventamque ad Majores noſtros miſit* 423 e f

Bozo *monachus, conſuetudinis recitandi horarias de ſanctiſſima Virgine Maria preces obtrectator*, 655 e

Bragantia (*Theotonius à*) *archiepiſcopus Eborenſis partem capitis S. Brunonis ab Ordinis Cartuſienſis Generali obtinuit hermæque argenteo honorificè incluſam Cartuſiæ Eborenſi dedit* 775 d e

Brano *pater S. Ywii diaconi confeſſoris* 404 e

Brantes (*N. de*) *eccleſiæ Avenionenſis theſaurarius & pœnitentiarius, de Muſeo noſtro bene meritus*, 40 c d, 44 e

Brantio *presbyter ſcripſit chartam, in Beſuenſis monaſterii favorem ab Agrimo Lingonenſi epiſcopo conceſſam*, 340 a

Brenken (*Renetus de*) *miles* 205 b

Bret (*Carolus le*) *Cartuſiæ Montis-Dei Prior* 589 e

† Brigida *virgo thaumaturga* 938 f

Brocchi (*Joſephus Maria*) *ſacerdos, protonotarius Apoſtolicus & ſeminarii Florentini rector ſcripſit elogium B. Petri de Imola* 246 b

Bruniehildis *Sigeberti I Francorum regis uxor* 908 f, 909 b, 928 b, 935 a

† Bruno *archiepiſcopus Colonienſis; inter Prætermiſſos* 259 f

† Bruno *epiſcopus Herbipolenſis die* XVII *Maii cultus*, 451 b, 455 b e, 456 b c; 473 a, 490 b

† Bruno *Ordinis Cartuſienſis inſtitutor* 783 c, 785 d; 842 c

Bruno *epiſcopus Lingonenſis* 345 b; *in ſuburbana civitatis Caſtellionenſis eccleſia canonicos inſtituit* 746 d

† Brunus *archiepiſcopus. Vide* † Bruno.

Bucerus (*Martinus*) *hæreticus* 768 c

† Bucolus *epiſcopus Smyrnæ* 11 a c

Builhon (*Gotfridus de*) *dux Lotharingiæ. Vide* Godefridus Bullonius.

Builia (*Clara*) *virgo abbatiſſa, inter Prætermiſſos* 259 c

Buranus (*Henricus*) *eccleſiæ Paderbornenſis præpoſitus* 197 e; *S. Meinulphi reliquias è monaſterio Budicenſi Paderbornam transferre, incaſſum, ut narratur, fuit conatus* 197 c d

Buranus (*Mauritius*) *tribunalis cæſarei Spiræ dia præſes, ac tandem Societatem Jeſu amplexus* 176 f, 177 a e

† Burchardus *epiſcopus Herbipolenſis* 182 a b d, 183 a, 451 b, 456 c, 468 e

Burchardus *epiſcopus Baſileenſis, excommunicationis ſententiâ in ſynodo Quindiliburgenſi, adverſus Guibertum antipapam ejuſque ſequaces celebrata, percuſſus*, 465 e

Burchardus *epiſcopus Patavinus collata à deceſſoribus ſuis monaſterio S. Juſtinæ bona confirmavit* 808 c

Burchardus *abbas S. Baſoli* 634 c

Burchardus *comes Magdeburgenſis donationi corporis S. Palmatii Trevirenſis, Carolo IV imperatori factæ, interfuit* 19 e

Buren (*Bartholdus de*) *partem Wevelsburgenſis dynaſtiæ in feudum ab Ottone, Paderbornenſi epiſcopo, accepit* 178 a

Burgundia (*Henricus à*) *pater Roberti à Burgundia, Lingonenſis epiſcopi*, 513 e

Burgundia (*Robertus à*) *epiſcopus Lingonenſis* 514 a, 599 e; *S. Brunone, Ordinis Cartuſienſis fundatore, magiſtro Remis uſus fuit* 513 f, 530 d; *titulo funebri huic parentavit* 743 a b

Buſqueto (*Petrus de*) *Vallenſis in Cathalonia S. Cucuphatis monaſterii abbas* 281 a

C

CAblicanus (*Auguſtinus*) 14 c

Cablicanus (*Jacobus*) 14 e

Cacanus *Avarorum rex* 83 f

Cæcilianus *Carthaginenſis in Africa epiſcopus* 389 b

Cælestinus II *Papa* 691 e, 893 e, 903 b

Cælestinus III *Papa* 691 b f; *indulgentiam plenariam, quæ Deiparæ iconem, S. Gallæ viduæ olim, ut fertur, divinitus datam, visitantibus à Joanne I, ut aiunt, fuerat concessa, confirmavit* 156 e; *de re hac quid censendum* 158 b c d e f; *nosocomium prope ecclesiam S. Mariæ in Porticu exstruxit ac dotavit* 159 c d; *Turritanæ eremi Cartusianis facultatem transeundi ad Ordinem Cisterciensem fecit* 691 c d

Cælius Saturninus *præfectus prætorio* 800 d

Cælius Urbanus *consul* 800 d

†† Cæsarii, Veronæ & aliorum *translatio, inter Prætermissos* 260 b

† Cæsarius *episcopus Arelatensis* 40 f, 50 a; 56 b d, 61 e, 63 d e

† Cæsarius *martyr* 833 e

Cæsarius *diaconus, inter Prætermissos* 789 e

Cæsarius *Heisterbachensis scripsit Acta B. Margaretæ Lovanienſis* 554 c

Cæsius (*Sebastianus*) *notarius* 13 a b f, 14 a

† Caius *Papa* 332 e

† Caius *martyr, Eumeniæ natus,* 8 f

† Caletrici *episcopi Carnotensis inventio, inter Prætermissos* 789 d

Calisius (*Wenceslaus Adalbertus*) *canonicus Vetero-boleslaviensis, de sacris reliquiis in Carelsteinensi Bohemiæ arce asservatis testatus,* 19 c d

Calistus. *Vide* Callixtus.

Calixtus. *Vide* Callixtus.

Calliſtus. *Vide* Callixtus.

Callixtus II *Papa* 236 b, 238 a f, 240 b e f, 241 a, 642 a, 809 c

Callixtus III *Papa* 793 f; *per Deiparæ iconem S. Gallæ viduæ olim, ut fertur, prodigio concessam, beneficium obtinuit, hincque, quæ illam visitantibus à Joanne I Papa, ut aiunt, fuerat concessa, indulgentiam plenariam confirmavit* 156 e

Callixtus *patriarcha Aquileiensis* 440 e

† Calocerus *episcopus Ravennensis* 30 b, 32 e, 35 b; *ejus corpus inventum, Ravennam translatum ac tum sub metropolitanæ ibidem ecclesiæ ara maxima depositum* 37 f, 38 a d; *id ibidem posteà adhuc asservatum fuit, nec non hodieque asservatur* 38 f; 39 a

Calvus (*Thomas*) *Messanensis monasterii S. Joannis Baptistæ abbas, in miracula, S. Placidi sociorumque inventionem subsecuta, jussus inquirere,* 106 d

Campolongus (*Antonius*) *cancellarius Patavinus* 819 f, 821 e

Campulus (*Placidus*) *quartus monasterii S. Placidi de Colonero abbas* 71 c, 103 d f; *ad amæniorem id locum transtulit* 104 c

Candidus *episcopus Sergiopolitanus* 840 d, 849 a; *à Chosroë, Persarum rege, quòd promissa non implevisset, in carcerem fuit conjectus, nunquamque dimissus* 852 f, 853 a

Candidus *presbyter, à S. Gregorio Magno Papa Palladio Santonensi, aliisque duobus episcopis commendatus,* 935 d

Canutus *Danorum rex* 401 c d

Capgravius *Vitam S. Ywii diaconi confessoris vel scripsit vel ex Joanne Tinmuthensi compilavit* 400 b

Capillacius (*Petrus*) *secretarius, instrumento donationis reliquiarum S. Peregrinæ V. M. subscriptus,* 13 f

† Capitolina *martyr* 378 e f

Caprarius *episcopus Casinensis* 89 b

† Caprasius *martyr Agennensis* 263 e f, 264 a b

de, 265 b, 266 a, 267 e f, 269 f, 270 b; 271 a b d e f, 281 d, 285 f, 286 e, 289 b c, 295 c, 425 f; *inter Prætermissos* 260 a b; *an eodem, quo S. Fides, die passus sit* 269 c d e, 296 e; *sacræ ejus reliquiæ à S. Dulcidio translatæ* 272 e f, 273 a b c d

Capua (*Raymundus à*) *XXIII generalis Ordinis Prædicatorum magister. Vide* Raymundus à Capua.

Caramanna (*Franciscus*) *sacerdos* 104 d; *Apparitio ei, uti ipsemet retulit, oblata* 104 e

Carbone (*Jacobus*) *vir nobilis exstructum B. Matthæo Mantuano sacellum exornavit* 253 a

Carinus *imperator* 22 c

Carolomannus *Francorum rex, Ludovici Balbi filius,* 339 d, 352 e, 354 e, 362 a

Carolomannus *Ludovici Germaniæ regis filius, rex Bajoariæ dc dein etiam Italiæ* 831 a b

Carolomannus *Caroli Martelli filius* 424 a, 428 a; *Chunoaldum, Aquitaniæ ducem res novas molitum, ad officium redire compulit* 429 c; *quandonam id factum* 429 c d e

† Carolus *Magnus imperator* 71 f, 72 a, 101 d, 102 b, 169 a d e f, 170 a, 171 a, 172 c e, 176 f, 177 f, 178 a b d e, 179 a e f, 180 b c d f, 182 b, 190 b c, 210 d, 213 c d, 218 c e f; 219 a e, 220 e f, 221 a b e f, 275 c, 277 a b, 279 e; 290 d; 295 f; 338 a; 339 c d; 342 f, 352 d, 354 d, 405 e, 424 b, 428 b, 430 c d, 440 e, 461 a b, 489 d, 803 b c, 805 e f, 830 e, 887 b, 946 e; *in ecclesiam Nivernensem exstitit munificus, eorumque, quæ ei antè fuerant ablata, partem restituit* 167 e, 168 b c d e f, 169 b; *de sacro fonte S. Meinulphum levavit* 172 d, 180 a, 181 e; 198 f, 202 b c, 210 e, 218 e; *eum etiam Christianè educandum litterisque imbuendum curavit* 180 e, 181 a b; *sedem episcopalem Paderbornæ instituit, primumque hujus antistitem designavit Hathumarum* 179 f, 218 d, 221 c; *monasterium Conchense donis privilegiisque ditâsse narratur* 293 a; *Hunaldum, qui post Waifarii obitum Aquitaniam occuparat, regione hac excedere compulit* 430 d

Carolus *Calvus Francorum rex, ac dein etiam imperator* 72 a, 168 a f, 169 a f, 276 a b, 338 a c, 396 d, 430 b; *diploma in ecclesiæ Nivernensis favorem concessit* 168 c d; *terrifica S. Cyrici, qui in somno sibi apparuerit, specie ad bona quædam ecclesiæ Nivernensi restituenda impulsus non fuit* 169 b c d; *S. Porciani monasterium ad S. Philiberti monachos transtulit* 910 d e

Carolus *Crassus imperator* 275 c d e f, 277 a b, 278 a c, 292 a, 294 a, 298 c, 340 a, 342 b, 343 e, 354 e, 361 c, 362 e; *in expeditione, adversus Normannos susceptа, nihil majestate imperatoria dignum gessit* 341 d e, 342 c

Carolus IV *imperator & Bohemiæ rex* 862 a b c; *totum ferè S. Palmatii, Trevirensis martyris, corpus à Boemundo, Trevirensi archiepiscopo, accepit* 19 a b; *Pragam id detulit, ac partim cathedrali ibidem ecclesiæ donavit, partim in arce Carlsteinensi deposuit* 18 f; *excitavit & in hac ejusdem sancti Martyris honori templum* 19 d e f; *attulit etiam Româ atque in arce Carelsteinensi deposuit S. Palmatii, martyris Romani, reliquias* 19 e; *alias insuper plurimas undequaque acquisitas diversorum Sanctorum, ac nominatim SS. Sergii & Bacchi, reliquias metropolitanæ Pragensi eccle-*

sia

ſiæ donavit, diemque feſtum, quo quotannis celebritatis, quâ Pragam fuêre delatæ, memoria recoleretur, inſtituendum curavit 861 d e f
Carolus V *imperator* 945 f
Carolus VI *imperator victoriam de Turcis in Hungaria anno* 1716 *retulit* 788 a
Carolus Simplex, *Francorum rex*, 275 e f, 276, 344 d, 345 a, 354 e, 362 e
Carolus VII *Francorum rex exuſtam Belnenſem eccleſiam inſtauravit* 966 f
Carolus I *rex Siciliæ* 71 a, 103 c
Carolus Martellus *major-domus Franciæ* 169 a, 350 f, 424 a e, 425 e, 427 f, 428 d, 429 c d e, 430 b c d, 435 e, 437 f, 438 b, 439 a; *Saracenos inſigni clade ſemel ac iterum proſtravit* 337 c d e, 351 a, 352 b c, 428 e f, 429 a, 436 e; *fabula de ejus damnatione conficta* 351 b; *unde orta hæc ſit* 352 c; *Chunoaldo, Eudonis Aquitaniæ ducis defuncti filio, regionem hanc dedit* 428 a, 430 a, 437 e
Carolus *epiſcopus Andegavenſis in nova capſa, quod ex S. Renati reliquiis Calviniſtarum furor reliquum fecerat, depoſuit* 394 a
Carozza (*Stephanus*) *ſacerdos, Ordinis Cartuſienſis olim alumnus, felicem obitum S. Brunonis patrocinio adeptus,* 768 f, 769 a b
Carpilio *filius Aetii, Hunnorum victoris,* 801 a c, 802 a b c
Carpilio *ſocer Aetii, Hunnorum victoris* 801 d f, 802 a
Carrafa (*Fabricius*) *marchio Caſtri-veteris febri acutiſſima, cùm terram, ab avo ſuo Calabrinæ S. Stephani cartuſiæ reſtitutam, injuſtè iterum occupâſſet, divinitus fuit correptus, reſtitutioneque promiſſa, liberatus* 769 b c d
Carrafa (*Joannes Baptiſta*) *comes Agrottariæ* 769 b d; *graviſſimo morbo, cùm reſtitutionem, cujus faciendæ à S. Brunone ſibi apparente fuerat monitus, fuiſſet pollicitus, brevi fuit liberatus* 767 e f
Carrafa (*Laura*) *comitiſſa Arenarum, facto à marito S. Brunoni voto, graviſſima infirmitate fuit liberata, fœtumque feliciter enixa* 766 f, 767 a
Carrara (*Paulus*) *Congregationis Somaſchæ ſuperior generalis, ut aliquid è capite S. Geroldi Coloniam Agrippinam mitteretur, tandem permiſit ac poſt etiam mandavit* 961 a b d
Carraſſus (*Bernardus*) *Cartuſiæ majoris Prior* 577 f
Caſinarius (*Jacobus*) *inſtrumento donationis reliquiarum S. Peregrinæ V. M. ſubſcriptus* 13 e
Caſſador (*Guilielmus*) *epiſcopus Barcinonenſis novam Patavini S. Juſtinæ monaſterii eccleſiam conſecravit* 809 d
Caſſetta (*Salvus*) *generalis Ordinis Prædicatorum Magiſter fieri petiit & obtinuit B. Matthæi Mantuani tranſlationem ac annuam memoriam* 253 b c e; *ejus ea de re litteræ* 253 f, 254 a b
† Caſſianus *Tingitanus martyr* 265 e
† Caſſius *martyr in Gallia, à Gregorio Turonenſi memoratus,* 336 b c
Caſtelarnau (*Joannes Baptiſta de*) *Vallenſis in Cathalonia S. Cucuphatis monachus Ms. abbatum monaſterii ſui catalogum ad majores noſtros miſit* 280 f
Caſtilionenſis (*Franciſcus*) *eccleſiæ S. Laurentii Florentiæ canonicus* 894 d, 895 a; *ſcripſit Vitam S. Antonini, archiepiſcopi Florentini,* 894 c
Caſtro Albino (*Raino de*) *ob injuriam, monachæ S. Fidis illatam, divinitus morte punitus* 308 e f, 309 a, 310 a; *quis forſan fuerit* 309 f
Caſtro Joannis (*Maurus à*) *apparitionem, inventioni S. Placidi præviam, teſtatus* 104 e f
† Caſtulus: *ejus reliquiæ Ticini in S. Felicis monaſterio aſſervatæ* 859 d
† Caſtus *epiſcopus martyr* 380 b; *corpus ejus Caietam tranſlatum ibique aſſervatum* 379 b, 380 d
† Caſtus *martyr, Capuæ cultus ac celebratus,* 333 a, 828 d
† Caſtus *martyr, in Africa paſſus, idem fortè cum S. Caſto martyre, Capuæ celebrato,* 332 a b c d
Cataphryges *ſeu* Montaniſtæ. *Vide* Montaniſtæ.
† Catharina *Senenſis* 4 b
Cattanea (*Gabriël de*) *Ordinis Conventualium S. Franciſci SS. Theologiæ magiſter Labacenſi epiſcopo, S. Peregrinæ V. M. reliquias recognoſcenti approbantique, adſtitit* 14 e, 15 b
Celanus (*Thomas*) *Vitæ S. Franciſci Aſſiſiatis ſcriptor* 574 a
† Celſus *puer martyr in Ægypto* 884 b c
† Celſus *martyr Mediolani cum Nazario perperam Ebreduni, quòd ejus ibidem ſerventur reliquiæ, paſſus narratur à Gregorio Turonenſi* 270 a
Celſus *ſubdiaconus, quæ vidit de S. Conſortia, retulit ejus biographo* 40 e f
† Cemeſianus *epiſcopus Trecenſis* 909 b
† Cenſurius *epiſcopus Autiſſiodorenſis: ejus reliquiæ in Autiſſiodorenſes S. Germani cryptas delatæ* 398 a b
Ceſius (*Sebaſtianus*) *notarius. Vide* Cæſius.
Cethegus *conſul* 79 f, 80 a
Charcaſcolis (*David de*) *Calabrinæ S. Stephani cartuſiæ Prior* 767 e
Charibertus I *Francorum rex* 929 d; *Gundobaldum, qui ſe pro Clotharii I filio gerebat, ſuſcepit* 857 a, 928 e
† Charitas *martyr Romæ* 263 b
† Charitina *martyr, die* IV *Septembris celebrata, à Charitina, die* V *Octobris culta, eſt diverſa* 20 b c
† Charitina *martyr, die* XV *Januarii in Faſtis Græcis annuntiata,* 20 c e; *hanc cum Charitina, die* V *Octobris culta, eſſe eamdem multa ſuadent* 20 f, 21 a b
Charybdis (*Jacobus*) *Societatis Jeſu ſacerdos, à ſenatu Meſſanenſi pro cultu publico inventis Meſſanæ Martyrum corporibus impetrando Romam miſſus* 110 c
Cheotedrus (*Honoratus*) *vir nobilis, S. Renati epiſcopi, ut volunt, pater* 382 b, 386 f
Chiffletius (*Petrus*) *S. J. ſacerdos, de Muſeo noſtro bene meritus,* 48 a b; *codicem miraculorum S. Fidis ad Labbeum miſit* 286 d
Childebertus I *Francorum rex, Clodovei I filius,* 929 d; *in Hiſpaniam ob ſororem à marito ſuo, regni hujus rege, malè habitam exercitum movit* 908 f; *Gundobaldum, qui ſe pro Clotharii I filio gerebat, ſuſcepit* 857 a, 928 e
Childebertus II *Francorum rex, Sigeberti Auſtraſiæ regis & Brunichildis filius,* 907 e, 908 a e, 909 a, 917 a, 928 e f, 929 a, 930 f, 932 f, 933 b c; *exercitum in Hiſpaniam miſit* 908 f, 909 a
Childebertus III *Francorum rex* 337 b, 350 f, 857 f
† Chi-

† Chilianus *martyr. Vide* † Kilianus.
Chilpericus I *Francorum rex* 333 b, 386 d e, 907 e, 927 e f, 928 a b, 929 a, 930 e, 931 a
Chilpericus II *Francorum rex*, Daniel *antea dictus*, 169 a
Chiltrudis *Caroli Martelli filia, Odiloni Bavariæ duci nupta*, 429 c
Chimilieu (*Petrus de*) *in Cartusiam Arverniensem piè munificus* 781 a d, 784 c
Chlodoveus *Francorum rex. Vide* Clodoveus.
Chlothacharius *Francorum rex. Vide* Clotharius.
Chlotharius *Francorum rex. Vide* Clotharius.
† Cholinduch, *die* XIII *Julii culta*, 855 d
Chosdroës *Persarum rex. Vide* Chosroës.
Chosroës I *Persarum rex, Cabadæ filius*, 840 d, 851 f, 853 d f, 854 e; *obsidionem Sergiopolitanam prodigio solvere fuisse compulsus narratur ab Euagrio* 852 c d; *de re hac quid censendum* 852 e f, 853 a b
Chosroës II *Persarum rex, Hormisdæ filius*, 855 d, 856 b; *ad Resaphense S. Sergii templum, cum semel ac iterum benevolum hunc erga se fuisset expertus, donaria bis misit* 837 e, 853 c d e f, 854 a b c d; *quandonam id fecerit* 854 e f, 855 a; *templum etiam eidem sancto Martyri Martyropoli seu Miyapharekini exstruxit* 855 b c d
Christianus *episcopus Autissiodorensis multorum Sanctorum reliquias in S. Germani cryptas deferri voluit, & cur* 398 b c
Christianus *Patavini S. Justinæ monasterii abbas* 805 d, 806 b e f
† Christina, *in antiquissimis Litaniis invocata*, 795 c
Christophorus II *episcopus Olivolensis* 858 f
Chrocus. *Vide* Crocus.
† Chromatius *præfectus Romæ, sub Diocletiano conversus*, 332 e
Chroscus. *Vide* Crocus.
Chunhildis *abbatissa. Vide* Cunthildis.
Chunoaldus, *Eudonis Aquitaniæ ducis filius, hujus etiam regionis ducatum post mortem patris à Carolo Martello adeptus*, 424 a, 425 e, 427 f, 428 a, 429 f, 430 b c d, 435 e, 437 b e, 438 b, 439 a; *res novas molitus ad officium redire à Caroli Martelli filiis fuit coactus* 429 c; *quandonam id factum* 429 c d e; *fratrem, sacrilegè deceptum, oculis orbavit seque deinde in monasterium recepit* 430 a
Ciconea (*Hieronymus*) *præfectus Patavinus* 814 e
Cilius (*Pompeius*) *portui Messanensi secundum S. Placidi Sociorumque Acta, à Mabillonio edita, præfectus* 107 a, 108 e, 109 d, 123 f, 126 d e f; *tumulus ejus inventus* 106 f; *affecta ei & Messalino ad S. Benedictum epistola* 136 e f, 138 d
† Clarus *episcopus verosimillimè Namnetensis in Britannia Minori, inter Prætermissos* 6 e
Claudianus *vir Christianus. Vide* Claudius.
† Claudius *martyr Ægeæ* 266 f
Claudius I *imperator* 790 f, 795 e, 796 f, 797 a, 799 e
Claudius II *imperator* 898 d
Claudius *S. Apollinaris, Valentini episcopi, diaconus. Vide* Eladius.
Claudius *S. Charitinæ nutritor* 22 c, 28 a d
Claudius *vir Christianus, S. Charitinæ heros*, 20 c f, 21 b c d e, 27 d, 28 a d
† Clemens I *Papa* 159 f
Clemens III *Papa* 783 a, 784 e
Clemens VII *papa* 390 d, 392 e; *Viglebanum episcopali sede decoravit* 248 c
Clemens VIII *Papa* Beati *titulum Raymundo à Capua attribuit, Ordinique Prædicatorum Officium de S. Agnete de Monte Politiano recitandi facultatem fecit* 4 a; *insignem SS. Placidi & Sociorum reliquiarum partem Philippo III, Hispaniarum regi, à Messanensibus concedi permisit* 111 e, 112 c
Clemens X *Papa* 776 d; *ut Officium de S. Brunone, quod dumtaxat sub ritu semiduplici recitari consueverat, sub ritu duplici recitaretur, concessit* 774 e f, 775 c d; *an ita Sanctum hunc canonizatione æquipollenti canonizârit* 775 b c
Clemens XI *Papa* 7 a, 228 f; *Rosarii solemnitatem ad universam Christi Ecclesiam, & facultatem colendi Officio ritus duplicis S. Martinum, Vallis-paradisi abbatem, ad universum S. Bernardi Cisterciensem Ordinem extendit* 788 a b, 948 f
Clemens XII *Papa* 2 f, 257 e
† Clemens *Ancyranus martyr* 23 c d
Cleitens *antipapa, antea dictus* Guibertus, 468 b, 605 d, 634 c, 651 c, 654 b, 673 b f, 674 a b c d e, 722 b, 733 d, 735 e, 893 a. *Vide etiam* Guibertus.
Clodoveus I *Francorum rex* 57 e f, 63 a, 84 f, 119 c, 266 b, 407 c, 408 c f, 904 b, 905 c d, 907 e, 908 e, 909 b, 917 a; *monasterium Conchense instaurâsse narratur* 293 a
Clodoveus II *Francorum rex* 333 c, 407 c d e, 408 b c d f, 410 d, 751 e, 857 f
Clotharius I *Francorum rex* 40 f, 41 f, 42 a b c, 43 b, 755 c, 856 c, 857 a b, 906 f, 907 b c e, 908 e, 909 a, 921 a e, 929 b c d; *Gundobaldum pro filio nolùit agnoscere* 928 e
Clotharius II *Francorum rex* 333 b, 386 d e, 391 b, 406 e, 407 e, 408 a b c f, 409 c, 410 d, 411 c, 415 a, 416 d, 906 f, 907 b c d e, 908 a c e, 909 b, 913 d f
Clotharius *rex à Carolo Martello constitutus* 169 a
Coëllo (*Antonius*) *cartusiæ Eborensis Prior* 775 e
Cöllen (*Catharina von*). *Vide* Colonia.
† Colmanus *episcopus Lindisfarnensis in Anglia* 402 b, 403 c
Colonia (*Catharina de*) *hermam argenteum, S. Geroldum repræsentantem, sumptibus suis fecit confici* 962 e f, 963 b
Colonia (*Henricus de*) *ab episcopo Monasteriensi pro impetrandis S. Meinulphi reliquiis ad canonicos Budicenses missus* 207 a
† Columba *abbas Hyensis* 402 a b
† Columba, *in antiquissimis Litaniis invocata*, 795 c
† Columbanus *abbas* 333 b c, 427 e, 904 b
Comenduco (*Joannes Petrus*) *Congregationis Somaschæ Cremonæ præpositus* 961 d
Cominus *abbas, inter Prætermissos* 258 e
Conchubranus *scripsit S. Monynnæ abbatissæ Vitam, fabulis & parachronismis infectam*, 939 b
Concilia. Agathense *anno* DVI, 53 c d e; 60 c; *ejus de sacra communione canon* 480 f. Andegavense *anno* CDLIII, 391 a. Aquisgranense *anno* DCCCXVI, 184 e, 186 b, 190 a b c d e, 193 a, 196 b, 219 e, 222 d; *aliquot ejus canones seu statuta* 183 e, 192 f; *regulam etiam, canonissis servandam, condidit* 192 d e. Arelatense II *anno* CDLII, 51 b. Arelatense IV *anno*

anno DXXIV, 50 b. Arvernenſe *anno* DXXXV, 409 e, 410 b c d. Avenionenſe, *in quo S. Hugo ad epiſcopatum Gratianopolitanum fuit poſtulatus*, 612 a; *quandonam id fuerit celebratum* 612, 613 a b d e f, 614 a b. Auguſtodunenſe *anno* MLXXVII, 516 f, 517 a b f, 518 c, 519 d e f, 520 a, 521 a b c d f, 522 a b, 524 d, 525 d, 527 e. Aurelianenſe *anno* DVIII *aut* DIX, 909 b. Aurelianenſia *annis* DXXXIII, DXXXVIII, DXLI & DXLIX, 41 c, 396 c. Barenſe *anno* MLXXXXVIII, 661 f, 662 a. Beneventanum *anno* MLXXXXI, 651 b c e; *ad hoc veroſimiliter ab Urbano II Papa arceſſitus fuit S. Bruno* 651 c d. Chalcedonenſe *generale anno* CDLI, 801 d, 843 e, 884 f, 885 a d. Claromontanum *anno* MLXXVI *aut initio ſequentis* 516 f, 518 a b c, 519 c d, 718 e, 719 a, 722 b c; Claromontanum *anno* MLXXXXVI, 638 d, 653 c, 654 c e, 655. Conſtantinopolitanum *anno* DXXXVI, 93 c. Conſtantinopolitanum II *anno* DLIV, 75 d e, 841 a, 849 a. Epheſinum *generale anno* CDXXXI, 845 f, 846 e. Guaſtallenſe *anno* MLXXXXIV *exeunte*, 651 d, 652 f, 653 a c e. Lugdunenſe *anno* DXVII, 53 e, 54 c, 55, 56 a, 60 d; *aliquot ejus canones ſeu ſtatuta* 53 f, 54 a. Lugdunenſe *anno* MLXXX, 517 a, 523 c d f, 524 e f, 525 a b c d, 526 b c d, 527 d, 612 d, 613 a d e, 614 a; *Manaſſem, Remenſem archiepiſcopum ſimoniacum, exauctoravit* 525 d. Matiſconenſe *anno* DLXXXI, 399 e. Melfitanum *anno* MLXXXIX, 631 b, 653 c, 718 e, 722 b. Nicænum I *anno* CCCXXV, *Paſcha lunâ* XIV *celebrari inhibuit* 12 d. Nicænum II, *quod & generale* VII, *anno* DCCLXXXVII, 445 b c, 446 e, 447 a, 841 a, 858 c. Pariſienſe *anno* DLXXIII, 399 c, 927 e; *conſtitutionem edidit, quâ Promotum, qui illicitè ordinatus fuerat epiſcopus, exauctoratum declaravit*, 927 f, 928 a. Pictavienſe *anno* MLXXVIII, 522 b c, 524 d, 525 d, 607 a. Placentinum *anno* MLXXXXV, 634 b f, 638 d, 651 d f, 652, 653 a c e f, 654 a c, 655 f, 718 e, 722 b d, 732 b; *ei veroſimiliter interfuit S. Bruno* 651 d e. Romanum *anno* CCCXXIV, 380 e. Romanum *anno* CCCXXXVII, 36 e f, 37 a b c d. Romanum *anno* CDLXXXXIX, 887 a. Romanum *anno* ML, 506 f, 507 a. Romanum *anno* MLXXVIII, 521 e, 522 d f. Sardicenſe *anno* CCCXLVII, 36 b, 37 b. Seleucienſe *anno* CCCLIX, 843 e, 884 f. Troianum *anno* MLXXXXIII, 651 b c e, 653 c; *ad hoc veroſimiliter ab Urbano II Papa arceſſitus fuit S. Bruno* 651 c d. Valentinum *anno* MC, 674 b. Veſontionenſe *anno* MCXXIV, 347 a b, 351 e. *Vide etiam* Synodi.

Conciliabulum *Wormatienſe, anno* 1076 *celebratum*, 463 c f, 464 d e f, 465 c; *Gregorium VII Papam damnavit* 463 d e

† Concordia *martyr, cujus corpus unà cum S. Marci Papæ & S. Amati abbatis corporibus anno* 1444 *in Laurentiana Florentiæ eccleſia inventum, ibidemque anno* 1461 *repoſitum fuiſſe teſtatur Franciſcus Caſtilionenſis* 895 a c e, 897 c; *ſancta illa martyr quæ ſit, non conſtat* 896 f, 897 a; *tria iſta corpora à S. Damaſo Papa S. Ambroſio Mediolanenſi epiſcopo, & ab hoc deinde S. Zenobio epiſcopo Florentino donata, tandemque ab hoc & S. Ambroſio in Laurentiana eccleſia fuiſſe depoſita, creditum olim fuit* 895 b; *de re hac quid cenſendum* 895 f, 896

† Concordia *martyr, Romæ ſub Valeriano cum S. Hippolyto paſſa*, 897 a

† Concordius *epiſcopus Santonenſis* 927 d

Cononia (*Dominicus de*) *abbas monaſterii S. Juſtinæ Patavii partem reliquiarum S. Proſdocimi ſtatuæ argenteæ includendi facultatem petiit* 811 d e

Conradus II *imperator* 160 e, 161 a, 897 f, 898 b c

† Conſortia *S. Tulliæ ſoror* 39 c f, 40 a d e, 41 a b c, 44 a d e; *nihil eam impedit S. Eucherii, Lugdunenſis epiſcopi, dicere filiam* 41 d e f, 42 e, 43 b c d e f; *verè etiam ab hoc ſancto epiſcopo fuiſſe progenitam, produnt illius Acta & Ado* 42 f, 43 a b; *fabuloſa de eadem narrata* 42 a b c d e

† Conſtans *martyr, inter Prætermiſſos* 258 c

Conſtans II *imperator, in Sicilia occiſus*, 100 b c d e f, 804 f

† Conſtantinus Magnus *imperator* 17 e, 64 d, 95 d, 292 d, 355 a, 378 f, 588 d, 799 d, 800 c d e, 815 f, 816 a c, 838 c, 879 a d, 887 b c, 889, 890 a, 891 a, 896 f, 899 f; *divinitus in ſomnis, ut militari ſigno, in crucis modum efformato, uteretur, fuit monitus* 553 c d

Conſtantinus IV *imperator* 100 c f

Conſtantinus VI, *dictus* Copronymus, *imperator* 803 a, 804 c

Conſtantinus VII *imperator, Leonis Chazari & Irenes imperatricis filius*, 446 e, 803 b

Conſtantinus *imperator, in ſpuria Opilionis conſulis charta memoratus*, 802 e

Conſtantinus *epiſcopus Catacenſis* 661 e

Conſtantinus *epiſcopus Tienſis in Paphlagonia corporis S. Euphemiæ V. M. ſæpiùs tranſlati hiſtoriam ſcripſit* 446 e

Conſtantinus *abbas Caſinenſis, S. Benedicti ſucceſſor*, 80 c

Conſtantinus *presbyter, S. Germani Autiſſiodorenſis epiſcopi biographus*, 396 a

† Conſtantius *martyr Romanus, cujus corpus è Calixti cœmeterio extractum Coloniamque Agrippinam delatum*, 962 e

Conſtantius *Chlorus imperator* 22 b c, 23 b, 270 c, 446 c

Convallanus *abbas. Vide* Conwallinus.

Conwallanus *abbas. Vide* Conwallinus.

Conwallinus *abbas Hyenſis in Scotia, inter Prætermiſſos* 3 c d

Corbuil (*Willielmus de*) *primus monaſterii S. Oſithæ Prior ac dein Cantuarienſis archiepiſcopus* 936 c d

† Corcodemus *martyr* 396 a b

Corduba (*Andreas de*) *abbas Vallis-paradiſi* 953 f, 954 a

Coriache (*Amatus*) *archiepiſcopatûs Mechlinienſis Vicarius generalis* 207 e

Cornarius (*Joannes*) *abbas* 819 c

Cornelius (*Georgius*) *S. R. E. Cardinalis epiſcopus Patavinus* 792 e

Cornelius (*Joannes*) *Venetiarum dux* 819 e, 821 e f, 823 d e, 824 b

Corvulus *dux Foro-Julienſis* 440 d

Coſmæ *monachi tremenda & utilis viſio, inter Prætermiſſos* 5 a

Coſmus I Medicæus *Florentinorum confalonerius* 895 e

Coſta (*Cæſar*) *archiepiſcopus Capuanus* 331 a

Creatus de ponte *epiſcopus Cremonenſis* 959 a

Creatus, *velut Sanctus ab aliquibus memoratus*, 958 f,

958 f, 959 a
Crispinus *cæsar* 22 b c
Crocus *Vandalorum rex* 335 f
Crocus *episcopus, ab Eurico Visigothorum rege in exsilium missus,* 166 c
Crollet (*Ambrosius*) *scriba reverendissimi Ordinis Cartusiensis generalis* 772 d, 774 f, 775 a b
Crombachius (*Hermannus*) *Societatis Jesu sacerdos Germanicè scripsit Vitam S. Geroldi, pro martyre culti,* 955 f, 956 a c d, 957 a, 964 b
Crotechildis *Childeberti I Francorum regis soror, Amalarico Hispaniæ regi nupta,* 908 f
Crucifixo (*Rodulphus de*) *Turritanæ eremi magister* 693 a
Cruël (*Hermannus*) *monasterii Budicensis Prior* 207 e
Culchebret (*Guilielmus*) *chartæ publicæ, S. Brunoni concessæ, subscriptus* 647 a
Cuminus *abbas. Vide* Cominus.
Cunhildis *abbatissa. Vide* Cunthildis.
† Cunibertus *archiepiscopus Colonienſis* 401 e
Cunthildis *abbatissa, inter Prætermissos* 261 a d
Cuthbertus *episcopus Lindisfarnensis* 400 a b e f, 401 a e f, 404 f, 405 e; *cur* Dunelmensis *à Wilsonio dictus* 400 c d; *num regulæ Benedictinæ adhæserit, hancque in Lindisfarnense cœnobium inducere fuerit conatus* 402, 403, 404 a b c d
† Cyprianus *episcopus Carthaginensis martyr* 265 a
† Cyprianus *episcopus Telonensis* 50 a
† Cyprianus *martyr Nicomediæ* 792 b
Cyprianus, *à Theodorico Gothorum rege ad sacrarum largitionum comitivam evectus,* 803 f
† Cyricus *martyr* 169 e; *nec Carolo Calvo terrifica specie apparuit, nec sacras ejus reliquias à S. Amatore Autissiodorensi episcopo accepit S. Hieronymus Nivernensis episcopus* 169 b c d
† Cyrillus *patriarcha Alexandrinus* 845 f
† Cyrillus *puer martyr passione sua ad commiserationem populum adstantem movit* 265 e
Cyrillus *Schytopolitanus S. Sabæ Vitam scripsit* 76 a
Cyrus *urbibus Africæ à Justiniano imperatore præfectus* 98 b

D

Dacianus *præses* 266 a b c f, 269 c, 272 e, 285 d, 286 e, 288 d, 289 d, 295 c, 296 d; *injustitiæ impietatisque, quòd atrocissimè in sanctam virginem Fidem sæviret, à populo Aginnensi adstanti redargutus,* 265 b c f
Dado *vir religiosus, sanctitate conspicuus,* 290 c; *monasterio Conchensi dedit initium* 293 a b c
Dagobertus I *Francorum rex* 406 e f, 407 c e, 408 a b c d f, 409 c, 410 d, 411 c
Dagobertus II *Francorum rex* 407 d e, 411 c
Dagobertus III *Francorum rex* 337 b c, 350 f 352 a
Daimbertus *archiepiscopus Senonensis* 345 f
Dalmatius *Calmeliacensis S. Theofredi abbas* 412 a c e f, 413 a d; *fere destructum S. Enimiæ monasterium instaurandum accepit* 407 a b, 409 a, 410 f, 411 a; *qua conditione id fecerit* 411 f, 412 b, 413 b
† Damasus *Papa* 897 b d; *sepulcrum S. Marci Papæ versibus ornavit* 886 e f; *sacra SS. Marci Papæ, Amati abbatis & Concordiæ martyris corpora S. Ambrosio, Mediolanensi episcopo, dedisse creditus olim fuit* 895 b; *de re hac quid censendum* 895 f, 896, 897 a
Dambertus *episcopus Valentinus* 57 f
Damiani (*Matthias*) *canonicorum Regularium Gaesdonci Prior partem reliquiarum S. Meinulphi cum Petro à S. Trudone, Priore Lovaniensi, communicavit* 207 e
† Damianus (*Petrus*) *horarias de sanctissima Virgine Maria preces in monasteriis suis instituit* 655 a
Damianus *monachus Cryptensis, inter Prætermissos* 5 e f, 6 a
Dandulus *prætor Patavinus* 816 d
† Daniël *martyr Patavinus* 809 a c
Daniël *tertius monasterii Budicensis Prior* 203 f, 204 a
† Darerca *abbatissa. Vide* † Moduenna.
Darius *Persarum rex, ab Alexandro Magno victus,* 217 a
† Dathus *episcopus Ravennensis* 30 b, 35 b; *corpus ejus quæsitum, inventum, Ravennam translatum ac post tantummodò ibidem sub ecclesiæ metropolitanæ ara maxima depositum* 38 a b c d e; *sub hac illud seculo* XIV *asservatum fuit, nec non hodieque asservatur* 38 e f, 39 a
† David *rex, inter Prætermissos* 261 d
David (*Georgius*) *Societatis Jesu sacerdos, de museo nostro bene meritus,* 5 b, 833 f
Decimius *provinciæ Bæticæ consularis præses seu judex* 22 d
Decius *imperator* 289 d
Defensor *episcopus Andegavensis* 391 f
Delicia, *aliàs* Judith, *Rogerii comitis Calabriæ & Siciliæ uxor aut saltem concubina* 640 e, 649 b
† Demetrius *martyr, inter Prætermissos* 789 c
† Deodatus *episcopus Nivernensis* 167 a
† Desideratus *episcopus Bituricensis* 923 a c f, 924 b e
† Desiderius *abbas Casinensis, postea Papa* Victor III *dictus,* 467 b; *multos codices fecit describi* 72 c. *Vide etiam* † Victor III.
† Desiderius *episcopus Autissiodorensis* 396 d; *ejus reliquiæ in Autissiodorenses S. Germani cryptas delatæ* 398 a b
† Desiderius *episcopus Lingonensis* 335 e, 336 a
Desiderius *Longobardorum rex* 440 e, 441 a, 946 e
Desiderius *dux Chilperici I, Francorum regis,* 929 c; *Gundobaldo, qui se Clotharii I Francorum regis filium dicebat, adhæsit* 928 f
Desiderius *abbas Ambroniacensis terras, quas monasterium suum in eremo Portarum possidebat, cartusiæ in hac exstruendæ seu primis hujus fundatoribus concessit* 779 f, 780 a
Deusdedit *Cajetanorum episcopus* 379 f
Diana *falsum gentilium numen* 288 e
Didaeus *venerabilis ecclesiæ Zamorensis clericus* 237 a
Didymus *episcopus Santonensis* 926 d, 927 d
Dietherus *archiepiscopus Moguntinus* 861 e
Diocletianus *imperator* 18 a b c e, 20 c, 21, 22 a b c, 23 a b c, 24 a, 28 a, 266 a d, 270 c, 277 d, 288 d, 295 c, 331 c, 332 e, 378 e, 380 b, 796 a d, 844 e, 884 c, 928 b
Diocres (*Raimundus*) *doctor Parisiensis, qui, quemadmodum nonnulli volunt, damnationem suam publicè è feretro aperuerit,* 549 b d
Diodorus, *epistolâ à S. Basilio conventus,* 53 e, 60 c
† Dionysius *Papa fuisse à Maximiano, Ostiensi epi-*

episcopo, consecratus asseritur à Baronio 890 c
† Dionysius *Areopagita* 9 c
† Dionysius *episcopus, Galliarum Apostolus*, 593 b
† Dionysius *episcopus Antiochiæ annuntiatus, inter Prætermissos* 789 c d
Dionysius *archiepiscopus Messanensis* 104 b
Dionysius *ecclesiæ Ascalonis presbyter* 858 c
Dodo *episcopus Novariensis privilegia omnia ac jura ecclesiæ suæ confirmari obtinuit* 946 d
† Dominicus *Calciatensis* 72 b
Dominicus *episcopus Zamorensis* 239 c
Dominicus *abbas monasterii S. Justinæ Patavii in sacras reliquias felici successu inquisivit* 810 f
Dominicus *decanus, donationi, anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscriptus*, 511 c
Domitianus *imperator* 827 e
Domitianus *comes. Vide* Domitius.
† Domitilla *virgo martyr* 827 c, 828 a
Domitius *comes, sub quo S. Charitina passa*, 20 c f, 21 b c d e f, 22 a d, 23 c, 27 a d
Domitius *Diocletiani & Maximiani Galerii Amisi vicarius seu præfectus, à comite Domitio, sub quo S. Charitina passa, fortè non diversus*, 23 c d
† Domnolus *episcopus Cenomanensis condidit Cenomanense S. Vincentii cœnobium* 764 d
† Donatellus, *Corbeiensi apud Acherium Hieronymiano apographo inscriptus*, 329 c f, 330 b
Dragontius *præses* 828 e
Drogo *Parisiensis magister* 510 d
Drogo *Tancredi ab Altavilla filius* 640 d
Drudwinus *subdiaconus, missis Paderbornâ Cenomanos pro S. Liborii reliquiis acceusitus*, 174 f, 185 d
Dubhtachus de Druim-dhearbb, *episcopus Armachanus, inter Prætermissos* 788 c
Dudo *decanus, donationi, anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscriptus* 511 c
† Dulcardus *confessor, Ambiliaci in diœcesi Bituricensi cultus*, 908 e; *ad S. Sulpicii, cognomento* Pii, *Bituricensis episcopi, ætatem perperam retrahitur* 908 f
† Dulcidius *episcopus Aginnensis* 263 f, 264 a b c d, 268 f, 271 a, 274 e, 281 e f, 285 f, 296 e, 416 c; *inter Prætermissos* 259 f, 260 a; *quandonam sederit* 271 b c d e f, 272 a b c, 292 b; *invenit, honorificéque elevavit S. Fidis reliquias, uti etiam S. Capraisii* 272 e f, 273 a b c d, 290 a, 292 c, 295 d e; *ecclesiam prætered sacris hujus lipsanis condendis exstruxit* 371 e
Dulcidius *episcopus Zamorensis quinque diplomatibus, ante annum* 940 *datis, subscripsit* 239 c
† Dulcis *episcopus Aginnensis. Vide* † Dulcidius.
† Dulcius *episcopus Aginnensis. Vide* † Dulcidius.
Dulys (*Eustachius*) *episcopus Nivernensis acceptas è S. Hieronymi episcopi Nivernensis lipsanotheca reliquias altari à se consecrando inseruit* 167 c
† Dunstanus *archiepiscopus Cantuarienſis* 401 b c d
†† Duo-amantes, *ad* xxv *Maii apud nos dati*, 934 d
Durandus *ecclesiæ S. Pauli Londini scholasticus* 754 d

E

† Eadbertus *episcopus Lindisfarnensis in Anglia* 403 a e, 404 a
Eadmerus *scripsit Vitam S. Anselmi, archiepiscopi Cantuarienſis*, 666 f, 667 a
Eanfleda *mater S. Elfledæ virginis abbatissæ* 940 a
† Eata *abbas Mailrosensis atque Lindisfarnensis episcopus* 402 a b c d, 403 b c f
Ebalus *comes* 521 a d, 522 d f, 523 b, 524 a, 526 c; 529 c; *pro S. Brunone aliisque clericis, è urbe Remensi profugis, contra Manassem Simoniacum antistitem stetit, tuitus illos Romæ apud Pontificem est, castroque suo excepit* 517 f, 519 d e f, 520 f, 521 e
Ebbo *toparcha Dolensis monasterium in sanctissimæ Dei Genitricis honorem in Biturigibus exstruxit, aliúdque pro monachis S. Gildasii, Normannorum furorem fugientibus*, 765 a d e
Eberardus *episcopus Norwicensis ecclesiam Prioratûs S. Fidis de Horsham visitantibus indulgentias concessit* 284 e
Ebolus *castri de Torrenna dominus. Vide* Oëbalus.
Ebrardus *comes Britolienſis* 559 e
Ebulus *abbas Figiacensis* 433 a
Ecca *episcopus Orientalium Anglorum* 938 d e f, 941 f, 944 d; *sacrum Virginitatis velum, S. Osithæ V. M., uti in hujus Vita narratur, donavit* 941 a b, 942 e f
Edicius *Aviti imperatoris filius* 49 d
Ecelinus *tyrannus* 812 d f, 816 d
Ecgfridus *Orientalium Anglorum rex, posterior S. Etheldredæ maritus*, 944 c
Echodius *rex in Hibernia seu dynasta* 257 e
† Editha *abbatissa Polleſworthensis* 940 d e; *eadem statuenda videtur cum S. Editha, S. Osithæ virginis martyris secundum hujus Acta magistra*, 940 e f
† Editha *S. Osgithæ virginis martyris secundum hujus Acta magistra* 938 c d, 939 a b c e f, 940 a b c; 941 e, 942 b c d
† Editha *virgo sanctimonialis Wiltoniæ in Anglia* 400 b, 401 a b c d
† Edmundus *Orientalium Anglorum rex ac martyr* 944 f; *relata ejus in S. Osithæ virginis martyris Actis apparitio* 943 e f
Edoardus *Theodosii II Bragantiæ ducis filius* 775 f
† Edwardus, *cognomento* confessor, *Angliæ rex* 528 e
Edwardus VI *Angliæ rex* 936 b
Edvinus *pater matris S. Elfledæ virginis abbatissæ* 940 a
Egbertus *abbas Schwarzacensis* 461 c d e f
Egea *S. Bernardi discipulus, in Hispaniam ab hoc, quò Belli-fontis monasterium ad instituta Cistercienſia adduceret, missus* 949 f, 950 d; *postea hujus factus dicitur abbas* 952 c
Egfridus *Northumbriæ rex* 400 a
Eggbertus *abbas Schwarzacensis. Vide* Egbertus.
Egida *mater S. Ywii diaconi confessoris* 404 e
Egilwardus *sancti Burchardi, Herbipolensis episcopi, biographus* 182 a
Ekkebertus *abbas Lambacensis, à B. Adalberone Herbipolensi constitutus*, 456 a, 458 e, 476 a c; *alterum sibi subrogari petiit & obtinuit* 458 b c, 473 f, 474 b, 476 b

Ek-

Ekkebertus *abbas Schwarzacenſis. Vide* Egbertus.
Ekkebertus *comes Neoburgenſis, Mechtildi, B. Adalberonis Herbipolenſis ſorori, matrimonio junctus*, 454 e, 470 e, 472 e; *in loca ſacra exſtitit pie munificus* 454 f
Eladius, *aliàs etiam* Claudius *dictus, S. Apollinaris Valentini epiſcopi diaconus ac fortè biographus* 47 d e f, 58 d e, 61 d, 63 b, 64 c e
Elemburga *uxor ſecunda Rogerii comitis Calabriæ & Siciliæ* 640 e, 649 b c
† Eleucadius *epiſcopus Ravennenſis* 30 b; 32 e, 35 b
† Eleutherius *epiſcopus martyr, S. Anthiæ martyris filius*, 113 a b, 836 e
† Eleutherius *epiſcopus Autiſſiodorenſis* 396 f, 397 a d; *quo tempore ſedere inceperit ac deſierit* 396 c
Eleutherius *exarchus Ravennas* 804 e f
† Elfleda *virgo abbatſſa Streneashalenſis* 939 e f, 940 a b c
† Eligius *epiſcopus Noviomenſis Solemniacenſe monaſterium condidit ex S. Columbani & ejus Regulæ amore* 427 e
Elinandus *epiſcopus Laudunenſis* 527 a, 529 b c d e; *archiepiſcopatum Remenſem, donis obtentum, biennio tenuit* 528 c f; *immoderata ejus ambitio, magnaque ſimul generis humilitas* 528 d e f, 529 a
† Eliſabetha *vidua Thuringiæ Lantgravii* 795 c
Elizarius *Cartuſiæ Majoris Prior* 540 c, 541 d, 589 b
† Elladius *epiſcopus Autiſſiodorenſis* 396 b
† Eloquius *monachus* 905 e
Elphegus *epiſcopus Wiltonienſis* 401 c d
Emalſia *principis Malamortenſis filia. Vide* Engalcias.
† Emanus *presbyter confeſſor, inter Prætermiſſos* 788 f; *idem eſt cum S. Helano* 788 f
Embrico *epiſcopus Auguſtanus legationem ad Saxones pacis componendæ cauſâ pro Henrico IV, Germaniæ rege, obivit* 462 c
Emehardus *epiſcopus Herbipolenſis, à ſchiſmaticis, vivente adhuc legitimo epiſcopo B. Adalberone, conſtitutus*, 456 d, 460 f, 467 e, 468 d
Emerius *epiſcopus Santonenſis exauctoratus* 927 d
Emeterius *epiſcopus Regienſis, aliàs etiam* Eucherius *dictus, pro SS. Tullia & Conſortia patre haberi non poteſt* 41 c d
Emma *S. Bertæ ſecundum hujus Acta filia* 408 d e
Empereur (*Joſephus l'*) *pictor, alienum habitum S. Brunoni appingere inauſpicatò conatus*, 771 a b c
Engalcias *principis Malamortenſis filia, Guidoni de Turribus nupta*, 431 c
Engalſia *principis Malamortenſis filia. Vide* Engalcias.
Engebaldus *archiepiſcopus Turonenſis* 860 f; *alitus Hieroſolymis SS. Sergii & Bacchi reliquias in Andegavenſe horum monaſterium detulit, diemque, quo hoc fecit, quotannis feſtum haberi præcepit* 860 b c e
† Engelbertus *archiepiſcopus Colonienſis* 550 f, 956 d e
Engelbertus *epiſcopus Patavienſis. Vide* Angelbertus.
Engerlandus *epiſcopus Agrigentinenſis* 658 b
Engilberga *Ludovici II imperatoris uxor. Vide* Angilberga.
† Ennodius *epiſcopus Ticinenſis* 64 a b c
Eoricus *Arianus Viſigothorum in Gallia rex. Vide* Euricus
Equitius *nobilis Romanus, S. Mauri pater*, 87 b c d, 90 d, 118 b; *hunc S. Benedicto diſciplinâ monaſticâ inſtituendum dedit* 70 d e, 80 f, 84 e, 85 a; *fertur in Caſinenſe monaſterium piè fuiſſe munificus* 118 f
† Eraclus, *inter Prætermiſſos* 789 c d
† Eraſmus *epiſcopus martyr Formienſis* 379 e, 380 a e; *corpus ejus Caietam tranſlatum ibique ſervatum* 88 d, 379 b, 380 b; *eccleſia ei, ut quidam volunt, Veruli à S. Benedicto inchoata, atque ab hujus diſcipulis perfecta* 88 c d e, 89 a, 117 d
Erchinoaldus *major-domûs Clodovei II Francorum regis monaſterium S. Furſeo juxta caſtrum ſuum exſtruxit* 751 e
Erconradus *eccleſiæ Cenomanenſis diaconus ſcripſiſſe dicitur miracula in S. Liborii tranſlatione patrata* 174 f, 185 d; *anne tamen id reipſa fecerit, eſt dubium* 185 e, 186 a, 187 b
Erconwaldus *epiſcopus Londinenſis* 938 b
Eremburgis *uxor ſecunda Rogerii comitis. Vide* Elemburga.
Erenfridus *comes Palatinus, B. Richezæ Poloniæ reginæ pater*, 461 f
† Ericus *monachus, miraculorum S. Germani Autiſſiodorenſis epiſcopi ſcriptor*, 396 d e, 397 f
Ermenſendis *comitiſſa Luxemburgenſis* 789 a
Ermentarius *Herienſis abbas ſcripſit de tranſlationibus & miraculis S. Filiberti, Herienſis itidem abbatis*, 338 a
Erneſtus *archiepiſcopus Colonienſis & princeps elector* 774 b
† Eroteïs *martyr, à Græcis* VI *Octobris culta*; 445 e
† Eroteïs *S. Capitolinæ martyris ancilla eadem fortè cum S. Eroteïde martyre, à Græcis* VI *Octobris culta*, 378 e f
Erythræus (*Janus Nicius*) 536 e
† Eskillus *epiſcopus martyr, inter Prætermiſſos* 257 a; *ubi ſedem epiſcopalem habuerit* 257 b
† Etheldreda *bis nupta, ſervataque in utroque conjugio virginitate, monacha tandem ac abbatiſſa Elyenſis* 944 c d
Etheldredus *Merciorum rex* 939 e
Ethelwolphus *rex Weſt-ſaxonum. Vide* Adulphus.
Ethelwulphus *rex Weſt-ſaxonum. Vide* Adulphus.
Evarix *Arianus Viſigothorum in Gallia rex. Vide* Euricus.
†† Evaſii & ſociorum tranſlatio, *inter Prætermiſſos* 789 f
Eucarpus *epiſcopus Meſſanenſis, qui ſub S. Symmacho Papa anno* 504 *ſedit*, 94 a
Eucarpus *epiſcopus Meſſanenſis, cui eccleſiæ Catanenſis viſitationem Pelagius II, anno* 577 *ad Pontificatum evectus, injunxit* 94 a
† Eucherius *Aurelianenſis epiſcopus*. 352 c
† Eucherius, *cognomento* Magnus, *Lugdunenſis epiſcopus* 39 c f, 40 d e f, 44 a b d e, 149 c, 575 e; *Eucherius alter paris ei in omnibus fortunæ perperam fingitur* 41 a b c; *quò minùs dicatur SS. Tullia & Conſortia pater, nihil impedit* 41 d e f, 42 e, 43 b c d e f; *verè etiam haſce abs illo genitas, produnt S. Conſortiæ Acta & Ado* 42 f, 43 a b
Eucherius *epiſcopus Regienſis. Vide* Emeterius.
† Eucratides *virgo martyr Cæſarauguſtana* 335 a
Eudo *Aquitaniæ dux* 427 f, 428 a d f, 429 c d, 437 e;

437 e; *à Saracenis fuit devictus* 337 d; *eos etiam plùs semel debellavit* 429 a b
Eudocia *Theodosii II imperatoris uxor* 846 a, 852 a; *corpus S. Stephani protomartyris Hierosolymis Constantinopolim detulit* 355 a
Eufrasia *virgo abbatissa, cum* Beatæ *titulo annuntiata, inter Prætermissos* 4 d
† Eugenius I *Papa* 101 b
Eugenius II *Papa* 606 f
Eugenius III *Papa* 564 b c, 620 e, 621 e, 892 a b, 893 c d e f, 894 c, 897 f, 901 a b, 903 b d
Eugenius IV *Papa* 104 c, 794 c
† Eugenius *archiepiscopus Toletanus* 831 b c
Eugenius *episcopus Carthaginensis in Africa* 98 e f
Eugo *monachus Trudonopolitanus* 548 b
† Eulalia *martyr Emeritæ* 791 c; *in antiquissimis Litaniis fuit invocata* 795 c
† Eulalius *episcopus Nivernensis* 167 a
† Eulogius *patriarcha Alexandrinus* 843 c
† Euphemia *virgo martyr Chalcedone* 446 f, 447 a, 791 c; *in antiquissimis Litaniis fuit invocata* 795 c
Euphemia (*Elia Marcia*) *Justini senioris uxor. Vide* Lupicina.
Euphronius *mercator Syriacus* 857 b d; *reliquiarum S. Sergii, quas magna veneratione asservabat, portione per vim fuit spoliatus* 856 d e
Eupropius *Anicii Justiniani Probi secundum Wionem filius* 81 a b c, 82 c, 83 a
† Eupuria *virgo, Caietam translata ibique asservata,* 380 b d
Evrardus *episcopus Norwicensis. Vide* Eberardus.
Euricus *seu* Evricus *Arianus Visigothorum in Gallia rex* 166 a; *an sub eo SS. Firmatus diaconus ejusque soror Flavia martyrio fuerint affecti* 166 b c d
† Eusebius *martyr Terracinensis* 885 e
† Eusitius *abbas, die* XXVII *Novembris cultus, ad Sulpicii Pii, Bituricensis episcopi, ætatem perperam demittitur* 908 f, 909 a
† Eustachius *archiepiscopus Bituricensis* 414 e; *quandonam obierit* 414 f
Eustachius *patriarcha Hierosolymitanus* 75 e
† Eustadius *archiepiscopus Bituricensis. Vide* † Eustachius.
† Eustasius *abbas Luxovienſis* 427 e
Eutharicus *consul* 78 e
† Eutitius *patriarcha Constantinopolitanus* 75 e
† Eutropius *episcopus martyr* 925 e f, 926 e, 933 e; *S. Palladium Santonensem episcopum habuisse discipulum in Santonensi Breviario perperam adstruitur* 926 b; *hic sacrum ejus corpus in novam à se exstructam ecclesiam transtulit* 925 f, 926 a, 933 f, 934 a; *martyrio sese vitam finiisse, duobus abbatibus, in somno eis apparens, revelavit* 934 a
† Eutychius *martyr, Hieronymianis inscriptus,* 164 b, 165 b c; *cur seorsum ab Eutychio, S. Placidi Benedictini socio, ad* v *Octobris non detur* 165 d e
† Eutychius *patriarcha Constantinopolitanus. Vide* † Eutitius.
Eutychius *exarchus Ravennas* 804 d e
† Ewerwordus *confessor* 213 f
† Exuperia *virgo. Vide* † Eupuria.
† Exuperius *episcopus Tolosanus* 335 e
Eygilus *Flaviniacensis in Burgundia abbas* 338 c

Ezo *comes Palatinus. Vide* Erenfridus.

F

FAbriano (*Cherubinus de*) *Ordinis Prædicatorum B. Matthæum Mantuanum in navigatione, in qua hic piratam, ut captivos cum capta navi liberos dimitteret, charitate sua movit, comitatus, idque testatus* 249 c
Facinola *virgo eadem fortè cum S. Felicula virgine Autissiodorensi* 225 c e f, 226 a, 227 b d
Facinula *virgo. Vide* Facinola.
Facundus *consul* 887 c e, 888 a, 890 a
Failbeus *abbas in Scotia, inter Prætermissos* 258 c d e
Falco *episcopus Lugdunensis* 780 a
Falveus *abbas in Scotia. Vide* Failbeus.
Fanicula *virgo. Vide* Facinola.
Fascinula *virgo. Vide* Facinola.
Faustianus *presbyter, contra canonum præscriptum episcopus ordinatus,* 929 a e, 930 b c, 931 a b c; *in synodo Matisconensi fuit rejectus* 931 f
Faustina *S. Placidi secundum Villadecanium mater* 83 d
Faustinius, *velut confessor annuntiatus, inter Prætermissos* 3 d e
† Faustinus *martyr, inter Prætermissos* 789 c d
† Faustinus *Brixianæ urbis patronus: terribilis ejus ac S. Jovitæ visio, Picinino duci Brixiam obsidenti oblata, nec tamen à scriptoribus synchronis memorata,* 573 c d, 574 d
Faustinus, *velut confessor annuntiatus. Vide* Faustinius.
† Faustus *martyr, Hieronymianis inscriptus,* 164 a, 165 b; *cur seorsum à S. Fausto, S. Placidi Benedictini socio, ad* v *Octobris non detur* 165 d e
† Faustus *martyr Romanus, cujus corpus è Callixti cœmeterio extractum Coloniamque delatum,* 962 e
Faustus *senator Romanus, epistolâ à S. Avito, Viennensi episcopo, conventus,* 51 d
Faustus *S. Benedicti discipulus Vitaque S. Mauri scriptor* 74 c
Fedwaldus *rex. Vide* Frithewaldus.
† Felicianus *martyr, cujus reliquiæ in Issigiacense diœcesis Sarlatensis monasterium Lemovico delatæ,* 425 f
† Felicianus *martyr, in interpolatis S. Fidis Actis velut hujus in martyrio socius memoratus,* 263 f, 264 a d, 295 c; *inter Prætermissos* 260 a b; *an eodem, quo S. Fides, die, verèque Aginni passus sit* 269 e d e f, 270 a b, 296 e
† Felicianus *martyr Romanus* 260 a; *an non idem cum Feliciano; in Actis S. Fidis memorato,* 270 a b
Felicibus (*Felix de*) *instrumento donationis reliquiarum S. Peregrinæ V. M. subscriptus* 13 e
† Felicitas *Deo devota Patavii* 812 f, 813 a d; *sacræ ejus exuviæ in veteri S. Justinæ ecclesia* 814 c; *è loco, in quo in hac jacebant reconditæ, ad majorem ejusdem aram anno* 1502. *fuêre ad tempus translatæ, ac deinde anno* 1562, *cùm legitimè inspectæ fuissent, in novæ ecclesia depositæ* 811 f, 812 b d e, 815, 816, 817, 818 a b c d
† Felicitas *martyr, mater S. Augustini, fortè episcopi Capuani,* 330 d e f; *Capuæ verosimiliter vel oriunda vel passa est* 331 b
† Felicitas *martyr, S. Januarii sexque ejus fratrum, tempore Antonini Romæ passorum, mater*

ter 266 f
† Felicitas *martyr Tuburbi in Mauritania passione sua horrorem ac commiserationem ipsi etiam populo ethnico movit* 265 e
Felicitas *Ottonis II imperatoris filia, cujus corpus Ticini in æde S. Felici sacra,* 859 d
† Felicula *martyr, cujus reliquiæ Ticini in æde S. Felici sacra asservatæ,* 859 d
† Felicula *virgo martyr Romæ* 225 e, 226 b, 227 d e
† Felix I *Papa* 888 c
† Felix III, *aliis* II, *Papa* 89 b
† Felix III, *aliis* IV, *Papa* 80 e, 115 d, 119 c; *quo sensu, cùm adhuc laïcus esset, Justiniani imperatoris frater dictus* 82 f
† Felix *archiepiscopus Bituricensis* 312 a, 414 e
† Felix *Ep. M. Ticini: ejus ibidem in sui nominis ecclesia reliquiæ* 859 d
† Felix *martyr Autissiodori* 166 a
† Felix *martyr Terracinensis* 885 e
† Felix, *vocatus à Savarone* Claromontanus episcopus, 312 a
Ferdinandus I *Castellæ & Legionis rex* 237 d, 240 a
Ferdinandus II, *Alphonsi, dicti* Hispaniarum imperatoris, *filius tertius, S. Ferdinandi III Castellæ & Legionis regis avus,* 953 a
† Ferdinandus III *Castellæ ac Legionis rex* 947 f, 951 b, 953 c; *monasterii Belli-fontis, novis alio loco exstructis ædificiis, situm ac nomen mutavit* 952 d e; *ejus hac de re charta* 952 e f
Ferdinandus II *imperator* 823 e, 824 b
Ferdinandus I *Neapolitanorum rex* 695 a
Ferdinandus *archiepiscopus & princeps elector Colonienſis* 499 e, 774 b, 961 e, 962 c; *vehementer suos, ut S. Brunonis festum congrua debitaque devotione celebrarent, hortatus est* 773 a; *litteræ publicæ, quibus id fecit,* 773 b c d e f; *S. Geroldi reliquias expetiit, proque his à Cremonenſibus impetrandis consensum Pontificium obtinuit* 961 a c f, 962 a
Ferrari (*Nicolaus*) *civitatis Cremonenſis in causa reliquiarum S. Geroldi, Colonienſibus dandarum, deputatus* 961 d
Ferreolus *Galliarum præfectus, Papianillæ conjux* 56 d e, 57 a
Ferreolus (*Tonantius*) *prætorio Galliarum præfectus* 56 e f, 57 a
Ferreolus *vir illustris, S. Apollinaris Valentini episcopi consanguineus,* 56 b d, 61 f, 64 b d; *quis is fuerit* 56 e f, 57 a b
† Ferrerius (*Vincentius*) 693 d; *Joanni Aloysio Bertrando ægrotanti, iterumque deinde monachum induere meditanti sese spectandum dedit, eumque, ut in seculo maneret, admonuit* 693 c, 694 f, 767 c d
† Fides *virgo martyr Aginnenſis* 260 a, 425 f; *inter Prætermissos* 6 a
† Fidolus *confessor* 909 d; *ad seculum* VII *perperam retrahitur* 909 a b
† Filibertus *in Herio insula Galliæ abbas* 338 a
† Finbarrus *episcopus. Vide* † Barrus.
† Firmatus *martyr Autissiodorenſis* 67 d, 69 f, 109 a
† Firmatus *diaconus, S. Placidi Benedictini in martyrio socius,* 165 e
Firmo (*Mauritius à S.*) *sacerdos Augustinianus excalceatus* 13 c d, 14 a b
Fitz-walter (*Robertus*) *in honorem S. Fidis fundavit Prioratum de Horsham in agro Northfolcienſi* 283 f, 284 a b c; *fuerat ad id, ut narratur, miraculo, à S. Fide in sui favorem patrato, impulsus* 284 b c d
Flamel *pictor antiquus* 544 f
† Flavia *seu* Flaviana *martyr Autissiodorenſis* 67 e, 69 f, 109 a
† Flavia *S. Placidi Benedictini soror* 165 e
Flavianus I *patriarcha Antiochenus, Romam ire ab imperatore jussus,* 885 f
Florellus *sellarius Messanenſis, cui, ut narratur, S. Placidus apparuit,* 71 a b c, 103 c d f
† Florentius *martyr, die* XXVII *Octobris à Castellano annuntiatus,* 361 a; *ejus Pauliaci reliquiæ* 360 b
† Florentius *presbyter confessor* 764 e
Florentius *presbyter, S. Benedicto ex invidia adversatus divinitusque punitus,* 86 f, 87 a b c, 116 e f, 117 a b, 119 e
† Florianus *episcopus Opiterginus* 420 b
Flouetus (*Federicus*) *Societatis Jesu sacerdos Vitam S. Brunonis, Cartusianorum patriarchæ, præsertim è funebribus hujus Titulis à Cartusiano anonymo contextam ad Majores nostros misit* 496 a b f
Focigniaco (*Henricus de*) 785 d
† Folbertus *episcopus Carnotenſis. Vide* † Fulbertus.
Folodagus *Baduradi, episcopi Paderbornenſis, advocatus, missis Cenomanos pro S. Liborii reliquiis accensitus,* 174 f, 185 d
Fonseca (*Alvarus de*) *cartusiæ Eborenſis procurator* 775 e
Fontana (*Eusebius*) *Patavini S. Justinæ monasterii abbas* 809 d, 811 e
Fontana (*Seraphinus R. P. D.*) *Benedictinus, comitiorum Ordinis sui, anno* 1589 *celebratorum, præses, circumferri jussit, ducentis ferè monachis supplicantium ritu comitantibus, S. Placidi & aliquot Sociorum ejus reliquias* 112 d e
Formosus *Papa, è cathedra Portuenſi ad Sedem Apostolicam translatus,* 390 f
† Fortunatus (*Venantius Honorius*) *episcopus Pictavienſis scripsit Vitam S. Albini* 385 b
† Fortunatus *martyr* 897 f, 898 a b
Fortunatus *præses* 828 e, 829 a
Foscari (*Franciscus*) *Venetiarum dux* 819 b
Foucigni (*Arducius de*) *episcopus Gebennenſis, in Cartusianos Arverienſes piè munificus,* 780 d, 781 b, 784 a b
Fozzateus (*Jordanus*) *cœnobii S. Benedicti Patavii vir spectatus* 810 c
Framontana de Messana (*Jacobus*) *Prior monasterii Montis regalis sacras SS. Placidi ac Sociorum reliquias ad Philippum III Hispaniarum regem deferendas accepit, reque ipsa detulit* 111 f, 112 a; *litteræ, quibus se id feciſſe testatur,* 112 c d
† Franca *virgo abbatissa Ordinis Cistercienſis* 284 f
Franca *virgo ex Ordine S. Francisci, inter Prætermissos* 789 b c
† Franciscus Assisias 574 c, 771 a; *indulgentiam Portiunculanam ab Honorio III Papa petiit ac obtinuit* 573 f, 574 a b
Franciscus *comes Arenarum, erga S. Brunonem piè affectus,* 767 a
Franciscus Maximilianus Vaccanus de S. Pass. *episcopus Petinenſis. Vide* Vaccanus.
Francla *soror S. Helani presbyteri confessoris* 903 c, 904 b
Fransendis *posterior Tancredi ab Alta-Villa uxor* 640 d
† Fraternus *episcopus Autissiodorenſis* 399 d; *ejus reli-*

reliquiæ in Autiſſiodorenſes S. Germani cryptas delatæ 398 a b
Frauda *ſoror S. Helani. Vide* Francla.
† Fredaldus *epiſcopus Mimatenſis* 409 b
Fredegiſus *abbas monaſterii S. Martini Turonenſis* 428 c, 430 b
Fredegundis *Chilperici I Francorum regis uxor* 928 b, 932 b c
Fridericus I, *cognomento* Ænobarbus, *imperator* 782 d, 784 c, 810 e; *caput S. Lucæ abſtuliſſe narratur* 816 a, 819 a
Fridericus *Wevelsburgenſis caſtri dynaſta maximi fecit S. Meinulphi reliquias* 197 f, 198 a
Frithewaldus *rex, S. Oſithæ virginis martyris ſecundùm hujus Acta pater*, 938 b f, 941 f; 942 a, 943 f
Frithewoldus *ſubregulus, idem veroſimillimè cum Frithewaldo, S. Oſgithæ virginis martyris ſecundùm hujus Acta patre*, 938 b c, 943 f
† Frodoaldus *epiſcopus. Vide* † Fredaldus.
Froïla *S. Froilani, Legionenſis in Hiſpania epiſcopi; mater* 232 d; *cultu publico honorari aſſeritur à Mabillonio & Caſtellano* 233 f
† Froilanus *Legionenſis in Hiſpania epiſcopus* 235 c f, 236 e f, 237 a b c d, 238 a, 239 e, 241 a e f, 242 a d e, 243 a b c, 244 a c f; *Legionenſis homonymus in Hiſpania epiſcopus ab eo diverſus admittendus non eſt* 230 d e f, 231 a b; *plurimis diplomatis ſubſcripſit* 237 e f
† Frontinianus *martyr, inter Prætermiſſos* 258 b
† Frontonis *epiſcopi Petragoricenſis tranſlatio, inter Prætermiſſos* 260 c
† Froylanus *Legionenſis in Hiſpania epiſcopus. Vide* † Froilanus.
† Fulbertus *epiſcopus Carnotenſis* 287 d e f, 317 f, 505 f, 506 a; *Opus, quo litteris mandata ſunt S. Fidis miracula; nomini ſuo habet inſcriptum* 286 e f, 287 b, 300 e; *inſigne ejus elogium, variaque nominis efformatio* 301 d e; *Berengarium S. Martini Turonenſis canonicum habuit diſcipulum; magiſtrumque, qui poſtea Papa fuit, Gerbertum, Aureliacenſem S. Geraldi monachum*, 500 a, 504 c d, 505 a, 506 b
Fulcius *Monoculus, eccleſiæ Remenſis clericus*, 517 c, 520 e f, 521 a b c d, 532 f, 533 d f, 534 a c, 557 a d e f, 558 a, 591 f, 597 b, 598 a b, 675 e; *veroſimiliter cum S. Brunone & Radulpho Viridi ob improbos Manaſſis archiepiſcopi mores ex urbe Remenſi exceſſit* 517 a b; *collationem, in qua mundo valedicere ſtatuit, cum eodem Sancto de ſeculi vanitatibus habuit* 517 a, 520 a b, 676 e f; *quo loco & quando id factum* 520, 533 b c; *Ebalum comitem, pro tuenda cleri Remenſis cauſa Romam ad Pontificem profectum, videtur comitatus* 520 a b
† Fulco *confeſſor* 76 e
Fulco *capellanus Rogerii, Calabriæ & Siciliæ comitis, chartas tres diverſas, S. Brunoni ab hoc conceſſas, ſcripſit* 648 c f, 664 d, 685 b
† Fulpertus *epiſcopus Carnotenſis. Vide* † Fulbertus.
Furſeus *confeſſor* 751 e; *Latiniacenſe diœceſis Pariſienſis monaſterium condidit* 755 f
Furſtenberg (*Ferdinandus de*) *Monaſterienſis & Paderbornenſis epiſcopus nummos imperiales cum S. Meinulphi effigie primus cudi curavit, hunc que in iis* diaconi *dumtaxat titulo inſignivit* 187 e, 208 c; *duos hermas argenteos, quorum alteri S. Liborii, alteri S. Meinulphi caput, per ipſummet fortè à Budiccenſibus impetratum, includitur, eccleſiæ cathedrali Paderbornenſi donavit, eumdemque etiam S. Meinulphum votivo epigrammate ornavit* 208 a b c d; *ſuorum in ſede Paderbornenſi deceſſorum Hathumari & Baduradi oſſa priſtinæ veneration i reſtituit* 222 d
Furſtenbergii *viri nobiles monaſterium Budicenſe unà cum adjuncta ei eccleſia combuſſerunt* 196 c d
† Fuſca *virgo martyr* 30 d, 31 a
Fuſcarenus (*Ludovicus*) *duas ſcripſit litteras, è quibus, de qua dubitabatur, SS. Jovini & Jovitæ apparitio in aperto ponitur*, 573 c d e
Fuſcina *SS. Aviti Viennenſis & Apollinaris Valentini epiſcoporum ſoror* 48 d e f

G

Gabriël de Cattanea *Ordinis Conventualium S. Franciſci ſacræ Theologiæ magiſter. Vide* Cattanea.
Galcaudus *Beſuenſis in Burgundia monaſterii abbas. Vide* Vualcaudus.
Galdo *epiſcopus Nivernenſis ad annum* 811 *perperam à Cointio ſtatutus* 170 d
Galeaceus *dux Mediolanenſis* 249 f; *Stephano Placentino comiti caſtra, quæ ei fuerant ablata, reſtituit, virtute ſuperiori ad id coactus*, 250 a, 252 c; *emiſſo ad B. Matthæum Mantuanum voto, ſanitatem filio recuperavit* 253 a
Galeatius *dux Mediolanenſis. Vide* Galeaceus.
Galerannus *epiſcopus Nannetenſis iteratæ corporis S. Renati epiſcopi revelationi interfuit* 393 e
Galerius Maximianus *imperator. Vide* Maximianus Galerius
† Galla *vidua.* 2 d
Galla *auguſta, Theodoſii I imperatoris uxor*, 149 b
Galla Placidia *Theodoſii I imperatoris filia* 149 b
Galla *S. Eucherii uxor à S. Galla vidua Romana diſtinguitur* 149 b c
Galla *filia vel Q. Flaviani Symmachi vel Q. Aurelii Symmachi à S. Galla vidua Romana pariter diſtinguitur* 149 a b
Galla *Galli cæſaris mater, à S. Galla vidua certè diverſa*, 149 b
Galla *SS. Tullia & Conſortia mater* 39 c f, 40 d e, 41 f, 42 f, 43 a b d e, 44 b c
Galla *vidua, à S. Auguſtino epiſt.* 212 *memorata, cum S. Galla vidua Romana eadem non eſt* 149 b c
Galla *vidua, à S. Fulgentio epiſtolâ conventa*, 149 c, 151 c d, 163 b; *eadem probabiliſſimè eſt cum S. Galla vidua, à S. Gregorio Magno memorata*, 152, 153 a b c d
Gallienus *imperator* 336 a b
Gallinicus *exarchus Ravennas* 804 f
† Gallus *epiſcopus Auguſtæ Prætoriæ in Pedemontio, inter Prætermiſſos* 3 b
Gallus *cæſar* 149 b
Gamanſius (*Joannes*) *Societatis Jeſu ſacerdos de muſeo noſtro bene meritus*, 178 e f, 182 e, 200 e, 201 d e, 202 a b c e, 325 a
Gangis (*Gentilis de*) *presbyter in primos monaſterii S. Placidi de Colonero Patres piè munificus* 104 b
† Gangulfus *martyr, inter Prætermiſſos* 257 a
Garcinus (*Anſelmus*) *S. Brunoni, quidquid ſibi juris in Cartuſiam competebat, datâ chartâ publicâ, ceſſit* 625 a b c d
Garibaldus I *Bajoariæ dux* 83 f

Garibaldus II *Bajoariæ dux* 83 f
Garinus *archidiaconus iteratæ corporis S. Renati epiſcopi revelationi interfuit* 393 e
Garnerius *caſtri Sunberni dominus* 368 e
Garnerius *cartuſiæ Majorevenſis fundator ac deinde ibidem factus converſus* 578 e
Garnerius *ſcholarum Remenſium magiſter, nec tamen ſimul cancellarius* 513 a
Gaualcaudus *Beſuenſis in Burgundia monaſterii abbas. Vide* Vualcaudus.
Gaubertus *Beſuenſis in Burgundia monaſterii abbas. Vide* Josbertus.
Gaucerannus *epiſcopus Lingonenſis. Vide* Jocerannus.
† Gaudentius *epiſcopus Novarienſis* 945 b; *ſacræ ejus reliquiæ ex antiqua ei dicata, quæ deſtruenda erat, eccleſia ad eccleſiam S. Vincentii ad tempus delatæ ac deinde in nova, quæ ei interim exſtructa fuerat, eccleſia fuerunt depoſitæ* 945 ef, 946 a
Gaudentius *pater Aëtii, Hunnorum victoris*, 801 e
Gaufredus *abbas S. Martialis Lemovicenſis* 431 df, 432 a
Gaufredus *alter abbas itidem S. Martialis Lemovicenſis, Wigonis ſucceſſor* 432 b
Gaufredus *cartuſiæ Montis-Dei protoprior Ms. Conſuetudinum Cartuſiæ codicem accepit, domuique ſuæ dedit* 492 a
Gaufredus *Tancredi ab Alta-villa filius* 640 d
Gaufridus *epiſcopus Andegavenſis reviſit corpus S. Renati epiſcopi* 393 d
Gaufridus *Beſuenſis in Burgundia monaſterii abbas. Vide* Joffredus.
Gaufridus de Lorotello *comes Cantazarii, graviſſima infirmitate, cùm factas Turritano S. Stephani monaſterio donationes revocâſſet, divinitus percuſſus pœnitenſque ſanatus*, 692 ef, 693 a
Gauherius *monaſterii S. Quintini, haud longè à mœnibus Bellovacenſibus ſiti, alumnus* 749 c
Gauſlinus *epiſcopus Patavinus* 810 b; *hodiernum S. Juſtinæ Patavinum monaſterium primus exſtruxiſſe videtur, multiſque id bonis, datâ etiam hunc in finem chartâ publicâ, donavit*, 807 cdef, 808 abcde
Gazius (*Bernardus*) *Ordinis Cartuſienſis procu- generalis* 772 ac
Gebehardus *archiepiſcopus Salisburgenſis* 452 c, 453 e, 462 be, 466 a, 472 f; *Pariſiis in ſtudiis ſocium nactus fuit B. Adalberonem, Herbipolenſem poſtea epiſcopum*, 455 b; *adhuc juvenis archiepiſcopatum Salisburgenſem ſibi prædixit, monaſteriique exſtructionem vovit* 455 cd; *votum illud poſtea condens Admontenſe monaſterium implevit* 456 f, 471 b; *legationem ad Saxones pacis componendæ cauſâ pro Henrico IV, Germaniæ rege, obivit* 462 c; *à Gregorio VII Papa adverſus eumdem regem ſtetit* 465 ab; *multa hac occaſione eſt paſſus voluntariumque in exſilium, ne cum excommunicato rege communicare cogeretur, ſeceſſit* 455 e, 466 c; *ſynodo Quindiliburgi adverſus Guibertum antipapam ejuſque ſequaces celebratæ interfuit* 465 d
Gebehardus *epiſcopus Conſtantienſis. Vide* Gebhardus.
Gebennis (*Hugo de*) 782 a
Gebhardus *epiſcopus Conſtantienſis* 467 b; *ſynodo Quindiliburgenſi, adverſus Guibertum antipapam ejuſque ſequaces celebratæ, per legatum interfuit ac ſubſcripſit* 465 d
Gebuinus *abbas Moſomenſis donationi, anno* 1076 *monaſterio S. Baſoli factæ, ſubſcripſit* 511 ce
Geilo *epiſcopus Lingonenſis* 340 b, 342 c, 343 f, 352 ef, 354 f, 361 f, 362 b, 363 a; *quandonam ſedem hanc occupare inceperit* 338 cd; *corpus S. Prudentii clàm ſublatum ex Aquitania in Burgundiam detulit, ibique in Beſuenſis monaſterii eccleſia, SS. Petro & Paulo ſacra, honorificè depoſuit* 333 cef, 334 acd, 338 de, 339 be, 353 ef, 354 abc; *quandonam id fecerit* 338 f, 339 a; *narratur etiam brachium S. Jacobi è peregrinatione Compoſtellana in Burgundiam attuliſſe* 338 f; *prædia quædam monachis Beſuenſibus donavit* 339 def; *ejus hac de re charta* 339 bo
Geilo *comes* 354 f
Geiſericus *Wandalorum rex* 98 d, 331 cde, 332 a
† Gelaſius I *Papa* 828 b
Gelaſius II *Papa* 653 b, 809 c
Gemellus *epiſtolâ à Theodorico Italiæ rege conventus* 64 bc
Genebaldus *epiſcopus Laudunenſis* 905 d
† Geneſius *è mimo gentili Chriſtianus ac dein martyr* 56 bc; *cùm Geneſio Arelatenſi à Marteneo confunditur* 62 e
† Geneſius *martyr Arelatenſis* 56 c, 61 c, 265 e; *cum Geneſio mimo à Marteneo confunditur* 62 e; *celeberrimum ejus Arelate ſepulcrum, à S. Apollinare Valentino viſitatum*, 56 b, 57 b
Geneſius *monachus Beſuenſis, à Normannis occiſus*, 343 ab
† Gennadius *Aſturicenſis epiſcopus* 236 bc
Gentilis (*Horatius*) *Reate Vicarius Apoſtolicus articulum digiti ex Eleutherii epiſcopi martyris reliquiis extrahi permiſit* 113 b
† Georgius, *cujus eccleſiæ in Opere de Miraculis S. Fidis mentio fit*, 320 b; *idem fortè eſt cum S. Georgio, qui ad* x *Novembris à Caſtellano annuntiatur*, 321 b
† Georgius *martyr: ejus reliquiæ Ticini in S. Felicis monaſterio aſſervatæ* 859 d
Geraldus I *epiſcopus Lemovicenſis* 431 f, 432 a
Geraldus II *epiſcopus Lemovicenſis* 432 f
Geraldus *presbyter Conchenſis, in famulum ſuum, ſimul & in S. Fidem injurius*, 302 def, 303 a bc, 304 d, 305 cd
† Gerardus *abbas Bronienſis* 756 c
† Gerardus *comes Auriliacenſis in Arvernia* 431 c
Gerardus *epiſcopus Cameracenſis inveſtituram ab Henrico IV, Germaniæ rege, accepit, ignorans id illicitum*, 518 c
Gerardus *epiſcopus Patavinus* 816 b; *in ſacras reliquias felici ſucceſſu inquiſivit, inventaſque locis decentibus depoſuit* 810 def, 816 b
Gerardus *comes monaſterium Vezeliaci condidit, everſumque à Saracenis inſtauravit* 355 b
Gerardus *præpoſitus monaſterii S. Trudonis, in abbatem ab hujus monachis electus*, 547 f, 548 b
Gerardus *S. Bernardi diſcipulus, è Clara-valle ab hoc, quò Belli-fontis monaſterium ad inſtituta Ciſtercienſia adduceret, in Hiſpaniam miſſus*, 950 d; *poſtea illius factus dicitur abbas* 952 c
Gerbertus *monachus Aureliacenſis, ac dein Papa,*

Silveſter II *dictus*, 506 a; *diſcipulum habuit S. Fulbertum, Carnotenſem epiſcopum*, 504 c, 505 a, 506 b

Gerbertus *archiepiſcopus Capuanus* 91 f

† Gereon *martyr Thebæus* 277 e, 964 f

† Germanus *epiſcopus Antiſſiodorenſis* 396 a d e, 397 f, 398 a

† Germanus *epiſcopus Capuanus* 91 e, 93 b, 94 a, 120 f, 121 c; *S. Placidum cum ſociis benignè excepit* 91 d, 120 e, 141 e; *ejus animam in cælum ferri vidit S. Benedictus* 91 d, 124 a

† Germanus *epiſcopus Pariſienſis* 124 b c, 385 a b, 386 a b, 389 f, 923 a f; *corpus S. Urſini, locum priùs, quo id jacebat, à ſancto iſto Bituricenſi epiſcopo ſibi apparente edoctus, invenit, honorificéque cum Probiano Bituricenſi epiſcopo & S. Auguſto presbytero abbate tranſtulit* 923 d e

† Germanus *frater S. Helani presbyteri confeſſoris* 904 b, 905 e

Germanus *Anicii Juſtiniani Probi ſecundum Wionem filius* 81 a b c, 82 d; *Juſtini imperatoris ſorori maritatus fuiſſe & tres ex ea filios, hoſque inter Juſtinianum imperatorem procreâſſe ab eodem Wione fingitur* 82 c d

Germanus *Juſtiniani imperatoris ex fratre nepos* 82 c d e

Germanus *Mathaſuentæ, Theodorici Italiæ regis neptis, ſecundum Wionem maritus* 82 d

Germanus *vir illuſtris, litteris ab Hormiſda Papa conventus*, 82 d

Geroult (*D.*) *Acta S. Leopardini, è Mss. abbatiæ S. Illidii Claromontani deſcripta, ad nos miſit* 909 c, 912 e

Gertrudis *Reneti de Brenken militis filia, cujus famulæ fractum genu ad invocationem S. Meinulphi fuit ſanatum*, 205 b c d

Gervaſius *archiepiſcopus Remenſis* 497 b, 500 c, 505 d, 508 f, 509 a, 510 b c, 513 a b, 516 d, 532 e, 557 c; *morti proximus fidei profeſſionem, ab emiſſa per S. Brunonem Carthuſienſem non multùm, quantùm ad Euchariſtiæ Sacramentum diverſam, emiſit* 507 b; *ſcholas Remenſes S. Brunoni Carthuſiano regendas dedit* 512 d; *id veroſimillimè ante annum* 1060 *fecit* 510 f; *chartam pro percelebris Sandionyſiani Remis monaſterii fundatione dedit* 512 e; *de eccleſia ſua optimè fuit meritus* 516 b

Geylo *epiſcopus Lingonenſis. Vide* Geilo.

Ghinettus *S. R. E. Cardinalis. Vide* Ginettus.

Gibbus (*Joannes*) *Anaſtaſii I imperatoris exercitûs dux* 850 a; *à Juſtino, poſtea imperatore, necando terrifica ſibi in ſomnis viſione oblata fuit abſterritus* 849 e f

Gibilinus *archiepiſcopus Arelatenſis* 612 b e

† Gibrianus *presbyter, frater S. Helani presbyteri confeſſoris* 903 f, 904 a b, 905 d e f

Giffard (*Walterus*) *comes Buckinghamiæ, in eccleſiam S. Fidis de Longavilla in Normannia piè munificus* 283 b

Gilio (*Robertus de*) *presbyter monaſterio S. Placidi de Colonero initium unà cum aliquot aliis dedit* 104 a b

Gilo *Giemi vicinorumque locorum dynaſta S. Feliculæ reliquias è S. Brictionis caſtro abſtulit, earumque veroſimiliter etiam partem donavit Valeriacenſi in ducatu Bituricenſi capitulo* 225 d e, 226 e

Ginettus (*Martius*) *S. R. E. presbyter Cardinalis, in alma Urbe vicarius*, 13 f; *extracta Romæ è Calixti cœmeterio Conſtantii & Fauſti corpora pro veris ſanctorum Martyrum corporibus habuit* 962 e

Giraldus *epiſcopus Lemovicenſis. Vide* Geraldus.

Giraldus *princeps Firmitatis* 913 b

Girardus *epiſcopus Lemovicenſis. Vide* Geraldus.

Girardus *Beſuenſis in Burgundia monaſterii abbas* 346 b

Girardus *monachus Conchenſis, condendo Prioratui S. Fidis de Horsham in Angliam ductus*, 284 d

Girbertus *monachus. Vide* Gerbertus.

Giſeltruda *Aiſtulphi Longobardorum regis uxor* 441 b

Giſſeyus (*Odo*) *S. J. ſacerdos prolixum de Anicienſi Deiparæ imagine, miraculis clara, Opus conſcripſit* 308 b

Giſulfus *dux Forojulienſis* 83 f

Giwoldus *epiſcopus Auguſtanus ſynodo Quindiliburgenſi, adverſus Guibertum antipapam ejuſque ſequaces celebratæ, per legatum interfuit ac ſubſcripſit* 465 d

Godefridus Bullonius *dux Lotharingiæ ac deinde Hieroſolymæ rex* 718 f; *ad Saxones pacis componendæ gratiâ pro Henrico IV, Germaniæ rege, legationem obivit* 462 e

Godefridus *ſcholarum Remenſium præfectus* 503 d, 505 b c d e, 510 c d; *ſcholarchæ ſimul & cancellarii munia Remis aliquamdiu obivit* 513 a

Godefridus V *comes Andegavenſis* 861 a; *Hieroſolymis Andegavos afferri SS. Sergii & Bacchi reliquias juſſit, eaſque in Andegavenſi horum monaſterio ſolemni ritu deponendas curavit* 860 b c e

Goffredus *Rogerii, Calabriæ & Siciliæ comitis, filius. Vide* Gofridus.

Goffridus *abbas Lucionenſis* 765 b

Gofridus *epiſcopus Melitenſis* 640 b, 646 d; *chartam publicam, quâ Turritanam eremum S. Brunoni comes Rogerius dedit, confirmavit* 639 e f; *exſtructæ per eumdem Sanctum Turritanæ eccleſiæ conſecrationi adſtitit* 650 a

Gofridus *Rogerii, Calabriæ & Siciliæ comitis, filius* 639 e, 640 e f, 646 f, 647 a, 648 c e, 649 b c

Gomeſanus *epiſcopus Zamorenſis diplomati Ferdinandi I, Caſtellæ & Legionis regis, ſubſcripſit* 240 a

Gontharis *belli dux, à Mauris cæſus*, 98 a

Gontrannus *abbas monaſterii S. Martini Turonenſis* 428 b

Gonzaga *princeps ſolemnitati, quâ ſacra S. Peregrinæ V. M. lipſana in Labacenſem Auguſtinianorum excalceatorum eccleſiam anno* 1660 *fuêre illata, interfuit* 16 a b

Gordianus *Gregorii Magni Papæ pater* 81 f, 82 a

Gordianus *nobilis Romanus, S. Placidi ſecundum hujus Acta conſanguineus*, 78 a, 90 d, 118 b; *narratur in hiſce in Caſinenſe monaſterium ſeſe exhibuiſſe munificum* 118 f, 119 a; *obtruſa, quâ id fecerit, charta haud ſinceræ eſt notæ* 79 b c

Gordianus *S. Placidi ſecundum hujus Acta ſocius* 65 c e, 70 b d, 71 a, 73 d, 78 a, 80 b c d, 91 c d, 93 c e, 94 a b, 99 e f, 107 c, 110 a, 114 c e, 115 c d, 119 b, 120 e, 121 b, 124 c d, 126 b, 129 f, 130 c, 132 b, 133 a, 136 b, 138 d e, 139 d e f, 141 c; *Acta illa*

illa ipſemet Græcè & Latinè ſcripſiſſe dicitur 73 d e; *de re hac quid ſentiendum* 73 f, 74, 75, 76 a b c d; *ſecundum eadem Acta, Saracenis monaſterium S. Placidi invadentibus, fugâ ſe ſubduxit, noctuque deinde è latebris egrediens Placidum ac Socios in carcere adivit, ad martyrium animavit, interfectorumque paulò poſt corpora terræ mandavit* 130 c d, 131 c d e, 135 c d, 146 b d, 147 b d; *quid à Sanctorum illorum martyrio ſecundum dicta etiam Acta præterea egerit* 138 a b c

Gorgis (*paganus de*) *chartæ publicæ, S. Brunoni conceſſæ, ſubſcriptus* 648 c f

Gotcelinus *monachus Bertinianus, Vitæ S. Editha virginis ſanctimonialis Wiltonienſis, ut creditur, ſcriptor* 400 b

Goteſcalchus *epiſcopus Anicienſis chartæ, quâ Stephanus, epiſcopus Mimatenſis, monaſterium S. Enimiæ Calmeliacenſibus donavit, ſubſcripſit* 412 c; *cur id fecerit* 413 d

Gotfridus *marchio, B. Adalberonis, Herbipolenſis epiſcopi, frater* 454 d e, 470 e

Gothus (*Philippus*) *eques Meſſanenſis S. Placidi Sociorumque inventionem Italico idiomate deſcripſit* 104 c

Gotſelinus *monachus Bertinianus. Vide* Gotcelinus.

Gotſelmus *epiſcopus Lingonenſis* 344 b c

Gozechinus *ſcholaſticus Leodienſis* 510 d e

Gozzelo *Lotharingiæ dux. Vide* Godefridus Bullonius.

† Gradus *epiſcopus. Vide* † Gratus.

Graniſta *comes, ſectâ Arianus, multarum in Galliis cladium, Catholicis illatarum, cauſa,* 336 f, 337 a

Granſon (*Aymo de*) *epiſcopus Gebennenſis* 780 b

Grantavul (*Guilielmus de*) *Mabiliæ, Rogerii Apuliæ & Calabriæ ducis ſororis, maritus* 648 e, 649 a

Grantemanil (*Guilielmus de*). *Vide* Grantavul.

Graſſo (*Auguſtinus*) *relationem de S. Geroldi maxilla, ab ejuſdem Sancti capite pro Agrippinenſi Societatis Jeſu templo ſeparata, Italicè compoſuit* 959 c, 960 f

Gratianus *imperator* 711 e, 885 f

† Gratus *epiſcopus Auguſtæ Prætoriæ in Pedemontio* 3 b

† Gregorius I *Papa, cognomento* Magnus, 72 f, 81 f, 97 c, 155 e, 333 b, 380 b, 483 f, 484 c, 720 f, 795 c, 926 d, 932 f, 934 f, 935 a; *in Litaniis Sabbati ſancti admodùm antiquis fuit invocatus* 71 f; *ſcripſit Vitam S. Benedicti abbatis* 87 a; *aliquot etiam S. Gallæ viduæ geſta obitumque deſcripſit* 147 c, 149 c, 150 a b; *per Deiparæ iconem, eidem ſanctæ Viduæ, ut fertur, prodigio olim conceſſam, beneficium obtinuit, hincque plenariam, quæ illam viſitantibus à Joanne I Papa, ut aiunt, conceſſa fuerat, indulgentiam confirmavit* 156 d; *de re hac quid cenſendum* 158 b c d e f; *caput S. Lucæ Euangeliſtæ Conſtantinopoli Romam detuliſſe narratur à Baronio* 816 a; *SS. Petri, Pauli, Pancratii & Laurentii reliquias ad Palladium Santonenſem epiſcopum, qui eas, in exſtructa à ſeſe Sanctis illis eccleſia deponendas, rogârat, dono miſit* 934 f; *eidem ſancto Santonenſi epiſcopo datâ ad eum epiſtolâ S. Auguſtinum, Anglorum apoſtolum, in Angliam à ſe miſſum, commendavit* 935 b c d e

† Gregorius II *Papa* 429 a, 655 d

† Gregorius III *Papa* 887 a b; *ſacram Romæ SS. Sergio & Baccho ædem auxit, antiquæve loco ampliorem exſtruxit* 857 f, 858 a

Gregorius IV *Papa* 794 e f, 805 a b c d f, 888 e; *Formianam ſedem Caietam tranſtulit* 380 b

Gregorius V *Papa* 379 f

† Gregorius VII *Papa* 154 f, 155 a, 159 d e, 160 c e, 161 a b c, 457 b c f, 458 a, 461 e, 463 d f, 464 f, 465 b d, 466 d, 467 a, 473 e, 474 a, 476 a b c d, 490 d, 495 a, 509 b, 515 f, 517 f, 518 e f, 519 d f, 521 e, 522 d, 523 d e f, 524 a, 527 c, 529 d, 542 a, 543 a, 610 a, 611 a e, 612 c d, 613 c f, 623 e, 633 f, 653 b, 705 b, 708 e, 716 f, 722 a, 724 c, 779 e, 891 d e f, 892 a c d, 893 b, 895 f, 897 b c e f, 898 e, 899 f, 900 e; *eccleſiam beatæ Mariæ in Porticu inſtauravit, indulgentiamque, quæ ſervatam ibi prodigioſam Deiparæ imaginem viſitantibus à Joanne I Papa, ut aiunt, fuerat conceſſa, confirmavit* 156 e; *de re hac quid ſit cenſendum* 158 b c d e f; *Henricum IV, Germaniæ regem, ut à vexanda Eccleſia deſiſteret, ſub excommunicationis pœna admonuit, deteroraque audentem excommunicavit* 463 b c; *victoriam, quam de ſchiſmaticis Catholici anno* 1086 *prope Herbipolim retulerunt, prædixit* 467 b; *excommunicationis ſententiam, in Stephanum Anicienſis eccleſiæ invaſorem latam, ratam habuit* 518 a; *Gerardi epiſcopi Cameracenſis electi cauſam in ſynodo examinari juſſit* 518 b c; *latam in Manaſſem I, Remenſem archiepiſcopum ſimoniacum, ſuſpenſionis ſententiam ſub certis conditionibus reſcidit* 521 f, 522 a b c; *poſt tamen illum, cùm nec verbis ſtaret, legitimumque judicium ſubterfugeret, ſeverius tractavit, approbataque, quâ Lugduni percuſſus fuerat, ſententiâ, ſede etiam tandem ac civitate Remenſi expelli voluit, multa interim ſemper moderatione uſus,* 522 d e f, 523 a b, 524 b c d e f, 525, 526 a b c d e

Gregorius IX *Papa* 954 f

Gregorius XIII *Papa* 109 e, 173 a, 820 a; *annuam Roſarii beatiſſimæ Virginis Mariæ ſolemnitatem ob debellatam à Chriſtianis Turcarum claſſem inſtituit* 787 e, 788 a

Gregorius XV *Papa* 536 a d, 586 f, 773 d, 774 c d e f, 775 a b c; *corpus S. Placidi, à Placido Benedictino diverſi, Româ Bononiam deferri permiſit* 113 c; *S. Brunonem feſto annuo coli, Officium de eo componi liberéque & licitè ab omnibus ubique fidelibus recitari poſſe Brevi Apoſtolico conceſſit* 535 f, 700 d, 771 f, 772 a b c; *illud tamen Officium Breviario Romano inſeri juſſiſſe non videtur* 537 c d; *indulgentiam etiam plenariam omnibus, Carthuſianorum eccleſias luce S. Brunoni ſacra frequentantibus, impertiit* 772 d, 773 e; *litteræ Apoſtolicæ, quibus id fecit,* 772 e f

† Gregorius *Armenus* 838 a

† Gregorius *epiſcopus Autiſſiodorenſis: ejus reliquiæ in Autiſſiodorenſes S. Germani cryptas delatæ,* 398 a b

† Gregorius *epiſcopus Turonenſis* 930 d; *S. Sergii reliquias in eccleſiæ, S. Perpetuo Turonis ſacræ, baptiſterio depoſuit* 857 c; *quandonam id fecerit* 857 d e

Gregorius *patriarcha Antiochenus* 853 e f

Gregorius *exarchus Ravennas* 804 f

Gregorius *præſidii Opitergini præfectus* 804 f

Gregorius *Prior Carthuſiæ Friburgenſis capitis S. Brn-*

Brunonis portionem obtinuit, particulasque, in quas hanc diviserat, variis cartusiis distribuit 701 d e, 702 a b, 734 f
Gregorius *S. Nicetæ confessoris, ut dicitur, pater* 445 c f, 446 b
Grimeius, *donationi, monachis Besuensibus factæ, subscriptus,* 346 d
Grimerius *monachus ecclesiam, ut fertur, S. Prudentio condidit, prævie, ut id faceret, in somnis ab hoc monitus* 346 d, 366 a b, 368 c; *an idem sit cum Grimeio, donationi monachis Besuensibus factæ, subscripto, est incertum* 346 d e
Grimoaldus *Longobardorum rex* 418 b f, 419 e f, 420 d; *Opitergium funditus destruxit* 419 d, 422 d
Grippo *Carolomanni & Pippini frater* 429 e
Grisogonus *S. R. E. diaconus Cardinalis* 642 a
Grothausius (*Joannes*) *Societatis Jesu sacerdos de museo nostro bene meritus* 172 c, 177 a
Gualeramus *ecclesiæ Parisiensis cantor* 517 c
Gualterius à Mauritania *Ordinis Præmonstratensis, Laudunensis monasterii S. Martini abbas ac dein episcopus, inter Prætermissos* 3 e f
Gualterus *comes Pontisarensis* 528 e
Guarinus *archidiaconus* 512 a; *donationi, factæ monasterio S. Basoli, subscripsit* 511 c
Guarinus *laïcus seu conversus, è S. Brunonis sex primis in Cartusia sociis,* 533 b, 556 e, 596 c, 602 a b, 605 b, 606 d, 609 d, 704 e, 709 b, 712 b, 725 b, 726 c
Guarnerius *episcopus Lingonensis. Vide* Vuarnerius.
Gubaldus *xenodochii S. Joannis Messanæ Prior* 102 f, 103 a
Guercis (*Gentilis de*) *presbyter. Vide* Gangis.
Guerwicus *Waldsassensis in Germania Ordinis Cisterciensis monachus, inter Prætermissos* 3 f, 4 a
Guibertus *episcopus Ravennensis exauctoratus, in Romanam Cathedram ab Henrico IV, Germaniæ rege, adversus Gregorium VII Papam intrusus,* 463 c, 466 b, 718 d; *in synodo Quindiliburgensi iterumque in Placentino concilio fuit excommunicatus* 465 c d e, 651 d; *à suis dictus fuit* Clemens 466 d, 718 d. *Vide adeò etiam* Clemens antipapa.
Guichardus *dominus de Anthone, in cartusiam Arverniensem piè munificus,* 782 b
Guichardus *Humberti Belli-joci domini filius, in Cartusiam Arverniensem piè munificus,* 781 a c, 784 b
Guido *archiepiscopus Viennensis* 345 c; *concilio prope villulam,* lucum *dictam, celebrato præsedit* 363 f; *postea factus est summus Pontifex,* Callistus II *dictus,* 363 f, 365 d
Guido *S. R. E. Cardinalis, Sedisque Apostolicæ in Hispaniis legatus* 951 a; *concilium Vallisoleti celebravit* 950 e, 951 b
Guido III *comes sancti Pauli* 590 d e
Guido Cremensis *antipapa* 782 d
Guido *archidiaconus* 512 a; *donationi, factæ monasterio S. Basoli, subscripsit* 511 c
Guido *Langobardus, Philosophiæ scientiâ clarus,* 500 a b, 504 b
Guido *monachus Turritanus* 693 a
Guifridus *Cartusiæ Majoris conversus, ætatis admodùm provectæ factus,* 579 f, 580 a
Guigo *comes, in Calesiensem Ordinis Cartusiensis domum piè munificus,* 625 f, 626 b
Guigo *quintus Cartusiæ Majoris Prior* 491 e f, 492 a b c, 493 c d, 558 c d, 560 a, 562 a, 580 a, 606 d f, 617 b, 620 e, 621 a b c, 690 e, 734 c, 780 b, 785 d; *quam fuerit in suis, quas vocant, Consuetudinibus concinnandis normam secutus* 620 c d, 621 d e, 622 d; *primorum quatuor Cartusiæ Majoris Priorum elogia, Consuetudinibus illis præfixa, verosimillimè aut scripsit aut approbavit* 492 d; *scripsit etiam Vitam S. Hugonis episcopi Gratianopolitani* 502 a, 706 d; *novam Arveriæ in Beugesia Cartusiam constituendi curam B. Artaldo commisit* 780 c, 784 a
Guigo *Prior cartusiæ Arverniensis* 785 b; *ortam inter Cartusianos Portarum & monachos Thinontis litem composuit* 786 d
Guilhelmus. *Vide* Guilielmus.
† Guilielmus *Aquitaniæ dux* 564 f
Guilielmus *Aquitaniæ dux,* caput stuppæ *cognominatus,* 431 a b
Guilielmus V *dux Bavariæ* 774 b, 962 c
Guilielmus *episcopus Andegavensis* 389 b
Guilielmus *episcopus Belicensis, in cartusiam Arverniensem piè munificus,* 781 b c
Guilielmus *episcopus Trecorensis revelationi corporis S. Renati episcopi interfuit* 393 d
Guilielmus *abbas S. Albini Andegavensis iteratæ corporis S. Renati episcopi revelationi interfuit* 393 e
Guilielmus *S. Theofredi abbas, cum S. Brunone in Cartusiæ eremo commoratus,* 616 c, 704 f, 707 b, 729 a b; *Cartusianus tamen haud fuit* 707 b
Guilielmus *Tancredi ab Alta-villa filius* 640 d
Guilielmus *alter, cognomento* Ferrea-brachia, *Tancredi itidem ab Alta-villa filius* 640 d
Guillelmus. *Vide* Guilielmus.
Guillermus *illegitimus Oëbali, Torennensis toparchæ, filius castrum de Torenna à patre obtinuit* 317 d
Guiscardus (*Robertus*) *dux Apuliæ, Tancredi ab Alta-villa filius,* 636 b, 640 d e, 648 b
Gundebaldus *Burgundiæ rex Arianus* 51 a b, 55 c d e, 63 a, 336 f
Gundebaudus *Burgundiæ rex. Vide* Gundebaldus.
Gundobadus *Burgundiæ rex. Vide* Gundebaldus.
Gundobaldus, *Clotharii I Francorum regis filius à nonnullis existimatus. Vide* Gundobaudus.
Gundobaudus, *Clotharii I, Francorum regis, filius à nonnullis existimatus, hocque etiam nomine hæreditatis hujus partem sibi asserere conatus* 856 d, 857 c, 929 c d e f, 930 c d e f, 931 b, 933 d; *reliquiarum S. Sergii cupidus harum sibi partem obtinuit* 856 c; *Faustianum presbyterum ordinari Aquensem episcopum contra canonum statuta præcepit* 929 a b, 931 f; *varia ejus fortuna* 857 a b, 928 e f, 929 a; *Convenis tandem miserè interiit* 856 f, 930 a b
Gundulphus *episcopus Roffensis* 944 e
† Guntchramnus *Francorum rex. Vide* † Guntramnus.
Guntildis *abbatissa. Vide* Cunthildis.
† Guntramnus *Francorum rex* 856 f, 929 a e d, 931 a e f, 932 a b c e; *synodum Parisiis anno* 573 *habendam curavit* 927 f; *episcopos, ut sibi ac Childeberto II Austrasiæ regi, quem in filium adoptârat, bene precarentur, rogavit* 930 e f; *antistitum, qui Gundobaudo ad-*

adhæserant, causam examinari jussit, rationibusque, à S. Palladio Santonensi adductis, haud placatus, hunc præcipuè & Bertchramnum Burdigalensem acerbè increpuit, póstque iterum sese Palladio infensissimum exhibuit 930 a b c d e, 931 b c d

Gyrardus *abbas Casinensis* 76 e

Gyrardus *miles, in charta publica apud Achærium memoratus,* 347 f

H

Habranus *frater S. Helani presbyteri confessoris* 904 b

Haldetrudis *prima Clotharii secundi Francorum regis uxor* 408 b

Halinardus *Divionensis abbas* 345 b

Harlay (*Achilles de*) *comes de Bellomonte, libellorum supplicum magister;* 967 a

Hartungus *archiepiscopus Magdeburgensis synodo Quindiliburgensi, adversus Guibertum antipapam ejusque sequaces celebratæ, interfuit* 465 d; *in captam à Catholicis Herbipolim B. Adalberonem, civitatis hujus episcopum, qui ex hac à schismaticis pulsus fuerat, reduxit* 467 b

Hartwigus *archiepiscopus Magdeburgensis. Vide* Hartungus.

† Hathumarus *primus episcopus Paderbornensis* 179 b, 180 b c; 181 a b f, 182 a e f, 183 a, 184 f, 193 f, 218 d, 222 b c d; *sedem hanc seriùs quàm anno* 795 *adiisse videtur* 221 c d; *Gobelini circa tempus ejus emortuale error* 219 a, 221 f, 222 a; *ossa ejus anno* 1068 *elevata, pristinæque veneration anno* 1666 *restituta* 222 d

Hatto *Hunaldi, Aquitaniæ ducis frater, sacrilegè ab hoc deceptus oculisque orbatus,* 430 a

Havydis *Clari-fontis in ducatu Luxemburgensi abbatissa, inter Prætermissos* 788 f, 789 a b

Haymo *monasterii SS. Faustini & Jovitæ Brixiæ abbas corpus S. Antigii metu Normannorum in Italiam detulit* 361 b

Haymo; *donationi, anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscriptus,* 511 e

Hebert (*Rolandus*) *archiepiscopus Bituricensis* 414 a

Hebolus *comes. Vide* Ebalus.

Hecca *vir nobilis, qui S. Consortiam in matrimonium expetiisse narratur,* 40 f, 41 f, 42 b c d, 43 b

Hector *Rainonis de Castro Albino, divinitus morte puniti, frater, cælestem & ipse vindictam expertus;* 309 a, 310 a

Hce (*Claudius de*) *Prior cartusiæ Petræ-castri* 779 a

† Helena *imperatrix, Constantii Chlori uxor & Constantini Magni mater;* 446 c; 588 d

Helena, *aliis* Beatrix, *prima Clari-fontis in ducatu Luxemburgensi abbatissa* 789 b

Helinandus *episcopus. Vide* Elinandus.

† Henricus II, *aliis meliùs I, imperator* 460 d

Henricus III, *aliis meliùs II, imperator* 713 a, 812 c

Henricus IV, *aliis meliùs III, imperator* 458 f, 460 c d f, 462 c f, 463 a, 464 a e; 465 a b c f, 466 a f, 467 a d f, 469 c, 471 e; 472 a, 473 a b c; 496 d, 518 c; 526 f, 542 a, 597 e, 627 c; 634 c; 651 d, 708 e, 718 d, 722 a b c, 724 c, 779 d; *ejus erga Saxones perfidia* 462 d; *adversus Gregorium VII Papam, à quo, ut à vexanda Ecclesia sub excommunicationis interminatione monitus fuerat, conciliabulum Wormatiæ celebravit, aliaque multa gessit* 463 b c d e; *captam ab inimicis Herbipolim in potestatem suam iterum redegit* 467 c; *sede sua dejecit B. Adalberonem, episcopum Herbipolensem, eique Meinhardum schismaticum substituit* 466 b d e, 489 e; *ab Hermanno, à Catholicis in regem assumpto, fuit profligatus* 489 e f, 490 e; *Brugesiam Amedæo II Sabaudiæ comiti donavit* 779 d e

Henricus V, *aliis meliùs IV, imperator* 462 f, 463 a, 473 b c, 809 b c; *in patrem rebellavit* 472 a b c

Henricus I, *cognomento* Auceps, *Germaniæ rex* 727 d

Henricus I *Francorum rex* 274 a, 279 f, 528 e f, 913 a b

Henricus II *Francorum rex* 945 f

Henricus I *Angliæ rex* 284 b, 567 c; *privilegium Prioratui S. Fidis de Horsham concessit ac confirmavit* 284 d e f

Henricus II *Angliæ rex* 432 e, 785 a; *in cartusiam Arverniensem exstitit pie munificus* 781 a b; *cartusiam Withamiensem fundavit, primumque hujus Priorem S. Hugonem, Lincolniensem postèa episcopum, singulari benevolentia fuit complexus* 781 d; *concessiones, monasterio S. Osithæ factas, confirmavit* 936 e

Henricus VIII *Angliæ rex* 401 a, 937 a, 944 a

Henricus I *Herbipolensis episcopus* 455 b, 472 f; *Herbipolense S. Stephani monasterium fundavit* 459 f; 460 a d e f

Henricus *episcopus Leodiensis* 548 b; *Lanzonem abbatiæ Trudonopolitanæ, invitis hujus monachis, præfecit* 547 d e f, 548 a

Henricus *episcopus Neocastrensis* 651 a, 660 d, 667 f, 668 c; *exstructæ per S. Brunonem Turritanæ ecclesiæ consecrationi adstitit* 650 a

Henricus *abbas S. Remigii donationi, anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscripsit* 511 c e

Henricus *dux; contra Normannos ab imperatore haud prospero eventu missus,* 341 d

Henricus *secundò genitus Wilhelmi; Tholosani comitis, filius* 326 f

† Heraclas *patriarcha Alexandrinus* 844 c

Heraclius *senior seu I imperator* 418 d f; 419 c d e f, 420 c d e f, 421 f, 422 b, 804 f

Heraclius *episcopus Engolismensis Nantinum comitem excommunicavit, fidelemque deinde seu verâ seu fictâ pœnitentiâ communioni restitutum iterum ab hac ob nova crimina semovit* 928 b c d

Heraclius *episcopus Santonensis ex ecclesiæ Burdigalensis presbytero* 927 d

Heraïs. *Vide* Hieraïs.

Herbertus *episcopus Norvicensis* 284 b; *ecclesiam Prioratûs S. Fidis de Horsham consecravit* 284 d e

Herbertus II *comes Veromanduensis* 755 f

Herbertus III *comes Veromanduensis Latiniacensi diœcesis Parisiensis monasterium instaurandum curavit* 755 f

Herchenraus *episcopus Catdlaunensis à monachis S. Germani sacras S. Urbani Papæ martyris reliquias dono accepit* 397 f, 398 a

Herimannus *episcopus Mettensis* 463 c, 467 b, 548 b; *investituram à manu seculari accepit, factique póst pœnituit* 464 b c e f; *damnationi* Gre-

Gregorii VII Papæ ſeſe oppoſuit, nec, ut apparet, Wormatienſi, in quo hæc facta fuit, conciliabulo ſubſcripſit 463 d e f, 464; *à ſcriptoribus veteribus laudatur, ſchiſmateque Henriciano durante, Catholicis partibus conſtanter adhæſit* 464 f, 465 a b c; *Lanzonem abbatiæ Trudonopolitanæ, invitis hujus monachis, præfecit* 547 d e f, 548 a

Herimannus *epiſcopus Nivernenſis* 168 b f, 169 c d, 170 e; *ejus de reſtitutis à Carolo Magno eccleſiæ Nivernenſi bonis teſtimonium* 168 d e; *diploma à Carolo Calvo in eccleſiæ ſuæ favorem impetravit* 168 c; *Nivernenſe S. Martini cœnobium ſedecim canonicis à ſe inſtitutis inhabitandum dedit hoſque ex eccleſiæ ſuæ bonis aluit* 170 a

Herimannus *monachus Trudonopolitanus* 548 b

Herimannus *monachus Trudonopolitanus alter* 548 b

Herimannus *ſcholarum Remenſium præfectus* 505 c d e, 510 d e f

Heriveus *archiepiſcopus Remenſis* 344 c

† Herlembardus *ſanctis Martyribus ab Urbano II Papa adſcriptus* 241 c

† Hermachoras *primus Aquileienſis epiſcopus. Vide* † Hermagoras.

† Hermachoras *martyr* 897 f, 898 a b

† Hermagoras *primus Aquileienſis epiſcopus* 218 e, 221 d

Hermannus *Lucemburgicus, à Catholicis adverſus Henricum IV Germaniæ regem poſt Rudolfi Suevici obitum rex electus*, 465 d, 467 d, 489 e; *Herbipolim, cæſo antè prope Bleichfeld hoſtili exercitu, anno* 1086 *expugnavit, beatumque Adalberonem, civitatis hujus epiſcopum, ſedi ſuæ reſtituit* 466 f, 467 a b, 489 f; *Henricum IV, Germaniæ regem, apud Hochſtadium anno* 1081 *profligavit* 490 e

Hermannus *epiſcopus Bambergenſis, ſententiâ Sedis Apoſtolicæ exauctoratus*, 461 e f

Hermannus *epiſcopus Mettenſis. Vide* Herimannus.

Hermannus *epiſcopus ſchiſmaticus intruſus* 476 f

Hermannus *comes, in Schwarzacenſe monaſterium piè munificus*, 461 d

Hermipennius (*Joannes*) *monaſterii Budicenſis ſubprior* 207 e

Herodes *rex infanticida* 810 f, 813 a

Hieraïs *è civitate Memphi, inter Prætermiſſos* 4 e

† Hieronymus *Eccleſiæ doctor in Litaniis Sabbati ſancti admodùm antiquis fuit invocatus* 71 f; *ejus Octava, inter Prætermiſſos* 787 e

Hieronymus *Valentinus in Hiſpania epiſcopus, qui, civitate ſua epiſcopali exutus, munia epiſcopalia Zamoræ exercuit* 236 a b, 240 b c

Hieronymus *Prior Montis Amati, titulo funebri S. Brunonem veneratus*, 737 b

† Hilarii *epiſcopi Toloſani inventio, inter Prætermiſſos* 786 f, 787 a

† Hilarion *abbas* 594 c, 711 d, 720 f

† Hilarius *epiſcopus Arelatenſis* 63 c

† Hilarius *epiſcopus Mimatenſis ſeu Gabalitanus, Martyrologio Romano die* XXV *Octobris inſcriptus*, 409 d, 411 c; *concilio Arvernenſi anni* 535 *ſubſcripſit* 409 e, 410 b; *fonti arefacto aquas precibus ſuis, uti in Vita ejus narratur, reſtituit* 409 f; *in hac eadem leguntur, quæ in Officio S. Ileri, videnturque huic geſta illius afficta* 409 f, 410 a b c; *probabiliter à S. Ilero epiſcopo Mimatenſi, in Actis S. Enimiæ memorato, diverſus non eſt* 410 d; *monaſterium prope flumen Tarne condidiſſe traditur* 410 e f

† Hilarius *epiſcopus Pictavenſis* 63 c, 355 c d, 755 b c, 934 d; *ejus Baſilica Pictavii à Saracenis combuſta* 337 e; *reliquiæ Divionem delatæ dicuntur à Theobaudo, S. Prudentii biographo*, 354 c

† Hilarus *Papa* 89 b

† Hilarus *epiſcopus Mimatenſis. Vide* † Hilarius.

† Hilda *abbatiſſa* 940 a b c d

Hildebrandus *Liutprandi, Longobardorum regis filius, à Longobardis rejectus*, 442 b c

Hildericus *Wandalorum in Africa rex* 153 f

† Hilerus *velut epiſcopus Gabalitanus ſeu Mimatenſis in Actis S. Enimiæ memoratus. Vide* † Ilerus.

† Hippolytus *martyr, Romæ ſub Valeriano paſſus*, 897 a

Hitherius *abbas monaſterii S. Martini Turonenſis* 428 b c, 430 b

Holte (*Arnoldus de*) *ſeptimus monaſterii Budicenſis Prior* 205 f

Homobonus *epiſcopus Cremonenſis* 957 f

† Honorati *epiſcopi Toloſani inventio, inter Prætermiſſos* 786 f, 787 a

Honorius III *Papa indulgentiam Portiunculanam S. Franciſco Aſſiſiati conceſſit* 573 f, 574 a b; *privilegium academiæ Pariſienſi impertiit* 706 c

Honorius *imperator* 56 e, 89 d, 271 c, 336 a, 796 a, 801 d

† Hormiſdas *Papa* 82 d e, 84 d, 119 d; *epiſtolâ à S. Avito, Viennenſi epiſcopo, fuit conventus* 51 e

Hormiſdas *Perſarum rex* 837 e, 853 c e, 854 a d

Horus, *velut martyr annuntiatus, inter Prætermiſſos* 4 f

Hoya (*Joannes ab*) *Monaſterienſis epiſcopus eccleſiæque Paderbornenſis adminiſtrator partem reliquiarum S. Meinulphi petiit & obtinuit à Budicenſibus canonicis* 206 f; *horum illa de re litteræ* 206 f, 207 a b

Hubertus *epiſcopus Andegavenſis* 392 e; *an Bernardum, miraculorum S. Fidis ſcriptorem, ad ſe, ut Andegavenſi epiſcopali ſchola præeſſet, arceſſierit* 301 f, 302 a; *retexit corpus S. Renati epiſcopi* 393 d

† Hugo *epiſcopus Gratianopolitanus* 502 a, 533 b, 535 e, 545 d, 556 d f, 557 b, 561 f, 564 a, 565 b, 566 b c d e, 567 a, 568 b c d e, 575 b, 581 d, 594 b, 595 c, 599 c, 600 d e f, 601, 603 c d e f, 604 a b c d e, 605 a b c, 607 b c d e, 608 c, 609 a, 613 d, 617 a b, 623 e, 624 a, 625 c, 627 e, 628 d, 631 a, 632 e f, 633 a, 704 d e, 705 a, 706 f, 707 a b, 711 e, 712 f, 713 d, 715 d, 716 d, 717 c d e f, 718 b d, 721 f, 726 a c, 727 e f, 729 f, 730 a c d, 783 c; *oblata ſibi in ſomnis viſione, quâ S. Bruno ejuſque ſocii, Gratianopolim pergentes Cartuſiamque petituri, deſignati fuêre, divinitus honoratus, benignè hoſce excepit ſuoque auxilio ac conſilio fovit* 602, 603 a b, 604 f, 607 f, 609 d, 704 e f, 713 f, 714 a b f, 715 a b c, 716 a, 726 d e f, 727 a b c, 728 b; *cum Brunone etiam in Cartuſiæ eremum ingreſſus eſt, ibique cum eo commoratus* 608 a, 616 b c, 716 b; *quo anno hic ingreſſus ſtatutus reperiatur, & quo reipſa acciderit*, 609 d e f, 610, 611, 614 c d e f, 615, 616 a; *quandonam Romæ fuerit ordinatus epiſcopus* 612, 614 b c; *qua ratione computandus annus epiſcopatûs*,

ſcopatûs ejus quartus, quo data notatur charta publica, quâ S. Brunoni, quidquid in Cartuſiam juris ſibi competebat, ceſſit, 625 e f, 626 a b; *exſtructam à S. Brunone in Cartuſia eccleſiam conſecravit* 618 a b c d e; *hunc tamen etiam tunc habitu monaſtico induiſſe non videtur* 618 e, 619 a b; *ſingulari planè in eumdem Sanctum affectu, veneratione ac benevolentia fuit* 624 d e f, 625 a d, 705 a, 720 a b c; *Cartuſianus tamen haud exſtitit, nec eum in ſtudiis ſocium habuiſſe videtur* 624 c, 706 d e

† Hugo *epiſcopus Lincolnienſis* 578 e, 579 f, 779 b, 783 d, 786 a, 787 d; *ejus tranſlatio, inter Prætermiſſos* 260 d e, 789 f; *B. Artaldum jam ſenem inviſit* 778 c, 784 f, 785 a

† Hugo *abbas Cluniacenſis* 518 c, 562 f, 563 b, 565 a, 667 b

Hugo Capetus *Francorum rex* 431 a, 606 f

Hugo *S. R. E. Cardinalis, equitum Hieroſolymitanorum magiſter, Meſſanenſe S. Joannis Baptiſtæ templum forma elegantiori refici juſſit* 105 a; *pro impetrandis SS. Placidi Sociorumque reliquiis apud Pontificem inſtitit, & tamen an voti factus fuerit compos, eſt dubium* 111 c

Hugo *epiſcopus Dienſis, Sedis Apoſtolicæ in Galliis legatus ac dein Lugdunenſis archiepiſcopus* 259 a b, 502 f, 509 b, 517 f, 521 a e f, 522 c d e f, 523 b e, 524 b c, 526 e, 533 a, 597 e, 607 a, 612 a b e, 613 a d e f, 614 a b, 632 e f, 633 a, 718 d, 730 c; *concilium Claromonte celebravit, in eoque Stephanum, eccleſiæ Anicienſis invaſorem, excommunicavit* 518 a b; *celebravit & concilium Auguſtoduni* 518 c; *in Manaſſem I, Remenſem archiepiſcopum, tulit ſuſpenſionis ſententiam* 521 f, 522 a b; *concilium Lugduni, anno* 1080 *habitum, indixit ibique eumdem Manaſſem, ad id citatum, nec tamen, falſis allatis excuſationibus, venientem exauctoravit, donis ſibi oblatis nihil motus,* 524 d e f, 525 a b c d e; *S. Brunonem Cartuſienſem & Manaſſem, eccleſiæ Remenſis præpoſitum, veluti de Eccleſia bene meritos, Gregorio VII Papæ commendavit* 515 f, 518 e, 527 c, 529 e; *epiſtola, quâ id fecit* 518 e f, 519 a b c

Hugo *epiſcopus Albanenſis, ſententiâ excommunicationis in ſynodo Quindiliburgenſi adverſus Guibertum antipapam ejuſque ſequaces celebrata percuſſus,* 465 e

Hugo *epiſcopus Aſtenſis* 678 f, 679 a

Hugo *epiſcopus Lingonenſis, Beſuenſi monaſterio hujuſque monachis adverſatus,* 345 b; *Berengarii hæreſim primus detexit, huncque in rectam viam reducere fuit conatus* 506 e f

Hugo *Burgundiæ dux* 346 c, 364 d, 365 e

Hugo *abbas Figiacenſis* 433 a

Hugo *abbas S. Martialis Lemovicenſis* 431 d f, 432 a

Hugo *dictus* Capellanus, *è S. Brunonis ſex primis in Cartuſia ſociis,* 533 b, 556 e, 591 f, 596 c, 602 a b, 605 b, 607 c d, 609 d, 704 c, 706 f, 709 b, 712 a, 713 d e, 725 b, 726 b, 727 e, 783 c, 785 d; *biennio Cartuſiam rexit, munereque hoc deinde liberari petiit ac obtinuit* 606 c; *an è clero Remenſi exſtiterit* 606 d e

Hugo *Prior cartuſiæ Romanæ, ab Ordine Cartuſienſi ad S. Brunonis canonizationem curandam, Cartuſiamque S. Stephani de Nemore recuperandam deputatus,* 695 a c, 696 f

Hugolinus *S. R. E. Cardinalis Oſtienſis, Sedis Apoſtolicæ legatus, Venetam S. Juſtinæ eccleſiam conſecravit indulgentiiſque ornavit* 793 f

Hüls (*Arnoldus*) *ſextus monaſterii Budicenſis Prior* 204 a d, 205 b, 206 d

Humbertus *epiſcopus Gebennenſis* 780 d; *Guigoni, quinto Cartuſiæ Majoris Priori, novam in Bengeſia cartuſiam conſtituendi facultatem fecit* 780 b c, 784 a

Humbertus *abbas S. Sulpitii* 913 a

Humbertus III *comes Sabaudiæ* 785 d; *limites Cartuſiæ Arverienſis, omneſque huic à patre factas donationes confirmavit* 780 f, 784 b

Humbertus *dominus Belli-joci* 780 f, 781 b, 784 c; *Aliſiæ, comitis Sabaudiæ filiæ, matrimonio junctus fuit* 785 d e; *fundandæ Arverienſi cartuſiæ ſymbolam ſuam contulit* 780 d e, 781 a, 784 b

Humbertus *dominus Montis-lupelli* 778 b; *in cartuſiam Arverienſem exſtitit piè munificus* 782 b

Humbertus *Tancredi ab Alta-Villa filius* 640 d

Humbertus, *veluti Burbacenſis monaſterii Prior cum* Sancti *titulo à Wione annuntiatus, inter Prætermiſſos,* 788 e f

Hunaldus *Eudonis, Aquitaniæ ducis filius. Vide* Chunoaldus.

Hunericus *Wandalorum rex* 98 d e, 136 a, 332 b; *ejus in Chriſtianos ſævities* 98 f

Hunifredus *Tancredi ab Alta-Villa filius* 640 d

Hunoldus *Eudonis, Aquitaniæ ducis filius. Vide* Chunoaldus.

Huoremannus *Spirenſis magiſter* 510 d e

Huzmannus *epiſcopus Spirenſis, excommunicationis ſententiâ in ſynodo Quindiliburgenſi, adverſus Guibertum antipapam ejuſque ſequaces celebrata, percuſſus,* 465 e

† Hyacinthus *martyr, cujus reliquiæ Ticini in S. Felicis monaſterio aſſervatæ,* 859 d

† Hypatius, *cui eccleſia in ſuburbio Chalcedonenſi ſacra,* 863 c

Hypatius *conſul Orientalis* 79 a b; *fuit Anaſtaſii imperatoris nepos* 81 d

Hypatius (*Flavius*) *Anaſtaſii imperatoris frater* 81 d

I

† Jacob *patriarcha, inter Prætermiſſos* 259 e f

Jacoba *mulier Veronenſis* 799 a c; *à beata Virgine, ut narratur, Martyrum reliquias in Patavino S. Juſtinæ templo occultari, edocta, Patavium adiit, locumque, ubi hæ jacerent, indicavit* 797 f, 798

Jacobus II *Aragoniæ rex* 281 d

Jacobus de Aragonia *Cartuſiæ Neapolitanæ Prior. Vide* Aragonia.

Jacobus Donzellus, *velut beatus confeſſor annuntiatus, inter Prætermiſſos* 4 d

Jacobus *presbyter apparitioni, quâ S. Placidus ſeſe ſpectandum dederit, adfuiſſe narratur* 71 b, 103 c

Jancelinus (*R. P.*) *Cartuſiæ Majoris Prior annis* 56 *toti Cartuſienſium Ordini præfuit* 577 e, 578 f, 579 f, 581 e

Janonius (*Joannes Baptiſta*) *præfectus palatii epiſcopi Labacenſis* 15 b

† Januarius, *Antiochiæ ad* VII *Octobris memoratus, inter Prætermiſſos* 789 c d

† Ja-

† Januarius *martyr, Capuæ ad* XVI *Novembris in Hieronymianis annuntiatus,* 332 e
† Januarius *martyr Romæ ſub Antonino, unus è ſeptem S. Felicitatis filiis,* 266 f
Jarumanus *epiſcopus Sigerum, Orientalium Saxonum regem, ad Chriſtianam, quam deſeruerat, religionem reduxit* 938 c
Ibbo *archiepiſcopus Turonenſis* 428 b
Ibraimus *Saracenorum rex. Vide* Abrahymus.
Ido *eccleſiæ Paderbornenſis presbyter ſcripſit Hiſtoriam tranſlationis S. Liborii, miraculaque hanc comitata* 174 f, 175 a, 185 c d, 186 f, 187 a; *legatorum, quos Baduradus, epiſcopus Paderbornenſis, pro impetrandis S. Liborii reliquiis miſit, fuit præcipuus* 186 f, 187 a
Jeremias Proſorlivius *monachus Cryptenſis, inter Prætermiſſos* 5 c
Jeſu Maria (*Joannes Gregorius à*) *Auguſtinianorum excalceatorum procurator generalis traditas ſibi S. Peregrinæ V. M. reliquias in Labacenſem Ordinis ſui conventum tranſcripſit* 13 a b c d, 14 a b c f
† Ignatius *epiſcopus Antiochenus martyr* 265 a
† Ignatius *Societatis Jeſu fundator: facto ei & S. Geroldo voto, mulier, periculoſiſſimè ægrotans, convaluit* 964 d
† Ildephonſus *archiepiſcopus Toletanus* 237 a c d, 242 c, 244 b, 245 b d e; *corpus ejus Zamoram delatum* 245 d; *locum, quo id ibi jacebat reconditum, revelavit* 237 b
Ildeprandus *Longobardorum rex* 441 f
† Ilerus, *velut epiſcopus Gabalitanus ſeu Mimatenſis in Actis S. Enimiæ memoratus,* 409 d, 411 e; *S. Enimiam abbatiſſam, conditaque ab hac monaſteria conſecrâſſe traditur* 406 f, 407 c d, 408 a, 409 c; *precibus ſuis, ut narratur, fonti arefacto aquas reſtituit* 409 b f; *eadem leguntur in ejus Officio, quæ in S. Hilarii, epiſcopi Mimatenſis, Vita, videnturque hujus geſta illi afficta* 409 f, 410 a b c; *probabiliter à S. Hilario, Mimatenſi itidem epiſcopo, qui concilio Arvernenſi anni* 535 *ſubſcripſit, diverſus non eſt* 410 d; *monaſterium prope flumen Tarne condidiſſe aſſeritur* 410 e f
Imadus *epiſcopus Paderbornenſis* 172 c; *deceſſorum ſuorum Hathumari & Baduradi oſſa elevavit* 222 d
Imina *comitis Megingandi uxor. Vide* Imma.
Imma *comitis Megingandi uxor* 461 b c
Importunus *patricius, epiſtolâ à Theodorico, Gothorum rege, convenus,* 83 c
Inconti (*Franciſcus Caietanus*) *archiepiſcopus Florentinus magno Ordinis Melitenſis magiſtro partem reliquiarum B. Petri de Imola, additis teſtimonialibus litteris, donavit* 247 f, 248 a d
Ingelbaudus *archiepiſcopus Turonenſis. Vide* Angebaudus.
Ingelvinus *eccleſiæ cathedralis Mimatenſis decanus* 411 e, 412 a
†† Innocentes Pueri *ab Herode occiſi: duorum ex his reliquiæ Ticini in S. Felicis monaſterio aſſervatæ* 859 d; *trium corpuſcula in veteri Patavinâ S. Juſtinæ eccleſia* 814 c; *à S. Juliano, ut narratur, Patavium fuêre è Terra Sancta delata* 812 c, 813 b; *fuerunt ibidem, cùm aliquamdiu metu hoſtium delituiſſent, iterum detecta* 810 d f, 811 b; *è loco, in quo in dicta eccleſia jacebant recondita, ad majorem ejuſdem aram anno* 1502 *fuêre ad tempus tranſlata, ac dein anno* 1562, *cùm legitimæ fuiſſent inſpecta, in novæ eccleſia depoſita* 811 f, 812 d e, 815, 816, 817, 818 a b c d, 819 b c
† Innocentius *epiſcopus Aſer* 379 e; *corpus ejus Caietam tranſlatum, ibique aſſervatum* 379 b, 380 b
† Innocentius *martyr: caput ejus in Autiſſiodorenſes S. Germani cryptas delatum* 398 a
Innocentius II *Papa* 780 a, 785 e, 893 e f, 894 b, 903 b; *Vitam S. Hugonis epiſcopi Gratianopolitani fecit conſcribi* 706 d e, 727 f
Innocentius III *Papa* 568 b e, 781 e f, 793 f, 950 a b, 954 f; *privilegium academiæ Pariſienſi impertiit* 706 e
Innocentius IV *Papa mitræ & annuli uſum Umberto, monaſterii Conchenſis abbati, in S. Fidis virginis, quæ hujus patrona eſt, honorem conceſſit* 282 d e f, 283 a; *privilegium academiæ Pariſienſi impertiit* 706 c; *S. Geroldum Sanctorum albo adſcripſiſſe aſſeritur à Crombachio* 959 d; *aſt id veritati conſonum non probatur* 959 d e
Innocentius VI *Papa* 551 c; *cartuſiam Villænovæ fundavit, in eaque ortum & progreſſum Ordinis Cartuſienſis depingi fecit* 544 d
Innocentius X *Papa* 60 b, 959 f; *conſenſit, ut una plureſve portiones à corpore S. Geroldi ſeparari, Coloniamque Agrippinam deferri poſſent* 961 c; *conceſſit etiam indulgentiam plenariam omnibus, Colonienſem Societatis Jeſu eccleſiam, ad quam ſacræ illæ reliquiæ fuerant delatæ, in ſolemni tranſlationis earumdem feſto viſitantibus,* 963 d e
Innocentius XI *Papa* 148 e
Innocentius XII *Papa, ne de Sanctis, Mrl. Romano non inſcriptis, Officia Miſſæque fiant, inhibuit* 17 e f
Joanna Angela *ſecunda patris S. Ludovici Bertrandi uxor. Vide* Angela.
Joanna & Sociæ *martyres in Japonia; inter Prætermiſſos* 789 c
Joanna *filia & hæres Joannis, comitis Bleſenſis, Petro Alençonii comiti nupta, in Cartuſianos pie benefica* 590 d
Joanne (*Hieronymus de*) *Venetum S. Juſtinæ templum inſtauravit* 793 f
† Joannes I *Papa* 80 e, 84 b d, 115 d, 119 c, 154 f, 155 a c f, 156 a, 157 b c d e f, 158 a, 161 b c; *ejus reliquiæ Officio ritûs duplicis honoratæ* 148 d; *mirabilem iconis Chriſti & ſanctiſſimæ Virginis Mariæ apparitionem habuiſſe narratur, iconemque illam viſitantibus indulgentiam plenariam conceſſiſſe* 156 b c d; *à veritate poſtremum alienum oſtenditur* 158 b c d e f
Joannes III *Papa* 397 a c
Joannes VI *Papa* 160 b
Joannes VIII *Papa* 76 d, 101 d, 107 b, 138 e, 340 b, 354 e
Joannes X *Papa* 379 e
Joannes XIII *Papa* 807 c; *ſedem Beneventanam metropolitanæ dignitate donavit* 93 a
Joannes XIX *Papa* 897 f, 898 b
Joannes XXII *Papa* 84 b, 581 c; *S. Thomam Aquinatem Sanctis adſcripſit, ea tamen, quæ de ejus miraculis doctrinaque dixiſſe fertur, veroſimillimè non dixit* 723 c d; *abbatialem S. Mariæ Lucionenſis eccleſiam in cathedralem evexit, uti & Malleacenſem S. Petri* 765 b
† Joannes *Apoſtolus & Evangeliſta* 10 b, 12 d, 262 a; *eccleſia ei à S. Benedicto in monte Ca-*

Caſino exſtructa 90 a b, 117 e
†Joannes Baptiſta 704 c, 726 a; *Budicenſis eccleſiæ altare princeps ei conſecratum* 201 f; *Cartuſia in ejus honorem à S. Brunone ejuſque ſociis fuit exſtructa, veroſimillimeque etiam eremi Turritanæ eccleſia* 617 c d, 644 e, 647 f, 659 a, 733 c; *in patronum à primis Cartuſianis fuit electus* 654 e, 730 e; *an occaſione, quâ adſtruitur; id factum* 654 f, 655 a e
†Joannes *Beverlacenſis archiepiſcopus Eboracenſis* 759 e
†Joannes *epiſcopus confeſſor ex Ordine Ciſtercienſi, inter Prætermiſſos* 2 b c
†Joannes *abbas primus monaſterii S. Joannis Evangeliſtæ Parmæ* 808 d
†Joannes *martyr, cujus corpus anno* 1637 *inventum, inter Prætermiſſos* 260 e f
†Joannes *Vincentinus ſeu Vicentinus confeſſor Ordinis Prædicatorum, inter Prætermiſſos* 2 e
Joannes *Francorum rex* 544 d e f
Joannes *rex Angliæ* 783 e, 785 f, 786 a; *Chichenſis S. Oſithæ monaſterii advocatiam epiſcopis Londinenſibus conceſſit* 936 f
Joannes *S. R. E. diaconus Cardinalis* 642 b, 661 e; *ſcripſit Bullam, quâ Urbanus II Papa datas S. Brunoni à Rogerio comite & Meſſinerio epiſcopo chartas approbavit* 644 a
Joannes *S. R. E. tituli S. Marci Cardinalis, cujus nomen conſtitutioni Nicolai II Papæ de eligendi Pontificis forma ſubſcriptum*, 888 f, 889 a
Joannes *patriarcha Antiochenus* 845 f, 846 b c d; *eccleſiæ S. Sergio in Auguſta Euphrateſia ſacræ epiſcopum conſecravit, eamque ab eccleſia Hierapolitana avulſit* 846 a
Joannes III, *cognomento* Scholaſticus, *patriarcha Conſtantinopolitanus aſini vecturâ Conſtantinopolim ſolemniter fuit ingreſſus* 170 b
Joannes Triviſanus, *Venetiarum patriarcha*, 417 e
Joannes *archiepiſcopus Florentinus eccleſiam S. Jacobi in campo Corbolino conſecravit* 246 a d e
Joannes *epiſcopus Eyſtettenſis* 551 c
Joannes *epiſcopus Legionenſis S. Froilani corpus ſeu hujus magnam partem ſolemni ſupplicantium ritu per urbem Legionenſem detulit* 235 d
Joannes *epiſcopus Lithomiſlenſis, aulæ imperatoriæ cancellarius, donationi corporis S. Palmatii Trevirenſis, Carolo IV imperatori factæ, interfuit* 19 e
Joannes de Veyrac *epiſcopus Lemovicenſis. Vide* Veyrac.
Joannes *epiſcopus Macloviënſis revelationi corporis S. Renati epiſcopi interfuit* 393 d
Joannes *epiſcopus Mutinenſis monaſterium S. Petri in ſuburbio Mutinenſi fundavit* 808 d
Joannes *epiſcopus Portuenſis, excommunicationis ſententiâ in ſynodo Quindiliburgenſi, adverſus Guibertum antipapam ejuſque ſequaces celebrata, percuſſus*, 465 e
Joannes *epiſcopus Theſelicenſis Budicenſem eccleſiam conſecravit* 201 f
Joannes I *epiſcopus Zamorenſis* 236 f; *diplomati Ordonii II, Legionenſium regis, anno* 916 *dato, ſubſcripſit* 239 b
Joannes II *epiſcopus Zamorenſis variis donationum chartis ſubſcripſit* 239 c
Joannes *dux Bituricenſis, Joannis Francorum regis filius* 544 d e f
Joannes II *dux Britanniæ* 590 d, 591 b
Joannes *comes Bleſenſis* 590 d
Joannes Medicæus *Florentinorum confalonerius* 895 d
Joannes Medicæus, *præcedentis filius, Florentinorum itidem confalonerius* 895 d
Joannes Auſtriacus, *victoriâ de Turcis ad Echinadas inſulas relatâ clarus*, 792 f
Joannes Riſocopus *exarchus Ravennas* 804 e
Joannes *alter exarchus itidem Ravennas* 804 e
Joannes *abbas Lambacenſis* 453 e f, *aliiſque de B. Adalberone Herbipolenſi epiſcopo locis; hujus Acta unà cum B. Altmanni & S. Gebehardi Vitis è Mss. monaſterii ſui codicibus primus vulgavit* 451 e, 452 c; *qua methodo id fecerit* 452 d e
Joannes *abbas Patavini S. Juſtinæ monaſterii* 809 a
Joannes Rufi *abbas, ſeu fortè S. Ruſi abbas corpus S. Brunonis tranſtulit* 701 e f, 735 a
Joannes *abbas S. Salvatoris prope Teleſium* 667 b
Joannes *ex abbate Abundantiæ cartuſianus Arverienſis* 783 b c, 784 f
Joannes *Logotheta Conſtantini imperatoris & Irenes matris ad Concilium Nicænum legatus* 446 e
Joannes Tuſcus *quartus Cartuſiæ Majoris Prior* 491 c, 492 a b, 493 c, 561 f, 615 c
Joannes *S. Laurentii præpoſitus Simeonem, qui Acta S. Placidi Salernum detulit, pro impoſtore habuit* 71 a, 74 d
Joannes *eccleſiæ S. Marci Romæ archipresbyter* 901 e
Joannes *diaconus, Vitæ S. Gregorii Magni Papæ ſcriptor*, 483 f, 484 c
Joannes *anachoreta, ad S. Sergium in Reſapham peregrinari ſubinde ſolitus*, 858 c
Joannes Arragonenſis, *velut beatus confeſſor annuntiatus, inter Prætermiſſos* 4 d
Joannes *Cartuſianus Portenſis* 783 b c
Joannes de Badonali *confeſſor ex Ordine S. Franciſci, inter Prætermiſſos* 789 b
Joannes de Laniaco, *in eccleſiam Moliſmenſem piè munificus*, 599 d
Joannes de Nicephoro. *Vide* Nicephoro.
Joannes *in Faſtis Æthiopum memoratus, inter Prætermiſſos* 789 c
Joannes *monachus abbatiæ S. Arnulphi Metis* 543 e
Joannes *monachus Capuanus Acta S. Placidi, Conſtantinopoli allata, ſuſpecta habuit, ac dein Caſinum detulit* 74 d
Joannes *presbyter Romanus* 890 f
Joannes *Tinmuthenſis, Vitæ S. Ywii diaconi confeſſoris ſcriptor*, 400 b, 405 f; *ſcripſit fortè etiam Vitam S. Oſgithæ virginis martyris* 937 e f
Joannes *tyrannus* 801 e
Joannes *Vitaliani, Patriciolo nati, nepos* 82 e
Jobus *patriarcha Moſcoviticus* 5 b
Jocerannus *epiſcopus Lingonenſis* 334 f, 345 c d f, 363 f, 365 d; *ſynodum prope villulam, Lucum dictam, anno* 1116 *celebratam, convocavit* 345 e, 351 f, 362 e
Joceval (*Joannes de*) *abbas S. Germani Autiſſiodorenſis* 398 f
Joffredus *Beſuenſis in Burgundiâ monaſterii abbas* 347 c
Johannes. *Vide* Joannes.
Jonas, *cum titulo metropolitæ Kiovienſis annuntiatus, inter Prætermiſſos* 5 a b c
Jonas Hlezna *metropolita Kiovienſis, utut a Jo-*

na præcedenti distinctus, Sanctis annumerandus non est 5 c
Jonas *episcopus Nivernensis* 168 c, 171 b d e; *inceptam sacrarum diœcesis suæ ædium instaurationem continuavit* 168 e f, 170 e f
Jonas *abbas, S. Columbani biographus,* 904 b
Jonas *monachus Bobiensis scripsit Vitam S. Eustasii, abbatis Luxovienſis,* 427 e
Jordanus *archiepiscopus Capuanus* 829 c
Jordanus *princeps Aversanus* 662 b, 665 b
Jordanus de Laron *episcopus. Vide* Laron.
Jordanus *filius nothus Rogerii, comitis Calabriæ & Siciliæ,* 649 b c
Josbertus *Besuensis in Burgundia monasterii abbas* 345 b, 346 b
Joscerannus *episcopus Lingonensis. Vide* Jocerannus.
Josephus à S. Oswaldo *Augustinianorum Discalceatorum Labaci sub-Prior. Vide* Oswaldo.
Josephus Eugubinus, *velut beatus confessor annuntiatus, inter Prætermissos* 4 d
Joffredus *abbas. Vide* Gaufredus.
† Josuë *Israëlitarum dux* 97 c
Jotha *abbatissa, inter Prætermissos* 789 b
Jotzelinus *abbas Altivillarensis donationi, anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscripsit* 511 c e
† Jouanes *martyr, cujus corpus anno* 1637 *inventum. Vide* † Joannes.
† Jovita *martyr, Brixiensium patronus: terribilis ejus ac S. Faustini visio, Picinino duci Brixiam obsidenti oblata, nec tamen à scriptoribus synchronis memorata,* 573 c d, 574 d
Irene *imperatrix, Leonis IV imperatoris uxor,* 445 c, 447 a b c, 448 c, 450 a d, 803 b; *S. Nicetam confessorem, quem fortè consanguineum habuerit, summo favore fuit prosecuta* 446 d; *eum tamen ad secundum Nicænum concilium legatum non misit* 446 e
† Isaac *patriarcha, inter Prætermissos* 259 e f
Isaacus *episcopus Lingonensis* 338 c, 354 f
Isacius *exarchus Ravennæ* 804 e
Isembertus *abbas S. Martialis Lemovicensis* 432 f, 433 a
† Iserus, *velut episcopus Gabalitanus seu Mimatensis annuntiatus. Vide* † Ilerus.
† Isichius *Viennensis episcopus* 45 f, 46 c, 48 e f, 49 b d
† Isicius *Viennensis episcopus. Vide* † Isichius.
† Isidorus *episcopus Hispalensis* 235 d
† Islerus, *velut episcopus Gabalitanus seu Mimatensis annuntiatus. Vide* † Ilerus.
Istokus *pater Justiniani. Vide* Sabatius.
Itala *mater Aetii, Hunnorum victoris,* 801 e
Itela *mater Aetii. Vide* Itala.
† Itherius *episcopus Nivernensis* 167 a
Itherius *abbas. Vide* Hitherius.
† Judæ *Apostoli reliquiæ in veteri Patavina S. Justinæ ecclesia inventæ* 813 d
Judith *Rogerii comitis Calabriæ & Siciliæ uxor. Vide* Delicia.
† Julia *virgo martyr* 834 c, 843 e, 847 e f; *eodem loco, quo SS. Sergius & Bacchus, sepulta* 834 e f, 836 a b
Juliana *vidua, quæ corpus S. Stephani protomartyris Constantinopolim detulisse fingitur,* 355 a
† Julianus *episcopus Apamenus* 8 e
† Julianus *primus Cenomanensium episcopus cathedralem Cenomanensem ecclesiam à quo tempore nomini suo habuerit dicatam* 764 c d
† Julianus *Patavii* 812 f; *à S. Urio videtur diversus* 813 a b c d; *sacra trium SS. Innocentium corpora è Terra Sancta Patavium detulisse narratur* 812 c, 813 b c, 816 b e; *ibidem ejus reliquiæ in veteri S. Justinæ ecclesia* 814 c; *è loco, in quo in hac jacebant reconditæ, ad majorem ejusdem aram anno* 1502 *fuêre ad tempus translatæ ac deinde anno* 1562, *cùm legitimè inspectæ fuissent, in nova ecclesia depositæ* 811 f, 812 b d e, 815, 816, 817, 818 a b c d
† Julianus *martyr, ad diem* IX *Januarii apud nos datus,* 884 b c d
† Julianus, *ad diem* VII *Octobris vetustissimo Hieronymiano apographo inscriptus, inter Prætermissos* 789 c d
Julianus *Apostata imperator* 27 c f, 331 c, 385 d e f, 553 d, 813 c, 815 f, 816 c d, 828 d e, 829 a b
Julianus *abbas monasterii S. Justinæ Patavii* 820 a
Julianus *presbyter* 833 c; *inter Prætermissos* 789 e
† Julius I *Papa* 36 e, 37 a b, 84 a d, 887 c d f; *ejus Romæ mirâ magnitudinis ecclesia* 887 b
Julius II *Papa* 60 b
Julius Cæsar *gentem Octaviam patricio ordini restituit* 83 c
Julius *episcopus fictitius* 37 c
Julius *notarius scripsit chartam publicam, quâ S. Adelgisus in S. Gaudentii ecclesiam exstitit piè munificus,* 947 c
Ivo *Prior Cluniacensis Acta S. Pardulphi abbatis è scriptore antiquiori inculto concinnavit stylo comptiori* 423 c
† Justina *Antiochena, Nicomediæ cum S. Cypriano passa,* 792 b; *caput ejus Lucæ in Etruria asservatum* 794 b
† Justina, *die* XXX *Novembris Martyrologio Romano inscripta,* 791 f, 792 a; *hanc à Justina Patavina diversam verosimillimè putârunt Romani Martyrologii emendatores* 792 b
† Justina *virgo martyr, cujus caput ad pagum* Viller la rue *Româ allatum,* 792 b c
† Justina *virgo martyr Patavina* 859 b, 948 f; *inter Prætermissos* 259 d
† Justinæ *virginis, dubium cujus, translatio, in Additionibus Bruxellensibus ad Grevenum memorata, inter Prætermissos* 4 a
Justinianus I *imperator* 63 e, 70 b, 73 e, 75 b c d e f, 76 a b, 78 a c, 79 c f, 80 a b e, 81 a, 82, 87 e, 96 c d, 97 e d f, 98 a b, 99 b, 115 b d, 119 c e, 120 a b, 129 f, 135 f, 136 c, 141 d; 155 f, 157 f, 397 a, 398 f, 446 c, 796 a, 804 a b, 816 c, 842 d f, 851 e, 852 f, 853 e; *SS. Placidi Sociorumque Acta litteris mandari jussisse, atque à Vigilio Papa approbari curâsse, falsò narratur* 138 b e, 139 d e; *præsentissimo mortis periculo, quod ei ab Anastasio I imperatore imminebat, terrifica huic visione oblata fuit ereptus* 849 c d; *hâc Anastasio sese spectandos dedisse narrantur SS. Sergius & Bacchus* 849 e f, 850 a; *de re hac quid censendum* 850 b c d, 851 d; *iisdem Sanctis, ut narratur probabileque apparet, nobilem ecclesiam ad Scodram urbem Barbenamque fluvium unà cum Justino avunculo erexit* 850 a d e f; *insignem item pòst solus iis ecclesiam Constantinopoli, magnâ ad id pecuniæ vi impensâ, exstruxit* 842 e, 850 f, 851 a b c; *idem etiam ibidem SS. Petro & Paulo prostitit* 850 f, 851 a; *Resaphæ etiam seu Sergii*

giopolim, quò exstructo ibi S. Sergii templo prospiceret, mœnibus simul ac præsidio militari munivit 851 f, 852 a b; *sacra insuper ædis hujus supellectili crucem auream adjunxit* 837 e, 852 b c, 853 f

Justinianus (*Anicius Probus*) *Romanis consulibus à Wione annumeratus. Vide* Probus.

† Justinus *collegiatæ Heiligenstadiensis ecclesiæ patronus* 861 b

Justinus I *imperator* 75 e, 78 c d, 79 b c, 80 a e, 82 c e f, 84 f, 85 c, 87 e, 115 d, 119 c, 140 b, 155 f, 157 f, 158 a; *litterarum expers fuit* 80 b; *humile ejus genus* 82 b; *præsentissimo capitis periculo, quod ei à Joanne Gibbo, Anastasii I imperatoris exercitûs duce imminebat, terrifica huic visione oblata fuit ereptus* 849 c f; *fuit & pari necis discrimine, quæ ei ab ipso Anastasio parata erat, terrifica itidem visione huic oblata liberatus* 849 c d; *hùc Anastasio sese spectandos dedisse SS. Sergius & Bacchus narrantur* 849 e f, 850 a; *de re hac quid censendum* 850 b c d, 851 d; *iisdem Sanctis, ut narratur probabileque apparet, nobilem ecclesiam ad Scodram urbem Barbenamque fluvium una cum Justiniano erexit* 850 a d e f

Justinus II *imperator* 81 f, 83 e, 397 a, 398 f; *à moriente Justiniano imperator designatus fuit* 76 a

† Justus *martyr* 332 e

Justus *episcopus Gebennensis* 778 f

K

† Kilianus *martyr, Franconiæ apostolus*, 183 b, 462 a, 477 a; *altare monasterii Lambacensis princeps dedicari ei voluit B. Adalbero, Herbipolensis episcopus, & cur* 475 c, 477 b

Kilverman (*Joannes*) *canonicus Regularis è primis monasterii Budicensis reformatoribus* 209 b

† Kineburga *virgo, Pendæ Merciorum regis filia*, 938 d, 941 e

† Kineswitha *virgo, altera Pendæ Merciorum regis filia*, 938 d, 941 e

Ktasia *Rachisii, Longobardorum regis, uxor. Vide* Tasia.

Ktaxia *Rachisii, Longobardorum regis, uxor. Vide* Tasia.

L

Laban *metropolita Elusanus* 929 e

Labbeus (*Philippus*) *S. J. sacerdos codicem Miraculorum S. Fidis publici juris fecit* 286 d

Lambertus *abbas S. Nicolai Andegavensis* 515 c, 764 f; *titulo funebri S. Brunonem veneratus est* 757 a, 762 a

Lambertus *abbas Pultariensis* 514 b, 746 f; *S. Brunone, Ordinis Cartusiensis fundatore, magistro usus fuit* 513 f; *titulo funebri huic parentavit* 743 e

Lambertus *Cartusiæ Calabrinæ Prior* 626 d e, 633 b c

Lambertus *S. Brunonis Cartusiani discipulus* 626 c; *eremiticam anà cum hoc Vitam apud Sictam-Fontanam, ut Mabillonio visum est, aliquamdiu egit* 599 e, 605 b c; *sitne idem cum Lamberto Cartusiæ Calabrinæ Priore, est dubium* 626 d e

Lambertus *decanus, donationi, anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscriptus*, 511 c

Lambertus *alter, eidem donationi subscriptus*, 511 c

Lando *abbas Fontanellensis ac Remensis episcopus* 428 e

Lando *comes Theani* 665 b

Lando (*Hieronymus*) *prætor Patavinus* 819 e, 820 f, 821 e, 822 a, 823 d

Landuinus Tuscus *Cartusiæ Majoris primus post S. Brunonem Prior, atque è sex primis hujus sociis* 491 e, 492 a, 493 c, 533 b, 535 f, 556 d, 557 f, 563 e f, 565 e, 591 f, 592 a, 596 c, 601 f, 602 b, 605 a, 607 e d, 609 d, 615 b, 624 b, 628 c d e, 631 e, 632 d f, 633 a b, 654 f, 655 a, 673 d e, 675 a c, 687 a, 704 e, 705 e, 706 f, 709 b, 710 c, 713 b, 718 c d, 722 d e, 725 b f, 727 e, 730 b, 732 b, 733 d, 783 c; *an è clero Remensi exstiterit* 605 c d e; *sacerdotio initiatus fuisse videtur* 606 e f, 607 a; *qua ratione* magister *vocatus inveniatur* 619 b; *à Lanvino, cognomento* Normanno, *est diversus* 626 f, 627 a; *quandonam Cartusiæ Majori à S. Brunone fuerit præfectus* 707 d, 732 a; *suum hunc sanctum Patrem, ut cum eo de communi, quod sequebantur, vitæ instituto conferret, in Calabria invisit, Cartusiamque deinde repetens à schismaticis, quòd verum Pontificem abnegare nollet, in ejus carcerem fuit conjectus* 620 d, 623 a b c f, 674 a, 735 e; *quandonam hæc acciderint* 674 b c d e f

† Lanfrancus *episcopus Cantuariensis, Philosophiæ scientiâ clarus*, 500 a, 504 b d

Lannus Pinus *notarius* 141

Lantharius *comes Lemovicensis* 427 d e; *Waractense S. Petri monasterium condidit, eique S. Pardulphum præfecit* 422 c f, 424 e, 425 e, 427 b, 434 c d e f

Lanvinus, *cognomento* Normannus, *Squillacensis post S. Brunonem Cartusiæ Prior* 626 e f, 627 b, 633 b c, 636 d f, 638 e f, 639 d f, 641 b c d, 643 e, 645 c, 646 e, 647 d, 649 e, 650 c, 657 f, 658 b c d e f, 660 b, 661 c, 662 a, 664 a, 665 b d, 677 e, 684 e, 685 a e, 686 f, 687 a c, 694 a, 707 c, 722 d, 735 b e; *à Landuino Tusco, Cartusiæ Majoris primo post S. Brunonem Priore, est diversus* 626 f, 627 a; *monasterii, in quo S. Benedicti Regula observaretur, Cartusianis infirmioribus seu vitæ eremiticæ minùs aptis condendi facultatem petiit, reque ipsa tale, in quo & eos constituit, monasterium condidit* 620 f, 665 c; *hinc tamen, Benedictinam Regulam primis Cartusianis à S. Brunone fuisse præscriptam, consequens non est* 622 b c d; *de sacro fonte levavit Rogerium, Rogerii comitis filium, primum postea Siciliæ regem*, 655 f, 657 b d; *vivente adhuc S. Brunone, Calabrino S. Stephani monasterio præfuit* 660 a, 664 f, 665 a, 723 b

Lanzo *monachus, abbatiæ Trudonopolitanæ, invitis monachis, abbas præfectus*, 547 d f, 548 a c d e f, 549 a

Laron (*Jordanus de*) *episcopus Lemovicensis* 431 e; *donationem monasterii Arnacensis, abbatibus S. Martialis Lemovicensibus factam, approbavit* 431 d; *id tamen Gaufredi abbatis tempore fecisse non videtur* 431 f

Laudinus (*Josephus*) *Ordinis Cartusiensis in curia Romana procurator generalis* 776 a

Lau-

Laudolenus *sacerdos, in Vita S. Pardulphi memoratus,* 436 c
Lauduinus Tuscus. *Vide* Landuinus.
Launoius (*Joannes*) *doctor Parisiensis* 536 d; *thesibus publicis aliisque scriptis editis, quidquid de doctore Parisiensi redivivo narratur, tamquam commentitium, traduxit ac oppugnavit* 536 b, 537 e; *alia etiam contra illam historiam molitus narratur, non tamen omninò rectè quantùm ad tempus,* 536 c, 537 c
Lauredanus (*Leonardus*) *Venetiarum dux* 811 f
† Laurentia, *inter Prætermissos* 789 d
† Laurentius Justinianus, *Venetiarum patriarcha,* 573 c
† Laurentius *martyr* 895 d e; *insignem in ejus triumque aliorum Sanctorum honorem ecclesiam exstruxit S. Palladius, Santonensis episcopus, eorumdemque Româ acceptas reliquias in ea deposuit* 926 d, 934 e f
Laurentius *archiepiscopus Amalphitanus scripsit Vitam S. Zenobii episcopi Florentini* 896 d
Laurentius *pseudopapa* 51 d
Laurentius *monachus Epternacensis Apographum Hieronymianum,* Epternacense *communiter aut* Antverpiense *dictum, exaravit* 68 a
Lauterius *comes. Vide* Lantharius.
† Lazarus *à mortuis per Christum resuscitatus,* 9 b, 555 c
Leberon (*Petrus Andreas de*) *episcopus Valentinus* 57 c
Leffelhol *baro, sectâ Lutheranus, visis plurimis, quæ S. Brunonis patrocinio patrabantur, miraculis, ad fidem Catholicam conversus* 776 e f
Legge (*Hieronymus de*) *præfectus Patavinus* 821 e, 822 a, 823 d
Lentulus *consul* 642 f
† Leo I *Papa, cognomento* Magnus, 800 f, 801 b, 802 b c
† Leo III *Papa* 180 b c, 794 a; *ad Carolum Magnum imperatorem Paderbornam venit, institutumque ab hoc ibidem episcopatum tunc, ut narratur, confirmavit* 179 f, 180 d, 218 d; *hoc tamen postremum fortè verum non est* 221 d
† Leo IV *Papa* 807 a, 830 d, 945 c, 946 c
† Leo IX *Papa* 816 f; *monasterii Besuensis incolumitati consuluit* 345 b; *Berengarii errores anno* 1050 *primùm damnavit* 506 f; *corpus S. Quirini martyris Novesium transferri permisit* 898 d
Leo X *Papa* 390 d, 392 e, 495 c, 689 f, 690 a, 693 c d, 694 e f, 696 f, 697 e f, 701 c, 736 a, 766 b c, 773 c, 774 e; *cultum ecclesiasticum in Cartusianorum domibus S. Brunoni deferri, vivæ vocis oraculo permisit* 696 e f, 697 c d, 698 f, 701 a, 721 b, 734 d; *eum tamen ita Sanctis canonizatione æquipollenti, ut nonnulli volunt, non adscripsit, sed tantùm beatificatione æquipollenti Beatis* 698, 699, 700, 701 a b, 723 d; *Cartusianis etiam resignatam sibi S. Stephani de Nemore cartusiam restituit* 695 c, 696 d, 721 c, 734 e; *bulla, quâ id fecit,* 695 d e f
Leo III, *cognomento* Isaurus, *imperator* 101 d, 803 a
Leo IV, *cognomento* Chazarus, *imperator* 803 b
Leo V, *cognomento* Armenus, *imperator* 445 b c d, 447 a d e f, 448 a, 449 d, 450 b e
Leo VI *imperator, cognomento* Sapiens, 23 e, 379 f
Leo *episcopus, qui Ughello Veliternensis, non-nullis Vercellensis* 901 a
Leo *abbas Casinensis* 101 d, 102 b
Leo *tribunus* 410 a
Leo *Eladii, S. Apollinaris Valentini forte biographi, itineris Massiliam versus socius* 61 f, 64 e
† Leobinus *episcopus Carnotensis* 506 b
† Leodegarius *episcopus Augustodunensis* 756 a
Leomarus *episcopus Bremensis, excommunicationis sententiâ in synodo Quindiliburgensi, adversus Guibertum antipapam ejusque sequaces celebrata, percussus* 465 e
† Leontius *episcopus Santonensis* 925 d
† Leontius *martyr festivitate annua jam inde à seculo* V *fuit honoratus* 845 b c
Leontius *metropolita Burdigalensis* 934 b; *Heraclium ecclesiæ suæ presbyterum ad cathedram Santonensem promovit* 927 d
Leontius *episcopus Lydiæ* 884 f
Leopoldus I *imperator* 15 d e, 16 c; *solemnitati, quâ sacra S. Peregrinæ V. M. lipsana in Labacensem Augustinianorum Discalceatorum ecclesiam anno* 1660 *fuêre illata, interfuit* 12 c, 15 f, 16 a b
Leopoldus Wilhelmus *Austriæ archidux, Leopoldi I imperatoris avunculus, solemnitati, quâ sacra S. Peregrinæ V. M. lipsana in Labacensem Augustinianorum Discalceatorum ecclesiam anno* 1660 *fuêre illata, interfuit* 12 c, 15 f, 16 a b
Leopoldus III *Austriæ marchio* 458 f, 459 c, 476 f; *Mellicense castrum in Benedictinum monasterium commutavit* 458 d
Leubaredus *S. Apollinaris, Valentini episcopi, archidiaconus* 47 e, 65 d; *prodigiosum in hujus Sancti obitu lumen conspexit idque ipsemet fuit testatus* 57 d e, 62 b c
Leuburedus *archidiaconus. Vide* Leubaredus.
Leuvigildus *Hispaniæ rex* 932 b
Leuvinus *ecclesiæ Remensis diaconus* 512 a; *donationi, anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscripsit* 511 c
Libanorius *scripsit Vitam S. Sixti II Papæ martyris* 831 a
† Liberius *Papa, inter Prætermissos* 258 b
† Liberius *episcopus Ravennensis* 30 b, 35 b; *corpus ejus quæsitum, inventum, Ravennam translatum ac post tantummodò ibidem sub ecclesiæ metropolitanæ ara maximæ depositum* 38 a b c d e; *sub hac illud seculo* XIV *fuit asservatum, nec non hodieque asservatur* 38 e f, 39 a
Liberius *consul* 804 b
Liberius *monasterii S. Sebastiani in Campania conditor* 88 b, 119 f; *idem esse videtur cum Liberio proximè sequenti* 88 b c
Liberius *patricius, prætorii Galliarum sub Athalarico præfectus,* 56 d, 61 e, 63 e f, 88 b
† Liborius *episcopus Cenomanensis* 174 e, 175 c, 186 b c, 187 a, 189 f; *sacræ ejus reliquiæ è Gallia in Westphaliam translatæ* 174 f, 175 a, 185 d; *caput ex his hermæ argenteo Paderbornæ in ecclesia cathedrali inclusum* 208 a
† Licinius *Andegavensis episcopus* 391 b e
Licinius *imperator* 378 f
Liframnus *monasterii Waractensis præpositus* 437 c
† Liminius *martyr in Gallia, à Gregorio Turonensi memoratus,* 336 b c

† Linus

† Linus *Papa, proximus S. Petri successor*, 830 b, 832 d, 886 b c; *inter Prætermissos* 787 e
Lippia (*Simon de*) *episcopus Paderbornensis* 201 f
Litorius *dux* 336 e
Liutprandus *Longobardorum rex. Vide* Luitprandus.
Lobcovitius *princeps solemnitati, quâ sacra S. Peregrinæ V. M. lipsana in Labacensem Augustinianorum excalceatorum ecclesiam anno* 1660 *fuêre illata, interfuit* 16 a b
Loffredus (*Henricus*) *marchio Trivici; patrocinio SS. Brunonis & Ægidii Minoritæ sanitati restitutus,* 776 b c
Lombardus (*Antonius*) *archiepiscopus Messanensis* 105 a; *in miracula post S. Placidi sociorumque inventionem primùm patrata jussit inquiri, omnium Sixtum V Papam certiorem juridicè reddidit, utque hic Sanctis illis Cælestium honores decerneret, impetravit* 106 d e, 107 d
Longinus *exarchus Ravennas* 83 e, 804 f
Longobardus (*Bernardus*) *S. Brunoni, quidquid sibi juris in Cartusiam competebat, datâ chartâ publicâ cessit* 625 a b c d
Lotharius I *imperator, Ludovici Pii filius,* 338 a, 805 a b c, 806 a, 807 a b, 946 c d e
Louëtius *seneschallia Andegavensis præfectus* 394 a
† Lucæ *Euangelistæ reliquiæ Constantinopolim delatæ, ac post ibidem, cùm locus, quo fuerant reconditæ, ignoraretur, feliciter inventæ* 816 a c d; *inde, ut narratur, à B. Urio Patavium fuêre delatæ* 812 d f, 813 a c d, 815 f, 816 b c, *præcipuéque, ubi & de* S. Lucæ *capite,* 816 a c d; *in veteri civitatis hujus S. Justinæ ecclesia fuêre asservatæ* 814 b c; *theca, quâ in hanc custodiebantur, anno* 1463 *fuit aperta, & qua occasione* 818 f; 819 a b; *fuerunt etiam, cùm aliquamdiu metu hostium occultatæ in eadem ecclesia delituissent, iterum detectæ, ac post, cùm legitimè fuissent inspectæ, in novæ ecclesia depositæ* 810 d, 811 b, 815, 816, 817; 818 a b c d, 820 c
Luceria (*Franciscus à*) *inter Prætermissos* 259 b c
Luchina *Soncinensis nobilis matrona, vana & luxui dedita, quæ, à B. Matthæo Mantuano conversa, sacris Dominicanorum Fastis post obitum meruit inscribi* 250 e f
Lucia *mulier piè munifica S. Brunoni, quidquid sibi juris in Cartusiam competebat, datâ chartâ publicâ, cessit, filiis quoque ad idem impulsis,* 625 a b c d
Luciaco (*Gosbertus de*) *diversis chartis publicis, S. Brunoni concessis, subscriptus* 647 a; 648 c f, 664 b c
† Lucius *rex Britannorum, inter Prætermissos* 789 f
Lucius II *Papa* 892 b; 893 e, 901 b, 903 b; *cartusiæ Arverienses limites fixit* 704 b
Lucius III *Papa* 653 a
† Lugderus *episcopus Monasterienses* 221 f; *Gobelini in tempore ejus emortuali error* 219 a; 222 a
† Ludovicus *episcopus Tolosanus* 770 f, 771 a; *Brachium ejus Montispessulanis jussum restitui* 281 d
† Ludovicus Bertrandus. *Vide* † Bertrandus.
Ludovicus I *imperator, cognomento* Pius, 45 e; 101 d; 102 b, 168 b f, 169 a d, 171 d, 174 f; 175 a; 177 c; 183 e, 184 e, 185 d, 186 f, 191 a; 196 b, 219 e, 222 d, 274 e, 276 a; 277 b, 292 f, 294 a, 338 a; 347 f, 352 d, 354 d, 428 c; 461 b, 805 c, 830 e f, 946 d; *diploma in ecclesiæ Nivernensis favorem concessit* 168 c; *regulam canonissis condendam curavit* 192 d; *condendi Budicensis monasterii facultatem S. Meinulpho concessit* 189 e f, 190 a, 212 a, 213 f, 219 f; *id tamen in Aquisgranensi anni* 816 *concilio non fecit* 190 b c d e f; *in monasterium Conchense exstitit beneficus* 290 d; 293 a b c, 295 f, 296 a; *Besuense in Burgundia monasterium Benedictinis permisit restitui* 333 c
Ludovicus II *imperator* 806 a, 807 a b, 830 d e; *sacras S. Sixti Papæ martyris reliquias Romæ accepit, easque ad uxorem in monasterio, quod hæc Placentiæ exstruxerat, locandas misit* 830 f; *privilegia omnia ac jura Dodoni episcopo Novariensi confirmavit* 946 d
Ludovicus I *Germaniæ rex, Ludovici Pii imperatoris filius;* 189 e; 278 c, 338 a, 342 b; 361 e
Ludovicus II, *cognomento* Balbus, *Francorum rex* 275 f, 338 c, 354 e, 362 e
Ludovicus III *Francorum rex; Ludovici Balbi filius,* 362 e
Ludovicus IV, *cognomento* Transmarinus, *Francorum rex* 345 a, 411 e, 412 c d e f, 413 a
Ludovicus VI *Francorum rex morti proximus fidei professionem, ab emissa per S. Brunonem Cartusiensem non multùm, quantùm ad Eucharistiæ Sacramentum, diversam, emisit* 507 c
Ludovicus XII *Francorum rex* 251 b
Ludovicus de Aragonia *S. R. E. Cardinalis. Vide* Aragonia.
Ludovicus Meledunensis *archiepiscopus Senonensis corpus S. Pipionis de terra levavit, atque in ecclesiam Belnensem populo perpetuò venerandum intulit* 965 e f, 966 a, 967 c d
Ludovicus *comes de Castell, in Schwarzacense monasterium piè munificus,* 461 d
Ludovicus *Belli-joci dominus Arveriensem cartusiam in tutelam suam suscepit* 780 e
Ludovicus *Prior cartusiæ Mantuanæ, ab Ordine Cartusiensi ad S. Brunonis canonizationem curandam, cartusiamque S. Stephani de Nemore recuperandam deputatus,* 695 a c, 696 f
Ludovicus *ecclesiæ Lugdunensis canonicus idem fortè cum Ludovico Belli-joci domino* 781 c
Luipo *monachus Trudonopolitanus* 547 d, 548 a d e f, 549 a
Luithehardus *episcopus Paderbornensis* 189 b
Luitprandus *Longobardorum rex* 419 b, 440 e, 441 b e f, 442 a b c, 803 a; *corpus S. Augustini, Hypponensis episcopi, Ticini honorificè condidit* 332 d
Lumbulus (*Paulus*) *Calabrinæ S. Stephani cartusiæ Prior* 768 d
Luparicus *presbyter, à S. Palladio Santonensi episcopo pro SS. Petri, Pauli, Pancratii & Laurentii reliquiis Romam missus, iisque ibidem potitus,* 926 d, 932 f, 934 e f, 935 a
Lupicina *Justini senioris imperatoris uxor,* Euphemia & Ælia Marcia Euphemia *etiam dicta,* 82 b
† Lupulus *martyr* 330 d f, 331 b; *Capuæ verosimiliter vel oriundus vel passus est* 331 b
† Lupus *episcopus Autissiodorensis: ejus reliquiæ in Autissiodorenses S. Germani cryptas delatæ* 398 a b
† Lupus *episcopus Trecensis* 909 b
Luyriaco (*Perrinus de*) *in cartusiam Arverien-*
sem

sem piè munificus 781 b f; *quis forsan is fuerit* 782 a
Luyrieux (*Alardus de*) 781 f
Lysias *præses* 266 f

M

MAbilia *soror Rogerii, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ ducis,* 649 a
† Macalinus *episcopus confessor, diœcesis Clochorensis patronus, inter Prætermissos* 257 c; *idem fortè est cum S. Macartino episcopo Clochorensi* 257 d e f, 258 a
† Macalinus *abbas* 257 c d
† Macartinus *episcopus Clochorensis in Hibernia idem fortè est cum S. Macalino episcopo confessore, diœcesis Clochorensis patrono,* 257 d e f, 258 a
† Maccarthennus *episcopus Clochorensis. Vide* † Macartinus.
† Maccartinus *episcopus Clochorensis. Vide* † Macartinus.
† Macharius *abbas* 594 c
† Maculinus *episcopus. Vide* † Barrus.
Madraldus *abbas. Vide* Medraldus.
† Magnobodus *episcopus Andegavensis scripsit Vitam S. Maurilii, Andegavensis itidem episcopi,* 384 d e, 386 d, 387 c, 389 c
† Magnus *Opiterginus ac deinde Heracleënsis episcopus* 793 b c
Mainardus *Prior Cormeriacensis ac deinde abbas* 509 b, 514 c d; *S. Brunone, Ordinis Cartusiensis fundatore, magistro usus fuit* 513 f; *titulo funebri huic parentavit* 763 a b c
Mainardus *presbyter. Vide* Meinhardus.
Maingaudus *Teutonicus, philosophiæ scientiâ clarus,* 500 b, 504 b
Mainhardus II *Herbipolensis episcopus. Vide* Meinhardus.
† Malcalanus *abbas. Vide* † Macalinus.
† Malcallinus *episcopus confessor. Vide* † Macalinus.
Malcallus *episcopus Clonfertensis in Hibernia* 257 d
† Malchus *episcopus Lesmorensis, inter Prætermissos* 257 b c
Malgerius, *in datis S. Brunoni chartis diversis publicis* filius *à comite Rogerio appellatus,* 648 c f, 664 b d, 665 d, 685 b; *filius hujus qua ratione reipsa esse potuerit* 649 b c d
Malgerius *Tancredi ab Alta-villa filius* 640 d
Malphetes, *inter Prætermissos* 4 e
† Mamelchtha *martyr, inter Prætermissos* 7 d
† Mamelta *martyr. Vide* † Mamelchtha.
Mamucha *pirata, classis Abdalæ, Saracenorum in Hispania regis, secundum Acta S. Placidi præfectus* 65 b c f, 94 f, 95 b c, 96 a b f, 98 b c, 99 b, 109 b f, 110 c, 111 a, 130 c, 135 e f, 136 b d e, 137 e, 145 f; *SS. Placidum ac socios, uti in hisce narratur, diu primùm torqueri, ac tunc demum necari jussit* 130 d e f, 131 a b c, 132 a b c d, 133 c e f, 134, 135 a, 146 b c d e f, 147 a; *monasterium etiam, quod S. Placidus Messanæ exstruxerat, à fundamentis, uti in iisdem Actis narratur, evertit, tumque abiens in mari cum universâ classe periit* 135 a b c, 147 a b
Manasses I *archiepiscopus Remensis* 497 b, 500 d, 502 f, 503 a, 505 b d, 506 c, 508 f, 511 f, 512 d e, 513 a, 515 f, 517 a e f, 518 b f, 520 f, 521 a b c d, 523 f, 524 a, 527 a c d e, 528 e d, 529 a b c d e, 530 f, 531 f, 532 a f, 533 a b c d, 556 b, 557 a c, 561 f, 564 a, 584 c, 597 a c d e f, 598 a b, 606 e, 607 e, 612 d, 613 f, 614 a; *simoniacè sedem hanc invasit, nec minùs tamen initio boni pastoris munus in multis implevit* 516 b d, 532 e; *chartam pro Maurimontensis in diœcesi Catalaunensi monasterii fundatione confirmanda, alteramque in monasterii S. Basoli favorem concessit* 511 b c e, 512 e f, 516 f; *abbatiæ S. Martini Gemellorum, in diœcesi Ambianensi sitæ, fundationem confirmavit* 512 a b c; *ad cancellarii ecclesiæ Remensis munus S. Brunonem Cartusiensem vel ipsemet promovit vel promovendum curavit* 516 c; *Sanctum hunc nihilominùs pòst, aliosque Remenses clericos moribus suis improbis sibi reddidit adversos, tumque ei in scholarum Remensium præfecturam suffecit Godefridum* 510 c d, 516 d e; *in concilio Augustodunensi, ad quod venire renuit, gravium criminum accusatus, suspensionisque sententiâ percussus ad Pontificem appellavit, eumdemque interim Sanctum ac alios accusatores suos variis injuriis affecit* 518 d e, 519 b c d; *Romam etiam, quò causam suam tueretur, sese contulit, ibique suspensionis sententiam in se latam à Pontifice rescindi sub certis conditionibus obtinuit* 519 f, 521 e f, 522 a b c; *pòst tamen ab hoc, cùm verbis haud staret, legitimumque judicium subterfugeret, severiùs fuit habitus, approbatâque, quâ exauctoratus fuerat, sententiâ, sede etiam tandem ac civitate Remensi expelli jussus* 522 d e f, 524 b c d e f, 525, 526 a b c d e; *Manassem præpositum aliosque, quò secum pacem inirent, callidè allicuit* 523 b c d e; *sitne in excommunicatione mortuus, est dubium* 526 f
Manasses *ecclesiæ Remensis præpositus, ac deinde etiam archiepiscopus* 512 d, 517 e f, 519 d e, 520 b f, 521 a b, 522 d f, 523 a f, 524 a, 527 a d, 529 a b; *donationi, anno 1076 monasterio S. Basoli factæ, subscripsit* 511 c; *S. Brunonem in suo ex urbe Remensi ob improbos Manassis archiepiscopi mores excessit est comitatus* 517 a b; *Simoniæ aliorumque criminum suum hunc antistitem in concilio Augustodunensi, iterumque, ut apparet, in Lugdunensi accusavit* 517 b, 518 d, 525 d; *malè acquisita ecclesiæ Remensis dignitate primaria in concilio Claromontano sese abdicavit* 518 b, 519 b c d; *veluti de Ecclesia bene meritus; Gregorio VII Papæ ab Hugone Diensi, Sedis Apostolicæ in Galliis legato, fuit commendatus* 515 f, 518 e, 519 b c, 527 e; *pro se aliisque nonnullis cum Manasse archiepiscopo pacem iniit* 523 b c d e; *honorificum de eo Gregorii VII Papæ testimonium* 525 f
Mancius *Vallis-paradisi in Legionensi Hispaniæ regno abbas* 948 e
Manduci (*Joannes*) *Calabrinæ S. Stephani cartusiæ Prior* 771 d, 776 b
Manes *hæresiarcha* 829 e
Manfredus *præpositus Mimatensis* 411 e, 412 a
Manigaudus *Teutonicus. Vide* Maingaudus.
Manricus *Legionensis in Hispania episcopus* 235 e
Manto *Megingaudi comitis pater, monasterii Schwarzacensis, ut Eckhardus vult, fundator* 461 b
Mantua (*Octavianus de*) *Calabrinæ S. Stephani cartusiæ Prior* 767 f, 768 a
Marabadus *epistolâ à Theodorico Italiæ rege convenitus* 64 b c
Maraldus *Carnutensis Baptismati Rogerii, postea Siciliæ*

Siciliæ regis, interfuit 655 f, 656 f
† Marcellianus *episcopus Autissiodorensis* 396 b
† Marcellianus *martyr Romæ* 827 a
† Marcellus *centurio, martyr Tingitanus* 829 a b e f
† Marcellus, *in diœcesi Capuanæ S. Prisci ecclesiâ opere tessellato expressus*, 330 d; *idem fortè est cum S. Marcello, Hieronymianis apographis die* VI *Octobris inscripto*, 331 b c
† Marcellus *martyr, Capuæ, ut videtur, passus, Hieronymianisque apographis die* VI *Octobris inscriptus*, 333 a
† Marcellus *martyr, in Africâ passus*, 332 a
† Marcellus *martyr, qui festivitate annuâ jam inde à seculo quinto fuit honoratus*, 845 b c
† Marcellus *martyr Romanus* 833 e, 836 f, 837 a, 860 d, 866 a, 885 c; *sacra ejus ossa apud Soriam in Hispania inventa* 862 d
† Marcellus *miles, Capuæ ad* VII *Octobris cultus, cum S. Marcello, Hieronymianis apographis die* VI *Octobris inscriptò, fortè confusus* 331 c
Marcellus *filius Marci, Urbis præfecti*, 827 b, 828 a, 831 c
Marcellus *vir illustris, civitatis Cascarorum in Mesopotamia incola*, 829 e f
† Marcianus *episcopus Beneventanus* 93 a b, 94 a, 124 d e, 125 a, 144 a
† Marcianus *episcopus Syracusanus* 379 b; *corpus ejus Caietam delatum ibique asservatum* 380 b d
Marcianus *imperator* 801 d
Marcianus *præses, sub quo S. Julia passa*, 834 e; 836 a b, 883 c f; 884 a d; *quis forsan is fuerit* 884 b c
Marcianus *præses, sub quo Julianus, Basilissa sociique martyres passi*, 884 b c d
† Marcus *Papa* 256 f, 788 b, 833 e; *inter Prætermissos* 259 d
Marcus *Papa alter, qui S. Felici I proximè successerit, fictitius* 888 c d; *inter Prætermissos* 788 b
† Marcus *Euangelista & primus patriarcha Alexandrinus* 218 f, 795 e, 832 c e, 886 f, 890 e; *Ulfii, viri apud Aquileienses primarii, filium à lepra baptismo mundâsse narratur* 218 e, 221 e
† Marcus *episcopus confessor, in Sanctuario Capuano memoratus, inter Prætermissos* 788 d e
† Marcus *Lucerinus in Apulia Daunia episcopus, Bovinensium patronus*, 787 b, 788 d
† Marcus, *velut Bovinensis in regno Neapolitano episcopus à Mario de Vipera memoratus, inter Prætermissos* 787 b c
† Marcus *monachus in Ægypto* 786 f
† Marcus *socius S. Prisci Capuani episcopi, à Wandalis ex Africa pulsi*, 788 d
† Marcus *solitarius* 117 d, 119 f; *idem est cum Martino, in Actis S. Placidi memorato* 88 f; *ejus corpus ad Carinolensem cathedralem ecclesiam anno* 1094 *translatum* 92 b c
Marcus Aurelius *imperator* 12 a
Marcus Agrippa *gener Octaviani Augusti imperatoris* 497 e
Marcus, *cui post S. Melchiadem Papam inscripta exstat Constantini Magni epistola*, 889 b; *quis is fuisse existimetur, reque ipsa esse potuerit* 889 c d e f
Marcus *eremita in Ægypto, inter Prætermissos* 786 c f
Marcus Maximus, *velut è S. Benedicti discipulo Cæsaraugustanus in Hispania episcopus, à Bucelino annuntiatus, inter Prætermissos* 788 b c
Marcus *Urbis præfectus* 827 b
† Margareta, *in antiquissimis Litaniis invocata*, 795 c
† Margareta Lovanienſis *virgo martyr* 554 c
Margareta *vicecomes Lemovicensis* 425 c
† Maria *Virgo Dei Genitrix* 201 f, 897 f, 898 b; *iconis ejus mirabilis apparitio S. Gallæ viduæ facta narratur* 154 c e f, 155 b d e; *Instrumentum, quo isthæc historia, ejus tempus, aliaque, quæ eamdem vel comitata vel subsecuta sint, referuntur* 155 f, 156, 157 a b; *quid de hoc, itemque quid de apparitionis substantia sit censendum* 157 b c d e f, 158, 159, 160, 161 a b c; *Budicensis ecclesia ei è S. Meinulphi voluntate dedicata* 212 e; *mónasterium Gotwicense in ejus honorem à B. Altmanno, episcopo Patavienſi, Lambacenseque ab Arnoldo, B. Adalberonis Herbipolensis episcopi patre, exstructum* 471 c f, 472 a; *Præfationis; in Missis de ea recitari solitæ; quis auctor verosimiliùs sit & quis esse feratur* 652, 653 a b c d e; *Cartusia in ejus honorem à S. Brunone ejusque sociis fuit ædificata verosimilliméque etiam eremi Turritanæ ecclesia* 617 c d, 644 e, 647 f, 659 a, 729 b, 733 c; *in patronam à primis Cartusianis fuit electa, precibus etiam horariis in ejus honorem statutis* 654 e, 730 e; *an occasione, quâ adstruitur, id factum* 654 f, 655 a b e; *martyrum reliquias in Patavino S. Justinæ templo occultari, Jacobam mulierem Veronensem, semel ac iterum, ut narratur, ei apparens edocuit, utque locum, quo illæ jacerent, aliis aperiret, admonuit* 797 f, 798 a b c
† Mariæ de Victoria *commemoratio, inter Prætermissos* 787 e, 788 a b
† Maria *Ægyptiaca* 478 c
† Maria Magdalena: *corpus ejus Vezeliacum, ut nonnulli volunt, delatum* 353 f; *de re hac quid censendum* 355 b c
Maria (*Franciscus Wenceslaus à S.*) *Labacensis Augustinianorum excalceatorum conventûs alumnus* 15 b
Maria *Guidonis III comitis sancti Pauli uxor, in Ordinem Cartusiensem piè affecta*, 590 c d e; 591 a b
Mariano (*Raynerus de*) *frater Minor. Vide* Raynerus.
† Marina *virgo: ejus reliquiæ Ticini in S. Felicis monasterio asservatæ* 859 d
† Marius *confessor, in Opere de Miraculis S. Fidis memoratus*, 311 d, 312 a; *quis esse videatur* 312 b
Marmion (*Richardus*) *vir nobilis Pollesworthense monasterium instauravit* 940 d e
Marna (*Franciscus*) *notarius reliquiarum SS. Placidi & Sociorum, quæ in Hispaniam deferendæ erant, traditioni interfuit* 112 c
Marsyas *vir doctus* 536 b
Martia (*Alsuindæ*) *sororis S. Placidi secundum Wionem filia, Garimbaldo Bajoariorum regi nupta*, 83 e
† Martialis *Aquitaniæ apostolus & primus Lemovicensis episcopus* 432 e; *corpus ejus luis tempore de sepulcro levatum* 432 c
† Martialis, *Antiochiæ in Antverpiensi Hieronymiano*

nymiano apographo annuntiatus, inter Prætermissos 789 c d
† Martianus *episcopus Ravennensis* 30 b, 35 b
† Martinus I *Papa* 101 b
Martinus V *Papa* 60 b, 155 a d, 157 d
† Martinus *archiepiscopus Turonensis* 337 e f, 385 d f, 387 b c, 437 f, 491 c d, 861 a b, 934 b; *ecclesia ei à S. Benedicto in monte Casino exstructa* 90 a b, 117 e; *duo ferè monachorum millia ad ejus exequias convenêre* 272 a; *moribundus dæmonem sibi apparentem habuit* 483 b, 484 b, 486 d; *ejus reliquiæ à S. Augusto presbytero abbate in oratorium, quod ei prope Brivas exstruxerat, felici successu delatæ* 923 c; *ecclesiam ei exstruxit Palladius Santonensis episcopus, illiusque etiam, quas obtinuerat, reliquias in ea deposuit* 933 b c; *ecclesiæ Belnensis est patronus* 966 b
† Martinus *Santonicæ urbis abbas* 934 b; *sepulcrum ejus decentiori loco à S. Palladio collocatum* 934 c
† Martinus *vir sanctus, in Actis S. Placidi memoratus. Vide* † Marcus solitarius.
Martius (*Accinus*) *ororis S. Placidi secundum Wionem filius* 83 e
Martius (*Ilduinus*) *dux Mediolanensis, ororis S. Placidi secundum Wionem maritus,* 83 d e
†† Martyrum *innumerabilium commemoratio Treviris, inter Prætermissos* 258 c
Masculinus *episcopus. Vide* Mastulinus.
Massæus de Marignano *frater Minor, S. Francisci discipulus ac socius,* 574 a
Mastulinus *episcopus idem fortè cum S. Barro seu Finbarro, Corcagiensi in Hibernia episcopo,* 257 c d
† Maternus *episcopus Coloniæ Agrippinæ* 497 c
† Maternus *Mediolanensis episcopus à Julio Firmico Materno est diversus, nequiitque concilio, quod anno* 337 *celebratum fuerit, interesse* 37 c d
Mathasuenta *Theodorici Italiæ regis è sorore neptis* 82 c d
† Mathiæ *Apostoli reliquiæ Patavii in veteri S. Justinæ ecclesia* 814 c; *integrum Sancti illius corpus non sunt* 812 f; *fuerunt ibi, cùm aliquamdiu metu hostium occultatæ dilituissent, iterum detectæ, ac dein, cùm legitimè fuissent inspectæ, in nova ecclesia depositæ* 810 d, 811 b, 815, 816, 817, 818 a b c d, 820 c; *fuerant eò, ut narratur, à B. Urio Constantinopoli delatæ* 812 d, 813 a c d, 815 f, 816 b; *id certò Juliani Apostatæ ætate non factum* 816 c d
Mathildis *comes Palatina, B. Richezæ Poloniæ reginæ mater,* 461 f
Mathildis *comitis Valesii uxor, & cum eo cartusiæ Fontis beatæ Mariæ fundatrix* 590 d
† Matthæi Euangelistæ *nativitas, inter Prætermissos* 787 d
Matthæus *S. R. E. Cardinalis morti proximus fidei professionem, ab emissa per S. Brunonem Cartusianum non multùm quantùm ad Eucharistiæ Sacramentum diversam, emisit* 507 c
Matthæus *è monacho Cluniacensi episcopus Albanensis* 563 a
Matthæus *Prior Cartusiæ Bononiensis, ad S Brunonis canonizationem curandam cartusiamque S. Stephani de Nemore recuperandam ab Ordine Cartusiensi deputatus,* 695 a c, 696 f, 703 c, 766 c; *translationi corporis S. Brunonis interfuit, tuncque è Sancti ejusdem capite partem quamdam, obtenta ad id à Pontifice facultate, accepit, illamque cum aliis communicavit* 701 d f, 734 f; *portionem etiam ex eadem reservavit cartusiæ Colonensis Priori, qui alius non fuit, quàm Petrus Blömenvenna, aliàs à patria dictus* Leidensis, 701 e, 702 a b c
Matthæus Prosorlivius, *monachus Cryptensis, inter Prætermissos* 5 e f, 6 a
Matthæus *thesaurarius Andegavensis corporis S. Renati episcopi revelationi interfuit* 393 e
† Maturinus *confessor* 966 d, 967 b, 968 a d e f; *Acta ejus fabulosa sunt* 968 b c; *corpus in Wastinensi, ubi & colitur, Galliæ pago* 969 a d
† Maura *martyr* 30 d, 31 a
† Mauricius *martyr, legionis Thebææ primicerius* 277 d e, 575 d, 588 e
† Mauricius *martyr, qui festivitate annua jam inde à seculo quinto fuit honoratus,* 845 b c
† Mauricius *Ordinis Cistercienſis, monasterii ab eo dicti in Corisopitensi Britanniæ Minoris diœcesi abbas, inter Prætermissos* 6 e f
Mauricius *imperator* 333 b, 853 c, 854 a, 855 b
Mauricius *episcopus Londinensis* 936 b, 944 e; *pretiosiori thecâ donavit corpus S. Osithæ virginis martyris* 937 d, 938 a, 943 c
Mauricius *Parisiensium episcopus Parisiensem S. Mariæ ecclesiam exstruxit* 585 c
† Maurilius *episcopus Andegavensis* 382 a b, 383 e f, 384 e f, 385 b c d e, 386 a c d, 388 b e, 389 b c d e f, 391 a d e f, 393 a; *S. Renatum successorem suum matri sterili impetrâsse póstque septennio jam defunctum à mortuis resuscitâsse, ac alia multa prodigiosa patrâsse narratur in S. Renati Actis* 382 c d e f, 383 a b c d; *de hisce quid censendum* 384 d e f, 385, *quatuor seqq. &* 390 a b c d
Maurilius (*Alexander*) *civis Cavallicensis* 770 f; *imaginem, in qua rogatu suo S. Brunoni alienum habitum appingere inauspicatò pictor fuerat conatus, cartusiæ Boni-passûs Priori dono dedit* 771 a b c
Mauritania (*Gualterus à*) *Ordinis Præmonstratensis. Vide* Gualterus.
Mauritius. *Vide* Mauricius.
Maurocenus *nobilis Venetus monasterio S. Georgii Majoris Venetiis initium dedit* 808 d
Maurocenus (*Thomas*) *patriarcha Constantinopolitanus* 781 f
† Maurus *S. Benedicti discipulus* 66 d, 70 d e, 73 d, 74 e, 76 c, 84 b e, 85 a e, 88 a c d e, 89 a f, 90 a b c d e, 116 d, 117 a b d e, 118 b c, 119 f, 120 b, 131 f, 135 f, 909 e; *in Litaniis antiquis cum S. Benedicto fuit invocatus* 71 e f, 72 d e f; *super aquas incedens S. Placidum, in has lapsum, submersionis periculo prodigiosè eduxit* 86 a b c d, 116 b c, 140 e f; *sanctum Patrem suum Sublaco Cassinum abeuntem comitatus non est* 87 a b c d; *ei tamen, Casinense monasterium condenti, opem tulit* 117 e f, 118 a; *corpus ejus in Fossatensi, quod ab eo nomen habet, monasterio* 742 a
† Maurus *Casinensis cœnobii præpositus* 79 d e f
Maurus (*Christophorus*) *Venetiarum dux* 818 f
Maxentius *tyrannus, à Constantino Magno imperatore debellatus,* 17 e, 553 d
Maximianus Herculius *imperator* 18 a e, 23 b, 28 d; 34 d e; 266 a c d, 270 c d, 277 d, 285 d,

d, 288 d, 295 c, 380 b, 790 f, 791 a e, 796 a c d e f, 797 a b c, 799 d e, 800 a e, 812 c, 814 a b, 824 f, 825 a b c, 826 d, 844 e, 884 c

Maximianus *Galerius imperator* 22 c, 23 a b c, 28 a d, 844 e f, 968 b d e f, 969 d

Maximianus *imperator, ſub quo Sergius & Bacchus martyrio coronati*, 834 b c d, 835 c, 836 b c e f, 837 a, 838 b c e f, 839 c f, 841 b c, 844 c, 863 e f, 865 b, 866 a b d, 867 d, 868 a f, 871 d e f, 872 a b, 873 d, 875 a d e, 877 f, 879 a d, 882 c f

Maximianus *fictitius tractûs Patavini rex* 790 e, 791 e, 796 d e

Maximianus *epiſcopus Oſtienſis* 890 c

Maximianus *præſes* 792 c

Maximilianus II *imperator* 206 f, 820 a

Maximilianus Henricus *archiepiſcopus Colonienſis Elector* 961 e; *litteris de reliquiarum S. Geroldi parte, procuratoribus ſuis data, à Cremonenſi epiſcopo fuit conventus* 961 f, 962 a b c; *ſuos publicis litteris ad ſolennitatem tranſlationis reliquiarum S. Geroldi, propoſitis etiam, quas Pontifex conceſſerat, indulgentiis plenariis, invitavit atque hortatus eſt* 963 b c d e f; *febribus ſeſe ejuſdem Sancti patrocinio liberatum, agnovit* 964 d e

Maximilianus *dux Bavariæ* 799 c

Maximilla *è falſis Montani prophetiſſis una* 11 f; *quandonam falſas ſuas prophetias edere primùm cœperit* 12 a

† Maximinus I *monaſterii Miciacenſis abbas ſecundus* 755 e, 908 e

Maximinus I *imperator* 795 f; 796 a e, 844 c

Maximinus II *imperator* 838 e, 844 d e f

† Maximus *epiſcopus confeſſor Patavii* 790 b c f, 791 a b, 792 d, 795 d, 797 a, 812 f, 813 a b d, 814 b, 826 a; *ſacræ ejus exuviæ in veteri ibidem S. Juſtinæ eccleſia* 814 c; *è loco, in quo in hac jacebant reconditæ, ad majorem ejuſdem aram anno* 1502 *fuêre ad tempus tranſlatæ, ac deinde anno* 1562, *cùm legitimè inſpectæ fuiſſent, in novâ eccleſia depoſitæ* 811 f, 812 b d e, 815, 816, 817, 818 a b c d

Maximus *epiſcopus Cæſarauguſtanus* 788 b c

Maximus I *epiſcopus Valentinus, Manichæorum hæreſis ſectator,* 46 c, 50 e f

Maximus *conſul* 84 b

Maximus *præſes Ciliciæ ſua in SS. Tarachum ac Socios crudelitate populi indignationem in ſe concivit* 265 f

Maximus *præſes, cujus juſſu S. Juſtina virgo Patavina paſſa dicitur,* 791 f

Mazoccus (*Joannes Maria*) *cancellarius Patavinus* 814 f, 816 c d

Mecetius *tyrannus. Vide* Mezentius.

Mechtildis *ſoror B. Adalberonis Herbipolenſis epiſcopi, comiti Neoburgico Ekkeberto nupta*, 454 e, 472 e; *in loca ſacra dicitur piè fuiſſe munifica* 454 f

† Medardus *epiſcopus Sueſſionenſis: corpus ejus metu Normannorum Divionem delatum* 342 f, 343 b

Medraldus *abbas Conchenſis* 293 b c

Megingaudus *epiſcopus Herbipolenſis. Vide* Megingozus.

Megingaudus *comes, monaſterii Schwarzacenſis, ut quidam volunt, fundator* 461 b c

Megingozus *epiſcopus Herbipolenſis* 182 b e; *Bernwelfum in Weſtphaliam aut miſit aut mitti curavit, eccleſiam Paderbornenſem vicario munere adminiſtraturum,* 182 c d

Meginhardus I *epiſcopus Herbipolenſis* 455 b, 472 f

Meginhardus II *epiſcopus Herbipolenſis. Vide* Meinhardus.

Meginwardus *epiſcopus Friſingenſis* 465 b; *Thiemonem archiepiſcopum Salisburgenſem Catholicum loco Bertholdi ſchiſmatici conſecravit* 462 e

Mego (*Auguſtinus*) *eques commendæ, à S. Jacobo in campo Corbolini denominatæ, commendator decentem fieri curavit corpori B. Petri de Imola capſam* 247 d

Meinardus *Prior Cormeriacenſis. Vide* Mainardus.

Meinhardus II *epiſcopus Herbipolenſis, pulſo B. Adalberone, à ſchiſmaticis in ſedem illam intruſus*, 456 d, 463 b, 468 d, 489 e, 490 a; *quandonam id factum* 466 b c d; *ex ea dejectus, iterumque in eamdem fuit reſtitutus* 467 b c e, 489 f

Meinhardus *presbyter, epiſcopum Paderbornenſem de levandâ è terra S. Meinulphi corpore monere in ſomnis ab hoc juſſus, obedire negligens cæcitate percuſſus, factaque ſacri corporis de terra levatione, viſu iterum donatus* 195 c d, 215 b c, 223 d e; *Attelenſis vici parochus fuiſſe aſſeritur à Gobelino* 216 d, 223 d

Meinhardus *Bavenbergenſis magiſter* 510 e

† Meinradi *eremitæ reliquiarum tranſlatio, inter Prætermiſſos* 256 a

† Meinwercus *epiſcopus Paderbornenſis* 184 f, 210 b

Melaert (*A. I.*) *in monaſterio S. Martini Lovanii canonicus Regularis notitiam de S. Meinulphi reliquiis, ibidem aſſervatis, ſubminiſtravit* 209 a

† Melchiades *Papa* 889 b c d e f

Meledunenſis (*Ludovicus*) *archiepiſcopus Senonenſis. Vide* Ludovicus Meledunenſis.

Mercier (*Bartholomæus*) *abbas S. Leodegarii Sueſſionenſis notitias de S. Hieronymo, epiſcopo Nivernenſi, nobis ſubminiſtrandas curavit* 167 f

Merocles *epiſcopus Mediolanenſis* 889 d e

Merula (*Peregrinus*) *prolixius S. Geroldi elogium Sanctuario Cremonenſi intexuit* 955 e

Meſimerius (*Theodorus*) *epiſcopus Squillacenſis* 634 a f, 637 d e, 641 f, 642 d e, 643 a b c e f, 650 a, 658 a c, 659 a, 660 e f; 694 a; *factam S. Brunoni à comite Rogerio Turritanæ eremi donationem confirmavit* 639 c, 641 a; 646 e; *charta publica, quâ id fecit,* 641 b c d e; *exſtructa per S. Brunonem Turritanæ eccleſiæ conſecrationi adſtitit* 649 e f

Meſmecker (*Theodorus*) *Capituli Windeshemenſis commiſſarius reliquiarum S. Meinulphi partem ex ejuſdem Sancti lipſanotheca Budæ extraxit* 207 e f

Meſſalinus *rei Benedictinæ in Sicilia procurator, intimaque antè cum Tertullo S. Placidi patre neceſſitate conjunctus*, 79 d, 80 c, 93 f, 94 e, 110 a, 126 b c d f, 127 b c e, 128 f, 129 d, 144 b c; *afflicta ei & Pompeio Cilio ad S. Benedictum epiſtola* 136 e f, 138 d

Metaphraſtes (*Simeon*) *ſcripſit Acta S. Charitinæ, uti etiam SS. Sergii & Bacchi* 23 d e, 836 d e; *à calumniis vindicatur* 23 e f

† Metra *ſenex martyr, inter Prætermiſſos* 2 a b

† Metranus *ſenex. Vide* † Metra.

Mezentius *tyrannus, Conſtanti II imperatori à*

Siculis ſuffectus, ac deinde à Conſtantino Conſtantis ſucceſſore, interfectus 100 c f
Micelotta (*Franciſcus*) *Calabrinæ S. Stephani cartuſiæ procurator ac dein Triſultinæ Prior* 769 a b
† Michaël *archangelus* 260 c; ejus & omnium angelorum Octava, *inter Prætermiſſos* 258 b c; *juveni defuncto, uti huic ipſi in viſione exhibitum, fuit opitulatus* 320 c; *viſionem S. Pardulpho in ſomnis obtulit* 424 d, 425 c, 435 a b
Michaël, *cognomento* Balbus, *imperator* 445 d f, 448 a, 450 b e
Michaël, *cognomento* Rhangabe, *imperator* 447 d e, 448 c, 450 b e
Michaël *epiſcopus Andegavenſis iteratæ corporis S. Renati epiſcopi revelationi interfuit* 393 e
Michaël *archidiaconus iteratæ corporis S. Renati epiſcopi revelationi interfuit* 393 e
Michaële (*Chriſtoforus à S.*) *Labacenſis Auguſtinianorum excalceatorum conventûs alumnus* 15 b
Milleban (*Raimundus*) *doctor Pariſienſis, qui, quemadmodùm ex attributo Theodorico abbati Trudonopolitano teſtimonio quidam volunt, damnationem ſuam è feretro publicè aperuerit* 543 a, 549 b d
Milo *Beſuenſis abbas ac dein Matiſconenſis epiſcopus* 343 f, 344 a
Milo *monaſterii S. Juſtinæ abbas veroſimiliter fictitius* 805 a d
Milo *comes Tornodorenſis cœnobium Tornodorenſe, S. Michaëlis nomine inſignitum, inſtauravit* 746 e
† Miltiades *Papa. Vide* † Melchiades.
Mirambellus (*Franciſcus*) *Ordinis Minorum, inter Prætermiſſos* 259 b c
Miriano (*Sophranus*) *presbyter ſecularis, ſanitati, voto S. Brunoni nuncupato, reſtitutus,* 767 c
Miribel (*Humbertus de*) *Brunoni, quidquid ſibi juris in Cartuſiam competebat, datâ chartâ publicâ, ceſſit* 625 a b c d
Miribel (*Odo de*) *Brunoni, quidquid ſibi juris in Cartuſiam competebat, datâ chartâ publicâ, ceſſit* 625 a b c d
Mizizinus *tyrannus. Vide* Mezentius.
Mizizius *tyrannus. Vide* Mezentius.
Mocenicus (*Aloyſius*) *prætor Patavinus* 814 e
Mocenicus (*Thomas*) *prætor itidem Patavinus* 811 f
† Moderatus *martyr Autiſſiodori* 166 a
† Modeſta *virgo, inter Prætermiſſos* 260 c d
Modeſtus *abbas monaſterii S. Juſtinæ Patavii* 819 f, 820 e f, 822 a, 823 e, 824 b; *corpus S. Juſtinæ tranſtulit* 821 f, 823 d
† Moduenna *abbatiſſa, die* VI *Julii culta,* 939 c d e, 940 f, 941 b c e, 944 a b; *ſacrum virginitatis velum à S. Patricio, Hibernorum apoſtolo, accepiſſe dicitur* 939 b
† Moduenna *abbatiſſa, S. Oſithæ V. M. ſecundum hujus Acta magiſtra atque Polleſworthenſis abbatiſſa* 937 d, 938 c d, 939 a b d, 940 a b c d, 942 a b c d, 944 a b
† Moduenna *virgo, die* V *Julii Faſtis ſacris inſcripta,* 937 e, 939 b d
† Modwenna *monaſterii Polleſworthenſis conditrix* 940 d e; *eadem ſtatuenda videtur cum S. Moduenna, S. Oſithæ virginis martyris ſecundum hujus Acta magiſtra* 940 e f
† Modwenna *abbatiſſa. Vide* † Moduenna.
Molenarck (*Henricus de*) *archiepiſcopus Colonienſis* 550 f
Mollen (*Conradus ter*) *ab epiſcopo Monaſterienſi pro impetrandis S. Meinulphi reliquiis ad canonicos Budicenſes miſſus* 207 a
† Monenna *virgo. Vide* † Moduenna.
† Moninia *virgo. Vide* † Moduenna.
Montaniſtæ *hæretici* 7 c, 11 f, 12 d; *quandonam hi primùm ſint exorti* 12 a
Montanus *hæreſiarcha* 11 f, 12 a
Monte (*Franciſcus Mariæ à*) *S. R. E. Cardinalis* 772 d
Montmurat (*Hugo de*) *abbas Figiacenſis* 432 f
† Monyma *virgo. Vide* † Moduenna.
† Monynna *abbatiſſa, die* VI *Julii culta. Vide* † Moduenna.
† Monynna *virgo. Vide* † Moduenna.
Mörkens (*Michaël*) *Ordinis Cartuſienſis alumnus concinnatam à ſe chronologico-diplomaticam de S. Brunone Cartuſienſi Diatribam ad deceſſores noſtros miſit* 493 a b, 496 e f
Moretus (*Theodorus*) *Societatis Jeſu de Muſeo noſtro bene meritus* 861 f
Moronus (*Joannes*) *S. R. E. Cardinalis epiſcopus Novarienſis reliquias SS. Gaudentii & Adelgiſi ſolenni ritu tranſtulit* 945 e
Mozzenigo (*Aloyſius*) *Venetiarum dux* 820 a
Mommolus *dux Guntramni, Burgundiæ regis,* 857 b c d e, 929 c; *aſſervatas Burdegalæ S. Sergii reliquias fregit, partemque ex his vi abſtulit* 856 d e; *Gundobaldo, qui pro Clotharii I Francorum regis filio à nonnullis habebatur, ſeſe adjunxit* 928 f; *Convenis miſerè interiit* 856 f
Munius *Legionenſis in Hiſpania epiſcopus* 230 d
Murcia (*Lucius de*) *Auguſtinianus* 104 b
† Murdachus *epiſcopus Alladenſis* 2 f, 3 a
Murdachus *culdeus & eremita, inter Prætermiſſos* 2 e f, 3 a
† Muredachus *epiſcopus. Vide* † Murdachus.
Muſtazoſius (*Nicolaus*) *presbyter, in primos monaſterii S. Placidi de Colonero patres piè munificus,* 104 b

N

NAntinus *comes Engoliſmenſis, ab epiſcopo ſuo excommunicatus Eccleſiæque deinde communioni ſeu verâ ſeu fictâ pœnitentiâ reſtitutus, miſerrima tandem, cùm iterum ob nova crimina excommunicatus fuiſſet, morte occubuit* 928 b c d
Naro (*Joannes de*) *eques Hieroſolymitanus* 104 f; *Meſſanenſe S. Joannis Baptiſtæ templum reſici curavit* 105 a
Narſes *Græcorum bellidux, Italiæ præfectus,* 810 b, 857 a, 928 f
Narſeus, *à Maximiano Galerio victus,* 23 b
Nathinæus *in S. Marcellini aliorumque ſeptem ſanctorum epiſcoporum Ravennenſium corpora inquiſivit* 38 a
† Nazarius *martyr perperam Ebreduni, quòd ejus ibidem ſerventur reliquiæ, paſſus narratur à Gregorio Turonenſi* 270 a
Nepotianus *conſul* 887 c e, 888 a, 889 a, 890 a
Nereus *martyr* 827 b c d f, 831 b c, 832 d
Nero *imperator* 335 d, 790 f, 791 e, 796 a e f, 797 a, 799 e, 824 c, 830 a
Neſtorius *hæreſiarcha* 845 f, 846 e
† Nicaſius *epiſcopus Rhotomagenſis martyr* 6 e
Nicaſius *epiſcopus Engoliſmenſis* 930 e
Nicephoro (*Joannes de*) *primus ritûs Latini Equil-*

Squillacenſis epiſcopus 658 b c e f, 661 b c d f, 664 b c, 672 a, 685 e; *donationes privilegiaque omnia, S. Brunoni & Turritanæ eremo conceſſa, confirmavit noviſque auxit* 660 d; *inſtrumentum publicum, quo id fecit,* 660 e f

Nicephorus I *imperator* 447 d, 448 c; *imperium, deturbata Irene, invaſit* 447 a b c

† Nicetas *Medicienſis in Bithynia abbas ſeu Hegumenus* 445 e; *à S. Niceta confeſſore, die* VI *Octobris culto, eſt diverſus* 445 f, 446 a

Nicetas *patricius, cognomento* Triphyllius, *ad exauctorandam Irenen imperatricem operam contulit* 447 b c; *à S. Niceta conf.; die* VI *Octobris culto, eſt diverſus* 447 c d

Nicetas *patricius, qui S. Euphemiæ virgini martyri templum in Sicilia exſtruxit, idem appareret cum S. Niceta confeſſore,* VI *Octobris culto,* 446 f, 447 a

† Nicetius *archiepiſcopus Trevirenſis, inter Prætermiſſos* 260 f, 261 a

Nicetius *comes* 929 a

† Nicolaus *epiſcopus Myrenſis* 677 b; *nomini ejus dicata Labacenſis cathedralis eccleſia* 15 d e; *corpus Mirâ Barium delatum* 353 f, 677 c; *quî & quando id factum* 355 a b; *ibidem ſacrum illud pignus ab Urbano II Papa honorificè tranſlatum* 629 a

Nicolaus I *Papa* 831 a, 887 a

Nicolaus II *Papa* 888 f, 889 a; *Laurentianam Florentiæ eccleſiam conſecravit, ſeque in hanc exhibuit munificum* 897 b

Nicolaus V *Papa* 793 f

Nicolaus *abbas S. Sergii Andegavenſis iteratæ corporis S. Renati epiſcopi revelationi interfuit* 393 e

Nicolaus Amans, *velut beatus confeſſor annuntiatus, inter Prætermiſſos* 4 d

Nicolaus *S. Nicetæ confeſſoris cognatus* 449 e, 450 b e

Nicquet (*Ludovicus*) *Cæleſtinorum Sueſſionenſium bibliothecarius, de muſeo noſtro bene meritus,* 58 f, 423 e

Nifingus *epiſcopus* 386 c

† Nigaſius *epiſcopus. Vide* † Nicaſius.

Niger (*Marcus*) *epiſcopus Catharenſis* 819 b

Nitardus *S. R. E. Cardinalis* 774 e

† Nivardus *archiepiſcopus Remenſis monaſterium S. Baſoli exſtruxit* 747 a

Nomenoius *Britanniæ princeps* 857 f

Nonnichius *epiſcopus Namnetenſis* 932 c

† Norbertus *Ordinis Præmonſtratenſis inſtitutor* 564 f

Normannus *epiſcopus Andegavenſis revelationi corporis S. Renati epiſcopi interfuit* 393 d

Norbertus *ſedis Curienſis invaſor, in ſynodo Quindiliburgenſi excommunicatus,* 465 e

Notgerus *epiſcopus Leodienſis* 505 b

Numerianus *imperator* 22 c

Nunninghius (*Hermannus*) *J. U. doctor, protonotarius Apoſtolicus & perilluſtris eccleſiæ collegiatæ Vredenſis ſcholaſticus, S. Brunonem erga ſe ægrotantem beneficum expertus,* 777 b c d e

O

Octavianus Auguſtus *imperator* 497 e

Octavianus, *à ſuis dictus* Victor III, *antipapa* 782 d

Ocupa *Saracenorum rex, à Carolo Martello devictus,* 337 d e

Odalricus *cancellarius eccleſiæ Remenſis* 512 e f, 516 c; *aut hic aut ſequens ſcripſit chartam, in monaſterii Mauri montenſis favorem conceſſam,* 512 f

Odalricus *præpoſitus eccleſiæ Remenſis ac dein primus Sandionyſiani Remis monaſterii abbas* 512 f

Oddus (*Marcus Antonius*) *Cardinalis in Urbe vicarii vices gerens* 14 a, 16 f, 17 a f; *S. Peregrinæ V. M. reliquias è Romano Priſcillæ cœmeterio extraxit, donoque Carolo Barbettæ presbytero dedit* 12 e, 13 b c e f, 14 f

Odericus *cancellarius. Vide* Odalricus.

Oderiſius I *abbas Caſinenſis* 70 d, 71 d

Oderiſius II *abbas Caſinenſis* 76 e

Odeſcalchus (*Thomas*) *Innocentii XI Papæ conſanguineus antiquam S. Mariæ in Porticu eccleſiam juſſit deſtrui* 148 e

† Odilia *virgo, abbatiſſa Hohenburgenſis,* 487 d; *calicis uſum ad ſacram communionem adhibuit* 361 a

Odilo *dux Bavariæ* 429 c

Odilo, *qui bona quædam, à S. Hieronymo Nivernenſi epiſcopo antè accepta, in Salviniacenſe S. Stephani oratorium tranſcripſit* 169 f

Odo *è Priore Cluniacenſi epiſcopus Oſtienſis ac tandem Papa,* Urbanus II *dictus,* 514 a; *S. Brunone, Ordinis Carthuſienſis fundatore, magiſtro Remis uſus fuit* 513 e f, 531 d, 705 b, 707 b, 716 f, 729 d; *legatus Apoſtolicus ſynodum Quindiliburgi adverſus ſchiſmaticos anno* 1085 *celebravit* 465 d. *Vide etiam* Urbanus II.

Odo *Aquitaniæ dux ac dein Francorum rex* 275 d, 276 b c d e f, 278 a, 298 d, 334 d, 340 a, 342 b d, 343 e, 344 b, 361 c, 362 e

Odo *abbas S. Maxentii* 431 b

Odo *eccleſiæ Remenſis cantor* 512 a; *donationi, anno* 1076 *monaſterio S. Baſoli factæ, ſubſcripſit* 511 e

Odo *monachus Turritanus* 693 a

Odo *monachus, S. Roberti Moliſmenſis abbatis diſcipulus, inter Prætermiſſos* 259 a b

Odoacer *Italiæ rex* 63 e, 119 b

Odolricus *abbas S. Martialis Lemovicenſis* 431 e

Odolricus II *abbas Conchenſis* 274 a c, 279 c e, 280 b; *corpus S. Fidis de veteri in novam eccleſiam tranſtulit* 279 f; *quo circiter tempore id fecerit* 280 a

Oëbalus *caſtri de Torenna dominus* 316 e; *Guillermo filio ſuo illegitimo caſtrum de Torenna dedit* 317 d

Oëbalus *comes. Vide* Ebalus.

Olbertus *epiſcopus Leodienſis* 547 c, 548 e, 549 b

Oldaricus *cancellarius. Vide* Odalricus.

Olgericus *Beſuenſis in Burgundia monaſterii abbas privilegium à S. Leone IX Papa obtinuit* 345 b

Olmarus *Carthuſiæ Majoris converſus, ætatis admodùm provectæ factus,* 580 a

Olybrius *Sexti Anicii Petronii Probi filius* 81 a b

Olympius *exarchus Ravennas* 804 e

Omanruëſius *confeſſor. Vide* Amanruëſius.

Opilio, *conſulum Faſtis ad annum* 524 *inſcriptus,* 804 a b

Opilio *in Occidente anni* 453 *conſul* 800 f, 801 a b c d, 802 c d e f, 803 a d e f, 804 a b

Opilio *Patavini, ut fertur, S. Juſtinæ templi con-*

conditor 790 f, 792 d, 794 e f, 799 e f, 800 a b d e, 802 c, 803 d, 805 e f, 809 b, 814 b e, 823 e; *an is, ut vult Cavacius, fuerit Opilio, anni* 453 *consul*, 800 f, 801 a b c, 802 c d e f, 803, 804 a; *an Opillo consul anni* 524, *an exarchus Ravennæ aut etiam Romanorum patricius* 804, 805 a b c d

Opilio *pater Cypriani, à Theodorico Gothorum rege ad sacrarum largitionum comitivam evecti,* 803 f, 804 a

Optatus *patricius* 800 c

Ordonius II *Legionensis in Hispania rex* 236 a b c; *Legione è proprio palatio ecclesiam fieri curavit, sedem episcopalem in ea constituit multaque eidem donavit* 236 f, 239 b

Orestes *episcopus Vasatensis* 929 b

† Oriens *Ausciorum in Novempopulania episcopus. Vide* † Orientius.

† Orientius *Ausciorum in Novempopulania episcopus* 321 d

Origus *S. R. E. Cardinalis Elogium, quo S. Froilanus, Legionensis episcopus, in Martyrologio Romano ornatur, composuit* 229 a

Orlandus *archiepiscopus Florentinus* 895 c

Osbernus *S. Dunstani, archiepiscopi Cantuariensis, biographus* 401 e

Ostgida *uxor Etheldredi. Vide* Ostrida.

Ostgilda *uxor Etheldredi. Vide* Ostrida.

Ostrica *uxor Etheldredi. Vide* Ostrida.

Ostrida *uxor Etheldredi, Merciorum regis,* 939 d

Ostritha *uxor Etheldredi. Vide* Ostrida.

Ostrogotho *prior Sigismundi, Burgundiæ regis, uxor* 54 e, 60 e f

Oswaldo (*Josephus à S.*) *Augustinianorum Discalceatorum Labaci sub-Prior duo publica de S. Peregrinæ V. M. reliquiis instrumenta Schönlebeno exhibuit* 12 f

Oswius *Nordanhymbrorum rex* 402 a, 938 b c d f, 939 d e, 940 a c, 941 e; *præliaturus filiam Elfledam, perpetua virginitate consecrandam, Deo vovit, relataque memorabili victoria, votum implevit* 939 f

† Osytha *virgo martyr, inter Prætermissos* 6 d

Otho I, *cognomento* Magnus, *imperator* 379 f, 807 c d

Otho II *imperator* 859 d, 860 a

Otho III *imperator* 397 f

Otho *Burgundiæ dux* 346 c, 365 e

† Otilia *virgo. Vide* † Odilia.

Otto *imperator. Vide* Otho.

Otto *episcopus Constantiensis, excommunicationis sententia in synodo Quindiliburgensi, adversus Guibertum antipapam ejusque sequaces celebrata, pereussus,* 465 e

Otto Friderieus *Labacensis episcopus allatas Labacum S. Peregrinæ V. M. reliquias publicæ veneration exponi permisit* 12 e f; *instrumentum publicum, quo id fecit* 14 d e f, 15 a b c

Otto *episcopus Paderbornensis partem dynastiæ Wevelsburgensis in feudum Bartholdo de Buren concessit* 178 a

Otto *è Priore Cluniacensi episcopus Ostiensis. Vide* Odo.

Ottocarus *Styriæ marchio* 459 d, 476 f

Overhamus (*Adolphus*) *Ordinis S. Benedicti Werthinensis monachus antiquiorem S. Meinulphi diaconi Vitam typis vulgavit observationibusque illustravit* 173 a

P

† Palatias *virgo martyr, inter Prætermissos* 789 d

Palatinus (*Hugo*) *in cartusiam Arverniensem pie munificus* 781 b d

Palavicinus (*Ubertus*) *partium Ghibellinarum sectator* 959 e

Palladia *Stephani interfi, ærario regio præfecti, complex* 53 d, 54 a, 60 b

Palladius *Bituricensis seculo* IV *episcopus* 927 b

Palladius *alter item Bituricensis seculo* V *episcopus* 927 b

Palladius *comes Gabalitanus* 927 b; *filium habuisse non videtur S. Palladium, Santonensem episcopum,* 927 e

Palladius, *dictus præterea* Æmilianus, *poeta ac philosophus* 927 b

Palladius *dives, è cujus genere S. Palladius, Santonensis episcopus, ortus,* 927 b

Palladius *rhetor* 927 b

† Palmatius *martyr Trevirensis* 258 e

† Palmatius *martyr Romanus: ejus reliquiæ Româ in Bohemiam allatæ atque in arce Carlsteinensi depositæ* 19 e; *an eidem sancto Martyri templum ibidem à Carolo IV imperatore fuerit exstructum* 19 e f; *illiusne, an Palmatii Trevirensis caput canonici Regulares S. Crucis Conimbricæ possideant* 19 f, 20 a b d e

Palutius (*Thomas*) *curiæ causarum cameræ Apostolicæ notarius, instrumento donationis reliquiarum S. Peregrinæ V. M. subscriptus,* 14 c e

† Pancratius *martyr: insignem in ejus triumque aliorum Sanctorum honorem ecclesiam exstruxit S. Palladius, Santonensis episcopus, eorumdemque Româ acceptas reliquias in ea deposuit* 926 d, 934 e f

Papebrochius (*Daniel*) *musei nostri scriptor elogium B. Matthæi Mantuani è Ms. Taëgii Opere descripsit* 248 f, 249 b

Papianilla *Aviti imperatoris filia, S. Sidonio nupta,* 49 e

Papianilla *Syagrii, viri clarissimi, filia, uxerque Ferreoli, Galliarum præfecti,* 56 d e, 57 a

† Pappoli *martyris inventio, inter Prætermissos* 786 f, 787 a

Pappolus *episcopus Carnotensis* 927 f; *de illicita novi in diœcesi sua episcopi consecratione apud Chilpericum regem fuit conquestus* 927 e

Paragorius *in S. Apellinarem, Valentinum episcopum, injurius hincque divinitus punitus* 47 b, 57 e d, 62 a, 64 f, 65 a

Parasfu (*Andreas*) *prioratûs S. Justinæ Venetiis Prior* 793 f

Parmentier (*N.*) *Nivernensis Historiæ, quam primùm in lucem edendæ, auctor notitias de S. Hieronymo, Nivernensi episcopo, subministravit* 167 e f, 169 e f, 170 b c d e f, 171 b

Partemius *vir illustris. Vide* Parthenius.

Parthenius *episcopus Gabalitanus* 64 b

Parthenius *vir illustris, consanguineus S. Apollinaris, Valentini episcopi,* 56 b d, 61 f, 64 d; *quis is fuerit* 64 a b

Participatius (*Angelus*) *Venetiarum dux* 858 e

Participatius (*Joannes*) *Venetiarum dux* 858 e

† Paschalis I *Papa* 160 b, 830 f, 863 a; *plurima Sanctorum corpora metu hostium è cœmeteriis in Urbem intulit* 892 e

Paſchalis II *Papa* 40 b, 241 a, 270 e, 299 f, 642 b, 650 c, 652 a, 660 a, 665 c d, 736 a, 809 c, 892 b f, 893 a b, 900 c, 901 a; *cultum S. Fidis in monaſterio Conchenſi firmavit ac ampliavit* 282 a b c; *quandonam circiter id fecerit* 282 d; *monaſterii, in quo à Carthuſianis infirmioribus ad S. Benedicti Regulam vita exigi poſſet, condendi facultatem fecit Lanvino, Carthuſiæ Squillacenſis poſt S. Brunonem Priori,* 620 f; *hinc tamen, primis Carthuſianis Benedictinam Regulam à Brunone fuiſſe præſcriptam, conſequens non eſt* 622 b c d; *eumdem Lanvinum datâ ad eum epiſtolâ ad ſe evocavit* 638 e f; *donationes omnes, privilegiaque omnia, S. Brunoni à quibuſcúmque conceſſa, confirmavit* 687 b c d

Paſchaſius *primus Alatrinorum epiſcopus* 88 a

Paſqualico (*Perpetua*) *monaſterii S. Juſtinæ Venetiis Prioriſſa pulchriori hujus eccleſiam formâ donavit* 794 a

Paſſelaigue (*Joannes de*) *epiſcopus Belicenſis reliquias B. Artaldi viſitavit, eumque* Sancti *titulo decoravit* 778 f, 779 a

Patiens *epiſcopus Lugdunenſis* 51 b

† Patricius *Clochorenſis in Hibernia epiſcopus, regioniſque hujus Apoſtolus* 3 a, 257 d, 939 b d e

Patricius *conſul Orientalis* 79 a b

† Paulinus *epiſcopus Nolanus* 895 b; *Vitam S. Ambroſii Mediolanenſis epiſcopi non ſcripſit* 896 b

Paulinus *clericus S. Ambroſii, hujuſque Vitæ ſcriptor* 896 b

Paulinus (*Chryſanthus*) *Carthuſiæ Vallis benedictionis ſecundum Avenionem Prior* 585 f

Pauluccius (*Thomas*) *notarius. Vide* Palutius.

Paulucius (*Scipio*) *Lectiones de S. Renato, epiſcopo confeſſore, cum deceſſoribus noſtris communicavit* 380 f

† Paulus I *Papa* 803 a; *Sanctorum corpora metu hoſtium è cœmeteriis in Urbem intulit* 892 e

Paulus II *Papa* 155 c, 157 d e, 816 a b; *Deiparæ iconem, S. Gallæ viduæ olim, ut fertur, divinitus conceſſam, thaumaturgam fuit expertus, hincque plenariam, quæ illam viſitantibus à Joanne I Papa, ut aiunt, fuerat conceſſa, indulgentiam confirmavit* 156 e f

Paulus V *Papa* 111 e, 113 b d f, 954 b; *inventis Meſſanæ Martyrum corporibus cultum publicum deferri poſſe, datâ bullâ declaravit* 110 c d e; *S. Placidi ſociorumque martyrum reliquiarum diſtractionem vetuit* 111 c d e

† Paulus *Apoſtolus* 261 b; *in Litaniis Sabbati ſancti admodùm antiquis fuit invocatus, annuaque etiam feſtivitate jam inde à ſeculo* V *honoratus* 71 f, 845 b c; *S. Sagarim epiſcopum martyrem habuiſſe diſcipulum non videtur* 261 e f; *ei ſimul & S. Petro templum Conſtantinopoli, aliudque in Chalcedonenſi ſuburbio exſtructum* 850 f, 851 a, 863 c; *inſignem item in ejus triumque aliorum Sanctorum honorem eccleſiam exſtruxit S. Palladius Santonenſis epiſcopus, eorumdemque Româ acceptas reliquias in ea depoſuit* 926 d, 934 e f

† Paulus *primus Narbonenſium epiſcopus* 336 c

† Paulus *eremita* 580 b, 594 c, 704 c, 711 d, 720 f

† Paulus *martyr in Palæſtina paſſione ſua ad commiſerationem populum adſtantem movit* 265 e

† Paulus *ſimplex, inter Prætermiſſos* 26

Paulus *exarchus Ravennas* 804 d f

Paulus *Anaſtaſii imperatoris ſecundum aliquos frater* 81 d

Paulus Bernriedenſis, *Gregorii VII Papæ biographus,* 465 b, 467 a

Paulus *Samoſatenus hæreſiarcha* 51 b

Pegonius (*Joannes*) *Carthuſiæ Majoris Prior, inſcriptione libri pro tutanda doctoris Pariſienſis anaſtaſi honoratus,* 537 f; *ad provectam admodùm ætatem pervenit* 577 d

† Pelagia, *inter Prætermiſſos* 789 c d

† Pelagius, *codicibus Hieronymianis ad* V *Octobris inſcriptus,* 67 e, 164 a; *ad hunc diem cur ſeorſum non detur* 165 d e

† Pelagius *martyr Cordubæ in Hiſpania* 231 c; *corpus ejus Legione Ovetum tranſlatum* 231 d

Pelagius II *Papa* 72 f, 94 a

Pelagius *archiepiſcopus Turonenſis, à Gregorio Magno Papa epiſtolâ, quâ hic illi S. Auguſtinum Anglorum apoſtolum commendavit, conventus,* 935 c d e

Pelagius *epiſcopus Lucenſis* 229 e, 230 a

Pelagius *epiſcopus Ovetenſis* 238 f, 239 a

Pemmo *dux Foro-Julienſis* 440 d e

Penda *Merciorum rex, S. Oſithæ virginis martyris ſecundum hujus Acta avus,* 937 d, 938 f, 939 e, 941 e f, 942 a, 943 f; *ab Oſwio Nordanhymbrorum rege fuit devictus atque in prælio occiſus* 938 b, 939 f

Penda *Medilanglorum princeps, Pendæ regis filius,* 939 e

† Peregrinus *epiſcopus primus Autiſſiodorenſis* 396 b, 399 d

Peregrinus *abbas monaſterii S. Juſtinæ Patavii* 813 e, 814 d, 820 a, 821 d

† Perpetua *martyr paſſione ſua horrorem ipſi etiam populo ethnico incuſſit* 265 e

Perrot (*Juſtus*) *Ordinis Carthuſienſis præpoſitus generalis* 585 f, 586 a

Perſona (*Gobelinus*) *eccleſiæ collegiatæ S. Mariæ Bilveldiæ decanus ac tandem Budicæ Canonicus Regularis Vitam S. Meinulphi ſeu potiùs Vitæ antiquioris Paraphraſim concinnavit* 174 a b d e, 175 d e

Petranus *frater S. Helani presbyteri confeſſoris* 904 b

Petronax *exconſul patricius, Conſtantini imperatoris & Irenes matris ad Concilium Nicænum legatus,* 446 e

† Petronilla *virgo, S. Petri Apoſtoli, ut quidam volunt, filia,* 827 f

Petrucciolus (*Dominicus*) *curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ notarius* 14 c

Petrudis *virgo ſacra, Rachiſii Longobardorum regis filia,* 443 a b; *pro S. Epiphaniæ ſanctimonialis Ticinenſis ſorore habetur à Romualdo à S. Maria* 439 f, 442 c; *eadem veroſimillimè eſt cum ea, quam hic auctor etiam* Retrudem *vocat* 442 d; *in monaſterio Plumbariolæ vixit ac obiit* 442 e

† Petrus *Apoſtolus* 29 a b, 86 c, 436 a, 655 a, 795 e, 814 a, 826 c, 827 a b d, 830 a, 831 b c, 832 d; *divina virtute ſuper aquam ambulavit* 27 c f; *S. Gallæ viduæ apparuit, eamque ſolatus eſt ac inſtantis obitûs præmonuit* 148 f, 162 f; *primis etiam Carthuſianis, graviſſimâ tentatione afflictis, apparuiſſe, ſolatiumque attuliſſe narratur* 654 e, 730 d e; *quandonam apparitio iſthæc, ſi locum umquam habuit, evenerit* 655 b c d e; *filiam ſuam precibus*

cibus ſuis ſanâſſe, hortulanique filiam necâſſe, in ſcripturis apocryphis legitur 827 f; *feſtivitate annua jam inde à ſeculo quinto fuit honoratus* 845 b c; *an corpus ejus à SS. Marcello & Apuleio fuerit ſepultum* 830 b c; *ei ſimul & S. Paulo templum Conſtantinopoli aliudque in Chalcedonenſi ſuburbio exſtructum* 850 f, 851 a, 863 c; *inſignem etiam in ejus triumque aliorum Sanctorum honorem eccleſiam exſtruxit S. Palladius Santonenſis epiſcopus, eorumdemque Româ acceptas reliquias in ea depoſuit* 926 d, 934 e f

† Petrus Damianus. *Vide* † Damianus.

† Petrus *archiepiſcopus Tarentaſienſis* 2 c

† Petrus, *cognomento* Venerabilis, *abbas Cluniacenſis ſcripſit Vitam Matthæi è monacho epiſcopi Albanenſis* 563 a

Petrus Sancii *Aragoniæ rex monaſterium in honorem S. Fidis Barbaſtri exſtruxit ac dotavit* 283 c d e

Petrus *Aragoniæ rex* 281 b

Petrus *metropolita Kiovienſis, inter Prætermiſſos* 5 a b c d

Petrus *epiſcopus Altinus* 51 d

Petrus *epiſcopus Glandacenſis, in cartuſiam Arverienſem piè munificus,* 781 b e

Petrus *epiſcopus Irienſis* 229 c, 230 a

Petrus Burdegalenſis, *epiſcopus Lemovicenſis* 431 e

Petrus *epiſcopus Patavinus* 819 c

Petrus *quartus, aliis quintus, epiſcopus Ravennenſis* 37 e; *S. Marcellini aliorumque ſeptem ſanctorum epiſcoporum Ravennenſium corpora quæri Ravennamque transferri curavit* 37 f, 38 a b c; *non tamen, cùm id fecit, ſacra iſthæc illorum omnium, ſed tantùm SS. Probi, Aderiti & Caloceri lipſana ſub metropolitana ibidem eccleſiæ ara maxima depoſuit* 38 c d e

Petrus *canonicorum Regularium S. Joannis in Vineis prope Sueſſionas abbas* 514 b c, 751 c; *S. Brunone, Ordinis Cartuſienſis fundatore, magiſtro uſus fuit* 513 f; *titulo funebri huic parentavit* 748 f, 749 a

Petrus *abbas S. Martialis Lemovicenſis* 433 a

Petrus *abbas S. Victoris Maſſilienſis in corpus S. Tullie felici ſucceſſu juſſit inquiri* 40 b; *anne tamen is Petrus I, an II fuerit, eſt dubium* 40 b

Petrus *ablas Voſienſis* 432 f

Petrus *comes Alençonii* 590 d

Petrus Medicæus *Florentinorum confalonerius* 895 e

Petrus *archidiaconus Minatenſis* 411 e, 412 a

Petrus *epiſcopi Cremonenſis Vicarius, qui de hujus mandato, ut narratur, corpus S. Geroldi de terra levavit* 959 b

Petrus *cancellarius, excommunicationis ſententiâ in ſynodo Quindiliburgenſi, adverſus Guibertum antipapam ejuſque ſequaces celebrata, percuſſus,* 465 e

Petrus *Seneſcallus Lugdunenſis, in cartuſiam Arverienſem piè munificus,* 781 a d, 784 c

Petrus à Paſtrana *confeſſor ex Ordine S. Franciſci, inter Prætermiſſos* 789 b c

Petrus Cordubenſis, *velut beatus confeſſor annuntiatus, inter Prætermiſſos* 4 d

Petrus *S. Bernardi Claravallenſis diſcipulus, in Hiſpaniam ab hoc, quò Belli-fontis monaſterium ad Ciſtercienſia inſtituta adduceret, miſſus,* 949 f, 950 d; *poſtea hujus factus dicitur abbas* 952 c

Petrus *S. Brunonis Cartuſiani diſcipulus* 626 c; *eremiticam unà cum hoc vitam apud Siccam-Fontanam, ut Mabillonio viſum eſt, aliquamdiu egit* 599 e, 605 b c; *idem fortè eſt cum Petro, qui vocatus fuit* Francus, *ſecunduſque exſtitit à S. Brunone Cartuſiæ Prior* 626 d

Petrus, *cognomento* Francus, *tertius Cartuſiæ Majoris Prior* 491 e, 492 a, 498 c, 626 d

Petrus *diaconus Caſinenſis Vitam ac Paſſionem S. Placidi ſcripſiſſe narratur; certéque in Latinis hujus Actis, quæ exſtant, partem habuit* 73 d e, 74 a b d, 76 c d e f; *an ante Stephanum Anicienſem ſcripſerit, & an, quæ ipſemet ſcripſit, huic ſuppoſita non ſint* 77; *ſcripſit etiam Paſſionem S. Marci martyris & Vitam S. Fulconis confeſſoris* 76 e

Petrus Guarrigneus *martyr ex Ordine S. Franciſci, inter Prætermiſſos* 789 b c

† Phœbadius *epiſcopus Aginnenſis* 268 e, 271 c; *corpus ejus Petragoricas delatum* 292 e

† Pharaïldis *corporis Gandavum relatio, inter Prætermiſſos* 786 c

Pharao *Ægypti, rex* 351 c

Philaretus *S. Nicetæ Medicienſis abbatis pater* 445 f

† Philemon *martyr, S. Apollonii ſocius,* 265 e

† Philippus *Apoſtolus* 10 b, 262 a

Philippus I *Francorum rex* 500 a, 504 b, 509 e, 511 c f, 512 b c e f, 513 e, 526 c, 528 c e f, 529 a, 530 e, 913 c

Philippus II *Francorum rex* 785 f, 786 a

Philippus II *Hiſpaniarum rex* 20 d, 111 b, 206 f, 229 b, 787 f

Philippus III *Hiſpaniarum rex* 104 c, 111 c f, 954 b; *Inſigni SS. Placidi Sociorumque reliquiarum parte, annuente Clemente VIII Papa, fuit donatus, eaſque inter ceteras monaſterii S. Laurentii reliquias juſſit ſolenniter deponi* 111 e, 112 c d

Philippus *rex Macedoniæ, Alexandri Magni pater,* 217 a

Philoxenus (*Flavius*) *conſul* 81 d

Phily (*Joſephus*) *reverendiſſimi Patris & Capituli generalis Ordinis Cartuſienſis ſcriba notitiam de S. Brunone ſubminiſtravit* 495 c

Phocas *imperator* 415 a, 416 d

Photinus *hæreſiarcha* 51 b

Photius *patriarcha Conſtantinopolitanus, Græcos inter & Latinos ſchiſmatis auctor,* 444 e

Photius (*Joſephus*) *Societatis Jeſu ſacerdos corpus ſancti Martyris in S. Sebaſtiani cryptis quærendi, indeque extrahendi facultatem ab Urbano VIII Papa obtinuit* 260 e f

Piali Baſſanus *Turcarum præfectus, qui Surrentum Maſſamque vaſtavit,* 389 a

Picardus (*Thomas*) *eccleſiæ Belnenſis parochus Lectiones Officii de S. Pipione compoſuit* 967 e; *quandonam floruerit* 967 e f

Picininus (*Nicolaus*) *copiarum Mediolanenſium dux, SS. Fauſtini & Jovitæ viſione in obſidione Brixienſi perterrefactus,* 573 c d; 574 d

Pinellus (*Dominicus*) *epiſcopus Oſtienſis, ſacri Collegii decanus & Congregationis ſacrorum rituum præfectus* 110 c

Pinto de Fonſeca (*Emmanuël*) *magnus Ordinis Melitenſis magiſter reliquiarum B. Petri de Imola partem petiit & obtinuit* 247 f, 248 a d

† Pionius *presbyter martyr, Vitæ S. Polycarpi ſcriptor,* 11 a b c d

Pipinus, *cognomento* Brevis, *Francorum rex, Caroli Magni pater;* 293 e f, 317 d, 333 c, 342

342 f, 351 b, 352 c, 424 a, 428 a, 430 d; *formulâ* Dei gratiâ *primus est usus* 78 c; *Chunoaldum Aquitaniæ ducem, res novas molitum, ad officium redire compulit* 429 c; *quandonam id factum* 429 c d e

Pipinus *Caroli Magni filius*, Carolomannus *antea vocatus, Italiæ rex* 803 c

Pipinus *Aquitaniæ rex, Ludovici Pii filius*, 293 e f; *diploma in ecclesiæ Nivernensis favorem concessit* 168 c; *monasterium Conchense donis privilegiisque ditâsse narratur* 293 a; *nobilem S. Cypriani abbatiam in suburbio Pictavensi exstruxit* 755 d

Pipinus *Heristallus, Caroli Martelli pater, major-domus Franciæ*, 350 f

Piso *consul* 642 f

Pius II *Papa* 155 d, 157 d

Pius IV *Papa* 814 e, 821 d

† Pius V *Papa* 787 f, 793 a; *commemorationem S. Mariæ de Victoria ob debellatam à Christianis Turcarum classem quotannis fieri præcepit* 787 e; *indulgentias S. Justinæ ecclesiam Patavii visitantibus concessit* 813 f

† Placidus *confessor Ordinis Apostolinorum, inter Prætermissos* 2 d e

† Placidus, *cujus corpus Bononiæ apud SS. Vitalis & Agricolæ sanctimoniales, à Placido Benedictino diversus* 113 c

† Placidus *martyr, Hieronymianis codicibus inscriptus*, 164 b c, 165 c; *pro S. Placido Benedictino in fabulosis hujus Actis verosimillimè obtruditur* 165 a b; *cur seorsum à dicto Placido Benedictino ad* V *Octobris non detur* 165 d e

† Placidus *martyr, S. Benedicti abbatis discipulus* 165 b

Placidus *in Vitis S. Leopardini memoratus* 906 f, 916 d, 921 d; *Blitildi hunc nefariè prodidit* 912 a c; 915 e f

† Placitus *confessor. Vide* † Placidus.

† Polycarpus *episcopus Smyrnensis martyr* 11 a c, 12 d, 262 a, 265 a c d e

Polycarpus *Senonensis, uti in Lectionibus de S. Pipione traditur, quidamque volunt, archiepiscopus* 967 b, 968 a b f; *an sedem illam verè occupârit, controvertitur* 968 c d e

† Polychronius *martyr* 833 e; *inter Prætermissos* 789 f

Polycrates *Ephesiorum episcopus* 261 c f, 262 a b; *consuetudinem, quâ Asiani Pascha lunâ* XIV *celebrabant, est tutatus*, 7 b, 8 b c d e f, 9 c d e f, 10, 11 a d e f, 12 a d

Pompeius *consul fuit Anastasii imperatoris nepos* 81 d

Pompeius Cylius *rei Benedictinæ in Sicilia procurator* 79 d, 80 c

Poncius. *Vide* Pontius.

Pontius *episcopus Barbastrensis* 283 d

Pontius *episcopus Matisconensis in cartusiam Arverniensem piè munificus* 781 b d e

Pontius *comes Gabalitanus* 308 c d

Pontius *ecclesiæ Remensis clericus* 521 a b, 523 c e f; 524 a; *S. Brunonem in suo ex urbe Remensi ob improbos Manassis archiepiscopi mores excessu est comitatus* 517 a b; *simoniæ aliorumque criminum suum hunc antistitem in concilio Augustodunensi, iterumque in Lugdunensi accusavit* 517 b, 525 d; *Ebalum comitem, Romam pro tuenda clericorum Remensium causâ profectum, est comitatus* 519 f, 520 a

Pontius *è monacho Benedictino Cartusianus unaque cum Bernardo cartusiæ Fortarum Priore religiosæ hujus domûs fundator* 779 f, 785 c

Pontius *in cartusiam Arverniensem piè munificus* 781 a, 784 c; *quis forsan sit* 781 d, 785 e

Pontius *Willelmi, Tholosani comitis, frater, a privigno suo occisus*, 326 e, 327 b

Poppo *patriarcha Aquileiensis* 898 a b c d; *metropolitanam suam ecclesiam consecrâsse in incisa hujus muro inscriptione traditur* 897 f

Popula (*Joannes à*) *inter Prætermissos* 259 b c

† Porcianus *abbas, à S. Gregorio Turonensi cap.* 5 *de Vitis Patrum memoratus*, 906 e, 907 c, 909 c, 910 d, 917 a, 921 e; *idem verosimillimè est cum S. Porciano abbate, S. Leopardini fratre*, 907 a b; *è servo in monachum fuit receptus* 910 a b c; *à B. Protasio, à quo & salutaribus monitis adversus dæmonis insidias fuit munitus, fortassis id factum* 910 e f, 911 a

† Porcianus *abbas, S. Leopardini secundum hujus Acta frater*, 906 e f, 907 d e f, 908 a c d; 909 c f, 910 a, 911 d, 914 b c d e f, 917 b c, 921 b e; *idem verosimillimè est cum S. Porciano abbate, à Gregorio Turonensi cap.* 5 *de Vitis Patrum memorato*, 907 a b; *Benedictinum institutum secutus non videtur* 909 d e; *insigne ejus, sed falsitatis suspectum, elogium* 911 a b

Porsena *rex Tuscorum* 796 b

Portia *aulæ cæsareæ præfectus solemnitati, quâ sacra S. Peregrinæ V. M. lipsana in Labacensem Augustinianorum excalceatorum ecclesiam anno* 1660 *fuêre illata, interfuit* 16 a b

† Portianus *abbas. Vide* † Porcianus.

Porticiacus (*Angelus*) *Venetiarum dux SS. Sergii & Bacchi reliquias Heraclia Venetias detulit, ibique in ecclesia, ipsis dicata; deposuit* 859 a

Porus *Indorum rex* 217 a

Possenna *soror S. Helani presbyteri confessoris* 903 c, 904 b

Possinus (*R. P.*) *Societatis Jesu, de museo nostro bene meritus*, 423 f

† Potentiana *virgo: festum ejus ad* XIX *Martii perperam notatum* 669 d

Præcipiano (*Humbertus à*) *archiepiscopus Mechlinienses asservatas Lovanii S. Meinulphi reliquias approbavit* 209 a

Præpedignæ *mater S. Justinæ virginis martyris Patavinæ* 792 c, 795 f, 814 a e, 823 a c, 826 a; *ossa ejus loco suo antiquo mota, novâque arcâ anno* 1627 *fuêre donata* 823 e f, 824 a b c

Primogenius *patriarcha Gradensis* 418 b c; 419 f, 420 f

† Primus *martyr, in Actis S. Fidis memoratus*, 263 f, 264 a d, 295 c; *inter Prætermissos* 260 a b; *an eodem, quo S. Fides, die; verèque Aginni passus sit* 269 c d e f; 270 a b, 296 e

† Primus *martyr Romanus* 260 a; *an non idem cum Primo, in Actis S. Fidis memorato*, 270 a b

† Primus, *qui cum SS. Capræsio & Felicianô in diœcesi Sarlatensi* VI *Octobris cultus*, 425 f

Priolus (*Hieronymus*) *Venetiarum dux* 814 e, 821 d

† Prisca *virgo* 860 d

† Priscus *martyr, primus Capuanorum episcopus*, 330 c d e f, 788 d; *Capuæ verosimiliter vel*

oriundus vel passus est 331 b
Priscus *pater S. Marci Papæ* 888 c e, 889 a
† Privatus *episcopus Gabalitanus* 336 a b c
† Privatus *in antiquissimo Antverpiensi Hieronymiano apographo memoratus, inter Prætermissos* 789 c d
Proba (*Anicia Faltonia*) *Sexti Anicii Petronii Probi uxor* 81 a, 83 b
Proba (*Anicia Silvia*) *S. Placidi secundum Wiozem soror, Ilduino Martio Mediolanensium duci nupta,* 83 d e
Proba *S. Galla viduæ probabilissimè soror germana* 151 a c d, 154 a b
Probianus *episcopus Bituricensis* 923 b, 924 b; *synodis Parisiensibus anni* 555 *&* 557 *subscripsit* 923 a; *corpus S. Ursini, primi Bituricensium antistitis, honorificè cum SS. Germano Parisiensi episcopo & Augusto presbytero abbate in S. Symphoriani ecclesiam transtulit* 923 e, 924 d; *Sancti titulo ab aliquibus honoratur* 923 f
Probinus *Sexti Anicii Petronii Probi filius* 81 a b
† Probus *episcopus Ravennensis* 30 b, 31 f, 35 b; *corpus ejus inventum, Ravennam translatum, ac tum ibidem sub metropolitana ecclesia ara maxima depositum* 37 f, 38 a d; *id ibidem postea adhuc asservatum fuit, nec non hodieque asservatur* 38 f, 39 a
† Probus *episcopus Reatinus* 150 b, 379 a
† Probus *episcopus Veronensis* 379 a
Probus *episcopus Caietanus, à S. Probo, die* VI *Octobris Cajetæ culto, fortassis diversus,* 379 f, 380 a b d e
Probus *episcopus, concilio Romano anni* 324 *subscriptus, idem fortassis cum S. Probo, die* VI *Octobris Caietæ culto,* 380 e
Probus *episcopus, qui S. Erasmum martyrem sepeliit, idem fortassis cum Probo, qui concilio Romano anni* 324 *legitur subscriptus, uti & cum S. Probo, die* VI *Octobris Caietæ culto,* 380 e
Probus (*Anicius*) *anni* 513 *consul* 81 e
Probus (*Anicius*) *anni* 525 *consul* 81 d; *Flavium Probum, anni* 502 *consulem, patrem non habuit* 81 e
Probus (*Anicius Justinianus*) *Romanis consulibus à Wione annumeratus* 81 a b c d, 83 a b
Probus (*Flavius*) *anni* 502 *consul* 81 e; *vel Hypatium vel Paulum vel denique Secundinum patrem habuit* 81 d
Probus (*Sextus Anicius Petronius*) *consul* 81 a b, 83 b
Probus *Sexti Anicii Petronii Probi filius* 81 a b, 83 b
† Proculus *episcopus Ravennensis* 30 a, 35 b d f; *corpus ejus quæsitum, inventum, Ravennam translatum ac post tantummodò ibidem sub metropolitanæ ecclesiæ ara maxima depositum* 38 b c d e; *sub hac illud seculo* XIV *asservatum fuit, nec non hodieque asservatur* 38 e f, 39 a
Promotus *presbyter, episcopus illicitè ordinatus ac dein in synodo Parisiensi rejectus,* 927 e f, 928 a
Promptia *soror S. Helani presbyteri confessoris* 903 c, 904 b
† Prosdocimus *primus, ut volunt, Patavinus episcopus* 790 b c f, 791 a b d e f, 792 c, 795 d e f, 796 a c d e f, 797 a b c d e, 799 d e f, 800 d e, 802 e, 805 e, 807 c d e f, 812 c, 813 f, 814 b, 816 e, 824 c, 825 f, 826 a; *ejus Patavii corpus* 809 c, 818 d; *partem hujus statuæ argenteæ includendi facultas petita* 811 d e
† Protasius *abbas salutaribus monitis adversus dæmonis insidias S. Porcianum muniit, idemque fortè est, qui hunc monachis adscripsit* 910 e f, 911 a
† Prothus *martyr: ejus reliquiæ Ticini in S. Felicis monasterio asservatæ* 859 d
† Prudentius *episcopus Tricassinus* 335 a
† Prudentius *episcopus Turiasonensis in Hispania, cujus corpus in spelunca ad radicem montis Laturci sepultum fuisse dicitur,* 334 d, 348 c; *à S. Prudentio, Besuæ culto, est diversus* 334 e, 335 a
Prudentius, *velut alter sanctus Turiasonensis episcopus à Tamaio memoratus,* 335 a
Prudentius, *velut sanctus episcopus è commentitiis S. Encratidis Actis à Tamaio memoratus,* 335 a
Prudentius *poëta, scriptis suis orbi notissimus,* 335 a
Publius *Urbis præfectus* 266 f
Puccius (*Laurentius*) *S. R. E. presbyter Cardinalis. Vide* Putius.
† Pulcheria *imperatrix, Theodosii II imperatoris soror,* 846 a, 852 a
Puteanus (*Christophorus*) *cartusiæ Romanæ Prior in causam, ob quam doctoris Parisiensis anastasis è Breviario Romano à sacra Rituum Congregatione fuerit expuncta, inquisivit* 536 d
Puteanus (*Franciscus*) *Ordinis Cartusiensis præpositus generalis* 577 f, 578 a b c, 581 a, 697 b c; *scripsit Vitam S. Brunonis, Cartusianorum patriarchæ,* 494 f, 541 f; *Statuta ac privilegia Ordinis Cartusiensis jussit excudi* 495 b c; *partem mandibulæ unà cum duobus dentibus dicti sui sancti Patris obtinuit* 702 d e; *quî & quando id factum* 702 f, 703 a b
Putius (*Laurentius*) *S. R. E. presbyter Cardinalis* 697 d e f

Q

† Quartus *martyr, die* X *Maii in Martyrologio Romano celebratus,* 330 d, 331 a, 885 e; *Capuæ fortè vel oriundus vel passus est* 331 b
† Quartus *presbyter Capuanus* 885 e
Querinus (*Angelus Maria*) *S. R. E. Cardinalis detexit edique curavit duas Fuscareni litteras, è quibus, de qua antè dubitabatur, SS. Faustini & Jovitæ apparitio in aperto ponitur* 573 c d e; *Romanæ S. Marci ecclesiæ varia ornamenta adjecit* 890 f
† Quinidius *episcopus Vasionensis* 62 e, 399 b f; *concilio Parisiensi anni* 572 *subscriptus legitur* 599 c e
Quintilianus *abbas seu potius spiritualis pater monasterii S. Aureæ,* Beati *titulo à S. Audoëno affectus,* 256 b c d e f; *corporis ejus inventio, inter Prætermissos* 256 a
Quintilianus *ecclesiæ S. Pauli Londini canonicus* 754 d
Quintinianus *abbas. Vide* Quintilianus.
† Quintus *martyr, die* X *Maii in Martyrologio Romano memoratus,* 330 d, 331 a, 885 e; *Capuæ fortè vel oriundus vel passus est* 331 b
Quirini (*Angelus Maria*) *S. R. E. Cardinalis. Vi-*

Vide Querinus.
† Quirinus *martyr, cujus corpus Româ ad metropolitanam Aquileiensem ecclesiam translatum in incisa hujus muro inscriptione traditur* 898 a; *de re hac quid censendum* 898 de
† Quirinus *martyr Romanus, cujus corpus Novesium in archiepiscopatu Coloniensi translatum* 898 d
† Quirinus *martyr Romanus alter, cujus corpus ad Segernseanum Bavariæ monasterium delatum* 898 d
† Quodvultdeus *episcopus Carthaginensis* 332 a b

R

Rabanus *abbas Fuldensis* 175 a
Rachis *Longobardorum rex, Pemmonis ducis Foro-julienſis filius*, 439 e, 440 e, 441 d, 442 b c d e; *promissis de servanda cum Ecclesia pace non stetit* 440 f; *Ticinense S. Mariæ Venationum monasterium, ut fertur, condidit* 439 b c; *regno dimisso, vitam monasticam suscepit, ad eamque, cùm, monachi deposito habitu, ad arma iterum profluissent, Stephano Papa agente, rediit* 439 e f, 441 a b c, 442 a; *an plures filias quàm unam, hasque inter S. Epiphaniam sanctimonialem habuerit* 442 f; 443 a b c d e; *abbatiam, titulo S. Salvatoris Montis Amiati insignitam, in diœcesi Clusina fundavit* 740 a, 897 d e
Rachisius *Longobardorum rex. Vide* Rachis.
† Radegundis *Francorum regina duas Pictavii condidit ecclesias* 755 c d; *reliquiæ ejus Divionem delatæ dicuntur à Theobaudo, S. Prudentii biographo*, 354 c; *de re hac quid censendum* 355 d e
Radoaldus *dux Beneventanus* 392 b, 394 b c, 395 e; *aurum argentumque SS. Renati & Valerii sepulcris pro felici expeditionis, à se susceptæ, successu incassum obtulit* 381 e, 394 d e f
Radulphus *archiepiscopus Cantuarienſis* 936 c d
Radulphus Viridis *ecclesiæ Remensis præpositus ac dein archiepiscopus* 517 c, 520 c e f, 521 a b, 532 f, 533 d e, 534 a c d f, 535 a, 555 e f, 556 a b c d, 557 a d e f, 558 a, 571 c e, 583 e, 591 f, 597 b c, 598 a b, 652 d, 659 a, 677 d e f, 684 b, 731 b; *collationem, in qua mundo valedicere statuit, cum S. Brunone de seculi vanitatibus habuit* 517 a, 520 a b; *quo loco & quando id factum* 520, 533 b c; *verosimiliter etiam cum hoc ob improbos Manassis archiepiscopi mores ex urbe Remensi excessit* 517 a b; *ut votum olim emissum exsolveret, ab eodem Sancto fuit admonitus* 675 c; *epistola, quâ id factum*, 675 f, 676, 677 a b c
Radulphus *episcopus Corisopitensis revelationi corporis S. Renati episcopi interfuit* 393 d
Radulphus *abbas Cluniacensis* 432 f
Radulphus *ecclesiæ Remensis decanus, à Stephano Tornacensi epistolâ conventus*, 520 c
Ragenfredus *Chilperici, Francorum regis, major-domûs* 169 a
Raginaldus *archidiaconus Andegavensis iteratæ corporis S. Renati episcopi revelationi interfuit* 393 e
Raimbaldus *abbas S. Theodorici donationi, anno 1076 monasterio S. Basoli factæ, subscripsit* 511 c e
Raimundus. *Vide* Raymundus.
Rainaldus du Bellai *archiepiscopus Remensis* 527 a d, 528 c, 529 b c
Rainaldus I *episcopus Andegavensis* 384 b, 392 c, 393 a; *reliquias S. Renati episcopi confessoris transtulit* 381 b, 392 d e, 393 b d
Rainaldus *è Cartusiano episcopus Belicensis* 783 a, 784 d
Rainaldus *abbas. Vide* Raynaldus.
Rainardus de Barro, *in ecclesiam Molismensem piè munificus*, 599 d e
Rainerius *S. R. E. Cardinalis* 661 e
Raingerius *archiepiscopus Rhegiensis. Vide* Rangerius.
Raino *episcopus Andegavensis. Vide* Rayno.
Raino *vicecomes* 309 f
Rainulphus *episcopus Casertanus* 92 b c
Ramirus III *Legionensis in Hispania rex* 234 f, 244 e; *S. Froilanum ad se arcessivit, eique condendi in regno suo cœnobia potestatem fecit* 233 b c, 234 d
Rangerius *archiepiscopus Rhegiensis* 633 f, 634 a, 643 c d, 740 d; *chartam publicam, quâ factam S. Brunoni à comite Rogerio Turritanæ eremi donationem Mesimerius Squillacensis episcopus confirmavit, ratam habuit* 641 c e
Rangerius *episcopus Lucensis* 740 d
Rangerius *S. Brunonis discipulus, titulo funebri hunc veneratus*, 737 c; *quis forsan exstiterit* 740 d e
Rangonus (*Claudius*) *episcopus Placentinus* 830 a
† Raphaël *archangelus, inter Prætermissos* 260 b c
Raptrudis *Rachisii, Longobardorum regis, filia. Vide* Rattruda.
Ratberga *Pemmonis ducis Foro-julienſis uxor* 440 d
Ratchaït *Rachisii Longobardorum regis frater* 440 e; *filiam fortassis habuit S. Epiphaniam virginem sanctimonialem* 443 e
Ratchis *Longobardorum rex. Vide* Rachis.
Rattruda *Rachisii, Longobardorum regis, filia* 442 d f, 443 a b e; *monasterium Plumbariolæ una cum matre exstruxit, in eoque ad obitum usque piè vixit* 441 c d; *cum hac perperam, ut apparet, Romualdus à S. Maria confundit S. Epiphaniam sanctimonialem* 442 e, 443 b
Ravenno *Wevelsburgensis castri dynasta maximi fecit S. Meinulphi reliquias* 197 f, 198 a
Raymundus *S. R. E. Cardinalis Benedictinis Padolyronensibus aliquot Sanctorum reliquias dedit* 112 e
Raymundus à Capua XXIII *generalis Ordinis Prædicatorum magister, inter Prætermissos* 4 a b; *scripsit Vitam S. Agnetis de Monte Politiano, & Vitam S. Catharinæ Senensis* 4 a b; *corpus ejus Nuribergâ Neapolim translatum fuisse dicitur* 4 b
Raymundus III *Barcinonis & Provinciæ comes* 951 a
Raymundus *Gallaciæ comes, pater Alphonsi VIII, aliis VII, Legionis & Castellæ regis*, 951 a
Raymundus I *comes Rutenensis* 309 f
Raymundus *marchio, in charta Stephani Mimatensis episcopi memoratus*, 411 f, 412 a
Raymundus *primogenitus Wilhelmi, Tholosani comitis, filius* 326 f
Raymundus *doctor & conventûs Prædicatorum Messanæ*

Meſſanæ Prior 71 b, 103 d f
Raymundus *ſcilarius Meſſanenſis, cui, ut narratur, S. Placidus apparuit* 71 a b c, 103 c
Raynaldus *abbas Caſinenſis, trium de S. Placido Hymnorum auctor*, 73 c; *Græca etiam hujus Acta Latinè reddi curavit* 74 d, 76 f
Raynaudus *archiepiſcopus Lugdunenſis* 782 b
Raynerius *epiſcopus Feſulanus eccleſiam S. Jacobi in campo Corbolino conſecravit* 246 a d e
Raynerius de Mariano *Frater Minor laïcus indulgentiam Portiunculanam per S. Franciſcum Aſſiſiatem petitam impetratamque ab Honorio III Papa, teſtatus eſt* 574 a b
Rayno *epiſcopus Andegavenſis* 381 f, 388 f, 389 c d, 390 a c, 391 d e, 392 c, 393 a; *Vitam S. Maurilii, epiſcopi itidem Andegavenſis, ſcribi fecit* 385 c d, 386 c; 388 b, 389 e f
Recaredus *Catholicus Hiſpaniarum & Gothiæ Galliæ rex* 336 f, 337 a
Regila *mater B. Adalberonis, Herbipolenſis epiſcopi*, 454 f, 457 a; 466 e, 470 e f, 476 d, 489 b; *nobile ejus genus* 454 c d
Regillà *mater B. Adalberonis. Vide* Regila
Reginaldus *abbas S. Mariæ Lucionenſis* 762 d
Regnaricus *Chunoaldi principis conſiliarius, precibus S. Pardulphi, in quem fuerat injurius, ſuffocationis periculo ereptus* 427 e f, 435 e f; 436 a
† Reinoldus *martyr, in eccleſia Toletanâ cultus, cujus & ibidem reliquiæ aſſervatæ*, 242 b
† Remedius *aut etiam forte* Remigius, *epiſcopus Vapinci in Gallia*, 347 b
† Remedius *confeſſor in agro Tridentino* 347 b c
† Remigius *archiepiſcopus Remenſis, Francorum apoſtolus*; 347 b c, 904 b; 905 c d; *S. Helanum ejuſque fratres ac ſorores, ad ſe venientes, benignè, ut narratur, excepit* 904 b c
† Remigius *archiepiſcopus Rothomagenſis* 347 b
† Remigius, *cujus brachium anno* 1124 *ad ſynodum Veſontionenſem delatum narratur à Theobaudo, S. Prudentii biographo*, 347 b d; 371 a; *cujus ſancti Remigii brachium id non fuiſſe videatur* 347 c
Remigius *archiepiſcopus Bituricenſis* 414 c
Remigius *Lingonenſis fortè primùm epiſcopus ac dein ad ſedem Rothomagenſem promotus, Pipini Francorum regis frater, Beſuenſe monaſterium Angle, mulieri adulteræ, donavit* 342 f
Renata *Lotharingæ Guillelmi V Bavariæ ducis uxor* 774 b
† Renatus *epiſcopus Surrentinus, inter Prætermiſſos* 6 c d
Rengerius *eccleſiæ S. Pauli Londini archidiaconus* 754 d
Renonia *matrona nobilis*, Bononia *Surrentinis dicta, S. Renati epiſcopi, ut volunt, mater*, 382 b, 386 f
Retrudis *Rachiſii Longobardorum regis filia eadem veroſimillimè cum Rattruda* 442 d. *Vide adeò etiam* Rattruda.
Reymundus *marchio. Vide* Raymundus.
Rhotarius *epiſcopus Paderbornenſis* 184 f
Ricardus. *Vide* Richardus.
Ricci (*Carolus de*) *Ordinis Melitenſis eques Meſſinenſis magnus Prior, corpus B. Petri de Imola honorificentiùs componendum curavit* 247 e f
Richardus *epiſcopus Albanus* 638 e
Richardus *epiſcopus Londinenſis* 937 a, 938 a; *Chichenſem S. Oſithæ eccleſiam in canonicorum Regularium collegium convertit, dotavit, ac fortè etiam inſtauravit* 936 b c d e, 944 f
Richardus *dux Burgundiæ* 341 c, 361 f; *Normannos prope Argentolium prælio fudit* 343 c
Richardus II *princeps Averſanus* 662 b c, 665 b, 667 c d, 668 a b f, 669 c d e, 670 a b c
Richardus II *Normannorum princeps* 317 b e f
Richardus *Henrici Angliæ regis filius, Aquitaniæ dux* 432 e
Richardus *eccleſiæ collegiatæ Beverlacenſis canonicus, titulo funebri S. Brunonem veneratus*, 757 f, 758 a
Richaredus *Normannorum princeps. Vide* Richardus.
† Richeza *regina Poloniæ, in B. Adalberonem, Herbipolenſem epiſcopum, piè munifica*, 461 f, 462 a
Ricofridus *epiſcopus. Vide* Rixfridus.
Ricomerus *epiſcopus Aurelianenſis* 927 f
Ricsfridus *epiſcopus. Vide* Rixfridus.
Rictiovarus *præfectus. Vide* Rictius Varus.
Rictius Varus *præfectus in Gallia* 18 a c d
Rifferius *Cartuſiæ Majoris Prior* 491 f
Rigobertus *vir illuſtris, S. Bertæ ſecundum hujus Acta pater*, 408 d
Rinckius (*Petrus*) *inſignis cartuſiæ Colonienſis benefactor* 493 b
Rinuccinus (*Joannes Baptiſta*) *Franciſci Mariæ à Monte S. R. E. Cardinalis ſecretarius* 772 d
Ritzfredus *epiſcopus. Vide* Rixfridus.
Rivoalto (*Urſus de*) *cognomento* Baduarius, *Venetiarum ſeu Olivolenſis epiſcopus cathedralem ſub S. Petri nomine eccleſiam exſtruxit, in eaque SS. Sergii & Bacchi reliquias depoſuit* 858 e f, 859 a
Rivoria (*Aymo de*) *in cartuſiam Arverienſem piè munificus* 781 a b d, 784 c
Rixfridus *epiſcopus Ultrajectenſis, inter Prætermiſſos* 4 b c
Roaldus *epiſcopus Venetenſis revelationi corporis S. Renati epiſcopi interfuit* 393 d
† Robertus *monaſterii Moliſmenſis conditor, primuſque ejuſdem abbas* 279 a b, 746 d; *à S. Brunone, ut Mabillonius putavit, in via ad Cartuſiam fuit conſultus* 599 d e
† Robertus *de Arbriſello* 564 f
Robertus *Francorum rex* 279 f, 431 a b; 500 a, 504 b, 509 e, 513 f, 530 e; 606 f
Robertus *comes Pariſienſis, Francorum rex contra Carolum Simplicem creatus*, 344 b; *in prælio Sueſſionico quandonam fuerit occiſus* 344 c d
Robertus *comes Andegavenſis* 342 b, 361 c
Robertus, *cognominatus* Friſius, *comes Flandriæ* 640 e
Robertus Guiſcardus *Apuliæ & Calabriæ dux* 102 d. *Vide etiam* Guiſcardus.
Robertus *princeps Capuanus* 92 b c d
Robertus à Burgundia *epiſcopus Lingonenſis* 346 b. *Vide etiam* Burgundia.
Robertus *epiſcopus Melitenſis* 685 e
Robertus *epiſcopus Meſſinenſis* 658 b
Robertus *abbas Cantoiolenſis* 288 a
Robertus *abbas Cormeriacenſis* 325 c
Robertus *eccleſiæ S. Pauli Londini canonicus* 754 d
Robertus *illegitimus Oëbali, Torennenſis toparchæ, filius* 317 d
Rocaftallia (*Stephanus de*) *decanus Lugdunenſis idem*

idem fortè cum Stephano Lugdunensi decano, in cartusiam Arveriensem munifico, 781 c
Rodeo *monachus Besuensis, à Normannis occisus,* 343 b
Rodericus *Hispaniarum rex, à Saracenis victus,* 95 a, 337 b c, 352 b
Rodericus *belli dux, multis de Maurorum regibus in Hispania relatis victoriis clarus,* 949 e, 954 c
Rodericus *abbas Bertinianus* 576 c
Rodolphus *clericus seu scriba scripsit chartam à Rogerio Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ duce S. Brunoni concessam* 645 d
Rodulfus *dux Sueviæ. Vide* Rudolfus.
Rodulphus II *imperator* 20 d e
Rodulphus *comes de Lorotello nepos Rogerii comitis Calabriæ & Siciliæ, chartæ S. Brunoni ab hoc concessæ subscriptus,* 629 c, 664 b c, 665 e
Rodulphus *abbas Conchensis* 275 e, 276 d
Rodulphus, *donationi, anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscriptus,* 511 c
† Rogatus *martyr* 329 f, 330 a b
Rogerius *filius Rogerii comitis Calabriæ & Siciliæ, primus postea Siciliæ rex,* 102 e, 104 f, 640 f, 655 f, 656 f, 657 b; *quo anno natus sit* 656 a b c d e; *sacris undis à S. Brunone fuit ablutus* 655 f, 656 f, 657 b d e; *Messanensi S. Joannis xenodochio confirmavit bona, ei olim à comite Rogerio concessa,* 102 f, 103 a
Rogerius *dux Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ,* 626 e, 628 e, 633 b f, 634 b, 636 c d e f; 637 f, 638 a b, 640, 645 e f, 646 a b, 647 b c d, 649 a b; 650 e, 656 c, 661 e, 662 c, 667 a d, 668 a b, 669 b e, 670 a b, 687 d; *factam S. Brunoni à comite Rogerio Turritanæ eremi donationem confirmavit* 636 b; *charta publica, quâ id fecit,* 645 b c d; *eumdem Sanctum, nondum sibi notum, inter venandum, uti à Mörkensio adstruitur, non invenit* 637 a b c; *Capuam obsedit & expugnavit* 666 e f, 667 c, 668 e f; *S. Anselmum, Cantuariensem archiepiscopum, ad se invitavit* 670 d f, 671 a; *iterato in S. Brunonem exstitit piè munificus* 672 f
Rogerius *comes Calabriæ & Siciliæ* 102 d, 103 f, 104 f, 108 b c, 110 a, 607 b, 626 e f, 628 e, 629 b, 633 b; 634 f, 635 a; 636 f, 637 a b f, 640 a b c d f, 641 a b d, 642 c, 643 b d e f, 644 d e f, 645 a b c, 647 b c d e f, 649, 650 d, 651 b f, 654 a; 655 f, 656 a c d e f, 657 a e f, 658 d; 659 a c d e, 660 e; 661 d e f, 662 b, 664 e f; 665 a b d e; 667 c, 672 f, 685 c d e f, 686 a e f; 687 a b c d, 692 e; 719 d, 722 f, 723 a b, 732 e, 735 b c d; 767 e, 769 e; *Messanæ ecclesiam S. Nicolao aliasque multas alibi in Sicilia exstruxit ac dotavit* 102 e f; *S. Brunonem, sibi nondum notum, inter venandum, ut nonnulli volunt, non invenit* 635 d e f, 636 a b c d e, 637 c d e, 722 e; *Sancto huic ejusque sociis, quibus, quem vellent, eligendi in terris suis aptum eremiticæ vitæ locum facultatem fecerat, Turritanam eremum donavit* 636 a d, 638 b, 639 b c; *diploma, quo id fecit,* 639 c d e f; *donationi isti limites circumscripsit* 646 b; *chartâ publica, quâ id præstitit,* 646 c d e f, 647 a; *exstructam à S. Brunone sanctissimæ Dei Genitrici in dicta eremo ecclesiam consecrari curavit, hancque eâ occasione donis non paucis, datâ etiam chartâ publicâ, ditavit* 648; *Capuam obsedit & expugnavit* 662 c; *quandonam id acciderit* 665 f, 666, 667, 668, 669, 670, 671 a b c d; *in obsidione ista præsentissimo periculo à S. Brunone seu hujus meritis fuit liberatus, hincque ei, quod à multis celebratur, privilegium concessit* 662 c d e f, 663, 664 a b c d, 719 e f, 732 f, 733 a b c; *idne ipso obsidionis Capuanæ anno, an serius datum* 671 d e f, 672 a b c d e; *mortuo Græco Squillacensi episcopo Latinum suffecit seque in sedem illam egregiè exhibuit beneficum* 658 b c; *filium suum à S. Brunone baptizari voluit* 656 e f, 657 b d; *decretorio morbo decumbens sese iterum in eumdem Sanctum exhibuit beneficum* 684 d e f, 685 a b, 686 b c d
Rogerius *episcopus Syracusanus* 658 b
Rogerius (*Paulus*) *cartusiæ Venetæ alumnus* 684 a b
Rogerius *presbyter, chartæ publicæ S. Brunoni concessæ subscriptus,* 647 a
Rolandus *abbas monasterii S. Salvatoris in monte Amiato corpus S. Marci Papæ acquisisse dicitur* 897 d e; *de re hac quid censendum* 897 e f
Romagnoli (*Joannes Baptista*) *Societatis Jesu Ms. de S. Justinâ aliorumque Sanctorum reliquiis Patavii translatis testimonium ad Majores nostros misit* 812 e
† Romanus *episcopus Autissiodorensis, inter Prætermissos* 6 b c
† Romanus *S. Benedicti nutritius, in Litaniis antiquis unà cum hoc invocatus* 71 e; 72 e
† Romanus *martyr* 265 e
Romanus Lacopenus *Orientis imperator* 5 a
Romanus *exarchus Ravennas* 804 e f
Romerius (*Franciscus*) *octavus Viglevanensium episcopus B. Matthæi Mantuani cultum prohibuit* 254 e
Roovere (*Ægidius de*) *monasterii Budicensis Prior S. Meinulphi imaginem æri curavit incidi* 202 a b
Rorius *episcopus Patavinus. Vide* Rosius.
Rorsus *episcopus Patavinus. Vide* Rosius.
Rosier (*Claudius*) *Prior cartusiæ Arveriæ* 779 a
Rosius *episcopus Patavinus* 805 d f, 808 b e, 813 d; *Patavino S. Justinæ templo xenodochium adjunxit, hocque, quod ab hodierno S. Justinæ monasterio diversum est, multis bonis, datâ etiam hunc in finem chartâ publicâ, donavit* 806, 807 a b c
Rossetti (*Joannes Marcus*) *canonicus & parochus Labacensis* 15 d
Rotbertus *Francorum rex. Vide* Robertus.
Rotharis *Longobardorum rex* 418 b d, 419 c d e f, 420 d, 442 a; *Romanos seu potiùs horum nomine significatos Græcos bello aggressus est ac profligavit* 418 f, 419 a b; *expugnavit etiam diruitque Opitergium* 418 e, 420 c e, 421 e f
Rosseau (*Carolus de*) *episcopus Mimatensis* 407 a
Roy (*Jacobus le*) *archiepiscopus Bituricensis* 414 d
Rudolfus *dux Sueviæ à Gregorio VII Papa adversus Henricum IV, Germaniæ regem, stetit* 465 a c; *contra hunc à Catholicis principibus rex electus Herbipolenses frustra oppugnavit* 466 a b; *ex vulnere, in pugna ad Elstram, in quâ hostes devicerat, accepto, anno* 1080 *obiit* 466 f, 490 d e
Rudolphus *dux Sueviæ. Vide* Rudolfus.
Ruffinus à Speranza *Ordinis Minorum, velut beatus confessor annuntiatus, inter Prætermis-*

missos 4 d
† Rufus *martyr & fortè episcopus Capuanus* 330 d e f; *Capuæ verosimiliter vel oriundus vel passus est* 331 b
Rufus (*Memmius seu Minucius*) *consularis* 827 c
† Rupertus *episcopus Wormatiensis* 183 b
Rusticiana *S. Gallæ viduæ soror* 151 e, 152 d, 153 e, 162 b; *à marito Severino Boëthio & Procopio laudatur* 151 a b
Rusticiana *Symmachi senioris, anno* 485 *consulis, filia* 78 e f
Ruvereus (*Julius Feltrius*) *S. R. E. Cardinalis archiepiscopus Ravennas* 32 e
Ryckfridus *episcopus. Vide* Rixfridus.

S

SAbaricus *Legionensis in Hispania episcopus* 230 b c, 231 b, 234 f
† Sabas *abbas, ut Theodora augusta filium obtineret, orare noluit, & cur* 76 a b
Sabatius *pater Justiniani imperatoris*, Istokus *Illyriensibus dictus*, 82 b c d
† Sabina *virgo. Vide* † Balbina.
† Sabina *virgo martyr, cujus translatio à Domenecco relata*, 268 d e
Sabina, *velut civis Emeritensis & S. Fidis soror à Tamaio perperam memorata*; 268 c d
† Sabinus II *episcopus Canusinus* 93 c d, 94 a, 123 f, 125 a b c, 144 a; *intima fuit cum S. Benedicto & S. Germano episcopo Capuano familiaritate conjunctus* 93 a b; 126 f, 127 a
Sabinus *episcopus, sedis dubium cujus, inter Prætermissos* 4 e
Sabinus (*Antonius*) *monasterii S. Stephani procurator, locum, quo S. Brunonis corpus jaceret reconditum, divinitus edoctus* 703 a
† Sacerdos *episcopus Lemovicensis* 426 a, 430 e, 431 c
Sæculatius *episcopus Deensis* 50 b
† Sagaris *episcopus martyr* 10 b
Sailly (*Dionysius*) *Prior cartusiæ Boni-passûs imaginem, in qua alienum habitum S. Brunoni appingere pictor inauspicatò fuerat conatus, dono accepit* 771 c
Saintamour (*Stephanus de*) *decanus Lugdunensis idem fortè cum Stephano Lugdunensi decano, in cartusiam Arverniensem piè munifico*, 781 c
† Salaberga *virgo parthenonem, S. Joannis Baptistæ nomine din pòst vocatum, Lauduni exstruxit* 750 f
Saladinus *Ægypti princeps Hierosolymam Christianis eripuit* 722 d
Salodiensis (*Julianus*) *Capuccinus Romæ, inter Prætermissos* 259 b c
Salomon *episcopus Zamorensis* 239 c; *diplomati, anno* 986 *dato, subscripsit* 239 d
Salomon *exercitûs Justiniani imperatoris dux, à Mauris occisus*, 98 a b
† Salonius *S. Eucherii, Lugdunensis episcopi, filius* 43 c d e, 44 d
Salutaris *presbyter, dæmonis infestatione per S. Apollinarem Valentinum liberatus*, 56 d, 61 e
Sanccio *Castellæ comes. Vide* Sancius.
Sancius *Castellæ comes* 327 d e; 328 d
Sancta Cruce (*Joannes de*) *monasterio S. Placidi de Colonero initium unà cum aliquot aliis dedit* 104 a b
Sancto Carolo (*Ludovicus Jacob à*) *Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo Officium de S. Pipione è veteri ecclesiæ Belnensis codice descripsit* 967 a
Sancto Romano (*Artaldus de*) *in cartusiam Arverniensem piè munificus*, 781 b d
Sancto Romano (*Guigo à*) *quintus Cartusiæ Majoris Prior. Vide* Guigo.
Sanctorius (*Paulus Æmilius*) *archiepiscopus Consentinus scripsit Acta S. Petri Apostoli* 830 c
Sanfratello (*Benedicti à*) *cognomento* Nigri, *translatio. Vide* Benedicti.
Sansedonius (*D. F. Horatius*) *eques Hierosolymitanus, magni Ordinis Melitensis magistri pro acquirendis B. Petri de Imola reliquiis mandatarius*, 248 a
Sardanapalus *Assyriorum rex, moribus effeminatissimis infamis*; 314 d, 315 c
† Saturninus *martyr, in editionis Labbeanæ Opere de S. Fidis Miraculis memoratus, quis esse videatur* 312 b
† Saturninus *martyr, Capuæ, ut videtur, passus*, 333 a, 828 d
† Saturninus *martyr, in Africa passus*, 332 a
Savaricus *episcopus Autissiodorensis ditionibus suis Nivernensem militari manu adjecit* 169 a
Sault (*Fabianus de*) *Capuccinus Cavallicensis* 771 a
Saxo *episcopus Cassanensis, Urbani Papæ II vicarius*, 658 b
Saxones *unde orti dicantur, & unde reipsa orti videantur* 217, 218 a
Schelstratius (*Emanuël*) *bibliothecæ Vaticanæ præfectus* 536 f
† Scholastica *virgo, S. Benedicti soror* 66 d, 72 e, 148 c, 161 e, 162 a; *in antiquissimis Litaniis eum S. Margareta aliisque sanctis feminis fuit invocata* 795 c
Scholasticus *exarchus Ravennas* 804 e f
Schönleben (*Joannes Ludovicus*) *SS. Theologiæ doctor, protonotarius Apostolicus & Carniolæ Inferioris archidiaconus* 14 d, 15 c d, 16 b d, 17 b c e; *solemnitatis, quâ sacra S. Peregrinæ V. M. lipsanâ in Labacensem Augustinianorum Discalceatorum ecclesiam anno* 1660 *fuêre illata, descriptionem, aliaque ad eamdem Sanctam spectantia ad Majores nostros misit* 12 c f; 16 c e, 17 e
Schulckenius (*Adolphus*) *S. Martini Minoris Coloniæ Agrippinæ pastor, de miraculis, ad SS. Sergii & Bacchi reliquias ibidem patratis, publicè subinde sermocinatus* 862 f
Schwartzenbergius *aulæ cæsareæ præfectus solemnitati, quâ sacra S. Peregrinæ V. M. lipsanæ in Labacensem Augustinianorum excalceatorum ecclesiam anno* 1660 *fuêre illata, interfuit* 16 a b
Scopilius *presbyter, in Vita S. Pardulphi memoratus*, 438 d
Scribani (*Carolus*) *rector collegii Societatis Jesu Antverpiensis partem ossis unius è S. Placidi sociis unà cum articulo digiti S. Eleutherii episcopi martyris ab Augustino Vivaldo obtinuit* 113 a b
† Scubiculus *martyr. Vide* † Scubilius.
† Scubilius *martyr, inter Prætermissos* 6 e
Scubilius *presbyter. Vide* Scopilius.
† Scuviculus *martyr. Vide* † Scubilius.
† Sebastianus *martyr* 332 e
† Secundinus *episcopus martyr* 380 b; *corpus ejus Caietam translatum ibique asservatum* 379 b, 380 d

Secundinus *sororis Anastasii imperatoris maritus* 81 d
Secusius (*Bonaventura*) *archiepiscopus Messanensis inventa aliquot Martyrum corpora venerationi exponenda curavit* 110 b
Segifricus *S. Sigismundi, Burgundiæ regis, filius* 60 f
Seguierus *Autissiodorensis ac dein Meldensis episcopus* 398 d f; *tumulum S. Romani episcopi inspexit, hujusque corpus in cineres maximam partem redactum invenit* 398 c e
Seniorettus *abbas Casinensis* 73 a
Sennes *archiepiscopus Capuanus* 92 c
Sepulchro (*Alimandus de S.*) *canonicus Messanensis* 104 b
Serenus *episcopus Massilienſis, à Gregorio Magno Papa epistolâ, quâ hic illi S. Augustinum Anglorum apostolum commendavit, conventus,* 935 c d e
† Sergius *martyr Cæsareæ in Cappadocia* 851 c
† Sergius *martyr in Syria* 828 c d, 883 c e f, 884 a b f, 885 c; *apud Soriam, Hispaniæ urbem, apud quam sacræ ejus reliquiæ sub annum* 1470 *inventæ narrantur, cultu & miraculis clarus asseritur* 831 c d e f, 832 a d
Sergius II *Papa* 168 a, 830 d, 945 c, 946 c
Sergius *urbibus Africæ à Justiniano imperatore præfectus* 98 b
Sergius *ducentorum armigerorum præfectus, Rogerium comitem Calabriæ & Siciliæ inimicis prodere molitus,* 662 c f, 663 a, 664 a, 665 a b, 666 a, 719 f, 720 a, 722 f, 733 a b, 735 d
Serisergius *adituus apparitioni, quâ S. Placidus sese spectandum dederit, adfuisse narratur* 71 b, 103 c
Serlo *Tancredi ab Alta-villa filius* 640 d
Servandus *diaconus, monasterii S. Sebastiani in Campania abbas,* 88 a c, 117 d, 119 f; *S. Benedictum abbatem hospitio excepit* 88 b
Servilius Paulus *Asiæ proconsul* 262 b
Servius Tullius *gentem Octaviam fecit patriciam* 83 c
† Severini *episcopi Colonienſis translatio, inter Prætermissos* 7 d
† Severinus *abbas Agaunensis in Litaniis antiquis cum S. Benedicto invocatus* 71 e, 72 e
Severinus *Papa* 418 b d e, 419 c f, 420 a d e f
† Severus *episcopus Ravennensis* 30 b, 31 d, 32 e f, 33 b c, 34 a d e f, 35 a b c d f, 36 f, 37 a; *à Spiritu Sancto, qui supra caput ejus sub columbæ specie apparuerit, ad sedem hanc electus fertur* 32 a b, 33 d e f, 35 c e; *quandonam ecclesiam illam moderandam acceperit* 36 b c; *concilio Sardicensi interfuit* 36 b
† Severus *martyr Ravennas* 34 d e, 35 d f; *in episcoporum Ravennensium serie poni non potest* 34 f, 35 a b, 36 a
Severus *imperator* 401 d
Severus *episcopus Casinensis* 89 b
Severus *hæresiarcha* 76 b
Sforcia (*Franciscus*) *dux Mediolanensis* 248 e
Sforcia *S. R. E. Cardinalis* 774 f
Sibilla *uxor Roberti Fitz-walter in S. Fidis honorem fundavit unà cum marito suo Prioratum de Horsham in agro Northfolcienſi* 283 f, 284 a b c; *fuerat ad id, ut narratur, miraculo, à S. Fide in sui favorem patrato, impulsa* 284 b c d
Siccidis *virgo abbatissa Alciaci* 343 d
† Sidonius *Papianillæ maritus ac pòst Arver-*
nensis episcopus 49 c d
Sifardus *monachus Besuensis, à Normannis occisus,* 343 b
Sigardus *Flaviniacensis in Burgundia abbas* 338 e
Sigeardus *patriarcha Aquileiensis. Vide* Singifridus.
Sigebaldus *sacerdos, qui, cùm miserè ægrotaret, S. Fidis patrocinio subitò fuit sanatus* 325 b
Sigebertus I *Francorum rex* 40 f, 41 b f, 42 b d, 908 f, 927 b e f, 928 a b, 929 a; *Gundobaldum, qui se pro Clotharii I filio gerebat, pepulit* 857 a, 928 e
Sigebertus II *Francorum rex* 333 b, 907 c
† Sigebertus III *Francorum rex* 407 d e, 411 c
Sigefridus *archiepiscopus Moguntinus legationem ad Saxones componendæ pacis causâ pro Henrico IV, Germaniæ rege, obivit* 462 c
Sigefridus *episcopus Sagiensis* 764 c
Sigefridus *sedis Augustanæ invasor, in synodo Quindiliburgensi excommunicatus,* 465 e
Sigefridus *S. Bertæ secundum hujus Acta maritus* 408 d
Sigerus *Orientalium Saxonum rex, S. Osgitha virginis martyris secundum hujus Acta sponsus,* 938 c e f, 941 b f, 942 d, 944 c
Sigewardus *episcopus Mindensis* 173 d
Sigewardus *abbas, fortè Fuldensis, scripsit Vitam S. Meinulphi diaconi* 173 b d e
Sigherus *Orientalium Saxonum rex. Vide* Sigerus.
Sigiboldus *abbas Lambacensis & simul, ut apparet, Mellicensis* 458 c d e, 476 b
Sigifridus *Normannorum rex* 341 d
Sigisboldus *abbas Lambacensis. Vide* Sigiboldus.
† Sigismundus *Burgundiæ rex* 46 d, 50 b, 53 b c d f, 57 f, 59 b, 60 a c d e f; 277 d; *S. Apollinarem aliosque Concilii Lugdunensis Patres in exsilium pepulit, atque in hoc Apollinarem diutiùs quàm alios reliquit* 46 e, 54 a b c d e; 59 c d; *hujus nihilominùs pòst cucullæ attactu febribus prodigiosè liberatus fuit, tumque & illum ab exsilio revocavit* 46 f, 54 e f, 55 a, 59 e f; *hoc interim, aliaque dicta nec ante suam ad fidem Catholicam conversionem, nec ante synodum Epaonensem fecit* 55 a b c d e; *quidquid in negotio illo noxæ contraxit, pœnitentiâ deindè eluit* 61 a
Sigismundus *imperator Sergii & Bacchi aliorumque Sanctorum reliquiis ornamenta argentea, belli necessitate urgente, detraxit atque in militum stipendia convertit* 862 a b
Sigivaldus *Arverniæ præfectus* 907 c
Sigualdus 276, 278 b c, 283 a
Siguinus *Casæ-Dei abbas* 581 a d f, 624 b, 627 e f, 628 a b c d, 629 d, 630 c d, 631 f, 632 a b c f, 633 a, 707 c d, 717 b, 722 a, 730 a b, 732 a; *S. Brunoni, quidquid sibi juris in Cartusiam competebat, datâ chartâ publicâ, cessit* 625 a b c d; *eamdem posteà à dicto Sancto, Romam discedente, sibi resignatam discipulis ejus hinc redeuntibus restituit* 615 b, 631 e, 632 d, 705 e, 718 c d, 730 c; *litteræ, quibus id fecit,* 632 d e
† Silvester I *Papa* 380 e, 472 c, 473 c, 788 b, 887 c d e, 888 c, 889 d f, 890 a, 898 f, 899 a; *ejus Romæ miræ magnitudinis ecclesia* 887 b; *S. Marcum, qui ei successit, ad Pontificatum commendâsse dicitur* 899 b d; *annotamen id reipsa fecerit, est dubium* 889 b

INDEX HISTORICUS

Silvia, *soror S. Placido à nonnullis absque fundamento attributa*, 83 d e, 119 d

† Silvii *episcopi Tolosani inventio, inter Prætermissos* 786 f, 787 a

† Silvinus *episcopus* 363 a; *Tarbensi ecclesiæ præfuisse perperam asseritur* 343 d; *corpus ejus metu Normannorum Divionem delatum* 343 a b, 344 d e; *pro corpore S. Prudentii suppositum* 362 a b

Simeon *presbyter Græcus* 74 e, 76 d f, 77 b c; *S. Placidi Passionem Constantinopoli Salernum, ut narratur, attulit* 71 a, 74 b c d

† Simeonis *Apostoli reliquiæ in veteri Patavinâ S. Justinæ ecclesia inventæ* 815 d

† Simon *Crispeiensis Ordinis S. Benedicti è comite monachus* 559 e

Simon *filius Rogerii Comitis Calabriæ & Siciliæ, infans defunctus*, 640 f

Simon *Magus* 826 b c, 827 a b d, 830 a b, 831 b c, 832 d

Simplicianus ab Assumptione *Augustinianorum Discalceatorum Labaci Prior. Vide* Assumptione.

† Simplicius *episcopus Bituricensis* 908 b c, 911 c e, 917 b c

Simplicius *episcopus, ab Eurico Visigothorum rege in exsilium missus*, 166 c

Simplicius *abbas Casinensis* 82 a

Singifridus *patriarcha Aquileiensis, durante schismate Henriciano, primùm à Catholicorum, ac deinde à schismaticorum partibus stetit* 465 a

† Sinicius *Remensis episcopus* 28 b f, 29 a b c d

† Sinotus *fortè episcopus Capuanus* 330 d e

Sira *Chosroïs II Persarum regis uxor Christiana* 854

† Siricius *Papa* 885 e f

Sirmondus (*Jacobus*) *Societatis Jesu sacerdos* 906 b

Sisaus *episcopus confessor, inter Prætermissos* 788 c d

† Sisinnius *Rhegiensis secundum Acta S. Placidi episcopus* 93 d e, 94 a; 125 c, 126 b; 127 a, 144 b

Sisinnius *patricius, cognomento* Triphyllius, *ad exauctorandam Irenen imperatricem operam contulit* 447 b c

† Sixtus II *Papa martyr: sacræ ejus reliquiæ Placentiæ* 831 b; *eò à Ludovico II imperatore; cui à Pontifice datæ fuerant, ad uxorem suam missæ fuerunt* 830 f

Sixtus IV *Papa* 254 c f; *B. Matthæi Mantuani translationem & annuam fieri memoriam concessit* 253 b c e; 254 a b; *Romanam S. Quirici ecclesiam instauravit tituloque Cardinalitio insignivit* 903 d

Sixtus V *Papa* 110 a f, 111 e; *S. Placido sociisque Martyribus Celestium honores habendos decrevit, duo in eorum honorem festa instituit, alteroque ex his sepulcra eorumdem visitantibus indulgentiam plenariam impertiit* 66 d, 106 e, 107 d e f, 108 a; *num minùs ea in re cautè fuerit versatus* 108 b c d e f, 109 a b c d e

† Sixtus *Remensis episcopus* 28 b, 29 a b c d; *Suessionensem sedem fundâsse fertur* 28 f

Smaragdus *exarchus Ravennas* 804 f

Socius (*Augustinus*) *Congregationis Sonnaschæ superior generalis* 961 a

Sonnenschmidt (*Gerhardus*) *monasterii Budicensis Prior Officium seu potiùs Officia de S. Meinulpho edidit* 201 a b

† Sophia *martyr Romæ* 263 b

Soto-majore (*Joannes de*) *aliàs à Populâ. Vide* Populâ.

Spada (*Silvester*) *Cardinalis vicarii secretarius* 772 c

Sparwenfeld (*Joannes Gabriël, baro de*) *de museo nostro bene meritus* 5 b

Spazzarinus (*Zandominicus*) *cancellarius Patavinus vidit ac tetigit plura Sanctorum ossa, Patavii asservata, testimoniumque de iis translatis perhibuit* 812 e

Specianus (*Cæsar*) *episcopus Novariensis novam S. Gaudentio exstructam ecclesiam consecravit* 946 a

† Spes *martyr Romæ* 263 b

Spetiariis (*Marius de*) *diaconus monasterio S. Placidi de Colonero initium unà cum aliquot aliis dedit* 104 a b

Spinellus (*Hieronymus*) *abbas* 822 b, 823 a

Stauracius *Nicephori imperatoris filius* 448 c, 450 b e

Stecke (*Hermannus Vander*) *quintus monasterii Budicensis Prior* 206 c d

† Stephanus *protomartyr: corpus ejus Hierosolymis Constantinopolim delatum* 353 f; *qui & quando id factum* 355 a; *monasterium in ejus honorem à S. Brunone in Calabria exstructum & quando* 659 b c d e f, 660 a b c d; *digitus illius ibidem; caputque Ticini in S. Felicis monasterio asservatum* 769 e, 859 c; *basilicam in ejusdem honorem exstruxit S. Palladius, Santonensis episcopus*, 926 d, 933 d e; *hæc ab illa, quæ S. Eutropii nomen gessit, videtur diversa* 933 e f

Stephanus II *Papa* 81 c, 430 c, 441 a; *ut Rachisius, Longobardorum rex, ab armis, ad quæ, depositio monachi habitu, profluerat, ad vitam monasticam rediret, effecit* 441 b

Stephanus V, *aliis* VI, *Papa* 338 d

Stephanus III *episcopus Anicienſis* 77 c

Stephanus IV *episcopus Anicienſis* 77 c

Stephanus *episcopus Cajacensis seu Calatinus* 91 f, 92 a

Stephanus II *episcopus Claromontanus* 273 c f, 274 a b; 279 e, 280 a b c, 283 a, 288 a, 299 f; 327 a; *condendæ novæ basilicæ in eamque corporis S. Fidis inferendi Conchensibus auctor fuit* 278 e f, 298 e; *in aurea, quam ipsemet fortè confici fecerat, statua honorificentissimè partem capitis ejusdem Sanctæ deposuit* 279 a b c d e

Stephanus *episcopus Mazarensis* 658 b

Stephanus *episcopus Mimatensis* 407 b; 412 e f, 413 a e; *locum S. Enimiæ restaurandum ac possidendum Dalmatio, Calmeliacensi S. Theofredi abbati, seu ipsi potiùs hujus monasterio dedit* 409 a, 410 f, 411 a, 413 b; *ejus hac de re charta* 411 d e f, 412 a b c

Stephanus *ecclesiæ Anicienſis invasor, in concilio Claromontano excommunicatus*, 518 a

Stephanus *abbas monasterii S. Basoli chartam in hujus favorem à Manasse, archiepiscopo Remensi, obtinuit* 511 b c

Stephanus *abbas monasterii Besuensis in Burgundia* 334 f, 335 a, 345 b c e, 346 b; 350 c, 351 f, 354 f, 364 a, 366 b; *S. Prudentii aliorumque Sanctorum reliquias ad synodum, prope villulam Lucum in diœcesi Lingonensi celebratam, fecit deferri* 346 a, 364 b

Stephanus *comes Placentinus accessum ad ducem Mediolanensem & castrorum restitutionem, facto ad B. Matthæum Mantuanum*

voto, prodigiosè adeptus, 249 f, 250 a, 252 c
Stephanus *Sigismundi Burgundiæ regis ærarii præfectus* 46 d, 51 e, 53 b f, 54 a b d, 55 a f, 59 b, 60 a b c, 61 a; *ob incestas nuptias fuit excommunicatus* 48 c, 53 d e, 59 c
Stephanus *decanus Lugdunensis, in cartusiam Arverniensem piè munificus*, 781 a b, 784 c
Stephanus *Anicienſis, Passionem S. Placidi, Græcè scriptam, Latinè, ut volunt, interpretatus*, 70 a f, 73 d e, 74 a e; *an id ante Petrum diaconum fecerit, auctorque fictitius non sit* 77 b c d e f
Stephanus *Basilidis F., in Kalendario Æthiopum memoratus, inter Prætermissos* 259 c
Stephanus, *dictus* Burgensis, *è S. Brunonis sex primis in Cartusia sociis*, 533 b, 556 d, 592 a, 596 c, 600 f, 601 a f, 602 b, 605 a, 607 c d, 609 d, 704 e, 706 f, 709 b, 711 c, 725 b, 726 a, 783 c; *cujus monasterii, antequam S. Brunoni sese adjungeret, canonicus Regularis exstiterit* 605 e f, 606 a b c; *sacerdotio initiatus fuisse videtur* 606 e f, 607 a
Stephanus, *dictus* Diensis, *è S. Brunonis sex primis in Cartusia sociis*, 533 b, 556 d, 578 d, 592 a, 596 c, 600 f, 601 a f, 602 b, 605 a, 607 a c d, 609 d, 704 e, 706 f, 709 b, 711 e, 725 b, 726 a, 783 c; *cujus monasterii, antequam S. Brunoni sese adjungeret, canonicus Regularis exstiterit* 605 e f, 606 a b c
Stephanus *monachus, qui concilio Nicæno II interfuit*, 858 c
Stephanus *Tiernensis, à S. Brunone, ut Mabillonius aliquando suspicatus est, in via ad Cartusiam consultus*, 599 d
Stizia (*Antonius*) *canonicus Messanensis instrumentum publicum de S. Placidi sociorumque reliquiis Jacobo de Messana, qui eas ad Philippum III, Hispaniarum regem, laturus esset, consignatis scripsit* 112 b
Stranio (*Hieronymus*) *abbatiæ S. Justinæ in regno Neapolitano abbas* 794 e
Strategius *Justiniani imperatoris frater quo sensu dictus* 82 f
Stravius (*Paulus*) *archiepiscopi Colonienſis Maximiliani Henrici suffraganeus allatas Cremonâ Coloniam S. Geroldi reliquias recognovit ac approbavit, uti etiam, quæ, è Calixti cœmeterio Romæ extracta, Coloniam erant advecta, SS. Constantii & Fausti martyrum Romanorum corpora* 962 d e, 963 d f
Suerus *abbas Macenariæ in Lusitania, inter Prætermissos* 4 c
Suëspeckh (*Ludovicus*) *Calabrinæ S. Stephani Cartusiæ Prior* 770 b d e
Sugerius *episcopus Zamorensis* 237 c, 245 d
Sugerius *abbas Sandionysianus* 547 a
† Sulpitius I *seu Senior, Bituricensis in Gallia episcopus*, 907 d, 908 b, 917 a b
† Sulpitius II, *cognomento* Pius, *Bituricensis in Gallia episcopus* 6 b, 414 a, 906 a e f, 907 d e f, 908 a c d f, 909 c d, 910 a, 911 b c d e, 913 c d e f, 914 d e, 915 a, 917 b c, 921 b c d e f
Suriano (*Stephanus de*) *Calabrinæ S. Stephani cartusiæ alumnus* 768 a
Susanna, *velut martyr annuntiata. Vide* Susia.
Susia, *velut martyr annuntiata, inter Prætermissos* 4 f
Syagrius *vir clarissimus* 56 d
† Symmachus *Papa* 51 c d, 55 e, 94 a, 887 a; *epistolâ à S. Avito, Viennensi episcopo, fuit conventus* 55 b
Symmachus (*L. Aur.*) *consul, Tatiani collega, è S. Gallæ viduæ atavis* 152 d
Symmachus (*L. Aurelius*) *consul Gallicani collega, è S. Gallæ viduæ atavis* 152 d
Symmachus (*Q. Aurelius Anicius*) *ad annum* 522 *consul* 78 e, 81 e, 90 d, 118 b, 120 a
Symmachus (*Q. Aurelius Memmius*) *consul, pater S. Gallæ viduæ* 78 e f, 79 a, 147 c, 148 e, 150 d, 151 b e, 152 a c d f, 155 f, 157 a, 162 d; *qualis is fuerit* 150 e f, 151 a; *à Theodorico, Gothorum in Italia rege, anno* 525 *jussus fuit occidi* 149 a
Symmachus (*Q. Aurelius*) *Symmachi oratoris nepos, anno* 446 *cum Ætio consul, S. Gallæ viduæ avus* 149 b, 152 c d
Symmachus (*Q. Flavianus*) 149 d
Symmachus *senator Romanus, epistolâ à S. Avito Viennensi episcopo conventus*, 51 d
† Symphorianus *martyr Augustodunensis oratorium, in quo S. Leopardinus Domino serviit, multasque alias in Galliis ædes sacras nomini suo dedicatas nactus* 915 a, 917 c, 921 c f
Synodi: Epaonensis *anno* DXVII, 50 b, 53 b d, 54 c; 55 a b c d e, 56 a; 57 f, 60 c, 62 d; *canonem* LXI *concilii Agathensis adoptavit, ac Stephanum, incestum fisci regii præfectum, excommunicavit* 53 c e. Herfordiensis *anno* DCLXXIII, 938 e. Matisconensis *anno* DLXXXV, 931 a d e, 932 a b, 933 a d; *Faustianum illicitè ordinatum episcopum rejecit, iisque, qui eum ordinârant, mulctam imposuit* 931 f. Pharensis *anno* DCLXIV, 402 b, 403 c f; *Scoticum Paschatis celebrandi ritum proscripsit* 402 a. Lucensis *seu prope villulam*, Lucum *dictam, anno* MCXVI *celebrata*, 345 c d e f. Quindiliburgensis *anno* MLXXXV, *Guibertum antipapam ejusque sequaces excommunicavit* 465 c d e. Romana *anno* CDLXXXXIX, 51 c. Romana *anno* MLXXVI, 463 c, 465 a. Santonensis *anno* DLXXIX, 928 b c d. Turonensis *anno* DCCCXIII *habita: interfuit ei S. Hieronymus Nivernensis episcopus* 171 a. Valentina ad Rhodanum *anno* DXXIX, *aut sequenti*, 50 a. *Vide etiam* Concilia.
Syxtus *Papa. Vide* Sixtus.

T

TAëgius (*Ambrosius*) *Ordinis Prædicatorum scripsit elogium B. Matthæi Mantuani* 248 f
Talassius *episcopus Andegavensis* 386 f, 391 a f
Tancredus *Tancredi ab Alta-Villa filius* 640 d
† Tarachus *martyr passione sua populi indignationem in præsidem concivit* 265 f
Tarquinius Priscus *gentem Octaviam Velitris Romam transtulit* 83 c
† Tarsus, *Phrygiæ in Hieronymianis codicibus adscriptus*, 7 b
Tasia *Rachisii, Longobardorum regis, uxor* 439 e f, 442 f, 443 a; *monasterium Plumbariolæ unà cum filia Rattruda post mariti à sæculo secessum exstruxit, in eoque piè ad obitum usque vixit* 441 c d, 442 d
Tassilo I *Bajoariorum dux* 83 f
Taxus (*Jacobus*) 142 a

† Teleſphorus *Papa* 796 e
Teobaudus *Beſuenſis monachus miracula S. Prudentii, Beſuæ culti, litteris mandavit* 334 e, 348 d
† Tereſia *virgo, inter Prætermiſſos* 7 a
Terpin (*Philippus*) *generalis Labacenſis epiſcopi vicarius adſtitit huic recognoſcenti approbantique S. Peregrinæ V. M. reliquias* 14 e, 15 b
Tertullus *patricius Romanus*, Junior *à Wione dictus, pater S. Placidi* 65 c, 72 c, 75 d, 76 d, 78 a e, 79 b c, 80 a c e f, 81 f, 82 c d, 83 b d, 84 a f, 87 c, 93 f, 94 e, 100 a, 108 e, 115 d, 119 d, 120 a b c, 126 b c, 129 a, 130 a, 135 f, 137 b c, 138 a, 140 b, 141 b d, 145 a; *Hunc S. Benedicto diſciplina monaſticæ inſtituendum dedit* 70 d e, 80 f, 84 d e, 85 a, 115 f, 116 a; *Sublaci id fecit, ſed an oblatione ſolemni, incertum, uti etiam an genere Anicius fuerit* 80 f, 85 a b c d; *Wioni perperam eſt Flavius Anicius Probus conſul & Flavii Anicii Probi Tertulli ſenioris filius* 81 a b d e; *cum Juſtiniano imperatore ſanguine junctus haud fuit* 82 a; *Villas ſeu curtes octodecim S. Benedicto donavit, aliterque adhuc in eum fertur fuiſſe beneficus* 90 d e f, 91 a b, 118 b c d e f
Tertullus, Senior *à Wione* & Flavius Anicius Probus *dictus, Anicii Juſtiniani Probi ſecundum eumdem filius* 81 a b c d, 82 c
Teſta (*Antonius*) *ſecretarius Antonii S. R. E. presbyteri Cardinalis Papienſis* 697 d
† Tetricus *epiſcopus Autiſſiodorenſis* 397 d
Teuſo *epiſcopus Rhegienſis monaſterium ſanctimonialium SS. Viti & Modeſti prope Scantianum fundavit* 808 d
Teutbertus *Beſuenſis in Burgundiæ monaſterii abbas* 344 a
Teutboldus *epiſcopus Lingonenſis* 363 a
Teutſindus *abbas monaſterii S. Martini Turonenſis* 428 c d; *miles erat, duplici abbatia donatus,* 430 b
Thaſia *Rachiſii, Longobardorum regis, uxor. Vide* Taſia.
Theobaldus *miles* 892 f, 900 a
Theobaldus *eccleſiæ S. Pauli Londini canonicus* 754 d
Theodatus *Gothorum in Italia rex* 63 e, 80 b; *legationem ad Juſtinianum imperatorem poſt Amalaſuntam carceri perfidè incluſam miſit* 804 a b
Theodebertus I *Auſtraſiæ rex* 97 d, 410 a b c, 907 c
Theodebertus II *Auſtraſiæ rex* 410 b, 415 a, 416 d
Theodelinda *Longobardorum regina* 149 c
Theodenus *diſcipulus S. Pardulphi* 435 a; *voces in cælo pſallentium in magiſtri ſui obitu audivit* 438 e
Theodericus. *Vide* Theodoricus.
Theodinus *monachus Caſinenſis, qui duos ſermones de S. Placido habuiſſe dicitur,* 73 b; *quis ille fuiſſe videatur* 73 b c
Theodobaldus *Francorum rex* 83 f
Theodomarus *archiepiſcopus Salisburgenſis. Vide* Thiemo.
Theodora *Conſtantii Chlori imperatoris poſt repudiatam Helenam uxor* 446 c
Theodora *imperatrix, Juſtiniani I imperatoris uxor,* 75 f, 76 a b, 78 a b, 79 f, 80 a, 82 a, 842 e f; *cum S. Niceta confeſſore ſanguine fortaſſis fuit conjuncta* 446 c, 448 b; *cum marito ſuo crucem auream Reſaphenſi S. Sergii templo dedit* 852 c, 853 e f
Theodora *imperatrix, Theophili imperatoris uxor,* 446 b c
Theodoricus I *Auſtraſiæ rex* 906 f, 907, 908 e, 909 a b d, 917 a, 921 e
Theodoricus II *Burgundiæ ac dein etiam Auſtraſiæ rex* 415 a, 416 d, 906 f, 907 c d e, 908 a d e, 909 b, 913 a d e, 917 a b, 935 c
Theodoricus III *Francorum rex* 333 c
Theodoricus IV *Francorum rex, cognomento* Calenſis, 169 a, 428 b e d, 437 e
Theodoricus, *cognomento* Amalus, *Gothorum in Italia rex* 51 c d, 54 e, 60 f, 63 e, 64 b, 78 e f, 80 a b e, 82 c, 83 c d, 84 e, 90 d, 115 d, 119 b, 120 a, 152 a, 155 f, 157 f, 158 a, 163 a, 803 f, 804 a, 810 a; *quo ſenſu Juſtiniani imperatoris frater dictus* 82 f; *antiqua de eo inſcriptio* 119 c; *Symmachum conſulem, S. Galla vidua patrem, anno* 525 *juſſit occidi* 149 a, 152 d
Theodoricus *Viſigothorum in Gallia rex* 166 a, 336 e
Theodoricus *abbas Trudonopolitanus* 543 a b; *an Pariſiis umquam ſtuduerit, & an pro doctoris damnati anaſtaſi, quæ ibi tum acciderit, teſtimonium tulerit* 543 d, 546, 547, 548, 549, 550 a b c
† Theodorus *epiſcopus* 277 d
† Theodorus *Studita ſuos vel pedibus incedere vel aſino vehi juſſit* 170 b
Theodorus *magnus Moſcoviæ dux* 5 b
Theodorus *epiſcopus Cæſareenſis* 88 a
Theodorus *epiſcopus Maſſilienſis* 931 a; *Gundobaldum, qui ſe Clotarii I Francorum regis filium dicebat, ſuſcepit* 928 f, *id tamen faciendo criminis quidquam admiſiſſe judicatus non eſt* 929 d
Theodorus Meſimerius *epiſcopus Squillacenſis. Vide* Meſimerius.
Theodorus *exarchus Ravennas* 804 e
Theodorus *patricius, à Saracenis occiſus,* 102 a
† Theodoſius *epiſcopus Autiſſiodorenſis* 398 e; *ejus reliquiæ in Autiſſiodorenſes S. Germani cryptas delatæ* 398 a b
Theodoſius I *imperator* 149 b, 885 f
Theodoſius *Junior ſeu II imperator* 336 a, 355 a, 796 a, 801 d e, 846 a
Theodoſius *epiſcopus Vaſionenſis* 399 b
Theodoſius II *dux Bragantiæ, honoratis, quæ ad ſe delatæ fuerant, S. Brunonis reliquiis, à graviſſima ægritudine convaluit* 775 e f
Theodoſius *è Theophili imperatoris miniſtris* 449 e, 450 b e
Theodoſius *Pleczarenſis ad Kioviam hegumenus ſeu abbas* 5 f
† Theodotus *Ancyranus martyr* 265 e
Theodotus, *cum archiepiſcopi Epheſini titulo annuntiatus, inter Prætermiſſos* 4 e
† Theofredus *abbas: corpus ejus in Calmeliacenſi monaſterio* 412 b
Theophilus *imperator* 445 d f, 446 b c, 447 f, 448 a b, 449 e, 450 b e
Theophilus *patriarcha Alexandrinus* 9 e
Theophylactus *exarchus Ravennas* 804 e
Theoſtrictus *monachus, S. Nicetæ Medicienſis abbatis, magiſtri ſui, biographus* 445 e f
Theotberga *Pontii comitis Gabalitani uxor* 307 e, 308 e d
Theuchildis. *Vide* Theudechildis.
Theudechildis *Clodovei I, Francorum regis,* ut

.. ut quidam volunt, filia 408 c
Theudis *Gothorum in Hiſpania rex* 94 f, 95 a d e f, 96 a, 132 f
Theudiſclus *Gothorum in Hiſpania rex* 96 a
Theyſen (*Columbanus*) *Minorita conventualis, militiæ cæſareæ ſacellanus,* 776 f
† Thiadildis *virgo* 213 f
Thiemo *archiepiſcopus Salisburgenſis Catholicus, ſchiſmatici depulſi loco à B. Adalberone Herbipolenſi aliiſque duobus epiſcopis conſecratus,* 462 e
Thierry (*R.D.*) *notitiam de Quintiliano, monaſterii S. Aureæ abbate, ſeu potiùs ſpirituali patre, ſubminiſtravit* 256 c d; *miſit etiam Breviarii Santonenſis excerptum* 925 d
† Thomas *Apoſtolus* 827 f; *inter Prætermiſſos* 261 d; *maledixiſſe homini, à quo palmâ percuſſus fuerat, in ſcripturis apocryphis legitur* 827 e; *feſtivitate annua jam inde à ſeculo quinto fuit honoratus* 845 b c
† Thomas Aquinas *Eccleſiæ doctor, Ordinis Prædicatorum,* 720 f; *an Pontifex, dum eum Sanctis adſcripſit, dixerit, in miracula, quæ patrâſſet, non eſſe inquirendum, Sanctumque eumdem tot feciſſe miracula, quot quæſtiones terminâſſet,* 723 c d
Thomas I *comes Sabaudiæ* 780 f; *Arverienſem cartuſiam in tutelam ſuam ſuſcepit* 780 e
Thomaſia (*Catharina*) *canonica Regularis S. Auguſtini* 768 a b
Thoco (*Guilielmus de*) *ſcripſit Vitam S. Thomæ Aquinatis* 723 c
Thoriſmundus *Gothorum rex* 56 f, 57 a
† Thraſeas *epiſcopus martyr* 262 a b e
Tiberius I *imperator Comagenen in provinciam Romanam primùm redegit* 840 a
Tiberius II *imperator* 83 e
† Tiburtius *martyr: ejus reliquiæ in Autiſſiodorenſes S. Germani cryptas delatæ* 398 a b
Tiſanius (*Claudius*) *Societatis Jeſu, Campaniæ Gallicæ præpoſitus provincialis, antiquum pro doctoris Pariſienſis anaſtaſi teſtimonium cum Carolo le Bret, cartuſiæ Montis-Dei Priore, communicavit* 589 e, 590 c; *ejus de codicis, è quo id deſumptum eſſet, antiquitate judicium & de hoc quid ſit cenſendum* 590 b, 591 a b
† Tigernachus *epiſcopus in Hibernia* 788 c
Tilpini *Remenſis epiſcopi depoſitio. Vide* Turpini.
† Timothei *ſacræ reliquiæ Conſtantinopolim delatæ, ac poſt ibidem, cùm locus, quo jacerent reconditæ, ignoraretur, feliciter inventæ* 816 c d
Tinſeau de Bellay (*Joannes Antonius*) *epiſcopus Nivernenſis notitias de S. Hieronymo, epiſcopo Nivernenſi, ſubminiſtravit* 167 f
† Titianus *epiſcopus Opiterginus* 420 b c
Titus *imperator* 800 c
Tödinus *monachus. Vide* Theodinus.
Tolnone (*Hugo de*) *S. Brunoni, quidquid ſibi juris in Cartuſiam competebat, datâ chartâ publicâ, ceſſit* 625 a b c d
Tonantius Ferreolus. *Vide* Ferreolus.
Tonbertus *Auſtralium Girviorum princeps, prior S. Etheldredæ maritus,* 944 c
Toraldus (*Adamus*) *Badulati baro* 696 e, 766 e
Toraldus (*Alphonſus*) *vir nobilis, in maximo periculo ad invocationem S. Brunonis ſervatus incolumis,* 766 e f
Torna francia (*Euangeliſta de*) 695 b c
Totila *Gothorum in Italia rex* 95 b c; 96 c e, 151 b, 162 b, 810 a
Traianus *imperator* 262 a, 497 c e
Tranſalgardinus (*Luſcus*) *civis Patavinus potentiſſimus* 810 c
Traſamundus *Wandalorum in Africa rex* 153 f, 332 b
† Treſanus *confeſſor. Vide* † Treſſanus.
† Treſſanus *confeſſor, frater S. Helani presbyteri confeſſoris* 904 a b d, 905 d e f
Trigetius *vir præfectorius* 802 b
Trinitate (*Albertus à ſanctiſſima*) *Labacenſis Auguſtinianorum excalceatorum conventûs alumnus* 15 b
Triſterius *epiſcopus Tropienſis* 650 a e; *exſtructæ per S. Brunonem Turritanæ eccleſiæ conſecrationi adſtitit* 649 c
† Troianus *epiſcopus Santonenſis* 925 d, 934 c e
Trudone (*Petrus à S.*) *canonicorum Regularium S. Martini Lovanii Prior & Congregationis Windesheimenſis Generalis* 208 f; *ejus de S. Meinulphi reliquiis, Lovanii aſſervatis, quarum ipſemet partem ex ejuſdem Sancti lipſanotheca Budicæ extraxit, teſtimoniales litteræ* 207 d e f
Tulpini *Remenſis epiſcopi depoſitio. Vide* Turpini.
Turpini *Remenſis epiſcopi depoſitio, inter Prætermiſſos* 4 c d
Turribus (*Guido de*) *tractûs Lemoviconſis princeps* 431 e f; *S. Pardulphi reliquias ad monaſterium Arnacenſe deferendas curavit, idque abbatibus S. Martialis Lemovicenſis dedit* 426 a, 431 c d
Turribus (*Gulpherius de*) *Oëbali, Torennenſis toparchæ, pater* 317 d
Turricella (*Petrus de*) *Vallenſis in Cathalonia S Cucuphatis monaſterii abbas* 280 f
Turſtanus *eccleſiæ collegiatæ Beverlacenſis canonicus, titulo funebri S. Brunonem veneratus,* 758 a
Tyemo *epiſcopus ſchiſmaticus intruſus* 476 f
† Tyrſus *martyr* 258 c

V

VAcaſius, *velut martyr annuntiatus, inter Prætermiſſos* 4 f, 5 a
Vaccanus de S. Paſſ. (*Franciſcus Maximilianus*) *epiſcopus Petinenſis, Labacenſiſque præpoſitus, ſolemnitati, quâ S. Peregrinæ V. M. reliquiæ in Labacenſem Auguſtinianorum excalceatorum eccleſiam anno* 1660 *fuêre illatæ, interfuit, Miſſamque ſolemnem tunc celebravit* 16 a b
Valens *imperator Arianus* 89 c, 385 d
† Valentina *virgo martyr* 265 e
Valentinianus I *imperator* 385 d
Valentinianus II *imperator* 885 f
Valentinianus III *imperator* 800 f, 801 a c e f, 802 a b e f, 804 b
† Valentinus *presbyter: caput ejus Ticini in S. Felicis monaſterio aſſervatum* 859 e
Valentius *comes Brenenſis* 599 d e
† Valeria, protomartyr Aquitaniæ *dicta,* 432 e; *eccleſia ei anno* 1212 *conſecrata* 432 d
Valerianus *imperator* 336 a b, 897 a
Valerianus *epiſcopus Autiſſiodorenſis, ab epiſcopo Autiſſiodorenſi, qui* Valerius *ab aliis vocatur, veroſimillimè non diſtinctus* 396 a b
† Valerius *epiſcopus Surrentinus, anteà in vita ſo-*

ſolitaria S. Renati ſocius ac diſcipulus, 381 e, 388 d, 392 a d, 394 b d e, 395 b c d e; *corpus ejus in Surrentina eccleſia, S. Renato dicata, inventum* 384 c
† Valerius *archidiaconus Lingonenſis martyr* 335 e
Valerius *S. R. E. Cardinalis epiſcopus Patavinus* 821 b, 822 e
Valo *abbas Lotonenſis* 346 b
Valperga (*Bartholomæus*) *cartuſiæ Majoricenſis alumnus ſcripſit Vitam venerabilis Catharinæ Thomaſiæ, canonicæ Regularis S. Auguſtini*, 768 b
Valtortà (*Jacobus Antonius*) *Congregationis Somaſchæ ſuperior generalis* 961 a
Valtrinus *epitomen inventionis SS. Placidi ſociorumque ſcripſit* 103 e, 104 d
Varamus *Perſarum, Choſroë II rebellium, dux, ab hoc devictus*, 853 e
Varennes (*Aymo de*) *in cartuſiam Arverienſem piè munificus*, 781 a b d, 784 b
Varennes (*Hugo de*) *in cartuſiam Arverienſem piè munificus* 781 a b, 784 b
Vareſius (*Joannes Ambroſius*) *Congregationis Somaſchæ ſuperior generalis* 961 a
† Vaſio *martyr. Vide* † Vaſius.
† Vaſius *martyr* 935 a; *eccleſia in ejus honorem à S. Palladio exſtructa cœnobioque adjecto aucta* 925 f, 926 a, 935 b
Vaſſeur (*Leo de*) *Ordinis Cartuſienſis alumnus Acta B. Artaldi ad Majores noſtros miſit* 779 a
† Vaſſius *martyr. Vide* † Vaſius.
† Udalricus *epiſcopus Auguſtæ Vindelicorum* 183 b
Vecchiarellus (*Oduardus*) *protonotarius Apoſtolicus* 14 c f
Veerus (*Albericus*) *canonicus Regularis ſcripſit forte Vitam S. Oſithæ virginis martyris* 937 e f, 938 a
Vegius (*Bernardinus*) *epiſtolâ de apparitione, S. Placidi inventioni prævia, per Maurum à Caſtro Joannis conventus* 104 e
Velarde de la Concha (*Franciſcus*) *archiepiſcopus Meſſanenſis* 111 f; *acceptas è Meſſanenſi S. Joannis Baptiſtæ eccleſia SS. Placidi ac Sociorum reliquias Jacobo de Meſſana ad Philippum III, Hiſpaniarum regem, deferendas conſignavit* 112 a b c
Venerius (*Andreas*) *præfectus* 811 f
† Veranus *S. Eucherii, Lugdunenſis epiſcopi, filius* 43 c d e, 44 d
† Veranus *frater S. Helani presbyteri confeſſoris* 904 b, 905 e
Veremundus II *Legionenſis in Hiſpania rex* 229 e f, 230 a b f, 231 a c e, 237 e, 238 c, 239 d; *Legionenſi cathedræ S. Froilanum, hujuſque diſcipulum S. Attilanum Zamorenſi præfecit* 233 c d, 234 f; *ejuſdem S. Froilani aliorumque Sanctorum reliquias Legione Ouetum Maurorum metu juſſit transferri* 231 d
†† Verenæ, Cæſarii *&c. Vide* †† Veronæ.
†† Veronæ, Cæſarii & aliorum *tranſlatio, inter Prætermiſſos* 260 b
Vertica (*Joannes Baptiſta*) *præpoſitus. Vide* Vertua.
Vertua (*Joannes Baptiſta*) *præpoſitus, ſeu, ut veroſimile apparet, Congregationis Somaſchæ clericorum Cremonæ ſuperior, magnam febricitantium multitudinem S. Geroldi patrocinio fuiſſe ſanatam, teſtatus*, 960 c d
Veſpaſianus *imperator* 800 c
Veyrac (*Joannes de*) *epiſcopus Lemovicenſis eccleſiam S. Valeriæ virginis martyris conſecravit* 432 d
Ugo *S. R. E. Cardinalis equitum Hieroſolymitanorum magiſter. Vide* Hugo.
Vicecomes (*Franciſcus*) *epiſcopus Cremonenſis inferioris maxillæ partem, Coloniam Agrippinam deferendam, capiti S. Geroldi detraxit, eamque procuratoribus Colonienſibus dedit* 961 d e; *rei hujus Maximilianum Henricum, Colonienſem archiepiſcopum, datis ad eum litteris, certiorem reddidit* 961 f, 962 a b c
† Victor I *Papa* 7 b, 9 f, 10 a c d, 11 f, 12 a d; *litteris à Polycrate Epheſiorum epiſcopo fuit conventus* 261 c f
† Victor II *Papa* 457 b, 476 a
† Victor III *Papa, antea monachus Caſſinenſis*, 567 f, 568 a, 705 b, 707 b, 716 f; *anneïti à Gaufredo narratur, viſionem, quâ Deum in cartuſia habitaculum ſibi præparantem viderit, in ſomnis habuerit, hâcque motus Cartuſiæ fundationem confirmârit* 604 c d e, 605 a, 623 d e f, 624 a b c
† Victor *martyr Maſſilienſis* 266 e
† Victor *martyr Thebæus* 277 c
† Victorinus *martyr, Hieronymianis inſcriptus*, 165 b; *cur ſeorſum à S. Victorino, S. Placidi Benedictini ſocio, ad v Octobris non detur* 165 d e
† Victorinus *martyr in Gallia, à Gregorio Turonenſi memoratus*, 336 b c
Victurius *epiſcopus Gratianopolitanus* 53 b
Vigilius *Papa* 70 b, 73 d, 74 f, 75 b c d e f, 76 d, 78 a, 79 f, 88 a, 107 b; *Diploma, ut fertur, in monachorum Caſinenſium favorem conceſſit* 100 a; 137 f, 138 a; *Fictitia ad eum Juſtiniani imperatoris littera* 139 d e
† Vigilius *epiſcopus Antiſſiodorenſis* 399 d
Villencus *epiſcopus Lingonenſis* 346 b
† Vincentius Ferrerius. *Vide* † Ferrerius.
† Vincentius *levita martyr Cæſarauguſtanus* 264 f, 266 e, 274 e, 278 d
† Vincentius *martyr Aginnenſis* 275 a; *ſacræ ejus reliquiæ Aginno Conchas delatæ* 278 b c d
Vinciguerra de Arragonia (*Andreas*) *in monaſterium S. Placidi de Colanero piè munificus* 104 e
Vincomalus *in Oriente anni* 453 *conſul* 800 f, 803 e
Vincomalus *civis Gratianopolitanus inceſtus* 53 b c
Vineis (*Raymundus de*) *XIII generalis Ordinis Prædicatorum magiſter. Vide* Raymundus à Capua.
† Virgilius *archiepiſcopus Arelatenſis; inter Prætermiſſos* 786 c
† Virgilius *epiſcopus Salisburgenſis: corpus ejus revelatum, & quando* 452 f, 478 f, 480 e
† Vitalianus *Papa* 100 e, 101 a b c d
Vitalianus *conſul* 78 d, 79 c, 81 e, 90 d, 118 b, 120 a b
Vitalianus *Germani è Juſtini imperatoris ſorore ſecundum Wionem filius* 82 d
Vitalianus *militibus prætorianis ſub Maximino præfectus* 795 f, 796 a
Vitalianus *pater S. Juſtinæ* 790 e f, 791 e, 792 c, 795 e f, 796 a d, 797 c, 812 c, 814 a e, 823 a c; *cujus dignitatis veroſimiliùs fuerit* 796 b c, 826 a; *oſſa ejus loco ſuo antiquo mota, novâque arcâ anno* 1627 *fuêre donata* 823 e f, 824 a b c
Vitalianus *Patricioli filius quo ſenſu Juſtinia-*

ni imperatoris frater dictus fuerit 82 e f
Vitalianus, *qui sub Honorio & Theodosio imperatoribus vixit*, 796 a
Vitalianus *alter, qui sub Justiniano imperatore floruit*, 796 a
Vitalianus *Prior monasterii S. Justinæ Patavii* 819 f, 820 e, 821 f, 822 a d, 823 a c d; *Vitaliani & Præpedignæ, S. Justinæ parentum, ossa loco suo movit, novâque arcâ donavit* 823 e f, 824 a b c
† Vitalis *martyr, Capuæ annuntiatus*, 332 e
† Vitalis *martyr Bononiæ: ejus reliquiæ à S. Ambrosio in ecclesia, quam hic Florentiæ consecravit, depositæ* 896 b c
Vitalis *abbas Casinensis* 82 a
Vitiges *Gothorum rex* 80 b
Vivaldus (*Augustinus*) *rector collegii Societatis Jesu Genuensis partem ossis unius è S. Placidi Sociis unà cum articulo digiti S. Eleutherii episcopi martyris Carolo Scribani impertiit* 113 a; *litteræ, quibus sese id fecisse, testatus est*, 113 a b c
† Viventiolus *Lugdunensis episcopus* 55 e f; *S. Apollinarem, adversa valetudine laborantem, invisit* 51 a
† Ulbertus *episcopus Carnotensis. Vide* † Fulbertus.
Uldericus *episcopus Patavinus* 809 a
Ulfius *vir apud Aquileienses primarius, cujus filium à lepra baptismo mundâsse narratur S. Marcus Euangelista*, 218 e
† Umbertus *episcopus Carnotensis. Vide* † Fulbertus.
Umbertus *abbas Conchensis mitræ & annuli usum in honorem S. Fidis, monasterii sui patronæ, à Pontifice impetravit* 282 d e f, 283 a
Unigo *Calmilliacensis toparcha, vir supra modum ferox*, 306 f, 307 b; *incerta ejus conditio* 308 a b
Volusianus *consul* 79 f, 80 b
Uranius *presbyter, quæ vidit de S. Consortia, retulit ejus biographo* 40 e
† Urbanus I *Papa martyr* 30 c f, 235 f, 241 a b; *sacræ ejus reliquiæ Herchenraõ Catalaunensi episcopo datæ* 397 f, 398 a; *in Autissiodorenses S. Germani cryptas delatæ* 398 a b
Urbanus II *Papa* 158 d, 235 f, 462 e, 500 f, 502 b, 545 a, 558 f, 559 a, 581 a d f, 605 f, 624 b, 628 b f, 629, 630 a b c d e, 631 b c e f, 632 d, 633 c d f, 634 a b c d, 635 a c d, 638 c, 639 a, 643 b, 644 b c, 651 b d e f, 652 a b d, 653 a b c d, 654 b, 655 a b d, 657 c, 658 b, 660 e, 662 d, 667 e; 670 e f, 687 b c d, 688 e f, 707 c e, 718 d e, 719 a, 722 a b c d e, 730 e f, 731 f, 732 a, 769 e; *Bernardum Toletanum archiepiscopum quâ ratione vocârit primum sedis hujus præsulem* 240 c d; *Herlembardum & Attilanum episcopum Zamorensem Sanctis solemniter adscripsit* 241 b c d e, 242 a, 244 b; *S. Brunonem Cartusianum Romam ad sese, quò ejus consilio uteretur, è Cartusia evocavit, eique deinde eremum repetendi facultatem fecit* 492 d e, 615 a b, 627 c d, 634 e f, 705 b, 707 b, 716 f, 729 d; *eumdem etiam Sanctum quandoque, ut dubitandum non apparet, è cartusia Calabrina ad sese accersit* 638 d e f; *Siguino, Casæ-Dei abbati, Cartusiam ut restitueret redeuntibus ad hanc S. Brunonis discipulis, præcepit* 632 b; *litteræ, quibus id fecit*, 632 c d; *factam S. Brunoni à comite Rogerio Turritanæ eremi donationem confirmavit* 639 c, 640 b, 646 e; *bulla, quâ id præstitit*, 643 e f, 644 a; *Præfationem, quæ de B. Maria virgine est, verosimiliùs proprio marte composuit* 653 e; *amplissimum, quod Joannes de Nicephoro, Squillacensis episcopus, S. Brunoni Turritanæque eremo concesserat, privilegium, datâ bullâ, confirmavit* 661 c d e f, 662 a. *Vide etiam* Odo.
Urbanus V *Papa S. Fidis reliquias Vallensi in Cathalonia S. Cucuphatis monasterio concessit* 281 b; *integrum tamen hæ, ut apparet, non fuerunt Sanctæ illius corpus* 281 c; *S. Ludovici, episcopi Tolosani, brachium Montispessulanis jussit restitui* 281 d
Urbanus VIII *Papa* 5 d, 6 a, 60 b, 254 c d, 536 d, 586 f, 700 c, 701 b, 819 e, 821 e f, 823 d e, 824 b; *per* longissimum tempus *à se intellectum id, quod centum annorum metam excedit, declaravit* 254 f; *corpus sancti Martyris in S. Sebastiani cryptis quærendi indeque extrahendi facultatem fecit Josepho Photio, Societatis Jesu sacerdoti*, 260 e f; *Officium de S. Brunone, in quo prodigiosæ doctoris Parisiensis anastasis narratio, Breviario Romano inseri voluit, & quidem, ut appareret, primus* 536 a, 537 d
Urbanus *patricius Ravennas, ut ait Rubeus*, 38 a
† Urius *monachus* 812 f, 819 c; *à S. Juliano Patavino videtur diversus* 813 a b c d; *SS. Lucæ Euangelistæ & Mathiæ Apostoli reliquias Constantinopoli Patavium detulisse narratur* 812 d, 813 c; 815 f, 816 b c; *sacræ ejus exuviæ in veteri S. Justinæ ecclesia* 814 c; *è loco, in quo in hac jacebant reconditæ, ad majorem ejusdem aram anno* 1502 *fuêre ad tempus translatæ, ac deinde anno* 1562, *cùm legitimè fuissent inspectæ, in novæ ecclesia depositæ* 811 f, 812 d e, 815, 816, 817, 818 a b c d
Ursana *Rigoberti viri illustris secundum S. Bertæ Acta uxor* 408 d
Ursarius (*Acacius*) *Theodoræ imperatricis pater* 82 a
† Ursinus *primus Bituricensium episcopus* 922 f, 923 f, 924 d; *S. Germano Parisiensi episcopo & S. Augusto abbati apparuit, eosque, ut suum de terrâ corpus levarent, admonuit* 923 a c d; *ab his id, quod loco minus decenti conditum diu latuerat, integrum absque putredine inventum, solenni ritu fuit translatum* 923 b e
† Ursula *virgo martyr* 260 b, 593 b
Ursus de Rivoalto, *cognomento* Baduarius. *Vide* Rivoalto.
† Ursus *episcopus Autissiodorensis: ejus reliquiæ in Autissiodorenses S. Germani cryptas delatæ* 398 a b
Ursus *episcopus Cajacensis seu Calatinus* 92 a
Uto *episcopus Hildesheimensis, excommunicationis sententiâ in synodo Quindiliburgensi, adversus Guibertum antipapam ejusque sequaces celebrata, percussus*, 465 e
Vualcadus *Besuensis in Burgundia monasterii abbas. Vide* Vualcaudus.
Vualcaudus *Besuensis in Burgundia monasterii abbas* 339 f, 344 a; *è nominum, quibus afficitur, diversitate in tres diversos perperam distractus* 343 f
Vualtarius, *bonorum, quæ è veneratione in S. Prudentium Besuensibus monachis data fuerant, invasor*, 339 d f, 343 f
Vuarinus *Besuensis in Burgundia monasterii abbas*

bas 344 a
Vuarnerius *episcopus Lingonensis* 361 f, 363 a; *Divione S. Prudentii reliquias ad Besuense monasterium retulit* 344 a d e, 362 c d, 363 b; *quandonam id fecerit* 344 b c; *visio, quâ ei antè spectandum se dedisse narratur S. Prudentius,* 362 a b c
Vudelandus *abbas monasterii S. Martini Turonensis. Vide* Autlandus.
Vuillelmus *Besuensis in Burgundia monasterii abbas* 347 f
Vulfardus *abbas monasterii S. Martini Turonensis* 428 c, 430 b
Vulfherus *Merciorum rex* 938 c e

W

WAchasus, *velut martyr annuntiatus. Vide* Vacatus.
Wael (*Joannes*) *canonicorum Regularium Swollis Prior. Vide* Wale.
Waifarius *dux Aquitaniæ* 430 a d
Walbertus *monachus S. Petri Vivi Senonensis* 345 f
Walburgis *abbatissa Budicensis. Vide* Walde.
Waldalenus *primus Besuensis in Burgundia monasterii abbas* 333 c
Walde (*Walburgis de*) *abbatissa Budicensis, amissis plerisque monasterii sui reditibus, ad summam paupertatem redacta,* 196 e, 197 a, 198 f; *id Paderbornensi episcopo sub pensionis annuæ onere resignavit* 198 d, 199 a b; *ex audita, quæ* S. Meinulphi *dicitur, nola mortis timore correpta fuisse narratur* 224 c
Walderada *Garibaldi I Bajoariæ ducis uxor* 83 f
Wale (*Joannes de*) *canonicorum Regularium Swollis Prior* 176 c, 184 b, 200 a; *Paderbornam à Wilhelmo, civitatis hujus episcopo, arcessitus, Ordini suo ab hoc Budicense monasterium chartâ publicâ accepit* 198 c d e f, 199 a b c; *id evocatis è suo Swollensi cœnobio canonicis incolendum ac instaurandum commisit* 199 d; *sacras S. Meinulphi reliquias publicè spectandas exhibuit* 200 d, 207 c
Wallia *Gothorum in Hispania princeps* 266 b
Walterus *ecclesiæ S. Pauli Loudini canonicus* 754 d
Walterus *vir nobilis chartam in S. Petri Ruminiacensis favorem concessit* 512 e
Wamba *Hispaniarum rex* 228 b, 238 d f, 239 a, 337 a
Waraclinus *Anglo-Saxonum rex* 408 d
Warinus *Besuensis in Burgundia monasterii abbas. Vide* Vuarinus.
Warmundus *archiepiscopus Viennensis* 523 a
† Wassius *martyr. Vide* † Vasius.
Wecilo *sedis Moguntinæ invasor, in synodo Quindiliburgensi excommunicatus,* 465 e
Weil (*Joannes*) *canonicorum Regularium Swollis Prior. Vide* Wale.
Welfo *Bavariæ dux* 459 c; *à Gregorio VII Papa adversus Henricum IV, Germaniæ regem, stetit* 465 a c
Welles (*Hugo de*) *archidiaconus* 936 f
Westphali *unde nominati dicantur, & unde reipsa nominati videantur* 217 c, 218 a b
Wichtrudis *S. Meinulphi diaconi mater* 176 f, 178 d, 179 e, 180 a c, 210 f, 213 c, 218 e, 221 e; *de stupro à mariti defuncti fratre sibi illato apud Carolum Magnum expostulavit* 210 e, *verosimilior nominis, quo vocata fuit, etymologia* 213 d
† Widekindus *dux. Vide* † Witikindus.
† Widikindus *dux. Vide* † Witikindus.
Wido *monasterii Fontanellensis abbas* 430 b
Wido *archidiaconus ecclesiæ Remensis. Vide* Guido.
Wido *miles, donationi anno* 1076 *monasterio S. Basoli factæ, subscriptus* 511 c
Widricus *episcopus Lingonensis instaurando Tornodorensi S. Michaelis cœnobio operam contulit* 746 e
Wigo *abbas S. Martialis Lemovicensis* 432 c
Wigthruth *S. Meinulphi diaconi mater. Vide* Wichtrudis.
Wigtrudis *S. Meinulphi diaconi mater. Vide* Wichtrudis.
† Wilbertus *episcopus Carnotensis. Vide* † Fulbertus.
Wildigernus *comes, sectâ Arianus, multarum in Galliis cladium, Catholicis illatarum, causa,* 336 f, 337 a
† Wilfridus *archiepiscopus Eboracensis* 402 b c, 403 a d e f, 404 a b d
Wilhelmus. *Vide* Willelmus.
† Wilibaldus *episcopus* 183 b
† Willelmus *abbas Hirsaugiensis* 461 c
Willelmus IV *comes Pictavensis atque Aquitaniæ dux,* Ferrea-brachia *dictus,* 317 b f
Willelmus V *Aquitaniæ dux* 432 c
Willelmus *comes Tholosanus* 326 d e, 327 b
Willelmus *Montesisis, episcopus Paderbornensis electus,* 176 c, 184 b, 188 e, 197 e; *S. Meinulphi reliquias è monasterio Budicensi Paderbornam transferre, incassum, ut narratur, fuit conatus* 197 a b; *in canonicos Regulares chartâ publicâ id transcripsit* 198 c d e f, 199 a b c; *Kerckbergensem diœcesis suæ ecclesiam, sordibus expurgatam, consecrari curavit* 200 b
Willelmus *episcopus Trajectensis in conciliabulo Wormatiensi pro Henrico IV, Germaniæ rege, adversus Gregorium VII Papam stetit* 463 d e
Willelmus *ecclesiæ collegiatæ Beverlacensis canonicus, titulo funebri S. Brunonem veneratus,* 758 b
† Willibrordus *episcopus Trajectensis* 68 b; *apographo Hieronymiano Epternacensi usus est* 68 a
Wilteburga *S. Osithæ virginis martyris secundum hujus Acta mater* 938 b f, 942 a, 943 f
Winizo *abbas monasterii S. Salvatoris in monte Amiato* 897 e
† Witekindus *dux. Vide* † Witikindus.
† Witikindus *dux Saxonum* 179 f, 218 d; *rex etiam sano sensu potest vocari* 221 a b
† Wittekindus *dux. Vide* † Witikindus.
† Wlbertus *episcopus Carnotensis. Vide* † Fulbertus.
Wlferius *Merciorum rex. Vide* Vulfherus.
† Wlpertus *episcopus Carnotensis. Vide* † Fulbertus.
† Wolfgangus *episcopus Ratisponensis* 183 b; *ejus* translatio & canonizatio *inter Prætermissos,* 789 e
Wolftrudis *abbatissa Wiltonensis* 401 b c

X

XImenius *episcopus Astoricensis* 129 c

Z

Zacharia (*Franciſcus*) *Societatis Jeſu ſacerdos Italicè compoſitam de S. Geroldi Maxilla, à Sancti ejuſdem capite pro Agrippinenſi templo ſeparata, relationem ad nos miſit* 959 c

† Zacharias *Papa* 90 f, 439 e; 440 e; *Privilegium ſanctioque de S. Placido, quæ ejus nomine ſignantur, ſuſpecta apparent* 91 a b; *Rachiſium, Longobardorum regem, à civitatis Peruſinæ obſidione precibus ac muneribus avertit* 441 c; *eumdem etiam, ut monachum, valere juſſa dignitate regia, indueret, permovit* 441 a, 442 a, 443 a b c; *epiſcopatum Herbipolenſem à S. Bonifacio inſtitui probavit* 451 b; *corpus S. Quirini martyris ad Segernſeanum Bavariæ monaſterium transferri permiſit* 898 d

Zadeſpram *inimicus Choſroïs II, Perſarum regis, ab hujus militibus occiſus*, 853 c d e f, 854 f

Zalfanus (*Petrus*) *patricius Aſſiſienſis S. Franciſcum audivit indulgentiam Portiunculanam promulgantem hocque ipſemet eſt teſtatus* 574 b

Zapata Oſorio (*Joannes*) *epiſcopus Zamorenſis corpus S. Martini abbatis confeſſoris, è ſacello ſui nominis in Vallis-paradiſi eccleſiam apparatu inſigni delatum, in ejuſdem eccleſiæ tabernaculo ſolemni ritu depoſuit* 953 f, 954 a b c

Zeno *imperator* 119 b, 801 b

† Zenobius *epiſcopus Florentinus* 895 e, 897 b d; *à S. Ambroſio, Mediolanenſi epiſcopo, ſacra tria, quæ hic à S. Damaſo Papa accepiſſet, SS. Marci Papæ, Amati abbatis & Concordiæ martyris corpora accepiſſe, eaque unà cum Ambroſio in Laurentiana Florentiæ eccleſia depoſuiſſe creditus olim fuit* 895 b; *de re hac quid cenſendum* 895 f, 896, 897 a

Ziani (*Petrus*) *ſereniſſimæ reipublicæ Venetæ dux corpus S. Magni, epiſcopi confeſſoris, in Venetam S. Hieremiæ eccleſiam veroſimiliter deferri juſſit* 417 b

Ziani (*Sebaſtianus*) *ſereniſſimæ reipublicæ Venetæ dux* 417 b

Zonus (*Dominicus*) *epiſcopus Chiſſamenſis inſtauratum Venetiis S. Juſtinæ templum conſecravit* 793 f

† Zoticus *epiſcopus Comanenſis martyr* 11 f

INDEX TOPOGRAPHICUS

A

ABula, urbs Hiſpaniæ in Caſtella veteri 953 c

Abundantia, Canonicorum Regularium olim monaſterium in Chablaſio 783 b c, 784 f, 785 f

Acherontina metropolis in Lucania 666 d f

Acquenſis urbs (*Acqs ſur l'Adour*) 930 c

Adchiacum villa in Gallia 356 c; 358 d

Admontenſe monaſterium in Styria. *Vide* † Blaſii monaſterium.

† Adriani eccleſia Romæ, *in qua coluntur SS. Sergius & Bacchus* 863 a

Ædua. *Vide* Auguſtodunum.

† Ægidii Fanum in Occitania 284 c

Ægleburgum. *Vide* Aylesbury.

Ægyptus, *Africæ regio* 69 d, 97 e, 100 c f, 336 b, 714 c e; 717 d; 726 f, 728 a b, 786 c, 884 c d e

Æmilia, Italiæ regio 4 d

Æſium, Italiæ oppidum in Pentapoli 440 f

Africa 100 f, 101 e. *SS. Rogatus & Socii martyres* 332 b c

Agathelia. *Vide* Argadia.

Agennum, Galliæ urbs 6 a, 259 f, 263 *& ſeqq. ſæpe. Patria S. Fidis* 268 b, 285 c, 288 c.

Aginnenſis eccleſia cathedralis 290 a, 292 c.

Agerenſis eccleſia in Catalonia 268 d

Agrius, Germaniæ fluvius 454 b

Aguntum, Rhætiæ oppidum 83 f

Alatrum, Latii civitas 88 a

Alba, Campaniæ Romanæ oppidum 642 a, 668 a, 901 f, 903 d

Alba fluvius (*l'Aube*) ortus in Burgundia 357 d, 358 f

Albenca, (*l'Albenque*) inter Aginnum & Conchas 291 d, 293 d, 297 e

Albienſis pagus in Gallia. *S. Enimia* 407 a, 408 c, 413 e

Albigaunum, urbs Liguriæ 419 b

Albigenſis pagus, pars Occitaniæ Superioris 322 d; 323 e

Albiniacum, vicus prope Salionis montem & prioratus Ordinis S. Benedicti 368 b d

Albiniacum in pago Borbonico 911 d, 912 e, 917 d. *S. Leopardinus* 906 a

† Albini eccleſia Varacti. *Illic ſepultus S. Pardulfus* 430 d e, 437 c

Albinum caſtrum in pago Rutenico 308 e, 309 f, 310 a

Albis, Germaniæ fluvius 217 a d e

Alencanium, urbs Galliæ in Normannia 590 e

Aleris. *Vide* Elaver.

Alexandria Ægypti 2 b, 100 d f, 832 b.

INDEX TOPOGRAPHICUS

Alexandria Italiæ civitas 693 a
Alienard, *Cartusiæ Majoris rupes* 608 f, 609 c
Alladensis sedes in Connacia, Occidentalis Hiberniæ provincia 2 f
Allinces ecclesia, monasterio Conchensi data 283 c
Alma, fluvius in Westphalia 171 c, 176 f
Almena locus in districtu Burensi 177 f
† Aloysii de Calsidoro (*nunc S. Placidi veteris*) ecclesia 104 b
Alpes, Italiæ montes 553 d, 634 c. Alpes Juliæ 15 e. Cottiæ 419 a
Alreton, locus in Anglia 284 a
Altina, urbs olim episcopalis in Italia 51 d. *Patria S. Magni* 416 f, 417 a d f, 420 e 810 a
† Alveræ ecclesia in Petrocoricensi provincia 269 b
† Amandi Elnonense cœnobium Ordinis S. Benedicti in Belgio 750 b, 751 f
Ambiliacum in Bituricensi diœcesi 908 e f
Ambroniacense monasterium in diœcesi Lugdunensi 779 f, 780 a
Amisus, urbs ad pontum Euxinum 27 c. *Fortè palæstra S. Charitinæ* 23 c.
Anasus, Austriæ fluvius (*Ens*) & oppidum 454 b, 459 d, 487 f
Anazarbus, Ciliciæ urbs 265 f
Ancona, urbs Italiæ in Pentapoli 440 f
Andegavum (*Angers*) Galliæ urbs 6 d, 300 f, 302 a, 381 b, 932 c. *Patria S. Renati* 386 e, *cultus* 381 c d f, 395 f, *reliquiæ* 384 a b, 392 b c d f. *Reliq. SS. Sergii & Bacchi* 860 b d e, 861 a
Andeliacum, oppidum Galliæ in Normannia 786 a
† Andreæ monasterium ad pedem montis Siraptis 605 d, 674 a. In Costa in finibus Allobrogum 606 a
† Andreæ monasterium Sublaci. *Vide* Vallis sancta.
† Angeli monasterium Sublaci 85 e. *Ecclesia* Patavii 807 f
†† Angelorum ecclesia, *à S. Niceta condita* 449 c f
Anglia, Europæ regnum 383 b c, 389 f. *S. Ywii patria* 400 e, 567 b, 666 d, 667 a e
† Aniani ecclesia Aureliani in Gallia 6 e
Aniciacum, (*Anneci*) civitas Sabaudiæ 778 b
Aniciensis pagus in Gallia (*le Velai*) 306 f, 308 a
Anicium. *Vide* Podium.
Animi sensus, locus in Gallia 410 a
Anio, Italiæ fluvius 85 d
† Annæ monasterium Ord. S. Benedicti Patavii 817 b
Anspach, Germaniæ oppidum in Franconia 460 d, 474 b, 476 d
Antiochia 789 c. Syriæ 666 e f, 718 f, 795 e
† Antonii ecclesia Conteiensis, seu fortè Contiacensis in diœcesi Ambianensi 738 f, 741 f Patavii 795 b. Monasterium *ibidem* 817 c
Apamea ad Mœandrum urbs 8 e f
† Apollinaris ecclesia, Valentiæ Segalaunorum in Gallia 45 a b. *Eò translatum S. Apollinaris corpus* 58 a
†† Apostolorum ecclesia Venetiis 417 d, 424 f. Constantinopoli 813 c. Alia *à Chosroë condita* 855 b
Apta Julia, urbs Galliæ Narbonensis 40 a, 258 e f
Apulia, Italiæ regio 258 e f, 331 d f, 558 f, 559 a, 571 c, 629 a b, 630 f, 631 b, 638 b, 640 d, 668 b c, 669 e
Aquæ-sextiæ in Provincia 355 c
Aquileia, civitas olim patriarchalis in Italia 68 e, 218 e f, 420 c, 795 e, 802 b c, 810 a, 891 d, 898 e. *An ibi corpus S. Marci Papæ* 897 *& seq.*
Aquinum, regni Neapolitani urbs 723 c
Aquisgranum, urbs Germaniæ 180 d, 186 b, 189 f, 190 a b, 191 c, 219 e
Aquitania, Galliæ regio 266 a b c d, 271 f, 272 a, 289 c, 290 b, 292 c d e, 337 b, 350 f, 351 a, 427 f, 429 b c, 430 a b d, 433 c, 438 c
Arabia, Asiæ regio 23 d, 95 a, 97 e
Arapha. *Vide* Refapha.
Arar, Galliæ fluvius (*la Saône*) 333 b, 376 a, 377 f
†† Archangelorum extra Patavium ecclesia 807 f
Archonensis vicus in Gallia 907 c
Arcus-fractus, locus ad littus fluvii Albæ 357 d
Ardea, Italiæ oppidum 903 a
Arelatum, urbs Galliæ Narbonensis 47 a, 56 b c d, 57 a b, 61 e, 62 e, 63 d, 786 c, 787 c d
Arena, in Calabria 636 b, 639 d, 640 b, 645 c, 646 c, 662 f, 666 a, 719 f, 733 a
Argadia, vulgò *Argile*, Scotiæ Meridionalis propriæ dictæ provincia 2 e f
Argentolium in pago Tornodorensi 342 c
Arima, in Japonia urbs 789 c
Ariminum, urbs Æmiliæ in Italia 63 f, 440 f
Arinsencus. *Vide* Animi sensus.
Arnacum, in Lemovicibus oppidulum & monasterium Benedictinum. *Reliq. S. Pardulfi* 426 a b, 430 f, 431 a d, 432 a b.
† Arnulphi abbatia Metensis 543 c
Arsafia, locus in Calabria 660 e, 663 d
Arveria, Cartusia in Beugesia 779 b, 780 e, 782 d e f, 783 b c, 784 e f, 785 d. *Condita à B. Artaldo* 778 b c, 780 c, 784 a, *ibidem sepulto* 785 b
Arvernia, Galliæ provincia, *l'Auvergne* 305 a, 306 b, 310 e, 311 e, 318 b f, 406 b, 437 a, 438 a, 544 f, 907 a, 909 f, 917 a. *Patria S. Leopardini* 914 c
Arunchum, Calabriæ castrum 685 a d e f, 686 a b c, 687 c
Assindiense monasterium. *Vide* Essendia.
Asturica, regni Legionensis civitas 238 b
Athanacense cœnobium Ordinis S. Benedicti, ubi Arar Rodanusque confluunt 741 d
Atornense monasterium. *Vide* Besuense.
Attelensis vicus prope Budicam 195 c, 216 d, 223 d
Avalena, tractus in Lemovicibus 312 d
Avario, Aquitaniæ fluvius 292 f
† Audomari monasterium & ecclesia 508 a, 515 e, 754 c, 756 c
Avenio, Galliæ Narbonensis civitas ad Rhodanum 40 c, 56 c, 61 d, 63 a e, 337 e, 605 f, 612 a b d e f, 613, 614 b
Aversa, urbs regni Neapolitani 669 c, 670 a
Augiense monasterium in Suevia 256 a
Augusta Euphratesia, Syriæ provincia 837 f, 838 a, 839 f, 840 a b, 843 d e, 849 b, 863 f, 865 d, 866 b, 883 e f, 884 a b d e f. *SS. Sergius & Bacchus* 834 b
Augusta Prætoria in Pedemontio 3 b

Auguſtodunum (*Autun*) civitas Galliæ 342 e, 516 f, 517 a bf, 518 c d f, 519 a c f, 521 a b c d f, 522 b, 524 d, 525 a d, 527 e
Auguſtopolis. *Vide* Auguſta Euphrateſia.
Auraſius mons Mauritaniæ 98 a
Aurelianum, Galliæ civitas ad Ligerim 56 f, 424 a, 429 d, 930 b c, 967 b, 968 e f
Auriliacum, Arverniæ Superioris oppidum 423 f
† Auſtregiſili de Caſtro apud Bituricam eccleſia. *Reliq. S. Apollinaris Bituricenſis* 414 c, 415 b, 416 a
Auſtria, Germaniæ regio 15 d
Autiſſiodorum, epiſcopalis Galliæ civitas 66 a b, 164 b, 165 a e, 166 a d. *Coluntur illic SS. Firmatus & Flavia* 163 c f, 166 f, *& S. Felicula* 225 *& ſeq. S. Romanus* 396 a, 397 b c e, 398 d
Auximum, Italiæ civitas in Pentapoli 440 f
Aylesburyenſis eccleſia & oppidum in comitatu Buckinghamienſi 943 b, 944 e f

B

Babylonia, urbs Aſiæ 101 e, 217 a
Badulatum, oppidum in Calabria 692 f
Bætica, Hiſpaniæ regio 22 d
Bagaïtana urbs in Africa ad Abigam 98 a
† Balbinæ cœmeterium prope Romam 256 f, 892 a c e, 894 b d, 895 f, 896 c, 897 c, 903 d. *Sepultura S. Marci Papæ* 888 a c, 889 b, 891 c d, 899 f, 900 e f
Balmanum in Beugeſia 784 d. *Varia ejus nominis loca* 785 f
Balnenſe territorium in Pentapoli Italiæ 440 f
Bantenſe monaſterium (*fortè in diœceſi Herbipolenſi*) 462 b
Barbaliſſum caſtrum in Auguſta Euphrateſia 835 e, 840 e, 841 c, 843 b, 844 a b, 865 e, 866 d e, 867 f, 876 b, 879 b. *Paſſus illic S. Bacchus* 840 b c, 843 c. *Inde aliò tranſlatæ ejuſdem reliq.* 848 c
Barbaſtrum, Aragoniæ oppidum 283 c d
Barium, urbs Apuliæ 353 f, 355 b, 629 a, 638 c, 644 c, 661 f, 662 a, 677 b c
† Bartholomæi eccleſia in monte Or prope Remos 583 e, 745 c, 747 d
† Bartholomæi monaſterium in ſuburbio Londinenſi 943 b, 944 f
Baſilea, Germaniæ urbs 541 d
† Baſoli monaſterium in diœceſi Remenſi 511 b d, 516 f, 634 c, 744 b, 747 a
Bavaria, Germaniæ regio 472 d, 489 e
† Bavonis monaſterium Gandavi in Belgio 754 b, 756 b
Beccum, monaſterium in Normannia 667 b
Belica, Beugeſiæ primaria civitas 778 c, 785 c
Belli-fontis monaſterium (*hodie* Vallis-paradiſi) in diœceſi Zamorenſi 949 f, 950 a c e f, 952 d e. *Primus ejus abbas S. Martinus* 948 d
Bellogardia (*Bellegarde*) oppidum Galliæ in ducatu Burgundiæ 965 b
Bellovacum, urbs Galliæ Belgicæ 559 a
Bellunum in Marchia Tarviſina 440 e
Belna (*Beaune*) oppidum in ducatu Burgundiæ 741 e, 965 a c
Belna, oppidum in tractu Vaſtinenſi (*le Gatinois*) 965 a b c, 966 f, 967 c d. *Patria S. Pipionis* 967 a, *reliq.* 966 b
Benaventum. *Vide* Beneventum Hiſpaniæ.
† Benedicti eccleſia prope Turiaſonem 244 d
Beneventum, Hiſpaniæ oppidum 234 c
Beneventum, veteris Samnii civitas 92 e f, 93 a c, 124 d, 126 a, 144 a, 145 d, 651 b e, 669 e, 670 b, 787 b e
† Benigni eccleſia Divionenſis in diœceſi Lingonenſi 742 e, 746 c
Bentheim, cognominis comitatus caput in Weſtphaliæ circulo 198 c
Berienſis villa in Burgundia 340 e, 356 f, 357 b
Bernacenſe monaſterium in Normannia 501 a, 748 e, 751 b
† Bertini abbatia Audomaropoli 545 a
† Bertrandi ſacellum in eccleſia prioratûs S. Mariæ de Fagia. *Reliq. S. Hieronymi, epiſcopi Nivernenſis* 167 c
Beſate, locus in diœceſi Mediolanenſi 252 d
Beſua Ordinis Benedictini cœnobium in Burgundia 344 f, 345 a b c. *Reliq. S. Prudentii* 339 a, 344 a b c d e, 346 c, 354 a b, 362 d, *multis prodigiis clara* 355 *& ſeqq.*
Bethſaloë, Aſſyriæ oppidum 855 d
Bethunia, urbs in Arteſia 626 d
Beverlacenſis eccleſia in Anglia, 600 a, 757 e, 759 e
Beugeſia, Galliæ provincia 778 a b, 779 d e
Bikebrom, locus in Anglia 284 a
Bilbilis, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis 244 d
Bilveldia in Weſtphaliæ circulo 175 d, 176 d
Biturica, Aquitaniæ I metropolis 292 d, 415 e, 423 a, 424 a, 429 c, 437 d, 438 b. *S. Apollinaris* 438 b, 544 f, 787 c d, 911 b, 913 a f, 914 d, 917 b c, 921 b. *S. Auguſtus* 923 b f, 929 a b c e
Biuungium, pagus monaſterio S. Stephani de Nemore in Calabria ſubjectus 685 a
Blanſacum, vicus in diœceſi Claramontana. *Ejus patronus S. Pardulfus* 424 e
† Blaſii eccleſia 482 f. Monaſterium in Styria 456 f, 471 b, 472 f. Ferrariæ 794 b
† Blaſii monaſterium Sublaci. *Vide* Romani.
Blavia Caſtra (*Blaye*) ad Garumnam, Galliæ fluvium 428 a
Blaviacum, villa prope Beſuam. *Fortè Blagny* 358 a f
Bleichfelt (*fortè in territorio Herbipolenſi*) 467 a
Bleſæ, urbs Galliæ, agri cognominis caput 590 a
Bodica. *Vide* Budica.
Bolonia, civitas Galliæ in Picardia 544 f
Bonaclea, villa prope Fanum S. Oſithæ 937 f
Bonavilla, locus in Normannia 284 d
Bonipaſſus Carthuſia 771 c
Bonna, Germaniæ oppidum ad Rhenum 964 d
Borbonienſis Carthuſia prope Gallionem in diœceſi Ebroïcenſi 779 a
Borbonienſis in Gallia provincia 306 b, 917 c
Boſchitum, *fortè le chateau du Bouſquet*, in Tholoſano pago 327 c
Boſcum commune (*Bois commun*) oppidum Galliæ in tractu Vaſtinenſi 965 b, 966 c
Boſna in Croatia 4 d
Bovinant, rupes Carthuſiæ Majoris 608 f
Bovinum, urbs in regno Neapolitano 787 b, 788 d
Brema, urbs Germaniæ in circulo Saxoniæ Inferioris 217 b c
Brenken in diſtrictu Burenſi 177 f, 178 a 197 f, 205 f
† Brictionis Caſtrum in Gallia 225 e, 226 c

Bri-

Brisiganſis pagus in Alemannia 428 b
Britannia. *Vide* Anglia.
Britannia Minor, Galliæ regio 383 b, 404 d, 405 b f, 733 f. *Mortuus ibi S. Ywius* 401 d, 405 c
Brivas, vicus in diœceſi Bituricenſi 923 c, 924 a. Curetia (*Brive la Galliarde*) 928 f
Brivodorum (*Briare*) oppidum Galliæ in tractu Vaſtinenſi 225 e, 965 b
Brixia, Italiæ civitas 361 b, 573 c d, 574 d. *Colitur illic S. Juſtina Patavina* 788 e
Brucii, Italiæ populi 331 d
† Brunonis ſacellum in Cartuſia Majori in Gallia 608 f, 609 b, 617 a, 771 d. In Turritana eremo 735 a f. Specus 767 b. Fons in Cartuſia Majori 616 b c, 617 d e. In Turritana 690 c d e f, 691 a b e, 692 a c d, 693 e, 706 b, 707 e, 734 b. Lacus Seminariæ in diœceſi Melitenſi 776 d, 777 a
Buchenloch, ſilva ad Trunam fluvium 476 c
Budica, Canonicorum Regularium monaſterium in diœceſi Paderbornenſi 171 c, 172 c e f, 174 b f, 175 a b d, 176 b c, 178 c d, 183 f, 184 a b, 185 e, 186 b. *Conditum à S. Meinulpho* 187 & *ſeqq. Ejuſdem ſepultura* 213 e, 214 a. *Reliq.* 172 e, 176 d, 195 b c d, 196 & *ſex ſeqq.*, 224 a b c f. *Cultus* 199 & *tribus ſeqq.* Budica nova 178 c, 220 b. *Varia ejus nominis efformatio* 171 c f
Burbacenſe monaſterium prope Friſſariam in Haſſia 788 e
Burburenum, vicus prope Beſuam 356 f, 358 d, 359 b, 360 e, 366 f, 629 a
Burdigala, Aquitaniæ II metropolis 289 c, 292 d, 361 d, 428 a f, 929 a. *Reliq. S. Sergii* 856 c d e, 857 c
Burena (*Büren*) oppidum diœceſis Paderbornenſis 171 c, 176 f, 177 a b, 206 a
Burgundia, Galliæ regio 337 f, 338 e, 341 d e f, 342 a c, 361 d, 563 e, 565 e, 590 b, 591 d, 592 b c d
Burla, fons in diœceſi Mimatenſi 407 a d f, 409 a, 410 f, 412 b
Butina, Auſtriæ olim (*nunc caſtrum & oppidum Pitten*) urbs inclyta 454 d e f, 470 e f, 472 e
Buxiolus (*Biſeul*) in pago Remenſi. *Habitatio S. Helani* 904 c, 905 a b
Byzantium. *Vide* Conſtantinopolis.

C

CAballio, civitas in Provincia comitatus Vindaſcini 770 f
Cabillonum, urbs Æduorum in Gallia 567 d, 935 c
Cadurcum (*Cahors*) urbs & provincia Galliæ in Aquitania 289 c, 293 e, 297 f, 306 b, 317 e, 437 f
† Cæciliæ monaſterium Coloniæ 192 c. Conventus Trajecti 263 e
Cæſar, vallis infra montes Pyrenæos 231 c
Cæſarauguſta, urbs Hiſpaniæ in regno Aragoniæ 283 e, 788 b
Cæſarea, Ravennæ olim pars 37 e
Cæſarea, Cappadociæ civitas 69 a
Cæſarea, Auguſtæ Euphrateſiæ oppidum 840 b
Cæſarodunum Turonum, Galliæ civitas ad Ligerim 43 f
Caieta, epiſcopalis in Italia urbs ſub Pontifice Romano. *S. Probus* 379 a b, 380 a d
Calabria regni Neapolitani provincia 331 d, 491 b e, 513 c, 534 d, 535 a, 561 f, 626 e, 628 e, 629 a, 630 a, 633 b c, 635 a c, 638 d, 639 a, 640 e, 644 c, 645 c f, 651 c, 653 f, 658 a, 659 f, 665 c, 668 b c, 669 c, 673 a c d, 674 a c e, 683 c d, 687 b, 694 d, 719 b c, 720 d, 730 f, 731 a, 735 e, 762 f. *Cultus ibidem S. Bruno* 694 d e f
Calabriæ eremus, *à S. Brunone habitata*, 492 e, 516 a, 517 a, 535 b d, 537 d, 557 c, 558 f, 560 b, 561 b, 562 a, 564 a, 566 b, 568 b c, 569 f, 587 f, 588 e, 602 a e, 604 b c d e f, 619 e, 620 d, 626 e f, 627 a b, 634 e f, 635 a d, 637 d, 639 b c, 645 a, 651 d, 654 a, 688 b, 693 f, 694 c, 705 d, 719 c, 722 d, 731 b, 733 d, & *alibi ſæpe. Vide etiam* Cartuſia Turritana.
Calagurris, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs 244 d 348 b
Calatia, geminum hujus nominis oppidum in Italia 91 e f, 92 a b c d, 121 c, 124 a, 142 c, 143 c, 145 d
Calenum (*vulgò Carinola*) oppidum in regno Neapolitano 88 f
Cales, oppidum regni Neapolitani 91 d. In Pentapoli Italiæ 440 f
Calmeliacenſis abbatia in diœceſi Anicienſi 407 b, 409 a, 411 e f, 412 b, 413 d
Calonna, vicus in Gallia 386 e
Camilliacum, Ordinis S. Benedicti cœnobium 306 f, 308 b
Campania, Italiæ regio 634 c d, 638 a, 640 d e
Campo-cervina villa (*fortè Courchamp ad Vigennam fluvium ſupra Beſuam*) 358 e
Canbibrodenſe monaſterium (*fortè Combronde octo leucis à S. Portiani oppido*) 910 f
Cantazarium, caſtrum in Calabria 692 e, 693 a
Cantiani epiſcopatûs territorium 4 d
Cantojolenſe monaſterium in Gallia 288 a
Cantuaria (*Cantorbery*) Angliæ civitas in Cantio 936 e
Canuſium, Apuliæ civitas 93 a, 94 a, 125 a, 126 f, 127 a, 144 a
† Capraſii eccleſia Agenni 269 f, 271 d, 273 b d, 285 f
Capratia, territorii Terracinenſis locus 380 b
Capua, Campaniæ Felicis civitas 91 d, 93 c, 120 e, 123 f, 141 e, 142 d, 637 d, 656 c d, 672 f, 719 e f, 722 f, 723 a, 735 d, 788 d. *Ejus obſidio* 662 & *ſeqq. SS. Marcellus & Apuleius* 828 c d, 829 c. *SS. Quartus & Marcellinus* 885 a
Carelſtein, caſtrum in Bohemia 18 f, 19 d e, 286 a b
† Carileſi prioratus prope Bleſas 748 d, 751 b
Carinthia, Germaniæ provincia 15 d
Carmelus, Palæſtinæ mons 714 e
Carnutum (*Chartres*) urbs Galliæ, Belſiæ caput 286 f, 789 d. *Eccleſia S. Fidis extra muros* 300 e
Caroliloci monaſterium diœceſis Sylvanectenſis in Gallia 949 b
Carthago Spartaria, in regno Murciæ urbs, *hodie Carthagend* 22 b c e
Cartuſia Allionis 493 e. S. Andreæ prope Amſtelodamum. *Reliq. S. Brunonis* 701 e. S. Andreæ Venetiis 494 e. Argentinenſis 540 d. Arverienſis 578 e, 579 f
Carthuſia S. Bartholomæi prope Delphos in Belgio. *Reliq. S. Brunonis* 701 e. Baſileënſis

541 d. Bononiensis 696 f, 701 d, 934 f, Brugensis in Belgio 540 f
Cartusia Calesiensis 625 f, 626 b. Claromontana in regno Neapolitano 696 d, 701 f. Colonienſis 493 b, 496 f, 497 c, 540 d, 549 b, 768 c, 774 b. *Reliq. S. Brunonis* 701 e, 702 b, 734 f
Cartusia Dieſtenſis 540 f, 541 e. Divionenſis 540 d. Durbonis 493 e
Cartusia Fontis Mariæ 590 d. Friburgenſis. *Reliq. S. Brunonis ejus Priori data* 702 a b, 734 f
Cartusia Herbipolenſis 497 c
Cartusia Ligetenſis 496 f. Lignicenſis in Sileſia (*deſtructa*) 541 c. Lirana in Brabantia 768 d
Cartusia Major in diœceſi Gratianopolitana 491 b e f, 493 e f, 494 a, 540 a, 541 b, 592 c, 593 f, 594 c, 595 b, 602 d e, 606 c, 632 c, 638 c, 639 a, 653 e f, 654 c d e, 673 f, 680 a, 698 e, 702 b c, 705 b, 706 a, 718 c, 731 a *& alibi ſæpe. Unde dicta* 497 a, 721 f, 723 f. *Eius deſcriptio* 608 *& ſeq. Limites antiqui* 625 b c d. *Fundator S. Bruno* 492 d, 497 b, 500 a, 544 c, 545 d, 559 c, 561 e, 566 b. *Benefactor Hugo Gratianopolitanus epiſcopus* 624 *& binis ſeqq. S. Brunonis ad eam ſeceſſus & ingreſſus* 501 f, 502 a, 534 b, 535 d, 552 b, 556 e, 557 a, 564 a, 571 c, 606 *& octo ſeqq.*, 704 e, 715 c, 726 f, 728 b. *Unde eò S. Bruno ſeceſſerit* 596 *& quinque ſeqq. Quod ibi vitæ genus duxerit* 616 *& quatuor ſeqq.*, 715 d e f. *Sub quali Regula* 620 *& tribus ſeqq. Inde abit* 626 *& quatuor ſeqq.*, 718 b, 730 a. *Reliq. S. Brunonis Cartuſiæ Majoris Priori datæ* 703 a b. *Cartuſia Major Nova* 558 c
Cartusia Majorevi 493 e, 539 a, 578 e, 606 f
Cartusia Majoricenſis 768 a
Cartusia Mantuana 695 a, 701 f
Cartusia Mauerbacenſis in Auſtria 496 d
Cartusia Monichuſen. *Reliq. S. Brunonis* 701 e
Cartusia Monſterolenſis 544 c
Cartusia Montis Dei in Picardia 491 f, 492 a, 493 d, 502 b, 509 a, 511 d, 537 e, 543 c, 544 c, 569 d, 579 d, 589 e, 590 c, 620 e, 621 e, 675 d
Cartusia Neapolitana 695 a, 696 e, 701 f, 734 e
Cartusia Papienſis 767 e
Cartusia Pariſienſis 496 f, 546 d, 549 c, 579 e, 584 d, 590 d, 591 e, 592 c. *Reliq. S. Brunonis* 702 c
Cartusia Paulariſtana in Caſtella 560 d
Cartusia Portæ cæli in Hiſpania 693 b c, 767 d. Portarum in Gallia 493 e, 578 e
Cartusia Romana 536 d, 595 a, 701 f
Cartusia Trevirenſis 540 f
Cartusia Turritana in Calabria 600 c, 652 a, 656 f, 657 f, 658 e, 660 a d, 661 f, 673 b c, 674 c, 677 c e, 680 a c, 685 c d f, 686 c, 687 a b c e, 736 c *& alibi ſæpe. S. Bruno illius conditor* 629 b, 635 c, 659 a, 706 b, 733 f. *Donationes eidem factæ à Rogerio comite* 662 *& ſeq.*, 684 *& ſeq. S. Brunonis in ea obitus & ſepultura* 537 c, 688 *& ſeqq.*, 733 c
Cartusia Vallis Dei 622 a, 632 c, 638 e, 658 e, 659 a, 660 d, 664 e, 672 e, 736 b. Vallis S. Hugonis 493 e, Vallis S. Petri 590 d. Venta 684 a b. Villæ Franchæ in Aquitania 545 a. Villæ Novæ 344 d
† Catharinæ ſacellum in arce Carelſtein 19 e. Eccleſia Romæ 161 f. Monaſterium prope Neomagum 206 c
Caſa-Dei, Ordinis Cluniacenſis monaſterium in Arvernia 525 f, 562 d e, 609 f, 610 a, 611 a c d e f, 614 c d, 627 e, 628 a b c d, 629 d, 630 d, 631 e f, 632, 633 a, 705 c, 707 c, 716 b, 722 a, 730 a, 731 f, 738 b
Caſale, Inſubriæ oppidum 789 f
Caſale Paulinum, monaſterii S. Juſtinæ Patavinæ fundus 802 d
Caſerta, regni Neapolitani civitas 92 d
Caſilinum, urbs Campaniæ Felicis 91 d, 123 f
Caſinum, Latii oppidum & Ordinis S. Benedicti cœnobium 74 d *& aliquot ſeqq.* 118 b, 123 f, 130 c, 136 c d e, 137 f, 138 a, 139 f, 439 c, 441 d, 442 e f, 443 a b c, 624 a, 655 d, 681 d. *Ibi moratur S. Placidus* 89 e, 91 b, 135 f, 141 a b. *Inde digreditur* 91 d, 120 e, 141 e
Caſſiacum villa (*fortè Caſtagnes*) quatuor leucis ab urbe Rutena 323 a f
Caſtellum novum in Italia 693 a
Caſtri-villa in Calabria 648 c, 649 a b
Caſtrum novum ad Iſaram 711 e
Catinum, monaſterii S. Juſtinæ Patavinæ fundus 802 d
Catiſia, *S. Nicetæ habitatio* 449 c f, 450 c
Cavallio. *Vide* Caballio.
Cavaniacum (*fortè Chevigny*) inter Tricaſtrum & Beſuam 360 f
Cavenſe monaſterium, in comitatu Salernitano 661 f
Caunus, mons in Hiſpania Tarraconenſi 244 d
Cenomanum, Galliæ civitas 174 f, 175 a, 185 c d, 186 c, 187 a b f, 188 a, 189 f, 208 a
† Cerbonii monaſterium prope Luccam in Hetruria 794 c
Chalcedon, urbs in Bithynia 791 c
Chaliſii monaſterium. *Vide* Caroliloci.
Charchas, oppidum Arabiæ deſertæ 853 f
Charitatis prioratus ad Ligerim, Galliæ fluvium. *Reliq. S. Feliculæ* 226 e
Charmanſon, Cartuſiæ Majoris rupes 609 b
Cherſoneſus Thraciæ pars 101 b
Chich. *Vide* Cit.
Chimilieu, in diœceſi Belicenſi 784 c, 785 e
Chohone villa (*fortè Cohons vel Cohonet inter Lingonas & montem Saliönis*) 357 c, 338 e
Cholle in Auguſta Euphrateſia 840 f
† Chriſtophori eremitorium in diœceſi Oxomenſi 381 e f
Chryſonice, monaſterium Conſtantinopolitanum, *ubi monachum induit S. Nicetas* 445 f, 448 c f, 450 b
Chryſopolis. *Vide* Veſontio.
Chuſtelwanc, viculus in Germania 482 b
Chyriacum, vicus (*fortè Cirey*) in Auſſonenſis & Divionenſis præfecturarum confiniis 357 e, 358 f
Cic. *Vide* Cit.
Cidelbach. *Vide* Lambacum.
Cit in Eſſexia, Angliæ provincia 937 a d, 941 c d f, 942 f, 943 a c d f, 944 b d. *Reliquiæ S. Oſithæ* 936 c e, *ejuſdem eccleſia* 936 e
Civitas, Hiſpaniæ urbs. *An patria S. Fidis* 268 b
Claromontana civitas in Arvernia 312 c, 513 e, 515

515 f, 516 f, 518 a b e, 519 b d, 638 d, 653 c, 654 c e, 655, 718 e, 719 a, 730 e.
Claravallis, Ordinis Ciſtercienſis cœnobium in Campania Galliæ 652 a, 950 d, 951 c d
Clari-fontis monaſterium in ducatu Luxemburgenſi 788 f, 789 b
Claſſenſe oppidum prope Ravennam 37 e
† Claudii monaſterium Legionenſe 234 b
† Clementis monaſterium Sublaci 85 e
Clochora, epiſcopalis urbs in Hibernia 257 f
Cluniacum, celebris in Burgundia abbatia 283 a, 525 f, 526 d, 562 d, 667 b
Cluſinum cœnobium in diœceſi Taurinenſi 737 e, 740 f. S. Michaëli archangelo dicatum 741 a
Col, cartuſiæ Majoris rupes 708 b
Colobero monaſterium (*fortè Colombier in diœceſi Bituricenſi*) 916 a, 917 d
Colombianum, monaſterii S. Juſtinæ Patavinæ fundus 802 d
Colonia Agrippina, Germaniæ civitas 2 d, 7 d, 400 e f, 493 a, 499 a, 502 e, 510 b, 530 a, 561 e, 928 f. *Reliq. fortè S. Twii* 401 c. *Patria S. Brunonis* 492 d, 497 b c d e f, 498 e, 500 c d, 532 b, 544 f, 563 e, 566 b, 567 f, 596 b, 704 a, 709 b. *Illic litterarum rudimenta hauſit* 508 d; *fortè Theologiam ibid.* f. *Canonicus fuit* 506 c, 508 c. *Eam fortè è Gallia redux aliquando reviſit* 524 a. *Feſtum S. Brunonis* 770 a, 772 f, 774 a. *Ejuſdem ibi cultus* 777 e f. *Patria S. Geroldi* 961 f, 963 c, 964 a. *Reliq.* 961 c. *Cultus* 964 f
Commagene. *Vide* Auguſta Euphrateſia.
Compendium, oppidum Galliæ in inſula Franciæ 511 d
Compſa, civitas in regno Neapolitano 661 e
Concha in Pentapoli Italiæ 440 f
Conchenſe monaſterium in Ruthenis 273 a & *ſeqq. ſæpe. Dictum* S. Fidis 294 a. *Ejus ſitus* 290 c. *Conchenſes S. Fidis reliquiæ* 273 & *ſeqq.*, 298 c. *Ejuſdem in eccleſia Conchenſi cultus* 282 & *ſeq.*
Concordia, Italiæ civitas 810 a
Conimbrica, Luſitaniæ civitas. *Reliq. S. Palmatii* 19 f
Conſtantia, urbs Normanniæ 640 d. Altera Germaniæ 957 c e
Conſtantinopolis, *Orientalis imperii olim ſedes in Thracia* 70 a, 74 c, 75 a d e, 76 a, 78 d, 80 c, 83 e, 93 d, 99 f, 136 a, 138 b, 139 a e, 170 b, 353 f, 355 a, 812 f, 813 a d, 815 f, 816 a c, 838 c, 841 c, 857 a b, 879 a, 885 f, 929 c
Convenæ, Galliæ civitas in Aquitania 856 f, 930 b
Corbeia, ad Viſurgim oppidum & abbatia 192 a
Corbellus, pagus in Gallia 577 f
Corcyrenſis inſula in mari Jonio 788 b
Corduba, Hiſpaniæ Bæticæ civitas 327 e, 328 c
Cormeriacenſe monaſterium in territorio Turonenſi 509 b, 513 f, 514 d
Corteſiæ monaſterium, in Anglia juxta Tameſim 938 c
Coſta S. Andreæ, locus inter Gratianopolim & Lugdunum 738 c, 741 c
Cremiphanium (*Kremſmunſter*) cœnobium in diœceſi Patavienſi 454 b
Cremona, civitas Italiæ in ducatu Mediolanenſi 961 a c, 963 f
† Criſpini Majoris abbatia Ordinis S. Benedicti ſupra Sueſſiones. *Corpus S. Divitiani* 28 b, 29 e f
Cromariacus, villa (*fortè Cromary*) in ducatu Burgundiæ 374 e, 375 e
† Crucis cœnobium canonicorum Regularium Conimbricæ 19 f, 20 d. Leodii 548 b. Eccleſia Aureliani 515 f, 748 e, 751 b. Meldis 739 f, 742 a. Oratorium in comitatu Vicentino 806 c
† Cucuphatis monaſterium in Cathalonia. *Reliq. S. Fidis* 280 c d, 281 a b d. *Cultus* 285 f, 286 a b c
Cucuro, locus ſex ferè leucis Manuaſcâ diſtans. *Colitur illic S. Tullia* 40 c. *Ejus Reliq.* 40 d
† Cuniberti eccleſia Coloniæ Agrippinæ *S. Bruno ejus canonicus* 506 e, 508 e
Curia, Rhætiæ urbs ad amnem, Pleſur *dictum* 257 e
Curnilhionis caſtrum prope Gratianopolim 717 c, 738 b. Prioratus ab abbatia Caſæ-Dei dependens 741 c
Cuturrinus mons (*Curueno & de Corros vulgè dictus*) in regno & diœceſi Legionenſi 223 a, 234 c. *Vitam ibi ſolitariam inſtituit S. Attilanus* 243 b
Cyprus, Aſiæ inſula 793 b
† Cyriaci vicus in Arvernia. *Hujus patronus S. Pardulphus* 424 e
† Cyrici eccleſia Niverni in Gallia 171 d
Cyrrhus, civitas epiſcopalis in Auguſta Euphrateſia 840 b

D

DAlmatia, Europæ regio & pars Illyrici 331 d
Dalonenſe monaſterium Ordinis Ciſtercienſis 433 b
Dardania, regio verſus Illyrici & Macedoniæ confinia. *Cultus SS. Sergii & Bacchi* 849 c, 850 a c
Delphinatus, Galliæ provincia 581 d, 592 c, 605 f, 625 f
Develtum, Thraciæ urbs 8 e
† Dionyſii baſilica 351 b. Monaſterium Remis 512 c, 514 c, 745 b, 747 e. Prope Pariſios 530 d, 739 c, 745 f, 965 b
Divio, urbs Burgundiæ primaria 334 a, 338 c, 354 c, 355 d. *Eò tranſlatæ Reliq. S. Prudentii* 340 & *ſeqq.*, 361 e, 363 b
Divona Cadurcorum. *Vide* Cadurcum.
Dola, urbs in comitatu Burgundiæ 377 f, 765 a
Dola, oppidum in Biturigibus 765 a
Dola, civitas in Britannia Minori 765 a
Doliche, civitas in Auguſta Euphrateſia 840 b
† Dominici conventus Neapoli 4 b
† Donatiani eccleſia Brugis in Flandria 750 d, 752 c
Dordunus (*la Dordonne*) Galliæ rivus 281 f, 289 c, 292 f, 297 a, 320 d, 321 c
Dornhagen, vicus in diœceſi Paderbornenſi. *Eccleſia & cultus S. Meinulphi* 208 f
Druentia (*la Durance*) Galliæ fluvius 40 a, 42 d
Dubis, Galliæ fluvius (*le Dou*) 347 a, 370 f, 372 f
Dunelmum (*Durham Anglis*) oppidum Angliæ 400 c, 405 d

Dunum (*Chateau-dun*) parochia in diœceſi Carnotina 927 e
Duranius amnis (*la Dordogne.*) *Vide* Dordunus (*la Dordonne*)
Durius, Hiſpaniæ fluvius 234 e

E

EBao. *Vide* Tortillianum.
Eboracum, Angliæ civitas & comitatus cognominis caput 402 b, 936 f
Ebredunum, Galliæ urbs 270 a
Ebron, Judææ urbs 259 e
Ecana, Italiæ urbs 788 d
Echinades, maris Jonii inſulæ 787 f, 793 a
† Edmundi eccleſia 943 e. In agro Suffolcienſi 756 e, 759 d
Einſidlenſe monaſterium in Helvetia 256 a
Eiſterbacenſe monaſterium in diœceſi Colonienſi 554 d
Elaver, Galliæ fluvius 912 d, 916 e, 918 c d f, 919 a b
Elſtra, Germaniæ fluvius 449 b e
Eluſa, urbs Palæſtinæ in Idumæa 97 f
Eluſa, oppidum Galliæ Aquitanicæ 929 b e
Emerita, Hiſpaniæ urbs. *An patria S. Fidis* 268 b e, 791 c
Emmaus, vicus ſtadiis LX Hieroſolymâ diſſitus 484 d, 486 f
Engoliſma, civitas Galliæ Aquitanicæ 929 a
† Enimiæ eccleſia in Mimatenſi diœceſi 409 a. Oppidum 406 e. *Reliq.* 406 b. *Cultus & reliq.* 407 a b Monaſterium. *Vide* † Mariæ monaſterium in oppido S. Enimiæ.
Epheſiaca eccleſia prope Smyrnam 9 f, 10 a b c d. *Corpus S. Thraſeæ* 11 a
Epirus, Europæ regio 331 d
† Eraſmi eccleſia in agro Verulano 88 c e, 89 a. Cajetæ 379 e, 380 a. Monaſterium Romæ 90 f
Eribolus, *S. Niceæ habitatio* 449 b e
Ersheimenſe monaſterium in diœceſi Argentinenſi 861 c
Eſtola, fluvius in regno Legionenſi 233 c, 234 e
Etterwalt, ad Trunam Superioris Auſtriæ fluvium 474 a, 476 d
Eugubium, Italiæ civitas in Pentapoli 440 f
Eumenia, Phrygiæ Pacatianæ civitas in Aſia Minori 7 b, 8 a b c d e, 10 d e f, 11 a b d e
† Euphemiæ eccleſia in Sicilia 446 f, 447 a
Europus, urbs epiſcopalis in Auguſta Euphrateſia 840 b c
† Eutropii eccleſia apud Santones 933 e f
Ewardaſtalla. *Vide* Guaſtalla.
Ezla fluvius. *Vide* Eſtola.

F

†† FAcundi, Primitivi & Tyrſi monaſterium, de Domnos Sanctos *vulgò dictum*, in Hiſpania 230 a
Fanum, Italiæ oppidum in Pentapoli 440 f
Faollet, cartuſiæ Arverienſis villa 781 a, 784 b
Farenſe monaſterium in Sabina provincia 893 c d, 901 c, 903 b
Farne, inſula in Anglia 402 a f, 404 d
† Faronis Meldis eccleſia 514 f, 746 a
†† Fauſtini & Jovitæ monaſterium Brixiæ 361 b
† Felicis pratum in diœceſi Rhutenenſi 311 b, 312 a. Eccleſia Papiæ. *Reliq. SS. Sergii & Bacchi* 859 d e f, 860 a
Ferraria, Æmiliæ civitas 794 a
† Fidis eccleſia & monaſterium, olim prope Aginnum, nunc in urbe 264 a, 271 a, 272 c f, 237 a b d, 274 e. *Reliq. ejus inde tranſlatæ Conchas* 275 a b, 276 b, 277 b. Ejuſdem eccleſia nova Conchis 278 e, 279 b c, *Reliquiæ in eadem* 279 f, 293 c, 295 d f, 309 b, 315 a, 318 b d, 320 d, 322 f, 325 b. *Cultus Aginni* 280 a b, 281 f. S. Fidis vicus in diœceſi Aginnenſi 281 f. Eccleſiæ in diœceſibus Agathenſi in Occitania, Meldenſi, Narbonenſi, Toloſana, Longavillana in Normannia 283 b. Barbaſtrenſis in Aragonia 283 c e. Placentiæ 284 f. Extra Carnutum 285 f. Prioratus de Horsham in agro Northfolcienſi 283 f, 284 a b d
Figiacum, Ordinis S. Benedicti monaſterium in diœceſi Caturcenſi 291 f, 293 e f, 298 a
† Filiberti monaſterium Trenorchii 910 e
Firmitas, Campaniæ Gallicæ ad Albim oppidum 369 c, 370 d
Flaciacus (*fortè Flacey*) inter Beſuam & Divionem 364 e, 365 e
Flemeworth in Anglia 248 a
Flexo, villa ignota 356 e, 358 d
Florentia, Hetruriæ civitas. *B. Petrus de Imola* 245 *& ſeqq.* Xenodochium, *in quo hic ægris ſervivit* 246 d, 247 a
† Florentii Glamuenſis monaſterium in monte Glonna in ducatu Andegavenſi 764 e. Aliud prope Salmurum 764 e f
Fluriacum, vicus in finibus territorii Divionenſis 357 c, 358 e
Folcalquerium, comitum Provinciæ domus æſtiva 40 a
Fontanellenſe monaſterium in territorio Rothomagenſi 430 b
Foriſienſis comitatus in Gallia 306 b
Formiæ, Campaniæ civitas 88 d, 379 e, 380 d e
Forum Cornelii, Æmiliæ urbs. *Locus natalis B. Petri equitis Hieroſolymitani* 245 e
Forum Julii, urbs Carnorum in Italia 440 d
Forum Sempronii, Italiæ oppidum in Pentapoli 440 f
Foſſa nova, Ciſtercienſium cœnobium in Campania Romana 691 d
Francia, *patria S. Enimiæ* 407 e
† Franciſci ſacellum Capuæ 331 a
Franconia, Germaniæ provincia 484 d
Fraxinetus, territorii Bononienſis fundus 802 f
Freckenhorſtenſe monaſterium in Weſtphalia 213 f
† Frigiani ſeu Frigidiani eccleſia in diœceſi Lucenſi 737 c, 740 e
Friſinga, urbs Germaniæ in Bavaria 462 e
Frombacenſe monaſterium in Bavaria 454 f
Furcæ Caudinæ in Hirpinis 92 f, 122 c, 124 a, 143 e, 145 d
† Furſei Peronæ monaſterium 749 f, 751 e
Furſtenberg in diœceſi Paderbornenſi 178 e f. *An patria S. Meinulphi* 178 f, 179 a
† Fuſciani de Sylva monaſterium in diœceſi Ambianenſi 751 d

G

GAbaa, *urbs tribûs Benjamin* 314 c
Galatia. *Vide* Calatia.
Gallia 4 d, 266 d; 268 c. Gallia Comata 295 f; 296 d, 335 d. *Variarum Galliæ urbium clades* 335 d e, 338 a, 342 b; 343 e, 352 d, 354 d e; 361 d
† Galli monaſterium in Helvetia 172 b Sacellum in comitatu Vicentino 808 a
Gamugnenſis eremus in Italia 655 e
Gandavum, Flandriæ civitas 549 a; 786 c
Garactum. *Vide* Waractum.
Garganus, mons Apuliæ 638 e
Garumna, Galliæ fluvius 296 e, 297 d, 337 d, 428 a
† Gaudentii eccleſia Novariæ 945 b; 947 d. *S. Adelgiſi corpus in ea tumulatum fuit* 945 c f. Nova *ibidem* 946 a
Genabum. *Vide* Giemum.
† Geneſii cœnobium Niverni 170 d
† Genovefæ eccleſia Pariſiis 927 f
Genua, Reipublicæ cognominis in Italia caput 249 c, 267 b c, 415 b
† Georgii eccleſia 320 b. Bajocenſis 760 b, 763 f. Monaſterium Coloniæ Agrippinæ 548 b.
† Georgii Majoris cœnobium Venetiis 808 d
† Geraldi eccleſia Aureliacenſis 506 b
† Gereonis eccleſia Coloniæ Agrippinæ 552 e
Germania, ampla Europæ regio 627 c, 633 f
† Germani de Pratis eccleſia 530 d, 741 f, 745 f. Pariſienſis 584 b, 739 e, Autiſſiodorenſe monaſterium 743 c, 746 e
† Germani oppidum prope montem Caſinum 89 e. Abbatia Autiſſiodori, 389 b c d e, 399 a d. Eccleſia 396 f. *S. Romani ſepultura* 397 f
Germanicia, civitas Anguſtæ Euphrateſiæ 840 b
† Geroldi eccleſia Cremonæ 962 a
Geroldshoven, oppidulum epiſcopatûs Herbipolenſis 476 d
† Gervaſii Faleſiæ in Normannia eccleſia 500 b, 501 a, 735 f, 756 a
Geſeke, oppidulum in Weſtphaliæ ducatu 203 e, 205 d e
Giemum, oppidum in diœceſi Autiſſiodorenſi 226 e f, 227 e. *Reliq. S. Feliculæ* 225 c, 226 f
Glaſtonienſis eccleſia in Anglia *Reliq. S. Fidis* 281 c
Glinten villa ad Weſeram. *S. Meinulphi altare* 209 b
Gnerus mortuus, Carthuſiæ Majoris fluvius 714 c
Goritia, urbs Italiæ in Foro Julii 15 e
Gorzenſe cœnobium in diœceſi Metenſi 461 d
Gotwicenſe monaſterium in Auſtria 456 f, 471 b
Græcia. *S. Eroteis* 378 a. *S. Nicetas* 444 a
Grasàrioluin, monaſterii S. Juſtinæ Patavinæ fundus 802 d
Grandſon, Carthuſiæ Majoris rupes 609 a
Gratianopolis, in Delphinatu civitas 544 b, 545 c; 564 a; 566 b, 594 f, 597 d, 599 e; 600 f, 608 e, 609 a, 610 a d, 611 a, 614 d; 615 f, 618 b, 619 b, 626 e, 711 e, 712 f, 713 f, 717 c, 726 a; 728 a; 737 c. *S. Brunonis ad illam acceſſus* 601 & 7 *ſeqq.*; 704 d
Guardiſtalla. *Vide* Guaſtalla.
Guaſtalla, Langobardiæ oppidum 651 d, 652 b, 653 a c d e
Gutowa, parochia in confinio Bohemiæ 478 b

H

HAdelaria, in tractu Bremenſi non longè ab oſtio Albis 217 a e
Hadereliа. *Vide* Hadelaria.
Haræ, locus in Auguſta Euphrateſia 840 f
Harenſis parochia, non procul Budicâ 178 e
Hartz, Thuringiæ mons 217 b
Haſſia, Germaniæ provincia in circulo Rheni Superioris 218 f
Hawgis eccleſia in diœceſi Herbipolenſi 460 d
Helleſpontus, Aſiæ Minoris provincia, Myſiæ pars 718 f
Helmingham, in Anglia locus 284 a
Heraclia in ditione Veneta 417 c; 418 b c d e; 419 b c d e f, 420 b c d e f; 421 f, 422 a b. *SS. Sergii & Bacchi reliquiæ ſunt inde tranſlatæ Venetias* 859 a. *S. Magnus* 416 b c f
Herbipolis, Franconiæ apud Mœnum civitas 179 f, 181 a b, 182 c, 451 a b c, 452 b, 455 a b e, 456 a, 463 a, 466 a b c e f, 467 a b c d e, 469 a c; 471 a d, 473 a; 490 b e, 678 c. *B. Adalbero ejus clericus* 456 b. *Epiſcopus* 456 c
Heriſtallum, caſtrum in diœceſi Paderbornenſi ad Viſurgim 180 c d
Hettingsvelt, Germaniæ vicus in Antiqua Bavaria 460 b
Hertham, in Anglia locus 284 a
Hiaura, lacus juxta Elaverem, Galliæ fluvium 918 c d, 920 d
Hibernia, Europæ inſula & regnum 904 a, 905 c f
Hierapolis, Auguſtæ Euphrateſiæ metropolis 840 b
† Hieremiæ eccleſia Venetiis. *Reliq. S. Magni* 416 c f, 417 a b
† Hieronymi monaſterium Sublaci 85 e
† Hieronymi, Nivernenſis epiſcopi, ſacellum. *Locus ſepulturæ ejus & reliq.* 167 c
Hieroſolyma, Palæſtinæ civitas, 7 c, 327 f, 328 e; 353 f, 355 a, 484 d, 718 f, 860 b
† Hilarii eccleſia in ſuburbio Pictavenſi 337 f, 428 f, 752 c, 755 c
Hildesheim, Germaniæ civitas in Saxonia Inferiori 964 d
Hiona, Galliæ fluvius 341 e f
† Hippolyti eccleſia Pontiliaci 339 b
Hippon, Africæ civitas 684 c
Hiſpania, Europæ regnum 94 f, 95, 96 b, 98 b; 130 c, 123 f, 147 e, 259 b; 266 a b c, 331 d; 335 d, 337 b c; 350 f, 352 b, 429 a, 642 f, 908 f. *Reliq. S. Meinulphi* 206 f, 207 a b c d
Hiſtria, Italiæ provincia 100 f, 218 e
Hoa, in Anglia locus 284 a
Hochem, parochia monaſterii S. Stephani Herbipolenſis 460 f
Hochſtadium, Bavariæ vicus celeber 490 e
Hofarn, villa prope Lambacum 488 e f
Hohenburgenſis abbatia in territorio Argentoratenſi in Alſatia 487 d
Holtſaſſen. *Vide* Holſtein.
Holſtein, Germaniæ provincia in Saxonia Inferiori 217 b
Horeb, Arabiæ Petrææ mons 139 b
Horeënſe monaſterium. *Vide* † Irminæ monaſterium.
Horsham monaſterium. *Vide* † Fidis monaſterium.
† Hypatii eccleſia in Rufinianis 863 c

Hyschioma (*fortè Usome*) villa prope montem Salionis 359 b, 360 d

I

† Jacobi Argentiensis ecclesia 32 e. In Campo Corbolino Florentiæ 246 a, 247 c d. *Sepultura B. Petri de Imola* 246 d e, 247 a b. De Mentauro 663 c, 665 a b, 684 f, 686 a b, 720 b, 733 c
Icauna, Galliæ fluvius 163 c
Ienna, vicus ad Rhodanum 53 b
Ilerda, Hispaniæ Tarraconensis civitas 283 e
Illyria, ampla Europæ regio 96 c d. *Cultus SS. Sergii & Bacchi* 849 c, 850 a c
Imola. *Vide* Forum Cornelii.
Insula cervi (*Hartlepole*) Angliæ monasterium in comitatu Dunelmensi 940 a b
† Joannis Baptistæ castrum in Sicilia 102 d. Ecclesia Casini 90 a b. Sarlati *Reliq. S. Pardulphi* 426 a, 430 e f, 431 b. Venetiis 417 d, 421 b. Monasterium & ecclesia Messanæ 65 c, 67 e, 93 f, 94 b, 99 e, 102 c, 103 a e, 104 c, 126 d e, 129 a e, 135 b f, 138 e, 144 b e, 145 a. *Dicta* S. Placidi 100 a, 138 c. *Dicta* S. Jacinthi 138 f. *Ibi sepultus S. Placidus* 99 f, 103 e, 135 c, 137 c, 138 a, 147 d. *Inventa ejus Reliq.* 104 c *& seq.* Monasterium Sublaci 85 e
† Joannis Baptistæ monialium monasterium Laudini 599 f, 747 e, 750 f
† Joannis Euangelistæ monasterium Parmæ 808 d
† Joannis de Vineis abbatia Canonicorum Regularium prope Suessiones 28 c, 513 f, 514 b, 748 f, 775 c. Beverlacensis Pictavis 757 e, 759 e. Ecclesia & monasterium Novariæ 945 f
Jordanis, Palæstinæ fluvius 479 e
† Josephi conventus Augustinianorum Discalceatorum Labaci 12 c e f, 14 a b e f, 15 b. *Exceptio reliq. S. Peregrinæ* 15 d *& seq.*
Isara, Galliæ fluvius 45 b
Issigiacense monasterium in diœcesi Sarlatensi 425 f
Ister, Germaniæ fluvius 96 e
† Juliani abbatia 638 f, Cenomanensis 761 a d, 764 c d. Vicus prope Divionem 370 a d
Julianum castrum in Veliternensi diœcesi 891 f, 892 f, 893 c, 897 e, 901 c e
Juliobrigense monasterium Cisterciense 334 d
† Justinæ Patavinæ ecclesia 792 d, 793 c, 795 c, 798 a d, 799 *& seqq.* 807 f, 809 a b, 810 b, 813 b. Nova 809 d e, 826 a. *Reliq. S. Justinæ* 811 c, 812 c 815 b, 816 b, 817 d, 819 f. Ecclesia Laurani 794 e. In villa Corizza 794 e. Abbatia in regno Neapolitano 794 e. Capella Bononiæ 794 f. Monasterium Patavii 791 d, 793 c, 805 *& seqq.*, 819 a. Templum Briviæ 794 d. Ferrariæ 794 a. Lucæ in Hetruria 794 b. Venetiis 417 d, 421 b, 793 c d e f, 794 a, 896 d. Vicus prope Campum S. Petri; alter item non procul Rhodigio 795 a. Xenodochium, seu oratorium in Susonia 795 a
Juvavia. *Vide* Salisburgum.

K

Kerckbergensis ecclesia prope Budicam 205 b. *Eò translatæ S. Meinulphi reliq.* 200 b c d
Kilcumyn, prioratus in Momonia Hiberniæ provincia 258 e
† Kiliani ecclesia Herbipolensis 182 e. Oratorium 479 e
Kiovia, civitas regni Poloniæ 5 a

L

Labacum, Carnioliæ metropolis 12 e, 15 b d, 16 b c d e f, 17 c *Cultus S. Peregrinæ* 17 e f
Lambacense cœnobium Ordinis S. Benedicti, *in quo B. Adalbero habitavit* 468 b, 490 b, *sepultus fuit* 456 d, *prodigiis claruit* 451 b c, *cultumque obtinuit* 452 b, *& alibi sæpe.* Lambacensis ecclesia 457 a. *Ejus dedicatio* 458 f, 459 a b c, 468 f, *sepultura B. Adalberonis* 468 f; *ejusdem ibi cultus* 484 b *& reliq.* 452 a, 456 f
Lambacum, Austriæ superioris, Bavariæ olim oppidum 451 a c e, 452 b, 454 a, c d, 456 b, 458 a, 459 d, 462 f, 466 e f, 489 b, 490 d. *Illic mortuus B. Adalbero* 468 c, 469 c, 471 e, 472 d. *Claruit prodigiis* 478 *& seqq.*
Lantiliacum (*fortè Lantenais*) villa in pago Divionensi 357 b, 358 c
Laodicea, Phrygiæ Pacatianæ ad Lycum civitas. *S. Sagaris* 261 b
Lateranensis ecclesia Romæ 156 b, 901 f
Laubac. *Vide* Lambacum.
Laudunum, urbs Suessionum. 529 f *Aliàs* Lugdunum Clavatum 429 c
Laurentianum oppidum in Basilicata 776 b c
† Laurentii oppidulum prope Cartusiam Majorem 609 b c
† Laurentii templa vel monasteria: Bituricense 914 b c. De Carbonario, *nunc* de Carbuero *dictum* 230 a. Constantinopolitanum 355 a. Escurialense 266 f. Florentinum 891 d. *An ibi corpus S. Marci Papæ* 894 *& seqq.* Gratianopolitanum 704 f, 787 b, 729 a. Lambacense 485 c, 487 a. Leodiense 548 a. Novariense 945 f. Padulense 776 b c. Romanum 890 f. Salernitanum 74 c. Sublacense 85 e. Venetum 858 e. Ulciense prope Segusium 741 b. Zamorense 243 d. Zwollense 198 c, 199 d e.
Legio, regni Legionensis in Hispania caput. 228 b c. *Reliq. S. Froilani* 228 b. *Fit ejus episcopus* 233 d, *in illius cathedrali sepelitur* 233 d, 234 c e, 235 a d. *Colitur* 251 e
Leinbacense monasterium. *Vide* Lambacense.
Lemovicum, Galliæ civitas in Aquitania 423 c, 426 a, 434 d, 435 c, 436 c. *Colitur ibi S. Pardulphus* 424 c d, 425 d, 432 f
† Leodegarii monasterium Pratellense in diœcesi Lexoviensi 759 f. Varia huic S. Martyri loca sacra 754 b, 756 a, 759 a
Leodium, civitas Germaniæ, Belgio ferè inserta 510 d, 548 a b, 962 c. *Festum S. Brunonis* 772 f, 773 a b c, 774 c
Lerinum, monasterium in Gallia Narbonensi 43 e f, 44 a, 49 e
Lero, insula in Gallia Narbonensi 43 f, 44 a
Ligeris (*la Loire*) Galliæ fluvius 167 a, 292 d 428 a, 429 b d
Ligno (*Lougnon*) Galliæ fluvius 370 a d, 374 e, 375 a
Limeil in Petrocoricensi provincia 269 b
Lincolnia, Angliæ urbs 260 d e, 789 f

Lindisfarna, Britanniæ insula 401 f, 402 f, 405 d. Monasterium Ordinis S. Benedicti 403 a c d e, 404 a b c d. *Hic enutritus S. Yvius* 404 e
Lingones, civitas in Campaniæ & Burgundiæ confiniis 334 b c, 345 e f, 346 a, 353 d, 356 e, 358 d, 361 b
Lipara, insula Siciliæ 101 f
Lira, Brabantiæ oppidum. *Festum S. Brunonis* 772 f, 774 c
Liscus, Italiæ fluvius 669 e
Liternus, Italiæ fluvius 91 d
Litibanum, fundus monasterii S. Justinæ Patavinæ 802 d
Liziniacense monasterium apud Arvernos 279 b
Longipratensis ecclesia in diœcesi Ambianensi 544 c
Lotharingia, in Gallia regio 562 e
Lovanium, Brabantiæ urbs. *Reliq. S. Meinulphi* 238 f
Luca, Gallæciæ civitas. *Patria S. Froilani* 232 d e. *S. Froilani per diœcesim Lucensem cultus* 229 b
Luca, Tusciæ civitas 259 d, 533 b, 605 d, 710 c, 740 e
† Lucæ sacellum Patavii 816 f
Lucania, Italiæ regio 331 d
Lucasina ecclesia, *nobis ignota* 320 f, 321 d
Lucca (*Loches*) castrum prope Turones 429 d e
Luceoli in Pentapoli Italiæ 440 f
Luceria, Apuliæ Dauniæ civitas 787 b, 788 d
† Luciani monasterium Bellovacense 510 a, 749 c, 751 c
Lucio, (*Luçon*) parva Galliæ civitas in Pictavensi provincia 966 c d e, 967 e. *S. Pipio* 965 c e f
Lucus, villa non procul Besuâ 345 c, 346 c, 351 f, 363 e, 365 d, 373 e
Lugdunum Batavorum 702 a
Lugdunum, Segusianorum civitas in Gallia Celtica 51 a, 53 e, 54 c, 55 e f, 283 a, 517 a, 523 c d f, 524 d e, 525 a b c d e, 526 b c d, 527 d, 612 d, 613 a d e, 614 a b, 667 b, 738 c
Luna, Hetruriæ oppidum 327 c e, 419 b
Lutetia Parisiorum. *Vide* Parisii.
Lycia, Asiæ Minoris regio 93 c
Lydia, Asiæ Minoris regio 884 f
Lyricanthum (*Larchant*) oppidulum Galliæ in Vastinensi tractu 966 b, 968 d

M

Magdalonum, inter Casertam & Nolam 92 c d
† Maglorii abbatia 530 d. Oratorium Parisiis 256 c, 739 e, 742 a, 745 f
Magnimontensis vicus (*Memont*) prope confinia territorii Divionensis 357 c, 358 e
Mailrosense monasterium in Anglia 402 a b c d, 403 c
Majorevi Cartusia 780 c, 781 d. *Vide* Cartusia.
Malamortense castrum in Gallia 431 c
Mamica, pagus apud Cremonam 955 c, 957 f
Mantua, urbs Italiæ in Longobardia. *Patria B. Matthæi Ordinis Prædicatorum* 248 c, 249 b, 250 b
Manuasca (*Manosque*) in Provincia, Galliæ regione 41 e. *S. Tullia* 39 e
† Marcellini capella in diœcesi Lingonensi 339 b
† Marci ecclesia Venetiis 417 e, 497 f. Intra & extra Romam (Marci Papæ) 887 a b, 890 d e, 891 a c, 901 f, 902 d. *Reliq.* 891 d, 892 a b d, 894 b, 899 c, 902 b
Marciacum vicus in Astaracensi tractu 321 d
Marciacus, villa in Gallia 321 d
Marciliacum vicus (*Marcilliac*) quatuor leucis à Figiacensi cœnobio distans 321 d
Marchianense Ordinis Benedictini cœnobium 750 a, 751 f
† Margaritæ cœnobium, *nobis ignotum* 746 b
Margavillæus fons apud Gabalitanos 409 b f
† Mariæ ecclesia Alrenensis *ignota* 749 f, 751 e. Aniciensis 306 f, 308 b. Assisiensis 373 f, 574 b. Atrebatensis 515 e
† Mariæ ecclesia Bajocensis 515 b, 760 a. Bellovacensis 738 f, 741 e. Blesensis 501 a d, 738 d, 741 d, 751 a. Bilveldiensis 174 a
† Mariæ ecclesia in Caïciaco 361 b. De Calatia 92 c d. De Campania 652 e. Carnutensis 500 b, 514 f, 742 b, 745 f. De Casalibus 715 c, 728 b. Casletensis 756 c. Castellionensis suburbana in diœcesi Lingonensi 743 a, 746 d. Constantiensis in Normannia Inferiori 760 e, 764 b. Conventrensis in Anglia 754 c, 756 b
† Mariæ ecclesia Gratianopoli 625 d
† Mariæ ecclesia Lauduni 514 e, 515 c, 747 a, 750 f. Lincolniæ in Anglia 757 a, 759 d. Lucæ, *fortè reliq. S. Gallæ viduæ* 148 d e, 161 b. Infra Lugdunum 606 a
† Mariæ ecclesia Malmesburiæ in Anglia 758 d, 759 f. Manuascæ 40 b. Miyapharekini in Armenia 855 b. Morlæensis in Britannia Minori 756 d, 759 c
† Mariæ ecclesia Noniandi *ignota* 747 f, 751 a, Novigenti 742 e, 746 b e
† Mariæ ecclesia Novariæ 945 b
† Mariæ ecclesia Parisiis 501 a, 530 d, 585 b c, 753 a, 755 e. Pictavii plures 752 b d, 755 c d. Placentiæ 731 d Porphyreone 851 e
† Mariæ ecclesia Remensis 503 c, 583 d, 744 b. Reomensis in diœcesi Lingonensi 743 d, 746 e. Romæ in Campo Careleonis 902 a b, 903 e. S. Maria Major 563 a. Montis cœli, *ubi coluntur SS. Sergius & Bacchus* 863 a. In Porticu 148 e, 154 c d e f, 155 b f, 156 c d, 159 c d f, 160 c. *Fortè illic reliq. S. Gallæ viduæ* 148 d e. Rothomagi 497 b, 528 a, 758 e, 759 f
† Mariæ ecclesia Sicca-fontana 599 e. In Sicilia 102 f. Spalingensis 501 a, 756 f, 759 d. 764 f
† Mariæ ecclesia Tornaci 500 d, 754 a. 756 a. Tropeiensis in Calabria 763 d, 765 e
Mariæ Angelorum de Muriano ecclesia Venetiis 793 f. S. Mariæ Formosæ 417 d, 421 b
†† Mariæ & Joannis Baptistæ ecclesia in Turritana eremo 641 b, 643 d, 644 b, 655 a, 666 a, 672 f, 701 c, 720 b, 722 f, 723 a e, 733 a c, 735 b, 766 b. *Consecrandam curat S. Bruno* 647 f, 648 b, 649 e f. *usque ad pag.* 651. *Fueritne hîc sepultus S. Bruno* 689 *& seqq.*
†† Mariæ & Stephani ecclesia & monasterium in Turritana eremo 636 a, 644 e, 658 d, 959 a, 666 a, 720 b, 722 f, 723 a b
† Ma-

† Mariæ monaſterium de Arſafia 648 b c, 651 b
† Mariæ monaſterium Canonicarum Regularium Benthemii 198 c. Bleſenſe Canonicorum Regularium S. Auguſtini 751 a. Bernaïci 748 e, 751 b
† S. Mariæ monaſterium in eremo Calabrina. *Vide* † Mariæ de Turri. Crudatenſe 626 a
† Mariæ monaſterium Dolæ 530 a, 762 b, 765 a
† Mariæ monaſterium Eboraci 757 c, 759 e. In S. Enimiæ oppido 406 e, 407 d, 408 c, 410 d. *Corpus S. Enimiæ* 409 a, 410 f, 411 e, 413 d
† Mariæ Formoſellenſe monaſterium prope Ipras 750 c, 752 a
† Mariæ monaſterium Lonleyi in diœceſi Cenomanenſi 761 a, 764 c. Lucionenſe 762 d, 765 b
† Mariæ monaſterium Malmesburiæ in Anglia 758 d, 759 f. Mediolani (*Gratiarum*) 248 f. Meſſinæ prope Ipras 750 c, 752 a. Moliſmi 243 b, 759 f
† Mariæ monaſterium (*de Fagia*) Niverni 167 e
† Mariæ monaſterium Carmelitarum Novariæ 945 f
† Mariæ monaſterium monialium ad Caſellas Novariæ 945 f
† Mariæ monaſterium Panormi 2 a. Pontilevienſe in diœceſi Bleſenſi 759 b, 760 a
† Mariæ monaſterium apud Santones 925 d
† Mariæ monaſterium Sublaci. *Vide* † Laurentii.
† Mariæ de Turri ſeu de Eremo monaſterium 515 b, 531 a, 659 c d e f, 660 a b c d e, 662 f, 664 a f, 694 d
† Mariæ Venationum monaſterium Ticini 43 b c. *S. Epiphania ibid.* d. 440 a, 441 e, 442 c d e f, 443 e
† Mariæ Oratorium prope Patavium 797 d, 814 b
† Mariæ Sacellum Maceratæ 807 f
† Mariæ Magdalenæ in urbe Majoricenſi monaſterium 768 a. Meſſanenſe 104 c
Marianopolis, civitas in Auguſta Euphrateſia 840 b
† Martialis cœnobium Lemovicenſe 431 d f, 432 f
† Martini abbatia Plani-pedis Ordinis S. Auguſtini in diœceſi Bituricenſi 775 e. Capella Caſini 90 a b c, 138 e. Mileti 685 b. In Patavina diœceſi 606 b. Eccleſia in vico Briva 924 a, Coloniæ († *Martini Minoris*) *Reliq. SS. Sergii & Bacchi* 862 f. Heiligenſtadii, *Reliq. SS. Sergii & Bacchi* 862 f. Prope Pictavium 337 e. Inter Placentiam & Cluſinum 737 d. Turonis 428 f, 430 a b c, 436 d, 857 d. Monaſterium Gemellorum in Ambianenſi diœceſi 511 f, 512 a b c. Lauduni 3 e. Lovanii Canonicorum Regularium. *Reliq. S. Meinulphi* 207 d e f, 208 b. Prope Nivernum 167 b, 169 e, 170 a b d e, Apud Santones 932 b c. Turonis 428 b c d
† Martini abbatis Bello-fontani ſacellum, & *reliq.* 953 b c
† Martini abbatis Bello-fontani eccleſia. *Reliq. ejuſdem* 953 f, 954 a b
Martravilla. *Vide* Margavillæus fons.
Martyropolis, Armeniæ urbs 855 c
Maſerata, vicus in diœceſi Patavina 807 f
Maſſilia, urbs Galliæ Narbonenſis 42 b, 57 b c, 61 f, 64 c, 928 f
† Mathiæ Patavii monaſterium 817 d
Matiſco, urbs Æduorum in Gallia 562 e, 931 e f, 932 a
Matrona, Galliæ fluvius 296 f, 341 f
† Matthæi capella Squillacii 664 b
† Mauri Foſſatenſis monaſterium in agro Pariſienſi 530 d
Mauriana, Sabaudiæ tractus & urbs 779 c
† Maurilii eccleſia Andegavi. *Reliq. S. Renati* 384 a
Maurimontenſe cœnobium in diœceſi Catalaunenſi 412 c
Mauriniacenſe territorium in Gallia 169 f
Mauritania Major, Africæ regio 136 a
† Mauritii eccleſia Andegavi 501 a, 507 a, 683 c, 761 e, 764 e. Monaſterium in Coriſopitenſi Britanniæ Minoris diœceſi 60
† Maximini monaſterium Miciacenſe in diœceſi Aurelianenſi 501 a, 752 f, 755 c
†† Medardi & Sebaſtiani Sueſſione eccleſia 748 b, 751 a
Medelicca. *Vide* Mellicenſis abbatia.
Medicienſe monaſterium in Bithynia 445 f
Mediolanum, Inſubriæ civitas 797 b, 889 e
Mediolanum Santonum (*Saintes*) civitas Galliæ in Aquitania *S. Palladius* 924 c, 925 c d e f, 926 c d, 932 b. Vici in Santonenſi diœceſi ab eo nomen fortiti 926 f
Mediomatricum. *Vide* Metæ.
Megingaudeshanum monaſterium in Germania 461 b
Meldæ, Galliæ urbs 342 a
Melfia, civitas regni Neapolitani in provincia Baſilicata 653 c, 669 e, 718 e, 722 a
Melita, inſula in mari Africo. *B. Petri de Imola reliq. Emanuëli Pinto Melitenſium magiſtro datæ* 247 f, 248 a d.
Mellicenſis abbatia in Auſtria 458 c d f, 476 b
Membriacus, *locus ignotus* 371 d
Memphis, Ægypti urbs olim regia 4 e
Menica. *Vide* Mamica.
Mentaurum monaſterium tribus milliaribus a Squillacio diſtans 620 f, 622 e
Mentuſca, vicus Galliæ juxta Ararim 356 f
Meſopotamia, Aſiæ regio 23 d
Meſſana, Siciliæ civitas 65 b c f, 68 f, 69 c d e, 75 a, 80 c, 94 b, 95 b e, 96 b, 101 e, 102 a b d, 103 e, 126 b c, 127 a e, 130 f, 144 b, 145 e, 165 e. *Paſſus illic S. Placidus* 71 a, 99 b, 135 a f. *Cultus* 71 d, 137 f
Metæ, urbs Galliæ ad Moſellam 464 a, 548 b. Metenſe collegium Societatis Jeſu 589 e
† Michaëlis eccleſia Bello-fontani monaſterii 950 e. Tornodorenſis 743 b, 746 e. Monaſterium de Cluſa in Pedemontio 667 b, 669 a. Eremi in diœceſi Lucionenſi 762 c, 765 a. De periculo maris in diœceſi Abrincenſi 760 f, 764 b. Sublaci 85 e
Miciacenſis abbatia prope Aurelianum 678 d
Militenſis civitas in Calabria 650 f, 657 b c e, 658 e, 684 e, 685 b, 686 c f, 687 a b c
Mimatenſis diœceſis in Occitania 406 a. *Cultus S. Enimiæ* 408 e
Miranda, Hiſpaniæ urbs 234 c
Mirandenſe cœnobium. *Vide* † Portiani.
Miſa, Bohemiæ fluvius 19 d
Miyapharekinum. *Vide* Martyropolis.
Mœſia, Europæ regio 60 f
Moliſmenſe cœnobium in Burgundia 259 a, 599 d e, 609 c, 601 b c, 605 b, 626 d

Mons Argisi (*Montargis*) oppidum Galliæ in tractu Vastinensi 966 c
Mons Feretri in Pentapoli Italiæ 440 f
Montis-lupelli oppidum (*Mont-luel*) ad Rhodanum in Gallia 782 b, 785 c
Mons Masficus, seu Marsicus in Campania Italiæ 88 f, 92 c
Mons Pavonis, pagus cartusiæ Turritanæ 685 a
Mons Pessulanus, urbs Galliæ in Occitania Inferiori 406 b
Montaurum (*Mons aureus*) castrum in Calabria 685 e
Morerola, abbatia prope Zamoram, 950 b; *cujus abbas fuit S. Froilanus* 228 e, 232 e, 233 c, 234 e f, 245 e. *Eò translatum S. Froilani corpus* 233 e. *Relicta ibi pars ejus reliq.* 235 d
Moscua, Moscoviæ caput 5 b
Muldavia, Bohemiæ fluvius 217 f
Muretum apud Lemovicas 599 d
Myra, Lyciæ civitas 353 f, 355 b

N

Namnetum in Britannia Minori 6 e
Nantua, monasterium Ordinis Cluniacensis in Beugesia 782 c
Narbo, civitas in Occitania Inferiori 334 a c, 335 f, 336 e, 337 e, 338 a b, 350 b, 351 d, 352 c. *Patria S. Prudentii* 335 b, 350 b. *Palæstra* 336 c d. *Non procul inde ejusdem sepultura* 350 e
Narnia, Umbriæ civitas 893 c d e, 901 c, 903 b
Navense monasterium. *Vide* † Symphoriani Bituricense.
Nauportus, Pannoniæ oppidum 15 e
Neapolis 4 b. Campaniæ civitas 332 b, 695 b, 767 f, 787 f
Nemausus, civitas Galliæ Narbonensis 56 o, 966 c
Nemosium. *Vide* Nemausus.
Neomagum, Trevirorum oppidulum 206 c
Neostadium, castrum in Bavaria Superiori 472 e
Neustria, regni Francorum olim pars ad Oceasum 341 d, 361 c, 362 f
Nicæa, Bithyniæ civitas 69 a, 718 f
† Nicasii monasterium Remis 745 c, 747 c
† Nicolai ecclesia Andegavensis 501 a, 515 c. Meltensis, *ignota* 750 d e, 752 a. Messanæ 102 e. Labaci 15 e. Romæ de Archimoniis 902 c, 903 e. De Saltu Vedocii, tribus circitèr leucis Lauduno distans in silva Vedogia 747 f, 750 f
Nicopolis, Armeniæ Minoris urbs 69 a
Ninfo, territorium monasterii Turritani S. Stephani 767 e f, 769 b c
Nisibis, Mesopotamiæ urbs 853 e
Nitiobriges, populi Galliæ Aquitanicæ 289 c
Nivernum, Galliæ civitas ad Ligerim & Niverim fluvios *S. Hieronymus Ep. Conf.* 167 a b
Nivernensis pagus 916 e, 917 e, 921 d
Nivigellense monasterium in Brabantia 69 d
Niwenburc. *Vide* Neostadium.
Nobiliacense monasterium S. Vedasti Atrebatensis 509 c
Normannia, Galliæ provincia 567 b
Northumbria, Angliæ provincia *S. Twins* 400 c
Novaria, Insubriæ civitas 259 d, 945 f. *S. Adelgisus* 945 a e, 947 d.
Novempopulania (*la Gascogne*) Aquitaniæ provincia in Gallia 292 d
Novesium, oppidum in diœcesi Colonienſi 898 d
Novigentum, abbatia in pago Laudunensi 557 b, 560 b c
Novus vicus (*Neuvic*) Galliæ locus 317 e
Numana, in Pentapoli Italiæ 440 f
Numantia. *Vide* Zamora.
Numidia, Africæ provincia 836 b
Nuriberga, Germaniæ urbs 4 b

O

Occitania, Galliæ provincia 306 b
Olario (*Oleron*) insula in Oceano pagoque Santonico 932 c
Oldus. *Vide* Oltus.
Olitis (*le Lot*) *Vide* Oltus.
Olivianum castrum Calabriæ 685 e, 686 a, 687 c
Ollius, fluvius ducatum Mediolanensem permeans 250 e
Oltus, Aquitaniæ fluvius 289 c, 292 f, 310 a
Onelspach. *Vide* Anspach.
Opitergium, Italiæ oppidum in Carnis 416 f, 417 c, 418 b c e f, 419 a c d e f, 420 c d e, 421 e, 422 a d, 804 f
Orbicus, Hispaniæ fluvius 234 e
† Orientii vicus. *Vide* Marciacus.
Oruba, oppidum in Augusta Euphratesia 840 f
† Osithæ oppidum in Anglia 936 b
Ostfalia, Germaniæ tractus 180 d. Alia ad fines Danorum 218 b
† Otiliæ ecclesia 486 e
Ovetum, Hispaniæ civitas. *Huc translata reliq. S. Froilani* 231 d

P

Pachmannen. *Vide* † Laurentii templum Lambacense.
Pader, Westphaliæ fluvius 218 c, 221 b, 222 b
Paderborna, urbs Germaniæ in Westphaliæ circulo 171 c, 172 d, 174 f, 175 a e; 176 c d, 179 f, 180 b c d, 182 b c e, 185 c d, 198 a, 204 f, 220 e, 221 b c d. *S. Meinulphus ibi Canonicus* 179 b, 181 c d, 193 b, 196 b, 197 a; 211 a, 219 a. *Fueritne ibidem archidiaconus* 187 b c d e. *Reliq. & cultus illius* 208 a d
Padus, Italiæ fluvius 218 d
Palæstina, Asiæ regio 97 e f, 158 d, 714 c, 717 d, 722 a d, 726 f, 728 a
Palatiolum, olim Ravennæ pars 37 e
Palentina diœcesis in Hispania, *Cultus S. Froilani* 229 b
† Palmatii templum in castro Carelstein 19 d
Palmyra, civitas in Augusta Euphratesia 840 f
Pampelona, Navarræ urbs primaria 337 d
Pannonia, ampla Europæ regio 391 c, 667 f, 718 f
Panormus, Siciliæ civitas 2 a, 101 f, 102 a d e, 656 a
Paphlagonia, Minoris Asiæ provincia. *Patria S. Niceta* 445 a c, 446 a, 448 b e, 460 a
Papia, Longobardiæ civitas 248 e
† Pardulphi ecclesia Arnaci 431 a e. Claromontii 425 d. Monasterium virginum Ordinis Prædicatorum in diœcesi Petrocoricensi 425 e. Vici varii per varias Galliæ diœceses 425 b c

Pa-

Parionis regio Romæ 902 e
Parisii 71 e, 256 a, 341 c d e f, 406 c, 494 b, 495 b, 538 b f, 539 b, 541 f, 542 a, 543 a f, 544 f, 545 a, 547 a b d e f; 548 c f; 549 a b c, 551 b, 552 c, 554 e, 555 f, 556 b, 557 a d f, 561 b d, 563 c, 570 a c; 603 b, 703 e, 706 e, 708 e, 709 b, 713 b, 724 c, 725 d, 726 e, 747 a, 923 d, 927 f. *Litteras ibi didicit B. Adalbero* 455 b e, 456 c, 471 a, 490 b. *S. Bruno num ibi litteras didicerit* 504 *& seqq.*, 508 d, 514 a, 517 b c d e; 520 e, 529 e f, 530 a b, 531 a b c e f. *Num easdem ibidem docuerit* 514 a, 515 d, 517 b c d e, 520 e, 529 e f *& seq. An inde solitudinem adierit & quando* 596 *& seqq. S. Bruno Breviario Parisiensi inscriptus* 536 a b c
Passavium, civitas in Bavaria Inferiori 454 e, 455 b d; 462 e, 466 a
Patræ, civitas in Achaia 781 e
† Pauli comitatus in Gallia 590 e
† Pauli ecclesia Londini 754 c, 756 c; 936 c, 937 b. Parisiis 256 b d. Monasterium Cormaricense in diœcesi Turonensi 763 a b, 765 d
Pauliacum (*Pouilly*) vicus ad Vingennam fluvium 347 e, 360 b, 361 a
† Paulini ecclesia Treviris 18 f. *Ibi sepultus S. Palmatius* 19 a b
Pepusa, Asiæ Minoris urbs 11 f
Perpesac, villa in Gallia 431 d
† Perpetui ecclesia Turonis. *Reliq. S. Sergii* 857 c e
Perre, civitas in Augusta Euphratesia 840 b c
Persum, castrum in pago Rutenico 313 f, 315 c
Pertensis pagus, Galliæ tractus ad Matronam 358 e
Perusium, Italiæ civitas 419 b, 440 f, 441 a b
Petræ Castri Cartusia in Bergesia 779 a
† Petri ecclesiæ vel monasteria. Amarensis 743 e, 746 f. Andegavi 382 d, 389 b c. Apud Beneventum 330 e, 331 a. Blandiniensis Gandavi 154 a, 756 a. Bellovaci 741 e. De Cardenna in diœcesi Burgensi 94 c. Carnoti 739 e, 741 f. Casiaci in diœcesi Suessionensi 740 a, 442 a, 746 a. Casleti in Flandria 754 d, 756 c. Castrensis (*fortè de Castre in Anglia ecclesia Collegiata*) 758 b, 759 f. Corbeiæ in diœcesi Ambianensi 749 d, 751 d. Cluniaci 749 d, 751 d. Dienfis 606 a. Durcurtensis in diœcesi Cameracensi 749 f, 751 e. Eboraci 757 d, 759 e. In oppido S. Enimiæ 410 d, 411 b. Fossatensis 739 f, 742 a. Heracleæ 418 b e, 419 f, 421 b. Insulis in Flandria 750 c, 751 f. Latiniaci in pago Briegio 730 d, 753 c, 755 f. Prope Legionem 233 d, 235 a. Lehunensis 749 d, 751 d. Maliacensis in diœcesi Pictavien si 762 d; 765 b. De Monte in diœcesi Catalaunensi 744 b, 747 a. Mutinæ in suburbio 808 d. Neocastri 515 a, 753 e, 755 f. Pictavii 752 b, 755 b. Remis 745 a, 747 b. Resbaci in diœcesi Meldensi 753 b, 755 e. Romæ basilica 412 c, 441 a c. Monasterium, *à S. Galla frequentatum* 147 e, 148 f, 161 e f, 162 e, Ruminiaci 512 e. In Rufinianis 863 c. Trecis 599 f, 743 f, 746 f. Virsione in diœcesi Bituricensi 752 e, 755 d. Venetiis 417 d. *Reliq. SS. Sergii & Bacchi* 858 f, 862 c. Zamoræ 237 b, 242 b, 245 c d e. *Reliq. S. Attilani* 244 b. Oratorium Patavii 806 b
†† Petri & Pauli ecclesia Besuæ 356 b, 366 a. *Reliq. S. Prudentii* 333 e f, 363 d. Constantinopoli 850 f, 851 a b. Novæ villæ 347 f. Pauli Romæ 156 b c e. Apud Santones 926 d, 934 e f. Valentiæ in Suburbio. *Sepultura S. Apollinaris* 58 a b. Waracti 422 c f, 424 e, 425 e, 427 e, 428 d e, 434 d. *Sepultura S. Pardulphi* 426 a
† Petri martyris ex Ordine Prædicatorum ecclesia & monasterium Novariæ 945 f. Ecclesia Viglevani 250 a, 253 b e, 254 e
Petrocorica (*le Perigord*) Galliæ provincia in Aquitania 260 c, 268 e, 269 a b, 289 c, 317 e
Pharus, in mari Siculo 668 a d
Philippinæ insulæ in Oceano Orientali 4 d
Phocæ monasterium in Oriente 851 c
Phœnicia; Asiæ regio 97 e
Pictavium, urbs Galliæ ad Clanim fluvium 337 f, 352 b, 355 d, 428 d, 429 b, 430 a, 436 e, 437 f, 519 c, 522 b c, 524 d, 525 d, 607 a. *Cultus S. Prudentii* 340 b
Picti, inter fretum Dunbritannicum & Edenburgum populi 401 d
Pictones Galliæ populi 544 f
Pieczarensis abbatia prope Kioviam 5 f
Pillanum in ora maritima Italiæ 893 b
Pillum. *Vide* Pillanum.
† Pipionis fons prope Belnam 966 c, 967 d
Pisæ, urbs Hetruriæ 249 c, 706 e
Pisaurum, Italiæ civitas in Pentapoli 440 f
Pizzone, oppidum in diœcesi Melitensi 767 c, 769 e
Placentia, Longobardiæ civitas 49 b, 634 b e f, 638 d, 651 d e f, 652 d e, 653 a c d e, 654 a c, 655 f, 718 e, 719 a, 722 a, 730 f, 732 b. *Cultus SS. Marcelli & Apulei* 829 f, 830 a
† Placidi monasterium de Colonero 103 b, 104 a. Messanense 68 a d, 71 b, 75 d. *Condit illud S. Placidus* 93 f. *Variæ ejus clades* 94 *& seqq.*, 99 *& seqq.* Sacellum Sublaci 85 e
Plumbariola, monasterium in terra Laboris 441 c d, 442 c d e, 443 e
Podemniacum, in pago Anicien si 308 b
Podium, Velaunorum civitas 77 e. *Reliq. S. Tulliæ* 40 d
Pollentia, Italiæ oppidum 89 d
Pollesworth, Angliæ monasterium 939 a, 941 e, 942 a
Pompedorium, castrum prope Arnacum 430 f
Pompeiacum in agro Tolosano 425 a. *Reliq. S. Pardulphi* 424 f
Pontiana insula in mari Tyrrheno 827 c
Pontiliacum, vicus monasterii Besuensis 339 b e f
Pontivicenia, fortè ad fluvium Vigennam, qui non procul Besuâ fluit 356 d, 358 c
Pontus Euxinus, *vulgò dictus* Mare nigrum 23 d, 24 a, 27 c
Portarum Cartusia, *habitatio B. Artaldi* 778 c, 779 e f, 780 a, 783 b f; 785 c
† Portiani monasterium in Insula Hero 338 d
† Portiani oppidum & monasterium in Borbonensi provincia 909 f, 910 d e
Praga, Bohemiæ civitas. *Reliq. S. Palmatii* 17 d, 18 f
Pratenau, nemus XL stadiis Lambaco dissitum 484 d, 486 f
† Prisci ecclesia Capuæ & vicus 330 c
† Priscillæ monasterium Romæ, *è quo extractæ fuerunt S. Peregrinæ reliquiæ* 12 c, 13 f, 14 f 18 f 3

f, 15 b, 16 d f, 17 a b c
† Probi ecclesia in Classensi oppido olim prope Ravennam 31 a, 37 e, 38 a b, 39 f. *S. Marcellini corpus* 30 e
† Proculi ecclesia. *Vide* † Probi.
† Prosdocimi sacellum Patavii 809 c
Provincia, Galliæ regio 42 a, 44 a
† Prudentii ecclesia Besuæ. *Ejus reliq.* 346 d, 347 e, 366 a b c. Prope Narbonem 337 a b e, 350 f, 352 b
† Pudentianæ ecclesia Romæ 16 f
Pultariense monasterium Ordinis S. Benedicti ad Sequanam 513 f, 514 b, 743 e
Putina. *Vide* Butina.

Q

Quindiliburgum, Saxoniæ Superioris oppidum 465 c d
Quingetula, fundus in territorio Bononiensi 802 f
† Quintini monasterium Bellovacense 749 b, Vermandense prope Peronam 749 e, 751 d
† Quintini oppidum in Picardia 751 e
Quintiniacense cœnobium Ordinis S. Benedicti non procul Pictavio 355 d
† Quirici ecclesia Romæ 901 f, 902 d, 903 d

R

† Radegundis Pictavii ecclesia gemina 752 d, 755 c d
Radis, insula sinus Aquitanici 932 c
† Ragneberti oppidum in Beugesia 779 f
† Raphaëlis ecclesia Venetiis 417 d, 421 b
Rapidus, fluvius Italiæ 89 f
Rauciacum. *Vide* Reciacum.
Ravenna, civitas Italiæ in ditione Ecclesiæ 32, 33 d, 35 c, 37 f, 795 e, 804 d. *Eò translatum corpus S. Marcelli ep.* 38 b. *Cultus* 39 b d
Ravoria, villa Cartusiæ Arveriensis 781 c
Reate, civitas in Umbria 257 d
Reciacum, Campaniæ Galliæ castrum ad Axonam 345 f. *Eò se recepit S. Bruno* 517 e, 518 b d, 520 a, 521 a b c. *Inde Coloniam* 524 a
de Reidone ecclesia monasterii de Horsham in Anglia 284 a
Remi, Galliæ Belgicæ civitas 4 c, 28 f, 29 a, 275 f, 334 c, 500 a b, 505 c *& multis seqq. sæpe. S. Bruno ibi studet* 503 c d e, 505 d e, 727 c, 747 b. *Docet* 504 b, 509 *& seq.* 706 d e, 707 b, 713 b, 755 b, 756 d, 762 e. *Studia regit* 500 e, 501 c, 532 e, 561 e. *Cancellarii munere fungitur* 511 *& seqq. Canonici* 513 b c d, 561 e, 704 a, 709 b, 724 c. *Patitur ab archiepiscopo* 516 *& seq. Inde excedit* 532 e, 533 b c d. *Redit eò & in pristinum statum restituitur* 527 a b c d, 528 b, 529 c. *Rursum abit* 596 *& seq.*
† Remigii monasterium Remis 745 c, 747 c
† Renati capella Possiaci 389 b c. Oratorium Neapoli 338 b. Surrenti 384 a c
Resapha Castrum Syriæ 837 c d e, 840 e f, 841 b d e f, 842 d, 843 b, 845 d e, 848 f, 849 a, 852 c, 853 a b, 868 e, 870 c e, 880 b, 881 e, 882 b, 883 c. *Dictum* Sergiopolis 841 a, 843 c, *à S. Sergio, cujus fuit palæstra* 840 b c d. *Ejus ibi reliq.* 837 c d, 840 f, 848 a b, 852 d f, 853 b, 869 c
Resham, in Anglia locus 284 a
Rhegium, Calabriæ civitas 93 d, 95 b, 99 e, 125 c, 127 a, 135 c, 144 b, 147 a, 260 f, 545 a, 629 a, 630 b, 633 d, 634 a b d, 641 c e, 643 c, 651 e, 705 d e, 707 c, 719 a, 722 d, 730 f, 732 b, 740 d, 776 f
Rhegium, civitas in Provincia 41 c
Rhenus, Germaniæ fluvius 217 c
Rhodanus, Galliæ fluvius 59 d, 60 e, 61 c e, 62 f, 63 a, 337 c, 362 e
Rhuzafata. *Vide* Resapha.
Riphæi montes prope mare Caspium 217 a
Riponense monasterium in Anglia 402 a b c d, 403 f
Rivus altus, Venetæ urbis tractus 421 c
Robolonis oppidum, *fortè* vallum de Revolon 811 b
Roceium. *Vide* Reciacum.
† Rochi templum Ulyssipone 20 c
Rocum. *Vide* Reciacum.
Roma 17 a e, 20 a, 23 c, 50 f, 51 c e, 55 e, 56 c, 64 a, 78 d, 80 d, 93 e, 130 b, 151 b, 158 a, 162 b, 179 f, 218 e, 227 e, 229 f, 259 c, 263 a, 321 e, 331 b f, 332 c, 333 a d, 381 f, 383 f, 388 c, 412 a e f, 413 a b d, 415 a, 443 a c, 450 b, 461 e, 464 a, 473 a, 517 f, 518 d, 520 a b f, 521 b d e f, 522 b c d f, 523 c, 524 b e f, 525 a e, 526 a d, 533 f, 536 b c e, 537 c, 563 b, 564 c, 593 b, 609 f, 610 c d, 611 a c f, 612 a b e f, 613 e f, 614 a b c, 615 b, 623 f, 624 b, 627 b c, 628 b c e, 629 e, 792 b, 795 e, 796 b d, 799 c, 801 e, 802 c, 816 a, 827 c, 838 c, 841 e, 879 a, 885 f. *S. Brunonis Romam accessus* 507 e, 513 c, 631 *& seqq.* 705 c, 707 d e, 718 b, 722 a d, 729 d f, 730 a. *S. Galliæ patria* 162 d, 163 a. *S. Placidi* 80 f, 133 d. *SS. Marcellus & Apuleius* 826 a. *B. Petrus de Imola ibi Priorem agit sui Ordinis* 246 c d e, 247 a. *Eò translatum S. Marci Papæ corpus* 893 c, 901 d e. *Eò peregrinatus fertur S. Pipio* 968 a b e
Roma Nova. *Vide* Constantinopolis.
† Romani monasterium Sublaci 85 e
Rosapha. *Vide* Resapha.
Roseium. *Vide* Reciacum.
Roseria, vicus ad Vingennam fluvium prope Besuam 374 a, 375 d
Rudham, fundus monasterii de Horsham in Anglia 284 a
Ruffiacum, vicus Arverniæ 279 b
Ruffiacum, vicus in comitatu Burgundiæ 361 c
Ruffiacum, vicus inter Divionem & S. Juliani vicum 370 d
† Rufi monasterium prope Valentiam, olim prope Avenionem 606 f, 605 e f, 606 a b, 704 e, 706 f, 709 b, 711 e, 713 c, 725 d, 726 a, 727 e, 741 c
Rugiland, *forsè* Insula Rugia in ora maris Baltici 218 b
Ruminiacensis prioratûs ecclesia diœcesis Remensis 512 e
Russia, ampla Europæ regio 5 b
Ruthena (*Rodez*) Galliæ urbs 292 f, 322 d
Ruthenicus pagus (*Rouergue*) Galliæ provincia 302 d, 305 a c, 311 b f, 313 f, 406 b

S

Sabaria, Pannoniæ oppidum 324 d
Sabatus, fluvius in Italia 668 b d e, 669 e f, 670 c
Sabaudia, Europæ ducatus versus Alpes 581 b

†Sacerdotis ecclesia Sarlati. *Reliq. S. Pardulphi* 430 e, 431 b
Saci, Asiæ populus 217 f
Sagaris. *Vide* Sangaris.
Sahagontinense cœnobium in Hispania 233 a, 234 b
Salernum, urbs Picentinorum in Italia 71 a, 74 c, 661 e f, 662 a d, 664 c
Salgorus, lacus in Gallia 915 f
Salionis mons (*Monsaugeon*) inter Lingones & Besuam comitatus 368 c
Salisburgum, civitas Germaniæ in circulo Bavariæ 455 b d, 462 e, 466 a, 478 b d, 480 e
Salmantica, Hispaniæ civitas in regno Legionensi 238 b, 947 c
†Salvatoris ecclesia Manuascæ 40 a. Monasterium Amiati montis in diœcesi Clusina veteris Hetruriæ. 740 a c. *An ibi corpus S. Marci Papæ* 897 a e f. Aquicintinum prope Duacum 750 a, 751 f. S. Salvatoris & S. Gildasii in diœcesi Bituricensi 763 c, 765 c d e. Fisciclense in diœcesi Lucensi 737 c, 740 b c. Prope Telesium in Terra Laboris 667 b. Prope Trajectum. *Reliq. S. Brunonis* 701 e
Saltze, *aliàs* Soltz, in comitatu Hennebergensi 462 a
Saltzkotten, Germaniæ vicus 203 f
Samosata, civitas in Augusta Euphratesia 850 a
† Samuëlis monasterium in Oriente 851 c
Sangaris, Asiæ Minoris fluvius 5 a
Santones, civitas in Gallia Aquitanica 259 b
Sardenus, vicus in Lemovicibus, *in quo natus S. Pardulphus* 423 d, 425 d, 426 c, 427 b, 434 a, 435 b d
Sardinia, Lugdunensium oppidum. *Locus exsilii S. Apollinaris, sed hodie ignotus* 59 c, 60 d
Sardinia, Italiæ insula 100 f, 331 d, 332 d
Sarlatum, civitas Galliæ in Petrocoricensi provincia 317 e, 431 e, 432 a. *Reliq. S. Pardulphi* 430 c. *Colitur in ejus diœcesi* 425 f
Sarum, urbs Angliæ in comitatu Viltoniæ 286 c
Sasitiacum, vicus in diœcesi Belicensi 784 c
Sassones. *Vide* Saci.
† Saturnini ecclesia Claromontana in Arvernia 312 b. Tolosæ 787 a
Saxona, Germaniæ fluvius 217 f
Saxonia antiqua 177 b c, 186 b
Scalæ Dei Cartusia in Catalonia 775 d
Scalæ Dei Cartusia prope Eboram in Lusitania 775 e. *Reliq. S. Brunonis* 775 d
Scethes, Ægypti desertum 717 c
Schauenburgensis comitatus in Germania 209 b c d
Schaumburgensis comitatus. *Vide* Schauenburgensis.
Schaumburgum castrum prope Efferdingam, Austriæ Superioris oppidum 482 c, 484 a
Scherdingen, Bavariæ Superioris oppidum 454 c d e, 489 b, 490 b
† Scholasticæ monasterium Sublaci 85 e
Schonaugiense monasterium prope Heidelbergam 260 b
Schowenburgensis comitatus. *Vide* Schauenburgensis.
Schwarzacense monasterium Ordinis S. Benedicti in diœcesi Argentinensi 453 f, 461 a b c e f, 463 a, 489 d, 490 d
Schweinsberg. *Vide* Weinsberg.
Sclavia, villa monasterii S. Salvatoris prope Telesium 667 b
Sclavonia, Europæ regio 478 a
Scodra, urbs ad Barbenam fluvium 850 a
Scotia, Europæ regnum 258 e
Scultenna, Æmiliæ fluvius 419 a b
Scyllacium, Calabriæ civitas in regno Neapolitano 620 f, 633 e, 637 d, 641 e, 644 f, 647 a, 658 a b, 660 b, 662 d e, 663 b e f, 664 a, 666 c d, 671 f, 672 a b c d e, 684 f, 685 b e, 686 a b c, 687 a c, 720 a b, 733 b c
Scythia, Septemtrionalis Asiæ regio 717 c, 801 e
† Sebastiani monasterium in Campania Romana 88 a b
Segernseanum monasterium in Bavaria 898 d
Segodunum. *Vide* Ruthena.
Segunsac, in Gallia vicus 431 d
Segusium, urbs Italiæ in Pedemontio 667 b, 737 c, 741 a
Sella, amnis in Cadurcis 203 e
Selongeyum, vicus in decanatu Granceii prope Besuam 358 c
Semer, locus in Anglia 284 a
Senæ, civitas Italiæ in Hetruria 654 a
Senogallia, urbs Italiæ in Pentapoli 440 f
Senones, Galliæ Celticæ civitas (*Sens*) 341 f, 342 a, 345 f, 782 f
Sentica. *Vide* Zamora.
Septem Fratres, Mauritaniæ Tingitanæ montes 352 a
Septensis arx. *Vide* Septem Fratres.
Septimania, Galliæ Narbonensis pars 429 a
† Sepulcri ecclesia Lucensis abbatiæ Ordinis S. Benedicti 737 d, 740 f
† Sepulcri ecclesia Zamoræ 243 d, 244 f
Sequana, Galliæ fluvius 296 f, 341 d e f
† Sequani vicus prope Besuam 357 a, 358 d e
Seredinnus. *Vide* Sardenus.
Serezana, Hetruriæ urbs 327 c
†† Sergii & Bacchi ecclesiæ & monasteria, *seu utrique seu uni sacra.* Andegavi in suburbio 744 f, 747 b, 857 f. *Reliq.* 860 b c. Bethsaloë in Assyria 855 d. In Cisseron, Palæstinæ monte 851 c d. Constantinopoli 842 d e, 850 f. In regione Guba 858 d. Miyapharekini in Armenia 855 c. Parisiis. *Reliq.* 863 b. Ptolemaïde in Phœnicia 851 c d. Resaphæ 837 d e, 846, 847 a b c d e, 851 e f, 852 a b, 853 d, 854 a d e, 855 f, 858 b, 870 e. Romæ apud arcum Septimii Severi, oratorium in Callinico, collegium Rhutenicum (*in quo eorum reliq.*) 863 a. Scodræ 850 a d e. Tagriniense & Turasiense templum in Mesopotamia 858 d. Venetiis 859 a b c
Sergiopolis. *Vide* Resapha.
Serra, pagus monasterii Turritani in Calabria 685 a, 770 b
† Severi ecclesia Venetiis 858 e
Shanton, locus in Anglia 284 a
Sicambri, Germaniæ populi 217 e
Sicca-Fontana solitudo in diœcesi Lingonensi 599 e, 605 b c, 619 a, 626 c e, 637 e, 717 f, 746 e. *Hic S. Bruno versatus est, priusquam Cartusiam aditet* 599 *& binis seqq.*
Sicilia, Italiæ insula 93 d, 96 f, 97 c d, 98 a, 100 e, 101 c e f, 102 a c d e, 129 f, 132 d, 136 c, 138 c, 141 b, 145 a e f, 146 a, 642 d, 645 f, 668 c. *S. Nicetas illius præfectus* 445 b c, 446 e, 447 a, 450 a. *Eò missus S. Placidus* 70 d, 130 a
Signia, civitas Italiæ in ditione Ecclesiæ 678 b
† Silvestri castrum in Campania Romana 893 a b, 897 e, 900 d f, 901 c. *Eò translatum corpus S. Marci Papæ* 892 d f, 900 a b. *Quamdiu illic manserit* 893 a b

Silviniacenſe monaſterium Ordinis Cluniacenſis prope Molinas in Burgundia 678 f
Sintfeldia in diſtrictu Burenſi 177 f, 178 a
Sinueſſa, Italiæ civitas in Campania 634 c
Siſtaricum, Galliæ civitas in Provincia 40 a
Sithienſe monaſterium in Belgio 576 c, 577 a
Smyrna, Aſiæ Minoris urbs. *S. Thraſeas* 7 b e f, 8, 10 c d e f, 11 a b c d e
Solangeyum, vicus in decanatu Tornodorenſi 356 c, 358 c
Solemniacenſe cœnobium prope Lemovicum 427 e
Soncinum, Italiæ oppidum in agro Cremonenſi 250 e. Conventus Prædicatorum 250
Songieu, vicus in Valromeſio 779 c
Soria, Hiſpaniæ civitas in Caſtella Veteri 4 d. In ejus territorio *Reliq. SS. Marcelli & Apuleii*, 831 d. *SS. Sergii & Bacchi* 862 d
Sotonod, caſtrum in Beugeſia 779 c, 783 f, 785 c
Spariacus, vicus prope Conchas 304 b, 305 f
Spatul, pagus monaſterii Turritani 685 a
Spira, civitas Germaniæ in circulo Rheni Superioris 177 a
Spoletum, civitas Italiæ in Umbria 4 d
Squillacum. *Vide* Scyllacium.
Stadberga, Germaniæ oppidum 178 e
Staelberg, mons in Germania 197 f
Stampæ, urbs Galliæ in Belſia (*Eſtampes*) 544 f
† Stephani eccleſiæ & monaſteria. Autiſſiodori 743 c, 746 c. Cadomi in diœceſi Bajocenſi 760 d, 764 a. Catalauni 747 a. Divione 742 f, 746 c. *Reliq. S. Prudentii* 341 b, 344 d. In Gallia 42 e. Giemi *Reliq. S. Feliculæ* 225 e, 226 e. Herbipoli 453 f, 456 d, 459 e f, 460 e f, 462 b, 489 c. SS. Mariæ, Petri & Pauli, & Stephani 460 a. Romæ 161 d. Apud Santonas 926 d, 934 e f. SS. Mariæ & Stephani de Boſco ſeu de Nemore in eremo Turritana 658 d, 660 c & *ſeqq. ſæpe. Fueritne ibi ſepultus S. Bruno* 689 b c d e f. *Ejus ibidem corpus* 695 f, 701 c f, 703 b c, 721 c e, 723 e, 735 a. S. Stephani oratorium Salviniacenſe 196 f, 170 d. Valentiæ Segalaunorum. *Corporis S. Apollinaris tranſlatio* 57 f, 58 a b
Stokes, locus in Anglia 284 a
Streanesheym monaſterium in Anglia 261 a
Strengneſia, civitas in Sudermannia Sueciæ provincia 257 a b
Streveshal monaſterium 939 a, 940 c d, 942 a
Stylum, Calabriæ oppidum 636 b, 637 e, 639 640 b, 645 c, 646 c d, 648 c, 662 f, 666 a, 719 f, 733 a
Styria, Germaniæ regio 15 d
Sublacum, Latii oppidum 84 e d, 85 c, 86 e f, 87 b c d e f, 88 b, 89 a b f, 90 d, 140 c, 458 c. *Factus ibi monachus S. Placidus* 135 d f
Suecia, Europæ regnum Septentrionem verſus 789 e
Sueſſiones, civitas Galliæ Belgicæ 28 e f, 344 d. *S. Divitianus* 28 b
† Sulpicii abbatia Bituricenſis 414 c, 921 b d f
† Sulpitii monaſterium Bituricæ. *Vide* † Symphoriani.
Sunbernum, vicus in decanatu S. Sequani 368 c, 370 c
Sura, civitas in Auguſta Euphrateſia 835 c, 837 b, 840 b c f, 841 c d e f, 842 d, 844 a b, 845 d e, 867 f, 868 b, 869 b, 870 b, 880 b, 882 b, 883 a
Surianum, Melitenſis diœceſis oppidum 768 f, 769 f
Surlingum, locus in Anglia 284 a
Surrentum, regni Neapolitani civitas 6 c, 380 c, 381 a b d e, 384 c, 388 c f, 389 a, 390 f, 391 c e, 392 a, 394 b d, 395 b c d. *S. Renati prope Surrentum ſepultura* 383 f, 392 a b. *Eccleſia* 384 a, *Reliq.* 384 c, 392 b d
Swaigius, Germaniæ fluvius 454 b
Swarzaeenſe monaſterium Benedictinum in diœceſi Herbipolenſi 453 f, 461 a b c e f, 463 a, 489 d, 490 d
† Symphoriani eccleſia Albiniaci 911 f, 912 a d, 915 e f, 919 a. *Locus ſepulturæ S. Leopardini* 920 c. Monaſterium Bellovaci 749 b, 751 c. Biturice 414 c, 907 e, 908 c, 909 c, 911 e, 912 a, 913 a, 923 c d, 924 b d e. Remis 745 a
Syndelphis eccleſia in Suevia 461 e
Syracuſa, civitas Siciliæ 75 a, 100 b c d f, 120 a, 138 c, 649 b
Syria, Aſiæ regio 838 e, 840 b. *S. Julia* 883 b. *SS. Sergius & Bacchus* 833 a
Syrum caſtrum. *Vide* Sura.

T

TAborenſe monaſterium ad Ezlam fluvium in Hiſpania 233 c, 234 d, 243 c
Tarracona, Hiſpaniæ civitas 243 a. *Patria S. Attilani* 242 f. *Reliq.* 244 c
Tarraconenſe monaſterium, *in quo monachus factus S. Attilanus* 243 a, 244 d
Tarraconenſis Hiſpania 22 d
Taureſium, Ravennæ olim pars 35 d
Tauromenium, Siciliæ civitas 101 f, 102 b e
Teianum Sidicinum, civitas Italiæ in Campania 91 d
Tergeſtum, Italiæ in Carnis oppidum 15 e
Tetrapyrgium, caſtrum in Syria 835 f, 841 d e, 844 a b, 868 b e, 870 b, 880 b c, 881 e, 883 a
Thebaïs, Ægypti ſolitudo 714 c
Thele (*forte San-Thullei*) locus prope Manuaſcam, *in quo ſepulta fuit S. Tullia* 44 d
† Theodori eccleſia Ravennæ 35 d
† Theodorici monaſterium prope Remos 549 e f, 569 d, 747 d. *Vide etiam* † Bartholomæi in monte Or.
† Theofridi monaſterium in diœceſi Podienſi 704 f, 728 e
† Thomæ monaſterium prope Scantianum. *Vide* †† Viti & Modeſti.
Thracia, Europæ regio 96 c d
Thuringia, Germaniæ regio in circulo Saxoniæ Superioris 217 d
Tiberis, Italiæ fluvius 553 d
Tiburtina civitas in Latio 893 e f, 894 a b, 901 c
Ticinus, Italiæ fluvius 248 c
Tila. *Vide* Tyla.
Tilecaſtrum, in Lingonum Burgundionumque confiniis 345 c, 346 c
†† Timothei & Apollinaris eccleſia Remis 28 c, 501 a, 515 d, 745 c, 747 c, 904 e f
Toborenſe monaſterium. *Vide* Taborenſe.
Toletum, Hiſpaniæ Tarraconenſis civitas 240 d, *cultus S. Attilani* 242 b. *Reliq.* 242 c d

Toloſa, urbs Galliæ Narbonenſis 305 a, 306 b, 319 d, 325 e, 786 f, 929 a, 967 b
Torena, caſtrum Galliæ 316 e, 317 d e
Tortillianum, villa prope Viennam Galliæ 53 b
Trecæ, Galliæ civitas in Campania 524 d, 909 a
Treviri, Galliæ Belgicæ civitas. *S. Palmatius & ſocii MM.* 18 a, 19 a b, 20 a
Triburia, villa regia verſus Rhenum prope Moguntiam 276 f, 465 c
Tricaſtrum, Burgundiæ oppidum 361 b
Tridentum, Rhætiæ civitas. *Cultus S. Juſtinæ Patavinæ* 792 e
Trinacria. *Vide* Sicilia.
† Trinitatis eccleſia, ignota 745 b, 747 c. Faleſiæ in Normannia Inferiori 753 e, 755 f. Prope Rothomagum 759 a f
Troja, Apuliæ civitas 651 b c e, 653 c
† Trojani eccleſia apud Santones 934 e
Tropea, Calabriæ civitas 766 e
† Trudonis abbatia in Hasbania 546 b d, 547 c e f, 548 c d e f, 549 a b, 550 a b
† Tulliæ eccleſia prope Manuaſcam. *Cultus & ejuſdem reliq.* 40 b c d
Turlanda regio, fortè Tunetana in Africa 327 d, 328 b
Turones, Galliæ civitas ad Ligerim 171 a, 303 d, 385 d. *S. Bruno hîc excepit philoſophiam* 504 c d e, 506 f, 727 c. *Quando & quò hinc abierit* 508 e
Tutela, urbs Hiſpaniæ in regno Navarræ 244 d
Tutenſteten, locus ignotus 474 b, 476 d
Tuvanum, in Corſica 789 c
Tyla, Galliæ fluvius, non procul Beſuâ fluens 333 b, 373 e, 375 d
Tyrus, prope lacum Vulſinum 69 a

V

Valentia Segalaunorum Galliæ civitas 2 b, 46 c, 49 e, 66 b, 67 d, 600 f, 605 e f, 674 b, 709 b, 711 e, 726 a. *S. Apollinaris* 45 a c e f
Valentia, Hiſpaniæ civitas 259 e, 274 e, 693 b, 767 d
Valeriacum (Leré *ſeu* Lerai *Gallicè*) ad Ligerim in diœceſi Bituricenſi 226 d e, 227 e. *Reliq. S. Feliculæ* 225 e e
Valeriis, vicus Galliæ 318 c f
Vallis-Cæſaris in Hiſpania 233 d
Valliſoletum, civitas Hiſpaniæ in Caſtella Veteri 950 e
Vallis-paradiſi monaſterium Ordinis Ciſtercienſis in Legionenſi Hiſpaniæ regno 947 f, 952 e. *Eò tranſlatum fuit corpus S. Martini primi abbatis Bello-fontani* 953 a b. *Alterum ejuſdem in eodem monaſterio ad eccleſiam*, S. Martini *dictam, tranſlatio* 953 f, 954 a b
Vallis Sancta Sublaci 85 e
Valromeſium, Bugeſiæ tractus 778 b, 783 f
Vapincum, civitas Galliæ in Delphinatu 347 c
Varennæ, in Burgundia 257 a. *Fertè* in diœceſi Matiſconenſi 785 e
Vaſconia (*la Gaſcogne*) Galliæ regio 291 d, 293 d, 297 d
† Vaſii eccleſia apud Santonas 926 a, 935 b
Vaſio (*Vaizon*) civitas in comitatu Vindauſcenſi. *S. Bartius* 399 b
Ubii, Germaniæ Inferioris populi 497 d, 490 d, 498 e
† Vedaſti Atrebatenſis abbatia 754 f, 756 c
Vegivanum. *Vide* Viglevanum.
Veglivanum. *Vide* Viglevanum.
Velitræ in Campania Romana 901 e, 903 d
Vendrel, caſtrum monaſterii S. Cucuphatis 281 b
Venetiæ, reipublicæ cognominis in Italia caput 573 d, 797 f, 813 c, 815 f, 819 a. *Colitur ibi S. Juſtina Patavina* 792 e. *Reliq. SS. Sergii & Bacchi* 858 f
Verona, in Longobardia civitas 797 f. *Colitur ibi S. Juſtina Patavina* 792 e
Verulum, Latii civitas in Hernicis 88 c, 89 a
Veſontio, Galliæ civitas ad Dubim fluvium 346 f, 347 a c d
Veſperte, locus in diſtrictu Burenſi 177 f
Veſum, oppidum in valle, Oueſo ſeu Obeſſo dicta. 243 b. *Ibi monaſterium condit S. Froilanus* 233 b, 234 e
Veteres vineæ (*Vieſvigne*) locus prope Beſuam 362 d, 363 b
Vicentinus comitatus in Longobardia 806 b
† Victorini monaſterium Sublaci 85 e
† Victoris abbatia prope Pariſios 550 e
† Victoris eccleſia Niverni. *Reliq. S. Hieronymi Nivernenſis epiſcopi* 167 c
Vienna Galliæ Narbonenſis civitas 525 b, 606 a. *Patria S. Apollinaris* 49 e, 51 f, 59 a
Vigeranum. *Vide* Viglevanum.
Viglebanum. *Vide* Viglevanum.
Viglevanum (*Vigevano Italis*) in ducatu Mediolanenſi. *B. Matthæus Mantuanus Ordinis S. Dominici* 248 b. *Exercet ibi Apoſtolicum zelum* 250 f. *Prodigiis claret* 249 e, 250 a, 251 a b, 252 b c d. *Obit* 249 e. *Sepelitur in eccleſia ſui Ordinis* 251 f. *Ejus cultus* 253 c e, 254 b c d e f, 255 d
† Vigoris cœnobium Ceraſiaci ſeu Ceraſii in diœceſi Bajocenſi 760 d, 764 a b
Vilcaſſinus pagus (*le Vexin*) Galliæ provincia 6 e
Villa Nova, vicus prope Beſuam 347 f. *Reliq. S. Prudentii* 340 b
Villa Vitioſa, Luſitaniæ oppidum 775 e
Villaris (*fortè Ville Comtal*) pagi Rutenici villa 321 e, 323 c
† Vincentii eccleſiæ ſeu monaſteria: S. Vincentii Cabillionenſis, olim S. Stephani 738 e, 741 e. Cenomanenſis 175 a b, 185 d, 186 b, 761 d, 764 b. Magniacenſis 170 d. Metenſis 547 f, 548 a. Nolienſis in Pictavienſi provincia 500 f, 509 f, 510 f, 678 d, 762 d, 765 c. Novariæ 945 b e. *Reliq. S. Adelgiſi* 945 f, 946 a. Prope Vulturni fontem 71 e. De Cornu ædicula prope Zamoram 243 d
Vindemiolum, fundus monaſterii S. Juſtinæ Patavinæ 802 d
Viſorium, oppidum in comitatu Burgundiæ 373 d, 374 a, 375 d
Vitalianum, prædium prope Patavium 825 a, 826 d
Viterbium, civitas Italiæ in ditione Pontificia 903 b
† Viti eccleſia Pragæ 18 f. *Reliq. SS. Sergii & Bacchi* 861 d e f, 862 a b. In Caſtro Juliani, *in quam tranſlatum corpus S. Marci Papæ* 893 a, 900 d e
†† Viti & Modeſti monaſterium prope Scantianum 808 d
Vivarienſe monaſterium & fundus in pago Borbonico 906 c, 907 f, 908 d, 909 c, 911 e, 912

912 e, 913 a b c d, 914 f, 915 c, 916 e, 920 a, 921 b f
Ultrajectum, Belgii fœderati urbs 4 b
Ulyssippo, Lusitaniæ regum sedes 4 b
† Urbani locus ignotus 364 a e
Urbinum, civitas Italiæ in Pentapoli 440 f
Urima, civitas Augustæ Euphratesiæ 840 b c
Ursiana ecclesia Ravennæ 34 a, 35 a b c, 36 a f. *Reliq. S. Apollinaris* 38 e f
Vulsinus lacus in Italia 69 a, 91 d
Vulturnus, Italiæ fluvius 667 d, 670 b

W

Waldsassense monasterium in Germania 3 f
Walsingo, locus in Anglia 284 a
Wasconia. *Vide* Vasconia.
Wastinensis pagus in Gallia 969 a
Waterlappe Furstenbergiorum in Germania 196 c
Weissenburgense monasterium in diœcesi Spirensi 861 e, 862 b
Wesera, Germaniæ fluvius 217 c
Westphalia, pars Antiquæ Saxoniæ 175 c, 179 f, 180 d, 182 e, 218 c, 220 e
Westphalia ad fines Danorum 218 b
Wevelsburgensis arx 171 c, 197 f, 200 b. Dominium 177 f
Wibeton, locus in Anglia 284 a
Wilverdeston, locus in Anglia 284 a
Winneuberg in districtu Burensi 177 f, 178 a
Withamiensis cartusia in diœcesi Bathoniensi Angliæ 579 f, 781 d
Woodeton, locus in Anglia 284 a
Wormatia, Germaniæ ad Rhenum civitas 463 c d

X

† XYsti templum Placentiæ. *Reliq. SS. Marcelli & Apulei* 830 b c f, 831 b

Y

YEium (*Ys sur Tille*) vicus prope Tricastrum 359 c, 360 e

Z

ZAchariæ abbatis monasterium in Oriente 851 c
Zamora, urbs Hispaniæ in regno Legionensi 228 e, 234 e, 236 a, 237 a f, 243 c d, 244 f, 245 d e. *S. Attilani, Zamorensis episcopi, corpus* 242 c. *Patria S. Martini abbatis* 949 d e. *Ejus ibidem reliq.* 954 a
Zeugma, civitas Augustæ Euphratesiæ 840 b
Zimbarium, oppidum in diœcesi Squillacensi 767 a
Zitavia, Lusatiæ oppidum 862 a
Zwollæ, oppidum in Trans-issalania 176 c, 198 c d, 199 b

INDEX ONOMASTICUS

A

ABsconsio, *occultatio* 918 f
Abradicare, *eradicare* 920 a
Absentare se, *abesse* 203 d
Acceptor, *accipiter* 322 d, 323 d
Accidens, *casus* 374 b
Accidentia, *casus* 354 a
Adjacentia, *loca vicina eidem domino parentia* 639 e
Adinventrix, *inventrix* 868 e
Adjungatus, *juxtà positus* 298 e, 299 f
Admiralius, *maris præfectus* 102 d
Adnullare, *evertere* 168 e, 345 a, 409 a
Adoria, *laus* 125 c, 127 a
Ad placitum, *è voto* 197 d
Adproximare, *appropinquare* 488 d
Advocatio, *tutela* 936 f
Æquipollentia, *similitudo* 485 f
Æquivocus, *cognominis* 168 c d
Æternaliter, *æternùm* 469 f, 541 c, 709 d
Æternitonans, *Christus* 367 a
Agalma, *grex* 352 e
Agonista, *pugil* 294 c f
Agridium, *auxilium seu medicamen cœleste* 324 b d
Aliqualis, *aliquis* 205 e, 206 a
Alodium, *fundus, prædium immune* 906 c, 915 d
Altithronus, *cœleste solium occupans* 353 f, 375 a
Altarium, *altare* 484 d
Amminiculum, *adminiculum* 349 a, 356 b, 371 a
Ammirandus, *admirandus* 61 c
Ammiscere, *admiscere* 377 c
Ammonitus, *admonitus* 328 f
Angaria, *vehiculum* 363 b. *Onus agris vel pensionis impositum* 645 c, 646 f. *Doloris gravitas* 484 c, 487 a
Animitùs, *animo* 598 f
Annihilatus, *exhaustus* 130 b
Annuale, *anniversarius dies* 806 c
Annualiter, *quotannis* 869 d
Anxiatus, *anxius* 867 e
Appendiciæ, *appendices* 910 e
Appropiare, *accedere* 915 e

IN TOMUM III OCTOBRIS.

Appropriare, *addicere* 224 b
Aquilifer, *signifer militaris* 80 b
Areitus, *emissus, excussus* 310 e, 311 e
Argumenta, *vincula* 367 d, 368 d
Artificari, *calhida consilia inire* 290 e
Artus, *arctus* 179 b, 211 a
Assumptivus, *mentitus* 483 e
Astalaria, *modus agri* 947 b
Astipulare, *adstipulari* 919 e
Astripotens, *Deus* 364 e
Attemptare, *attentare* 353 f
Attitulatus, *adscriptus* 749 c
Attrectatus, *affectus* 350 c
Auca, *anser* 322 f, 323 e
Audacia, *fiducia* 162 f, 163 d
Augmentare, *augere* 350 e, 484 e
Aviare, *aves venari* 663 d
Authorizare, *approbare* 399 a

B

BAjulivus, *prætor* 247 f
Bannus, *edictum* 460 b, 474 c, 476 e
Barbarizare, *barbarè loqui* 479 b
Barones, *nobiles* 145 f
Basilicaris ditio, *templi jus* 855 f
Bastæ, *canistra* 431 c
Beatificare, *beatum reddere* 469 e, 742 d
Bestialiter, *belluino more* 146 f, 481 f
Birota, *vehiculum duarum rotarum* 371 d, 372 f
Birrus, *tunica, vestis* 307 a, 308 b
Bodiæ, *catenæ* 367 f
Boscus, *silva, nemus* 641 d
Bracæ, *sagi genus, femoralia* 321 e
Brachioli, *manicæ brachiola* 326 f
Bullatus, *sigillo munitus* 641 c, 664 c
Burgenses, *municipes* 526 e, 533 a
Burgus, *pagus, vicus* 346 d
Bustolus, *cista, pyxis* 818 b

C

CÆsor, *tortor* 834 e
Cambium, *permutatio* 663 d
Campitor equus, *cursor* 314 f, 315 d
Candidatus, *candor* 140 d
Canibula, *diminutivum à canna* 144 b
Capitaneus, *dux* 776 e
Capitellum, *horæ fortè canonicæ breviores* 382 e
Captentula, *muscipula, insidiæ* 320 e, 321 d
Captio, *captivitas* 135 c
Captio, *captura* 715 a
Captivator, *qui in captivitatem abducit aliquem* 369 c d
Captor. *Vide* Captivator.
Caput jejunii, *dies Cinerum* 486 f, 487 c
Carceralis custodia, *carcer* 362 b
Cardinei Patres, *Cardinales S. R. E.* 698 c
Casale, *casa, tugurium* 648 c e, 806 b
Casamentum, *casa, domus, ædificium* 599 d
Cassatus, *cassus* 364 e
Casualis, *fortuitus* 485 d
Cautum, *fiscus regius* 952 f
Celeuma, *celeusma, cantus nautieus* 349 a
Centuplicare, *ingeminare* 375 c
Certioratus, *certior factus* 767 f
Cervicosus, *pertinax* 294 c
Charitativa collatio, *familiare colloquium* 475 c
Charitativè, *ex charitate* 762 d
Chiliaci, *fortè corrupto sanguine laborantes* 324 b d
Cicera, *sicera, potus è pomis pyrisve expressus* 405 a e
Claredo, *claritas* 377 d
Claudescere, *claudicare* 583 e
Clerica, *lecto affixa* 488 a f
Clericuli, *minoris ordinis clerici* 501 b
Cohors. *Vide* Curtis.
Collateralis, *lateralis* 478 f
Collationare, *conferre* 15 c
Comitiva, *comitatus* 197 b
Commenda, *beneficium monasticum* 695 e
Commendatitium, *datum in beneficium monasticum* 734 d
Commentariensis, *cui reorum cura committebatur* 865 e, 866 e, 867 a, 876 c
Comparticeps, *particeps* 77 f
Compassio, *commiseratio* 415 e, 627 d, 748 f
Compatiens, *misertus* 142 d, 143 a, 404 f, 438 f, 530 a
Compatriota, *popularis* 297 e
Complexari, *complecti* 130 b
Comprovinciales, *populares* 393 b
Concitus, *festinus* 371 d, 377 b, *& alibi*
Concives, *cives ejusdem urbis* 382 f, 394 e
Condescendere, *obsequi voluntati alicujus* 142 e, 214 d, 222 a, 475 b
Confligium, *certamen* 350 a
Confortare, *animare* 131 c, 135 c, 595 b, 632 d, 675 e
Confratres, *fratres* 339 f, 523 a, 708 e
Conjuratores, *conjurati* 665 a
Conquisitor seculi, *sectator* 709 c
Conregnare, *unà regnare* 744 e, 745 e
Conreparator, *è reparatoribus unus* 204 f
Conresultare, *resultare* 348 b
Consacerdos, *in sacerdotio vel episcopatu collega* 391 b, 931 c
Confermocinare, *colloqui* 297 d
Consiliare, *consulere, probare* 648 c
Conspersio corporis, *constitutio corporis* 162 e, 163 b
Constipatim, *catervatim* 197 b
Consuetudinarius, *solitus* 919 b
Consultus, *consilium* 204 d
Contestificari, *testari* 760 f
Continuatim, *constanter* 918 d
Contracta, *vicus* 957 f
Contradere, *tradere* 559 b
Contumacitas, *contumacia* 315 b
Convenustare, *ornare* 309 d
Convisitator, *qui visitandi munus unà cum alio obit* 779 a
Cooperari, *operam conferre* 459 f
Coopertorius lapis, *lapideum operculum* 296 d
Copia, *exemplar* 15 e
Copialiter describere, *transcribere* 13 a
Coquinarius, *coquus* 715 e
Corporalifer, *corpore* 371 b
Corrigere, *scribere* 348 e
Cortes, *villæ vel prædia* 120 d, 123 f, 126 c
Cotidianus, *quotidianus* 385 e, 479 f
Criseus, *aureus* 377 f
Cruciada, *bellum sacrum* 497 f
Cruciamen, *cruciatus* 368 f
Crucola, *crux* 817 f
Cultile, *ager arabilis* 947 b
Cultura, *cultus* 134 e f, 834 d, 868 d
Cunctamen, *cunctatio* 368 b
Curtis, *palatium* 210 f. *Pecorum diversorium* 474 e, 476 c

D

D

DAmpnare, *damnare* 367 b
Dapſilitas, *liberalitas* 528 f
Dearctare, *arctare* 661 d
Debriatus, *refectus* 915 c
Decapitare, *capite minuere* 147 f
Decimatio, *decimæ* 471 f
Deciſio, *amputatio* 396 e
Deffenſaculum, *defenſio* 345 a
Deforis, *foris* 15 a
Deglifcere, *cupere* 299 a
Deificatus, *ſpeciem divinam præ ſe ferens* 475 c
Delatrix, *accuſatrix* 440 b
Demurarius malleus, *muris diruendis fabricatus* 334 c, 350 c, 351 d
Denominare diem, *diem dicere* 345 f
Depilare, *orbare* 472 c
Deprecativæ litteræ, *deprecabundæ* 345 f
Derivare, *aberrare* 366 e
Deſiderantiſſimus, *deſideratiſſimus* 709 b
Deſolatio, *vaſtatio* 757 a
Deſperabilis, *deſperatus* 542 c
Deſpicabilis, *deſpicatus* 433 d
Determinare, *decernere* 704 a
Diatim, *indies* 349 f
Dieſcere, *luceſcere* 314 f, 353 e
Dieta virium, *virium modus vel menſura* 482 c
Dietim. *Vide* Diatim.
Defectivus, *morti obnoxius* 474 d
Diffamare, *ſpargere, vulgare* 354 b, 395 d
Diffinire, *definire* 219 d
Diffinitio, *ſententia* 526 d
Dignoſcentia, *diſcretio* 126 a
Diſciplina, *flagellatio corporis* 437 c, 438 a
Diſcipulatus, *tyrocinium* 915 f
Diſcredere, *contrarium credere* 376 d, 479 a
Diſſimulare, *differre* 621 b
Diſtemperantia, *intemperies* 952 f
Diviſæ, *fines, limites* 103 a, 663 d e, 947 b
Divum, *dium* 370 b
Dodus, *claudus* 323 a f
Doma, *domus vel tectum* 396 b, 370 c
Dominatio, *dominium* 869 a
Dominicus, *domini* 916 c
Donarium, *donum* 374 b
Doxa, *gloria* 299 c
Draconifer, *ſignifer militaris* 79 b
Dubietas, *dubitatio* 219 e, 305 b
Duciſſa, *dux* 668 a
Duricors, *durus corde* 377 e

E

ECliſis, *defectus* 478 f, 480 e
Edictus, *edictum* 295 c
Efferentia, *ſuperbia, tumor* 54 e
Effugare, *fugare* 127 d, 403 d, 483 d
Eminulus, *eminens* 15 f
Enervitas, *imbecillitas* 474 d
Equitatura, *equitatus* 624 e, 705 a, 729 b
Exactoria ſupplicatio, *ſupplex poſtulatio* 141 f
Exaudibilis, *qui facilè exauditur* 528 f
Exepiſcopus, *ab officio epiſcopi dejectus* 465 e
Exoccupatus, *expeditus* 306 d
Exoramen, *preces* 451 f
Exorcizata aqua, *aqua luſtralis* 129 e
Explodere, *expellere* 377 e
Exprompterare, *expromere* 301 c
Exterminium, *excidium* 376 b

F

FAcultatula, *poſſeſſiuncula* 41 b
Fallacioſus, *fallax* 730 d
Falfaticus, *mentitus* 483 f
Falfatus, *falſi convictus* 523 c
Famina, *verba, reſponſa* 130 e. *Sermo, alloquium* 888 c
Faſtigatio, *excelſitas animi* 59 a, 60 a
Fera, *nundinæ* 913 b
Ferianda dies, *quâ abſtinendum à ſervili opere* 479 f
Fiducialiter, *confidenter* 146 c, 799 a, 915 a
Fiendus, *exſtruendus* 204 d
Finalis profeſſio, *mortis genus* 352 f
Flatus, *anima* 353 a
Flomaria, *fortè lacuna, aquæ collectio* 663 f
Follicare, *intumeſcere* 482 c, 484 b
Foreſta, *ſilva* 663 d
Foſſorium, *ligo* 328 b
Fratalea, *ſodalitium* 795 c, 812 d, 817 f
Frigoriticus, *frigidus* 933 c
Frœnus, *frenum* 348 b
Fundatrix, *quæ fundavit ſeu condidit* 941 b
Furuit, *ſæviit* 294 e

G

GAſtrimargia, *ventris voracitas* 479 d, 480 f
Generale officium, *Officium ſolennius pro defunctis* 738 c, 741 c, 760 d
Geneſta, *geniſta* 608 c
Gerula, *arca ſacras reliquias continens* 475 c, 477 b
Geſtatoria, *lectica* 478 c, 480 e
Geſtatorium feretri, *feretrum* 919 f
Gleba, *corpus* 356 c e, 362 d, 365 e
Glorificatio, *ad gloriam promotio* 469 e
Gloſſarius, *commentarius* 68 a c
Gramma, *bulla, diploma* 623 f
Grangia, *prædium, villa ruſtica* 191 e, 609 c, 665 b, 781 a
Groſſus, *craſſus* 581 c, 715 d
Gutta, *guttur* 902 d, 903 e

H

HAbitior, *craſſior* 310 f, 311 f
Hæſitas, *hæſitantia* 433 d
Hardis, *ſilva cædua* 474 a
Herous, *heroicus* 489 b
Homagium. *Vide* hominium.
Homicidalis, *violentus, lethalis* 367 e
Hominium, *obſequium* 15 d, 367 d, 376 b, 377 f
Humanatum Verbum, *Chriſtus* 350 f
Huſia, *ſubſtantia* 321 a
Hymnizare, *hymnis decantare* 455 c

I

ICona, *icon* 823 e
Iconia, *icon* 156 c
Illuſter, *illuſtris* 438 c
Imaginaliter, *imagine* 308 f
Immediatè, *proximè* 706 b, 954 d
Impatiens, *immodicus* 484 e, 486 f
Imperiare, *imperare* 806 e
Impinguari, *pingueſcere* 134 b, 584 a
Impoſſibile, *quod fieri nequit* 376 b
Imprægnare, *concipere* 656 c

Impreeari, *deprecari* 677 b
Inæqualitas, *ægritudo* 57 c, 62 a
In albis positus, *candidis vestibus indutus ob baptismum* 934 d
Incensanter. *Vide* Inceſſanter.
Inceſſanter, *continuè* 356 d, 367 e, 676 d, 806 b
Incineratus, *in cineres redactus* 19 b
In craſtinum, *posthac* 644 a
Incultile, *terra inculta* 947 b
Indicibiliter, *suprà quàm dici potest* 307 c, 914 d
Indiculi, *litteræ* 930 e
Indiguus, *indignus* 758 d
Indulcis, *acer* 433 c
Inevitabiliter, *inevitabili modo* 620 a
Infensa cæcitatis, *pœna cæcitatis* 359 b
Infeodare, *in feudum conferre* 191 e
Infirmans, *æger* 127 e, 309 b
Infirmari, *ægrotare* 767 e
Ingreſſor, *qui ingreditur* 483 c
Initiator, *conditor seu fundator alicujus Ordinis* 497 c e
Injuriare, *injuriari* 54 a
Inlicitè, *illicitè* 53 b
Inlicitum, *illicitum* 864 c
Inlucere, *lucere* 934 d
Inluſtrare, *illuſtrare* 869 c
Inmanſuetus, *ferus, crudelis* 865 e
Innoteſcere, *oſtendere* 172 e, 326 c. *Indicare* 339 f
Inofficioſitas, *inofficioſi animi vitium* 47 e, 52 e
Inpugnare, *impugnare* 864 f
Inrecuperabilis, *irreparabilis* 916 a
Inremediabilis, *immedicabilis* 359 f, 382 f
Inremotus, *individuus* 212 f
Inritus, *irritus* 934 a
Inſatianter, *inſatiabiliter* 471 f
Inſolabilis, *inconſolabilis* 319 f
Inſomnitas, *inſomnia* 61 c
Inſucceſſibilis, *æternus* 868 a
Integriter, *integrè* 309 b
Intelligibilis ætas, *anni diſcretionis* 662 c
Interminabilis dies, *ſuprema dies* 784 f
Interventus, *interceſſio* 357 c
Intervivere, *intereſſe* 377 c
Intimatio, *nunciatio* 675 b
Intinguere, *intingere* 437 d
Intitulare, *inſcribere* 175 d
Inviciabiliter, *ſine vitio* 303 f, 305 f
Invius, *locus impervius* 199 b
Joca, *fortè joci* 322 b
Jocundari, *recreari* 475 c, 721 d
Irracuatio, *admonitio, reprehenſio* 214 c
Irrecuperabiliter, *irreparabili modo* 511 b
Irremediabiliter, *obſtinatè* 320 c
Irremiſſus, *non interruptus* 374 f
Itinerarium, *iter* 705 d
Jubiloſus, *lætus* 657 b d
Judicatum, *decretum, quo quis de rebus ſuis diſponit* 947 a f
Judiciarius, *aſſeſſor* 14 c
Jugalitas maritorum, *jugale vinculum* 559 b
Juſſus, *prædictus, pranunciatus* 162 f, 163 e
Juſtificare, *juſtos facere* 469 e
Juſtitia, *ritus* 471 c, 473 a
Juſtitium, *luctus publicus* 376 c

L

LAbilis, *fluxus* 365 f, 369 f, 377 e
Laura, *monaſterium* 440 d
Lectus, *feretrum* 359 d, 360 e
Leonifer, *ſignifer militaris* 79 b
Legaliter, *legitimè* 168 c, 302 f, 308 d, 828 f
Lemiga, *fungi genus* 435 e f, 436 a, 437 e
Liliatus, *gerens lilia pro inſignibus* 407 e, 408 b
Lobium, *perticus* 204 d
Lucubrantia, *lucubratio, vigiliæ* 298 e, 302 e
Lupifer, *ſignifer militaris* 79 b

M

MAgiſter ritus, *ritus magnificus* 470 a c
Magiſtralis, *perfectus* 916 d
Magnanimiter, *generose* 784 f
Manari, *manare* 433 e
Mancuſi, *nummi aurei* 805 c
Mandra, *monaſterium* 911 a
Manerium, *habitatio, vel villa ruſtica* 284 a, 936 e
Manſus, *villa, vel fundus cum certo agri modo* 460 b
Manuales res, *opificia* 798 d
Marchia, *limes, confinium* 479 a, 480 e
Marculus, *puſillus malleus* 313 c e
Margaritum, *reliquiæ ſacræ* 916 f, 919 d
Marinarii, *nautæ* 684 f
Maritagium, *dos* 284 a
Martellus, *malleus* 316 f, 334 c, 350 c, 351 d
Marthare, *procurare* 474 c e, 476 f
Martyrialis, *martyris* 137 a
Martyricus, *martyris* 878 c, 882 a
Martyrium, *ædes martyri ſacra* 869 d, 870 e
Martyrizatus, *martyrio affectus* 925 f
Maſſaritium, *ſupellex* 807 f, 947 b
Matricula, *catalogus* 437 b *& alibi*
Matricularius, *adituus* 352 f
Matrimonialiter, *per matrimonium* 497 e
Matrix eccleſia, *cathedralis* 737 d, 740 f
Maturator, *qui urget inchoatum iter* 382 f
Mechita, *Mahumetanorum templum* 283 d
Mediare, *intervenire* 144 d, 417 d, 479 a, 716 e. *Propinquare* 784 f
Melioratio, *correctio* 914 c
Memoriale, *res memoriâ digna* 914 e. *Memorialis liber* 763 c, 914 e
Menſuatim, *per menſes* 428 c
Metropolis, *metropolitanus epiſcopus* 929 b, 930 c
Miles, *vir nobilis* 306 a, 480 b, 481 b
Militaliter, *fortiter* 299 b
Mineriæ, *fodinæ* 648 d e
Miniſteriales, *miniſtri* 916 a e, 918 f
Minutatim, *minutim* 373 f, 701 c
Mirificari, *illuſtrari* 299 a
Mirificatio, *prodigium* 298 f
Miſſi, *legati* 121 f, 124 a
Molendinus, *molettina* 474 b
Monachilis, *monachi* 348 c
Monaſterium, *eccleſia* 297 a
Monocrator, *monarcha* 87 e
Monticulus, *collis* 478 f
Morticina, *mors* 918 e
Mortificare, *conterere* 745 f
Mortificatio, *caſtigatio* 915 b

Mortificatus, *ſuperatus* 426 d
Motare, *movere* 304 c
Multimodè, *multimodis* 527 b
Multivarius, *multiformis* 734 b c
Mundialis, *mundanus* 59 f, 232 d, 670 f
Muſellum opus, *muſivum opus* 798 a

N

NEmorafius, *ſilvæ cuſtos* 474 a, 476 c, 477 e
Nocturnalis, *nocturnus* 359 d
Nonna, *virgo Deo ſacra* 371 f
Notamen, *deſcriptio* 299 a
Novitialis habitus, *novitii habitus* 104 a

O

OBpropriare, *probro afficere* 865 e
Obſigillare, *obſignare* 299 a
Occaſio, *impedimentum, mora* 480 d
Offerſio, *donatio* 806 a e
Officiatus, *procurator* 196 d
Omnicreator, *qui omnia creavit* 372 e
Omnividens, *omnia videns* 362 a
Oraculum, *locus precibus deſtinatus* 89 c
Oratorium, *templum* 478 c
Ordinabiliter, *rectè* 296 c
Ordinare, *jubere* 670 b
Organales fibræ, *fibrarum organa* 317 a
Originale, *autographum* 12 f, 641 e
Originaliter litteras tenere, *autographum tenere* 13 c

P

PAlificare, *palàm facere* 215 a
Pannatrix, *mulier conficiendarum veſtium perita* 321 d
Parochia, *diœceſis* 168 e
Participium, *communio* 216 b
Paſtophorium, *templi atrium* 774 b
Patriotica, *popularis* 310 e
Pauperescens, *pauper* 139 c
Peccamen, *peccatum* 372 b, 385 c, 482 a, 758 e, 760 c
Peculium, *pecus* 918 a
Pedagium, *tributum* 782 b
Peditare, *pedibus iter agere* 482 c
Perfrendere, *frendere* 363 e
Perfuga, *perſecutor* 297 d
Perizomata, *cingula* 484 e
Perpatere, *patere* 365 c
Perſonaliter, *per ſe* 14 e, 638 f, 701 d
Pervalere, *valere* 369 f
Pervaſor, *raptor* 351 b
Pertinentiæ, *ad eumdem locum ſpectantia* 103 a, 199 b, 283 f, 460 a f, 648 d, 660 e, 663 c
Petitio, *ſcriptum, quo quis ſe ad aliquid obligat* 85 b
Phanum, *fanum* 617 d, 618 c
Pheodalia bona, *feuda* 191 e
Philochriſtus, *Chriſti amans* 294 d f
Pigritari, *pigrari* 564 e
Pitacium, *ſcheda* 831 f
Placitum, *conventus publicus* 931 f
Plenariè. *Vide* Pleniter.
Pleniter, *plenè* 328 c, 952 f
Pluralitas, *copia* 477 f
Pneuma, *Spiritus Sanctus* 100 a, 299 e
Polica arx, *cœlum* 356 a, 358 b
Polyandrum, *unius hominis ſepulcrum* 296 d, 297 a, 375 c e
Pomatium, *potus è pomis expreſſus* 405 e
Pompalis, *ſplendidus* 528 a
Pompare, *ornare* 479 a c
Populatio, *vulgus* 374 f
Populoſitas, *populi frequentia* 366 a, 376 e
Poſſe, *facultas* 919 f
Poſſibilitas, *facultas* 307 a
Poteſtativè, *cum auctoritate* 474 b
Poteſtativus, *magnæ auctoritatis, potens* 139 c, 916 e
Præbenda, *monachorum diurna cibi potuſque portio* 308 d. *Eleëmoſyna* 738 e, 741 c d
Præceptio, *littera* 929 a
Præceptiva vox, *præceptum* 232 f
Præcluis, *illuſtris* 348 b
Præconari, *prædicare* 824 e
Præcordialis, *cordatus* 914 f
Prædeceſſor, *deceſſor* 780 e
Prædux, *dux* 364 a, 367 f
Præfectorii legati, *legati palatini* 407 d
Præinferere, *præmittere* 15 c
Præſentaneus, *præſens* 50 a, 56 b
Præſentare, *ſiſtere* 203 f. *Offerre* 207 a, 219 f
Præſentialiter, *coràm* 13 c, 142 e, 307 c, 309 a. *Nunc* 816 a
Prætaxatus, *ſupradictus* 295 a
Prætitulare, *deſcribere* 294 d
Prætitulatus, *ſupradictus* 758 c
Prævius, *dux* 370 b, 377 e
Precamen, *preces* 754 c, 760 f
Precatus, *preces* 375 c, 914 f
Prex, *preces* 475 a, 476 f
Primicerius, *primus in aliquo ordine* 120 e, 124 a, 141 f, 834 c, 835 c, 839 c e, 863 f, 871 c
Privilegiatus, *privilegio donatus* 484 d
Proceſſio, *ſupplicatio* 484 f
Proceſſionaliter, *cum ſupplicatione* 156 b d, 158 d, 759 b, 812 d, 817 f
Proficuoſiùs, *utiliùs* 297 f
Profugare, *fugare* 715 e
Prophanitas, *impietas* 272 f
Propinatorium, *poculum* 156 a
Protoſecretarius, *primus à ſecretis* 23 f
Providentiam ſuî facere, *ſaluti ſuæ proſpicere* 868 a
Proviſus, *providentia* 373 e
Pſalmodia, *Pſalmorum cantus* 711 d
Punctualis, *inſtar puncti* 716 e
Pyratium, *potus è pyris expreſſus* 405 e

Q

QUadrifidus, *in partes quatuor diviſus* 324 a. *Quadruplex* 475 d
Quadrupedare, *equitare* 608 b
Quadrùvium, *quadrivium* 305 f
Queruloſus, *querulus* 366 a, 369 d
Quindena, *quindecim dierum ſpatium* 663 b, 672 a

R

RAdical linguæ, *radix ſeu initium linguæ* 318 e
Radicatio ſoliditatis, *ſoliditas radicum* 920 a
Radiolus, *textoris inſtrumentum, quo telæ annectuntur* 310 a

Rau-

Raucitare, *raucam vocem edere* 309 c
Recidivare, *redire* 297 f
Recidivo tramite tendere, *iter remetiri* 297 b, 302 e
Recommendare, *commendare* 223 f, 663 d e, 664 a
Recompilare, *in ordinem redigere* 281 b
Redux iter ingredi, *redire* 353 e
Referendarius, *causarum relator* 14 c
Refigurare, *renovare* 139 c
Refocillamen, *refectio* 595 b
Refugax, *refuga* 376 e
Regalia, *quæ juris regii sunt* 350 f
Regirare, *convertere* 867 d
Regiſtratus, *in acta relatus* 823 c
Regiſtrum, *rerum geſtarum codex* 889 a
Reincipere, *denuò incipere* 542 b, 708 f
Reiterare, *iterare* 919 e
Relaxare, *reddere* 767 f
Reliquatus, *debitus, nondum ſolutus* 52 a
Relocare, *reponere* 484 f
Repatriare, *redire in patriam* 374 d, 479 d, 480 f, 914 e, 915 a
Repedare, *redire* 287 b, 352 f, 358 b, 371 d, 486 b, 635 b
Replicare, *iterare* 710 d
Reſpicere, *regere* 182 b
Retollere, *rurſum tollere* 806 d
Retortæ, *viminea vincula, vel funes* 313 a d
Revivere, *reviviſcere* 321 f
Rogatum, *inſtrumentum* 13 a
Rolliger. *Vide* Rotularius.
Romæus, *qui Romam ad Sancta limina, aut etiam aliò pietatis ergò peregrinatur* 302 e; 305 d, 316 e
Romphæale *judicium, gladii ultio* 337 a
Rotabundus, *ſuſque deque abreptus, inſtar rotæ mobilis* 355 b f, 377 f
Rotularius; *qui rotulum circumferebat* 495 f, 762 a
Rotulus, *quid* 495 f, 496 a, 749 b, 763 b d
Rubini, *canalis ſpecies* 806 c
Rumigera aura, *rumor* 371 e, 372 d

S

SAbanus, *linteum quo mortui corpus involvitur* 374 f, 376 c
Sabbatiſmus, *Sabbathum* 372 e
Sabbatizare, *abſtinere* 372 d, 486 d
Sacrificium, *res ſacra, corpus Sancti* 298 f, 299 f
Sagitta; *navis ſpecies à velocitate ſic dicta* 294 e, 295 a b
Sagula, *vellera* 324 c e
Salectum, *ſalictum* 806 c
Salvatio, *curatio* 869 d
Satyrizare, *ſatyrâ ludere* 481 f
Saxa, *culter oblongus* 218 a
Scabellulum, *ſcabellum* 124 d
Scandalizatus, *offenſus* 594 d
Scholares, *qui in ſcholis docentur artes liberales* 708 e
Sciatici, *iſchiade affecti* 324 b d
Secretarium, *ſacriſtia* 945 e
Secretarius, *ſeparatus* 836 a, 868 f
Secundicerius, *ſecundus in aliquo ordine* 834 c, 835 c, 839 c e, 863 f, 871 e
Sedaria jura ſequentes, *canonici* 459 e, 489 d, 490 c
Senior, *herus, dominus* 303 c, 305 e, 307 c d, 308 c, 312 f, 313 b, 314 b c
Sentina lectuli, *lectus* 478 e, 480 a
Seriatim, *ordine* 133 f
Sericeus, *ſericus* 15 a
Severiter, *ſeverè* 867 b
Servitor, *famulus* 307 c d, 308 c, 309 c
Silba, *ſilva* 806 c
Sigillum, *diploma* 641 c
Siſtarcia, *ciſta vel caniſtrum* 123 c, 124 c
Siſtarciola, *ciſtella vel pera* 455 c
Solemnizare, *ſolemni ritu celebrare* 475 f. *Efferri lætitiâ* 315 a, 377 d
Solidare, *roborare, confirmare* 415 f
Soma, *corpus* 353 b
Sonoritas, *ſonus* 309 c
Sophiſma, *dictio elegantior* 294 d f
Soſpitas, *incolumitas* 374 c, 930 e
Specificus, *ſpecialis* 621 b
Speciоſitas, *pulchritudo* 920 b
Speculatio Dei, *contemplatio rerum divinarum* 644 a, 661 d
Spiritaliter, *ſpiritu* 371 b
Stallareum, *arbuſtum* 806 c
Stapegeri, *equi* 608 b
Strata, *via* 352 f
Stratigotus, *præfectus civitatis vel provinciæ* 645 c
Suberigere, *erigere* 478 d
Subitaniè, *ſubitò* 205 f
Sublimiter, *ſolenniter* 399 d
Subpetere, *ſuppetere* 362 d
Subſecundare, *ſubjicere* 142 a, 144 d
Subſtinere, *ſuſtinere* 768 e, 817 c, 825 d
Subteriòr, *inferior* 296 d, 356 e
Subtitulatus, *ſubſcriptus* 759 b
Subventio pauperum, *ſubſidium* 415 c
Sufferre, *efferre* 395 c
Suffragium, *auxilium* 817 d, 935 a
Summotenus, *ſummatim* 299 a
Superimpoſita, *onus, vectigal, mulcta* 807 e
Superinlinire, *illinire* 915 b
Superſilire, *præterire* 478 f
Supremè, *ſupremò* 376 f
Suſcitator, *qui mortuum ad vitam revocavit* 377 a
Suſtinere, *manere* 357 d
Symmiſta; *ejuſdem inſtituti particeps* 606 e

T

TAxare, *declarare* 138 b
Taxare, *deſcribere* 663 e
Taxatus ſuprà, *ſupradictus* 298 a
Tempeſta noctis, *tempus noctis* 867 e
Temporaliter, *profanè* 919 c
Terminare, *decidere* 720 f
Terminatio, *limes* 614 f, 617 c
Terratenus, *humi* 301 c, 394 f
Teſtamentum, *diploma, charta donationis* 229 e, 283 c
Teſtis, *martyr* 371 f, 372 b e, 375 c
Thema, *norma, exemplum* 294 d f
Titulatus, *memoratus, adſcriptus* 739 d
Tolutaturâ incedere, *tolutim incedere* 314 f, 315 d
Tonna, *vas* 918 f
Tonſoratus, *tonſurâ inſignitus* 929 a
Tormentari, *ſuppliciis affici* 739 d
Torta, *panis ſubrufus* 715 f, 717 f
Tortitudo, *injuria, injuſtitia* 915 d
Totalis, *ſupremus* 297 d
Totiens, *toties* 709 b
Tranſſumptum, *apographum* 12 f

Tricennarium, *officium* 30 *Missarum* 737 e, 741 a *& alibi*
Trichorum, *triclinium* 693 c
Trigeris, *triremis* 294 d, 295 a
Triste ferre, *agrè ferre* 325 f
Trisultatus, *trisulcus* 484 f
Tubare, *tubâ canere* 438 c
Tuicio, *tuitio* 865 c
Typus quartanus, *febris quartana* 121 e, 124 a. *tumor* 394 d *febris* 649 b

V

Vacantia, *tempus* 203 c
Vadere, *petere* 417 d
Valoratus, *taxatus* 954 f
Vapiditas, *vapidus sermo* 349 a
Vasallus, *alteri subjectus princeps* 15 d, 191 e, 196 d, 663 c, 664 a
Venustare, *ornare* 744 b
Verbigena imperator, *Christus, Patris Verbum* 373 c
Versilis annus, *qui vertitur* 348 b
Veteritas, *calliditas* 62 a
Veternosus, *vetus* 478 e
Vicanalia, *quæ ad aliquem vicum in universum spectant* 947 b
Victualia, *victus* 485 a
Videx, *vindex, vel omnia videns* 310 f
Vigiliæ, *officium pro defunctis cani solitum* 740 b
Villagium, *vicus vel villa* 684 f
Villani, *vici vel villæ incolæ* 663 e f, 664 a, 665 a *& alibi*
Virbius, *resuscitatus à mortuis, quasi bis vir* 320 e, 321 c
Virginal, *virginum ædes* 161 f
Vivificatus, *animatus* 215 f
Vius, *pervius locus* 460 b
Ultimen, *ultio* 304 f
Universaliter, *universè* 901 b
Vocamen, *nomen* 294 d
Volucritare, *volitare* 486 a, 487 c
Uranicus, *cœlestis* 925 e
Ustavum, *quid significet* 5 f

Y

Yconà, *icon* 371 a

Z

Zabulinus, *dæmon* 348 b
Zelotypium, *zelotypiæ* 302 f

INDEX MORALIS

A

Abbas *Conchensis olim ad electionem episcopi Ruthenensis in Gallia vocari debebat* 282 c. *Sub Eugenio II PP. & deinceps* Abbates *creari non potuerunt; nisi qui & sacerdotes fierent* 606 f, 607 a
Abbatiæ *duæ homini seculari collatæ sub Carolo Martello* 430 b. Abbatiæ *Lambacensis regimen lubens deponit Ekkebertus* 473 f, 476 b
Abstinentia *à carnibus alisque austeritates non impediunt longiorem vitam* 577 d e, 578 e. Abstinentia *insignis S. Pardulphi* 425 e, 427 e, 434 f. Abstinentia *singularis B. Matthei Mantuani* 250 c d
Accessum *ad ducem & restitutionem castrorum cuidam nobili procurat B. Matthæus Mantuanus* 249 f, 250 a, 252 c
Accipitrem *posse deferre, nobilitatis insigne olim erat* 322 d, 323 e
Acta *Martyrum, sub se passorum, in scriptâ referri cavit Dacianus* 264 f. Acta *quædam non modò Sanctorum, sed & imperatorum aliorumque virorum illustrium, fabulis inquinata fuerunt, non tamen ideò universim rejicienda* 41 f
Adolescentia *pia & docta B. Adalberonis* 455 a b, 470 f, 471 a, 489 b; Adolescentia *pia S. Brunonis* 502 c d, 724 b *& erudita quoque* 503 d e, 724 b c; Adolescentia *pia S. Froilani* 232 d; *S. Meinulphi* 179 b; *S. Placidi* 85 f, 86 d e; *S. Twii diaconi* 404 e; Adolescentia *S. Prudentii pietate & eruditione clara* 335 b, 350 b. Adolescentia *quos utrimque terminos habeat* 153 d e. Adolescentuli *vel pueri cur ad ordinem Carthusianum non admissi* 559 c
Ægri *varii patrocinio S. Fidis V. & M. divinitus curati* 309 e f; *alii ad S. Placidi aliorumque Martyrum sepulcra divinitus sanati* 106 c. Ægros *oleo benedicto curavit S. Pardulphus* 425 d, 426 e, 434 c, 435 f, 436 a. Ægrotans *gravissimè vir nobilis ad B. Adalberonis sepulcrum divinitus sanatus* 480 b c d; *item quædam mulier* 481 c d e; *item vir quidam* 482 f; 483; *alia rursus mulier* 484 d e f, 485 a. Ægrotans *misere sacerdos patrocinio S. Fidis V. & M. subitò convalescit* 325 b; *item frater Bernardi Scholastici Andegavensis, emisso voto eundi nudis pedibus ad S. Fidis sepulcrum* 325 c d
Æra Hispanica *vulgarem eram triginta octo annis præcedit* 229 d e
Agricolas *parentes habuit S. Pardulphus* 426 c, 434 a f
Altaria *tredecim in una ecclesia à S. Palladio exstructa* 934 e f
Amissum *accipitrem recuperat quidam nobilis invo-*

invocatione S. Fidis V. & M. 322 d e f, 323 a. Amissa *pecunia mirè recuperata* 61 f
Amor *& cura singularis S. Benedicti erga suos discipulos* 86 e f
Ampullæ *sanguine impletæ sunt certa martyrii nota* 16 f
Angeli *duo sub juvenum specie S. Benedictum iter agentem comitantur* 88 e
Annorum *Christi computus more Siculo* 642 e f, 643 a, 645 f, 646. *Triginta & octo* annis *æra Hispanica præcedit æram vulgarem* 229 d. *Ultra* 100 annos *Carthusianus quidam vixit in suo ordine* 577 e
Annulum, *S. Fidi martyri promissum, mulier quædam gestans dirè torquetur* 310 d e; *at tandem, invocato auxilio S. Fidis, suo malo liberatur ibid.*
Antiqua *testimonia non collidenda inter se, sed concilianda sunt* 500 c
Apostemate *laborans sacerdos, voto S. Brunoni nuncupato, subitò curatur* 767 c
Apostolicæ *Sedis dignitatem sedulò tuentur SS. Avitus, Apollinaris, aliique Galliæ episcopi* 51 c d e f
Apostolico *zelo insignis fuit B. Matthæus Mantuanus* 250 d e f, 251 a
Apparitiones *quædam, SS. Placidi Sociorumque corporum inventionem præcessisse feruntur* 104 d e f. Apparet *matri suæ S. Tullia eique futura quædam prædicit* 44 b c. Apparuisse *creditur S. Galliæ imago Deiparæ* 154, & seqq. pagg. Apparet *S. Petrus S. Gallæ ægrotanti* 162 f. Apparens *ter S. Meinulphus famulo olim suo, eum ad meliorem frugem reducit* 214 c d e, 223 a b c. Apparuisse *quibusdam in gloriâ dicitur B. Matthæus Mantuanus* 252 b. Apparuerunt *in armis aureis SS. Faustinus & Jovita ad protegendam Brixianam urbem* 573 c d e, 574 d. Apparet *in somnis S. Bruno, seu potiùs sub ejus habitu angelus, Rogerio comiti, eumque instantis periculi commonet* 662 d e f, 663 a b, 664 d e f, 719 f, 720 a, 733 a b c. Apparentes *SS. Bruno & Vincentius Ferrerius homini morti proximo, ei mox reparandam valetudinem denunciant* 693 b c d. Apparuerunt *S. Ludovici Bertrandi patri SS. Bruno & Vincentius* 767 e d. Apparitione *B. Virginis pia mulier edocta fuisse narratur, ubi in templo S. Justinæ martyrum reliquiæ delitescerent* 797 f, 798, 799 a b c. Apparet *S. Ursinus SS. Augusto abbati & Germano Parisiensi episcopo* 923 c d. Apparens *S. Eutropius sacerdotibus, martyrio se vitam finiisse, declarat* 934 a
Appellat *ad summum Pontificem Manasses, archiepiscopus Remensis, à sententia suspensionis per synodum Augustodunensem in eum lata* 518 d, 521 e f, 522
Aquâ Benedictâ *agros quosdam curavit S. Pardulphus* 436 a, 437 a b. *Super* Aquas *ambulavit S. Maurus* 86 a c d. *In* Aquas *delapsi miro modo inde erepti patrocinio S. Prudentii M.* 373 e f, 375 b c, 376. Aquæ *lacûs, cui à S. Brunone nomen est, magna virtus divinitus indita* 776 d e f, 778 a
Archidiaconi *olim sacerdotes non erant* 187 c
Archiepiscopatum *Rhegiensem admittere recusavit S. Bruno* 492 e, 633 c d, 705 d, 719 a b. *Vide* Dignitate.
Archiepiscopi *Remenses olim non aliis legatis Pontificis, quàm, qui Itali vel Romæ educati essent, se de objectis criminibus respondere debere, contendebant* 522 d e
Argumentum *negativum in rebus historicis vi non caret* 43 d, 555 a b c d & pagg. seqq. Argumentum *negativum, petitum ex silentio universali coævorum auctorum, quanti valeat* 573 & seqq.
Aridi *ad sepulcrum S. Justinæ V. & M. divinitus curati* 811 a b. Aridum *viri brachium ad sepulcrum B. Adalberonis divinitus curatum* 479 a b c
Arithmeticus *character Castellanorum in quo ab illo ceterarum gentium diversus* 230 f, 331 a
Anno *vehi quidam antiqui antistites non erubuerunt* 170 b c
Attactu *vestis S. Apollinaris febre liberatur Sigismundus rex* 54 e, 59 e
Augusti *nomen olim aliis, quàm imperatoribus datum* 119 b c
Austeritas *vitæ eximia S. Pardulphi* 434 f, 435 a. *Vide* Abstinentia.

B

BAlneorum *usus olim sat frequens* 435 d
Baptismus *olim non statim à nativitate pueris collatus* 180 a, 210 d, 218 e
Blanditias *& iram præsidis ethnici contemnit S. Fides V. & M.* 288 e. Blanditiis *non movetur S. Charitina, ut idola colat* 24 c
Brachii *usum amissum puella quædam recuperat divinitus per merita S. Marci Papæ* 902 c. Brachium *B. Petri de Imola à multis seculis servatum integrum & quasi vivi hominis esset* 247 d e
è Breviario *Romano expuncta historia redivivi Doctoris Parisiensis aliaque nonnulla, & cur* 536 d e f, 537 a b, 570 d e, 587 a b
in Bullis *Pontificiis recitata facta ex aliorum relatione, propterea certiora non redduntur* 390 d. *Vide* Facta.

C

CÆca *invocatione S. Meinulphi, unius oculi usum recipit* 203 f, 204 a; *altera tribus annis* cæca *utriusque oculi lumen recipit* 209 c. Cæcitate *mulctatus, quòd S. Meinulphi monitis non paruisset, iis tandem obtemperans, curatur* 215 b c, 216 c, 223 d e. Cæci *divinitus visu donati patrocinio S. Fidis V. & martyris* 291 f, 298 a b, 301 a, 302, 303, 304, 306, 309 d, 311 b c d. Cæci *patrocinio S. Prudentii M. visum adepti* 341 b, 346 c, 356 b c d e f, 357 c d e f, 359 b, 362 c d e, 363 b c, 364 c d, 365 a, 366 d e, 373 d, 374 c. Cæcus *à pueritia redditus S. Pardulphus nihilominùs monasterio dein præficitur* 425 d, 434 b c e f, *vide tamen* 426 d e. Cæcus *oratione S. Pardulphi lumen recipit* 436 d. Cæci *ad tumulum B. Adalberonis visum adepti* 487 e f; Cæcus *natus puer ad B. Adalberonis sepulcrum visu donatus* 488 b c. Cæci *ad sepulcrum S. Justinæ V. & M. divinitus curati* 811 a b. Cæcus *quidam meritis S. Leopardini visum adeptus* 920 c d. Cæci duo *patrocinio S. Martini Turonensis episcopi visum adepti* 933 c
Calicis *usus seculo* IX *laïcis & feminis concessus* 360 b f, 361 a
Cancellariorum *munus quodnam fuerit* 512 f, 513 a b

Cancri *doloribus afflicta S. Galla* 162 e f. *A* Cancro *S. Meinulphi patrocinio curata femina* 215 e f, 223 f

in Canone *Missæ S. Fidis nomen à Conchensibus monachis, indulgente summo Pontifice, recitatum fuit* 282 a b

Canonicæ, *sub regula Aquisgranensi militantes, nec simpliciter regulares, ut nunc, nec seculares vocari possunt* 192 c d e f, 193 a. *Vide* Canonissæ.

Canonici *cathedralium ecclesiarum olim in communi vivebant* 181 c; *retinebant eorum aliqui suorum bonorum dominium* 183 d e. Canonici *unde antiquitus sic vocati* 183 c d; *quinam olim simpliciter* Canonici *vocati* 184 e f, *& qui dein* Regulares, *qui* sæculares ibid. Canonicorum *collegii antiqua forma* 184 f, 185 a. Canonicorum *collegio adscriptus S. Meinulphus* 181 d, 211 a b, 219 a. Canonicorum *Regularium frequens seculo* XII *ad Cartusianos transmigratio* 783 c

Canonissæ *nobiles à S. Meinulpho constitutæ seculo* IX, *& quo modo ac quales* 191 e f, 192 d e f, 219 e f. Canonicæ *seu* Canonissæ *simpliciter dictæ, quales fuerint* 193 a. *Vide etiam* Canonicæ.

Canonizatio *in quo differat à Beatificatione* 700 a b c, 701 a. Canonizatione *solemni S. Attilanus Cælitibus adscriptus* 241 d

Capitis *sui à variis martyribus gestati narrationes pro suspectis habendæ sunt* 944 e

Captæ *à barbaris urbes Galliæ* IX *sec.* 338 a b, 342 b, 352 d, 354 d e, 361 d

Captivandum *se offert B. Matthæus Mantuanus, ut de piratæ manibus duas mulieres liberet* 249 c

Captivi *miro modo è carcere liberati patrocinio S. Prudentii M.* 367, 368, 369, 370 a b c, 374 a b. Captivus *miro modo carcere liberatus patrocinio S. Fidis virginis* 313 c; *item alter* 313 f, 314, 315 a b c, *alter rursus* 316 e f

Caput *mulieribus radi, summa olim erat ignominia* 27 b c

in Carnale *peccatum lapsus oculorum lumen miro modo amittit, & facti pœnitens recuperat* 304 e f, 305 a b c, 306 b c; *vide &* 372 a b c

Carnium *esum omnino debilibus concedit Regula S. Benedicti* 435 d

Carthusiani *Ordinis sanctitas* 604 c. Carthusianorum *duplex olim fuit genus* 620 f, 659 b, 665 c d. Carthusianorum *mores & instituta* 567 d, 578 f, 616 b c e f, 619 c d e f, 621, 715 d e f, 716 a, 728 b c d f, 729 a

Castitatem *mutuo consensu vovent conjuges S. Avitus & Audentia* 48 f

Catholicæ *religionis propugnandæ & propagandæ ardens zelus SS. Aviti & Apollinaris* 51 a b c. Catholicos *Ariani crudeliter persecuti sunt* 336 f, 337

Cellulas *singulas, à se invicem distinctas & aliquantùm separatas, primi Carthusiani bini & bini incoluerunt* 616 b c d e f, 704 f, 715 c, 728 b c, 729 b, 731 e

Cereum *S. Fidi virgini oblatum quidam injustè auferens miro modo mulctatur* 310 e f, 311 a b

Character *Longobardicus sec.* XII *in usu adhuc fuit* 73 a

Charitas *amicitiæ vinculum* 475 a

Charitatis *fraternæ insigne documentum dat S. Apollinaris Valentinus episcopus* 52 d e

Charta *episcopi Mimatensis de restituendo cœnobio coram corpore S. Petri Apostoli confirmata* 412 a b, 413 b. Chartæ *donationum aliquando non scriptæ, nisi sat diu post ipsam donationem* 412 e. Chartæ, *quòd difficultates chronologicas complectantur, non facilè rejiciendæ sunt* 641 f, 642 a b c, 645 e. *Vide* Diplomatum.

Chiragrâ *laborans mulier, ope S. Prudentii M. divinitus curata* 356 b c. Chiragrâ *laborans altera mulier sanatur patrocinio S. Prudentii Mart.* 373 b c

Christianis *non semper vulgus iniquum fuit sub ethnicis imperatoribus* 265 c d e f, 289 a. Christianis *olim mos fuit Passionem Martyrum sollicitè conscribere* 264 f

Cilicio *semper utuntur Carthusiani* 619 c, 715 e

Cippi *supplicium quàm grave fuerit* 866 e f

Circumstantiæ *vulgò dictæ, seu historiæ adjuncta, etsi veritati non consonent, non tamen probant, ipsam historiæ substantiam esse falsam* 543 b c. *Diversa adjuncta, à diversis auctoribus memorata, non evincunt semper facti diversitatem* 553 c d e

Claudi *patrocinio S. Fidis V. & M. sanati* 311 c d, 323 b c. *Alii* Claudi *patrocinio S. Prudentii M. erecti* 356 b c, 357 b c. Claudo *gressum restituit S. Pardulphus* 436 a b c. Claudi *varii divinitus patrocinio B. Adalberonis erecti* 478 f, 479 a, 488 a b. Claudus *in templo S. Justinæ V. & M. divinitus erectus* 817 f. Clauda *divinitus sanata patrocinio S. Marci Papæ* 902 e f, 903 a

Clerici *calumniatores severè à suo episcopo puniti* 932 a b. Clericis *Lambacensibus substituti monachi à B. Adalberone* 457, 458, 459 f, 460 a d e, 473 d e f, 474 a b, 489 c d. Clerus *episcoporum Lindisfarnensium olim Regulam monasticam observabat* 401 f

Cœnobitæ, *pesita sui superioris facultate, anachoreticam vitam aliquando duxerunt* 244 e

in Commune *olim vivebant canonici Remenses aliique* 520 c d. *Vide* Canonici.

Conciliabulo *Wormatiensi subscripsisse non probantur B. Adalbero & Herimannus Ep.* 463 f, 464. Concilii *Romani, sub Julio I celebrati, Acta supposititia* 36 e f, 37 a b c. *Quinque concilia jussu Caroli Magni eâdem ætate in Galliis habita de statu ecclesiarum corrigendo* 171 a. *Ad* Concilia *olim deferebantur Sanctorum corpora* 311 b f. Concilium *Avenionense anno* 1079 *celebratum* 612, 613 a b c d e; *ad* Concilium *Beneventanum, anno* 1091 *habitum, tot episcopi & abbates convenerunt, ut eorum numerus facilè adnotari non potuerit* 651 c

Concionator *ferventissimus fuit B. Matthæus Mantuanus* 250 d e f

Confirmationis *Sacramentum à BB. Hermanno & Adalberone Lambaci post ecclesiæ dedicationem fidelibus collatum* 475 e

Consanguineos *suos ante obitum suum invisit S. Apollinaris* 61 e f

Consecratio *ecclesiastica solis virginibus conceditur, & apud moniales Carthusianas semper usitata fuit* 559 b

Constantia *eximia Landuini Carthusiani adversus Guiberti schismatici minas &c* 605 d. Constantia *insignis B. Adalberonis adversus schismaticos* 466, 467 d e f. Constantia *S. Apollinaris Valentini Ep. aliorumque episcoporum*

in tuenda Eccleſiæ diſciplina 54 a b, 59 c. Conſtantiâ *ſuâ in tormentis S. Fides multos ad Chriſtum convertit* 289 a
Conſuetudini *ſuæ priſcæ, quàm regulari, maluerunt adhærere quidam monachi* 403 d
Contracta *divinitus per S. Fidem V. & M. erecta* 323 a b. Contracti *patrocinio S. Prudentii M. curati* 356 a b c d, 357 a e, 359 c f, 373 d e. Contracta *ad ſepulcrum B. Adalberonis ſanata* 488 a. Contractus *aliquis divinitus ſanatur patrocinio S. Martini* 923 e
Converſi *nonnumquam, visâ Martyrum conſtantiâ, ipſimet lictores vel milites* 266 e
Converſio *ſubita matronæ luxui deditæ, audita concione B. Matthæi Mantuani* 250 e f
Converſionis *S. Brunonis initiis non cauſam, ſed occaſionem dumtaxat præbuerunt perverſi mores Manaſſis archiepiſcopi Remenſis* 533 c d
Corpore *Domini devotè ſumpto quædam monialis divinitus ſanatur ad reliquias S. Juſtinæ V. & M.* 817 b c
Corpus Sancti *alicujus aliquando vocatur id, quod inſignis tantùm ejus corporis pars eſt* 281 c. Corpus *Sancti alicujus non raro dicitur in ea eccleſia quieſcere, in qua pars corporis tantùm ſervatur* 859 c d. Corpus *S. Marci Papæ ſeculo* XI *venale à foſſoribus oblatum & pretio à pia matrona comparatum* 892 c d, 899 f, 900 a b c f. Corpus *S. Leopardini, terrâ obrutum, cæleſti lumine detegitur* 918 a b c; *dolio dein incluſum & in aquas demerſum, divinitus rurſus revelatur* 918 f, 919 a b c d. Corpus *S. Urſini nulla putredine reſolutum invenitur poſt plurimos ab ejus obitu annos* 923 e. Corporis *S. Martini, abbatis Bellifontis, inſpectio diu divinitus impedita fuiſſe fertur* 953 e f
in Craticulam *ferream ſubjecto igne extenditur S. Fides V. & M.* 288 f
Criticæ *ignari paſſim fuerunt ſcriptores* XII *ſeculi* 390 a
Crucis *ſignum quàm crebrò ab antiquis Chriſtianis adhibitum* 27 b e. Crucis *ſigno ſe munit S. Fides V. & M., martyrium aditura* 288 d. Crucis *ſigno & patrocinio S. Juſtinæ V. & M. monialis quædam, multis morbis laborans, divinitus ſanata* 817 b c
Crudelitatem *judicum ethnicorum non raro ipſi martyres & ipſum vulgus deteſtati ſunt* 265 e f, 289 a

D

DÆmone *liberati patrocinio S. Prudentii M.* 346 c, 356 f, 359 a, 364 e f
Dæmoniacos *oleo benedicto curavit S. Pardulphus* 425 d, 426 f, 434 c; *alii* Dæmoniaci *ab eodem Sancto curati* 436 c d. *Vide* Energumena.
Decimæ *eccleſiarum laicis conceſſæ à Carolo Martello* 351 a
ad Dedicationem *eccleſiæ Lambacenſis cur invitatus B. Altmannus Ep. Patavienſis* 474 e, 475 a
Defenſorum *nomen cur olim datum laicis principibus* 431 d
in Defunctos *pietas S. Apollinaris Valentini Ep.* 52 a
Dei gratiâ rex *formula à Pippino adhibita & cur* 78 c
Deiparam *ante partum, in partu & poſt partum virginem permanſiſſe, in ſua Fidei profeſſione paulò ante mortem emiſſa profeſſus eſt S. Bruno* 687 f; Deiparam *velut unicum præ cæteris Sanctis aſylum & patronam ſibi elegit B. Altmannus Patavienſis epiſcopus* 471 c
Deo *magis quàm hominibus obſecundandum* 53 d
Depoſitio *Sanctorum quid ſit* 28 e f, 165 f
Deſiliens *in profundum locum illæſus ſervatur, invocato auxilio SS. Renati & Valerii* 395 b c d e
Diaconi *olim non ordinabantur ante vigeſimum quintum ætatis annum* 190 e; *in eo tamen aliquando diſpenſatum fuiſſe, negari abſolutè non poteſt* ibid. Diaconi *vel ſubdiaconi olim officium erat, nolam pulſare tempore ſacrificii Miſſæ* 224 a b
Dicaſteria ſacra *quo pacto celebrata* 345 c d, 347 a b
Dicatus *Deo B. Adalbero à ſuo patre* 471 a
Dies *Dominicus antiquitus obſervari ſolitus in ſummorum Pontificum ordinatione* 887 d f
Dignitate *eccleſiaſtica malè acquiſita inter legati Apoſtolici manus ſe abdicat Manaſſes præpoſitus Remenſis* 518 b. Dignitati *& mundo valedicit S. Nicetas & monachum induit* 445 c, 447 d, 448 c. *Vide* Archiepiſcopatum.
Diplomatum *conſtans teſtimonium aliorum ſcriptorum non coævorum auctoritati præponderare debet* 231 e. Diplomata *non tam annorum numero, quàm re aliqua, ad omnem poſteritatem memorabili, ſignare, familiare aliquando regibus Hiſpaniæ fuit* 951 b. *Vide etiam* Charta.
Diſcipulos *plurimos habuit S. Bruno & hos bonis moribus non minùs, quàm litteris, informavit* 513 d e f, 514
Doctor *quidam Pariſienſis ad tempus redivivus ſe damnatum proclamâſſe dicitur; ſed an verè, examinatur* 535 d e f & ſeqq. pagg. *Vide* Breviario.
Dominica, *quâ dicitur* Iſti ſunt dies, *eſt Dominica dicta nunc* Paſſionis 393 f. Dominicis *diebus fieri ſolebant eccleſiarum dedicationes* 191 a
Dona *varia à Choſroë Perſarum rege, licèt ethnico, S. Sergio oblata* 853, 854, 855 a b c
Donationum *chartæ aliquando non ſcriptæ niſi ſat diu poſt ipſam donationem* 412 e. Donationes *pias, à matre ſua factas, revocans filius gravi apoſtemate affligitur, facti pœnitens, curatur, interveniente, ut creditur, S. Brunone* 692 e f, 693 a b. Donationis *ut à Tertullo factæ, inſtrumentum fictitium eſt* 78; *fictitia item Gordiani* Donatio 79 b c, 81 f. *Vide* Chartæ.
Dormire *poſt prandium monachis quibuſdam olim uſitatum erat* 403 a b
Duriora *verba à Martyribus adverſus perſecutores aliquando prolata* 242

E

ECcleſia *olim nullas urbes in Italia poſſidebat* 101 b. Eccleſiæ *Romanæ benignitas & indulgentia* 522 a. Eccleſias *plures in Sicilia conſtruxit vel reparavit Rogerius Siciliæ comes* 102 e f. *Quatuor* Eccleſias *exſtruxit vel reparavit S. Hieronymus Nivernenſis epiſcopus* 170 d. Eccleſia *ad recondendas S. Capraſii M. reliquias à S. Dulcidio Ep. erecta* 271 e; *alia, in quam S. Fidis V. & M. corpus transferretur* 278 e f. Eccleſiæ *variæ in honorem S. Fidis V. & M. erectæ* 283, 300 e, 301 f. *Octo* eccleſias *condi curâſſe fertur S. Magnus Ep. Opiterginus* 421 a. Eccleſiis *Deo edi-*

edificandis plurimum addictus S. Palladius 933, 934, 935 a b. Ecclesia *Deo & B. Virgini ac S. Joanni Baptistæ ab archiepiscopo Panormitano coram 5 episcopis consecrata* 649 e f, 650 a. Ecclesia *S. Sergii martyris à 15 episcopis Deo dicata* 846 e. Ecclesiæ *laicis concessæ à Carolo Martello* 351 a. Ecclesiæ, *quæ plures habent sanctos Patronos, nonnumquam sub præcipui patroni nomine, ceteris omissis, designantur* 847 d e. Ecclesiæ *triformis descriptio* 280 a b. Ecclesiæ *suæ ablata bona restitui curavit S. Hieronymus, Nivernensis Ep.* 168 c d e. Ecclesiam *S. Renati depredari conati milites morte puniti* 381 e, 394 f, 395 a. Ecclesias *incendere Saracenis non inusitatum* 337 e f, 350 f, 428 d f, 436 e

Ecclesiasticam *disciplinam labefactari non sinit S. Apollinaris Valentinus Ep.* 53 d e f, 59 c.

Ecclesiastici *miserè in Gallia vexati à secularibus* XII *seculo* 363 d e f, 364 a. Ecclesiastici, *qui defuncti exequias celebrârant, prandio olim excepti à defuncti consanguineis* 376 c

Electio *Ravennatum episcoporum indicio columbæ olim facta fuisse traditur* 32. *Quid de ea traditione censendum* ibid. & seqq. pagg. Eligitur *omnium votis episcopus B. Adalbero* 471 c, 489 c

Eloquentiâ *& sanctitate insignis S. Avitus* 45 f

Energumena *curatur patrocinio S. Brunonis* 767 a b. Energumenæ *patrocinio S. Brunonis curatæ* 776 d e f. Energumeni *duo mirо modo à S. Apollinare curati* 56 c d, 57 b, 58 b c, 61 d e, 62 a. Energumenus, *adhibito pulvere, ex lapide altari S. Brunonis abraso, liber evadit* 770 b c d. *Vide* Dæmoniacos.

Enervatæ *vires restitutæ ope S. Prudentii M.* 356 c. *Vide* Aridi.

Episcopatûs *Paderbornensis exordia* 179 f, 218 e d, 219 a. Episcopatûs *Zamorensis restauratio* 239 e. *Ab uno ad alium* episcopatum *transire, olim criminis loco habebatur* 390 f. Episcopatum *renuit accipere B. Artaldus* 784 d; *hunc, consentiente summo Pontifice, dein deposuit* 784 e. Episcopalem *sedem cur repetere recusârit B. Adalbero* 467 f, 468 a. Episcopi *gregem suum deserere non licet* 391 b. Episcopi *Autissiodorenses olim de more consecrabantur festo die S. Mauritii* 396 f. Episcopi *Lindisfarnenses cum suo clero olim regulam monasticam observabant* 401 f. Episcopus *aliquis absens, absque generali concilio sine legitimis accusatoribus & testibus, & sine objectorum criminum probatione nunquam condemnandus est* 463 d. Episcopo *in alienâ diœcesi ecclesiam dedicare non licet* 474 e, 475 a. Episcopus *jam consecratus S. Hugo Gratianopolitanus aliquandiu apud monachos degit, sed cogitur à summo Pontifice ad episcopatum reverti* 610, 611, 614 c d, 624 c d. Episcopi *ritûs Latini Græcis substituti seculo* XI *in ecclesia Squillacensi* 658. Episcopo *Ostiensi concessum fuit, ut pallio uteretur & Romanum Pontificem consecraret* 889 b, 890 b c d. *Benedictionem* episcopi *depositi petere vel accipere fideles prohibentur* 928 a. Episcopum *alterius provinciæ sine hujus metropolitæ consensu consecrare non licet* 929 e. Episcopi *quidam jussu Guntchramni regis Psalmum Responsorium ad mensam cantant* 930 f. Episcopis, *qui illegitimè Faustianum consecrârant episcopum, à concilio Matisconensi imposita mulcta* 931 f

Epistolas *familiares, spirituali ædificatione refertas, ad viduas virgines que S. Fulgentius scripsit* 154 a. Epistolæ *Justiniani ad Vigilium, quæ de S. Placido meminit, fictitia est* 75 e f; Epistolæ *Siculorum ad S. Benedictum aliæque fictitiæ* 79 d e f, 80 a b c, 82. Epistolæ *duæ S. Brunonis divini spiritus unctione refertæ* 675, 676, 677 a b c. Epistola *encyclica mortis S. Brunonis nuncia quaquaversum missa* 736 c d e f

Eremum *curiæ Pontificiæ præmisit S. Bruno* 633 c, 634 e, 635 b, 705 c d, 719 a b

Ethnicos *sibi supplicantes etiam exaudit Deus, dum de temporalibus mundi hujus rebus agitur* 853 c

in Eucharistia *verum corpus & sanguinem Christi esse, confessione solemni profitetur S. Bruno jam morti proximus* 507 a, 687 f, 720 c, 733 c, 736 e; *alii item viri illustres* 507 b c

Excommunicatio *ab episcopis lata in Stephanum fisci regii præfectum, ob incestas ejus nuptias* 53 d e, 59 c. Excommunicatio *propter non soluta debita nonnullis olim inflicta* 310 a. Excommunicatur *à suo episcopo Nantinus comes ob illatas ecclesiæ injurias* 928 b c, *qui dein miserè moritur* 928 c

Excommunicatus *& exanctoratus à Legato Apostolico in Concilio Lugdunensi Manasses archiep. Remensis* 526 e f, 597 e

Exemplum *sumendum à probis sanctisque* 151 d

Exilium *lubens patitur S. Nicetas pro defensione sacrarum imaginum* 449 e f, 489 d e

F

FAbulis *non propagatur Religio* 190 a

Faces, *quibus Martyrum latera urebantur, quales fuerint* 27 e

Facta *historica ab indulgentiarum postulatoribus allegata & in diplomatibus Pontificiis recitata propterea certiora non redduntur* 390 d. *Vide* Bullæ.

Febris, *quâ Sigismundus rex laborabat, strata super eum veste S. Apollinaris, subitò fugatur* 54 e, 59 e. Febre *& gravissimo morbo liberatur dux Bragantiæ Theodosius II, implorato patrocinio S. Brunonis* 775 d e f. Febri *laborans dicitur subitò curatus fuisse attactu S. Tuvii* 404 f. Febre *laborantes patrocinio S. Martini, Turonensis episcopi, curati* 933 c. Febricitantes *varii patrocinio S. Geroldi divinitus sanati* 960 c d, 963 c d e, 964 b c d e; *item meritis S. Pipionis* 967 c d

Feminis *adhibitus usus valicis* IX *seculo* 360 b f, 361 a

Feriarum *nomen cur nundinis inditum* 284 e f

Festum *duplex SS. Placidi & Sociorum præscribit Sixtus V PP.* 107 d e f, 108 a, *varia* Festa *S. Meinulphi* 201 b c d

in Fide *Catholica non errâsse ostenditur S. Bruno* 507, 508 a

Fidem *fraternam sibi mutuò super sacram mensam jurare, aliquando mos fuit principum* 82 e f

Filii *nobiles S. Benedicto oblati & quem in finem* 84 e f, 85 a b

Fluxu *sanguinis & urinæ laborans patrocinio B. Matthæi Mantuani subitò curatur* 251 b

Fons *prodigiosè exortus ad preces S. Apollinaris* 46 b, 54 c d, 59 d

Formula *hæc* : Dei Gratiâ rex *Pippinus uſus eſt, & cur* 78 c
Fortitudo *eximia S. Brunonis etiam cum dignitatum fortunarumque jactura* 515 f, 516 de. Fortitudo *eximia Ruſticianæ in perferendis calamitatibus* 151 b. *Vide* Conſtantia.
Fortunâ *adversâ preſſi homines ad Deum recurrere ſolent* 521 c, 533 d
Fratres *vacati principes, qui ſibi mutuò ſuper ſacram menſam fidem fraternam jurârant* 82 ef. Fratris *nomine quandoque epiſcopus à presbytero nuncupatus* 301 c, 302 a
Fundationum *eccleſiarum vel cœnobiorum hiſtoriæ nonnumquam adjunctis veſtitæ ſunt, in quibus plus admirationis, quàm veritatis ineſt* 793 cd
Funebris *rotuli uſus* 495 f
Furto *auferetur corpus S. Fidis martyris* 274 e f, 275 a, 291 ab, 292 ef, 296 c d. Furto *ablatæ dicuntur reliquiæ S. Prudentii* 338 e, 353. Furto *ablatam telam miro modo ſuo domino reddi, S. Fides V. & M. curat* 320 f, 321 a
per Fuſtem *facta reſignatio ſeu traditio territorii* 767 f

G

Gentilitia *ſcuta, qualia nunc adhibentur, ſub finem* XI *ſeculi exorta ſunt* 498 bc
Gentilium *ſchola quænam olim dicta* 839 def
Genu *mulieris fractum ad invocationem S. Meinulphi ſanatur* 205 bcd
Gregis *non eſt proprium paſtorem terrere* 51 e
Gutture *laborans oratione S. Pardulphi curatus* 436 d. Gutturis *tumore & intolerabili dolore laborans puella divinitus curatur patrocinio S. Marci Papæ* 902 e

H

Hiſtoriæ *ornamentum nullum eſt, cui veritas non ineſt* 421 a
Hiſtoriarum *veterum adjuncta à recentioribus ſæpe accommodantur ad uſum ſui temporis* 540 c; Hiſtoriæ *veræ adjuncta falſa ſubinde adduntur* 588 de
Horas *eccleſiaſticas perſolvendi modus à primis Carthuſianis obſervatus* 616 f, 619 e, 621 f, 622 a b
Humilitas *confitentis meritum auget* 52 a. Humilitas *eximia Probæ virginis* 151 c; *S. Meinulphi* 181 e; *S. Ywii diaconi* 405 a. Humilitate *ſimul & doctrinâ inſignis fuit S. Apollinaris Bituricenſis* 415 c. Humilitas *inſignis S. Hugonis Gratianopolitani* 616 cd, 704 f, 716 ab, 729 ab; *S. Leopardini* 915 bc. Humilitas *vera quandonam ſervetur* 719 b. Humilitas *eximia Carthuſianorum* 556 f, 579 c, 598 e, 728 de

I

Idololatria *ſexto ſeculo necdum penitus in Italia exſtincta* 89 bcd
Jejunia *indicta Conchenſibus, ut corpus S. Fidis de loco ſuo moveri poſſet* 279 a; 298 f. Jejunio *ſolemni vigilia S. Fidis celebrata* 282 a b. Jejunium *feriâ ſextâ propter Chriſti paſſionem, Sabbato propter Deiparæ venerationem jam pridem ſervari ſolitum* 479 e, 481 a.
Jejunium *triduanum indictum ad amovendam peſtem* 432 c
Igne *eccleſias delere Saracenis non inuſitatum fuit* 337 ef, 350 f, 352 b; *idem frequens apud Normannos* 341 b. Igne *conſumptum velamen muliebre integrum recipitur patrocinio S. Meinulphi* 212 ef, 213 a, 214 a; Igne *non læditur pannus, tumulo S. Meinulphi impoſitus*, 214 b, 222 f; Igne *illæſum ſervatur pallium patrocinio S. Prudentii M.* 341 a, 359 e f. Igni *traditus Judæus, invocato S. Sergii martyris auxilio, diu illæſus, uti narrat Nicephorus Calliſtus, ſervatus, indeque ereptus fuit* 848 def. *Ab* Igne *illæſa ſervatur domus, in qua Reliquiæ S. Sergii ſervabantur* 856 d. *Vide* Incendio.
Imago *Deiparæ miro modo S. Gallæ apparuiſſe creditur* 159 & ſeqq. pagg. Imaginum *ſacrarum cultûs causâ multa perpeſſus eſt S. Nicetas* 445, 447 ef, 449 def
Immobiles *divinitus hærent milites, qui peregrinum, S. Fidis patrocinio vinculis ereptum, occidere conantur* 317 ab. Immobile *tamdiu ſubſtitit corpus S. Pardulphi, donec cæcus aliquis ad illud lumen reciperet* 426 a
Immortalitas *animæ quo pacto à S. Gregorio Magno demonſtrata* 150 ab
Imperatorum *quorumdam pietas: Carolus Magnus teſtamento multa bona contulit eccleſiaſticis* 169 f, 170 a. *Idem S. Meinulphi in baptiſmo ſuſceptor fuit* 179 f, 210 f, 218 e. Imperator *Carolus IV Reliquiarum ſanctarum ſtudioſiſſimus exſtitit* 18 f, 863 def. Imperator *Leopoldus tranſlationi reliquiarum S. Peregrinæ piè interfuit* 12 c, 15 f, 16 a
Incendio *liberatur puer à S. Pardulpho è baptiſmate ſuſceptus* 424 a, 429 bc, 437 e. *Vide* Igne.
Inceſtis *nuptiis nihil veniæ reſervandum, niſi poſt ſeparationem* 53 c, 60 e
Indulgentia *Portiunculana à S. Franciſco petita & ab Honorio PP. conceſſa probatur* 573 f, 574 ab. Indulgentiæ *quales antiquitus conceſſæ* 158 bcde. Indulgentiæ *ineunte ſeculo* XI *ab epiſcopo conceſſæ* 284 e. Indulgentiæ 40 *dierum in dedicatione particularis eccleſiæ ſeculo* XI *conceſſæ* 650 b. Indulgentiæ *liberaliores, quæ ſeculo* XI *conceſſæ adſtruuntur, pro ſuſpectis haberi debent* 898 abd
ab Infantia *ſanctis & bonis moribus imbuitur S. Attilanus* 243 a. *Vide* Adoleſcentia.
Infirmo *de Viatico ſacro proſpicit S. Meinulphus* 205 f, 206 a
Injurius *S. Brunoni vir nobilis morte punitus* 768 bcd
Injuſtè *auferens cereum S. Fidi virgini oblatum miro modo mulctatur* 310 ef, 311 ab. Injuſtus *poſſeſſor territorii, Carthuſianis traditi, illud, ut evadat mortem, reſtituit* 767 e f. Injuſtus *quidam monachi invaſor morte punitus* 308 ef
Inſanus *redditur ſanæ menti patrocinio S. Meinulphi* 205 de
Inveſtituram *epiſcopatûs de manu regis Henrici IV ſe accepiſſe doluit Herimannus Mettenſis Ep.* 464 bcef. *Contra* inveſtituras *à laicis acceptas variæ ætate S. Brunonis habitæ in Galliis ſynodi* 518 ac
Invida *injuſtaque mulier in ſui ſceleris pœnam turpi morte perit* 912 abcd, 915 def, 918 f. *Ex* Invidia *quidam presbyter nefanda molitur* 86 f.

Irreverens *in imaginem S. Fidis femina membrorum contractione subitò mulctatur, factique pœnitens divinitus curatur* 309 b c d. Irreverens *in ecclesiam, terrore incusso & vulnere punitur* 771 d e f

Juris peritiâ *insignis fuit B. Petrus de Imola* 246 c, 247 a

Juvenis *ætate, sed moribus grandæva fuit S. Fides V. & M.* 288 d. Juvenis *B. Matthæus Mantuanus mundi oblectamenta fugit* 249 b *Vide* Adolescentia.

L

LAborabat *manibus S. Leopardinus, ut fratribus suis victum compararet* 915 c

Læsa *graviter mulier patrocinio B. Matthæi Mantuani subitò curata* 252 f. *Vide* Vulnera.

Laicis *adhibitus usus calicis sec.* IX 360 b f, 361 a

Languore *diuturno manuum pedumque laborans, postquam ad tumulum B. Adalberonis advectus esset, de die in diem convalescit* 485 a b c

Lapsus *è declivi loco vir nobilis, invocato auxilio S. Brunonis, incolumis servatur* 766 e f. Lapsus *equo suo miserè extinguitur injustus monachi invasor* 308 e f; *bis periculosè lapsus servatur incolumis patrocinio S. Fidis V. & M.* 320 d e. Lapsus *in profundum locum S. Anselmus, invocato Mariæ nomine, illæsus servatur* 670 d e; *ex gravi* lapsu *laborantes B. Matthæi Mantuani patrocinio curati* 252 f, 253 a

Lectiones *duodecim olim in Officio ecclesiastico recitatæ* 359 e

Leprâ *ter percuti impetrâsse fertur S. Enimia, ut virginitatem servaret* 406 f, 407 f

Liberalitas, *eximia S. Apollinaris in ecclesias* 52 b c d; *S. Pardulphi erga pauperes* 434 c. Liberalitas *insignis viri principis Ardei in S. Leopardinum* 914 f, 915 a b, 921 b c

Libros *Carthusiani sedulò describunt & cur* 620 a b, 728 c d

Linguâ *mutilati nihilominùs libere, ut antea, loquuntur* 136 a. Linguas *sacras calluit S. Bruno* 513 d

Litaniæ *antiqua qua terminatione Sanctorum nomina expresserint* 71 f, 72 a b. *In* Litaniis *S. Gregorio Magno antiquioribus exstat nomen S. Justinæ M.* 795 c. Litaniæ *seculo* IX *usitatæ* 278 a. Litaniæ *seculo* X 260 d

Litteris *tam sæcularibus quàm divinis valde imbutus fuit S. Bruno* 492 d, 502 f, 514 d e f, 515, 706 a, 709 b

Luciferum *præcipuo honore habuerunt Saraceni* 96 f

Lumine *cœlesti detegitur B. Artaldus fugiens episcopatum* 784 d

Lunæ *dies, seu* Lunationes, *elementis seu litteris* a b c *&c olim in Kalendariis notati* 486 f, 487 d

Lupus, *ut fertur, jussu S. Froilani librorum sarcinam loco occisi asini detulit* 232 f, 234 a

M

MAniâ *laborans in translatione corporis S. Marcellini demum curatur* 38 b c

Manuum *pedumque usum amissum puer divinitus recuperat patrocinio S. Marci Papæ* 902 c d e

Martyres *quidam aliquando annuntiantur, ut passi in iis locis, ubi eorum dumtaxat exstant Reliquiæ* 269 f, 270 a. Martyrum *Acta sub se passorum in scripta referri impediit Decianus* 264 f. Martyrum *corpora, durante persecutione, non tam sepulta, quàm abscondita* 272 d e; Martyrum *corpora, ne Christianis in honore essent, tyrannorum jussu subinde in mare vel fluvium projecta* 272 e. Martyrum *nomina jam pridem à parentibus suis filiis imposita* 845 b

ad Martyrium *strictè dictum quid requiratur* 958 b c

Martyrologia *vetera duplicis generis* 68 b c. Martyrologii *vulgò Hieronymiani codices multi insigniter corrupti* 66 b, 67 f. Martyrologiis *classicis cur non adscripti quidam Sancti* 167 b, 172 b. *Vide* Sancti.

Matutinis *ecclesiæ officiis assiduè interfuit S. Apollinaris episcopus* 62 a b, 64 f

Menæa *Græcorum alios subinde, quàm verè Sanctos, celebrant* 444. *Qualem fidem* Menæa *mereantur* 448 d e

Menologia *& Menæa Græcorum palæstram Occidentalis Ecclesiæ Martyrum nominatim exprimere solent* 22 f

Mensis *Martius pro Maio sæpe in diplomatum apographis suppositus, & qua de causa* 661 b, 669 c d, 671 c; *item* mensis *Junius pro Julio* 686 e

Meridianam *quietem monachi quidam olim captabant* 403 a b

Meritorum *S. Brunonis ac sociorum particeps fieri desideravit Rogerius comes* 647 b c

Milites *ecclesiam S. Renati depradari volentes morte puniti* 381 e

Minis *nullis movetur S. Charitina, ut idolis sacrificet* 24 c. *Vide* Constantia.

Miracula, *quæ in quibusdam Martyrum Actis leguntur, non evertunt eorum antiquitatem* 265 b. *Quædam non contra naturam, sed extra consuetum naturæ cursum divina virtute proveniunt* 372 c. Miracula *nullo non sæculo fiunt, rariùs tamen quandoque propter peccata hominum* 322 c. *Cur* Miracula *fiant* 377 e. *Cur* Miracula *litteris mandata* 348 f. Miracula *suis temporibus patrata scripsit Petrus Venerabilis, & qua de causa* 562 d. Miracula *à Sanctis patrata à nonnullis negantur ex mera invidia* 364 d e. Miraculis, *sola populi famâ nixis, non adhibenda semper indubia fides* 188 c d e. Miraculo *quidquam esse factum, pro certo credi non debet sine coævo testimonio vel convincenti ratione* 617 f. Miracula *& revelationes passim credi non debent sine auctoris bonæ notæ testimonio* 842 c. Miracula *sanctum non faciunt* 720 d e; *multi sunt verè Sancti, qui non leguntur* miracula *patrâsse* 720 e f; *sine* miraculorum *inquisitione Leo X PP. permisit, coli S. Brunonem* 721 b, 734 d. *Cur* miracula *aliquando cessent* 734 c. Miracula *multa S. Placido attribuit pseudo-Gordianus* 120 & seqq. *item Stephanus Anicienſis* 141 & seqq. pagg. *S. Germanus episcopus Parisiensis* miraculis *verè clarus* 124 b c. Miraculis *post mortem clarus B. Matthæus Mantuanus* 249 e f, 253 a c. Miraculis *virtutibusque clarus S. Froilanus* 233 d. Miraculis *post mortem claruit S. Meinulphus* 195 a b c d f, 203, 204, 205, 208 b c, 214 f, 215 a b, 222 f, 223, 224. Miraculis *quàm plurimis variisque post mortem insignis fuit S. Fides V. & M.* 272 & seqq., 299 a, 300 c, 301 a, *usque ad*

ad pag. 329. Miraculis *plurimùm poſt mortem claruit S. Prudentius M.* 339 b, 340 b c d e f & ſeqq. Miraculis *clarum fuit S. Martini Santonenſis abbatis ſepulcrum* 934 b c
Miri *aliquid rebus, quas narrabant, affundere ſolebant ſeculi* XII *ſcriptores* 344 e
Miſſæ *Sacrificium pro defunctis celebratum* 376 c. Miſſæ *ſacrificium à Carthuſianis feſtis diebus celebratur* 619 f, 716 a. Miſſarum *magnus numerus, preces, jejunia aliaque pœnitentiæ opera à S. Brunone ſuis injuncta pro requie animæ Rogerii comitis fuiſſe narrantur* 686 f. Miſſarum *ſolemnia quotidie in ſanctorum Martyrum honorem celebrata etiam S. Gregorii Magni ætate* 843 c. Miſſas *triginta pro requie animæ S. Brunonis paulò antè defuncti, ſe celebraturos, promittunt Pultarienſis abbas & monachi* 514 c, *idem fecerunt Moliſmenſes* 600 c. *Vide Titulos S. Brunonis funebres à pag.* 737
Mitræ *& annuli uſus à Pontifice conceſſus abbati Conchenſi* 282 d e f
Monachi *frequentes in Galliis fuerunt etiam ante ſeculi* IV *exitum* 272 a b. Monachi *quidam adhærere maluerunt priſcæ ſuæ conſuetudini, quàm regulari* 403 d. Monachi *ſubſtituti clericis Lambacenſibus à B. Adalberone* 457, 458 a b, 459 f, 460 a d e, 473 d e f, 474 a b, 489 e. Monachis *rumores mundi audire vel referre non licet* 785 a
Monaſteria *aliquot erexit vel reparavit S. Froilanus* 233 c. Monaſteria *duodecim à S. Benedicto conſtructa* 84 d. Monaſteria *injuſſu principis non conſtruenda ſunt* 189 d f, 212 a, 219 c. Monaſterii *Conchenſis negotia à legatis Apoſtolicis olim definienda erant* 282 c. Monaſterium *de Bello-fonte anno* 1232 *ſitu & nomine mutatum* 952 d e f. Monaſterium *in honorem S. Placidi conditum* 104 a b. Monaſterium *S. Stephani de Boſco à Ciſtercienſibus ad Carthuſianos tranſlatum auctoritate Pontificia* 695, 696 a b c d e
Monaſtica *Regula ab epiſcopis Lindisfarnenſibus totoque eorum clero obſervata* 401 f. Monaſticum *habitum tantiſper depoſuit Rachis, priùs rex Longobardorum, & ad arma proſiliit* 441 a b
Monetur *divinitus S. Dulcidius Ep., ut corpora S. Fidis ejuſque Sociorum in decentiorem locum transferat* 272 f. *Vide* Revelationes.
Monumenta, *etſi non ſcripta, apta ſunt ad ſtabiliendum factum aliquod hiſtoricum* 389 a
Morbis *variis graviſſimiſque laborans monialis ad reliquias S. Juſtinæ V. & M. divinitus curata* 817 b c. Morbus *lethalis patrocinio S. Prudentii M. depulſus* 356 b, 360 a
Mortem *ſuæ filiæ æquo animo fert S. Eucherius* 44 b; *hanc lugens Galla, mater ejus, conſolationem à Deo accipit* 44 d. Moritura *S. Galla ſibi mortis comitem poſtulat* 162 f. Mortem *ſuam prædicit B. Matthæus Mantuanus* 249 e, 251 b c d. Mortem *ſuam prænuntiâſſe narratur S. Leopardinus* 916 d e. *Ad* mortem *injuſtè damnatus tertiò ſolvitur patrocinio S. Fidis* 312 d e f, 313 a b. Moribundus *ſubitò ſanatus patrocinio B. Matthæi Mantuani* 252 e. Morti *proximus vir, S. Brunoni devotus, ex eo & S. Vincentio Ferrerio ſibi apparentibus, intelligit, ſe brevi ſanandum* 693 b c d. Morti *proximus filius, facto à patre voto, SS. Marci, Amati & Concordiæ patrocinio, poſt triduum incolumis reperitur* 895 c d
Mortuus, *aut certè pro tali habitus, invocato S. Meinulpho, ſanitati reſtituitur* 204 f, 205 a b. Mortua *credita infans non modò baptizatur, ſed & diu dein vixit patrocinio B. Matthæi Mantuani* 252 e f. Mortuus *puer ad vitam revocatus patrocinio B. Matthæi Mantuani* 252 d. Mortuus *homo ad vitam revocatur, invocatâ S. Fidis ope* 319, 320; *item mulus* 321 e f, 322 a, *ac rurſus alter* 325 e f. Mortui *ad vitam revocati patrocinio S. Prudentii Martyris* 374 d e f, 375 a b c d f
Mos *antiquus vim legis habet* 50 c
Moveri *de loco nequit lipſanotheca S. Ywii* 401 b. Moveri *loco non potuit corpus S. Fidis V. & M.* 278 f, 279 a, 298 f
Mulieri, *membrorum ferè omnium officio deſtitutæ, ſanitas redditur, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium offerente S. Leopardino* 916 c d
Munera *ſibi oblata reſpuit B. Matthæus Mantuanus* 249 d. Munera, *ſibi non recta mente oblata, Sancti reſpuunt* 381 e, 394 c d e f. Muneribus *Rachis Longobardorum rex avertitur ab obſidenda urbe Peruſina* 440 f, 441 a c
Munificentia *B. Adalberonis in ſacras ædes & perſonas* 456 e f, 459 e f, 460 a b, 461 a, 489 c d. *Vide* Liberalitas.
Mutus *à nativitate puer meritis* S. Apollinaris *ſubitò* Alleluia *cum choro decantat* 58 b. Muti *patrocinio S. Fidis V. & M. curati* 311 c. Muti *patrocinio S. Prudentii M. loquelam adepti* 340 f, 356 d e, 357 e, 359 c d. Mutus *puer patrocinio B. Adalberonis loquelâ donatus* 451 d e; *alii item* 485 c d e, 488 a c d e. Muta *mulier patrocinio S. Brunonis loquelam adepta* 769 e f. Muta *patrocinio S. Juſtinæ V. & M. divinitus curata* 817 c d e. Mutus *& pedum officio ſimul privatus divinitus ſanatur patrocinio S. Leopardini* 919 f

N

NAtales *illuſtres S. Placidi* 80 f, 82 f, *S. Gallæ* 150 d e f, 151; *S. Meinulphi* 176 f, 177, 210 d, 218, *B. Adalberonis* 454, 470 d e, 489 b. Natales *illuſtres perperam quibuſdam Sanctis attributi* 426 b c. *Vide* Nobilitas.
Naves *ſuas Normanni per ſiccum plùs, quàm duobus paſſuum millibus trahunt ab uno ad alium Sequanæ locum* 341 f
Naufragium *paſſus vir nobilis triduo cum fluctibus luctatus tandem, invocato S. Fidis V. & M. auxilio, ſoſpes in patriam redit* 327 f, 328
Negativum *argumentum quandonam vim nullam habeat* 43 d. *Vide* Argumentum.
Nobilitas *ſanguinis Sanctorum virtutes illuſtriores hominibus reddit* 48 f. Nobilitatis *inſigne olim erat, accipitrem poſſe deferre* 322 d, 323 e. Nobiles *natales B. Artaldi epiſcopi* 783 f. Nobiles *S. Brunonis natales* 497, 704 a, 709 b, 724 b. *Vide* Natales.
Nola, *cùm monialis Budicæ moritura eſſet, ſponte ſonum edidiſſe narratur* 224 a b c. Nolam *pulſare in ſacrificio Miſſæ, ad diaconum vel ſubdiaconum olim ſpectabat* 224 a b
Novitii *Benedictini Ordinis olim veſtem ſecularem & capillos ſervabant* 86 b. *Cujus ætatis olim eſſe debuerint, qui inter* Novitios *Carthuſienſes admittebantur* 559 e

Nuptiæ *cum duabus ſucceſſivè ſororibus canone Epaonenſi aliiſque prohibitæ* 53 a b c, 59 b, 60 c

Nuptias *ſecundas reſpuit S. Galla vidua* 162 a

O

Obedientia *eximia S. Placidi* 85 f, 86 a. Obedire *ſummi Pontificis mandato præſtat, quàm carnem jejuniis aliiſque auſteritatibus macerare* 627 e, 717 a, 729 e

Obitum *alicujus egregii viri per epiſtolam encyclicam monachi quaquaverſum olim nuntiabant* 495 f, 496 a, 531 a b. Obitum *ſuum divinitus præſcivit B. Artaldus* 785 a b. *Vide* Mortem.

Oblati *S. Benedicto filii nobiles, & quem in finem* 84 e f, 85 a b

Obſidione *ſoluta urbs Surrentina patrocinio S. Renati Ep.* 394 e f

Oculis *injuſtè orbatus, miro patrocinio S. Fidis virginis & M. eos recipit* 302 d e f, 303, 304, 305, 306 b c; *qui dein unius alteriuſque oculi lumen amittit lapſus in carnale peccatum, & facti pœnitens recuperat* 304 e f, 305 a b c, 306 b c; Oculis *injuſtè orbatus, eos patrocinio S. Fidis V. & M. recipit* 307, *item rurſus* 315 e f, 316 a b c. Oculis *miſerè privatur Hatto, Hunaldi ducis frater* 430 a

Odore *ſuavi B. Matthæi Mantuani corpus poſt mortem fragrâſſe dicitur* 252 b. Odor *ſuavis emanans ex ſepulcro S. Juſtinæ V. & M.* 810 f

Officii *defunctorum recitandi antiquus in Gallia modus* 546 f, 547 a. Officium *de intemerata Virgine Maria per multas eccleſias decantatum* XI *ſeculo* 432 e. Officium *parvum de Beata quandonam inſtitutum fuiſſe dicatur* 655, 718 e. Officium *duplex SS. Placidi & Sociorum approbatum* 113 e f. Officium *eccleſiaſticum de S. Brunone Carthuſianis conceſſum à Leone PP. X viva vocis oraculo* 696 f, 697 700 f, 721 b c, 734 d e

Oleo *ſacro, non tamen Sacramentali, dæmoniacus curatus* 62 a, 64 e f. Oleo *benedicto ægros & dæmoniacos curavit S. Pardulphus* 425 d, 426 e f, 434 c. *In* olei *ferventis ſartaginem prolapſus puer brevi ſanatur patrocinio B. Matthæi Mantuani* 251 a b

ad Oppida *munita expugnanda nati non ſunt Saraceni* 851 f

Oratione *ſua ruinam à ſuo cœnobio avertit S. Pardulphus* 436 e f, 437 a. Orationes *ſub ſacro-ſancta Miſſæ Sacrificio in honorem SS. Marcelli & Apulei recitari ſolitæ ante nongentos annos* 828 b c. Orationi *plurimùm dedita S. Galla* 162 e. Orationi *valdè deditus B. Matthæus Mantuanus* 250 c. *Vide* Precibus.

P

Pactis *non ſtans Henricus IV, aliis meliùs III, imperator, imperii principum indignationem in ſe concitat* 462 d

Pallium *ſibi mitti poſtulat Hugo epiſcopus Dienſis & legatus Apoſtolicus, ad confirmandam ordinationem archiepiſcopi Lugdunenſis* 519 b. Pallium *epiſcopale ſummi honoris & poteſtatis plenitudinem indicat* 890 d. Pallium *ab igne illæſum ſervatur patrocinio S. Prudentii M.* 341 a

Palma *pro inſigni martyrii habetur* 260 f

Pannus *miro modo ſervatur ab igne illæſus patrocinio S. Meinulphi* 204 a b c, 214 b c, 222 f. *Vide* Igne.

Pantheon *Romæ in eccleſiam S. Dei Genitricis & SS. Martyrum converſum & conſecratum* 415 a, 416 d

Papa *urbis Romanæ ſi vocetur in dubium, atque ab inferioribus judicetur, epiſcopatus ipſe vacillare videbitur* 51 e. Præſtat *obedire mandatis* Papæ, *quàm carnem macerare* 627 e, 717 a, 729 e

Paralytica *mulier S. Meinulphi patrocinio curata* 215 d e, 223 e f. Paralytici *patrocinio S. Prudentii M. ſanati* 356 a, 357 b, 358 a b, 359 b, 365 a b c, 371 b c d e f, 372 a b c, 374 c. Paralyticus *ſanitatem recipit oratione S. Tvvii* 405 b. Paralyticus *ope S. Pardulphi curatus* 428 a b d, 436 d e. Paralyticus *& contractus ad B. Adalberonis ſepulcrum repentè curatus* 478 b c d e f. Paralytici *tres patrocinio S. Martini Turonenſis epiſcopi ſanati* 933 c

Parmæ *imponi olim ſolebant, qui Francorum reges proclamabantur* 928 f

Partus *monſtroſus editus, uti narratur, ob illatam monaſterio S. Meinulphi injuriam* 206 c d

Paſcha *celebrandi ritus Romanus non ſtatim invaluit apud Scotos* 402 a b c d e

de Paſchali *ſolemnitate exorta controverſia* 262 a b

Paſſioni *Chriſti contemplandæ addictus B. Matthæus Mantuanus* 249 b e, 251 c

Patriciatûs *honor quantus fuerit* 83 b c. Patriciorum *novum quoddam genus ſub Conſtantino Magno imperatore* 800 c

Pauperibus *diſtribuit S. Apollinaris Ep. Valentinus oblata ſibi munera* 56 d, 61 f. *In* Pauperes *munifica S. Galla vidua* 154 c, 162 e. Pauperibus *admodum liberalis fuit S. Tvvius* 404 f, 405 a

Pax *inter Henricum IV, regem Germaniæ, & Saxones conciliata per B. Adalberonem alioſque quatuor, at non felici eventu* 462 c d

Pecunia *etiam olim apud Gothos, Francos & triplex fuit* 64 c. Pecuniâ *corrumpi nequit animus Hugonis legati Apoſtolici* 525 c

Pentecoſtes *die epiſcopi conſecrati SS. Froilanus & Attilanus* 243 c

Percuſſor *epiſcopi divinitus punitus* 57 d, 62 a

Peregrinationes *ad S. Geneſii ſepulcrum olim celebres* 56 b, 61 c, 62 e. Peregrinatus *biennio fuiſſe traditur S. Attilanus, relicta epiſcopali ſede* 234 c d, 244 b, 245 a. Peregrinus, *domum ab eccleſia S. Fidis rediens, injuſtè oculis orbatus, eos miro modo recipit ejuſdem Sanctæ patrocinio* 302 d e f, 303, 304; Peregrinus *alter ejuſdem patrocinio vinculis eximitur* 316 e f, 317. Peregrinatio *ad S. Jacobum in Hiſpania ſeculo* IX 352 e. Peregrinorum *hoſpitium à S. Martino, poſteà abbate Belli-fontis ſec.* XII *exſtructum* 949 f, 950 a b

è Periculo *præſentiſſimo operarios ſubducit S. Bruno piè ab iis invocatus* 768 d e f

Perſecutio *ſæviſſima in Chriſtianos mota* 23 a b, 24 b d. Perſecutio *Chriſtianorum ſub Dioclctiano, quàm crudelis & gravis fuerit* 277 e. Perſecutio *adverſus Catholicos ab Evarico Viſigothorum rege in Galliis excitata, qualis fuerit* 166 c d. Perſecutio *ab Arianis in Catholicos mota* 336 f, 337

Peſtilentiæ *igne correpti auxilium à S. Pardulpho impetrant* 432 b c

Picturæ *veteres malè intellectæ & expoſitæ occaſionem*

fionem ſubinde præbuerunt falſa aut dubia de Sanctis aſſerendi 34 b c. Picturæ *debent eſſe antiquæ, ut rem antiquam probent* 584 f, 585 a
Placitum *Dei quo pacto celebratum* 345 c d, 347 a b, 363 e f, 364 b, 365 f, 370 f
ad Pluviam *de cælo impetrandam invocatur utiliter S. Pipio diaconus* 965 d, 966 b c, 967 d; *item S. Palladius* 925 c
Pœnitentia *de peccatis agenda* 709 e f, 710, 712 b c d e. *Vir quidam* pœnitentiam *agens de peccato carnali lumen oculorum amiſſum recuperat* 304 e f, 305 a b c, 306 b c. Pœnitentiam *egit Hermannus Babenbergenſis Ep. de neglecto à ſe ſanctæ Sedis mandato* 461 f
Pontificatu *ut cederet S. Gregorius VII, præcipere auſi ſunt ſchiſmatici* 463 d e
Pontificem *Romæ convenit Manaſſes, archiepiſcopus Remenſis, cauſam dicturus* 521 e f. *A* Pontificis *legitimi obedientia nullis precibus aut minis ſe abduci ſivit Landuinus Carthuſianus* 673 a b f, 674 a b e, 733 d
Præcognovit *ſuæ mortis tempus S. Apollinaris, Valentinus epiſcopus* 56 a b, 61 c. *Vide* Mortem.
Prædicationi *verbi Dei ſedulò inſtitit S. Froilanus* 232 e f, 233 a b; *item B. Matthæus Mantuanus* 250 d e f, 251 a
Prædicit *S. Fulgentius, ſe citò ex ſui exſilii loco reverſurum* 153 f; Prædixiſſe *varia B. Matthæus Mantuanus narratur* 251 b. Prædixerunt *ſibi epiſcopatum S. Gebehardus, B. Altmannus & B. Adalbero* 455 c d
Præfatio *de Beata quandonam promulgata* 651 f, 652 a f; *à quo hæc compoſita fuerit, inquiritur* 652, 653
Prægnans *mulier & gravi infirmitate laborans incolumis ſervatur patrocinio S. Brunonis* 766 f, 767 a
Precibus *à Deo impetrant prolem S. Eucherius & Galla* 42 f. Precibus *prolem à Deo impetrant S. Attilani parentes* 242 f, 243 a *Vide* Oratione.
Presbyter *invidiæ ſtimulis percitus, & S. Benedicto infenſus, miſerè extinguitur* 87 b
Principibus *aliquando mos fuit ſuper ſacram menſam fraternam ſibi mutuò fidem jurare* 82 e f
Priores *conſtitui apud Carthuſianos non poſſunt, niſi qui ſacerdotes ſunt, vel ad ſacerdotium promovendi* 607 a
Prodigium *in obitu S. Apollinaris oſtenſum* 57 c d e. *Vide* Miracula.
Profeſſio *fidei Catholicæ facta à S. Brunone mortis proximo* 507 a, 680 f, 687 f, 688 a, 720 c 733 e; *item ab aliis illuſtribus viris* 507 b c 736 e. *Cur narratio* Profeſſionis *fidei, à S. Brunone facta, expuncta fuerit è Breviario Romano* 536 d e f, 537 a b
Prolem *precibus à Deo impetrant S. Eucherius & Galla* 42 f; *eam in timore Domini educant* 43 a. *Vide* Adoleſcentia.
Promiſſiones *honorum, bonorum &c Martyribus facta in ſinceris eorum Actis etiam leguntur* 266 f
Prophetia *Montani adulterina* 11 f, 12 a
Providentiæ *divinæ confidendum eſt* 52 d
Proviſorum *nomen cur olim datum laïcis principibus* 431 d
Pſalterium *memoriæ mandare monachi quidam olim conabantur* 427 d
Pueri *vel* adoleſcentuli *cur ad Ordinem Ciſ-*

thuſianum non admiſſi 559 c
Pulvere *abraſo è lapide antri, in quo S. Bruno habitavit, multi divinitus curati* 770
Purgare *ſe de objectis criminibus permittitur Manaſſes Archiepiſcopus Remenſis, coram aſſumptis ſex epiſcopis probatæ vitæ* 524 d, 525 b c e f
Puritas *vitæ S. Apollinaris* 51 f, 52 a. *Vide* Virtutes.

Q

Quadrageſimali *tempore orationis cauſâ in inſulam ſecedebat S. Palladius* 932 c, 933 a

R

Rapiens *aliena miro modo punitus* 435 e f
Reges *aut* reguli *in Italia non fuerunt ſub antiquis imperatoribus Romanis* 790 e, 791 e f. *Mirum humilitatis & pœnitentiæ in* Rege *exemplum* 54 f, 59 f
Regia *dignitate ſe exuit Rachis, monachumque induit* 441 a c
Regula *Canonicorum Aquiſgranenſis non præſcripſit eis abdicationem bonorum* 183 d e 184 c d e. Regula *Carthuſianorum qualis initio Ordinis fuerit* 620 c d; *unde deſumpta* 622 e f, 623 a b
Relapſus *in carnale peccatum oculorum lumen miro modo amittit, & facti pœnitens rurſus recuperat* 304 e f, 305 a b c, 306 b c; *Monialis quædam, in voluptatum volutabrum* relapſa, *paralyſi mulctatur, at facti pœnitens curatur ope S. Prudentii M.* 371 e f, 372 a b c
Religioſus, *ob varia crimina ex Ordine ſuo rejectus, patrocinio S. Brunonis ad ſinceram pœnitentiam adducitur & piè moritur* 768 f, 769 a b
Reliquiæ *Sanctorum quàm antiquitus à Chriſtianis cultæ* 28 a; *nullæ recipi aut exponi poſſunt, niſi recognoſcente & approbante epiſcopo* 14 e. Reliquiæ *S. Peregrinæ magnâ pompâ Labaci collocatæ* 12 b c e f, 13, 14, 15, 16 Reliquiæ *SS. Placidi & Sociorum variis locis diſperſæ* 111 e f, 112, 113. Reliquiæ *S. Meinulphi in Hiſpaniam & aliò miſſæ* 206 f, 207. Reliquias *S. Fidis M. furto aufert monachus* 274 e f; 275 a, 291 a b, 292 e f, 296 c d. Reliquiæ *S. Prudentii furto ablatæ dicuntur* 338 e, 353. *Pro Sanctorum* Reliquiis *conceſſa olim pecunia* 401 b. Reliquiæ *S. Sergii, indignè priùs tractatæ & vi ablatæ, nullum poſſeſſori commodum afferunt* 856 c d e f. Reliquiæ *multæ Sanctorum ex Oriente in Europam delatæ tempore ſacræ expeditionis in Terram Sanctam* 861 c d. Reliquiæ *aquâ lotæ juſſu epiſcopi* 215 d, 223 e. Reliquiæ *Sanctorum ſub altaribus collocatæ* 934 f, 935 a. Reliquiæ *Sanctorum, graſſantibus Normannis, abſconditæ vel ad munita loca delatæ* 341 b, 342 f, 343 a d e, 361 c d e f. Reliquiæ *Sanctorum ad ſynodum delatæ* 311 b f, 345 c d, 346 a, 347 b, 364 b, 371 a. Reliquiarum *S. Geroldi recognitio quo ritu facta* 962 d e. Reliquiarum *ſanctarum ſtudioſiſſimus fuit imperator Carolus IV* 18 f, *eaſque undequáque conquiſivit* 861 d e f
Reſtitutionem *terræ, injuſtè occupatæ, pollicitus vir nobilis, acutiſſima febre liberatur patrocinio S. Brunonis* 769 b c d
Revelatione *cæleſti, ut traditur, innotuit ſepulcrum S. Ildephonſi* 237 b. *Vide* Apparitiones.

de Ritibus *Scoticis controversia* 402 a b c
in Romanum *Pontificem S. Symmachum, latam ab Italiæ episcopis sententiam Galliarum episcopi improbant* 51 d. *Vide* Papa.

S

SAbbato *post occasum solis olim abstinendum fuit à servilibus operibus* 372 c d e 373 a
Sacramentalia *festa quænam olim dicta* 479 d, 480 f
Sacramentis *Ecclesiæ ritè susceptis, piè moritur B. Matthæus Mantuanus* 249 e; *item B. Artaldus Ep.* 785 b & sæpe alibi
Sancti baptizati *quinam vocentur* 17 b; *de his Officium recitare non licet sine speciali S. Sedis concessione* 17 e f
Sancti *omnes non semper fuerunt omni noxa immunes* 61 a, 924 c f, 925 a, 926 a, 929 930 c d, 931 a b d e. Sancti *quidam cur non memorati in Martyrologiis classicis* 167 b, 172 b. *Cur* Sancti *primo die cujusque mensis plures passim inveniantur in Martyrologiis quàm ceteris diebus, conjectura plausibilis* 226 a. Sanctorum *gesta cur conscribantur* 242 f.
Sanctorum *corpora olim ad concilia deferebantur* 311 b f. Sanctorum *reliquiæ ab antiquis Christianis cultæ* 28 a. *In* Sanctorum *Reliquias horrendus Calvinistarum furor* 394 a, 398 d, 415 b. Sanctorum *omnium festum sec. IX institutum* 399 a
Sanguinem *S. Fidis & Sociorum MM. plebs Christiana mundissimis pannis excepit* 272 d. Sanguinis *è naribus fluxu mortali laborans, voto ad S. Brunonem facto, subitò curatur* 777 b c d
Schisma *Ecclesiæ tollere multis modis conatus est B. Artaldus Ep. Belicensis* 782 d e f, 784 c. Schisma *Henrici IV, Germaniæ regis, multis malis Ecclesiam afflixit* 463, 464, 465, 466, 489 e, 490 d
Scholastici *seu* Scholarchæ *munus non nisi doctissimis gravissimisque viris conferri olim solitum* 509 e f. *Quodnam* Scholastici *munus fuerit* ibid. f, *quæ in eo hocce tempore mutatio* ibid. & 510 a
Scriptores *recentiores aliquando historiæ veteris adjuncta accommodant ad usum sui temporis* 540 c. Scriptores *seculi* XII *passim fuerunt ignari artis criticæ* 390 a
Scuta *gentilitia, qualia nunc adhibentur, sub finem* XI *seculi orta sunt* 498 b c
Seculi *contempti insigne exemplum* 177 a. *In* Seculo *ut maneat pater S. Ludovici Bertrandi, admonetur à SS. Vincentio & Brunone* 767 d. Seculum *se relicturum & monasticum habitum recepturum vovit S. Bruno* 520 a b, 533 d e f
Sepelirí *olim in campis extra urbes mortuorum corpora solebant* 923 b
Sepulcra *SS. Sergii & Bacchi martyrum à multis peregrinis seculo* V *& deinceps visitata* 848 c d e f, 852 b, 858 c d. Sepulcralis *lapis S. Meinulphi miro modo rumpitur* 214 f, 223 c d. *Ad ejusdem Sancti* Sepulcrum *magnus sit populi concursus* 214 a b. Sepulcrum *S. Prudentii M., etiamsi corpus abesset, summa in veneratione apud Narbonam habitum fuit* 336 d, 350 e
Servili *genere natus S. Leopardinus, & heri difficilis servus, concepto altioris vitæ propósito, attonsus in monachum* 909 f, 910 a b c, 921 a. *A* Servilibus *operibus olim abstinendum fuit die Sabbati vespere* 372 c d e, 373 a
Siceræ *seu expressi ex pomis vel pyris succi usus antiquus* 405 e
Signo crucis *se munit S. Fides V. & M. martyrium aditura* 288 d. *Vide* Crucis.
Simoniacè *archiepiscopatum Remensem adeptus Manasses, initio sat rectè se gessit, at dein pessimè* 516, 557 c
Solidi *aurei & argentei* 64 c. *Aureorum valor* 64 d
Solitariam *vitam aliquamdiu egit S. Pardulphus* 427 a b, 434 c. Solitariam *vitam aliquamdiu egit S. Bruno, antequam in Carthusiam secederet* 599 c d e f, 600, 601 a b c d e, 726 d. Solitariam *vitam agentes utiles sunt Ecclesiæ* 728 c. Solitudinis *bona* 710 c d e f, 711 a b c d e, 731 c d
Sollicitudinis *pastoralis sat multa documenta dedit S. Hieronymus, Nivernensis episcopus* 170 c d e f, 171 a b. Sollicitudo *pastoralis S. Apollinaris pro suo grege* 50 e f
in Spelunca *Deo servit Galla, mater SS. Consortiæ & Tullia* 43 a; *item S. Eucherius* 44 b
Spiritus sanctus *an sub columbæ specie eligendos Ravennatium primos episcopos designârit, discutitur* 32 & seqq.
Sterilis *uxor Tolosani comitis S. Fidis patrocinio duplicem prolem accipit* 326 d e f. Sterilis *conjux per orationem S. Maurilii prole donatur* 386 e. *Vide* Prolem.
Stomachi *dolore affecta monialis patrocinio S. Justinæ divinitus curata* 817 d e
Subcutaneo *igne laborantes auxilium à S. Pardulpho impetrant* 432 b c
Subdiaconi *vel diaconi olim officium erat, nolam pulsare tempore sacrificii Missæ* 224 a b
Submersi *vitæ redditi patrocinio S. Prudentii M.* 346 f, 347 e, 374 e f. *Vide* Aquis.
Supplicatio *annua in honorem SS. Placidi & Sociorum Messanæ fieri solita* 110 f, 111 a b. Supplicatio *solemnis instituta ad translationem Reliquiarum S. Peregrinæ* 15 e f, 16 a b. Supplicationes *solemnes Venetiis indictæ ad obtinendam cessationem pestis* 795 b
Supplicia *gravissima martyribus illata sub Romanis* 24 b d. Supplicia *horrenda S. Fidi V. & M. illata* 288 f. *Quibus* suppliciis *Sclavini in victos sævire olim consueverint* 96 c d; *item quibus Vandali Catholicos affecerint* 98 d e
Surdus & mutus *simulque energumenus à S. Apollinare Valentino episcopo sanatus* 57 b, 61 f, 62 a. Surdi *patrocinio S. Fidis V. & M. curati* 311 c. Surdus *divinitus curatus patrocinio S. Prudentii M.* 357 d
Suspenduntur *à divinis duo Galliæ episcopi* 518 d, 519 a, 525 e f, 526 b d
Synodi *post messem celebrandæ consuetudo* 345 f. Synodi *post Pascha celebrandæ consuetudo* 345 f. Synodi, *quæ* Dei Placitum *dicebantur, quo modo olim celebratæ* 345 c d, 347 a b, 363 e f, 364 b, 365 f, 370 f

T

TAbe *diuturna penè consumptus, ad sepulcrum B. Adalberonis advectus sensim convalescit* 482 c d e f
Tempestatem *sua oratione sedat S. Ywius* 405 b
Tempus longissimum *in materia cultûs est illud, quod*

quod centum annos excedit 254 d e f
Tentatio *periculosa cujusdam monachi per S. Brunonis patrocinium depulsa* 775 f 776 a
Terra *sepulcri S. Meinulphi miro modo ejus loculum detegit* 215 a
Testimonium *in propria causâ dicere Carthusianis & Cistercienſibus licitum, censuit Durandus* 578 f, 580 a
Theca *splendidissimâ corpori S. Fidis superstructa* 299 a
Tituli *funebres S. Brunonis* 737 & seqq. pagg.
Tormenta *horrenda innoxiis Christianis illata* 25 d e f, 98 d e f
Traditio *alia superioris, alia inferioris ordinis est* 387 d e f. *Quid requiratur, ut traditione inferioris ordinis factum aliquod historicum ritè stabiliatur* 387 e f, 388 a. Traditione *sola ad seram etiam posteritatem sine falsitate transierunt graviora sanctorum Martyrum tormenta* 842 a b. Traditiones *etiam populares sine solido argumento explodendæ non sunt* 32 b c. Traditiones *quædam, utut in adjunctis falsæ, in substantia tamen veri aliquid continent* 593 b c d
Translatio *corporis S. Meinulphi quo pacto à duabus mulieribus impedita* 197 b c d; Translatio *illa quomodo demum peracta* 200 a b c d. Translatio *corporis S. Brunonis anno* 1514 *facta* 701 b c d e f. Translatio *sepulcri duorum sanctè mortuorum sub S. Palladio Santonense episcopo non sine prodigio peracta* 934 c d e
Tricennarium. *Vide* Missæ.

V

Vastatæ *à Wandalis urbes in Galliis* 335 d; *item Hispaniæ urbes multæ à Saracenis* 337 b; *ac quædam Galliæ loca* 337 f
Veritas *unicum historiæ ornamentum* 421 a. Veritas *qualiscúmque præstat splendido figmento* 382 b. Veritatem *quærere scriptoris officium est* 382 b; 384 d. Veritatum *ex sententia Gersonis diversi gradus* 586 d e f; 587 a b c
Versuum *Leoninorum antiquitas* 160 d e f
Vesperam *Sabbati Paschalis violans servili labore, divinitus punitur, & demùm sanatur ad sepulcrum B. Adalberonis* 479 e f, 480 a, 481 a; *item altera mulier noctem festo præviam violans* 480 a b, 481 a; Vespere *Sabbati ante festum Purificationis serviliter laborans mulier in manibus punitur & demum ope B. Adalberonis sanatur* 486 e f
Vestes *viduæ quales esse debeant* 151 f. Vestes *seculares deponit S. Galla post mariti obitum* 151 e; 152 f; 153 a c. Vestes *Baduradi episcopi Paderbornensis post* 27 *annos ab ejus sepultura adhuc integræ & incorruptæ* 211 a, 219 b
de Viatico *sacro S. Meinulphus prospicit infirmo* 205 f, 206 a
Victoria *insignis de Schismaticis anno* 1080 *relata* 466 f, 467 a b. Victoria *insignis relata de Turcis auxilio B. Virginis Mariæ* 787 e f, 788 a. *Vide etiam* 793 a b
Vidua *qualiter se gerere debeat* 151 f
Vigilias *nocturnas agentibus quidam viri honesti olim præficiebantur* 309 d, 310 b
Vinculis *à S. Fide divinitus erepti dicuntur Robertus & Sibilla nobiles Angli* 284 c. *Vide* Captivi.
Virgines *sacræ à S. Meinulpho constitutæ in ædificato à se cœnobio* 191 e f; *ne hæ foris vagandi occasionem habeant, prospicit idem Sanctus* ibid. Virginibus *mulieribusque honestissimis fœda tormenta illata sub Romanis persecutoribus* 24 d. *Ut* Virginitatem *custodiret, ter leprâ percuti optâsse fertur S. Enimia* 406 f, 407 f
Virtutes *& mores Sanctorum cognoscere profectui animæ salubrius est quàm eorum miracula* 216 b. Virtutem *habere, majus est, quàm virtutum signa seu miracula edere* 415 f. Virtute *& morum honestate ac doctrinâ eximiâ insignis suos etiam discipulos his imbuebat S. Bruno* 514 d e f; 515, 516
Visio *singularis S. Apollinari oblata* 51 f, 52; *altera in ejus obitu archidiacono ejus facta* 57 d e, 62 b c. Visio *singularis S. Hugoni Gratianopolitano oblata* 556 d e, 568 b, 602, 603, 604, 704 e f, 713 f, 714 a, 717 c, 726 d e. Visione *SS. Martyrum Sergii & Bacchi, in somnis sibi apparentium, absterretur Anastasius imperator, ne Justinum & Justinianum interfici jubeat* 849 b c d e f; 850, 851 d. Visiones, *quæ in quibusdam Martyrum Actis leguntur, non arguunt juniorem eorum ætatem* 265 a
Vixit *annos centum quinque S. Artaldus Carthusianus primò, dein episcopus* 578 e, *annis* 125 vixit *Aynardus Carthusianus* 578 e, 579 f
Universitatis *nomen academiis datum qua occasione* 706 c
Vota *Deo facta adimplenda sunt* 676 e f, 677 a b. Voti *exsolvendi districta obligatio* 534 d e f. Voto *emisso eundi nudis pedibus ad S. Fidis V. & M. sepulcrum, subitò quidam convalescit* 325 d e. Votum *non implens mulier febri corripitur, & facti pœnitens sanatur* 326 b c d. Vovens *adire sepulcrum B. Adalberonis gravissimè ægrotans mulier divinitus convalescit* 481 c d e; *item altera* 482 b. Vovent *monasteria singula se condituros S. Gebehardus, B. Altmannus & B. Adalbero* 455 c d. Vovit *S. Bruno cum duobus sociis se sæculum relicturum* 520 a b, 533 d e f, 597 b c. Vovit *Chosroës Persarum rex, crucem auream se daturum S. Sergio martyri, si suus exercitus inimicum suum, vivum aut mortuum sisteret* 853 c d e f. Vovit *rex Osvius, si victor in prælio existeret, filiam suam virginitate sacrandam, simul & 12 possessiones prædiorum ad construenda monasteria se donaturum* 939 f
Vulgus *non semper sibi constans; & sub ethnicis imperatoribus non semper adversus Christianos stetit* 265 c d e f, 289 a
Vulnere *horribili sauciatus à S. Fide V. & M. ei apparente subitò sanatur* 318
Uxor *Persarum regis demum fœcundatur voto à rege facto in S. Sergii Martyris honorem* 854

Z

Zelo *Apostolico insignis fuit B. Matthæus Mantuanus* 250 d e f, 251 a. Zelo *tuendæ Apostolicæ Sedis dignitatis fulserunt SS. Avitus & Apollinaris, aliique Galliæ episcopi* 51 c d f.

AUCTORE
C. B.

ACTA SANCTORUM
ADDENDA
AD DIEM V OCTOBRIS
IN S. MEINULPHO DIACONO.

Opus, ſerò ad nos allatum; nonnulla de S. Meinulpho complectitur;

Acta S. Meinulphi *diaconi unà cum Commentario hiſce prævio typis jam erant excuſa, cùm tandem ſcriptorum; qui variorum Religioſorum Ordinum res hiſtorico-monaſtico-eccleſiaſticas litteris mandârunt, allata ad nos fuit, quam diu expetieramus, Collectio. Opus hoc, cujus tomus ultimus non ante annum 1768 prælo fuit ſubductus, in tomos ſex diverſos eſt diſtributum. Tertius ex his à pag. 65 priorem Germaniæ Canonico-Auguſtinianæ, à R. D. Franciſco Petro, Wettenhuſano in Suevia canonico Regulari, ſeculo præterito collectæ, partem complectitur, in qua cùm eo loco, quo de collegio ſeu monaſterio Bodecenſi ſermo fit, non paucâ de hujus fundatore* S. Meinulpho *occurrant, quæ; ſi lucubratio iſta ad manus noſtras citiùs perveniſſet, commemoranda in Commentario, Actis ejuſdem Sancti prævio, nobis fuiſſent, præcipua ſaltem ex his juverit hîc recenſuiſſe, relictis interim intactis præter alia nonnulla etiam iis, in quibus auctor laudatus perperam à nobis diſſidere videtur. Primò itaque is pag. 218 & ſeq. ſuppeditat, quæ, cùm ſummam etiam Ferdinandi Furſtenbergii, celſiſſimi ac reverendiſſimi Paderbornenſis epiſcopi principis, in* S. Meinulphum *venerationem teſtentur, iis ſanè; quæ de hac in Commentario, Sancti hujus Actis præmiſſo, num. 138 & binis ſeqq. dicta ſunt, merentur adjungi.*

Hæque inter, præter inſigne in hunc Sanctum venerationis argumentum,

2 *Sunt autem hæc:* Noſtris temporibus inſigne quoddam altare beatiſſimo Soſpitatori ſuo gratus in ipſâ Bodecenſi eccleſia magnis ſumptibus apparari quidem conſtituit, qui, quamvis immatura morte præventus abſolvere haud potuit, potuit tamen mortuus & poſt fata ſua per alios abſolvi voluit celſiſſimus ac reverendiſſimus princeps ac dominus Ferdinandus de Fürſtenberg, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ epiſcopus Paderbornenſis, S. R. I. princeps &c, qui, anno MDCLXV de graviſſima corporis infirmitate ex voto reſtitutus, pretioſiſſimum quemdam obtulit calicem argenteum, undique deauratum, novam quoque tumbam magnis ſumptibus fieri voluit affabrè factam & elaboratam, in qua noviſſimè ſub annum MDCLXXXII condigno honore repoſitæ fuerunt ejuſdem S. Meinulphi reliquiæ. *Secundò chartam publicam, quâ Budicenſem parthenonem ultima hujus abbatiſſa Walburgis de Walde in Wilhelmi, Paderbornenſis epiſcopi electi & confirmati, manus anno 1408 reſignavit, pag. 220 & ſeq. recenſet. Hanc fortè, qui, quæ de reſignatione iſta in Commentario, Actis* S. Meinulphi *prævio, num. 103 diximus, evolvent, ad manum habere deſiderabunt, lubetque proinde & documentum illud huc tranſcribere.*

Publicum etiam, quo Budicenſe monaſterium ultima hujus abbatiſſa

3 *Sic habet:* In nomine Domini. Amen. Univerſis & ſingulis, quorum intereſt, vel quomodolibet intereſſe poterit, per præſens inſtrumentum publicum pateat evidenter, quòd anno Nativitatis ejuſdem milleſimo quadringenteſimo octavo, Indictione prima, menſis Septembris die prima, horâ veſpertinâ vel quaſi, Pontificatûs ſanctiſſimi in Chriſto Patris & domini noſtri, domini Gregorii Papæ divinâ Providentiâ Papæ XI anno ſecundo in mei notarii publici ſubſcripti, teſtiumque infrà ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtituti reverendus in Chriſto pater & dominus, dominus Wilhelmus electus eccleſiæ Paderbornenſis & confirmatus parte ex una; & venerabilis domina Walburgis de Walde abbatiſſa monaſterii Bodecenſis Paderbornenſis diœceſis parte ex altera, habito tractatu inter eos ſuper reſignatione abbatiæ prædicti monaſterii per ipſam dominam abbatiſſam ob ſpem reformationis ejuſdem monaſterii faciendæ; & ſuper uſufructu certæ penſionis, eidem abbatiſſæ ad vitam ſuam de bonis præfati monaſterii miniſtrandæ in arbitros ſeu arbitratores, videlicet honorabiles viros dominos Bertholdum Beſſelim theſaurarium & Witikindum Spegel cantorem eccleſiæ Paderbornenſis prædictæ ad hoc per dominum electum ſuprà dictum; ſtrenuos viros Ravenonem de Brenken & Hermannum de Sterzen famulos ad idem per ipſam dominam abbatiſſam electos ſponte & liberè concordabant ſub hac forma, quòd, priuſquam arbitri ſive arbitratores ſuprà dicti ſuper quantitate, forma & modo usûs fructûs ſuprà dicti concorditer determinarent, hoc partes ſuprà dictæ abſque contradictione inviolabiliter obſervarent.

In manus Paderbornenſis epiſcopi reſignavit,

4 Si autem ſuper præmiſſis inter ſe concordes non fierent, tunc partes ipſæ pronuntiationi & definitioni honorabilis viri & domini, domini Henrici Weſtphaler, camerarii eccleſiæ memoratæ, quem ad hoc in arbitrum ſeu arbitratorem ſuperiorem elegerint, abſque omni contradictione ſtarent in præmiſſis. Promiſeruntque partes antedictæ ſub modo & forma ſupradictis arbitrium ſupradictum per omnia ſervare ſub pœna centum marcarum per partem nolentem, partem ſervare volenti hujuſmodi per pronuntiationem unam medietatem, & dominus de capitulo Paderbornenſis eccleſiæ reliquam medietatem ſolvendas mihi notario publico ſubſcripto vice & nomine omnium & ſingulorum, quorum intereſt, vel intereſſe poterit ſtipulatione ſolenni. Quibus peractis, domina Walburgis abbatiſſa prædictam abbatiam monaſterii ſupradicti cum omnibus & ſingulis ſuis juribus & pertinentiis univerſis tam ſpiritualibus quàm ſæcularibus per calami traditionem in manus domini electi ſupradicti reſignavit; quam quidem reſignationem præfatus dominus electus admittens, ratamque & gratam habens tandem ſupradictam abbatiam cum omnibus juribus & pertinentiis venerabili viro Joanni Wael

Priori

Priori canonicorum Regularium in Swollis Trajectenſis diœceſis ibidem præſenti contulit, ipſumque de eodem per calami ſupradicti traditionem inveſtivit.

inſtrumentum hic tranſcriptum,

5 Super quibus omnibus & ſingulis reverendiſſimus dominus electus, dominaque Walburgis abbatiſſa, & dominus Joannes Prior prædicti conjunctim & diviſim petierunt ſibi unum vel plura publicum ſeu publica meliori formâ, quibus fieri poteſt, per me notarium publicum ſubſcriptum fieri inſtrumentum vel inſtrumenta. Acta fuerunt hæc in domo antiquæ librariæ eccleſiæ Paderbornenſis prædictæ, præſentibus honorabilibus viris domino Hildebrando de Oeſler, præpoſito eccleſiæ ſanctorum Petri & Andreæ Paderbornenſis, domino Alberto de Hexthauſer canonico eccleſiæ Paderbornenſis prædictæ, domino Gerardo officiali curiæ Paderbornenſis, Hermanno Lippmann presbytero, & ſtrenuo Joanne Weſtphaler milite, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Joannes Gherdeners Clericus Paderbornenſis, publicus imperiali authoritate notarius, quia prædictis compromiſſis, reſignationi & collationi abbatiæ ſupradictæ, omnibuſque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic, ut præmittitur, agerentur & fierent, unà cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula præmiſſa ſic fieri vidi & audivi, præſens publicum inſtrumentum mea propria manu ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum vocatus ſpecialiter & rogatus.

AUCTORE C. B.

unà cum Opuſculo, quod revera ſortè Gobelino adſcribendum.

6 *Tertiò integrum, quod de monaſterii Budicenſis ad canonicos Regulares tranſlatione ejuſdemque reformatione tractat, Opuſculum, in Commentario, Actis* S. Meinulphi *præmiſſo, num.* 20 *& ſeq. à nobis memoratum, pag.* 223 *& quinque ſeqq. recenſet; quod hîc ſaltem, ut, ſi quis fortè dictum Opuſculum conſulere voluerit, invenire id queat, monendum exiſtimavi, licèt interim, uti in Commentario de* S. Meinulpho *loco proximè cit. jam indicavi, magni momenti lucubratio haud ſit. Quartò idem illud Opuſculum in titulo, quem ei præfixit, Gobelino Perſonæ diſertè attribuit, nec illum hac in re falſum eſſe, pro certo affirmare auſim. Etſi enim, quòd unum idemque factum alio modo in Coſmodromio, quod Opus Gobelini certò eſt, alio modo in dicto Opuſculo referatur, hincque an Gobelinum, an alium hoc habeat auctorem, loco proximè cit. revocârim in dubium, illos tamen, qui Gobelino idem adſcriberent, erroris nuſpiam indubitanter inſimulavi. Neque verò meritò facere id potuiſſem; licèt enim reipſa lucubratiunculæ iſtius auctor foret Gobelinus, fieri tamen poſſet, ut unum idemque factum alio modo in illa, alio modo in Coſmodromio unus ipſe narrârit, quòd aliter quàm priùs in alterutro Opere notâſſet, rem fuiſſe peractam, poſteà compererit.*

AD DIEM VI OCTOBRIS

IN S. BRUNONE CONFESSORE

Nobiſcum communicavit prænobilis toparcha de Ronshove publicum

Ag. 497 *& quinque ſeqq. Cùm jam Commentarii, Actis* S. Brunonis *prævii,* § 2, *quo de Sancti hujus nobili genere, patria temporeque natali actum, typis ſuiſſet excuſus, Brugis primùm, nobili Flandriæ civitate, allatæ ad nos fuerunt litteræ publicæ, anno* 1672, *die tertia Novembris datæ. Per haſce, in vivis tum adhuc agentem Wilhelmum Ignatium de Hardevuſt toparcham de Laghe in ditione Burburgana, Ruddersvelde &c è Brunone de Hardevuſt, Latinè* de Duro pugno, *qui* S. Brunonis *pater exſtiterit, aut ſaltem è Brunone de Hardevuſt civitatis Colonienſis conſule, anno* 1273 *in populi ſeditione occiſo, qui ejuſdem Sancti ex fratre Balduino de Hardevuſt abnepos fuerit, ducere originem, nobiliſſimus ac ampliſſimus civitatis ejuſdem imperialis ſenatus teſtatum facit, nonnulliſque, quæ eódem ſpectant, adductis, probare etiam videri poteſt. Iſtud porrò familiæ ſuæ monumentum humaniſſimè nobis ſubmiſit, qui præfati Wilhelmi Ignatii de Hardevuſt toparchæ de Laghe, Ruddersvelde &c per aviam paternam pronepos eſt, prænobilis dominus de Schynckele, toparcha de Ronshove, Henau, Voorde &c civitatis Brugenſis conſiliarius ſyndicus, forique criminalis ibidem Graphiarius.*

familiæ ſuæ monumentum, hîc partim deſcribendum,

2 *Cùm ergò ſi, quod litteris illis adſtruitur, veritati conſonet, nulla ratione, quin, quod tamen* § *proximè citato in dubium revocavi, è nobiliſſima Colonienſi Hardefauſtorum ſeu Hardevuſtorum fami-*

lia natus ſit S. Bruno, *dubitandum non appareat, hîc modò, ut de re per ſemetipſum ſtudioſus lector ferre queat judicium, meliúſque, quæ pòſt dicam, intelligat, compendio, quid iiſdem potiſſimùm contineatur, expono, non paucis etiam ipſarummet litterarum verbis tranſcriptis. Sequentibus initio concipiuntur:* Omnibus has viſuris, lecturis aut audituris ſalutem in Domino. Nos equeſtris ac patricii ordinis viri Ammannus, Conſules, Quæſtores, Proconſules cæterique imperialis civitatis Coloniæ Agrippinæ Senatores notum facimus & in perpetuam rei veritatem declaramus ac atteſtamur, familiam, cognomento de Hardenuuſt vel de Hardevuſt, van Hardenuuſt vel van Hardevuſt, von Hardenuuſt vel von Hardevuſt, Hardenuuſt, vel Hardevuſt, unam eſſe ex illuſtriſſimis & antiquiſſimis hujus civitatis, fuiſſeque hîc ſtabilitam à Brunone de Duro Pugno, equite generoſiſſimo & patre ſancti Brunonis, Carthuſianorum fundatoris, circiter annum MLXVIII, regnante Henrico tertio Romanorum imperatore, ſanctoque Annone Colonienſium archiepiſcopo; ex quo omnes ex eo ſtemmate deſcendentes è nobiliſſimis ac florentiſſimis tam in inferiori quàm ſuperiori Germania uxores ſibi copulârunt familiis.

quod de contractis per Hardevuſtos illuſtribus matrimoniis, geſtis magiſtratibus ampliſſimis,

3 *Plurimæ hîc, è quibus Hardefauſtani ſeu Hardevuſti ſibi accepêre uxores, familiæ admodùm illuſtres recenſentur, ſed haſce brevitatis causâ omitto, ſequentiaque, quæ iiſdem enumeratis proximè ſubduntur, verba deſcribo.* Di-

AUCTORE C. B.

versis porrò muneribus curisque præcipuis summa cum laude perfuncti sunt tum in imperatorum, tum regum principumque Electorum aula militari ceu politica, immò non pauci hujus nobilissimæ & maximis magistratibus gestis clarissimæ familiæ non rarò consules & primi senatores prudentissimè hujus civitatis fasces gubernârunt, ac militarium sancti Jacobi, Rhodiensis, Teutonici ac Melitensis Ordinum equestri dignitate & commendis fuerunt honorati; quin & plures ex ea emerserunt episcopi, & illustrium utriusque sexûs per utramque Germaniam cœnobiorum prælati, nec non capitulorum præpositi ac canonici, in quæ non alii admittuntur ac cooptantur, quàm qui illustrissimo sanguine orti vetus equestre octo proavorum stemma demonstraverunt.

possessis variis terris ac dominiis,

4 Insuper varias terras & dominia possederunt, & etiamnum possident, qualia imprimis respectivè sunt ea de Texseldonck, de Grebenclau, de Brait, de Wichem, de Blanckenborgh, de Nerwen, de Szecke, de Ringelbergh, de Lustorp, de Assenborgh, de Langheraet, de Ghemen, de Lavenbach, de Dutche, de Ghemenick, de Bodeberg, de Humen, de Schagen, de Coninxsmar, de Gasteren, de Bodekercke, de Bouckenem &c, quorum nomina & insignia nonnulli gestare & veteris familiæ eadem insignia variis ex causis, & ob stirpium ex aucta sobole numerum diffusionemque ex more patriæ immutare præsumpserunt, mutatis vel metallis vel coloribus, quin & etiam aliquatenus figuris & simbolis; unde, quot olim ferè stirpes in equestri hac gente, tot ferè armorum... inter se diversitatibus discernebantur, ita ut, quamvis ex eadem radice ceu stipite oriundæ communia habuerint exordia, in plures tamen ramos & propagines scissæ militaris virtutis tradita à majoribus insignia non prorsus eadem quidem, sed tamen valde affinia, præferre voluerint.

adhibitis ac mutatis subinde

5 Cùm enim Bruno de Hardevust, eques auratus, toparcha de Grebenclau & Brait, sancti BRUNONIS Carthusianorum archimandritæ ex fratre Balduino atnepos, ac hujus civitatis consul, ab invita & tumultuante plebe anno MCCLXXIII interfectus, varios ex Maria von Poppinghausen & Ursula von Jabach, dominii de Wichem hærede, uxoribus sustulisset filios, visum fuit nonnullis, eorum familiam, in varios jam dissectam ramos, stirpemque & posteritatem cuique suam cognato quodam ac decerpto ex eodem majorum atro gentilitiorum digmate discriminare, & ob id Arnoldo, præfecto de Keyserwerdt filiorum secundo (de Vygh etiam cognomine ob res natas assumpto) duo miniata niveisque limbis adornata ad manicas brachia & quasi tumescentem in gyrum ad armos argento intercisum circumducta aureo in clypeo decussatim disposita pro signo exhibere, & sic plantare Vyghiorum originem, Joanni autem sereniſſimi principis Henrici Virnenburgici Electoris Colonienſis aulæ præfecto filiorum tertio genito armatum in atro scuto brachium, cui evaginatus in pugno gladius manuario tegmine inaurato, mox etiam Christiano, eorum ex Henrico toparcha de Grebenclau & Brait primævo fratre nepoti, & Joannis toparchæ de Grebenclau & Brait, cui conjux fuit Margarita van Ruysſenborch, fratri natu juniori bina miniata & decussata in argentea parma brachia ostentare.

scutis gentilitiis, stirpibusque etiam

6 Aliis denique lunulam, aliis stellam, aliis avem vel lilium aliasve notulas addere, discrimenque illud in filios & nepotes, (in quibus etiamnum hodie illustres eorum florent prosapiæ) cum sanguine transmittere, exceptis tamen duobus, qui pro insigniis duo armata & cancellata in miniato campo retinuerunt brachia, primordialia nempe & universæ quondàm ante hanc inchoatam stirpium divisionem huic genti arma indistinctè communia, quæ ad nostram usque ætatem invariata, integra & illibata apud eorum posteros permanserunt, quorum stirpis & nominis & insignium caput etiamnum exstat illustrissimus ac nobilissimus dominus Ferdinandus Leopoldus de Hardevust, baro de Grebenclau & sacri Romani imperii, toparcha de Brait, Gasteren, Schagen &c. Cæsareæ majestati à cubiculis & à sanctioribus auliciſque consiliis in Silesia jam residens, ducta in uxorem comitissa de Falkenstain.

diversis nonnulla commemorat

7 Qui nobis pluribus litteris patefecit, & manifestissimis argumentis ac probationibus demonstravit, quòd omnes ejusdem cognominis de Hardevust jam inde à ducentis & ampliùs annis in Castellanis Flandriæ ditionibus civitatum Casletanæ, Burburgensis ac Winocibergane gestent itidem pro gentilitiis in scuto nigro armatum brachium, evaginato in pugno gladio, cui manuarium tegmen inauratum, & quòd hi directa & legitima serie descendant ex familia prædicti Brunonis anno MCCLXXIII hujus civitatis consulis popular seditione interfecti, originemque suam ex eo, tamquam è communi secum stipite & cum illustrissimis dominis Roberto von Hardevust, toparcha de Bodekercke, Bouckevem &c ammanno Hildersheimensi, ac Theodoro comite de Vygh & sacri Romani imperii, toparcha de Dutche, Humen &c. Cæsarianorum equitum præfecto & moderno Vyghiorum prosapiæ capite, nec non cum toparchis de Coninexmar, de Ghemenick & de Bodeberghe, stirpem autem è præfato Joanne sereniſſimi principis Henrici Virnenburgici Electoris Colonienſis ad annum usque MCCCXXXI aulæ præfecto, tamquam gentilitiorum suorum auctore jure repetant.

quodque, etsi quidem Leopoldum de Grebenclau & prafati toparcha de Rondshove proavum

8 *Modò, ut, quod hîc per plures litteras à Ferdinando Leopoldo de Hardevust barone de Grebenclau &c patefactum asseritur, probatum etiam evadat, paucis dumtaxat, quæ ad rem non faciunt, interpositis, genealogicum, quod à Brunone de Hardevust Colonienſi consule, anno 1273 interfecto, usque ad Petrum de Hardevust, summum Burburganorum prætorem, ac suprà memorati Wilhelmi Ignatii de Hardevust, in ditione Burburgensi toparchæ de Laghe proavum, deducitur, schema unà cum adjuncto filiationis, uti vocatur, fragmento subnectitur, ac tandem ita concluditur:* Quem proinde (*videlicet Wilhelmum Ignatium de Hardevust toparcham de Laghe, Rudderſvelde &c*) pro vero ac indubitato agnato & consanguineo, uno eodemque ac communi secum oriundo è stipite, illo scilicet ordine, quem præmissum exhibet filiationis fragmentum & hisce junctum magis dilucidat genealogicum schema, cum nata jam prole & legitimè ex eo nascitura à se suisque haberi & meritò ab omnibus habendum, prænominatus illustrissimus dominus baro (*de Grebenclau nempe, Ferdinandus Leopoldus de Hardevust*) insuper addidit ac declaravit, favorem

rem illi omnem ut tali operamque ſuam, ſi quando fortè prodeſſe poſſe contigerit, lubenter addicens.

adductis per horum priorem documentis

9 E cujus domeſticis familiæ ſuæ documentis, tabuliſque gentilitiis & authenticis probatiſſimæ fidei panchartis in confeſſu noſtro exhibitis ſeriem hanc genealogicam adeò evidenter, efficaciter ac irrefutabiliter demonſtratam ac è publicis hujus patriæ ac civitatis monumentis & ſanctioribus archivis confirmatam judicavimus, ut nec citra injuriam & non niſi incaſſum fidem ejus argui poſſe rectè concludamus; & quia prædictus toparcha de Laghe eorum omnium noſtras teſtimoniales rogavit, haſce lubenter in earum, quas hac ſuper re IX Julii hujus anni adhuc dedimus, confirmationem ampliorem ſub ſigillo hujus imperialis civitatis & unius ſecretariorum noſtrorum ſignatura conceſſimus, ut occurrente qualibet occaſione & neceſſitate ei inſervire valeant. Datæ Coloniæ Agrippinæ anno MDCLXXII die tertio Novembris. Subſignatum Franc. Dabbendorp cum ſcuto Coloniæ Agrippinæ.

è communi ſtipite, Brunone de Hardevuſt anno 1273 conſule Colonienſi ortos eſſe, oſtendat,

10 *Sanè Ferdinandum Leopoldum de Hardevuſt baronem de Grebenclau cæſareæ majeſtati anno* 1672 *à conſiliis, & Wilhelmum Ignatium de Hardevuſt toparcham de Laghe ex eodem ſtipite communi Brunone de Hardevuſt, conſule Colonienſi anno* 1273 *in ſeditione populari occiſo, priorem quidem per primogenitum hujus filium Henricum de Hardevuſt toparcham de Grebenclau, Brait &c, Senatorem Colonienſem, poſteriorem verò per filium ejuſdem tertiò genitum Joannem de Hardevuſt equitem auratum ac ſereniſſimi principis Henrici Virnenburgici, Electoris Colonienſis aulæ præfectum, ducere originem, adducta in partim jam recitatis litteris atque à me brevitatis ergô omiſſa Genealogicum ſchema & filiationis, uti vocatur, Fragmentum, dilucidè, ni fortè, quòd tamen non puto, bina iſta documenta à veritate alicubi devient, evincunt.*

hunc tamen ex altero Brunone de Hardevuſt, qui S. Brunonis

11 *Verùm in iiſdem litteris nihil omnino, quod, Brunonem de Hardevuſt, Colonienſem conſulem anno* 1273 *in ſeditione populari occiſum, è Brunone de Hardevuſt, qui* S. Brunonis *pater exſtiterit, per filium Balduinum ducere originem, pariter evincat, in medium proferatur, nec quidquam eò conducens datis etiam Coloniam Agrippinam iteratis litteris potui acquirere. Quid ſi ergò nullum hactenus, quo, Brunonem de Hardevuſt, Colonienſem conſulem anno* 1273 *occiſum, è* S. Brunonis *patre oriundum eſſe, queat oſtendi, documentum antiquum ſeu Coloniæ Agrippinæ ſeu alibi fuerit inventum? Nullum ſanè Colonienſi ſenatui anno* 1672 *fuiſſe ad manum, vel ex eo apparet, quòd, quo Brunonis de Hardevuſt, Colonienſis conſulis anno* 1273 *occiſi, è* S. Brunonis *patre originem probatam det, nihil omnino in litteris, quarum jam partem dedi, in medium adducat, & tamen documenta bina, plùs ſemel jam memorata, quibus, Ferdinandum Leopoldum de Hardevuſt* baronem de Grebenclau, & Wilhelmum Ignatium de Hardevuſt *toparcham de Laghe ex eodem ſtipite communi Brunone de Hardevuſt, Colonienſi conſule anno* 1273 *occiſo oriundos eſſe, evictum dat, proferre non omittat.*

pater exſtiterit, originem

12 *Et verò per verba, quibuſ ſub litterarum ſuarum finem, datam in hiſce genealogicam ſeriem certam omnino ac indubitatam ſibi haberi, indicat, ſpectare dumtaxat videtur ſeriem genealogicam, quâ Ferdinandum Leopoldum de Hardevuſt Baronem de Grebenclau, & Wilhelmum Ignatium de Hardevuſt toparcham de Laghe è Brunone de Hardevuſt, conſule Colonienſi anno* 1273 *occiſo, oriundos eſſe conſtat; non autem etiam, quâ hunc à* S. Brunonis *patre originem trahere, ſit probatum. Ita apparet, quòd de ſerie genealogica, quam è Familiæ ſuæ documentis, tabulis gentilitiis ac panchartis illuſtriſſimus dominus Ferdinandus Leopoldus de Hardevuſt, baro de Grebenclau, Brait &c probavit, dumtaxat loquatur; hic autem ſeriem genealogicam non aliam, quàm quâ ſeſe & Wilhelmum Ignatium de Hardevuſt toparcham de Laghe ex eodem ſtipite communi Brunone de Hardevuſt, conſule Colonienſi anno* 1273 *occiſo, oriundos, aſſeruit, è familiæ ſuæ monumentis probâſſe videatur.*

ſuam traxiſſe, evincere non videtur.

13 *Quòd ſi nihilominùs, & hunc è* S. Brunonis *patre oriundum, ſenatui Colonienſi Ferdinandum Leopoldum de Hardevuſt ex antiquis familiæ ſuæ documentis probâſſe, fortaſſis adhuc contendas, velim hæc in lucem proferri, ut familiâ Hardefauſtanum ſeu Hardevuſtium exſtitiſſe* S. Brunonem, *tandem conſtet. Mihi interim Bruno de Hardevuſt, occiſus anno* 1273 *Colonienſis conſul, à ſenatu Colonienſi in datis ex parte litteris è ſola, quæ apud Colonienſes viget, populari traditione aſſeri potuiſſe* S. Brunonis *ex fratre Balduino abnepos videtur; quàm parùm autem traditionibus popularibus fidendum ſit, hiſtoricorum etiam vulgo notum eſt. Ceterùm, quem ſuprà laudavi, prænobilis dominus de Schynckele, toparcha de Rondshove &c mecum etiam communicavit litteras, aliaſque præterea penes ſe eſſe, ſignificavit, è quibus, pro* S. Brunonis *agnatis à pluribus Ordinis Carthuſienſis præpoſitis generalibus aliiſque Superioribus agnitos fuiſſe Hardevuſtios, intelligitur; verùm id dumtaxat opinionem, in qua viri iſti Religioſi fuerunt, oſtendit, non autem etiam familiâ Hardefauſtanum ſeu Hardevuſtium reipſa exſtitiſſe* S. Brunonem, *evincit.*

S. Brunonem, Remis profugum, receptum fuiſſe ab Ebalo, qui Reciacenſis comes eſſet,

Pag. 519, § VI, *num.* 124 *Manaſſes, Simoniacus Remenſis archiepiſcopus, comeſque Ebalus Romam ſeſe anno* 1078 *contuliſſe aſſeruntur; verùm anno huic, qui per errorem irrepſit, ſubſtituendum eſſe annum* 1077, *è rerum, dicto* § *& ſequenti tractatarum, ſerie facili negotio quiſque perſpiciet. Eumdem porrò comitem Ebalum, qui, quemadmodùm memorato* § VI *docui, adverſus Manaſſem, Simoniacum Remenſem archiepiſcopum, in caſtro ſuo &* S. Brunonem *& Manaſſem, eccleſiæ Remenſis præpoſitum, tutatus eſt, pro comite Reciacenſi homonymo tum ibidem, tum aliis locis habui; opinio autem, quâ id feci, longè etiam (quod idcirco loco iſto dictis addendum) veroſimilior efficitur ex eo, quòd Manaſſes, eccleſiæ Remenſis præpoſitus, ipſiuſmet hujus Reciacenſis comitis avunculus exſtiterit, uti fidem faciunt duæ donationis chartæ, Majorismonaſterii abbati ab eodem comite anno* 1082 *datæ atque à Mabillonio tom.* V *Annalium Benedictinorum pag.* 643 *& binis ſeqq. relatæ, in quarum poſteriori Manaſſes eccleſiæ Remenſis præpoſitus diſertè vocatur Ebali Reciacenſis comitis avunculus, in priori verò inter eos, qui donationi adfuerunt, notatus occurrit hunc in modum:* Manaſſes Remenſis præpoſitus, avunculus Ebali comitis. *Atque ita quidem comitem Ebalum, qui in caſtrum ſuum* S. Brunonem *& Manaſſem, eccleſiæ Remenſis præpoſitum, recepit, pro comite Reciacenſi homonymo habendum, propè certum apparet.*

AUCTORE C. B. *propè certum apparet; at non item, intra castrum homonymum id factum.*

2 *Verùm de castro, intra quod hic illos receperit, paulò aliter loquendum est. Etsi enim castrum istud, ut eodem iterum* § VI *docui, verosimiliter non aliud, quàm Reciacense, exstiterit, de re tamen hac ambigi etiam non immeritò potest, quòd, an ad Ebalum comitem jam inde ab anno* 1077 *& seq., quibus is in castro suo* S. Brunonem *& Manassem præpositum fuit tutatus, Reciacense castrum spectârit, dubium faciat Annalium Benedictinorum lib.* 65, *num.* 64. *Mabillonius, ea ibidem scribens, è quibus Ebali, Reciacensis comitis, parentes Hilduinus & Adelaïs non modò in vivis tum adhuc fuisse superstites intelliguntur, verùm etiam in ipso Reciacensi castro domicilium habuisse queunt videri. Adhæc in ambabus chartis mox laudatis Bartholomæus, Majoris-monasterii abbas, dicitur* ad Novum-castrum adivisse Ebali, Reciacensis comitis, præsentiam, *in illoque abs hoc honorificè ac debita urbanitate fuisse susceptus. Quid si ergò Ebalus castrum istud anno* 1077 *& seq. inhabitârit, tuncque in id* S. Brunonem *& Manassem præpositum receperit? Sanè ex iis, quæ Marlotus tom.* 2 *Historiæ Metropolis Remensis pag.* 194 *memoriæ prodit, castrum aliquod, nomine* Novum-castellum *seu* Novum-castrum, *ad comitem Reciacensem Ebalum aliquando spectâsse, indubitatum apparet, ut à vero, qui intra illud* S. Brunonem *& Manassem præpositum fuisse abs hoc receptos, statuerit, aberraturus fortè non sit, etsi interim, quo loco idem castrum situm fuerit, certò determinari non posse videatur, quòd multa olim, uti apud Valesium in Galliarum Notitia videre licet, illius nominis castra in Galliis exstiterint.*

Damnati prodigium sub peccati reatu tacendum fuisse, hincque id ab omnibus

Pag. 575, *num.* 331 *silentii universalis, quo, qui integro amplius primo post rem gestam sæculo labente floruerunt, scriptores prodigiosam doctoris anastasim prætereunt, rationem sat solidam reddi non posse, asserui; verùm sunt, qui, quemadmodùm modò intelligo, universalis illius silentii causâ ab ipsa, circa quam id versatur, re repetitâ, per synchronos hanc suppareasque scriptores, quòd infamiæ, ut loquuntur, plena sit, non commemorari, imò nec commemorari, ne cujusquam fama læderetur, potuisse contenduut. Atque hi quidem, qui ita arguunt, isthanc universalis, quo damnati prodigium à scriptoribus omnibus æqualibus suppariusque prætermitur, silentii rationem tam validam autumant, ut mirum potiùs ob hanc futurum fuisse affirment, si ab ullo ex iis illud commemoraretur. Verum quis, quæso, à re, coram infinita propemodùm hominum multitudine gesta, passimque proinde nota, recensenda sub peccati reatu abstinendum existimet? Nullus sanè, quantùm apparet: sed, etsi etiam secùs foret, nonne saltem tum infelicis damnati, tum familiæ ac academiæ, è qua is fuisset, nomine suppresso, narrari absque piaculo luctuosa potuisset historia?*

æqualibus suppariusque scriptoribus silentio prætermitti, perperam contenditur.

2 *Adhæc, ut quàm parum universalis, quo hæc à scriptoribus synchronis suppariusque omnibus involvitur, silentii ratio, à nonnullis, ut dictum, obtensa, roboris habeat, luculentiùs patescat, Petrus abbas Cluniacensis, cognomento* Venerabilis, *lib.* 2 *Miraculorum, cap.* 1 *narrat, comitem Matisconensem, qui Ecclesiam oppresserat, ipso dici tempore à diabolo, plurimis spectantibus, fuisse abreptum, nec umquam pòst comparuisse, cumque deinde obturatum, per quod abreptus fuerat, palatii ostium Otgerius, Wilielmi, Matisconensis comitis alterius, præfectus, qui & ipse Ecclesiam vexabat, aperiri curâsset, fuisse & hunc à diabolo raptum, subitóque ex alto, cùm longo temporis spatio in aëra, videntibus, qui aderant, cunctis, fuisset sublevatus, in terram tandem, graviter è lapsu corpore collisso, brachioque etiam confracto, fuisse demissum. En duo horrenda sanè infamiæque pariter plena seu facta seu prodigia, & tamen, tam unum, quàm aliud, viri etiam, cui postremum obvenit, nomine non suppresso, litteris mandavit Petrus Venerabilis, vitæ sanctitate perquàm illustris. Quod cùm ita sit, quis, quæso, factum credat, ut omnes prorsus scriptores prodigio Parisiensi tum æquales, tum suppares, quos inter sanè non pauci multò minùs, quàm Petrus Venerabilis, conscientiæ puritate morumque integritate conspicui exstitêre, silentio id, ne fama cujuspiam læderetur, prætereundum duxerint, reque etiam ipsa præterierint?*

C. S.

AD DIEM VII OCTOBRIS

IN S. OSITHA VEL OSGITHA V. M.

Pag. 937, *num.* 5 *de cultu adde, tom.* 3 *Monastici Anglicani pag.* 313 *in charta visitationis sacrorum cimeliorum in thesauro ecclesiæ S. Pauli Londini anno* 1295 per magistrum Radulphum de Baudak', ejusdem *ecclesiæ* decanum *factæ inter sacras reliquias sic legi:* Item brachium S. Osithæ, continens capud in manu, & ornatur laminis argenteis in limbo deauratis, infertis lapidibus XXII, & anteriùs habet laminam triphoriatam cum aymallis & perlis, & deficiunt in toto sex lapides. Triphorium *vel* triforium *est ornamentum cujusvis rei orâ adjectum*, aymallum *Anglis* Amel, *Gallis* email, encaustum *est; itaque lamina* triphoriata *&c, est encausto gemmisque in ora exornata.*

CORRIGENDA

CORRIGENDA.

*Pag*inâ 80, *col.* 2, *lin.* 4 & 5 nobilem-*l*-nobilis.

Pag. 82, *num.* 70, *lin.* 35 *& ſeq. dele iſta:* Juſtiniani nepote ex fratre &: *vel lege* pronepote ex fratre.

Pag. 132 *in Annotatis ad lit.* e, *lin.* 1 die IV-*l*-die V.

Pag. 133 *in Annotatis ad lit.* m, *lin.* 4 Chronicum Pariſienſe-*l*-Chronicum Caſinenſe.

Pag. 148, *num.* 3 *ſub finem, poſt* Benedictinarum monialium dux & anteſignana *adde:* ut vult Mabillonius, cujus nempe de S. Galla, veluti Benedictinâ, opinio ſibi non ſatis cohærere oſtenditur, & infrà, ſeu num. 48, pleniùs refutatur,

Pag. 175, *num.* 18, *lin.* 13 proprio-*l*-propria.

Pag. 182, *col.* 2, *lin.* 9 landatum-*l*-laudatum.

Pag. 208 *lin.* 19 *&* 20 Heîc ſitus eſt: Poſtquam monuit tellure levandum, ſponte ſua viſus diſſiliiſſe lapis-*l*-Heîc ſitus eſt, poſtquam monuit tellure levandum ſponte ſua viſus diſſiliiſſe lapis.

Pag. 224, *col.* 1 *in margine Additionem ſic l*-Nola, cùm monialis Budicæ eſſet moritura, ſonitum ſponte edens.

Pag. 232, *col.* 2, *lin.* 18 no nſine-*l*-non ſine.

Pag. 237, *num.* 6 *lin.* 26 homini-*l*-hominis.

Pag. 255, *col.* 2, *lin penult. dele* Belicæ.

Pag. 258, *col.* 1, *lin.* 3 Marcarthenni-*l*-Maccarthenni.

Pag. 265, *num.* 9, *lin.* 27 Gazenſem-*l*-Cæſareenſem.

Pag. 268, *col.* 2, *lin.* 27 quo-*l*-qua.

Pag. 287, *num.* 9, *lin.* 6 *&* 7 indubitum-*l*-indubium.

Pag. 343, *num.* 41, *lin. penult.* 999-*l*-899.

Pag. 350, *num.* 9, *lin.* 12 *poſt hæc verba* Pipini Brevis *addatur inter* ( ) imò Heriſtallenſis, *aut ſimilis correctio.*

Pag. 386, *col.* 1 *lin.* 20 judico-*l*-judicio.

Pag. 408, *col.* 1, *lin.* 2 Clodoveus-*l*-Clotharius.

Pag. 411, *col.* 1, *lin.* 1 Palmatio-*l*-Dalmatio.

Pag. 477 *in Annotatis ad litt.* iii, *lin.* 1 Almannus-*l*-Altmannus.

Pag. 495, *num.* 24, *lin.* 21 plicata-*l*-complicata.

Pag. 496, *num.* 25, *lin.* 18 ſexaginta-*l*-nonaginta.

Pag. 496, *col.* 2, *lin.* 14 Eccleſiaſticis-*l*-Benedictinis.

Pag. 508, *num.* 72, *lin.* XI monachi-*l*-canonici.

Pag. 513, *col.* 1, *lin. penult.* alienum eſt-*l*-alienum non eſt.

Pag. 519 *num.* 124, *lin.* 10 anno 1078-*l*-anno 1077.

Pag. 540, *col.* 2, *lin.* 8 Chriſtianos-*l*-Cartuſianos.

Pag. 540, *num.* 204, *lin.* 18 hriſtianiſmo-*l*-Chriſtianiſmo.

Pag. 551, *num.* 244, *lin.* 12 maguns-*l*-magnus.

Pag. 592, *col.* 2, *lin.* 26 ill, ihauſiſſent-*l*-illi, hauſiſſent.

Pag. 606, *col.* 1, *num.* 3 Avenionenſe-*l*-Avenionenſes.

Pag. 608, *col.* 2, *lin.* 5 hororri-*l*-horrori.

Pag. 621, *num.* 491 *in margine* à Guigonis verbis repetit-*l*-quæ à Guigonis verbis repetit.

Pag. 628, *col.* 1, *lin.* 3 mentio ingeratur-*l*-mentio facta fuiſſe videatur.

Pag. 645, *num.* 572, *lin.* 7 evincit ?-*l*-evincit.

Pag. 660, *num.* 627, *lin.* 42 Camilllus-*l*-Camillus.

Pag. 667, *num.* 652, *lin.* 24 Anſelmus-*l*-Eadmerus.

Pag. 670, *num.* 663, *lin.* 31 Malatera-*l*-Malaterra.

Pag. 671, *col.* 2, *lin.* 2 comi-*l*-comitis.

Pag. 682, *num.* 708, *lin.* 40 ſinte-*l*-ſintne.

Pag. 692, *num.* 742, *lin.* 26 immeditaè-*l*-immediatè.

Pag. 699, *num.* 769, *lin.* 21 Franciſcus-*l*-Stephanus.

Pag. 727, *num.* 17, *lin.* 9 aratum-*l*-aratrum.

Pag. 786 *in Catalogo Sanctorum, lin.* 3 Marcellinus-*l*-Apuleius.

Pag. 786 *in eodem Catalogo inter lin.* 8 *& 9 inſere:* S. Julia virgo martyr in Syria.

Pag. 794, *col.* 1, *lin.* 2 eam-*l*-id

Pag. 802, *col.* 1, *lin.* XI Itala ſeu Ithela-*l*-anonyma.

Pag. 803, *num.* 55, *lin.* 19 anſnum-*l*-annum.

Pag. 811, *num.* 88, *lin.* 21 percept-*l*-percepta.

Pag. 818, *num.* 119, *lin.* 4 Franciſcus Caput, vacæ equites-*l*-Franciſcus Caput vacæ, equites.

Pag. 819, *col.* 2, *lin.* 5 anno 1502-*l*-*anno* 1562.

Pag. 830, *num.* 17, *lin.* 12 ſaris-*l*-ſacris.

Pag. 831, *col.* 1, *lin.* 3 ſucceſſor-*l*-deceſſor.

Pag. 834, *col.* 1, *lin.* 9 Wachiſus-*l*-Wachaſius.

Pag. 839, *num.* 26, *lin.* 13 contrarrium-*l*-contrarium.

Pag. 863, *col.* 1, *lin.* 6 bibliochecharìo-*l*-bibliothecario.

Pag. 870 *in Annotatis ad lit.* x, *lin.* 5 *dele* hunc.

Pag. 921 *in Annotatis ad lit.* g litt. ii-*l*-lit. u.

Pag. 929, *num.* 23, *lin.* 18 Chilperici-*l*-Guntramni.

Pag. 935, *num.* 50, *lin.* 14 ad annum 696-*l*-ad annum 596.

Pag. 950, *num.* 14, *lin.* 8 Alphonſi IX-*l*-Alphonſi VIII, aliis VII.

FINIS.